



PATRIS INSOMNIVM



GALENI DOCTORES


HEPATICI COGNITIO

GALENI

OMNIA QVAE EXTANT OPERA

In latinum sermonem conuersa.

IVNTARVM QVARTA EDITIO.

Pro qua illustranda quid actum sit, tum ex præfatione, tum ex librorum Indice deprehendes.

VENETIIS M D LXV.



CRISIS PRAECOGNITIO



AMANTIS DIGNOTIO



PALESTRITE CVRATIO



DISCEPTATIO CVM ALEXANDRO HABITA

Crawford

THOMAS IVNTA
MEDICINÆ STVDIOSIS

*Q*Vàm duram, & arduam prouinciam susceperimus, Medicinæ studiosi, dum vobis bonorum librorum copiam suppeditare contendimus, eos non ignorare certò scio, quibus huius temporis status, & conditio expenditur. vetus tamen institutum nostrum tuemur; neque nos quicquam deterrere potest, quin ad bonarum artium, & literarum studia iuuanda acriori semper studio laboremus. hoc autem quàm religiose hactenus præstiterimus, cum id iam late pateat, non est locus, vt modo fusius demonstremus: de Galeni tantùm libris pauca libet præfari. Huius grauissimi scriptoris opera, quæ deprauata, sparsim antea vagabantur, parens noster LVCAS ANTONIVS primus omnium & collegit, & redegit in ordinem; innumerisq; erroribus expurgata, & multis, quæ nondum in latium venerant, latinitate donatis aucta, summo doctorum virorum, & Europæ totius plausu typis euulgauit. Patre autem vita functo, nos patris exemplo ad Galeni ornandos libros ita sumus animati, vt, secundò, & tertiò eandem prouinciam aggressi fuerimus; ac dum, quæ vetustate erant deperdita, vndiq; recuperare, accitis doctissimis viris latinitate donare, & veteres conuersiones ad Græcos codices expolire sumptu maximo contendimus: Galeni opera ad minime contemnendam elegantiam peruenere; nostramq; industriam hac in re apud exteras etiam gentes fuisse probatam, cum aliorũ complurium, tum uero CONRADI GESNERI optimarum artium, & doctrina præstantissimi testimonio sensimus. Cæterum nunquam suus est humanæ diligentiæ terminus. Videre quotidie est omnibus artibus, quas ad summum excellentiæ apicem peruenisse credideris, vi tamen ingenij, aliquid splendoris, & ornamenti accedere. quod sanè & in hac nostra arte plurimum vsu venit. Nam & si secunda, & mox etiam tertia, è nostra officina Galeni operum diuulgatio ijs prodiere auspicijs, vt nihil maius expectari posse videretur: est tamen in his ipsis animaduersus locus illustrandi rursum multa, & ad maiorem melioremq; frugem promouendi. quæ res ita nos excitauit, vt, quando labores nostros sapientibus viris adeo gratos esse intelligimus, acriori denuo solicitudine, maioribus repetitis impensis & laboribus, idem opus & magnum, & arduum tractandum susceperimus; quod nunc, DEO fauente, in publicum proponimus. Quid autem hæc QVARTA NOSTRA EDITIO superioribus præstet, apertum cuique ex earum collatione esse potest. Sanè in hoc potissimum enixè elaborauimus: vt propemodum vniuersæ translationes emendarentur. Nam, quum in superioribus, non solùm nostris, sed etiam aliorum editionibus

multa adhuc, græcorum fortaſſe codicum vitio, obſcura, vel etiam mutila relicta eſſe intelligeremus, hìc omni ſtudio operam dedimus, vt meliora omnia legerentur. Adhibitis enim viris non literarum modo græcarum, ac latinarum, ſed etiam rei Medicæ, ac Philoſophiæ doctiſsimis, omnia ferè ad examen reuocari, & accuratius caſtigari curauimus. Præſtitere in hoc fidem ſuam, & diligentiam VICTOR TRINCAVELIVS, IVL. MARTIANVS ROTA, IVNIVS PAVLVS CRASSVS, IVLIVS ALEXANDRINVS, VIDVS VIDIVS, AVGVSTINVS GADALDINVS, ALEXANDER IVSTINIANVS, & IACOBVS ANTONIVS MARISCOTTVS, *qui et huic quoq; editioni, adhibita ſumma diligentia, præfuit. Ab his tum ſua, id eſt ab ipſis tranſlata, tum aliena ferè omnia recognita ſunt, et ad incudem reuocata. multam vero operam, et magnum ſtudium in hanc rem contulit Gadaldinus, quo ueluti duce hæc ſuſcepta eſt, et obita prouincia. In hoc autem maximo labore diuina liberalitas ita nobis affulſit, vt vetuſtiſsimorum Græcorum codicum ex nobilioribus maximeq; probatis bibliothecis tam opportunè nobis locuples copia facta ſit, ut inde plurima, et perq; obſcura loca illuſtrari potuerint. quæ res q; diligenter ſit effecta, tum nouæ ab eodem Gadaldino adiunctæ margini adnotationes, tum multa in ipſo contextu paſsim interpoſita declarant. In emendandis igitur tranſlationibus in primis hæc præſtitimus: Sed nonnullos quoque libros de integro ex græcis latinos factos dedimus. ſunt autem, liber de* CONSVETVDINE, *& liber de* COMATE, & PROGNOSTICA *de decubitu ex mathematica ſcientia: quòd illi duo olim de græcis obſcurius conuerſi fuiſſent: hæc vero, quòd antea corruptiſsima & græce, & latine legerentur. His omnibus, vt more noſtro Galeni opera cum aliqua acceſsione hoc etiam tempore emitteremus, nuper addita eſt* SYNOPSIS *librorum de Pulſibus, cuius quandoq; Galenus meminit, liber de* DIAETA *Hippocratis in Morbis acutis, itemq; libellus de* PLANTIS, *& occultis medicinis ex Arabico in Latinum tranſlatus, qui & ipſe Galeno aſcribitur. Sed quid plura? omnis noſtra cogitatio in eo maxime verſatur, vt vobis, medicinæ ſtudioſi, omni tempore gratificemur. experimur certe, ac tentamus omnia. Noſtis quàm ſæpe Galenus Hippocratis verba, & ſententias citet, plerunque interpretetur, nonnunquam etiam corrigat: noſtis etiam, quantopere medendi artem iuuet Hippocratica Galenicis coniungi. Ecce (quod nuſquam hactenus factum video) ſingulis Galeni locis ſuum Hippocratis locum indicatum, ac veluti digito commonſtratum habetis. Quo fiet, vt in ſtudendo, & Galeni ſententia aſſequenda, initiatis medicinæ, & nondum in Hippocratis lectione verſatis minor deinceps impendeat labor. pro qua quidem re, maxime* FRANCISCO ANGELO COCCIO *habendæ ſunt gratiæ, qui huius vtilis laboris auctor, cum in ſecunda, tertia, quarta, ſexta Claſſe, & libris Extra Ordinem, loca Hippocratis indicauit, tum præterea*

egre-

egregiam in libris Aphorismorum operam nauauit. hic enim non loca solum à Galeno citata, sed & alia plura collegit, quibus Hippocrates eandem sententiam repetit. ijs etiam locis passim adnotatis, quibus Galenus propositum Aphorismum, vel interpretatur, vel citat. Quod reliquum in Galeni operibus fuit, vt studiosis satisfieret nostram hanc editionem quotidie efflagitantibus, quum ipse Coccius in summa temporis angustia tantis laboribus esset impar, commissum est curæ, & diligentiæ Theodosii thalassini, & Ioannis costae, *qui munus suum, ille quidem in Isagogicis, prima, & quinta classe: hic verò in septima classe quanta fieri potuit diligentia, & fide præstiterunt. Hæc quum ita se habeant, iam perspicuum est, hac Quarta nostra editione Galeni opera superioribus omnibus castigatiora, & illustriora prodire. Sanè ordinem Librorum, quem in editionibus nostris semper seruauimus, etsi doctis quibusdam, non satis arridere audimus: non tamen duximus immutandum. Nam, quicquid alij sentiant, nos in tot libris, diuersis temporibus, diuerso proposito, & fine conscriptis certum, & perpetuum seruari ordinem non posse intelligimus: quando aliqui, si eorum hypothesim spectes, tribus nonnunquam in locis constitui posse non iniuria videantur. Quid, obsecro, incommodi studiosis, quid detrimenti affert, hìc an illic liber vnus aut alter collocetur, dummodo eius libri copia non desit? res quidem certè hæc multis doctissimis viris tam parui momenti est visa, vt nos ad maiorem curam traducere non debuerit. quinetiam audio inter doctos sedari hanc de ordine controuersiam non posse: quum alij nostrum, id est à* Ioanne Baptista montano *constitutum ordinem magis probent: alij alium, atque alium commendent; & rursum aliquibus nullus hactenus assignatus ordo vllo pacto queat satisfacere. At vos interea, studiosi, accipite alacri lætoque animo Galeni opera, quæ tantis laboribus, & impendijs nostris elegantissima, & exornatissima vobis præstamus. De nobis autem ipsis illud vere, ac libere possumus polliceri, eosdem scilicet qui antea fuimus, hoc est promptos, paratosque ad studia vestra iuuanda, in posterum etiam futuros; si modo hanc nostram diligentiam in Galeni operibus diuulgandis gratam vobis fuisse intellexerimus. Deus. O. M. conatus vestros bene fortunet.* Venetiis *Mense Iunio* M D L X V.

GALENI VITA
EX CONRADI GESNERI
PROLEGOMENIS IN GALENVM

IN qua Galeni vita copioſe deſcribitur, videlicet nomen, patria, ſeculum, parentes, inſtitutio prima, & in ea præceptores: deinde artis medicæ ſtudium, præceptores in eadem, & circa demonſtrationem, ac veritatem diligentia: tum familiares eius, & peregrinationes explicantur: poſtea hiſtoriæ aliquot præſagiorum eius, & curationum recitantur: dein eius valetudo, morbi, & mors: denique mores, virtutes, & pietas commemorantur. Poſtremò omnigenæ doctrinæ eius præſtantia, artis medicæ per ipſum illuſtratio, eius que libr. ratio in vniuerſum, ſtylus, & tractatio, & ad alias diuerſas ſcientias ex eorum lectione vtilitas, quæ redundet, vberrimè exponitur: & cum gloriæ eius prædicatione epilogus infertur. Non ſolùm autem Galeni vitam, & laudes prima hæc Προλεγομένων *noſtrorum pars continet: ſed plurima in vniuerſum tum ad totius medicæ artis laudes, & rationem, tum etiam philoſophiæ pertinentia: & abſoluti futuri medici exemplar, atque ideam.*

Procœmium.

DE Vita, & doctrina Galeni, præclari aliquot viri noſtro ſeculo ſcripſerunt, vt Hieronymus Gemuſæus medicus, & philoſophus ſummus, acerrimo vir ingenio, philoſophiæ olim in illuſtri Academia Baſilienſi profeſſor: Iulius Alexandrinus medicus Cęſareus, Philippus Melanchthon, & Andreas Lacuna: quorum omnium doctiſſima ſcripta hac de re perlegi, ita vt è ſingulis ea, quæ ad ipſum præcipuè Galenum pertinere iudicabam, decerpſerim: in primis verò, & plurima, ex Gemuſęi in primam Galeni operum Baſileæ ex Frobeniana officina editionem præfatione: in quo Galeni vitā, atq; doctrinam copioſiſſimè, diſertiſſimè q; deſcripſit. Non difficile quidem mihi fuiſſet, ex diuerſis apud Galenum locis, quæ ad hanc rem pertinebant deſcribere, ſed malui (quod & facilius fuit) doctiſſimorum ante me hominum ſcriptis vti, cum ingenua confeſſione: ordine pro meo arbitrio mutato, & additis vbique multis, quæ illi omiſerant, vel ex Galeni libris, vel aliunde: multis etiam omiſſis, quæ rhetorico artificio magis ad decantandas Galeni laudes: quàm ſimplicius, ſolidiuſque ad vitam eius, doctrinam q; deſcribendam, prolata videbantur. Nec puduit me multa verè, commodè, eruditè ab alijs dicta, vel iiſdem verbis repetere: vt neque ipſos pleraque partim ex Galeni, partim alijs veterum libris mutuari. Sed ex altera quoque eiuſdem Gemuſæi in Græcam Galeni operum editionem Baſileæ publicatam, parcè quædam decerpſi, & breuiſſimis ſententijs incluſi, quæ ipſe copioſius de eius doctrina perſequitur.

Medicinæ origo, & progreſſus ad Galenū vſque.

Medicinæ origo prima, quæ fuerit, & eius incrementa vſque ad Hippocratem: & ab Hippocrate rurſus ad Galenum quæ eius facies, copioſè perſequitur Gemuſæus, in præfatione Latinorum Galeni operum. Ex quo mutuatus videtur Lacuna in Epitomes ſuæ Galeni operum præfatione, breuius eadem complexus, his ferè verbis: Artis medicæ inuentionem Græci ferè vniuerſi, in deos ipſos, atque illorum amicos referunt. Tradunt quippe Æſculapium ab Apolline patre inſtitutum, filios ſuos poſteà medicinam docuiſſe: atque in hunc modum artem ipſam cœptam diuinis auſpicijs, ſucceſſione quadam hæreditaria, à parentibus propagatam ſemper in liberos, ad Hippocratem vſque (qui & ipſe ab Æſculapio oriundus fuit) perueniſſe. Cautum ſiquidem erat in illa Aſclepiadarum familia, ne quis artem, & induſtriam medendi, poſſeſſionem planè diuinam, à Deoq; ſolis ipſis conceſſam, cuiquam communem faceret, qui ab eodem non eſſet genere exortus, id quod fuiſſe in cauſa videtur, vt peritos artis illius τῶν ἰατρῶν παῖδας, hoc eſt, filios medicorum Græci ſemper vocarint. Hippocrates verò omnium primus diſperſam prius artem (vt artis potius partes, & principia, opera'que) collegit, & vniuerſalia pręcepta rationali methodo condidit: nobis'que volumina octoginta reliquit, quæ incomparabilem doctrinam eius, vitæ'que innocentiam teſtantur. Eum poſtea ſecuti ſunt Diocles Caryſtius, Praxagoras, Chryſippus ſophiſta, Eraſiſtratus q; ex filia Ariſtotelis genitus, qui antiſtites rationalis ſectæ extiterunt. Nam ſub Philino Coo, eodem ferè tempore, factio Empiricorum eſt orta: cuius fautores fuerunt Serapion Alexandrinus, Apollonius Antiochenus, & Menodotus: Qui ſanè diſſidebant à Rationalibus: quòd illi quidem ratione ſimul, & experientia vterentur ad inueſtiganda præſidia morbis ipſis congruentia: hi autem ſolo vſu contenti eſſent eorum, quę alia's aliquoties obſeruauerant. Ab vtriſq; receſſerunt ex æquo Methodici nuncupati, cauſarum abditarum indaginem (quas Logici ſummo ſtudio explorabant) reſpuentes: nec tribuētes quicquam experimentis particularibus, quibus nitebātur Empirici. Reducebant autem hi, vt omnes particulares affectus ad generales duos, nempe aſtrictum, et laxum: ſic vniuerſas curationes ipſorum, ad duas ſimiliter, aſtrictionem videlicet eorum, quæ laxa eſſent, & relaxationem illorum quæ aſtricta. Auſpicia huic ſectæ dedit Themiſon Laodiceus: abſoluit autem eam Theſſalus ille

Trallianus,

Trallianus, qui pollicebatur ſe edocturum artem ipſam accuratiſſimè vel ſex menſibus tantùm. Poſt quos omnes tandem Galenus ſecutus, medicinã in tot ſectas diuulſam, laceramq́; , ſuæ integritati, atq; nitori reſtituit: explodens quidẽ omnia peruerſa dogmata, quæ grallabantur ſuo tẽpore, reuocans autẽ Hippocraticam rationem medendi, quæ iam plus quàm ſexcentos annos ſepulta, & neglecta fuerat. Sed nũc cęteris omiſſis, de ſolo deinceps Galeno dicamus, id q́; copioſius, accuratius q́;, vt ſimul perfectum, viuum, & abſolutum medici exemplar, atq; idea in ipſo eluceſcat.

Galeni nomen. Γαληνὸς oxytonum, vocabulum eſt adiectiuum, tranquillum, placidum, & ſerenũ ſignificans: quæ quidem vocabula Latini etiã hominum quorundam propria fecerunt, parentibus nimirũ talem animi ſtatũ ſuis liberis ominantibus. Et proculdubio Galeni etiã noſtri pater, vir eruditus, filio ſuo, quẽ in optimis quibuſq; diſciplinis, quibus animi maxime tranquillantur, omnes q́; eorũ perturbationes ſerenantur, inſtituendum propoſuerat, non temerè hoc nomen impoſuit. Eſt autem Γαλήνη propriè illa tranquillitas, qua mare placidum, ventis, ac fluctibus minimè obnoxiũ, planè quieſcit, hanc grammatici deducunt παρὰ τὸ γάλα, vnde & λευκὴν Γαλήνην Homerum dixiſſe putant. Forſitan autem Γαληνὸς cum adiectiuè accipitur tantùm vltimam acuit, cũ verò nomen proprium eſt, primam: ſicuti etiam βοηθὸς, ἀγητὸς, ἀδελφὸς, item γλαυκὸς, χρυσὸς, ἀργὸς, appellatiua quidem, oxytona ſunt: propria vero facta retrahũt accentũ, vt in Cyrilli libello de iis, quæ accentu differũt, apparet. Sed hæc Grammaticis relinquamus: quorũ tamen obſeruationes, ac leges ſępe ab authoribus non obſeruantur. nos quidem in excuſis hactenus codicibus nullis Γάληνος proparoxytonũ reperimus: quanuis ita ſcribendum ex aliorum propriorũ analogia videatur. Claudij prænomen vt ex Romanorũ conſuetudine ei adſcitum apparet (ſolebãt enim Romani omnes liberi duntaxat, honoris cauſa nominibus præmittere prænomina) ita nuſquam ab eo vſurpatum puto, tanquam ambitioſius fortè, & non vſitatum Græcis, aliis q́; populis.

Patria. Pergami natum eſſe Galenum (quanuis id neſcio qui negarunt, quos Andreas Lacuna notat) cum ex variis hiſtoricis, (& Ioannes Tzetze, qui hanc vrbem propè Troiam eſſe ſcribit) tum innumeris ipſius Galeni teſtimoniis conſtat, apertiſſimè quidem, libro primo De cõpoſitione medicamentorũ ſecundum genera, Pergamũ ſibi patriam eſſe teſtatur, his verbis: Hoc medicamentum non ex eorum numero eſt, quę à me primùm compoſita ſunt: ſed iam annis multis ante, à rege noſtro, Pergamenſibus imperante, Attalo, viro omnigenorum medicaminum ſtudioſo, &c. Similiter libro ſecundo De pharmacorum compoſitione ſecundum partes, ſic ait: Nam & frigidorum fontium, & niuis, multa Romę eſt vbertas, quemadmodum apud nos in Pergamo. Et rurſus eodem libro: Atq; ad hanc rem noſtrum Pergamenum atramentũ ſcriptorium præcellit, &c. Fuit autem Pergamus, vel Pergamum, Aſiæ ciuitas nobiliſſima, ingeniorum q́; optimorũ altrix: quæ diu quidem ſub regibus Attalicæ familiæ floreſcens, poſtea Romanorum legibus paruit. Quare Galenus meritò ab illa oriundum ſe gloriatur: & quòd ciuitas illa ampliſſima vtpote ad quadraginta hominũ millia capax, & in regione probè temperata, Myſiæ q́; vicina ſit, alicubi tradit. Meminit eius in Apocalypſi Diuus Ioannes: & Pergamenum vulgò dictum, in eadem vel Eumenes, vel Attalus, primus inueniſſe dicitur. In hac verò tam celebri ciuitate natus Galenus, in qua percelebre etiam Æſculapij dei medici fanum fuiſſe conſtat, nil mirum ſi medicus longè celeberrimus euaſit, non quòd Æſculapium nos deum faciamus: ſed quòd in maximam remediorum obſeruationem, & artis principia, illic tum apud Æſculapij ſacerdotes, tum alios fuiſſe probabile ſit. Ægrorum enim decumbentium curationes peruſitata ab ipſis remedia antiqua quadam conſuetudine ad ipſos perlatæ obſeruabantur. Libro quidem ſeptimo de compoſitione medicamentorũ ſecundum genera, Aſianum ſemetipſum nominat Galenus.

Seculum. Vixit ſub Marco Aurelio Antonino, Commodo, Lucio, & Seuero, Cæſaribus: vt apparebit infrà in eius peregrinationibus. M. Aurelius Antoninus quidem, cũ Galenus Romę eſſet, obijt: & regnauit poſt eũ, ipſo Galeno teſte, Seuerus, qui ſeipſum mutato nomine Antoninũ vocauit. Euſebius tradit ſub Cęſaribus Adriano, Antonino Pio, Marco, & Commodo, claruiſſe Galenũ. Suidas ſub Marco, & Commodo, & Pertinace eũ collocat, Io. Tzetzes ſub Antonino Caracalla. Ex his autẽ omnibus primus eſt Adrianus, qui imperare cœpit anno Dñi 220: vltimus Caracalla, cuius Imperij annus primus fuit, à nato Chriſto 314. Quòd ſi à primo Adriani anno cõputes vſq; ad primum Caracallæ, anni erunt 74. Conqueritur autẽ ipſe ab initio Methodi medendi ſuo ſeculo artes bonas contemptui, & veritatis inquiſitionem nemini ferè curæ fuiſſe: diſciplinas fugiſſe pleroſq; omnes: pecunias, ciuilem potentiã, ac voluptatem expetiuiſſe, adeò vt pro inſano haberetur, qui ſapientiæ ſtudium quæreret. quo magis admiranda Galeni virtus fuerit, cuius excelſum ingenium in tanta ſui temporis corruptela, à veritatis ſtudio non fuerit auerſum.

Parentes. Generoſam, & nobilem Pergami fuiſſe familiã Galeni, ex ipſius verbis, quæ in libro De curandis animi affectibus, leguntur, conſtat. Patrem habuit Niconem nomine, ciuem Pergami, opulentum: iuſtitia, frugalitate, temperantia, humanitate, et clementia inſignem, ab omni iracundia alienum, liberalem, modeſtũ, & omnino optimũ virum, qui q́; probis omnibus ſemper admirationi eſſet: Gręca lingua & variis diſciplinis, præſertim Mathematicis, doctiſſimũ, & ſtudiis philoſophicis deditum, vnde & architecti dignitate functus eſt Pergami. Gręcæ quidem linguæ peritiſſimus fuit, eam q́; ad amuſſim tenuit: ita vt doctor etiã eius linguę, & pędagogus fuerit. Callebat is Geometriam, Arithmeticam, Aſtronomiam, Architecturam, ſimul q́; (præſertim in ſenectute)

rei rusticæ studiosus erat: quibus plerisq; artibus auus quoq;, et proauus Galeni nō vulgariter eruditi fuerant: & easdem etiam ipse à parente, doctore, & pędagogo optimo hausit: à quo ad annū vsq; decimumquintum suæ ætatis, grammaticā, logicam, & arithmeticam didicit. Cum verò iam adolescentiam ingressus Galenus, doctrinæ studiis ardentius, quàm cæteri condiscipuli die, noctu'q; operam daret, pater in agrum rei rusticæ studio concessit: vbi, cum iam ętate declinante agricultura delectaretur, triticum & hordeum aliquando seminauit, omnibus diuersi generis seminibus, quæ ipsis erant admista, diligenter selectis, quo certè cognosceret, num ex ipsorum mutatione lolium, & ægilops nascerentur, an propriam hæc quoq; semina naturam haberent. Idem aliquando adipem, & oleum recondit, vt illis quàm antiquissimis aliquando vti liceret. Et vt familiæ suæ de eduliis salubrioribus prospiceret, semina, & fructus aliquos (vt amygdala, iuglandes, auellanas, legumina diuersa, triticū, in aqua prius macerare, aut elixare solebat, vt inde, an intumescerent, & quantum, & quàm citò, perciperet: atq; ita de eorum salubritate statueret. In vnoquoq; enim seminū genere alia quidem (pro soli, aliis'q; causis diuersis) coqui, & intumescere facilè solent, alia difficilè, hæc minus, illa magis salubria sunt. Vita autem functus est natu, vt videtur, iā grandior, priusquam omnino annum vicesimum Galenus attigisset. Et talis quidē Galeni pater fuit: mater verò vsque adeò iracunda, vt interdum etiam morderet ancillas, semper'q; & vociferaretur, & cum marito contenderet, id'q; longè quidem odiosius, quàm cum Socrate olim Xanthippe, mulier interim pudica, & circa rem familiarem augendam solicita.

Institutio prīa. Institutio prima Galeni & in primis disciplinis fuit, vt dictū est, ad annum vsq; decimumquintum: *Præceptores.* intra quod tempus sub patre grāmatica, arithmetica, geometria, & astronomia eruditus est. In his disciplinis humanioribus vsq; ad eū ætatis annum enutritus, ad dialecticā inde contemplationem, vt soli deinceps philosophiæ vacaret, ab illo perductus est. Adeò autē natura promptus fuit, & excellenti ingenio, vt vel primis auspiciis maximā de se exhiberet expectationē. Hanc patris liberalitas augebat, ita vt ætatis eiusdem cæteros plerosq; omnes superaret. Libro quidem secundo de differentiis pulsuum, in colloquio cū aliis quibusdam, tardum natura se esse dicit, & festinantes non consequi facilè: sed tarditatē hanc fingebat, ne importunius à quibusdam ad homonymum ante distinctionem definiendum vrgeretur. Sic ei in logica theoria instituto, pater celebrium Stoicorū libros, pręsertim verò Chrysippi proposuit, tantùm autē profecerat, vt admodū adolescens adhuc in illius syllogisticos libros Commentariū conscriberet. Ab eo tempore præparatus Mathematicis disciplinis, & omnis sapientiæ organo instructus, philosophorū scholas ingressus est, cū olim philosophiæ studium principes tantùm viri, & reges tractarēt: vt pluribus in perscripta à se Galeni vita Gemusęus noster edisserit. *Philosophia studium.* Et primùm quidem Philopatoris stoici discipulum quēdam satis diu audiuit: neq; hoc temere, aut fortuitò, sed optimo patris consilio factū arbitror, vt ante alios Stoicorū philosophorum argumenta, & rationes audiret: qui & in dialecticis studiosè (etsi minus accuratè, quā Peripatetici) versabantur, et ad componēdos animi affectus, aut potius excidendos, si fieri posset, & inducendam tranquillitatē, ac perpetuum virtutis exercitium, plurimū studij ponebant: id quod in ea ætate, qua maximè vigent cupiditates, & perturbationes animi, ad rectè formandos Galeni mores, vitæ'q; moderationem, non parum conducebat. Scio vituperari Stoicos, qui requirant ἀπάθειαν: quę tamen pręcipienda fortè fuerit, vt eius studio ad μετριοπάθειαν saltē (vbi ea conuenit, si non vbiq;) perueniamus. Qui enim optima, & perfectissima sibi proponunt, ad ea enitēdo, & aspirando, si non finē propositi sui, mediū saltem, aut propiorem fini locū, plerunq; assequuntur. Postea Caium, qui disciplinā Platonicā complexus fuerat, cum is à ciuibus suis ad negotia reipub. traheretur, ad breue solùm tempus, præceptorem habuit: optimū sanè virum, ipso teste, māsuetū, et aditu facilem, qui'q; Pergami solus ferè iusti, et pecuniis inuicti hominis existimationē sustineret. Quàm verò studiosus Platonis fuerit, & quantopere eius doctrinā admiratus, liquidò multis in locis præ se fert, plurimū eius doctrinę tribuēs, & diuinum ipsum appellans. Eundem cū Hippocrate, medicorum'q; omnium placitis, præ cæteris cōsentire, priuatim dicato rei huic volumine, liquidò ostēdit. Eodē ferè tempore ciuem aliū Pergamenum, Aspasii Peripatetici discipulum audiuit, qui post longā peregrinationem demum redierat: & post hunc, alium ab Athenis Epicureum: quorū omnium filij causa & vitā, & disciplinam explorabat pater, vnà cū eo ad illos assiduè ventitans. Bene autē ei cessisse dixerim, quod vt primò à Stoico præceptore virtutis studia, animi'q; tranquillitatē aliquā hausit, & mox à Platonico aliquam rerum diuinarū cognitionem, & deinde à Peripatetico naturalium præcipuè (quamuis enim ex philosophis istis alias quoq; philosophiæ partes singuli tractent, in illis tamen, quas dixi excellunt, Postremò autē in Epicureum incidit, qui nimirū in voluptate, nō vt reliqui ferè in vsu virtutis, felicitatem hominis collocabat. Quāuis autem persæpe in particularibus quibusdam ab Aristotelis opinione discedit Galenus (sicuti à Platone etiā, & Hippocrate suo, vtpote nulli sectę iuratus) circa humani præsertim corporis fabricam: in vniuersum tamen Peripateticam philosophiam, & secundum eā docendi, demonstrandi'q; genus, apprimè eum coluisse apparet, vt aliàs, ita maximè in libello de libris propriis, vbi enumerat conditos à se libros ad demonstrationē pertinentes, tum alios, tum quibus logica Aristotelis est interpretatus. In eodem quos in morali philosophia conscripserit libros: quos de logica Stoicorū, quos in Platonica philosophia, quos cōtra Epicurum, quos deniq; ad grammaticā, & rhetoricam pertinentes, recenset: quorū omnium etsi

nihil

nihil ad nostram ætatem peruenit: in iis tamen singulis, eum non modò institutum fuisse, sed etiã excelluisse, vel ipsæ lucubrationũ eius inscriptiones prę se ferunt. Hactenus dixi de prima Galeni institutione: ex qua facilè apparet eum nõ lucri, aut ambitionis gratia ad studia literarũ à parente destinatum fuisse: sed vt animo primis disciplinis instructo prius, ac præparato, amabili studio sapientiæ deditus, reliquã ætatem tranquillam duceret. Nam in id repertã fuisse philosophiam affirmant, cum turbulenta sit actiua vita, vt ad contemplationis studium prudentes homines sese conferrent. Sed aliter visum fuit diuino consilio. Annum agebat septimum decimum, quando patris euidenti insomnio monitus medicinã est aggressus, cum philosophia illã coniungens: in primis verò naturalem philosophiã studiosè excoluit, vt inde principia, & causas variis in arte medica rebus, melius accõmodare posset. Sic autem ipse de se alicubi: Felicitatẽ meam (inquit) quam beneficio paterno habuerã, quamuis ego maiorem adhuc redderem, ꝙ citius, melius q; reliquis omnibus, quæcunq; docebar ediscerẽ: nisi tamen per vniuersam adeò vitam, in illis medicinæ, philosophiæ q; theorematibus me diligenter exercuissem, nihil præclarum, excellens q; consequuturus eram, &c. Promouerunt, & auxere hunc feruorẽ cętera quoq;, quibus adminiculis ad res magnas aggrediendas, perficiendas q; magnopere est opus, cũ & singulari esset ob patris liberalitatẽ eruditione, & ætate ad discendũ idonea, & impensas, vnde disciplinis vacaret, suppeditatas haberet. His itaq; rebus omnibus adiutum, minus admirabile est facilè cõmilitones omnes intra paucos annos eum superasse: & eò vsq; tandem in arte progressum fuisse, vt sectæ cuiusuis (quæ tum per artẽ ipsam variæ fuerunt) ipsis quoq; principibus par esse posset, velut ipsemet ait: Ego verò (inquiens) reipsa, & publicè, & priuatum, apud eos videlicet, qui sectã quamlibet à me discere cupiebant, ostendi, in omniũ sectarum scientia (ne maius quicquam dixero) me esse posthabendum nemini. ꝙ si vni sectarũ patrocinium ferre velim, ita in promptu sunt mihi rationes, vt nõ verear, ne quis me conuincat. non enim, vt non nulli faciunt, è libris eas didici, sed præstantissimis in quaq; secta præceptoribus vsus sum. Non multò quidem pòst cœptũ ab eo medicinæ studium, mentis eius acrimonia innotescere, & sophistis artem labefactãtibus formidabilis esse cœpit. Nam, dum annum ageret nonumdecimũ, præceptori se tradens, ex Athenęi sectatoribus cuipiam, illius de elementis sententiã discere cupiens, vbi mox cognouisset eius in logica contemplatione imperitiam, & intellecta Athenęi cũ sese ipso diffidentia: cum etiã dialecticæ cognitio ab illo ipsi obiiceretur, eo relicto alios sequi constituit. Præceptores inde habuit, primo Satyrũ: secundo Pelopẽ apud Smyrnam. Fuit ille discipulus Quinti, qui neminẽ ea ætate secũdum habuit, cuius sępe meminit Galenus: Pelops autem Numesiani, qui & ipse Quinti celeberrimus auditor extiterat. Post hos Numesiano Corinthi dedit operã. Vsus est quoq; Feciano præceptore, qui & ipse Quinti discipulus cum eo diu vixerat, vt & Satyrus. Sed & Pergami Stratonicum, Sabini Hippocratici discipulum, præceptorem habuit: Smyrnæ autem Albinum Platonicum, annum iam natus tricesimum secundum. Demum autẽ relicta Smyrna cõtulit se Romam, vt ipse scribit de se, Commentario primo in librum de articulis. Non verò rationalis solùm sectæ, præceptores ei eximij cõtigerunt: sed etiam methodici, & inter empiricos Æschrion. Et hos quidem artis habuit pręceptores. Primùm autẽ nihil priùs, neq; studiosiùs discendum sibi demonstratiua theoria duxit: vt & aliorum disputationes cognoscere, verè ne illæ essent, an in speciem apparentes: tum ipse via quadam insistens, circa quodque eorum, quæ inuestigari solent, ad inuentionem eius peruenire posset. Cum autẽ diu, multum q; à philosophis, tum Stoicis, tum Peripateticis, illã inquisiuisset, ac solidi nihil ab illis acciperet, sed controuersa apud illos etiã pleraq;, immò non nulla naturali rationi pugnantia reperiret: ad Pyrrhoniorum ferè hęsitantiã recidisset, nisi arithmeticæ, geometriæ, dialecticæ q; cognitione, quibus iã à puero institutus erat, retentus fuisset. Cum verò reputaret secum manifestè veras esse eclipsium prædictiones, horologiorum, clepsydarum q; instrumenta, quæ q; alia iuxta architectonicen inueniuntur, satius arbitrabatur, typorum Geometricorum demonstratione vti: maximè cum eos etiam philosophos, qui dialectices callentissimi habebantur, nõ inter se solum, sed sibi quoq; ipsis discordare videret: quanquam ex æquo omnes, has geometricas apodixeis commendarent. Vnde pleniùs cognouit, ab illorũ dictis abstinendum esse, sequẽdos verò Characteres illos, & lineares ostensiones: quas deinde sequutus, illam de demonstratione operosissimam tractationem instituit. Præceptorum autẽ suorum quamuis amantissimus semper foret, noluit tamen addictior cuiquam esse, ꝙ veritatis studiosior: & ob id sępe hominũ rusticorum iudiciũ in plurimis esse sequendã monuit, quod incorruptũ esset, ac liberũ, vtpote ab heresi nulla occupatum. Quinti pręceptoris vocẽ non tulit, qualitatum primarũ appellationes balneatorum nomina vocitantis: vrinas nosse, ad pictores pertinere dictitantis, & alia eiusdem viri: quãquam tanti illum faceret semper, vt Corinthum Numesiani gratia peteret, ꝙ discipulus fuisset eius: & Alexandriã quoq; adiret, alia q; loca permulta, vbi esse aliquem discipulum Quinti intellexisset.

Medicinæ studium.

Præceptores in arte medica.

Demonstrationis studium.

Familiares habuit medicos præstantissimos, & philosophos quoq;, Alexandriæ quidem Heraclianum, Romæ verò permultos, veluti mox dicemus. Ex Alexandria (Ægypto, quæ illi adiacet tota perlustrata) annos octo & viginti natus in patriã rediens omnia, quę cognouerat, pharmaca amicis medicis dedit, vt ea per experientiã confirmaret, quæ ab aliis didicerat. Et, cum eodem tempore vulnerum neruorũ curationem primùm excogitasset, visum est ciuitatis eius pontifici, gladiatorum curationẽ ei soli committere, quãuis iuueni adhuc. Cum autẽ prioribus medicis multi

Familiares eius.

Peregrinationes.

antea

antea periissent, illi ne unus quidem, siue è neruorũ, siue vulnere alio mortuus vnquam est. Itaq; succedentes etiam aliquot pontifices, similiter gladiatores curandos illi tradiderunt. Cęterum nõ diu in patria cõmoratus, orta istic seditione, Romam se contulit: vbi plurimorũ amicitiam, & pręstantium quidem virorum, statim habuit, velut Eudemi Peripatetici, & Alexandri Damasceni, qui dein Athenis publica Peripateticæ disciplinæ professione dignabatur: item Sergij Pauli consularis, & non multò pòst prætoris vrbani, tum rebus, tũ disciplinis philosophicis per omnia præcipui viri: Boethi insuper hominis singularis: cui permultas confectiones ostendere deinde solitus fuit, pręsentibus ei semper, quos nunc memoraui. Porrò cũ Alexandriam, in qua aliquãdiu hæserat, reliquisset, ad Palæstinã Syriæ (vel Syriam cœlen id est, cauam, Palestinæ partem) exportandi opobalsami gratia, & bituminis inspiciendi, contendit. Nauigauit etiã in Lemnũ insulam, vt quæ de terra Lemnia tradebantur, vera'ne essent, præsens inspiceret, & ipsius copiam secũ auferret: primùm cũ ex Asia Romam Imperatoris iussu proficisceretur, quo tempore tamẽ, non ad eũ vbi terra Lemnia reperitur locum à nauclero deductus est: itaq; ad suum in Asiam reditũ distulit: secundo cũ se in Asiam reciperet, ad eam quã voluit Lemni partẽ peruenit. Item in Cyprum, inde inspectis metallis, Cadmiam, Pompholygẽ, Diphryges, alia q; plurima in vsum Pergamensium auexit in primis verò ingentẽ Chalcanthi copiam. Sed & Lyciã aliquando, sola rerum inuestigatione allectus, paruo præteruectus est nauigio totam. Commentario tertio in Hippocratis librum de victu in morbis acutis, scribit se vinũ aquosum, id laudans pro febrientibus, passim reperisse, in Cilicia, Phœnicia, Palæstina, Scyro, Creta, Aegypto, & aliis quas peragrarit regionibus omnibus. Est vbi Orientis prouincias se adiisse testetur, de Cilicia nimirũ, & Syria sentiẽs. Anno tandem trigesimotertio Romã profectus est (iuuenis nempe, non adolescens, vt quidã scribunt) & post aliquod tempus medicorũ Romæ æmulatione, ac insidiis cõmotus, vrbe relicta in patriã rediit, vbi non diu, cũ amicis cõmorato ei, ex Aquileia literę ab Imperatoribus missæ redduntur: quibus illi eũ reuocabant. Cum iterum (inquit ipse libro nono de simplicium medicamentorũ facultatibus) Romã pedestri peterẽ itinere (nam prius naui adierat) per Thraciã, & Macedoniam, prius à Troade Alexandria in Lemnũ adnauigaui, &c. Tandẽ trigesimoseptimo suę ętatis anno iterũ relicta Roma, in patriã regressus est: & illic, quantũ nobis constat, ad mortẽ vsq; permansit.

Romæ quid curando, & præsagiẽdo præstiterit Galenus.

Porrò quanta eius gloria Romæ fuerit, apud ipsos etiam principes, & Imperatores, qui copiosius nosse volet, ab ipso Galeno petat: ex eius præsertim de præcognitione, ad Epigenem libro, nos historias aliquot breuiter attingemus.

Eudemus quartanarius.

In primis quidem Eudemum Peripateticum, magni nominis virum, laborantem quartana triplici, ob intempestiuè administratam theriacam (vnde febris simplex primùm duplicata est, dein de etiam triplicata, prædicente hoc quoq; Galeno) ab aliis medicis, iam ingrauescentem ætate, ac media hyeme, desperatũ à cęteris, tempestiuo vsu eiusdem antidoti adhibito, restituit: prædixit q; euentura omnia, quo scilicet die, quæq; è tribus febribus abitura esset, Crisis tempus, & modum, morbi q; solutionem: id quod nomen illius, existimationem q; per totam vrbẽ, plurimum auxit: sic tamen, vt inuidia apud æmulos eius medicos imperitiores pari etiam gradu cresceret: quę summam virtutem, & doctrinam comitari semper assolet. Itaq;, cum aliquoties publicè docere, & omnibus de iis, quæ in arte minus rectè tractarentur, aut proderentur, emẽdatis, aut mutatis ab ipso, aut etiam noua inuentione excogitatis, rationem reddere, & in corporum dissectione, aliis incognita quædam ostendere sustinuisset: vt crescentem subinde æmulorum medicorum inuidiã, logiatron eum esse clamantium, declinaret, præsertim cum ægrotantium curatio, felicius, q̃ optasset ei succederet, docere publicè & monstrare desiit: ita vt iam nec apud illos, quos curabat, plusq̃ necesse esset profaretur, factis potius, quàm verbis, quid arte posset declaraturus.

Iuuenis quartanarius.
Neruus vulneratus.
Demades.

Deinde iuueni statim primo die, quo fuit accersitus prædixit, quartanæ febris insultum esse: & in curationem susceptũ persanauit, morbi solutionẽ (sicut in Eudemo fecerat) præfatus. Accitus itidem à Posthumo, familiare Charilampi cubicularij, neruo vulnerato laborantem, curauit: quẽ nemo medicorum, qui Imperatoris aulam frequentabant, ad sanitatem reuocare potuerat: post hunc Demadem rhetorẽ, cuius morbum celebres quique aulæ medici ne cognouerant quidem. Interea verò, dũ in Romanis principibus pręditiones, & curationes magna laude peragit, ęmuli medici varia de eo per vrbem spargũt: alius casu illum quempiam sanasse, periculoso q; admodũ curationis genere vti: alius diuinatrice peritia, non arte medica, quid in morbis futurũ esset prædicere.

Iusti vxor amans.

Postea ad Iusti vxorem vocatus, quæ absq; manifesta occasione consumebatur, ex pulsu (qui subitò ad nomen eius, quẽ amabat, auditum, variis modis agitabatur, et subsultabat, quod & aliàs perturbati animi indiciũ est: & vultus, ac faciei color ad eiusdem nomẽ immutabatur) eam non modò amare, sed quem deperiret etiam, miro quodam artificio deprehendit. Eodem tempore cũ Alexandro Damasceno, Fl. Boethi præceptore, quum de voce, & respiratione controuer-

De voce controuersia.

sia incidisset: promittebat Galenus se neruos quosdam ostẽsurum (in hœdis, ac porcis) minutos, & capillorũ instar subtilissimos, partim è dextro, partim è sinistro latere musculis gutturis immissos: quibus, vel laqueo interceptis, vel cultro abscissis, vocis impotens animal redderet, nihil alioqui, quin cętera peragat, impeditũ. Tum Alex. interpellãs: Si prius (inquit) tibi cõcessum fuerit, nos sensibus nostris credere oportere. Ille verò hęc audiens, relictis omnibus abiit, hoc vnũ subiiciens, q̃ se sua fefellisset opinio, non enim ad rudes Pyrrhonios venturũ se putasse. Hæc ad aures

aliorum quoq; eruditorũ peruenere, quotquot in vrbe Romana tum erant, vehementer q; est ab hominibus tum Alexander reprehẽsus, decreuerunt q; Seuerus (qui tum consul erat, & Aristotelicæ disciplinæ operam dederat) Paulus (non multò pòst vrbanus prætor creatus) & Barbarus, (Imperatoris Lucij auunculus) vt se præsentibus dissectionem hanc Galenus faceret conuocatis oĩbus, & medicis, & philosophis, qui nomen aliquod haberent: id quod magna cum gloria perfecit. Simili etiã industria diuitis cuiusdam seruum, nõ ex morbo, sed metu (quod eorum, quæ administrauerat pro dignitate reddere ratione͂ non poterat) contabescere agnouit. Deinde ad Siculum medicum ægrotante͂ à Glaucone philosopho deductus, qui suum ipse morbũ ignorabat, hepaticum esse deprehendit, his argume͂tis. In primo statim aditu obuiam venit quidam, peluim è cubiculo efferens, quæ tenuem cruoris saniem continebat, carniũ nuper mactatarum ablutioni haud absimilem, euide͂s affecti iecinoris argumentum. In pulsu verò inflãmationis indiciũ: & iuxta fenestram hyssopũ ex aqua mulsa decoctũ animaduertit. vnde cogitauit medico pleuritidis suspicionem obortã, dolore videlicet nothas costas infestante, qualis iecinoris quoq; inflãmationibus accidere qñq; consueuit. Erat aũt & respiratio parua, crebra q;, & exigua tussi infestabat. vbi verò magnam respiratione͂ traheret, dolor in iecoris regione vehementius cruciabat, sentiebat q; in dextra præcordiorum parte grauitatem: & iugulum quoq; ad inferiores partes detrahi (quod quidem magnas tantùm inflammationes, quemadmodũ & scirrhum comitari solet) quæ quidem oĩa antequam quicquam audiret à quoquam, Galenus per se & obseruauit, & prædixit, magna Glauconis, & ipsius ægroti admiratione. Itaq; ab eo tempore Glauco, tũ de ipso, tum de arte vniuersa, ꝙ optimam accepit opinionem: cum anteà nihil magni inde expectaret, vtpote qui nunquam cum viris, in arte consummatis versari cõsueuisset. Inter hæc omnia verò, & hoc fuit admirabile factum, ob quod non solum mira loquentem, sicuti anteà plures medici: sed mira facientem eum appellarunt. Boethi vxor frigidę, & humidæ temperaturę supra modũ, cum venter ei tumuisset, et in muliebrem fluore͂ aquosum, cuius nimio profluxu debilis, et decolor reddebatur, incidisset, obstetricibus primùm, optimis sanè omniũ, quę in vrbe erant, vsa est, sed frustrà: deinde etiam præcipuis, quibus q; medicis, inter quos conuenit, adhibenda esse remedia, quæ ab Hippocrate, & alijs post ipsum optimis quibusq; descripta fuissent. Sed sic quoq; deterior indies morbus reddebatur: tandem Galeno soli est curatio demandata. Petierat aute͂ is dies decem sibi dari, & intra eos, si quid proficeret, alios totidem addi: id quod libenter ei concessit Boethus. Primùm itaq; talem sanandi modum excogitauit Galenus, quo non solum humiditate͂ siccaret, verumetiam ita calfaceret, vt æstatis præsertim te͂pore ægrotantis corpus non liquesceret. cuius contrarium fecerant medici prius, in arena maris calida ipsam decũbere præcipientes. Deinde non solum euacuandum putauit id, quod redundabat, sed etiam ne simile illi gignatur aliud prohibendum. In hæc igitur intentus, victus etiam ratione vniuersa ꝙ optimè instituta, tantum effecit, vt duobus primis diebus statim remitteret sæuitia morbi: & priusquam xv dies elaberent, nullum prorsus morbi vestigiũ apparuit. Cum q; iam me͂se transacto & bene colorata esset mulier, adeò vt ad naturale͂ habitum nihil penitus desiderari posset, nec amplius fluoris indicium superesset vllum, aureos quadringentos ad eum Boethus misit (quæ summa, vt Gemusæus cõputauit, valet, aureis rhenensibus plus 1300. vel vt Lacuna, mille coronatis solaribus) & nobilium medicorũ inuidiam auxit. Porrò tribus iam annis Romæ versatus Galenus, ingruente magna peste, confestim ex vrbe in patriam properauit, annũ iam agens tricesimum septimum. Verùm non ita multò pòst Imperator M. Aurelius Antoninus, intellecta eius præstãtia in re medica, eũ accersiuit: erat q; secũ abducturus in bellum, quod contra Germanos mouebat: persuasus tñ reliquit, cum audisset, diuersa deum patriũ Æsculapium iubere, cuius medicus esset, ex quo mortali apostemate laborante͂ seruauerat. Itaq; relictus ab Antonino, toto te͂pore, quo is abfuit, memor prauitatis, & medicorum, & philosophorũ, qui tum Romę agebant, interdum ex vrbe secedebat ad eum locum, in quo Antonini filius Cõmodus alebatur Pitholao commissus: cui etiam ab Imperatore, si qñ puer ægrotaret, Galenum vt accerseret, iniunctum fuerat. Reuerso demum à Germanico bello Imperatore, cõtigit, vt Sextus (alter Imperatoris filius: nam Cõmodum iam prius in patris Imperatoris absentia, à phlegmone, et febri confestim liberarat) in morbum incideret acutum, adeò vt septimum diem euadere nõ posset, quin iudicaretur. atq; hoc ita euenturũ quarto die Galenus cognouit. prædixit q; septimo, vel sexto die prorsus iudicatũ iri. quod si sexto iudicaretur, reuersurum: sin septimo, integrã tum solutionem fore, eam q; per sudorem. Aduenit aũt iudicatio die sexto, & quanquam post id te͂pus ipse Sextus, vt Galeni prædictionem redargueret, & febris nõ rediret, exquisita victus ratione vtere͂, die tertio decimo tñ iterum febrire cepit. cum rursum vocatus Galenus, post tres dies eam febrim, quæ satis magna iterũ esset futura, desituram, atq; septimodecimo die à primo decubitu iudicationem facturam, prædixit. & rursus die quintodecimo sententiam suam rogatus: in eàdem permanere se respondit, hoc etiam addens, septimodecimo die adueniente sudore͂ hora secunda noctis exrumpere incœpturum. Quæ omnia sic euenerunt.

Seruum præ mę stitia ægrotum.

Hepaticum.

Boethi vxor.

Porrò cum reuersus ex bello M. Aurelius crederet se aliqñ febrire, nec minus medici, qui peregrinationis eius comites fuerant: adscitus Galenus, iussus q; arteriam contingere, dixit se febrim nullam percipere, sed potius à cibo assumpto, et ęstuante, eius ve͂triculum opprimi, id quod mox Imperator ipse, ter ita rem se habere repetens, confirmauit: sentire enim se cibo frigido grauari.

Ventriculum

Ventriculum igitur fouens nardino vnguento purpurea lana excepto, calido, bibens q; Sabinū vinum cum pipere, queadmodum Galenus suaserat, minimo negotio fuit restitutus: vnde Galenum postea magnopere commendare non desistebat eum medicum præstātissimum esse, ac tū virum ingenuum, tum summū philosophum prædicans. Nec verò argumentū vulgare Galeni doctrinæ, atq; morum integritatis est, quod à Marco Imperatore omniū, qui illum præcesserant, iustissimo simul, & sapiētissimo, qui q; ob singularē sapientiā suam est nomen philosphi indeptus, celebratus encomijs fuerit, ascitus q; in suorū medicorū clientelam. His vnam adhuc historiā, sanè memorabilem, adijciemus. Quintū morbi diem iuuenis quidam agebat: quo ipso cum medici venam incidere decreuissent, nec indicationes (à quibus detrahendum esse sanguinē medici persuadent) aduersarentur: Galenus bene quidem eos in opinionem mittendi sanguinis venisse dixit: verùm naturā id quod se grauaret expellere festinantē (diligenter enim omnia considerarat, quecūq; ab Hippocrate tradita sunt signa illorū, quibus fluxurus est sanguis) breui admodū, etiamsi nihil ipsi egissent, idem vltrò facturā. Dum medici hæc admirātur: æger è lecto se sustulit, tanquam prosilit urus, interrogatus q; cur exilire voluisset, rubri coloris serpentē per laquearia repere à se visum respōdit, ideo q; è lectulo se aufugere velle. Reliquis medicis nihil hoc ad futurū sanguinis fluxum conferre, visum est: verum Galeno cum alia singula perpendenti, tum ruborē, qui prius in dextra nasi parte ad malam vsq; obscurus fuerat, auctum valde intuēti, sanguinis paulò pòst è dextra nare fluxuri, manifestum id attulit indicium. Atq; ita cōtigit. Nimium aūt profluentem ab eo sanguinē cum alijs modis non posset, cucurbitula ad hypochondrium dextrum apposita, cohibuit. Cum ex Alexandria in patriam rediret, diuertit in itinere in quoddā rusticum prædium vbi fortè ęgrotabat dominus, ac penè suffocabat vuę, ac glandium tumore: cum autem deessent alia remedia, ac iā maturescerent nuces, considerata corticum natura acri, & astringente, ex illis corticibus expressit succum, cui mel addidit: hoc remedio subito liberauit ægrotum: eodem q; postea semper se fœlicissimè vsum narrat. Sed complures huiusmodi historias, qui voluerit, ex ipsis Galeni libris petet: aut Symphoriani Campegij Cāpos historicos Galeni adibit: in quibus ille ex Galeni scriptis, oēs historias, id est, visa, aut facta ab ipso memoratu digna collegit. Infinitū enim fuerit in pręsentia singula persequi, quibus Galenus, nō imposturis, aut sophismatibus, vt alij, sed iustis operibus artis inter principes Romę īnotuit primùm, & apud ipsos deinde aliquot Imperatores quoq; singulari in precio fuit: adeò vt theriacæ, cuius magnum apud eos studiū fuit, & quod non nisi summis aulæ medicis committere consueuerant, præparandæ curam soli Galeno mādarent: ac primùm quidem Antoninus, cui hanc antidotum Demetrius primarius medicus cōficere solitus fuerat, cognito Galenum Demetrio antidotum paranti semper astitisse, post huius mortem, à Galeno eam componi voluit. Cum aūt singulo quoq; die sumere eam soleret Antoninus, virtutes eius, vitia q; dignoscebat exactissimè: quæ itaq; tū à Galeno pręparata fuit antidotus, cæteris adeò præstare visa est, vt degustata, medicinæ concoctionem, quod in alijs fieri solet, expectare noluerit, sed statim fit vsus, nondum integrè duobus mēsibus elapsis. Qui Antoninum subsecutus est Cōmodus, nec theriacæ, nec aliorum curam habuit vllam: quo factum est, vt Imperator postea Seuerus, cum theriacam cōficere eodem modo, quo Antoninus, Galeno præcepisset, simplicium materia, quæ Traiani, & Antonini temporibus reposita fuerat vti cogeretur: imbecillior q; planè extitit antidotus. intercesserant autem anni nondum triginta.

Theriacæ præparatio.

Valetudo.

Nunc artis operibus huius viri relictis, ad reliquam vitam intuendam oratione diuertamus. Quod itaq; ad valetudinem ipsius attinet, sanus per infantiam, & pueritiam ferè, patris beneficio perseuerauit. Adolescens factus, ob fructuum temporariorū esum, adueniente autumno ægritudine laborauit acuta, ita vt venæ sectione opus habuerit. Ad pristinum victum à patre restitutus, anno ætatis octauo decimo sanus permansit: sequente, victu sociorum vsus ęgrotauit iterū similiter, ac rursus sanguis ei detractus est. Posterioribus similiter annis, vsq; ad vigesimum octauum, vel singulo, vel tertio quoq; anno, morbo aliquo laborauit: post vigesimum octauum, sanum semetipsum conseruauit, postquàm videlicet salubrē methodum inuenisset, eius q; præceptis deinceps semper pareret, nullum deinde morbum, ne minimum quidē passus præter febrem ephemeram, quam aliqñ ob immodicos labores incurrit. Circa annum quidem vigesimum octauū, cum periclitaretur, ne ea pars, qua iecur septo transuerso annexum est, abscessu corriperetur, ab esu horæorum oīum penitus abstinendum esse proposuit, exceptis ficubus, vuis q; omnino maturis: quas tñ neq; intemperanter iam, vt antea, sed cum moderatione sumebat: simul autem cum exerceretur, & cruditates omnino vitaret, ita sanitatem diutissimè cōseruauit. Periculum verò illud, cuius nunc memini, de abscessu in hypochondrio dextro, non aliud esse puto, q̄ cuius mentionem fecit sub finem libri de ratione curandi per sanguinis missionem: nempe q; in iuuentute duobus euidentibus insomnijs monitus, arteriam, quæ inter pollicem, & indicem dextri brachij sita sit, secuerit, & donec sanguis sponte sisteretur (nam hoc quoq; insomnium dictarat) expectarit, substitisse autem sanguinem scribit, antequam integra libra effluxisset, & cōtinuò diuturnum dolorem, in illo præcipuè loco fixum, qua iecur cum diaphragmate committitur, cessasse: & similiter sacerdotem dei (Æsculapij) in Pergamo, insomnio monitum, secta in summa manu arteria diuturno lateris dolore liberatum fuisse. Hoc idem etiam conijcio mortale illud apostema esse, à quo se per Æsculapium olim liberatum dixit Antonino Cæsari, excusans se à profectione in

Germaniam

Germaniam cum ipso, quasi tunc etiam idem Deus per insomnium prohibuisset. In libris de valetudine tuenda: Ipse (inquit) aliquãdo per hyemem deprehensus in agro, tum ligna findere, tum hordeũ tundere: exercendi corporis causa sum coactus: quæ nimirum agrestes quotidie pro opere faciebant. Quartanarium rigorem nunquam, alios duos non semel expertus est. nam iuuenis quater tertiana febri laborauit: & puer adhuc febri ardente tentatus est, adeo, vt iam superueniente phrenitide floccos velleret, & festucas colligeret. In libris quidem de sanitate tuenda, scribit se (iam ętate prouectiorem) ex lassitudine nonnunquam febricitasse, nullum alias morbum multis iam annis expertum: quin etiã percussus (inquit) certis corporis partibus, vnde alij phlegmone, bubone' que contractis febricitarunt, ipse nunquam phlegmonem, bubonem've sensi, nec febre laboraui: non aliunde certè, quàm ex seruandę sanitatis artę, tanta cõmoda consecutus: cum alioqui, nec salubrem corporis statum ab ortu ipso sim nactus, nec vitam plane liberam sortitus, sed in qua tum artis officijs seruierim: tum amicis, cognatis, et ciuibus compluribus inseruierim: tum plurimam noctium partem nonnunquam ægrotantium ipsorum causa, semper autem dulcedinis studiorum gratia, peruigilauerim. Inter alios quidem morbos, & symptomata, per iuuentutem ventriculus ei bile assiduè infestabatur: ad quem refrigerandum lactuca vtebatur: cum verò ad ætatem declinantem peruenisset, eodem olere aduersus vigilias vespere vescebatur, iunior quidem crudo: senex verò cum ex dentibus malè haberet, elixo. Quin & vertiginem aliquando sensit, & stomachi fastidia: & anno ætatis tricesimo quinto in palæstra summi humeri luxationem expertus est: et aliquando ventris dolorem vehemẽtissimum, vt videretur in ventre intimo terebra perforari, in eo potissimùm spatio, per quod à renibus ad vesicam vreteres extenduntur: & iniecto rutaceo oleo, excreuit grauissimo cum dolore humorem vitreum à Proxagora appellatum: atq; hoc idem alijs quoq; hominibus similiter accidisse obseruauit. In libro, qui ad Thrasybulum de arte sanitatis tuendæ tractat, scribit se plerunq; multis athletis, qui pręstantissimi esse videbantur, quiq; multas in certaminibus coronas meriti erant, seipsum valentiorem esse expertum, quandoquidem illi (inquit) in omnibus itineribus faciendis in militaribus actionibus, magis præterea in ciuilibus, atq; rusticis negotijs, inutiles prorsus reperiebantur.

Mors. Traditur autem senio confectum tandem requieuisse in patria, vt Brunfelsius, & Lacuna scribunt: annos natum septuaginta, sic enim author est Suidas: an omnino tñ in patria obierit, non puto constare. Albertus de Eybe Margaritæ poeticæ suę tractatu 1 capite x tradit eum vixisse annis octoginta septem, sed sine authore. Profectio eius Romam prima circiter tempora fuisse apparet, quibus, Antoninus Pius dictus, qui Adriano in Imperio successerat, è vita decessit: velut in libello ad eos, qui de typis scripserũt, significare videtur. vnde obitus eius, imperante etiam num Seuero, iuxta eam supputationem cõtigerit, vt quidam conijcit: sed Ioan. Tzetzes Galenũ sub Caracalla adhuc vixisse prodit. Galenum (inquit Cælius Rhodiginus) memoriæ proditum à nonnullis est, centum, & quadraginta annos vixisse, tanta q; in cibo, & potu abstinentia vsum, vt ad satietatem nunquam comederit, aut biberit, nec crudum quicquã vnquam gustarit: vnde sit factum, vt odorificum semper anhelitum spiraret: & citra vllam omnino affectionẽ, sola defecerit senectute: hinc etiam adagio exorto, vt Galeni valetudinẽ dicamus, pro ea quæ vltra humanum captum, nimis sit prospera, nimisq; inoffensa. sic ille antiquarum lectionum lib. 30, cap. 12, quæ quàm sint vera, ex ijs, quæ antè dicta sunt, facilè est conijcere. Hic iam vita eius explicata, ad mores eius, ac disciplinam, studiorum q; rationem intuendam vertenda breuiter oratio est.

Prudentia. Et primùm quanta eius fuerit prudentia, vel ex eo apparet, quòd ab adolescentia, vt ipse scribit, semper se assuefecit, pręcipitem, ac temerarium assensum refugere: quamobrem, vt nulli sectarum se addixit, ita rationes omnium audire, & cognoscere voluit: & in ijs omnibus, quæ sensu, aut ratione cognoscantur, nisi horum alterutro, vel vtroque impulsus, pro certo, & indubitato nihil habuit. Eodem consilio ab omni superstitione, & præstigiatura, quarum hæc ferè sensibus, illa rationi pugnat, semper alienus fuit. Mira verò eius ingenij sagacitas, & animi solertia fuit, ex multis, diuersis q; circunstantijs aliquid promptè colligendi: adeò vt ea, quæ peritia, & sagacitate pręstabat, diuinatione quadam, aut etiam præstigiatura pręstare videretur à multis, ignorantibus, scilicet illud, μάντις δ' ἄριστος ὅς τις εἰκάζει καλῶς.

Temperantia. Temperãs verò adeò fuit, postquam certam tuendę sanitatis rationem iam animaduerterat, vt nunquam postea ob eam in victu neglectam ægrotarit. Et illum certè, qui nihil antiquius studio veritatis, nihil dulcius artis ad hominũ salutem inuentæ promotione duxit, in quibusuis rebus, propter quas homines pleriq; incõtinentiæ, aut luxus, & intemperantiæ accusantur, q̃ minimum deliquisse credibile est. Itaque mores in vniuersũm graues habuit, & ab obscœnitate, ridiculo q; prorsus alienos: eosdem q; mites, ac minimè iracundos. Famulos sanè nunquam propria manu verberauit (vt neq; pater eius) ne commeritos quidem, sed tum minis, tum paternis admonitionibus, peccata semper eorum correxit: irascentis impetum nihil differre ab insania, & furore prædicãs. Quin & ægros moribus semper placidissimis ita exhilarabat, vt vel solo sermone videretur eos restituere, Contrà in disputando adeò grauis, atq; seuerus extitit, vt nunquam non suis antagonistis pudorem, sibi gloriam maximam conciliarit. Fuit enim tam acris, & vehemẽs in refellendis, siue sermone, siue scripto, aliorum tam medicorum, q̃ philosophorum erratis (vt asperioribus etiam verbis, & conuicijs non abstineat, sicuti contra Thessalum, & Iulianum) tantum q; valuit dicendo, vt eorum, quos persecutus

Fortitudo. cutus est, vniuersa scripta perierint. Nunc de animi eius fortitudine, & magnitudine dicēdum: quæ quidem virtus in primis in mortis contemptu honestam ob causam spectatur: non hoc tñ so lùm, sed etiam aliorum, quæ vulgus simpliciter bona existimat, vt gloriæ, ac fortunæ, prę veris bo nis contemptu. Fuit autem imperterritus, atq; immotus ad ea oīa, quæ quotidie in vita accidunt, (qualem patrem quoq; fuisse prædicat) & æquam in quibusuis rebus, aut casibus mentem serua re consuetus. Quod autem Roma, cum plerosq; oēs illic medicos emulatione, & inuidia erga ip sum laborare animaduertisset, & quosdam etiam vitæ eius clanculum insidiari, vrbe relicta in mi norem aliquam ciuitatem, ceu tranquilliorem, & vbi omnes inter se noti essent, simulationis ve rò, & inuidiæ minus, migrare statuit, non pusillanimitate, vt quidam putant: sed partim tranquil litatis studio, partim vt improbis hominibus malefaciendi occasionem subtraheret, id fecit. Inter alias certè virtutes maximè animi tranquillitatē, vt sibi compararet, à patre sępe admonitus est: et gloriā, honorem q; contemnere assuefactus, atq; vnam tantùm, eam q; nudā veritatem suspicere: & ob nullā pecuniæ iacturam mœrore affici, quādiu, quę reliqua essent, ad curādum corpus suffi cerent. Quæ quidē patris documenta se semper retinuisse, & ob nullam rerum, fortunæ q; vicissi tudinem, animo perturbatū fuisse, scribit. Gloriam, & popularem auram sic perpetuò neglexit, vt nulli librorum suorum suum nomen præscripserit, & amicos etiam ne id facerent, rogarit, vtpote μόνης τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπιστήμης ἐπιθυμῶν, καὶ οὐδὲν εἶναι νομίσας οὔτε θειότερον ἀνθρώποις, οὔτε κάλλιον κτῆμα, vt ipse de se scribit septimo Therapeutices, & mox subiungit: διὰ ταῦτ᾽ οὖν οὐδ᾽ ἐπέγραψά ποτε ἐμὸν ὄνομα τῶν ὑπ᾽ ἐμοῦ γεγραμμένων βιβλίων οὐδενί. In libelli quidē De libris proprijs princi pio, non simpliciter nullis suorum librorū, sed illis quos introducēdis, siue in discipulorū, aut ami corum rogantium gratiā ad priuatum ipsorum captū, vsum q; conscripsisset, non ad editionē, no men suū se addidisse negat. constat autem aliquos etiam, vt ederent ab eo conditos. itaq; ipse sibi contradicere videri posset: sed aliter se habet. nam in libello ad Bassum De libris proprijs, causam reddēs, cur aliqui ex libris ab eo conscriptis, ab alijs, atq; alijs mutati, et corrupti, à nō nullis etiam sibi, plis sint vendicati, subdit: huius rei causam esse, qm̄ nomen suum ipse non addiderit, &c. Ad quæ verba tamen non sequitur, cęteris accuratius, et ad editionem conditis libris nomen suum se inscripsisse: sed potius neque his, ne quid ambitioni, & glorię daret: neq; illis, vtpote imperfectio ribus. De gloria quidem populari, & laude apud multos, ita sentiebat: nonnullis viuentibus eam aliquando cōmodum ceu instrumentum esse, mortuis autem nihil omnino prodesse: immo verò nec viuentiū quibusdā: quum eis, qui plurimùm philosophiæ indulgerent, nō paruo impedimē to esset apud vulgus fama, ipsos videlicet à rebus pulcherrimis plus iusto transuersos auferens.

At, si gloriam contempsit, dicet aliquis, quid est, quòd non rarò sua ipse inuenta tantopere prę dicet, suas, tum medicationes, tum prædictiones tam prolixè commemoret, se q; extollat, vt cum aliàs persæpe, tum in vulnerum, præsertim neruorum curatione?

Huic nos respondebimus, non facere hoc Galenum, nisi vbi verè, & meritò facere potest: & non tam seipsum, quàm res pulcherrimas à se inuentas, ac generi humano vtilissimas prædicare. Qui verò gloriā, ceu bonum aliquod spectant, verè ambitiosi, & iactatores homines, ij gloriam ipsam veritati plerunq; anteponunt: et si, quid fortè veri, boni q; inuenerint, sese tamen potius, q̄ res ipsas extolli cupiūt. Pręterea cum gloria alia popularis sit, quę τὸ φαινόμενον, magis quàm τὸ ὂν affectat: alia verò contrà, quę non tam multis, q̄ paucis, videlicet ingenuè bonis, & eruditis in notescere quærit: hanc posteriorem, & virtuti coniunctam gloriam, Galenum non aspernatum fuisse dicimus. Denique cum res quanquam præclaræ, dum nouæ sunt, à paucis approbentur, aut in vsum vertantur, nisi maiori aliquo præconio commendentur, Galenum vtilissima vitæ inuen ta sua, & artis excellentiam commendando, humani generis iuuandi animo id fecisse existiman dum est. plerique autem vtpote obtusiori, in veritate peruestiganda, mente, maiori aliqua impul sione, & commotione animi, vt, quæ bona sunt, credant, ac amplectantur, indigent.

Iustitia. Venio ad iustitiam: quam veluti maximam, & potissimam virtutum ad postremū distulimus locum. Huius verò cum siue partes, siue species sint diuersæ, diuinissima est, quæ pietas dicitur.

Pietas. Extant autem Galeni siue pietatis, siue amoris præclara argumenta multa, in Deos immortales. in parentes, in patriam, in præceptores, & eos, à quibus disciplinis, & artibus imbutus est, in ami cos, in artem ipsam, & in genus deniq; humanum totum.

In Deum. Deum sanè, vt agnouit, vnum esse (summum videlicet, & principē deorum: vt Æsculapium medicinę authorem, quē deum alicubi appellat, minimè pro summo, & vniuersali deo, sed parti culari quodam, & subdito, ac solius medicinæ, ceu præside genio habuerit, sicuti etiam Socrates) ita eundem optimum, maximum q;, & cogitationum etiā nostrarum conscium existimauit. Itaq; de fide sua ipse inquit in tertio de locis affectis: Deum igitur testem facio, me dicturum esse, quod post longam inquisitionem in ipso artis exercitio, & in disputationibus cū doctissimis viris com peri, & verissimum esse statuo. Quis verò talem animū, tam & veritatis amantem, & iuuandi ge neris humani cupidum, non perpetua laude dignum esse iudicet? Cęterùm vt alibi non rarò, ita in primis in septendecim illis libris, quos de vsu corporis humani inscripsit, veluti totidem hym nos, vt ipse appellat, conditori compositos, opificis nostri sapientiam, prouidentiam, iustitiam, ac bonitatem, non solùm agnoscit libenter, sed et magna cum admiratione, & reuerentia nusquam non prędicare, & extollere solet. Immò sacrificium hoc Deo acceptissimū esse censet, non si ei he-

catombas

catombas, victimas'q; offerat quispiam cruentas, aut casiam, & thura accendat: sed si mysteria illius, opera'q; primum quidē vnusquisq; cognoscat, expendat'q; postea verò alijs communicet: in horum enim ignoratione summam impietatem cōsistere profitetur: vt veram pietatem in opifice nostro laudando, cuius sapientia sit infinita, potentia inuicta, benignitas perfecta. Sed Græca ipsius verba, ne quis addi, aut fingi à nobis quicquā suspicetur, adnumerabo: ὃν ἱερὸν λόγον ἐγὼ τοῦ δημιουργήσαντος ἡμᾶς ὕμνον ἀληθινὸν συντίθημι, καὶ νομίζω τοῦτ᾽ εἶναι τὴν ὄντως εὐσέβειαν, οὐχὶ εἰ ταύρων ἑκατόμβας αὐτῷ παμπόλλας καταθύσαιμι, καὶ τ᾽ ἄλλα μυρία μύρα θυμιάσαιμι, καὶ κασίας: ἀλλ᾽ εἰ γνοίην μὲν αὐτὸς πρῶτος, ἔπειτα δὲ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγησαίμην, οἷος μὲν ἐστι τὴν σοφίαν, οἷος δὲ τὴν δύναμιν, ὁποῖος δὲ τὴν χρηστότητα. τὸ μὲν γὰρ ἐθέλειν κοσμεῖν ἅπαντα τὸν ἐνδεχόμενον κόσμον, καὶ μηδενὶ φθονεῖν τῶν ἀγαθῶν, τῆς τελεωτάτης χρηστότητος ἐγὼ δεῖγμα τίθεμαι: καὶ ταύτῃ μὲν ὡς ἀγαθὸς ἡμῖν ὑμνείσθω. τὸ δ᾽ ὡς ἂν μάλιστα κοσμηθείη, πᾶν ἐξευρεῖν, ἄκρας σοφίας. τὸ δὲ καὶ δρᾶσαι πάνθ᾽ ὅσα προείλετο, δυνάμεως ἀηττήτου. Et alibi: Ἐγὼ μὲν οὐδ᾽ ἐπαινεῖν ἔτι κατὰ τὴν ἀξίαν τοῦ δημιουργήσαντος τὰ ζῶα τήν τε σοφίαν, καὶ τὴν δύναμιν ἱκανὸς εἶναι νομίζω. μείζονα γὰρ οὐκ ἐπαίνων μόνων, ἀλλὰ καὶ ὕμνων τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἐστίν. Atqui alibi veluti oblitus seipsum, nō Deum, sed naturā, hoc principium vocare videtur. non tamen reuera sentit, hanc principē esse causam, sicut impiè fecit Plinius libro 2, sub finē capitis septimi concludēs, naturam haud dubiè id esse, quod Deū vocamus. Sic autem de natura scribit. Εἰς ἣν διανομὴν εἴ τις ἐπιβλέψειεν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, καὶ σκέψαιτο πότερον πλημμελῶς ἢ δικαίως, οὐχ ἴσα τοῖς μέρεσιν ἅπασι διένειμεν, ἀλλὰ τοῖς μὲν μείζω, τοῖς δὲ ἐλάττω, τὰς αὐτὰς ὑποχέχτει, κἂν εἰ μὴ βούλοιτο πάντως ἐκρήξαιτο φωνὰς, ὡς ἐνταῦθ᾽ αὐτός τε καὶ δίκαια, καὶ τεχνικὴ, καὶ προνοητικὴ τῶν ζώων ἡ φύσις ἐστίν, εἰ γὰρ δὴ τὸ κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ σκοπεῖσθαί τε καὶ διανέμειν ἔργον δικαιοσύνης ἐστὶ, πῶς οὐ δικαιοτάτη πάντων ἡ φύσις. Quòd, si natura, & iustissima est, & perita, & arte prędita, & prouida, quorū nihil sine ratione est: iam rationalis quoq; videbitur, & planè Deus apparebit: sicuti dolabræ, aut cuiuis instrumento fabri, si rationē, & artem aliquis attribuat, fabri etiam nomen merebitur. Nimirum aūt Galenus alicubi, vt Gentilium vulgus, naturam, veluti substantiam quandam per se, aut numen quoddā existimauit: nam sub finem libri 17 de vsu partiū, mētem vnā per omnia diffusam, quę in cœlestibus corporibus nobilissima, et summa sit, ignobilior verò in terrestribus, naturā facere videtur, eam'q; rationis compotem, seu participem (quam aliqui veterum philosophorum animam mundi appellarunt) & huius substātiam in corporibus solidis, esse putat cū Hippocrate calorē innatum: aut calidi, frigidi, humidi, & sicci temperaturam: & Platonem quoque ait naturam appellasse creationis nostræ authorē: de substantia verò eius nihil ausum esse pronunciare. Et huic sæpius opificiū, artificium'q; omne, quod in nostris, et aīalium corporibus est, adscribit. Alibi verò (vt libro vndecimo capite xiiij. De vsu partium) disertè duo principia, Deum, quē opificem κατ᾽ ἐξοχὴν nominare solet, & naturam distinguit: ita vt Deum, ex ijs, quæ s̄m naturam fieri possunt, vbi scilicet materia adest, ea'q; cōmoda, id quod melius est, ac simul materiam ad id aptam eligere, ac expetere, dicat: quæ vero natura facere non potest, vt vbi materia deest, aut non est apta, ea ipsum ne aggredi quidē, medium quodāmodò inter Epicuri, & Mosis sententiam se esse professus: qm̄ hic Deum simpliciter oīa posse, & facere dixerit, ille verò prorsus ociosum fecerit: tanquam Deus non quidē potentior, quam natura sit, sed sapiētior solùm: cum interim nō rarò naturā nihil prorsus sine causa, aut temere facere scribat, sed oīa summa cum sagacitate, ac prouidentia. Verùm de his copiosius dicendi locus non est. Nos qui meliorem, q̄ ratio nostra per se consequi potuisset, doctrinā hausimus ab vnigenito Dei filio, qui oīa parentis sui sacra mysteria nobis reuelauit, Deum non omnium solùm s̄m naturā rerum, sed ipsius quoq; naturæ totius, ac materiæ omnis, creatorem dominum, & opificem esse, & veluti organum mouere naturam, informare verò materiam quāuis, quā ipse voluerit, forma, & miracula edere posse (hoc est, supra, contra'q; naturā, aliqua cum voluerit, efficere) vt verè sit omnipotēs, & à natura, et artificibus reliquis differat, qui sine idonea materia perficere nihil possunt, didicimus, atq; credimus: & vt in rebus naturalibus, atq; medicis ingenium, ac doctrinam Galeni suspicimus, ita in ijs, quæ ad Deum spectant, qm̄ Deum ex ipsa natura, & ratione humana (sutor, quod aiunt, vltra crepidam) inuestigari posse existimauit, neutiq̄ approbamus. Non extendimus quidem omnipotentiam Dei ad mala, & falsa, vel quæ inter se pugnant, ita vt simul consistere nequeant: quæ quidem ideo non potest Deus, quia ne vult quidem, ne secum ipse, qui summum est bonum, & summa veritas, pugnet. At quęcunq; vult, & voluit, ea potuit, potest'q; omnia: vt sunt non solùm, quę secundum naturam sunt: nam hęc quoq; omnia in suo genere bona sunt, & in aliquem mortaliū vsum diuinitatis bonitate concessa: sed etiam supra, contra'ue naturam aliqua, quæ scilicet ijs, quæ secūdū naturam sint, meliora fuerint, vt nostra etiam mens in nobis ad Dei imaginē condita, sepe, quę contra naturam (corporis saltē) sunt bona, naturalibus prefert. Vt verò naturalia, vt plurimùm vult Deus, neq; solitū, & institutum à se naturę cursum sine magna causa abrumpit: ita veritati, & iustitiæ consona perpetuò, & sine vlla exceptione vult: & mala quidem vniuersalia nunquam: particularia verò non rarò, modò ad bonum vniuersale referantur. Naturæ autem dominum idcirco ostendere se voluit, vt, cum solis eclipsim fecit contra naturam, cum pateretur vnigenitus eius, vt homines inde naturam nō esse Deum, sed aliquod ea prius, melius'q; principium intelligant. Hac ratione à Christo nostro, et mortui excitati sunt, & à morbis desperatis ægri restituti, & multa contra naturam facta miracula, vt, per hæc ipsa naturæ

dominum

dominum se nobis approbaret. Verùm hæc melius explicãda relinquimus illis, qui meliorem, quàm rerum naturę scientiã profitẽtur. Temerè certe, ac impiè Galenus libro secundo de differẽtijs pul suum Mosis, ac Christi scholas repudiat, ceu nulla stabilitas demõstratione: quasi verò miracula, quæ plurima, & verè diuina in vtroq; testamẽto factitata legimus, atq; credimus, nõ oẽm demonstrationẽ superent. Hęc si perpendisset Gal. & ęqua mẽte sibi insinuari, à numine profecta passus fuisset tũ ea, quæ sanctissimi viri de Deo, ac rebus diuinis dixerũt, ceu principia, minimeq; demõstrãda axiomata, esse accipiẽda, persuasus fuisset: aut saltẽ per hypothesin admisisset, donec ea, quę sequũtur intellexisset melius, oĩa nempe ad Dei solius honorẽ, ac gloriam, proximi vero vtilitatẽ deniq; euentus multis deinceps seculis ita, vt multò antè prædicti fuerant, semper respondisse animaduertisset, et vnam hanc religionẽ, vt antiquissimam oĩum, ita sibi similẽ semper, et perpetuam fuisse: nimiam certè illam de sua intelligẽtia opinionẽ deposuisset, neq; ceu lineares, & geometricas demonstrationes has in religione nostra desiderasset. Quod quidem, vt faceret, vel ipsa Christianorum in oĩbus aduersis ad mortẽ vsq; constantia, quæ ipsum minimè latuit, mouere debebat. Huius aũt constantiæ libro 3 de pulsuum differentijs meminit, cum scribit: Citius aũt Mosis asseclæ, & Christi sua deserãt dogmata, quàm qui sectis addicti sunt, tum medici, tum philosophi. Considerare etiã debuerat, crescentẽ in medijs persecutionibus Christianorũ religionem: decrescẽtem verò, nulla vi sensibili resistẽte suam, & ethnicorum, & deficiẽtia iam oracula, carmine pręsertim.

Hæc de Galeni circa nostram religionem ignorantia inuitus dixi: & quidem pluribus, quàm vel proposueram, vel qui hactenus eius vitã nobis descripserunt alij: qm̃ id fidei nostræ professio postulare videbatur. In hoc saltem non vulgaris, vt inter Gentiles, eius pietas apparet, quòd Deum, vt diximus vnum, rerum oĩum opificem, motorem, ac conseruatorẽ, & naturæ principem agnoscit, eius q; magnitudinem, et prouidentiam, magna cum alacritate plurimis in locis prædicauit: & vt naturæ causam, opificem, ac gubernatorem inquirant, hoĩes studiosos seriò hortatur: modestia verò, quòd licet ab adolescentia opifex ille rerũ, quis' nam esset, à philosophis addiscere cupiuerit, de eius tñ substantia, vt etiam animæ, nunquã pronunciare ausus est. Habuisse quidem ipsum insomnijs quoq; fidẽ, veluti diuinitùs, aut ab Æsculapio suo missis, aliquot ex locis librorũ eius apparet: vt primùm cum medicinæ operã dare cœpit, parentis insomnio: deinde, cum somnio monitus, arteriam secuit, & c. Ad pietatem quidem in Deum hoc etiã referendum videtur, quòd neq; circa amuleta (quę ne Christiani quidẽ multi, sed nomine magis, quàm re, deuitant) nec alijs in rebus absurdis, siue illicitis, siue ratione saltẽ carẽtibus, superstitiosus fuerit: vt palàm profitetur, & nos supra quoq;, vbi inter eius virtutes de prudẽtia mentio facta est, aliqua ex parte diximus. Sed nũc de eius in hoĩes pietate dicendũ superest. Parentẽ suum nusquã non sine magno honoris titulo appellare solet: et id in locis permultis, ac prolixè semper facit, vt appareat nunquã suauiorem sibi vocẽ edere visum fuisse, q̃ quę parentis sui laudes decãtaret. Maximè verò in Cõmen. de cognoscendis, curandis q; animi affectibus, illũ commendat vnicè: quod sanè opus veluti encomiasticũ paternarũ virtutũ est. Patriam verò et ciues suos tanto amore prosequutus est, vt tanquã exemplo Vlissis quodã, præ horũ amore maximorũ Imperatorũ fauores, ac studia negligeret. Neq; enim cæterorũ more stulta ambitione illectus (quod sępenumero insectari, & damnare in artis professoribus solitus est) neglecto studio veritatis, assentationibus, & reliquis imposturis principũ fauores venari tentauit. Et quãq̃ maiori ex parte nemo sit patriæ acceptus (sic enim natura ferè cõparatũ inter hoĩes est, vt peregrina quidẽ, et aduentitia ingenia admirentur: sua verò, domestica q; ob familiarẽ vsum despiciant) Galenũ tñ Pergamenses sui tam studiosè redamabant, colebant, & obseruabant, vt ipsum, & seruatorem suũ, & patrem patrię, omnes communi ore vocarẽt, neq; id iniuria: siquidem non modò curabat sedulò, vt suorum ciuium rectè valerent corpora: sed quemadmodum legislator, atque philosophus summus, etiam erat solicitus, vt eorum animi optimis documentis instituerentur. Quo circa varios commen. scripsit ad excolenda iuuentutis ingenia admodum salutares. Conciliauit autem sibi maximè plebis, & tenuioris fortunæ hoĩum animos, quod medicamentis simplicibus, vulgaribus'que, & paratu facilibus plurimùm vtens, & recta victus ratione sine pharmacis, vbi id fieri poterat, curans, eorum, quos suspiciebat, facultates minimè opprimeret: contrà quàm faciũt plurimi nostra ætate medici, qui in aggerandis plerunq; pharmacis ostentationi suæ indulgent, & si ægrotos ijs non lędunt, pharmacopolarum certè (à quibus sæpe vel muneribus corrumpuntur, vel lucri partẽ habent communem aliqui) maiorem, quàm ægrotantium, rationem habent: aut si etiam iuuant, poterant tñ, & debebant, præsertim angustioris fortunæ ægros simplicius, minore q; sumptu iuuare, si qua in ipsos pietate mouerentur: quæ in Galeno certè erga pauperes maior fuit, quàm in plerisq; hodie Christum ore, non opere, profitẽtibus medicis. Itaque seplasiarijs, aromatarijs, & institoribus eiusmodi (qui, vt aliud nihil dicam, sæpe vilissimis calculis, aut vitro gemmas, & preciosissima quæq; nullius, aut minimi precij adulterinis mentiuntur, siue sponte, siue per imperitiam) relictis Galenus, vt meliori fide, ac sumptu minore medicamenta haberet composita, suis manibus plerunque confecta, officiosissimè ægris administrabat: in egenos interim nõ exiguam suarum facultatum portionem, erogans: artem'que ipsam non auaritia ductus, aut quapiam cupiditate: sed propter solam virtutem piè simul, & religiosè exercens. Quòd, si qui minùs locupletes sunt, quàm Galenus fuerit, medici, nec eis redundat fortè, quod egenis largiantur, tanto maiore studio illi hoc agere debebant, ne suis etiam facultatibus

Pietas in parentem.

In patriam.

In pauperes, & egenos.

cultatibus eos defraudarent: sed victus in primis ratione, & medicamentis minimi sumptus, illis consulere. Iam, cp sępius die noctu q3 ad eundē quandoq3 ęgrũ, vt ipse de sese scribit, Galenus accessit, diligentię simul eius (qua subinde magis magis q3 in arte profecit, & hominũ erga se amandum animos conuertit) simul, & pietatis in ægrotos argumentũ est. Quin, & pernoctare interdũ apud ægrotos solebat, cũ ministrorum diligentia ei suspecta erat: & domũ suam aliquando curandos deducebat. Eadem pietate nihil vnquã (ex validioribus præsertim auxiliis) ægrotis exhibuit, cuius vis, & vsus per experientiã ei non constaret, vt ipse scribit in primũ Epidemiorum Hippocratis Cõmentario secundo, numero 50. & hoc in primis studuit, vt si non multùm iuuaret ęgrotum suis consiliis, saltē non lęderet. plerorum q3 autem experientiã ipse in sese fecit, non solùm gustando omnia, & ex odore, sapore q3 iudicando, sed etiã cuti suę imponendo: sic aceti potentiã, vt acuratè experiretur, in seipso periculum fecit: & oxyrhodino sępe perfusus est, vt eius vim certiùs teneret. Et ab initio cũ iuuenis adhuc multa egregia, & laudata à pręceptoribus, aliis q3 pharmaca nactus esset, vt citius, certius q3 de omnibus ei cõstaret, nulla inuidia, summo candore, amicis medicis, vt experirentur cõmunicauit. Libro etiã quinto de morbis curãdis: Horum (inquit) quæ retuli, vel modò, vel antè, siue ea inueni ipse, siue iuxta Hippocratis viã vsurpaui, nihil sanè nõ examinatũ, ac iudicio comprobatũ est: sed per experientiã omnia iudicata, in quibus erroris pericula ipsi pertulimus. Eandē vero diligentiã, & fidē in scribendo quoq3 obseruauit, vt paulò pòst dicet.

Cęterùm eodem, quo in ciues suos studio, & obseruatione eũ fuisse diximus, fuit etiam in amicos, quorũ gratia, tum in obeundis curationibus, tũ in conscribendis libris tot labores, ac vigilias, nec sine periculo vitæ non nunq̃, sustinuit: neq3 enim ob aliã causam vllam, non honoris, nõ ambitionis, qui gloriæ adeò fuit negligens, vt libris propriis nomen suum inscribere non sustineret. *In amicos.*

In præceptores aũt ea fuit obseruatione, ita reuerenter habuit, vt nusquã non magna religione illorum mentionē faciat, id q3 frequenter, & non sine magno affectu: sic libros quoq3 eorũ desiderat non nunquam, tametsi non par tantũ illis omnibus esset, sed, & longo interuallo in arte superaret. Hippocratē verò peculiariter ita admiratus est, vbi per obseruationē, experientiam q3 eorũ, quę tradidisset fidē eius viri cognouit, vt religiosissimè semper coleret: omnia q3 eius inuenta ingenuè agnosceret, & rarò, & non nisi veritate coactus, & honorificè semp ab eo dissentiret. Hunc passim prudentissimũ, & sapientissimũ senem, summum q3 medicinæ parentē, autorem q3, & largitorem bonorũ omnium institutorũ, prædicat. Visus q3 est artē totam in illum autorem referre, quamuis nõ minùs ipsi Hippocrates, quam ipse illi debeat. Sunt hęc omnia ingenui candoris, & magnę pietatis indicia. Poterat enim, vti priores medicorũ illustres fecerãt, nouã sectam instituere, & se hæreseos alicuius, propriĳ nominis authoramēto, principē facere, in qua solus scilicet imperaret: ad quod efficiendũ, si voluisset, nihil eorũ sanè, quibus ad id erat opus, ei deerat. Verùm hoc facere noluit, quæ summa eius modestia est. Sed, quemadmodũ Traianus olim omnes Italiæ vias inaccessas, præruptas q3, aut rupibus iuias, refecit, instaurauit q3, quò faciliùs peruadi possent: sic ille fatetur se, non quidē artem cõdere, quam tamen laudē iure sibi vendicare potuisset) sed iam ab Hippocrate inuentã, incultam tñ, & asperam, explanare, vt ab oĩbus intelligi, ac percipi queat. Sed, vt præsentē de Galeni moribus sermonē claudamus, virũ illum fuisse dicamus, prudentē, ingeniosum, solertē, frugalem, temperantē, magnanimũ, liberalem, humanũ, iustum, innocentē, integrũ, veracē, vndi q3 bonũ: & non solùm patriæ, & amicis, sed toti humano generi iuuãdo natũ. *In præceptores*

Nunc de doctrina eius verba faciemus, non quidem primæ institutionis, de qua satis dictum est suprà: sed eius iam adulti, & iam tum verbis, scriptis q3, tum opere ipso suam declarãtis in philosophiæ simul, ac medicinæ cognitione præstantiam. Ad hanc verò tantum eum peruenisse minus mirum est, tum propter aliquas iam expositas causas, tum quoniam per omnem vitam veritatis studio, demonstrandi q3 scientiæ vnicè deditus fuit: alia verò negotia, quibus diuitias, voluptatem, aut gloriam plerique venantur, prorsus neglexit. Itaq3 in libro de subfiguratione empirica, negat sibi occupatissimo in muneribus artis, tantum ociĳ superesse, vt nugis superuacuis, fabulis que disserendis, bonas horas amittat. Animaduertit enim non in alia distractum esse negotia oportere illum, qui medicam artem exercere statuerit, rem adeò per se immensam, & amplam, vt pręclare agi nobiscũ existimare debeamus, si vel in primo senectutis limine hanc ipsam, quod satis sit, fuerimus assequuti, nedũ iacet aliis, ac diuersissimis distineri occupationibus. Quapropter fugere hæc omnia oportet, cum que his ebrietates, comessationes que nimias, illas turpissimas libidinum, ventris que, & gulæ illecebras. Itaque non solùm mala illa negotia vitauit, omnis virtutis impedimenta: sed etiam omne in literarum, & rei medicæ amplificandæ studiis assiduè collocauit: quo consilio non est aliquando veritus, ne Cæsarem sequi in Germaniam cogeretur, armorum que experiri strepitum, religionis apud eum vti cuiusdam excusatione. Continuo certè scribendi, legendi q3 labore valetudinis etiam interdum contraxit non nihil damni: nam & diaria aliquando correptus est febre ob vigilandi consuetudinem: & ob hoc ipsum, quum iam consistere ætate cœpisset, somnum amiserat. Hac tam assidua, & indefessa diligentia sua plurima sanè consecutus est, quæ arti adiecit. Scribit alicubi, se pulsum cuidam tetigisse sex mensium spatio: & cum per multos annos incertus fuisset de arteriæ cõtractione, et aliis quibusdam, improba in perquirendo cõstantia tandem reperisse. Sic etiã ab adolescentia dies decretorios obseruare incœpit. Hoc studio omnem ferè simplicium medicamentorum, de quibus veteres aliquid scripserant, *Doctrina Galeni.* *Assiduitas.*

materiam videre,& cognoscere voluit: eam q; ob causam de simplicibus medicamentis conditos à se libros annis pressit vndecim, donec incôperta quædam sibi adhuc exploraret. Et, vt tũ noua quædã videret,& exquisitissima in vnoquoq; genere sibi cõpararet, sicut iã suprà diximus, nauigauit in Cyprũ,Lemnum, Cretã,et Palęstinã Syrię,vt pluribus indicaui suprà in peregrinationũ eius mẽtione.ad quæ verò loca proficisci ipse nõ potuit,inde sibi adferri curauit. Itaq; in opere de cõponendis medicamentis secundũ genera: Adhortor(inquit amicos) oẽs, si artis opera pulchrè obire voluerint,vt me imitentur: qui ex omni natione quotannis præstantissima medicamẽta,vt mihi adferant,curo: eò ꝙ perditi illi omnigenarũ rerũ coemptores,illa ĩ dies adulteriis cõtaminãt.

Verùm in simplicibus medicamentis in vniuersum quidẽ apprimè eruditus fuit Galenus: in singulis autem non adeò exercitatus, vt mea coniectura fert: qm̃ nullum ferè medicamentum ne nominat quidem,quod à Dioscoride,& aliis ante ipsum non fuerit nominatum: & in viribus de scribẽdis aliud nihil ferè docet,q̃, quod ante ipsum Dioscorides docuerat: nisi ꝙ particulatim ab illo dicta,ad vniuersalia quædã redigit,& graduum differentias assignat, in quo certè plurimũ iu diciȷ̃,diligentiæ q; adhibuit,in iis presertim,quæ gustare,& iudicare acuratiùs voluit,& ausus est. quędã enim vehementiora gustare non sustinuit,vt thapsiã alia q; erodentia,sicuti ipse scribit: &, vt coniiciunt nostri temporis quidam non indoctè,vniuersales,primas q; facultates, ex posterioribus,& effectibus aliquando collegit: id, quod non semper succedit: quædam enim tota substantia agunt,aut viribus quibusdam occultis: aliqua per accidens: & idem effectus aliquãdo à diuersis causis produci videtur.Hac eadem diligentiæ suæ improbitate,linguas seu dialectos Gręcas ferè omnes perdidicit: & exquisitius quidem Atticam,ac Ionicam: minus verò,Doricam,& Aeolicam: in his enim duabus plura se ignorare, quam scire fatetur, in Attica verò contra. De Ionicis quidem nominibus,libro secundo de differentiis pulsuum alicubi,se scripturum promittit: quod an plenè præstiterit,nescio: præstitit autẽ ex parte, interpretatus glossas, id est obsoleta vocabula Hippocratis Ionici scriptoris.Quanquam verò, tum puritate linguæ Græcæ plurimum excelleret,nunquam,vel barbarismum, vel solœcismum, vel parum bene, ac propriè dictum cuiquam obiecit: sed omnibus loqui,vt volebant per ipsum licuit: tantò rerum, q̃ verborũ studiosior erat.

Linguarum diuersarum cognitio.

Latini sermonis peritus an fuerit,ambigitur. Ioannes Guinterius vir summæ eruditionis,in oratione de veteris medicinæ interitu,Latini sermonis Galenum (inquit) non imperitum fuisse declarant compositiones medicamentorum ab eo translatæ è Largo, Antonio Musa,aliis q; Romanis scriptoribus. Sed potuit compositiones illas ab aliis translatas accipere, & aliorum opera vti. Libri quidem primi de differentiis pulsuum ad finem secundi capitis,cùm tardi,&velocis,rari q;, ac densi significationes distinxisset,& hęc propriè de iteruallis,illa de motibus dici docuisset,subdit: Quòd,si quis aliter hæc accipere velit,neq; Græcos,neq; Latinos sequi dignatus, illi permittendum est,vt Cadmeam victoriam vincat. Sed hîc quoq; idem responderi,& retorqueri potest, quod suprà,aliorum amicorum,vel familiarium opera fortè Galenum illa didicisse cum hæc scriberet,& commentaretur: aut si prius ipse intelligebat, non tamen pauca vocabula Latina intelligentem,Latini sermonis peritum dicemus.Certum est eum semper animum ad patriã adiecisse, & nunquam in Italia manere proposuisse: iam q; grandiorem natu Romam venisse, & lucubrandi,medendi q; negotiis semper occupatissimum fuisse: vt neq; consultò, neq; obiter, vt iuniores solent,linguam latinam eum didicisse probabile sit,præsertim cum nulli ferè neque medicinales, neq; philosophici libri Latinè conditi extarent,quorum gratia operæprecium hanc linguam sibi addiscendam existimare potuerit: &,si quæ extabant,ex Græcis pleraq; deriuata erant: aut in eodem argumento,non minus egregȷ̃ libri Gręci legebantur.Interim illum parum aliquid Latinè intellexisse non dubito,propter diutinam in vrbe moram. Si tamen linguam illam probè intellexisset,prædicasset id proculdubio de se alicubi in scriptis suis,sicut Atticæ, & Ionicæ linguarũ plenam cognitionem,Aeolicæ verò,& Doricæ minùs quam mediocrem,de sese prędicat.Cum Antonino quidem Imperatore,& aliis Romæ proceribus,quorum valetudini curãdæ,in primis operam nauabat,Græcè colloqui potuit: vt nihil opus ei fuerit propter illos Latinè loqui discere: nã propter plebem,vt publicè plebeiis hominibus mederi posset,Latinæ linguæ vacare eũ voluisse, non est verisimile,nec rationi cõsentaneum,cum & fortunæ beneficiis, aliis q; commoditatibus, & diuitiis abundaret,& à nimis populari vsu medendi, propter perpetuas lucubrationes suas, & assidua studia,alienus esset.Mecum sentit,& facit in epistolis suis doctissimus Manardus, his verbis: Galenus Latinam linguam non æquè,vt Celsus,aut nequaquam norat.

Doctrinæ præstantia.

Sed his iam reliqua de eius doctrinæ præstantia addamus. Neque verò scribendo solùm (ita, vt nec in oratione puritas,& elegantia,nec in sententiis, & tractatione, vel oratoria, vel dialectica virtus desiderentur) sed etiam dicendo, disserendo'que, adeò semper valuit, vt propositis in æde pacis de more quæstionibus improuisis,publicè sæpissimè ad omnia responderit, id'que iuuenis,quum Romæ degeret. Annum agens nonumdecimum, vt suprà diximus, Athenæi sectatorem conuicit: & postea aliquando Stoicos, & Peripateticos de sede animæ disputando superauit: & sæpenumero apud eruditos viros,ex temporales sermones habuit. Annum agens tricesimum publicè docuit.Sophisticam semper odio habuit: nihil'que tam studuit, quam demonstrandi primùm scientiam tenere, deinde summo studio eam exercere: quod ei facilius fuit, quoniam in mathematicis,& scientiam facientibus disciplinis versatus erat. Quinimmo veluti furore quodam

re quodam percitus,& diuino inſpiratus afflatu,ad veritatis ſtudia perſequenda, & vulgi famam fortiter contemnendam,vt ipſe profitetur Methodi ſeptimo,ferebatur.

Porrò quantopere Hippocratis doctrinam, omnis ſolidioris medendi artis fundamentum,& vniuerſam veterem medicinā,excoluerit,ac illuſtrarit multifariā,ordine,methodo, præceptis q;: & argumentis confirmarit diſertiſſimè,oratione verò diſerta,ac eleganti expoſuerit vberrimè,et remediorum ſimplicium,compoſitorum q; deſcriptionibus locupletarit copioſiſſimè, tanquam medicorum,qui ſunt,qui q; fuerunt omnium διαλεκτικώτατος,ἢ φιλοσοφώτατος μᾶλλον, ἅμα τε ῥητορικώτατος, καὶ λόγῳ καὶ ἐμπειρίᾳ ἐπιφανέστατος, res ipſa,& omnium eruditorum conſenſus loquitur clariùs,ꝗ;,vt multis ad id explicandum ſit opus verbis,niſi quis in ipſam meridiem lumen inferri poſtulet.Pauca tamen,vt in ipſius laudibus,& encomio animos paſcamus, tāti q; beneficij grata commemoratione nos oblectemus,& ad eius exempli imitationem optimum, ac ingenioſiſſimum quemq; inuitemus,dicēda fuerint.Cum igitur olim principes tantùm viri philoſopharentur,Hippocratis præſertim ſeculo, & ante id, ipſe etiam Hippocrates è magna gente, vt pote Heraclidæ filius,ab Hercule,Æſculapio q; genus ducens,genere,& opibus præclarus,ad philoſophiam,ac medicinam acceſſit.Et quanquam gentiles eius Aſclepiadę artem intra ſuam familiam detinerent,nec exteris communicarent: ipſe literis, non ſolùm particulares hiſtorias, & remedia ſingula,ſed artis etiam methodum,præcepta,& præcipua capita mandare cœpit, ingenuo nimirum candore,& magna liberalitate,quaſi hoc ipſum ageret,vt non Aſclepiadæ ſolùm, qui degenerare poterāt,& genus eorum ceſſare, ſed optimus quiſq; ad artis communicationem omnibus neceſſariæ,ideo q; in medium proponendæ admitteretur.Sed,vt nihil inchoari ſimul,& perfici à mortalibus poteſt, ita & medica ars ab Hippocrate (qui natus eſt anno primo nonageſimæ olympiadis) inchoata,& ſcriptis tradita primùm,rudior adhuc,& in multis incertior,ac inconſtans,& multis poſtea ſeculis veluti vaga,variis q; diſtracta ingeniis,à Galeno demū tanto tempore poſt, veluti altero Hippocrate,quem in illo ἀναβιῶναι, dixeris,expolita,& confirmata,perfecta q; propemodum tota eſt.Nam cùm ſimiliter,vt Hippocrates in philoſophia præclarè verſatus,& ingenio liberali præditus eſſet,rebus q; ad hoc efficiendum,quantum quidem in vnum hominem cadere poteſt,omnibus inſtructus,opus tam eximium,& conari voluit, & perficere (Deo iuuante) potuit. Videntur autem primi illi circa Hippocratē medici,& ipſe in primis, in ſingularum tantummodo rerum inquiſitione,quæ demōſtratione peragebatur,verſati. Qua ratione etſi permulta problemata ſubtiliter inuenirentur,ac diſſoluerentur,non tamē per illam conſtabat modus vllus totam diſciplinam conſtituendi ex ſuis partibus in proprium ordinē digeſtis: ſed ſparſim, & abſque arte plerunque tradebantur,quod præcepta artium tradendarum non dum haberentur: adeo q; ne demonſtrationum quidem regulæ præſcribebantur: ſed vtebātur quidem demonſtratione illi ad inquiſitionem rerum,artem verò demonſtrandi,quæ præceptis conſtaret, nullam tradebant: vt eodem tempore in philoſophia etiam à Platone factū videmus. apparet enim ex eius libris,demonſtratiuæ artis præcepta eum non ſatis calluiſſe, aut certè non abſoluiſſe (& ea interdum pro indubitatis principiis poſuiſſe, quæ è ſacris literis, aut maiorum authoritate petuntur: quæ ſi è ſacris ſumenda ſunt ad demonſtrationes,eadem opera quęſtio ex eiſdem ſumi poterat,vt demonſtrari eam nihil neceſſe ſit) & ſcientiarum limites non obſeruaſſe, vt,qui multa è diuerſis ſcientiis,in eundem librum congeſſerit. Sed philoſophiam ſtatim ſecutus Platonem Ariſtoteles perfecit,præcepta demonſtrationum reliquit,ſcientiarum limites circūſcripſit: & ne quid ad perfectionem totius artificij in docendo deeſſet, quo diſciplinarum quæſtiones per inquiſitionem ἀποδεικτικὴν inuentæ,ac diſſolutæ,aptè connecterentur,poſtremò ipſarum ordinem pulchrè digeſſit,quatenus iubet ab vniuerſalibus incipientes ad ſingularia deſcendere, id q; cum alibi diſertè,tum clariſſimè libro primo de generatione animalium oſtēdit. Sic in Phyſiologia affectiones τὰς καθόλου, quæ'que rebus naturalibus vniuerſis conueniunt, primo loco expoſuit: deinde ea, quæ ſunt minùs communia, & in pluribus rebus naturæ, non tamen omnibus conſpiciuntur: vltimo loco,quæ ſingulis ſpeciebus,peculiariter inſunt. Iuxta q; hunc modum totam Phyſiologiam in totidem libros diuiſit, quot ſunt affectionum differentiæ. Cum igitur vniuerſa methodus diſciplinarum,aut conſiſtat in ſingularium quæſtionum inquiſitione, quæ demonſtratione fit: aut in poſitione,atque ordine partium totius diſciplinę,vbi demonſtratione fuerint inuentę: illam totam abſoluit Ariſtoteles,acceptis quibuſdam ſeminariis à maioribus,hanc autem primus ipſe commonſtrauit: & inſuper obſcurè ab illis,aut etiam ænigmaticè dicta,tanquam vel oſtentatione,vel inuidia quapiam,ipſe clarè,& dilucidè expoſuit. hoc ipſo autem, καὶ διὰ τὴν ἀκρίβειαν ἣν τοῖς ἀποδείξεσι προσέθηκε, Simplicius eum antiquioribus philoſophis præfert: Platoni verò, καθόσον εὐσθενεστέρας τίθησι τὰς τῶν ἀποδείξεων ἀνάγκας,καὶ τὰς ἀρχὰς αὐτὸς ἀπό τε τῆς αἰσθήσεως, καὶ ἀπὸ τῶν προχείρων δοξῶν σπουδάζει λαμβάνειν. Cęterū eadem ferè Galenus in re medica præſtitit,effecit q; primus,quæ in philoſophica Ariſtoteles.Nam pleriſq; pulchrè inuentis ab Hippocrate,ſed remiſſiùs,atq; debiliùs traditis, rationes validiores adiecit, & multas rerum cauſas aſſignauit,ab illo præteritas,aut non dum forſitan cognitas,aut exiliter ſanè, atque obſcurè traditas. Denique non modò demonſtrationes quæſtionum ſingularum perfecit: ſed ordinem quoq; methodi addidit,ita,vt triplicis methodi,neq; enim plures laudatæ inueniuntur, vſum & tractationem in arte medica copioſè oſtenderit. In pleriſque enim ſuis libris Analyticam ſequitur metho-

Hippocratis doctrina ab eo exculta.

 dum,

dum, in libro autem de cõstitutione artis, Compositiuã, vt Definitiuam in arte parua: de quibus omnibus, & quomodo à Galeno sunt obseruatæ, aut animaduersæ, qui plura nosse desiderat, doctissimã Gemusæi præfationẽ in Græca Galeni opera Basileæ olim excusa adeat. Interea verò, dũ tantopere laudamus Galenum, Hippocratis medicinæ parentis laudibus, ac dignitati nihil detrahimus. Principij enim vbiq; vis maxima est, etiamsi re ipsa perexiguum sit. Et religio, quædã, ac reuerentia, rerum bonarum omnium causis, ac principiis debetur. Itaque, & veteribus, qui nobis occasiones, ac rudimenta aliqua tradiderunt, & posterioribus, qui absoluere nisi ab illis aliquid accepissent, nunquam potuissent, plurimum nos debere, gratis animis fateri, & agnoscere par est. Tantum profectò Galenus lucis addidit arti post Hippocratẽ, vt, nisi medicinæ is diu iã, multũ q; laboranti medicinam adhibuisset, & tradita ab Hippocrate principia illustrasset, iaceret fortè adhuc neglecta: nunc verò, quod ars est exculta, quod q; Hippocrates legitur, ac intelligitur, quod eum ex illo fructum capimus, quẽ sentimus, hoc beneficium Galeni totũ est. Cętera nunc, vt omittam, de arteriarum certè pulsibus nihil, cum pertractasset Hippocrates (siue hoc ad medicinã nihil pertinere ratus, siue id etiam rem ignorans omnem fecerit) de horum differentiis, causis, & ex ipsis dignotione, prolixè confecto ipse opere, hac quoq; ex parte medicinam auxit, & locupletauit.

Porrò pręter Hippocratẽ, & Galenum Medicinæ principes, cęteri ferè omnes, tũ Græci, tum Arabes, eorum q; sectatores, nihil ad artis constitutionem contulerunt: & ex illorum libris ferè, quicquid, aut lectione, aut imitatione dignũ habent, tanquam purissimis fontibus, exhauserunt, doctissimo nostri seculi viro Iac. Syluio teste. Adeò, inquit, ingeniosa, & studiosa, & diis accepta fuit veneranda illa antiquitas. Pauca quædam tamen, non ignaua omnino posteritas, rudis quidem, sed exemplorum fide plena, aut clariora reddidit, aut vsu, experientia'que frequenti certiora. Quæ vnusquisq; etiã mediocriter institutus, his velut fundamẽtis adiungere potuit, hoc est Hippocratis, Galeni q; placitis. Quibus de medio sublatis, medicina fit velut chaos antiquum, & certè hominũ carnificina: & id omne, quod in stupidos suæ ætatis medicos iustissimè Plinius inclamat. Etsi verò, vt toties diximus, Hippocrati tanquã parenti, & conditori artis summum honorẽ deferat Galenus, adeò tamen solius veritatis studiosus sine vlla dissimulatione fuit, vt multis in locis ipsum, hoc est sermonem eius, & scripta, arguat, veluti non exactum, improprium, obscurum, inconditum, indistinctũ: & modò imperfectum, modò contrà superfluum: est quãdo diligentiã in eo desiderat, confusam, & inordinatã traditionem reprehendit: nonnunquam ineptitudinis, obliuionis, immò etiã erroris, & mendacij accusat: Cõmentario secundo de victus ratione in morbis acutis, circa pharmaca pleuriticis danda, ab eo dissentire videtur. In quibus tamen omnibus aliquo modo excusari potest D. Hippocrates. aliqua enim ignorasse eũ, aut etiã errasse in aliquibus, mirum non est, cũ à nullis propemodum ante suum seculum scriptis fuerit adiutus: quod verò negligentiùs quædam scripserit, hoc enim nomine, si ignorantiã, atq; errorẽ demas, cętera comprehendi poterunt, id factum, quoniam sibi tantùm, non ad editionem quædam scriptis mandarit, dici potest: Deniq; corrupta quędã, & deprauata à librariis, aut aliis quibusdã esse: et spuria quędã ei attribui.

Hippocrates à Galeno notatus.

Non verò diligens solum, & eruditus fuit Galenus, sed ingenij quoq; solertia, & promptitudine minimè vulgari præditus, ἀγχίνους καὶ εὑρετικός τις πάνυ. Itaq; multa ex sese didicit, sine pręceptore: septimo quidẽ Methodi, omnia se per seipsum inuestigasse scribit. Hoc ingenio, & vniuersales morborũ curationes, siue curãdi indicationes excogitauit, & particulares quasdam, vt de sanandis oculorũ doloribus: itẽ neruis sauciatis, primus in hac curatione ausus modum priùs vsitatum immutare. Hac ingenij sagacitate sępe aliqua circa ægrotos obseruauit, quæ ab aliis non animaduersa admirationẽ ei conciliarunt, tanquam ex arte diceret, aut diuinaret quædã, quæ tamen sola industria, & diligenti animaduersione, à quouis mediocriter solerte intelligi poterant, quale est, quod libro primo de sanitate tuenda circa animaduersum pueri plorantis desideriũ de se scribit. Inuenta eius in arte fuerunt, neruorũ curatio: locorum affectorũ agnitio, quam primus in artem redegit: medendi ratio methodica, & sanitatis tuendæ pręcepta: in sectionibus itidem non pauca, circa neruos, & musculos præsertim, veluti thoracis musculorũ anatome, & instrumentorum respirationis: & partiũ quarundam vsus: dignotio pulsuum, & ex eis pręsagia: ac pleraq; alia consimiliter, quæ non exiguæ, & momentaneæ tantùm, sed iustæ, & maximæ totius artis partes sunt: adeò, vt ante ea tempora manca adhuc, & non dum integra fuisse medicina rectè videatur. Quin, & rebus quibusdam nomina primus imposuit, vt solutioni continui: & inter succos glutinoso contrariũ vocauit rhypticum, id est, abstersoriũ. Curationum, quas feliciter peregit historias aliquot, iam suprà memoraui, vt hic repeti nihil attineat. Neruis quidem vulneratos omnes sanitati se restituisse profitetur: iuniorẽ adhuc à nullo edoctum, deperditam memoriam curasse: deniq; in artis operibus cõsenuisse: sexcenties præsagiuisse in ægris, diaria'ne febri laborarent, an ea, quæ tertio quarto'ue die aliquam accessionem esset habitura. Prima enim statim visitatione, omnia febrium genera (quotidianam, tertianam, quartanam, semitertianã, καῦσον) mirè discernebat: sicut & alios affectos plerunque primo die: sic & hecticam febrim incipientem vnà cum putrida agnouit: & aliquando ex solo colore locum in visceribus affectum dehrehendit. Deniq; semper summo studio in curando simul, & præsagiendo se exercuit: tantum q; profecit, vt aliqui eum vatem esse dicerent, tanquã diuinatrice arte, non medicinæ sciẽtia, futura prædiceret. Non solum verò interiorũ morborum curationem, vt pleriq; hodie medici, sed exteriorũ etiam, & omnium, quæ

Solertia eius, & inuenta in arte.

Curationes & præsagia.

Chirurgia.

quæ ad Chirurgiam pertinent, tractationem professus est. itaq; vt neruorum, ita omne genus solutæ vnionis curandæ viam, ac rationem expleuit: & cum in Asia maneret, aliquãdo chirurgiam exercuit: cum verò Romæ ageret: ciuitatis morem est secutus, permissa iis, quos chirurgos vocãt, maxima eiusmodi operum parte. Quantum autem in chirurgia, & ea medicinæ parte, quæ manu administratur, valuerit, tum historiæ quædam, tum inuenta ab eo pharmaca, & emplastra testantur: quorum non nulla propter insignem vtilitatem nuper etiam in vsum reuocari apud Italos cœperunt: sicut, & alia quædã medicamenta cõposita ab ipso inuenta, quæ intra corpus dan̄t.

Qin, & Pharmacopœi interdum officio fungebatur, vt cum Imperatoribus, eorum q; amicis, & opulentis viris antidotos componebat: cum q; oleum, & adipem recondebat, vt inueteratis vti posset. Mirum autem, quónam fieri tandem pacto potuerit, vt vnus tot negotiis abũde sufficere posset: idem quippe erratorum castigator acerrimus, idem rerum multarum inuentor acutissimus, idem disceptator subtilissimus, grammaticus idem, rhetor, dialecticus, mathematicus, philosophus, medicus: nec verbis tantùm medicus, sed medendi idem vsu exercitatissimus, ingenti q; ægrotorum frequentia à studiis plerunq; distractus: inter medicos eloquẽtissimus, inter eloquentes medicus acutissimus, inter vtrosq; diligentissimus, inter omnes deniq; maximus: & cũ ipsius seculo philosophi, medici q; nomen pleriq; non distinguerent (vnde, & logiatri fortè, & iatrosophistæ nomina sunt facta) ipse quanquam medicus simul, & philosophus eminẽtissimus fuit, vel Antonino Imperatore, ac Philosopho teste, plurimum tamen alterum ab altero differre, tum docendo scribendo q;, tum re ipsa ostendit ita, vt facilè iam cuiuis appareret optimum medicũ, eundem esse philosophum oportere, non autem contrà. Quanquã verò talis tantus q; fuit, propter immensum tamen artis medicæ pelagus, quod (si vlla alia) longè latè q; patet, minimè mirum est, si non omnia, præsertim particularia (quæ infinita esse solent) sit assecutus: si dubitare se alicubi fateatur, & iam ætate prouectus etiam non nulla addiscat: si etiam alicubi erret, atq; fallatur, in iis ni mirum, quæ nõ ad præcipuas, & vniuersales curãdi indicationes, vnde ars constituitur, pertinẽt, sed aliis modis ad artem eruendam, aut perficiendam referuntur. De causa quidem opifice fœtus, & animæ substantia, quorum vtrunq; supra medicum est, dubitat: prima die febrem continentẽ sine putredine, fatetur se non planè percepisse, cuius generis esset: in leguminibus aliquando hęsitat, vt notauit Manardus. Et quanquã ex frequenti anatomes speculatione multa, quę prius neutiquam sibi visa erant, aliquando animaduertit: multa tamen ipsum effugerũt, eam præsertim ob causam, quòd, vt doctissimus, & princeps in Anatomicis nostra ætate Vesalius animaduertit, hominem nunquàm secuit: & simiarum sectionis, quàm hominum studiosior, vtrorumq; anatomen cõfudit: vnde crebri eius in hoc argumento lapsus deprehenduntur {Homines ipsum non dissecuisse: quæ verò in humano corpore obseruauit, ea, vel à simiis transtulisse, vel in abscessibus quibusdam, aut chirurgicis operibus vidisse, ex libri de venarũ, arteriarum q; dissectione capite septimo apparet} Libros quidem de vsu partium emendare aggressus, non plenè id præstitit: nec pauca, in his præcipuè libris, censore Vesalio, imaginatus est tantùm, in animalibus non visa. Eidem in Aristotelem videtur iniquior, eius q; carpendi studio, sui ipsius oblitus interdum. Interea tamen idem Vesalius tantum tribuit Galeno, vt medicinæ parens, rarũ naturæ miraculum, summus naturæ admirator, & omnium bonorũ author ab eo appelletur. In prima fœtus è genitura formatione, cor aliquando putauit vnà, cum iecore statim ab initio gigni: posteà verò re maturiùs perpensa, omnino hepate posteriùs formari statuit. Porrò nõ solùm eruditus, sagax, & diligens in morborum curationibus, sed etiam fortunatus fuit, vt ipse de sese prædicat. Mihi quidem cum Satyrico fortuna rationem, & prudentiam sequi videtur, non separata aliqua vis, vel causa esse.

Pharmacopœia.

Galenus alicubi dubitat, discit, fallitur.

Anatome.

Fortunatus.

Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te
Nos facimus Fortuna deam, cœlo q; locamus.

De iis, quæ secundum naturam, aut artẽ fiunt, id q;, vt plurimùm, loquor: nã, si prouidentiæ diuinæ, hominis alicuius vitã, & actiones beare placeat: etiam si multa præter rationem fiant, & humana prudentia cesset, impediri non potest.

Dogmata, siue placita quædã peculiaria Galeni, quæ tum in philosophia, tum in medicina approbarit, non est, quòd operosius hic vnum in locum conscribam: in præcedentibus enim sparsim pleraq; exposita sunt: & hoc in primis, quòd sectæ nulli fuerit addictus. hoc enim à patre acceperat, ne ab vlla secta denominaretur, sed longissimo temporis spatio, & sectas præcipuas addisceret omnes, & de illis iudiciũ ferret. Pyrrhoniis quidem maximè se opposuit, et Epicureis. Et quãquam in arte medica, verissima Hippocratis dogmata sequi soleret: seruos tamẽ appellabat, quicunq; se, vel Hippocraticos, vel Praxagoricos, vel ab alio quocunque viro nominabant. eligenda autem ex singulis censebat, quæ præstantissima essent. De substantia deorum, & animæ nunquã pronunciare voluit. De triplici verò animæ principatu pro Platone contra Aristotelem stetit. Nec tres animas, nec facultates animæ tres, sed tria principia dici debere, ei placuit. Insomniis non parum tribuit: eorum q; alia diuinitùs mitti, alia in natura suas habere causas censuit. Hepar venarum, sanguinis, & nutricationis principium esse ostendit, nõ cor aduersus Aristotelem: & cerebrum neruorum, sensus, motus q;: testium quoq; naturam primus inuenit, totũ alterare corpus: de generationis primordiis nostræ contra Aristotelem defendit Hippocratem, & alia in humani corporis fabrica complura. Chrysippum philosophum acutissimum ignorantiæ plerunq; reum peregit, cum alibi, tum in libris de placitis Hippocratis, & Platonis.

Dogmata.

Scripta in genere: et primũ cur scripserit libros.

Libros autem conscripsit, perpaucos quidem eo consilio, vt euulgarentur: sed tres ob causas fe rè: quarum prima est, vt amicis, & familiaribus, præcipuè longam profectionem suscipientibus, gratificaretur, siue sponte rogantibus illis, siue inuitus propemodũ, exoratus: eiusmodi sunt omnes, quos introducẽdis composuit: & inter alios hi: Quòd animi mores corporis temperaturam sequantur: De optima corporis nostri constitutione: De bono corporis habitu: De diebus decretoriis: In Epidemiorum libros Commentarij: De medicamentorũ facultatibus: Contra Iulianũ: Aduersus Lycum: De differentiis pulsuum: Methodi medendi libri priores ad Hieronem, & eo defuncto reliqui ad Eugenianum: Commentarius in Prorrheticum Hippocratis: Sic in Glauconis philosophi, Boethi viri consularis, & aliorum quorũdam primariorũ gratiam multa scripsit: multa etiam in communẽ amicorum, aut inferioris quoq; conditionis hominum vsum: quod eũ facere adeò non piguit, vt voce vti interdum non dubitarit humanissima illa, se vel vnius tantùm gratia, quẽ modò veritatis studiosum cognouisset, dicturum, scripturum q; omnia. Altera scriptorum eius causa fuit, vt cõmentando ad rem aliquam propositam sese exerceret, & ingenium non sineret ocio languere, sed lucubrando excitaret. Tertia deniq;, studiorũ suorum commoditas, cuius gratia breuiter tantùm capita inuentorũ à se consignare solebat (amicis verò rogantibus postea elaborabat, & pleniùs explicabat) & vt Plato inquit, aduersus obliuionem senij commẽtarios reponebat. In primis autem operam dedit, vt quæ ante ipsum ab aliis obscuriùs, aut imperfectiùs tradita erãt, ipse dilucidiùs, & pleniùs exponeret. Veritatis quidẽ, vt vnicè semper studiosus fuit, vel ad furorẽ vsq; diuinum quendam, vt diximus: ita neq; loquendo, neque scribendo, gratiæ, aut odio quicquam dedit: & vt q̃ verissimè omnia literarũ monumentis traderet, summopere curauit: mentiendi verò ne causam quidem se habuisse, alicubi testatur: quinimò sibi etiã ne quis credat, nisi accedente ratione, hortatur: id verò est veritatẽ magis, q̃ sese amare. quo nihil pulchrius, nihil diuinius, neq; φιλοσοφώτερον quicquã homini contingere potest. Hinc adeò nihil nisi in ipso medicãdi actu à se declaratum, aut aliter examinatũ, probatum q;, in scriptos à se libros retulit: Qua in re medici priores pleriq; peccauerunt, & Erasistratus, vir alioqui nõ illaudatus reprehenditur, & Dioscorides Anazarbensis, notatur: & nostro quoq; tempore factitare solent homines, quibus domi desidentibus quicquid in mentẽ venerit, promulgare, statim non verentur: & de remotissimis etiã rebus, quæ fortè nunquam ad eas, in quibus scribunt regiones, peruenient, vt hippopotami, aut elephanti sanguine, alia'ue huiusmodi re, aut nimirùm peregrina, aut etiã abominabili, sine experientia, nullo q; cum fructu aliqui nugantur. At Galenus dierũ criticorũ diligentem exploratione fecit, prius q̃ artem traderet. Non eum ita mouit senis autoritas, vt fidẽ illi abisq; cõfirmatione sensus de rebus omnibus simpliciter haberet. Et medicamentorũ simplicium commentarios, cum longè priùs cœpisset, vndecimo demum anno pòst in lucẽ edidit, ꝙ pharmacorũ quorundam naturam ipsemet adhuc non comperisset: vt comperiret autẽ, diuersa remota q; loca adiit, vt alibi diximus. In vsu etiã artis, vt suprà dictũ est, non adhibuit alia remedia, quam de quibus experientia ipsi constaret. Nos quidem de illis Galeni experimẽtis, quibus peculiare testimonium experientiæ suæ adscripsit, libellum olim edidimus. Ab ambitione autẽ, cum aliàs, tum scribendo, quàm fuerit alienus, vel hoc vnum clarissimè ostendit, quòd nulli librorũ suorum suum ipse nomẽ inscripserit: quæ inter alias fortè causa est, cur spurij quidam pro genuinis sint admissi.

Quomodo.

Commotica.

Itaq; verè, fideliter, candide, ac diligenter, eum omnia tradidisse constat. Quæ verò ad comptoriam artẽ attinent, & pulchritudinem non verã inducunt, & si quædam nec inutilia, nec iniucũda scitu, in eis contineantur, & principes viri, ac matronæ ea aliquando à medicis requirant, & apud alios etiã homines honestos aliquando eorum vsu esse possit, quamuis ea optima nosset, scribere per verecundiã omisit: frequentior enim malus eorum, q̃ rectus vsus est. Venenorũ vero semper malus: quamobrẽ arcanas, & exquisitás eorum cõpositiones minimè publicari oportere existimauit. tantùm in eo honestatis, vitæ q;, & salutis hominũ amor valuit. Vtile quidem fuerit hęc etiã cognoscere, tum philosophos, tum medicos homines, sed optimos duntaxat, & qui nunquã abutantur: hos, vt iis, qui veneno quocunq; lęsi sunt, meliùs succurrant: illos, propter scientiam ipsam naturæ. sed literis mandari tutum non est, ac inter Christianos præcipuè nefas. Per manus autem tradi amicis, optimis duntaxat, & ætate, iudicio q; maturis, sat fuerit. Philtrorũ (inquit Galenus de simplicium medicamentorum facultatibus libro decimo capite primo) & eorum, quæ ἀγώγιμα, ὀνειροπομπά, ac μίσητρα vocant quidã, planè, nec si abunde illa forem expertus, mentionem facere in animum inducerẽ: sicuti nec letalium medicamentorum, aut, vt ipsi loquuntur, παθοποιῶν. Nam illa sanè ridicula sunt, cõstringere, ac vincire aduersarios, vt in iudicio nihil possint eloqui, aut grauidæ abortum afferre, aut, vt ne vnquã deinceps concipiat, efficere, & quæcũq; eius sunt generis, vel impossibilia, vel certè mortaliũ vitæ noxia, &c. Porrò cum adolescens adhuc quædam condiderit, exercendi nimirũ sui causa, potius q̃ alios docendi: & ætatis progressu ad vltimam vsq; senectutẽ, nunquam à lucubrandi labore destiterit, magnum ætatis ratione, qua singuli ab eo perscripti sunt libri, in eis discrimen esse, quis dubitet? Fatetur ipse se iuuenem, ante annum ætatis suæ 43 curiosius, & ambitiosius quædam scripsisse, quid igitur de illis sentiẽdum, quæ in adolescentia, & ferè puer adhuc exarauit? sed ea forsan pleraq; nõ amplius extant. Tradit alicubi, se anno ætatis suę 34 multos iã libros scripsisse: et rursus eo tẽpore, quo Romæ fuerit secundò (circa ętatis suę annum 35, & 36) expectans Antonini è Germanico bello reditum, multos

Venena.

Qua ætate quid scripserit.

tos ad philosophiam pariter,& medicinam (de pulsibus præsertim, & aliis signis, crisi, diebus q; criticis,& de differentiis febrium) spectantes libros conscripsisse: quos postea amicis flagitatibus legendos permiserit: & apud illos tantum futuros sperauerit.nam si dandos,inquit,indignis (qui non,vt discant,sed vt calumnientur,legunt) scissem,ne amicis quidē eos præbuissem. At librū de locis affectis in senectute composuit. Scripsit autē plurima, non solum in medicina: sed & in philosophia,grammatica,geometria,vt author Suidas est.sed & ipsemet librorum suorum,& numerum, & rationē, ac modum exponit, duobus operibus huic rei dicatis,quibus partem eorum iam tum interiisse, docet,incendio tēpli pacis (quo simul omnes etiam Bibliothecę Palatij conflagrarunt) in quem locum reponere labores suos consueuerant eius temporis scriptores. Porrò,qui Galenum scribendi, cōmentandi q; diligētia vicerit,scriptorum'ue in singulis propè artibus numero superarit,inuenias neminē. Ad quingentos enim omnes scripsit: quot vix scribendo tantū absoluere quisquam,nedum meditari simul, ac literis mandare potuisse credatur: quorum tamē vix dimidia ad nos peruenit pars,vt doctissimus Iul. Alexādrinus animaduertit.Horum autem alij,vt dictum est, incendio sunt consumpti: alij propter barbariem temporum secutam in Asia, Gręcia q;,alias q; ob causas,perierunt: aliqui fortè,q; declamatoriè,& iuueniliter cōscripti essent. Ioan.Fernelius verò in medicinæ suæ præfatione,præter ducētos & quadraginta inquit, quos de aliis disciplinis,de medicina supra quadringentos conscripsit.Galenus (inquit Athenęus dipnosophista) tot philosophica,& medicinalia volumina condidit, vt scriptores ante se superarit oēs.

Quam multa.

Hanc Galeni scriptorum excellentiam,non ita multò pòst,agnouerunt doctissimorum hominum scholæ omnes: quando relictis sectarum nugamentis,veram Hippocratis artem, ita tum stabilitam,vt nulla sophistarū iniuria subuerti posset,amplecti solam,et synceriter colere cœperunt: quo tēpore ex ea ipsa certam opem,& auxilium tutum mortales homines percipere potuere, cū prius non minus periculi ab arte sæpe,q; ab ipso morbo extitisset. Agnouerunt quoq; minimè postremi,viri Arabes,disciplinarum impigri cultores: qui monumenta eius vniuersa in suam linguam conuerterunt,& in manibus magno studio versarūt,donec sublatis iniuria temporum,aut certè suppressis,Gręcorum exemplaribus,Latinorum quoq; hominum scholis interpretationes suas commodarent,non quidem tanta cum fruge,quantam ex ipso haurire studioso licebat: attamen non sine sua quoq; vtilitate.Prestitit enim ex illorum monimentis ita philosophari,q; ad pristinam sectarum incertitudinem relabi rursus.Sed rediit ille tandem nobis,& in gymnasiis audiri gestit iterum: Italicis autem scholis vehementer gaudet.quarum scholarum soliditatem,integritatem q; in disciplinis vtinam nostra iuuentus studiosius æmulentur.

Libri Galeni ī scholas medicorum recepti.

Arabes.

His de stylo eius,& elocutione,tractatione'que ipsa sermonis,pauca adiiciemus. Apparet sanè summa in eo passim eloquentiæ vis: oratio & fœcunda, & elegans,non perplexa, non accersita, sed sponte late q; fluens: admiranda quędam eloquendi quęcunq; animo cōcepit facilitas,siue doctrinam ipse explicat suam,siue quæstiones dissoluit, siue ambiguitates enodat. Dialecto Græcæ linguæ vtitur communi, sed elegantiore, & ad atticam deflexa, vbicunque citra affectationem (à qua prorsus alienus est,ita vt minimè Atticus videri,q; affectator malit) fieri potuit. Quàm verò Atticè,& Ionicę dialectorū fuerit peritus,indicauimus suprà. Athenęus certè de ipso testatur, ὅτι οὐδ' ἑνός τῶν ἀρχαίων τὴν ἑρμηνείαν ἀδυνατώτερος γέγονε. Proprietati vocabulorū vehemēter studuit,ita vt impropriè locutos non rarò notet: & interdum, rarissimè tamen,rerū, aut affectionū, quibus vocabula nondum propria erant posita,ipse comminiscatur. Vtinam verò, quantum patrij sermonis puritate,elegantia,& cęteris laudibus valuit: tantum etiā interpretum, quorum magna in eius libris vertendis diuersitas,oratio valeret Latina,ac non multū venustatis, gratiæ multum subitò amitteret Latinus factus. Quòd in interpretum sugillationem minimè dictum intelligi volo: sed in arduā potius quandam interpretandi difficultatem,figurarum diuersitatē,& linguæ verborum in illo copiam,paupertatē in hac. Verum sic quoq;, q̄ non impolitus,neq; inelegans,immò verò,q̄ nitidus, q̄ lacteus totus fluit? Vt quicunq; posthabito hoc,Arabum malunt, atq; horum similium quorūdam,meram sequi barbariē, hos ego eo natos ingenio existimem,vt obscura manifestis,perplexa explicitis,aspera,nitidis,tenebras luci præponere eodē exemplo possint. Quanquam autē vbiq; magnam in oratione perspicuitatis curam adhibuit, adeò,vt qui scripta eius præcipua eo,quo par est,ordine legunt,vel sine præceptoribus artē addiscere possint,modò,neq; ingenio tardiores sint,neq; in primis disciplinis nimium rudes, & perexiguum aliquid adiumenti à præceptoribus,aut aliis in arte peritis, aliqua demonstrantibus sentiant: non tamen humi repit ipsius dictio,nec artificio caret collocatio: vt neq; contra nimium, vel ascendit, vel affectat,vel παθητικωτέρα est iusto: sed auream planè mediocritatē seruat, & modò κάλλος modò σεμνότητα, modò alias oportunas ideas,et laudatas in oratione virtutes repręsentat. Hinc nescio, quæ dulcedo ex doctrinæ simul,& elocutionis eius temperamento oborta,mirificè legentiū omnium animos allicit, vt qui semel gustarit, abstinere amplius ab eius scriptis non possit. Librum quidem de venæ sectione aduersus Erasistrateos, humiliore stylo à se scriptum conqueritur.

Stylus.

Interpretes Latini.

Perspicuitas.

Idea orationis.

Accusant in eo multi prolixitatem, cuius tamen iustas videtur interdum causas habuisse: non enim vnum in omnibus libris ei consilium fuit. In multis se accōmodat introducendis,et illorum captui,atq; vsui priuatim,in quorum gratiā aliqua scribebat, quorum aliqui præceptoribus carebant,& procul etiam ab eo proficiscebantur. Itaq; his in libris quædam alibi copiosius explicata

Prolixitas.

contrahit,

contrahit, alia vero fusius exponit. Galenũ (inquit Fernelius in præfatione suæ medicinæ) multi Asiaticæ redundantiæ insimulant, ꝙ πολύγραφος nimium multa artiũ, librorum q́ꝫ congerie, multorum studia restinguat, & ad rem properantes distineat. Eum quidem fatemur mira persuadendi necessitate disputasse subtilius: sed, ꝙ initio minime statuisset vniuersam artem complere, breuem præcipiendi legem non obseruasse: eadem identidem locis compluribus inculcasse, nũc huc nunc illuc studio reprehendendi auide ferri, sic q́ꝫ sæpius ambiguitate lectoris animũ distrahere. Hæc ille. Sed vtcunqꝫ est, ij certe, qui præceptoribus destituuntur, plurimum debent Galeno, ꝙ fundamenta, & præcipua capita artis tam plene, & διεξοδικῶς sit persecutus. Est vbi seculi eius mores, & in re medica sectarum peruersitas, aut philosophorum quorũdam pertinacia, hanc prolixius quædam discutiendi abundantiam ei extorserint. Accedit huc, ꝙ natura ipse, vtpote Asianus, in dicẽdo copiosior erat: & insuper ingenij bonitas, qua præditus cupiebat summo candore, & optima fide, omnes omnia ꝗ̃ liberalissime, καὶ ὡς ἀφθονώτατα, edocere, ita, vt ne hebetiores, quidem desiderare in eo, quicquam possent: atqꝫ ita factum est, vt plerunqꝫ sit prolixior, in iis pręsertim libris, quos iunior adhuc condidit. Sed, vt in multis quantũ dicendi copia possit, ostendit, ita in duobus ad Glauconem therapeuticis, Arte medica, & aliis forte paucis, quãtum artificiosa breuitate valeat, declarauit. Libro tertio de difficultate respirationis, malle se esse loquacẽ, scribit, ꝗ̃ suspicionem falsi dogmatis incurrere. huius enim nulla solatia esse ait, loquacitatis vero aliqua. deinde hortatur eos, qui etiam pauca fastidiunt, vt, quæ voluerint sibi deligant, reliqua ceu nõ scripta transgrediantur. Quemadmodum (inquit) in splendida epulatione, cum multa sint apparata. alius aliud eligit, hoc quidẽ, vt dulce, aliud vero, vt salubre: sic etiam sermonũ apparatum, opiparum esse oportet, electionẽ autem in vtentibus. In fine tertij de pulsibus dignoscendis, cũ taxasset eos, qui φιλοριστίας, ceu morbo laborãtes, omnia definire volunt, etiam manifesta, & de quorum recta significatione nulla est dubitatio, cũ interim veras definiendi rationes non didicerint: Ego (inquit) de quauis re ad definiendum proposita, demõstraui dici posse totum diem: nec alios hac in re nimios accuso, ꝙ ipse verbis ad definiendum accommodatis destituar: sed, cum omniũ me ad eam loquacitatẽ esse instructissimum intelligerem, humanitatis duxi esse, si artibus insudantiũ haberem rationẽ, veritatem q́ꝫ (sine ostentatione aperirem) & eorũ, quæ cognouissem, semper distinguerem vtilia ab inutilibus. Et libro septimo Methodi: Neqꝫ enim (inquit) grauari debemus, iterum, atqꝫ iterum sermonem repetere, quo nunc saltem medicorum vulgus veram methodum condiscat. Et libro tertio de differentiis pulsuum: Vbi ergo (inquit) homines, qui nec logicã speculationem exacte tenent, nec interpretari valent, ad res aspirare, quę superant ipsorũ facultatem, audent, cum ipsi verba funditant: tum reprehensores impellunt, licet maxime studeant breuitati, in eandem orationis prolixitatẽ: id scilicet, quod mihi nunc vsuuenit. Siquidem a mea perpetua breuitate diuellit ipsorum me numerus erratorum, tamen faciam etiam hic, vt sim, quantum possum, breuis. Breuitatis quidem studio plerunqꝫ minoris momenti quædam præterit data opera.

Breuitas.

Galeni libros, aliis etiam vtiles esse, quam medicis.

Iam ne quis existimet Galeni librorum lectionem ad solos pertinere medicos, aliarum vero artium, ac disciplinarũ studiosis inutiles esse, quanq̃ ex iis, quæ hactenus exposui sparsim magna, & multiplex eorũ vtilitas percipi queat, operæprecium tamen duxi me facturum, si id paulo copiosius hic vno in loco declarem, & quæ par est adiiciam: id qꝫ distincte: nam in Catalogo librorum Galeni nostro, quẽ huic sermoni subiunximus, ea, quæ non ad solos spectare medicos ex eius scripti, sed alios, quoqꝫ lectores diuersos, tum voluptatẽ, tum emolumentum aliquod ex iis capere posse iudicabam, asterisco notaui, sine vlla distinctione, quæ, quibus potissimum conueniat. Primum igitur, homines Græcæ linguæ studiosos, grammaticos, philologos, rhetores ad puritatem, delectũ, & copiam vocabulorum, ad styli elegantiã, sententiarum qꝫ, & argumentorum vim plurimum his legendis iuuari posse, tum ex prædictis, tum re ipsa, vel me tacente, clarum est adeo, vt ne verbum quidẽ addere libeat: sicuti hoc etiam, dialecticæ, ac methodi cupidos, & demõstrationum exempla (vnde maiorem plerunqꝫ fructum, quam ex nudis præceptis cõsequimur) luculentissima non aspernantes, thesaurum his in libris incomparabilem reperturos. Quod, si quis non tam eruditionem, & vocabulorum, orationis qꝫ vim in eo requirat, ꝗ̃ præsentem vtilitatem, & res ipsas sectetur: quid nam aliud iucundius, & vtilius sanitate, optarit? sine hac enim mediocri saltẽ, animi etiam, ingenii qꝫ actiones pleræ qꝫ non constant: & externa etiã bona sine hac gratiam omnem amittunt. At suam quisque sanitatem tueri melius poterit, si in illis interdum libris, quos huius argumenti Galenus scripsit, versetur, vt, qui de sanitate tuenda inscribuntur, & de alimentorũ facultatibus, ac cibis, boni mali qꝫ succi. Et hoc quidem, vt faciant, sui que aliquam habeant rationem, & victu accuratiore vtantur, homines literarum studiosi, cum minus exerceantur, magis, quam cæteri, opus habent. Decet sane physicum in primis, deinde philologum, & vnumquenqꝫ doctum, & criticum virum, medicum doctum, & peritum, ab indocto, imperito que discernere.

Cuilibet literato.

An non enim turpe fuerit, probe versatum in reliquis, quæ ad hominẽ minus attinent, de hoc solo non posse iudicium ferre? In nulla arte facilius latere, quis potest, ꝗ̃ ea, in qua maximo cum periculo impostura fit. Musicum cantu diiudicas, num bonus sit artifex, pictorem quoque ex suo opificio statim agnoscis: ac reliquarum artium singulos artifices, quales sint, deprehendis facile: de sola medica arte recte iudicare nequit, qui eius omnino sit ignarus, quantumuis in reliquis probe versatus. At qui turpe est more vulgi, vel in hac parte aberrare illum, qui cæteris in rebus superior

rior sit indoctis hominibus. Quamobrem, vel hoc nomine, si cuiusquã, Galeni maximè libri philosopho, philologo, & erudito cuiuis degustandi fuerint. Rationem certè valetudinis tuendę nullus frugi pater familias ignorare debet: exemplo sit nobis Cato, qui, quãuis iniquus esset sui temporis medicis, artem tamen ipsam vsurpabat diligenter.

Philologo.

Priuatim sanè philologi homines, qui vocabula magis, ceu vmbras rerum, quàm ipsas, captãt, & veluti venantur, οἱ ὀνοματοθῆραι οἱ πολυΐστορες, magnam nominũ syluam ex his libris haurient, vt omne genus stirpium, ac simplicium medicamentorum, morborum, & humani corporis partium, & alia quædam medicæ artis, eius q́ꝫ partibus Chirurgicæ, ac Therapeuticæ, peculiaria: variæ autem cognitionis miscellaneam farraginem ex aphorismis, & aliis quibusdam: ita cõtinget, vt eruditione instructi multiplici, quouis in loco apud quosuis homines de qualibet re doctius, et elegantiùs vulgo hominum disserendi materia eis non desit.

Philosopho.

Ad philosophiam venio, quæ non vmbras, vt vaga philologia, sed certis rerum, ac scientiarum circũscripta limitibus, res ipsas solùm, & illustria veritatis lumina sectatur. Huius partes ferè tres constituuntur: vtilissima, quæ mores, actiones, & studia vitæ priuatim, publicè q́ꝫ informat: pulcherrima, quæ contemplatur naturam: diuinissima verò, quæ Deum, & res diuinas. Ad has verò omnes, vt ars medica in vniuersum, ita conditi in primis à Galeno libri, plurimum momenti conferunt. Is certè, qui morum, & affectuum animi, siue perturbationũ causas intelligit, &, q̃ animi mores corporis temperaturam sequantur (quod argumentum ex professo tractauit, &, quę singularum animæ partium in hominis corpore sint instrumenta, quantum q́ꝫ secundum diuersa temperamenta varient: &, qui ex nimiis perturbationibus quanta oriantur secũdum naturam quoq́ꝫ mala, animaduertit: is & melius de his disserere, ac docere alios, & sibi sapere, ac ipsa vita, agendiq́ꝫ studiis, veram doctrinam, & virtutem præ se ferre poterit. Extant inter alios egregij duo, & ἠθικώτατοι huius authoris libri, De agnoscendis, & curandis animi affectibus, ac vitiis: vt taceam, quæ, quantæ'que ipsiusmet virtutes (præsertim, cum ambitionem, & auaritiam damnat) passim in eius scriptis, & oratione tanquam speculo elucescant, quas ad imitationem sibi proponere, ceu perfectum, tanquam in homine, eo q́ꝫ gentili (multò certè, quàm in plurimis, qui Christiani existimantur, & quidem eximij, absolutius) exemplar, vnusquisque poterit.

Theologo.

Sed ad Theologiam fortè, nihil hoc studium facere, aliquis putabit, ex illorum numero pręsertim, qui nunquam eius quicquam degustarint. Atqui Theologi est, in primis Dei cognitionem omnibus inculcare. Deus autem, nisi ipse sine vllo secundum naturam medio aperire se velit, non nisi ex operibus suis cognosci potest, & magis quidẽ, aut minùs ex aliis, atq́ꝫ aliis: inter omnia autem homo excellit maximè, solus omnium, quæ sub sensum cadũt, ad Dei similitudinem factus, id q́ꝫ intelligibili magis, q̃ sensibili sui parte, hoc est mente, & anima rõnis cõpote: sed hæc quoq́ꝫ cognosci, nisi actionibus eius animaduersis, earũ q́ꝫ instrumentis peruestigatis, non potest. Ergo, vt nos ipsos, vt animã, vt Deum noscamus, & agnitum colamus, iustis honoribus, veneremur, & pia religione metuamus, amemus, domiciliũ, hoc animæ ab eo constructum, vt mens sancta (quæ sola Deum capit, templum Dei optimum maximum sacrosanctum) inhabitaret, admirati, & mirabilem partium omnium structuram, proportionẽ, & artificiũ vniuersum, considerare oportet. In hac ipsa verò admiratione, qui copiosiùs, & eruditius omnia nostro Galeno inuestigarit, ante, & post ipsum inuenio neminem: in vniuersum dico, & circa plurimas, nobiliores q́ꝫ partes. nam, si quæ fortè non adeò magni momenti, ad hanc præsertim de opifice commẽtationem, præteriit, nostro demũ seculo à summis diligentia, doctrina q́ꝫ viris, Vesalio in primis, Fallopio, & Columbo inuenta, & addita arti, hi sanè propter hoc laudandi, ille verò reprehendendus minimè fuerit. Certè ex inspectione corporis nostri fabricæ, quæ & quanta architecti omnium patris, potentia, sapientia, atq́ꝫ bonitas sit, elucescit. vnde proculdubio, si vel naturæ ductum sequamur, perfectissimum bonum ipsum esse, intelligimus: qui autem potentissimum non metuat, non reuereatur sapientissimum, non adoret iustissimum, nõ amet pulcherrimũ simul, ac benignissimum? Et, quoniam ex vera cognitione, actiones etiã rectæ emanant, quis non ad summi illius boni (quod tanti facit, vt id vnicum cæteris rebus omnibus, non componat dico, sed anteponat) imitationem sese comparet? In his autem duobus coniunctis, vt vera theologia, ita etiam recta hominis Christiani vita consistit, cognitione inquã, & actionibus (sicuti ars medica, & aliæ plurimæ in ratione, & experientia) in his quidem magis, quod ad homines, quibus cum versamur, attinet: in illa verò, ceu fundamento, cum firma persuasione, & fiducia coniuncto, tum magis, tum prius, quod ad Deũ. Actio enim hominibus vtilior est, animus verò Deo acceptior: vt in arte medica vtilior est experientia, prior verò, & nobilior ratio. Sed reuertor, vnde digressus sum. Ergo, si ad Dei cognitionẽ simul, & secundum eam actiones non politicas solùm, sed etiam meliores, & nostræ religioni cõgruentes, corporis nostri, eius q́ꝫ partium cognitio, ex Galeni libris potissimùm petẽda, vtilis est, ad theologiam profectò plurimum confert: quod ipse etiam Galenus, quãuis à nostra religione alienus, intellexit, sub finem librorum de vsu partium, ita scribens: Nam, si quis nulli sectæ addictus, libera sententia rerum considerationem inierit, conspicatus in tanta carnium, & humorum colluuie, tantã mentem habitare: conspicatus item, & cuiusuis animalis constructionem (omnia enim declarant opificis sapientiã) mentis, quæ homini (κατὰ τὸν ἄνθρωπον, alia lectio habet οὐρανόν, id est, cœlo) inest, excellentiam intelliget: tum opus de partium vtilitate, quod priùs exiguum sibi

esse

eſſe videbatur, perfectiſſimæ thelogiæ rerum principium cõſtituet: quæ quidem theologia multò eſt maior, atq; præſtantior tota medicina. Non igitur ſoli medico hi libri ſunt vtiles, ſed multò certè magis medico philoſopho: qui totius naturæ ſcientiam ſtudeat ſibi comparare, eum'que oportet his potiùs ſacris (quæ perſpicua naturæ opera in omnibus animantibus explicant) quàm Eleuſiniis, aut Samothraciis, nimis, quæ profitentur, obſcurè docentibus, initiari. Hęc Galenus. Cuius itidem alia verba ad hunc locum maximè pertinentia, Græcè recitauimus ſuprà, vbi de ipſius pietate inter cęteras virtutes ſermo fuit.

Verùm his, de quibus hactenus verba feci, ſcientiis ars medica, & Galeni cum primis libri, veluti per accidens, conducunt, & parcius: Phyſico autem philoſopho, vt plurimùm, ita neceſſariè: cum ex naturali philoſophia, ceu fonte quodam vberrimo, tum artes, q̃ plurimę, tum medica etiã profluat. Non verò ſolùm naturæ cognitio ad medicinã confert, principia, & axiomata ei ſuppeditans tanquam ſubiectæ ſibi, & ὑπαλλήλῳ arti: ſed viciſſim etiã medicina, variarũ circa hominẽ rerũ tractatione, & exemplis, phyſicam illuſtrat, cum aliàs, tum in eo, ꝙ, cum tota circa hominem verſetur, à quo ea, quæ aliis omnibus inſunt, vel circa ea contingunt, ſecundum analogiã quandã ad hominem cõſiderantur: ignotiora enim ſemper ad id, quod notius eſt referri ſolent: itaq; multarum rerum cognitio ex poſterioribus, vt, quę nobis, ac ſenſibus manifeſtiora ſint, magis eluceſcit: vt animæ partium, ſeu facultatum ex ipſis actionibus: harũ verò ex inſtrumentis, quæ in corporibus noſtris, eis ſunt deſtinata, quæ per anatomen cognoſcuntur. Anatome autẽ, & totius corporis, eius q; tum intus, tum foris partiũ, & ſi phyſicæ philoſophiæ opus eſt, & ab Ariſtotele primùm diligenter pertractata, à Phyſiologis tamen ferè deſerta, ſolis exculta eſt medicis, & quidem diligentiſſimè omniũ à Galeno, à quo nullius ſanè argumenti plures habemus libros, q̃ anatomici: in quo nõ ſolùm hiſtoriã ſimpliciter tradidit, vt in animaliũ hiſtoria Ariſtoteles: ſed in aliis etiã libris vſum, & cauſas ſingulorũ adiecit, vt in libris de partibus animaliũ, eorum q; cauſis Ariſtoteles: à quo multa certè ſunt ignorata, circa præcipuas etiam corporis noſtri partes, & principum animæ facultatũ inſtrumenta. Galenus verò multa imperfectè, aut obſcurè ab Ariſtotele dicta, expleuit, & explicauit: multa etiã falſò redarguit: vnde vniuerſa etiã animæ, qua viuimus, ſentimus, mouemur, natura, ac vires, multò planius, q̃ Ariſtotelis ſeculo, hodie cõſtant. Plura de anatomes laudibus dicere poſſem, &, ꝙ eius cognitio mediocris omnibus expetẽda eſſet, oſtendere: ſed feſtino: nam aliis quoq; ſui partibus res medica, phyſicã, vel perficit, vel illuſtrat: & plurima cum ea habet cõmunia non enim circa finem ſolùm totius phyſicæ cõmentationis, quæ in hominem deſinit, à cuius naturæ circa corpus, & facultatum corpori, animæ q; communiũ, conſideratione incipit medicus: ſed ſingulorũ ferè partium, & librorũ phyſicæ philoſophię exitus, ad medicam aliquam tractationem ingreſſum præbẽt, ita, vt vbiq; vbi phyſicus deſinit, incipiat medicus.

1 Nempe primùm de elemẽtis phyſicus agit cõmunius: medicus verò ſumptis ab eo principiis quibuſdã, de elementis hominis duntaxat, eius naturam indagaſſe contẽtus, etiam ſi, vt diximus, quæ homini conueniunt, cęteris etiã pleriſq; animalibus cõmunia ſint, ita, vt, qui hominis hiſtoriam nouit, animaliũ hiſtoriam magna ex parte norit. 2 Deinde de iis qualitatibus, quæ primę dicuntur, & elementis primùm inſunt, quibus q; omnes rerum naturaliũ mutationes adſcribũtur, vt calidi, frigidi, humidi, & ſicci actionibus, ac paſſionibus, tum phyſici docent, vt in quarto Meteororum malè inſcripto Ariſtoteles, tum in libris de temperamentis, ac alibi Galenus. 3 Tertiò ad miſta corpora tranſeunt, quæ ex elementis conſtant: quorũ prima ſunt, inanimata, vt omne lapidum, metallorum q; genus: de quibus pauciſſima veteres phyſici, quod extet, tradiderũt: apud Galenũ verò, alios q; Græcos medicos, & nominũ copia eſt, & deſcriptiones, vires q; multorum ſunt explicatæ: vnde ſumpta occaſione, noſtro tempore, doctiſſimus vir. Ge. Agricola medicus plenã eorum hiſtoriã phyſicè ſimul, medicè q; conſcripſit. 4 Quartò, vniuerſum ſtirpiũ genus ſequitur: de quibus etſi Theophraſti libros habemus doctiſſimos, ad imitationẽ Ariſtotelis librorum de hiſtoria, & partibus animaliũ conditos: ij tamen ne intelligerentur quidẽ, niſi ex Dioſcoride, Galeno, & paucis aliis, præcipuè medicis, veteribus Græcis, occaſione ſumpta recẽtiores, & ipſi duntaxat medici, Leonicenus, Fuchſius, Dodonęus, Matthiolus, Guilandinus, Dalechampius, Conſtantinus, obliteratã ferè penitus omnis ſtirpiũ generis cognitionem reuocaſſent: vſq; adeò, & philoſophi phyſici, & omnes aliarũ artium profeſſores ceſſant, ſolis verò medicis anatomica, metallica, phytica, & huiuſmodi relinquunt: ita, vt periculũ ſit, in tanta hominũ, tum negligentia, tum luxuria, totã ferè philoſophiam ad ſolos peruenturã medicos: qui ab initio quidẽ phyſicis theorematis ſtudent, propter medicã artem, quæ ad rem familiarẽ eorum pleriſq; neceſſaria eſt: multi verò iã prouecti, & acrioris ingenij, ex iis, quæ ferè neceſſariò didicerũt, altiùs aſcendũt, à gradibus, exemplis q; naturæ, ad virtutes, ad Deum. 5 Quintò ad animalia peruenitur: quorũ hiſtoria in animã, ac corpus diuiditur. De anima autẽ, & diuerſis eius facultatibus, naturalibus ſaltem, vitalibus, ac animalibus, multa multis in locis ſcribit Galenus, diligentiſſimè ſimul, doctiſſimè q;: maximè verò in libris de naturalibus facultatibus, de q; placitis Hippocratis, & Platonis. Corporis verò partiũ deſcriptiones exquiſitiſſimas, & rationẽ omnem in Anatomicis, vt dictũ eſt, libris explicat. Singulorũ verò plurimorũ in diuerſis generibus medicæ ſimul, & alimentariæ materiæ rationes, & nomina, in diuerſis libris exprimit: ex quibus itidem, ac paucis aliorũ veterũ, vt Athenęi, Oppiani, & Plinij libris, noſtro tempore medici prima occaſione ſumpta, rebus ipſis

cognitis

cognitis ex eorum scriptis, integras animaliũ historias perfecerũt, vt nos in quadrupedum, auiũ, piscium q́; historia, Auium verò, & Aquatilium Bellonius, Aquatilium duntaxat Rondeletius. Quòd si argumenta etiam illorum librorũ, qui physici minores vulgò apud Aristotelem dicunt (vt sunt de sensu, & sensili, de memoria, respiratione, iuuẽtute, & senectute, lõgitudine, ac breuitate vitæ, deniq; vita, & morte) spectes: de iisdem ferè omnibus medici quoq; pertractant, & multa sanè melius, commodius q́; docent, quàm hactenus physici philosophi. Itaq; verè Melanchthon noster: Ea doctrina, quæ vocatur physica (inquit) nusquam extat, aut eruditiùs, aut vberiùs tradita, quàm in plerisq; Galeni libris. Porrò quãta medicinæ, & de natura philosophiæ cognitio sit, pulcherrimè Aristoteles in fine libri de respiratione his verbis explicat: Περὶ δὲ ὑγείας, καὶ νόσου, οὐ μόνου ἐστὶν ἰατροῦ, ἀλλὰ καὶ φυσικοῦ, μέχρι τοῦ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, ᾗ δὲ διαφέρουσι, καὶ ᾗ διαφέροντα θεωροῦσιν, οὐ δεῖ λανθάνειν, ἐπεὶ ὅτι γε σύνορος ἡ πραγματεία μέχρι τινός ἐστι, μαρτυρεῖ τὸ γινόμενον, τῶν τε γὰρ ἰατρῶν: ὅσοι κομψοί ἢ περίεργοι, λέγουσι τὰ περὶ φύσεως, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖθεν ἀξιοῦσι λαμβάνειν, καὶ τῶν περὶ φύσεος πραγματευθέντων οἱ χαριέστατοι σχεδὸν τελευτῶσιν εἰς τὰς ἀρχὰς τὰς ἰατρικάς. Leget igitur ex Galeni libris naturalis philosophiæ candidatus, Physiologicos in primis omnes, vt qui de elementis, temperamentis, & naturalibus facultatibus tractant: tum omnẽ dissectionis historiam, & de partium vsu, alios q́; ad corporis humani (quod medicinæ subiectum est) naturã pertinentes, quos singulatim in Catalogo librorũ Galeni enumerauimus. His addet etiam ex Pathologicis illos, quorum doctrina generalior est, vt, qui morborum, & symptomatum differẽtias explicant: & quicunq; simplicium medicamentorum, alimẽtorum q́; materiam cõtinent. Nam, cum medicus infra physicum sit, sed proximè, ipsius est, quæ physicus κοινότερον, καὶ βραχύτερον protulit, μερικώτερον, καὶ διεξοδικώτερον pertractare: &, quæ physicus ratione magis cõsiderarit, ipse ad sensum magis trãsferat: &, quę ille generatim fortè de animalibus omnibus, aut pluribus, (cum aliàs, tum in morborũ, tum in remediorum genere) ipse ad hominẽ contrahat. Deniq; omnis ferè in medicina causarum redditio, physici non medici fuerit. Causa enim principium quoddam est. Principia verò quisq; à superiore artifice desumit. Sic autẽ ferè ad physicum se habet medicus, vt artes, & scientiæ omnes ad primam philosophiam, seu veram dialecticam: quæ prima, & communia omnium principia, ac methodum veritatis ostendit. Hæc inquam, & huiusmodi, medicum oportebat à Physiologis mutuari: id quod (non dubito) passim fecisset Galenus, si à physicis tradita reperisset. Quoniam verò Physiologia ne hodie quidem à quoquam est perfecta (etsi methodum, & summa capita optimè ostenderit Aristoteles) coactus est ipse aggredi: id quod ei adeò feliciter cessit (sicut aliis etiam postea medicinæ authoribus in aliis libris) vt cõtrà, quàm fieri debebat, plura nunc habeant philosophi naturales, quæ ex medicorũ libris addiscant, & sibi sumãt, quàm ex ipsorum libris medici. Cum ergò ad physicam tantopere conducat medicina nostra, adeo q́; per omnia ei cognata, coniuncta q́; sit: eędem ferè laudes, quæ totius physicæ sunt, de ipsa quoq; poterunt prædicari: nam, vt physici subiectum est mundus maior, & res in eo naturales omnes: ita medici mundus minor. nihil autem in illo reperias, siue rerum, siue affectionum, & actionum, cui non aliquid in homine respondeat. Sed physicæ philosophiæ laudes, atq; præstantiã, tum per se, tum ad theologiam, & hethicam quantùm conferat, alias q́; vtilitates, multi decantarunt, & inter alia etiam Gemusęus noster in sua præfatione in Græca Galeni opera Basileæ edita: quamobrem nos ea relinquimus. Sed satis copiosè, & fortè nimiùm, ad quas alias scientias ex Galeni librorum lectione, extra medicã artẽ, vtilitas aliqua peruenire possit, hactenus exposui. Hoc duntaxat addendum, medicinæ studiosis, omnia ferè, & integra eius scripta esse legenda, id q́; semel, & iterum, aut etiam pluries iis, qui ingenio tardi, vel memoria infirmi sunt: cæteris nec omnia, sed illa duntaxat, quæ in primis vtilia sibi fore partim ipsi animaduerterint, partim nos iam diximus: nec integra, si ocij satis nõ suppetat, sed partes aliquas. facilè autem ex capitum distinctione cum argumentis, erit deligere, & indicum cõmoditates sequi. Licebit, & Compendiis vti, vt Lacunæ, aut aliorum. Sed nunc tandem finem faciã, vbi pauca priùs de eximiis Galeni nostri laudibus, vera q́; eius gloria addidero. Miretur autẽ aliquis, quòd viuus adhuc, in patria simul, & foris, apud summos, & infimos ad tantam, vt merebatur existimationem, & pulcherrimum humanæ gloriæ fastigium peruenerit (quantũ ex iis, quæ hactenus diximus, nec libet repetere, liquidò apparet: id q́; eò magis, quod ipse ab omni ambitione alienus esset: & plurimi, tum medici, tum philosophi, æmuli eius gloriæ insidiarentur: qui etiam, vt contemptum eius apud populum promouerent, varia ei cognomina tribuebant: modo enim λογίατρον appellabant, eam, qua valebat eloquentia, ei inuidentes, modò παραδοξολόγον, & παραδοξοποιόν, quæ duo tamen ad laudem etiã trahi possunt (quòd & dicẽdo, & opere medico plurimùm à vulgo medicorum differret, multa q́; eis παράδοξα, id est præter omnium eorum opinionem, sed felici semper euentu, tum diceret, tum faceret) interdum delusorem seu derisorem, aliàs diuinatorem seu vatem vocabant. Sed nihil isti effecerunt, vt neq; hodie efficiunt quicquam Galenomastiges diuersi, inter quos coryphęi hodie sunt, qui Theophrastum Paracelsum quendam (qui nostra memoria innumeros libros in re medica, philosophia, & theologia conscripsit, summus, vt audio, chemista, magus, necyomantiæ, & geomantiæ interpres, & c.) tantùm non adorant, Galenum autem, & Hippocratem, eorum q́; sectatores non solùm reprehendunt, ceu rerum multarum, optimarum q́; ignaros, sed etiam conui

ciis

eiis proſcindunt,& nebulones,impoſtores,latrones,ac homicidas appellant: quos ſuis coloribus depingendos relinquo aliis: quoniam hic locus non ſinit me eſſe prolixiorem. Sed nihil agunt in felices illi optimarum artium contemptores,& promotores illicitarum: qui quoniam dæmones, vt olim Druidæ,vel vt ipſi aiunt, defunctorum hominum manes habent præceptores, & futura quædam ex illis diſcunt,& remedia quædam exquiſita habent,chemicis præſertim rationibus arcanis præparata(in quibus nō negarim aliqua bona, & eximia eſſe,ſed validiſſima ferè omnia, ita vt abuſus plerunque non abſq; vitæ periculo contingat)quamuis artis ipſius, ac methodi rationalis prorſus ſint ignari,& validiſſimis remediis ſæpe peſſimè abutãtur,in magno apud multos etiã principes viros ſunt precio. Nunq̃ tñ illi efficient,quod dicere cœperam,vt vera, ſolida q; methodus artis,Hippocratis tẽpore,& à Galeno perfecta,euertantur. Manebit ſua Galeno gloria (rumpantur,vt ilia Codro)eo q; magis,ꝙ omnes eius libri,qui reperiuntur,eo quo primũ conditi ſunt ab ipſo ſermone,per innumera exemplaria diffuſi,per vniuerſam Europam legantur: iidem q; in Latinam linguã veriùs,puriusq; translati,ad decem millia, & multò amplius fortè exemplarium intra annos circiter triginta excuſis,nuſquam non venales ſint obuij. Cur enim nō perpetuis laudibus ille veheretur,qui ad multam vſq; ſenectutem profeſſus medicinam, nullum vnquam neq; curando,neq; præſagiendo(ſemper eadem de eiſdem aſſerens) calumniæ locum præbuit? in quã tamen celeberrimos quoſdam medicos incidiſſe nouimus. Porrò quoniam diuitiæ quoq;,ſiue à maioribus acceptæ(licet obſtante vulgari dicto,quo diues,aut iniquus, aut iniqui hæres prædicatur)ſiue propria virtute acquiſitæ,ad gloriæ,honorisq; partẽ accedunt, non eſt hoc loco omittendum, Galenum ipſum diuitias ſibi non defuiſſe fateri: & patrem quoq; ex eo, quòd liberaliſſimè omnia ſuppeditauit,& regiæ vrbis Pergami architectus fuit, diuitiis abundaſſe non eſſe dubitandum: alio tamen in loco Galenus(ſub finem libri de cuiuſq; animi peccatorum notitia, atque medela)diuitem ſe eſſe(modeſtia fortè quadam,aut comparatione illorum,qui Romæ,tum temporis diuites vocabantur) negare videtur. In patria quoq; ſua honeſtiſſimum locum, & quidem in ſenatu ſibi contigiſſe,eodem volumine teſtatur.

M. Antonini,Imperatoris illius philoſophi,teſtimonium ſanè præclarũ de Galeno retulimus ſuprà. Medici certe omnes,qui Romæ habitabant (ſi immũdorum fęcem, de quibus dictum eſt, exceperis)& in oppidis vicinis,familiaritatem eius,& ex doctrina fructum, vehementer expetebant: de q; omnibus,quæ rarius,aut præter opinionem(vt ſunt,vel abſurda, vel admiranda quædam) incidiſſent,cum eo communicare,eiusq; iudicium,& conſilium,q; libentiſſimè audire ſolebant. Sed & procul ab eo,totisq; regionibus remoti, conſilia eius per literas requirebant. Itaq; ex Iberia, Celtica, Aſia, Thracia, aliisq; locis frequentes ad ipſum literæ perferebantur: tanta eius nominis celebritas erat. In conuiuio illo celebratiſſimo, quod Athenęus Dipnoſophiſtarum titulo deſcripſit,& quo Laurentius quidam Romanus doctiſſimos quoſq; ex omni ſcientiarum genere excipiebat(omitto philoſophos,iuriſcōſultos,poetas,rhetores,grammaticos) tres medici aderant,Galenus,Rufinus Nicaenſis,& Daphnus Epheſius,qui & medicus veluti ſacer habebatur,& Academicus excellens. Sed Daphni,& Rufini,præter hæc nomina,nihil opinor ſupereſt: Galeni verò ſcripta optima,& maxima quæq;: adeò ne nominatiſſimi quidẽ eiuſdem ætatis medici,vel aliqua ex parte cum eo comparari potuerunt. Cęterum,vt à ſuæ ætatis hominibus, & qui cum eo viuo vixerunt,honeſtiſſima retulit ſuæ præſtantiæ teſtimonia: ita & à poſteris, qui medicinæ ſtudia propagarunt,quamuis barbaris exiſtimatis, pulcherrimis prædicatur elogiis: ab Auicenna quidem, eo quod ſuprà recitauimus: Auerrois autem (quinto Colliget, capite de punicis granis) Galenum ita celebrat, vt experientia præcellentem prædicet: ac veridicum in primis, vt cui comparari non poſſit alius,ni forſan is,inquit,qui clamat quidem,ſed quid clamat,non percipit ſatis,Auicennam(vt videtur)notans. Alibi quoq; Galenum, cum diuino Hippocrate primũ in arte facit. Sed nunc tandem ſimplici narratione tantum iter emenſi,figamus pedem hìc,contenti hactenus ea dixiſſe: quæ quidem ſiue ſingula perſequi,ſiue etiam vniuerſa, oratione illuſtrare conetur aliquis,infinitum ſanè fecerit. Quiſquis autem vberius omnia cognoſcere cupit, ipſos Galeni libros legat: illos præſertim,quos de præcognitione ad Epigenem ſcripſit: & de noſcendis,curandisq; animi vitiis,& affectibus: & de libris propriis. His clauſulæ loco ſubiiciatur Magni medici epigramma,quod in Epigrammatum Gręcorum Anthologio reperitur.

Epilogus.

ΜΑΓΝΟΥ ΙΑΤΡΟΥ, ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἦν χρόνος, ἡνίκα γαῖα βροτοὺς διὰ σεῖο Γαληνὲ
Δέχνυτο, καὶ θνητὸς, ἔτρεφε δ᾽ ἀθανάτους:
Χήρευεν δὲ μέλαθρα πολυκλαύτου Ἀχέροντος,
ἡ σου παιονίῃ χειρὶ βιαζόμενα.

IOANNES BAPTISTA MONTANVS PHYSICVS VERONENSIS LVCAE ANTONIO IVNTAE S.

PLacet mirum in modum splẽdidiſſime Luca Antoni conſilium tuum, quod occœpiſti, omnia Galeni opera rurſus excudendi, verum'que illis ordinem ſtatuendi, non antea ab aliquo multorum ſeculorum homine traditum, qui integræ arti docendæ, vel ediſcendæ facillimus, ſeruandæ'que memoriæ commodiſſimus iudicetur. Præterquam enim quod id ab eruditiſſimo quoq; ſumme deſiderari, flagitari'que video, obſtruetur interim os deprauatæ medicorum turbę, qui calumniandi Galenum non aliunde magis occaſionem captant, quam quod in diſſerendo vaſtus, immenſus, confuſus'que videatur, nullam'que artem ab eo recte doceri poſſe, in quo nullus ordo doctrinæ appareat. Inſtituto enim ordine, quẽ deliberas, conſtabit ilico ne aliud quidem Auicennam ipſum, reliquos'que Arabas omnes concepiſſe: poterunt'que contumaces, contentioſi'que illi homines tandem reſipiſcere, recognoſcereq; omnium theorematum ordinem, quotcunque in medica facultate conſiderantur, à Galeno, tanquam à fonte, emanare. Quod tu tamen à me poſtea requiris, eum tibi ordinem inſtitui, id ego haud ita facile præſtare poſſum: multa enim ſunt, quæ me ab huiuſmodi prouincia deterrent: nam tantus librorum numerus, tam'que varia materia eſt, vt ſinguli recenſeri, atque in certas claſſes vix redigi queant: pręſertim cum eorum non nulli ſint penè (vt ita loquar) ἀσύςατοι, qui, cum ad medicinam parum, aut nihil attineant, ſed ad dialecticam potius, aut philoſophiam, vel ſimilem quampiam ſcientiam, certam in hac facultate ſedem nullibi admittent: ſunt, & alij, in quibus ex tota arte quidpiam in vnum veluti compendium colligitur, vt nulli parti recte accommodari poſſint, qui totius imaginem referunt. Quod ſi me ſtatim illi ordini addixerim, quem ipſe Galenus, vel in fine artis paruæ, vel in libello ad id priuatim dicato conſcripſit, adhuc longe magis implicabor, cuius implicationis ratio à me inferius declarabitur. Neq; ad tot difficultates parum momenti afferunt peruerſi horum temporum mores: vbi enim maiores noſtri aliquid quotidie excogitabant, in mediumq; afferebant, quod artem augeret, ornaret, explicaret, nunc ſcriptores iſti, qui paſſim, & vbique ſcaturiunt, nihil aliud edunt, quàm meras cum viuentium, tum mortuorum calumnias, tanto detrahendi ardore, vt facile deprehendantur, ob id tantum ſcribendi ſtudio detineri, quo gloriam ſibi ex alieno comparent opprobrio. Audis Luca Antoni, quæ me rationes hactenus ſuſpenderint, ancipitem'que reddiderint. Videris tu tamen totam in me ſpem huius noui ordinis collocaſſe, quererisq; magnam hanc prouinciam tuam mea ſolum cunctatione remorari, te à plurimis eruditis viris iamdudum fruſtratum eſſe, qui ſe id munus pręſtituros polliciti, ad hunc vſq; diem diſtulerunt: cogis ergo me in hoc certamen deſcendere, et obtrectatorum iudicio ſubijci. Parum profecto grati animi erga virum de me optime meritum fuerim, nimis'que in re magna audenda meticuloſus, ſi qua cauſa detineri poſſum, quin amico tam anxie petenti ſatisfaciam, & publicæ vtilitati propterea deſim, quia difficile ſit adeſſe: conabor igitur reddere, ſi non quæ, vel tu expoſcis, vel ego deſiderauerim, ſaltem quæcunque potero, vt ſimul & ingrati, & timidi nomen effugiam. Quod ſi contigerit, vt à dictis meis ſumpta occaſione eruditus aliquis, vel contradicendi ſtudio, vel veritatis amore accenſus, alium ipſe meliorem ordinem tradat, erit is mihi ſaltem laboris mei fructus non iniucundus, vbi cognouero me autore ſtudia inquirendi excitata, verumq; tandem ordinem diſputando cõpertum eſſe. Quoniam igitur in re non omnibus expoſita, & quæ in ſe multas habet difficultates, iudiciorum diuerſitatem non defuturam intelligo, ac propterea plurimos cõtra me exorituros, qui ſeriem aliter diſponendam opinentur, placuit prius, quam librorum ordinem in cenſum certasq; claſſes redigerem, ex ipſiuſmet Galeni medullis, placitisq; priuatis viã, rationemq; explicare, qua is ordo à me inſtitutus niteretur. Hinc igitur ſumpto initio dicimus, Artem, vel nouam conſtitui, vel conſtitutam doceri: conſtituitur reſolutione, quę fit à notione finis: conſtituta docetur, vel componendo, quæ per reſolutionem inuenta ſunt, vel propoſita definitione per multiplicem eius ſectionem progrediendo. Docet quidem, & qui conſtituit: cur enim non doceat, qui, quomodo ars inueniatur, oſtendit? altior tamen eſt ille doctrinę modus, quiq; à felici aliquo ingenio, & ab ineunti ætate in diſciplinis exercitato legitime intelligatur: propterea omnes antiqui philoſophi, ac medici, Ariſtotelesq; pręcipue, qui prę cęteris in docendo, ordinem maxime affectaſſe videtur, ab eo docendi genere abſtinuere. Galenus autem, cum ad ſuam vſq; ętatem medicinę artem incertam, male'que ſibi conſtantem conſpicaretur, facturum ſe operępretium iudicauit, ſi à notione finis ſingula quæq; vſq; ad elementa reſoluendo, artis inuentionem certiſſime demonſtraret: atq; ita totam quidem artem in libro de conſtitutione medicinę breuiſſime inuentam tradidit: eius vero partes, tum quę ad ſeruandam ſanitatẽ, tum quę ad morbos tollendos attinent, in libris περὶ ὑγιεινῶν, & in Therapeutica methodo explicuit. Neq; tamen à me intelligi velim Platonem, Ariſtotelem, & reliquos antiquos in aliquo problemate declarando reſolutorium ordinem minime recepiſſe: tantum affirmo

mo neminem eorum totam quāpiam disciplinam docendam proposuisse,vt à notione finis per resolutionem procederent,immo contra à principijs exordiendo,ad vltima,quę primo conceperant, doctrinæ terminum statuunt: qui quidem ordo quantū dignitate à resolutorio derelinquitur, tanto docendi copia,& facilitate reliquis præstat: quemadmodum diffinitiuus ijs,quæ discuntur,tenaci memoria firmandis omnium commodissimus est. Cum vero Galenus totam artem alibi diffinitiuo ordine, alibi resolutorio tradiderit, sit'que in vtroque loco speculatio potius Isagogica, quàm exactæ disciplinæ, videbatur tanto medico dignum, vt alicubi hanc ipsam artem integram, membratim'que distinctam, ac demonstratam nobis relinqueret: quod cum nullibi seorsum fecerit (omnes enim libros suos, sicut ipse testatur,vel amicorum, vel sui ipsius memoriæ exercitationisq; gratia conscripsit,nihil vltra in singulis quærens, nisi vt causæ satisfaceret, qua ad scribendum compellebatur) decreuit, quod priuatim in aliquo non tradiderat, id ex omnibus simul conficere: ac propterea de ordine librorum suorum compendiolum edidit, & in fine paruæ artis ostendit, qua serie eosdem libros legi oporteret: vbi manifestissime apparet compositiuum ordinem cogitasse, tanq̃ ad exquisitam disciplinam tradendam omnium commodissimum. Atq; hac ego occasione Auicennam commotum crediderim, virum inter Arabas omnes acerrimi ingenij, vt omnia Galeni in medica arte monumenta sparsim in varijs libris disseminata, in vnum veluti corpus redigeret, eodem'que compositiuo ordine opus illud suum canonum appellatum, quinq; magnis libris distinctum compilaret: cui si vltimam manum imposuisset (neq; enim imposuit morte præuentus) fœliciorię; lingua pro rei dignitate elocutus esset, haberemus fortasse,quem non Galeni tantum interpretem, sed exornatorem quoq; vocitaremus. Verum, dum ille multa hinc inde dispersa in certas, proprias'q; sedes colligit, & seriatim disponit,ordini tantum intētus,diligentiori rerum consideratione tantisper omissa, donec iam disposita recenseret, non potuit quædam etiam simul parum idonea non congerere, & ordinem in non nullis confundere: cui propterea non debemus, sicuti passim fieri video,tanta iracundia succensere: quin potius, vbi peccauerit,benigne emendandus est, in reliquis summa laude celebrandus: nam ei proculdubio in hac facultate plus vita debet, quam alij nemini, qui post Galenum profecerit. Vtrum vero & ipse Auicenna compositiuum ordinem, illum inquam, qui à resolutorio proficiscitur,exquisite seruauerit,an inceperit quidem, in non paucis vero declinauerit, non est hic discutiendi locus. Illius potius ratio reddenda est, quod à multis animaduertendum auguror,cur ego eundem omnino ordinem non seruauerim,quem Galenus ipse tradiderit: absurdum enim videtur aliter alicuius libros disponere,quàm ipse disponendos statuerit: nouerint igitur,quibus id curę est,me istud quoque quam maxime quæsiuisse,totis'que viribus enixum esse,vt minime à Galeni ordine discederem,illudq; fidelissime effectum,vbicunq; apte fieri potuit: verum multis in locis ambiguitas non leuis suboriebatur, cum Galenus sibi ipsi diffidere videretur,aliter alibi nō nullos libros disponenti, vt facile patet ijs,qui libellum de ordine librorum suorum perlegerint, & quod in calce paruæ artis adijcitur, præterea talis non nunquàm occurrit ordo,qui videatur Galenico ordini, & consilio cōtradicere: vt quandoq; suspicari coactus fuerim,vel illos codices perquàm mendosos haberi, vel Galeno tanquàm catalogum describenti magis cordi fuisse librorum suorum numerum recensere,& veluti in actus referre, q̃ via, rationeq;, tam sibi recte intellecta seriem contexere,qua libros suos legi oporteret: est etiam vitio,negligentia'que temporum liber ille adeo mutilatus, vt nec, si maxime velis, Galeni ordinem assequi possis. His ego rationibus persuasus cęteris consilijs illud præstare iudicaui, si me ad Galeni ipsius methodum tanq̃ certiorem,stabiliorem'que verterem,quam præcipue in libro de constitutione artis ostendit, in cuius fundamentis nixus tutissime ædificarem: & ad eam regulam singula quæque metirer, ita rem à principio auspicatus. Qui medicinæ artem via, & ratione sint inuenturi, id primo profecto intelligent,vt consilio suo corpus humanum quam maxime sanum conseruent: vbi vero sanitas euentu aliquo, vel adhuc in recessu sit, vel iam exacte recesserit,eodem consilio prouideat,vt,& quod futurum incommodi est, omni id conatu arceat: factum vero, amoliatur, & corrigat: constat autem nihil horum consulto fieri posse, nisi noscamus, & quibus rebus sanitas, dum integra est, conseruari debeat: &, dum abit, abiuerit'ue, reuocetur, aut reparetur: at fieri omnino nequit, vt res, quæ id facere possint, vel inueniamus,vel inuentas congrue metiamur, nisi corporis humani naturam exactissime cognouerimus: tunc autem exactissime cognoscemus, cum, ex quibus, & quo'nam pacto confletur, quot, quales'ue habeat partes, facultates, functiones'que distincte,didicerimus. Porrò,cum sciamus corpus humanum à qualitatibus primis alterari,generari, & corrumpi,idem quoque scimus ex primis elementis omnium generabilium substātiarum communibus confectum esse. Ergo artem medicinæ componendo ab his primis, sicut & prima sunt, auspicari oportet. Primo igitur propositus nobis liber est De elementis: quæ vbi per qualitatum alterationem commista fuerint, statim inde pro certis alterationum gradibus certæ emergunt temperaturæ: congrue igitur subsequentur libri De temperaturis. Quoniam vero peractis hominum temperamentis proximi sunt humores (illa enim confestim, vel sanguinis, vel alterius bilis, vel pituitæ dominium, vel ęqualitas omnium subsequitur) proinde commode libros substituimus,qui de humoribus potissime pertractant: nullos autem tales ex ijs,quę Galeni extant,deprehendimus præter commentarios in Hippocratem De natura humana,& libellum qui inscribitur De melancholia,q̃uis enim in libro De natura humana videatur propositum de elemētis agere, nihil tamē ibi magis, q̃ humores,

consi-

considerantur, quos Hippocratis corporis humani proxima elementa esse voluit. Cum vero in hoc libro tres parui libelli etiam ante Galeni ætatem complicari, conscribi'q; consueuerint, primus De natura humana: secundus sine titulo quidem, sed qui ad therapeuticen attineat: tertius De victu sanorum: sint'que ij libelli subiecto longe dissimiles, quos neque autor, vt Galenus ipse testatur, neque posteriorum iudicium, sed auaritia coniunxit, alioqui longo interuallo separandos: Ego malui rei naturam, quàm peruersam consuetudinem, imitari, ne à me propositus ordo confunderetur. Primum igitur librum De natura humana in hac sede statuendum iudicauimus: reliquos duos suo quemque loco inferius disponemus. Commistis elementis, peractis temperaturis, & humorum ęqualitate, vel excessu, statim emergunt temperamentorum gradus, structurę modus, bona, vel mala habitudo: substituantur igitur libelli, De optima corporis structura, De bona habitudine: & ita didicerimus, ex quibus primo, & quo'nam pacto corpus humanũ conflatum sit, quod primo nobis fuerat propositum. Quin vero idem corpus partes habet, quot, quales'ue sint illę, perquiri oportet. At quædam earum similares sunt, vt ossa, nerui, venæ: quædam instrumentales, vt pes, manus, caput: instrumentales autẽ, cum ex similaribus constent cognosci nequeũt, nisi similares præcognoscantur: ergo similarium partium consideratio (nam & minus compositæ sunt) seriatim substituetur. Primus itaque liber erit De ossibus ad introducendos, secundus De neruorum sectione, tertius De venarum, arteriarum'q; dissectione: cui materiæ propinquitate subnectetur quæstio contra Erasistratum, An sanguis in arterijs contineatur: deinde à similaribus ad dissimilaria quoque accedendo proxime sequetur liber De aggressibus anatomicis: cui suggeretur De vteri sectione libellus, & alius De instrumento odoratus. Omnium itaq; membrorum substantia, & situ consideratis superest, vt vsus quoque declaretur: deinde singulorum actiones, quæ ad illum vsum diriguntur: quibus facultates necessario copulantur. Ergo tria hæc ita disponentur, vt primo De vsu partium, secundo De facultatibus animæ, tertio De functionibus pertractetur: atque ita libri seriatim procedent, De vsu partium libri xvij, De vsu respirationis: cui continuitate materiæ subnectetur, De causis respirationis, De vsu pulsuũ, De substantia facultatum animæ, De Dogmatibus Hippocratis, & Platonis, De facultatibus naturalibus, De motibus musculorum, De motu thoracis, & pulmonis: quibus vltimo addetur, Quòd animi mores corporis structuram sequantur. Quamuis autem speculatio De semine, & De fœtuum formatione, tãquàm de simplicibus, pręcedere debuisset, nihilo minus videtur hic ordo docendi commodior, si cognita prius membrorum natura, quę ad generandum, excernendum'que semen sunt necessaria, & quæ fœtum suscipere, formare'que possint, deinde ad seminis, fœtuum'que tractatum progrederemur: substituentur igitur libri De semine, De fœtuum formatione, An omnes animalis partes fiant simul, An animal sit in vtero. Cæterum corporis humani natura exquisite cognita, reliquum nobis est, qui medicinæ artem constituimus, viam, rationem'que indagare, qua idem in sanitate seruemus: at hoc ipsum integre expletur in sex libris, qui, De tuenda sanitate inscribuntur. Quia tamen ibi corpora alterari docentur ob varias aeris qualitates, cibum & potum, somnum & vigilias, inanitionem & repletionem, motum & quietem, & ob animi affectus: atq; de motu quidem & quiete, somno & vigilia, inanitione & repletione in eodem libro satis copiose explicetur: de aere autem, cibo & potu, & animi affectibus exẽpli potius gratia, quàm ex proposito agatur: ideo ne ad conseruandæ sanitatis artem, materiæ, qua id efficitur, rudes accedamus, in hoc quoque genere ita aciem instruximus, vt præcederet liber Hippo. De locis, aere, & aqua, quem Galenus De habitationibus, aquis, temporibus, & regionibus inscribi maluit: speraui'que hactenus me tibi super eo diuina Galeni commentaria traditurum, sed ab amico id pollicente frustratus sum: deinde reliqui De alimentis, De cibis boni, & mali succi, Commentaria in librum Polybi de victu sanorum, De ptisana, De attenuãte victu, De exercitio paruę pilę, De vitijs animi, & eorum remedijs, De consuetudine liber ambiguus. Quibus tanquàm sacris initiati tandem ad diuinam illam tuendę sanitatis Methodum accedemus: cui subnectemus quæstionem, Ars tuẽdæ sanitatis ad medicum ne attineat, an ad gymnasticum: quibus omnibus recte perspectis compotes erimus non tuendæ tantum sanitatis, sed etiam pręseruandę, si quãdo forte labi incipiat. Postremum erat, vt formulam inueniremus, qua sanitatem iam deperditam reuocare possemus. Est autem deperdita sanitas cum corporis functiones vitio aliquo intrinseco impediuntur: is affectus ægritudo appellatur: functionis læsio, symptoma vel accidens. Vtrunque quàm fieri potest exactissime, est pernoscendum, si modo rectam medicationem intendimus: pernoscemus, si causas eorum omnes didicerimus. Cum vero cognitio nostra à sensibus oriatur, non possumus nisi signis quibusdam apparentibus ad illas causas penetrare: signa autem cum indicare rem possint, vel præteritam, vel præsentem, vel futuram: quæ præsentem, & futuram indicant, medici maxime inquirunt, illa'que diagnostica, hęc prognostica gręce appellant. At quam plurimis antiquorum ęgritudines penè innumerabiles visæ sunt, & propterea memoratu difficillimæ, Galenus rei substantiam subtilissime diuidendo, numerum non omnium tantum ægritudinum, sed symptomatum quoque sub certam methodum, & rationis regulam duxit, vel mediocre ingenium discurrendo facile intelligeret, neque plura esse posse, neque pauciora: hic igitur Sex illos diuinos libros, tanq̃ antesignanos, seriatim ponẽdos censui, quorum primi de differentijs, & causis morborum agunt, postremi symptomatum simili modo differentias, & causas ostendunt: q̃quis.n. in curationibus per signa ad ægritudinum notitiam perducamur, & hoc itinere signa morbis pręcedant, ordo tamen doctrinę postulat,

næ poſtulat, vt prius morborum numerum, ſubſtantiamq́ noſcamus: deinde ad ſigna differentias
eorum, motiones'que declarantia progrediamur. Subnectentur deinde libri De differentijs febriũ,
De inęquali temperatura, De tabe, De comate, De tremore, conuulſione, ſaltu, & rigore, De dif
ficultate anhelitus, De plenitudine, De tumoribus præter naturam, De temporibus, quæ in mor-
bo ſunt, De totius morbi temporibus, De typo, Aduerſus eos, qui de typo ſcripſerunt, vel de perio-
dis, De cauſis procatarcticis, De cauſis coniunctis, ſi haberi poteſt, hactenus enim deſideratur.
His ego Commentaria in primum, tertium, & ſextum librum epidemiarum ſubnectenda iudica-
ui, maxima enim eius commentationis pars dimiſſa curatione circa ęgritudinum, ſymptomatumq́
hiſtorias, & cauſas occupatur. Sequitur ex ordine paulo ante propoſito conſideratio de ſignis, quo-
rum inueniendorũ methodus pulcherrima traditur in ſex libris De locis affectis: iure igit̃ proxime
ſubnectentur: deinde ſeriatim quæcunque ad ſigna, tam diagnoſtica, quàm prognoſtica attinere vi
dentur: vtraque enim in ſingulis voluminibus ita permiſta ſunt, vt haud facile ſeparari queant: ſe-
quentur igitur primo liber De pulſibus ad introducendos: deinde libri, De pulſuum differentijs,
De dignotione, De cauſis, De prænotione: ſingulæ'que harum ſpeculationum quatuor priuatis
libris explicantur, vnde ſedecim omnes efficiuntur: deinde liber De vrinis, qui licet Galeni non
ſit, haud importune tamen ſub hoc ordine ſtatuitur: poſtea libri De criſi: quibus materiæ congrui-
tate, alij De diebus criticis ſupponentur: tum Commentaria in libros Hippocratis De prædictio-
ne, & Alia in libros eiuſdem De prænotione: vltimo libelli duo, alter De præuiſione, quę fit in ſom
nis, alter De prænotione inſcriptus. Supereſt poſtrema, quæ in arte medica pars maxima habetur,
facultas, inquam, curandarum ægritudinum. Vtitur hæc tribus potiſſimum inſtrumentis, Diæ-
ta, Pharmacia, Chirurgia. Modi omnes, quibus recte ijs tribus vtamur inſtrumentis, in Therapeu
ticis libris doctiſſime, diffuſiſſime'que explicantur. Trium igitur inſtrumentorum notitia nobis
prius comparanda eſt, antequàm ad vtendi modum accedamus. Ac De dięta quidem (dico quo ad
eius materiam) copioſiſſime diſputatum eſt in his omnibus libris, qui ad tuendam ſanitatem atti-
nent: vſus vero eiuſdem morbis accommodatus in Therapeuticis explicabitur. Spectant etiam ad
Therapeuticos libros Commentaria in Hippocratis de diæta in morbis acutis, cum ibi vtendi me-
thodus, & curationes tradantur. Circa pharmaciam occurrunt primo libri xj aurei De ſimplici me
dicina: quorum quinque priores non nulli hinc ſeparandos putarunt, & libris de Temperaturis
proxime ſubnectendos: ego tamen nolui corpus ita ab ipſo autore compoſitum membratim di-
ſcerpere, cum præſertim, quæ ibi conſiderantur, huic loco non temere accommodari poſſint. His
rite ſupponetur libellus De facultate purgantium medicinarum. Poſtea reliqua volumina, in qui-
bus compoſita ex ſimplicibus medicamenta explicantur, ſeriatim ſubſtituentur, De theriaca ad
Piſonem. De theriaca ad Pamphilianum, De antidotis: quibus ſatius eſt duos magnos libros ſub-
nectere, alterum De compoſitione medicinarum ſecundum loca, alterum De compoſitione medi-
cinarum ſecundum genera: licet enim in vtroque multa tradantur, quæ ad Therapeuticam ſpe-
ctare videantur, potiſſima tamen eorum pars in recenſendis, æſtimandis'que compoſitis medica-
mentis occupatur. Circa chirurgiam nihil extat aliud præter libellum De hirudinibus, reuulſione,
& cucurbitulis, & tres De venæ ſectione libri, primus contra Eraſiſtratum, ſecundus contra Era-
ſiſtrateos Romæ degentes, tertius qui inſcribitur Methodus De venæ ſectione, qui poſſet etiam
inter therapeuticos numerari: nam, quæ in chirurgia ad curandi artem, & therapeuticam metho-
dum attinent, inferius locabuntur. His omnibus recte cognitis vnum iam ad integram totius ar-
tis peritiam ſupererat: vbi enim corporis humani naturam exacte nouerimus, quibus'que rebus
ſeruatur, aut læditur, cur'que, & quot modis in contrariam ſanitati diſpoſitionem labatur, quibusq́
notis ſingula quęq́ nocumenta, non pręſentia tantũ, ſed futura quoq́ deprehenduntur, quę deniq́,
qualia'que ſint inſtrumenta, quibus ſanitatem, vel ſeruare, vel reparare poſſimus, profecto id vnum
reliquum erit, vt viam, rationem'que inueniamus, qua paratis inſtrumentis, vbi opus fuerit, pru-
dentiſſime, & commodiſſime vtamur: eam autem Galenus in quatuordecim libris Methodi the-
rapeuticæ, non tantum copioſiſſime explicuit, ſed etiam primus excogitauit: vt prorſus ſit admi-
randum eundem hominem ſimul, & artem inueniſſe, & abſolutiſſimam reliquiſſe. Methodum
hanc magnam parua ſequetur ad Glauconem inſcripta, in qua per compendia traduntur, quæcun-
que in maiori ſunt demonſtrata: poſtea libellus inſcriptus Quos, & quando purgare oporteat, de-
inde Cõmentaria in libros Hippocr. de ratione victus in morbis acutis, quibus ſubnectemus duos
De remedijs facile parandis tractatus: quorum alter ſine inſcriptione, & principio, cum ad Galeni
doctrinam, phraſim'que loquendi proxime accedat, pro legitimo recipi poteſt: alter, qui ad Solo-
nem inſcribitur, me iudice ſpurius eſt: cum in eo tamen quàm plurima lectione digna obſeruen-
tur, non rejciendum putaui: his ſubiungitur Conſilium pro puero epileptico, & alius libellus De
incantatione, & amuletis. Sunt alij duo libri apud Græcos, qui Galeno adſcribuntur, alter De ocu-
lis, alter De renum affectibus: in quorum vtroq́ non ea tãtum, quæ ad curationem attinent, ſed etiã
quæcunq́ conſiderari in ſua cuiuſque materia ſolent, diffuſe explicantur: horum ego neutrum Ga
leni eſſe puto: &, quãuis librum De curatione oculorum à ſe ſcriptum quartodecimo therapeuticę
methodi Galenus affirmet, non is tamẽ ordo doctrinę, aut ea dicendi phraſis in hoc ipſo, qui extat,
agnoſcitur, vt propterea ſit'ne Galeni, aliqua mihi ſuſpicio ſuboriatur: vtroſq́ tñ reliquis proxime
poſitis ſubnectẽdos iudicaui, cum inde nihilo peior doctrina futura ſit. His ſubiungi poteſt tertius
liber

liber De natura humana, cuius supra mentionem fecimus. Supersunt tres alij tractatus therapeutici ad chirurgicam partem attinentes, quorum Vnus κατ' ἰητρεῖον inscriptus pro introducendis est, vt Galenus affirmat, Secũdus de fracturis, Tertius de articulis: omnes cum copiosissimi vtilissimiq; Galeni cõmentationibus. Atq; hic iam librorum omnium Galeni, qui hoc æuo in medica arte extant, prȩter Isagogicos finis statuendus esset, nisi Aphorismi superessent: qui cum non nullis placere videam, vt potius inter Isagogicos connumerentur, ꝙ illi rudia tironum ingenia suis breuissime collectis sententijs prȩparare, & tanꝗ dedolare possint: ego contra opinor Tironum animos, tam cõcisis, tam alte petitis, tamq; intellectu difficilibus monumentis, vel frustrari, vel desperare, vel confundi. Frustrantur, qui prolatorum causas ignorantes, dictata, tanꝗ picæ, ediscunt: desperant, qui in causis indagandis, ob tirocinium deficiunt: confunduntur, qui pertinaciter scrutantur, quod ob ruditatẽ assequi nequeunt: vix enim aliquem inueniri posse arbitror, tam diuini ingenij, tam'que alte indolis adolescentem, qui adhuc in primo medicæ artis limine constitutus assequatur ea, quæ in intimis penetralibus longa demonstratione conclusa sunt. Licet'que Galenus in commento causas earum sententiarum plerunq; assignet, id tamen concise admodum facit, semper'que ad alios libros lectorem mittit, vbi priuatim res, de qua ambigitur, demonstratur: vt necesse sit eos libros prælegisse, qui Hippocratis, Galeni'que mentem recte assequi voluerit. At, qui prius præmisso ordine libros Galeni perlegerit, omnia deinceps in Aphorismis tradita facile intelliget, & intellecta facillime ediscet, summa'que voluptate, quæ alibi immenso labore didicerit, vno intuitu memoria recolet, & tanꝗ abeuntia reuocabit. Ergo aphorismi postrema acie, tanquàm triarij milites locabuntur. Quibus vltimo loco addetur disputatio contra Lycum, Quòd nihil delinquitur ab Hippocrate in Aphorismo, cuius initium, Qui crescunt. Sunt vero, & alij quidam libri partim ex Arabia, partim ex Græcia delati non Spurij tantum, sed etiam magna ex parte superuacui: quoniam in eis vel nihil tractatur, quod ad artem medicam spectet: vel, si tractatur, totum illud à legitimis libris decerptum est, vt ibi frustra repetatur, quod alibi copiose explicatum meminimus: ne tamen & illos (varij enim gustus hominum sunt) omissos aliqui conquerantur, voluimus eos omnes separatim in vnum corpus colligere, vt scirent, qui id curæ haberent, & facile inuenire, quod quærerent, & inuentum simul cognoscere non esse inter Galeni monumenta connumerandum. Eo igitur ordine, qui inde haberi potest, ita statuentur, De historia philosophorum, Mathematica, De partibus artis medicinæ, De dynamidijs (credo περὶ τῶν δυνάμεων inscribi oportere) De spermate liber vnus, De natura, & ordine cuiusque corporis, Anatomia parua, De compagine membrorum, De voce, & anhelitu, De iuuamentis membrorum, De motibus liquidis, De dissolutione continua, De bonitate aquæ, De vinis, De simplicibus medicinis ad Paternianum, De viribus centaureæ, De catharticis, De mulierum morbis, Liber secretorum, De experimentis, Curatio melancholiæ Aetij ex Rufo, De curatione Ictericiæ, De curatione lapidis. Neque hic ego necessarium puto rationem reddendam esse, cur statim in principio totius operis Isagogicos libros extra ordinem Methodi collocauerim, haud enim ab re fit, vt in magna arte præcedant quædam, veluti præludia, &, vt Greci loquuntur, progymnasmata, in quibus primo Tirones exerceantur, ne, si ad altiora documenta omnino rudes accesserint, ingenij calor elidatur, ac, tanquàm nimio alimento, suffocentur. Eos tamen Isagogicos tantum libros reliquis omnibus præposuimus, qui ad totam artem introducunt: sicut, qui soli parti attinent, primos in ea parte statuimus: veluti in anatomicis libellis, de ossibus, de neruis, arteriarum'que sectione prima sede locauimus: in materia de pulsibus introductorium prætulimus, cuius commentationes in tertio de causis pulsuum explicantur. Cum enim introductorij libri (vt Galenus affirmat) adolescentibus propterea scribantur, vt dimissa altiori speculatione tantisper empirice exerceantur, donec exercitatis dubitationes suboriantur, atque inde ad causas indagandas excitentur, præstabat, opinor, medicis futuris Isagogica, quæ ad totam artem spectant, proponenda, qualis maxime Ars parua est: vbi vero iam ad partes artis difficiliores aecessissent, in ijs quoque partibus Isagogica præferre, in quibus simili modo exerceri possint: docetq; id maxime Galenus in Anatomicis, vbi prius adolescentes in ossium sectione exercendos admonet, deinde ad secretiora eius partis penetralia proficisci. Illud quoque aduertendum, me inter Isagogica quædam connumerasse, quæ nihil quidem ad artem spectant, sunt tamen scitu non inutilia: cum alioqui commodiorem locum non haberem, vbi illa inculcarem, quæ nullo pacto præteriri debebant. Sunt præterea, quæ Galeni quidem non esse scimus, sicut liber est, qui Introductio ad medicinam inscribitur: ea tamen rei commoditate persuasi, minime reijcienda iudicauimus. Ante igitur libros omnes seriatim locatos Introductorij hoc modo extra aciem disponentur, Oratio suasoria ab bonas artes, quȩ non ad Galenum nostrum Niconis architecti, sed ad aliũ Menodoti filium refertur: Quod idem sit optimus medicus, & philosophus, De sophismatibus in dictione contingentibus, Quòd qualitates sint incorporeæ, De libris proprijs, De ordine librorum suorum, De sectis, De optima secta, De optima doctrina, Subfiguratio empirica, De constitutione artis medendi, Medicæ diffinitiones, Introductorius medicorum, Quomodo morbum simulantes sint deprehendendi, Ars parua. Atque ita, quæcunque nostra ætate Galeni, vel legitima, vel attributa reperiuntur, hoc ordine legenda arbitramur.

Sequitur altera Montani Epistola ad Lectorem, quæ fuerat in secunda editione impressa.

IOANNES BAPTISTA MONTANVS
PHYSICVS VERONENSIS
LECTORI S.

CVM varij sint in discēdo modi, ad quos magis aut minus pro varijs ingenijs, humanum genus inclinat, quod etiā sicut reliqua penè omnia arcana naturæ, in suis metaphysicorum libris optime deprehendit Aristoteles, duos tamen præcipuos in cōi usu versari obseruauimus: Alter, qui ex præceptis, plurimarum que sententiarum collectione progressus longo usu, et exercitatione imaginem quandam scientiæ parit: Alter sublimius se attollēs, nihil nō ex proprijs principijs certa via, ac ratione, vel intelligit, vel admittit, vterq; ad vitæ commoda necessarius. Primus humilis quidē, sed non aliter addiscent, quibus Musæ parum arriserint: Secundus cœlestis ille in splēdidissimis lucis penetralibus abditus, & reconditus, diuinis ingenijs reseruatur: vnde illustres, sacriq; efficiantur heroes, nulli subinde mortalitati obnoxij. Quos ambos in medica arte Galeni, tāta prudentia excogitauerunt, tātaq; erga humanū genus charitate tradiderūt Iuntæ fratres, vt dubiū reliquerint, Galenó ne magis auctori artis, an ipsis debere profiteamur. Nam præterquàm quod Galenus tot libros tā late, ac diffusè scripserit, vt vix integra ætas sufficiat ad legendū, nullo ēt ordine eosdem congessit: sine quo non scientiæ tantū, & artes, sed nec natura quidem constare pōt, vt in libris de cœlo, et mūdo vere prodidit Aristoteles. Quæ omnia ita esse, veluti dico, recte animaduertētes plurimi illustres tàm Græci, q̄; Arabes, nihil ex doctrina Galeni immutātes (q̄ certe immutari non pōt) compendiū librorum faciētes, reiectis, q̄ superuacua videbantur, atq; ordinē docendi adhibentes ex alienis proprios cōfecerunt: inter quos insigniores sunt apud græcos quidē Oribasius, apud Arabas vero Auicēna. At nuperrime Thomas Iunta simul cū fratre apud latinos nostros nouū iter ingressus, seruata propria Galeni eloquētia, proprio stilo, ac diuini sermonis idea, ne uerbo quidē immutato, nisi quod mēdosum videbatur, certo tantū ordine singulos libros disposuit, ordine, inquā, qui ab ipsa artis natura originē ducit. Siquis.n. medicam artē nondum existentē, vel inuenire, vel tradere velit, alium ordinē ne imaginari quidē posset, qui vtrunq; perficeret: nam, qui illā librorum seriē recte resoluerit, artē inueniet: qui cōposuerit, docebit, & tradet: ordine igitur cōpositiuo Iuntæ libros Galeni disposuerūt, quoniā ars non inueniēda erat, sed docēda. Quantū vero ad cōpendium attinet (aliquis.n. obijceret ordinē quidem adiectum, nō tamen breuitatem) dicimus eū, qui certa via, ac ratione ad finē scientiæ, vel artis accedit, sibi satis cōpendium facere: scit.n. ratione, ac Methodo directus in tota aliqua serie librorum, quantūuis prolixa, ac morosa, dūmodo certo, & naturali cōstet ordine, vnde sibi sit incipiendū, quæ in progressu omittenda, aut perlegenda: idē ēt distinguit, quæ in illis libris ad doctrinā attineant, quæ ad ornatum, quæ ad falsas aliquas opiniones refellēdas: atq; ita nihil esse pōt in optimo docēdi ordine prolixum: nā, qui eum ordinē recte intelligit, cum methodū habeat, cōpendium necessario habet: quid.n. tandem aliud methodus est, q̄; breuissima ad discendū via? Atq; ita, quo ad ordinē, et cōpendium in Galeno à Iuntis nostris, vbi doctū, studiosumq; ingeniū nacti fuerint, exquisitissime satisfactum arbitror. Sed, quoniā rara sunt hmōi ingenia, ideo alio quoq; itinere progrediendū erat, vt Galeni doctrina breuis, cōpendiosaq; redderetur, nō quidē ex ordine, aut methodo, sed ex præceptis, sniarūq; collectione, ne rudioris, obtusiorisq; ingenij hōies ab hac arte prorsus ꝓhiberētur, immo vtcunq;, et ipsi inter doctos haberi possent. Ergo Iuntæ optimi sūmo studio effecerūt, vt nihil in Galeno sit, quantūuis minimi sensus, quin ilico ex copiosissimo indice facillime inueniatur: vt, qui præceptorū, sentētiarūq; colligēdarū studio detinētur, sine aliquo ferè labore, aut industria uotis suis exactissime satisfaciāt. Nō.n. index ille lucidissimus ab hōie, utcūq; cōtigerat, mercede cōducto, ut ferè fieri cōsueuit cōfectus est, sed ab illustri, et eruditissimo medico Antonio Musa Brasauolo Ferrariēsi, qui sibi ipsi primū, et ad vsū propriū, tā insignē nauauit laborē: postea, ut audio, amicorū precibus exorat⁹ noluit medicorū rēpublicā tāta carere utilitate. Igitur Iuntarum beneficio habebunt studiosi ad Galeni doctrinam oēs vtiles aditus patefactos. Sed, cū multi Galeni libri nr̄a ætate desiderētur, neq; in hoc ēt Iuntarū industria defecit: data est.n. diligētissime opera, adiecto nō modico sumptu, amicorūq; ꝓsidijs, vt, si qui vsquā forte laterēt, excuterētur: ac, quid hic quoq; profecerint, ipsa res indicabit: adde q̄tum codicū castigatiōi cōtulerint, q̄tūq; fuerint assecuti medico insigni, et eruditissimo Augustino Gadaldino ꝓcurāte, atq; ubiq; lynceis oculis assistēte, ut facile affirmare possim Galeni lectionē nunq̄ hactenus tā cādidā, tāq; oībus numeris expolitā in publicū ꝓdiuisse. Quantū vero ad ordinē meū in libris Galeni legēdis attinet, quē pridē priori Iuntarū impressioni præposuerā, quāuis, si nunc à me cōscribendus esset, magis erudite, (vt puto) cōscriberetur, forte etiā non nulla in meliorem formā redigerentur, quod ēt in hac noua editione factū esset, si per ociū licuisset, quod nunquā, ne tantillū quidem mihi cōceditur, modo in publicis lectionibus, modo in cōsultationibus, inuisendisq; ægris, mō in cura familiari plus, quàm credi possit, districto, nō tamen me illius vtcunq; præpositi ordinis prorsus pœnitet, præcipue cū neminē hactenus viderim, qui ediderit meliorē, etsi non nulli, qui ēt inter eruditissimos habētur, omni studio tētauerint, atq; nō minus me culpare conati fuerint, nō quidem in toto ordine, nā id ne somniare quidem possent, sed quod in librorū catalogo nō nullos omiserim: quodq; hic, aut ille potius esset præponendus, aut postponēdus Galeni ēt auctoritatē cōtra me obiectantes: vt in libris de medicamentorū cōpōne, quos therapeuticis præposui, oīno ex ipsa Galeni mente postponēdos. Sed in reprehensione, ꝙ in catalogo quosdā libros omiserim, inepte sunt curiosi: dum.n. classes, certosq; constituebam ordines, ad materiā potius eram intentus, quàm ad numerum: nā si, exēpli gratia, ad classem signorū dicebā dirigendos esse libros de locis affectis, de crisi, prognostica, & hmōi, libellumq; aliquem sub hoc ordine omittebā, à scopo tamen non aberrabā: cum consiliū esset docere, qui libri in quā classem essent redigendi, & non enumerare. Quod vero præposuerim, aut contra postposuerim, quos alij, vel postponendos, vel præponendos censebant, hāc varietatem pariunt varij concipiendi ordinis intellectus; quibus ego distincte responderem, si distinctæ calumniæ præponerentur: nam, quantum ad libros de cōpositione medicamentorum attinet, dicimus in illis plurima doceri, quæ ad artem componendi in vniuersum spectant, non referendo compositionem ad aliquam determinatam ægritudinem: & contra, plurima etiam tradi ad certos morbos relata: atque ita, cum hi libri præponuntur, intentionem haberi ad ea, quæ in vniuersum docentur: cum postponuntur, intendi ad ea, quæ certas respiciunt ægritudines: sine igitur multo dispendio therapeuticis præponi, aut postponi posse. Sed, cum videam epistolam, quam breuissimam ob temporis angustiam cogitaueram, in nimiam excrescere longitudinem, hic finem scribendi faciam.

INDEX

LIBRORVM OMNIVM GALENI QVI IN HIS VOLVMINIBVS CONTINENTVR.

ISAGOGICI LIBRI

GALENI Oratio Suasoria ad Artes, à Ludouico Belisario medico Mutinensi latinitate donata. folio. 2
Siquis Optimus Medicus est, eundem esse Philosophum liber, eodem interprete. 6
De Sophismatis in Verbo contingentibus liber, ab Horatio Limano translatus. 7
An Qualitates Incorporeæ sint, eodem interprete, nunc accurate recognitus. 8
De Propriis Libris, ab Ioanne Fichardo Francofordiano aliàs latinitate donatus, & nuperrime ab Augustino Gadaldino plurimis in locis ad veterum græcorum exemplarium fidem emendatus. 10
De Ordine Librorum suorum, ab Ioanne Fichardo latinus olim factus, nunc autem aliquot in locis ab Augustino Gadaldino expurgatus. 14
De Sectis ad eos, qui introducuntur, à Ludouico Belisario in latinum sermonem conuersus, & cum græcis codicibus accurate, nunc collatus. 15
De Optima Secta liber, Iunio Paulo Crasso Patauino interprete, ex quarta eiusdem recognitione. 19
De Optimo Docendi genere, Erasmo Roterodamo interprete, aliquot in locis emendatus. 30
De Subfiguratione Empirica, incerto interprete. 31
Fragmentum quoddam exiguum, quod Galeno ascribitur, cuius titulus est, Sermo aduersus Empiricos medicos, Augustino Gadaldino interprete. 35
De Constitutione Artis Medicæ liber, à Victore Trincauellio conuersus, & ab eodem recognitus. 35
Definitiones medicæ, qui liber à Bartholomęo Syluanio fuit traductus, atque ex codicum veterum collatione plurimis in locis auctus, denuo vero vetustis codicibus gręcis collatis, accurate emendatus. 43
Introductio seu Medicus. Hic liber ab Ioanne Andernaco latinus olim factus est, postea ex græci exemplaris collatione est non nullis in locis expurgatus. 50
Quo modo morbum simulantes sint deprehendendi, Ioanne Fichardo Francofordiano interprete. 61
Ars Medicinalis, Nicolao Leoniceno interprete, denuo ad gręcorum veterum exemplarium fidem ab Augustino Gadaldino aliquot in locis emendata. 61

PRIMÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Elementis secundum Hippocratem libri duo, à Victore Trincauelio translatus, & ab eodem recognitus. folio. 2
De Tēperamētis libri tres, Thoma Linacro Anglo interprete, multis in locis emēdati. 10
In Primum Hippocratis librum de Natura humana commentarius, à Victore Trincauellio translatus, & ab eodem recognitus. 25
De Atra bile liber, Bartholomæo Syluanio Salonensi interprete, recognitus. 34
De Optima corporis constitutione libellus, Ferdinando Balamio Siculo interprete, denuo ad fidem codicum græcorum emendatus. 37

De Bona

De Bona habitudine libellus, Ferdinando Balamio interprete, emendatus. 39
De Ossibus liber, Ferdināđo Balamio interprete, quàm pluribus in locis ab Augustino Gadaldino expurgatus. 39
De Musculorum dissectione liber, ab Augustino Gadaldino versus, & ab eodem exquisite recognitus. Græce desideratur. 44
De Neruorum dissectione liber, ab eodem Augustino Gadaldino translatus, & nunc recognitus. mutilus græce legitur. 53
De Venarum, Arteriarum q; dissectione liber, ab Antonio Fortolo Ioseriensi latinitate donatus, & post Andreæ Vesalij Bruxellensis castigationes, plerisque in locis ab Augustino Gadaldino ad exemplarium græcorum fidem emendatus. 55
An Sanguis in arteriis natura contineatur liber, à Iulio Martiano Rota conuersus, & ab eodem recognitus. 60
De Anatomicis administrationibus libri nouē, ab Ioanne Andernaco olim latinitate donati, & post diligentissimas Andreæ Vesalij Bruxellensis, & aliorum quoque castigationes, ad græcorum exemplarium fidem aliquot in locis denuo expurgati. 63
De Vocalium instrumentorum dissectione fragmentū, ab Augustino Gadaldino translatum. Græce desideratur in impressis codicibus. 106
De Vuluæ dissectione liber, ab Ioanne Bernardo Feliciano translatus. 108
De Instrō odoratus liber, Ludouico Belisario medico Mutinēsi īterprete, recognit⁹. 110
De Vsu partium libri XVII, Nicolao Rhegino Calabro interprete, nunc ab Augustino Gadaldino plerisque in locis, mendis expurgati. 113
De Vtilitate respirationis liber, Iano Cornario medico interprete, nunc recognitus. 223
De Causis respirationis libellus, ex duobus fortasse, quos Galenus cōposuit, excerptus. eodem Iano Cornario interprete. 226
De Vsu Pulsuum, Thoma Linacro interprete. 227
De Substantia Facultatum naturaliū fragmentū, Bartholomæo Syluanio interprete. 230
Breuis Denotatio dogmatum Hippocratis ex sermone XCIX Ioannis Stobæi, Conrado Gessnero Tigurino medico interprete. 231
De Hippocratis, & Platonis decretis libri nouē, Ioanne Bernardo Feliciano interprete, nunc demum ab Alexandro Iustiniano Chio medico ad vetustorum exemplarium græcorum fidem accuratissime castigati. 231
Fragmentum ex quatuor commentariis, quos Galenus inscripserat, De iis quæ medice dicta sunt in Platonis Timæo, ab Augustino Gadaldino translatum. Græce in impressis codicibus desideratur. 286
De Naturalibus facultatibus libri tres, Thoma Linacro interprete, aliquibus in locis expurgati. 290
De Motu Musculorum libri duo, Nicolao Leoniceno interprete, nunc recogniti. 308
De Motu Thoracis, & Pulmonis, fragmentū fortasse eorum trium librorū, quos Gal. de hac re cōposuit: quod ex antiqua tantū translatione legitur: nā græce nō habetur. 316
Quòd animi mores corporis tēperaturā sequantur, liber à Iunio Paulo Crasso Patauino interpretatus, & ab eodem antiquorū exemplariū ope diligentissime recognitus. 317
De Fœtuum formatione liber, Ioanne Bernardo Feliciano interprete, ex antiquissimi exemplaris collatione emendatus. 322
An Omnes particulæ animalis, quod in vtero est, fiant simul, Nicolao Rhegino interprete. Græcum exemplar non habetur. 326
An Aīal sit id, qđ in vtero ē, Horatio Limano īterprete, nūc plerisq; ī locis expurgat⁹. 326
De Semine libri duo, ab Ioanne Bernardo Feliciano interpretati, & nunc ex veterum exemplarium collatione recogniti. 328
De Septimestri partu, eodem Ioanne Bernardo interprete. 340

SECVNDÆ CLASSIS LIBRI.

HIPPOCRATIS De Aere, Aquis, & Locis liber, Iano Cornario interprete, nunc primum ad antiquissimi exemplaris fidem pluribus in locis ab Augustino Gadaldino emendatus. In quo alia etiam libri dispositio, partim ex eodem vetusto codice græco, partim ex coniectura, indicatur. folio, 2
GALENI De Alimentorum Facultatibus libri tres, Martino Gregorio interprete, ad exemplarium græcorum fidem ab Augustino Gadaldino, non paucis in locis ad exemplarium Græcorum veritatem, expurgati. 7
De Succorum Bonitate, & Vitio liber, à Iulio Alexandrino medico Tridentino olim translatus, et diligenter nunc recognitus. 33
In librum de Salubri Diæta commentarius, Hermano Cruserio Campensi interprete, nuper recognitus. 39
De Attenuante Diæta liber, Martino Gregorio interprete. 43
De Prissana liber, ab Hieronymo Donzellino in latinum versus. 46
De Paruæ Pilæ Exercitio liber, Valerio Centannio Vicentino interprete recognitus. 48
De Cognoscendis, curãdis q; animi morbis, quas perturbationes latini appellant liber, Bernardino Donato Veronensi interprete. 50
De Cuiusq; animi peccatorum notitia, atque medela libellus, à Iunio Paulo Crasso Patauino & translatus, & ab eo diligenter etiam recognitus. 56
De Consuetudine liber, ab Augustino Gadaldino ad verbum ferè latine expressus. 60
De Sanitate Tuenda libri sex, Thoma Linacro Anglo interprete, ad antiquorum exemplarium Græcorum fidem aliquot in locis ab Augustino Gadaldino emendati. 62
Ars Tuẽdę Sanitatis, num ad medicinalẽ artẽ spectet, an ad exercitatoriã, ad Thrasybulũ liber, à Iunio Paulo Crasso Patauino & cõuersus: & diligẽtissime nũc recognitus. 101

TERTIÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Differentiis, & Causis Morborum, Symptomatum q; libri sex: quorum duo priores à Nicolao Leoniceno, quatuor posteriores à Thoma Linacro olim sunt versi, & nunc denuo ab Augustino Gadaldino, ad gręcorum exemplarium fidẽ aliquot in locis emendati. folio. 2
De Differẽtiis Febriũ libri duo, Nicolao Leoniceno interprete, accuratius emendati. 30
De Inęquali Intemperie liber, Thoma Linacro interprete. 43
De Marasmo, seu Marcore liber, Augustino Gadaldino interprete. 45
De Comate ex Hippocratis sententia libellus ab Augustino Gadaldino translatus, & multis in locis emendatus. 48
De Palpitatione, Tremore, Rigore, & Conuulsione liber, Ioãne Guinterio Andernaco interprete, denuo aliquot in locis castigatus. 51
De Difficultate Respirationis libri tres, Iano Cornario interprete, ab Augustino Gadaldino aliquot in locis expurgati. 56
De Plenitudine liber Victore Trincauellio interprete. 76
De Tumoribus præter Naturam liber, ab Horatio Limano conuersus. 82
De Morborum Temporibus liber, Ioanne Andernaco interprete, denuo aliquibus in locis emendatus. 85
De Totius Morbi Temporibus liber, eodem interprete, aliquot in locis correctus. 86
De Typis liber, ab Augustino Gadaldino antiquorum exemplarium græcorum, & veteris translationis ope, translatus. 90
Ad eos, qui de Typis scripserũt, vel de Circuitib⁹ liber, Victore Trincauellio ĩterprete. 91
De Causis Procatarcticis liber, Nicolao Rhegio Calabro ĩterprete. gręce desideratur 95

In

In Primũ Hippocratis de Morbis Vulgaribus librũ Cõmẽtarij tres, Hermãno Cruſerio Campenſi interprete, pluribus in locis ab Auguſtino Gadaldino nuper emendati. 100
In Tertium Hippocratis librum de Morbis Vulgaribus Commentarij tres, eodem Cruſerio interprete, non paucis in locis ab Auguſtino Gadaldino expurgati. 127
In Sextum Hippocratis librum de Morbis Vulgaribus, Commentarij ſex, Iun. Paulo Craſſo Patauino interprete, ex quarta interpretis recognitione. 152

QVARTÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI de Locis affectis Libri ſex, Gulielmo Copo Baſilienſi interprete. folio. 2
De Pulſibus ad Tirones Liber, Hermanno Cruſerio Campenſi interprete. 43
De Differentiis pulſuum Libri quatuor, eodem interprete. 46
De Dignotione pulſuum Libri quatuor, eodem interprete. 70
De Cauſis pulſuum Libri quatuor, eodem interprete. 86
De Præcognitione ex pulſibus, eodem interprete. 104
SYNOPSIS Librorum ſuorum Sexdecim, de Pulſibus, cuius ipſe meminit in fine Artis medicinalis, & in libro de Propriis libris Capite quinto: nuperrime ab Auguſtino Gadaldino translata græce impreſſa non habetur. cxxiij.
De Vrinis liber, Ioſepho Struthio Polono interprete. 122
De Criſibus libri tres, Nicolao Leoniceno Vicentino interprete. 125
De Diebus decretoriis libri tres, Ioanne Andernaco interprete. 145
In primũ Prorrheticorũ librum cõmentarij tres, Ioanne Vaſeo Meldenſi interprete. 160
In Prognoſtica Hippocratis commentarij tres, Laurentio Laurentiano Florentino interprete. 189
De Præſagiis ex inſomniis ſumendis Libellus, Auguſtino Gadaldino interprete. 213
De Præcognitione liber Iul. Martiano Rota interprete. 213

Totam hanc Claſſem quàmplurimis in locis denuo expurgauit Auguſtinus Gadaldinus, adhibitis etiam multis emendatiſſimis codicibus græcis manuſcriptis.

QVINTÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Simplicium medicamentorum Facultatibus libri vndecim, Theodorico Gerardo Gaudano interprete, denuo ab Auguſtino Gadaldino ad veterum græcorum exemplarium fidem non paucis in locis repurgati. folio. 2
De Subſtitutis medicinis liber, Iul. Martiano Rota interprete. 84
De Purgantium Medicamentorum Facultate, eodem interprete. 86
Quos purgare conueniat, quibus Medicamentis, & quo Tempore, eodem interprete. 88
De Theriaca ad Piſonem liber, eodem interprete. 89
De Vſu Theriacæ ad Pamphilianum liber, eodem interprete. 98
De Antidotis libri duo, eodem interprete. 99

Omnes hos ſex libros, idem Iul. Martianus Rota accuratius denuo ante obitum recognouit.

De Compoſitione Medicamentorum ſecundum Locos libri decem, Iano Cornario medico interprete, rurſus poſt Nicolai Machelli medici Mutinenſis recognitionem, aliquot in locis emendati. 121
De Compoſitione Medicamentorum per Genera libri ſeptem, Ioanne Andernaco interprete, denuo ab Auguſtino Gadaldino non nullis in locis ad græcorum veterum exemplarium fidem emendati. 209
De Ponderibus, & Mẽſuris Galeno aſcriptus liber, Auguſtino Gadaldino interprete. 235

Sextæ

SEXTÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Hirudinibus, Reuulſione, Cucurbitula, cutis Conciſione, ſiue Scarificatione, Ferdinando Balamio Siculo interprete. folio. 2
ORIBASII De Cucurbitulis, Scarificatione, Hirudinibus, Deriuatione, & Reuulſione ſermo ex ſeptimo, & octauo Medicinalium collectionum ad Iulianum Imperatorem libro, Auguſtino Gadaldino Mutinenſi interprete. 3
De Venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratũ liber, Ioſepho Tectãdro Cracouiẽſi interprete. 5
De Venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratęos, qui Romæ degebant, eodem Ioſepho Tectandro interprete. 9
De Curandi ratione per ſanguinis miſſionem liber, Theodorico Gaudano interprete. 19

Hos libros omnes multis in locis emendauit Auguſtinus Gadaldinus ad vetuſtiſsimorum exemplarium græcorum veritatem.

SEPTIMÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Medendi Methodo libri xiiij, Thoma Linacro interprete, denuo ab Auguſtino Gadaldino nõ nullis ĩ locis ad gręcorũ exẽplariũ fidẽ nuper emẽdati. fol. 2
De Arte Curatiua ad Glauconem libri duo, Nicolao Leoniceno interprete: ab Auguſtino Gadaldino ad fidem antiquorum græcorum codicum aliquot in locis caſtigati.

Poſt hunc librum collocari debuerat libellus, cui titulus eſt, Quos, & Quando, & Quibus medicamentis purgare conueniat. qui eſt in Quinta Claſſe, pagina lxxxviij. qui liber eſt cap. xxiij. libri ſeptimi Oribaſii ad Iulianum Imperatorem.

In librum Hippocratis de Victus ratione in morbis acutis commentarij quatuor, Ioanne Vaſſeo Meldenſi interprete, ab Auguſtino Gadaldino pleriſq; in locis ad græcam veritatem emendati. 108
DE DIÆTA Hippocratis in morbis acutis, nunc primum ab Auguſtino Gadaldino translatus. Hic liber in tribus, quos habuimus codicibus græcis manuſcriptis, (neq; enim adhuc impreſſus græce eſt) admodum corruptus legitur: ita vt quandoq; vel nullo modo, vel vix ſenſus elici poſſit. Eius autem mentio fit (ſi tamen is ille eſt) à Galeno in libro de proprijs libris quarto, & ſexto capite. cliij
De Remedijs paratu facilibus liber, ab Huberto Barlando Philiatrio olim translatus, & multis in locis poſtea emendatus. 153
De Remedijs paratu facilibus ad Solonem, Spurius, à Iun. Paulo Craſſo conuerſus, & nuperrime ab eodem recognitus. 161
Liber tertius de Remedijs paratu facilibus, Spurius, Iun. Craſſo ĩterprete, recognitus. 169
Documentum de Puero Epileptico, Nicolao Leonico Thomęo interprete. 175
In Librum ſecundum de Natura humana, Victore Trincauellio interprete. 181
De Incãtatione, Adiuratione, & Suſpẽſione liber, Gal. falſo aſcript⁹. gręce nõ habetur. 181
De Oculis, Spurius, Demetrio Græco interprete, à variis mendis expurgatus. græcum exemplar deſideratur. 182
De Renum affectuum dignotione, atque medela, Chriſtophoro Heyl interprete, Spurius recognitus. 191
In librum Hippocratis, de Officina medici, ſeu de iis, quæ in medicatrina fiunt, cõmentarij tres, Vido Vidio Florentino interprete. 197
In librum Hippocratis de Fracturis commentarij tres, eodem interprete. 223
In librum Hippocratis de Articulis commentarij quatuor, eodem interprete. 251
De Faſciis, eodem interprete. 293
Oribaſius de Laqueis ex Heracle, eodem interprete. 306
Oribaſius ex Heliodoro de Machinamentis, eodem interprete. 309

Hos ſex libros, quos Vidius olim conuerterat, nunc idem etiam diligenter recognouit.

Extra

EXTRA ORDINEM CLASSIVM LIBRI.

GALENI Commentarij septem in Aphorismos Hippocratis, Nicolao Leoniceno Vicentino interprete, post castigationẽ, ex pluriũ antiquorũ codicũ collatione à Iul. Martiano Rota, & Augustino Gadaldino factã: nuperrime etiã aliquot in locis ab eodẽ Augustino Gadaldino expurgati. fo. 2

Aduersus Lycum, quòd nihil in eo aphorismo Hippocrates peccarit, cuius initium est, Qui crescunt plurimum habent caloris innati, liber, Iulio Alexandrino medico Tridentino interprete, ex postrema interpretis recognitione ad veterum exemplarium græcorum fidem. 61

Contra ea, quæ à Iuliano in Hippocratis aphorismos dicta sunt liber, Iulio Alexandrino interprete, ex postrema interpretis recognitione. 66

Linguarum, hoc est obsoletarum vocum Hippocratis, explanatio, Mario Nizolio Brixellensi interprete, multis in locis ab Augustino Gadaldino nunc emendata. 71

SPVRII LIBRI.

De Historia philosophica liber, à Iulio Martiano Rota latinitate donatus. folio. 2

Prognostica de infirmorum decubitu ex mathematica sciẽtia, à IACOBO MARISCOTO Medico Florentino translatus, & quamplurimis locis ad antiquorum græcorum codicũ fidẽ emendatus. 12

De Partibus artis medicæ liber ex veteri Nicolai Rhegini Calabri translatione restitutus. 16

De Dynamidiis liber sine principio. 18

Alter liber de Dynamidiis, magna ex parte ex Aetio desumptus. 19

De Spermate liber. 36

De Natura, & ordine cuiuslibet corporis. 41

De Anatomia parua. 42

De Anatomia viuorum. 43

De Anatomia oculorum, Nicolao Rhegino Calabro interprete. 57

De Compagine membrorum, siue de natura humana. 58

De Virtutibus nostrum corpus dispensantibus, ex Galeni libris. 60

De Voce, & anhelitu. 60

De Vtilitate respirationis. 62

Compendium pulsuum. 65

De Motibus manifestis, & obscuris liber, quem Ioannitius de Græca lingua in Arabicam transtulit, Marcus autem Toletanus de arabica in latinam. 66

De Dissolutione continua. 71

De Aquis ex Galeno, & aliis præstãtissimis medicis, capita sex Oribasii, Augustino Gadaldino interprete. Hic libellus in prioribus editionibus De bonitate aquæ inscriptus, mutilus legebatur. 75

De Vinis ex Galeno, caput sextum libri quinti Collectionũ medicinalium Oribasii ad Iulianum Imperatorem, Augustino Gadaldino interprete. 76

Præsagium experientia confirmatum, Georgio Valla interprete. 77

De Vrinæ significatione ex Hippocrate, eodem Georgio interprete. 78

De Simplicibus medicamentis ad Paternianum. 79

De Virtute Centaureæ, Nicolao Rhegino Calabro interprete. 92

De Catharticis. 94

De Gynæceis, id est passionibus mulierum, Nicolao Rhegino Calabro interprete. 95

Liber Secretorum ad Monteum. 96

De Medicinis expertis liber, cui titulus est, Medicinalis experimentatio. 103

De Melancholia ex Galeno, Rufo, & Posidonio caput nonum libri sexti Aetij, Iul. Martiano Rota interprete. 109

De Cura Icteri liber. 110


De Cura Lapidis liber. 111

Quæsita in Hippocratem. 113

De HVMORIBVS, Augustino Gadaldino interprete.

De PLANTIS translatus Massiliæ per Dominum Grumerum Iudicem de Placentia, & per magistrum Abraham medicum de Arabico in latinum, & est De medicinis occultis, quas noluit propalare, nec consignare in libris suis aliis, quæ sunt experimentatæ, & probatæ.

Siquid superesse videbitur in antiquis translationibus, quod in hisce nouis non reperiatur: id titulorum diuersitate contingere scias, non quia prætermissum aliquid sit. Nihil est enim in vetustis illis codicibus, quod in hisce nouis non contineatur: nam aut idem sunt, verum alio nomine insigniti, aut compendia, aut partes, aut fragmenta. Exempla aliquorum subiicientur. Opus, quod illic Myamir appellatur, idem est, ac id, quod hic De compositione medicamentorum secundum loca inscribitur. Libri item de iuuamentis membrorũ, compendium sunt librorum De vsu partium. Libellus de præsagitura, finis est libri De constitutione medicinæ. Et qui De commoditatibus theriacæ inscriptionem habet, fragmentum est libri De theriaca ad Pisonem.





PATRIS INSOMNIVM



GALENI DOCTORES


HEPATICI COGNITIO

GALENI

ISAGOGICI LIBRI

QVI, CVM IN TOTAM ARTEM medicam introducant, in principio totius operis sunt locati: vt prius in ipsis tirones exerceantur, q̃ ad difficiliora artis accedant.

INTRODVCTORIIS HIS LIBRIS QVARTA HAC NOSTRA EDITIONE,

Lux non minima allata est, quod multis in locis ad Græcorum codicum veritatem à mendis fuerint expurgati.

Locis etiam nunc primum in margine notatis, quos Galenus sparsim ex Hippocrate citat.

Librorum catalogum proxima pagina ostendit.

Τὸ Εἰσαγωγικόν.

VENETIIS APVD IVNTAS M D LXV.



CRISIS PRAECOGNITIO



AMANTIS DIGNOTIO



PALESTRITE CVRATIO



DISCEPTATIO CVM ALEXANDRO HABITA

LIBRI ISAGOGICI GALENI

GALENI Oratio Suasoria ad Artes, à Ludouico Belisario medico Mutinensi latinitate donata. fol.2
Siquis Optimus Medicus est, eundem esse Philosophum liber, eodem interprete. 6
De Sophismatis in Verbo contingentibus liber, ab Horatio Limano trãslatus. 7
An Qualitates Incorporeæ sint, eodem interprete, accurate recognitus. 8
De Proprijs Libris, ab Ioanne Fichardo Francofordiano aliàs latinitate donatus, & nuperrime ab Augustino Gadaldino plurimis in locis ad veterum græcorum exemplarium fidem emendatus. 10
De Ordine Librorũ Suorum, ab Ioãne Fichardo latinus olim factus, nunc autem aliquot in locis ab Augustino Gadaldino expurgatus. 14
De Sectis ad eos qui introducuntur, à Ludouico Belisario in latinum sermonem conuersus, & cum græcis codicibus accurate collatus. 15
De Optima Secta liber, Iunio Paulo Crasso Patauino interprete, ex quarta eiusdem recognitione. 19
De Optimo Docendi genere, Erasmo Roterodamo interprete, aliquot in locis emendatus. 30
De Subfiguratione Empirica, incerto interprete. 31
Fragmentum quoddam exiguum, quod Galeno ascribitur, cuius titulus est, Sermo aduersus Empiricos medicos, Augustino Gadaldino interprete. 35
De Constitutione Artis Medicæ liber, à Victore Trincauellio conuersus, & ab eodem recognitus. 35
Definitiones medicę, qui liber à Bartholomęo Syluanio fuit traductus, atque ex codicum veterum collatione plurimis in locis auctus, denuo vero vetustis cod. græcis collatis, accurate emendatus. 43
Introductio seu Medicus: hic liber ab Ioanne Andernaco latinus olim factus est, postea ex græci exemplaris collatione est non nullis in locis expurgatus. 50
Quo modo morbum simulantes sint deprehendendi, Ioanne Fichardo Francofordiano interprete. 61
Ars Medicinalis, Nicolao Leoniceno interprete, denuo ad gręcorum veterum exemplarium fidem ab Augustino Gadaldino aliquot in locis emendata. 61

GALENI

PARAPHRASTÆ MENODOTI FILII SVASORIA AD ARTES ORATIO

Ludouico Bellisario Medico Mutinensi interprete.

ARGVMENTVM ORATIONIS

Non fortunæ, neque corporis, sed bona tantum animi hominibus exoptanda.

Homo artium, ac scientiarum omnium capax, & solus inter cætera animalia, rationis particeps dicitur. *CAP. 1.*

AN animantium generi, quod irrationale appellatur, nulla omnino data ratio sit, sane dubiũ est. nam, & si caret ea, quæ in voce versatur, quã sermonẽ nominant, quæ tamen animo cõcipitur, quam ratiocinium dicunt, eius fortasse particeps omne genus animalium est, quanquam * aliis parcius, aliis liberalius tributa sit. sed profecto, q̃ cæteris animan- * tibus homo sit hac ipsa ratione præstantior, nemo est, qui dubitet. Cer- C nimus enim, q̃ multę sint artes, quas hoc animantium genus exercet: vnum q; hominẽ esse, qui scientiæ capax artem quamlibet percipere possit. Quandoquidem cęteræ animantes omnes, paucis quibusdam exceptis, artium expertes cõspiciuntur: eędem q; paucę, quæ artes aliquas tractare videntur, has natura potius, q̃ instituto consecutæ sunt. Homo autẽ ita ad artes aptus est, vt, si quæ in alio animantium genere sunt, ne eas quidem immeditatas relinquat: quippe cum aranei texturam imitetur, opera exemplo apum effingat, vim nantis animalis exerceat, quanquã ipse in pedestri genere est: sed nec diuinas artes omittit, siquidẽ in arte medendi tum Æsculapiũ, tum etiam Apollinem æmulatur: quem in cęteris etiã artibus, quibus hic Deus præditus est, imitatur, sagittandi, canendi, diuinandi: item q; illarum omnium studia sequitur, quæ singulis musis singulæ propriæ sunt. neq; enim se à geometria, neq; ab astronomia abducit, sed, vt inquit Pindarus, quicquid & in se terra occultat, & vltra cœlum positum est, contemplatur. quin etiã, quod in diuinis bonis maximum est, philosophiam industria & labore consecutus est. Ob eã igitur rem, quanquam rationis particeps sit reliquum animantium genus, homo tamen, cum longe cæteris D sit ratione præstantior, ipse vnus excellentiæ magnitudine animal rationale nuncupatur.

* προφορικὸν
* ἐνδιάθετον

Fortunæ, ac Mercurij pictura, & Fortunæ inconstantia. *CAP. 2.*

QVid ergo? an non turpe est, quæ res vna homini communicata est cum Diis, eam vt neglectam habeas, ac de cæteris solicitus sis? ita artium studia contemnas? te ipsum manibus fortunæ committas? cuius indicare nequitiam cum veteres constituissent, eam siue pingendam susciperent, siue fingendam, in fœmineam speciem exprimere non contenti (quanquam hoc satis aptum erat amentię signum) gubernaculum etiã manibus habendum dederunt: basim pedibus globosam subiecerunt: eam deniq; orbatam oculis effinxerunt: vt scilicet per has figurandi rationes fortunæ inconstantiam expressam ostenderent. Vt igitur in naui adeo tempestatibus iactata, vt & fluctibus obruatur, & submergi periclitetur, eius gubernaculum cęco gubernatori male commendari putauerim, sic in vita quoq; degenda, vbi naufragia domibus maiora, quàm nauibus in mari contingunt, non recti iudicij est, qui per hæc rerum discrimina cæcæ se Deæ, eidem q; mutabili credat: quippe quæ tam stupida, tam q; amens est, vt plerunq; & dignos negligat, & indignis diuitias tribuat, & eas quidem non stabiles, sed quas eadem ratione, qua dedit, eripiat. Deam hanc inscia hominum maximo numero turba comitatur. quæ Dea nunquam stabili sede quiescit, sed basi innixa volubili late rapitur vaga, fertur q;, vt in præcipitia, sæpe etiam

in pelagus ruat.vbi, vt eius misceri sequaces communi morte intereunt: sic illa sola sine noxa eua dit,eos q; perdita iā opera lugētes,ipsam q; accusantes irridet. Sed talia fortunæ opera sunt. Mercurium vero,tanquam orationis parentem,& artium omnium auctorem aspice rursus, vt alia, q̄ꝫ fortunam,effigie tum pictores tum plastæ decorarunt. nam iuuenis est formosus, nec eiusmodi, vt fucatum quicquā in eo,aut comptum deprehendas,sed in cuius forma animi virtutes protinus eluceant: est enim hilari vultu,acribus oculis: basi innititur sic vndiq; figuratæ, vt quadrantal referat,qua maxime figura res ipsa stabilis,atq; immobilis redditur. Quin & ipsum Deum eadem hac figura interdum honestant. Cuius etiam comites æque,ac dux ipse Deus, hilares splendidi q; conspiciunt,nec vnquā de suo principe queruli, quales fortunæ sequaces memorauimus, nec ab eo vlla in parte seiuncti,neq; diuisi,sed eius semper affectæ,semper q; prouidentia eiusdem fruentes.Fortunæ vero sequacem cœtum omnem desidem cernes, nec vllis artibus eruditum, sed spe varia semper deductum,currentem q; Deam communi quidem, sed impari cursu sequentē. nam alij longius distare videntur, alij propius accedere, alij de manu etiam Deæ pendere. in quibus Crœsum illum Lydum conspicies,Samium q; Polycratē: eos q; fortasse miraberis, dum alteri Pactolum cernes auro fluentem,alteri marinos etiam pisces inseruientes. eiusdem ordinis Cyrum, Priamum,Dionysium reperies. quorum tamen omnium status adeo mutabilis est, vt paulo post Polycratem cruci affixum inspicias,Crœsum Cyri imperio subditum,Cyrum in aliorū potestate constitutum,Priamum obstrictum,Dionysium q; Corinthi. Si in cæteros autē te vertas, qui fortunæ cursum sequuntur quidem,sed tamen non consequuntur,odio hos omnino habebis: siquidem pleriq; aut populi concitatores sunt,aut meretrices,aut cinædi, aut amicitię proditores,tum homicidæ,tum rapaces,tum etiam sepulchrorum prædatores: nec pleriq; desunt in id scelus inuecti, vt ne Diis quidem ipsis parcant, sed nefanda etiam sacrilegia committant. Mercurij vero chorus modestos omnes continet,eosdem'que artium peritos, non currentes, non exclamantes, non inter se dissidentes,sed inter quos medium Deus ipse locum teneat. hi vero ordine omnes circum dispositi sunt sic,vt nulli locum ab eo designatum relinquant, eo tamē discrimine, vt, qui primam sedem,Deo q; proximam in ambitu occupant,ij geometræ,arithmetici,astronomi,philosophi,medici,grammatici sint.qui vero alterā tenent,ij secundum chorum constituunt, in quo pictores,plastæ,sculptores, fabri, architecti, magistri prima rudimenta docentes conspiciantur. post quos tertius locus sequitur, quo cęteri artifices omnes continentur. Sic singulis quidem sedes assignatę proprię sunt,omnes tamen pariter intuentur in Deum,eius q; communi parent imperio. Sed & apud ipsum Mercurium plerosque conspicies, quos ille quarto quodam ordine electo donauit,sibi q; socios nunquam à latere diuellendos adiunxit,& eos quidem eiusmodi,vt maxime ab iis,quorum fautricem fortunam diximus,abhorrere conspiciantur.neque enim gestis in ciuitate honoribus,neq; generis nobilitate,neq; diuitiis solet hic Deus hominū iudicare præstantiam: sed,quisquis & bene viuit,& cęteris est sua arte præstantior, eam q; legitime exercet, & iussis obsequitur Dei,hunc ille plurimi facit, hunc cæteris anteponit, hunc à se nunquam discedere patitur. Virorum igitur nomina, qui hunc ordinem illustrant, si ipse intelligas, eos non solum æmulatione dignos,sed etiam veneratione putabis.Hic cernes Socratem,cernes Platonem, Homerum,Hippocratem,& qui hos viros sequuntur, quos omnes Deus & sibi ministros elegit, & apud se primos,& quasi alteros Mercurios esse voluit,quos nos æque,ac Deos colimus, & veneramur.Sed tamen è cæteris etiam omnibus, qui Deo curæ non sit,nemo est. ille enim non solum curat,quos coram se conspicit,sed etiam nauigātibus adest, quibus se nauigationis quoq; socium præbet,vt,si forte naufragium fecerint,his opem possit afferre. Aristippus enim,cum olim sic misere nauigasset,vt naui tempestatibus perdita,in Syracusia littora eiectus esset, primum fiduciam cepit,existimans se ad Græcos,& sapientes viros,non ad barbaros esse delatum,argumēto, quòd geometricam figuram in arena descriptam vidisset: deinde Syracusas accedens,vt in gymnasium venit,quo loco illud græce exprompsit,

Quis vagum, atque errantem Oedipum
Hodie raris excipiet muneribus?

habuit,qui sibi occurrerēt,& salutationibus excipientes agnoscerent, & pręstantē quidem virum,sed tunc egenū necessarijs rebus donarent. cum autē Cyrenen eiusdem Aristippi patriam è Syracusis quidam nauigare constituissent,ideo q; ex eo quererent, num quid familię suæ mādare vellet: pcipite meis,inquit,vt eas res sibi curēt parandas,quæ cū possessore in naufragio enatent.

Curare magis homines debere, vt bonis artibus instruantur, quàm onerentur diuitiis, & Demosthenis,ac Diogenis in diuites ignaros sententia. CAP. 3.

QVàm multi igitur miseri sunt, quibus contra, quàm ille præcepit, euenire videmus, vt, cum omnia sua viuendi consilia in diuitias referant, si forte in eiusmodi casus incurrerint, ne tum quidem auri,aut argenti obliti, sed vtroque corpori vndique appenso, cum his & corpus & animam etiam perdant.nec id miseri intelligere possunt, à se in primis in genere animalium rationis experti ea magis diligi, quæ sint artibus ornata: equos enim bello aptos, canes, quibus venandi vis tributa sit, cęteris præferendos arbitrantur. Quin & seruos artibus curant erudiendos,

A erudiendos, id q; magna argenti impensa, seipsos aũt neglectos habent, nec vllius dignitatis esse curant. An igitur turpe non est, cum seruus decem millibus denariorum ęstimãdus videatur, dominum ne vno quidem dignũ existimari? sed quid inquam vno? ne ille quidem, si gratuitã serui tutem polliceatur, qui eum recipiat, reperiet quenquã. quid item? an non è rebus omnibus seipsos tantummodo ignobiles reddunt? nam, cũ se nullis artibus instituendos curent, in genere animantium rationis experti non nullas studiis, quibus vis arti similis inest, erudiendas statuant, seruum, si segnis sit, & artis expers, nihili faciẽdum arbitrentur, curam nec prædiorum, nec rei vllius reiiciant, sed operam dent, vt hæc omnia q; optima sint, quoad eorum natura patiatur, ipsi vero ne sibi quidem inesse animam intelligentes, semetipsos ex omni parte negligant, haud sane dubium relinquitur, quin seruis, & iis quidem abiectis se similes efficiãt. Quocirca huic hominum generi iure id obiiciendum putarim: ò bone vir domus tua bene se habet, & serui omnes, & equi, & canes, & prędia, deniq;, quę quę possides, iis bene est, tui vero ipsius cura nulla habet. recte igitur vterq; & Demosthenes & Diogenes: quorum alter oues aureo vellere opertas eos vocat, qui diuites iidem q; rudes sint: alter eosdem fico in præcipitio natæ assimilandos arbitratur. vt enim eius fructũ non homines, sed corui graculi q; depascuntur, sic talium diuitum opes nihil prosunt B bonis ciuibus, sed ab adulatoribus absumi cernuntur. qui tamen post, si forte locupletis res omnis consumpta sit, huic forte occurrentes, cum eius cognitionem dissimulent, sine salutatione prætereunt. Qua de re nec ille inelegans, qui huic locupletum generi similitudinem cum fontibus esse ostendit. quãdoquidem hos, cum forte humore omni exhausti sunt, qui ante ab iisdem aquari solebant, mox abducta veste permingunt. Illud igitur non ab re putandum, quisquis nõ alia re, sed tantũ diuitiis efficit, vt sit vndiq; cõspiciendus, hunc, simul ac diuitiis priuatus sit, à cęteris etiam rebus destitui, quæ ei parte opum gratia fuerant. nã quid est, cur his ita non eueniat, quando nullum è bonis propriis possident, sed alienis semper, & à fortuna tributis gloriantur?

Aduersus eos, qui nobilitatem generis ostentant, & in eos Themistoclis, & Anacharsidis scythæ præclara sententia. CAP. 4.

NOn desunt autem, quibus hoc idem eueniat. nam, qui se splendore generis efferũt, ij quoq;, cum bonis careant, quæ propria sunt, ad ipsum genus ostentandum confugiunt, cum ne id quidem intelligãt, splendori generis, quo admirabiles videri volunt, perinde ac ciuitatum numismatis vsu venire, quæ cum apud eas ipsas ciuitates probata plurimum valeant, apud alias tamen gentes & adulterina haberi, & nihili fieri cernuntur. qua de re non inepte dictum videtur.

" C Neque te in sublime generis extulit decus,
" Neque me, dum nil habui, aluit genus.

Pręclar⁹ igit, vt inqt Plato, thesaur⁹ sũt maiorũ virtutes, sed p̃clarius, posse illud Sthenei obiicere,
" Maiores superat virtutis gloria nostræ.

Si quam enim generis decus vtilitatem affert, eam esse putãdum est, inde nobis studia moueri ęmulãdi virtutum exempla, quibus maiores illustrati sunt: ne, si longe ab his egregia illa virtutis laude superemur, hoc illis dolorem, si modo sensus est vita defunctis, nobis dedecus afferat. quod etiam eo maius habetur, quo nobilitas magis elucet. Nam, quisquis inscius idem q; genere obscurus est, cum saltem fructum è suo genere capit, vt, quicquid in eo vitij est, id multorum cognitionem effugiat: quos autem splendor sic illustrat generis, vt ne vitia quidem latere permittat, quem fructum iis decus generis affert, nisi vt, cum miseri sint, noti etiam esse cogantur, cum q; suo se genere indignos reddant, grauius & accusentur, & vituperentur? Itaq; quisquis splendorem prædicat generis, cum ipse rudis atq; iners sit, is, quicquid in se vitij habet, id minus venia dignum esse declarat. homines enim, quos humile genus obscuros reddit, non æque atq; ij, quos splendidum illustres efficit, inquisitione explorati iudicantur. sed illis, quamuis mediocris sua sit virtus, ignoD scimus tamen, eosdem q; etiam comprobamus, quod istorum deest virtuti, ignobilitati ascribentes: hos vero, nisi eam laudem adepti sint, quæ digna sit maiorum virtutibus, etiam si longe cęteris præstare videntur, nulla tamen admiratione dignos esse putamus. Ex quibus rebus intelligitur, nisi quis admodum vecors sit, artes nobis esse suscipiendas, easdem q; tractandas. quæ res efficiet, vt, siue quis nobilis sit, suo dignus genere videatur, siue ignobilis, ipse suum genus illustret,
" antiquum illũ imitatus Themistoclem, qui, cum ei olim genus probro obiiceretur, Ego, inquit,
" posteris meis lucem excito, & meum ex me genus ortum habet, tuum vero in te desinit. Notus etiam est Scytha ille Anacharsis, quàm & admirabilis apud omnes sit, vt sapiens appelletur, quan quam barbarus erat: qui & ipse, cum olim sibi barbariem exprobrari audiuisset, tum inquit: Pa-
" tria mihi dedecori est, tu vero patriæ. vt his verbis belle hominem reprehenderet, qui, cum nulla laude dignus videretur, se illustrem splendore patriæ prædicabat. Si igitur rerum euentus paulo diligentius animaduertas, reperies non ciuitatum splendorem gloriam attulisse ciuibus, sed contra & virtutes ciuium, & eorum in artibus præstantiam nomen decus'que ciuitatibus peperisse. Quis enim Stagiras celebret, nisi hæ lumen ab Aristotele accepissent? Quis Solos extollat, nisi his præstantes vir Aratus & Chrysippus eluxissent? Vnde Athenarum gloria tam longe late q; propagata est? non soli fœcunditate, quod tenue satis esse scimus, sed laudibus virorum, qui eo

loco nati complures, iidem q; præstantissimi gloriam suam patriæ impertiti sunt. Hoc autem dilu E cide verum esse cognosces, si tibi in mentem veniat Cleonis, & Hyperboli, qui talem fructum ex nobilitate Athenarum ceperunt, qualem vitia, vt famosa sint, expostulant.

Dicta sues fuit olim gens Bœotia vecors, inquit Pindarus. idem rursus, »
Si Bœotium edamus suem. Hæc ille, cum vellet rudis gentis infamiam suo carmine breuiter » absoluere.

De spernenda corporis forma, nisi artibus & scientiis sit ornata. CAP. 5.

IS igitur, qui Atheniensibus leges tulit, dignus laude videtur, quod lege prohibuit, ne quis patrem aleret, qui filium artibus erudiendum non curasset. Nam, cum eo maxime tempore artes petendæ sint, quo formosissima nostra corpora cernuntur, plerisq; cõtingit, vt, cum se forma conspicuos intelligant, omnem animæ suæ curam spernant, atq; reiiciant: post autem, cũ iam eos pœnitet, id frustra queruli dicãt, vtinam forma, quæ me perdidit, male pereat. iisdem q; tum venit in mentem Solonis illud, quo præcipit nihil magis esse spectandum, quàm vitæ finem. Item q; senectutem accusant, cum seipsos debeant: Euripidis vero præceptum laudant, Non temperantis esse formam supra quàm mediocrem petere. Satius ergo putandum est adolescentes suam formam vernos flores imitatam cognoscere, eam q; breuem voluptatẽ polliceri, itaq; & Lesbiam esse lau- F dandam, cum inquit: Formosus tantus est, quantus in cernendi sensum cadit. Probus vero » idem protinus & formosus est. Et parendum Soloni, qui hoc idem sentire videtur: contra au- » tem senectutem, quæ aptiori & vestitu, & domicilio eget, & mille aliis rebus, tanquam aduersus tempestatem imminentem præparare se quemq; debere exemplo boni gubernatoris, qui & procellas præsentit futuras, & sese multo ante parat, vt earum impetum sustinere possit. siquidem miserum est Homeri illud, Rem excors intelligit actam. Quis igitur fructus ex formoso, eodẽ q; » rudi adolescente capi potest? an ad bellum vtilis est? sed potius eiusmodi adolescentibus Poetæ illud modo nominati non ab re obiiciendum putarim.

At tibi connubij tractantur mollia facta. »
Ito demum, rerum'que tibi sit cura tuarum. »

Item de Nereo idem Poeta,
Ad Troiam venit forma præstantior vnus,
Verum mollis erat. qua de re eius semel tantum in enumerandis Gręcorũ nauibus Poeta meminit, quò indicaret, vt mea fert sententia, formæ nullam vtilitatem esse, nisi res ad vsum vitæ necessaria illi adiuncta sit. Nec vero audiendi sunt miseri quidam, qui diuitias fructum esse formæ G audent dicere. quæstus enim, qui & libero dignus, nec laudis expers, & stabilis sit, ex arte fieri postulat: quẽ vero formosus ex suo corpore facit, is turpis est, & semper ignominię habẽdus. Itaque ò adolescentes audite, moneo, vetus illud præceptũ, vestram q; in speculo effigiem interdum inspicite: vt, siue quis vestrum se forma egregium iudicet, idem operam det, ne minori animę laude precellat, turpe existimãs formosum corpus rudis animæ domicilium esse: siue se corpore cernat deformi, eo magis elaboret, vt animæ pręstet pulchritudine. quò canere illud Homeri possit,

Est alius, cui parua quidem sit gratia formæ, »
Sed tenuem formam verbis Deus ornat, & illum »
Cernere dicentem cunctos iuuat, ora pudore »
Suffusum placido: hic reliquos supereminet omnes: »
Hic vrbe incedit gaudens, sibi quisque videtur »
Inspexisse Deum, dum lumina figit in illum. »

Ex quibus omnibus nulli dubium relinquitur, nisi quis planè amens sit, quin neq; superbia generis neq; opum gloria, neq; fiducia formæ, contemnenda artium studia sint. Hæc disseruisse sat erat: sed fortasse non incõmodum est addere Diogenis quendam veluti non reticendum epodũ. H hic, cum apud quendam epularetur, qui nulli rerum suarum studio, aut diligentia deerat, nullam vero sui ipsius curam habebat, excreans Diogenes vndiq; circunspexit, quò inspueret, ac tandem bene agi putauit, si cęteris rebus parceret, ipsum vero dominum cõspueret. Qui, cum indignatus esset, causam q; facti quęreret, tum inquit Diogenes, nihil tam in tota domo neglectũ, q; tu mihi visus es: siquidem parietes oẽs egregiis picturis ornatos inspiciam, pauimentum ex tesseris tam preciosis extructum, vt simulachra Deorum ex sese expressa repręsentent, vasa omnia pura, ac nitentia, lectum & eius fulcra miro artificio elaborata, te vero harum rerum dominum cernam ex omni parte neglectum: solent aũt homines loca, quę vilia maxime, neglecta q; sint, quò expuãt, eligere. Itaq; ò adolescentes ne patiamini vos eiusmodi esse, vt quispiam vos conspuendos putet, ne'ue vobis esse cętera omnia pulchriora conspiciantur: quanquam raro euenire videmus, vt in eodem nobilitas, diuitiæ, forma reperiantur. quæ etiam si interdum concurrant, turpe tamen vos in eo contemptu haberi, vt cęteris rebus exceptis, vos tantummodo conspuamini.

Aduersus Athletas, bonorum diuisio. CAP. 6.

AGite igitur ò adolescentuli, qui & me disserẽtem audiuistis, & ad artes cõcitati estis, cauete, ne quispiam fallax & impostor sic animum vestrum pręstringat, vt vos ipsos sinatis in studium

A dium vel prauæ, vel inanis artis deduci. illud q; intelligite, quæcunque hominum studia ad vsum vitæ non pertinent, eorum nullum artem esse. Sed in ceteris id ipsum vos cognoscere arbitror: vt in iaciendis tesseris, vt in studio vel ambulandi super tenues funiculos, vel voluendi se raptim in gyrum sic, vt offundantur caligines. qualia Myrmeciadis Atheniensis & Callistrati Lacedæmonij studia fuere. Athleticam vero, tantummodo suspicor, ne & viribus corporis & populari gloria proposita aliquem vestrum decipiat, vt artibus ipsam præferendam putetis. quandoquidē & apud maiores argenteis donis quotidie celebratam, & æque, ac armis optimos, honoratam intelligimus. Eam igitur ob rem satius est vos aliquam in hoc genere studij premeditationem habere. fallitur enim facile quisque, qui rem deliberandam non præmeditatus suscipit. Hominum igitur genus ò pueri partim cum Diis, quod rationis particeps est, partim cum belluis, quod mortale, cō municatum est. vos ergo communicationis meliori parte electa, dare bonis artibus operam debetis. quas si consequemini, quod in bonis maximum est, adepti eritis. sin minus, nō tamen vos inertissimis belluis pudebit esse deteriores. Athleticum vero studium quisquis sequitur, id nisi consequatur, turpissimum est: si vero cōsequitur, non tamen belluis melior efficitur. Quis enim leone, aut elephanto fortior? quis lepore celerior? Quis item est, qui nesciat & Deos ipsos nulla de
B re, preterquam artibus, esse laudatos? & homines præstantissimos diuinis honoribus celebratos, non quia bene vel in stadiis cucurrerint, vel discum in sublime iecerint, vel luctā exercuerint, sed artium beneficia in homines cōtulerint? Æsculapium quidem & Bacchum, siue prius homines fuerint, siue Dij à prima origine sint, maximis honoribus prosequimur & celebramus: alterū, φ medicinæ peritus est: alterum, φ homines colendæ vitis artem edocuit. quod si mihi non credis, Dei certe Pythij te mouebit auctoritas, qui & Socratem omnium sapientissimum pronunciauit, & Lycurgum salutans his versibus affatus est.

« Te mea conspicio venientem ad templa Lycurge,
« Quem chorus omnis amat Diuum, quem Iuppiter ipse.
« Sis'ne Deus, dubito, vel sis mortalis habendus:
» Sed potius te spero Deum Numen'que Lycurge.

Idem Deus Archilocum, quanquam vita defunctum, non mediocri honore dignatus est. cum enim, qui illum occiderat, ingredi in templum vellet, eo carmine deterruit Deus,

« Vatem occidisti, à templo procul ito profane.

At vero tu mihi vicissim narra, quæ Diis vnquam cum Athletis alloquia fuerint. quod non fa
C cies: siquidem, quid dicas, non habes. sed fortasse testem, quasi non fide dignum, reiicies: id enim indicare videris, dum in testimonia vulgi orationem vertis, & gloriam petis ex eodem. quāquam scio te, siue ægrotes, non medicorum vulgo, sed paucis quibusdam, & iis quidem arte medendi præstantissimis curandum traderes. siue nauiges, non cuilibet nauigationis ministro, sed vni gubernatori commendares. denique & in paruis eandem rationem haberes. nam, si fabrile opus petas, fabro crederes: si calceos, sutori. si igitur hæc ita sunt, cur, cum de rebus maximis causa agitur, te iudicem ipsum constituis, viros autem te sapientiores reiicis? sed vt in præsentia Deos prætercam, audi, quid de Athletis Euripides.

« Cum mala innumera per Græciam serpant,
« Nullum deterius Athletarum studio est.
« Qui primum sibi nec parare diuitias
« Patiuntur, dum possunt. quo enim modo,
« Quisquis est gulæ deditus, ventri'que indulget,
« Diuitias parabit, vt alat familiam?
« Deinde nec se egenos, parare'ue rebus
« D Aduersis. nam in malis diu versati
« Moribus, res duras pro desperatis habent.

Rursus eundem, si placet, audi, quàm inutilem omnem Athleticæ partem dixerit.

« Quis lucta præstans, quis pedibus celer,
« Quis bene vel discum extollens, vel maxillam
« Percutiens, patriam seruauit coronam?

Quòd si minutiora desideras, audi quæ rursus ille.

« An cum hoste pugnabunt, dum manibus
« Discos habent? an clypeis, cum è patria
« Expellent, pedes dum cursu fatigant?
« Nullus. hęc fatua sunt, si ferro conseras.

Quòd siquis Euripidem, ceteros que eius generis auctores contemnat, philosophos vero iudices statuendos arbitretur, ex his etiam omnibus quasi vno ore loquentibus audiet vitio dandam esse Athleticam. Nec eam vero ab vllis vnquam medicis laudatam nouimus. quandoquidē illud
« primum apud Hippocratem leges: || Affectio Athletica nō est secundum naturā: melior est salu- Lib. de Alim. circa medium
« bris habitus. deinde & apud ceteros pręstantes medicos, qui post illum fuere, hoc idem reperies.

Sed omnino testium fide rem agi nolebam: hoc enim potius oratoris est, q̃ hominis veritatem E colentis. quia tamen aliqui ad popularem laudem confugiunt, inanem'que gloriam ex vulgo petunt, studium'que propositum externis rebus remotis contemplandum negligunt, iccirco testes hoc quoque loco adhibere cogor, vt hi ne in hac parte quidem se nobis potiores intelligant. itaq; Phrynæ illud commemorandum occurrit. Cum olim in conuiuio quodam talis ludus celebraretur, vt per vices inter conuiuas, quicquid libebat, imperare liceret, illa, cum cęteras mulieres tum anchusa, tum cerussa, tum etiã fuco pictas cerneret, iussit aquam afferri, eam q; manibus haustam sibi fœminam quãq; ad faciem admouere, mox linteo protinus eam detergere. quod, cum ab illis omnibus, & à Phryna ante alias actum esset, cernere erat faciem cæteris quidem fœminis continuo maculis repletam, vt laruas te videre diceres, Phrynæ vero formosiorem redditam: quippe quæ nõ fucata erat, sed suapte natura formosa, nulla q; arte ad formam egebat. Quemadmodum igitur vera pulchritudo tunc optime exploratur, cum ipsa per se sola est cæteris omnibus remotis quæ foris assumuntur, sic Athletæ studium perpendere solum oportet, videre'que, an vllam vtilitatem vel publice ciuitatibus, vel priuatim Athletis ipsis afferat. Cum igitur bona, quæ in rerum natura continentur, alia animi sint, alia corporis, alia exteriora, nec præter hæc vllum aliud bonorum genus excogitari possit, nulli dubium est, quin ne in somnis quidem vllius ex bonis F animi participes Athletæ sint: quandoquidem ne quidem, an animum habeant, intelligunt, nedum rationis participem eum esse sciant. nam, cum & sanguinis, & carnis mole se onerent, animam suam quasi largo cœno suffocant, atq; obruunt, vt nihil paulo reconditũ intelligere queant, sed amentes perinde, ac belluæ, sint. At hi fortasse instabunt, se q; alicuius è bonis, quæ ad corpus attinent, auctores esse contendent. sed quod erit illud? an sanitatem, in eo genere bonorum pulcherrimã, id esse dicent? immo, qui in maiori vitæ periculo sit, ex vitioso scilicet corporis affectu, reperies neminem, si quidem Hippocrati credas, à quo ‖ bonus ad summum habitus periculosus dictus est, quem tamen isti affectantur. Quin etiam illud & ab eodem recte scriptum est, & ab omnibus probatum habetur, ‖ Sanitatis studium citra & cibi satietatem, & rerum omnium tarditatem positum esse. Athletæ vero sic contra præceptum id agũt, vt plus iusto se & in laboribus corporis retineant, & cibis impleant, & omnino, quidquid senex ille pręcepit, Bacchantiũ more insanientes contemnant. ille enim, cum salubrem victus rationem præcipere constituisset, sic scriptũ reliquit: ‖ Labores, cibi, potiones, somni, venus, omnia moderata. Isti vero & gymnasia quotidie sine modo fatigant, & cibis sic vtuntur, vt eos vi sępe ingerant, & ad mediam noctem producant, vt Homeri illud iure in eos dicendum arbitrer. G

1. Apho. 3. Ex. or. fol. 3. e

6. de mor. vul. com 4. 22. cl. 3. 185. g

6. de mor. vul. cõ 4. à pricipio

Noctem Dij reliqui totam, miles'que trahebat
Defessus, placido resoluti membra sopore.
Sed nullus miseros Athletas somnus habebat.

In somnis autem eam moderationem adhibent, quæ cęteris vitæ suæ partibus proportione respondeat. nam, cum alij, qui secundum naturam viuunt, à muneribus suis desistunt, cibum q; petunt, tunc Athletę à somno excitati exurgunt: vt eorum vitam sues imitatam dicas, nisi sues neq; immodicis vterent̃ laboribus, neq; vi cibis explerent̃, quod vtrunq; in Athletis nouimus. adde, q̧ iisdẽ terga rhododaphnis dirũpuntur. Ad hęc aũt, quę ab antiquo Hippocrate dicta retulimus, illud item ab eodẽ scriptore præceptum habemus. ‖ Multum, & subito vel implere, vel exinanire, vel calefacere, vel refrigerare, vel modo quouis alio corpus mouere periculosum. omne enim multum, inquit, naturæ inimicum. Athletæ vero neq; hæc præcepta audiunt, neq; alia, quæ vt ille recte scripta reliquit, sic isti negligunt, atq; reiiciunt, vt omnia agãt, quæ à præceptis salubris victus abhorreant. Ex quibus rebus relinquitur, vt non sanitatis studium, sed morbi potius, hoc genus exercitij dicendũ putarim, idem q; sentire Hippocratẽ, cum inquit, ‖ Affectus Athleticus non est secundum naturã, melior est salubris habitus. Quibus verbis Hippocrates nõ Athleticã solum à H modo naturæ abhorrere declarauit, sed etiam Athletici corporis affectui habitus nomen eripuit, vt illos eo noĩe priuaret, quod corpori vere sano ab antiquis tributum est: siquidem habitus stabilis est, vix q; mutabilis affectio: bonus vero ad summũ Athletarum habitus & facile mutabilis est, & periculosus: nam, cũ neq; capax incrementi sit, siquidẽ ad summum peruenit, neq; possit in eodem consistere, neq; quiescere, relinquit̃ vt viam in deterius capiat. Habes igitur qualis Athletis, dum Athleticã tractant, corporis affectio sit. Cum vero ab eo studio cessant, deterius multo eorũ corpora affecta cernuntur: aut enim paulo post, mortẽ obeunt: aut, si ad prouectam ætatẽ, non tñ ad senectutem perueniunt. quam ẽt si attigerint, à Litis tñ Homeri nihil differunt, quandoquidẽ Claudos, rugosos, strabones conspicis illos.

2. Apho. 51. Ex. or. fol. 19. c

De alimẽto circa medium.

Sicut enĩ murus vrbis machina ante cõcussus, facile quacũq; vi disiicit̃, dissipatur q;, neq; terręmotũ ferre, neq; casum leuiorẽ potest, sic Athletarũ corpora crebris ictibus, dũ suo vtunt̃ studio, debilitata, rupta q;, & languida reddita lędentibus causis quibuscũq; vel leuissimis obnoxia relinquunt̃. Oculi enim tũ sępe circũfossi, spatio tp̃is cũ vires corp̃is resistere, ac mẽbra tueri desinunt, fluore (Gręci rheuma vocãt) repleri cernunt̃. Dentes itẽ, quos sępe ante concussos vires interiecto tp̃e destituũt, deciduos fieri videmus. Quin & intorti articuli ĩfirmi reddunt̃, vt vllã vim vel leuem

A uem occurſantem ferre nequeant. & quæq; ſiue ruptio, ſiue neruorum diuulſio, quam Græci ſpaſma vocant, facile incidit. Ex quibus rebus patet, qui in ratione ſanitatis magis ſit, quàm Athletæ, miſer, reperiri neminem: vt eos nomine non degeneraſſe iure dixeris, ſiue à miſero, quem Græci ἄθλιον dicunt, athletæ nominati ſint, ſiue communi origine ambo à miſeria, quam ἀθλιότητα vocant, tanquam ab vno fonte nomen acceperint. Sed, cum de maximo ex bonis corporis, quod ſanitatem nuncupamus, nobis diſputatum ſit, ad reliqua eiuſdem generis bona tranſeundum eſt. Quantum igitur pulchritudine præſtēt, intelliges, ſi eorum naturalem formam non modo nihil ab Athletica iuuari, ſed etiam eorum plures, quibus ante ſatis apta eſſet membrorum compago, à Gymnaſtis exceptos, ſaginatos'q;, & in molem carnis, ac ſanguinis auctos, in diuerſam formæ rationem traductos videas: eorum que non nullis, & ijs maxime, qui pancratio. aut cæſtu decertāt, faciem ex omni parte deformem, viſu'que horribilem cernas. ſed cum membrum aliquod planè abruptum eſt, aut intortum, aut effoſſi oculi, tunc, opinor, tunc, inquam, maxime pulchritudo, quæ fructus Athletici ſtudij eſt, perſpicua, euidens'q; efficitur. Hæc igitur, dum ſe in ſuo ſtudio retinent, ſibi ad pulchritudinem parant. Cum vero ab eo dimiſſi ſunt, tum & reliqua corporis ſenſoria pereunt, & membrum quodque, vt ante dictum eſt, diſtortum varijs modis corpus informe reddit. B Sed in cæteris fortaſſe, de quibus modo diſſeruimus, Athletæ cedent: quod vero reliquum eſt corporis bonum, quod vires appellamus, id ſibi vendicantes inſtabunt, (hoc enim eſt, quod mihi videre videor) idem'que cæteris omnibus præualere profitebuntur. ſed ò Dij immortales, quænam ſunt eæ vires, quas iſti ſibi vendicant? aut ad quod vitæ munus vtiles? an ad agros colendos? ſed ò quàm bene & fodere, & metere, & quidquid aliud, quod ad agriculturam attinet, agere poſſunt. Sed fortaſſe ad belli munera obeunda. rurſus igitur Euripidem accerſe, vt eos ſuis verſibus celebret.

An cum hoſte pugnabunt, dum manibus
Diſcos habent? vere enim
Nullus. hæc fatua ſunt, ſi ferro conferas.

Sed forte contra frigus, æſtum'q; validi ſunt, Herculis illius æmuli, vt vna & per hyemem, & per æſtatem pelle operti vitam traducāt? vt ſine calceatu incedant? vt ſub dio dormiāt? aut humi cubent? quin potius ad hęc omnia imbecilliores nuper natis infantibus cernuntur. Quid igitur reliquum eſt, in quo hi ſuas vires oſtentent? aut quid eſt, ex quo ſuperbi incedant? certe non eo quòd vel ſutores, vel ædificatores, vel fabros materiarios in palæſtra ſubſternere, aut in ſtadio poſſunt, C ſed eo fortaſſe, quòd, dum ſe in puluere verſant, dies abſumitur. At eadem gloria & perdices, & coturnices efferri licebit, quandoquidem & ipſe totum diem cœno ſe prolu entes conſumunt. Sed per Iouem Milo ille Crotoniata immolatum taurum humeris ſuſceptum olim per ſtadium geſtauit. ò incredibilem amentiam, quando ne id quidem intelligunt, quòd eiuſdem victimæ corpus paulo ante, cum adhuc viueret, anima ſua geſtauit, idq; longe facilius, quàm Milo, vt illa currere etiā ſub onere poſſet, quāquam præ Milonis anima nullius erat dignitatis. Sed & genus mortis, quam ille obijt, quàm amens eſſet, declarauit: nam, cum olim in iuuenem quendam ligna interiectis cuneis ſcindentem incidiſſet, eum q; irridens à munere ſuo abduxiſſet, ipſe ſolis iniectis manibus ligni partes vtrinq; apprehendens, auſus eſt eas in diuerſa diuellere: ſed in primo conatu totis exhauſtis viribus, ligni quidem partes vtrinq; vſq; eò diſtraxit, vt dimiſſi cunei deciderent, operi vero perficiendo non ſuffecit, ſed diutius renixus, tandem victus eſt: nec tamen manibus eripiendis conſuluit: quę à ligni partibus in ſe recurrentibus ſic attritæ ſunt, vt poſt Miloni miſerā mortem inferrent. Quàm magnum igitur fructum cæpit ex mortuo geſtato tauro, quo minus in mali quidquam incurreret? quàm bene res Græcorum publicas, dum cum Barbaro bella gererēt, hic Milonis in tauro labor, non Themiſtoclis ſeruauit ſapientia? qui vt recte primum oraculi ſententiam D aſſecutus eſt, ſic talem deinde ſe imperatorem præſtitit, qualem tanti imperij ratio poſtulabat: Sapientis enim conſilium vnum multorum manus ſuperat: inſcitia vero, cum ſemper per ſe mala ſit, iuncta armis peior eſt. Ex ijs igitur, quæ dicta ſunt iam ſatis patere arbitror, nullam vitæ partem reperiri, quę vllam ab Athletica vtilitatem capiat. Athletas vero nec ipſos vllam ſibi è ſuis actis dignitatem parere inde, opinor, cognoſcetis, ſi vobis eam narrem fabulam, quam non inelegans quidam græcis verſibus expreſſit. quos dicam ſic, vt res poſſit intelligi.

« Si Iouis ſententia cunctis animantibus
« Communis eſſet viuendi ratio
« Sic, vt olympijs dicatus præco
« Non ſolum homines ad certamen vocaret,
« Sed & cæteris mandaret animalibus,
« Vt in ſtadium venirent, idem, nullus,
« Opinor, homo ferret coronam, ſed in
« Dolicho (quaſi longo curriculo dicas)
« Superior alijs gaudebit equus:
« In ſtadio lepus ſibi primas aſſumet:

In diaulo

E

In diaulo (quaſi in ambitum curriculo. »
Deflexo dixeris) victoriam feret »
Caprea. ita relinquetur excluſus »
Homo ab omni pedum victoria. »
O celeres vos, qui exercetis Athleticam. »
Sed nec poſt Herculem quiſquam leone. »
Aut elephanto fortior videbitur. »
Taurum arbitror cæſtu coronandum. »
Aſinus inquit, ſi calcibus contendat, »
Ante alios ibit corona ſuperbus. »
Quare in hiſtoria, qua multa reconduntur, »
Scribetur aſinus pancratio viciſſe. »
Homines, cum prima & vigeſima »
Olympiade viſus eſt rudiſſe victor. »

Eleganter admodum fabula hac declarantur vires corporis Athletici nihil ad humana munera pertinere: quibus ſi nil cæteris Athletę præſtant animalibus, quod aliud reliquum erit in genere bonorum, quod iſti ſibi vẽdicent? nam nec, ſiquis bonum corporis voluptatem ſtatuat, eius Athletis pars vlla tributa eſt, ſiue Athleticam exerceant, ſiue ab eadem ceſſarint. quandiu enim ſeſe exercent, tandiu in laboribus & miſerijs cernuntur, nec iccirco tantum, quòd crebris fatigationibus rumpuntur, ſed etiam, ꝙ vi ſe cibis explent: cum vero exercitatione depoſita ſe in quietem receperunt, tunc pluribus corporis mutilatis membris conſpiciuntur. Sed eo fortaſſe ſe laudibus extollunt, quòd in congerendis opibus cæteros omnes ſuperant: quin potius eos omnes videre eſt alieno ære obſtrictos, non modo dum ſuo vtuntur ſtudio, ſed etiam dum ab eo dimiſſi quieſcũt: vt eorum neminem reperiri liceat diuitis familiæ œconomo quamuis ignobili locupletiorem. Sed nec hoc ipſum omnino, ab eo genere ſtudij diteſcere, quod non artem, ſed exercitium appellamus, dignum eſſe putandum eſt: verum eam artem tenere, quæ nuſquam artificem deſerat, ſed ei ſemper aſſiſtens, etiamſi in naufragium incidat, cum eo enatet: qua arte carere videmus & qui res locupletum procurant, & qui publicani nuncupantur, quíque mercaturam exercent, quanquã hi maxime diuitias ab exercitijs parant. at ijdem vero, ſi forte pecuniam amiſerint, exercitationes vnà perdant, neceſſe eſt. quandoquidem hæ forte aliqua egent, qua ſe ſuſtineant, quæ quandiu abeſt, tandiu renouari amiſſum exercitium nequit: nec vero, qui eos fœneret, reperiunt quicquam, niſi pignoribus aut hypothecis oppoſitis. Quocirca, ſiquis veſtrum ſtabilem certumq́ quæſitum ſibi faciendum optat, eam artem tractandam ſuſcipiat, quæ, niſi artificis morte, finiatur. Cum artium igitur duo prima genera ſint, aliç † {nobiles, quç in munere animi poſitç ſunt, quas liberales vocant}: alię ignobiles, quæ labore corporis tractantur, quas mechanicas appellant, ſatius exiſtimare debetis, ſi vos primo genere electo aliquam ex liberalibus diſcatis: aliæ enim deſerere artificem in ſenectute ſolent. in primo genere ſunt Medicina. Rhetorica, Muſica, Geometria, Arithmetica, Computandi ſcientia, Aſtronomia, Grammatica, Legum q́ peritia: quibus adde, ſi placet, Plaſticen, & Picturam: nam, & ſi vtraq́ opificis manu tractatur, neutra tamen viribus iuuenilis corporis eget. Itaq́ ex hoc artium genere aliqua vobis ò adoleſcentes eligenda exercendaq́ eſt (niſi forte cui ingenium planè hebes ſit) in primisq́ Medendi ſcientia, quæ iudicio meo in eo genere præſtantiſſima eſt, quod deinceps indicabimus.

F G H

† λογικαί τ' εἰσὶ καὶ σεμναί.
* βαναύσους τε καὶ χειρωνακτικάς.

GALENI SI QVIS OPTIMVS MEDICVS EST, EVNDEM ESSE PHILOSOPHVM

Ludouico Bellisario Medico Mutinensi interprete.

Quantum vtilitatis ars disserendi, philosophiæq́; cognitio medicis afferat.

VT Athletæ quamplurimi sunt, qui victoriam ferre ex olympijs optāt, nullam tñ operā, vt id consequantur, impendūt, sic multis medicis euenire videmus: qui, cum Hippocratē laudent, & in arte medēdi cæteris anteponant, ipsi tñ oē aliud potius agūt, q̄ vt ei, quem p̄dicant, similes efficiantur. Ille.n. nō minimū esse, quod in medicinā astronomia conferat, admonet: & geometria, s. q̄ astronomiā præcedat, necesse est: medici vero, qui multi sunt, ab harū vtriusq; studio vsq; eò ipsi abhorrēt, vt alios ēt id conātes coarguāt. Ille idē naturā corporis. q̄ totius medicinæ ordinis principiū statuit, optime cognoscendā esse p̄cipit: at ijdē isti in ea re ita studium ponūt, vt non modo nullius ex partibus corporis substātiā, aut formationē, aut magnitudinē, aut nexū, aut q̄ est cū ꝓpinquis cōicatio, sed ne positurā qdē noscant. Idēq;, ꝙ per genera, speciesq; ignota sit morborū diuisio, iccirco medicis à curādi scopis errare contingat, aīaduertit Hippocrates. cū nos ad rationalē contēplationē (Græci logicam vocant) adhortat̄: nr̄ę vero ætatis medici ita ab eius studio auersi sunt, vt eos ēt, qui in ea re operā cōsumant, quasi inutilia tentantes reprehēdant. Sic & ille idē Hippocrates ad p̄cognitionē morborū, & q p̄teriere, & qui p̄sentes, & qui futuri ęgro corpori sint, multā nobis parari oportere prouidentiā admonuit: at ijdē medici huic ēt artis parti vsq; adeo operā nauant, vt siquis cursum sanguinis è naribus, aut sudorē p̄dixerit, eū & magū. & admirabilia, contraq; opinionē oīum loquentē exclamēt: vt ijdē isti multo ēt minus, siqd aliud p̄dictum sit, sustineāt: multo minus formā rōnis victus ad morbi futurū consistēdi vigorē cōstituant, quanq̄ eiusmodi rōnē ciborū habendam censet Hippocrates. Quid igitur reliquū est, in quo virū ęmulantur? siquidem non in dicēdi grauitate, cuius laudē ille assecutus est: hi vero ita sunt ab ea virtute remoti, vt eorū multos videre liceat bis verbo in vno peccantes, quod ne ītelligi qdē facile pōt. Quibus de rebus q̄rendam cām putaui, ob quā isti, quāq̄ oēs virū admirant̄, à lectione tñ eiusdē scriptoris sese auertāt: vel, si quis eius scripta legit. nō tñ ea intelligat, q̄ ab auctore dicunt̄: vel, ēt si intelligat, nō tñ ad eā ītelligentiā exercitationē adiūgat, vt disciplinā cōfirmet, atq; ad habitū p̄ducat, cōpertū hñs nos eā laudē, q̄ in quocūq; rerū genere summa est, voluntate simul, & potētia consequi, vt, quisquis earū altera careat, eū à fine, quē expectat, frustrari necesse sit. Etenim, ne ab Athletarū exemplo discedā, aut quia carent innata corporis habilitate, aut quia sine exercitatione té languescere sinūt: iccirco, quod optāt, id cōseq nō posse videmus. At illis ijsdē Athletis si corporis habitus dignus victoria sit, si exercitatio reprehensione careat, qd est, quod eos impedire possit. ne coronā è certamine ferant? Num igitur vtriusq; rei inopes nr̄i tp̄is medici sunt, vt neq; facultatē, neq; voluntatē satis dignā in artis studiū cōferant? an cū alterā habeant, altera carent? Nunc igitur nasci neminē. q artis capax tā humanę sit, alienū à ratione mihi vr̄, cū mundus idē sit, qui olim fuit. anni tp̄a eundē ordinē seruent, Sol circuitus suos nulla ex parte mutatos p̄currat, deniq; quęq; stella siue fixa, siue errans eandē oīno status rationē retineat. Verū rationabile est tū pp malā educationem, qua tp̄ibus his vtuntur hoīes, tum pp diuitias virtuti p̄positas, vel qualis Phidias inter plastas, vel qualis inter pictores Apelles, vel qualis inter medicos Hippocrates, talem hac ætate effici neminem. quanq̄ nobis, quibus post antiquos illos nasci contigit, & ab ijsdē artes plurimum prouectas accipere. nō paulo plus cōmodi ad artes ipsas datum est. Facillimū ergo erat nos ea, quæ vt inueniret, diu elaborauit Hippocrates, breui tp̄e edoctos, quod vitę supererat, id in ijs, quæ arti deerant, inueniendis consumere.

De aere. aq. & lo. cap. 1. cl. 2^a. 2. d

De loc. in Ho- [illegible]

1. prognost. tex. 1. cl. 4^a. f. 189. c

1^a. Aph. 9. Ext. or. fol. 4. g

dis consumere. At, quisquis plus diuitijs, quàm virtuti, tribuit, artem q; non de hominibus bene- E
merendi, sed questus gratia petit, eum non licet artis finem expetere. quem si expetimus, ante di-
tescent alij, quàm nos ad id, quod habemus animo, perueniamus: nõ enim simul possumus & pe-
cuniam congerere, & arti tam magnæ operam dare: sed, qui alteram vehemẽtius appetat, alteram
contemnat, necesse est. Quid igitur? an nostris seculis quenquam memorare possumus, qui tãtũ
habere cupiat, quantum satis sit ad vsum vitę necessarium? an reperiri liceat, qui non verbis tan-
tum effingere, sed etiam proprijs vitæ exemplis docere possit diuitiarum terminum, qui quidem
sit secundum naturam, non vltra, quàm vt fames, sitis, frigus absit, progredi? ‖ sed, siquis tñ eius-
modi est, is & Artaxerxis, & Perdicæ potestatem contemnet, nec vnquam in conspectum huius
ibit: huic vero sic ægrotanti, vt Hippocratis artem desideret, medebitur quidem, nõ tamẽ semper
cum eo eẽ volet, sed Cranonem, & Thasum, aliaq; ad oppida multa proficiscet, vt pauperibus his
locis ęgrotãtibus curationes adhibeat. ‖ Cois hominibus ciuibusq; suis Polybum aliosq; discipu-
los relinquet: ipse Græciam peragrans omnem perquiret: nam eum scribere aliquid de natura lo
corum oportet, quam vt, quemadmodum ratione didicit, sic experimẽtis comprobet: eum vrbes
intueri proprijs oculis necesse est, nunc eam, quæ versa ad meridiem est, nunc, quę ad septentrio-
nem, nunc quæ ad Solis ortum, nunc quę ad occasum: cernere etiam, quæ humili loco, quę've ex F
celso posita sit: eam contẽplari, quę aquis obnoxia, siue eæ littoribus maris superfluant, siue de fon
tibus scaturiant, siue de cœlo decidant, siue ex stagnis, fluuijs've redundent, alluatur: visere eam
etiam, quæ ad magnum flumen, quæ've ad stagnũ, quæ ad mare, aut ad montes sita est: quærere, si
qua algẽs aquis vehemẽter frigidis, si qua calidis vtatur, & siqua nitrosis, aluminosis've, aut siquę
aliæ eius generis sunt: ad summam, ne agam de singulis, cætera omnia considerare oportet, quæ
nos & ipse Hippocrates edocuit. ‖ Quas ob causas siquis talis futurus est, eum nõ modo aspernari
diuitias, sed etiam summo labore, atq; industria vti necesse est: at non licet industrium esse quẽq;,
qui se aut vino obruat, aut cibis expleat, aut veneri dedat: deniq; qui pudẽdis, ventri q; indulgeat.
Ex quo efficitur, vt, siquis verus medicus est, idem sit, vt veritatis, sic etiam temperantiæ amicus.
illudq; intelligitur eũdem esse methodi rationalis studiosum, vt morborum quot genera sint, spe-
ciesq;, cognoscat, vt q; in singulis illis quo pacto sumẽda sit indicatio remediorum, intelligat, atq;
hac eadem methodo ipsam corporis naturam docemur, & quę ex primis constat elementis, quæ
tota inter se temperata sunt: & quæ ex secundis composita est, quæ & sensibilia sunt, & (vt eo no-
mine vtar) similaria appellantur: & quæ tãdem ex partibus organicis expletur. quinetiam & quę
vtilitas ex omni harum partium genere, & quæ actio animalibus est, ex illa eadẽ methodo cogno G
scimus: quandoquidem & eas oportet non inexploratas negligere, sed demõstratione perceptas
habere. Quid igitur? an aliquid iam restat, cur medicus non philosophus sit, is, inquam, medicus,
qui arti operam Hippocratẽ dignam impendat? si enim, vt corporis naturam cognoscat, & mor-
borũ differentias, & præsidiorũ indicationes, eum rationalem contemplationem exercere opor-
tet, vt autem in harum rerum studio industriam ponat, retineatq;, diuitias contemnere & tempe-
rantia vti necesse est, hic iam omnes philosophiæ partes habebit, & quæ ad disserendi rationem,
quam logicam: & quæ ad rerum naturam, quam physicam: et quæ ad mores, quam ethicam Græ
ci dicunt, attinet. Nec vero timendum est, ne, qui pecuniam contemnat, & temperantiam seruet,
is turpe quicquam, aut vitiosum committat: quidquid enim homines iniuste audent, id aut auari
tia impellente, aut voluptate præstringente committunt. sic & reliquas virtutes eundem habere
necesse est: quandoquidem omnes inter se connexæ sunt: nec potest, qui vnam habet, nõ cæteras
omnes statim habere, tanq̃ ex vno fune reuinctas. Si igitur, vt & artem primum intelligãt, & ean
dem deinde exerceant, philosophia medicis necessaria est, haud dubium relinquitur, quin, siquis
medicus est, idem omnino sit & philosophus. non. n. illud demõstrationem desiderare arbitror,
siquis arte medica probe vsurus sit, ei opus philosophia eẽ, cum nõ desint, quos tam pecuniarum H
cupidos sæpe videamus, vt venefici, non medici sint: artemq; in contrarium scopo eiusdẽ abusum
detorqueant. Num igitur iam de noĩbus certabis, nugisq; contendes, vt temperatum, continen-
tem, diuitias infra se ducentem, iustum debere esse medicum dicas, non tamen philosophum? eun
demq; corporum naturas cognoscere, instrumentorum actiones, partium vtilitates, morborum
differentias, curationumq; indicationes, nõ tamen operam disciplinæ rationali dedisse? an rebus
concessis te contendere de solis nominibus pudebit? at sero quidẽ, satius tamen, vt iam resipiscas,
nec, vt graculus, aut coruus de vocibus contendas, sed in inquirenda rerum veritate operam con-
sumas: non enim habes, cur sutorem bonum aut textorem sine disciplina, & exercitatione quenq̃
effici posse neges, iustum vero aliquem, aut temperantem, aut demõstrationis peritum, aut rerum
naturam scientem repente apparere dicas, quanq̃ neq; doctoris eruditione, neq; sui ipsius exerci-
tatione sit vsus. Itaq;, si hoc impudentiæ est, illud hominis non de rebus, sed de nominibus alter-
cantis, certe nos primum studium debemus in philosophia consumere, si veri Hippocratis ęmuli
esse volumus, quod si fecerimus, nihil impediet, quo minus eo meliores efficiamur, nedũ similes,
si cognitis ijs, quæ ab illo bene dicta sunt, cętera, quæ arti desunt, ipsi inueniamus.

Soranus in vita Hipp. & I epist. ad Histamdé.

De lege finem vers.

De aere. aq. & loc.c. 1.el.2.f.2

GALENI DE SOPHISMATIS IN VERBO CONTINGENTIBVS.

Horatio Limano interprete.

Sex modis Sophiſmata in dictione contingere, Ariſtotelis auctoritate. CAP. 1.

ARiſtoteles philoſophus, cum in libro de ſophiſtis elenchis, quaſi redar gutionibus dixeris, cõſcriberet nobis, ſophiſmata quot modis ĩ dictio ne contingant, modos ipſos ſex eſſe ad hũc modum ponit: primum in ęquiuocatione, in ambiguitate alterũ, tertium in accentu, quartum in compoſitione, quintum in diuiſione, ĩ dictionis figura ſextũ. Sophiſ ma in ęquiuocatione vocat, vbi nomina in oratione poſita plura ſigni ficant, vt venatus ſum canem: plura enim hęc oratio ſignificat vitio vo cis eius/canem/. Sophiſma vero ĩ ambiguitate appellat, cũ oratio ipſa ex ſe tota duplicem ſenſum ſignificat, vt, hũc liceret capere me: in qua oratione nihil anceps eſt ratione nominũ, ſed oratio ipſa, vt oratio eſt, ſenſum in agendo, & patiendo confundit. Vitium vero ex accentu dicit, cum culpa accentus, qui nomẽ in diuerſas ſignificatiões trahat, dubia oratio efficit. vt ὄρος ἔστηκε, hoc eſt mõs, aut terminus C ſtabat, ipſum enim duplex propter duplicem accentum eſt, in principio poſitum, aut ſublatum. Sophiſma vero in compoſitione, & diuiſione, cum ipſæ ſignificationis differentiam faciunt, vt Quinquaginta virûm centum ipſe reliquit Achilles. differentia enim eſt verbo/virûm/aut compoſito cum quinquaginta, aut à quinquaginta diuiſo. Secũdum vero dictionis figuram, cũ aliud dictio vere ſignificat, aliud vero propter ſpeciem, & figurã ſignificare videtur, vt verbum/audio/: nam paſſionis eſt, cum actionis eſſe videatur propter prolationem, id eſt figuram ſimilem ijs, quæ verborum actionis ſunt, vt curro, intelligo. trahet enim ad vtranq; partem ſophiſticus homo: ad paſſionem, quoniam ita eſt: ad actionẽ, quia ita videtur. His vero ſex enumeratis modis, deinceps oſtendit nullum eſſe ab eo prętermiſſum, neq; poſſe aliquod in verbo ſophiſma, extra modos pro poſitos cadere. Verba vero, quibus id oſtendit, hęc ſunt: Huius rei fides eſt, & ea, quæ per inductionẽ fit, & ſyllogiſmus, & ſi alius aliquis ſumatur, & ꝙ tot modis, nominibus ijſdem, & orationibus non eandem rem ſignificamus. Ea igitur, quę de inductione loquitur contextus pars manifeſta eſt. ſi enim ſingula in verbo ſophiſmata percurras, ſumas q; , nec vllum horum appareat, extra prædictos modos cadere, perſpicuum iam ita eſt nullum prætermiſſum eſſe modum: quod vero ſequitur, omnino obſcurũ eſt, quid velit: cum dicit/& ſyllogiſmus, & ſi alius aliquis ſumatur, D & quòd tot modis, nominibus ijſdem, & orationibus non eandem rem ſignificamus/ſiquidem nec, quonam modo alium aliquẽ ſumamus ſyllogiſmum, dictum eſt: id vero/& quòd tot modis, nominibus ijſdem, & orationibus nõ eandem rem ſignificamus/ſyllogiſmi concluſioni magis ſimile eſt, quàm ſyllogiſmo: cõſueta vero eſt hæc huic philoſopho dicendi breuitas, & veluti per ſigna expromere multa, quia ad hos, qui iam audiuerant, ſcriberentur. Qui igitur eum expoſuerũt, alij hæc in diligẽtiam ferre, quod decebat, ne tentarunt quidem: alij non conſecuti ſunt: nos vero tentemus non Ariſtotelis cauſa, neq; vt orationi eius opem feramus, ſed cauſa noſtra. philoſophi enim eſt non ſolum ſumptis propoſitionibus ratiocinari, vt multorum mos eſt, ſed etiam concluſione poſita propoſitiones ipſas conſtruere.

Penes ipſum duplex omnia in dictione ſophiſmata accidere. CAP. 2.

QVoniam vero monſtrare propoſitum eſt tot modis in verbo ſophiſmata fieri, quæ penes ipſum duplex ſunt, quot modis Ariſtoteles dixit, patet duo hæc à nobis demonſtranda eſſe, alterum omnia in verbo ſophiſmata penes ipſum duplex eſſe: alterum tot eſſe numero penes ipſum duplex. perſpicuumq; illud omnibus eſt, omnia in verbo ſophiſmata ex vitio huius contingere neceſſe eſſe: hoc enim tanquam principium ſequentes ſophiſtæ capiunt imperitiores in ea re homines, neque vitij conſcios. Si vero recte volumus, quot in verbo ſophiſmata contingunt,

contingunt, accipere, quot vitia sunt, sumẽdum est: quod cognoueris, si virtutem sumas vnicam esse, aut plures: error enim à virtute esse vitium videtur. qua recte cognita, statim hoc quoque cognoscitur. Quoniam vero, vt alibi demonstratum est, ipsum bonum, virtus q; in eo est, ad quod nata, aut facta res est, vt hominis in viuendo, gladij in scindendo, iccirco ad quod nata, aut facta est dictio, sumẽdum est: manifestum vero est ad vnum hoc, vt significet. patet igitur in hoc & bonum, & vitium esse. patet quoque solam è virtutibus hanc in dictione esse per se: reliquas vero per accidens, extrinsecusq; esse, nec rei ipsius, vt congruitas, & apta literatio. hæ enim, & si quibusdam se bona ostẽdant, non tamen se secundũ rem habent: sed perinde, ac si ensis manubrio eburneo sit, aut fucatus oculus: hæc etenim his extrinseca sunt: quæ vero sunt per se, ea in scindendo, & in cernendo sunt. Si igitur vniuscuiusq; rei virtus in eo est, ad quod nata res, aut facta est, hinc virtutum numeri inuentio patet, quot ipsę sint. si enim ad multa res genita sit, plures illę sunt: si ad vnum, vna virtus est. apparet sanè dictio ad vnum nata, hoc est ad significãdum. Si igitur bonum ipsum in hoc positum est, hoc ipsum non significare, aut non recte significare, vitium erit. nam considerandum videtur, an, quę non significat, ea dictio statuenda sit: non. n. tibicen is est, qui tibia non aptus est vllo modo canere, nec malus igitur tibicen est. sic nec dictio est, quę non est ad significandum apta, quare nec vitium dictionis erit nõ significatio. hoc vero protinus signum est solã eam quæ nunc à nobis dicta est, virtutem esse dictionis per se: in quo enim vnaqueq; res esse habet, in hoc ipsa virtus est. dictio habet in significando esse, eoq; corrupto neq; dictio est: igitur in hoc ipso virtus est. quare hęc vnà cum significatione deperditur, reliquę vero propterea, ꝙ non secundum rem ipsam sunt, non impediuntur circa hanc esse, quę non significat, vt congruitas, & apta literatio. Has ob res, quę linguę barbaræ sunt, earum alteram meliorem altera dicimus, vt persicam ęthiopica, quanquam nihil nobis significantem: causa vero est, quia potius vox est, quàm dictio. sed, & si vitium videatur non significatio, cum propter similitudinem nominis decipiamur, patet non propter hoc vitium sophisma contingere. quis enim est, qui consentiat, aut quis est, qui proponat dictionem significatione priuatam, & ignotam? Restat igitur, vt propterea contingat sophisma, quia nõ recta significatio sit: hęc vero talis est, quia duplex. in hoc enim solo dictio habet quidem, ꝙ significet, verum non recte: canis enim nomẽ aliquid significat, nõ tamẽ hoc aliquid, neq; diffinitum quidquam, quod erat recte significare. Illud vero recte à Platone dicitur, quęcũq; proprio vitio corrupta sunt, horum omniũ dictionem corrumpi: ducit enim in obscuram significationem quodam modo, sed non simpliciter, vt ea faciunt, quæ nihil significant: obscura vero significatio prius dicta est perfecta esse dictionis corruptio: quapropter solum vitium est ipsum duplex: nisi quis ea quoque vitia putet, defectum, longitudinem, superfluitatẽ dicendi. latere autem hunc arbitror deceptum, & ignarum, nullum horum esse simpliciter dictionis malum, nisi obscuritatem, aut duplicitatem efficiat: si vero solum hoc dictionis vitium est, & recte supra dictum est omnia, quæ in verbo sophismata sunt, ex eius vitio fieri, propter ipsum duplex erunt omnia, quæ in verbo sophismata contingunt.

Ipsum duplex sex tantum modis in dictione fieri. Quid sit oratio. CAP. 3.

POst vero demonstrandum est, propter quid tot modis ipsum duplex accidat, quot Aristoteles scribit: id vero si vere inueniri debet, sumendum prius est, quid sit oratio, & ex orationibus orationem esse. etenim & ipsæ propositiones orationes sunt: harum alicui, aut aliquibus quęrimus ipsum duplex. Oratio sanè erit, quod in pręsenti dicere sat est, nominum compositio: voco vero nomina, & si verba sint, significentq; vtcũq; aliquid, propterea, ꝙ sic notius vocabulum est. necesse est ipsum duplex aut in aliquo horum nominum esse, aut in oratione ipsa: non enim habemus, quomodo tertium aliquid constituatur: quemadmodum neq; in lapidibus præter aut singulos seorsum, aut illorum simul compositionem, eãq; aut actu, aut potentia, aut apparentia, nihil aliquis excogitare potest: preter hæc enim nihil est, quod esse aut dici quispiam inueniat, vt alibi demonstratum est. Omnia vero hæc comprehendentes modi prædicti habent. Ipsum enim actu duplex modus habet, & qui secundum ęquiuocationem est, & qui secundum ambiguitatem: sed in nomine duplicitatem is habet, qui secundum æquiuocationem est: in oratione, qui secundum ambiguitatem: actu vero esse dicuntur, quoniam re vera res duas significant. Potentia vero, cum accentu duplices fiunt, compositioneq; & diuisione: hi enim non plura significant, sed prorsus vnum: propterea vero, ꝙ ad vtrunq; verti licet, duplices dicuntur: quare hos potentia dicimus: tale enim est hoc ipsum potentia esse. Id ipsum vero rursus (vt supra quoq; diuisum est) vel in nominibus, vel in oratione est: in nominibus accentus duplicitatem efficit: trahit enim ad vtranq; partem nomẽ accẽtus, vt in oratione hac/ὄρος ἔςηκεν, hoc est mons vel terminus stabat/accẽtus aspiratus facit, in principio cum aut ponitur, aut abest. In oratione vero compositio, & diuisio duplicitatem facit: in compositis quoq; nominibus eandem facere potest, quia orationi similia sunt, vt in nomine Neapolis, & καλὸς κἀγαθὸς. i. probus, mutaret ea quis loco simpliciũ non in nomen (hoc enim solus accentus facit) sed in orationẽ, vt in hac voce αὐλητρίς. i. tibicina, sicut rursus & ipsam orationẽ in nomen cõponeret, vt in proposito noĩe est. videbitur autem nihilo minus absurdum fortassis id, ꝙ propter accẽtum, compositionemq;, & diuisionẽ sophismata contingere dicamus:

siquidem

A siquidem hæc propter ipsum duplex (vt supra dictũ est) contingunt: accentus vero, & quæ eius generis sunt, ipsum duplex ijs, quæ facultate duplicia sunt, eripiunt: etenim, vt hæc alterum significent, efficiunt: sed tamen nihilo minus vere dicuntur propter hæc sophismata cõtingere: quia.n. oratio per eadem hæc ipsum duplex accipit, alterum in principio sophistæ sumunt: alterum concludunt, orationem per ea ipsa mutantes (prorsus enim non aliter sophisma contingeret) ratiocinantes vero tanquam idem accipientes: quale est, vnum quid rationale nomen est: proprium hominis est ipsum rationale: igitur vnũ proprium hominis est. Præterea si ὅρος, hoc est terminus, hic stabat, is, qui agros separat, ὄρος autẽ, hoc est mons, hic non stabat: sed neminẽ lateret id, quod sic adulterinum est: verum vbiq; etiã ad minimũ apta oratio sit, sophistæ student: nã & in ijs, q̃ actu duplicia sunt, hi illud idem faciunt, vt aliud sumentes, aliud cõcludentes ratiocinentur: sed ibi obscurius, qm̃ quicquid significet sermo, ipsi sibi consentiat: hic vero manifeste: quare suis nominibus, & orationibus Aristoteles dixit: Etenim ij sophistæ sunt, qui speciem violãt. Cum iam habeamus id ipsum, quod actu dicitur, itemq; quod potentia: quod reliquum est, ad apparẽtiam attinet: quæ ſm figuram dictionis est, vt est supra dictum: ostenditur enim ipsum nomen, similiter q; oratio, non aliud duplex adeo habere, nec in singulis, quæ prædicta sunt, adeo quis exempla ex Eude B mo, ex alijs ve caperet. Cum igitur iam collectos modos omnes habeamus, quibus duplex ipsum fieri possit, habemus oĩa in dictione cõtingentia sophismata: hæc enim penes ipsum duplex sunt: sequitur vero id, ꝙ tot modis nominibus ipsis, & orationibus, nõ eandem rem significamus: nam aut actu, aut potentia, aut apparentia id facimus: manifestum vero est & syllogismi modum, modo habita diuisio sit, fieri posse, vtrumuis quis eligat, aut è directo, aut ad impossibile ducentem: si enim possibile est alium haberi modum, is erit neq; in nomine, neq; in oratione, neq; actu, neque potentia, neq; apparentia: præter hæc autem nihil sermo ostendit: ſm igitur ipsum diffinitum sit in hunc modum: ꝙ vero non ex eius diuisione inuenimus, (non enim ad Aristotelis gratiã nunc scribimus, sed omnia hæc methodo scripta sunt) perspicuum est: nam aut in nomine, aut in oratione ipsum duplex esse oportere aperte ipse dixit, cum scribit, ꝙ ipsis nominibus, & orationibus: ipsum vero actu esse, aut potentia, aut apparentia notum ex ipso ordine est: scripta igitur separatim sunt in singulis generibus, quæ eiusdem sunt generis, prima q;, quæ ad actum attinent: secunda, quæ ad potentiam: tertio loco, quæ ad apparentiam, vt decuit: aut cur hæc non fuere confusa? sed fortasse ridiculum est his fidem aliam afferre conari, quàm eam, quæ à re deducitur: etenim si sic se habent, vt Ars, qualis Medicina est, artisq; sunt, diuisionem vllam fortuito, aut casu factam non re C ciperent: sed de his satis hæc in præsenti sint.

Ambiguitatis, & reliquorum sophismatum modi. CAP. 4.

DIctum quoq; à Stoicis aliquid est de partitionis dignitate, nosse, siquis modus extra propositos cadat, tentantibus: erit enim inductio fides hæc. Et alias æquum est nullam probatorũ virorum opinionem obiter ponere: ambiguitatis igitur definitio quanquam cum multis nostris pugnare videtur, in præsentia tñ præteribimus: de his enim considerare alterius negotij est: quæ vero ambiguitates dicuntur, harum differentiæ sumendæ sunt. Sunt quidẽ apud grauiores viros numero octo. Vna est, quam cõmunem ei, quod dictum est, & diuisibili nominant, qualis est, quæ αὐλητρὶς i. tibicina, † nominis est, atq; eius, quod dictum est. Altera, quæ in simplicibus est, vt virilis: aut enim tunica, aut homo. Tertia vero ad ipsam in cõpositis æquiuocationem attinet, vt homo est: ambiguus enim sermo est, vtrum substantiam, an casum esse significat. Quarta ex defectu est, vt tui est: deest enim quod ad medium locũ attinet, vt domini, aut patris. Quinta ex superabundantia, quale est, ei, vt non nauigaret, denegauit: adiecta enim ea negatio /non/ ambiguam orationem facit, vtrum nauigare negauit, an non nauigare. Sextam esse dicunt eam, quæ haud notum facit, quæ cum qua significatione carens pars, ordinata sit, vt illud est, & nunc & non appulit: pars D enim ea /non/ disiunctiua esse potest. Septima est, quæ ignotum reliquit, quæ cum qua significatiua pars constructa sit, quale est. Quinquaginta virum centum ipse reliquit Achilles. Octaua est, quæ non declarat, quid ad quid referatur, quale est, Dion Theon est: incertum enim est, vtrum ad vtriusque existentiam verbum /est/ referatur, an ad id, vt Dion sit Theon: aut cõtra. Hi sunt à grauioribus viris numerati modi. Quicunque vero non obiter, quæ supra dicta sunt, audiuit, manifestum est ei, eos omnes in hos cadere modos, qui à nobis numerati sunt: carere q; methodo & arte perspicuum est: neque enim ex ijs, q̃ dicta sunt, demonstrationem quis caperet, vt nullus alius modus ambiguus constitui possit: in cõnexis q; æquiuocationem contingere dicere, hominis est nomen non audientis: non ineptum vero est generalibus differentijs speciales enumerare, vt ea, quæ ad diuisionem attinet, per partem significatione carentem, & per significantem diuidatur: sic enim quis speciales differentias plures acciperet: quin etiam ad hunc modum quis æquiuocationis differentias speciales dictas plures faceret: quia illæ secundũ id, quod à fortuna: hæ vero secundum analogiam, aut similitudinem, aut aliud aliquem modum constituantur: quin & æquiuocationis eius, quam ipsi in oratione dicũt, plures modi casibus similibus appositis fiunt, quale illud est, futurum est Socratem vincere: cæteri vero modi minores sunt. Id vero dubitatione dignũ est, quo modo, quæ ad apparentiã attinent, duplicia sunt: magis q; quo modo, quæ ad accentum: qui enim

† Adduntantiqui cod. παῖς ὅτα. κοινὴ γάρ αὐτη τῆ τε αὐλητρὶς i. puella existēs communis. n. hæc et ipsius αὐλητρίς.

enim ſecundum compoſitionem duplex ponunt, quo modo non ſecundum accentum? vt illa E
per continuationem totius,& per ſilentium ad ipſum duplex trahi poteſt,ſic ipſum nomen per ac
centum: quemadmodum orationis extrinſecum, inane tempus cum ſit,nec eius pars, eam tamen
facere duplicem poteſt, ſic accentus quoq; item q; ſophiſtæ vt eo, ſic hoc ad contẽtiones vtuntur:
& quis ſecum cogitans, quemadmodum ſecundum compoſitionem, & diuiſionem contendunt,
ſic ſecundum etiam accẽtum idem fieri poſſe cognoſcet. Manifeſtum vero in ſcriptis orationibus
eſt, cum non adiecta ſunt diuidentia puncta: vt enim his egent ad diuiſionem, ſic accentu quoque
non ſemper tamen,& propter hunc duplex oratio fuerit.

GALENO ASCRIPTVS LIBER
QVOD QVALITATES INCORPOREÆ SINT.

Horatio Limano interprete.

Nunc diligentius emendatus.

Qualitates, reliquaque accidentia perperam à Stoicis corpora appellari. CAP. I.

G

CVm nihil è rebus meis ignotum tibi velim, ne ſi id quidem minimum eſſe videatur (hoc ipſum enim abſcondere aliquid amico, non minimum eſt) exponere tibi volo diſputationem mihi cum quodã ea, qua licuit,diligentia habitam: ſermo enim,qui ex improuiſo habetur,diligẽtia caret,præſertim ſi,cum quibus is habetur, ij ambitioſi, cõtentioſi'que ſint. Erat vero de qualitatibus ſermo, de q; accidentibus oĩbus, quæ Stoicorum iuniores eſſe corpora dicunt. Aduerſus quos dicere hęc oportet: an non cum quiſpiam corpus dicit,ſtatim intelligere nos euenit,triplici cõtentam ſpatio ſubſtantiam renitentem? ſi ſolum hoc dicat triplici contentam ſpatio,non erit,vt corpus magis intelligamus id,quod dicitur, quàm vacuum,& locum: oportet vero diffinitiones ipſas, & deſcriptiones,logicas q; declarationes quorundam eſſe,& earum ſolum rerum declaratiuas,quas declarare volumus, non cum alijs rebus communes: quandoquidem non de communibus rationem reddimus: patet vero hoc eſſe commune,quod triplici ſpatio contentum dico,corporis, vacui q; & loci: id Stoicos fateri neceſſe eſt, vtpote qui vacuum ipſum in tractatu rerum naturæ reliquerunt: quamuis id in H mundo eſſe negent: cæteros vero philoſophos intelligere id omnino neceſſe eſt: quo modo enim vacui naturam negarent, † niſi ipſum vniuerſum vnum intelligerent? ſi vero intelligunt,nõ aliud quicq̃ intelligere dicent (ſi verum fateri volunt omnes) corpus: quemadmodum non ſine tempore patet,neq; id ſine loco, & hoc ipſo quoq; triplici contento ſpatio,vt in ſe ipſum rem triplici contentam ſpatio ſuſcipiat: eius rei teſtis eſt ſenſibilium vnumquodq; corporum: quod enim, verbi gratia,cubitali longitudine corpus eſt,palmum'que latitudine æquat,altitudine vero digitos quatuor,loco ęget,qui ipſum capiat,ſibi proportione reſpondente: hoc nobis ſtatutum ſit,& de ratione corporis omnis ſpeculandum.

†Al. ex ãtiqs. ſi neque ipſum oĩno mente conciperẽt, ac intelligerent.

Qualitates non eſſe corpora, alioqui corpus corpori accidere. CAP. 2.

CVm talis vero de corpore intelligentia ſit,& ſm hanc oratio diffinitiua,patet quẽq; eſſe fateri paratum,niſi litigioſus ſit,nõ eandẽ rationẽ accipere,neq; intelligentiã, nec horum ſingula,i. ſpatiorũ trium ęqualẽ naturam habere, neq; eandẽ definitionẽ accipere, neq; † totum corpus dicere licet ipſam corporis longitudinẽ niſi per connexionẽ,ſed corporis accidens: ſimilis vero in latitune,altitudine q;, & grauitate,& figura ratio eſt,& in reliquis,vt ſummatim dicã,qualitatibus,accidentibus q;,ſed ſecundum aliquos,non ſine corpore hæc eſſe,neq; intelligi: quòd ſi conſiderauerimus

† omnino.

A mus horā vnā omnia facere, ꝓlongare, & nihil aliud esse dicere, q̄ vnū solū corpus, erit profecto absurdum: innumerę.n. sunt substantiarū naturę secundū ꝓprietatem, & qualitatū, accidentiumq; q̄ inter se differūt, variaq; sunt, & cōtraria. In his igit nullum alteri idē dicamus, vbi nobis sermo de dn̄ia habet: itemq;, si figuram corpori accidētem corpus dicemus, patet nos corpus corpori accidere dicturos, quod absurdū est: quod.n. eorū substātiā magis, quod ve accidēs dicemus? Si vero vnicū habemus intellectū corporis, vt corporis, q figuram corpus dicit, aut vacuū intellectu nomen de accidēte ꝓfert, aut vniuoce cū corpore nominat, vtrūq; vero absurdum est: etenim significat aliq̄d, quamobrē nomē est, & intellectū aliquē indicat à corpore diuersum, & si nō est à figura separabile corpus. Similis in reliq̄s accidētibus ratio est, coloribus, saporibus q;, & q̄ ad olfactum attinēt, & q̄ ad auditum, hæ voces sunt, verba, sibili, stridores, popysmi, gemitus, crepitus, rhochasmi, bombi, soni, strepitus. Si vero q̄spiā dicat ipsa hæc, &, quæ talia sunt, oīa esse quodam modo percussum aerē, huic illud Menādri obĳcere fas est. Hæc ô nequam ꝑdidit id, q̄ nō sine corpore tale aliq̄d intelligitur. Quod ego quoq; cōfiteor: nego tn̄ rem habētē, vnā & eandē habitæ rei existimādū esse. neq; enim Cleanthes tuberculū erat, cum hoc ei cōtigisset in morbo: neq; Chrysippus, item q; Epicurus vrinæ substillum, postq̄ contigit his ex hoc morbo vitā auerti. neq; igitur aeris percussio, aer

B est, sed & natura differt, & intellectu, & definitione, quid sit horum vtrunq;, declarante. Quod vero diuersæ sint inter se, & à corpore figurę, petā in pręsenti testes ad hūc sermonē. Aliam geometrę circulo, cęteris q; figuris definitionē reddunt, aliā corpori, quarū rerum diuersæ rationes sunt, significationes q;, longeq; magis animi cōceptus. hæc omnia quo modo vnū esse quis sapienter dicet? vel, si, quæ corpori accidūt, corpora dicemus, quorū alicui accidere dicemus? vtrum hęc ex ĳs sunt, quæ ab omnibus corpora nominari solēt, cū omnibus his cōicatione, aut singillatim corporibus? vtrūq;.n. absurdū est, siue hęc corporeā substantiam habeāt, siue dicantur corpori accidere. Si igitur corpora accidentia sunt, omnia entia corpora nominaremus, non aūt alia accidentia, alia corpora: si vero non corpora, sed aliqua alia, non igitur ipsum accidens corpus est. vel si, cum omnia hæc corpora sint, his ipsis, quod vere ab omnibus corpus vocari consueuit, accideret: id vero similiter dixeris, atq; illud audiueris, si indiuisibile manere omnibus his accidere dicatur, non in ęquales numeros diuisis: hoc.n. nec aliquid temporis sine dubitatione mansit, ne minimum quidem.

Corpora non posse accidentibus accidere, & absurda, quæ hinc sequantur. CAP. 3.

Contra quidā existētibus rebus accidere dicūt. q̄ si q̄s hoc, vt absurdū fugiens, æquali numero dicat vocatis accidētibus (q̄ & ipsa corpora vocat) substantiā accidere, nescit se rerū naturam,

C cōceptū q; immutare, si corpora accidētia dicat, corpus q; accidētibus accidere, accidēs q; corporibus corpus faciat. Quare & iure dubitare quempiam dico, & dicere oportere, siue ęquali numero accidētibus diuisum sit id, quod dici corpus solet, singulis horū proprium quoddā accidit, alia corporis pars, alĳ accidētis parti accidet: aut, si accidētia corpora sunt, oē vero corpus in infinitū diuidit, singula horū infinitorū corporū oībus alĳs accidētibus, cū hęc quoq; corporata sint, accident. Cōsidera, q̄ multa absurda eueniunt: corpus corpori accidet, ideq; cū vnū puteī, infinitis: simul q; & totū, & nō totū: totū quidē, si vniuersa figura, rotūditas q; mali, quāta est, oībus alĳs, q̄ malo accidūt, accidat: non totum vero, si ex infinitis mēbris singula nō eadē ei sunt, ex quo dissecta sunt: vel si corpus mali corpus est, & figura, color q;, & odor, & gustatū spectans sapor, & vnumquodq; horum in infinitū scindit per se, an nō ex infinitis malis cōpositum erit, quorū vnūquodq; & rotūdū erit nō aliter, q̄ totū malū? siq̄dē eiusdē particeps ē figurę, pallidūq;, dulce q; verbi causa, aut austerū, tale q; ad olfactū est. & rursus singulæ infinitæ partes malū erunt, si omnia hæc habēt. ex infinitis igitur corporibus, & potius malis cōpositū erit, quod oculis malum elucet. quæ res multis modis ridicula ē. Verū sanè & partiū vnaquæq; rotūditatē nō habēs, nō erit amplius malum, sed pars mali, cū figura.n. rotūda erat malū. si vero vnū malum solū est, ex vnica corporea substātia, multus

D vero diuersis accidētibus cōstabit, an nō manifestū est nullū corpus esse? vtrū horū singulum propriū locū obtinet, an oīa eundē? si ꝓprium, patet neq; proprietatē, qualitatē q; inter se habere mutuo cōicatam, neq; malū esse in rotundū formatū, neq; pallore coloratū, neq; ad gustū se certo modo, aut ad olfactū habere. si vero simul omnia sunt, & vnū locū occupāt, proprietatū confusio est, vt in cōpositis, mistis q; è pluribus, & diuersis generibus medicamentis, in quibus ꝓprietas, qualitas q; vniuscuiusq; mistę materiæ syncera non seruatur, sed vnum quoddam vndiq; fit. non igitur syncera est singulorū cognitio generū, huius rotūdę mali figuræ, coloris huius, & singulorū accidentium cæterorū: item q; magis, nisi appositę inter se tangant hæ partes, sed per totas totæ mistæ sint, propria vniuscuiusq; qualitas perit, sed neq; mistionem licet hanc proprie dicere. quo modo enim, si per se proprietates aliquæ vnitę non sunt, atq; detentæ, hæc mista dicenda sunt? Ipsum vero infinitum intenditur orationis, si & lōgitudo corporis corpus est, si latitudo, & profunditas: simul.n. infinitæ, inquam, erunt corporum infinitudines in breui loco ad sensum circunscripto: item q; multorum horū, magis q; infinitorum corporum multitudo.

* εἰδῶν, i. speciebus in impressis, in aliis quis aūt ὑλῶν i. materĳs.

Si accidētia essent corpora, sequeretur corpora corporibus subito cedere, & itē alia incōmoda multa. CAP. 4.

An igīt sempiterna, quoq; substātiā primā qualitate carentē amplius dicēt, ex qua & mundum ipsum, & vnāquāq; speciē particularē factā esse dicunt? an è tēpore quodā facta est, & omnia

in idē conuenerunt,vt ex cooperatione syncrimata (hoc est res compositæ) fiant? verū hoc quoq; E maxime absurdum esse dicimus,ideq; multis modis: primū,q; non vnius esse materiæ corpora vident: multę aūt infinitęq; differētiæ cōis substātiæ sunt,alia quidē figurarū specie infinitarum: alia vero coloris,huiusq; innumeri s̃m speciē: alia saporis gustatum spectātis,cuius rursus interminata dñia est: alia vero eius est,q ad olfactum attinet,cum hic quoq; varietatē plurimam habeat: īfinitæ igiī erūt in ipsis infinitudines,& differētiæ qualitatū corporatarū: vna aūt erat, q̃ facta est, quā super incertas.s.partiri oportet: quanq̃ quæ necessitas est,vt corporeæ fiāt? anteuertunt sanè corpus esse substātiæ q; qdā factæ,singula q; corporū horū in infinitū si secent, qūo infinitudines infinitę concurrent,& quando? ipsum enim infinitum pertransiri non potest,& lumen corpus est, & albedo,calorq;: omne vero corpus quotum est,& quantum,& coaugescētem naturam in se habere videmus: incalescensq; a sole aqua cumulatior maiorq; fit,vt maiori loco egeat: quo modo vero in angustum locū nec milij,verbi gratia,corpus excedētē,figuratio reliquorum q; accidentium singula cōueniūt? simul q; spirare & ab æterno,neq; mutari deberēt in vniuersum,neq; corrūpi: ipsum.n.æternū imutabile est,quales sunt Deorū naturæ: si vero hoc verū est,quo mō aliquā trāsformabimus,verbi gratia,cerā? qdq; fiet,si,cū quadrāgula sit,rotūdā eā efficiamus? an substātię figura quadrāgularis erat? si enim substātię ceræ ante erat,nunc rotūditas est, vñ hæc venit? & qua F cā inducta tum est? si per corpus,absurdum id est: corpus enim p corpus ire,cogitationē fugit: siqs renitētiā instituat,id ꝓpriū corporis est,vt de hoc rō præcipue docet: si per vacuum, absurdum nihilominus est,tū qm̄ nihil esse in mūdo Stoici vacuū dicunt,tū ēt qa rotunditas est corpus,& reliqua habet accidētia,& figurā: quæ & ipsa rursus ex altera corporata figura, fore,vt sit,patet, & illa ex altera,& hoc in infinitū: & si ex rotūdis,q̃ in infinitū secātur,figuris aggregatū hoc visui nostro rotundum factum cōstat,fabulā considera,quanta q; figmētū hoc infini*ta sequūtur: si nō ex rotūdis,quo modo ex his aliquid rotundum fit? ridiculum quoq; est,si dicas in figuras rotundas figuram rotundam diuidi,eo contra id teste adhibito,q; quadrangulum in quadrangula nō diuiditur: quid vero in transfiguratione ceræ dicent? vtrū inter se cedunt vna cū intellectu diuersorum corporum figurationes? & quo modo non ridiculū tanq̃ animatas,& rōnales substantias exire, cedereq; inter se,ceu ē cōstituto: magisq; infinitum etiam fit,quod dicitur,si porrigimus vna cum cogitatione digitos,& contrahimus: si enim non accidens est pugnus,neq; porrectio,sed in corpora, infinitas simul figuratas figurationes abscedere accedereq; dicere oportet: q; si duas solas esse dicas,nec numero ęquales secūdum porrectiones & contractiones, adhuc varie infinitum est, quod dicitur,adhuc'que magis infinitum,nisi cōtractionis,porrectionis'q; figurationes accedant: sed al G tera ex manu altera defluit: oportebat.n.momento temporis ordinem dissolui,inter se latenter ab hoc cedentibus corporibus. Ad hoc vero dicent,si quidem communitatis causa sunt effectitia corpora,quo'nam pacto acetum fiat? quo modo vero incoctionem parat? quo modo abit? vnde veniunt effectitia qualitatis aceti corpora? si vero vna res cum vino erat,quo modo tunc vinum erat, & non acetum? Signum quędam ex vtroq; tertia qualitas est,quæ neq; vinum neq; acetum est,siue permistionem temperatura est,siue per appositionem.

** ἄπειρα.sūt tamen qui legendū putent ἄπορα,i.dubia seu difficilia,& sic inferius.*

Absurda pleraq; circa primam materiam contingere,si detur qualitates esse corpora. C A P. 5.

AD ea,q̃ absurda dixi,nihilominus etiā dicere oportet substātiā esse ē multis,varijs'q;, & differētibus,atq; cōtrarijs,infinitis'q;,aut solis nō infinitis numero syncrisibus (.i. cōcretionibus cōpositā,itē'q; in infinitas rursus syncrises diuisam,vnā hāc quādā,q̃ cernitur,verbi gratia,mali naturā,quā Stoici primā materiā,primā'q; substātiā dicūt,ex qua mūdū,ac in eo rerū vnāquāq; semp factā esse asserunt,queādmodū qualitates corpus erant,qūo nō erat hæc quoq; qualitas? siquidem qualitatem habebat: si alias qualitates nō habebat scilicet,oino inesset pondus,quod corporis esse dicunt: quo mō simplicem ēt primā substantiam dicunt,non aūt cōpositā? Si vero terminatā esse dicunt,terminis'q; vtentē,patet huic figurā esse: absurdū.n.est proprijs circumscriptum terminis H corpus non s̃m figuram oino eē: & si nō mente conciperetur hoc,ipsum s̃m suppositionem: quare,si nouerunt hic oīa,hæc vero sunt (vt dicunt hi) corpora,neq; qualitatis expers scilicet,neq; simplex erat: verum multorū,& diuersorū corporum conuentus erat,atq; syncrima: sic vero nihil nō mistum erat s̃m ipsos: sin aūt nihil horū habebat,primū qdē animo incōprehēsibile, & præter nomē nihil est: si enim tale esse nō oportet,nihil est: si quale,nō aūt dimensiones tres habere, & figuras,oino huic accidēs proprium cogitationē fugit,neq; graue hoc esse,neq; leue. Nō minus absurdum,si quispiam dicat hoc habere simul vtrunq;, & secundum eadem,non ad diuersa comparatū: neq; illa substantiam habente eorum,quę ab ipsa (vt inquiunt) facta sunt,cū singula quatuor qualitatē prima habeant: rationabilius enim est,si qualitatis expers erat, quæ ex ea fiunt,finguntur'q;, illam (non) habere: si vero nec illa hanc haberent,neq; vnū secundum suppositionem sunt,ætherius vero ignis ille esset,à quo & elementa, & mundum facta esse dicunt, quo modo hęc sese habent genita effecta'q;, & ficta,non magis auri qualitatem figulus ijs, quæ ē luto fingit,circūponet.

Quæ absurda in ipsum Iouem cadant, si accidentia corpora sint: Vt videlicet sit Proteo mutabilior. C A P. 6.

MEdicus igitur auctor vnus de multis medicamentis æquam qualitatem omnibus habentibus diuersum qualitate medicamentum, per mistionem efficit: Iouem autem negant

gant

A gant, miscere primæ substantiæ figurationem, longitudinem've, aut aliud aliquod accidens. si vero miscet, cum entia quoq; ipsa sint, hæc æterna esse patet: quo mō ē dicunt solam primam materiā æternam esse qualitatis expertem, nō vero reliquas qualitates, oīa q; accidentia? neq; n. effectorē esse veluti manualē artificē Iouē dicūt, sed totū per materiā totā illabētē rerū oium creatorem factū, diuini q; ignis quātitatē, & singula, q̄ quātitati accidunt, longitudinē, latitudinēq;, & profunditatē, itēq; eius rōn. bilitatē, & beatitudinē: si substātias esse dicēt, & corporeas eas fatebunt, è corporibus Iouē cōstare patet, nec simplex esse, sed sycrima: si vero sine substātia naturas ipsas in accidentibus dicent, confirmatur, quod à nobis dr, non corporatam naturam accidentibus esse, neque qualitatibus. si vero transformans se ipse Iuppiter æquali cum ijs numero, quę dixi, accidentibus, mutationes infinitarum qualitatum subit, peior fabulis agitato Proteo est. hic enim in paucas naturas seipsum transponebat, transformabatq;, easq; non indecoras.

« Iubati in primis formam capit ille leonis.
« Post q; draco, pardus q; fuit, sus deinde fit ingens.
« Humida factus aqua est, atq; arbor frondibus alta.

Ille aūt, nihil tam turpe est, quod nō fiat, per virū quidē imprudentē, imprudens scilicet est: per B sententiam aūt de turpi, turpia efficiens: per animalia irrationabilia, in ferinā naturam versus: per lapides, & ligna, expers aīæ factus: per fœda tractantem abominabilis natura, item q; inutilis. Si ipse vero vtpote materiam transformare, figurareq;, & facere quærit, quo modo potest hęc ipsa facere non magis, q̄ fictor statuam auream è plumbo facere potest? illa q; amāre contentiosis viris nō absurdū est. etenim, si motus, dū accedūt corporibus, rursus q; recedūt, corpora esse dicunt, iam, vt dicamus, hora est, moueri nos pcedētibus corporibus, rursus q; ab ipsis quiescere. deinde, dum affectus accedunt, rursus q; recedunt, dicunt q; hęc corpora esse, quo modo non ridiculum est pruritum dicere corpus, nec solum quod scabit, sed etiam quod scabitur.

Quo errore ducti stoici dixerint accidentia corpora esse. CAP. 7.

SEd, qm̄ sine corpore & agēte, & patiēte nullus affectus fit, eo capti sunt, vt & affectus ipsos corpora vocēt. verū, si p modū noiandi p relationē sic noiarēt, neq; ego in illos inueherer. noui n. sic quoq; vitē dici albā per relationē ad albos ab ipsa factos racemos, & mala tēpora propter calamitates, quę in his accidunt, & noctē auxilij expertē, in qua auxiliū non asseqmur. si vero primum, pricipaliter q; vocēt, errāt: rem. n. figuratā corpus dicimus, affectam q; & motam, nō autē figurā, affectū q; & motū. neq; pugnū esse corpus, sed manus quodam modo figuratas. item q; facient ad C uersus eos, qui dicunt neq; facere corpora, sed sola incorporea? Quid ad Aristotelem? qui & ipse generalem rerum diuisionem faciens, alias esse substantias dicit, alias accidentia.

Si accidentia corpora sunt, in vno corpore multa corpora fore. CAP. 8.

QVid ipsi quoq; sibi volētes dicūt substātias, & accidētia, si & hæc corpora dicunt, q̄, neq; vt partes corporis, corpora noiant, veluti manus, digitus q;, neq; veluti in talento minas? si qdē figurā hois corpus dicūt, iā tps est, vt aialitas corpus dicatur, gnabileq;, & corruptibile, rōnabilitas q;, atq; prudētia, Atheniēsem q; eē, atq; in philosophia versari, & Sophronisci filiū esse, simūq;, & caluū, & pminēs habere abdomē, cæterisq; accidētibus paria numero si corpora dicas, vltra Briareū, Typhonēq; ipm, multiplicē magis, magis q; corpatū eē aial dices. Si q; aialitas corpus est, quo mō cūctis aialibus accidit? quo mō ipsum eē? quo mō in loco eē? ac si, queadmodū ppriū locū occupat trāsparēs corpus ois oculus, sic & accidentia singula, id absurdū est. sic. n. horū admistio nulla aliqua ipsorum natura efficiet: difficile q; est, vt dixi, si oia locū vnū occupare dicas. confusa. n. dū miscentur in vase, alteritatem non seruarent, neq; suam vnumquodq; naturam, vt in mistis medicamentis fieri dixi. vtrum inquam totum animalitatis corpus tam multorum accidentiū singulis accidit, an prout numero pari diuiditur? vtrunq;. n. absurdum esse præcedentia verba de D monstrarunt. Quid autem, in quam, egent corpore singula eorum, si ipsa esse corpora dicunt?

Corpus quomodo definiendum. CAP. 9.

INde vero accidēs nullū eē corpus disceres: oculis. n. occlusis corpus qdē tactu spatio tpis deprehēdimus, colorē vero, aut saporē nō vnà deprehēdimus, neq; figurā, corpus tāgētes. Oportebat aūt singula hęc à materia nō tactus cōprehēsione deprehēdi. neq;. n. rōne, mali (verbi gratia) rotūditas speculāda est. Similis de sapore rō est. Ac, si vnūquodq; accidēs corpus est, qd sibi volentes inquiūt solū corpus ī infinitū diuidi, nō aūt figurā, dulcedinē q; (verbi gratia) & q̄ reliqua sunt? non cōnexionis mō dico, neq; relationis ad id, quod corpus vocari solet, sed recti modo. Cur vero solius, vt dixi, corporis hāc esse defintionē dicūt, triplici cū renitētia spatio cōtētū, non aūt colorem, succū q;, & saporē, cætera q; accidētia singula sic definiūt, si corpus oia hęc esse dicūt? & si enim specie differunt, cōiter tñ oia esse corpora dicunt. Quēadmodū igit, cū hoiem definio, cū equū, & bouem generabile animal, & mortale dicam, quæ cōia sunt, proprietatem vero singulorum addā: sic quoq; accidentia singula definientes, substantiam corporatam dicant triplici contentam spatio cum renitentia. Hæc à Stoicis chare Pindare solui dignum puta, non alios secum vnà trahere, vt ijsdem erroribus implicitos, sed accusationes demolientes: non enim est falsarum opinionum cōtratradictio, ipsa communicatio ad amicos, sed solutio.

GAL. DE LIBRIS PROPRIIS LIBER,

A Ioanne Fichardo Francofordiano aliàs latinitate donatus, nunc vero ad Græci fidem exemplaris emendatior, multis in locis ab Augustino Gadaldino redditus.

PROOEMIVM.

Quid eum ad hanc scriptionem impulerit, & de libris ei falso attributis, & de Indice suorum commutato.

QVod mihi de conscribendo librorum à me editorum commentariolo consilium optime Basse dederas, re ipsa nuper, q̃ cõmodum esset, comperi. Nam, cum forte in Sandalario (vbi multa sunt Romana bibliopolia) essemus, disceptãtes aliquos de libello quodam tũ vẽdito, meus'ne esset ille, an alterius cuiusdam, ipsi vidimus: erat enim inscriptus, Galenus medicus. Emente igitur, tanq̃ meum, aliquo, commotus noua eius inscriptione vir quidam literatus, cupiebat libelli argumentum cognoscere. Priores aũt duos versus cum percurrisset, abiecit statim, hoc solũ addens, hanc dictionem non esse Galeni, & falso librum illum inscriptum fuisse. Is vero, qui tum hæc dicebat, primas illas disciplinas, qbus G Grecorum pueri ab initio apud grammaticos, & rhetoras instituebantur, probe doctus erat. Verum pleriq; nostro hoc seculo, qui medicinam, aut philosophiam ambiunt, ante, q̃ recte legere etiã possunt, eos doctores frequentant, qui maxima illa, pulcherrima q; rerum humanarum theoremata, quæ docet philosophia, & medicina, profitẽtur. Et hęc quidẽ negligẽtia iam multis retro annis, me dum adolescente inceperat: verũ eò nõdum euaserat tum tẽporis, neq; tñ, quantum nunc, inualuerat. Hanc igitur ob rem, & q̃m libros meos multi multifariam læserunt, tanq̃ ipsorum proprios alij in alijs gentibus legentes, quædam tum demendo, tum addendo, tum immutando, consultum mihi visum est eam prius causam, quam propter illi hactenus corrupti sunt, & deinceps q mei rei vera sint libri, & quæ cuiusq; materia, exponere. Primum igitur, quæ causa sit, q mea pro suis non nulli agnoscant, ipse iam ante optime Basse nosti. Illa etenim cum non edendi gratia, verum propter amicos, aut discipulos, eorũ, quę à me audierant, aliquod cõmentariolum efflagitantes, scripta essent, absq; titulis data sunt: qui vero post illorum obitum ea habuerunt, cũ ipsis placerent, vt sua legerunt. Alij, quibus nostra ab ijs, qui habebant, communicata essent, in patriam profecti, morati q;, titulos alius aliter, fecerunt: postea oĩbus temporis spatio deprehensis multi eorũ, qui ea iterum habuere, meum illis nomen inscripserunt: &, q̃m inueniebant cum ijs, quæ ẽt apud H alios extabãt, exẽplaribus discordare, ad me, quò ipse emendarẽ, miserunt. Cũ igit' ea (vt dixi) non ad editionem publicam, verum eorum, à quibus rogabar, & captum, & vsum à me scripta essent, par est in alijs productam, in alijs vero contractam interpretationem fuisse, ipsam q; præceptorũ doctrinã aut perfectam esse, aut mutilatam. Quapropter manifestum est in ijs, quæ prædictis scripta sunt, neq; absolutã, neq; exactã doctrinã cõtineri: q̃nquidẽ illi, quibus ea destinabantur, neq; rogãbãt, neq; poterãt exacte omnia percipere, ante q̃ habitũ in necessarijs essent adepti. Eorũ igitur, qui ante me fuerunt, quidam huiusmodi libros [a] Subfigurationes inscripserũt: queadmodum alij [b] Subformulas, alij [c] Introductoria, alij [d] Cõpẽdia, alij deniq; [e] Enarrationes inscripserũt. Ego vero, cum eos discipulis tantum darem, nihil istorum inscripseram. Quamobrem, cũ ad plures deinceps peruenissent, alius aliũ his titulũ indidit. Eos igitur libros, qui corrigendi gratia mihi transmissi à quibusdam fuerant, visum est Introducendis inscribere. Quare de ijs prius dicere instituã.

* theorematũ.

A * ὑποτυπώσεις.

B * ὑποκραφάς.

C * εἰσαγωγὰς

D συνόψεις.

E * ὑφηγέισεις

De ijs commentarijs, qui Romæ prima profectione scripti sunt. CAP. I.

EGo igitur omnium eorum commentariorum, quos quidem vel iuuenibus hæc primum studia ingredientibus dicaueram, vel amicis quibusdam eos exigentibus dederã, nullum prorsus apud me exemplar retinueram. Postea vero, cum secundo Romam venissem, istis ad me, vt dixi, emendandi

A emendandi causa missis, eos forte recuperaui: titulumq; his, Introducendis, imposui. Inscripsi igitur librum De sectis ad eos, qui introducuntur, qui quidem ijs, quotquot ad huius artis medicæ cognitionem contendunt, primus est omnium perlegendus. Illo etenim eæ, quæ secundum genera sunt, sectarum inter se differentiæ traduntur. Secundum genera dixi, quod sunt priuato etiam suæ ipsis differentię, in quibus deinceps iam introducti plenius instituuntur. Trium vero sectarum nomina nemo nunc ferè ignorat, vnam videlicet Dogmaticam, siue Logicam: alteram aũt Empiricam: tertiam Methodicã nominari. Quę igitur propria cuiusq; sint, quæq; earum inter se differentia, libro à me isto tractatum est. Similiter autem & liber De ossibus, liberq; De pulsibus, Introducendis à me est dicatus. Amico præterea cuidam Platonico, sub hanc profectionem libros Isagogicos duos: alterum De arteriarum, & venarum: alterum De neruorum dissectione dedimus: Et alij cuidam Institutionis Empiricæ subfigurationem. Quorum ego quidem nullum apud me seruauerã: sed postea, q̃ Romam redijssem, ab ijs, qui forte habebant, accepi. Ex alijs tamen quibusdam, quæ amicis tunc scripseram, non nulla apud me exemplaria remanserunt, quòd diligẽter aliquando illa absoluere statuissem. Quo ex numero sunt, De causis respirationis libri duo: Et libri De voce, quatuor, dedicati consulari cuidam viro, Boetho nomine, Aristotelicam philosophiã B sectanti. Eidem quoq; libros De Anatomia Hippocratis: & deinde ẽt libros De Anatomia Erasistrati nuncupauimus, quos propter Martiálem (cuius in Anatomicis duo libri etiam nũc apud plerosq; extant, qui eo tempore magnopere probati erant) ambitiosius aliquanto scripseramus. Erat aũt vir ille sanè inuidus, contentiosusq; in primis, quanq̃ annos iam vltra septuaginta natus esset. Quare, cum audiuisset ea, quæ anatomica proposita materia dixeram, docueram'q; publice, ab ijs omnibus, qui ea assecuti essent, summis laudibus extolli, cœpit homo meorum amicorũ quẽdam interrogare, cuius'nam ipsæ sectæ essem. Audiens vero seruos me istos, quicunq; vel Hippocraticos, vel Praxagoreos, vel ex alio quocunq; tandem viro se nominarent, appellare solitum, eligere aũt ex singulis, quæ præstãtissima essent, consueuisse, quęrebat deinceps, quẽ igitur veterum potissimum commendarem. *Hic desunt quædam.* Erasistratum vero & in his, & in alijs artis Medicę locis virum admirandum iudicabat. Propter eum igitur ardentius aliquanto sex illos De Hippocratis, & alios De Erasistrati Anatomia tres libros conscripsi. Cũ porrò etiam perorarem aliquãdo in veterum Medicorum libros publice, proposuissem'q; mihi librũ Erasistrati De eductione sanguinis, graphio tum, vt moris est, in eam quæstionem incumbente, citante'q; eam eius libri partem, qua phlebotomiam reijcit, vehementius adhuc in illum dixi, quo C magis vreretur Martialis, Erasistrateus esse volẽs. Ea autem oratio mea cum satis tum placuisset, rogauit amicus me quidam, & is Martiali infensus, vt, quæ dicta erant, ei, quem ipse missurus ad me esset, notulis ad celeritatem scribere exercitatum, recitarem: vt, siquãdo ex Vrbe domum proficiscerer, obijcere ea Martiali in mòrborũ * inspectionibus posset. Post hæc vero, cum ipse Romam ab Imperatoribus aduocatus, secũdo venissem, ille qui acceperat, nescio quo pacto, mortuus erat. Liber autem iuxta ambitionem temporis illius, quo publice dicebam, scriptus (etenim iuuenis eram, cum hæc facerem, annum agens trigesimum quartum) apud quamplures erat. Ex eo tamen tempore & docere publice, & monstrare desii, cũ ægrorum curatio fęlicius, q̃ optassem, succederet. Cum enim tot ęmulos viderem, qui, siquis medicus alius laudaretur, inuiderent, mox'q; illum Logiatron exclamarent, vt inuidam istorum linguam declinarem, deinceps nec apud eos, quos curabam, plus, q̃ erat necesse, prosabar: nec in cõgressu, velut antea, docebã, aut quicq̃ ostentabam, † ipsis de cætero factis qualem in hac disciplina facultatem consecutus essem, delaraturus. Tribus vero præterea annis Romę cum essem versatus, ingruente magna peste, confestim vrbe excedens in patriam properaui. *Desunt hic pauca.* In eo autem tempore libros De Hippocratis Platonis'q; placitis sex, adhortante Boetho, scripsi. Et De vsu preterea par D tium vnum, qui prior est. Quibus Boethus acceptis, & ipse ex vrbe profectus est, verum prior me Syriam Palæstinam tum prouinciam obiturus, in qua postea & mortuus est. Verum longo post tempore opus vtrunq; multis subinde negocijs intercurrentibus, post reditum meum in patriam, quæ mox commemorabo, absolui.

Al. Martianum & sic inferius.

* *ęgrotãtium.*

† *Clarius sed per opera artis diuinauat, qualem habitũ in ipsius theorematibus consequutus essem, declarabam.*

Quinam libri à me conscripti, postea q; mihi ad patriam è Roma proficiscenti, ab amicis traditi. CAP. 2.

PRofectus itaq; sum è Roma in patriam completo iam mihi septimo & trigesimo ætatis anno. Tres aũt libri à me scripti ante, q̃ Smyrnã ex Pergamo, Pelopis medici, & Albini Platonici gratia, ꝓficiscerer, a quibusdam mihi redditi sunt. Erat vero vnus De matricis dissectione, perparuus quidem ille: alter De cognoscendis oculorum morbis, & is paruus: tertius autem iustæ magnitudinis, De experientia medica. Quorum primus datus est, Obstetrici cuidam: Secundus adolescenti oculos curanti: Postremus autem ex ea disputatione, quam Pelops cum Philippo Empirico habuerat, illo quidem asserente medicinam per solam experientiam consistere non posse, hoc autem contendente posse, desumptus erat. Eorum igitur vltro citro'que habitas orationes cum in ordinem redegissem, mei tantum exercitandi gratia conscripseram: verum nescio, quo modo & ille ignorante planè mę ad alios deuenerit. Præterea tres etiam alios libros in-

terim, dum Smyrnæ agerem, composui: De pulmonis videlicet & thoracis motu: condiscipulo E gratificaturus, qui secundum illos anatomicam facere quandam demonstrationem, paulo post in patriam abiturus, cupiebat. Demortuo itaque interim adolescente, libri apud quosdam, sed qui meos tamen suspicarentur eos esse, fuerunt: & deprehensus quidam est, qui procemium his, quoddam præfixerit, deinde tanquam proprios legeret. In prædictorum autem librorum tertio mea quoque non nulla, quæ ipse adinueneram, ad finem ascripsi: nam, quæ tribus istis tractaueram, præceptoris mei Pelopis (apud quem Smyrnæ versans, eos conscribebam) dogmata erant. *Desunt Paucula.* Post eam igitur è Roma profectionem cum tandem in patriam peruenissem, illic consIdens, cum familiaribus versabar. Verum breui post tempore, ex Aquilia mihi literæ ab Imperatoribus missę perferuntur, quibus illi me reuocabant: statuerāt enim ex hybernis expeditionem contra Germanos facere. Hac igitur necessitate compulsus, redibam: sperans tamen interea posse excusationem me aliquam nancisci. Alterum nanque, qui senior erat, virum modestum, ęquum, facilem, & humanum esse perceperam. Is autem primo quidem Verus vocabatur: sed postquam Antoninus (ille, qui proxime post Adrianum imperauit) successorem sibi eum in principatu constituisset, socium hic sibi, antea Lucium dictum, asciuit, & eum quidem Verum, se autem Antoninum transnominauit. Cæterū ipse Aquiliam cum F peruenissem, pestis, quantum antea nūquam, grassari cœpit. Vnde Imperatores statim Romam cum paucis militibus fugere coacti: nos vero cum multis longo vix tempore euasimus, absumptis plerisq;, non tam ob pestis vehementiam, q̄ꝑ media hyeme malum id sæuiret. In itinere autem è viuis cum excessisset Lucius, Romam deportatus ab Antonino, funeratusq; est. Et post hęc susceptam aduersus Germanos militiam vrgens, omnibus modis me secum abducere laborabat. Persuasus autem ille, vt dimitterer, cum ex me audiuisset, diuersa deum patrium Æsculapium (cuius me esse cultorem asserebam, ex quo is mortali me apostemate laborantem seruauerat) iubere, reueritus deum, expectare me reditum suum iussit, sperans breui post tempore bellum se illud confecturum. Et sic ipse profectus est, relicto filio Commodo, ætate tum admodum puero, omni cura illius salutem nutritoribus tuendam mandans: si q; forte in aduersam valetudinem incideret, vt me ad eius curationem accerserent. Interea autem temporis, quæ vel à præceptoribus meis didiceram, vel ipse inueneram, collegi, & in habitum constantiorem redegi: ac siquid non nullis quęrendis circa eorum inuentionem habebam, conscripsi, studiose me ipsum in varijs tum medicinæ, tum philosophiæ quæstionibus exercens: quæ pleraque in magno illo templi Pacis incēdio, cum alijs multis perierunt & conflagrarunt. Cum vero præter omnem spem isti expeditioni diutius G immoraretur Antoninus, omne illud tempus ad pulcherrimam mihi exercitationem cessit. Vnde & tractatum De vsu partium, septemdecim libris compleui. Et reliqua libris De Hippocratis & Platonis dogmatibus adiunxi. Quædam etiam Anatomicorum theorematum, quę olim Boetho dederam, De vsu videlicet partium librum primum, amplius inquirens, in secundo insuper musculos cuiusque digiti articulos mouentes, à me inuentos, exposui, qui omnes ignorati diu fuerunt, velut vniuersis, qui ante me extiterunt. Distuli autem in opere illo, de motibus superiorum superciliorum dicere, solum hoc in eo rursus demonstrato, falso eos motus à quibusdam hactenus esse traditos. Quare, cum mihi ipsi primum, & deinde alijs, quibus hæc commonstrabam, & hos motus, & alia, quæcunque in Anatomijs aut perperam à prioribus asserta, aut omnino fuerant omissa, inuenisse me persuasissem, tunc iam & anatomicas administrationes perscripsi. Cum vero libri De vsu partium prius, quàm hi ederentur, ad plurimos iam peruenissent, diligenter q; medicis ferè omnibus, quotquot veteri medicinæ studebant, tum philosophis Aristotelicis legerentur, posteaq; & illius talis quidam tractatus extabat, cœperunt mox maleuoli quidam, inuidia stimulante, flagitiosis implere vrbem rumoribus, me esse, qui, cum studeam videri q̄ꝑ plurimum veteres exuperasse, multa, quæ omnino non appareant, inuexerim, in q; Anatomicis meis H scripserim: neq; enim latere ea omnes posse. Ego vero ridebam quidem illos, cōtemnebam'que: cæterum amici rei indignitate commoti, me adhortari, vt in aliquo magno auditorio veritatem meorum in Anatomicis theorematibus scriptorum, publice assererem. Postquam autem persuaderi me non posse æmuli sensissent, (iam enim eius gloriæ cōtemptum prę me ferebam) spem illi concipiebant veluti timidum me reprehendendi, qui quanquam eorum nugas non parui facerem, magnanimitatem tamen quandam simularem: nec scommatum finis erat: & quotidie in templum Pacis, quemadmodum & ante incendium congregari solebant, quicunque artibus logicis erant dediti, conueniebant. Tandem igitur ab amicis compulsus, publice multis diebus demonstrare cœpi me quidem nusquam falsa tradidisse: prioribus vero multa non satis comperta fuisse. Eorundem porrò hortatu commentarios tum scripsi demonstratorum & dictorum, titulum habentes, De ignoratis Lyco in Anatomijs. Hanc igitur ob causam, cum demonstraturus nihil tradidisse me in commentarijs meis Anatomicis falsi, processissem, in medium omnium Anatomicorum libros proposui, liberum vnicuiq; præsentium faciens, quam vellet partem dissecandam proponere, me'que mox ostensurum, quantum cum priorum sententia, meorum scriptorum veritas pugnaret. Proposito igitur thorace, cum ipse à vetustissimis facerem exordium,

eorum q;

A eorum q; libros in manus sumerem, rogauerunt me insignium medicorum quidam, in isto consessu sedentes, ne inaniter tempus consumerem. Cæterum, quoniam quidem Lycus Macedo, Quinti in Anatomicis omnium expertissimi quondam discipulus ea, quæ ad suam vsque ætatem inuenta fuissent, omnia conscripsisset, volebant, vt aliis dimissis, illius tantum scripta meis conferrem. Eorum igitur petitioni morem gerens, ita in singulis quoquo die propositis feci. Hęc autem omnia propterea necesse habui commemorare, vt cognoscant illi, qui sunt aliquãdo libros meos lecturi, qua ætate quosq; scripserim, & quam ob causam. Inde enim intelligere poterunt, quæ sint tanquam imperfecta, ab iis, quę elaborate absoluta sunt, discernenda: & quæ in arrogantium confutationem, quæ'que rursus ad institutionem sunt scripta, dignoscere. Quòd porrò in sequentibus etiam, sicubi res postulabit, indicabo. Nunc vero ad libros à me editos, qui extant, recensendos pergam, initio ab Anatomicis sumpto,

De Anatomicis libris. CAP. 3.

EX hoc primum numero iste liber est, quem, De ossibus Introducẽdis scripsimus. Post eum vero alij libri, itidem Introducendis inscripti: vt est ille, De venarum, & arteriarum sectione: & alter, De neruorum anotomia. Est præterea liber alius, De musculorum sectione: qui quidem B exacte compendio tradit omnia, quæ in Anatomicis administrationibus de musculis scripta sunt. Quòd si quis perlecto De ossibus libro, protinus Anatomicas aggredi administrationes cupiat, poterit quidem ille Libros de vasorum, neruorum'q; dissectione pręterire: quemadmodum & eum, qui De musculis est scriptus. Sunt enim vniuersa in admistrationibus scripta. In horum autem librorum Primo, De manuum musculis & ligamentis: Altero, De crurum musculis & ligamentis: Tertio, De artuum neruis & vasis: Quarto, De musculis genas, & labra mouentibus, & iis, qui sunt circa inferiorem maxillam: præterea etiam de his, qui caput, collum, & scapulas mouẽt: Quinto, De musculis thoracis, epigastrij, lumborũ, & spinalibus: Sexto, De organis nutritiuis, qualia sunt intestina, venter, hepar, lien, renes, vesica, & quæ sunt huiusmodi alia: Septimo, & Octauo, De partium spiritualium anatomia: illo quidem de iis partibus, quę cordi, pulmoni, & arteriis tam mortuorum, q̃ viuorum adiacent: hoc autem, quę circa vniuersum pectus sunt, tractatur. Nono porrò libro cerebri, & spinalis medullę continetur anatome: Decimo oculorum, linguæ, stomachi, & confinium partium: Vndecimo eorum, quę ad laryngem spectãt, & os hyoides vocatum, & quę iis continuantur: præterea neruis ad ea peruenientibus: Duodecimo arteriarum, & venarum: Tredecimo neruorum ex cerebro descendentium: Quartodecimo neruorum C à medulla spinæ deuenientium: Quintodecimo tandem genitalium partium anatomia continetur. Et hæc quidem sunt, quæ ad Anatomicam theoriam sunt necessaria. Pręter autem hęc necessaria, alia quoq; sunt, vtilia quidem & hęc, vt ea, quæ, cum Marinus viginti anatomicorum libris conscripsisset, nos postea Epitomate quatuor librorum (quemadmodum & Lyci omnium duobus) complexi sumus. Subijciam vero hic singulorum librorum summam, ac primo eorum, quos in primo nostro Epitomatum commentario, in quo priores anatomici Marini libri in compendium rediguntur, perstrinximus. Eorum igitur sex priorum Primo totius theoriæ præfatio: inde De cute, De pilis: postea De vnguibus, & carnibus, De adipe, & pinguedine, continetur. In secundo, De glãdulis, [a] pelliculis, mẽbranosis tunicis, {nempe} peritoneo, & succingente, & diaphragmate commentatur. In tertio porrò, De contemplabilibus ratione vasis, venis, arteriis, earum'que anatomia: & Num naturaliter in arteriis sanguis cõtineatur. In quarto, quę sit arteriarũ operatio, quis vsus, vnde proueniant, &, quæ alia circa eas quæri solent, exequitur. Deinceps autem tractat De vreteribus, & vrinariis meatibus, & vracho {hoc est eo, ex quo hęret, pendet q; fœtus ad vmbilicum} & vasis seminariis. De humorũ biliosorum vasis, & meatibus. De glandulis. De eo, quod à glandulis est, vase. De [b] gutture. De vasis mãmarum, quibus lac continetur. De iis, quę fusa sunt D per corpus, vasis'que contenta, & qui humorum, atq; chymorũ, quibus vasis contineantur. De alimento. In Quinto, De his, quę sunt in capite tum aliis, tum de suturis. De faciei suturis, & [c] iuncturis, ac oĩbus capitis ossibus. De capitis & faciei foraminibus. De inferiore mandibula, & eius foraminibus, & Num habeat iuncturã. De dentibus. De capiti [d] gutturis adiacente osse, quę'q; iuxta sunt, & locũ circa tonsillas occupant. In Sexto scribit De [e] testiculis, & Osse sacro, et Vertebro coxarũ, & Latere, [f] Pectore, & Scapulis, & [g] Humeris, & Iugulis, & Brachio, & Cubito, & Radio, & Ossibus brachialis, & digitorum, & Femore: & Chartilaginosis ossibus ab vtraq; genu parte. In Secũdo aũt nostrorum cõmentariorũ, quod Anatomicæ Marini contẽplationis cõpendiũ est, Septimum, Octauũ, Nonum, & Decimum Marini librorum sumus complexi. Capita vero libri Septimi hæc sunt. De caluæ cum meningibus, aliis q; mẽbranis cõmunione. De totius faciei neruis, De temporalibus, & mãducatoriis musculis. Item de iis, qui suprà maxillas, & labia existunt. Item de cauernarũ, in qbus dentes infixi sunt, malarũ'q; musculis. Itẽ de interioribus inferioris malę musculis. Itẽ De malę inferiori circũiacẽtibus musculis seorsim. † [h] De musculis nasi ✱ De musculis iuxta linguã. De lingua eius'q; musculis. De oculorum musculis. In Octauo aũt Marini libro hęc capita continent. De Ore, & de Labris, & Dẽtibus, & Gingiuis, & Columella, & [i] Gula, & [k] Linguã, & [l] Tonsillis, & Antiadibus, & [m] Naso, & [n] Naribus, Auribus, & Collo, & Musculis, qui in

A* ὑμένων.
B* βρόγχου.
C* συμφύσεων.
D* βρόγχου.
E* ὀσχέος.
F* στέρνων.
G* ἀκρωμίων.
H † Al. vertunt. De naribus, & musculisq circa earũ alas sunt.
I* φαρυγγέθρου.
K* ἐπιγλωττίδος.
L παρισθμίων.
M* ῥινός.
N* μυκτήρων.

ipſo ſunt, & Muſculo qui ſub latus eſt, {&} qui ſub ventrē eſt, & de Colli natura. In Nono libro, E De muſculis, [a] † qui circa ſeptum pectorale, } ſpinam, meſopleuria, [b] † & partem, quę eſt ſupra vmbilicum } ſunt. Pręterea De muſculis brachij, ſcapulæ, cubiti, extremæ'q; manus tractat. In Decimo vero, De cubito, & eius muſculis, cruribus'que, & eorum muſculis. De articulo, qui in genu eſt. In tertio porrò Epitomatum meorum libro Vndecimus, Duodecimus, Tredecimus Marini liber includitur. Quæ igitur in Vndecimo ſcribit, hæc ſunt. Num feratur ex dorſo humiditas aliqua ad pulmonem. An ſpiritus per inſpirationem, & eſum in ventrem attrahatur. Deinde De ſtomacho. De [c] gutture. De pulmone, & corde. De thymo circa cor. In Duodecimo aūt operis ſui libro Marinus tractat, De hepate, & eius bile. De ſplene, et vētre, & meſenterio. In Decimo tertio, De prim'is inteſtinis. De renibus, vretere, veſica, vracho, meatu vrinali. Inde De virga virili, pudendo'que maris, & fœminæ. De matrice, & ijs, quæ in ea geſtatur. De teſticulis, quos Didymos appellat. Deniq; de glanduloſis tractat. In Decimoquarto, anatomiam omnium, quæ ſupra hepar ſunt, venarum aperit. In Quintodecimo venam, quæ à corde [d] † ad reliqua } fertur, & eas oēs, quæ ſubter diaphragma, &, quæ in toto corpore ſunt, arterias indicat. Quarta deniq; Epitomatum pars reliquos Marini quinque libros, à quindecim videlicet ad viginti cōtinet. In Decimoſexto igitur, De cerebro quæſtiones, & apparentia, vt an pulſatilis in ipſo motus, & Num F ſpiritus, quem trahimus, ad id perueniat, exequitur: & deinceps, De ſpinali medulla, & [e] pelliculis cerebri. In Decimoſeptimo, De [f] dominatrice vi cerebri differit. In Decimooctauo, De motu [g] animali: Tum ſingulorum neruorum differentijs: & vnde quidam eorum emanent, docet. In Decimonono libro, De neruis, [h] † deſtillationibus'que ex cerebro prouenientibus: } & vnde incipiat [i] ſenſibilitas eius: & De oculorum neruis, quos Herophilus, & Eudemus poros vocant, ſcribit. * * *

Libri Diagnoſtici. *CAP.*

Præterea libri De morborum, & Symptomatum differentia ſunt. Sequitur autem librum De morborum differētia, liber alter, De cauſis morborum: quemadmodum & alterum De Symptomatum differentia, Tres de Symptomatum cauſis libri ſequuntur. Poſt hos libri ſunt De locis affectis. Et liber de temporibus morborum: qui ex illis eſt, qui Therapeuticā materiam præcedunt. Et liber De febrium differētia. Liber item De plenitudine. Et ille De præter naturam tumoribus. Præterea liber De cauſis [k] † morborum antegreſſis: } & liber De cauſis [l] † morborum continentibus. } Et liber De tremore, rigore, palpitatione, & conuulſione. Et tandem ille, qui inſcribitur, Ars Medica. G

Libri Therapeutici. *CAP.* 4.

QVatuordecim porrò libri, De Methodo curandi mihi ſcripti ſunt. Duos præterea eiuſdem generis ad Glauconem, & tres De phlebotomia compoſui, Primum quidem contra Eraſiſtratum: Alterum contra eos, qui Romæ ſunt, Eraſiſtrateos. Tertium vero, quo meam de curandi ratione ſententiam ſuperintuli. Extat etiam liber quidam meus Therapeuticus & ipſe, De tabe inſcriptus. Conſcripſi quoque amico cuidam meo libellum, cuius nuper, poſtquam ad multorum manus perueniſſet, antigraphum recepi: titulum autem habet, Conſilium puero comitiali morbo laboranti datum: quare Therapeuticis adſcribo. In quorum quidem numerum & tres illos, De alimentorum facultatibus libros: & librum, De attenuante diæta: & alium, De boni, mali'que ſucci cibis non inepte quis referet. In hoc autem Therapeutico negocio nihil recenſitis inferiores etiam iſti ſunt: [m] † quos, De curandi ratione ſecundum Eraſiſtratum ſcripſimus: & duo illi, quos Glauconi Philoſopho dicauimus. In hunc ordinem ponere quis & eum poteſt, quē, De Hippocratis in morbis acutis diæta edidi: poterit ſanè idem poni & cum ijs commentarijs, quos in Hippocratem ſcripſimus: in quibus quam plurima therapeutica theoremata continentur, quemadmodum etiam diagnoſtica, & prognoſtica. H

Libri Prognoſtici. *CAP.* 5.

PRimum quidem in hoc genere tres libri, De iudicialibus diebus extant. Et rurſus tres, De Criſibus. Deinde tractatus, De pulſibus: in quo Primum quidem, De eorum differentijs libri quatuor ſunt: quos Secundo ſequuntur, De pulſuum dignotione libri totidem: & Tertio libri, De cauſis eorum, numero illis ſuperioribus pares: & Quarto, De Præſagijs ex his ſumendis. Qui ſunt in vniuerſum ſedecim. Præter vero hos ſeorſim introducendis ſcriptus, De vſu pulſuum liber habetur. In quo, cum non nulli quæſiuiſſent, quæ'nam eſſet cauſa, quo'd febricitantium pulſus non proprio notaretur nomine, reſpondimus ijs, maiorem eſſe hanc, altioris'que inueſtigationis quæſtionem, quàm quæ illuc ad introducendos faceret. Et hæc quidem in libri huius initio nobis dicta ſunt. Duas vero medicis eſſe opiniones ibidem oſtendimus. Alteram nempe quorundam talem, vt arbitrentur etiam arteriarum ſyſtolen ſentiri poſſe: alteram vero eorum, qui inſenſibilem illam aſſerant. Nobis autem conſultius viſum eſt eos, qui introducuntur: [n] † facilioribus primum exerceri, quare ad priorem tum partem nos acceſſimus, & inſenſibilem eſſe huiuſmodi ſyſtolen aſſeruimus, febris'que nullum eſſe in pulſibus proprium indicium. Iuxta alteram vero ſectam, in magno illo ſedecim librorum opere, oſtenſum nobis eſt

indicium

A * τῶν κατὰ τὰς φρένας.
B καὶ τὸ ἐπιγάστριον.
C * βρόγχου.
D † ἐπὶ ἥπατος, i. iecur.
E * μηνίγγων. quæ dicitio cum tā de ſpinalis medullæ, quàm de cerebri inuolucris poßit itelligi, magis conſonum eſt, vt de ſpinalis medullæ inuolucris intelligatur hoc loco.
F * κυριότητος.
G * κατὰ προαίρεσιν.
H † ῥύσεων in impreſſis, [illegible] in manuſcrip. ſed forte ὀσφρήσεως, i. odoratui, ut aliq etiā recte opinati ſunt.
I * αἰσθητήριον, i. ſenſorium.
K † προκαταρκτικῶν.
L † συνεκτικῶν.
M † Al. libri quinq; à Eraſiſtrati therapeuticis ratiocinationibus, quos Glauconi philoſopho dedimus. Vide infra ca. 7.
N † clarius ſere ad [illegible]. in facilioribus prius exerceri, ī qua [illegible] aſſerit ſyſtole, iuxta aūt hanc ſe[ctam] nos perinā [illegible], febris indicium &c.

A indicium febris proprium. Sed has quæstiones illi mouent, qui absq; præceptoribus discunt, similes, iuxta parœmiam, ex libro gubernatoribus. Mihi vero satis est expositum aliam esse eorũ, qui introducuntur primum, & aliam rursus omnino diuersam eorum, qui omnia perfecte edocentur, institutionem. Porrò quoq; libellum quendam vnum sedecim supradictorum librorum compendium, scripsi. Et præter hos omnes, octo libros Archigenis de pulsibus tractationis explicationem, & vsum complectentes, edidi. In hunc ordinem & tres illos De difficili respiratione non absurde quis retulerit.

** Librum, & est vnus ... nuper impressa.*

De libris commentariorum in Hippocratem. CAP. 6.

NEque aliorum meorum, quos amicis dederam, librorum quemquam ad plures peruenturũ sperabam, neque explanationes in Hippocratis libros, cõscriptas. Nam à principio quidem, ipsum me exercens, in istos quondam commentaria conscripseram. Quod idem & in vniuersa adeo medicinæ contemplatione circa vnamquanq; eius partem feci, mihi tantum libros quosdam parans, qui omnia Hippocratis in arte Medica, dogmata complecterentur, dilucidam'que & vndequaque absolutam institutionem continerent. Sic enim priuata mihi commentaria De Criticis diebus secundum Hippocratis sententiam, & similiter De Crisibus, De difficili respiratione, & B sic in alijs singulis composui. Item & curatiuam Methodum vniuersam eodem consilio libris quatuordecim (quantum ad omnia therapeutica pertinebat) complexus sum: atque id quidem iuxta viri illius sententiam. Extabant autem aliorum ante me complurium in singula Hippocratis dicta, non spernenda commentaria. In quibus, quę perperam scripta mihi videbantur, ociosum arbitrabar arguere. Ostendi vero hoc in ijs, quæ nuper adhortantibus dedi, raro quidquam dicens contra eorum interpretes. Ego etenim a principio nullos eorum commentarios Romæ habebam: cum libri mei in Asia essent omnes. Sicubi igitur meminissem, quod ab eorum aliquo dictum praue admodum esset, vt magnopere circa hanc artem exercendam lædatur, qui ei confiderit, id indicaui. Cętera autem omnia nullam aliter exponentium mentionem faciens meo ipsius iudicio dixi. Et hoc modo commentaria à me in Aphorismos in librum, De fracturis, & librum, De articulis, et in Prognostica, & librum, De ratione victus in morbis acutis, & librum, De vlceribus, & librum, De capitis vulneribus, priorem'que librum Epidemiarum, hoc est morborum passim grassantium, scripta sunt. Postea vero, cum forte commẽdantem quẽdam reprobam Aphorismi interpretationem audiuissem, cepi consilium reliqua mea omnia, quæ in aliquorum gratiam à me conscriberentur, ita temperare, vt publicam magis editionem, C quàm eorum tantum, qui ea accipiebant, captum respicerem. Sunt autem hæc, Commentaria in Secundum, Tertium, & Sextum Epidemiarum librum scripta. Præterea in librum De chymis, idest humoribus, De alimẽto, De prædictione, De natura hominis, [a] † De medico vulnerario: & in librum De locis, aere, aquis: quem ego De habitationibus, & aquis, & temporibus, & regionibus assero inscribendum esse. Feci igitur in Aphorismos commentariorum libros septem. In librum, De fracturis, tres. In librũ, De articulis, quatuor. In Prognostica, tres. In librum, De dięta in morbis acutis, tres quidem in eam partem, quæ citra controuersiam huius est: [b] duos vero [c] † in eã, quæ illi attribuitur.} In librum, De vlceribus, & illum De vulneribus cerebri, in vtrũq; libros singulos. Interpretationum porrò in Primum Epidemiarum libros tres scripsi, & totidem in Tertium, in Secundum autem sex, in Sextum octo, in librum vero, De chymis, commentarios tres, quemadmodum in Prognostica, & Medicum vulnerarium, & in librũ De locis, aere, aquis: quem ego, De habitationibus, & aquis, & temporibus, & regionibus inscribendum dixi. In librum autem, De alimento, libros quatuor composui. Tum in libros, De natura hominis, duos. Quibus iam absolutis, cum audiuissem calumniari quosdam hunc librum, tanquam adulterinum, commotus sum alios adhuc tres libros conscribere: qui huiusmodi habent inscriptionem, Quod Hippo- D cratem in alijs suis scriptis concordem habere sententiam cum eo, De hominis natura libro, appareat. Deniq; ad Hippocratem, & illi pertinent, De diæta in morbis acutis, secundum Hippocratẽ, similiter, & Expositio [d] † antiquarum apud eum dictionum, et liber contra Lycum, super Aphorismo, cuius initium est: Crescentia plurimum habent natiui caloris, item liber contra Iulianum Methodicum, de ijs, in quibus Hippocraticos Aphorismos reprehenderat. Ad Hippocratem & ille paruus liber faciet, in quo dissero Optimum medicum eundem esse & philosophum. Qui libellus & breuiori titulo sic inscriptus est. *

A † De ijs quæ in medicatrina fiunt. & ita vsi sumus.

*B * omnino est legendum, ... qui est quartus.*

C † εἰς τὰ προσκείμενα: in ea quæ adiecta sunt. frequens est hæc dictio in Galeno.

D † τῶν παρ' ἑαυτῷ γλωττῶν.

De libris ad Erasistratum pertinentibus. CAP. 7.

IN primum quidem Erasistrati, De febribus, commentarios tres scripsi. [e] † Quorum tertio. De febribus, præcipuæ commentationum therapeuticarum Erasistrati continentur. Ipse vero therapeuticus tractatus, De Erasistrati therapeuticis ratiocinationibus inscribitur, Quinq; autẽ cõmentarijs ille constat. Sunt pręterea, & De Anatomia Erasistrati, libri tres. Et De phlebotomia duo, vnus contra ipsum Erasistratum, & alter contra eos, qui Romæ sunt, Erasistrateos scriptus. Ad Erasistratum & ille liber pertinet, in quo quærimus, Num secundum naturam in arterijs sanguis contineatur, similiter & ille, De vsu respirationis, et tres, De naturalibus potentijs: qui iudicium omnium eorum, quæ ab Erasistrato in vniuersalibus sermonibus, de naturalibus operatio-

E † Ad verbum. Tertio vero ac ... prima therapeuticæ tractationis Erasistrati sunt commentaria.

nibus

nibus scripta sunt, continent. E

De libris, qui ad Asclepiadem spectant. CAP. 8.

OCto quidem de Asclepiadis dogmatibus inscripti: exiguus vero alius De essentia animæ secundum Asclepiadem, inscriptus.

De libris contra Empiricos scriptis. CAP. 9.

DE Isagoga Theodæ cõmentarij quinq;. De libris Menodoti Seuero, vndecim. De libris Serapionis contra Sectas, duo. Subfiguratio Empirica. De Medicinali experientia. De Empiricorum controuersijs, tres [a] † Contra obiecta ad controuersias Empiricorum: & Theodæ capita commentarij tres. In Librum Menodoti Seuero adhortatio ad [b] Medicinale [c] † compendium Heraclidarum. De empirica secta, libri septem.

De libris ad Methodicos pertinentibus. CAP. 10.

MEthodicæ sectæ, sex. Contra obiectiones Iuliani in Hippocratis Aphorismos.

De libris, qui ad Demonstrationes conducunt. CAP. 11.

POsteaq; oẽs mortales in quacunq; disceptatione, & sua se demonstraturos, & alios confutaturos promittere solere aĩaduertissem, nihil prius, neq; studiosius discendũ mihi Demõstratiua F theoria duxi [d] † Quare mox philosophos (nã illos docere eam audiebã, & si vlla alia Logicæ philosophiæ pars, hanc Demonstrationũ, quarũ desiderium alijs se implere posse profitebantur, esse iterum, atq; iterũ obseruandam tradere) rogabã, quænam esset Methodus, quã edoctus aliquis, tum alterius disputationes Apodicticas exacte dignoscere, vtrũ veræ sint illæ, vel in specie quidem, in star adulterinorum numorũ apparentes, sed ad veritatem collatæ prauæ, tũ ipse via quadam insistens, circa quodq; eorũ, q̃ inuestigari solent, ad inuentionẽ eius peruenire possit. Ob hæc autem, cum deinceps me & Stoicorũ, & Peripateticorũ, illis temporibus celeberrimis mancipassem, discebam quidem Logicorum theorematum alia multa, sed quæ postea considerans inutilia prorsus ad Apodixes inueni. Videbã enim inter illa, paucissimas eas esse quæstiones, quæ vtilitatem aliquam continerent, & ad potiundum proposito scopo cõferre possent: quinimmo & controuersa ab illis pleraq;, non nulla etiã naturali rationi pugnantia reperiebã. Quare profecto ad Pyrrhoniorũ ferè per præceptores, hæsitantiã & ipse recidissem, nisi Arithmeticæ, Geometriæ, [e] Dialecticæq; cognitione, quibus (ab auo etiã proauo q; desumptis) à patre iã ab initio institutus fuerã, retentus essem. Cũ vero mecum reputarẽ manifeste veras esse Eclipsiũ prædictiones, Horologiorum, Clepsydrarum q; instrumenta, quæ q; alia iuxta Architectonicen inueniuntur, satius arbitrabar typorũ Geo G metricorũ demonstratione vti: maxime cum eos etiam philosophos, qui Dialectices callentissimi habebantur, non inter se solũ, verũetiam sibi ipsis discordare viderem: quanquam ex æquo omnes Geometricas has apodixes cõmendarent. Vnde plenius etiã cognoui abstinendum esse ab illorũ dictis, sequendos vero characteres illos, & lineares demonstrationes. Discrepare quidem inter se dico in logica theoria philosophos, Peripateticos, & Stoicos, & Platonicos, à seipsis vero rursus quosq; priuatim in sua. Et parua quidẽ inter Peripateticos discordia est, magna vero apud Stoicos, & Platonicos. Qui igitur volent in linearibus istis demonstrationibus exerceri, consulo, vt in ijs ipsi primum se instituant, postea vero nostrũ legant De Demonstrationibus opus, quindecim libris expeditũ. Scripsi aũt & alia multa, meipsum exercitandi gratia: quorũ alia quidẽ in incendio illo, quo & tẽplum Pacis conflagrauit, perierunt: alia aũt amicis data, apud multos adhuc integra, quemadmodũ & reliqua nostra, extant. Eorum aũt, quæ scripsi, cõmentariorũ quædã ipse amicis dederam: quædã vero à domesticis furtim surrepta, & euulgata sunt, quæ deinceps ab alijs, q habebant, accepi. Quo qdẽ in numero sunt Tres illi in Aristotelis De Enunciatione librum, cõmentariorũ libri: & quatuor itẽ in Priorem De syllogismis: similiter & in Posteriorem, pari numero. In scribunt aũt hos oẽs ferè hodie Resolutoriorum priorum: quemadmodum illos de demonstratio H nibus, Resolutoriorũ posteriorũ. Ipse sanè Aristoteles illorum tanquam de Syllogismo, horũ aũt tanquam de Demonstratione sibi scriptorum meminit. In quos quidem vtrosq; & nostra extant commentaria, sex in [f] priores, quinq; in [g] posteriores. Horum igitur cõmentariorum nullũ ad editionem scripseram: quemadmodum neq; sex illos in Theophrasti librum, quem De affirmatione & negatione inscripsit. Commentaria quoq; in Librum Eudemi De dictione, antea alijs me rogitantibus, scripseram. In decem vero categorias ipse quidem commentationes nullas feci, neq; mihi, neq; alijs vnquã tale aliquod commentariolum paraui. Vnde, cum post aliquando rogaret à me amicus quispiam in eum librum ad earum disputationum solutionem Commentationes, vti tantum ijs iussi, quæ à præceptore fuerant istum in librum prælecta: aut omnino similibus, ex aliorum commentarijs, sicuti Adrasti & Aspasii erant. Cæterum & puer adhuc, cum sub patre institueret, is q; mihi post Logicam theoriam, Chrysippi & celebrium Stoicorum libros proposuisset, in illius tum syllogisticos libros commentaria conscripsi. Quæ ipsa quoq; postmodum apud multos fuere, Pergami cum alijs quibusdam lucubrationibus, quæ iuuenis scripseram, relicta: atq; per familiarem postea rogantibus quibusdam communicata. Quæ vero ipse post tractationem de demonstratione elaborata latius scripsi, cum in illis breuiter essent dicta, nominatim hæc sunt.

De requisitis

A † *Al. ex antiquis. cõtra ea quæ scripta sunt aduersus libros De controuersiis Empiricorum, & de Isagoge Theodæ, commentarij tres.*

B * *Medicinam.*

C † *Compendium Librorũ Heraclidis.*

D † Ad verbũ fere. Petijq; à philosophis, (nam illos docere eam audiebã) vt, si quid etiam aliud in logica pre philosophiæ docetur, eius partu rigine in aliud tempus seruarent, docentes prius sedare cupiditatem, quę circa demõstrationẽ est: quæ certe method[9] est, quã qui didicerit, tũ, dum alter dicit rõnẽ demõstratiuã, exq̃site cognoscet, vtrũ re vera ẽ eiusmodi, an (veluti numisma adulterinũ) probatæ quidem similis videatur, re vera tamen praua sit: tum ipse via quadam &c.

E * *Logisticæ.*

F * *priorem.*

G * *posteriorem.*

* *

A De requisitis ad Demonstrationes, liber vnus. De ijs propositionibus, quæ in dictione demōstrationū omittuntur, liber vnus. De æquipollētibus propositionibus, liber vnus. De demonstrationibus ꝑpter, quid, vnus. De numero syllogismorū, vnus. De Exēplo, libri duo. De Inductione, liber vnus. De Imagine, vnus De similitudine, libri tres. De ex hypothesi principijs, liber vnus. De generis, speciei, eorū q; cōiugatorū significatis ex propria voce, liber vnus. De Possibili. De ijs, quæ multipliciter dicuntur, libri tres. De ijs quæ in artibus cōmunia sunt, & ꝓpria. vnus. De euertentibus se ipsas orationibus, vnus. De contingentibus propositionibus, vnus. De syllogismis ex mistis propositionibus, vnus. Quo modo discernenda sit negocialis quæstio à nominis et significati quæstione, liber vnus. De Clitomacho, eiusq; demonstrationū solutionibus. De communi oratione, libri duo. De optimo docendi genere, † contra Phauorinum. Pro Epicteto cōtra Phauorinum, } vnus. De vsu syllogismorum. De vsu in theorematū, syllogismos, libri duo. De optima secta, liber vnus. De nominum rectitudine, libri tres. De eo quod est, vnumquodq; & vnū esse, & multa. Quòd ad opposita vnum & idem ex necessitate consequi impossibile sit, vnus. De demonstratiua secta, vnus.[a] † De vi, & contēplatione Logicæ, vnus. Dialogi ad philosophum, [b] † & liber alius ab eo, qui est } de communibus notitijs. Contra eos, qui omnem calumniandi B occasionem ex verbis aucupantur, liber vnus.

[c] † De ijs quæ propria & communia sunt in artibus. } CAP. 12.

DE artium cōstitutione, libri tres. De significatis generis, speciei, & his adiacentiū ex propria voce. Cōpendium Demonstratiuæ theoriæ, vnus. De discernendis dogmatum cōtrouersijs. Quòd separari à prima substantia quantitas non possit, liber vnus. De priore, vnus. De demōstratione per impossibile, vnus. De ijs, quę sui causa fiunt, vnus. De multipliciter dictis, duo. De nominis, & significatorum quæstione.

Quæstiones autem Moralis philosophiæ, quantum mihi videbatur, infrascriptis libris exposui. CAP. 13.

DE suis cuiq; passionibus, & vitijs dignoscendis curādis q;, libri duo. De moribus, quatuor. Cōtra Phauorinū pro Socrate, De indolētia, vnus. De fine philosophiæ, vnus. De cōgressu auditores ostētantiū, vnus. De [d] furtim legentibus, vnus. De pœnis, & peccatis exæquādis, vnus. De cōsolatione, vnus. De Diatriba in aula Menarchi, ad Bacchidem, & Cyrū, vnus. Quale genus cōgressionis obseruari debeat in Dialogis, vnus. Cōtra forēses rhetoras, vnus. De voluptate, & [e] labore, vnus. De ijs, q̄ vnūquodq; vitæ ꝓpositū cōsequuntur, vnus. Cōcionū cōtra sectas, vnus. De cōcordia, vnus. De pudore, duo libri. Cōcionū cōtra adulatores, duo. De Calūnia: C in quo, & de priuata vita tractat. Chronisci septē, in vno volumie. Cōcionū cōtra sectas habitarū sub Pertinace, vnus. Quatenus sit honor, & gloria apud vulgus ꝓsequēda. De testamētis cōdēdis.

De pertinentibus ad Platonicam philosophiam. CAP. 14.

DE secta Platonica, liber vnus. De medice dictis in Platonis Timæo, libri quatuor. Ad amicos, siue Plato, [f] † De ijs, qui suis tribuunt, libri tres. De Logica theoria secundū Platonē. Cōpendij dialogorū Platonis libri octo. De egressionibus, qbus in Philebo Plato vsus est, vnus. De animæ partibus, & potentijs, libri tres. Quòd animi mores temperaturas corporis sequantur, libri duo. Et alius quidam, qui aliter editus est. De Hippocratis & Platonis dogmatibus nouē.

De spectantibus ad Aristotelicam philosophiam. CAP. 15.

COmmentariorum in librum de Enunciatione, libri tres. [g] † In priora Analytica, libri sex: in posteriora, quinq;. } In decē prædicamenta, cōmentaria quatuor. In librum Theophrasti, De affirmatione, & negatione, commentaria sex. In librum quot quidq; modis dicatur, commentaria tria. In primū mouens immobile. In librum De dictione Eudemi, libri tres. De Demonstrationibus propter quid, vnus. De contingentibus propositionibus, & syllogismis, vnus. De syllogismis ex mistis propositionibus, vnus. De fallacijs, quæ in dictione consistunt.

D *De pertinentibus ad Stoicorum philosophiam.* CAP. 16.

DE Logica theoria secundum Chrysippū, libri tres. Chrysippi Syllogisticę primæ, libri tres: Secundæ, vnus. De Logica facultate & theoria, [h] septē. Quòd Geometricæ resolutiones præstantiores, quàm Stoicorum, liber vnus. De vsu theorematum in syllogismos, [i] vnus.

De spectantibus ad Epicuream philosophiam. CAP. 17.

DE fœlici, & beata vita s̄m Epicurum, libri duo. De voluptatis imbecillitate secundum Epicurū, duo. Quòd effectiua voluptatis imperfecte ab Epicuro sint expressa, vnus. De voluptuaria secta. Num Philologia morū studio cōferat, vnus. De illis, [k] qui Sophistis cōuersantur, vnus. Metrodori epistola ad Celsum Epicureum. Epistola Pudentiani Epicurei.

Quæ communia Grammaticis, & Rhetoribus. CAP. 18.

DE vocabulis Atticorū scriptorū, libri. xlviij. De Forensibus vocabulis apud Eupolidem, libri tres. De forensibus vocabulis apud Aristophanem, libri quinq;. De Forensibus vocabulis apud Cratinum, libri duo. De exemplis vocabulorum Comicis propriorum, vnus. Num vtilis ijs, qui erudiuntur, lectio veteris Comœdiæ. Contra illos, qui incessant solœcissantes voce, libri sex. Electus Atticorum, vnus. De perspicuitate & obscuritate. Num idem possit esse Criticus, & Grammaticus, liber vnus.

Galeni

* Eicote.
* λόγα.
† Al. contra Fauorinū pro Epicleto.
A † De logica facultate, & contemplatione, septem.
B † ἰδίως τῶ.
C † Quidam arbitrantur hæc esse in contextum reponenda. Video equidem in his quatuor, vel quinque libris trium librorum mentionem à Galeno fieri, quorū tamen in hac eadem pag. sub litera A meminerat.
D * λάθρα.
E * πόνῳ.
F † Al. De proprij opinionibus libri tres.
G † Sunt qui vertat: in priore priorū analyticorū, quatuor. in posteriorem, libri item quatuor. in priorem posteriorum analyticorum sex. in posteriorē quinque.
H * Al. vnus
I * Al. duo.
K † Al. quæ contra Sophistas sunt.
* Al septem.

GALENI DE ORDINE LIBRORVM SVORVM LIBER AD EVGENIANVM

A Ioanne Fichardo Francofordiano olim latinitate donatus, nunc vero ad græci exemplaris fidem ab Augustino Gadaldino aliquot in locis emendatus.

* ἐπαγγελία.

RECte tu quidem mi Eugeniane facis, qui Librum à me, ordinem cæterorum, qui scripti sunt mihi, librorum exponentem efflagitas. Illorum nanque omnium neq; scopus idem, neq; vis, neq; tractatio eadem est. F Etenim quosdam, vt nosti, amicis me id rogitantibus scripseram, eorũ solummodo captum coniiciens: quosdam vero tãtum Introducendis adolescentibus destinaueram. Mihi aũt neutrobi fuit interim proposi tum velle istos hominibus successiue, ac veluti per manus tradi, vt futu ris etiam ætatibus post meum obitum conseruarentur, q videbam nec eos admodũ, q in superioribus temporibus scripti fuerant, curæ multis esse. Admirantur enim nũc alij alios & medicorum, & philosophorũ, licet illi nec suã ipsorũ professionem, vllam'ue demonstrandi scientiam satis teneãt, aut falsos à veris discernere sermonibus nouerint: admirãtur tñ, vel q patres ipsis fuerint empirici, aut dogmatici, aut methodici: vel q præceptores, vel q amicos habeant: vel deniq; quod maioris eos in in vrbe gloriæ, & existimationis sectæ suæ nomine esse videant. Sicuti in philosophia quoque alius aliã ob causam sibi aliquam sectam eligit, Platonicis, aut Peripateticis, aut Stoicis, aut Epicureis sese adiungens. Et hoc tpe, ex quo successio etiam esse cœpit sectarũ, eam plerique profitentur, in qua fuerunt à pueris enutriti, maxime cum iam aliam vitæ formam, quam sequantur, habeant nullam. Quare, cũ ipse sic mihi persuasissem, ne quidẽ, si ipsas nunc musas librũ scribere contingeret, acce- G ptiorẽ multo futurum illum vel indoctissimi alicuius hominis scriptis, cupiebam sanè mearum lucubrationum nihil in vulgus editum. Quando vero apud multos iã illæ extabant, me inuito adeo, (quod quidem scis) si quid erat reliquum cõmentationum mearum, grauatim profecto amicis impertiebam. Compulsus itaq; sum propterea, vt librum De optima Secta conscriberem, non quidem qualem iam antea superiorum medicorum, philosophorumq; multi scripserant, suam nominatim sectam extollentes, laudibus q; vehentes, sed quo eam solam demonstrarem viam, qua quis insistens, optimam sectam vel ad medicinam, vel ad philosophiam, aut aliam quamcunq; artẽ constitueret. In eo vero libro dictum, demonstratum q; est mihi id, cuius paulo ante mentionem feci, Demonstrationum primum esse peritum illum debere, quicunque sectarum rectus esse iudex cupiat. Neq; tñ hoc vnum sufficit, sed & affectiones præterea, quatenus amant, aut oderunt sectas, cum exuere conuenit, ne, veluti multi, circa illas excæcetur. Qui ènim se positis his, vel iuxta demõstratiuam methodum inuestigabit veritatem, vel de aliorum dictis iudicabit, is demum solus eam, quæ est optima, sectam inueniet. Nosti vero & tu, quàm ex medicis, philosophis q; multi, cum demonstratiuam methodum nihil exercuisse coarguantur, in contrarias vias deflexerint, quibusdã ex his Apodixim omnino negantibus, quibusdam vero adeo concedentibus, quòd etiam natura H eam omnibus vsq; eo notam dicerent, vt neq; disciplina ad hanc, neque exercitatione opus habeamus. Quibus quis tandem respondere dignetur eò stuporis deuenientibus? Sed hic aliquis forte illorum (vt sunt plerique audacissimi, præsertim in ijs, quæ maxime ignorãt) mecum pugnabit, me'q maioris arguet audaciæ. Ne igitur audiam talia, apud'q; alios defendere me necesse habeam, statueram nihil velle librorum edere. Verum, cum illi, quos amicis destinaueram, ad plures iam peruenissent, cogebat sanè necessitas propter eosdem de optima quoque secta commentari. Eius autem tractationis causa in eo tum mihi libro satis dicta est. Hos igitur, siquis omnium primos legere voluerit, rectè, prudenter'que fecerit. Quòd si persuasus his ille ante, quàm ad disciplinam, iudicium'que sectarum omnium veniat, demonstrationum etiam peritus esse cupiat, habet De demonstratione tractationem à nobis descriptam. Ex qua ille, si non methodos solas percipiat, sed secundum eas etiam se in omni rerum sylua exerceat, veritatem inueniet. Quod fiet, si, & eius rei studiosus accedat, neque temeraria affectione sibi aliquam deligat eorum instar, qui in Equestribus ludis diuersorum colorum studio, citra rationem ducuntur. Idem vero hic, vbi, quos supra commemoraui, aggressus fuerit, absque negocio, quæ vel vere illis cognita, vel falso fuerint recepta, discernet. Quare nostrorum quidem librorum vnum hoc initium esse

A tiũ esse lectionis debet illis hominibus, qui & natura dociles, & alioqui veritatis sunt studiosi. Porrò autem citra hãc, si quis & nostram ipsorum vitam, & clara artis huius facta, q̃ forte apud ægrotos designarim, fuerit expertus, vt sit persuasus vel ex animi mei moribus, ꝙ neq; inuidia, neq; contentione, neq; temerario quodã amore, quo erga Sectam aliquã sim affectus, agi omnia, aut ex operibus deniq; meis circa hanc artem mihi elaboratis, vt dogmatũ veritati respondent, & preter Apodicticã illam contẽplationẽ, poterit sanè is libris nostris iuuari. Et quãquam id non per exactã rerũ cognitionem, (ista enim solis illis demonstrationibus paratur) per opinionem tñ rectam consequetur, qua de veteribus merito dictum est, † quorum acta nouimus, nihil moramur scientiam, licet ei legitimum illud, solidum q; absit. Leget igitur is illa primum omnium, quæ sunt introducendis scripta, librũ videlicet De Sectis, qui eo ẽt titulo est inscriptus, De Sectis pro Introducendis: et illum, De pulsibus pro Introducendis: Tertio, De ossibus librum, & ipsum Introducendis inscriptum: qui inter Anatomicos primus est. Qui vero totam anatomes notitiam sibi cõparare voluerit, is ante alios ad librum anatomicarum administrationum accedat: tradit enim is omnes in Anatomia apparentes particulas: cuiusq; magnitudinis, situs, formæ, cohærentiæ, coloris, & societatis ad inuicẽ sint, ostẽdit. Qui aũt in Anatomiarũ inspectionibus exercitatus fuerit, earũ deinceps B operationes discet, alias quidẽ Naturales, tribus à me libris expositas, & De potentijs naturalibus inscriptas: alias vero Aiales dictas, in alijs pluribus à me tractatas. Quas pcedit liber De Anatomia mortuorum. Hunc aũt duo sequuntur De sectione viuorum: et eos rursus alij duo De sectionis cõtrouersia. Post hos sunt tres illi De motu thoracis, & pulmonis. Duo itẽ De causis respirationis. ✱ Post quos etiã, libri quatuor De voce. Ex hoc genere sunt libri quoq; De motu musculorũ: et q̃ De vocabulis tradidi. Et vero, quæ De demonstratione elementorũ tradũtur, non oĩa sum in libro executus, sed quatenus ipse Hippocrates vsus fuerat. Quòd si quis absolutissimã elementorũ corporis nostri cognitionẽ requirat, legenda sunt illi, quæ in Decimotertio Demonstrationũ libro, & in qnto & sexto De Asclepiadis dogmatibus, à nobis exposita sunt. Præterea, quæ De purgãtium medicaminũ potentijs scripsimus. Disseruimus ẽt quedã in eo, quem De elemẽtis secundũ Hippocratem inscripsimus, cõmẽtario. Seorsim deniq; in alio quodã libello ea de re tractauimus. Post librum vero De elemẽtis fm Hippocratẽ, sequuntur De temperaturis libri tres: Et eos rursus tractatus De simpliciũ medicaminũ facultatibus: hunc aũt alter ille De cõpositione medicamentorum tractatus.[a]† In prioribus igitur de proprio aĩalibus temperamẽto, & cuiuslibet indicio: in posterioribus aũt de pharmacorũ temperamẽto disseritur. Si porrò quis post duos illos, aut tres, vo- C luerit vel eũ De optima cõstitutione corporis, vel De bona habitudine, vel De inequali tẽperatura libellũ legere, conueniẽter, nec sine ordine id fecerit. Parui quidẽ sunt illi admodũ, & amicis tantum sic exigentibus cõscripti, ab illis vero in plures deinceps euulgati. Nam, & eorũ facultas in tractatu de sanitate tuenda continetur, in quo differentiæ constitutionis corporis nostri. ✱

Hic desiderantur multa.

Explanationum, tum quæ rectè dicuntur, tum quæ nõ, præexercitato in nostris tractationibus. Habebis præterea & nostros in quædam Hippocratis Commentarios: qui quando iam partim scripti sunt, ẽt reliquos adijcere tentabo: quod oĩno qdẽ, si vixerimus, fiet. Sin autem ante, quam vtilissima viri illius scripta exposuerim, vita excedã, habebunt tñ studiosi eius sñiam, mea q;, vt dictum est, opera vnà cum ijs, quæ nunc extant, cõmentarijs. Atq; vtinam Pelopis mei præceptoris, ⁘ & Numisiani (pauca enim illorũ ab interitu adseruata sunt) & præterea Sabini, Rufi q; Ephesij, in Hippocratem interpretationes oẽs haberẽtur. Quintus aũt, eius q; discipuli, viri illius sententiã ⁘ non planè sunt assecuti: vnde factum, vt in suis expositionibus multoties aberrarint. Lycus aũt reprehendit quoq; non nunquam Hippocratẽ, mendacij' ꝙ illum (cuius tamen non intelligit dog D mata) arguit: nota enim passim eius Cõmentaria sunt. Noster vero preceptor Satyrus, (nam huic primo conuersati sumus, postea vero Pelopẽ audiuimus) non easdem Lyco Hippocraticorum librorum expositiones faciebat. Confitetur vero Satyrus diligentissime se Quinti dogmata obseruare adeo, vt nec addere quid illis, nec demere vellet. Nam [b] Ephicianus aliquãto ẽt magis ad Stoicorum ritum concessit. Nos aũt, cum postea audiuissemus primo Satyrum Quinti interpretationes recitantẽ, deinde quædam ẽt Lyci legissemus, vtrunq; reprobauimus, vt qui Hippocratis sententiam non exactè perceperit: melius enim intellectus est à Sabino, & Rufo. Quod facile quidem iudicare poterit, qui in nostris fuerit commentarijs præexercitatus, ex quibus, & quæ bene recte' q; dixerint, & vbi lapsi fuerint, cognoscet. Sed de interpretationibus in Hippocratem iam satis dictum: quare ad reliqua nostra volumina, quæ ad rem logicam pertinent, pergamus. Ex illis autem tibi quidem, mi Eugeniane, & quotquot vni medicinæ student, ea, quæ De demonstrationibus scripsimus, sufficere possunt: alijs autem, quicunque philosophiæ se addixerunt, cætera quoque legenda sunt. Nisi si quis fortasse vtrasque, & medicinæ, & philosophiæ theorias commode, bene' ꝗ possit perdiscere: eum vero & ingeniosum, & memorem, & laboriosum esse oportet, præterea eam sortitum fœlicitatem, quæ nobis contigit, qui sub patre docti, arithmetica, [c] logica, grammatica' que sumus instituti: in his q; [d] humanioribus disciplinis, vsque ad ætatis annum

† Ipsã ad actiones q̃dẽ nihil esse inutile scientiã, et tamen abesse legitimũ & solidum.

A † *Locus in cod. græcis corruptus. in prioribus igitur duobus traduntur hominum temperaturæ cũ propijs singulorũ indicijs. in tertio autem, de pharmacorũ temperamẽto disseritur. Siue igitur post duos, siue post tres legere quis voluerit, librum de optima corporis cõstitutione, & librũ de bona habitudine, et librum de inæquali intemperie, conuenienter ordine id fecerit. Parui &c.*

B [b] *Al. Epi-cianus.*

C [c] *Legitur habent codd. manuscripti & ita omnino legendum videtur.*

D [d] *παιδείας i. pueritiæ.*

num decimumquintum enutriti, ad dialecticam q; ab illo contemplationem, vt soli deinceps philosophiæ vacaremus, perducti sumus. Annum postea decimumseptimum agentem claris insomniis monitus ad medicinam me perduxit, vt cum philosophia illam coniungerem. Talem vero ego meam fœlicitatem quanquam maiorem etiam redderem, qp citius, melius q; reliquis omnibus, quæcunque docebar, discerem, nisi tñ per vniuersam adeo vitam in illis medicinæ, philosophiæ q; theorematibus me diligenter exercuissem, nihil præclarum, excellens q; eram consecuturus. Quapropter mirũ non est in tanta hominum multitudine, qui in medica, & philosophica exercitatione, studio q; versantur, nõ inueniri, qui recte in illis profecerunt. Aut enim natura parũ ad eas sunt appositi: aut non, vt conueniebat, sunt instituti, aut studijs non fideliter, sedulo q; institerunt: sed ob ciuilia negotia, ab his discesserunt. Et hæc quidẽ obiter nobis dicta sint, quanquam non oĩno præter rem. Post eos igitur, De demõstratione libros, nostras philosophicas theorias legere oportet. Quæ vero illarũ subiecta, & quot sint, in vnaquaq; earũ scripsimus, & in eo libro demõstrabitur, in quo omnium librorum meorũ conscriptionẽ faciam. Quoniam aũt me de tractatu, in quo vsurpata apud scriptores Atticos nomina ẽm ordinem primarũ in ipsis literarum ex eorũ scriptoribus collecta sunt, rogasti, quæ iam antea tibi respondi, operæpretium arbitror hic etiam tibi commemorare. Nam compertum habeo alios quoq; multos, quod´nam eius libri sit argumentũ, quærere. † Et quidem in eo tractatu non hoc agimus, quod hoc nostro seculo multi, qui omnibus Attice loquendi synceritatem imponunt, siue illi Medici, siue Philosophi, siue Geometrici, siue Musici, siue Iurisconsulti, aut nihil ẽt horũ, sed alioqui vel opulenti, vel diuites sint: verum cõtrarium intendo, neminẽ prorsus ob orationis solœcismos esse reprehendendũ, incessendum´ve. Præstat etenim linguã, q̃ vita, solœcismos, barbarismos q; cõmittere. Quin & libellus aliqñ mihi scriptus est contra eos, qui in solœcissantes voce, inuehuntur: tm̃ abest, vt eruditionis esse partem aliquam Atticismos asserã. Præterea quoq; propter multos & medicorum, & philosophorum, quorum alij noua nobis græcorum vocabulorũ significata præscribunt, alij aliud. Commẽtaria vocabulorũ, octo ac quadraginta libris conscripsi, ex Atticis illa scriptoribus cõgerens, quẽadmodum ẽt alia ex comicis. Quod opus mihi, sicut recensui, scriptum est propter significationes. Illud autem qui legent, simul & Atticorum noĩum notitiam adipiscentur: quæ ipsa per se quidem nihil magno studio dignum habet. Sed & alius à me tractatus, De vocabulorum rectitudine editus est propter illis perperam vtentes: quem sanè vel primum omnium diligentius euoluere fuerit consultum.

† Clarius neq; .n. hoc nos volumus, quod nõ nulli nũc iubẽt omnes voces atticissare.

** vocis.*

** voce.*

** explanationẽ*

GALENI DE SECTIS AD EOS QVI INTRODVCVNTVR

Horatio Limano interprete.

Denuo emendatus.

Quid Empirici, & Rationales medici differant. CAP. I.

ID sanè, quò medicina intẽdit, sanitas est: hanc ipsam vero parare artis eiusdem finis est: quibus autem rebus aut absens comparetur sanitas, aut eadem conseruetur præsens, cognoscant medici, necesse est: vocantur´que ea, quibus absens illa creatur, remedia, auxilia´que: quę vero præsentem eandem custodiunt, salubris ratio victus: quapropter ars ipsa medendi salubrium q;, insalubrium´que scientia ab antiquis scriptoribus dicta est: qui salubria dixerunt, & quæ præsentem sanitatem conseruant, & quæ eandem corruptam resarciunt: insalubria vero quæ illis contraria sunt: vtraque enim cognoscant medici, necesse est, vt illa eligant, hæc autem effugiant: vnde vero harum rerum parata scientia sit, non itidem inter omnes conuenit, sed alij solam experimentorum notitiam arti satis esse dicunt: alijs autem non parum ratio in artem eandem conferre videtur: nominantur q;, qui à

A qui à sola experimentorum notitia procedunt, nomine ab empiria, hoc est experientia, deducto empirici: eodem q; modo, qui ratione ducuntur, rationales: duæq; sunt hæ primæ in arte medendi hæreses: altera, quæ per experimenta ad inuenienda medicamenta procedit: altera, quæ per indicationem: illisq; imposuere nomina, empiricam, rationalem q;: empiricam autem nominare Græci solent τηρητικὴν, & μνημονευτικὴν, hoc est obseruatricem, memorem q;: rationalē vero δογματικὴν, & ἀναλογιστικὴν, hoc est dogmaticā, & ratiocinatricem: ac viris quoq; perinde, atq; hæresibus, dedere nomina: empiricus tiriticus q;, & mnimoneuticus, hoc est empiricos, obseruatores q;, ac memores eorū, q̄ euidētia sunt, vocantes eos, qui sibi experientiā elegerūt: logicos aūt, dogmaticos q;, & analogisticos, hoc est rationales, dogmaticos q;, & ratiocinatores, eos, quibus admissa ratio est.

De arte Empiricorum. CAP. 2.

ARtem vero empirici sic constitutam dicunt. Cū multi visi sint affectus incidere, alij quidem spōte, ægris hominibus, sanis q;, vt sanguinis fluxus è naribus, aut sudores, alui ve profluuia, aut quæ similia sunt, iuuantia, lædentia ve, non quę tamen efficientem causam sensu deprehensam haberent: alij autem, quorum causa euidens esset, euenire visi sint, nō ea tamen è nostro instituto, sed quæ fortuito incideret, vt cuipiā lapso percusso ve, aut aliquo aliter modo vulnerato sanguinē B contigit effluere, frigidam q;, vt cupiditati obsequeretur, in morbo sumere, vinum ve, aut aliquid generis eiusdem, quę singula in vtilitatē, noxam ve desiuerunt, quæ quidem è primo genere iuuantia, lædentia ve sunt, naturalia vocarunt: quæ vero è secundo, fortuita: primam q; amborū faciē, casum appellarunt: vt ex eo nomē imponerēt, q; homines in ea inconsulto caderēt: quod igitur experientiæ genus casu venit, huiusmodi est. Quod aūt consulto fit, cum aut insomnijs hortantibus, aut aliunde ducto arbitrio ad experimentū volentes venerint. At vero tertiū experientiæ genus, imitatorium est: cum rursus in ijsdem affectibus ad ea experienda ducuntur, quæ aut natura, aut fortuna, consulto ve profuerint, obfuerint ve: atq; hoc ipsum quidē est, quod maxime artem eorū constituit: nō enim bis tantum aut ter, sed sæpius id, quod ante profuit, imitati, idem q; in ijsdē affectibus vt plurimum facere inuenientes, ac eiusmodi memoriam præceptum vocantes, iam fidele id, artis q; partē statuunt: vt autem multa eiuscemodi fuere ab ipsis congesta præcepta, id omne cōgestum medicina fuit: qui vero congessit, medicus: vocatum q; ab ijsdē est huiusmodi congestum αὐτοψία, hoc est intuitus proprius, qui memoria quædam est eorum, quæ sæpe eiusdem q; modi visa sunt: hoc idem etiam experiētiam nominarunt: eiusdē vero narrationē historiam: hęc enim eadem res ei, à quo obseruata est, proprius est intuitus: ei autem, qui quod obseruatū est didicit, historia. C Quoniam autem morbis quibusdam interdum occurrebant, quos ante non viderant, aut quos nouerant quidem, sed in eos his locis ortos incidebant, vbi non erat, quæ experimento obseruata essent medicamentorū facultas, certū inueniēdi auxilia instrumentū finxerunt, ad simile transitū: quo vtentes idem sæpe auxiliū ab affectu ad affectum similē transferunt, & à loco ad locū: item q; ab auxilio ante cognito ad aliud simile transeunte: verbi gratia, ab affectu ad affectum, si ab erysipelate ad herpetem se transferant: à loco vero ad locum, si à brachio ad femur: ab auxilio autem ad auxilium, si in alui profluuijs à cotoneo malo ad mespilum transeant: omnis autem huiusmodi trāsitus, via ad inuentionem est, nondum autem ante experimentum inuentio, sed quando iam, quod in spem venit, experimento traditum est, id fidele iam tum teste eodem experimento est, id q; nihilominus, quàm si sępe eodem modo se habere obseruatū esset: id autem experimentum, quod transitum à simili sequitur, exercitatorium vocant, quòd exercitatum in arte esse oportet eum, à quo quidpiam hoc pacto inueniendum sit. Superiora autem omnia experimēta ante notitiam experimentorum habita, quibus opus erat ad artem constituendam, hominis vel cuiuscunque esse possunt. Hæc est, quæ per experimenta ad artis finem via est.

De arte Rationalium. CAP. 3.

D EA vero, qua per rationem proceditur, cum naturam corporis, quod curandum tentatur, disci iubet, tum omniū causarū virtutes, in quas quotidie corpus incurrens, ipsum se aut salubrius, aut insalubrius redditur: iā q; post hęc aeris naturā, aquarum q;, atq; locorū, eam q;, quę vitæ studijs inest, quę cibis, ac potionibus, nec non assuetudinibus, scire medicum aiunt oportere, quo & morborum omnium causas, & facultates remediorū inueniat: is q; sit, qui conferre, ratiocinari q; possit huic generi causæ hanc vim habens adhibitū medicamentū, vt certum aliquid efficiat, natura esse aptū: negant enim illū inuenire posse remedia prius, q̄ in oībus his multifariā sit exercitatus. Vt autē ex breui exēplo rē totam cognoscas, pone partē corporis aliquam dolentē, durā, renitentem q;, quę q; in tumorem sublata sit: hic causam medicus inueniat, oportet, primū q; noscat humido aliquo naturæ modum superante in partem prolapso eam intumuisse, eodem q; intendente in dolorem inuectam: deinde vero, id si influat adhuc, fluxū ab eodem esse cohibendum: si nihil supererit, educendum id, quod sit in parte contentum: quo igitur modo, quod influit adhuc, inhibebis, educes, quod in parte cōtentū est: si refrigeres, adstringas q; partem, inhibebis, quod influit: sin eandē humectes, laxes q;, educes, quod cōgestum est: sic illis in ipso morbo eius, quod vtile est, oritur indicatio: quam solam tamen satis esse negant, sed aliam esse, quæ à potentia laborantis sit, ab ætate aliam: quibus etiam accedit ea, quæ à propria ægroti natura ducitur, eodem q; modo à tēpore anni, loci q;

ni, loci q; natura, vitæ q; studijs, & assuetudinibus, è singulis propriam eius, quod conducat indica E tionem oriri: verbi gratia, vt hoc etiam exemplo res magis innotescat, esto, quem febris acuta occupet, cui tardi motus, grauis q; sensus corpori sit, qui corpore tumidiori, quàm ante, ac pleniori rubore suffusus, idem q; venas habeat magis intumentes, cuiq; perspicuum est copiam sanguinis homini sic affecto calidioris exuperare. Quæ nam igitur curatio est? non'ne liquet euacuationem esse? contraria.n. hęc multitudini est. Contraria q; cõtrariorum remedia sunt. Quo autem pacto, aut quoad illa dematur, non potest etiam ex sola causa cognosci: cum insuper virtutem oporteat, ætatem q;, & anni tempus, ac regionem, cætera q; paulo ante proposita cõsiderare: nam, si validior potentia sit, ætas q; in consistendi vigore, ver, tempus anni, loci q; natura temperata, non tibi errare continget, si vena incisa tantum sanguinis mittas, quantum causa iubet emitti: sin imbecilla virtus est, ætas q; aut pueri natu admodum parui, aut senis in senium longe prouecti, regio q; aut frigore algeat, qualis Scythia est, aut calore exusta sit, qualis est, quam Æthiopes incolunt, anni q; tempus vehementer vel frigidum sit, vel incalescat, nemo est, qui venam discindere audeat: ita iubent quoque & assuetudines, & vitæ studia, naturas q; corporum considerari, ex his enim omnibus propriam eius, quod conferat ipsis, indicationem oriri.

Quo pacto eadem Empiricorum, & Rationalium medicorum remedia à diuersis indicationibus oriantur. F CAP. 4.

EX quibus aũt rebus indicatio nascitur ijs, qui rationalem medicinã profitẽtur, ab ijsdem obseruatio eius, quod vtile sit, empiricis est: eorum enim accidentium, quæ superius in febricitante retuli, congeries, quæ concursus ab illis nominatur, exinanitionis admonet rationalem medicũ, obseruationis memoriã suggerit empirico: nã, cum sæpius ijs, qui sic affecti essent, exinanitionẽ viderit vtilem esse, eandẽ, si vtatur, sperat hoc tpe quoq; prodesse: idem q; ab ijs, quorum est ætas in consistendi vigore, per ea, q̃ sæpius ab ipso visa sunt, sat exinanitionis nouit sine molestia ferri: ita vere magis, q̃ ęstate: & si temperata regio est: si vero etiam æger euacuando corpori assuetus sit, qualis est, quæ per hæmorrhoidas, aut quæ per nares euacuatio euenit, iccirco etiam plus sanguinis detrahat ab ipsa rei natura profectus rationalis medicus: hoc idem vero empiricus faciat, qm̃ sic ab ipso obseruatum sit: &, vt summatim dicam, eædem in ijsdem affectibus medelæ & ab ijs, qui rationem profitentur, & ab empiricis medicis trahuntur: de modo inueniendi eas inter eosdẽ dissensio est: ab ijsdem enim accidentibus, quæ circa corpus apparent, oritur ijs, qui rationales sunt, causæ indicatio, ex qua curationem inueniunt: empiricis aũt memoria repetuntur ea, quæ sæpe simili modo obseruata sunt. Cum aũt nullum ex ijs, quæ apparent accidentia, rationales habent, ex quo causa G pateat, tunc sciscitari causam procatarcticam, id est euidentẽ vocatam, non dubitant: quale est, si canis rabiosus momorderit, vipera've, aut eius generis aliud: nã vlcus ipsum nulla re ab alijs vlceribus diuersum per omne tp̃s, aut certe per initia apparet. Si.n. à rabioso cane est, alijs morsu alterius illatis simile per omne tempus ostẽditur: sin autem id ab ictu viperæ est, primis quidẽ diebus se cęteris simile repræsentat: post aũt, vbi iam laborans ipse grauiter habet, ei circa corpus affectus quidam superueniũt perniciosi: quippe casus eius generis omnes, qui à pestiferis vocatis animalibus eueniunt, nisi per initia protinus recte curentur, eò deueniũt, vt summe perniciosi sint. Quæ igitˉ recta curatio est? an scilicet venenũ extrahere, quod vnà cũ ictu corpori percusso inhæsit? ideo q; ad cicatricem perducere, claudere've, quæ huiusmodi sunt, non accelerãt, sed contra agunt, ea'que insuper minutim admodum sæpe concidunt: iam ijsdem quoq;, quæ calida, acria q; sunt, quibus q; attrahi venenum, siccari q; possit, medicamentis ob eandẽ causam vtuntur. Adhibentur quoq; hęc eadẽ ab empiricis medicamenta, qui non duce natura rei ad ea inuenienda procedũt, sed eadẽ, quæ vsus ostenderit, memoria repetunt: vt enim ipsis ex ætate, & anni tẽpore, loci q; natura, cęteris q;, quæ memorata sunt, per experimentorum notitiam curationis habebatur cognitio, sic ex causis quoq; quas euidentes vocant, ijsdem cognita curatio est. Quòd si vtraq; inueniendi via mutuum H inter eos consensum habuisset, nil opus illis longiori oratione fuisset.

Quæ Empirici, & Rationales medici inuicem reprehendunt. CAP. 5.

QVoniã aũt experientiã accusant ij, qui rõnalem artẽ profitentur, eã q; alij constitui posse negant, alij mancã esse dicunt, alij artis expertẽ: contra autẽ empirici rationẽ quidẽ probabilẽ, vt quæ tñ non vera sit, accusant, iccirco duplex vtrisq;, longa q; admodũ decurrit oratio, cũ alternas accusationes, defensiones q; adhibent. Quæ enim aduersus experientiã ab Asclepiade disputata sunt, qui fieri non posse monstrauit, vt ad eundẽ modum posset quicq̃ sępissime videri, neq; posse vlla ex parte cõstitui eã, neq; aptam quidẽ ad minimũ quidpiam inueniẽdũ esse volunt. Quæ aũt ab Erasistrato dicta sunt, q simplicia quidẽ atq; in simplicibus per experientiã confessus est inueniri remedia (quale est stupori dentiũ portulacã mederi) hoc idem vero cõpositis esse atq; in compositis negauit, eandẽ inueniendi quidẽ facultate non ex omni parte carere, ad omnia tñ inuenienda non idoneã esse volunt. Tum vero, quæ explicata sunt, hæc vero ab ijs, qui per experientiam quidẽ ea inueniri cõcedunt, hãc ipsam aũt, q infinita, longa q; sit, &, vt eorũ verbo vtar, amethodos, hoc est methodo careat, accusant. Itaq; rationem inducunt ipsam, nõ qualis constitui, aut subsistere nequeat, sed quale aliquid est, quod sine arte sit, experientiã esse volunt. His igitur, qui

adeo

A adeo verbis insultant, respondent empirici, conantur q; experientiam eiusmodi esse monstrare, vt cõstitutionem recipiat, vt, quod satis sit, habeat, vt in se artem cõtineat: ijdem q; rursus multis modis ipsam ratiocinationem, hoc est analogismũ, reprehẽdunt: vt rursus quoq; necesse sit ijs, qui rationalem disciplinam profitetur, ad singula reprehensionis genera respondere. His enim, cum se naturam corporis, morborum q; oĩum ortus, vires q; remediorum nosse proponunt, tunc instant empirici, qui hæc omnia iccirco crimini dant, quod eatenus quidem procedũt, vt probabilia, verisimilia q; sint, nulla tñ eorum certa cognitio sit: interdum ijdem, cum earum rerum cognitionem concedant, eandem tñ conantur inutilem esse monstrare: interdum, cum illis hoc ipsum dent, eam superuacuam esse coarguunt. Hęc sunt, quibus inter se generatim empirici, rationales q; certant. In quibus etiam oĩbus multa particulatim contendũt: quale est, quod in quæstionibus, quas de rebus inueniendis abditis tractant, alij corporum dissectionem, indicationem q;, ac dialecticam speculationem laudant: hæc siquidem ipsis instrumenta esse, quibus ea venentur, quæ in obscuro posita sunt. Empirici aũt neq; inueniri quicquã membrorum dissectione concedunt, neq;, si fieret, id arti necessarium esse: ac ne omnino quidẽ indicationem esse, neq; aliud ex alio posse cognosci, quia omnia postulẽt ex semetipsis agnitionem: neq; id, quod suapte natura abditum sit, vllo signo in-

B dicari, ac nec vlli quidem arti opus dialectica esse. Dein aliquid contra dialecticas suppositiones dicunt, contra q; definitiones, ac ne esse quidem demonstrationẽ pronunciant rei vllius, quæ incerta natura sit: item q; de vitiosis demonstrandi modis, quibus vti solent ij, qui rationalem medicinam sequunt, de q; omni ratiocinatione loquunt: eam q;, quod profitetur, inuenire nõ posse, eadem q; nec artem iam vllã constitui, neq; hominum vitam proficere: quem aũt epilogismũ gręce vocant, quem ijdem euidẽtem rationem esse dicunt, vtilem ad ea inuenienda esse, quæ opportuna latentia sunt (sic enim isti nominant, quæ sensibilia quidẽ, non tñ adhuc euidentia sunt (eundem q; ad eos arguendos vtilem, qui contra euidentiã audent dicere: vtilem quoq; ad ostendendum id, quod inter euidentia præteritur: vtilem q; ad occurrendũ sophismatis, quiq; nunq; ab euidentia absit, sed cum ea semper versetur: quod tñ analogismo id est ratiocinationi esse negant, sed eam ab euidentibus rebus initium trahere, desinere in ea, quæ perpetuo abdita sint: ideo q; varios eius esse modos, cum ab euidentibus ijsdem rebus alius ad aliud, quod abditum sit, accedat, inde'que discordiam, quæ diiudicari nequeat, esse paratam, quam indicium esse incõprehẽsibilitatis dicunt: nam ijdem isti, quæ vera, firma'que cognitio est, comprehensionem vocant: incomprehensibilitatem vero, quod ei contrarium est: item q; incomprehensibilitas ab ijsdem causa dicitur dissensionis, quæ iu-

C dicari non possit, rursus aũt dissensio incomprehensibilitatis indicium: quæ autem de rebus obscuris contentio est, eam posse iudicari negant, posse autẽ eam, quæ de perspicuis est: in his enim, cum singula, qualia sint, appareant, si vera loquimur, sic esse testificantur: si mentimur, coarguunt. Hęc, similia'que innumera sunt, quibus empirici, rationales'que medici certant, à quibus eadem tamen in ijsdem affectibus adhibetur curatio, ijs quidem, qui in hæresi sint sua legitima exercitati

De Methodicorum secta. CAP. 6.

QVi autem methodici vocantur, sic enim ipsi se nominarunt, quasi rationales ij, de quibus ante retuli, non se methodo dicant artem tractare, ij mihi nõ verbis tenus videntur ab antiquis sectis dissidere, sed ipsa etiam artis opera multa inuertere: cum neq; locum affectum vtile quippiam ad curationem indicandam dicant habere, neque causam ipsam, neq; ætatem, nec tempus anni, neq; regionem, deniq; nec virtutem ægroti considerandam, aut eiusdem naturã, habitum'ue: ijdem vitę studia, assuetudines'q; reijciunt, cum se dicant eius, quod cõferat, indicatione contentos, quę ab affectibus solis trahatur: ac ne ab his quidem per species, sed communiter, & generatim: ponant q;, ac nominent morborum communia ipsa hæc, quę vbiq; in singulis affectibus sunt. Iidem q; conantur, alij morborum omnium, qui victu curantur, alij omnium absolute cõmu

D nia in morbis ostendere duo, item q; tertiũ aliud mistum: illis q; imposuere nomina adstrictionem profluuium q;: sic morbum oẽm aut adstrictum dicũt, aut fluentem, aut ex vtroq; mistum: si enim naturales suppressæ sint corporum excretiones, adstrictum vocant: sin magis ferantur, fluentem: sin autem & suppressæ illæ sint, & ferantur, ea de re mistionem oriri: quale est, si oculum inflammatio simul fluor q; occupet: nam ab inflammatione, quę adstricta affectio est, cum nõ sola nunc, sed cum fluore in vno eodem q; loco orta sit, totũ ipsum affectũ mistum effici. At vero indicationem eius, quod conferat, laxitatẽ in adstrictis esse: in fluentibus vero compressionẽ: nam, si genu, verbi gratia, inflãmatione laboret, relaxare aiunt oportere: si fluat aluus cohibere, atq; comprimere: in mistis autem cõtra id instare, quod maxime vrgeat: etenim, quod magis turbet, periculum q; inferat, hoc idẽ est, quod illi magis occurrere vehemẽtiori malo oportere, q; alteri, dicunt. Cur igitur non ipsi se rationales vocarunt, cum pręsidia per indicationẽ comparent? qm inquiunt, rationales obscura scrutantur, nos autem in rebus versamur euidẽtibus. Totam'q; deniq; sectam suam ita definiunt, vt eorum cognitio sit, quæ communia euidentia sunt: quæ ne cæteris omnibus artibus videatur communis definitio (nam illas quoq; eorum, quę communia euidentia sunt, notitias esse putant) addunt, vt ea sint, quæ finem medicinæ sequantur: Eorum'q; aliqui, non quæ sequantur, sed quæ eiusdem fini consentanea sint, adiunxerunt: pars aũt maxima, hęc ambo componens, me

 thodum

thodum, inquit, notitiam eorum esse quæ cõia euidentia sunt, ea q; medicinę fini consentanea, con E sequentia q;: quidam aũt, vt Thessalus est, sic, vt eadem proxima ac necessaria sint ad sanitatem. Ita neq; rationales se nominari, non enim se rebus obscuris egere, vt illi, neq; empiricos volunt, & si maxime in euidẽtia versantur, ab illis enim per indicationem esse remotos: ac ne modum quidem ipsum, quo in euidentibus rebus versantur, cõem esse sibi cum empiricis dicunt: illos enim recedere à rebus obscuris, quia cognosci non possint, ipsos autẽ quanquam hoc idem, sed tñ facere, quia inutiles sint: item q; è rebus euidẽtibus empiricos obseruationem, ipsos indicationem habere. His rebus igitur ab vtrisq; dicunt se differre: maxime q; quod anni tempora, ætates q;, ac regiones, quæ q; omnia similia sunt, abscindunt, quæ manifeste quidem inutilia sunt, vt illi putant, sed gloriæ gratia apud priores medicos celebrata: eam q; maximam esse dicunt methodicę sectæ virtutẽ, gloriantur q; ea de re, se q; admirabiles putãt: atq; eum, || qui vitam breuem dixit, artẽ lõgam, reprehẽdunt: rem.n. ipsam contra ex omni parte se habere, vt breuis illa sit, vita longa: demptis enim oĩbus ijs, quibus ars iuuari falso putatur, nobis q; ea, quæ morborum cõia sunt, sola intuentibus, neq; longã medicinam esse, neq; difficilem, sed facillimam, atq; apertam, quæ q; sex mẽsibus disci omnis, celerrime q; possit: ita enim in morbis ijs, qui victu curãtur, rem oẽm in angustum valde esse deductã, eadem q; ratione in ijs, qui manu, qui q; medicamentis curantur: in quibus ẽt generatim cõia quæ F dam inuenire conantur, scopos q; remediorum paucos subijciunt. Quare, vt mihi videtur, nõ vulgato illo semestri spatio discere, sed longe celerius totam eorum artem liceret: his itaq;, ni mẽtiuntur, gratiæ doctrinæ breuioris agendæ sunt: sin autem mentiuntur, negligentia sunt accusandi.

cõm.1. Aph.1. Ex.or.fo.2.b

Quibus rationibus Methodici suam sectam defendant. CAP. 7.

QVo autem potissimum modo hi mihi videantur iure iudicandi, cæcutiant'ne in re vtili, an, quod superuacuum est, rectè ipsi soli effugiant, nunc dicam: non enim exigua mihi videtur huius rei consideratio, neq; huiusmodi, vt verbotenus tantummodo inter se procedat, vt quæ de empiricis rationalibus q; est, qui, quicqd de inueniendis auxilijs primum contẽdunt, deinde de vsu eorundem consentiunt: sed aut magnopere lædantur à methodica secta artis opera, aut eadem magnopere iuuentur, necesse est. Cum aũt in rebus duo sint genera iudicij, alterum, quod à sola ratione procedit, alterum à rebus ijs, quæ euidenter apparent, quod à sola ratione procedit, maius est, q̃ pro modo eorum, qui introducuntur: ideo q; nunc importunum: quod autem ab euidentia sola deducitur, id cõmune omnibus est. Quid igitur prohibet hoc esse, quo primo vtamur, cum sit & ijs, qui introducũtur apertũ, & apud ipsos methodicos honoratum? à quibus nil aliud, q̃ euidentia, celebratur assidue, ea'que rebus omnibus anteponitur, quæ autem abdita sunt, omnia, G inutilia esse dicuntur. Age igitur primum de caulis, quæ dicuntur euidentes, cõsideremus, sic euidentia posita, vt iudicij regula sit: primus q; accedat ipse methodicus, fere q; in hunc modũ dicat: Cur de frigoribus, ęstu q;, cur de ebrietatibus, de cruditatibus, de satietate, fame q;, cur de lassitudine, de q; actionibus, cibi generibus, mutatisq; assuetudinibus ò rationales, empiriciq; curiosi estis? an omissis ijs affectibus, qui in corpore sunt, hæc illa sint, quibus vos mederi debetis? quorum ne vllum quidem est, quod adhuc adsit, sed ipsa quidem recedunt? quod autem ab ijsdem genitum est, in corpore manet, ei q; mederi oportet: id enim affectio est: hoc ipsum igiť considerandum est, quale'nam sit: si enim adstrictũ est, relaxandum: si fluens, continendũ quęcunq; ea causa sit, à qua genitum alterutrum est: quid igitur est, ad quod causa conferat, cum neq; fluens, vnq̃ laxari postulet, neq; adstrictum contineri? an sit omnino nihil, vt profecto res ipsa ostendit? Simili q; ratione ijdẽ methodici de obscuris causis, & morbos continẽtibus loquuntur: nã eas quoq; superuacuas esse dicunt, cũ ab affectu propria indicetur curatio, eius etiam causæ, à qua is ortus sit, cognitione remota. Eundem sermonis modum habentes ad tempora anni, ad ętates, loca q; transeunt: in quibus etiam admirãtur, cur ab antiquis medicis res tam euidẽs intellecta non sit: non enim inflãmatio, quæ adstricta affectio est, vt aiunt, æstate quidem laxãtia præsidia, hyeme autẽ ab his diuersa postulat, sed eadem in vtroq; tempore: neq; in puerili ætate, quæ laxant, in senili vero, quæ continẽt: neque in Ægypto laxantibus, Athenis aũt cohibentibus eget: itemq;, si inflammationi contraria, fluens q; affectio sit, nunquam laxantibus, sed semper continentibus opus est, siue sit hyems, siue æstas, siue ver, siue autũnus, nec non si puer ægrotat, si cui consistens est ætas, si senex, aut si quempiam in Thracia accidat, aut in Scythia, aut in Æthiopia ægrotare: nullã igitur alicuius ex his vtilitatem esse dicunt, sed omnia vana curiositate tractari. Quid partium corporis consideratio? an nõ inanes hæ sunt ad indicandam curationem? an quispiam sit, qui dicere audeat inflammationem in parte neruosa, relaxandam esse? eandem vero in arteriosa, venosa'ue, aut carnosa comprimendam? aut omnino, siquid adstrictum in aliqua parte corporis eueniat, sit, qui audeat dicere, non id esse laxandum, aut, quod fluens sit, non continendum? Igitur, si partis natura nihil rationem curationis euariat, sed pro genere affectus remedij inuentio est, manifeste inutilis est adhibita partis consideratio: talis igitur in vniuersum methodicus est.

** Aldus legit ἐνεργείας, id ẽ actionib⁹. antiqui cod. habẽt ἀργείας, id est ocio. & ita vetus interpres.*

Empiricorum rationes aduersus Methodicos. CAP. 8.

POst quem secundo loco prodeat empiricus, ea q; ferè proponat: Nihil est, quod ego vltra euidentiam intuear, neq; sapientius quicquã profitear, q̃ ea, quæ mihi sæpe conspecta sunt: tu si

euidentiam

A euidentiam vituperas, vt ex sophista quodam superioribus diebus audiuisse mihi videor, oportunum mihi est ad eos me diuertere, à quibus honos euidentiæ habetur: tu autem viceris iam victoriam cadmiam: si autem, vt inter initia ex te audiui, id omne, quod abditũ sit, inutile dicis, te sequi vero, quod euidens sit, confiteris, fortasse erit, vt tibi, quod prætermittitur, ostendã, si, quod euidẽs est, id ego cõmemorem. Duo fuere, qui à cane rabioso morsi, ad eos medicos, quibuscum consuetudo intercederet, cõfugere, medicinam petentes: erat q; vlcus vtriq; exiguum, vt ne tota quidem esset discissa cutis. E medicis aũt vnus vlceri tantũmodo curationem adhibuit, nulla alia solicitus de re, paucis q; diebus sanam partẽ ostendit. Alter vero, qui canem rabiosum esse nouisset, tñ non festinauit, vt vlcus ad cicatricẽ perduceret, vt contra etiam id magis amplum, magis q; semper efficeret, validis vtens, acribus q; ad multum tp̃s medicamentis: item q; ægrotum interea cogeret medicamenta bibere, quæ vt ille dicebat, rabiei remedia essent: ac ita quidẽ res cessit vtriq;, vt, qui medicamenta bibisset, is seruaretur, in sanitatẽ restitutus: alter, qui nil sibi mali inesse putaret, repente & aquã formidauit, & conuulsus interijt. An hic tibi frustra euidẽs causa quæri videtur? an alia de causa mortuus homo est, q̃ medici negligentia, qui neq; de causa quidpiam sciscitaretur, neq; curationem post hanc obseruatã assumeret? mihi quidẽ nullam, preter hanc ob rem interijsse videtur:

B qui, qm̃ euidentiã sequor, nullam huiusmodi causam possum prætermittere: ita nec ætatẽ possum preterire, spernere'ue: etenim huic quoq; credere ab euidentia cogor: cum ijdem ex omni parte affectus non omnino tñ eandem curationem habeãt, sed adeo qñq; diuersam in diuersis ætatibus, vt non sola medicinæ mensura modo'ue, sed ẽt genere toto euarient: nam plerisq; pleureticis in consistenti ætate constitutis, valentibus q; vidi ego sæpe à vobis ẽt ipsis sanguinem mitti: sed neq; vos aut in vltima senectute cuiq;, aut puero natu admodum paruo, neq; quispiam alter vnq; mittere " est ausus. Quid Hippocrates, cũ scribit, ‖ Sub cane, & ante canẽ purgationes esse difficiles? qd rur" sus cum inquit, ‖ Æstate ventrẽ superiorem purgare, hyeme inferiorẽ? vtrum vera dicere, an mẽtiri vobis videt? difficilem vobis in vtroq; responsionem esse arbitror: si.n. mẽtiri dicatis, ipsam euidentiã spernitis, quã à vobis plurimi fieri simulabatis: ita enim verũ esse euidẽs est, vt ab Hippocrate scribitur: sin eundẽ vera dicere respõdetis, fit, vt anni tẽpora admittatis, quę à vobis inutilia pronunciata sunt. Quin etiam existimo vos neq; peregre vsquam procul à patria vestra fuisse, neq; locorum differentias experimẽtis percepisse: omnino enim nescij nõ essetis septẽtrionis incolas sanguinis effusiones nõ pati eas, quæ affatim fiunt: sic nec eos, qui Ægyptum, aut omnino meridiem incolunt: qui autẽ inter hos medij sunt, ab ijs sæpe euidens ex sanguine misso commodum accipi.

4. Aph. 5. Ext. ord. 28. a

Ibidẽ. Apho. 4. fol. 27. h

C Illud vero, q; partes non spectent corporis, est, in quo vos ego valde demiror, & quod mihi turpe grauiter videatur, quod non veritati solum, sed ijs ẽt, quæ vestrę operæ sunt, contrarium ẽst. O per Deos immortales, quacunq; in parte orta sit inflammatio, eandem curationem postulat, siue id in crure accidat, siue in aure, siue in ore, siue in oculo? Cur igitur ego sæpe à vobis crurum inflammationes & scalpello concisas, & oleo irrigatas inspexi, oculos aũt nec vnq̃ quidem? cur his ipsis oculis, cũ inflammati sunt, medelam per adstringentia medicamenta adhibetis, crura aũt non ẽt ijsdem inungitis? cur non aures quoq;, cũ inflammatę sunt, iisdẽ, quibus oculos, remedijs medemini? cur non oculos ijsdẽ, quibus aures, sed inflãmatis aliud auribus, aliud oculis medicamentũ est? etenim cum rosaceo acetum, bonum est inflãmatis auribus medicamentum: sed neminẽ existimo tam audacem esse, vt idem inflãmatis oculis infundat: quod siquis tm̃ audeat, hũc futurum satis intelligo, vt audaciã non exiguo cũ detrimento experiatur: iam, cum inflammatio vuam occupat, ei spinæ Ægyptiæ fructus vtile medicamentũ est, vtile quoq; scissile alumen: vtrum aũt eadem hæc inflammatis oculis, auribus q; conueniant, an contra oĩno se res habet, vt ad summũ ę Idant? Quæ oĩa dico, eo vobis concesso, quod primũ positũ est, inflãmationem, si in cruribus sit, & in manibus, laxari oportere, non autem, quæ in oculis, aut in vua, aut in auribus est: q; si eam quoq;, quæ in crure aut

D manibus infestat non cuiuscunq; modi sit, laxandã esse cõmemorem, fortasse cognoscetis, si resipiscitis, in quãto errore versamini: erit q;, quod ego nunc etiã dicam, commemoratio eius, quod euidentia patet: quibus enim in aliqua parte corporis inflãmatio non ex ictu, sed spõte suborta sit ex affectu plethorico à Græcis vocato, nulli laxitate partis ante egent, q; de toto corpore detracta materia sit: id enim si feceris, non modo nihil imminues, sed etiam augebis, quæ orta inflammatio est: quapropter per id temporis adstringentia, refrigerantia q; parti admouemus: mox autem ex toto corpore detractione iam facta, tum pars, quæ inflammatione laborat, laxãtia patitur. Quod si, dum hæc ipsa propono, non vobis persuadeo tamen (id quod etiam inter initia sermonis dixi) tempus est ad eos me diuertere, à quibus habetur euidentiæ honor.

Quo pacto rationales medici Methodicorum artem redarguant. CAP. 9.

HIs ab empirico propositis, prodeat rationalis, ea'que ferè expromat. Fortasse tibi, si sapis, satis hæc erant, quo minus ætatem, tp̃s anni, regionem, item q; causam euidentẽ, aut aliquam corporis partẽ inutilem putares: at vero, si tibi non adhuc persuasum ab empirico est, à quo cõmemoratæ res euidentes sunt, sed insuper rõne aliqua est opus, eam adijcere videor mihi debere: tuam q; sectam in caduco positam esse ostendam: audio enim vos, cũ dicitis cognitionem eorum, quæ cõia in morbis euidentia sunt: passim q; interrogãs, qua maxime re cõmunia hęc contineantur, & quo

dignoſcātur modo,id ne adhuc quidē cognoſcere mihi videor poſſe: ea'q; cauſa eſt, q̄m inter vos B nominibus tenus conuenit, de rebus diſſidetis, cum è vobis alij per ea, quæ natura excernuntur, quod adſtrictum,quod fluens eſt,metiātur: qui ſi ea ſuppreſſa ſint,adſtrictionē vitium nominant: ſi ſine modo excernantur,profluuium alij in ijs affectibus,qui in corporibus reliqui ſunt,vitia poſita dicunt, grauiter'q; eos accuſant,qui, quod educitur,reſpiciunt. Ego autē,quo in errore verſari vtriq; mihi videantur, fortaſſe iam exponam. Primum'q; in eos à me verba fiant, qui per ea, quæ ſm naturam excernantur,morbos iudicant: miror enim,cur iſti nec ſudoris vnquam, neq; vrinæ, neq; vomitus,neq; deiectionum plus,q̄ pro modo naturæ,viderunt bene in morbis educi: item'q; id,quod omnium maxime abſurdū eſt,cur ne ſanguinis quidem è naribus curſum, in quo criſis eſſet,vnq̄ inſpexere: at huius vero non menſura ſolum,ſed totum etiam genus præter naturam eſt: ſudoris autem,vrinæ,& eius,quod per aluum,aut per vomitum ruit,genus quidem non preter naturam,multitudo tamen non nunq̄ tam immodica eſt,vt ego quoſdam viderim, quibus tm̄ ſudoris effluxerit, vt plumas ēt madefacerent: alios, quibus deiecta aluus triginta heminas ſuperaret: ſed tn̄ inter hęc nihil mihi viſum eſt eſſe ſedādum,q̄m educebantur ea, quæ moleſta erant: quanq̄, ſi quis ijs,quæ excernuntur ſm naturam, regula vſus in omni genere eſſet, huic inhibenda huiuſmodi accidentia erant. Quapropter probabilia magis quodam modo ſentire videnī ij,qui eos affe E ctus, qui in corpore ſunt,morborum cōia ſtatuunt. At in his vero eſt, in quo admirer,cur illa ipſa auſi ſint euidentia dicere: ſi enim, non quod fluit è ventre, ſed, quæ in corpore affectio eſt, ex qua ducitur id ipſum,quod fluit,profluuium eſt, eam'q; nulli è ſenſibus patere licet, quo modo erit, vt illa morborum cōia etiam poſſint euidentia dici, cum in laxiori inteſtino affectio eſſe, in tenuibus poſſit,in ieiuno,ventriculo'q;, atq; meſaræo,& pluribus alijs partium interiorū,quarum vlla neq; ipſa poteſt percipi ſenſu,neq; eius affectus? quo modo igitur illa morborum cōia poſſunt etiā euidentia dici,niſi,quod per ſigna dignoſcitur,id euidens quiſpiam velit vocare? Quod ſi ita eſt,non video,quid iam ab antiquis medicis differāt: ſed quo modo breui ſemeſtri'q; tpis ſpatio artem edocere profitētur? cum non exigua,opinor,opus ſit methodo ad aliquid,quod ſenſum effugiat,percipiendum, ſed,qui recte hoc ipſum præſtet, huic opus ſit & corporum diſſectione, ex qua partes interiores,quo modo ſingulæ natura ſe habeāt,ediſcat,& phyſica ſpeculatione non exigua, vt operationem cuiuſq; vtilitatem'q; conſideret: prius,q̄ enim hæc inuenta ſint,non poteſt vllius in imo corpore partis affectus dignoſci. Quid illud monuiſſe oportet, huc ēt magnam à dialectica opem afferri, vt,ex quibus quid concludaī, aperte percipias, neq; ſophiſma vel ex te vel ex altero offendas? nā ipſi à nobis interdum ſophiſmate imprudētes capimur. At vero libēter ex iſtis requirerē, G quid profluuiū ſit,ſi modo diſputare didicerunt: nō enim id tm̄ modo ſatis eſſe arbitror,quod eorum aliqui dicunt,quendā præter naturā affectū profluuium eſſe: niſi enim,qui ſit hic affectus, didicerimus,nihil erit,quod plus à nobis noſcaī,laxitas'ne quędā,an mollities, an raritas ſit: nihil.n. ab illis audire eſt,quod dilucide dictum ſit,ſed quicquid occurrit,modo hoc,mō illud, ſæpe vero vt oīa ſimul,tanq̄ inter ſe nihil differentia: ſiquis aūt eos tentet,qd inter illa interſit,docere,et q ſingula propriā ſpeculationē poſtulant, eum audire ne ſuſtinent quidē: ſed ēt antiquos reprehendunt, q hæc ſimilia'q; fruſtra diſtinxerint: adeo illis veri quęſtio intolerabilis eſt. Ac ne illud quidem laxo,quod intentū eſt,eſſe contrariū,molli,quod durum,raro,quod denſum,audire patiunī,item'q; præter hæc oīa aliud eſſe naturalia excremēta ſupprimi, & fluere,atq; oīa hæc ab Hippocrate ‖ eſſe diſtincta. Iidem'q; & de his temere rebus pronunciant,inflāmationem'q;, (ſic durum,renitentē,afficientē dolore,calidum tumorē nomināt,) facile admodū inconſiderato'q; adſtrictum malum eſſe proponunt: alias vero rurſus inflammationes miſtas appellāt, quales, quæ in oculis accidunt,vbi cum fluxione ſunt,quę'q; in tonſillis,in vua,in palato,in gingiuis: deinde foramina ponunt alia rara eſſe facta,alia clauſa, eam'q; ob rem vtroq; vitio affici. Sunt aūt,qui dicere non dubitent in vno eodem'q; foramine profluuium ſimul & adſtrictionem conſiſtere: quod ne animo quidē compre H hēdi facile eſt: adeo in oēm temeritatem feruntur. Quidam autem eorum,ijdem'q; pauci, qui pati poſſunt,vt aliquanto plus de his rebus oībus audiant cōſiderent'q;, vt ipſos pœniteat,vix tandem adducti ad veritatē ſe vertunt. His igitur cæteris'q;, qui paulo diligenter diſcere de primis aliquid cōmunibus'q; morbis volunt,liber eſt ſeparatim conſcriptus. Nunc aūt,vt ijs,qui introducunī,res vtilis ſit,aduerſus eoſdem methodicos æquum eſt pauca dicere, quæ tn̄ optarim aliquid illis quoq; prodeſſe: quod fieret,ſi contentione remota id ipſum, quod dicit,ſecū ipſi exquirerēt. Id aūt,quod dicitur,eſt,vt,quæ ab illis ēt ipſis vocata inflammatio eſt,præter naturā ſit tumor dolore afficiens, prementibus digitis renitēs, durus,calidus'q;: eadē'q; nihilo magis aut raram,aut duram, aut denſam, † q̄ antea eſſet,propria ratione partem efficiat, ſed fluente materia, & ea quidem ſuperuacua impleat,ideo'q; intenta pars eadem ſit: non tn̄,ſiquid intentum eſt,id omnino denſius,q̄ ante, aut durius eſt: illud'q; in corijs diſcas loris'q; & nexu aptatis rebus,licet,ſi vndiq; ea diſtendere tentes: ita partiū,quę per inflammationē repletæ ſunt,medela eſt materiæ detractio: hæc enim repletioni contraria eſt: cum aūt partes ipſæ exhauriuntur,protinus conſequitur,vt eædem remiſſiores efficiant: itaq;, quæ repleta ſunt,eadē vt intenta ſint,neceſſario ſequiī: veluti,quę exhauſta ſunt, vt remiſſa ſint: quorū neutrum tn̄ vel denſitas vel raritas neceſſario ſequitur, ac ne profluuium quidē

ſuppreſſio'ue

6.de Mor vulg. cō.2.te.4.cl.3a. 160.h. Et te.9. 161.d. Et de veter. med. finē verſus.

† Ant. interpres ? [illegible], aut mollem.

A suppressio'ue: neq; enim, si quid rarũ est, ex hoc aliquid fluat oĩno, necesse est: quid enim, si crassum exiguum q́ sit id, quod intus est? neq;, si spissum, in eo supprimi necesse est: nã, quod multum & tenue est, id etiam per densa foramina effluit. Satius igitur fuerit illos antiquorum volumina legere, discere q;, quot modis, quicquid prius in parte contentum est, idem rursus excernat: si rarefiat, quod continet: si, quod contẽtum est, attenuetur: idem q; si incrementum assumat, si vehemẽtius moueatur, si à re aut exteriore trahat, aut interiore pellatur, † ac, veluti ab exterioribus quibusdam, absorbeatur. Quibus oĩbus pretermissis, si quispiam raritatem foraminum vnicam educende materie causam existimat, is videbitur ne euidentia quidem cognoscere: siquidem lanã spongiam'ue, aut in quibus similis raritas est, si, quod intus habeant, exiguum sit, id non deponere, sed continere manifeste videmus: si multum, effundere. Cur igitur illi non in oculis naribus q; & ore, & quæ simili raritate sunt, hoc idem animaduerterũt, licere aliqñ, non q́ rara foramina sint, sed q́ humor multus in his partibus sit, iccirco aliquid effluere? Ac fictilia quoq; sæpe videmus, quæ tam raro corpore sint, vt etiam aquam transfundant, quæ tñ eadem, si mel infuderis, nihil transmittant: nã crassior mellis substantia est, q̃ pro ratione foraminum, quæ in fictili sunt. Ita nec illud alienũ erat intelligi, sæpe aliquid ob tenuitatem effluere, quanq̃ corpus ipsum, quod cõtinet, non sit à natura

† καὶ οἷον ἀναρροιβδουμένου πρός τινος τ ἐκτός, i. ac veluti eructentur ab aliquo interiori.

B perforatum: item q; nec illud plerũq; naturam, à qua gubernatur animal, quicquid superuacuum erat, id per corpus ipsum continens euacuasse, tanq̃ exprimentẽ expellentem q;. Quid igitur difficile erat intelligere eum, qui diligentius in artis operibus versatus esset? plerunq; enim sic morborum crises eueniunt: reliquas educendæ materiæ causas prætereo: item q; eas, quæ eiusdem continendæ totidem sunt, illis'que contrariæ: siquidem audire talia non ad aures eorum spectat. Quod autem mihi fortasse assequi posse videntur, ad id rursus reuertor, oculum humore fluere interdum posse, non q́ vlla sit in parte ipsa à modo naturæ facta mutatio, sed q́ fluẽs materia vel multa sit vel tenuis, vel à natura per hanc partem expulsa, scilicet'que oportere fluentem materiam, si tenuis est, crassam reddere, si multa, educere: conatum vero naturæ, si opportunus sit, admittere, nihil'que in ipsum oculi corpus agere, quippe quod nullam fluxionis causam continet. Id autem opinari inflammationum aliam adstrictum esse vitium, aliam mistum, non video, quo modo non desipientiæ sit: primum enim quod ab ipsis dictum est, eius obliti sunt, non vel fluentem morbum effluxu iudicari debere, vel adstrictum suppressione, sed ipsos oportere corporum affectus spectare. Cum igitur ex parte omni hi similes sunt, nulla q; in re, quæ nunc inflammatio est ab ea, quæ antea fuit, differre videtur, nisi q́ aliquid ab altera defluit, nihil ab altera, quo modo non vehementer absur-

C dum est hanc mistam, illam adstrictam putare? deinde vero quo modo nec illud, quod facillimum erat, ipsis in considerationem venit, neq; in manu, neq; in cubito, neq; in brachio, neq; in crure, neque in femore, neq; in vlla corporis parte alia visum vnquam fuisse huiusmodi genus inflammationis, vt aliquid foras efflueret, sed ijs tantum modo id euenire, quæ os oculos'ue aut nares occupant? An illis morborum communibus omnibus, quæ mista sunt, Iuppiter interdixit, ne vllum vnquam eorum vllam aliam corporis partem attingeret, sed in oculos tantummodo, nares'q; & os sæuiret? Nam inflammatio potest partes corporis occupare oẽs, quæ natura sunt aptæ, vt causas illius gignendæ suscipiant: q́ vero aliæ sunt raræ natura, aliæ densæ, eo fit, vt ab illis quicquam effluat lapsæ materiæ, in his autem contineatur. Si enim vtrem alia'ue, quibus ita corpus continẽs sit, humida re impleas, nihil effunditur: idem si in spongiam agas, quæq́ ita raro corpore sunt, protinus id omne, quod superuacuum est, effunditur. Quid igitur difficultatis erat eos animaduertentes, quàm maior omni reliquæ cuti densitas sit, quàm quæ oculis naribus'q; atq; ori inest, partium nature causam ascribere, mistione longis'q́ nugis dimissis? hoc enim ita esse declarant inflammationes eæ, quibus in partibus alijs admista exulceratio est: siquidem ab his id effluit, quod tenue est, perinde, ac si in oculis naribus'q; atq́ ore essent: dum autem illæsa cutis densa'q́ ex omni parte

D est, cur nihil effunditur, hoc ipsum causa est non inflammationis genus. Rursus, vt siue melle, pice'ue liquida nec id quidem sine modo, spongiam lanam'q́ madefacias, nihil effunditur, propter humoris crassitudinem: siue idem ex aqua agas, aut quibus similis tenuitas est, sed exiguo adhibito modo: sic arbitror, non semper ab oculis aliquid effluit, id'q́ aut ob crassitudinem humoris, aut quia non is superuacuus est: vt in ijs, qui se habent in statu naturæ. Itaq; licet idem inflammationis genus nulla alia differens re, q̃ crassitudine influentis materiæ, lippitudinem sine fluore facere, quam sapientissimi methodici adstrictam nominant: eam'q; differre putant à mista, verborũ suorum obliti, in quæ maxima necessitate adstricti præcipitant, qui morborum effectus in corporibus consistere, non in humidis volunt. Quo modo igitur, cum eadem in corporibus affectio est, nulla re dissimilis, solam autem humidorum naturam, quæ tenuia rara'ue sint, sequatur, modo effluere aliquid, modo contineri, dissimilia morborum communia esse putatis? Ita fit, vt ista vestra mistio ne animo quidem concipi possit: cætera autem, quæ non solum in ijs, qui victu, sed etiam qui manu, qui'q; medicamentis morbi curantur, particulatim peccatis, aliàs fortasse discetis, nisi per hæc vobis adhuc persuasum est: nunc vero, cum satis hæc sint ijs, qui introducuntur, præsentibus finẽ imponam.

GALENI DE OPTIMA SECTA
LIBER AD THRASYBVLVM

Iunio Paulo Crasso Patauino interprete.

Quale esse debet præceptum cuiuslibet artis: CAP. I.

SIngula medica præcepta, atq; vniuersim omnia præcepta in primis vera esse debent, secundo vtilia, tertio iactis principijs cõsentientia: ex his enim tribus legitimum præceptum dijudices: nã si vnum ex dictis prę cepto desit, statim neq; præceptum id dici merebitur. Cum artes nanq; ex præceptis, & his non quibuslibet constent, sed primum multitudinem quandam comprehensionum esse oporteat, deinde & ad aliquod conducibile pertinere, propterea omne præceptum verum esse & vtile & consecutionem quandã non solum ad præmissa principia, sed etiã ad reliqua præcepta habere necesse est. Quatenus enim sub comprehensionem quodlibet pręceptum cadit, ea ratione verum esse opus est, falsi nanq; comprehensio nulla est: quatenus autem ad finem aliquem vitæ commodum pertinet, eò quodq; pręceptum vtile esse ac necessarium affirmandum est: comprehensionum autem collectionem ad præceptorũ inter se, & cum subiecto principio consensum quærere opus est. At, qm̃, quemadmodum sub vno principe subditorum multitudo mente concipitur, sic & præceptum ad ante iactum principium refertur, ob id omne præceptum, verum, vtile, consentiens q; esse necessario dicendum. Quare, si tribus ijs omne artificiosum præceptum censetur, liquidum est & medica præcepta ijsdem esse diiudicanda. Igitur, quandoquidem, verum quale nam sit, & quo modo æstimetur, non semper in conspicuo est, neq; vtile, neq; consequens facile deprehendi possunt, notas horum aliquas iudicandi que instrumenta in primis tradere necesse fuerit. G

Quo modo verum æstimetur, & diuersa esse iudicia. CAP. 2.

VErum sane ex orationis cum rebus concordia æstimabitur. Sed, qm̃ rerum aliquæ euidentes sunt, aliquę latentes: & euidentium aliquę per se innotescunt, vt albus ater q; color: alię non per se, sed ab alijs claritatem adipiscuntur, vt quę signis deprehenduntur: rursum rerum sensui abditarum aliquę intellectui perspicuę & sunt, & dicuntur, vt bis duo quatuor constituunt: aliæ per ostensionem cognoscuntur, vt id, quo bene vti licet, eodẽ, & abuti, & quæ sequuntur, oportet item per sermonem ac pręceptum ad speciem propositæ rei, de qua & sermo est, aut ad quã pertinet pręceptum, referre, ac, si de re aliqua euidenti sit, ad illam accõmodare: sin vero de re occulta, considerandum, num alicui occultarum rerum sit consentiens. Iudicia aũt de rebus euidentibus atq; occultis differunt. Quęcunq; enim euidentium rerum per se de se ipsis notitiã pariunt, sensu dijudicantur, vt album, & atrum. Quare medici illi iure sunt deridendi, qui de rebus euidentibus sentẽtiam nõ sensorijs, sed demõstratione aliqua ferre conantur: quemadmodum nimirũ & Asclepiades de mẽbranulis in corde insitis disputans Erasistratum deceptũ esse contendit, Herophilum enim, qui multa corpora inciderit, eas non vidisse: cũ ipsi liceret ad euidentis rei scrutationẽ, vt decebat, accedenti, de re postea ferre sententiã, & non fatuis opinionibus fidẽ habere. Itaq; rerum euidentium, quęcunq; per se deprehẽdi valẽt, iudices sunt, vt supra retuli, ipsa sensoria. Sed euidentium quidẽ, non per se aũt cognitorum iudex est obseruatio, eorum dico, quę per signa percipiuntur. Iterũ abstrusarum rerum, sicut plures sunt differentię, ita & diuersa iudicandi instrumenta: ex abstrusis aũt aliqua intellectui perspicua sunt, vt hoc, fieri non posse, vt idem homo Athenis simul atq; in Ægypto sit: aliqua per ostensionem cognoscuntur: de perspicuis intellectui iudicium ex cõmuni omnium hominum conceptione habetur: at, quæ ostensione percipiuntur, per consensum cum his, quæ ab omnibus conceduntur, dijudicantur: rursus concessi dijudicatio in plura diuiditur, aut enim ex consensu cum euidentibus, aut cum perspicuis intellectui, aut cum demonstratis concessum discernitur. H

scernitur.

A scernitur. Igitur, quo modo verum & ad iudicium veri ducentia iudicari oporteat, explicauimus.

De vtilis praecepti dignotione, & euidentia sensui non esse artis principia. CAP. 3.

DEinceps de vtili praecepto differemus. Vtile praeceptum, cum ad artis finem refertur, digno scitur. Oportet autem ipsum primum quidem comprehendi posse: si haec enim desit conditio, vt hippocētauri fel attonitis medetur, quoniam comprehendi nequit, propterea inutile praeceptum redditur. Deinde ipsius apprehēsionem non conuenit cum vulgaribus esse communem, sed artificum propriam: iccirco nanque eos falsos esse nos dicimus, qui euidentia artis initium esse opinantur: neq; enim ex euidentibus ars constituitur, neque per euidentia fit eius traditio: quando quidem nemo euidentia tradit, sed ea, quae ex euidentibus praecepta oriuntur, quae euidentia non sunt. Haec igitur artis principium esse non ab re quispiam dixerit: praecepta dico, ex euidentibus nata videlicet, quoniam principium tradendae artis ab euidentibus fit. Quod si quis euidentia principium esse artis affirmet, se inter artem, imperitiam'que nullum ponere discrimen ignorat: etenim, si euidentium deprehensio eadem in artifice, atque imperito fuerit, clarum est huiusce rei causa nihil artificem imperito praestare: quin neque iam artifex erit, siquidem artifici atq; inscio eorundem eadem inest cognitio. Quamobrem euidentia praeceptorum inuentionis principium B esse iure dicentur, artis vero principium minime: nam quemadmodum leporis vestigia inueniendi leporis principium non iniuria quispiam dixerit, leporis autem esse principium nullus mente constans affirmauerit, neq; enim lepus ex vestigijs componitur: ita euidētia pręceptorum inuentionis principium recte dixeris, quod ab his profecti artis inuentores ipsam cōstituunt, artis vero principium non item: principia nanq; in eius qualitatem, cuius sunt principia, referre conuenit. Itaque & artis principia vulgo ignota esse debent: neque enim ars vlla ipsi nota est: praeterea artium principia traduntur, euidentia vero non traduntur: quo fit, vt nemo rationabiliter euidentia artis esse principia contendat.

In quibus praecepta consistant, & quid praeceptum sit. CAP. 4.

PRaecepta nanque aut in euidentibus, aut in his, quę ex alijs percipiunt, aut in his, quae praeostensa fuere, aut in manifestis intellectui consistunt, in hunc sane modū: in euidentibus quidem sic: quidam plures intuitus sauciato corde morientes, mortis causam scrutatus est: considerans igitur inuenit, neq; ob facultatis deliquium, neq; propter materiae medicinalis penuriam, sed propter necessarium membri illius vsum istos interire: quare cognoscens absq; mēbri huius actione, vtilitate'que ab ipso corpori subministrata animal superesse non posse, ratione'que ea, quae in C euidentibus inuenit, colligens, hoc praeceptum constituit: quicunque in corde sauciatur, morietur. Quod igitur ex euidentium consensu ratione inuentum est, & vniuersim prolatum, praeceptum dicitur: quin potius in euidentibus praeceptum consistit, vt ab euidentibus in phlegmone: siquis phlegmone afficitur, ille tumorem habet, renitētem, pulsatiuum dolorem inferētem. Sunt itaque euidentia praeceptorum inuentionis primordia: at pręcepta ex euidentium consensu reperta constituendae artis sunt principia, & ab euidentibus ad hunc sane modum praeceptum conflatur. Ab his autem, quae ex alijs percipiuntur, hoc modo praeceptum colligitur: Si quem hi casus infestant, hic sanguinis copia laborat: Cui hęc eueniunt, illi iecur, aut renes, aut id genus aliquod afficitur. Ab his autem, quae pręostensa sunt, hoc modo conficitur: si ante probatum fuerit, quid sit concoctio, &, quae concoquuntur fundi, & eliquari, atque ita mox distribui, & ęgrotantes nō multo in cōficiendis cibis labore indigere, ab his huiusmodi pręceptum nascitur: Liquidi cibi omnes febricitantibus bene faciunt. Sed ex manifestis ita pręceptum oritur: Quicquid est multum, naturę aduersatur: & illud, Non saturitas, non fames, neq; aliud quicquam bonum est, quod naturę fines egreditur: & illud, Vbi saturitas morbos creat, euacuatio medetur. Nam, cum per se constet in illis quidem, si facultatem vincentia, in hoc vero, si efficiens causa repellatur, quod fiebat, D non futurum esse, dicta pręcepta fuere composita: omne autem pręceptum commune est, & firmum. Quamobrem errant illi, qui eo artem coniectricem aiunt, quod coniecturalibus pręceptis continetur: non enim a pręceptis coniectrix denominatur, (hęc nanque perpetua sunt,) sed ab actione, & medentium opera: haec enim incertum euentum habens coniectricem artem reddit: nam omnium artium praecepta, aeque firma sunt, & constantia: Verum, quoniam non omnium artium finis semper attingi potest, eo fit, vt ipsarum non nullae coniectrices appellentur, quę incertum, ancipitem'que, vt dixi, euentum habent. Cęterum, quoniam vtile diiudicandum esse dicebamus, si ad finem referretur, artis finem proponere necesse fuerit, vt eo patefacto perspicuum fiat, ad quid referentem vtile ęstimare oporteat.

De fine artium per ipsarum diuisionem. CAP. 5.

ARtium igitur aliquę ea, quę non sunt, efficiunt, vt nauium structoria: non nullę, quę facta sunt, conseruant, vt nauium gubernatoria: non nullę vtrunque pręstant, vt ędificatoria: in facientibus artibus, aut seruantibus vnus est consequendi finis modus: propterea in his simplex est vtilis ęstimatio: sed in his, quę iuxta faciunt, & conseruant, non facile est diiudicare. Non enim, tanquam inutile, refutandum est, quod ad conseruationem nō conducit: sed diligenter perquirendum, num quippiam ad eius, quod non est, productionem conferat. Ars itaque medica inter eas

est, quæ faciunt, & conseruant: non iccirco tamen geminum esse artis finem credere oportet, &, E quod non est, facere, vt pote sanitatem: & eam, quæ est, conseruare: per eadem enim præcepta, vt aiunt, sanitatem creans, eadem'que conseruans geminum habere finem videatur. Profecto, nisi euidenter eadem essent præcepta ad vtrunque finem ducentia, differentibus etiam finibus diuersæ vtique essent artes, & duæ medicatiuæ: at, quoniam, eadem cum sint præcepta, proposita euariant, vna ars differentia habebit proposita: sed me hercule ignorant artis vnum esse propositum, sanitatem scilicet, finem'que vnum, qui est eius consecutio, modos autem consecutionis multiplices: non variat igitur propositum, neque finis secundum varium habendæ sanitatis modum: siquidem nobis apta officere cognoscentes, modo ipsa nocentia submouentes sanitatem acquirimus, modo ea deuitantes ipsam præsentem conseruamus: quare vtile in medicina recte æstimabimus, non nunquam, an ad sanitatem accersendam: non nunquam, an ad eam retinendam conferat, nobiscum reputantes.

De præceptorum consensu dignoscendo. CAP. 6.

CONsensum autem præceptorum non nulli ex eo, quod vna sint, quærendum censent, multa simul esse ignorantes, inter quæ nullus consensus esse dignoscitur, quemadmodum & diem esse, & simul cum ea spirationem fieri dicimus, inter quæ tamen nulla intercedit societas. Non igi F tur consensum ex eo, quod simul sint, dijudicare oportet, sed, quo sublato necessario quippiam aufertur, & posito ponitur, id ei consentiens, & consequens iure putandum est: atq; in vniuersum, quæ mutuo inter se dependentia colligantur, per appellatam epicrisim a græcis, a nostris adiudicatio dici potest, iudicanda sunt: in quibus sane consequentem epicrisim facere opus fuerit: ad quarundam vero orationum epicrisim necessario querẽdus est consensus, & consecutio: an vero & ad medicinalium præceptorum iudicationem ea cõducat, forsan disquiret aliquis: neq; enim, quod medicinale præceptum vtile, verum quod sit, cognoscere satis fuerit, sed nihilo secius ipsum cum alijs cohęrere, consentire quod opus est.

Modus tres medicinæ sectas considerandi. CAP. 7.

QVandoquidem igitur omnis oratio, omne quod præceptum tribus hisce perpẽditur, tres vero in medicina sectę celebres sunt, rationalis, empirica, & methodica, age hisce iudicandi rationibus vsi & istas singulas diligentius cõtemplemur, vt veræ ac salutari cæteris posthabitis adhæreamus. In primis autem, quid inter eas conueniat, quid cuiusq; proprium sit, exponere necesse est: deinde his peractis singulas ad examen redigemus. Trium itaq; sectarum professores in hisce consentiunt, quod euidentia præcepta vtilia sunt, analogismus, obseruatio, historia, ad G simile transitus, quod historia sine delectu non admittenda instrumenta, applicandorum remediorum modus, quod ex alijs alia deprehenduntur, quod ijsdem præsentibus malis eadem sunt facienda, quod adiectionibus, & subtractionibus sanitas seruatur, & morbi fugantur, quod ad sanitatem retinẽdam & morbos tollendos nocentium vsus fugiendus est, quod ad materiæ adhibendę, notitiam experientia potens, atq; vtilis est: quę nutriunt enim, & quę non nutriunt, purgantia, & mortifera, experientia omnia comperta sunt.

Quibus sectæ differunt. CAP. 8.

SVb hoc communi empirici subsistunt, non solum facultates, sed etiam conferentia obseruatione fuisse inuenta testantes. At vocati methodici vltra id commune dictum, quiddam ab empiricis diuersum adijciunt: aiunt enim pręterquam, quod adhibendorum remediorum vires discuntur: nihil aliud vtile ab experientia prouenire, nullum enim conferens ex obseruatione accipi posse, cum simpliciter conferentia ex quibusdam euidentibus colligantur. Rationales vero medici inter hos medij ingrediuntur: neque enim omnia vtilia ex obseruatione aiunt deprehendi, quemadmodum declarant empirici: neque rursum omnia ex indicatione inueniri, vt volebant methodici: sed non nulla ex obseruatione deprehendi, vt mortifera, & venenum mor- H su fundentia: non nulla ex indicatione, ea videlicet, quorum causę reperiuntur. Inter methodicos igitur, atque rationales eatenus conuenit, quatenus vtriq; ex indicatione vtile percipi arbitrantur: quatenus vero a diuersis accipiunt, eatenus dissentiunt: siquidem methodici ex euidentibus quibusdam vtilia putant indicari: at rationales ab huiusmodi quidem minime, sed ab occultis: nam, cum a causis indicationes creari censeant, causæ vero, vt causæ sunt, euidentes non sint, iam constat apud eos ab euidentibus indicationes non fieri, sed ista esse præuia, & veluti manuducere ad eorum, quæ indicare possunt, notitiam afferunt. Hoc itaque rursum empiricis rationales assentiunt, a nullo euidenti vtilis indicationem proficisci. Hoc vero aliud commune est, & ab omnibus medicis concessum euidentia videlicet vsui esse, vt aiunt empirici, ad obseruanda ea, quæ ex ipsis colliguntur, cum obseruatio in eorum aliquibus sit: vt rationales vero, quod ex ipsis indicare potentia deprehendantur: vt methodici, vt potentia indicare vtilia huiusmodi euidentia ex vsu sunt. Rursum hoc loco inter empiricos, methodicos'que conuenit, occultum ex euidentibus agnosci ex quo conferentium indicatio oriatur: empiricis autem, atque rationalibus commune est, in euidentibus vtilia obseruare. Inter methodicos autem, & rationales, consensus est, ex euidentibus vtilia deprehendi: methodici naque ipsum vtile aiunt ex talibus elici:

A elici: rationales vero ipsa vtile indicare potentia ex euidentibus, vtile autem nullum erui decernunt. Sed ad eos, qui ex patientibus causis vtile quodpiam inueniri putant, vt in palo, exempli causa, dicendum est, non vt ex perspicuis, sed vt ex causis in huiusmodi vtile reperiri: causa vero, vt causa est, non est euidens, sed ex casibus deprehenditur. Igitur, si extremæ cuti arenula, paxillus ve inhærens dolorem non moueat, neq; sui sensum excitet, non percipimus: causa enim alicuius non est, quodlibet faciens: quicquid enim causa est non est euidens, vt causa: nam, quæ ad aliquid se habent, vt huiusmodi sunt, non sunt euidentia: ipsa vero, quæ ad aliquid se habent, euidentia sunt, vt pater, seruus, frater, & id genus alia: ipsa quidem singula euidentia sunt, sed ipsorum ad alia relationes non euidentia.

Quòd ex abditis vtilia reperiantur contra methodicos, & empiricos. CAP. 9.

POstquam igitur dijudicandarum rationum instrumenta docuimus, communia q; & propria sectarum perstrinximus, deinceps necessarium fuerit vnamquamque sectam diligenter excutere, ac dijudicare, atque ita meliorem, quæ visa fuerit, amplecti. Primũ igitur Empirici, ac methodici rationalibus contradicentes inutilem esse aiunt rerum abditarum notitiam, nihil enim ex abditis vtile reperiri. Ad hoc rationales respondent separatim vtrique sectæ: ac primum empiricis dicũt, B euidentia non satis esse, vt in ipsis vtilia obseruatione deprehendantur: nam & occultis opus est, siquidem ab his conferentium indicationes enascuntur: cuius rei testimonium est, quòd vos ipsi non in omnibus euidentibus obseruatione vtimini, sed in quibusdam, quæ quiddam plus, quàm cætera euidentia, contineant, in quibus obseruandum est, quod non est euidens: quod si est, abdita non inutilia fuerint. Euidentia igitur si, vt talia, ad vtilium inuentionem capiantur, omnia ad id conducent, aut non: at omnia ad id conducere si dicamus, incredibile fuerit: quòd si non omnia conducibilia, necesse fuerit plus aliquid, quàm euidentiam continere, quod percipere non ad sensum, sed ad rationabilem potentiam pertinet: ea vero abdita dignoscit: quare & rationabilis facultas, & res abditæ non incommodæ sunt: nam, si euidentia vt talia sunt, inter se non differunt, patet omnia, quantum in ipsis est, æque ad obseruationem esse idonea: quare, & minima quæque tã præterita, quàm præsentia commoda fuerint: id autem fieri non potest: quo modo enim in stragulis vestibus, & cubili, vbi æger cubauerit, atque id genus alijs quippiam aliquis obseruauerit? Manifestum igitur est non in euidentibus, quatenus talia sunt, obseruationem versari, æque enim in omnibus versaretur, sed in quodam altero, quod non est euidens, si hoc verum est, iam id efficitur, occulta vsui esse. Veruntamen vnde inquiunt dignosci in hisce euidentibus obseruationem posse C se fieri, in illis vero non item? haud enim facile est ab istis euidẽtibus, quatenus ita euidentia sunt, istud accipere: ita enim omnes vel triuiales dignoscerent, in quibus nam euidentibus obseruandum esset, atque ita nihil nostra experientia à vulgi imperitia distaret. Quòd si non omnibus constat, quibus euidentibus obseruatio sit adhibenda, solis autem id artificibus notum est, sequitur in euidentibus, non, vt euidentia sunt, conferentia obseruatione deprehendi: quoniam enim hoc est euidens, quod vtile ad obseruandum est, id vero non est euidens, sed occultum, admodum aũt istud nouisse expedit, ꝓpterea, & occulta ex vsu sunt. Vltra dicta etiam, qñquidem dicunt empirici, & in his preteritis, & in his p̄sentibus obseruandũ esse, iccirco, & trãsacta curiose disquirũt, infinita vero sunt etiam præsentia, & in infinitis obseruatio fieri non potest, clare sequitur, eorum obseruationẽ ex his esse, quæ fieri non possunt. In Methodicos autem sensui perspicua conferentium demonstratiua esse putantes, hęc adducunt rationales: euidentia ex seipsis percipi possunt, & vulgo igitur euidentia erunt: quoniam vero & communitates indicant, simul q; cum indicantibus indicata sese offerunt, vulgaribus vtique communitates indicabunt: atque ita nihil à vulgaribus ò Methodici differetis. Quòd ab affectibus vero conferentium indicatio non proueniat, per hæc demonstrare licet: eodem affectu, exempli gratia, phlegmone differentes corporis sedes occupante, vt oculos, D aut iecur, aut gulam, non eadem curatione, sed diuersa vtendum: oculo nanque inflammato opiũ conuenit: gulæ autem, vel ori ventriculi, & iecori aliud quippiam: at oleum oculo nocet, in alijs vero inflammatis partibus dolorem mitigat. Ex his manifeste concluditur, ab affectibus conferentia non indicari: idem enim in omnibus eidem affectui remedium admoueretur, siquidẽ affectus conferentium esset indicatiuus. Hoc pacto etiam methodicorum placitum demoliri possumus: eodẽ affectu eundem locum vexante pro causarum differentia differente curatione homines indigent, vt in vrinæ suppressione, si sit calculus, excisorem adhibebimus: si vrinæ copia, fistulam demittimus: si phlegmone, cataplasma superdamus. Quòd si ab affectibus conferentium indicationes orirentur, vno affectu proposito vna, & eadem etiam curatio assumeretur: sed vna non sumitur eiusdem affectus curatio, non igitur ab affectibus conferentium indicationes accipiuntur.

De indicatione, obseruatione, analogismo. CAP. 10.

HIs itaq; summatim in p̄sentia expositis nõ inutile fuerit ĩdicationẽ, qd sit, circũscribere, et quo modo ab indicatione vtile capiatur: quid sit obseruatio, quo modo q; ex obseruatione vtilia deprehendãtur: qd sit analogismus, & qua ratione ab vtile sumatur. Quemadmodum igitur euidentium

dentium aliqua per se ipsa percipiuntur, vt album,& atrum: non nulla adhibita obseruatione, vt [E] ea, quæ per notas dignoscuntur, ita & iuuãtia quidem per indicationem patefiunt: simul.n.cum indicantibus obuia sunt, nullius q; cogitationis ope indigent. Hanc enim ob causam & animantia ratione carentia æstum, algorem, semel q; omnia nocere valentia, quoad eius fieri potest, vitare conantur, simul videlicet eo, quod iuuat, sese offerẽte. Paxillũ enim, aut aliquid aliud in membrum defixũ nullus cogitatione pręmissa reuellit. Quare quod in apertissimis, & sine controuersia concessis reperitur, (omnibus enim demonstrationem transcendentibus mens nostra propter euidentiã assentitur) id nimirum, & in perceptis ex indicatione contigerit. Quædam igitur proportio indicationi cum euidentibus, & manifestis intercedit: quando enim cum nocentibus iuuantia pariter occurunt, tunc neque obseruatione, neque cogitatione vtendum, quandoquidem ipsa nocentia, quid expediat, manifestent. At obseruatio proportione ad ea respondet, quæ per notas comprehenduntur: sicut enim ea per coobseruationem comprehendi affirmamus, ita & hic iuuantis obseruatio fieri dicitur. In quibusdam enim plerunque eodem modo occurrentibus absque agentiũ causarum cognitione iuuantis obseruatio efficitur: vt est in dentium stupore portulaca: neque enim contentiua causa hic quicquam demonstrat, neq; aliqua cogitatione auxilium reperitur. In his, qui altercum epoti sunt, aut quippiam id genus mortiferum assumpserunt, inter initia sane cu- [F] ratio à causa, & loco accipitur, sed causa ignorata iam deinde obseruatione perceptis vtimur: vomitum enim ab initio admittimus, causa huius electionem indicante, & loco modum electionis suscipiente: postea vero causam ignorantes, obseruatis, vino scilicet, & lacte vtimur. Verum ex analogismo iuuans percipitur, quando causa quidem delitescit, nulla q; obseruatio habetur, sed affectus quàm simillimus ex casibus est: in huiusmodi enim ab indicatione profuturum colligi nequit, causa nanque ignoratur, nulla q; præterea facta obseruatione, casuum similitudinem intuentes cogimur ad simile transgredi. Aliquis nanq; à serpente hæmorrho vocato demorsus fuerit: inde sanguis largius effluat: nos causam, quare id patiatur, nescientes, neque obseruatione instructi, auxilijs ad sanguinis ob incisionem profluuia facientibus opitulabimur. Atq; hac ratione Cnidij medici pulmones purulentos habentibus succurrere tentabant, transitu ad simile vtentes: quoniã enim, quicquid in pulmonibus est, per tussim extruditur, linguam exerentes, aliquid humoris in arteriã instillabant, quod tussim vehementem concitare posset, vt ex casus similitudine pus rejceretur. Analogismis itaque per transitum ad simile fit: analogismo nanq; vtẽtes à similibus ad similia transimus. Empirici vero secus, atq; nos, huiusmodi transitum vsurpant: nam à simili trãsitum ab auxilijs ad auxilia, aut ab affectibus ad affectus fieri affirmabant: ab auxilijs ad auxilia hoc mo- [G] do: cum ijdem adsint casus, qui & in aliàs visis ægritudinibus aderant, tum à simili transitum facimus, vt à cotoneo ad mespilum. Verum aduersus ipsos dicendum est: fieri à vobis non potest huiusmodi à simili transitus: vtrum enim ratiocinatione vtentes à simili ad simile transitis, an obseruatione? si obseruatione, obseruatio est eius, quod fit, & quod cognoscitur, & non ad simile transitus: sin ratiocinatione, ab ipsis sciscitabimur, num omnium casuum similitudinem spectantes, transitum à simili ad simile faciant, an aliquorum. Si omnium, responderint, nihil vnquam alicuius secundum omnia simile reperietur: quę enim inter se aliqua ex parte non differunt, hæc non similia, sed eadem plane sunt. Sin aliquorum casuum similitudine se contentos affirment, iterum sciscitabor: num similitudinẽ in figura, aut in colore petitis, an in duritia et mollitudine, an potius secundum gustatum, olfactum q; similitudinem æstimatis? quòd si secundum gustatum dixerint, aut aliud quippiam, clarissime fatebuntur iuuantia, quatenus iuuant, se deprehendere: ex quo efficitur, vt ipsos etiam confiteri necesse sit se nocentia, vt nocent, dignoscere: quo enim iuuantia nocentibus aduersantur, eo iuuare dicuntur. Si mespilum igitur, quoniam gustatilem qualitatem cotonei saporis similem habeat, torminosis adhibetur, scire oportet ipsum gustatili qualitate prodesse: cum q; ipsam adstringere in confesso sit, simul etiam contrariæ qualitatis, facultatis've esse nocentia [H] cum huius perceptione succurrit. Quòd si comprehensibili causæ remedia contraria sunt, manifeste concluditur, occulta posse deprehendi, & ad vsum idonea cognosci.

Descriptio indicationis, experientiæ, & analogismi, & ad singulas sectas, Empiricam videlicet, & Methodicam impugnandas transitus. CAP. II.

QVo modo itaq; ex indicatione vtile percipiatur, supra positũ est. In præsentia vero dictorum cuiusq; descriptionem explicabimus. Est igitur indicatio iuuantis comprehensio simul cum comprehensione nocentis adueniens, sine obseruatione, aut ratiocinio: Experiẽtia vero est eius, quod frequenter, & eodem modo visum est, cõprehẽsio, atq; memoria: aut sic etiam describere potes: Indicatio est, quando rebus percipiendis simul, & quod confert, percipitur, absq; ostensione, & obseruatione: at Experiẽtia est eius, quod sępius, & eodẽ modo visum est, obseruatio, atq; memoria: idẽ est vero obseruatio, & experientia. Analogismus autem est comparatio, & perceptio causarũ iuuantiũ p similitudines. At deinceps propria cuiusq; sectæ cum exposuerimus, aduersus singulas, empiricã dico, et methodicã, rationes inducemus: sunt vero hęc empiricorũ ꝓpria: iuuantiũ in cõcursibus obseruatio, historia, à simili trãsitus, quemadmodũ ipsi faciendũ ꝑcipiunt: alio.n. modo rationales medici à simili transitum vsui accõmodant, vt posterius differentiã ostendemus.

Quòd

A *Quòd Empiricorum obseruatio sine ratione præstari non possit.* CAP. 12.

VErum empiricis contradicentem duobus modis pro concursibus obseruationem accipere opus est: nam facultatum obseruatio communis est, accidentium vero illorum propria: aut enim ipsam prorsus tollere, tanquam esse non possit, opus est: aut esse quidem posse concedere, sed absque ratione explicari non posse. Primum igitur, quòd absque ratione obseruatio explicari nequeat, per hęc quispiam ostenderit: confitentur empirici se non omnes euidentes casus obseruare: neq; enim se flauitiem, exempli causa, aut albedinem, aut simitatē aduncitatem'ue obseruare affirmant, quamuis & in coloribus discrimen aliquod animaduertant, vt in auriginosis: & in figura, vt in fracturis luxationibus q; sed & pro antedictis minime. Quemadmodum enim, inquiunt, ab indicatione conferentia sumi profitētes, non omnia tñ indicare testantur, methodici nanq; euidentiū aliqua indicare affirment, non omnia. rationales vero abditorum aliqua, & non omnia, ita & empirici pro quibusdam casibus, non pro omnibus obseruationem ponunt: neq; enim præterita omnia, neq; præsentia vtilia ad obseruationem esse arbitrantur: vt, exempli causa, quispiam à rabiente cane demorsus est: accedens empiricus id tantum satagit, à rabiente'ne demorsus fuerit: aliorū antegressorum nihil explorat: pariter & circa præsentia nihil laborat: neq; enim, vt ante diximus, capillos rectos crispos'ue considerat. Quocirca ab ipsis causa iure petenda est, quamobrem non in omnibus casibus, sed certis quibusdam conferentia obseruent, quandoquidē casus, quatenus euidentes sunt, tam illi, pro quibus fit obseruatio, quàm cæteri inutiles nulla ex parte dissideant. Dicunto igitur, quid'nam vtiles casus monstrat euidens'ne, aut occultum? si euidens esse dixerint, quo vtiles casus produntur, & pro quibus obseruandum est: inferemus iterum, hoc euidēs quatenus euidens nihil ab inutilibus casibus distare. Quòd si rursum occultum esse vtile casuū indicans affirmēt, occulta ad conferentiū obseruationem cōducere fateantur, necesse est: at occulta nulla vi alia, quàm ratione, comprehendi queunt: quare, si vtilis pro concursibus occultorum est obseruatio: & si nihil aliud ea, quàm ratio, comprehendit, apertum iam est, absq; ratione obseruationem fieri nō posse. Hæc sanè argumentatio eos fateri cogit rationem in obseruando esse percommodam. Verum empirici nobis refragantes inquiunt, & vtiles casus experientia posse deprehendi, & pro aliquibus casibus obseruandum esse, pro aliquibus vero non: id quoq; se obseruatione cognouisse. Ad hoc præstò respōsio est: cum infinita sit casuum multitudo, pro quibus non sit obseruandum, pro omnibus id ipsum obseruari non potest, pro ipsis scilicet obseruationem non esse faciendam: infinitum enim obseruari, custodiri q; non potest. Vltimum itaq; ipsis vndiq; oppressis confugiū relinquitur, vt forte euenisse dicant pro hisce casibus obseruationem factā esse: pro illis vero minime: quo quid magis ridiculum fuerit? hic quidem sermo iste finiatur.

B

C

Obseruationem pro concursibus, empiricorum more dari non posse. CAP. 13.

QVòd autem pro concursibus obseruatio colligi nequeat, per hæc argumēta declarabo. Sic enim aiunt empirici. Obseruatio non pro vno duobus'ue, sed pro plurimis frequenter conspectis, & eodem se modo habētibus fit: interrogati igitur num pro ijsdem casuum generibus vtilia obseruent, necessario pro ijsdē se generibus obseruare affirmabunt. nam, si in hoc, exempli causa, febris sit, et phlegmone, in hoc biliosa per vomitum aut sedem fiat excretio, nequit eadem esse obseruatio. Eosdem igitur genere casus esse satis fore neutiquam dixerint, sed etiam numero æquales esse oportet: nam, si ijdem genere casus fuerint, non omnes autem, aut plures adsint, concursus euariat, atq; aliam obseruationem exigit: opus est enim pro ijsdem generibus & æquis numeris obseruationem fieri. Quo modo autem omnis curatio penes excessum defectum q; casuum commutabitur, hinc iam considerandum est. Est igitur quædam in phlegmone obseruata curatio, quòd si aliquis à phlegmone casus abfuerit, vtpote sensus, & curatio mutanda est: nam phlegmone iam in scirrhum euasit, neq; eadem curādi ratio conuenit: atq; ita penes casus absentiam curatio diuersa est: penes vero abundantiam ad hunc modum. Si phlegmonæ febris aut syncopa adiungitur, ob casuum abundantiam concursus differens factus est: quare, & differens adhibetur curatio. Neque solum genere ijdem, & numero æquales casus esse debent, verum etiam, & magnitudine neque excellere, neque deficere conuenit: quandoquidem, & penes casuum magnitudinem permutatur curatio: neque enim superficie tenus factas diuisuras suimus, neq; etiam ieiunio quispiam vtetur: at, si profundior sit incisio, ieiunium imperamus, venā soluimus, fibulas adhibemus, & huiusmodi. Neq; satis est casus genere conuenire, numero æquales esse, & magnitudine similes, verum etiam tempus oportet obseruatione complecti: alia nanque incipientibus morbis auxilia adhibentur, alia vigentibus: ‖ incipientibus enim siquid videtur mouendum, moue, vigētibus quietem agas, præcipit Hippocrates: & phlegmonæ incipienti quidem reprimentia adhibemus, post id autem cataplasmata, & illapsam materiam dissipare valentia. Præterea & ordinem dictis omnibus in obseruatione adiungere opus est: variante enim ordine & concursus euariat, ieccirco & medendi ratione variare necesse est: aliter enim prius furentes, deinde febricitantes curamus: & aliter febricitantes prius, deinde furentes, siquidem mortiferi, & non mortiferi, prout habet casuum ordo, affectus euadunt: quemadmodum euentus ostendunt: à neruorum quidem conuulsione febris non solum periculo vacat, verum, & morbum propulsat: sed à febre conuulsio mortifera

D

2. Aphor. 29: extr. ord. 16. 1

tifera

tifera est: permutato vero penes casuum ordinem concursu, necessario conceditur (vt ex euenti- E bus patet) & medicationem permutari. Quamobrem, cum prorsus oporteat casus non modo genere eosdem, numero æquales, magnitudine similes adesse, sed etiam idem tempus, eundem'que ordinem seruari necesse est, si debeat integra obseruatio fieri, cum'que in omni vita ne duobus quidem ægrotis, nedum pluribus omnes supra enumerati casus accidere similiter queant, clarum est huiusmodi obseruationem pro istis concursibus fieri non posse. Non posse autem prædicta omnia pro omnibus aut pluribus reperiri, ita quispiam demonstrauerit. Quoniam causis, passis locis, ætate, consuetudine, symptomatum acerbitate, laborantis natura, anni temporibus, regionibus'que diffidentia vitia gignuntur, duobus hominibus prorsum contingere non potest, vt similiter in omnibus sese habeant: hanc ob causam pro concursibus obseruatio fieri nequaquam potest: quod si duo etiam nulla pro re differentes inuenti fuerint, neque tamen propterea obseruatio concedenda est, quandoquidem ipsam in pluribus fieri opus sit. Cæterũ quo modo vos (illi inquiunt) vestrũ ipsorum placitum cõfirmatis? videmur enim ipsis pro symptomatis, & facultatibus obseruare nõ posse: veratrum enim purgare, aliqua animalia venenum ictu infundere obseruatione compertúm est: & pro dentium stupore causa quidem comprehensa non est, sed portulaca ipsum dissolui obseruatum fuit. Sic vero ipsis respondendum est: Nos quidem vtilia symptomata circunscriben F tes eo, quod ad proposita referamus, ex vsu vtile iudicamus: cũ igitur & à causis illata omnia symptomata comprehenderimus vt grauitatem: & à locis, vt ægre spirare: & à facultate, vt animam deficere, inuenimus hæc esse vtilia, reliqua vero inutilia. Quoniam igitur vtilia symptomata per relationem ad proposita circumscripsimus, quæcunque causæ, loci, facultatis've sunt symptomata, ea vtilia reputamus, quæ non huiusmodi sunt, inutilia. Igitur, tametsi neque morbiferas causas, neque perpessos locos cognouimus, cum facultatem, vt dixi, habeamus vtilia symptomata ab inutilibus distinguentẽ, neq; pro agentibus causis, affectis vel locis obseruare, possimus, vt sanguine infestante, non dignoscentes sanguinem esse morbi causam, à grauitate, quæ symptoma est subsequens, causam esse rimati, à grauitate veluti manuducti pro ipsis obseruationem facere possumus. Sic & pro spiritus difficultate, id ventriculi, aut pulmonis, aut iecoris, aut transuersi septi, aut alius cuiuspiam affecti loci symptoma esse ignorantes, solum id locum affectum esse scientes, perinde pro ipsis, atque pro ipso affecto loco, obseruare poterimus: quæ autem neque loci, neque causæ, neque facultatis symptomata sunt, ea tanquam abundantia reijcimus. Vtile igitur atque inutile pro quibus propositis obseruemus, empiricis dicendum, nos scilicet pro solis symptomatum generibus obseruare, in quibus neque potentia, neque tempore, neque magnitudine, neque ordine, ne G que alio quopiam opus est, vt pro dentium stupore portulacam. Quid igitur prohibet, fortasse dicent, & nos ad hunc modum obseruare? si in istis, respondebimus, symptomatum generibus obseruatis, quemadmodum & nos modo diximus reliquis, vbi tempus magnitudo, & potentia requiritur prætermissis, iam inter nos conuenit: Cæterum, si dicant, morsum hæmorrhi plura symptomata comitantur, & vos nihil in his obseruatis: nos contra respondebimus non pro illis symptomatis, sed pro antegressa causa nos obseruationem facere: symptomata vero antegressarum causarum cognitionem, pro quibus obseruationem statuimus, exploramus: causa nanque ignorata, & facultate curandi ex indicatione carentes, obseruationem pro antecedentibus causis præstamus: obseruamus autem non solum pro causis, sed etiam pro loco vno: pro iecoris itaque atque pro lienis affectu quædam obseruauimus. Si vero dixerint ista singula vnum symptoma comitari, dicemus nos, interdum non vnum, sed plura: multa vero curiose persequimur, non vt pro ipsis obseruationem conficiamus, sed vt id, pro quo fit obseruatio, consequamur, in iecinorosis affectum esse iecur, pro quo obseruatio statuitur, & in alijs ad hunc modum. Cæterum plerunque pro prægressa causa fit obseruatio: non enim pro dentium stupore portulaca obseruatur, sed pro affectu ab acidis acerbis've creato. Igitur, cum ex fluctione aut vomitu aut secantis ferrę stridore dentes obtor H puerunt, nihil in portulaca præsidij est: prius itaque causam rimati, ob quam dentes stupor obsedit, deinde sic ea vtamur: quæ in his vero accipiuntur, antegressis causis minime aduersantur: neque enim alia continentibus causis adhibentur. Hæc sane aduersus obseruationem in concursibus facientes afferri possunt. Interrogandi præterea sunt empirici, quo modo administrandorum auxiliorum mensura aut tempora sint obseruanda, aut quo modo ciborum tempora, & mensura.

Empiricorum historiam inanem esse. CAP. 14.

VErum enimuero ipsorum historiam inanem esse, neq; confici posse in præsentia patefaciam. Vtuntur sane Empirici historia eam ob causam: frequenter morbi quidam exoriuntur, ad quos nullum auxilium ab ipsis obseruatum est: vt igitur & hac in difficultate aliquibus remedijs abundare possint, neq; fortuitum euentum expectent, historia vsi sunt: neq; hac tantum de causa, verum etiam vt breuior esset traditio: non potest enim nouus medicinæ discipulus omnibus symptomatis obuiam fieri, atq; in omnibus obseruationem facere. Nequis igitur omne vitæ curriculum discendo consumat, sed aliquando & arte vtatur, iccirco ad medicandum vtilem historiam esse asseruerunt: conficitur autem aut præsentium historia, vt illud carmen,

Ferro

A Ferro homines cædunt, ignis late omnia vastat,
aut præteritorum, vt illud,
Curetes pugnam simul, Ætoliq; ciebant:
sed futurorum neutiquam: illud enim,
Illa dies aderit, qua procidet Ilios alta.
non historia, sed potius diuinatio dicenda est. Empirici præteritorum historia frequentius vsi sunt: sic enim eam definiunt. Historia est rerum sæpius circa eadem probatarum narratio. Sed contra ipsos ita dicendum: Si omnia in historia narrata vera esse affirmant, aliquem profecto iudicem habere debuerunt, qui recte historiam institutam esse iudicaret: verum, cum non ita res habeat, aliquod dijudicandæ historiæ instrumentum reperiendum est, quo vera à falsis discreturi simus: etenim circa idem non solũ medici dissident, immo & contraria opinantur: febricitantes enim adeo non nulli inedia macerabant, vt ne aquam quidem cõcederent: non nulli ab initio cremorem hordei propinabãt, non nulli summopere cauebant, ne vnquam hordeaceo victu laborans vteretur: Petronas autem, & suillas carnes assas exhibens, & vinum nigrum meracius, ad vomitum compellebat, & frigidam ad laborantis arbitrium potui dabat. Apollonius vero atq; Dexippus Hippocratis auditores neq; aquam propinabant, nedum vinum: præparauerant enim cyathos quosdam cereos numero duodecim, vt essent singuli heminæ sexta pars, ex his duos tres've alternatim ægrotantibus dabant. Tanta igitur cum sit inter medicos controuersia, cur dijudicandæ historiæ instrumentum aliquod comparari non debuit? quare, cum ipsos fateri coegerimus neque inutile esse historiam admittere (sic enim superuacuam esse historiam declarabimus) percunctabimur experientia'ne, an ratione historiam iudicent: ratione quidem nequeunt, cum ipsam exterminent, & alioqui, quo percipiuntur hæc singula, eo & iudicantur: at experientia, quæ iuuant, deprehensa fuisse prędicant: experientia igitur etiam iudicari necesse est: quemadmodũ enim in alijs, ita & hoc loco res sese habet. Quidam in historia niuem refrigerare tradidit, si de historia sententia ferenda est, eodem instrumento vtendum est, quo scriptor ille rem hanc deprehendit. Rationalis sanè medicus per causam dijudicare historiam poterit: quodam enim in historia scribẽte hominem distenta vasa & oppressa grauitate habentem, sanguinis profluuium superueniens ab instante noxa liberat, & grauitatem hanc examinat, num vera sit, in causam symptomata inferentem respiciens, considerans'q;, num sanguinis profusio potens sit causæ resistere: inueniens ergo grauitatem distentionem'que à plenitudine prouenire, & sanguinis effusione plenitudinem inaniri, historiam veram C esse cognouit, nulla'que re alia ad hanc dijudicationem indiguit: vbi vero causam nancisci non possumus, historiæ iudicium experientiæ committimus: siquis enim historiæ tradidisse visus fuerit portulacam dentium stuporem discutere, huic rei iudicandæ experientiam adhibebit. Ad hunc itaque modum empiricum necesse fuerit de historia per experientiam iudicium facere: quòd si experientia historiam iudicat, efficitur, superuacuam atq; inutilem esse historiam. Cæterum non nulli empiricorum dicũt, nos auctoritati scribentium fidem habentes historiam iudicamus: Nobis vero interrogantibus, quo modo ipsorum auctoritatem æstimatis, cum ipsorum alij in alijs fallantur, & recte dicant, respondent, Cum scriptor aliquis non ob inanem gloriam, neque decretorum amore compulsus, neque altercandi studio irritatus quicquam scribit, tunc vera ipsum scriptis mandare censemus. Hoc eorum dictum in primis facile refelli potest: contingit enim ob nullam ex antedictis causis, sed proprio errore ductum scriptorem quempiam historiam condere: num igitur, quia neque gloriæ cupiditate, neq; sectæ suæ placitis fauens, neq; contradicendi gratia scripsit, propterea quidquid eius scriptis continetur, verum esse dicendum est? Secundo, cum historiæ auctorem sapientem medicum esse autumant, à iudicãda historia discedentes virum sapientem iudicant: sed huiusmodi iudicium ad philosophos non ad medicos pertinet. Præterea vnde D iudicium illud accipi potest, eum neque gloriæ comparandæ, neque sectæ suæ tuendæ, neque rixandi causa scribendi prouinciam suscepisse? Vlterius dum conantur, quo agnoscenda sit scriptoris auctoritas, declarare, instrumento ab se ipsis repudiato vtuntur: dicentes enim eum non gloriæ, non concertandi causa scribere, causas exponunt, ob quas scriptori fides habenda sit. Quare, si non ob aliud quicquam, ob id saltem causarum vestigatio perutilis fuerit, nos q; etiam nihil plus quærimus, sed quæque res propter quid facta sit curiose explorandum esse contendimus: quod sanè & ipsi in historia dijudicanda facere videntur: nos vero propter quid quodque sit, vestigare consueuimus, atq; in totum causa ad rem quæ dicitur dijudicandã vtimur, empirici autem ad mores scribentis dignoscẽdos: mores autẽ æstimare non medicorũ, sed philosophorũ officiũ propriũ est. Amplius, & hoc aiunt empirici ad suadendũ non opus esse historiã experiẽtia iudicare, idq; ita probant: quemadmodũ vos Cretã insulam esse quibusdã scribentibus, Cretam esse insulã cognouistis, quamuis proprijs oculis ipsam nunquam aspexistis, ita & nos multis de eodem eadem sentientibus experientia ad historiã iudicandam non egemus, sed multorum opinioni accedimus. At nos istorum rationi occurremus dicentes: Cretam esse his verisimilibus argumentis moti credidimus, quoniam inde huc aliquis, iterum q; hinc illuc nauigat, quoniam q; non nulli Cretenses isthic nostri amici sunt, ad quos etiam literas damus, & à quibus accipimus: præterea, quoniam

naim omnes homines de ipsa, licet inimicissimi, idem referunt: de medicinalibus autem rebus nihil ferè inter medicos conuenit: cum præsertim inter omnes homines exiguus sit medicorum numerus: neq; solum dissentiunt, sed & pugnantissima, vt paulò ante monstrauimus, opinãtur: quocirca aliquo instrumento opus est ad dijudicandum medicinalem historiam. Cęterum, cum dicant empirici, quæ comprehenduntur, aliqua sensu comprehendi, vt ruborem, alia per admonitionem, vt ea, quæ notis quibusdam, ac signis in memoriam reuocantur, per indicationem autem nihil dignosci, ac neutro ab ipsis probato modo. Cretam esse insulam comprehendunt: nihil dubium est, aut ipsos, Cretam esse insulam, non comprehendisse, aut, si comprehenderunt, tertium quendam alium cumprehensionis modum reperiri: hæc dixisse ad ostendendum adeo ab ipsis concelebratam historiam superuacuam esse, abunde sit. E

Quòd nihil vtile ab historia Empiricorum haberi possit. CAP. 15.

CÆterum nullius iuuantis notitiam ex historia haberi posse non magno quis negocio probauerit: quandoquidem obseruatio, vt superius tradidi, non solum pro symptomatum genere, & numero facienda est, sed etiam pro magnitudine, & tempore, & ordine: hæc autem describi sine propositis nequeunt: manifestè sequitur historiam dari non posse: penes magnitudines autem, & tempora, & ordines medendi conditionem differre probatum est. Verũ, per quę conclusimus pro concursibus obseruationem fieri non posse, per eadem efficitur, neq; historiam posse condi: neq; enim obseruationem fieri non posse, posse vero non obseruata describi, quispiam dixerit. F

De transitu ad simile secundum Empiricos. CAP. 16.

DEinceps de transitu ad simile disputandum est. Indiguerunt autẽ transitu ad simile empirici hac de causa: cum plurima, & penè infinita essent, pro quibus obseruationes erant faciendę, & opem ferentia essent quoq; infinita, ac nemo posset pro omnibus, aut plurimis aliqua notare, id fuit in causa, vt historia, transituq; ad simile egerent empirici: adhuc, quoniam rationales medici ipsis obijcientes aiunt, nihil æque artifices, ac facilitatem in artibus, copiam q; præstare discupiunt: at vos vnũ in vno obseruantes infiniti in curationibus eritis, aut plura in eodẽ obseruare coacti, nunquam arte vtemini, sed aliqua semper notabitis. Hanc ipsi obiectionẽ ita diluunt: Nos transitu ad simile vtemur, ex quo nobis facultas, copia q; suppetit: vertiginoso.n. in humum procidente, sanguine q; ob casum effuso, atq; ita morbo eo liberato, nos id notantes in altero venã secabimus. Sed primum eos quispiam sciscitabitur, vnde ipsi certiores facti sunt ex sanguinis profusione, & nõ ex ipso casu vertiginosum fuisse sanatum. Sed nondum aduersus eos quippiam afferre tempus est prius, quàm, quot modis transitu ad simile vtantur, ostendero. Dicunt itaq; se transitu ad simile vti, non nunquam ab auxilijs ad auxilia, non nunquam à locis ad locos, nõ nunquam à vitijs ad vitia: ab auxilijs quidem ad auxilia, vt quando mespilum vice cotonei torminosis adhibent: à locis autẽ ad locos, vt quando ea, quæ in musculosis, aut neruosis membris obseruarunt, talibus etiam applicuerunt, quemadmodum, exempli causa, à femore ad humerum transferimus: à vitijs vero ad vitia ita transeunt, veluti cum remedia ad sanguinis effluuium probata ad Hæmorrhi morsum accipimus: tot sanè modis transitu ad simile vtuntur empirici. G

Transitus ad simile Empiricorum impugnatio. CAP. 17.

VErum ipsos libenter interrogem primum de auxilijs, quo modo ipsis vtantur, num facultatis, aut symptomatũ inhærentium similitudinem attendẽtes: veluti cũ mespilũ pro cotoneo assumunt, num astrictione similia esse putantes accipiunt, an quia rotunda ambo, colore, tactu q; similia conspciunt? Si facultatem (astrictionem dico) attendentes se transitũ facere asserent, se causas adstrictionis, per quas iuuantia prosunt, explorare fatebuntur, simul autem cum iuuantium facultate & nocẽtium facultas addiscitur. Quin etiam & plus quiddam eos perscrutari oportet, non solum, quòd mespilum adstringat: complura enim eadem vi prædita sunt, quæ propterea non idem præstant, vt æris squamma adstringens, & membra repurgat: nam, si piper calefaciendo iuuare cognitum sit, iam pro certo habetur, quod in præsentia nocet, frigiditate officere: sin autem symptomatum similitudinem spectãtes similia se deligere profiteantur, vtrũ dicemus, si omnes qualitates similes sint, ita similitudo attenditur? at id prorsus esse nõ põt, vt aliquorũ omnes qualitates similes sint: sic.n. eadem essent, non similia. Certum igitur est eos aliquorum symptomatum similitudine inspecta trãsitum se facere dicturos: aut igitur plura (dicemus nos) aut totidẽ, aut pauciora symptomata spectantes trãsibitis: si pauciora, fermè omnia similia fuerint: in aliquo enim omnia concordant: quòd si totidem, aut plura, cur in sanguinis effluuio (dicemus) quemadmodum porri coma vsi estis, non item & allij, & cępæ comam adhibuistis? hæc enim in plurimis similia sunt: & in pernionibus pariter, Quare quemadmodũ rapa, nõ item & raphano ei malo succurritis? præterea & stomacho imbecillis, quare absinthio carentes, nõ cẽtaurij, & marrubij succo medemini? ferè enim hę herbæ non differunt: itẽ aqua suffusis quã ob causam plerunq; vice raphani rapam nõ exhibẽt? Atq; in vniuersum considerandũ est aliquod obseruatis simile, contrarias tñ vires habere: ipsos q; percõtari opus est, propter similitudinẽ ne ijsdem morbis hæc remedia cõducant, similitudo vero sit sensibus (vt ipsi reputant) iudicanda: hoc idẽ argumentũ aliquis in reliqua ipsorũ decreta contorquere poterit: nã protinus ipsis ostendendũ est neq; à symptomatis ad symptomata, neq; ab affectibus H

A fectibus ad affectus eos transire posse: nunquid enim symptomatum similitudinem in facultate attenditis? hoc vero negabunt, non enim facultatem symptomatum, sed sensui manifestam similitudinem explorant: vtrum igitur plurium symptomatum, an totidē similitudinem? at phlegmone, & scirrhus in plurimis sunt persimiles, sed nihilo minus fermè contrariam, nihil q; consentientem curationem postulant: sic etiam œdema, & ramex, struma, & meliceris magna similitudine inter se conueniunt, sed medendi ratio maxime distat: præterea ex venæ fractura sanguinem reijcientes omnia fermè symptomata illis quàm simillima habent, quæ sanguinem ob erosionem, aut apertionem spuentibus insunt: non tamen iccirco eadem medicatio omnibus idonea est. Atq; ea ferè, quibus empiricorum ad simile transitus confutatur, persecuti sumus.

De transitu ad simile secundum rationales. CAP. 18.

DEinceps vero declarandū superest, quo modo rationales transitū ad simile vsurpare valeant, quod alij non ad simile transitum, sed analogismum nominare consueuerunt: nam ad simile transitum pertinere ad empiricos asserunt, modum autem illi proximum analogismum vocant, quem rationalibus familiarem esse testantur. Verum nos aduersus noīa mutantes minime pugnamus, sed rem ipsam proponemus, cui quisq; suo iure nomen imponat. Itaq; symptomatum aliqua B causas, aliqua passos locos, aliqua facultates, aliqua ęgrotantes ipsos subsequi statuimus: hæc rationalis omnia distinguit, noscit q;, vbi obseruandum sit nec ne: q alia vero adsint, aut absint, non laborat, cum nihil ad medelam conferant: cum q; concursus in aliquo inutili symptomate variare videatur, haud secius ijsdem vtetur, ac si penitus assimilis concursus esset. At empiricus, quia confusum, ex omnibus q; aceruatū concursum obseruat, facultate discernendi symptomata carens, quocunq; ex illis deficiente, abundante ve, perinde atq; concursu euariante, diuersa quoq; curandi ratione vti debet, ignorans in non nullis symptomatum, defectu, affluxu ve concursum re vera permutari, vt in phlegmone, scirrho, œdemate, atq; ramice: in nō nullis autem minime: nam in ijs, qui à priore parte conuelluntur, & in ijs, qui à posteriore, quos Græci emprosthotonicos, & opisthotonicos vocant, differre quidem concursus videtur, sed, quoniam patientis symptoma est, non causæ, non loci, non facultatis, ideo non fit diuersa curatio. Id quoq; ignorat empiricus, non nunquam similem esse concursum, non tamen iccirco eadem curatione esse vtendum. Ecce enim totidem, similia q; symptomata in sanguinem reiectante ex fractura, ex apertione, & ex erosione reperiantur, esto etiam tussis in omnibus istis eadem, & proiecti sanguinis copia sit ęqualis, alia q; etiam sint consimilia, nihilo minus tamen differens curatio adhibebitur. Quamobrem rationalis medicus C vtilia symptomata ab inutilibus distinguens, sæpius dissimili apud multos apparente concursu eadem medicamenta sectatur, veluti quidam emprosthotonici, id est, in priorem partem distenti, & opisthotonici i. in dorsum distenti, & tetanici, id est, æqualiter in vtranque partem conuulsi, isti diuersum concursum habere videntur. At rationalis intelligens sanguinis (si ita forte euenerit) copiam in causa esse, musculorum q; esse vitium, & eundem esse morbum (phlegmonē enim) eadem medendi via incedet: sola enim prędicta symptomata notat, sed patiētis symptoma tanq; inutile repudiat. Nam in priorem, aut posteriorem, aut æquabiliter in vtranq; partē conuelli patientis symptoma est, quod obseruatum nihil in curando vtilitatis affert, quemadmodum neque lachrymari. Contra non nunquam simili apparente concursu iste vero penes diuersam causam differenti curatione vtitur, vt in illis, qui ob erosionē, aut fracturā cruenta ore profundunt partiens enim symptomata rationalis, ad vtile indicantia respiciens, atq; vtilia tantū symptomata deligens, auxilijs q; aduersus ea pugnare valentibus vtens, plerunque diuerso apparente concursu, eodem ipse modo curabit: aut contra, simili apparēte, diuersam curationem adhibebit: curatio nanq;, & admotio remediorū causis symptomata generantibus aduersari valentium. Rationalis itaq; vnūquodq; auxiliū morbiferis causis aduersarium comprehendit, & cui symptomati resistere valeat, non ignorat, quo D niam concursum, vt iam diximus, partitus est. At empiricus in confuso, aceruato q; cōcursu iuuantia obseruans, quid cui resistere aptum sit, discernere nequit: id ignorans vero, transitu ad simile vti non potest: per quid enim iuuans prosit, & ipse se ignorare fatetur.

Quo modo rationalis vtilia symptomata ab inutilibus separet, transitumq; ad simile faciat. CAP. 19.

CÆterum quo modo (dicet aliquis) vtilia symptomata à vanis distinguit rationalis? ad indicantia proposita referendo, respondeas: cum enim quædam symptomata propositum vtile indicans manifestantia, quædam vero id non præstantia cognouerit, vtilia sanè adnotat, alia dimittit: ex huiusmodi vero vtilium symptomatum perceptione transitus ad simile facultas exoritur: quandoque autem non integram curationem, sed aliquam eius particulam transponit: quemadmodum enim concursus, ita & curandi rationem distinguit: atque in primis perspicuum habet, quæ nam curationis auxilia symptomatis à causis illatis aduersantur, quæ symptomatis à loco, facultate ve productis: sciens nanque hoc symptoma à causis enasci, istud à locis, id vero à facultate, à causa præterea auxilij genus indicari, à loco vtendi modum, à facultate tunc temporis significari mensuram, si quidem eadem causa sit, & causam prodentia signa appareant, sed neque locus idem sit, neque facultas eadem, idem vtiq; remedij genus accipietur, sed vtendi ratio, & mensura mutabitur: contra, si causa plane diuersa fuerit, sed locus, & facultas sint ijdem, non idem

auxilij

auxilij genus, sed vtendi ratio & mensura eadē seruabitur. Postq̃ igitur rationalis medicus & concursus & curationes † metiri est idoneus, potest secundum cōcursuum similitudines aliquas curationis partes, prout ipsi videbitur, commutare. At Empiricus neq; causam, neq; causarū, aut loci, aut facultatis proditoria symptomata rimatus id neutiq; facere poterit: quocirca neq; transitum ad simile in curando rite vsurpauerit, quandoquidem, quo modo inter se concursus sint similes, ignorat: ideo neq; medicationem partiri valet, neque remedium præsenti symptomati occurrere potēs adhibere: quòd si id se posse facere affirmat, vt scilicet & concursuum symptomata, & curationem partiatur, quid vnumquodq; prodest atq; officit dignoscens, se abditarum causarum contemplatorem esse fatebitur: quòd si hoc, & ab indicatione se remedia posse capere confirmabit. E

† Al. partiri.

Summa dictorum contra Empiricos. CAP. 20.

QVamobrem, cum ea, quibus Empiricorum secta insignitur, atque informatur, frustratoria sint, atq; esse non possint, obseruatio scilicet, historia, & ad simile transitus, obseruationem quidem ratione carētem inutilem prorsus, & subsistere nequeuntem per se ostendimus: inutilem, quia rationis vsus exigitur, quibus symptomatis curatio sit adhibenda, declarantis, neq; enim pro omnibus aut iam præteritis, aut ægrum in præsentia vexantibus obseruationem faciendam autumant: subsistere autem nequeuntē quia plura cū sint, omnia non prorsus adesse possunt, quò idem concursus emergat, genus inquā symptomatum, & numerū eundem, & magnitudinē, & ordinem, & temporis opportunitatem, & id genus alia. Historiam vero per hæc abundare probauimus, q experientia, quæ scribit, dijudicat: impotentem vero esse: magnitudines enim symptomatum, atque tempora ascribere nequit, sine quibus prosperi medicamenti nulla est comprehēsio. Ad simile autem transitum eo argumento sustulimus, quòd ipsum necessario in salutarium, perniciosarum q; facultatum inquisitionem dirigere oporteat. F

Aduersus methodicos disputatio, & primum in quo dissentiant, & in quo concordent sectæ. CAP. 21.

CÆterum, postq̃ hactenus Empiricorū decreta, veluti per summam, refutauimus, modo superest vltima acies cum methodicis depugnanda. Verum aduersus eos pugnaturus, omnium sectarum cōes sententias cōcedat, necesse est, quod autem illis cum cæteris controuersum est, conuellat. Empirici igitur ab indicatione remedia sumi non posse aduersus methodicos astruere conabuntur: Nos vero ab indicatione remedia sumi posse dicere concedemus, sed ab euidentibus indicationē enasci non itidē ipsis condonabimus: adhuc illud methodicis assentimus, neq; ab vno symptomate, neq; à pluribus indicationem produci: rursus vero illud negabimus, inutilia in totū esse symptomata: nobis enim symptomata plerunque ea significare videntur, quæ salutare auxilium patefacere valeant, sed ad docendam indicationem penitus superuacua symptomata arbitramur. Huiusmodi vero sunt methodicorum instituta: cum eadem symptomata sunt, affectus autem, quibus hæc inhæreant, differunt, non eadem medendi ratione vtendum est: exemplum de phrenitide afferunt, & ea, quæ sub astricto, & ea, quæ sub fluxo genere collocatur: item, si ijdem sint affectus, symptomata differant, eadem, inquiunt, curatione vtemur, vt in costarum cerebri q; phlegmone, si vtraq; sub astrictionis genere vitia sunt. Quandoquidem igitur eadem symptomata cum sint, dissidente tamen ratione in medendo vtimur, cum q; illa differunt, eodem non nunquam modo curamus, ideo prorsus inutilia ad curandum symptomata esse aiebant: sublatis enim affectibus simul, & symptomata pereunt: positis & ipsa perdurant: hac de causa vtiles esse affectus aiunt, qui hæc exorientes producunt, euanescentes interimūt: at symptomata inepta, quæ in se ipsis nulla vi prædita sunt: quòd si quicquam symptomata indicare dicant, vtile nihil, sed potius noxium: quemadmodum febris refrigerationem indicat, aut medius fidius potionem dandam, vel vini cupiditas aut balnei, vinum exhibendum, & in balneum ducendum esse declarant: quapropter, cum symptomata nihil, aut saltem nihil vtile, sed potius detrimentosum ostendant, iccirco symptomata reijcimus, inquiunt, morbos autem, vtpote vtile indicare valentes, admittimus. Interrogant præterea huiusmodi quasdam ratiunculas, vt à iuuantium numero symptomata excludenda esse confirment. Si idem contraria non indicat, qui vero astrictione fluxu q; afflictantur, contraria ope indigent, profecto afflictatio conferentium indicationem non generat. Sed in ipsos hæc ratio facile reflectitur, per quam neque morbus quicquam indicare probabitur in hunc sanè modum: Si corpus frigore corruptione q; astrictum diuersa medicamenta requirit, idem vero diuersorum esse indicatiuum nequit, igitur astrictio conferens non ostendit. Alia etiam via methodici interrogant: Si differentia idem non indicant, febricitantes vero ac tussientes idem aliquando indicāt, à febre igitur ac tussi conferentis non fit indicatio. At nos hanc etiam ipsorum rationem in ipsos ita retorquemus: Si bile astricti & laxati eadem remedia postulant, ac diuersa idem non indicant, efficitur astrictionem ac fluxum conducibile non indicare. Hæc fere sunt, quæ à methodicis afferantur, vt inutilia symptomata demonstrent. G H

Aduersus methodicos symptomata vtilia esse probat. CAP. 22.

VErum enimuero à nobis primū est, methodicos per ea, quæ faciunt non ex toto inutilia esse symptomata, fateri: vsum vero, quem symptomata prestant, cum rationalem sectam exponemus in primis declarabimus. Methodicos itaque symptomata in curatione conducibilia putare

hinc

A hinc maxime patebit. Homines enim vtcunq; insanientes tenebricoso loco continendos esse autumant, siue ob effluxum, siue ob astrictionē insaniant: lucem nanq; in insaniam addere arbitrantur: at veternosos loco splendido detinendos, siue astrictione, siue fluxu laborent: tenebris enim veternum augescere putant. Quo modo igitur, si nihil symptomata indicāt, astrictione delirantes in tenebris versabūtur, tenebris astrictionē augentibus, aut contra fluxu veternosi in luce fluxum intēdente remanebunt? in his enim mihi affectus prorsum negligere videnť, sola q; symptomata intueri. Igiť qui inutilia fuerint ea, quæ tantā vim habent, vt proposita ipsa posthabere, neq; tantū posthabere, sed etiā contrariū, ac ipsa indicent, facere cogant? astrictio nanq;, vt laxetur, nunciat, isti vero in tenebris deliros concludentes non laxant: quin ē contrario astringunt: fluxu etiā cohibitionē indicante isti ex fluxu veternosos in lucē producūt, atque ita fluxui incrementū adiiciūt. Ad hęc sanè respondent methodici, non quia symptomata indicent, ideo se illa accipere, sed quia cōtra indicent, illud q; efficere, quod propositū imperet, prohibeāt: id enim cōtra indicans appellant, quod vtile quidē non indicat, id vero fieri, quod affectus postulat, nō permittit. At hęc nos ita refellimus: Si cōtra indicantia inutilia censenť, facultas etiā à proposito indicatū plerunq; accipi non permittens, inutilis putāda erit: sed facultatē nobis aliquid ad medelā conducibile suggerentem, tametsi & ipsa contra indicet, contēplari oportet. Quemadmodū itaque facultatē contra indicantē ex vsu esse statuitis, vobis pariter & symptomata vtilia confiteri necesse est: præterea ridicule admodū phreniticis tenebras cōferre aiunt: nā, si tenebræ astrictionē augēt, aucta vero astrictio deliriū maius facit, (crescūt enim symptomata minuūtur q; cū affectibus) contra, q̃ oporteat, faciūt, quę enī affectū, eadē & deliriū exacerbāt. & de symptomatis sermonē satis abūde fecimus.

B

Ab affectibus vtilis indicationem non sumi. CAP. 23.

MOdo neq; affectus conferens indicare (vt opinantur methodici) iisdem illis rationibus, quibus ipsi inutilia esse symptomata probare nitebantur, cōmonstrare decreuimus. Ita nanque asserimus: si iidem affectus sint, causæ vero differant, non eandem curationem admittimus. Vrinæ nanque suppressio vnus quidam affectus est, verum si calculus sit in causa, excindimus: si phlegmone, cataplasmata illinimus: si vesicæ supra modum distentio, fistulam, quę cathetera nominant, imponimus, siue, vt inquit Erasistratus, ægrum in genua statuentes, atq; aphronitro extremum vrinariæ fistulæ illinentes, & alia, quæ deinceps sequuntur. Sin autē ab affectibus conducibilium indicationes fierent, vnus cum est affectus, eiusdem quoq; conducibilis eędem forent indicationes: non sunt autē: non igitur affectus indicant. item si ab affectibus indicationes orirentur, non vtiq; diuersi affectus idem indicarent. At, vna cū est causa, licet affectus dissideant, idem curandi genus admittimus: cholerā nanq; & arquatum morbos dissimiles esse vel ipsi fermè cōfitentur, etenim astrictus hic, ille vero fluxilis morbus est: in vtroq; tamen fit inanitio. Quapropter, qm̄ sublatæ causæ affectus auferunt, positæ constituunt, ac præterea diuersæ causæ, quamuis iidem sint affectus, diuersam, eędem, licet affectus euarient, eandem tn̄ curationem postulant, nō iniuria nos & causas & affectus & passos locos exploramus. Possumus vero & hisce rōnibus idē comprobare, à discordibus scilicet causis eundem affectū procreari, exempli causa, astrictū: ignis nanq; in corpus incidens superficiem densat, id pariter frigus efficit, nihilominus hunc, qui idem affectus est, differenter curamus propter causarum differentiam: illum enim, qui ab igne est, perfusionibus, & cataplasmatis crustas separare valentibus sanitati restituimus: eum vero, qui à frigore fomentis raparū decoctis & id genus aliis sanare studemus. Quòd si laxatorio vtrunque curandi genere sanari contēdant, ita occurremus. Si idem est curādi genus, id si permutemus, nihil errabimus, vt si ab igne, ægrotantē iisdem fouebimus, & frigore affecto eadem cataplasmata superdabimus, & medicamina ad crustas faciētia adhibebimus: sed nequaquā ista facimus: grauiter enim lęduntur: haud igitur eandem esse curationem dicendum est. Amplius, eadē causa diuersos morbos generat: plenitudo enim aliàs phlegmonen excitat, hęc vero astrictio est: interdum sanguinem profundit, at sanguinis profusio fluxus vocatur, neque tamen ob id, licet morbi differant, est diuersa curatio: siquidem in vtroque euacuatio sanat, morbo contraria: quandoquidem non ab effectis, sed ab efficientibus, quęadmodum & ipsi profitentur, indicationes accipiendæ sunt: affectus vero causarum loco methodici habent, q symptomatum effectiui sunt: sed non qua causæ sunt, inquiunt, sed qua communitates, vim habent indicandi, nihil q; vetare idem & pro causa & pro communitate & pro alio quopiam accipi, vt malum gustabile, olfactile, visile, tactile'que est: cum q; ipsum dulce esse dicimus, non quatenus sub tactum uenit, dulce dicimus: haud secius affectus ab aliis enatos alia quædam producere quid impedit? quando uero ipsos indicare, inquiunt, asserimus, non quatenus effectus, aut aliorum effectiui, sed quatenus communitates sunt, ipsos indicare censemus. Quemadmodum igitur symptomata methodici, quoniam à diuersis eadem, & ab iisdem diuersa proueniunt, nihil indicare cōmodi testantur, itidem & nos à diuersis causis eosdem, & ab iisdem diuersos gigni affectus intuentes, eos ad utilium indicationem incommodos esse dicimus: neq; enim unum idem semper indicat, alioqui urinæ suppressionem eadem semper uia tolleremus. Vt igitur illi ruborem non indicare aiunt, q effecti speciem ipsum reputent, sic & nos affectus ad indicationem non nunquam causarum, nō nunquam effectorum inutiles esse statuimus.

C

D

ſtatuimus. Quiſpiam vero ita illis obiiciat: Quid ruborem ipſius alteratione͂ indicare negatis, E quandoquidem & co͂munitatem in ipſo ſpectatis? in pluribus enim differentibus cernitis: quid aliud vero eſt co͂munitas, q̄ res in pluribus eadem? igitur, ſi indicat, & pluribus co͂munis eſt, cur no͂ ab ipſo, aliis q; id genus ſymptomatis euidenter appare͂tibus indicationes accipitis, ſed potius ab affectibus, aſtrictione ſcilicet, & fluxu, nequaq̄ euidentibus? Quod ſi affectus indicat, omniu͂ maxime ridiculu͂ fuerit, affectum ſenſu co͂prehenſibilem eſſe inficiari: ſi fluxus itaque, & aſtrictio ſolæ co͂munitates forent, vero proximu͂ quis diceret, eas ſolas indicare dicens: verum, cum & ſymptomata pluribus co͂munia reperiantur, quare & ab ipſis iuuantium indicatio no͂ oritur? Sin au͂t reſpondeant, iccirco ſymptomata repudiamus, quia proximę, & neceſſariȩ medentibus co͂munitates non ſunt: nam eoſdem affectus diuerſis ſymptomatis eode͂ modo curamus, & diuerſos affectus, etiamſi eade͂ ſymptomata fuerint, diuerſa tn͂, vt ſupra declarauimus, ratione diſcutimus. His de cauſis & nos dicemus, idem in affectibus euenire cernentes, quod vos in ſymptomatis obſeruaſtis, veluti inco͂modos & ſuperuacaneos ipſos reiicimus: iſtud enim probare, affectuu͂ videlicet co͂prehenſione͂ eſſe inutilem, abundans eſt, & fruſtratoriu͂: ad curatione͂ enim ſatis eſt cauſæ perceptio, loci vexati dignotio, & facultatis menſura: ſit'ne fluxus, an aſtrictio, ſuperuacuum puto cognoſcere, ſed huiuſmodi ratio poſterius agitabitur, cum de vſu affectuum perceptionis diſſeretur. F

Quid morbus indicet, & quid artifices requirant. CAP. 24.

ILlud au͂t aduerſus methodicos dicendu͂ eſt, Affectus, no͂ quid agendu͂ ſit, ſed ſuam ipſoru͂ ſublatione͂, deſtructionem q; indicare: quod ſane & quis votis expetere poſſit: id vero nec vulgus, neque brutæ animantes ignorant, morbos ſublatione͂, ſanitatem conſeruationem indicare. Artifices ſane huiuſmodi indicatione non egent, ſed illa ſcire exoptant, per quæ languores pelluntur, & ſanitas conſeruatur: propterea illis opus habent, quæ particulatim remedia indicant, quibus acceſſitur ſanitas, ac retinetur. Atqui per id artifices vulgo præcellunt, q ea percipiunt, quibus particulatim remedia patefiunt: quandoquidem, ſi morbi ſua ipſorum remedia edocerent, laborantes ipſi, per quæ ad ſanitatem redirent, intelligerent: at iſtud ignorant: quid vero morbus indicet, certum habent, ſublationem ſcilicet: quare morbos pellere potentes medicos acciri iubent.

Non morbos, ſed cauſas medelam indicare. CAP. 25.

QVin & ex adhibitis auxiliis non morbos, ſed cauſas medelam indicare agnoſcendi facultas dabitur: auxilia nanque non affectis, ſed facientibus aduerſantur, vt euacuatio multitudini contraria eſt, morbo vero nulli, vt phlegmonȩ aut febri: multitudine igitur euacuatione ſubtracta ſimul & genitus per eam morbus tollitur. Sed non propterea, q ſimul cum efficiente G cauſa morbus recedit, auxilium morbo aduerſari dicendum eſt. Poſſumus enim & ex ſymptomatum à multitudine atq; euacuatione orientiu͂ collatione, cui opponatur auxiliu͂ dignoſcere: ſiquidem multitudo redundantia grauat, euacuatio redundantia͂ ſubduce͂s grauitate͂ tollit: deinde multitudo co͂ceptacula diſtendit, euacuatio, vt ſubſidant, efficit, & collabatur: alia quoq; remedia cauſis ſemper reſiſtere inuenies, morbo vero minime. Amplius ex hoc quiſpia͂ didicerit, ſi neq; aſtrictio, neq; fluxus auxiliu͂ aliquod, ſed potius affectu͂ queda͂ indicent, & aſtrictioni contrarius fluxus eſt, no͂ inanitione͂, ſed fluxu͂ indicabit aſtrictio, & fluxus aſtrictione͂: quod igitur admittimus idem à morbo indicatur: at lędentes cauſæ ſibi contraria demonſtrant, quod q; ab ipſis indicatur, admittimus: quo circa no͂ morbi, ſed cauſę, quod co͂ducit, aperiu͂t: itaq; no͂ prorſus inco͂moda eſſe ſymptomata, neq; à morbis conducibile, ſed à cauſis indicari ſatis ample, dilucide q; oſte͂ſum eſt.

An communitates methodicorum ſint euidentes, atque indicent. CAP. 26.

DEinceps conſiderandum ſupereſt, co͂munitates, quas ſupponunt methodici, euidentes ſint nec'ne, atq; vtrum à co͂munitatibus indicationes accipi poſſint. Medicam igitur facultate͂ iuxta ipſoru͂ ſententiam definiemus, euidentiu͂ communitatu͂ cognitione͂ eſſe: euidens aute͂, non quod ſenſu percipitur, appellant, ſiquidem nullus affectus ſenſu comprehenditur, ſed euidens illi H nominant, quod per ſe ipſum, licet ſenſui nu͂ ſubiaceat, co͂prehendi poſſit: nam fere manifeſtu͂ illi euidens vocant. Quapropter contradicens illud quoq; oſtendat, oportet, eos neque gręcis nominibus ſcire vti. Cęteru͂ ne dictiones vitio dare videamur, ipſis co͂cedentes euidens vt lubet accipere, communitates non ex ſe comprehenſiles eſſe declaremus, in primis q; eorum ſectæ principem Theſſalum, co͂munitatu͂, vt non ex ſe perceptibiliu͂, ſigna tradente͂ adducamus. In laborante enim aſtrictio, inquit, ex corpore ęgre difflabili agnoſcit, pariter & fluxus no͂ nullas notas exponit. Sed forte reſponderint: aduerſus homine͂, non aduerſus ſectam noſtra͂ obiicitis. Theſſalum itaque dimittentes ad propoſitu͂ oſtendendu͂ reuertemur. Primu͂ igitur co͂e quodda͂ argumentu͂ in vtraque affectione ſumemus, ipſas neque euide͂tes neq; ex ſe perceptibiles eſſe declara͂s: deinde ſeparatim ipſas ſingulis neutiq̄ ex ſe co͂prehendi poſſe co͂firmabimus. Fatent itaque & ipſi no͂ omne͂ corporis denſitatem, aut excretionis ſuppreſſione͂ aſtrictionem eſſe: nam ruſtici concretione laborant, non tamen aſtrictione: neque omnis ſoliti excrementi cohibitio aſtrictio eſt: na͂ & muliebre purgamentu͂ cum ab prægnatione ſupprimitur, ſoliti ſane excreme͂ti retentio eſt, neque tn͂ ob id aſtrictio vocanda: ite͂ non omnis corporis laxitas, & excretio fluxus eſt: pueri nanque, & mulierculæ, viri q; no͂ nulli ſub vmbra victu delicatiore vſi, natura ſunt rariores, & quæda͂ inutilis materię expulſio

A pulsio fluxus nō est: preterea, quorum per alui deiectionem, aut lotium, aut sudorem, aut sanguinis profluuium iudicatio fit, neq; ipsos fluxu laborare dixerint, alioqui supprimenda esset excretio. Qm̄ ergo non omnis densitas, & retentio astrictio est, neq; omnis raritas, aut excretio fluxus, clarissime constat sola ipsa symptomata respicientē, fluxum, aut astrictionem deprehendere non posse, sed ex aliis quoq; diiudicandi sunt: quemadmodum enim & alia symptomata, naturalia ne sint, an præter naturam, non ex se ipsis, sed ex aliis percipiuntur, ad eū sanè modum & astrictio, & fluxus dignoscendi sunt: per hęc autē huiusmodi sententia manifestabitur: naturalia symptomata, & præter naturā magna similitudine inter se conueniunt: eadem nanq; his naturalia, illis præter naturam sunt, vt ater color præter naturam similis est atro colori, qui naturalis sit, nobis quidē præter naturam, sed Indorum genti naturalis. Figuræ quoq; non naturales naturalibus sunt persimiles: non nulli nanque magis, quàm alij, extortos habent artus: acuminatæ nares, & oculi caui quibusdā mortifera signa sunt, aliis vero hæc eadem congenita. Motus vero, ac eius carentia si voluntatis imperiū sequentur, naturales dicito: si inuoluntarie in corpore fiant, pręter naturam. Per hæc manifestum est ipsa tantum symptomata attendentes non posse ingenitum ab extraneo dignoscere, sed in non nullis agentem causam explorare opus est, quemadmodum de motu, vtrum B voluntarie, an inuoluntarie prodeat: sic etiam de colore: cum enim color ab humoribus oriatur, & ex colore sanguis appareat, considerandum est, num sanguis naturaliter affectus sit: id vero ex vsu cognoueris: cum enim reliquum omnē vsum sanguis minime impeditum prębet, neq; grauat, neq; distendit naturalē esse sanguinē dixeris. Verum figura num salubriter, & secundū naturam sese habeat, ex membri ipsius vtilitate percipies, vt in extortos artus habentibus. Non nulla sanè & ex loco, in quo fiunt, an naturaliter habeant, dignoscitur. Densitas, & raritas istius generis sunt, vt non nullis ingenitæ, aliis præter eorum naturam sint: nam senum densitas ipsis quidē ingenita est, sed pueris extranea: contra pueris raritas naturalis est, senibus autem violenta: nō nullis præterea ex vitæ ratione spissescit cutis, vt rusticis, ob cœli statum, aut curas vrgentes: aliis, qui nihilominus naturaliter habent: quo circa fieri nequit, vt solam corporū densitatē, fluxum q; spectantes eorū affectiones comprehendere possimus. Oportet igitur in aliud quippiā hæc referentes ita, secundum naturam'ne sint, an vitiosa, diiudicare: ipsi enim ita dicere solent: moderatione, excessu q; naturalia accidētia ab extraneis distinguimus: quādo enim corpus moderate densum, rarum q; fuerit, recte valet animal: cum vero istorum alterutrum increscens modum superat, morbo vexari necesse est. Aduersus quæ ita respondendum est, Moderatū, modo q; carens diuersum C ab affectibus esse, ꝙ si ab immodico vitia iudicentur, non ex se comprehensibilia esse constabit. Deinde sic etiam eorum ratio confutatur: Moderatum, atque immodicum nō est euidens, sed ab effectis agnoscitur: si iuuat, moderatum est: si nocet, immodicum: qui fiat autem, vt moderatum atq; immodicum non euidens sit, ab ipso vero comprehensa sint euidentia? Verum, si & ex facultate moderatū, immodicum q; censetur, neq; sic tn̄ immodicum perspicuum fuerit: facultas enim conspicua nō est: immodico aūt non euidente, iam proculdubio neq; cōmunitates apparebunt, quandoquidem & ipsæ immodica quædam sint. Amplius in istos dicēdum est: Nihil secundum naturam, aut præter naturā existēs, quod secundum naturam, aut præter naturam sit, est euidens. dolor nanq; & id genus alia præter naturam euidentia quidem sunt: at medici, non quæ sint, sed ꝙ præter naturā sint, cognoscere volunt: siquidem acutus nasus, & caui oculi cunctis hominibus perspicue apparent, secundum naturam vero, an præter naturam sint, solis id medicis patet: hoc enim vulgo medici præstant, ꝙ ex euidentibus occultum quiddam eliciunt, quod vulgo negatū est. Amplius: Quod præter naturam est, euidens non est, quare communitates, cum præter naturam sint, euidentes non erunt. Illud etiam cōsiderandum est, num quispiam vnquā medicū accersierit, quia spissitate, raritate'ue immodica vexatus sit: ꝙ si nemo vnquā cōmunitates sensu per-D cepit, quo modo rationi fuerit consentaneum eas esse euidentes asserere? communitatibus itaq; non apparentibus, quare ipsi artem euidentium communitatum notitiam esse definiunt?

Quòd astrictio Methodicorum non sit euidens. CAP. 27.

AT vero in præsentia separatim contra ambas affectiones disputabimus: atque in primis de astrictione loquemur. Hanc igitur densitatem, & necessariorum excrementorum suppressionem esse decernunt. Ceterum, quæ supprimuntur, aut noxia sunt, aut vtilia, aut neutra: si sint vtilia, ea excernere absurdum est: si neutra, constat iam neque morbum esse. Dicendum igitur superest, cum retenta nocent, adstrictionem esse: quæ lędunt vero, causæ sunt: inde fit, vt ex causarū anticipata notitia astrictio comprehēdatur: nam, vt astrictionem adesse cognoscamus, suppressa nocere præsciendum est, sed cum nocentium notitia simul & causarum concurrit agnitio: quin immo nocentium cognitio causarum est comprehensio, item'que ipsa nocentia, quæ vtique causæ sunt, non ex se ipsis in notitiā veniunt: quare non solum astrictio ipsa nō est euidens, sed neque illa etiam, ex quibus astrictio dignoscitur.

Fluxum Methodicorum non esse per se notum. CAP. 28.

FLuxum autem definientes, corporis immodicam rarefactionem, & eorum, quæ manere debuerant, excretionē esse testantur: at immodicam rarefactionē non ex se posse comprehendi

declaratum est: quæ excernuntur autem, retineri debeant nec'ne, vnde percipiunt? non enim ex E se ipsis perceptibilia sunt. Atque sic efficitur, neq; fluxum, quantum in se est, comprehendi posse, siquidem, vt fluxum dignoscamus, ante familiare conueniens q; sciamus, oportet: familiare autē ex vsu percipitur, vsus ex multis successibus, hi tandem ex seipsis. Quamobrem non ex se comprehensus fluxus quo modo recte euidens dici possit? quod q; rationales cognitu obscurissimū esse affirmant, id ferè methodici (si diis placet) clarum patens q; esse contendunt: quādoquidem ab his vocatus fluxus ab appellata apud priscos colliquatione, nisi nomine, nō differat. Colliquationem vero atq; excretionem difficulter adeo prisci illi distingui posse censebant, vt Erasistratus palàm difficillimū id esse iudiciū fateatur: atq; hæc verba pronunciet: Sanè perdifficile est excre- » tionem colliquationem q; discernere: sed Hippocrates laboranti, ægre, aut leuiter ferenti, iudiciū » cōmittit, hæc inquiens. ||Si qualia purganda sunt, purgētur, iuuat, & leuiter ferunt. Quapropter, » cum duo veteres medici inter se de principatu certantes hac in opinione consentiant, excretionē videlicet ab eliquatione vix posse distingui, ex ipsis q; vnus neq; signū vllum excretionis posuerit, sed solam rei difficultatem ostenderit, alter ad regulam fermè imperceptilem iudicium transtulerit, quo modo id methodici perspicuum euidens q; putabunt? Præterea qua se ratione fluxum in his, quorū corpora ob insensilem perspirationem dissipantur, percipere dicent? non enim ex F corporis cōpressione id assequi valent: siquidem non solum profluuio inanita corpora, verū etiā suppressis mensibus adstricta cōprimantur: tumefactio etenim nō adstrictione solū illis retentis, quæ excerni debuerant, sed etiam fluxu fusis humoribus, & corpora distendentibus efficitur: nō idem autē esse compressionē sensilem, & fluxū, hoc sanè modo patere poterit: si cōpressio sensilis est, cōpressioni vero contraria est tumefactio, atq; vnum vni tantū aduersatur, fluxui non tumefactio, sed adstrictio cōtraria fuerit: at, si adstrictionē tumefactionem q; idem esse affirment, ipsos definitionum contrarietatē declarare opus est: aiunt enim adstrictionē, inculcationē, arctationē q; corporū esse: est igitur arctatio cōculcatio q; corporum, adstrictio: at tumefactio eorundem fusio atque distentio: distenduntur autē multitudine aut fusione corpora: constat igitur, q diuersæ sint tumefactio atq; adstrictio. Si fatentur autem cōpressiones à fluxu distare, & tumefactionē ab adstrictione, morborum communia non ex his deprehendi fatentur, affectionum q; notitiā ab aliis non ex se ipsis emergere: cum ex cōpressione tumore q;, quæ ab affectionibus differunt, oriatur.

Cō.1.Apho.2. Ex.or.f.3.b

Falsa quorundam opinio de modo dignoscendi fluxum impugnatur. CAP. 29.

NOn nulli dicunt in hisce corporibus, quæ insensili perspiratione dissoluuntur, fluxū ea coniectura dignosci, quòd mollia sint corpora fragilia atq; effœminata. Quorum opinio ita G refutanda est: Si corpora durata fuerint, & circuntenta, fluxum adesse negabunt, quem tamen ipsos fateri necesse est: nam, si tales forte ægroti fuerint, quales narrauit Hippocrates ||per summam indigentiam ad hoc deducti, vt dura sit cutis & circuntenta, alia'que adsint, qualia his, qui discutiuntur, dissipantur'que, euenire solent, vtemur'ne victus ratione dissipatis corporibus cōueniente? id vtique cōcedant, necesse est: quo modo igitur ex raritate fluxus percipitur? nam tentione duritia'que præsente nihilo secius effluuium aderit.

1.Progn.tex.7. cl.4.f.191.e

Quòd communia nihil indicent, etiam si euidentia sunt. CAP. 30.

DEinceps vero demonstrare quispiam poterit communitates, etiam si euidentes sint, nihil tamen vtile demonstrare: id'que ita sanè probauerit, diuersa esse dicens, ipsa communia indicare, aut indicare valentia ex communibus deprehendi. Methodici sanè ipsa communia indicare affirmant: nos vero communium notitiam ad ea percipienda, quæ particulatim indicare valent, conducere asserimus: atque præcepta, quodam modo communia cum sint, particularium cognitionem ostendunt: in eo nanque præcepto, Spontinæ lassitudines morbos nunciant, relationem particularis spontinæ lassitudinis ad multitudinē comprehendimus: illam enim dictionem /morbos/ prout præsens sensus exigit, in hanc /multitudinem/ scilicet conuertere opus est: Vniuersi H igitur cognitio particularis vtile indicare valentis notitiam subministrat.

Quid artis præcepta declarent. CAP. 31.

NE putet autem quispiam nos eius esse sententiæ, vt ex pręceptis palàm vtilium demonstratiua percipiant: neq; enim ex pręceptis occulta produnt, quorū vsu ad curationem, tanquā indicantiū, indigemus, sed occultorū ad euidentia relationē manifestant: ita vero diligentius pręceptorū vsum ex hoc ipso discemus, ||lassitudines temere oriētes nunciāt morbos, talē instituētes rationē: lassitudinē igitur temere euenientē manifestā esse vel rudes etiā homines sciunt, per huiusmodi aūt lassitudinē humoris copiā significari imperitos quidē latet: abditū enim est, sed nouerunt artē callentes, spontinæ lassitudinis cū plenitudine coherentiā intelligentes: ab ipsius nanq; spontinæ lassitudinis cum plenitudine cognatione permotus præcepti illius conditor, plenitudinis q; effectū esse spontinā lassitudinē cognoscens, ipsum literis cōmendauit: causarū enim duplicem cōmunissimam differentiā cū sciret, ipsarū aliquas videlicet in nostro corpore contineri, aliquas exterius accedere, necessariū putauit, cū aliqua externa causa infestāt, nos lędi aliter minime posse, nisi intestina aliqua causa delitescat. Qm̄ vero, quæ in corpore sunt grauātia, materiæ copia grauāt, mediocris enī materia neq; grauat, neq; vllo pacto diuexat, in vnā ratiocinationē hæc oīa

2.Apho.5.Ext. or.11.f

redigens

A redigens huiusmodi præceptũ constituit, Lassitudines spontinę nunciant morbos: quibus enim rationibus impulsus præcepti huius auctor ipsum tradidit, iisdem etiam motum præcepti vtilitatem indicare opus est. Hoc igitur commune præceptum illud significat, ꝙ vbi spontina lassitudo est, ibi prorsus est multitudo, non tamen iccirco ex præcepto quispiam multitudinem, sed lassitudinis, multitudinis'que cohærentiam, & ex cohęrentia multitudinem cognouit: quodam modo igitur etiam ex lassitudine multitudinem percepit: quòd autem ita perceperit, pręceptum fuit in causa, & aliorum sanè præceptorum eundem vsum considerantes inueniemus: ad hunc itaq; modum vniuersalem, & veluti communem comprehensionem ex vsu esse arbitramur.

Communia quid indicent apud Methodicos, & eorum confutatio. CAP. 32.

CÆterum methodici ab ipsis communibus vtilia indicari autumant: strictam nanque affectionem laxamenti necessitatem indicare aiunt, fluentem vero suppressoriam curationem requirere, atque alia communia euidenter diuersa indicare contendunt. De quibus dicetur posterius. Verum communia non indicare per hæc nos confirmabimus: Quibus sublatis ægri sanescunt, ab auxiliis ista delentur, ab his vero vtilium indicatio sumitur, quæ ab auxiliis præcipue destruuntur: at particulares causas, aut morbos saltem remedia principaliter destruunt: particulares B igitur causæ aut morbi saltem, non autem communitates, quatenus communitates sunt, vtile indicabunt: quòd si communia vtile indicent, adhibita'que auxilia indicantia destruunt, à particularibus auxiliis communia destruentur: communi autem deleto omnes eo tempore sub eo communi ęgrotantes sanescent, nulla penitus re in ipsis sublata: quamobrem, si, quod indicat, id destruitur, communia vero indicant, iam satis cõstat, destructum iri communia. Hanc rationem ita methodici diluunt: Nos, inquiunt, communitatem eandem & vnam asserimus, non quòd vnum quoddam sit corpus ipsum sibi ipsi continuum, siquis in pluribus cõtemplatur, sed quatenus eadem species est: nam, quemadmodum & humanitas communitas quædam esse dicitur, non autẽ corpus quoddam vnum, siquis in omnes homines respiciat, sed quædam in pluribus similitudo, itidem & de communitate sentiendum esse dicunt: quemadmodum igitur sublato aliquo homine non simul aufertur, quam in omnibus cernimus, humanitas, sed vnius cuiusdam planè humanitas, ita & singulari communitate sublata, non ea, quæ in omnibus reperitur, sed singularis tantum communitas deletur. Istis autem ita respondendum fuerit: Si communitates, quatenus communitates sunt, vtile indicant, & humanitas, communitas cum sit, vtile indicabit: at nihil humanitas indicat: quare neq; alia quæpiam communitas vtilitatis indicatiua fuerit. Preterea: Si quidẽ C communitas in pluribus identitas est, & communitates, quatenus communitates sunt, indicant, anxietas, & rubor in pluribus affectibus considerati aliquid vtique commodi indicarẽt: sed nihil indicant: neque reliquæ igitur communitates indicandi naturam habent. Ab illis etiam id sciscitari conuenit, communitates affectus sint, nec'ne: si sint affectus, quo modo nullus adhuc earum sensum habuit? sed febrem phlegmonen, grauitatem, distentionem'que homines percipiunt, medicos'que harum causa accersunt, astrictionem autem, fluorem'que nullus vnquã percepit: neq; me hercule quispiam vnquam medicum accersiuit, ꝙ immodica astrictione, aut raritate vexaret. Quòd si affectus non sunt, quo modo ab affectibus indicationes fieri testantur, quandoquidem astrictio, fluor'que affectus non sunt? Illud amplius adiiciẽdum est, Si communitates profecto indicatiuæ forent, omnium maxime communitatũ communitas indicaret: astrictionis enim, fluxus'que similitudo quædam est, quatenus vtraq; communitas est: hæc autem nihil indicat: igitur neque etiam reliquæ: non solum autem duas communitates, sed plures etiam statuunt, alias'que in victus ratione, alias in manuum effectione collocant: in victus quidem ratione astrictum, & fluens, adiunctam'que magnitudinem, morbi tempora quatuor, initium, crementum, summum impetum, & decrementum, celeritatem & longinquitatem, accessionem, & intermissionem: in D manuum vero effectione, quod à natura alienum est, ponebant, loco, tempore, & pluribus aliis: neque enim in præsentia omnia proposita ad manuum actiones pertinentia diligentius exequi mens est: satis enim modo fuerit proposita in ratione victus ab ipsis posita explicare.

Cur Methodici communitates inuenerunt. CAP. 33.

PRædictas nanque communitates, quid in singulis rebus sequerentur, non habentes, introduxerunt: qm̃ enim ex eorũ dictis efficiebatur, vt in omni fluore, quolibet suppressorio remedio vtendum esset, contra quolibet, in omni astrictione, laxante, cum nihil, quod auxiliorum differentias indicaret, reperirent, antedictas communitates innouarunt, vt iuxta ipsarum diuersitatẽ diuersa curatio reperiretur: itaque remediorum differentiam ab communitatibus demõstrari contendunt, siquidem penes aliquarum ex his collectionem varians curatio reperitur.

A communitatum magnitudine remediorum magnitudinem non indicari. CAP. 34.

VErum enimuero nihil eorum, quæ dicta sunt, remedia posse indicare monstrabimus, & primum ꝙ cõmunitatum magnitudo remediorũ magnitudinẽ nõ indicet, ex his aliquis discere poterit: in curãdis morbis nõ simpliciter auxiliorũ magnitudine egemus, (oĩa enim auxilia cũ magnitudine quadã sunt) sed huiusmodi certa magnitudine: at cõmunitatũ magnitudo nõ hanc huiuce auxilij magnitudinẽ, sed simpliciter magnitudinẽ indicabit: opus est autem, vt diximus,

non simpliciter auxiliorum magnitudinem, sed qualem quãdam magnitudinem accipere: nam, E si absolute magnitudinem accipiamus, cum remedia omnia cum magnitudine intelligantur, omnia vtique remedia absque vllo discrimine accipientur, quod à ratione alienissimũ est. At si communitatum magnitudine auxilij magnitudinem simpliciter indicante ipsi hanc quampiam magnitudinem accipiant, non id, quod propositum indicat, assument: propositum nanque magnitudinem in vniuersum indicat, ipsi vero hanc certam magnitudinem accipiunt. Respondebunt forte, ꝙ non quatenus particularis est magnitudo, sed quatenus communitas est, adhibetur: idem autem & commune esse & particulare contingit. Id vero nos ita refellimus: Si communitas indicat, &, quod indicat, non particulare est, discrimine carere debet, quoniam magnitudo omni auxilio inest: hanc eandem autem rationem & ad alias communitates transferre oportet.

Quòd morbi tempora non indicent vtile. CAP. 35.

DEinceps neque morbi tempora vtile indicare declarabimus, sed ante, quàm hunc sermonẽ aggrediamur, aliqua de temporum differentia tractanda sunt. Duæ igitur temporum differentiç apud medicos celebrantur: aliqua enim morborum, aliqua auxiliorum tempora dicuntur, atq; hinc iam manifesta curatio fiet, causarũ autem motiones morbi tempora esse dicunt: motionis autẽ differentiæ quatuor sunt, initium, crementum, summũ, & declinatio: hæc eadem sunt & F temporum nomina: auxiliorũ planè tempora ea, quæ ad ipsorum adhibitionẽ idonea sunt, prędicant: ea sunt autem idonea, quando remedium postulantia adsunt, prohibens vero nullum.

Tempora morbi & auxiliorum eadem esse secundum methodicos. CAP. 36.

PLeriq; autẽ auxiliorum morborũ q; tempora non re ipsa, sed cogitatione tñ differre crediderunt: aiunt enim auxilij morbi q; tempus simul incidere: nã in quodam tpe cum sit morbus, auxilio tempus idoneũ reperitur, sed idem, inquiunt, ad diuersa relatũ differenter nuncupari contingit: quẽadmodum enim ascensus atq; descensus, vna eadem q; via cũ sit, secũdum ascendentiũ descendentium q; rationẽ non nunq̃ ascensus, aliàs descensus appellatur, ad hunc sanè modum & in tẽporibus habet: vnũ enim atq; idem est morbi auxilij q; tempus: alias enim ad causæ motionẽ referens morbi, aliàs ad applicandi auxilij occasionẽ respiciens, auxilij tps nominabit: euenire q; affirmant, vt vtraq; tempora simul sint, neq; auxilij tempus absque morbi tpe posse deprehendi.

Alia esse probat Galenus. CAP. 37.

COntra quas rationes ita pugnandũ est: Si eadem auxiliorũ morborum q; tẽpora forẽt, neq; re ipsa distarent, quocunq; morbi tpe & auxilij adesse tempus oporteret: at non quocunque morbi tpe auxilia adhibemus, ‖ Incipientibus enim (inquit Hippocrates) morbis, siquid videtur G mouẽdum, moue, in morborum impetu quietẽ agere melius est. nõ igitur eadem morborum auxiliorum q; tempora sunt: plerũq; etiam remedia, vt purgationẽ, & sanguinis missionem adhibemus, cũ morbus quidẽ non adest, sed futurus timeatur: vt, exẽpli causa, chirurgi in his, quibus ramex excectus est, facere cõsueuerunt, cũ eos valde humorũ plenos vident, venã soluunt: hortatur etiã Hippocrates, vt exquisite bonus habitus nõ tarde soluatꝰ, solutio aũt per remedia fit. Quòd si in morborũ impetu auxiliorũ tempora non adsunt, & adhuc non præsentibus morbis auxiliorũ tẽpora sunt, iam patet nõ sola cogitatione, sed re ipsa etiã huiusmodi tpa differre. Vno præterea morbi tpe plura quis auxiliorũ tẽpora accipit: age enim in morbi decremento clyster, inunctio, cataplasma, cibus q; adhibetur, & istorũ cuiusq; proprium tempus est, in pluribus aũt morbi temporibus idem non nunq̃ auxilium fertur: initio nanq; morbi atq; incremẽto sanguis mittitur, ex his iã efficitur re ipsa quandam esse istorũ temporum differentiam. Vltra dicta etiã illud sciendũ est, morborũ quatuor tempora esse, initium, crementũ, summum impetum, & declinationem: sed auxiliorum ista tempora non sunt: neq; enim initiũ, aut crementum, aut summus impetus, aut remissio sunt auxilij tẽpora. Præterea morborum tempora aliqua generalia, aliqua particularia describuntur: at remediorũ tempora generalia quidem scribi possunt, particularia vero nequaquã: H huiusce rei id in causa est, ꝙ morborũ tam generalia, ꝙ̃ particularia tempora vno eodem q; instrumento iudicantur, instrumentum autẽ illud scribi potest, sed auxiliorũ tempora neq; eodẽ instrumento iudicantur, neq; particulariũ temporũ iudicatoria instrumenta scribi queunt: quo autẽ id modo sit, iã ostendemus. Morbi tẽpora ex quali quadam causç motione censentur, est q; initium, ascensus, summa vehementia, atq; remissio, quæ morborũ tẽpora vocamus, cũ sint certæ cuiusdã motionis causæ nomina. Nã si motio, quç prius nõ erat, nobis inesse incipit, atq; ita diuexat, huiusmodi motũ initium morbi appellamus: si vlterius motus procedat, crementũ: si crementum consistat, summus morbi impetus dicitur: cum motus imbecillior redditur atq; decrescit, remissio nominatur: ergo, cum generaliũ morbi, particularium q; exacerbationis temporum eadem nomina sint, eadem quoq; iudicandi instrumenta erunt: ex certa enim quadã causæ motione iudicantur: Quocirca iã in confesso est posse vtraq; tẽpora describi: sic enim describi singula dicimus, vt causas, locos passos, id genus q; alia, quãdo proposita, ex quibus singula percipiunt, scriptis mandari queunt. Ad morborum spatia tempora non sunt, neq; ex spatiis tempora sumuntur, neq; in morbis vniuersis, neque in particularibus exacerbationibus, eo ꝙ non in omnibus temporibus eadẽ spatia sunt: eandem autem rem tempora vocari, nemo est, qui nesciat: præterea ꝙ vniuersi morbi tempora

2. Apho. 29. Ex. ord. 16. f

A tempora à particularis accessionis temporibus differant, ex eo facile patebit, ꝙ vnum morbi vniuersi tempus plura singularum accessionum tempora concludat: initio nanque inuadentis morbi particularis accessio & incipit, & increscit, in summo impetu consistit, atque declinat: cumque vniuersus in sua vehementia morbus est, particularis aliqua accessio incipiet: atque ita, quo modo vtraque morborum tempora conscribi possunt, exposuimus.

Auxiliorum tempora scribi non posse. CAP. 38.

SEd remediorum vtraq; tempora calamo scribi nō posse modo subiiciemus. Remediorū adplicandorū tempora non ex causæ motione atq; essentia capiūtur: idem enim semp remediū « accipitur, vt quocunq; morbi initio sanguinis detractio: cum q; dixerit Hippocrates. Inchoanti- « bus morbis siquid videtur mouēdum, moue, in summa autē vehementia quietē agere prestat, nō à morbi tpe impulsus auxilia interdicit: nouerat enim morborum initiis facultatē valentem esse, propterea q; remediorum applicationi non obstare, sed in morborū vehementia iam flaccescens remediorū agitationem non sustinet. Itaq; nō ratione tēporis Hippocrates, sed virium, auxiliorum adhibitionē denegat: neq; etiā ex morbi temporum spatio, vt non nullis placuit, auxilij occasio reperitur: longe enim inter se distantibus spatiis, quales nam res spatio nūciari quis asserat, ex- B plicari non potest: quamobrem auxiliis in vniuersum opportuna tēpora & ex remedia postulantium presentia deprehenduntur, hęc aūt causæ sunt, & ex potentis impedire absentia, id vero est viriū imbecillitas: at particulariū auxiliorū occasiones nō ex his modo, verūetiā ex aliis, quę minime scribi possunt, reperiūtur: qñquidem in remissionibus potissimū remedia adhibent: tunc enī & postulās adest, & vires ferūt: non idem aūt remissionis spatiū in omnibus est: sed esto, exempli causa, sex horarū remissionis spatium, quā igitur istarum idoneū particulari auxilio tēpus statuemus, cū non ad eundem oēs modum habeant? requirat enim tunc cōditio venę sectionē, neq; facultas refrageť: quantū ad id pertinet, venā secare opus est, atq; illico post cibus dandus, ꝙ mediā non ferat ęgrotans: alteri aūt inedia conducet: alij somno ante missionē sanguinis egent: alij alio sese habent modo, quę oīa literis mandari nō possunt. In tāta igitur varietate, quā quis horæ partē idoneū cuiq; auxilio tēpus cōstituat, aut quod quis propositū describat, ex quo particulare tēpus accipiat, tradi nō potest: alia enim aliis eueniunt. Quocirca, cū & remissionū spatia, quibus adhibenť remedia, nō ęqualia oium sunt, & cōditiones absimiles, & symptomata dissidentia, atq; hæc singula particularis auxilij tps conuariant, nō posse propositum quodpiā, ex quo percipiatur, describi, euidēter constat: presens aūt medicus ex presentibus & auxilia requirētibus permotus, & C ex potentiū impedire absentia, & ex remediorū postea sumi debentiū cōsideratione, singularium opitulandi temporū coniecturā capiet. Verū, proposita vtrū re ipsa inter se differant, considerandum est: quandoquidē igiť proposita, ex quibus vniuersalia remediorū tempora colliguntur, scribi possunt, ex quibus aūt particularia, neutiq̃, propterea haud iniuria vniuersaliū remediorū tempora describi, particulariū vero minime, testanť: atq; hoc iam constante, morborū auxiliorū q; tempora, quo differāt, patefactū est: nisi enim re vera differrēt, perinde auxiliorū vtraq; tempora, atq; morborum, monumentis literarū tradi valerent. longe autē differentibus propositis, vnde tempora dignoscuntur, longe etiam tempora differre consentaneum est: vt enim in morbis, temporum proposita, à temporum quæ ad auxilia spectant propositis, essentia aliena sunt, ita & ipsamet tempora essentia differre verisimile est: atque hæc satis de temporibus præscienda narrauimus.

Cur Methodici tempora indicare crediderint. CAP. 39.

TEmpora sanè indicare Methodici hac ratione impulsi crediderunt, quòd tempora non omnia ad cibi medicinęue assumptionem apta cernebant: cumque temporibus non nullis hęc vtiliter exhiberi, non nullis vero noxie, spectarent, id ob temporum discrimina incidere arbitrabantur: quare ex eodem fonte & cibi proposita & remediorū tempora manare putauerunt. Thes- « D salumque fefellit Hippocrates inquiens, Cum morbus in summo est, tunc & tenuissimo victu necessario vtendum est. suspicatus est enim ipsum natura temporis ductum alimenti qualitatem præscripsisse, modum scribendi huiusce viri non intelligens: non enim tempus propositū faciēs Hippocrates hanc victus rationem instituit, verum à tempore facultatem mensus est, à facultatis mensura cibi qualitatem accepit: id vero ex iis, quę subiunxit, declarauit: coniectādum enim, inquit, an eger duraturus sit: plerunque enim tempora, quod à facultate requiritur, interuertūt, &, ne accipiatur, impediunt, nunquam autem, quid faciendum sit, edocent.

Ibidem.

1. Apho. 8. Ex ord. fo. 4. f

Quòd tempora non indicent. CAP. 40.

* QVamobrem id, quod aliquid postulat, quoniam eius, quod postulatur, propositū est, quod nos postulatum sumere impedit, propositū non erit: iccirco & morbi tempora nos interdum postulatum accipere impedientia proposita nō fuerint: nam, siquis omnia prohibent[a] proposita faciat, vires quoq; ęgrotantis euacuationis propositum dicere cogetur, eiusdem etiam timiditatem, & patrem, & dominum: hæc enim plerunque multitudine in corpore exuberante euacuationem facere prohibent, & vires subtractionem non ferentes, & præ timore ægrotans non permittens, & pater, & frater, aut dominus prohibens. Quemadmodum igitur istorum nullum quispiam recte sentiens propositum vocauerit, ita neque tempora, eo, ꝙ nos auxiliis, aut

cibis vti plerunque impediant, proposita esse affirmabimus. Male igitur (quispiam subiiciet) in E quit Hippocrates, Inter morborum initia siquid videtur mouendum, moueto, vigentibus autē quiescere melius est: nos vero ipsum non male dixisse contendimus: non enim morbi initiū propositum sibi faciens tunc admouenda remedia præcepit, sed ab initio nō dum vires infirmas esse significatur, posse'que eas inanitionem ferre conijcitur: at morbi summus impetus facultatis imbecillitatem manifestat, tunc enim causæ valentes sunt, facultas vero languida, atque ideo quiescere iubet: maxime quidem rationabile esse videtur in morbi vehementia, cum multo valentissimę causæ sunt, illas cōuellere atque prosternere: verum, si innoxie omnino adhiberi posset remediū, id planè fieret, sed non ita habet: siquidem remedia, cum in primis omnia præter naturam sint, necessario & facultatem adhibita vexant: secundo, cum naturalia morbosis causis permista sint, in recidendis causis nihilominus bonorum, quàm vitiosorum detractio fit.

1.Aph.19. Ex. or.16.f

De remediorum, & naturæ vi. CAP. 41.

AT prius auxiliorum naturam, quàm quæ ex vsu sint, non ignorare opus est: ipsa nanque per se auxilia causas extirpare nequeunt, sed naturæ adminiculum requirūt, & fermè solum impetum, motus'que initium naturæ iniiciūt, reliqua per se natura administrat, ac perficit. Igitur valida cum est, remediorum violentiam perfert, & bonæ, ingenitæ'que substantiæ detractionem F facile sustinet, atque ipsam diuexantia excutere potest: sed in morbi vehementia, quod vsu eueni re solet, valde laborans adhuc remediis adhibitis magis opprimitur, & propriis opibus direptis infirmior redditur, & lędentibus causis magis succumbit, morbi'que auctores nullatenus potest expellere: cum vero natura conata sibi infesta discutere non valuit, magnopere ex ipso conatu imbecilla efficitur. Hæ itaque causæ sunt, cur morbi initio, siquid videtur mouendum, moueri iussit Hippocrates, cum ad summum increuit, quiescendum.

Facultatem remedia non indicare, sed cibum. CAP. 42.

CÆterum ob id fortassis quispiā facultatē conferens nunciare crediderit, sed ex his nullum remediū à facultate indicari cognoscat: nam, si constans vis remediū indicat, in sanis quoque, qm̄ constat, remedium indicabit: sed in sanis remediū non indicat: ergo neque etiam in ęgris modum seruans facultas indicabit remediū. Quamobrē, si, vbi facultas indicat, quia nō adest id, quod postulat, auxilium non admittimus, ideo iam in confesso est nihil opem ferens à facultate demonstrari: opus est enim propositum demonstrare præsentia. At quoniam, quod requiritur, prohibere, ne accipiatur, vt supra posui, facultas valet, ob id remedij propositum nequaquam est.

Officium temporum, facultatis, remediorum. CAP. 43. G

QVam vicem autē in exhibendis remediis facultas gerit, eandem in dandis cibis morbi tempora: Item, vt ad remedia se habent eorū appetentes causæ, ita & ad alimenta facultas: facultatem vero exiguam escam postulare non morbi tēpus, incremētum declarat, ex eo, ꝙ ex ęgritudine cōualescentibus modicū cibū prębemus, quę facultas requirit: si vero incremētum modicū cibum ostendit, istos ad saturitatē impleri permittere oporteret: absente enim paucū cibū indicante proposito, deridendus sit ille, qui id, quod non postulatur, accipiat. At principiū, aiunt, subtractionem esse faciendam indicat: in omnibus igitur morbis inter initia haud dubiè subtrahendum erit, & in vitiligine, aut alpho laborātibus vsque ad incrementum: diutius autem durante principio satis constat, ꝙ huiusmodi victus ratione vtens contabescet. Fortassis autem ita nobis obiicient: Quare vos in pulmonum phlegmone, atque id genus aliis acutis morbis ab initio cibum interdicitis, cum tamen ab initio sint robustæ vires? Respōdebimus, quoniā tempus nos exhibere prohibet facultate id requirente: non igitur subtrahere indicat, sed, quod appetit facultas, sumi impediens contrarij indicatiuum haud iure quis appellet: perinde & alia tempora requisitis vti aut impediunt, aut permittunt, prout magis, aut minus in ipsis facultas mutata est, ipsa vero nihil vnquam conferens demonstrat. Cum dicunt autem morbi summum paucas escas requirere, declinationem vero varias, illos percunctari oportet, quo'nam modo propositis vtentur, si H duo laborantes fuerint, vnus pulmonum phlegmone, & iam se morbus remittat, alter lippitudine, quæ adhuc in summo sit: nunquid primo plura, magis'que varia nutrimenta dare audebunt, ꝗ̄ lippitudine laboranti? at non ausint, credo, largiores escas concedere. Quare, si hoc verum est, iam euidenter constat non à morbi temporibus, sed ex facultatis mensura multitudinem, paucitatem'que alimentorum deprehendi.

Dubia circa dicta Methodicorum. CAP. 44.

ALicui vero fortassis orietur dubitatio, quo'nam pacto morbi tēpus non nunquā cibi quantitatē, aliàs qualitatem indicare arbitrētur: quatenus videlicet methodici censent interdum morbi tēpora auxiliorū diuersitatē appetere. Quādo enim asserunt morbi incrementū exiguum cibū requirere, principium ampliorē, remissionem vero magis variū, qualitatē alimenti, & quantitatē à morbi tēporibus indicari affirmant: at, cū dicunt, morbi principū prohibitionē incremēti ostēdit, eiusdē adauctio haud ita curiose subtrahere & remittere, summus impetus ad mitius inclinare, decrementū morbi solutioni suffragari admonet, remediorū differentiā à morbi tpibus postulari fatenť. Quî igiť nō absurdū dictu sit, idē nullū discrimen accipiēs diuersa indicare? Ad hæc

sanè

A ſanè interrogationem ipſi fortaſſe reſpondeant,& apud rationales etiam medicos idem indicare differentia: bilis nanque redundans in corpore,ſui nocens ablationem indicat: ſed illos ita refelli mus,ſui quidem ſublationem tantum bilem indicare, plures autem ſublationis eſſe modos, aut enim detrahimus,aut contemperamus: præterea bilis quidem,dicemus nos, ſecundum aliud, diuerſorũ videri eſſe indicatiua: quatenus enim grauat,expulſionẽ,quatenus vero mordet,vt tempe retur,oſtẽdit: at tẽpora ipſa nullã hmõi drĩam habẽtia quo mõ res diuerſas poſtulent, dici nequit.

Nullo modo cibos à temporibus indicari. CAP. 45.

NOn indicari autem alimenti qualitatem, quantitatem've à tempore,hinc maxime pateſcit: quod genus indicat, id & quantitatẽ indicare neceſſe eſt: nam ſine differentia vnũquodq; indicans rei poſtulatę genus indicat,ſed differentiam accipiens ipſo genere differẽs indicat. quandoquidem igitur alimenti genus facultas indicat,illius etiam qualitatem, & quantitatem indicabit.nam ſine differentia alimenti genus indicat,differentiam vero accipiens,& diſcrimen in genere demonſtrabit. Hippocrates ſanè & ipſe ciborum quantitatis propoſitum facultatem ſtatuiſſe
" videtur, Augeſcentia,inquiens,plurimum habent inſitum calidũ.plurimo igitur alimẽto egẽt,
" ſin minus,corpus extabeſcit. Item qualitatem pro facultatis differentia manifeſte accipit, vbi in-
B quit,Cibus iuuenibus quidem in ſummo ætatis flore non mutatus,ſenibus autem exquiſite permutatus.Ex his nanq; verbis clariſſimum eſt facultatem ſine differentia eſcarum genus appetere.differentia vero addita qualitatem: at tempus neq; ciborum qualitatem,neq; quantitatem demonſtrat. Præterea,ſiquidem morborum tempora ciborum qualitatem,& quantitatem edocent, aut in ſui conſeruationem,aut in ſui abolitionem edocebu nt: quodlibet enim indicans aut ſui cuſtodiam,aut ſublationem indicat: igitur,ſi quanti,& qualis cibi indicationem, vt ipſa permaneãt, tempora faciunt,nihil me hercule magis ridiculũ,q̃ propterea tantum,talem q; cibum aſſumere, vt morborum tempora conſeruentur: ꝙ ſi in ſui interitum tempora indicant,talem,tantumq; cibum aliqua aduerſus tempora contrarietate præditum eſſe videri oportet: à ſolis nanq; contrarijs contraria tolluntur: at temporibus neq; tale,neq; tantum alimentum aduerſatur,neq; initio,neq; incremento,neq; conſiſtentiæ,neq; remiſſioni: pluribus enim eadem cauſa non aduerſatur,nam vnum vni tm̃ aduerſari natura inſtitutum eſt. Hac eadem ratione efficitur, vt ne remediorũ differentiam morborum tempora indicent: nam,ſi neq; in ſui durationem, neq; vt aboleantur,tempora indicant,qm̃ pluribus vnum eſſe contrarium nequit, alius q; indicandi modus non relinquitur,iam abſq; cõtrouerſia ſequitur nihil,quod expediat,à temporibus indicari.Quin etiam,ſi cõ-
C trariorum naturam qs rite conſiderat,neq; contraria hæc eſſe cognouerit: nam,quæ in eodem genere plurimum inter ſe diſtant,contraria ſunt: cibi autem qualitatis,aut quantitatis tempus non ſub eodem cum illis genere collocatur: igitur neq; ciborum qualitatem,neq; quantitatem, neq; differentias remediorum à temporibus demonſtrari abunde à nobis diſputatum eſt.

1.Apho.14.ex.ord.t.7 a lib.de Alim.t. circa finem.

Morbi principium incrementum prohibens, vt Methodici credunt, minime indicare. CAP. 46.

AT in præſentia principium non indicare augeri prohibẽs declarabimus,qđ ab ipſo indicari Methodici cenſuerunt: multis enim morbis ſimul,atq; incipiunt,in ſummo cõſiſtentibus, vt apoplexia,& acutis ægritudinibus,qd in hiſce quiſpiam principiũ indicare dixerit? neq; enim ipſum incrementum prohibiturum indicare: ſtatim nanq; ab initio ſummam magnitudinẽ accepiſſe morbum dicit: aut nihil igitur in hiſce morbis indicare principium dicet,aut quippiã aliud, q̃ incrementũ prohibere: at agnitũ ꝓpoſitum nihil indicare,dictu perridiculum eſt: ꝙ ſi quippiã aliud,q̃ ipſi putent,indicabit,inepte ab initio dixerant,principiũ crementi ꝓhibitionem reqrere.

Non omnes morbos quatuor temporibus terminari. CAP. 47.

HViuſce autem erroris origo ipſis ex altera falſa opinione manauit: credentes enim quemli-
D bet morbum per quatuor tempora tranſire, id q; tanquam verum ſibi ipſis perſuadentes, ei cõſonum eſſe oportere arbitrati ſunt,vt morborum initia incrementi ſuppreſſionem poſtularẽt. Id igitur eos latuit,non omnem morbum incipere,augeri,in ſummo conſiſtere, atq; remitti: acuti nanq; morbi,qualis apoplexia eſt,ſimul,atq; inuaſerunt, ad extremam aſcendunt magnitudinem,&,qui iudicantur morbi, vno tempore, remiſſione.ſ.mutilantur, ſiquidem iudicationes in ſua vehementia morbos adhuc etiam augeſcentes diſcutiunt: poteſt pręterea inter initia remedijs adhibitis morbus deleri,atq; ita cętera morbi tempora præuerti,atq; ſuccidi continget.

CAP. 48. Itaq;,ſi ab initio euacuatio per auxilia fieri poteſt,morbusq; diſſolui,qd nã iſti potius initiũ crementi prohibitionem indicare,q̃ minutionem,aut ſublationẽ ſtatuerunt? ſi dixerint autem remiſſionem,ſublationem'q; morborum non à principio,ſed ab affectu demõſtrari, propter quid igĩ, ipſis reſpondebimus,non quod ab affectu,ſed qđ à principio demonſtratur,accipitis? nã propter id,quod ab affectu requiritur,illud quoq; qđ à principio indicatur,exoritur: morbum enim retũdens,aut deſtruens,crementum quoq;,ne fiat,præoccupat. Sed fortaſſis ipſi ſe tuentes dixerint ꝓpinquiorem principij cõmunitatem nos ad accipiendũ,quod ipſa indicat, cogere,cum ꝓxime, quid faciendum ſit,nobis ſuggerat: affectus vero oportere quidem morbos tolli poſtulans, quibus id fieri debeat,non manifeſtat. Contra nos dicimus,ꝑ quæ particulatim remedia crementum

impediendum

impediendum sit, principium non declarat, sed tm̃ esse ꝓhibendum: quibus vero id auxilijs præstari debeat, ab alijs petendum. Hac eadem quoq; ratione & affectus solam morborum expulsionem nunciat: quibus expellendi sint, ab alio, vt par est, petere cõuenit: atq; iccirco satius fuerit nõ principiũ, sed affectum in propositum asciscere. Deinde illud etiam in ipsos dicendum est, ꝙ ex nostra sententia omne principium nexus quidam esse videtur: duæ nanq; communitates, principium videlicet, atq; affectus in idem coiuerunt: quarum vtraq; diuersum quiddam indicant: propinquior autem, magis q̃ necessaria cõitas, qm̃ hanc consideratis, principium vobis esse vr̃. Ex dictis itaq; palàm est affectus omnes cõitatum plexus quosdã esse, q̃nquidem affectus quilibet in aliquo tpe gignit: quare nõ tempus modo, verum etiam affectus communitas est: male igitur facitis vnum esse affectuum connexum arbitrantes, & non omnes affectus connexus esse asserentes.

Alius Methodicorum error de adstringentibus principio adhibendis. CAP. 49.

ID preterea methodicorum decretum fatuum est, ꝙ ĩter morborum initia adstringentibus semper vtendum sit. Causam vero inde placitum illud accedit, ꝙ multę phlegmonę ꝑ adstringentia, reprimentiaq; inter initia desinunt: & quęlibet secũdum ipsos phlegmone adstrictio est. Absurdum igitur videbatur adstrictos affectus per condensantia tolli, nobis q̃ dicẽtibus propter vexantium repulsam apparentium sublationem fieri, id respicere nequeuntes principio in totum adstringentia adhibenda esse contendunt, non vt causæ reprimantur, sed vt corpora firmiora, minus q; patibilia reddantur: compressio nanq; corporum, atq; constrictio, aiunt, corpora solidiora efficiens, ipsa à morbis tentari prohibet: neq; enim per morborum imminutionem tantũ incremento, dicunt, resistitur, sed etiam per corporum firmitatẽ, soliditatemq; id prestatur. Quibus ita responsum velim, minime fieri posse, vt nocentibus causis simul auctis corpora ęgre patibilia reddantur, cum alioqui corporibus, ante, quàm langueãt, firmitas, ac vires comparandæ sint. nam, vt morbus non inuadat, vi ac resistentia indigemus, affectis autem corporibus propellenda sunt afferentia. Verum, qm̃ adstrictus affectus densitas est, ac difficilis corporum exhalatio, stringentia vero superficiem densant, ægre q; difflabilem reddunt, planè liquet stringẽtia dẽsatis corporibus obfutura magis, quàm profutura, & quam magnitudinem affectus proprijs temporibus accepturus erat ad eam statim ab initio remedijs accelerãtibus perueniet. Videntur pręterea contrarium, ac principium postulet, adhibere: principium enim incrementi prohibitionem significat, sed applicatorum qualitas incremento fauere videtur. Quare duorum alterum, aut principium, vt perperam indicans, accusandum est, aut remediorum qualitas non rite adhibetur.

Cur inchoantibus phlegmonis reprimentia apponamus. CAP. 50.

CÆterum, ꝙ inchoantibus phlegmonis vtiliter stringentia admoueãtur, nemo non fateatur, sed ab ipsis huius facti causam quærere dignum est: nam firmitatem corpori ab adstringentibus comparari ridiculum, vt modo exposuimus, dictũ est. At à nobis discũto noxiorũ repercussu & in alios salubres locos traductione adstringentia remedia minuere morbos, atque discutere. Illud etiam addidero, vt principium vetantia incrementum remedia non indicare euidentius pateat: hæc autem secundum ipsos erant adstringentia. Morborum principia aut qualitate aliqua, aut nulla prorsus prædita sunt: ipsa quidem omni qualitate carere, risum, qui dixerit, mereatur: neq; enim sub sensum venirent omni qualitate carẽtia. Aut igitur principiorum qualitas à singulis affectibus diuersa est, aut singulorum principiorum qualitas ab eo, cuius sunt, affectu, non est differens. Si diuersa itaq; est principiorum qualitas, emerget hæc quædam ab affectu diuersa communitas, quam illi prætermiserant: sin autem eadem sit vtraq; principij videlicet, & secundum id affectus qualitas, cur non in morborum principijs ad constrictionem laxantem victum, ad fluxũ vero adstringentem adhibebimus? haud enim rationabile est principio nos aliter obsistere, tanquam non eadem qualitate prædito, qua & ipse affectus, cuius est principium.

Non densitate, ac duritia reddi corpora firmiora. CAP. 51.

QVod præterea illa sit deridenda sententia, quæ ex adstrictoria ratione firmitatem corporibus conciliari autumat, per quam densantur, adstringunturq; corpora, hinc vel maxime intelligi poterit. Si densitas, contractio, duritiaq;, corporũ firmitatis roborisq; causę forent, phlegmone, scirrho q; affecti, & cutem rigidam, ac distentam præ summa egestate habẽtes valentiores bene sanis existerent: nã, qui secunda valetudine vtuntur, molliora corpora, rariora q; possident, tãto q; id magis, quãto melius valent: itẽ, si duritia firmitas æstimetũ, senũ corpora, puerilibus cũ sint duriora, firmiora ẽt, salubriora q; dicent: etenim cũ eã, quã methodici arte creari prędicant, firmitatẽ beneficio naturæ possideant, cur nõ iure ẽt adolescentibus robustiores censeantur?

Quo modo corporis robur noscendum sit, atq; comparandum. CAP. 52.

AT ignorant methodici, quo nam pacto hominis firmitatem, ac robur dijudicare oporteat, quo circa neq; etiam eam præstare poterunt: neque enim, vt in lapide, ferro, ac ligno, id genus q; alijs duritie, ac mollitudine, hominum firmitas æstimanda est, sed eo, quòd corpora sua ipsorum munia expedite obire valeant. Itaq;, qui ipsis firmitatem comparare voluerit, minime, qui durum corpus reddatur, cogitet, opus est, sed qua ratione membrorum vires augescant, & ipsa libere, ac sine impedimento proprios vsus exhibeant.

Galeni

GALENI DE OPTIMO DOCENDI GENERE LIBER.

Erasmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Aduersus Fauorinum,& reliquos,qui iudicium veritatis è rerum natura sustulerunt.

B FAuorinus censet optimum doctrinę genus,per quod vtranq; in partē preparamur: sic enim appellabant Academici, propter aduersam partē, quam asseuerabant.Itaq; vetustiores existimabant hanc doctrinam desinere in Epochē.Epochen aūt appellabant,quasi dicas suspensam sententiam,nihil q; definientem,quod est,nulla de re pronunciare,nec asseuerare certo.Recentiores aūt (non enim solus fecit hoc Fauorinus) non nunq̄ eò ꝓferunt Epochen,vt negent vel illud intellectu posse comprehendi,Solem esse. Rursus aliàs eò ꝓferunt cognitionem,vt discipulis suis illam ꝑmittant ante, q̄ didicerint † scienter iudicare Nec.n.aliud est, quod dixit Fauorinus libro de affectione Academica, cui titulus inditus est Plutarchus.Dicit aūt idem in libro ad Epictetum, in quo inducitur Onesimus Plutarchi seruus,cū Epicteto disputās. Quin & in libro,quē postea scripsit ad Alcibiadem, laudat alios etiam Academicos,qui in partes ambas sibi pugnantes,& contrarias disserebant,caeterum discipulis ꝑmittebant,vt,quod verius videretur,eligerēt.In hoc sanè ait libro sibi videri probabile,nihil certo sciri posse.Contra in Plutarcho concedere videt̃ esse certam alicuius rei cognitionē.Praestat aūt sic appellari γνωστὸν.i.cognoscibile,quod alijs dicitur καταληπτὸν.i.cōp̄hensibi-
C le,relicto vocabulo Stoico.Ego sanè mirabar,ita me Dij bene amēt,quòd Fauorinus,qui consueuit omnia nomina ad Atticā linguā vsurpare, nō desinat vti his vocibus,Cōp̄hēsibile, Cōprehēsio,Comp̄hensiua imaginatio: vel his contrarijs,veluti quae ꝑ priuationem dicūtur,vt incomprae hensiua imaginatio,aut ipsa incomp̄hensibilitas:adeo vt,cū libros tres scripserit,primū ad Adrianū,alterū ad [a] Dysonem,tertium ad Aristarchū,oībus titulū indiderit, De cōprehensiua imaginatione:ac ꝑ oēs hos libros strenue contendit,dū conat̃ demonstrare nullā esse posse cōprehensiuā imaginationē. Ego vero nihil aliud arbitror sonare cōprehēsibile, q̄ [b] cognoscibile: nec aliud
P. 2. cōprehēdere,q̄ certo cognoscere: caeterū [c] {inter se} r̄ndere cōprehēsionē,& cōprehensiuā imaginationē. Q̄m.n. nō nulla videmur nobis videre,audire, aut alioqui sensu ꝑcipere, quod accidit in somnis,aut ꝑ insaniam: non nulla vero non tm̄ putamus nos videre, sed re vera videmus, aut alioqui sensu ꝑcipimus,haec quidē posteriora oēs homines,exceptis Academicis, & Pyrrhonijs, ad certā cognitionē ꝑtingere credunt,ceterū,quae ꝑ somniū,aut mētis errorē apparent aīo,ea falsa esse. Quòd si porrò cōcedunt hoc ita se habere, deleant è libris suis,quod inibi scriptū est, in rerū [d] iudicio nec sano eē fidē habēdā magis,q̄ insano,neq; recte valenti magis, q̄ aegroto, neq; vigilāti magis,q̄ dormiēti. Sin istis nihil magis,q̄ ijs,qui sunt diuerso mō affecti est cognoscibile, ni-
D mirū confusa sunt veritatis [e] iudicia: nec ipse ꝑceptor Academicus,nec discipulus poterit iudicare rationes,quae in ambas partes inter se pugnātes disserunt.Immo ne opus quidem oīno fuerit talibus doctoribus,cū possimus ipsi,quae à sectarum auctoribus hinc atq; hinc disserta sunt,legere, nihilo q̄ minus, q̄ Academici, scire, & siquid apud hos fuerit obscurum, quod erit apud Chrysippū,Stoici magistri possunt appellare certius: quod apud Theophrastum & Aristotelem, Peripatetici: itemq; de ceteris, vt iā nihil oīno reliquum sit,quod doceant Academici,iuxta Fauorini quidē disputationē.Siquidē hoc sanè docuerūt illi veteres,nullū esse datū homini [f] iudicium à natura,quo collatis inter se rebus oībus,exacte possit dignoscere. Eoq; nulla de re ꝓnūciādū esse cēsebant,sed semper de oībus suspendendā esse sententiā. Verum,si nobis concedāt, vt oportet,sensum naturalibus [g] sensorijs,iam nihil opus habebimus in vtranq; partem exerceri,sed alia quadā re fuerit opus,videlicet [h] repetitiōe: vt artifices nō statim artē ꝓbēt discipulis,sed aliud exiguū,nimirū.Cōsiderationē eorum,q̄ tradita sunt,quod à plerisq; dr̄ ad calculum vocare: hoc aūt est iterare ei,qui exercet̃,& in hoc aīaduertere,in quibus labat̃,ea q; sola corrigere.Consimili mō,qui pueros exercēt ad palaestrā,corrigunt luctantium errata. Sic & grāmaticus,& rhetor, & geometres, & musicus docēt,non labefactātes neq; conuellentes in discipulis fidem,quam habēt naturalibus [i] iudicatorijs,sed imitantes ijs,quos exercent,donec in singulis actionibus eò ꝓuexerint, vt iam non

† ἐπιστημονικῶς κρίνειν.
A Al. Dryson.
B † ... certe ... videtur legisse ... ὡς γνωστόν
C ἀντιστρέφειν.
D cognitione.
E κριτήρια.
F κριτήριον.
G κριτηρίοις.
H ἀπαιτήσεως est ... interpres ... habet ἀπατήσεως .i. deceptione ...
I κριτηρίοις.

non erret, tm̄ abest, vt inducant sententiæ suspensionē. Perinde.n. faciunt, qui suspendunt senten- E tiam, ne credant euidētiæ rerum vna cum sensibus, atq; qui contemnūt ea, quæ certo ab aliquo co gnoscuntur. Itaq; Carneades ne illud quidē, quod est omniū euidentissimū, cōcedit esse credēdū, φ magnitudines vni cuipiam æquales, sint ēt inter sese æquales. Rationes igitur, quibus conatur destruere & hæc, & alia permulta, q̄ tibi euidenter apparent, creduntur q; esse vera, adhuc in hunc vsq; diem seruatas habemus, proditas scriptis, ab illius discipulis collectas, Solutiones autem nec ab illis, nec ab alio quopiam Academicorum, qui post Carneadē fuerunt, datæ sunt. Ea res sola declarat istius rationes oēs esse sophismata. Nobis q; quęrendæ sunt o discipuli istarū solutiones. Improbum est.n. hoc, attamen nihilominus improbum fecerunt illi, qui scripserunt qdem has, ce terū vobis nō indicarūt, quales essent. Lubens aūt pconter, si vel Fauorinus adesset, vtrum me CAP iubeat credere oībus istis rationibus, aūt cōsiderare, veræ'ne sint, an falsæ. Vnū hoc sanè cōcessit, considerare. Rogarē aūt post hæc in vniuersum, nū homini natura vis insit iudicandi, quæ sermo nes vero discernat à falsis, an potius ars quædā, & ratio sit vtrunq; cognoscēdi. Si natura, quî fit, vt non oēs inter nos cōsentiamus, neq; similiter ijsdē de rebus pronūciemus? Sin ars est, ac ratio, hęc oīum primum erat discenda: deinde conueniebat doctores ludo præfectos varijs modis exercere discipulos, multis ꝑpositis exēplis, quēadmodum instituunt, q discunt artē luctandi, aut coriariā, F aut fabricādi domos, naues'ue, aut rhetorice dicēdi, aut legēdi, aut scribēdi, aut, vt summatim dicā, qdlibet aliud operari iuxta artē. [a] † Proinde, siqs Academicorū scripsit, q̄ tādē res sit demōstratio, quod sophisma, & quo mō oporteat alterum horum ab altero discernere, & quēadmodum Fauo rinus admittit iudiciū discipulorū, in vtranq; partē exercitatorum, nisi quod superuacaneū est, ni mirum docuit Academicus oīa, quæ dicta sunt, habemus q; nos pręceptores, q ꝓpria decreta do ceant. Quòd si nullus istorū scripsit, quo modo ista differāt, nec exercuit quēq;, perinde facere vi dentur, ac si faber ꝑcipiat discipulo, vt & metiatur, vt æquet, vt dirigat, & circulū describat, nec in terim det illi cubitū, (quo metiat,) nec xyston, (quo poliat,) neq; regulā, (ad quam dirigat), neq; circinū, (quē circūducat.) Atq; forsitā dicet tale nihil esse in philosophia, ac dogmatibus. Ne igit posthac assimules te aliquid scire, neq; ꝓnuncia, neq; desisce à veterū Academicorū decreto, qui ꝓdiderūt suspēdendā esse sentētiā: neq; te iacta, dū facis, quod solet grāmaticus, q semet i his exer- cuit, quæ dicta sunt à prioribus. Proinde nihil apud illos esse præclari perspicuum est cōsiderāti. Neq;.n. hoc est eius, qui docendi munus ꝓfitet, sed nugacitas potius q̄dam est, & ineptia. Vnde igitur cognoscēdi veri spes reliqua est? Etenim, cui non adest [b] iudiciū veri ac falsi, huic nulla spes est cognitionis. [c] † Tm̄ hoc stude, vt Sophistas doceas, nullā nobis à natura insitā vim iudicandi. G Deinde fortassis impudēter nobis, inqt, & sensum, & intellectum, qbus euidenter iudicamus de vero, cōcedet aliqs, cupiens nos in logicis frustranea spe volutari. Quicunq; vero sustulerūt totam spē, qd fecit ille, frustra nugant. Perspicuū igitur est, quod Fauorinus pudore subuertit oīa, & qd inde fateatur nihil sciri: vnde veteres Academici, Pyrrhonijq; dicebāt: cæterū fidē discipulis per mittere iudicium, quod priores ne sibi quidē ipsis pmittebāt. Ergo quod eiusmodi doctrina, & CAP. institutio discipulorū artē quācūq; discentiū, qualē sentit Fauorinus, nō solum ceteris pręstantior nō sit, verū ne doctrina qdē oīno dicenda sit, opinor à nobis dilucide demonstratū. Iā de reliquis, q̄ doctrinę qdē sunt oēs, an optimę sint, cōsideremus, rursus ab ijsdē ordiētes. [d] † Apparet.n. hoc nobis euidenter, qd Sophistę maxime student sibi reddere incredibile, nullū esse iudiciū naturæ. Etenim circinus pingit circulū, cubitus aūt discernit longitudinem, quemadmodū lances graui- tatē. Hęc aūt ipsę fabricatus est hō, ex naturę instrumentis, ac [e] iudicio impulsus, qbus nullū vltra iudicium nec antiquius habemus, neq; pclarius. [f] † Hinc igit incipiendum est. Dicit.n. rursus ipsa mens, qd possibile nobis est naturali iudicio credere, siue non credere: ipsum autem iudicium per aliud aliqd iudicare, possibile non est Quî fiet.n. vt id, quo iudicant reliqua oīa, ab alio quopiam iudicet? Credere vis oculis clare cernētibus, & linguę gustanti, hoc quidē esse malū, hoc vero ficū, H an nō credere? Cōcedam, quod voles facere in nobis, si qdem studes mecum disputare. Quòd si nō credis, discedā abs te, velut ab eo, qui ꝑter naturā affectus est. Ponamus primum te nō credere, neq; sperare futurū, vt quicq ex me discas. Hoc.n. mō cœperā dicere. Ponamus rursus te credere, ac spem esse, futurū, vt ex me discas iudicare. Cęterū ego sentio, iudicare, sensibilia quidem ex ijs, q̄ euidenter apparent, sensibus: intelligibilia vero ex ijs, q̄ dilucide intelligunt. Qm̄ autem ex na turæ [g] iudicio artes oēs parāt, & instrumenta, & iudicādi ſm artem organa, p q̄ alia quidem ipsi si bi cōponunt, alia rursus ab alijs cōposita iudicant, & ego docebo in vniuersum & infra, & iudi- cia, tum ea, p q̄ tibi parabis veros sermones, tum ea, p q̄ iudicabis ab alijs dictos. Sic.n. habes totū. Etenim, siquid ex sese euidenter apparet sensibus, aut intellectui, ad id nihil opus est inquisitione. Quod si nihil est tale, necesse est, vt accedat cognitio, q̄ aliunde parat. At ego polliceor me tradi- turum tibi q̄dam, q̄ rn̄deant instrīs, q̄ fiunt ab arte, ex quibus inuenies, quod q̄ris: alia vero rn̄den- tia iudicijs, ex quibus iudicabis, an vere tibi videaris inuenisse. Hæc autem vbi didiceris, multis exemplis exercebo te, vt & celeriter, & exacte inuenias, iudices q;, quod quæris, vt posthac nec vl lo libro futurum sit opus ad inuentionem veri, nec alia doctrina. [h] † Mox & alijs dicentibus aliqd eorum, quæ cupis inuenire, facile poteris cognoscere. Etenim, qui cognouit rectā viā [i] rectā esse,

non eget

A † Locus in græco obscurus & asterisco notatus. Antiqui interpretes versio ita habet. Si igitur scripsisset aliqs academicorū, q̄ res est demr̄atio, q̄ aūt sophisma, & q̄liter oportet dignosce re ea, & qualiter in eis exercitari, haberemus proprios dogmatum doctores. Si vero neq; Fauorinus, neq; alius aliquis scripsit. &c.

B * κριτήριον.

C † Ant. interp. Sed oportebat te docere solū mō sophistas, quod nullum nobis est indicatorium innatū: hoc enim ausus fuisti dicere nobis, cum fortassis sensum, et intellectū concedet esse iudicatorium veritatis, quicunque est in logicis eruditus. Quicunque vero interimunt totam spem, delirant: sicuti & Fauorinus, qui euertit omnia, et dicit nescire ea esse: & postea committit discipulis suis, iudicium, quod neque qui ante ipsum, commiserunt ei.

D † Ant. interp. Apparet.n. nobis euidenter, id quod quammaxime sophistæ incredibile conantur facere, dicentes quod nullius iudicatorium est natura.

E * κριτηρίων.

F † Ant. interp. Si igitur non ab hoc oportet incipere, vt dicit, quæ rursus intelligemus? quoniam possibile quidem. &c.

G * καὶ κριτήρια τεχνικά.

H † Ant. īterp. Mox autem, & eos, qui aliud dicunt, peccare cognosces.

I * μίαν, est in antiquis.i. vnam, & ita Ant. interpres.

A non eget alia doctrina ad redarguendum eos, qui aberrant. Ita, qui rectam demonstrationis viam perdidicerit, protinus cum hac nouit vias erroneas. Fauorinus aũt mihi videtur simile quiddã facere, quasi siquis dicat te cæcum esse, nihilo minus tñ iudicare posse, vter nostrũ sit sordidior, aut candidior, haud reputans secũ, ꝙ ei, qui talia sit iudicaturus, opus est adesse visum. Atqui nihil refert, quod ad iudicandũ attinet, vtrũ omnino visu careas, an, cũ habeas, illi non credas. Ad eundẽ aũt modũ, quod id, quo iudicamus, est tale quiddam, quod q; quæ huic paria sunt, sunt & inter se paria, quemadmoũ asinis nemo ꝑmitteret iudicare, qm̃ oĩno mente carent, ita nec hoĩbus, si ne hi quidem mentem habeant, cui credi possit. Nihil.n.interest, quod attinet ad incertitudinem eorum, quæ iudicanda sunt, an omnino nullum habeas iudicium, an non credas illi. Ridiculus est igitur Fauorinus, permittens iudiciũ discipulis, cum [a] organis iudicandi detrahat fidem. Etenim, si nihil est euidens intellectui, aut certum ex sese [b] † perijt omne rerum iudicium. Contra, si est quidem, velut oculus in corpore, sic intellectus in animo, non tamen omnibus pariter acutus, consentaneum est, vt, quemadmodum, qui cernit acutius, adducit ad id, quod videtur, eum, cui visus est hebetior, ita, quibus cõtigit in rebus intelligibilibus perspicere clare, quod offertur intellectui, adducant ad contemplationem eandem, [c] † maxime cæcutientem. Atq; hoc est præceptoris officiũ, B vt inquit Plato, & ego assentior. Et his de rebus scripsimus copiosius in tractatione demõstrõnis, ꝙ doctrina talis quędam sit euidens ad intelligentiam. Scripsimus aũt & illud, quo modo quis exorsus in vno quoq; ab elementis, ac principijs maxime demõstrare possit, quicquid est demonstrabile: non quemadmodũ admirandus ille Fauorinus: qui, cũ fecerit totũ librum, in quo demonstrat ne id q̃dem cõprehendi posse, Solem esse, alibi tanq̃ nobis obliuiosis in vtrãq; disputat partẽ, cõcedit q; esse aliq̃d, quod certo cognosci possit, cuius iudiciũ, & electionem permittit discipulis.

CAP. 5.

A * ἀπιςὸν.

B† An. iterp. corruptum est penitus iudiciũ. videtur.n. legisse nõ πάντων sed πάντως.

C† Ant iterp. clarius, eũ qui obtusius uidet.

D † ὁ διδάσκαλος, i. doctor.



GALENI DE SVBFIGVRATIONE EMPIRICA

Incerto interprete

De Empiricorum nomenclatura. CAP. 1.

OMnes empiricæ sectę cultores cognomen ab Hippocrate ductum renuentes se ab aĩ affectu denoĩari maluerũt, queadmodũ & philosophi, quos, ꝙ in singulis hæreant, scepticos gręco noĩe appellant. Ergo non sicut cæteri medici Hippocratici, aut ẽt Asclepiadei, Praxagorei, Erasistratei, ita & ipsi Acronei ab Acrone prio empiricæ disciplinæ scriptore, vel à Critone, Philistiõe, Serapiõe cognomẽta traxere, q Acrone q̃ dẽ iuniores, reliqs aũt Empiricis vetustiores habentur. Atq; hæc quidem quantum ad cognomen attinet, dicta sint. In Empiricorum vero D doctrina summa cautio est, nequis vllo pacto ab indicatione quidpiã inueniri opinetur: neq; enim, veluti Rationales medicam artem indicatione simul, & experimento constare putant, sed experientiæ totam inniti, quam ex eorum obseruatione, quæ sæpe simili modo obtigere, conflari affirmant. Hanc ego tibi empiricæ sectæ disciplinam, quę qualis've sit, si modo mentem adhibueris, sub compendio clarissime colligam. Tu vero, quæ deinceps dicturus sum, tanquam ab Empirico dicta suscipies.

Quotuplici experientia Empirici medici nitantur. CAP. 2.

MEdicam artẽ non ab indicatione, sed ab experientia tm̃ constitutã asserimus. Experientiã vero appellamus, quã à se quispiã intuitu ipso deprehẽderit, sicut indicationẽ, quam rationis discursu assecutus fuerit: vt.n.nos sensus ad experientiã, ita ratio ad indicationem dogmaticos ducit. At cognitio, quæ ex intuitu habet, vel fortuita est, vel cõsulta. Fortuita appello, quæ sine humano consilio, vel casu, vel natura eueniunt: casu, vt siquis, cui occipitium dolore afficiat, deciderit, atq; inde vena recta frontis incisa, sanguine q; effuso iuuetur. Natura, vt si febricitanti sanguis per nares effluxerit, statimq; desinat febris. Cõsulta ab intuitu cognitio est, vt siquis in febre per-

dite

dite sitiens, ad bibendam aquam, vel mala granata edenda coactus, febrem euaserit: vel in monte E aliquis a serpente ictus, herbā quæcūq; sibi fuerit oblata, vulneri adhibere placuerit, sanitatē q; inde recuperauerit. Sed imitatione experientia cōparatur, vbi quispiā imitatur, quod semel, aut bis, aut ēt frequenter effectum cōspexerit, non ita tñ frequēter vt iam semper ex alio cōsequatur: sufficit. n. vel plerūq; vel vtrouis modo, vel raro cōtingere. Est alia quoq; τριβικὴ quasi iam trita experientia, quam ab experimētali disciplina ductā soli artifices vsu exercent. Experimētalē vero disciplinam vocamus eorū habitum, quæ ita frequenter apparuerūt, vt iam inde theoremata sint cōparata, pceperimus q;, nūqd illa semper, aut plerūq;, aut vtrouis mō, aut raro euenire soleāt: tot. n. id est quatuor, sunt theorematū drīę: ppterea & theorema vocamus habitum rei, quam sæpe viderimus cū euentus oppositi distinctione, vt, si sit aliqd, quod semp contingit, sciamus eius oppositū nunquā euenire, quod vero plerūq; accidit, illius oppositū, aliqñ qdē, sed raro cōtingere: At eius quod vtrouis modo est, æqualē esse oppositi euentum, sicut illius, quod raro accidit, cōtrariū plerūq; apparere: Quę vero hmōi distinctionibus pspecta nō habuerimus, eorum notitiā confusam impfectā q; haberi, q̄ nullo pacto experimentalis disciplinæ pars appellāda sit. Atq; hanc Menodotus experiētiam particularē vocauit, tanq̄ ex alijs experientijs singularibus nō conflatam, ppea primam & simplicissimam esse. Nā sicut ex plurimis experimētis tota cōflat ars, ita singula expe F rimēta ex multis experiētijs conficiūtur: quas quot esse oporteat, velle determinare, incidere ē in ambiguā rōnem, quā qdā Soriticā vocāt: de qua in libro de medicinali experientia copiose tractauimus, cū superius experiētiā ex αὐτοψία. i. proprio intuitu fieri diximus. Quantū ad nomē attinet apud antiquos αὐτόπτην quidē sępe legimus, αὐτοψίαν vero nequaq̄. Sed & hic, sicut in alijs multis nomē vsurpantes dicimus intuitorē proprio intuitu magis operari, q̄ cognitionē acquirere: quia tñ ex hac intuitionis operatione cognitio quoq; cōsequitur, placuit Empiricis proprium intuitum cognitionē appellare: immo nō cognitionē tm̄, sed experiētiā quoq; nūcupauere: quos ego nunc imitatus simili mō propriū rei euidentis intuitum, & cognitionē, & experiētiā ex multis intuitionibus cōparatā vocabo. Cur vero Empirici obseruationis nomē cum cognitiōe, et memoria cōfuderint, nō satis cōpertum habeo. Nam Theutas, cū prius dixisset partes medicæ artis, ob quas plerūq; finē adipiscimur, per experientiam cōparari, quæ ex proprio intuitu, ex historia & cōgruo de re simili ad similē transitu generatur, postea experientiā diffiniens, q̄ à ppria intuitione nihil differt, ita subiūgit: Experiētia igit̄ tota rei euidētis obseruatio appellat̄, p memoria scilicet, & cognitiōe obseruatiōis noīe abusus, quā & cōseruationē vocamus, quæ est actus conseruatoris: neutra vero appellatio ſm rectā loquēdi cōsuetudinē ad memoriā & cognitionē accōmoda G ri pōt. At τριβὴν. i. exercitationē nō male actionē ab ipsa experiētia ductā noiarunt, & τρίβωνα. i. exercitatū, qui hmōi actionē frequētat, sicut & ἔμπειρον. i. expertum, qui ἐμπειρίας. i. experientiæ particeps est. Empirici vero nomē ad artis sectæ q; suę inuentores transferre maluerunt. nam & Empirian nō solū vnius theorematis cognitionē, sed totā quoq; medicā artē nūcupauerunt: quā ex αὐτοψία. i. propria intuitiōe, ex historia, & congruo de re simili ad similē transitu cōstare asseruimus, historiam quidē ppriæ intuitionis enarrationē vocātes, trāsitū vero de re simili ad similē iter ad exercitationem, sumpta. s. similitudine ab ijs, quæ iam per experientiam comperta sunt.

An rei similis ad similem transitus, artis medicæ pars dicatur. CAP. 3.

QVærit aūt, nūquid, queādmodū existimauit Serapion, tertia pars medicæ artis sit de re simili ad similē trāsitus, quod aperte negauit Menodotus, sed vsui tm̄ accōmodari voluit: constat aūt nō idem esse vti, & vt parte vti. Cassius Pyrrhonius illū ab vsu quoq; abdicauit, integrū q; de hac ipsa volumē cōscripsit. Optime vero oīum Theutas de re simili ad similē transitum iter ad exercitationē esse iudicauit. Sicut alij instrī potius rōnem habere voluerunt. Nec peius fortasse historiā & obseruationē instra magis, q̄ medicinæ partes vocabimus: ideo recte, vt mihi vr̄, Theutas ita de illis prodidit. Partes medicinæ, ob quas finē adipiscimur, p expiētiā nobis ac H » cedūt: fit aūt experiētia ex ppria intuitione, historia, & cōgruo de re simili ad similē trāsitu: ab ex » perientia. n. medicinæ partes deriuari affirmat: quæ cū oēs inter se differant, in hoc vno tñ conue » niunt, q oēs cōi noīe memoriæ appellant̄: ppterea rectius aliqs experientiā dicet eē memoriā eorū, q̄ sæpe & eodē mō perspecta sunt. Quod siquis pro memoria obseruationē posuerit, erit experiētia obseruatio eorū, quæ sæpe eodē mō perspecta sunt. At, si obseruatio operationē significet, vt loquendi vsus obtinuisse videtur, memoria vero sit impressio in anima quiescēs, possumus ambas comprehendendo dicere, experientiam esse obseruationem & memoriam eorum, quæ sæpe eodem modo perspecta sunt: forteq; prestiterit solam ponere memoriā, cū sub illa obseruatio cōtineat̄: neq;. n. memorari possumus ea, q̄ sępe eodem mō perspecta sunt, nisi prius obseruauerimus.

De communibus partibus medicinæ. CAP. 4.

HActenus, quantum compendio licet, de experientiæ diffinitione tractauimus. Theutas aūt totam medicinam in tres partes diuisit, indicatoriam, curatoriam, & salubrē: has vero vniuersas acquiri per propriā intuitionē, historiam, & cōgruum de re simili ad similē transitum. propterea, qui hæc tria proxima medicinæ partes esse voluerunt, nō absolute partes, sed cū additione partes cōstitutiuas appellauere, vt priora illa partes finales, partium. s. genus in duas primas differentias

A ferentias diſſecando finales,& cõſtitutiuas: ſiquis tñ noĩbus abuti noluerit, non has conſtitutiuas appellabit partes,ſed quaſdam medicorum operatiões: ille vero animi habitus, quo medicus vel indicare,vel curare,vel ſanitatem cuſtodire poteſt,merito pars medicinæ vocabit. Abutanť igiť noĩbus,qui voluerint: nos in partes tres medicinam ſecabimus,indicatiuã,curatiuã,ſalubrẽ. Porrò indicatiuã in dignotionẽ pręſentium,& futurorum prænotionẽ,ſicut curatiuã in chirurgiam, victus rõnem,& pharmaciã.Salubrẽ vero qdã indiuiſam ſeruarũt: qdã in ſpẽm generi cognominẽ,in ſalubrẽ,inquã,& in euecticam.i.boni habitus effectricẽ: alij addiderũt pſeruatiuam,reſumptiuã,& gerocomicã.i.ſenũ cuſtoditricẽ. Sunt,qui ex rationis diuiſione partes medicinæ venati ſint.cum.n.ſicut Herophilus voluit,medicina ſit ſcientia ſanorũ, ægrorum,& neutrorum,tria ex cogitauerunt,qbus ſingula iſtorũ cõueniũt,corpora.ſ.ſigna,& cauſas.nã,ſicuti corpora,ita ſigna, & cauſas congrue ſana,ęgra,& neutra nuncupamus.Licebit igitur ẽm hanc rõnis ſectionẽ,empiricam quoq; diſciplinã in ſuas partes diuidere: nõ prohibeo,tñ,ſiqs & aliter diuidendam putarit, dummõ nullum artis mẽbrum omittať: ꝓpterea & Theutas in principio libri de partibus, nihil « obſtat,inquit,ſi medicinæ partes in indicatiuã,curatiuam,& ſalubrem ſectæ, in alia quoq; mem-« bra ſecentur: quo fit,vt minime mirum ſit,ſi empiricæ artis alij duas partes,alij tres, quidam qua-B tuor,non nulli quinq; poſuerint: fortaſſe.n.eandẽ oẽs rei rõnem intuen tur, ſed,vt diuerſa concipiunt,ita & diuerſa explicare neceſſe eſt: quæ vero ſit rõnis diuiſio, paulo inferius declarabitur.

De conſtitutione artis Empiricorum. CAP. 5.

COnſtitutiuæ igitur medicinæ partes,quę oĩum vtiliſſimæ ſunt,clarius ita pernoſcẽtur. Medicus,qui ab obſeruatione artẽ effecit,ſeipſum Empiricum,ſuam facultatẽ Empiricã nuncupauit: primis q; tẽporibus,vt credi par eſt,noxia pariter,& innoxia: ſimiliq; modo vtilia,& ſuperuacua obſeruare cœperunt: poſt longo rerũ vſu multis multa obſeruãtibus cõpertũ eſt plurima inutiliter fuiſſe obſeruata: propterea,ſicut in principio ꝓpria rerũ intuitio,ita nũc hiſtorica cõmodiſſima eſt.Nos.n.hiſtoria docet iam deprehẽſum eſſe colores in multis qdẽ morbis ſuperuacaneos, in quibuſdã vero non parum intereſſe: nã lippientibus cœruleus,viridis,niger q; color cõfert,albus,& ſplẽdidus ſumme aduerſatur,reliq inter vtrunq; ambigũt. Eodem mõ rubeus color ſanguinẽ expuentibus nocet,& ad cæteros morbos ſuperfluus oino compertus eſt: ſicut & menſa eburnea'ne ſit,an lignea,ſeu phiala aurea'ne,vel argentea,vel vitrea: nihil.n.horũ ſalubre magis,q̃ inſalubre appellatur,ſed penitus ſuperuacuum: nõ ita tñ odorẽ neutro mõ ſe habere ad ſanitatem,vel ægritudinẽ dixeris: neq;.n.parum refert appetitiuę,digeſtiuæ q; facultati,fœtida'ne,an bene olen-C tia offerãtur: oino q; capiti nocẽt,quęcũq; odoratiora ſunt,veluti cupreſſus,populus,buxus,nux, præcipue,quæ adhuc virent: ideo nec lectos,aut fores,aut vaſa ex his fieri probamus: fugiendi.n. oẽs odores ſunt,qui vel caput repleant,vel appetitum euertant: cum natura nos doceat vtilia eligenda eſſe,noxia vero euitanda.Ergo his ita ſe habentibus neceſſe eſt,vt medicus ſalubria,inſalubria,neutraq; pnoſcat,nec cauſas tm̃ tales eſſe,ſed & corpora,& ſigna. Nihil aũt refert,ſeu pernoſcere,ſeu ſcire dicamus: ſicut neq; artificẽ,aut doctorem artem,vel doctrinã addiſcere: parum ẽt intereſt,ſi inflammationem,exempli gratia,ęgritudinẽ,vel affectum appellaueris.Symptoma tñ ab ęgritudine diſtinguendum eſt,nam ſymptoma ſimplex affectus eſt, & non ex alijs conflata congeries.ſic.n.lateris dolor ſymptoma vocatur,tuſſis q; eodem modo,& ſputum ſeu flauum, ſeu liuidum,ſiue cruentum fuerit,item difficultas anhelitus, & calor præter naturam: quod vero ex omnibus his conficitur ægritudo appellatur,quę affectus,quoq;,& valetudo, & morbus, ſi libet, vocari poteſt: nominibus tamen vtemur, quoad eius fieri poterit, apud Latinos quàm maxime conſuetis,ſin minus,his ſaltem,de quibus inter nos inuicem conueniat.

De Symptomatum concurſu. CAP. 6.

QVantũ igitur ad præſentẽ inſtitutionẽ attinet, ſymptoma ſatis idonee nũcupabimus ſim-D plex aliquod incõmodum,quod humano corpori pręter naturam acceſſerit, ſicut calorem, tumorem,inflãmationem,difficultatem anhelitus, pulſus aſperitatem, dolorẽ, tuſſim: affectum vero,vel ægritudinem cõcurſum,q ex his ſimul conficitur. Periti.n.Empirici nõ quemcunq; ſymptomatum aceruũ morbum noiauere,ſed cõcurſum tm̃ eorum,quæ ex longa obſeruatione ita ſimul cõuenire cõperta ſunt,vt pariter incipiant,augeantur, vigeant, declinent, & recedant: quem cõcurſum cõpendij,& luciditatis gratia vno tm̃ noie explicuere, qñq; ab affecto loco nũcupationem ducentes,vt pleuritim,peripneumoniam: qñq; ab aliquo ſymptomate, vt inflammationẽ,furorem: nõ nunquam à ſimilitudine,vt elephantem,cancrũ: quandoq; ab ipſomet cõcurſu,vt œdema,ſcyrrhum.Symptomatum igitur,quæ ſimul incipiunt,augentur,vigent, & deſinunt,cognata vocari poſſunt: quæ vero plerũq; cõſequuntur, affinia. Quod ſi eadem in cõcurſu, tanq̃ ſigna,conſiderentur,quędã eorũ diagnoſtica,quaſi præſentium declaratoria, vocantur: quędam,ꝙ futura pnuncient,Prognoſtica nũcupantur: quædam,ꝙ curationem indicent, nõ male indicatoria dicenť.Omnes autem cõcurſus ab obſeruatione prodiere: obſeruatio enim memoriam, memoria experientiam peperit: à qua proxime ars emanat,dum meminimus,quid cum quo,qd ante quod,quid poſt quod obſeruauimus: atq; id quidem vel ſemp,vel plerunq;,vel vtrouis modo,vel raro: ſemper,vt vulnerato corde mortem ſequi: plerũq;,vt ſcammonia ventrem purgari:

vtrouis

vtrouis modo, vt percussa superiori cerebri membrana interire hoiem: raro, vt vulnerata cerebri E substantia salutem cõparari. Atq; ita ex obseruatione, & memoria constituta arte necessarium est propriũ à cõi distinguere: quam nimis ambitiose quidam Empiricorũ distinctionẽ, quidam determinationẽ appellandam esse cõtẽdunt: ego enim, siue hoc, siue illo mõ dixeris, parũ interesse arbitror, dummodo per euidẽtes notiones proprium à cõi separetur: quidã tñ ita rem præscribũt, vt distinctionis vocabulum ad noium drías, determinationẽ aũt ad res ipsas magis cõuenire opinentur: sed noia, vt recte Plato cõsulebat, spernenda sunt, rõnum vero soliditas ingrẽda. Propriũ igitur à cõmuni ita distinguetur. In affectuum quidem dignotione, vt si cũ febri acuta difficultas anhelitus, tussis, & coloratum sputum apparet, & percunctetur à nobis aliquis, cuius nã morbi sit iste cõcursus, rñdebimus pleuritidis quidẽ, & peripneumoniæ cõem esse, neutrius tñ proprium. Quòd si addatur dolor lateris pũgitiuus, pulsus q; asperitas cũ tẽsione, hunc morbum planè pleuritidẽ esse affirmabimus: at, si nõ dolẽte latere, nec pulsu duro existẽte, impotentia spirandi adsit, nisi ceruix erigatur, sit q; oino tãta anhelãdi angustia, vt prope suffocationem accedat, talis cõcursus peripneumonia vocabitur: ita ergo in affectuũ dignotione cõe à proprio distinguetur. In prænotione vero hoc modo: Sint nares acutæ, caui oculi, collapsa tpa, atq; interroget aliquis, quid nã cõcursus portendat: dicemus in processu quidẽ ęgritudinis mediocre malum portendere, in prin F cipio vero letũ minari. Atq; ista quidem à tpe ægritudinũ prima distinctio est: ab ijs aũ t, quæ præcessere cõsideratur, an ęger ventris fluxu laborauerit, vel medicamento purgatus fuerit, siue vigilijs, fame, aut alio euacuationis genere attritus. In signis vero ad curationẽ attinentibus cõmune à proprio separatur. Si quæratur, an pleuritico vena secanda sit: respõdetur. n. nõ cuicunq; secãdã esse, sed illi, cui plethoricus cõcursus acciderit, vel q sine hoc concursu robustus sit adolescens, atq; ne hos quidẽ oẽs: neq;. n. si pleuriticus cõcursus in sene, aut infante fuerit, vena secanda est, aut in Scythia degat æger instante hyeme frigidissima, vel sub ardẽtissimo cœlo in summo ęstatis feruore, aut certe syncopam pati assueuerit: nam nemini istorum venam secandam ducimus: non hæc tamen sufficiũt: sunt. n. aliæ quoq; determinationes, vt ‖, si ad clauim dolor incubuerit, potius venam secamus: si ad hypochondrium declinauerit, ventrem purgandum eligimus.

de ratione vic. i.i morb. acut. com 2. tex. 10. & 11. cl. 7ª. 117. c. & h

Quid differant Empiricorum, & Dogmaticorum rationes CAP. 7.

TAlis igitur rei determinatio est, quam describentes dicunt esse orationem propria à cõibus distinguentẽ. Quidam tñ, vt prediximus, non determinationẽ, sed distinctionem appellare maluerũt: nos aũt siue determinatio, siue distinctio vocetur, nihil interesse dicemus, dũmodo cõcursuum dogmaticorũ, & empiricorũ differentia seruetur. Empirici enim euidẽtibus, dogmatici G vero ratione magis nituntur. Pari modo dogmatica ratio hoc ab empirica differt, quòd hæc euidentium rerum, illa occultarum est: quæ, vt nomine quoq; distinguerentur, rationem quidem empiricam epilogismum, dogmaticam vero analogismum vocitauere. Quin & breuissimas rerum declarationes, non diffinitiones, sed descriptiones empirici appellauerunt: cum tamen nihil prohiberet rei rationem, quæ ex euidentibus consistit, ita diffinitionem vocari, sicut & dogmatici vocant eam, quæ ex occultis colligitur. Atq; hæc quidem est inter vtrosq; de nominibus discrepantia, quam & modeste, & arroganter tractari licet: arrogantia tamen plerunq; vtuntur empirici.

Quibus Empirici, quibus Dogmatici fidem habent. CAP. 8.

IN rebus aũt dogmatici, & empirici differunt, queãdmodũ in principio quoq; declarauimus, q empirici ijs tm credant, quæ vel sensui pateant, vel memoriæ p sensum mãdata sint. Dogmatici vero præter hæc, illis quoq;, quæ ex naturali rerum consecutione per rationem acquiri solent.

De Empiricorum demonstratione. CAP. 9.

SEd & empiricus præter descriptiones, & determinationes, quæ à sensibus sumuntur, causas etiã reddit, & demõstrationibus nititur, quas à sensibus mutuauit. Si enim, exempli gratia, interrogetur, quare crus cum vulnere luxatum nõ reparatur: Qm̃, inquit, conuulsionem inde seq H obseruatum est: hoc enim maxime cauent, ne quid vnquã ex rationali consecutione, sed ex memoria, & euidenti obseruatione semper affirment. Atq; hoc pacto Empiricus artem suam tũ conficit, tum docet. In quo maxime à dogmatico differt, tum quia plurima indeterminate agit, tũ qa plus æquo confidit historię. Quam ego nõ vitupero: cum enim vnius hominis vita ad omnium inuentionem sufficere nequeat, longi tpis obseruationes historia colligit, vt eius beneficio tanq̃ ex multis tot seculorum hoibus vnus efficiatur eruditissimus. Si igitur ita singula quæq; memoriæ mandata forent, vt cum suis distinctioibus clare ab Empirico percipi possent, nihil vltra quærendum esset, quod ad veritatem artis referret. Sed, qm̃, qui scripserunt partim cõfuso experimento nimis propense crediderunt, partim ẽt non perspexere, quæ docuerunt, partim dũ in rationales demonstrationes incidere vererentur, rudes & procul à veritate aberrantes deprehensi sunt, ideo cogimur non ita facile cuilibet historiæ fidem adhibere, nisi prius experimento probetur, postea ad vsum accommodet: quod quidẽ dogmaticis non contingit, quos Menodotus per contemptum Tribonicos vocat. Antiqui enim Tribonem appellauere, qui in aliqua facultate longo se vsu exercuerit, vt in ea iã perfectus videri possit. Menodotus igitur deridens, Tribonicos appellat Dogmaticos, quasi qui Tribones appellari non mereantur, cum experientiæ non credant,

A sed rebus occultis, ignotisq; studeant, & historiam contemnãt, quam ne legerint quidem. Quoniã vero & hic de historia longæ ambages perferuntur, nos de illa quoq; summatim tractabimus.

De iudicanda, & comprobanda historia. CAP. 10.

HIstoriam igitur quidam esse voluerunt enunciationem eorum, quæ visu percepta sunt: alij enunciationem eorum, quæ euidenter appareant: alij enunciationem propriæ intuitionis: cæterũ omnes istæ orationes verbo tenus inter se discrepant, re prorsus nihil differentes, quas dialectici æquipollẽtes appellant, vbi sub diuersis dictionibus idẽ videlicet profertur. Illas vero orationes ab his differre dicemus, in quibus aliquid adijcitur, quod sensum immutet, qualis exempli gratia huiusmodi est: Historia est oratio eorũ, quæ visu perspecta sunt, aut sicut perspecta. Ex additione efficitur, vt quædam historia possit esse falsa, cum ex nulla priorum descriptionum quicquam tale sequatur: atque ex eadem additione illud quoq; continget, vt historię duplex iudicium futurum sit, alterum, quo perpenditur, an quædam vere appellãda sit historia: alterum (si vere ita esse concesserimus) an etiam vera debeat appellari. Hoc tamen nomen accipiat vnusquisq;, quemadmodum sibi libuerit: nos potius doceamus, quo modo historia sit iudicanda, vt postea recte ad vsum deduci possit: quod idem est, ac si dixerimus, quo modo veritatem & falsitatem eorum, quę B scripta sunt, distinguere oporteat, & quo modo discernendum, fieri ne an non fieri potuerint: est enim hæc quoq; non inutilis differẽtia, sicut Menodotus asserit. Huic igitur rei toto animo aduertas obsecro, sinens, quicquid libris mandatum est, historiam appellari: id enim ab omnibus ferè medicis vsurpatur. Primum veræ historiæ iudicatorium secũdum plerosq; Empiricos est propria intuitio iudicantis: nam, cum in aliquo libro scriptum quidpiam inuenerimus, quod nos alias ita esse proprio intuitu perspeximus, veram esse fatemur historiam. Hoc tamen iudicatorium disciplinæ inutile est: neq; enim ea nos ex libro discere oportet, quæ antea ꝓprio intuitu cognouerimus. Sed concordantia optimũ est historiæ iudicatorium: finge enim à me macerem nunq̃ expertum esse, qui quidem arboris cortex est ab Arabia delatus: hunc oẽs, quicunque de medica materia scripserunt, aluum constipare affirmãt: nunquid illis credendum erit, vel non credendum? ego quidem credendum assero, cum oẽs ita esse conueniant: talis .n. conuenientia in sensibilibus oĩno admittenda est, nam conuenientiæ, quæ de occultis sunt, raro tantam habent certitudinem, vt de illis idem omnes prorsus consentiant. Quod si etiam concesserimus id non nunq̃ fieri posse, talem tamen conuenientiam non admittet Empiricus. Concordiæ igitur de rebus sensibilibus certæ, & fideles in vita sunt. Nos enim, licet nunq̃ in Cretam, Siciliam, aut Sardiniã nauigauerimus, eas tñ C esse insulas credimus, qm̃ omnes, qui eas proprio intuitu conspexere, ita esse inter se conueniunt. Ergo, cum pro comperto habeamus de ijs, quæ sensu deprehendi possunt, vbi vera sint, cõuenire omnes, quicunq; res historię commendarunt, propterea credimus à macere ventrem sisti. Eodem pacto licet nos rha pontici vires proprio intuitu nunquam experti simus, historiæ tamen de eo traditæ, q̃ eiectionibus sanguinis conferat, fidem adhibemus. Est alia quoq; propositio huic valde cognata, non quidem epilogistica, sed analogistica potius, & dogmatica, an credendum scribentium concordiæ sit, vbi omnes conueniunt, non q̃ ipsi proprio intuitu rem conspexerint, sed q̃ singulis eorum probabilis admodum visa fuerit. Sunt enim aliqui non dogmatici tantum, sed empirici quoq;, qui credẽdum esse affirmauerint: nam sine vlla ambiguitate concordia manifestũ signum est veritatis: cæterum id à sequacibus epilogismi, qui est ratio eorum, quæ sensui patent, non ita facile admittitur. Conuenientiam enim historiæ de his tantum esse volunt, quæ euidenter apparẽt. Ergo Empiricum verę historiæ iudicatorium est conuenientia inter eos, qui singula quęque proprio intuitu obseruauere. At cõcordia, quę à rei natura producitur, dogmatica est. Sed pręter hæc habetur aliud quoq; veræ historiæ iudicatorium: mores, inquam, & eruditio auctoris, quæ ab alijs eius monumentis colligi potest. Nam, si, exempli gratia, Hippocratem, Andreamq; recenseas, illũ D peritissimum studiosissimum q; veritatis inuenies, hunc rudem, temerarium, prorsus q; ab Hippocratis grauitate alienum. Deniq; alio quoq; instrumento historia iudicatur, vbi, quę traduntur, his fuerint similia, quæ prius proprio intuitu cognouerimus: nanq;, vbi, exẽpli gratia, sciuerimus macerem, & rha ponticum adstringendi vires habere, si alia simili modo tradantur, adstringentia, facile credemus ventrem compescere, & sanguinis fluxum sistere.

Quot modis rei similis ad similem transitus fiat. CAP. 11.

MEnodotus tamen negauit transitum de re simili ad similem esse historiæ iudicatorium, sed eius, quod fieri potest, si vero secum τριβὴν, id est vsum, & exercitationem assumpserit, tum demum historiam quoque iudicare. Sed de his paulo inferius agetur. Transitus igitur de re simili ad similem si in se ipso consideretur, est iter ad experimentum. Iudicatorium vero possibilitatis ad historiam attinentis, sicut & historia, duplex est. Porrò rationalis transitus ab Empirico differt, quòd rationalis ab indicantis rei natura innotescat: Empiricus vero ea potius imitatur, quæ sensu pręcognita fuerint, non quidem quòd probabile videatur simile à simili generari, aut agere, aut pati: neq; enim cuiuspiam istorum gratia trãsitum faciunt, sed q̃ experimento cognouerint ita se inuicem habere, quæ sunt similia. De simili autem ad simile transitur, vel in membris, vt de lacerto ad femur, de vlna ad tibiam, de manu ad pedem: vel in morbis, vt de fluore alui ad intestino-

rum difficultatem: vel in remedijs, vt de citonio ad mespilum: quæ omnia prius experimento firmanda sunt, q; doctrinæ certitudinem faciant. Est quoq; empiricæ artis quandoq; non incongrue de opposito transire ad oppositum, vbi, s. similia vniuersa in vanum tentata fuerint: quod quidẽ a dogmatico omnino alienum est. Trãsitus ergo de simili ad simile, siue trahatur, siue non trahatur ab historia, τειβικὴν, id est exercitatam experientiam perficit, neq; propterea pollicetur, quod exquisitissime verum est, sed, quatenus fieri potest, inuenire profitetur, quod probatorum hominũ historię maxime congruat: cui quidem etiam ante experientiam credimus, non tamen transitioni de simili ad simile, nisi prius experimento, & vsu cõperta fuerit: non parum aũt interest, quo modo magis, aut minus aliquid futurum speremus, singula enim ex ipsa similitudine perpendimus, quæ in rebus longe diuersa obseruatur. Nam, quod figura, colore, mollitie, duritie simile est, non propterea similes exercet actiones: at, quę odore, gustu'ue assimilantur, in his iam non nihil habemus, à quo similes functiones non desperemus, præsertim vbi simul odor, & gustus conuenerint. Quòd si postea substantia quoq;, figura, & color accesserit, spes prosperi euentus adhuc magis augebitur. Porrò, quę gustu similia iudicamus, non statim ab vno tantum sapore similitudo ęstimanda est, sicut ab acore, adstrictione, amaritudine, dulcedine, austeritate, acerbitate, salsedine, sed omnem singulorum vim exacte spectare oportet. Aloe enim & æris squama vtraque adstringit quidem, sed absonum medicamentosum q; reddit saporem, ideo neutra malo citonio similis, propterea, neq; edendo est. Non est igitur à malo citonio, vel mespilo ad illa transeundum, neq; in vrinę, intestinorum q; difficultatibus talia exhibere oportet: vbi vero vlcus ad cicatricem ducendum sit, tunc ad omnia, quæ adstringendi vim habent, etiam si virosa fuerint, tuto transire possumus. Experimento enim compertum est multa huiuscemodi vniendis vlceribus recte accommodari. In difficultatibus autem intestinorũ melius ab edulijs ad edulia transimus: deinde, si ad ea, quæ edendo non sunt, transituri simus, eligere oportet, quę cum adstrictione nullam aliam validiorem qualitatem annexam habeant, præsertim amaritudinem, vel acorem. Huiusmodi enim qualitates omnia vlcera irritare obseruata sunt, etiam si cum adstringendi facultate iungantur. At, quoniam adstrictionis veluti differẽtię quædam sunt austeritas, & acerbitas (adstrictior enim qualitas in acerbis intenditur, sicut in austeris remittitur,) ideo, si de hac qualitate ad illam transitum facies, maiorem inde futuri euentus spem recte concipies: nam, si idem exquisite fuerit affectus, in quo obseruatum sit citonium, vel aliquid ita adstringentium profuisse, ad id, quod moderate adstringit, quale austerum est, tuto transitur. Si vero acerba fœlicius expertus fueris, rectius ad acerba permutaberis. Patet igitur, quo modo euentus rei, quæ fieri potest, in similium transitu spes æqualis non sit, sed ea regula spes mensuranda est, qua similitudo maior, vel minor cognoscitur. Quod vero à probatissimo viro ad alui fluorem, exempli gratia, laudabitur, id eis perquã simile videri poterit, quę experimento deprehensa sunt, vt & ante exercitatam experientiam aliquis illi fortasse tuto cõfidat. At, quod neque historia, neque similitudo probauerit, illi merito diffidendum est. Quod autem de medicamentis diximus, idem omnino & de affectibus, & de membris iudicare oportebit. In transitu enim de affectu ad affectum, vel de membro ad membrum, eodem modo spes augenda, vel minuenda est, prout similitudo alterius ad alterum maior, vel minor erit.

Quibus historijs maior fides adhibenda, ac de quinque historijs, quibus viperas Elephantiasi oppressis succurrere creditum est. CAP. 12.

QVantum vero ad historię iudicium attinet, maioris & minoris ratio tanti refert, vt huic quidem planè iam fides adhibenda sit, illud vix tanquam probabile admittendum. Quod enim à quamplurimis probatissimis viris consone proditum fuerit, postea nõ raro à nobis ita esse, compertũ, ac præterea verisimile sit, neq; discrepans ab ijs, quæ experimento cognouerimus, id profecto est, cui proculdubio credere non minus, ac experimẽto, debeamus. At illud minus fore sperabimus, quod probatissimi quidem viri quamplurimi affirmauerunt, nunquam tñ à nobis visum, neq; adeo verisimile fuerit. Multo vero adhuc minus illi credendum, quod pauci admodũ asseruerint, quod q; vix semel, aut iterum visum fuerit. Sanè illud cõmodissimum exemplum est, quod nunc mihi dicendum succurrit. Erat apud nos in Asia in pago quodam elephantiasi vir laborans, qui primo quidẽ reliquis cõuiuebat, ac cum familiaribus versabatur: vbi vero nõ nulli ex consuetudine contagio maculari cœperunt, ipse'que iam fœtore, & horribili specie detestandus esset, in edito loco prope pagum iuxta aquæ riuulum Pagani tabernaculum ægro habitandum struxere, cui deinceps diarium alimentum subministrarent. Proxima æstate circa Canis ortum colonis vicinam metentibus segetem minister odorati vini lagenam, quam attulerat, prope agri marginem dimittens abijt. Coloni labore functi cum ad pocula accessissent, ac quidam eorum adolescens vinum in craterem funderet, ecce exanimata vipera simul collapsa bibituros non minus abominatione, quàm metu consternauit: ac ipsi quidem aquam potantes, vinum ægrotanti attulerũt, humane se acturos, existimantes, si tantam viri calamitatem morte redimerent, quam ex eo veneni haustu planè futuram arbitrabantur: at ille nouo quodam, prorsus'que admirando euentu, ab hoc ipso potu sanatus est: excidit enim tota cutis dura, & veluti lapidosa, non secus, ac si cancris, locustis'ue, aut cæteris huiusmodi crustaceis ãnimalibus testam, qua conteguntur, absciderls. Nec

dissimile

A dissimile in Mysia Asiæ non procul à nostro municipio contigit. Vir erat prædiues elephãtiacus, hic ancillam suam formosam deperibat: contra: illa fœdum hominem odio habebat, aliis'q; amantibus clandestine miscebatur: cuius doli consciis duabus ancillis contubernalibus vtebatur, altera penui præerat, altera cęllæ vinariæ. Accesserat æger inde sibi promissa salutis spe ad quosdam calidarum aquarum fontes, vbi multa viperarum vis ob squallorē ariditatem'q; loci scatebat. In vini igitur lagenam parum diligenter seruatam vipera irrepsit, quam cum suffocatam deprehendisset ancilla, rata fore, vt odiosus dominus eo veneno facile interiret, cœnanti alacriter obtulit, euenere'q; omnino eadem, quæ paulo supra de pagano retulimus. Atq; hæc quidem duo sunt experientiæ monumenta, quæ casus attulit: nunc vero tertium adiũgam, quod imitatio effecit. Philosopho cuidam multos antea annos hac ipsa ægritudine efflictim laboranti, vt iam illi mors vitæ præferenda videretur, geminos hosce euentus cum forte recitauissem, idem ipse etiam experiri cogitauit, ad quod obeundum augurio quoq; confirmatus (erat enim augurandi peritus) protinus vinũ ita medicatum, quod parari iusserat, intrepide hausit: nec multo inde postea ex elephantiasi ad lepram deuenit. Quartus etiam pręter hos omnes viperarũ venator, dum primis adhuc huius morbi incommodis teneretur, me pro salute consuluit, quem ego admonui, viperas, quas venaretur,

B frustatim incisas, & anguillarum more decoctas esitaret: atq; ita per halitum ęgritudo discussa est. Alium prętere a diuitem virum nõ nostratem, sed è media Thracia Pergamum, somnio ita iubente, profectum Æsculapius admonuit, vt medicamentum è viperis quotidie potaret, atq; exterius, corpus illineret: ac non multo postea trãsiuit in lepram, deinde hac medicina, quã Deus docuerat, exquisite sanatus est. Tot igitur experimentis commoti, tãdem Dei quoq; admonitu confirmati, certam spem concepimus sanandi elephantiasim medicina è viperis cõfecta, quam theriacam appellant, nec minus sale theriaco, quod iam vulgo confici cœpit viuis viperis cum quibusdam aliis medicamentis in fictili nouo combustis: Sed & viperas edendas præcipimus, capitibus, caudis'q; earum primo abscissis, deinde in pastillos confectas. non tñ confestim ad hæc remedia proficiscimur, sed prius corpus exquisite purgamus: nec raro venã secamus, si robur & ætas tulerint: vere autem id potissime fieri ad plerosq; diuturnos affectus commune est. Tot igitur à nobis enarrata sunt, vt ostenderemus multa casu inueniri, & imitatione confirmari: obtulit enim fortuna, vt non incommoda tantum, sed commoda quoq; ex quibus ars confici posset, conspicaremur.

Quis deberet esse verus Empiricus, ac quid differant Serapion, Menodotus, Heraclides, & Theutas Empirici. CAP. 13.

C NEc longiori sermone opus habemus ad empiricæ disciplinæ formulam exprimendam, licet longe plura addiderint ii, qui huiusce sectę principatum vsurpauere, atq; ita se habere manifestissime declarabo. Proponatur, vt passim proponi solet, quis'nam medicinæ sit finis, aio empiricum, qui propriæ disciplinæ modum exquisite seruauerit, ita responsurum: intelligo, quæcunq; præter naturam corpori humano acciderint, velle curare, quod'q; intelligo, non verbis, sed actionibus comprobare: an vero, quod acquirere studeo, integritas vel sanitas appellari debeat, vel acquisitio sanitatis, vel integritatis, vel sanari, vel integritatem adipisci, siue quod secundũ naturam est regere & custodire, nihil apud me refert, dummodo, quod polliceor, opere ipso confirmem: cætera sophistis facile permitto: neq; enim mihi in muneribus artis occupatissimo tantum ocii super est, vt nugis superuacuis, fabulis'q; differendis bonas horas amittam. Talem ego responsionem à vero empirico fore sperauerim: nam, si de fine medicinæ dissensiones conciliare tentauerit, dialecticis speculationibus impingetur, quas euitari oportere affirmat: id autem in eo libello diffusius explicauimus, qui de fine medicinę inscribitur. Sed nec idem causas vllas indagabit, quod Serapio & Menodotus fecere: artem enim suam nõ rationibus, sed operibus comprobabit, omnino'q; dialecticam euitabit, sine qua neq; causæ conclusionem, neq; syllogisticæ orationes intelligi possunt:

D immo & scire dissimulabit, an aliquæ sint dissensiones: spernet etiã rationes diluere, quæ euidentia impugnare videntur, haud ignarus sophisticas apparẽtias ab ipsis quoq; dialecticis non tam facile solui: præterea sermonis multitudinem longitudinem'que aspernabitur, sed pauca & raro loquetur, quemadmodum Pyrrhon Scepticus facere solebat: hic enim desperata veritatis inuentione, quam diu frustra quæsierat, in singulis hæsitabat, nec amplius agendorum rationem quærebat, sed euidentia sectabatur, vt, qualis in omnibus vitę muneribus scepticus, talis in medicina empiricus sit, minime superbus, aut ambitiosus, neq; glorię inhians, non composite ambulans, neq; fucatis gestibus, sed interius exterius'q; totus integer, qualem Timon ait fuisse Pyrrhonem. Non minus autem hunc admirabuntur homines, q̃ Hippocratem, si operibus magnum se in arte præstabit, melius, quàm reliqui faciant, luxata emendans, & quæ luxationi parata sunt, in validiorem statum permutans, vulnera & fracturas & hulcera, & quæ alii curare non poterant, ipse facile sanans, nec minus, quæ ægro euentura sunt, ante euentum præfatus, & quæ iam euenerint, adsunt'ue, ita euenisse vel adesse sine præconciatione, aut relatione coram astantibus explicet. His enim officiis Hippocrates omnium posteriorum iudicio Æsculapii gloriam adeptus est, non quidem triplicis sermonis ambages explicans, sicut Serapion, neq; tripodem iactans, veluti Glaucias, aut decem mille versuum libros astruens, qui deinde in alios libros dissecarentur: non ille canina iracundia

medicos improbe incessit, modo *δριμυλέοντας*, quasi leones acres, mõ *δριμυμώρους*, quasi acres E fatuos appellando, tum medicos, tum philosophos omnes, qui ratione niterentur, quod impudentissime fecit Menodotus. Verum, quòd in empirica disciplina Menodotus reprehensione non caruerit, quódque in his, quæ aduersus dogmaticos oblatrauit, furiosæ temeritatis sit accusandus, licet tibi ex commentario intelligere, quod contra eius deliramenta in Seuerum conscripsi: nec minus eiusdem furor apparet, vbi Asclepiadi contradicit, asserens se exquisitissime scire omnia Asclepiadis documenta esse falsa, quamuis in eisdem suis commentarijs sexcenties affirmauerit se obscura minime reprehensurum, veluti, quæ tam vera, q; falsa esse possint: putat se tamen Asclepiadem prorsus confecisse, necessitatémque suis assertionibus inculcat, vbi plurima sunt contingentia. At Pyrron, quem ipse probat, non erat huiusmodi, sed humanus admodum, pacatissimóque animo sibi constans, nihil interim loquens, nisi vbi occasio postularet: quod olim modestum quendam empiricum fecisse noui, qui operibus, & non vano verborum ambitu gloriam sibi comparabat. Erat hic quandoq; pollicitus se magnam quandam ægritudinem tum chirurgia, tum medicamentis curaturum: cum q; iam ad secandum pararetur, interuenit alius furens medicus, qui multa rationum mole ostendere nitebatur hominem secari non oportere: tum ille se vnico verbo à sophistæ molestijs explicaturus, Ego interim, inquit, recedo, dum vos deliberatis, vtri F magis credere oporteat, mihíne, quem dudum in artis operibus experiendo cognouistis, an huic, qui vos nuper tot verbis aggressus est: erit enim vobis libera optio eligendi, qui magis placuerit: ac cum dicto secessit, nec multo postea sophista subsecutus est: illius enim neglectis deliramentis, necessarij priorem reuocauerunt, qui operibus artem ostendebat. Nedum enim sophista ille, sed nec Demosthenes quidem omnium facundissimus persuadere posset vnquam hominibus, vt corporis sui curam non illis potius committerent, quorum peritiam ex operibus cognouissent. Attamen aduersus maximum huius artis exornatorem Hippocratem temerarius Serapion tanquam nouus Æsculapius oblatrare ausus est tanta impudentia, vt suos commentarios passim videas proprijs laudibus refertissimos: antiquos autem viros probatissimos, quorum monumenta totam artem illustrauere, præterit omnes, nec dignos putat, qui vel minima quidem laude exornandi sint. Ego vero tantum absum, vt credam contradictiones, & rationes istas, quibus ambiguitates soluuntur empiricæ sectæ conuenire, vt arbitrer summa reprehensione dignos esse, qui talia consectati sunt: neque enim, si sibi in ea secta constare voluerint, ad artium constitutionem putabunt aliud esse necessarium, quàm sensum rerum euidentium, & memoriam: nihilo minus recte admittunt vim quandam in nobis esse, qua eorum, quæ apprehendimus, consonantiam, & G repugnantiam discernamus. Sed nõ propterea Heraclides Tarentinus recte putauit hanc prius exercendam, atq; arte acuendam: sufficiunt enim primordia illa, & veluti lumina, quibus humanum ingenium à primo statim ortu natura illustrauit. Videtur enim Heraclides in ea dudũ exercitatus, in operibus tamen artis Hippocrate fuisse longe deterior: sicut etiam Menodotus fuit: qui præter sensum, & memoriam aliud tertium introducit, quod epilogismum vocauit: atque interdum omisso sensu memoriam tantum posuit, & epilogismum: quemadmodum ego in examinatione eorum, quæ contra Seuerum scripsit, diffusius explicaui. Quæ vero profitetur ipse argumenta ad alios redarguendos empiricos non inepti tantum hominis sunt, sed etiam rudis: neque enim empiricis attinet sophismata soluere, sed Aristoteli, & Chrysippo, reliquis q;, qui in disserendi arte versati fuerint. At, q; principio illi nobis insito consonantiam rerum, & discrepantiam, iudicandi experientiam conuenire oporteat, Theutas ita minutim ostẽdit, vt in quibusdam sit etiam superuacuus: quemadmodum ego in commentarijs super eius introductorio exquisite declaraui. Hic igitur à me libellus nunc propterea scriptus est, vt ostenderem posse aliquem empirice medendi artem constituere dimissa omnino inquisitione de rei substantia: Asclepiadi vero, qui falso probare nititur Empiricam sectam nullo statu firmari posse, aliàs longa oratione occurri. Quan- H tum autem vnicuiq; arti constituendæ conferat, si experientia rationi adiungatur, ostensum est à me in libris therapeuticæ methodi: in libro etiam, quem de ratione communi inscripsi, declaraui vnam esse rationem, quæ vniuersis hominibus insita sit: vbi ostendi omnia, quę cognoscimus, vel sensu deprehensa esse, vel ratione quadam, quæ nobis ingenita est, iudicandi conuenientiam rerum, & repugnantiam, talem q; esse conuenientiæ notionem, vt quædam sit necessaria, quam omnes euidentissime intelligunt, qui natura ingeniosi sint, & prudentes: quędam cõtingens tantum, & nulli necessitati obnoxia: errare q; hoc loco plurimos homines, qui distinguere nesciant cõtingens à necessario, vnde etiam dogmaticorum discrepantia emersit. Hunc errorem si nos legitime cauerimus, plura quidem erunt, quæ ignorabimus propter immensam difficultatem: in multis tamen, quæ modeste profitebimur, ita simul conueniemus, sicut geometræ, & arithmetici faciunt. Neq; enim ob alium, quàm hunc ipsum errorem etiam Empirici medici maxime inter se discrepant, vt in commentarijs ostendi, quæ de illorum edidi discrepantia.



FRAGMENTVM QVODDAM EXIGVVM AC MENDOSVM

GALENO ASCRIPTVM GRÆCE ADHVC NON impreſſum, ex eis fortaſſe libris ſuperſtans, quos ipſe ad Empiricos ſpectantes conſcripſerat: cuius titulus eſt,

SERMO ADVERSVS EMPIRICOS MEDICOS.

Auguſtino Gadaldino Mutinenſi Medico interprete.

* ſeptimum adhuc inſpicere deſideras & octauum, ac omnino quamplura deinceps. Quid igitur adhuc calumniaberis, & inconſiſtentem eſſe experientiam affirmabis, & id, quod ſæpiſſime fit, interminatum ac ſuſpectum pronunciabis? Quibus inſiſtet dicens. Haud inuenire potes, vt nos magis, quàm teipſum deijcias: quin mihi videris, vt teipſum magis. Nam, cum duo ſint, alter, qui per ſolam obſeruationem aliquid inueniri dicat, quod & ego ſanè volo, ac vos, inuiti licet, confitemi- C ni tamen: alter, qui quomodo, quod equidem nec poſſibile nec vtile eſſe aſſero, tuum profecto reliquum eſſet munus, id inuenire. Et, quia dubium eſſe id affirmas, ſophiſmate teipſum deijcies: nos vero nequaquam iniuria afficies. Non enim, quomodo vnumquodque artificioſum fiat, certamen nobis eſt, ſed, quòd fiat ſolummodo: quod ſanè euidenter conceſſum habemus. Tu vero, qui cauſas curioſe inquiris, debes & illud /quomodo/ docere. Sed contra, quàm deceat, procedere videris, nec ſecus facere, ac illi, qui, quoniam, quomodo videant, ignorant, nequaquam videre fatentur: &, quia etiam, quonam pacto generentur, quę generantur & corrumpantur, quę corrumpuntur, & moueantur, quæ mouentur, ignorant, idcirco nec generationem nec corruptionem nec motum relinquunt. At, ꝙ maxima vniuerſæ rationis vituperatio ſit, aduerſus euidentia pugnare, quis eſt, qui neſciat? Nam, qui incipere non poteſt ſine euidentia, quo modo is fidelis ſit,
« cum aduerſus id, à quo principia ſumpſit, ſit audax? Hoc etiam cum vidiſſet Democritus, quando
« apparentia vituperabat, vbi dixiſſet, Lege color, lege dulce, lege amarum: vera autē (hoc eſt ἐτεῇ)
« atomus & vacuum: finxit ſenſus aduerſus cogitationem in hunc modum loqui. Miſera mēs, quæ
« cum à nobis fidem aſſumpſeris, nos deijcis. At, cum nos deijcis, tu ipſa cadis. Cum igitur deceret rationem infidelitate condemnare, nimirum, quæ adeo praua ſit, vt etiam, quæ inter ipſas eſt pro- D babiliſſima, cum apparentibus, à quibus incepit, pugnet, vos contrarium agitis: quippe ea damnatis, quæ rationem quidem habent, vt fiant, ſed vt ratio vult, non fiunt. Mihi vero hoc ipſum maxima rationis redargutio eſſe videtur. Quis enim ſanę mentis de rebus obſcuris illi credat, quæ adeo praua eſt, vt euidentibus contraria ſtatuat? Multis certe adhuc indigent empirici, vt id, quod volunt, aſſequantur, etiam ſi hoc ipſis conceſſerimus. Niſi enim, quæ adhuc ſuperſunt abſurda, memoratis paria oſtendero, nullum etiam profecto iſtorum mihi commodum vtilitatem'ue eſſe volo. Tu igitur, certo ſcio, demiratus es non mehercle noſtram, ſed empiricorum fatuitatem, ſi, cum in tot rebus tot conceſſa aſſumpſerint, nihil tamen plus habent: ſed alter error haud minor prioribus ipſos excipit, exquiſita nimirum ignorantia, ac excellens quędam impudentia, ac ſtupiditas ipſam ferè pecudum ſtoliditatem ſuperans. Qui, cum neq; à quo incipiant, habeant, nec ſi hoc ipſis detur, ſæpiſſime ſimili modo aliquid videre poſſint, nec tot etiam myriadas. ipſas nimirum ægrotantium diuerſitates videre, vel recordari, vel ſcribere poſſint, (Nam, quæ bibliotheca tantā hiſtoriam caperet? quæ anima tot rerum memoriam exciperet?) ipſi tamen nec ita ſentiunt, ꝙ ſe ipſos deludendo hæc concedunt, ſed, tanquam hæc firma ac certa eſſent, adhuc de ſequentibus contendunt. Ego igitur non ob illos, quippe ſuperuacaneum eſt cum lapidibus diſſerere, ſed vt ſermonē finiam, euidenter monſtrabo, ꝙ, quamuis etiam ſæpiſſime ſimili modo aliquid conſpici concedat,

nullum tamen ex hoc theorema artificiosum constituent. Et certe nequaquam opineris me Platonis ratione vti, quòd si quod studium (id est ἐπιτήδευσις) naturam materiæ, circa quam versatur, cognoscit, id sanè ars est: si non cognoscit, τριβή, id est exercitatio quædam est, & experientia: ars autem nequaquam: Ego enim (inquit ipse) artem haud voco, rem, quæ sine ratione est: Hac nanque Platonis ratione non vtor, non, quia vera non sit, insanirem enim si hæc dicerem, sed, quia empiricorum inuerecundia etiam hoc admittit: nec sibi ipsis curæ esse dicunt, si huius rei gratia suum ipsorum studium, non artem, sed aliud quid appellem. Quæ nam igitur erunt meæ rationes? Primum ergo ab illis ipsis quoque sumptiones sunt concessæ. Si enim obseruatio eorum, quæ sæpissime simili modo visa fuere, ab ipsis, arbitror, empiria, hoc est experientia, appellatur, componitur autem ex multis singularibus, ipsum autem singulare inartificiosum esse dicunt, fuerit sanè, quod sæpissime fit, ex multis inartificiosis compositum. Et ita oratio interrogabitur. Si singulare est inartificiosum, id vero, quod sæpissime fit, ex multis singularibus est compositum, igitur id, quod sæpissime fit, est inartificiosum: atqui singulare est inartificiosum: ergo & id, quod sæpissime fit. At forte nec, quod dicimus, se scire dicent: quippe se tum alias disciplinas, tum dialecticen fugere concedunt. Si placet, hanc à nobis ipsis dictam rationem omittamus: aliam vero quampiam eiuscemodi eos interrogemus. Nunquid ô Empirici id, quod sæpissime fit, quoties nam sit, nobis dicere potestis? volumus enim & nos per obseruationem, sicuti & vos ipsi, scire. Vt igitur ne aberremus, mensura eius, quod decens est, non seruata putantes vel ante sufficientem ipsius inspectionem ad finem venire, vel vltra, quàm conueniat, extendi ob mensuræ ignorationem, vobis egemus: nobis mensuram ostendite, vt & ipsi aliquid ex obseruatione discamus. O stulte, inquit ridens, non est in ipsis vna omnium mensura, sed in vnoquoque alia. Tu vero non secus interrogasti, ac siquis vellet, vt sutor, quod nam illud sit calapodium, quo omnes calceat, doceret. Neque enim pedum vna est mensura: inæquales nanque sunt. Nec hîc etiam sanè vna rerum est mensura: differentes enim sunt. Ego porrò respōsionem lubens accipio, atque approbo, multoque magis ei acquiesco, quàm si vnam esse omnium mensuram promisisset dicere: tunc enim quoque suspicarer, si, cum res multum inter se differant, vnam ipsis mensuram inducere pollicitaretur. Nunc autem si in vnaquaque re proprium quid, ac peculiare ostenderit, eum veritatem valde assecuturum sperauerim. Quocirca à simplicioribus incipiens interrogabo. Si videro aliquem, cui cerebri inuolucrum sit vulneratum, quoties nam exquisite scire potero, vtrum ipse semper, aut plerunque, aut raro, aut ambigue moriturus sit? At nullus ipsorum nec ore respondens nobis, nec scriptis, mandās, mensuram docuit. Num ergo non habent aliquid in vnoquoque terminatum? Quòd igitur iam eorum res pessum eunt, omnibus est compertum. Sed consequens deinceps fuerit, quemadmodum à principio cum ipsis disputauimus, æquoque animo congressi fuimus, adhuc etiam nunc singulatim nos considerare, vtrum ab illis ignoretur mensura eius, quod sæpissime fit, ipsa vero in rerum natura sit: an nequaquam constitui possit, vt aliqua sit mensura in eo, quod sæpissime fit: an ipsa factura sit id nunc artificiosum esse, cum prius minime esset artificiosum. Ego igitur sæpe hoc consideraui, nec certe ex tempore. *

Galeni



GALENI DE CONSTITVTIONE ARTIS MEDICAE AD PATROPHILVM

Victore Trincauelio interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Medicinæ omnes partes constituit ex finis præcognitione.

Quæ causa componendi huius libri. CAP. I.

QVoniam mihi quidē, Patrophile, diuino quodam videris affectu præditus, dum omnia nō sine demōstratione, et methodo cupis addiscere: decreui tuę huic animi prōptitudini morē gerere, sermones q; illos qui te audiente his de rebus habiti sunt, quæ non leuem tibi dubitationem afferebant, in cōmentarios redigere. Nam cur in hoc non descendā certamen: quum te videam viæ ad veritatem ducentis aliquod iā esse assecutum principium: quam tñ præ illius tum sublimitate, et lōgitudine, tum etiā asperitate solus consequi nō possis. Siquidem quāplurimos quotidie animaduerto quātumlibet inuitatos, non modo eo se conferre nolle: sed pigritia potius torpentes ab illa auerti. Te autem contra ac illi affectum esse video: qui, quum alij in hunc vsq; diem ferè oēs ab ea diuertentes ad alias vias se conuertant, quasi veritatē ex sublimi quadā specula perspexeris, pulchritudinis illius ardenti statim amore captus, nec iter detractes, nec soli eam prouinciā tibi cōmittere audeas. Atqui, si in pręsentia verā artis medicę constitutionem inuenire affectans animo discruciaris: mox (vt ego quidē arbitror) quum resplendens veritatis lumen fueris intuitus, maiori longe afficieris desiderio, nullā aliam viā hac, quam tu inuestigas, pręstātiorem inueniens: te, siquidē ad veritatē inueniendā, quocunq; te verteris, diuinitus esse affectum inspicio. Itaq; quum aures medicę artis addiscendæ causa quāplurimis adhibuisse affirmares, nūquā tñ, vnde sit opus demōstratione, methodo q; exordiri, ex aliquo accepisse, atq; multo ēt minus quēquam inuenisse, qui viā à principio in finem vsq; perducentem monstrauerit: ego, id quod cuperes, ostensurum pollicitus sum: si modo tantisper sustinere velles, donec hanc rōnem in alijs etiam artibus prius exerceā. Tu vero nec ab ea inuitatione te alienū ostendebas, nec alioquin tergiuersari præteferebas, immo tibi gratius fore hoc, ꝙ alio modo ad istud institutum progredi affirmabas, si tñ me hoc etiam ostensurum profiterer, oīum inquā eandem esse methodum. Quod quū non modo assererem, verum & continuo in prima proposita contemplatione monstrarem: te præ illius veritate quasi gestientem conspexi. Et quum multæ pterea aliæ, præsertim vero illæ, q ex effectiuarū numero sunt (eiusce enim generis est & hæc quę circa sanitatē versatur) eadem ratione pertractarētur, statim te ad hāc, quam ab initio aggressus fueras, cōtulisti. Ac, vbi hic quoq; animaduertisti eandē methodum locum habere: ne hęc, quę à nobis exposita fuerāt è memoria laberent, referri in cōmentariū efflagitasti. Ego vero tuo hoc veritatis studio allectus, duos confeci cōmentarios: alterum, in quo se prius exercuisse operępretiū fuerit illum, qui artē aliquam assequi instituerit, id enim ibi mōstratur, in quo oēs antiqui philosophi cōsentiunt, quālibet nimirum artē à finis notione suam habere constitutionē, qui ob magnitudinē in duos libros distinctus est: alterū vero, quē in pręsenti in manibus habemus: vbi ostēdimus methodum eandem, quę oēs alias artes, ipsam quoq; constituisse medicinā. Sed nobis iā exordiendum est.

Quotuplices sint artes, quod q; ex finium varietate constituantur. CAP. 2.

QVum artium aliæ quidē in sola naturæ rerum earum contēplatione suum habent finē cōstitutum, quas sibi considerādas proposuere, sicut arithmetica, astrologia, ac etiā naturalis sciētia: aliæ edant pręterea actiones non nullas, vt tñ nullum deinde habeant opificiū ostendere, quod, postquā agere desierint, aliquo tpe maneat, vt saltatoria, & pręconū ars: aliæ vero istis contrario opificium insup aliquod habēt, quod ostēdant, quēadmodum ædificatoria, & ars fabri... nullę nihil ipsæ quidē conficiūt, nauant tñ operam, student q;, vt aliquid capiant & acqui-

rãt,veluti piscatoria & q̃ canibus feras insectat̃, & oẽs tandẽ venatoriȩ: & quũ tu medicã artẽ methodo cõstituere institueris: id primũ considerandũ occurrit,in quo'nam illa sit artiũ ordine, num è contemplatiuarũ numero,an actiua potius,vel factiua,vel acquisitiua: nec id ipsum difficilẽ aut inquisitionẽ aut inuentionẽ habet. Opus quippe est reuocare in memoriã quã ob rem huiuscemodi artem assequi concupieris: & illud erat quod,quum hoc negocium aggrederemur,oĩum primũ ex te sciscitabar: mihi q; respondisti,velle te hoĩes,in primis qui corpore sunt præter naturam affectio oẽs (si tñ fieri possit) in naturalem statum restituere: sin minus,saltem cognitionẽ aliq̃ cõparare,qua discerni possint illi q sanari possint ab ijs q secus. Vnde dato à te nr̃o huic sermoni hoc principio,affirmaui statim,his indicari,eã artem quã cõstituere affectas,ex effectiuarũ esse numero: hẽt enim opificiũ aliquod, qđ finita actione possis ostẽdere. Sunt nẽpe & aliæ præterea artes q̃; plurimæ effectrices,vt ȩraria,sutoria,ars construendarũ nauium,fabrilis,figulina,pictoria,& tãtus artiũ factiuarũ inter mortales numerus,quantus nullius ferè alterius generis inuenitur. Quare iã operȩ pretium fuerit vt eã methodũ,quã in istius modi artibus priori cõmentario didicisti: ad illã in præsenti transferas quã constituere festinas: posito hic quoq; eodẽ principio quod in alijs statutũ est, finis inquam notione: quæ vnde petẽda sit,non erit forsitan ab re in præsenti oratione prosequi.

Quis medicinæ finis, & quo in genere artium ipsa sit. CAP. 3.

Itaq; prima q̃ in nobis suboritur cognitio,tũ nostrũ ipsorũ est,tum aliorũ hoĩum,dum bene valẽt. Altera ab illa,eorundẽ quũ morbis impliciti sunt,vnde mox in nobis bñ valẽdi desideriũ assurgit,et insup artẽ aliq̃ sanitatis procuratricẽ cõstituẽdi. Vt aũt bonã valetudinem efficere ꝑponimus: ita ex factiuarũ numero ea ars futura est, q̃ à nobis est cõstituẽda. Deinde vero quũ duplices sint,vt mõstrauimus,factiuæ artes: hæc quã inuestigamus,in eis potius erit,q̃ rẽ factã corrigũt, q̃ q̃ aliqd quod prius nõ esset cõficiãt. Sunt.n.artes nõ nullæ q̃ res ipsas conficiũt,sicut sutoria & textoria: aliȩ labefactatas vitiatas'ue resarciũt,vt illȩ, quæ vestes corrosas aut dilaceratos calceos cõsuũt. Nos vero iã ostẽdimus fabricãdarũ quoq; ȩdiũ artẽ eodẽ se hẽre mõ: qppe quũ nihilo minus in illa duo hæc reperiant̃ munia: etenim & ȩdes q̃ nunq̃; prius fuerint, erigit: & vitia earũ q̃ labefactatæ sint,resarcit. Ostẽdimus ꝓterea,necessariũ fore artifici ad hȩc vtraq; pagẽda munera, ædiũ particulas oẽs nouisse,qua subã cõstẽt,qua figura,qua magnitudine,quo numero,atq; ẽt quã inuicẽ cõpositionẽ hẽant. Quare illi qdẽ q artẽ circa humanũ corpus versantẽ cõstituturus est (sed eos primũ q de noĩbus quotidie rixant̃ rogatos velim,vt illã mihi medicinã in ꝓsenti appellare ꝑmittãt) sanè necessariũ erit illius partes oẽs sigillatim cognoscer̃,quali(iquã) subã,qua magnitudine, quali figura,quo numero ꝓditȩ sint,quã q; inter sese cõpositionẽ habeãt. Atq; veluti q extructas iã ædes sibi exactè quales'nã sint cognoscẽdas ꝑponit,nũq̃ earũ cognitionẽ nisi ex dissolutiõe, resolutione'ue asseq poterit: ita nos corpis humani notitiã ex illius dissectiõe cõseqmur. Deus nãq; & ipsa natura instar illius,q ȩdes primũ fabricatus est,partes ꝓnorũt earũ officijs,ꝑ exẽplari vsi: nos vero illũ qui extructam domum contemplat̃ imitamur. Cæterum nisi nos quoq; aliquam diuinæ illi similem (quoad tamen eius fieri possit) cognitionem attentauerimus: nũquam profectò discernemus, nũ omnia ad aliquem vsum sint procreata, an etiam non nulla frustra (etenim vtrunque in opinionẽ cadere potest) & præterea quòd aliqua potius malo sint. Immo ex illo capite ea prodit cognitio, quam nobis de optime constitutis corporibus comparamus. Sed de his postea.

Quotuplices sint partes, & actiones, quarum dignotio est medico necessaria. CAP. 4.

Nimirum quum corpora quæ similaria appellantur, ex dissectione apprehenderimus qua inquam formata sint ratione, quanta magnitudine prædita, quotq; ea oĩa sint, & quo modo coagmentata: compositorũ pariter membrorum, quæ instrumentaria non nunquam noĩare solemus,sciẽtiam assequemur: eiusmodi crus est,eiusmodi etiam manus,digitus,oculus,lingua,pulmones,iecur cætera q; oĩa generis istius. Quo fit deinde vt duplices partium actiones reperiant̃: nam aliæ simplicium similarium q; sunt,aliæ compositarum & instrumẽtariarũ: quippe quum & crus vniuersum moueri videamus & sigillatim omnes musculos, ac ẽt ꝙ musculo quocunq; per transuersum resecto: necesse sit motũ aliquẽ cruris illius inde deperire. Sed qui præterea illa q̃ corpori quotidie eueniunt obseruauerit: videbit facile si neruus q in aliquem musculum inserit̃, vulneret̃, primum quidẽ,expertem sensus motus q; musculum reddi, mox vero & articulũ qui inde mouebatur. Quare nobis quoq; artem hanc constituturis, necessarium fore arbitror, non modo partes & earũ cõpositionem: verum et actiones cognoscere: qua sanè parte ab ȩdificatoribus differimus. Illi.n.solas partes vna cum earũ compositione norunt: quũ illæ omni actione vacuȩ sint: domus etenim aĩal non est: verũ ad nos pertinet ipsas ẽt actiones inuestigare. Proinde duplex quoq; hic habemus exquirendi principiũ,actionis inquã ac particulæ: cognitionem actionis quidẽ, vtpote ratiocinari,meminisse,eligere: particulȩ vero,vt cerebri,medullæ spinȩ, cordis. Quã ob rẽ actionũ oĩum quas nouimus,particulas,& particularum oĩum actiones inuestigabimus: quæ inuestigatio sua nec ipsa methodo carebit,de hac tñ posterius disquiremus. At impræsentia id exactius exponamus quod nuper à nobis dictum est: duplicẽ esse vt particularum, ita ẽt actionũ naturam. Totius quidẽ cruris actio incessus est,qui fit dum articuli illius vicissim nũc extẽdunt̃, nunc inflectunt̃: vt in ipso statim genu musculi priores, q patellã suis tẽdinibus supergressi ossi tibiȩ inserunt̃: simul atq; tibiã attraxerint,crus extendunt,quod mox inflectat̃, quum interiores idipsum etiam egerint:

eodem

A eodem pariter modo motus eduntur inflexis coxæ,pedis've articulis,ac deinde distensis.Itaq;,quũ musculũ quotiescunq; cute circumposita nudatur,aperte videamus ad suũ quasi caput,& originẽ contrahi,adduci q;,quãdo tñ neruus ad ipsum descendens ne moueri quidẽ sensili quopiam motu videtur: erit profecto neruus veluti via facultatis à cerebro prodeuntis. Cerebrũ vero esse neruis omnibus huiuscemodi facultatis originẽ,principium've,inde perdiscas: quod secto quocunq; neruo in supremis partibus,quæ cerebro continentes sunt,actiones integræ seruantur,quum tamen omnes in inferioribus depereant. Verum non æque deinde manifestum est, an sit quæpiam pars alia, quę ita illi,vt ipsum neruis,vires impertiatur: an potius ipsum vti fons earum sit: & enim hæc disquisitio ad animi pertinet principatum.

Instrumentalium,& similarium partium actiones,cruris,ac partium ad ipsum attinentium exemplo. CAP. 5.

SEd reuertamur vnde diuertimus. Igitur incessus actio est totius cruris,cui tñ ex partibus oĩbus, ẽ quibus crus cõstat,musculorũ præest genus: ossa nanq;,& cartilagines,adeps, glãdulæ, arterię, cutis,venæ,membranæ,& ligamenta,hñt à musculis motus initiũ: primũ enim ab ipsis ossa mouẽtur,mox cætera (quũ hæc ossibus in orbẽ adhæreant) vna etiã cũ ipsis mouentur. Quare motio pedis,actio est ad musculũ attinens: verum totius cruris actio non ita illius est: vt sit etiã partium omB nium,& ob id diximus duplex esse actionũ genus: alterũ primũ,ac maxime proprium,quũ pariter oẽs simplices partes agunt: alterũ vero ex accidenti,aut secundario,vel non primo,aut quomodocunq; appellare libeat,totius est instrumẽti. Vt autẽ hoc à nobis ita constitutũ est: reliquũ erit deinde inquirere,quibus'nã simpliciũ,quibus & instrumentariarũ partiũ actio conficiatur,sumpto tñ ab instrumentarijs,postea q̃ etiã cruris meminimus,nostri sermonis initio. Nempe nisi ossa tot tantaq; essent,& ea pterea figura,eoq; ordine cõposita: nihil,me hercule,musculorũ motus posset pficere: siquidẽ sit opus,vt alterũ os recipiat,alterũ subingrediatur,& vt ligamẽta sint circũ circa apposita,q̃ eorũ connexũ,ne delabantur,cõtineant. Ea vero nec ita dura sint,& intenta, vt motionibus ꝑpterea reluctentur,nec adeo etiã laxa,vt articulos vacillare sinãt. Quo deinde fit,vt sit necesse ipsa quoq; ligamẽta sua cõstare magnitudine, figura,numero, & cõpositione: qa,si maiora,aut minora fuerint,si plura,vel pauciora,q̃ sit opportunũ,si in aliã figurã formata,si alij cuipiã loco inserta: nõ erit amplius integra articulorũ motio. Operæpretiũ aũt erit in alijs ẽt oĩbus,nõ secus,ac nos in ossibus,& ligamẽtis fecimus,de actione,vsu q; disserere: quippe qa,si nulla reperiatur pars,q̃ otiosa ab omni prorsus tũ actione tũ vsu vacet: illa quidẽ,si fuerit pstantissime cõstructa,quantũ ad substãtiã, quãtitatẽ,figurã q;,& ordinẽ spectat: erit,vt est,seruãda. Si vero vitiũ aliqđ cõtraxerit: in statũ meC liorem ducenda. At hoc nequaquã feceris, nisi vniuscuiusq; particulæ prius, vt actionem & vsum, ita constructionem noueris. Minime igitur nos,qui corporis morbosi,salubris q; scientiam consequi instituerimus,hæc pigeat exquirere.

Quatuor genera, quibus composita corpora constant,& labefactantur: ac de differentijs solutæ vnitatis. CAP. 6.

SEd posteaq̃ in hũc locũ deducta est oratio: opus erit huiuscemodi methodi facultatẽ memoria repetere. Nemo porrò rei cuiuspiã structurã,vtpote domus,vel nauis,vel scãni vnq̃ an vitiosa sit, an omni prorsus vitio careat,ppendere poterit: nisi partes oẽs,ex qbus cõstat,optime scrutatus fuerit,animaduerterit q;,quo numero,q̃ magna,qua figura sint, & quẽ situ teneãt. In his.n. omnium coagmẽtatorũ corporũ tũ vitiũ,tũ integritas posita est: in qbus ostẽsum est oẽs quoq; domus,nauis q; affectus cõsistere,siquidẽ,& vitiũ in eisdẽ,& integritas in magnitudine, inq̃,& forma, partiũ numero, & situ: at vero lecti nõ in istis: vestimentorũ autẽ in alijs quibusdã, & calciamentorũ nõ in ijsdẽ. Itaq; vitiũ,atq; integritas affectus q; oĩum instrumentariorũ corporũ,quorũ essentia est ex cõpositione, quatuor his generibus cõtinetur. Verũ enimuero,si partes vnionis quoq; ex natura participes sint, quintũ hoc ẽt genus his erit addendũ corporibus: ita vt,quod in his se pstantissime D habuerit,sit etiã optimas habiturũ actiones: qđ vero deterrime,eas pessimas habebit: quod si vnio pterea alicũde dissoluatur: nõ modo ea affectio culpa nõ carebit,sed statim erit morbus cẽsendus. Genus autẽ istud nos, clarioris doctrinæ gratia, vnitatis dissolutionẽ appellemus: vt tñ nullã ꝑpterea differentiã ponamus: siquis cõtinui solutionẽ voluerit appellare. Sed hoc nõ est ptermittendũ, huiusce generis affectus similares etiã partes esse participes: quũ in osse,& neruo,carne q;,& arteria,et vena cõtinuũ vitietur,quotiescunq; punguntur,vel roduntur,vel secantur,vel lacerantur, vel scinduntur: quanquã in osse quidẽ is affectus κάταγμα,hoc ẽ fractura dicẽ: in carnea vero musculorũ parte,si illis nimiũ distẽsis accidat,ῥῆγμα,quasi scissurã dixeris,appellaẽ: quemadmodũ, quũ ita distenduntẽ filamẽta vt disrũpanẽ,σπάσμα. Sed cõtinui solutio in carne vulnus ẽ,sicuti in neruo scissio,nisi quod hoc nõ à distẽsione fit,sed à sectione: tñ si ab acuta,ac tenui re infligaẽ vulnus: pũctio,vel pũctura appellaẽ: si à graui, cõtusio: quod si ex corrosione habeat ortũ,vt in osse τερηδών id est caries, ita vlcus in alijs diciẽ,nõ sic autẽ, vt nõ liceat alio etiã mõ noĩare. Tot ergo,tales q; in hoc quinto morborũ gñe, quũ simplices particulas occupat, differentiæ erũt: instrumẽtarijs autẽ, vt diximus, qua maxime parte corpora gñe diuersa cõmittuntur,& coalescũt, sæpe accidũt: verũ oẽs ἀποσπάσματα,quasi diuulsiones dicas,appellãdæ sunt. Sed,si similaris quępiã particula in totũ dissecet,affectio illa partim illius q̃ secta est dicẽ, partim totius instrumẽti: quamuis nõ nunquã huius nõ nisi ex accidẽti dicenda sit, vt quum vel musculus, vel aliqua alia eiusmodi particula patitur: quandoq;

tamen

tñ etiam primum, vtpote quum ligamentum. Porrò vt nos in vno hoc morborũ genere, quo par- E tiũ cõtinuitas vitiatur, in præsenti differẽtias persecuti sumus: ita tu simili experiare ratione cętera quatuor genera disquirere: alioquin. n. me superuacaneę facturũ crediderim, si eorũ quæ exacte in libro de morborũ differentijs pertractata sunt, iterum in hoc commentario meminisse voluero.

Quæ partes quarum loco restituantur, ac de septem conditionibus bono iudici, ac inuentori necessarijs. C A P. 7.

AT interim nõ pigebit quod iam antea ostẽsum ẽ, nobis in memoriã reuocare: oĩum inq̃ rerũ quarũ substãtię species cõpositione cõstat, quatuor hæc vniuersa gña, totius substãtiæ causas esse, & vitiatæ pterea integræ' ve ipsarũ figuræ. Deinde vero necesse esse, illũ, qui idoneus futurus est tã ad earũ virtutes cognoscẽdas, q̃ earundẽ vitia emẽdanda, naturę cuiuslibet simplicis particulę prius esse peritũ. Iam. n. sicut ad artificẽ, quũ domus alicuius lateres vel tegulæ, siue crudę mõ sint, siue coctæ, aliqd passæ sunt incõmodi: callere pertinet quo mõ aliæ illis similes cõficiẽdæ sint, atq̃ ẽt quo illę q̃ vitiũ cõtraxerunt, inde sint eximendæ, integræ q̃ in priorũ locũ restituẽdæ: Ita necessum hẽt is q artẽ cõstituturus est, q̃ curã gerat humani corporis, pterea nosse: possit ne pars quępiã in alterius locũ restitui, vel secus. Quandoquidẽ si male affectã carnẽ resecueris: facile aliã poteris refic ere: secus autẽ si neruus vel ligamentũ excidat: neq̃. n. alia resarcies qualia erant priora: quũ illa ex sanguine, hęc vero ex semine ortũ habeant. Et os quoq̃ in his est, q̃ per primã efformationẽ cõ- F structa sunt: aliqd tñ hẽt similis cuiusdã naturę qđ in eius locũ sufficí possit. Sed hęc equidẽ hoc in loco obiter & exẽpli potius gratia deprõpsimus: q̃ tñ esse ab artis cõstitutore diligẽter exquirẽda, ipsamet rõ pcipit, & nos iã inuentionis eorũ principia descripsimus: quippe qui hæc ad primã animantis generationẽ remiserimus, ac etiã cõsuluerimus inuestigandũ esse quę' nã suũ ex semine ortũ habeãt, & q̃ ab alimentis continẽter gignant. Atq̃ adeo longe etiã magis methodus nõ mõ nos exhortat, sed cogit ad inquirẽdũ. vtrũ vnaquæq̃ pars, ex his inquã q̃ simplices similares q̃ vident, vnũ sit, an potius ex pluribus cõstituta, & pterea quis sit earũ cõpositionis modus. Nã & hę omni dubio pcul eadẽ rõne qua & instrumẽtariæ appellatæ, pro magnitudine, figura, numero & situ eorũ ex qbus cõstitutæ sunt, suã sortientur integritatẽ, & vitiũ, si similẽ quidẽ ẽt habeãt generationis modũ. Quo'd si res nõ ita se habeat, sed magis instar illius medicamẽti, qđ tetrapharmacũ dicit, totis illis p tota mixtis sint cõfectæ: alia tibi via erit ad inuentionẽ integritatis, vitijq̃, & earũ etiã morbi. Sicuti (vt ego quidẽ arbitror) si ex exquisita partiũ iuxta se inuicẽ appositione potius, q̃ ex earũdẽ tẽperatura pinde ac medicamentũ illud aridũ, cephalicũ, quasi capitale dixeris, appellatũ sua sit ipsis vnitas: p hac etiã rõne cum integritas, et vitiũ, tũ morbi inquirendi erunt, qui gñationi ipsius rei sint cõgruentes. At si ex pluribus quidẽ, illis tñ nequaquã specie dissidentibus, sed magis vni- G uersis similibus essent cõstitutæ, queadmodũ si ædes q̃piam forte ex solis forent aut lapidibus aut lateribus constructæ: tunc in sola similariũ partium structura, integritatem vitia q̃ & morbos præterea gñoni istarũ rerũ peculiares inuenias. Verũ, vt rõ ipa nos docet, ex necessitate alterũ ex his q̃ pposita sunt in similaribus istis corporibus reperiri: ita quod' nã ex his verius sit, diligentẽ exigit disq̃sitionẽ. Etenim videmus, & ipsos philosophos sicuti ex medicis nõ nullos, q in hãc quęstionẽ inciderũt, inter sese magis eẽ dissidẽtes, q̃ medicos, & inde (vt mihi qdẽ vr̃) factũ est, q medicorũ cõplures ab ea se cõtinuerint: partim. n. q inuenire se posse qđ q̃rerẽt diffidãt, partim q nõ mõ inueniri nõ posse credãt, verũ ẽt q esse inutilẽ arbitrent: illã omittũt. Ego vero q ea minime sit illi inutilis, q artẽ methodo potiusq̃ experiẽtia velit cõstituere: iã satis cõstare puto: sed q pterea sit ẽt possibilis mox differemus, quũ aliqua, inter nos prius discusserimus. Nẽpe si mihi fidẽ aliquã pstas, vt sanè pstas, q me nihil vnquã ad hoĩum gloriã, sed ad veritatẽ oĩa sp fecisse inspexeris: nihil ẽ q philosophorũ aut medicorũ multitudine inter se dissidentiũ deterrearis. Qm̃ si illi ea oĩa vñ veritatis cognitio petẽda est, pbe tenuissent, nec tñ ab ipsis eẽt pterea reperta: merito vtiq̃ esset de eius inuentiõe fortassis desperandũ. At quũ illos quidẽ aliqbus caruisse, vt ipsi quoq̃ fatent, satis cõstet, reliqua an habuerint in dubio sit: nos vero q ea oĩa tenere nobis ipsis sumus conscij, audacter à nobis adeun- H da ẽ hæc qõ. Sed quot' nã ea sunt q̃ cõuenire opus est, vt quodcũq̃ quis inq̃sierit, quod q̃ verũ sit, inueniat, vel si minus, saltẽ nõ oĩno de inuẽtione desperet? nimirũ septẽ. Primũ, natura perspicax, vt edoctus, facile quancunq̃ rõnalẽ disciplinã cõsequatur. Alterũ, educatio exercitatio q̃ à teneris annis in primis disciplinis: i primis vero operæpretiũ fecerit, si iuxta Platonis pceptũ, se in geometria, & arithmetica exercuerit. Ad hæc tertiũ, quibus q̃ optimis sua tempestate habitis præceptoribus se auditorẽ præstitisse. Quartũ, laboris eò esse patientissimũ: vt diu noctu q̃ nihil cõmentetur aliud q̃ quę ad disciplinas spectãt. Quintum, qđ paucissimis datũ est, veritatis amore esse captũ: solo q̃ illius studio, toto vitæ curriculo teneri, cęteris oĩbus neglectis q̃ à q̃ plurimis aliorũ multifieri solent. Sextũ, aliq̃ præterea methodũ, qua verũ à falso discernatur, didicisse. Neq̃. n. ad eorũ inuentionẽ q̃ inquirẽda nobis pposita sunt, satis fuerit veritatis desiderio affici: nisi ẽt viã aliq̃ eã inueniẽdi expeditã habeat. Septimũ insup, eã methodũ ita iugi exercitio tritã hẽre: vt non modo norit, sed vti etiã valeat: Porrò si oratores qui in arte longe minori versant, nõ sibi satis esse methodũ nouisse putent, nisi illã assidua exercitatione per totã coluerint ætatẽ: quanto minus ijs qui magna adeo sectantur, methodum didicisse sufficiet. Itaq̃ si vel vnũ horum q̃ recensuimus in illo desideretur, q ad viam veritatis introducendus est, nõ erit admodum sperandũ illũ posse sui voti fieri compotẽ. Si vero omnia cumulata adsint, quid deinde vetat quò minus veritatẽ bona etiã spe exquiramus?

Hipp. de lege circa medium.

Quòd

A *Quòd plura vno sint elementa, & quòd non vacent alteratione.* CAP. 8.

PRopofueramus igitur, & hoc ipsum mox inuestigare, si quē ad modū vniuersas corporis partes ad eas vsq;, q̄ sensuū iudicio simplicissimæ sunt, ex dissectione cognouimus: ita etiam illas, quæ natura primæ, simplicissimæ q; sunt, quales vtiq; sint inuenire possimus: vt tamen non omnes sigillatim, sed vnam tm̄ in aliorum exemplum oratione ꝓsequamur. Proposita ergo carne, primū q̄dem hoc disquiramus, an spē vnū sit id elementū, ex quo ipsa procreata est: nā neq; malū fore putarim, si primā, simplicissimā q; in ea particulā hoc noīe appellauerim. Deinde vero si secus videatur, an multa: mox quot ea sint, & q̄, & quē habeāt cōpositionis modū. Profectò, si caro, quū vel secatur, vel nimis calefit, dolet: fieri nequit, vt vnū specie elementū habeat, vt Epicurus atomū, hoc est, indiuiduū corpusculū putauit. Nam vel ex hoc capite maxime pōt liquere, id quod vnū spē est, nō posse tale elementū esse: siquidē nulla atomus ipsa per se natura calida est vel frigida, atq; longe etiā minus alba vel nigra. Sed cur in his nimis immoror, sermonē q;, dū minutissima quęque persequor, in longū ꝓtraho? nulla.n.penitus qualitate istæ atomi (vt sui quoq; autores testantur) ꝑditę: de his loquor qualitatibus, q̄ per tota corpora videtur permeare: qm̄ ea quidē qualitas, q̄ ex figura est, illis oībus nō deest, & p̄terea renitentia, pondus q;. Sed nihil, quantū ad nostrū quidē attinet in

B stitutū, referre puto, si hæ vel qualitates, vel alio quopiā nomine appellātur: quū illis hæc oīa, q̄ dicta sunt, insint, nec spē illa differāt, sicut et similaritates, omœomerias gręci dicūt, apud eos, q ipsas posuere, vel quatuor elemēta apud eorū authores. Inqt ergo Hippocrates. ‖ Ego vero statuo, qd' si vnū sit homo: neutiquā dolebit. Et sanè rectissime ait, q̄ppe quia in alterū nequit mutari, si vnum est: quū nihil p̄terea relinquatur in qd' mutari possit. Quòd si est mutationis: erit quoq; alteratiōis expers, atq; ēt impatibile: sed, quod impatibile est, nulli est dolori expositū. Porrò ex p̄dictis ꝓnunciatis hæc colligitur cōclusio, vnū eē impatibile. Mox vero aliā interrogabimus rationē in hunc modū. Si elementū esset spē vnū: nihil vnquā in rerū vniuersitate doleret: at dolet, igit̄ elemētū nō ē vnū. Sed, qm̄ de carne ꝓposueramus sermonē hēre, de ea rationē instituamus. Si carnis elementū esset spē vnū: nunquā illa doleret: dolet aūt: igit̄ elementū carnis nō est spē vnū. Poterimus tn̄ hāc rationē alio ēt interrogare mō. Si impatibile esset elementū carnis: nō doleret: sed dolet: ergo nō est impatibile. Nihilo ēt minus rō hæc, si quis plura posuerit elementa, q̄ alterationis expertia sint, ad ea pariter adaptari poterit. Si impatibilia sint carnis elemēta: minime dolebit: quū aūt doleat: nō sunt ergo impatibilia elementa carnis. Quare prior quidē ratio eorū decretū subuertit, qui aut atomos, aut incompactilia, aut minima quædā subijciunt elementa. Altera vero tum eorū, qui simi

C laritates (vt ita dicā) introducunt, tum ipsius Empedoclis, sn̄iam tollit: qui & ipse ex quatuor elementis, q̄ tn̄ mutuo inter se nequeant trāsmutari, corpora cōstituit. Iā ergo, si huic rōni aīum adhibuisti: pars vel maxima eorū, q̄ quærebātur, citius etiā, q̄ȝ sperares inuēta est: &.n.est monstratū carnis elementa oportere nō esse impatibilia: ꝓinde nō amplius illi, qui in illa impatibiliū corporū cōpositione, q̄ ipsi naturæ rerū oīum esse elementa statuūt, dolorē exoriri posse autumant: ex rōne institutū suū defendere poterunt: quū nec intelligentia capiat, nec vlla sensil a cōsentiant, q̄ impatibile doleat. Nimirū si duos digitos simul cōmittas, mox q; iterū eos disiūgas, nec illorū cōuentus, neq; diductio aliquē excitabit dolorē: vt.n.aliquid dolet: ita & patitur: quod vero contiguū tantū modo est, nō patitur: siquidē pati ab his duobus ꝑdit, ab alteratione per tota, & ex cōtinui dissolutione. Itaq; qn̄ nec cōuentus, nec separatio corporibus vel manifesto patibilibus vllū affert dolorē: minus profectò afferet impatibilibus. Sed nec incōpactile illud Asclepiadis, quod ἄναρμον grece appellat, frangēdo dolebit, si mō fragile sit: vtpote q̄a sensu caret. Proinde nihil hoc ex eo, q̄ patiatur, magis hēt, vt sentiat, q̄ȝ os, cartilago, axungia, vel capilli: oīa enim hæc quamuis patiantur, minime tn̄ dolent, quia sensu vacua sunt. Igitur quodcunq; in dolore futurū est, necesse habetur cū patiendi, tū sentiendi facultate prędītū sit: nulla tn̄ ꝓpterea necessitas cogit, illud, quod sentit, ex illis

D cōstare primis, q̄ ipsa etiā vim habeant sentiēdi: nā satis erit, si ex patibilibus sit: dum.n. patientur, & alterabuntur, poterit aliquā vim sentiendi assequi: quū innumeræ esse possint elementorū alterationes, & tēperaturæ, vnde mox innumeræ particulariū corporū poterunt oriri ꝓprietates, vt nullum deinde videatur absurdum, si qua euadant sensus expertia, alia vero illius capacia, atq; horum nō nulla id magis cōsequuntur, non nulla minus. Iā ergo elementa esse plura vno, & ea cōstare natura, vt alterari possint, satis lucide monstratū est illis nimirū, qui (vt nuper diximus) ea oīa in prōptu hn̄t, q̄ hominem idoneū ad quampiam rem scientia cōprehendēdam reddunt. Nam alios, qui ad id stupiditatis deuenere, vt nunquam vel ipsi inquirere, si qua sit demonstrandi methodus, vel ab alijs addiscere, & minus etiā in ea se exercere voluerint, ne admittendos quidē ad hos sermones censeo. Hęc.n.à nobis inueniēdæ potius veritatis studio instituta est disputatio, q̄ȝ vt cū aliquo aut contenderemus, aut vinceremus. Quòd si quis cuperet p̄terea rudes istorū opiniones redarguere, librū ad hæc habebit à nobis editum, vbi de elementis iuxta sententiā Hippocratis disputauimus.

Quatuor esse primas qualitates, & prima corporum elementa. CAP. 9.

SEd rursum ad institutum nostrū reuertamur, vt illi tandē finē imponamus. Posteaq̄ elementū alterationis per totū capax est: mox disquirendū est, quot sint elementa, vt tn̄ hic quoq; nostro sermoni principiū à rebus euidētibus cōstituamus. Porrò necesse est, vt illa, q̄ rem quampiā alterāt, primum quidē illud contingāt, quod ab eis alterandū est, ac ita mox illud tandē immutēt. Hoc sensus

de Nat. hum. com. 1. t. 5. cl. 1ª.28.e

sus

ſus ipſe docet: hoc ipſa rerũ natura monſtrat. Neq;.n.animo capi poteſt ab hac in hoc loco accenſa E flãma poſſe ea, quæ in Ægypto ſunt, alterari,ſed ſi id,quod trãſmutat aliquid,illud tangẽdo alterat: neceſſe ẽt hẽt,vt per aliquas tactiles qualitates hoc agat. At quid eſt deinde,quod vetat,qn eas oẽs examinemus? Sanè acutũ ſecat id,cui occurrit,nequaquã tñ ipſius ſubſtantiã alterat, quẽadmodũ, & graue,qđ & ipm contundit,vt nullã tñ in vniuerſam rei patiẽtis ſubſtantiã inducat trãſmutatio‐nẽ,neq; durities eã vim hẽt,vt poſſit rẽ vicinã in aliã mutare ſpẽm. Calor aũt,& frigus totã ,px mæ rei ſubſtantiã alterare pñt: ſimili ẽt mõ humiditas,& ſiccitas,q̃uis hę nõ ęque cito,ac priores,attñ et ipſæ tandẽ ſubiecta tranſmutant. An ne igiť,& aliã quampiã pterea qualitatẽ habemus,q̃ alterandi vim cõtineat? an potius earũ vniuerſa multitudo his ipſis cõprehenditur,ita vt ſolæ iſtę iã dictę,et haberi mereantur, & dici actiuæ qualitates, & ex eis quã maxime prima oppoſitio? in hac vero,in primis calor: hẽt.n.præ cæteris oĩbus qualitatibus vim in agendo maximã: mox aũt frigus: dein‐de humiditas,& ſiccitas: pter has nulla alia reperitur qualitas,q̃ res,quibus occurrit,per totũ poſſit alterare. Nã,ſi quid rẽ aliquã aut diuellat,aut tũdat, aut pungat, aut ſecet: id ſanè aliqd facit,tñ illa eius alteratio non ita per totã rei ſubſtantiã permeat: vt in aliã ſubſtãtiæ ſpẽm rẽ immutare poſſit,ſi cut illã põt in plura partiri. Vnde ſi niuẽ ad minima vſq; ſecueris,nix quidẽ ſeruabitur: ſed ſimulac calefiet ſtatim deſinet amplius nix eẽ, vtpote q̃ ex aqua refrigerata,nõ ex ea in vnũ coacta, ortũ ha‐ F buerit: hoc.n.magis ad ſubſtãtiæ accrementũ attinet,illud vero ad generationẽ.Etenim diuiſio cõ trariorũ in particulas paruas,ſubſtãtiæ eſt imminutio: calefactio,alterius eſt ſubſtãtię gñatio,priori forma mutata.Quapropter q̃cunq; corpora has ſibi qualitates primũ vendicauerint,erũt ẽt cũ alio rũ corporũ oĩum,tũ carnis elementa. Sunt aũt hæc terra,& aqua,& aer,& ignis. Atq; oẽs philo‐ſophi quicunq; demonſtrationẽ non tergiuerſantur,hęc eſſe eorũ omniũ,q̃ generẽtur,& intereãt, elementa autumant: nec non & ea ſeſe mutuo trãſmutare,& habere quoq; ſubiectũ quoddam ho‐rũ omniũ cõmune. Verũ non eſt de his à nobis nunc inſtitutus ſermo: ſed de eo potius, q non ſit opus,vt quiſq; eorũ,multitudine deterreatur,qui à veritate aberrant,& q potius illi fides præſtãda ſit,qui demonſtrationẽ tenet,& pterea,vt illi,qui ne nouerunt quidẽ demõſtrationis eſſentiã,ſicuti de ſeipſis nõ nulli eorũ, qui ſe philoſophos appellãt,fatentur,nihil decernere audeãt: quũ hoc abſi mile nõ ſit,ac ſi qs vellet addiſcere qua rõne oporteat defectus ſolis pũidere,anteaq; circa numeros, & lineas ſe exerceat.Profectò huiuſcemodi hoĩes,perinde ac voragines,fugiẽdi ſunt: qppe qui eos quibus cũ verſantur,aut ſecũ rapiãt,aut ſaltẽ cõtaminent,prẽterq̃ eos,qui in logica diſciplina,quan tũ ſatis ſit,exercitati ſunt: ,pinde q;,ſi cuipiã alteri,huic quã maxime diſciplinæ nauanda eſt opera.

Similaria corpora, eorum q; temperamenta, item q; ſanitatem, & ægritudinem ex quatuor elementis exoriri. G

CAP. 10.

SEd hoc equidem ſcio extra propoſitum: ad rem autem redeamus. Nimirum ex quatuor ele‐mentis ſimul contemperatis corpus vnum ſimilare gignitur, quod pro varia temperamenti ratione,aut particeps ſenſus,aut illius expers euadit: & pariter in vtroque iſtorũ genere differen‐tiæ omnes particulatim differentiam temperamenti ſequuntur. Ex ipſius itaque proprietate hoc quidem os efficitur,illud caro, alterum arteria, alterum neruus. Sed & ſigillatim vniuſcuiuſque proprietas ſuum ex tẽperamenti proprietate hẽt eſſe: ſiccior.n. & calidior eſt leonis caro: ouis hu‐midior,& frigidior: inter vtranq; aũt humana media eſt, ſed in hoĩbus quoq; Dionis (exẽpli grã) calidior,& humidior eſt,q̃ Philonis. Vnde corporũ ſimilariũ differẽtiæ,q̃ ſimplices quidẽ ſint,tot ſunt,quot elementa: calidiores qppe,& frigidiores,& humidiores,& ſicciores: totidẽ vero cõpoſi‐tæ,vt q̃ ſimul frigidiores,& humidiores ſunt,quęq; calidiores,& humidiores,& pter has alia tertia ſiccior,& calidior: & quarto deinde loco q̃ ſiccior,& frigidior,vt tñ præterea ſit etiam illa,q̃ tẽpera‐tiſſima eſt,& harũ omniũ prima. Sed de his abunde in libris de tẽperaturis pertractauimus. Reli‐quũ autẽ erit,poſteaquã inuentũ eſt,ſimilariũ integritatẽ,& vitiũ ex elementorũ eſſe tum modera‐tione,tũ immoderatione: vt inquiramus,quo mõ ab eorũ vitio morbus ſit diſtinguendus. Hæc ve H ro diſtinctio ſuũ à rei vtriuſq; notione,iuxta ea,q̃ in libro de demonſtratione oſtẽſa ſunt,exordium habitura ẽ. Sed q̃ tandẽ eſt ſalubris,q̃ ẽt morboſæ corporis cõſtitutionis notio? Porrò ſalubris cõ‐ſtitutio corporis actiões ſibi ex natura debitas inoffenſas hẽt: morboſa,offẽſas: & ,pinde,ſi qs ſanus quidẽ ſit,altero tñ,q itidẽ ,pſpera fruať valetudine,actiones hẽat imbecilliores,nondũ tñ læſas: erit ſanè is illo intẽperãtior,nec dũ tñ ægrotat. Itaq; inter ſalubres vniuerſos habitus vnus erit tẽperatiſ ſimus,octo vero intẽperati: at iter morbos,nullũ inuenias tẽperatũ,qa oẽs intẽperati ſunt: eundẽ tñ numerũ cõplent, quẽ ſalubris, intẽperaturæ. Quòd ſi quis accedat, q aſſentiri nolit aliquos tẽ‐patos,aliquos ẽt intẽperatos ĩ ſanis ponẽdos eẽ: cogeť ille è duobus decretis alterũ ſtatuere, aut oẽs vſquequaq; ægrotare,aut oĩum eandẽ eẽ tẽperiẽ,virorũ,mulierũ puerorũ, vigentiũ, ſenũ, pugilũ, priuatorũ,operariorũ, otioſorũ,valentiũ, imbecilliũ: vtrunq; vero abſurdũ eſt. Quare tertio loco neceſſariũ erit,ſanitatẽ eã hẽre latitudinẽ: vt poſſit q̃plures ſalubriũ corporũ differẽtias, pro pluris minoris'ue rõne,cõplecti. Quod nõ mõ hic,ſed in alijs ẽt oĩbus facile reperies. Domus qppe & na uis,lectus,& arca,& veſtis,atq; calceus,curruſq; nũc melius nũc deterius,quãtũ ad ſtructurã ptinet, ſe hñt,priuſq̃ ægrotẽt: vt nobis tãdẽ ſit ſubijciẽdũ tres ĩ oĩbus rebus repiri corporũ ſtatus,optimũ, deprauatũ,& morboſum. Optimus vnicus eſt,abſolutiſſimũ.n.nihil deterioris in ſe admittit: reli‐quorũ duorũ multitudo nullo põt numero definiri: ſed eorũ differẽtię à pluri,minori'ue ortũ hñt,

Epilogus

A *Epilogus eorum, quæ de medicinæ constitutione hactenus ostensa sunt.* CAP. 11.

POsteaq̃ autẽ hac nostra oratione hucusq; peruentũ est, hic illã interpungamus, atq; ea, quæ hactenus dicta sunt, per capita resumamus. Sic.n. facile, quid ex ꝓposita quæstione repertum sit, quid've præterea reperiẽdum supersit, agnoscemus. Propositum erat artẽ sanitatis effectricẽ cõstituere, quæ tñ nõ ita se habet vt ars ædificatoria, quę domũ extruit, sed vt ea, quę aliquã illius partẽ labefactatã instaurat: q̃uis neq; in hoc ẽt sint vsquequaq; similes. Immo hoc ipsum erat, qđ quærebamus inuenire, quatenus inq̃, possit is, qui artẽ sanitatis effectricẽ tractat, in corrigendis corporũ vitijs, esse ædificatori assimilis. Quũ autẽ ad oĩa hæc sit apprime necessariũ illius corporis naturã prę nouisse, cuius vitijs ars mederi studet: ideo nos idipsum in q̃stionem vocauimus. Sed, vbi inuenerimus, ꝙ actiones, & cõstitutiones, quę ex natura ipsis attribuuntur particulis, sint illæ, q̃bus, simulac male afficiũtur, oĩs debetur rõ tã custodiæ q̃ curationis: quæremus deinde, quot cõpleatur id, quod ẽm naturã est. Sed mox reperto, ꝙ instrumentariarũ quidẽ partiũ substantia ex simpliciũ, q̃ in illis sunt: simpliciũ vero, ex quatuor elementorum cõpositione cõstat: de vtrorum q; morbis disquisitionẽ instituimus, vt iã oratio nostra salubriũ corporũ, atq; ẽt morbosorũ notitiã ferè pepererit, nõ tñ eã vniuersam: sed magis aliquã illius spẽm, & veluti exemplũ quoddã. Totã vero tã salubrium, B q̃ morbosorũ corporũ scientiæ substantiã assequemur, quum ipsas species ad materias adaptauerimus. Nã neq; medico satis est nosse vnaquãq; particulã gigni ex calido, frigido, humido, & sicco simul temperatis: nisi ẽt speciatim, quod nã sit ossium temperamentum, quale carnis, aut nerui, aut venæ, aut arteriæ, & aliorũ tandẽ quaruncunq; partiũ simpliciũ fuerit ꝑscrutatus, & pariter quoq; quę nam sit partiũ instrumentariarũ cõpositio, vtpote, manus, cruris, iecinoris, thoracis, pulmonũ, cordis, & cerebri. Vbi pari passu haud sufficiet morborũ gña, differẽtiasq; callere: nisi norit ẽt, qua ratione singulis illa partibus accidãt. Quod vt fecerimus, nõ ex spẽ aliqua, sed ex ipsa vniuersa rei substãtia, quã ex his vtrisq; confici mõstrauimus, spẽ inq̃, & illius susceptrice materia, scientiã cõparatã habebimus. Iã autẽ superest, vt quomõ qs morbos curet, quo ẽt sanitatẽ tueatur, exquiramus. Verũ, qa hæc sunt à nobis affatim in duobus libris pertractata, curandi nimirũ methodo, & salubriũ libro: satis erit eorũ eatenus solum meminisse, quatenus possint ipsam methodum aperire.

Quibus præceptis curatrix methodus constituatur. CAP. 12.

ITaque medendi methodus ex ipso cũ sanorũ, tum ęgrorum corporum affectu suũ habet principium. Quum.n. id, quod excellenter sanum est, siue illud similare, siue instrumentariũ sit, omni ex parte moderatũ existat, ægrum vero immoderatum, siquidẽ morbus immoderatio quædã est: C aduertendũ est in primis, quę nam ea sit illius immoderatio: quippe necessariũ est aliã inueniri immoderationẽ huic contrariã, quæ in similariũ, simplicium q; corporũ habitu qualitas est: in instrumentariorum vero, si morbosa quidem immoderatio circa magnitudinẽ cõstiterit, erit altera huic contraria magnitudo: si vero in figura, figura isti contraria, & eodẽ mõ numerus se habebit, & situs. Vnde reditus ex immoderatione ad temperiẽ in oĩbus erit ab immoderatione contraria: vt tãdem sit necesse id, quod præter naturã affectũ est, dum ad naturalẽ statum redit, illam eandẽ quasi viam incedere, quam prius cõfecerat, præterquàm ꝙ ordine contrario. Sed si contrario ordine, per cõtraria igitur pręsenti affectui erit illi reditus. Et proinde is erit omniũ curandorum morborũ cõmunissimus, generalissimus q; scopus, contrariũ inquam: quemadmodũ, & ab Hippocrate suo loco traditum est, ‖ Contraria contrarijs remedio esse, & particularibus, particularia contraria. Calido.n. morbo, frigidũ, & frigido calidum: ita etiã sicco quod humectat, humido quod exiccat. Et in similaribus quidẽ res se habet hoc modo: in instrumentarijs autẽ, oportet in vnoquoq; prędictorũ quatuor generũ morbosæ immoderationi eousq; contrariam adhibere, donec ad moderationẽ, naturalem q; statũ fuerit peruentũ: vt si caro præterq̃ naturę ratio exposcat vlceri accreuerit, non id, quod carnẽ generet, aut alat, sed quod detrahat, imminuat, erodat, corrumpat q;, administrare expedit: sicut ea, q̃ carnem gignant, quotiescunq; cauum vlcus parti cuipiam acciderit: vtroq; tñ tantisper vtendum, vt, quũ primũ fuerit ad moderatum deuentum, statim desistamus, priusq̃ in contrarium transitus fiat. Nam, dum super excrescentẽ carnẽ detrahis, nisi simulac mediocritatem attigeris, perstiteris, partem illam cauã reddes: vt etiã, dum cauũ reficis, nisi in mediocritate te cõtineas, caro nimis excrescet. Nempe hoc morborũ genus, quo partes in maioris, minoris've excessum vertuntur, per contraria, vt diximus, emẽdatur: in altero vero genere, in quo naturalis formæ modus exceditur, quũ id plures pro partium ratione habeat differentias, earũ vnicuiq; suũ erit contrarium sigillatim inueniendum: quemadmodũ si pars quępiã magis q̃ sibi debeatur, curua fuerit, in contrariũ impellendo, premendo q;, reducenda erit. Quòd si intro cõpressa sit, & facta veluti sima, extrorsum, vt nasum solemus, reflectenda est. Item quæ lenia facta sunt, quũ tamen aspera esse deberent, exasperanda, sicut aspera læuiganda. Sed & illa, quæ cõcauitates, vel meatus, vel oĩno foramina, aut maiora q̃ par sit, aut minora, aut exinanita plus æquo, aut pleniora, aut lẽtis, crassis q; succis obstructa habuerint oĩa: hęc pariter ad contraria, quoad mediocritatem attigerint, deducere expedit. Quippe ea etiam, quæ in situ extra naturalem statum exierint, è contrario in pristinũ, & naturalem modum reuertentur: ita vt quæ in anteriorẽ partẽ prominent, retrorsum: & quod in posteriorẽ, ad anteriora repellatur: atq; eodẽ modo in reliquis duabus oppositionibus, dextrũ inq̃, & sinistrum,

lib. de Flatib. no lõge a principio.

D

niſtrum, ſurſum, & deorſum. Quum autem, corrupto numero ex natura partibus debito, vniuerſum inſtrumentum in morbum illabitur, nouiſſe oportet idipſum vel exceſſum in quanto importare, vel defectum, ſicut nuper in magnitudinis permutatione diximus: proinde illius curatio, vt etiã in illa, aut per ablationem fit, aut per additionẽ: tamen eo differunt, ꝙ in hoc morbi genere particula non nunquam integra, in illo vero portio quæpiam alicuius particulæ aut amputãda eſt, aut adijcienda. Cæterum conſiderandũ eſt præterea, non mõ in hoc, ſed in alijs quoq; oĩbus generibus: num habeamus facultatẽ ea, quę ex indicatione ſe offerunt, perficiẽdi: ſi quidẽ forma, morbi, curationis dũtaxat modum indicat: id autẽ fieri poſſit nec ne, alioquin nõ indicat: quũ hoc in omnibus factiuis artibus non ex rei faciendæ notione depromatur, ſed potius ex potentia, vel impotẽtia cauſæ effectricis, item q; ex copia, aut indigentia materiæ. Nimirum eędem res à non nullis pñt, ab alijs nequeunt confici: atq; etiã poſſunt non nunq̃, & non nunquam nequeunt: etenim eorum omniũ, quæ corpori proſunt, in cauſa tum ipſa eſt natura, tum medicus: quædam tamen medicus, quædã etiã natura pſtare nequit. Os nimirũ ita perfractũ, vt de ſuo loco partes decedant, mẽbrumq; diſtortum reddatur: haud poteſt natura corrigere, & conformare, ſicut poteſt medicus: qui itẽ põt luxatum reponere, quod pariter naturæ negatum eſt. Sed natura vlcus cauum põt carne implere: medicus vero nequaquam, quemadmodum quę ſemicocta ſunt, aut etiam cruda concoquere: attñ medici miniſterium naturæ põt ex vſu eſſe ad hæc per agenda, ſi quidem illi eſt auxilio, dum adhibitis, purgantibus medicamẽtis, vlcus purũ reddit: & illis, quæ egent concoctione, ea offert, quæ moderate calefaciant. Verum enimuero & ipſa natura non nulla à ſe primum confecta, denuo nõ valet reficere, vtpote venam, arteriam, ligamentum, neruum, & alia, quæ in eodem ſunt ordine.

Qua ratione quædam à natura, quædam à medico reſtituantur. CAP. 13.

ITaq; primũ ad medẽdi methodum pertinet, reperire (vt à nobis dictum eſt) cõmunẽ oĩum ſcopum, cõtraria cõtrarijs eſſe remedio: mox ſua ad vnumquodq; genus aptare cõtraria: tertio conſiderare, qñ tum nos, tum natura, ſcopo, quẽ indicatio inſinuat, poſſit ſatisfacere: item qñ aut omnino, aut aliquo tẽpore, aut ex aliqua parte id fieri nequeat. Nec erit hæc inter minimas naturalis contemplationis partes recenſenda: immo opus erit illũ, qui ſibi in illis, q̃ faciẽda ſunt, qd queat, qd' ve nequeat inuenire, propoſuerat, in ea eſſe probe exercitatũ. Nos vero ad hanc rẽ explicandã duos dicauimus libros: alterũ de animãtis generatione, in quo vt ex ſemine, & menſtruo ſanguine fœtus ſuũ habeat ortũ, diſſeruimus: alterũ de naturalibus facultatibus. Nẽpe, ſi ſeminis naturã cõtẽplatus fueris, ita tñ, vt tuã contẽplationẽ methodo demõſtratiuę ſubijcias, eadẽ tibi videbuntur, q̃ à nobis mõſtrata ſunt, quãplures nimirũ partes in fœtu, à formatrice facultate, ſeminis ſubſtantia pro materia vſa, effici: quod vbi conſecutus fueris: nõ miraberis amplius, ꝙ natura iterũ hęc ipſa nõ valeat mox reficere. Quum vero in libro de facultatibus naturalibus, eorum, q̃ ꝓcreata ſunt, diſpenſationẽ fueris intuitus, inuenias facile, quæ natura vel per ſe poſſit, vel etiam ope medici, quæ præter ea nequeat, ea maxime parte vbi de facultate cauſarum, quæ opifices ſunt, egimus, ac etiam de eorum ſubſtantia, quæ ab illis eduntur. Ibi enim quicquid poſſit fieri, quid' ve non poſſit, inuenies: vtpote ſi deperdatur cartilago, poſſit ne rurſus in locum illius alia refici cartilago, vel potius quippiam aliud illi ferè cõſimile: nec nõ et os an eã habeat facultatẽ, vt poſt primũ ortũ iterũ, quũ deperditur, reſtituatr̃, an vero aliqd aliud reſtituendũ ſit, qd ſit illi aſſimile. Itẽ ſi pars neruoſa trãſuerſi ſepti põt iterũ coaleſcere, aut cor ipm̃, aut iecur, aut alia q̃libet pars: neq;.n. mihi ad oĩa cõnumeranda tẽpus ſuppetit: quũ nec vniuerſa medicina in hoc vnico libro ſit diſponẽda, nec idipſum inter initia noſtri ſermonis iſtituerimus: ſed methodos explicare, mõſtrareq; ex qbus, & quot principijs, et qbus vijs ſit cõſtitutio artis peragẽda. Itaq; hic finẽ huic ſermoni faciã, ſi tñ illũ in caput vnũ redactũ, parti iã cõſtitutę addidero. Perinde.n. vt in illa, repta ſemel ſalubriũ, morboſorũq; corporũ ſpẽ, mox cẽſebã particulatim in oĩbus materijs illã eſſe ſpectandã: ita quoq; hoc loco, ſcopis à methodo medendi reptis, eos in particulares materias inducere exhortamur, vt deinde cõprehẽdant, q̃ aut oĩno, aut ex parte aliqua, aut aliquo etiã tp̃e ſm̃ eã fieri poſſint, quæq; ſecus. Verum hic ẽt iſta ſunt cum alijs artibus cõparanda. Quia, ſi quis domum ex coctis extructam lateribus, moxq; ex parte aliqua labe factatã, velit ea parte, male affectis lateribus remotis, alijs q; integris in illorum locũ reſtitutis, illam reſarciri, ſtatim ad opificem pertinebit, lateres illis ſimiles, qui vitium contraxerant, primum conficere: ꝙ ſi domino materia non ſuppetat q̃ huic ſit negocio idonea, ille inſtaurationẽ fore impoſſibilẽ aſſeuerabit. Pari ẽt paſſu res in hac ꝓpoſita diſceptatione ſe hẽt: ex inopia materiæ, nullũ eorũ natura amplius reficere valet, quæ à primordijs generationis animantis, ex ſemine cõſtituta ſunt.

De auxiliorum materia deligenda. CAP. 14.

SEd, quoniam abunde iam de his actum eſt, reliquũ eſt, vt ea huic ſermoni addamus, quæ dum remedia inuenire doceremus, à nobis dicta ſunt. Nempe nos generales quaſdam quaſi eorum formas expoſuimus: oportere inq̃, alia qdem refrigerare, alia calfacere, humectare nõ nulla, quædã vero exiccare: hi enim ſunt ſcopi, qui ad partes ſimilares attinent, ſicuti in vitiata magnitudine, auferre, aut reficere, in numero, aut totũ eximere, aut gignere: vbi vero peccatũ ſit in figura, ad naturalẽ figurã reducere, & præterea repleta vacuare vacua replere, obſtructiones aperire, aperta cõtrahere, cõniuentia, ac denſata in contrarium conuertere: hęc quidẽ rarefaciendo, illa vero aperiendo.

Ita

A Ita ſanè in morbis compoſitionis, ſcopus erit in id quod eſt ex natura reducere, quemadmodum quum diſſolutum eſt continuum, diductas partes iungere, & conglutinare. Nimirum non eſt exigua huius artis portio, remediorum his omnibus cõuenientium materias reperire, exempli gratia, ſi articuli de ſua dimouentur ſede. Porrò, quum non modo in anteriora, vel poſteriora, in dextra, aut in ſiniſtra prolabi contingat, verum & in ſuperiorem locum præ muſculorum contentione reuellantur: duplex motio ei erit ex vſu, qui illos repoſiturus eſt, prima quidem deorſum, altera vero in priſtinam ſedem, & proinde id fieri ſine tenſione in contrariam partem, nunquã poterit. Iam q; cuilibet equidem poteſt apertum eſſe, quàm vſui veniãt ad eam in oppoſitam partẽ tenſionẽ, tum validæ apprehẽſiones, tum etiam diſtenſiones. Vnde factum eſt, vt, quum non nunquã illa manibus noſtris complere nequeamus, varia ad hoc munus peragendum fuerint inſtrumenta excogitata, quæ pleraq; reponendis luxatis membris deſeruiunt. Non ſecus autem hæc inſtrumenta ad materiam remediorũ pertinẽt, ac reliqua cõgrua auxilia, vtpote medicamẽta, cibi, potus, & quæcunq; tandẽ corpori adminiſtrata, vim habent affectus prænarratos ad naturalẽ ſtatum reuocãdi. Quare ſpectabit ad medicũ, in his quoq; iſtorũ auxiliorum materijs verſari, prædictoſq; ſcopos illis ex vſu accõmodare: ne deinde in eum illabatur errorẽ, in quem ij, qui putant frigidã aquam in omnibus, B quæ refrigeratione egent, cõuenire, & calidã in his, quæ calfactione: ignari ex accidente fieri ſæpe, vt frigida calfaciant, calida vero refrigerent. Sed in libris de medicamentis plurima de oĩum iſtorũ methodo dicta ſunt: addemus tamen & hoc ſermoni huic, vniuerſum hoc materiæ remediorum genus, in offerendis, efficiẽdis, euacuandis, & his præterea, quæ extrinſecus incidunt, cõſiſtere. Quæ omnia vbi artis conſtitutor fuerit perſecutus, inſuperq; vniuerſæ materiæ ſcientiã particulatim cõſecutus, nõ ita tamen vt ſola ſit facultate cõtentus, immo et vſum adhibuerit: iã cauſas oẽs ſalubres, vt nihil illi præterea ad medendi artẽ cõſtituendã deſit, abſoluiſſe putandus eſt, his oĩbus in duo capita redactis, corporũ nẽpe cognitionẽ, qbus remedia ſunt offerẽda, atq; ipſam remediorũ naturã.

De arte conſtituenda, quæ diſpoſitiones præter naturam dignoſcit, doloris lateris exemplo. CAP. 15.

VErum enimuero hoc quoq; illi, qui ſe in hac arte voluerit exercere, mox ſupererit, vt ſibi aliquam affectuum omniũ dignoſcendorum facultatem comparet, in primis vero eorum, qui partes in corporis profundo ſitas occupant: quippe quum hac etiã parte nõ cuiuſcunq; ſit, morboſum particulæ cuiuſuis tum inſtrumentariæ, tum ſimplicis, ſi in alto ſedem habeat, affectum excogitare: ſed hic ẽt oportet aliquã methodũ ad partẽ affectã vnà cum ipſo affectu inueſtigandã adhi- C bere, de qua pluribus aliàs tractauimus. At erit nunc etiã neceſſariũ, ſicuti aliorũ methodorũ capita quædam hoc libro cõplexi ſumus: ita de his aliquẽ habere ſermonẽ. Primum ex quo genere earũ rerũ, quæ præter naturã ſunt, nos ſperare habeamus in horum notitiam venire poſſe. Nam tria ſunt genera rerum præter naturã, primum affectiones, quæ actionibus officiant: alterũ cauſæ harũ: tertium ſymptomata. Sed cauſæ, hoc in primis nomine appellãtur, quũ agunt, quãuis ita nõ nunquã dicantur, etſi nõ agant, ꝙ vim habeant agendi, exempli gratia, inter morborũ cauſas cruditas cenſetur, quum nullũ adhuc morbum inuexit. Cruditatẽ appello non modo errorem concoctionis, quę in ventriculo fit: verum, & in iecinore, in venis, & tandẽ in vniuerſa corporis mole. Symptomatũ vero genus in tres diſpertitum eſt differẽtias, in actionum offenſam, in ea quę corpori accidunt, et excrementorum immoderationem. Cæterum ipſa corporis affectio, quam vel morbum quis appellet, vel affectũ nihil intererit, eſt horum oĩum cauſa: q̃ merito quoq; ex ſymptomatibus agnoſcitur, quippe quũ eorũ reſpectu rationẽ cauſæ teneat. Porrò ex his nõ nulla affectiones ipſas neceſſario cõcomitãtur: alia nõ ex neceſſitate, ſed aut ſępius, aut raro, aut ęqualiter. Sicuti rurſus inter ſymptomata, q̃dam neceſſario affectionũ differentias conſequuntur, quædam ſæpe, alia autem raro, aliqua vero in ancipiti ſunt. Ea itaq; ſymptomata, quæ morbos ex neceſſitate ſequuntur, ꝙ affectuũ D cognitionẽ afferant, græce pathognomonica dicuntur, & ea ipſa pro certis morborum notis habẽda ſunt. Quæ vero nõ neceſſario: vel morbi differentiã, vel illius morẽ, vel magnitudinẽ inſinuant. Et equidem vno eodemq; exemplo vtrorumq; horum vim aperiã, vt hinc exorſus, eadem in omnibus alijs methodo te exercere, poſſis. Ponamus igitur membranã coſtas velantem inflammatione teneri, porrò is affectus phlegmone erit, quæ hæc ſecum habeat, ſymptomata neceſſe eſt, tumorem præter naturam, ruborem, dolorem: quorum duo hic ſenſum effugiunt, vt tantummodo reliquus ſit dolor, qui coſtis incumbens veluti pungens eſt. Dolet igitur homo, propterea quia phlegmone eſt affectio illa: at doloris ſpecies eſt pungenti ſimilis: quoniam ſubſtantia affectæ partis eſt membranea. Coſtis præterea eſt affixus, id enim quod affectum eſt, coſtis adhæret. Sed & ob id late permeat, ꝙ ea ipſa membrana late diffunditur: febrim quoq; tum ex ipſo affectu, tũ ex ſitu affectæ partis ſequi neceſſarium eſt: quorũ ſi vel alterum deſit, iam nõ ex neceſſitate febris aderit. Nam, ſi digitus inflãmatione laborauerit, nõ contiuo febris adorietur, quũ is procul à corde ſedẽ habeat: nec ſi ea quidem membrana, q̃ coſtas contegit, tumore tñ duro, œdemate've. Spirãdi præterea difficultas in his eſt, quæ affectio loco ex neceſſitate præſto ſunt: quippe quum ſit pars reſpiratorij cuiuſdam inſtrumẽti. Attamen huiuſce difficultatis ſpecies ab ipſo affectu potius, q̃ ab ipſa parte, cauſam habet: dolor. n. dilatari reſpirandi inſtrumẽta non ſinit: vtpote quia reſpirationis operã, eius vſu non

dum

dum expleto, dissoluant, vt mox, necesse sit alteram celerius illi succedere actionem, tanta non interposita quiete, quanta dum naturaliter se haberet: inde q; spiritus frequens redditur, & paruus. Nec id modo huiusce inflammatio membranæ necessario secum affert: verum pulsuum quoq; alterationem, cum eam, quæ à febre seiungi non potest, tum vero illam, quæ est ex forma affectæ partis. Arteriæ siquidem maiorem, celeriorem q;, & frequentiorem ea ratione, quòd febris adsit, pulsum edunt: duritiem vero, ac contentionem iunctam habet, quia pars ea, quæ phlegmone tenetur, neruosa est. Igitur tum hæc symptoma membranam subcingentem inflammatam, tum & vnum præterea aliud necessario concomitantur, decubitus nimirum, qui vel in affecto, vel in opposito loco leuior est, vel in vtroq; par. Quum enim duplex sit ea membrana, quæ costas velat, si ea pars, quę exterius ossibus hæret, valide laboret, facilius in latere decumbunt opposito: nam, si in morbosum decumbunt, compressio molestiam affert. At si interior (quod etiam euenit frequentius) vehementius dolent, si in oppositum latus reclinent, quippe quum pensilis reddatur inflammata particula: in morbosum vero minus, quum nec ab ossibus prematur, nec etiam quasi suspensa pendeat, sed potius sit ab vtroq; incommodo immunis. Quod si vtrinq; ea membrana afficiatur, par in vtroq; latere decubitus est. Sed, quòd dolor nõ nullis ad clauiculam perueniat, alijs autem ad præcordia, partim ex affecta parte suam habet causam, partim etiam hoc est inflammationis symptoma, dolore inquam diffundi: ea quippe mẽbrana & ad iugulũ vsq; ascẽdit, & præterea vniuersum occupat septũ trãsuersum: vnde si inflammatio, in supremis illius partibus excitetur, deorsum cõuelli clauicula videtur: si in infernis, dolor pręcordia pertingit. Et proinde exigua erit inflãmatio, & ꝭm partes costarum medias, si in neutram deueniat partem: alioquin enim, quum maior fuerit, necesse erit in partem vtranq; cõcedere. Quòd vero tenuis quid, & puruléti ex inflammata particula resudet, & effundatur: tum ex ipso morbo prodit, tum ex ipsa parte: sicuti omnibus ꝭm os inflammatione laborantibus accidit, atq; etiam ꝭm oculos. Suboritur enim inflammatio ex humorum influxu, & partes hæ nõ perinde ac cutis densę cõpactæq; sunt, sed raræ potius. Vnde, quum multus tenuisq; fuerit is humor, qui in partem inflammatam irruit, rarior vero particula, plurimũ est, quod effluit: è contrario vero, quum exigua, & crassa fuerit fluxio, corpus q; præterea densum, minimum erit: at minimum id tussim quidem incitabit, vt tamen nihil inde expuatur: quemadmodũ, si copiosum fuerit, tussiunt plurimum, nec parũ etiam expuũt. Porrò vt est ab hoc affectu tussis inseparabilis: ita screatus à tussi illũ plurimum consequitur, non tñ sic, vt etiã seiungi nõ possit. Quod sputo reijcitur, necesse est aliquo semper esse infectũ colore: attamen nõ semper eodẽ, quippe quũ nec excrementũ in inflãmata parte conclusum semper eiusdẽ sit naturæ. Etenim quũ sanguinolentũ fuerit, aut biliosum, cuiusmodi semper ferè ea fluxio est, quæ pleuriticis phlegmones fomentum pręstat, à succo detento in inflammata particula, sputum colore inficitur: rubro quidem, si sanguineum id fuerit quod in membranam influit: flauo autem, si biliosum. Cæterum, si pituitosus primum sit is succus, qui et cõclusus demũ putrescat, atq; sit deinde in causa fluxionis phlegmonẽ gignentis: tũc spumosa excreãt. Sed quandoq; vel niger erit screatus: quũ biliosa, inquã, sanguinolẽta ve fluxio affatur. Quare oĩa hęc cũ partis affectę, & ipsius affectus dignotiõe, ẽt fluxionis indicãt differentiã.

De reliquis capitibus, quibus morbos, & affectas partes dignoscimus. CAP. 16.

EX his ergo, quæ dicta sunt, perquàm manifestum est, necessarium fore ad affectus, lociq; affecti inuentionem, tum vniuscuiusq; affectæ partis substantiam, tum eiusdem etiam cum alijs vicinis nouisse communionem. Nec minus præterea constare arbitror, si etiam nunquam de hoc mentionem habuissem: nihil referre si positum dicamus, aut compositionem, aut cum vicinis societatem. Ad hæc quoq;, ex illis quæ diximus liquere potest, esse necesse omnem cuiuscunq; particulæ actionẽ functionem q; callere, & insuper morborum, ac symptomatũ genituras, proinde q; & morborũ effectrices causas. Nimirum videntur hęc oĩa ad notitiã affectarum partium vnà cum ipsis illarũ partiũ affectibus, ac etiã ad morborũ illarum differentias pernoscendas, summe esse necessaria. Atqui & magnitudo, & mores morbi cuiuscunq; ex his ijsdẽ cõprehenduntur: magnitudo quippe ex affectionis, quæ in illis est, & symptomatũ præterea illã cõsequentiũ magnitudine: mos à morbi differentia symptomatibus q; insequentibus. Vt statim in exẽplo proposito, perniciosissimus succus est atra bilis, quũ alijs pręualuerit, vtpote q̃ præ cęteris, & corrodat & maligna admodũ sit, concoctu q; difficillima, & ad purgationẽ ineptissima, atq; etiã plurimũ indicet calorẽ, à quo sit per assationẽ genita. Omniũ mitissimus sanguis, qui & dulcissimus sit, & ad concoctionẽ facilis: mediũ in simplicitate, & malignitate reliq duo locũ obtinẽt. Ex symptomatibus, vt nihil oĩno expuere pnitiosum est, partim q; significet fluxionẽ in phlegmone quasi deinctã teneri, partim vero qa ea vniuersa interius cõtenta corrũpetur: ita screatus facilis, & ꝓcul à labore, saluberrimus ẽ, et lõge ẽt magis si cõcocta expuanṫ. Aliogn & pulsuũ symptomata morborũ mores ostẽdunt, et ꝑterea q̃cunq; alia ex cõsensu solẽt cõseq, sicut deliria, somni immoderati, fastidia, lotia, & alui deiectiones hoc aut alio modo factæ. Erit igiṫ his oĩbus, q̃ recensuimus exercitatio adhibenda, si eã facultatẽ asseq voluerimus, qua facile possimus affectas partes, morbosq;, ac eorũ mores magnitudinẽ, et differentias cõprehendere. Ab illis eisdẽ aũt locis erit & ratio pręsagiendi euentus morbi petenda, & insuper

A & insuper commodi vsus remediorum. Præsagia etenim & medicum ab omni mortis culpa immunem reddunt, & ægros ad obtemperandum faciles, occasionemque remediorum præmonstrant. At vero quod aptus remediorũ vsus id sit, quod in arte præcipuum est, & propter quod is sermo vel vniuersus institutus sit: omnibus iam satis constat. Et nos nõ multo post docebimus, quo sit ex his, quæ nuper recensuimus, comparandus modo: nunc enim his, quæ exposuimus, finẽ imponere constitui. Nempe exemplo vnico, tum morborum ipsorum, tum vero earum etiam, quæ ab ipsis detinentur, partium dignotionem explicauimus. Sed, si & alterum quid nõ dissimile addiderimus, nihilo se res deterius fortassis est habitura. Excrementorum enim species multorũ notitiam affert, quæ tamen & corpus secum cõnexum habet, è quo illa excerni videmus ita, vt ex his ambobus simul coeuntibus vna stabilis euadat indicatio. Quippe quia si membraneũ, verbi gratia, corpus excernatur, quod quidem ad id spectat, quod cernitur, insinuat partem quampiam exulcerari, quæ in superficie naturam habeat membranæ, quæ tamen ea sit, definite distinguere nequit. Locus autem per quem fit excretio, poterit nos ad affectam partem conducere: vtpote quia, si per inferiorẽ aluum deiciatur, vlcus in intestinis indicabit: si per superiora vomatur: in ventriculo: si per tussim excreetur: membranas, quæ asperas velant arterias, abradi monstrat: sicuti si mingatur: vel vesicam, vel pudendi meatum. Sed non parum præterea ad rem faciet ea, quæ primario

B affectu ab his, quæ per consensum laborant, distinguere: antecessione, inquam, & cõsecutione, magnitudine, & paruitate, insuperque causarum accessione, quæ vtriq; solent officere. Vnde multi male se habente ventriculo, cerebrum in consensum adducto, in eorum symptomata illapsi sunt qui atra bile vexantur, aut, si cõsentiant oculi: eorũ, qui suffusione. In his tamen, si diligenter quis obseruauerit, has affectiones tum cruditates, tum vero excrementa in ore ventriculi collecta consequi inueniet: & proinde eas ex his, quæ vẽtriculum lędunt excrescere: ex illis vero, quæ illi conducunt sedari. Cęterum non est in præsenti à nobis institutum vniuersam affectarum partium rationem exacte explicare, quemadmodum nec cuiuspiam partis alterius huiusce artis, sed solum inueniendi methodum insinuare, & quam cum fine istius artis cõnexionem habeat. Etenim erit deinde necesse, vt quisque perlectis nostris commentariis, in eis sententiis, quas in illis omnibus complexi sumus, multifariam se exerceat. Itaque ad prædictas methodos iam accedam, addito tamen eo, quod præsenti negotio necessariũ est. Arbitrere hoc etiam loco formam rei reperiri, quã deinde vt materiis accommodaueris, totã habebis substantiam. Porrò, quum particulatim omnia fuero persecutus, sicuti nũc paucis quibusdã exẽplis actũ est: erit tibi & hęc pars integre cõstituta.

C

De eligendis remediis, ipsorumque vsu, ex substantia, formatione, & situ partium laborantium. CAP. 17.

RElíquum autem est vt monstremus, quod sit necessarium ad commodum remediorum vsum, partis, quam curaturi sumus, substantiã exacte cognoscere, figuram q; & positum. Substantia enim affectus primos, qui intemperie consistunt, quantum à naturali statu aberrarint, ostẽdit: quantum q; calefacere, refrigerare'ue, humectare, aut exiccare oporteat. Figura vero morbos, qui ad ipsam spectant, de quibus sermo in superioribus habitus est, simul q; & eorum indicat magnitudinem, quippe quum eo maiores censendi sint, quo à naturali modo magis recesserint: & insuper ex ea cõprehenditur, quousq; sit opus ad ea, quæ ex natura sunt, per cõtraria reducere. Sed hęc ex proportione morbis in intẽperie respõdent: obstructiones aũt, & inculcationes ad hoc genus pertinent: quod vero præcipue, ac peculiariter indicat, est euacuationis modus, quę fit per oscula, & figuras, quas membrũ id assecutũ est, quod nobis curãdum offertur: aliquam tamen habet hac parte communionẽ cum illis indicationibus, quæ à positu prodeunt: de quibus iã agemus. Vt autem superuacaneũ videtur ea nunc explicare, quę in istis eandẽ videntur ad cognoscendã vel magnitudinẽ, vel quãtitatem vsus auxiliorum proportionẽ seruare: ita illa, quæ eximia, peculiaria q;

D sunt, exponenda sunt, posteaq̃ ea ad curationes indicationibus, quæ à forma prodeunt, mista magno sunt vsui. Sed hac etiam parte paucis quibusdam exemplis, vt tantũmodo methodum monstremus, sermonem expediemus. Obstructio sanè affectus quidã est partium instrumentariarum, qui in primis iecori ob eius tum structurã, tum vero actionẽ solet esse molestus. Nam venę, quę à portis deriuantur per vniuersam huius visceris partẽ cauam dispertitæ: tandẽ illis, quæ in gibba sunt, per quædam oscula sensum effugientia committuntur. Vniuersum vero alimentũ ex ventriculo in hunc vnum locum, qui ob id ipsum, quod nuper diximus, portæ appellatus est: refertur. Quemadmodum enim in vrbes nihil nisi per portas inuehi potest: ita nihil potest in iecur deferri, nisi prius in hunc feratur locũ: vnde in totam iecoris partem cauam subinde distribuitur, inde vero per eos, quos diximus, terminos in gibbã. Quare nil mirũ deinde fuerit, si viscus hoc & ob viarũ angustiam, & ob copiam pertranseuntis substantiæ, assidue obstructionibus arripiatur. Ei igitur curatio erit adhibenda, priusquã eæ nimis excrescant, febris q; accendatur, tum cibis, tũ medicamentis attenuantibus administratis: quia, quum multæ factę fuerint: non modo hæc nõ satis erunt: verũ & vacuatione erit opus: quæ deinde quo loco facienda sit: membri figura & eiusdem situs indicabit. Vnde ab his promoti, si quid in iecoris cauo cõprehensum sit, per intestina detrahimus: si in gibbo: vrinã cientibus vacuamus. Eodem etiã modo à mẽbri figura, situ q; docti, ea

quæ in pulmone, & pectore collecta vacuatione egent, per tusses purgamus: ad nares autē deducimus, quæ in cerebro. Sed non minus à membri figura, & situ desumpta est ratio sanādi partes à phlegmone detentas: siquidem horum quoq; primus scopus est euacuatio succi, qui in inflammatum locum decubuerit. At, quo illum modo euacuare expediat, ipsa illarum partiū, quę detinent, natura indicat: & hinc adducti, fluxiones, quæ in coxā decubuere, sectis venis in poplite, aut talo euacuabimus, & eas pariter, quæ in vtero cōprehensæ sunt: quæ in thorace, aut pulmone: per venam cubiti interiorē: sicut eas, quæ in capite, & collo: per humeralem. Ea quippe euacuatio facillime, & optime fit, quę p venas vicinas, & affines parti affectę fiat. Porrò & suā ex morbo habet indicationē, in halitum difflandum esse, quod in inflammatū locum defluxit: situs tñ ipsius affectæ partis variū deinde insinuat particularium auxiliorū vsum. Etenim quęcunq; in summa cute ortum habent, tale exposcunt difflatoriū medicamētum, quale ipsa indicat inflammationis species. Sed, quę in profundo, eò egent acrioribus medicamentis: quo magis ab exterioribus recessere, vt qñq; cucurbitulis vtendum sit, si sedē plurimum profundam habeāt, quod tñ inflammationibus in summa cute quā maxime aduersariū est. Nec minus etiam situs loci id exquirentis animaduertendus est, qñ astringente medicamento fuerit opus. Quia, si medicamentū astringens ipsum potest eò peruenire: nil vetat, quin id administremus: sin minus, cauendū tunc, ne humorē in locū affectū ex vicinis partibus impellamus. Quare vel aliquid immiscendū est astringēti medicinę, ꝙ eò vim illius pducat, vel ab illius vsu erit abstinendū: & proinde non parū quosdā offecisse noui, qui sanguinē è pulmone excreantibus vniuerso in orbē thoraci astringētia medicamēta adhibuere: prēter id enim, ꝙ vis astringētis medicinę nequit pulmonē attingere: sanguinē insuper, qui in thorace est, ad hoc ipsum viscus propellūt. Nēpe ista, quę hactenus dicta sunt, quātū ad psens quidem negotiū pertinet, satis esse existimo: quare, vt hoc vnū illis addidero, hanc, inquā, methodū formā tantū huius negotij cōtinere, ad alia trāsibo. Scientiā etenim, & disquisitionē, quę sigillatim de vnaquaq; pte habēda est, & ē veluti vniuersa huiusce rei substātia, in aliis libris trāsegimus.

De prænoscendi, ac diuinandi arte. CAP. 18.

MOx itaq; de pręsagio sermonē instituemus, vtpote ꝙ nō modo ad alia quędā, verū & ad curationē q; maxime videat vtile. Nimirū quisquis pręsagiendi artē primū constituere proposuerit: is necesse habet antea examinasse, an sicuti cuilibet rei animatę propriū vitę spaciū ex natura constitutū est: ita morbis ēt omnibus, vt nullo deinde pacto, si sit alicui illorū à natura tēpus duorū mensiū pręscriptū: possit is quatuor diebus absolui: an vero & in longū protrahi, & celerrime finiri possit. Verū, quia iā plures ex medicis, eorū, quę euentura sunt pręsagitores euasere: ab ipsis ēt vulgaribus nō amplius in quęstionē vertitur, possint ne vētura pręnosci, an secus. Sed potius perinde ac si hoc iā sit constitutū à medico sciscitant, quo tpis spatio morbus soluēdus sit. At fortasse res nostra nō est deterius habitura, si supponamus, nos nūc primū pręsagitricē artē constituere: nā & alia oïa hoc ptractauimus modo. Profectò hoc vnū si quępiā pręsagitio futura sit: in primis necessariū est esse nō nulla, q certo sint futuro tpe vētura. Sed deinde quęrendū est, quę nā ea sint, & quot: quia nō oïa, quę ęgrotāti sunt euentura, necessariā habēt generationē. Tumultus enim noctu excitatus, latratus canū, molesta nuntia, sępe insomnes reddunt ęgrotātes: tñ nullum horū, aut necessario fit, aut certo psagiri potest. Nūquid igit ea saltē, quę ex ipsa illius morbi rōne proficiscunt, habent vt & necessario fiant, & certo pręnosci possint? vel nec ea quidem oïa, quum repēte possit superfluens quispiā succus in corpore, interius in partē aliquā vitę necessariā defluere: possit ēt cōtra ab aliqua principe parte, ad ignobiliorē impelli: & subinde erit necesse, vt is, qui in principē partē fertur, extremū periculū, qui vero ab ea repellit, repentinā, inopinatāq; ęgrotāti salutē pręstet? Vnde in hisce statibus hoc tm̄ pręnosse datur, quod dubij, fallaces q; sint: quo tñ terminaturi sint, exquisite definiri nequit. Verūtñ, quum excremēta in locū aliquē decubuerint, nec defluant amplius, sed potius ibi detineant: aliquis in his dabit nobis pręsagiendi locus, quū probe nouerimus plures esse facultates, quibus natura animal gubernat: atq; etiā quę nā ipsarū sit differentia, pręterea q; ꝙ excrementa oïa, quę in vniuerso animāte cū sanguine deferuntur, nisi immoderata nimis copia cōstent, definitū & ipsa sigillatim tēpus habent, quo concoquant. Vnde, si cuiuscunq; humoris naturā exquisiuerimus, iā artificiali quadā cōiectura cōcoctionis rationē comprehendemus, si tñ cętera oïa circa ęgrotantē recte tractentur. Qm̄ quicquid in his erroris cōmissum fuerit: erit deinde in causa, vt vel serius morbus soluat, vel mors celerius aduentet. Et huiusce rei memoria in hoc vniuerso sermone prę omnibus aliis seruanda est: ꝙ solę nimirum pręsagitiones euenturę sunt, vbi & qui curat medicus fuerit pręstātissimus, & qui recte curet, ęger q; in nullo delinquat. Alioqui enim ridiculus esset, qui arbitraret, tale esse medicorū præsagiū, quale profitentur vates: hi enim hominem (ita dicā) nono die liberandum autumant, nec adiiciunt, si oïa recte agant: immo & idipsum se pręsagire pollicent, nimirū futurū ne sit, vt oïa recte, an perperā circa ægrotantes peragantur. At medicus non eo pędicit modo, quæ futura sint: sed nouit ipse, ꝙ si oïa, vt par est, expediantur, morbum septimo, verbi gratia, die solutum iri: ꝙ si error quispiam accedat, & is exiguus: excidet id ex septimo in nonum: si vero maior, in vndecimum: si adhuc maior, in quartumdecimū: & poterit euā ita maior fieri, vt pro certa salute periculū mox afferat.

Medicus

A Medicus quippe his duobus, morbo inquam, & naturę quasi colluctātibus animum, semper intendit: atq; dum discernit, quod nam horum robustius sit, primum quidem suum de salute hominis, aut interitu pręsagium depromit: deinde vero, quo alterū altero fortius esse nouit, eo & illius pręfinitum tempus agnoscit. Nec mirari quisquā debet, si quis robur vtriusq; recte perpendens, victurum tandem deprehendat: quum videamus quā plures gymnastas ex primis statim motionibus, quibus contra se inuicem luctantes feruntur, victurum pręnuntiare, & sępe ante partā victoriā, quod q; celerrime aduersarius succumbet. *hoc autem agunt quum alterum altero nō parum: viderint validiorem: Quare ex alia nulla exercitatione salutem aut interitum pręnoscet, pręterq̄ ex exacta virium, tum morbi, tum naturę notitia: ex qua etiā vtriusq; pręfinitum tempus exquirit. Vt enim celerrime soluendus morbus est, quum validiores vires fuerint: ita cito mors aduentabit, si hæ imbecilles sint, morbus vero fortior. Sed magnitudo excessus horum tempus indicat, quo hęc futura sunt. Ab his igitur scopis habet medicus, vt futurorum sit pręsagus. Qua vero exercitatione ipse hos pernoscat scopos, in libris nostris de iudiciis abunde actū est: tamen in his quoq; in pręsentia vniuersalem methodum, vt in aliis omnibus factitatum est, explicabimus. Naturę robur ex propriis illius actionibus comprehendes, in primis autem ex pulsu, siquidem is est

*hæc oīa, quæ sequūtur, v[illegible] ad alterū ast[illegible] scū de[illegible] in græ. cod. Aldino.

B vitalis facultatis opus: morbi vero magnitudinem, ex suis symptomatibus. At quatenus alterum altero præualeat: concoctio, cruditas'ue monstrat, quas subinde ex propriis agnosces excremētis: quę enim in ventriculo conficiuntur, deiectiones monstrant: quæ in vasis, lotia: quæ in toto corpore, sudores: quo etiā modo reliquæ omnes se habent, quæ in vna quapiā, vel pluribus particulis eduntur: nam, quæ in thorace, aut pulmone, ex his, quæ tussi reiiciuntur: quæ in vesica, aut renibus, ex his, quæ cum vrina deferuntur. Cęterum ea, quæ deiiciuntur, vires quoq; partis cauę iecoris, & mesenterij, quomodo se habeant, ostendunt: ita & reiecta per vomitum, ventris superioris, stomachi q;: & quæ per palatum, nares'ue, aut aures, quo cerebrum modo sit affectū, insinuāt. Quibus omnibus hoc commune est, nunquam morbum solui posse, nisi prius in excrementis cōctionis signa conspiciantur. Vnde siue aures male habeant, siue oculi, siue fauces, &, vt summatim omnia dicam, concoctiones omnes celerem crisim, salutis q; securitatem indicāt: cruda vero inconcocta q;, & ea præterea, quæ in prauos vertuntur abscessus, vel nullā crisim, vel labores, vel prolixum tempus, vel mortes, vel recidiuas nuntiant. Hæc vero quantum ad negotiū præsens spectat, sufficiant: nam particulatim oīa sunt pertractata in libris propriis, nec illis quidem exiguis, vtpote, qui vniuersa ferè complexi sint theoremata: in quibus sunt, qui de pulsibus, quiq; de iudi-

C ciis, decretoriis q; diebus sunt inscripti: in his enim tribus cōmentariis ea explicant, vnde quisque in primis pręsagire potest. Iam igit̄ mihi videt̄ vniuersam curandi methodū ad finem peruenisse.

De arte præcauendi morbos, & valetudinis tuendæ. CAP. 19.

VErum quoniam operæpretiū insuper est eos procurare, qui à morbis euasere, vt vires recuperent: & præterea, vt hi, qui in morbos procliues sunt, custodiātur, atq; vt ij, qui prospera & inculpata fruuntur valetudine, conseruentur: reliquum est, vt de his quoq; tribus huius artis partibus, quæ supersunt, constituendis, sermonem q; breuissimum tamen habeamus. Itaq; quum sit à nobis dictum superius tria esse eorum vniuersa genera, quæ præter naturam sunt, causas, affectus, & symptomata: pars, quæ valetudinem tuetur, eam græci prophylacticen appellāt, si modo illa sit pars artis huius, circa primum versatur genus. Etenim, si humorum, vel copia, vel prauitas, si obstructio, si vis aliqua corrumpens in corpore suboriatur, homini periculum affert, ne q; primum in morbum illabatur, qn̄q; vero ne extreme periclitetur. Verū sępe hæ causæ sunt cognitu difficiles, quum nullam ferè homini molestiā præstent: statim enim morsus canis rabidi nullum peculiare signum, antequā propè instet rabies, in corpore reliquum est, adeo vt medico necesse sit has ex ægrotantibus causas sciscitari, & quid cuiq; euenerit: quum tamē humorum copia, aut eo-

D rundem prauitas, aut aliquem excitet in corpore tumorem, aut quodpiam viscus oppilet: potest id ex symptomatibus quibusdam intelligi, quæ medium inter ea, quæ in sanis reperiuntur, & ea, quæ ægris eueniunt, locum seruant: quippe, quum ea, quæ sanis insunt, ex natura sint omnia, & omni culpa vacent: quæ ægris, vt præter naturam sunt: ita etiam culpanda: quæ vero media sunt, ad genus quidem eorum, quæ morbis eueniunt, attinent: verum adeo sunt magnitudine exigua, & viribus imbecillia, vt nō dum * solitas vniuscuiusq; actiones lędere queant. Neq; enim, si dolor quispiam aliquem, vel secundum caput, vel secundum aliam quampiā partem infestet, statim tantus est, vt hominem lecto decūbere cogat. Neq;, si grauedo præterea caput, aut præcordia, aut alias partes, vel alia viscera detineat, tanta etiam erit, vt à consuetis functionibus desistere faciat. Corporis etiam tumor, aut gracilitas, decoloratio, pigritia in motu, procliuitas in somnum, vigilia, non sufficiunt, vt ab actionibus, quibus ad vitæ munera peragenda egemus, detrahant, nec cibi appetētia, vel nimis adaucta, aut omnino ablata: nam & hæc ambo ad corpus pertinent nō integre sanum: sicut nimia siti torqueri, vel eius esse nimis expertem. Secundum stomachum etiā, vel ventrem morderi, aut se lassum sentire: quippe hæc est ferè eorū formula, quæ illis contingūt, qui procliues sunt in morbos. Affectiones vero, quæ ea pariunt, per contraria (vt iam à nobis dictum est) sunt corrigendæ, si tamen hæc res ita summatim tractanda est, sed si particulatim transigenda:

genda: omne exuberans vacuandum est, vt tamen prius distinguenda sit exuberandi ratio: quantitate ne, an qualitate, aut etiam vtraq; ratione exuberet: & quod deinde potest iterum ad naturalem statum redire, per cōtraria alteretur: vt, quod crassum lentum q; est, attenuetur: quod tenue, crassius reddatur: ambo vero pariter concoquantur: obstructiones præterea aperiantur, quæ toto sui genere sunt præter naturam, qualia venena, virus q; animalium, tum alterent, tum euacuent. Alteratio autem per contraria fiat, quę vel tota substantia aduersantur, vel altera, vel vtraque qualitate: sed euacuatio, per ea, quæ vim attrahendi habeant. Cęterum hæc omnia, quibus sint peragēda remediis, ab ipsis affectibus petēdum est. Quia, si omnes pariter humores accreuerint, maxima atque præcipua eorum euacuatio erit per sectam venam: deinde vero per frictiones, per exercitationes, per balneas, per inediam: nec alia etiam erit euacuandi ratio, quum solus sanguis modum excesserit: ubi autem flauæ, vel atrę bilis succus, vel serosus humor, opus quidem est euacuatione, non tamen eodem modo, etenim si ea excremēta in primis venis contineantur, purgāda sunt his quæ aluum cieant. Si in aliis, & tenuia, aquosa q; fuerint, per vrinam: si biliosiora, per purgatoria. Veruntamen possunt & tenuia alui deiectione purgari. Sed quæ totum corporis habitum occupauerint, quum tenuia fuerint, aut sudore, aut medicamentis, quæ cuti applicita vim exiccandi habent: quum vero biliosa, primum quidem purgatione egent, mox & euacuatione per cutim. At, quum pituitosus humor exuberauerit, si salsus sit, purgādus est: si acris, experiundum, an possimus, naturæ ad illum concoquendum opem ferētes, alterare: & longe etiam magis, si dulcis sit: erit enim concoctu facilior. Porrò ad concoctionem conducit quies, moderata calefactio; cibi parcus vsus, boni tamen succi, potus vini parum calfacientis, exiguum vero calorem & moderata frictio inducere valet, & vsus præterea moderatus aquarum calidarū, insuper q; cibi, ac medicamenta temperate calefacientia. Obstructiones remouent quæcunq; vel esculenta, vel poculēta, vel medicamenta attenuant. Verum, qua deinde ratione sint harum materię reperiendæ, aut iudicandę, exposuimus nos in eo libro, quem de facultatibus simplicium medicamentorum, & in illo etiam quem de attenuante victu inscripsimus.

De arte, quæ reficit conualescentes ex morbis. CAP. 20.

IAm igitur tēpus erit, vt ad illos, qui à morbis reficiūtur, transeamus: in quibus nulla causa, nullus'que affectus præter naturam, sed sola est gracilitas, simul q; & virium imbecillitas. Et proinde, qui se hoc habent modo, in naturalem habitum reducentur, si moderatis cibis & motionibus reficiantur & corroborentur. Et nos in libris de tuenda sanitate, materias, quibus hi & alendi & exercendi sint, explicauimus, ne tamen aliquid huic videatur deesse sermoni: non modo partis refectricis, quę analeptice dicta est, sed vniuersi etiam salubris negotij methodus hoc quoque loco repetenda est. Primum'que cuius'nam ea sit generis, num ad id pertineat, quod pręsentia tuetur, vel eo tantum à parte curatrice differat, q in minimis quibusdā corrigendis versetur. Si enim corpus suum diutius statum seruaret, nulla esset arte opus, quæ illi præesset: hoc quippe in causa est, cur scientia egeat, cuius curæ demandatum sit, quia vitiatur, nec in eodem semper statu persistit. Nempe si solum hoc illi eueniret, vt in halitus difflaretur, & subinde inaniretur: cibus potus'que defectum illum reficere posset: at, quia humorum copia, praua q; præterea gignuntur excrementa, exercitationibus egemus: earum enim munus est superfluentem quidem succum euacuare, excrementa vero concoquere & expurgare: si tamen causæ omnes vitentur, quibus vitiari potest sanitas: refrigeratio inquā, æstus, lassitudo, cruditas, ebrietas, vigilia, mœstitia, ira, furor, & alia omnia, quę in eodem cum his ordine sunt. Neque enim ea sigillatim recēsenda sunt, quum argumentum id, quod à principio est à nobis institutum, iam ferè absolutum sit. Nam institueramus omnes partes medicinæ non quidem exacte disquirere: sed tantummodo monstrare, medicinam nō secus ac alias artes, suam à finis notione constitutionem esse sortitam.

Medicina quo nam in genere sit artium effectiuarum. CAP. 21.

QVod tibi est à nobis confectum: reliquum est, vt vniuersam medicinæ rationem per capita resumamus, illius'que cum cæteris factiuis artibus comparationem. Igitur medicina est è numero artium factiuarum, non tamen vt ædificatoria, vel fabrilis, vel textoria: sed vt ea potius, quæ labefactatas ædes instaurat, vel dilaceratas vestes consuit. Harum vero, vt monstrauimus, duplex est constitutio: nonnunquam enim ipse sibi artifex exemplum confingit, quandoq; autem, quod exterius consistit, contemplatur. Medicinam vero nos ostendimus esse in hoc secundo genere, vtpote, quæ minime sibi vllum confingat exemplum, sed omnia ex corporis dissectione contemplatur, & subinde, si quid vitiatum sit, corrigere conatur. Sed hoc differt ab aliis artibus, quod maxima ex parte se naturæ operanti ministram præstat: tamen medicus vniuersam eam contemplationem, vnde ipse excitatur, vt minister, corrector'ue euadat, similem habet ceteris omnibus factiuis artibus: qui & similarium partium substantiam nouit, & modum generationis instrumentariarum, pariter q; affectus inuenit, scopos q; pręterea eorum curandorum inuestigat.

GALENI ASCRIPTAE FINITIONES MEDICAE

Bartholomęo Syluanio Salonensi interprete.

FInitionum tractationem cum medicis omnibus, tum vel maxime introductitiis iuuenibus longe vtilissimam decreui, vt medicorum optime Teuthra censuisti, colligere, ac scriptis mandare. Cum enim medica ad vsum vitæ ars conferat, sit'que ad hominum salutem inuenta, ac pulchra nec pauca præcepta contineat, neque eam assequi facile esse videatur vtilissime erunt finitiones: vt quæ multa docere paucioribus possunt. Optimum enim in artibus, scientiis'que omnibus genus docendi id est, quod non verbosa oratione, atque in infinitum excurrente, sed paucis contenta perbelle dignoscitur. Veteres quidem, qui'q; ante Hippocratem fuere, in quorum nos volumina incidimus, nec aliqua finiuerunt, quæ ad artem pertineant, nec libros complures, sed paucos admodum reliquere. His igitur iure laus debetur, quo'd animum applicuerint primi, ac vitæ emolumentum aliquod inuenire studuerint. Post hos vero exortus Hippocrates medicinam literis prodidit, finiuit'que C eam || in libello de arte: ille nimirum, qui semper bonorum auctor ac princeps fuit: cuius apud Græcos omnes memoria in æuum durabit, quãdoquidem publice est de omnibus benemeritus. Cęterum, qui ab iis temporibus extitere, finitiones perscripserunt, tametsi ne ij quidem omnes. Sedulam autem in ea commentatione operam nauasse videntur sectatores Herophili, & Apollonius Memphites, & præterea Atheneus Attalensis: verum hi quoque nec decenti vsi sunt ordine, nec tractatum composuerunt, sed in libris conscripsere passim: nec ea præterea plene descripta sunt, non enim omnia, quæ ad medicinam spectant, finiuere. Porro', quod vera commemoremus, licet dictorum virorum libros euoluentibus discere. Nos vero longum sermonem ingressi, finitiones'que a' maioribus proditas ad verbum describentes, iustum ipsis imponemus ordinem: &, si quæ ab antiquioribus dictæ non sunt, conficientes ipsi, construentes'que, vt tu quoque operæprecium esse censuisti, absoluta collectanea concinnabimus. His ego bone Teuthra mihi persuadeo nec fuisse iuuenibus instituendis, nec fore vtiliora: atque hæc hactenus. Primum autem, necesse est, dicamus, quid sit vtilissimum, ac quid doctrinæ ordini maxime conueniat: & quid ipsa finitio sit aperiamus: tum finitiones dehinc subnotandæ.

Non longe a' principio.

D Finitio igitur, seu græce ὅρος, ex non nullorum sententia est oratio, quæ, quale sit illud, de quo sermo est, declarat. Finiri autẽ & hoc modo potest. Finitio est oratio mentis cõceptionis. Quidã sic quoq; finiuerunt, Finitio est oratio, quę perfectionem per resolutionẽ adipiscitur. Finitio est, quę nos breui submonitione in rerũ vocibus subiectarum notionẽ ducit: vel, Finitio est oratio, quæ ipsum esse declarat: vel oratio, quæ nobis intelligẽtiam rei indicat ac pala'm facit. Diffinitio vero, quam scilicet Græci διορισμὸν vocant, est rei, quæ velut vniuersaliter dicitur, sed vniuersalis non est, per appositionem ad vniuersale deductio. Descriptio est oratio, quæ rudius, ac quadam veluti formula ad declarandæ rei notitiã introducit. Alij sic, Descriptio est oratio, quæ res per rudem imaginẽ repręsentat. Scientia est cõprehensio certa, & firma, neq; a' ratione decidua: licet, & hoc modo finias: Scientia est habitus, qui opinionem præbet ex visionibus haud ab ratione decrrantem. Ars est cõprehensionum globus commeditatarum ad finẽ aliquem rerum, quę sunt in vita, perutilem. Vel sic, Ars est cõmeditatarum globus cõprehensionum ad vnum finem relationem habẽtium. Hippocrates || in libello de arte medicinam ita finiuit, quã primus quoq; medicinã nominat: esse enim inquit a' morbis prorsus vindicare laborantes, & morborũ obtundere vehementias, & morbo profligatis manum non admouere, intelligentes compotẽ {non} esse horum omnium medicinam: plures hoc pacto finiuere, Medicina est ars, quæ præest sanis victus

Ibidem.

ratione regendis, atque ægrotis curandis. Secta, est decretorum multitudinis assensio artificiose E constructorum, atq; ad vnum finem relationem habentium. aut sic: Secta est decretorum multitudo, quæ tum se mutuo consequuntur, tum consequi apparent, aut putatur. possit & ita quispiã dicere: Secta, est dogmatum multitudinis consensus, quæ se inuicem, & apparentia consequuntur, aut consequi existimantur: inuenitur & finitio huiusmodi quedã: Secta, est assensio dogmatum multitudinis, quæ tum ad seipsa, tum ad apparentia cõsequentiam habent. vel ita: Secta, est assensio ex dogmatum multitudine, sequelam inter se ad vnum finem habentium. Decretum seu dogma, partim proprie, partim cõmuniter dicitur: cõmuniter, rei consensio in actu: proprie autẽ magis rationalis secta dogmatica vocata est. Medicinæ sectæ duæ sunt primę, Empirica, & Rationalis, & tertia Methodica. Quartam autẽ sectam inuenisse videtur Agathinus Lacedæmonius, quã grȩce *ἐπισυνθετικὴν, quasi supercompositiuam dixeris, nominauit: non nulli vero hecticen, id est habitricem, appellarunt. Est Empirica secta earum rerum, quæ sæpissime numero, ac secundum idẽ, atq; eodẽ pacto quodã modo visę sunt. Rationalis aũt secta rerum abditarũ scientia atq; operibus cõstat, quę hanc in medendo cõsequunt̃. Methodica, est ratio, quę ab apparente progreditur, & incomperti comprehensionẽ facit: vt, si sunt sudores, sunt exigui cutis meatus: apparens enim res sunt sudores: esse autem meatus incompertum est. Syllogismus, est ratio, in qua positis F quibusdam aliud quidpiam ab iis, quæ posita sunt, quod ante ignorabatur, per necessitatem colligitur. Epilogismus, est ratio, quę id, quod ab intelligentia diuertit, in firmam certam q; notitiam adducit. Speculamen, seu potius grȩce Theorema, res est vniuersalis, quæ medicinæ fini consequens ponitur: vel proloquium vniuersale medicinæ completiuum. vel Theorema, est id, cuius cõtrarium raro euenit. Opinabile anceps, quod grȩci ἀμφίδοξον vocant, est id, cuius perinde euenire contrarium potest. Finis, est cuius gratia res medica administratur. aut hoc modo: Finis, est id, ad quod quęcunq; medicę artis sunt, referuntur. sic quoq; finias licet: Finis in medicina, id est, quod si assequuti fuerimus, nihilo præterea egemus. Consummatus medicus est is, qui in speculatione & actione numeros oẽs expleuit. Optimus est, qui omnia in medicina recta agit ratione. Homo, est animal rationale mortale, mentis capax & sciẽtię. Animal, est substãtia animata sensu prędita, quę impetu mouet̃ ac voluntate. Anima, est substantia incorporea, quæ per se, ex Platonis sententia, mouetur. Stoicis vero, corpus tenuium partium, quod ex seipso pro seminis mouetur rationibus. vt autem opinio fert Aristotelis, entelechia seu perfectio instrumentarij corporis physici vitam facultate obtinentis. Corpus est magnitudo triplici dimensione cõstans: quippe cũ longitudinem in seipso, & profunditatem, & latitudinem habeat. vel magnitudo ex spatiis tri- G bus consistens. Elementũ, est, ex quo primo & simplicissimo progenita omnia sunt, & in quod simplicissimum resoluentur. Athęneus vero Attalensis in tertio volumine ita inquit, Elementa medicinæ, vti nõ nulli arbitrati veterum sunt, calidum, & frigidum, & humidum, & siccum: ex quibus homo primis apparentibus & simplicissimis minimis q; est constitutus, & in quæ vltima apparentia & simplicissima ac minima resolutionem capit. Elementatio, est eorundem doctrina secundum idem eodem q; modo. alij sic: Elementatio, est *forma ab elementis ad finem. Constant corpora nostra ex solidis, & humidis, & spiritibus. Solida sunt ossa, chartilagines, nerui, musculi, venæ, arterię, & quę in contectu sunt viscera. Humida, humores, & excrementa. Spiritus vero, natiuus calor est in corde desitus. Anatome, hoc est dissectio confectio ue, abditarum partium speculatio est. Confectionis species duæ sunt, altera, quam de industria aggredimur: altera, quæ casu euenit: per industriam cõstat ea, quam tradunt dogmatici partium occultarum gratia vel in viuentibus, vel in mortuis: & vel in totis, vel in partibus: casu euenit, ex iis, quę contingunt, vt ex vulnere magno accepto: soli autem hac vtuntur empirici. Chirurgia, est intrepidarum manuum celer motus cũ experientia. vel actio in medicina per manus artificiosa, conuenientis finis compos. Pericrania, membrana est neruosa totam caluariam complexa. Meninges, sunt, quę cerebrũ H ambiunt corpora neruosa arteriosa que. Cerebrum est album, molle, velut ẽ spuma quadam concretum, humidum & calidum. Cerebellum, secundum locum a cerebro obtinet, similis cum eo naturę, ac coloris. Dorsi medulla cognata cerebro est, cęterũ pinguior, candidior q;. Oculi, sunt, qui ex quatuor constant tunicis, neruosi, sensum obtinentes subiectorum colorum, magnitudinum, ac figurarũ. Aures, neruosæ, & chartilaginosæ, quæ voces earum q; differẽtias sensu diiudicant. Nares, neruosæ, chartilaginosæ q; sunt, odorum perceptrices. Lingua, venosa est, & carnosa, subpinguis, saporum gustatrix, adiutrix deglutiendo alimento. Larynx, chartilaginosus est, per quem spiritum attrahimus, voci concinnandæ alioqui deseruiens. Pulmo, est arteriosus, ex leuigatis, asperis que constans arteriis, fungosior, respirandi instrumentum. Thorax, est ex venis, & arteriis, & neruis ad respirationem incitandam a natura constitutus. Cor, neruosum, musculosum, venosum q; est, habet q; arterias, coni figura, suppingue, ex quo arteriæ exoriuntur, ac venę, per quas sanguis, ac spiritus immittuntur. Septum transuersum, est neruosum, viscera, quę in thorace ab iis, quę sub thorace sunt, dispescens ac separans. Iecur substãtia venosum est, & calidũ, ac sanguine affluens, primam q; generationẽ sanguinis plurimam molitur: ventriculo quoq; ad concoctionem obeundam pręsto est, sua ipsum propinquitate concalefaciens. Lien, venosus est, arteriosus q;:

*Nõ nulli gręci codices sint ἐκλεκτικὴν, id est electricẽ.

* Forte pro τ̃ εἴδος, i forma legendũ ὁδὸς, id est via.

A arteriosus q;: qui cum tenuia vasa, atq; inter ea cauitates multas obtineat, ob id rarus, laxus q; est. Stomachus, neruosus est, & arteriosus, instrumentum appetitus, ac deuorationis: vel etiam meatus humidi, sicci q; alimenti. Ventriculus, neruosus, alimẽti humidi, & sicci receptaculũ est, ad id concoquendũ præparatus. Intestina, neruosa sunt, alia ad excipiendum, alia ad excernendum recrementũ progenita. Renes, carnosi sunt, carne constant friabiliore. Isthmi humidi excremẽti, ac veluti lacunæ à natura conditi. Vesica, est neruosa, humidi recrementi conceptaculũ, eiusdem q; excernendi instrumentũ. Testes, carnosi, perfragiles q; sunt, humidi & calidi, meatibus contenti seminis, qui parastatæ à Græcis dicunt̃, concoctioni opitulantes. Parastatæ, sunt (quasi latine astites nominentur) qui ex vena, & arteria constant in vnam naturam consertis, semen confouentes. Matrix, id est vulua, foris neruosa ẽ, intus carnosior, vas fœtus gestãdi. {hęc à gręcis ὑστέρα, quoq; appellatur, ꝙ ὑστάτη, id est postrema sit partium omnium.} Excretio, est delatio excrementorum corporibus adherentium. Stercus, est expurgamentum alimenti in concoctionis, digestionis q; consummatione discretum. Vrina, est superfluitas excolata sanguinis in magna vena, quæ per renes, & vreteras in vesicã delabitur. {aliter, Vrina, est excrementum, quod in iecore gignitur, discernitur in renibus, per vreteras in vrinariam vesicam deriuatur, excernitur q; inde per eius col-

B lum, οὐρήθρας nomine, Gręcis appellatum ex eo, ꝙ per eam vrina deferatur. Efficiẽs causa est vrinæ, sanguinis generatio in iecore * supprimitur, vel per sanguinis in grumulos concretionem, vel ꝙ genitalium meatus concidat ac cohęrescat, vel ob renum consensorium affectum, vel propter vlcerationẽ. Vrinæ suppressionis appellatio prima, est ischuriasis, cũ vrina retinetur: secunda, dysuria, in qua vrina quidẽ fertur, sed cũ difficultate: tertia, stranguria, ex eo dicta, ꝙ vrina στραγγοειδῶς, id est guttatim destillet.} Humores quatuor sunt, ex quibus aĩal consistit, sanguis, pituita, biles duæ, flaua, atra q;: hæc enim ẽt elemẽta corporis medicorũ filij vocãt: qñquidem sanguis, calidus, humidus, dulcis q; est: pituita, frigida, humida, salsa, glutinosa q;: flaua bilis, calida, et sicca, acris q;, ac mordax: atra vero, sicca, frigida, acida, atq; grauissima. Sãguis calidus est, & humidus, in venis copiosus, in arteriis paucior, ex quo alitur aĩal. Pituita, frigida est, et humida, ad ciborum deuorationẽ, & articulorũ motum à natura subiecta. Bilis flaua, calida est, & sicca, ad stomachi robur, ac vẽtris excretiones cõparara: Bilis atra, frigida est, & sicca, vti diximus, et acida, & grauissima: sedem habet in liene: mista aũt in sanguine est: itaq; ab eo secernitur, ne crassus, ignauus, ac digestu difficilis reddatur. {Quatuor pręterea melancholici humoris differentię sunt: primus est elementarius: dein qui ex superassata flaua gignit̃ bile, quẽ bituminosum quoq; nominamus,

C ꝙ bituminis instar splẽdeat: & qui ex terrificata, seu putrefacta pituita oritur: & qui ex fœculẽto sanguine consistit. Bilis flauę sex discrimina habent̃: bilis elementaria, vitellina, glastea, porracea, æruginosa, & pallida. Pituitæ differentiæ, dulcis, salsa, & qualitate carens. Humores itẽ tribus modis in vẽtriculo degunt: nã aut innatãt, aut imbibunt̃, aut inducuntur.} Mucus, est expurgamentum cerebri, quo pars animę princeps leuet̃. Sudor, est tenuis, ac serosę colatura humiditatis sanguini immistę. Vena, est vas sanguinis, & sanguini cõtemperati spiritus natiui, neruosa, humida & calida, sensum obtinens. {habet tñ sanguinis plus, natiui spiritus minus}. Arteria, est vas sanguinis paucioris, purioris q;, & cõtẽperati spiritus genuini copiosioris, ac tenuioris, calidior & siccior, ac sentẽitior, ꝙ̃ vena, pulsatili motu pręcdita. {Aliter, Arteria, est corpus cauum, duplici cõstans tunica, * spiritũ vitalem suppeditans: excipit & purum aerem, dum attollitur, & cor, ac naturę calorẽ refrigerat: dum vero contrahitur fuliginosa, ac fumosa excernit recremẽta. Vsus igitur pulsus is est, vt per aerem refrigeret: aeris quoq; ipsa substãtia, ꝙ spiritui nostro addatur, generatio, additio q; est spiritus animalis.} Neruorũ tres differẽtię sunt: qui enĩ ex cerebro, & dorsi oriuntur medulla, ij proprie nerui: qui ex musculis, tendones: qui uero ex ossibus, ligamenta appellantur. Nerui, qui à cerebro, eius q; membranis cõmunes expullulãt, ficciores venis, ac minus

D calidi, & arteriis sentiẽtiores sunt, ac voluntarios motus absoluunt: qui autẽ ex ossibus prodeunt, articulos, & corporis membra colligant, ac continent. Musculi, sunt neruosa corpora, permista iis etiam carne, ad partium corporis motum procreati. Periostęę membranę, sunt inuolucra tenuia, fibrosa, uelut indumenta ossium à natura cõditæ. Pinguedo, est affusio alimenti, circa mẽbranas maxime cõcrescens, sensu carens. Caro, cõcreta ex sanguine est, humida, & calida, mollitudinẽ q; corpori adhibens. Medulla, in ossibus est, eorum cauitatibus contenta, pinguis, ac sensu uacans. Chartilagines, corpora sunt terrosiora, ac sensus expertia. Ossa, sunt corpora sicca, & terrestria, & frigida, nec sensum obtinentia. Dentes, sunt, qui cibum diuidunt, atq; conficiunt, non nihil & ad uocis articulationem conferentes. {Vraniscus, id est paruum cœlum, quod latine palatũ dicitur, pars est oris superior, à cœli similitudine nomen accipiẽs. Gargareo, seu columella, caruncula est à faucibus dependens, uocis instrumentũ. Præsepiola, siue alueoli, sunt cauitates ossiũ, in quibus dentes firmant̃.} Vngues, sunt neruorũ terminatio, decoris gratia ꝓgeniti, ac quo facilius quicq̃ sit apprehendere digitis. Alij sic, Vngues, sunt cutis cõcretio sicca, & frigida, ac sensus impos. Pilus, est corpus frigidũ, & siccũ, sine sensu, ad tutelam, ornatum q; genitus: {ornamenti quidẽ gratia, in capite, & mento: in genis autẽ, & superciliis, ad usum: oriunt̃ in capite plurimi, ob cutis siccitatem, ac fuliginosorum copiã excremẽtorum, quæ sursum ab infernis partibus ad ea loca mit-

tuntur. Densantur porrò his de causis in ætate vigentibus, tum q excrementorum copia præditi E sint, tum q cutis meatibus constent amplioribus: nec sit in iis cutis arida nimis vel mollis: contra vero in pueris, qm̃ nec fuliginosorũ excrementorum subest multitudo, neq; facti sunt in iis meatus: magis q; ob angustiam id genus meatuum. Cęterum caluescunt hoies duabus de causis, ob siccitatẽ exuperantẽ, ac pilis conuenientis alimenti defectũ.} Cutis, est corpus neruosum, ambitum corporis honestamenti gratia totũ operiens, ac noxiis causis arcendis procreatum. Semen, est vis in humido conspersa, rationem huius continens: quę vis, si cõgruas nanciscatur rationes, atq; materias, in hois generationem explicať: vel aliter hoc modo: Semen, est humor in vasis, quę à testibus exoriũtur, cõtentus, calido spiritu constans, ex quo nasci hoiem licet: vel, Semen, est spiritus calidus in humido, qui ex seipso moueť, ac gignere tale potest, quale id, à quo emissum est. {vel auulsum materialis aiæ partis cũ spiritu humido.} Zeno autẽ Citieus ita finiuit: Semen est hois abstractum, ac maiorum mistura, quod homo cum aiæ parte humida transmittit, vtique tale existens, quale id, à quo excretum est. Natura, est ignis artificialis, qui via in generationem tendit. {mouetur q; ex seipso efficaciter} siue, vt Plato inquit, ars diuina, {vel, Natura, est vis, quæ ex seipsa moueť, auctor formationis, generationis, perfectionis q;. ‖ Dicitur natura & vniuscuiusq; rei temperamentũ, atq; habitus: motus quoq; per impetum excitus, &, quæ animal moderatur, facul F tas natura nuncupatur à physicis viris, Hippocrate, inquã, & Galeno, vtiq; naturæ, ac medicinæ peritissimis.} Natura itẽ, est spiritus calidus, qui ex sese pro seminariis rationibus mouetur, qui q; in præfinitis certis q; tẽporibus, ac magnitudinibus hoies generat, perficit, atq; conseruat. Habitus, est spiritus cõtinens partes, ac cohibẽs. Appetitus est {cibi & potus} desideriũ, inquisitio q;. Deuoratio, est solidi, & humidi in ventriculũ attractio, quę à stomacho fit: vel hoc pacto: Deuoratio, est ingestio humidi, solidi q; alimẽti, quę ex ore per stomachũ in ventriculũ fit. Concoctio, est mistio, & succatio, velut elixatio alimẽti, in vẽtriculo, atq; intestinis, in digestionẽ per mutationẽ absoluta. aliter: Cõcoctio, est cõfectio alimẽti p mutationẽ in vẽtriculo, & intestinis. vel sic: alteratio prõpta ad sanguinis generationẽ, quę à natura fit p caliditatẽ, elixationi similis. ‖ Concoctiones alimẽti fieri putat Hippocrates à calido innato: Erasistratus cõtritione, et molitura, & amplexu vẽtriculi, & adscititij spiritus proprietate: Empedocles aũt putrefactione: alij, queãdmodũ & Asclepiades Bithynus, ex crudis fieri digestiones affirmarunt: idẽ quoq; aiam esse qnq; sensuũ exercitationẽ dixit. Sanguificatio, est mutatio alimẽti in sanguinẽ. Digestio, est cõcocti, et cõfecti, & in sanguinem cõuersi alimenti in corporis particulas oẽs, & partes attractio, quã natiuus calor molit: quidã hoc modo: Digestio, est cõcocti alimenti in totũ corpus attractio, quã naturalis obit G calor, cũ propria mutatione, cõfectione q;. Auctio, est ꝓlectus corporũ in lõgitudinẽ, latitudinẽ, & ꝓfunditatẽ. Nutricatio est additio, quę corporibus in circuitũ, ac latitudinẽ fit. Ætates quatuor sunt, prima iuuenũ, secunda vigentiũ, tertia mediorũ, quarta senum. Iuuenes, tẽperatura, calidi, & humidi sunt, ac similes veri: Vigentes, calidi, & sicci, eãdem cũ ęstate temperaturã adepti: Medij, frigidi, & sicci autũno cõsimiles: Senes, frigidi, & humidi, ac similes hyemi. Redũdat sanguis iuuenibus: flaua bilis vigẽtibus: mediis atra: pituita senibus: qm̃ innatus calor est iuuenibus multus: vigens vigentibus: medius mediis: senibus paucissimus. Iuuẽta, est, in qua augescit animal, calore atq; humore in ipso incrementũ capiente: quo tpe & æqualia alimentis delibamenta sunt: aut eo, quod desit, plus est, quod adgignit. Vigor, est ętas, in qua auctum, perfectum q; animal est, absolutis in eo calore, atq; humore, parem q; iis, quæ dimanant, cum iis, quæ ingerunť, modũ obtinentibus. Senectus autẽ, est ætas, in qua diminuitur animal, ac deficit, decrescentibus in eo calido & humido, frigido aũt & sicco augescentibus. Respiratio, est motus thoracis, & pulmonis: eius partes sunt expiratio, & inspiratio: vel hoc modo: Respiratio, est attractus aeris per os, & nares in cerebrum, & in cor per fauces, atq; pulmones: eius vero aeris non nihil & in ventriculũ aduenit: atq; ex accepto portio quædam exigua in aerem ambientem retribuitur. Perspiratio, est attractio H aeris præter voluntatem, à naturali calore per cutem simul cum demeantibus facta: aliter, Perspiratio, est aeris ex corpore attractus cum naturali appetitu per totum corpus, & rursus per vias ac meatus excretio. Pulsus, est cordis, & arteriarum naturalis dilatatio, atq; contractio: sunt autem partes pulsus dilatatio, & contractio. vel sic: Pulsus, est cordis, & arteriarũ, & cerebri, eius q; membranarum naturalis, ac præter voluntatem motus, per dilatationem, cõtractionem q;: potes & ita finire: Pulsus, est caloris, qui in corde, & arteriis contineť, naturalis motus, nec à voluntate proficiscens. {alij sic: Pulsus, est cordis, atq; arteriarum naturalis per dilatationem, ac contractionẽ motus, ad innati caloris refrigerationem, & vitalis incrementũ roboris, & aialis spiritus generationẽ. vel, Pulsus, est verax eorum nuncius, quę in profundo delitescunt, & vates obscurorũ, & incertorum index, motu cõcinno, ac musica percussione dispositionẽ prenuncians inuisibilẽ. Pulsus aũt genus, est motio, quæ nec sedari potest, nec à voluntate progreditur, in sempiterni motus distentione, ac contractione consistens, atq; in corde, & arteriis principiũ obtinens. Arteria vel circuriter moueť, vel in rectũ: constat in orbem non moueri: q autẽ neq; in rectum agatur, hinc planè noueris: à loco in locum demigrant, quęcũq; in rectum moueňť: finem q; obtinẽt motionis: non ergo in rectum mouetur: q, si cum duo sint motus, neutro cieatur, non igitur mouetur, at enim mouetur:

3. Apho. 2. Ex. or. 20. 6. Epid. cõ. 5. tex. 1. cl. 3ª. 187. f Ibid. tex. 2. fol. 188. f. Et li. de alim. post me.

1. Apho. 15. Ex. ord. fol. 8. a

A mouetur: atq; misto dicimus motu agitari, circulari, & recto. Porrò, an mista huius motio sit, ratio nabilis demonstratio est centrum: centrum appello medium punctum, à quo sese dilatans arteria foras erumpit, & ad quem rursum se contrahens redit: hac igitur ratione moueri in rectum videtur: ex eo aūt, ꝙ in orbē perpetuo agatur, spēm nobis inuehit circularis motionis. Motio sex modis cōncitur, per generationē, corruptionē, augmentū, decremētum, alterationē, atq; à loco in locum translationē. Pars princeps animæ, est ea, quæ toti præest animantis gubernationi, in cerebri penetralibus, ac basi constituta: quidam hoc modo} Pars animæ princeps, ea habetur, quæ partibus animæ præest, ac veluti regina dominatur, atq; imperat, & in cerebri basi sedem obtinet. Pars aūt famulatrix, principi subdita est, atq; ancillatur, in reliquo corpore collocata. Sēsus, est affectus animæ per corpus, nūcius rei, quæ mouere idonea est: est enim sensus agens facultas. Sensorium, est instrumētum, quod sensum aliquem creditum habet. Sēsibile, quod sub sensum cadit. Sēsu vero præditum, est ipsum id, quod sentit: verbi gratia sensus, est visus, gustus, olfactus, ac sensus reliqui: sensorium, vel oculus, vel nasus, vel lingua, quæ & sentiendi instrumenta nūcupantur: sensibile, lignum, vel lapis, vel paries, vel columna, & quæcunq; sensibus succumbunt: sensus aūt cōpos, Theon, & Dion, & quęcunq; sentiunt animalia. Sensus quinq; sunt, visus, auditus, gustus, odora

B tus, tactus. Ministrant porrò hi, famulanturq; animę, vt Asclepiades Bithynus affirmat, qui proinde animam esse quinq; sensuum exercitationē dixit. Visus est, qui fit per oculos, cōtemperato in ipsis tenui spiritu, pupillæ locum potissimum obtinēte, ꝑ quē visoriæ apprehēsiones fiūt. {vel, Visus, est facultas aerię substātiæ, splēdoris speciem referens. Cōtuitus aūt, actiuus est.} Auditus obitur ꝑ spiritū auribus tēperanter insertū, sicciorē magis, q̄ tenuiorem, quo auditoriæ apprehensiones efficiuntur. Olfactus absoluitur spiritu in naribus cōtento vliginoso, halituosioreq;, ꝑ quē olfactilium fiūt apprehēsiones. Gustus est, qui fit spiritu lingue insito magis humidiore. Tactus, est, qui per spiritum corpus permeantem perficitur, quo apprehensiones fiunt corporeæ. Transitiuus motus est animalium, qui per appetitionem fit, parte nimirum animæ principe auctore, spiritu vero, qui cum neruis extenditur, transferendis membris subministrante. Vox est, quæ fit per principis animæ motum, sese ac spiritum simul per fauces vsq; in pulmones, & linguam extēdentis, nēpe ijs vicinum aerem diuerberantibus. Memoria, detentio, conseruatio q; in anima est earū rerum, quas antea obseruauimus: non nulli hoc modo: Memoria, est pręteriti cōprehensio, cuius presens fuit ex sensu perceptum. Recordatio est, cum præter cætera spatio multo tēporis interueniēte rursus cogitatio oritur adeo, vt, quæ prius afum mouere, ad memoriam, reuocentur. Sōnus

C est remissio animæ fm naturam à finibus ad principatum: vel Somnus, est animæ delatio fm naturā à finibus ad principium. {alij sic: Somnus, est quies, vacatio q; ab animarijs actionibus: conciliat hunc vtilis materia, quę ex stomacho in cerebrum colligitur, quæq; magis humidior ac mediocriter calidior est.} Vigilia, ex intensio animę à principio ad corporis partes oēs, atq; particulas. Sanitas est primorū, quæ fm naturā, aut humorū, qui in nobis sunt, proba tēperies, aut naturalium virium actio minime impedita: vel, Sanitas est cōmoda quatuor elementorū tēperatura: constat nāq; animal ex calido, frigido, humido, sicco: quidam hoc pacto: Harmonia, seu concinnitas constituentium hominem calidorum, frigidorum, humidorum, ac siccorum. Accidunt porrò sanitati pulchritudo, bonus habitus, integritas. Pulchritudo quidem, non qualis comptricis artis ꝑ faciei illinimenta, capillorum'q; infecturā, ac similia vendicatur: Bonus habitus, nō qui à gymnastica, sed q per sanitatis consequentiā constituitur: Integritas vero, est cunctarū partium numeris omnibus absolutarū roboratio, cōmensuratio q;. Quibus itaq; adest pulchritudo, ijs bonus color, proportio mēbrorum, ac cōcinnatas suppetunt: est enim pulchritudo, proportio membrorū cū coloris probitate. Sanitas à bono habitu eo differt, ꝙ sanitas bonus habitus est commoderatus, habitus autem bonus sanitas intensa: bonus vero exercitatorum habitus ne sanitas quidem esse po-

D test. Corporis virtutes, sunt sanitas, robur, pulchritudo, integritas. Animi vero, prudentia, modestia, fortitudo, iustitia. Sanitas porrò modestiæ proportione respondet: est enim sanitas, bona primorum temperatura, constitutio: modestia autem, est purum ab omni affectu animum reddere, nempe voluptate, metu, tristitia, libidine: quam ob causam animi motus imperturbatos tranquil los'que exhibet: est q; hęc animæ cōstitutio, ac sanitas. Rursus proportione robur corporis, animi fortitudini consentit: est enim robur, firmitas, ac vis inexpugnabilis corporis ab ijs rebus, quę corrumpere corpus censentur. Fortitudo, animi robur, & strenuitas ad ea perferenda, quę mortis, laboris, ærumnę, ac denique omnium, quę grauia, & terribilia esse videntur, speciem impensius præseferunt. Similis autem iustitia rursus pulchritudini videtur: pulchritudo nanq; in membrorum symmetria cum coloris bonitate intelligitur: iustitia autem, in eius commensuratione, quod in re quaq; exuperat: cuiq; enim pro dignitate tribuit, vt dijs parentibus, cognatis, amicis, familiaribus, ciuibus. Prudentię vero integritatis confertur: hęc enim corporis membrorum: prudentia autem, rectarum animi comprehensionum consummatio est. Secundum naturam sanitas est. Præter naturam morbus. { Quod autem est natura, id nec secundum naturam, nec pręter naturam iam est: vt gracilis admodum, ac siccus: vel crassus iam, & præpinguis: vel qui naso est adunco, aut simo: vel cęlijs oculis: vel qui varus, aut vatia est: nam, qui ita se habent} non sunt secundū

naturam

naturam affecti: nam symmetriam euasere: verum nec præter naturam rursus,nō enim impediū-E tur functionibus administrandis. Esse autem non natura eiusmodi est, vt neq; secundum naturam neq; pręter naturam,neque natura existat: tales sunt vitiliginosi, aut acrochordonibus, myrmecijs ve,ac similibus præditi: hæc enim neq; s̄m naturam sunt mala,siquidē à naturali statu excesse re: neq; vero præter naturam,cum naturales minime impediant actiones: verū neq; natura sunt: non enim ea fuere à principio genita,neq; à prima generatione cōstitere: non natura ergo vt sint, relinquitur. Enimuero,quod constat natura,ei,quod s̄m naturā: & quod nō natura, ei, quod pręter naturam habet,ratione proximum est. Partes itaq; ad viuendum progenitę proprię sunt cerebrum,cor,pulmo,iecur,vētriculus: offensis enim ijs animal protinus, aut postmodum interit: ad cōmode aūt viuendum,ac citra molestiam,dolorē q;,oculi,manus, pedes, & partes corporis reliquę,hæ nanq; si afficiantur,viuit animans quidē,at minus fœliciter viuit. Ægrotatio,quę Græcis νόσος vocatur,est primorum intēperies,quę s̄m naturam cōsistūt: vel intēperies insitorum nobis humorum,vel naturalium facultatum pręceditio: vel versura corporis ex eo, quod secundum naturam est,in id,quod præter naturam se habet: vel Ægrotatio,est primorum intēperies, in qua siccum,aut frigidum,aut calidum,aut humidum præualet. Ægrotationi opportunissimę constitutiones corporum ex partibus constant temperatura contrarijs: quemadmodum optimæ corpo- F rum structuræ sunt quidem ex instrumentalium symmetria, similarium autem proba temperie cōstitutę. Affectus est impeditio functionis alicuius naturalis,aliquarum've. Herophilei hoc modo, Affectus est,qui non semper eodem tempore soluitur,sed in breuiore quandoque, interim & longiore. Morbus,quod Græci νόσημα appellant,est habitus ægritudinarius totius corporis, aut partis. Morborū alij acuti sunt,alij peracuti,alij diuturni, quidam cōtinui, quidam intermittētes. Acuti sunt phrenitis,lethargus,pleuritis, peripneumonia, {febres ardentes, continentes tertianæ.} Peracuti,synanche,cynanche,apoplexia,cholera,tetanus,& his similes. {Diuturni,tabes,renū morbus,articulorum,aqua inter cutem,marcor,comitialis morbus,& similes.} Cōtinui,hemitritæa,typhōdes.i.succensa,quæ sic vocat̄ febris,& ardens. Intermittentes vero sunt,tertiana,quotidiana,quartana,quintana,& quę his similes sunt. Morborum præterea quidam acuti sunt,& cōtinui: vt ardentes febres,phrenitides,pleuritides: hi.n.acuti,continui'q; sunt. Nō nulli neque acuti,neque continui, quales diuturni. Febrium occasiones quatuor sunt: quas etiam tempora nominamus,irruptio,auctio,vigor,declinatio. Hippocrates nouē morborū differentias nouit,‖ acutū, peracutum,malignum,diuturnum,medium,exitialem,euasorium,periculosum,periculo vacantem. Peracutus affectus,est facultate,& specie maior,difficilior q; acuto, qui in septē diebus ferme G iudicatur: hunc etiam acutissimum appellare consueuit. Malignus morbus,magnus, grauisq; est potestate,specie vero imbecillis,nec tempora certa habet iudicationis. Diuturnus morbus,est,qui in peius mutatur,ac melius: in mensibus,annisq; iudicatur,aut etiam cū homine interit. Medius morbus, qui inter diuturnum,acutumq; est,is quoque in melius,ac deterius commeat: atq; in sexaginta ferè,aut octoginta diebus iudicatur. Exitialis est morbus,qui prorsus exitiū affert,vel breui,vel in plurimo tp̄e. Euasorius est morbus is,qui nunquam fit perēptorius. Periculosus, qui ad perniciem,& salutem æquale habet momentum: is anceps quoq; dici potest. Periculo caret morbus,qui semper ad salutem,quantum in ipso est,vergit,idem q; potestate cum euasorio est. Morbus imagine magnus,est,vt vulnus in carnosis locis multum spacij occupans: magnus autem re, vel effectu,vt punctura in neruo,vel musculo,quæ parua visui apparet, vi autem est magna. Infirmitas quod Græci vocant ἀῤῥώστημα,est morbus inueteratus cum multa imbecillitate: vel,Infirmitas est morbus imbecillis vires diminuens. Morbus,id est νόσημα,permanens,stabilis q; circa corpora constitutio est,quę vita participant. Herophilei affectum eum esse aiunt,qui facile soluitur,ac dimouet̄,eiusq; esse in humidis causam. Acutus affectus,est is, qui facilē solutionem, vel internecionem,quantū in ipso est,habet. Fusanei morbi,sunt qui oī tp̄e,& loco fiūt. Vernaculi,q H in quibusdam locis abundant. Vulgares,qui tp̄ibus quibusdam plures eodem in loco corripiūt. Pestilētia,est morbus,qui in omnes, aut plurimos grassatur, ab aeris corruptione proueniēs, quo fit,vt quàm plurimi intereāt. Fertur & quędam huiusmodi finitio, Pestilētia,est cōmunis affectus plurimorum,qui sub idē tēpus per vrbes,nationesq; acuta pericula,mortes'q; infert,acutas. Finire & hoc modo possumus, Pestilētia,est versura aeris,qua de re nec ordinem propriū seruent anni tempora,simul'q; plures ab eodē morbo intereant. Causa,est,quę in corpore quidquam facit, expers'q; ipsa est corporis. Est aūt alia procatarctica,hoc est antegressa,vel externa, alia contentiua,seu coniuncta,quædam antecedens. Antegressa,est, quæ confecto opere discessit: velut canis cum momordit,& scorpius cum ictum inflixit,& inustio à sole,quę febrem parit. Contētiua est, quę cum adest,pręsentem seruat morbum, sublata tollit: vt calculus in vesica: in oculo aquula, pterygium,encāthis,alia'q; id genus: quę ponunt medici non in causarum duntaxat,sed in affectuum quoq; ratione. Athenæus aūt Attaleus sic inquit. Causa,est ea,quę facit: hæc autem est ꝓcatarctica: aliter. Causę sunt procatarcticę, quæ ante totam operis consummationem existunt, quas'q; nulla antecedit. Antecedēs causa,est,quę ab antegressa prorsus,aut partim constituit: nō nulli sic, Antecedēs causa, ea est,qua p̄sente adest effectus, & aucta auget̄, & minuta minuitur,&

de Natu.hum. cō.1.t.6. cl.1ª. 28.g. & lib. 1. de morb. circa principium.

sublata

A sublata tollitur. Per se finiens est causa, quæ ipsa per se finem facit. Concausa, quæ cum alia pares obtinens vires, opus molitur, quod facere sola per se ipsa nō poterat. Adiutrix causa est, quę opus quidem conficit, sed ægre: quapropter alij consociatur, quo rem assequatur facilius, quam prompte obire seorsum nequit. Causæ sunt manifestæ, quęcunq; ex seipsis facientes agentesq; sensu deprehenduntur. Aliqui hoc modo: Manifestę sunt causę, quę & apparēt ipsę, & opus consentanee sibi fieri ostēdunt. Non manifestæ, sunt, q̄ non ex seipsis, sed per signa deprehenduntur: quēadmodum Obscuræ, quę neq; ex seipsis noscuntur, neq; ex alijs. † Pro tēpore obscurę, sunt eæ, quę absunt aliquādiu, ac rursus venire sub sensum valēt. Notatio, est per notā, vel per notas, seu signa perceptio: vel Notatio, est signum, quod rem minus patētem quāpiam declarat. Signum, est rei, quæ contingere debet, dignotio. nō nulli hoc pacto: Signum est id, quo cognito aliud, quod ignotū nobis erat, deprehendit. Passionū significatio, notatio interiorum, exteriorū q;. Prænotio, eorū, q̄ euenire debēt, sciētia est: aut, Prænotio, est p̄scire, quæ sint corpori euētura. Prognosticū signū est, ex quo noscitur futurum. Predictio, est futuri præcognitio prænunciatio q;. Pathognomonicum signum, id est, ex quo affectus dignoscitur. Concursus, quam Greci vocant syndromen, est congressus symptomatum. Symptoma, est accessorium affectus. Auxiliaria signa, sunt ea, ex quibus

† Adde ex grę. Ad tempus obscuræ sunt, quę detectæ ex se ipsæ apparent & adiūctæ corporib⁹ p signa cognoscuntur.

B curationis, quæ in ipsis obseruata est, commonemur. Auxiliū est, quod hominibus vtilitatis gratia admouemus, ex quantitate, qualitate, ordine, atq; occasione cōpositum. Curatio est ordo auxiliorum consequentiam habentium: vel opportunitas, & tempus muneris præclare obeundi: vel, temporis commoditas, in qua opem ferimus laborātibus. Indicatiuum signum est, quod primas sibi vendicat in minus manifesti alicuius deprehēsione idem bonum consequētis. Suggerēs memoriæ signum est, vt aiunt empirici, res, quæ apparet, atq; ex antegressa obseruatione innotescit, vtilis rei, quę cognoscitur, ad memoriam reuocādæ: præsentium præsentia signa sunt pathognomonica omnia. i. affectuū indicatiua: hæc enim cū fiunt, atq; adsunt, adsunt perinde & affectus: cū cessant, morbi quoq; soluuntur. Præsentia preteritorum sunt signa, vt facti prius vlceris cicatrix. Præsentia futurorum, vt cadauerosa facies, mortis. Præterita autem sunt præteritorum signa, vt cum remissio à declinatione, deferbuisse morbum significat. Præterita præsentium, vt esse ab aspide demorsum inter exitialia cēseri. Sunt, qui hoc modo dicant: Præterita præsentium, vt tenue intestinum vulneratum esse, perniciosis adnumerari. Præterita futurorū, vt cōfracto contrito q; osse totum contrahendum: ei nanq; oportet tofum obduci, dum ad pristinum statum redit. non nulli vero sic: Præterita futurorum, vt de capite dempto osse cicatricem sequuturam. Superuenientia

* C præsentium, vt in senibus sauciatum periclitari ex vulnere. Superuenientia vero succedentium, vt ex vulnere conuulsio: non enim viuit preterea is, quē cōuulsio excepit, {Febris, est innati caloris declinatio ad statum, qui præter naturam sit, pulsibus quoq; vehemētioribus, ac crebrioribus redditis. vel, febris, est cordis arteriarum q; caliditas præter naturam, vitalem firmitatem lædens. aliqui & hoc modo:} Febris est redundantia caliditatis morbosæ sese efferentis cum pulsuum id genus mutatione vt frequentiores, vehementiores q; euadant. quidam autem sic: Febris, est naturalis spiritus intemperies ad calidiorem ac sicciorem statum degenerans. Febris continens, est ea, quæ nec noctu nec interdiu intermittit, {neq;} remissiones inferēs, neq; accessiones. Causus. i. ardor, est febris, quæ cum feruore multo fit, nullam q; requiem corpori præbet, linguam afficcat, denigrat, frigidæ desiderium affert. Pemphigodes febris est, quæ per caloris intensionem pustulas in ore, quæ Græcis phlyctides dicuntur, generat. Lipyria febris, est ea, in qua extrema & superficies refrigerantur, vritur profundum, excretiones detinētur, aspera sitientibus lingua est, pulsus paruus atq; obscurus: quasi calor se intro receperit. Fluxuosa, seu fluens est febris, quæ cum alui fluore, sæpe vero & vomitibus refrigerationem infert, subitam q; virium deiectionem, cum siti, & insomnia, & pulsuum paruitate. Adstricta febris, contraria est fluxuosæ, excretiones non im-

D portat, pulsus magnos seruat, longiore spatio temporis corpus emaciat. Icteriodes, hoc est auriginosa febris, ea est, quæ similem galgulo aui, quam Græci icteron vocāt, colorem molitur, iecur in sublime attollit, linguam afficcat, cutem fœdām atq; horribilem reddit. Pestilens est, quæ cū multa caliditate sitim inextinguibilem inuehit {bilis omnis generis vomitus} fœtidas alui excretiones ac virulentas, vt paludium graueolentiæ sint, quæ excernūtur, similia: vrinas multas, ac tetri odoris, pulsus paruos, obscuros q; inducit. Ignaua est febris, quæ cum capitis grauitate prouenit, vel sanguinis per nares eruptiones, vel excretionis suppressionem affert, aut corpus euenientibus necessario symptomatis ægre afficiendum comparat. Horrida est, quæ habet admistam rigori caliditatem, pulsus adeo infirmos, vt ne ad tactum quidem vsq; perueniant, sed intro recesserint: hac detentis venter tumefactus murmurat: lingua humida admodum est, quæ quiddam acescenti simile habet, quo veluti saliua circumluitur. Typus est, intensionum remissionum q; ordine succedēs redditio. vel hoc pacto: Typus ē passionis tempus, cui & accessio & remissio ordinata cōtingit. Periodus, siue circuitus, est tempus in morbis, ex intētione & remissione consistēs. Quotidiana febris est, quę singulis diebus noctibus q; eadē hora vt plurimum innotescit. Tertiana est, quę vno die, vel nocte vna affligit, sequēte itermittit, tertio repetit. Quartana est, quæ vno die, vel vna nocte inclarescit, deinde biduum intermittit, aut noctes duas, quarto recrudescit. Hemitritea, id est

* AP. squallidā ac luteam.

semitertiana,

Com.3. tex. 5. cl.3ª.fol 118 h & com. 2. tex. 25.110.c.& cō. 1.23.10 6.

semitertiana,est ea,quam nos ex veteris magistri sententia,qui in ‖ primo Epidemiarum acutam E febrem eam dixit: haud prorsus quidem intermittere, cęterum diem vnũ, aut noctem leuiorem inferre,alterum grauiorem affirmamus: qui autem a methodo sibi denominationem vendicant, paruã hemitritæam duabus constare intermissionibus putauerunt. Errabundæ febres vocantur, quæ non præfinitæ,nec recto ordine,sed incerto statu proueniunt.Diastole,est elatio,ac velut cõ surrectio cordis,& arteriarum,& cerebri,eiusq; membranarum,in longitudinem,latitudinẽ,pro funditatemq;,sensibilis tactui.Systole,est contractio,atq; collapsus, qui sensum quidem nil mo- uet,cæterum consentanea ratione,ac consequentia deprehenditur.Palpitatio,est elatio,& submis sio cedentis corporis,nec renitentis: quę fit a spiritu,nec perpetuo durat,sed certis cietur tempori bus.Alij sic,Palpitatio,est elatio,& submissio musculosorum corporum,quæ a spiritu effici, nec semper fit,sed statis temporibus.Pulsus magnus,est,qui fit arteria multum sese in longitudinem, & profunditatem,ac latitudinem diducente.Paruus,est,qui contra in minimum spatiũ longitu- dinis,profunditatis, latitudinisq; assurgente arteria perficitur. Medius,est,q his ambobus interia cet ſm longitudinem,ac circularem dimẽsum, nimirum circũferẽtia quoq; digitis sese ad propor tionẽ offerente.Plenus pulsus est is,qui sub tactum cadit distentus adeo,vt ipsa quidẽ crassior fa- cta videatur arteriæ tunica, maxime vero,quod inter eam clauditur,humidius vniuersum,ac cor F pulẽtius deprehendatur.Inanis est pulsus,in quo tum ipsius amplexus arteriæ gracilis omnino, ampullosusq; est,infusa quoq; materia vix perceptibilis,atque exilis adeo,vt,siquis etiam digitos imprimat,inanis occurrat apprehensio.Durus,est,in quo neruosa,vt quispiam dixerit,arteria vi- detur,ac rigida,& tensus,qui subest spiritus: quo fit,vt ictus vim quandam repercutiendi habeat. Mollis,duro contrarius,nempe qui arteriam remissam,mollemq; obtinet,ac spiritum, qui inest, exolutum,ictũ q; leniorem.Humidus,est,qui mollis,vt & contenta in eo substãtia mitis sit,& hu miditate quadam tactui occurrat.Siccus pulsus,ita est,vt absumpta sit humiditas,& siccæ atq; ae- riæ exhalationi permista. Vehemẽs est,qui & motum strenuum,& ictum ingerit violẽtũ. Obscu rus,qui & viribus est exoletis,& plagam infirmiorem adigit.Medius est,qui proportionem quã dam inter vtrunq; horum seruat.Celer,qui breuẽ,concisamq; diastolen habet ac systolen. Pulsus ordo,ẽ respectus quidam in magnitudine,vel vehementia,vel rhythmo,vel alio quopiam discri- mine.Ordinis priuatio,est status instabilitas in pulsibus diuersa. Alij hoc modo: Ordine carẽs est pulsus,qui in percussionibus quibusdam modo crebrior est,modo rarior. Æqualitas, est parilitas in pulsuũ differẽtijs qbusdã.Inæqualitas,est imparalitas pulsuum in quibusdã differentijs, q̃ ipsis pulsibus accidũt. Aliqui vero ita, Inequalis pulsus est,in quo nunc vehemẽtiores fiunt ictus,nũc G vix sentiuntur.Rursus alij sic,Inęqualis est pulsus,qui arterię parte quadam altior sub tactũ cadit, idq; perflata ea atq; ampliata,parte vero alia,quasi angustior eadem fiat,pro capedinis quantitate, vehementia inæqualis existit,tanq̃ parte quadam arteriæ violẽtiorem elationem faciat, quadã ve ro submissam,atq; infirmiorem.Herophilus Bacchius,Rhythmus,inquit,est motus in tempori- bus certum obtinens ordinem. Zeno aũt Herophilius dixit,Rhythmus, est ordo eorum tempo rum,in quibus amplificantur arterię,collatus ad ea,in quibus cõtrahuntur. Rectius hoc modo fi nias,Rhythmus,partium temporis ꝓportio est,quæ quendam ad pulsus inter ipsos habent respe ctum.Heterorhythmum pulsum vocamus,qui alterius ætatis habet rhythmum.Pararhythmum vero eum,qui quadantenus ad ętatem, in qua consideraĩ prope accedit, habet q; rhythmum, sed non eum,qui illi.i.ætatis illius peculiari cõueniat.Tremulus pulsus est,qui ictũ refert non æqua- bilem,nec minime vacillantem,sed perinde quasi vibretur.Obliquatus est, qui nõ cõstituta in re- ctum arteria præter situm editur.Myurus,est a situ: nempe quia,cum partes arterię superiores in arctum coguntur,inferiores contra,ibi quidem dilatescunt amplius, superius autem contrahun- tur. Gręci complures μυουρίζοντα appellant,cum ab ictu maiore adacto sequentes p subtractionẽ iugi decremento minores peraguntur: nominantur & hac ratione myuri,cum efficiũtur pulsus H ex frequentibus rariores: vocatur & myurus,vbi a celeri in tardiorem demutatur. Dicrotus, seu bis feriens,est,cum recessio,quæ creditur arterię,non perfecta obitur, sed cunctatur,id q; pro sub ductionis,aut inhibiti spiritus quantitate, dein repetitio perfecta debitæ fit contractionis. Ara- chnoeides.i.araneæ speciem referens,siue aranealis,paruus est,ac breuis auræ agitatu mouetur. Intermittẽs,est cum celebrandis contractionibus,distentionibus q; pulsus vnius arteria tempus omittit, Quidam ita: Intermittens est pulsus,in quo distentionem nõ ad ictum vnum duntaxat, sed ad duos,vel tres quoq; arteria facit dimissam. Intercidens,est,cum inter duos ictus, qui ordi- ne proprio inferuntur,ictus medius intercurrit.Deficiens pulsus vocatur,in quo nõ ad duos tan um arteria,sed ad tres etiam,& ad plures ictus immobilis perseuerat.Alij hunc in modum,Defi ciens,est,qui a magnitudine incipiens,ac vehementia,magis ac magis subinde minuitur: talis q;, quoad vllam habet magnitudinem,Gręcis myurizon nominatur: vbi autem sese submiserit, ac minor factus ad minus declinauerit,deficiens nuncupatur.Caprizans est pulsus,vbi arteria,cum se distendisse apparuerit,nec fuerit omnino distenta,ad alium percussum prius, quam contractio nis visionem præbeat,præcipitantius transilijt,secunda autem fuit percussio facta vehementior. Recurrens,est,qui ad quantum excurrit magnitudinis aut vehementiæ, in alijs rursus ad tantun- dem

A dem recurrit. Formicans, est paruus, inanis, frequens, obscurus, omnium ad extremũ deductus. aut hoc modo, Formicans, est, in quo circa digitos arteriæ incumbentes imago veluti formicæ fit ambulantis: quamobrem & paruus is est, & obscurus. Phrenitis est mentis delirium cum febre acuta, ac floccorum collectu: & mẽtis emotio: & huius impeditio pulsuum: & sapiendi obliuio: vel offensa præcordiorum breuis cum tremore, & vocis exilitate, & a maligna febre maxima ex parte facta palpitatione. Lethargus, est delatio in somnum non facile excitabilis, quæ cum coloris vitio, & flatuoso œdemate, nec sine ipsarum quoq; solidarum partiũ, ac pullifici spiritus languore prouenit, ferè in debili febre, ac maligna: fiũt vero lethargi partim affecto principio, partim ab sessu. Angina ea, quæ synãche à Græcis dicitur, est affectus colli acutus, difficilis, qui ægrotum angit præfocatione. aut ita, Synanche, est phlegmone, aliis extra collum, vt partes tumescant, aliis intra tonsillas, vt simul partes quoq; afficiantur respirationis, & ægra spiratio consequatur. Conuulsio, est affectus, qui neruis, ac musculis accidit, cum modo corpus totum, modo pars eius volũtatis iniussu trahitur. Tetanus, est extensio, fixioq; in corpore neruorum omnium, & musculorũ. vel hunc in modum, Tetanus, est conuulsio in rectum, cum collum, ac maxillæ trahuntur, dentes cohærent, neq; annuere collum potest, neq; renuere. Emprosthotonus, est cum trahitur collum

B ac retro flecti non valet. Opisthotonus, est cum retro trahitur, neq; deflecti in partem anteriorem potest. Comitialis morbus, est oppressio mentis sensoriorũq;: is, qui affligitur, concidit repente: ei q; insuper accidit, vt spuma per os efferatur. Catochus, est, cum sensu priuatur anima, corpus q; omne velut gelu obrigescit. Catochi tria genera sunt, somniculosum, lethargo proximum: alterũ vigilans, cui affinis tetanus est, & quæ pfocatio vuluæ appellatur: tertium genus est catochi, quod phreniticum non inerudite quis nominauerit: fit enim ex mistis inter se morbis catocho & phrenitide: quemadmodum & Typhónia, quæ vel delirus lethargus, vel lethargicum delirium est. *Typhomania

Apoplexia, est detentio mentis cum ereptione sensuum, & corporis resolutione. {item Apoplexia, abolitio est in neruis omnibus sensus & motus. vel Apoplexia sensus motus q; priuatio in toto corpore est cum principalium offensione actionum: conflatur autem à frigido humore præcipuos cerebri ventriculos confertim opplente.} Apoplexia porrò à Paraplexia, vt à toto pars, differt: apoplectici nanq; prorsus & paraplectici sunt: paraplectici vero nõ omnino & apoplectici. differunt quoq; eo, quod sani mente paraplectici, resoluti parte vna corporis sunt, aut pluribus: apoplectici & his, & mente, & toto: paraplectici demum dicuntur, quibus dextræ tantum partes, aut sinistræ resolutione elanguescunt. Peripneumonia, est phlegmone pulmonis cum febre acu-

C ta, & spirandi difficultate: rubent autẽ & in ipsis ægrotantibus malæ. Pleuritis, est dolor lateris, ac succingentis mẽbranæ, vsque ad clauiculam, & summum humerum, & scapulam pertinens, cum febre acuta, minimeq; intermittente, non sine dolore confodiente, simul & horrore, & spirationis difficultate, & tussi. Cardiaca dispositio, est innati roboris labefactatio, & languor: fit plerũq; conflictante ore ventriculi & stomacho, cum sudorum immmodica vi: sunt, qui cardia .i. corde phlegmone laborante fieri affectum putauerint, atque ob hãc virium exolutionem, quod euenit malum, cardiacam vel dispositionẽ, vel syncopen nominarint. Inflatio, est, cum spiritus copiosior genitus in stomacho detinetur, ipsum q; & cum eo ventriculum distendit, quo fit, vt dispensatio præpediatur alimenti. Cholera, est affectus peracutus, ac grauis, quæ per vomitus in catarrhum, id est defluxum, protinus hominem detulit, aut ex alui profluuio & multa excretiõe in tormina, atq; non multo post in id genus febres, quales in intestinorum difficultatibus fiunt, atque in malignas ablegauit. aut sic, Cholera, est acutus affectus cũ vomitibus biliosis multis, aluiq; deiectionibus, suris quoq; se contrahentibus, ac frigescẽtibus extremitatibus: fiunt in his ægris & pulsus minores, obscurioresq;. Ileus, seu voluulus, est phlegmone intestinorum, quo malo nec flatus infra, nec deiectiones transmittuntur, vermina sequuntur valentia, cruciatus q; intolerabiles. Aurigo,

D seu Morbus regius, arquatus've, est bilis refusio in cutem, quo fit, vt superficies tingatur, lutea q; fiat, & vitietur cutis: albæ quoq; in ventre deiectiones fiunt eo morbo affectis. Insania, est alienatio mentis euariatio q; à cõmuni hominum ritu, ac sanorum moribus, sine febre. Melãcholia, est affectus, qui mentẽ lædit, non sine graui animi molestia, atq; auersione à rebus charissimis, fit sine febre: non nullis vero eorum, si atra bilis accesserit multa, stomachum vsq; adeo infestat, vt & euomatur, simul q; mens hoc modo vitietur. Cephalæa, est passio, quæ per quosdam circuitus intolerabilem capitis dolorem affert: quocirca & aures sonant, & rubent oculi, ac prominent: simul vero distenduntur & ipsis ægrotis venæ frontis, & rubor in facie est. Heterocrania, est, vbi modo in parte sinistra capitis, modo in dextra dolor accidit, ac qñq; intensiones, interdum remissiones infert. Scotomatici .i. vertiginosi appellãtur, quibus obtenebrationes contingunt, videtur q; iis circũferri caput, & lucis incerti ac vagi in tenebris splendores oculis obuersari. Catarrhus .i. defluxus, est multorũ delatio humorũ per palati foramina & nares, {qui descẽdẽtes subiecta loca male habẽt} ac in exitu vnà cũ flatu egrediẽte strepitũ quẽdã faciũt. Hydrophobos .i. aquæ reformidatio, est affectus ex canis morsu rabie furentis: fit cũ potus auersione, conuulsione, & singultu: his vero & deliriũ superuenit. Bulimos .i. ingẽs fames, dispõ est, in qua fit cibi inquisitio ex paruis interuallis: q hac detinẽtur, & resoluunt, & cõcidũt, decolores q; fiũt: pfrigescũt iis extrema corporis: torquetur

torquet stomachus: vixq; pulsus percipitur. Phagedæna, est constitutio, in qua multum appetentes cibum, sumetes'q; immodicum, non ipsum retinet, sed vbi eiecerint, rursus appetunt. Tabes, est vlceratio pulmonis, vel thoracis, vel fauciũ, vt & tussicula, & debiles comitetur febres, & corpus conficiatur: est enim tabes, phthisis a Grecis coiter dicta, omnis diminutio corporis, ac colliquatio, ea vero, quam phthoen proprio vocabulo appellant, corporis consumptio ex vlcere ac demolitio est dicta, Græcis est phthisis a verbo φθίνειν, qd est diminui. Dyspnoici, sunt, in quibus spiritus, velut per angustas vias actus, eliditur expiratur q;. Asthma, est affectus, qui valente conatũ respirãdo, difficultate'q; iportat, simul'q; sedere aliquos cogit ac resurgere. Iecinorosi, sunt, quos iecoris dolor comitatur diuturnus cum tumore, & duritia, & corporis colore malo: superuenit ijs febris ardens, & lingua exarescit. Scirrho affectũ iecur est, cũ circa ipsum tumor adest durus, & tactui renitens, nec dolorificus. Lienosi, sunt, quibus contracta phlegmone lienes ad naturæ statum non redeunt, nec phlegmone liberantur, sed permanet ipsis duritia, quapropter & fluctionibus per morbos infestantur, & color ipsis corporis permutatur natiuus. Scirrhus est lienis, cum maior lien, & durus admodum, & tumore distentus sentitur. Diarrhœa.i. profluuium, copiosior fluxio est alui diuturna, sine phlegmone & vlceratione. Cœliaca dispositio, est alui fluxio non reces, sed diuturna, cum verminibus, multisq; excretionibus, corpore simul marcescente. Dysenteria.i. intestinorum difficultas, est intestinorum exulceratio cum phlegmone, & cruentorum, fæciq; similium strigmetorum secretione, nõ sine alui, intestinorum'q; morsu, ac cruciatu. Tenesmus est dispositio, ad partes inferiores rectũ'q; ipsum intestinum pertinẽs, in qua impetus, cupiditates'q; desidendi plures, paucæ vero excretiones fiant. {vel vt alij, Tenesmus, est recti intestini mordicatio, quam biliosi, acresq; humores faciunt, cum exurrectione crebra, cupiditateq; egeredi, tametsi exigua excernantur.} Leienteria.i. leuor intestinorum, est dysenterię magna ex parte comes affectus, quãdo ob factas ex vlceribus cicatrices, spissioribus, leuigatioribus, indolentioribus'q; redditis intestinis, necesse est, vt cibi prius, quã assumpti cõcoquantur, ocyus ad excretiones decurrant, vtiq; ipromiscui, incocti, quales ingesti fuere. {alij vero sic, Leienteria, est tota simul, celerrima'q; trãsmissio ciborum, cũ tales excreti sunt, quales deuorati.} Colica dispositio, est cõstitutio plenioris intestini diuturna, in qua spacijs tpis interiectis cruciatus intolerabiles, difficultates respirandi, sudores, perfrictiones'q; adoriuntur. Hydropis.i. aquæ inter cutem species ea, quæ anasarca.i. p carnem dicitur, est, cum corpus totum intumuit œdemate, atq; humore circũluitur, peruertuntur & ægrotis pudẽda, ciborũ appetitus tollitur, & febris comitatur. Hydrops ascites, i. vtricularius, est, in quo venter, & scrotum, crura'q; intumescunt, superiores aũt partes extenuantur, & graciles fiunt. Hydrops tympanias, est, cum in vẽtre spiritus plus inuenitur, humoris minus, ac si quis pulsauerit, sonus exauditur. Nephritis, est renum phlegmone cum dolore vehemẽti, qñq; vero & vrinæ difficili transitu, in qua fibrosa quædã, vel arenosa cũ modico sanguine excernunt. Lithiasis.i. calcularis morbus, est calculi generatio in vesica, per quẽ vrinæ excretio prohibet. alio modo. Lithiasis, est affectus, qui distentiones affert vesicæ, simul vero & imus venter distẽditur, nec raro ad præputium ea distẽtio peruenit: superaccedũt ijs & vrinæ suppressiones, vtiq; cum prouectus lapis vias excremẽti intercluserit. Strãguria.i. vrinæ stillicidiũ, est excretio vrinę guttatim destillantis. Ischuria, absoluta prorsus vrinæ suppressio est, quæ periculũ affert. Octo porro modis inhibetur vrina, phlegmone, scirrho, sanguinis cõglobatione, resolutione, calculi procidentia, renũ consensorio affectu, vlceratione, calculari morbo. Fiunt in renibus calculi, quando in corporibus illis humorum crassorum copia cum febrili caliditate coiuerit. {vel aliter. Generantur calculi in renibus, vbi collecta in ijs cũ proportionali febre crassorum humorum copia fuerit, a qua superassati ad calculi trãseunt generationẽ.} Gonorrhœa.i. genituræ profluuium, est excretio seminis morbum importans, cum quo tabescit corpus, decoloratur'q;. fit malum hoc vasorum seminaliũ robore soluto adeo, vt quodã modo languẽtes ij semẽ haudquaquam retineãt. Satyriasis, est affectus cũ genitalis mẽbri tẽtigine, simul se tẽdẽtibus eius particulis: sunt quibus & seminis eiaculatio cum voluptate fiat: hi vero mente exturbantur, neruorũ tẽtio & seminis fit. Ischias, est coxẽdicis dolor diuturnus, nec solutu facilis: aut sic. Ischias, ẽ morbus validum dolorẽ coxæ per circuitũ inferens, qui dolor vel vsq; ad poplitẽ, & furã descendat. Arthritis.i. articularis morbus, est phlegmone stabilis, circa articulos consistẽs, dolorẽ'q; ingerens vehemẽtem, neruis nimirũ patiẽtibus. Podagra, est affectus, qui circa pedes oritur, & dolorẽ mouet, patiẽtibus neruis, id'q; alijs cũ ardore, alijs cũ algore. Paralysis, hoc est resolutio, affectus est, quo volũtarius motus offendit: is circa partes, aut partẽ aliquã fit: perficitur aũt neruis musculis'q; perpessis. Scelotyrbe, quasi cruris turbã vel perturbationẽ dicas, species est resolutiõis, qua erectus ambulare homo nõ potest, & latus alias in rectum, qñq; sinistrum in dextrum, nõ nunquam dextrum in sinistrum circũfert, interdum quoq; pedẽ nõ attollit, sed attrahit, velut ij, qui magnos cliuos ascẽdũt. Perosis.i. oblęsio, est priuatio, ipedimentum've naturalis functionis, aut alicuius mutilatio particulę. Lepra, est cutis mutatio in habitum, qui præter naturã fit, cum asperitate, & pruritibus, doloribus'q;, nõ nunquam & squamis decidentibus, interim secus, plures hęc etiam corporis partes depascitur. Elephas, est affectus, qui cutem crassam, atq; inęquabilẽ reddit, liuor adest tũ cuti, tũ oculorum albis, exeduntur partes manuum

A nium,ac pedũ summæ,ex quibus sanies liuida,ac fœtida emanat. Impetigo est summæ cutis aspe ritas cum multa prurigine. Medicinę duę sunt partes summæ, contemplatio, & actio: antecedit actionẽ contemplatio: siquidẽ considerare prius aliquid conuenit, itaq; deinde agere: nam præce ptio ratione cõitans, exercendorum operum principium est. Partes medicinę quinq; sunt, quas & species quidam nuncuparunt: naturę indagatrix, cognitrix affectuum, victus institutrix, mate rialis, curatrix. Indagatrix naturę, est, quę circa contẽplationẽ versatur regẽtis nos, ac moderantis naturę. Affectuũ cognitrix, q̃ id, quod p̃ter naturã est, dignoscendũ suscipit. Victus institutrix, q̃ in sanis atq; ægrotantibus victu inducendo meditat̃. Materialis, quæ circa materiam se habet cor pori nostro medentẽ. Curatrix aũt, quæ circa sanitatis deperditæ reuocationẽ, eius'q; restitutionẽ operam nauat. Fit phlegmone in vtero cũ vẽtris, atq; inguinum cruciatu, ac febribus, qua & sinci put laborat & tendonum contractio adest, & oculorum dolor. Abscessus tũc est in vtero, cum in tensus est dolor, pulsat q;, & vsq; ad imum ventrem, & inguina, ac lumbos pertingit, & febres ad oriũtur. Vterina suffocatio, est affectus per recursum vteri: correptę ea corruunt, vocis'q; impotes redduntur: quare nec manifesta ĳs amplius respiratio fit, & suspenduntur hypochondria, pulsus quoq; obscurus habetur, ac tardus. Muliebris fluxus, est humorum delatio p̃ vterum ad multum B tempus perdurans, quam eius facit excretio. Albus fluxus est, cum alba sunt, quæ excernuntur, ap parent tumores in facie, partes quoq; sub oculis intumescunt, non nullis vero & venter, & crura. Rufus est fluxus, cum subrufa excretio demanat, dolores'q; in lumbis nascuntur, atq; ĩguinibus. Fluxus ruber est, qñ tale id manet, quod excernitur, qualis sanguis iugulatæ recens victimæ appa ret: excidunt sanguinis globuli, dolor habet, & ardor, ac stridor: laborant quoq; ipsa pudenda, & imus venter. Niger fluxus, est, cum nigræ excretiones prodeunt: corpus ęgre spirat, exhalat q;, & in pudenda dolor incumbit, & extenuantur mulieres. Erysipelas.i.ignis sacer, in vtero est, vbi is perinde afficitur dolore, atq; ĳ, qui indeclinabiliter ab igne vruntur, ardor'q; ille in quibusdam alias ad alios vteri locos transmigrat. Scleroma.i.durities, tumor est duriusculus, qui in parte vul uæ aliqua nascitur, fit que plerunque ex phlegmonis, quæ diu permansere. Scirrhus in vtero, di spositio est in eius aliqua parte, vt sit durities renitens, tumens, inæqualis, magna que ex parte va cans dolore. Carcinoma in vtero, est tumor sine vlceratione, inæqualis, verrucosus. Pilorum no uẽ sunt affectus, rhopalosis.i.velut in bacculos coagmentatio, dichophyia, quasi bifurcatio, quas satio, atrophia.i.alimenti sensus priuatio, ariditas, canicies, fluxio, alopecia, ophiasis. Rhopalosis, concretio est summorum pilorum indiuisibilis, qui etiam non amplius crescant. Quassatio, est ca C sus inęquabilis pilorum nõ dissimilis ĳs, quæ abscidit bipẽnis. Atrophia, est gracilitas eorum ni mia, qui nec amplius augescant. Ariditas, lanuginosa eorundem superficies est, puluere consper sis assimilis. Canicies, est pilorum ante legitimam ætatem cõmutatio in album. Fluxio, est pilorũ defluuium, quę tabescentibus magna ex parte, atq; ex diuturno morbo conualescentibus euenit. Alopecia est, cum color albidior redditur, qua mutatione auri colorem referẽtes pili radicitus de cidunt. Ophiasis, mutatio est coloris, antedictæ proxima, cęterum ad maiorem, q̃ in illa, pilorum densitatẽ, cum tortuosa nudatione. Fracturarum octo in capite sunt differentiæ: rhogme.i.fissura vel rima, eccope.i effractio, engisoma, id est propinquatio, ecpiesma.i. expressio, camarosis, qua si camaratio, aposceparnismus, quasi dedolatio, thlasma, id est cõtusio, apechema, ac si resonitũ di cas, quidã vero cõtusionẽ nõ admittũt, & resonitũ fissuræ subĳciunt. Rhogme, ẽ ossis iterrruptio in sup̃ficie recta, & vel angusta, vel lata. Eccope, diuisio est caluę, qua os offensum refractũ ẽ. En gisoma, p̃tusio est ossis, cũ pars affecta in p̃fundum descendit, ac sup̃ illęsum os corruit. Ecpiesma, caluę in multas partes diffractio est, simul vbi intrusę ossis partes in imũ decubuerint, ac membra nã innixu suo p̃mant. Aposceparnismus, abscissio ẽ ossis, cum eius pars decussa vulnerãdo fuerit. Camarosis, est ossis p̃ruptio, cum ex alterutra refractum parte similẽ camerę figurã acceperit. Ape D chema, diremptio est ossis sup̃ficiaria, vel etiã p̃funda ĩ partibus ictui oppositis. Cõtusio, est reces sio caluę in p̃fundũ, sine fractura: fit in puerili potissimũ ętate: planius vero, quod dicimus intelli ges, si, quod in stãneis accidit vasis, cõtẽplaberis. Tres circa oculos fiunt affectus: phlegmonę, flu xus, vlcerationes. Vlcerationũ in oculis differẽtiæ sunt, argemon.i. albor, nepheliõ, hoc est nube cula, epicauma, hoc est inustum, bothriõ.i.foueola: phlyctis.i.pustula, albugo, carbunculus, myo cephalum.i.muscę caput, suppuratio, seu vnguis, staphyloma.i.vua, hæc cum percussu eueniunt: sine eo vlcerationis affectus hi sunt, mydriasis, id est occęcatio, quasi ferramẽto candente admini strata, tabes, atrophia, nyctalops, quasi luciositas, suffusio, glaucoma, resolutio, myopiasis quasi cõniuentia, strabismus, pterygium, id est pinnula, encanthis.i.tuberculum inangulare, prociden tia, chemosis, cõfusio. Est ergo phlegmone, tumor circa oculos, qui cũ rubore, & caliditate mul ta, & motu difficili, ac pũctionibus gignitur. Fluxus, est tenuium delatio humorũ, quam cohibe re nequeas, non ex nostra voluntate proueniens. Vlceratio, est ruptio circa corneam tunicam, quæ vel ex ictu, vel ex strenua phlegmone oritur. Argemon, est vlceratio, quæ in nigro oculi al ba apparet, in albo aũt subrubra. Nubecula, est caligo, vel sup̃ficiaria vlceratio in nigro. Epicau ma, est velut ex igne crustulosa vlceratio, quæ nigro aduenit, nec permanet. Foueola, est cauum vlcus, ac purũ in nigro. Pustula, est abscessus in nigro, humorẽ continẽs cũ phlegmone, & fluxu.

Albugo,

Albugo,cicatrix eſt craſſa, & profunda, vlceri inducta. Myocephalum, eſt exigua vuæ tunicæ E porrectio in nigro, muſcæ capiti ſimilis, per vlceratione facta. Carbunculus,eſt cruſtuloſa,ceu ex igne vlceratio cum paſſione,& fluxu,interdum quoque & bubonibus, & febre. Suppuratio,vel vnguis,eſt collectio puris in nigro cum phlegmone ſm iridem, vngui conſimilis. Confuſio,ruptio eſt tunicarum,quæ in profundo ſunt,aliqñ ex percuſſu,interdum ſpōtina,cum ꝓfuſione humorum,& pupillæ alteratione.Mydriaſis,facultatis alteratio viſoriæ eſt,turbatis humoribus.Tabes,eſt pupillæ diminutio cum obſcuratione.Atrophia,eſt paruitas totius oculi, & pupillæ cum offuſcatione.Nyctalops,eſt affectus,diſpoſitio'q; oculorum ſine conſpicua cauſa: vſu aũt ſic habē tibus euenit,vt interdiu non cernant,noctu vero conſpiciant.Glaucoma,eſt naturalium humorum in glaucum colorē mutatio.Staphyloma,eſt,quod in pupillæ loco conſurgit acino vuæ ſimile.Procidētia,eſt,cum ab ictu aliquo violēto,aut ſtrāgulatione,cum cōtinua febre, vel capitis dolore prolapſus oculus fuerit.Myopiaſis,eſt diſpoſitio ab ortu contracta, qua ꝓpinqua cernimus, remota vel parum,vel nihil omnino. Strabiſmus,oculi muſculorum nō oium, ſed aliquorum reſolutio eſt,ob quam cauſam vel ſurſum,vel deorſum, vel in latera nuunt oculi. Hippus.i.equus, diſpoſitio eſt à generatione prodiens,qua inſtabiles fiunt oculi,ac ſemper mouētur,vtiq; motum ſuſtinentes in concuſſu,& tremore aſſiduo cōſiſtentē: hanc diſpoſitionē ἵππον.i.equum vocauit F Hippocrates: affectus aũt eſt oculum firmantis muſculi,qui viſorij baſim inſtrumēti complexus eſt. Chemoſis,eſt ambientis oculum membranæ, quod album quoque appellatur, affectus albæ carnis perſimilis. Circa genas,angulos'q; oculorum hi cōtrahũtur affectus: ſcabies: phthiriaſis.i. pedicularis morbus: crithe.i.hordeolum: chalaza: lithiaſis,id eſt morbus calcularis, trichiaſis.i.pilaris affectus: aſpredo: lagophthalmon.i.leporinus oculus.ectropion ſeu inuerſio: rhyas, quaſi riuulus: anchilops,ſtaphyloma. Scabies,eſt ſummarum genarum,angulorum'q; eroſio cum prurītu,quam acerrima fluxio progignit. Phthiriaſis, eſt ſcabies circa palpebrarum radices, quæ ſquamas furfuri ſimiles dimittit: Chalaza,globulus eſt in gena,milij magnitudine,à ſimilitudine grādinis ſic vocata: cadē quoq; eſt lithiaſis. Hordeolum,eſt humoris concretus circa genam, oblongior,hordeum referens. Aſpredo eſt duricia,& aſperitas inæqualis,q̃ intra genas oritur.Rhœas, eſt angulorum carnis abſumptio,ob quam cauſam effluit lachryma. Trichiaſis, caſus eſt genarũ, inſitorum'q; ijs pilorum generatio præter naturam. Tres trichiaſeos differētiæ habentur: phalangoſis,caſus,ſubortus: non nulli & diſtichian.i.duplicem ordinem ſuperinuehũt.Eſt autem diſtichia,alterius pilorum ordinis in genæ margine exortus preter naturam.Encanthis,eſt exuperantia carnis in magno angulo. Anchilops,tumor in angulo magno conſurgens,atq; humoris colle G ctionem habens,non perforatus,aut conuio foramine: dictus eſt anchilops,ꝙ prope oculum ſit. ὤψ enim oculus eſt,ἀγχὶ vero prope.Suffuſio,eſt cōcretio aquoſi humoris,quæ viſum magis,minus've impedit.Differt ſuffuſio à glaucomate,tum ꝙ concretio ſit hæc diluti humoris: glaucoma vero,naturalium mutatio humorum in cæſium colorem,tum ꝙ in glaucomate haud prorſus,in ſuffuſione aliquantulum cernant. Hydatis.i.aquula,ſubſtratæ ſuperiori genæ pinguedinis augmētum eſt,qua fiuunt præter naturam oculi. Lagophtalmon, eſt cum ſuperior adeo retrahitur gena,vt oculum,dum clauditur,totum non contegat.Pinnula, corporis excreſcentia eſt,quæ corneæ tunicæ inhæreſcit.Ectropion,eſt ſuppullulatio carnis in gena,quæ genā ipſam ſua grauitate foras cōuertit.cauſa eſt genæ euertēdę vel caro adnaſcens,vel reſolutio,vel cũ cicatrix inducitur.† Ptiloſis,eſt defluuiũ palpebrarum accerrimo fluxu eius rei auctore. Staphyloma,eſt nigri tunicæ extētio cum inflammatione,acino vuæ ſimilis. Sarcoma,eſt carnis in naribus præter naturam auctio.Eſt vero & Polypus quoddam ſarcoma.porrò dictus polypus eſt à polypis piſcibus: nam,vt illi multas habēt ꝓpagines,molles'q; ſunt,atq; augētur,ita is quoq; affectus. Differt ſarcoma à polypo magnitudine,& opificio.Ozena,eſt vlceratio in naribus profunda,tetri odoris,atq; halitum emittens.Parotides,abſceſſus ſm aures ſunt: hos non nulli Dioſcurus appellarunt, ſuccedunt ma H gna ex parte febribus,atq; ab ijs liberant.Leuce,corporis in album colorē mutatio eſt præter naturam.Herpes,eſt vlcus,quod ex bilis redundantia fit,& depaſtionem facit.Atheroma,eſt tunica neruoſa,quæ humorē pulti ſimilē continet.Steatoma,eſt auctio pinguedinis aliqua in parte prę ter naturam congeſta. Proſarteſis.i.appēſio,longiorum eſt membranarũ ad vicina loca applicatio.Aneuryſma.i.dilatatio,venoſi vaſculi relaxatio eſt,aut diſperſio ſpiritualis materię ſub carne, per diſſultationē ſeſe diffundentis,diſtribuentis'q;.Hypoſphagma,extra ſuperficiem eſt,perſimile vibici. Ganglium,conglobatio eſt nerui præter naturam,quæ in vnum corpus coaluit.Aptha, ſuperficiaria eſt vlceratio,quæ in ore gignitur: viſitur autem hæc in puerulis potiſſimum vlceratio.Phlegmone, eſt tumor cum rubore,& duritia,pulſatiles afferens dolores: dicta,quod affectus ea locus φλέγηται,hoc eſt vratur: aut tumor dolens,ac renitēs,cum rubore, citra febrem. Eryſipelas,id eſt ignis ſacer,eſt rubedo cum ignita inflammatione,febres interdum, dolores'q; inferens. {vel ignis ſacer,eſt tumor rubens,dolorificus,qui à bilioſo ſanguine generationem obtinet. Carbunculus,eſt ex magis melancholico putrefacto ſanguine tumor vlceroſus.} Vacuamus vel venæ ſectione,vel cucurbitula,vel hirudine, ac ſimilibus. Sanguinem detrahimus ob multam plenitudinem: præſertim'q; vbi ipſum affectus auctorē eſſe ſuſpicabimur. Detractionis cuiuslibet

tutior

* al. hiatulę.

† a l. Milphoſis

A tutior præferenda: grauis, medicinæ oblatione declinanda est. Cucurbitula vtimur ad locorum contusionem. Hirudinem admouemus, vbi affectum locum tenuiter aperire est opus. Scirrhus, est tumor corporum, cum duritia, & pondere, & motus, ac sensus difficultate. Abscessus est corporum ex plegmone in pus transmutatio. Coloboma, id est mutilatio, defectus particulæ est in parte aliqua corporis. Tofus, est substantia callosa, & renitens. Hydrocephalon, est humoris aquosi, aut fęculenti sanguinis collectus in parte corporum aliqua eorum, quæ caput concinnant. Syrinx, id est fistula, tubulus est callosus, angustus, oblongus, interdum etiam obliquus, os habens, cui cicatrix obduci nequit, per quod humor certis temporibus tenuis excernitur. Duæ fistularum differentiæ sunt: cæcæ, quæ osculum in profundo, sinum ad superficiem habent: occultæ, quæ & os, & sinum obtinent in profundo. Cerion id est fauus, vlcus est assidua habens foramina, ex quibus humor melli similis excernitur. Phagedæna, est vlcus, quod propinqua, & adiacentia erodit. Carcinoma, est tumor malignus, prædurus, sine vlcere, vel vlceratus, à cancro animali dictus, quem Græci καρκῖνον vocant. Dionysisci, sunt osseæ eminentiæ, quæ prope tempora nascuntur: dicũtur autem et cornua, detorto à cornigeris animalibus nomine. Teredo, pertusio est ossis ex corruptione: affectui nomen ab accidentibus foraminibus datum est, quæ τρήματα appellantur: quasi B τρηδὼν quidam existat. Aden, id est glandula, conuolutio sicca quædam & carnosa est, vel carnosa conglomeratio. Struma, caro est sicca, quæ nec facile soluitur. Broncocele, quasi dicas gutturis ramex, tumor est gutturi adnascens: differt q; ab eo, qui in scroto progignitur. Anchyle, passio est tendonum circa collum, vel articulos, qua functio impeditur. Exomphalos, id est procidens vmbilicus, prominentia est vmbilici diuersis de causis proueniens. Gynæcomasthon, id est muliebris mamma, subiectæ mammis pinguedinis auctio est præter naturam. In contectu est abscessus, cum corporũ, quę sunt in profundo, aut viscerum in pus fit mutatio. Acrochordon (genus quoddam est id verrucarum dolens) exortus est orbicularis, angustam q; obtinens basim. Phygethlon, id est panus, abscessus est nascens in inguine. Epiploomphalon, omenti est in vmbilicum decursus. Hydromphalon, coitio in vmbilico est lenti humoris, qui sub tunica quoque interdum continetur. Poromphalon, est concretio tofi in vmbilico. Sarcomphalon, incrementum carnis pręter naturam est in vmbilico, vel mitis, vel malignæ. Pneumomphalon, dilatatio est vmbilici. Hypospidias, est affectus, in quo glans colis attracta est. Thymus, asperæ carnis extuberatio est, quę similis circa genitale, ac sedem oritur. Lipodermus, id est (translato ad morbum nomine) apella, defectus est tegentis glandẽ pelliculę, adeo, vt distrahi nõ amplius possit. Phymi duo discrimina sunt: C vel enim ex natura fit, vel postea gignitur, vlceratione antegressa. Pariepiphymosis, est, cum retracto glandis neruo præputium deduci præterea nequit. Rhagas, id est scissura, filium ue, diuisio est labia obtinens callo indurata. Circuncisio vel circunsectio, ablatio est cutis glandem obtegentis. Hemorrhois, relaxatio est vasorum, quæ sedem cõtexunt, dicta ἀπὸ τοῦ τὸ αἷμα ῥεῖν, id est, q sanguis per eam fluat. Differentiæ quinque hæmorrhoidum sunt, à magnitudine, multitudine, figura, loco, constitutione: à magnitudine, cum aliæ paruæ sint, aliæ magnæ, alię medię: à multitudine cum plures in aliis, in quibusdam pauciores consistant: à figura, quòd non nullę angusta, quædam lata sint basi: à loco, quando aliquę in ano, quędam in sphinctere, id est strictore, alię in recto sunt intestino: à constitutione, quoniam aliæ mites sunt, alię malignę. Condyloma quasi dicas nodus, est extuberatio, quę cum phlegmone in rugosa, contrahente q; se ani parte consurgit. Tres circa scrotum fiunt affectus, ramex, scabies, detritio. Tumores in scroto consistunt, hydrocele, enterocele, hydrenterocele, cirsocele, porocele, epiplocele, enteroepiplocele, id est hernia seu ramex aquæ, intestini, aquæ & intestini, varicis, tofi, omenti, intestini atque omenti. Hydrocele, lenti humoris in parte scroti collectio est. Enterocele fit, intestino in alterum locum paulatim, vel semel delapso. Enteroceles causæ sunt, antegressa quidem intensio, vel ictus, D continens autem, iterata huius extensio, aut ruptio. Hydrenterocele, est delapsus intestini, minus'que elaborati humoris collectus in scroto. Cirsocele, est dilatatio, amplificatio'que quorundam, aut omnium, quę testem alunt, vasorum. Hygrocirsocele, id est aquosus simul, et varicosus ramex, est dilatatio testem nutricantium, vasorum & lenti humoris in scroti aliqua parte collectio. Epiplocele, lapsus omenti est in partem scroti. Enteroepiplocele, in scroti partem casus intestini est atque omenti. Cele, id est ramex, tumor est, qui dictorum aliquod cõtinet: omnis enim in scroto tumor κήλη, id est ramex nuncupatur. Crypsorchis, id est testiculi occultatio, testiculi, vel testiculorũ recessio est. Rhacosis, id est detritio, multa, scroti extensio est. Psoriasis, id est scabies, duritia scroti est cum intensa prurigine, quãdoq; vero & vlceratione. Gangræna, est corporis mutatio à naturali cuiusq; habitu in alienum, atq; extinctio, cum vlceratione, vel citra hanc: gignitur autẽ vel plethora antegressa, vel dum extinctio fit, aut phlegmone ex chirurgi imperitia. Os, est, vt Plato arbitratur, medulla, quæ à calido spissatur: ex quorundam autem medicorum sententia, terrena concretio, & solida, & sensus expers, ac sanguinis. Cõmune chartilaginis, & vnguis est sensu carere, atque inæquale esse: cæterum chartilago imago est ossis: sæpissime enim in articulis adiacet. Vnguis vero, superficies ossis fuerit: aut cutis concretio dura & sicca. Hermaphroditus, complexus est masculini sexus, ac fœminei, simul etiam vtroq; genitale proprium obtinente.

Dracunculus, est vlcus, quod à parte propinqua ad ipsum nerui delationem habet: dictus, quod neruus mouendo corpore in vlcus recedat, in eo quod occultetur. Clauus, est vlcus in pedis planta orbiculatum, quod callum contraxit. Semen, vt Plato, ac Diocles autumant, ex cerebro, & dorsi medulla excernitur: vt autem Praxagoras, atque Democritus, præterea & Hippocrates censent, ex toto corpore. Democritus quidem ait, Homines vnus erit, & homo omnes. Hippocrates vero, ‖ genitura, inquit, vndique à corpore demanat, à sanis sana: à morbosis morbosa. Semen, est secundum Stoicos, quod cum spiritu, & anima, sed veluti non pars ab animali dimittitur: vt autem opinio fert Asclepiadis, genitiuus humor, qui in venereis congressibus excernitur. Illud quæstione exagitatum est, vtrum fœmina perinde ac mas semen depromat: etenim eadem Veneris libidine vexatur fœmina, ijsdem que obnoxia est morbis: ac plane ex confectione seminarijs meatibus prædita esse ostenditur. Maximum quoque id cōferendi seminis testimonium est, quod similes matribus procreentur liberi. Porrò conferri ipsum testis est Hippocrates, qui in libro de infantis natura, ‖ Si profecta, inquit, ab ambobus genitura in mulieris locis manet, primum quidem vna miscetur, vtpote non quiescente muliere, concalescendo que colligitur, ac crassescit: dein spiritum concipit. Differt à genitura semen, quod hoc in seminarijs meatibus sit: quidam vero, quod iam est excretum, id esse semen volunt: genituram autem, semen non dum concoctum: at nos, vt Asclepiades dicit, semen quoque in ijs esse, qui generare non adhuc possunt, definiuimus. Infœcunditatis duplex causa est, quarum altera viro, mulieri altera debetur: & vtraque multiplex: nam fœmina in causa est, si perfrigidum vterum, vel præpinguem habeat: mas vero, cū spado fuerit testiculis orbatus: aut alio quouis modo laborauerit. Non est pars vterum gerentis, quod gestatur in vtero: aut certe ipso intereunte, grauidam quoque interire necessario conuenit, vel partu edito lædi integris functionibus obeundis, quasi pars ei, qua ipsius corpus priuatum est, desit. Alimento perfruitur embryum, per secundas id excipiens attrahens que: cæterum non per os, sed per vmbilicum alitur. Embryum quidam animal esse, quidam non esse prodiderunt: animal esse id illi coniectauere ex motu: quando quidem mouet & embryum: atque, vt sentiēs animal, in matris voluptatibus oblectatur, lætatur que: in angoribus autem contrahitur, atque cogitur: nulli enim sensus, præter quam animali, à natura datus est. Qui autem non esse animal asserunt, nutriri ipsum quidem, & augeri, vt arbores quoque, nō tamen, vt animātes, appetitionem, motum que ex ea habere confitentur: haud enim solum non citra electionem, sed neque ex proposito mouentur, verum vt arbores & plantæ: nam ventus ijs causam affert motionis: embryis vero, circūfusa humiditas, & lubricitas, atque vteri figura, qui, cum impletur, tumescit in globum: est autem globus, seu sphæra, figura in omnem motum, vtpote omnis expers basis, natura procliuis. At Asclepiades embryū neque animal, neque non animal esse pronunciauit, sed simile id esse dormientibus dixit: nam, quo illi modo sensus obtinent, neque ijs tamen vtuntur, sic & quod in vtero gestatur. Gignitur mas, vt non nulli opinantur, postquam ex dextra parte auulsum semen in vterum coniectum est: fœmina, cum ex sinistra: sunt alij, qui pro seminis peculiari temperatura, à caliditate, vel frigiditate fieri dixerint: nā semen calidius marem generat: frigidius fœminam. Fiunt gemini, atque tergemini, vt quidā arbitrantur, quoniam semen in calidum vterum detractum, ac deriuatum frangitur: alij ad superfœtationem causam referunt: nos vero, si in hæc ambo conferri semen fuerit inuentum, gemellos asserimus procreari. Generantur monstra, vt quidam aiunt, per declinationem obliquitatem que vteri: nam, quod inæqualiter semen infunditur, monstra progignit: quo modo & liquatum plumbum, si inæqualiter defusum sit, inæquale opus conflatur. Mōstra, vel per defectum, vel per excessum fiunt: gignuntur per magnitudinem quæ amplo: per paruitatem, quæ passerino sunt capite: per numerositatem vero, qui sex constant digitis, quandoque etiam pluribus. Quam ob causam septimestres partus viuunt, octimestres minime? Ita fertur, quoniam numerus octo, par, & coniunctus, nec decretorius est: septem autem impar est numerus, neque vero coniunctus, atque ob id decretorius. Conceptionis causa, est commoda vteri caliditas, recens que mensium purgatio, ac coeundi appetitus: hæc enim simul congressa semen detinuere. Conformatur primum embryi secunda: deinde reliqua. Constat secunda ex duabus venis, duabus que arterijs, & quinto vocato vracho: vocatur autem chorion, seu quod embryi cōceptaculum sit, seu quod ipsi alimentum suppeditet. Partus dolores, sunt spiritus conferti, impetus, ad embryi excursum. Tribuuntur mulieri menstrua, quæ sanitatis gratia euacuentur: embryo autem alimētum præbeant per conceptum suppressa: sunt enim tum ad cōceptionem, tum ad lactis generationem comparata. Fit prægnantibus pica duobus circiter aut tribus à conceptu mensibus, affecto nimirum stomacho: non dum enim vis embryo suppetit consumendi alimenti. Picæ causa inde prodit, quod abundet materia, & stomachus perturbatione vexetur: huiusce rei argumentum est, quod, cum incrementum acceperit embryum, tunc recipiente se deorsum sanguine, ad se stomachus redit. Prodeunt in lucem quatuor figuris, siue habitibus embrya, vna in caput, quæ secundum naturam est: tres reliquæ præter naturam: eæ sunt, in pedes, in latus, in duplum. Ægri partus tribus modis fiunt, pro gerente in vtero, pro eo, quod geritur, pro exterioribus: pro gerente, duplici via: ex animi motibus, cum zelotypijs, vel mœroribus vel alio quouis affectu detenta fuerit: ex ijs vero, quæ ad corpus attinent, cum angustis fuerit meatibus, aut præpinguis, aut primum fœta,

Marginal notes: ...o sacro ...cul à prin... Ecd Aer. ...& lo. ca. 8. ...l. 2. fo. 4. g — statim in principio.

E F G H

aut prædita

A aut prædita vtero ſit,qui alimentum non admittat: pro eo,quod geritur,cum moritur in vtero partus: vel geminus,aut mõſtroſus eliditur: pro exterioribus, per intenſam hyemem, aut æſtum vehementem. Cauſam vlcerum in vtero habēt interdum abſceſſus: non nunquam peſſus corruptorius: quãdoq; vero ſcirrhus: eſt q; hic cum alijs diuturnus. Sarcoſis in vtero,eſt carnis collectæ expullulatio: quam,ſi magna ſit,particulatim recidere cõuenit vellicatam ſcalpris,quo celerius emoriatur: ſin parua,protinus tollere. Hęmorrhagia,id eſt ſanguinis eruptio,effuſio abundans eſt ſanguinis: quę,ſi magnum vulnus ſit,per largum obitur fluxum: ſin anguſtum,per iaculationem: vt in venis ſecandis. Differt hęmorrhagia ab hęmorrhoide,q̃ hæmorrhagia, abundans effuſio,vti diximus,ſanguinis: hæmorrhois autem,delatio ſanguinis eſt per diſſultationem, ac paulatim facta. Duobus modis ſanguis erumpit: diſſultatione,vel ruptione: quæ diſſultatione, ac corporis noſtri vaſorum eroſione conſtat,non facile ſanatur. Curantur ęgrius arteriæ, quàm venæ: partes in profundo ſitæ ijs,quæ ſuperficiem occupant: & quæ his,aut illis vicinę magis ſunt,faciliorem, difficiliorem'ue curationem recipiunt. Sanguinem,quem nõ paruo negocio compeſcas, facile hæc loca profundunt, temporales muſculi,cerebri membranæ,palatum,columella,collum,alæ, inguina, & id genus alia: inter homines vero,ſi ętatem ſpecies,iuuenes: ſi habitum, prauis affecti humoribus, B ſi anni tempus,in æſtate. [a] ‖ Chymi appellatio apud Hippocratē ſemper humoribus corporis deſtinata eſt, ex quibus nos cõſtituimur, ſanguine,inquã,pituita, & duplici bile,flaua & nigra: apud Platonem vero,& Ariſtotelem guſtabilis qualitas quæuis nobis inſita chymus,id eſt ſapor,nominatur: ſunt porrò qualitates, acor,auſteritas, acerbitas, acrimonia, ſalſedo, dulcedo: ſic & Mneſitheo placet. Continet pars ea medicinæ, quæ de affectibus agit, quid, & qualis ſit vniuerſalis, & quid particularis affectus, ac morbus: quid item cauſa, quid ſignum: & quæ huius differentiæ habeantur(ſunt autem hæ ſpecie complures) non qualis affectus cauſarum,quæ morbos cõmittunt: loca item explorat,in quibus ſint affectus: quęrimus enim,quis affectus phrenitis, comitialis morbus,lethargus,dolor lateris,peripneumonia, reſolutio neruorum, & ſimilia. Sunt vero cauſæ horum manifeſtæ,& non manifeſtæ: & antegreſſæ,& antecedentes,& continentes: atque in vniuerſum,quæ ſit affectus conſtitutio: &,in quibus ij corporis partibus dicti ſint, perſcrutatur. Criſis,id eſt iudicatio, idonea morbi, ac celer in tempore diſſolutio eſt. Periodus, id eſt circuitus, ſucceſſiua redditio eſt ordine diſpoſiti temporis. Cerebrum animalem facultatem obtinet,atq; huius partem principē,quæ ratiocinatrix eſt, atq; mens: Cor vero iracundam. [b] † Adminiſtratur pariter corpus à corde & iecore. Facultas,naturalis,altrix,& auctrix eſt. Sumit cor alendo,augendo q́; corpore,à C iecore ſanguinem: ſpiritum à pulmone: quas cõfectas,elaboratas q́; materias ſic in vniuerſum corpus tranſmittit. Inſtrumentaria, pars eſt chirurgiæ, quæ per reſtitutionem,ac conſentaneam curationem diſpoſitis præter naturam humanis oſſibus ſanitatem vendicat. Sunt oſſa in nobis duobus modis coniuncta, per articulum, & coagmentationē. Articulus, commiſſura oſſium eſt, quæ moueri natura voluit. Coagmentatio,commiſſura eſt oſſium, quæ lege naturæ nequaquam mouentur. Lapſus,ſeu luxatio, eſt oſſium,quæ p articulum, vel coagmentationem [c] mouentur, extra naturam delatio. Exarticulatio, ſiue eluxatio, eſt oſſis ſecundum naturam ſe habentis in alienum naturæ locum ex profunda cauitate egreſſio. Dearticulatio, ſeu deluxatio,eſt oſſis euariatio, delatio'ue à naturali loco [d] † ad eum, qui præter naturã eſt. Motio, eſt oſſium per fixurã, harmoniã'ue compactorum [e] † ex propria ſede in naturæ oppoſitã exturbatio: quēadmodum ex tarſo diruptis oſſiculis,aut vertebris fieri conſueuit. Diductio, eſt mutua oſſium per ſuturam, & coalitum coniunctorum ſeparatio,atq; diremptio. [f] Reſtitutio,eſt oſſis,vel oſſium [g] † à loco naturæ cõtrario ad naturalem} traductio. Tentio,eſt tractus corporũ. Mochlia,traductio eſt oſſis,aut oſſium ad naturalem locum ab eo, qui præter naturam ſit. Catataſis, eſt ad inferna loca corporum tractus: obitur hæc partim principijs,quę tentionis cauſę ſunt,è regione oppoſitis,partim tranſumptione in con D trarium,nempe tranſmiſſis per rotulas principijs,quæ tentionem moliuntur, ac ſuperius adnexis. Anataſis vero, id eſt tentio ad ſuperna loca, per traductionem, intelligi ex ijs poteſt, quæ de catataſi prodidimus. Diſtentio,eſt ad ſuperna,atq; inferna loca corporum tractus. Exelcyſmus, ſeu re* ctius forte Eiſelcyſmus, eſt deductio oſſis, vel oſſium à ſuperficie in profundum. Rhegma, * id eſt ruptum,eſt oſſis,aut oſſium traductio à profundo ad ſuperficiem. [h] † Traductio, eſt diducti oſſis in naturalem locum reuocatio. Extaſis, id eſt mentis emotio, eſt inſania, quæ breui finitur. Ecplexis, id eſt conſternatio, eſt emotio mentis, quæ ex repentina aliqua perturbatione extrinſecus aduenit. Enthuſiaſmus, id eſt fanatica percuſſio, ſeu afflatio numinis,eſt,velut cum quidam mente in ſacris faciendis capiuntur, ſiqua viderint: aut ſi tympana, vel tibias,vel ſigna audiuerint.

A ‖ Lib. de Humo. Et de Veteri med. ꝓpe finē. Et de Alimēto iuxta principium.

B † Additur in antiqs τὸ δ' ἧπαρ τὸ ἐπιθυμητικόν, i. iecur autē concupiſcibilem.

C † Al. συγκειμένων, i. cõpoſita ſunt.

D † Additur ĩ antiquis ἐξ ἐπιπολαίας κοιλότητος, i. ex ſuperficiali cauitate.

E Al. ex antiquis. aliquãdo quidem in eodē loco præter naturã motio: aliquando autem in locũ, qui præter naturam eſt, exturbatio.

*F * καταρτισμός.*

G † Al. ex loco qui ſecundum naturam eſt ad locũ, qui eſt præter naturam.

H Additur ĩ antiquis, paragoge eſt oſſis, uel oſſium traductio diducto oſſe p anaclaſin in naturalem locum.

GALENO ASCRIPTA INTRODVCTIO SEV MEDICVS

Quem librum olim Ioannes Andernacus latinum fecit: nuper vero post Bartholomæi Syluani recognitionem ad Græci exemplaris collationem castigatus.

Vide in secunda Sectione sexti Epidemiorum, commen. 42. vbi citatur liber Herodoti, qui inscriptus est Medicus.

Quomodo inuenta sit medicina. CAP. I.

Multa in hoc libro ex codi. manuscr. resti tuta nūc sunt.

ARtium inuētiones, vel deorum filijs, vel quibusdam eorū propinquis, quibus dij primi artem oēm communicarunt, Græci ferunt acceptas. Hac igitur ratione & Æsculapius medicinæ, quā primus ab Apolline patre institutus, hominibus tradidisse dicitur, inuentor extitisse apparet. Porrò ante illum ars medica non dum hominibus fuit cognita, nisi ꝙ veteres medicamentorum, & herbarū, qualia apud Græcos Chiron Centaurus, & ab eo eruditi heroes nouerāt: ad hęc quæcunq; Aristeo, Melampodi, & Polyido adscribuntur, experientiā, quandam habuere. Apud Ægyptios sanè pręter herbas, aliam quoq; medicamētorum rationem in vsu fuisse Homerus hunc in modum testatur: G

Fertilis Ægyptus rerum, medicamina mista,
Optima multa, simul deterrima plurima gignit.

Porrò ex cadauerū consectione, quā in cōdiendis ijs, asseruandis q; habere moris erat, multa ēt, quæ manu administrantur, apud primos medicos inuenta esse videntur. Quædam dicūtur ex casu obseruata fuisse, vt suffusos appungere, inde, ꝙ capra quæpiam ex suffusione male habens, iunco aculeato in oculū impresso, visum receperit. Quin & clysteris vsum ab Ibi profectū esse scribunt. Hæc.n. colli cute tanq̄ clysteris vtre, marina, Nili q; aqua impleta, rostro eam sibi ipsi per anum indit. Scribit etiam Herodotus historiographus, quōdam ægris per compita expositis, illos, qui ijsdē aliqñ morbis laborarāt, referre solitos, quibus vnusquisq; vsus, sanitatē recuperauerit: atq; hoc modo ex multorum vsu, ac experimentis rem medicā conflatam esse. Sed hæc quidem experientia ratione vacua, non dum q; rationalis fuit. Cæterum perfectam medicinam, & oībus numeris absolutam, nimirum diuinam aio, Æsculapius solus inuenit. Illam vero, quæ inter homines versatur, huius successores Asclepiadę posteris veluti hæreditario acceptam tradiderūt, maxime Hippocrates, qui omnibus facile præcelluit, primus q; perfectam apud Græcos medicinam in lucem protulit.

Quæ medicinæ principia. CAP. 2. H

PRincipia medicinę tria sunt, vnum inuētionis, alterum constitutionis, tertium interpretationis. Inuentionis igitur medicinę (vt simpliciter dicam) vetustissimum planè, citra q; rationē principū, experientia est: quēadmodum apud Ægyptios, & reliquos oēs barbaros. Redigendi vero in artis constitutionem, sicut Asclepiadarum medicinā, ratio & experientia. Interpretationis, vt scribit Athenæus, vel traditionis, quēadmodum quidā dicunt, initium, naturalis est speculatio. Enimuero simpliciter & Hippocrates dixit, ‖ Medicę rōnis initium primū natura est: nā à naturę inspectione Dogmatici auspicātur, qm̄ ex ijs, quæ fm naturā sunt, & illa, quæ contra habent, possunt cognoscere: at sine naturaliū cognitione illa, quæ à naturali habitu recedunt, scire nemo pōt. Quin ēt in curādo naturę speculationē silr requirunt: qñquidē ex naturali admouēdorū auxiliorū potentia, q̄ cuilibet morbo idonea sint, accipiunt. Qui vero ex alijs sectis naturæ cōtemplationem aspernant, vtriq;, à quibus p̄sidia afferēdi habitum finxere, incipiunt. Methodici ex cōitatum indicatione, empirici ex obseruatione experimentornm: Qua.n. rōne Dogmaticis medicę rōnis natura, eadē empiricis experientia crebro, et ferè semper in ijsdē, & pari modo contingens, principium existit. Ab hac siquidē historiā quoq; suā exordiunt, & fm hæc ab alio ad aliud silr transeunt. Sed methodicis euidentiū similitudinis inspectio, vel cōmunitatū apparētiū cognitio principium dr.

de Loc. in Homine non procul à pricipio.

Quot

A *Quot sectæ medicorum, quæ que earum notæ.* CAP. 3.

SEctæ medicorum tres sunt, Rationalis, Empirica, & Methodica. Rationalis naturæ rationem præbet, morborũ causas inquirit, & signis ad illarũ inuentionem vtitur, curationẽ capit à contrario, prout causæ exigunt. Nam contrariorum contraria sunt remedia. Quatuor ergo sunt, quæ rationalem sectã obsignant, naturæ inspectio, causarum, ac signorũ æstimatio, & quartũ, nempe ꝙ causæ ipsis curationem dictat. Empirica ad assidentium accidẽtium cõcursus, quæ ęgris adsunt, respicit, & conuenientẽ accidentibus curationem obseruat, id q́ȝ nec morbo cognito, nec causa inquisita. Contenta est aũt obseruatione in accidentibus per eorum, quæ admouẽtur, experientiã facta, & historia prius expertorũ vtitur: tum à compertis ad incõperta, sed similia ẽm apparẽtem speciẽ transit. Quæ enim ipsimet vsu, ac experiẽtia in multis, & sæpissime ac semper in ijsdem, & pari modo experti sunt, aut quæ casu quopiã obseruarunt, ea q́ȝ semper atq; eodẽ modo habentia, hæc confidenter vsurpant, non adeo curiose facultates ex eorum qualitatibus disqrentes. Credunt & vetustissimis, qui rerũ per experimenta sibi obseruatarũ historiam, vti vocant, memoriæ prodiderunt. Vtuntur ẽt à simili transgressu ad ea, quæ non dũ explorarunt, cũ similia specie, quæ ad manũ est, apparent, vt malua, blitũ, beta, & lapathum. Itidem in † cõtrarijs, vt alica & oriza. Rursus in arborum fructibus, quos Græci acrodrya nominãt, vt pirum, malũ cotoneum. Notant igitur empiricã heresim, ad concursus symptomatũ, non ad morbum, neq; ad causas, respectus: deinde in concursibus medicaminũ congruentiũ per vsum obseruatio: Tertio, expertorũ antea historia: Nouissime à simili trangressus. Methodica cõmunitatibus & similis speculationi adhæret. Oẽs enim particulares affectus ad generales duos reducunt, adstrictũ, & fluentẽ, quas cõmunitates vocant. Cognoscunt eas ex obortis circa corpus affectionibus, in vtroq; euidenter conspicuis. Quare notas nõ desiderant, exẽpli gratia adstrictum inde oriri, ꝙ corpus densatũ sit, profluuium ipsius sistatur, oĩs q́ȝ euidẽs excretio impediatur: fluentẽ vero inde, ꝙ summa corporis cutis rara euaserit, & cuiusq; corporis particulæ excretiones sensibiles intẽsæ sint. Duplicem igitur curationis speciem generales duo corporis morbi ipsis indicant, nempe si corpus adstrictum est, laxãdum esse: si profluuio laborat, cõprimendum: si vitium mistum habet, occurrendum vehementiori malo. Cæterum cõitates oẽs nominant euidentes: harum aũt alias passiuas, vt adstrictũ, & fluens: alias curatiuas, vt resoluere & tenere: quasdam tẽporales, initium, incremẽtum, vigorem seu statum, & inclinationẽ. Porrò medicinæ, quæ manu medetur, cõmunitates, in eius ablatione, quod alienũ est, consistunt. Duplex enim alienũ est, vel extrinsecus, vel in corpore. Extrinsecus simplex: illius, quod in corpore est, tres numerantur species. Atqui extrinsecus, vt spiculũ, telum, & quodcũq; aliud id genus existit perfectam eductionem ostendit. Eorum, quæ in corpore sunt, aliud loco alienum, vt suffusio, eluxatio, & fractura, quæ trãspositionẽ vel restitutionem in proprium locum indicãt. Aliud magnitudine, vt abscessus oẽs, scroti tumores, acrochordones, i. pensiles verrucæ, phymata, & cõdylomata: quorum nõ nulla diuisionem solam requirunt, non nulla summam superfluorum præcisionem demõstrant. Aliud defectu alienũ, non vt superuacaneum, sed veluti deficiẽs dicit, cuiusmodi mutila, & curta oĩa: sicut in labris, oculis q́ȝ cernit. Vnde quidã λαγοφθάλμοι, & λαγόχειλοι, i. leporinos oculos, & leporina labra habẽtes, noĩantur. Pari modo ẽt se habet fistulæ, & vitia profunda, quę Gręci vocant hypophora, sinus, vlcera, alia q́ȝ huiusmodi oĩa, quæ ex defectu repletionem desiderãt, atq; indicant. Iã vero pręter quatuor chirurgorum cõmunitates, est & species, quam προφυλακτικὴν, i. preseruatricem appellant. Apponitur aũt & ipsa, vt communitas, in deleterijs, & toxicis, bestijs q́ȝ oĩbus, quæ virus inspuũt, tum venenosis volatilibus, & terrestribus, aquatilibus q́ȝ. Nam cõmune oĩum genus, vt sint exitialia, non tñ ad adstrictum, & fluens referuntur, sed aliud est præter hęc genus. Quare & curatoria ipsorum cõmunitas alia præter illam habet, dicta prophylactice. Methodicam quoq; sectã primum exculpit similis in euidentibus consideratio, sed non in latentibus, seu abditis, quemadmodum in rõnali secta. Hoc vnum intercedit discriminis, ꝙ in illa quoq; similium inspectio, sed in obscuris consistit: ẽm, ꝙ ex simili in euidentibus, affectus, auxilia, tempora, particularia oĩa ad generalia reducit. Attamen non euidentia tm̃ empiricorum more animaduertunt, sed particularibus, nullo generali cognito, insistunt. Tertium est ex communitatum indicatione curationem accipere: nec causas, vt rationalibus in vsu est, exponere: neq; facta in concursibus obseruatione eorum, quæ per experientiam conueniunt, vt empirici faciunt, contentos esse.

B

C

D

†Codex manuscriptus hẽt τῶ δημητρείων, i. cerealib⁹, quę lectio accõmodata ad sẽsum est. & ita ẽt vr̃ legisse vet⁹ interpres.

Qui trium Sectarum principes extiterint. CAP. 4.

RAtionalis sectæ & auctor, & princeps Hippocrates Cous fuit. Post hũc Diocles Carystius, Praxagoras Cous, Herophilus Chalcedonius, Erasistratus Chius, Mnesitheus Atheniẽsis, Asclepiades Bithynus, Cienus, qui & Prusias dictus est. Empiricæ prefuit Philinus Cous, qui primus eam à rationali separauit, occasione ab Herophilo suo præceptore accepta. Cum autẽ suam hæresim principem esse vellent, Acronem Agrigentinum, quò rationali esset vetustior, ei dedisse initium dixerunt. A Philino Serapion Alexandrinus ea secta floruit: Dein Apollonij duo, pater, & filius, Antiocheni: hos secuti Menodotus, & Sextus exactè eam corroborarunt. Methodicen Themison Laodiceus Syrius incepit, qui ab Asclepiade rationali occasiones nactus, ad methodicæ sectæ inuentionẽ se contulit. Thessalus Trallianus eã absoluit. Post hos Mnaseas, Dionysius,

Proclus, Antipater. In ea autem de quibusdam dissenserunt Olympiacus Milesius, Menemachus Aphrodisieus, & Soranus Ephesius. Fuerunt non nulli ἐπισυνθετικοὶ, quasi adiuncti, apud Græcos nominati, vt Leonides Alexandrinus: quidam ἐκλεκτοὶ, quod est delecti, vt Archigenes Apameus Syrius. *

* In vetustissimo græc. codice manuscr. annotatur hic deesse caput, cuius hoc e argumētū: Quæ ꝓpria sint medicinæ.

Medicina scientia ne sit, an ars. CAP. 5.

RAtionales aliqui, è quorum numero est etiam Erasistratus, medicinam partim scientiā, cuiusmodi est causarum notitia, item naturæ inspectio: partim coniecturam, vt curationē, et signa habere censuerunt. Methodici & in vniuersum scientiam ipsam esse prædicant, sed vtriq; à vero, maxime methodici, aberrarunt. Scientia enim est conueniens, firma, & nunq; à ratione declinans cognitio: eam neq; apud philosophos, presertim dum rerum naturas perscrutātur, inuenias: multo sane minus in re medica: immo, vt verbo expediam, ne ad homines quidem venit. Quam obrē medicina ars merito dici potest: si quidem artis nomine cōprehēsionum, & opinionum ad finem quendā vitę vtilem spectantium collectionē certa qualitate, & quātitate cōmeditatā intelligimus. Comprehēsiones igit humanas, & quę numero constitutionē quandā procreare queant, pcipue cōmeditatas, hoc est sibi concordes, ac consonas, cohærentes q; medicina habet: quo fit, vt artis vocabulū, cuius definitio ei cōuenit, optimo iure cōmereatur, cōprehensiones q; in ea ad vitæ cōmoditatē pertinent. Quippe, vt seruarentur hoīes, ac sanitatē tuerent, in vitā prodijt. Sed artiū duplex est differentia: quædam .n. finem suū semp consequunt, vt fabrilis, nauiū cōpactoria, ædificatoria. Quædam finē suum, ceu scopum desiderant, contingunt aūt non semper, sed plurimū. Vnde coniecturales quoq; dicuntur: ex quarū numero medicina fuerit: queadmodum rethorica, gubernatoria, & sagittandi ars. Est & alia differentia, & ipsa duplex: qm̄ aliquæ, dū fiunt, sunt, & simul atq; ab actione destiterint, nihil, quod perfecerint, ostēditur, cuiusmodi saltatoria, citharistica, palæstrica, & quæuis alia ars musica. Non nullę in actione euidēs opus planè nullū habent, sed tanq̄ futuri cuiusdam præparatoriæ existunt: vbi vero à functione cessauerint, tunc, quid effecerint, apparet: qualis statuaria, pictura, & fabrilis, tum aliæ, quarum opera post actionē perdurant. Inter has medicinam quoq; numeres, licet. In medendo enim non dū eius finis innotescit, quippe quæ aduersus morbos semp laboret: at, vbi curationē absoluerit, tunc homini sanitatē restituisse eā videre est.

Quid sit medicina. CAP. 6.

DEfinitionibus rationales vsi sunt, descriptionibus empirici: de quibus quęstionē instituere philosophis solum conuenit: enimuero veteres ēt medici hoc ferè modo medicinam simpliciter, vel definierunt, vel descripserunt. ‖ Medicina est, Hippocratis sententia, adiectio, & ablatio. Adiectio quidē deficiētis, ablatio aūt superatis in hoīum corporibus. Quam .n. definitionem medicinæ non nulli putauerunt, re vera non est, ęgros videlicet morbis non prorsus liberare, dolores lenire, morbi q; vehemētiā retūdere, malo victus manū non admoliri. ‖ Artes enim nō ex ijs, quorum neutiquā adest facultas, sed ex his, quorū adest, definitionem sortiuntur: qm̄ illa definitio, quę neutiquā fieri possunt, recensent, non ex ijs, quę adsunt, artes definit. Recentiores huiusmodi definitionem vsurparunt. Medicina est scientia sanitatis cōseruatrix, morborū repultrix. Verū secus habet: non .n. ipsa hęc efficit, sed ex illis, quę efficit, hęc proueniunt, id q; non semp. Quapropter non ex his, sed illis, quę ab ea semper accipiuntur, cōstituta est. Hęc autem sunt adiectio, & ablatio. Proinde, quę capit medicina, hæc ipsam esse dixit Hippocrates, quibus & in sanis vtitur, cū secundam ipsorū valetudinē conseruat, & in ęgrotis, vt morbis liberet. Quæ igitur semp facit, ea ipsam constituunt, nō illa, quę ab his efficiunt. Aliud nāq; ars, aliud eius finis est. Quod enim appetit, id aliud ab ipsa est, id q; non perpetuo secum habet. Quo fit, vt, quatenus ipsum non contingat, neq; finis eius, sed scopus dicatur: cum aūt contigerit, finis. Ita gubernatoria, & sagittandi ars nō à fine, quem non semper contingunt, sed ab ijs, quibus constitutæ sunt, & per quæ, vt finem assequātur, functiones obeunt, definitionē sortiuntur. Porrò definitio hæc omnibus ferè post Hippocratem proba esse videtur. Herophilo Medicina est sciētia salubrium, insalubrium, & neutrorum. Trium enim horum cognitionem habet. Salubrium, quę corporis humani constitutionem ita preparāt, vt ex eis pulchre inuicem aptatis sanitas concilietur: insalubrium, quæ salubrem conuenientiam dissoluunt. Neutrorum omnia sunt auxilia, quę ęgris afferuntur, & eorū materia. Hęc enim prius, quàm à medico excepta sint, neutra, hoc est, nec salubria, nec insalubria sunt.

lib. de Flatibus à principio.

Lib. de Arte nō procul à principio.

Quot partes medicinæ. CAP. 7.

PRimarię medicinę partes sunt, rerum naturę contemplatio, causarum notitia: vel affectuum consideratio, sanitatis tuendę ratio, signorum obseruatio, & medendi modus. Gręci vocant φυσιολογικὸν, αἰτιολογικὸν, seu παθολογικὸν, ὑγιεινὸν σημειωτικὸν, & θεραπευτικόν. Atheneus pro signis materiā constituit, q̄ in curatoria parte versat. Nā sine materia curatio fieri non possit. Indiciorū obseruatio, & ad curandi rōnem necessaria, non tñ ipsa est curatio. Materię .n. beneficio curatio absoluitur, & materia quidē sine curatione nihil aliud confert. Signa vel citra curationem ad cognoscendum, q̄ mederi queas, & q̄ minus, necessaria sunt. Ad hęc faciunt, ne inscius ijs, qui medicinę nullum locum reliquerunt, manum admouens, erroris notā incurras. Iam vero quinq; harum partium medicinę, cuiusq; diuisio quędā angustior est. Pars igitur, quę naturam contēplatur,

dicitur

A dicitur, in qua de hominis natura differimus: constat autem, si diuidas, elementorum notitia, quibus homo componitur, tum generationis fœtus, & formationis, præterea interiorum & exteriorum corporis partium speculatione, cum mortuorum cadauera incidimus, ossium q; rationes perscrutamur: in qua ea, quæ præter naturam sunt, inquirimus, morborum causas, accidentium concursus, affectuum status diligenter indagamus. His enim incognitis nemo recte nouerit, quo modo morbos curare conueniat: ὑγιεινὸν tum sanitatem tuetur, tum præcauet, quo minus corpora in morbos incidant: vbi inciderint, ad sanitatem reducit: σημειωτικὸν præteritorum cognitionem, præsentium inspectionem, & futurorum præsagia continet: θεραπευτικὸν, id est curandi facultas, ea quoq; in tres partes diducta est, vt vna esset, quę victu: altera, quę medicamentis: tertia, quæ manu mederetur.

An medicinæ diuisio in quinque partes diducta necessaria sit. CAP. 8.

PRoinde rerũ naturæ cognitio necessaria est hoc potissimũ nomine, q nisi naturalibus antea cognitis ea, quæ à naturali habitu recedunt, cognoscere queas nũquam: nam præter illorum naturam morbi consistunt. Causarum vero & morborum notitia non minus & ipsa desideratur, vt affectuum origines, quibus resistere conuenit, intelligamus: tum ipsos affectus a veteribus appellatos eorum q; status cognoscamus. Vtilis sanè & symptomatum affectibus incumbẽtium cognitio est, nam ab horum congressu, quem Empirici συνδρομὴν græce, latine concursum vocant, corporis vitia speciem nãciscuntur. Quãquam iidem Empirici in syndromis, quæ cuiq; accidenti conueniant, obseruarunt. Methodicis curationem affectus indicant, quemadmodum Rationalibus causæ, licet ipsi nihilo minus tum affectus, tum cõcursus inquirant. Totum autem causis attribuunt, quarum non nullæ euidentes, aliæ continentes, quædam coadiuuantes, aliquæ concausæ, reliquæ præcedentes dicuntur. Euidentes, quæ Græcis vocantur procatarcticæ, id est antegressæ, sunt, quę, dum aduersam valetudinem crearunt, separantur, vt frigus, labor, Solis exustio, cruditas. Continentes, cum præsentes sunt, & morbi quoq; adsunt: cum tolluntur, morbi etiam discedunt, vt spina, & telum. Concausæ, quas Græci appellant synætia, quæ affectum sua vi possunt generare: generant vero & alteri cohærentes, vt lapis in vesica, & inflãmatio. Nam ambę vrinæ suppressionis causæ sunt, etsi per se vtraq; illam generare possit. Coadiutrices causarũ partes, quæ sua virtute morbum efficere non possunt, sed alteri auxiliantur, vt libido articularem morbum promouet, & remigatio sanguinis eruptionem. Præcedentes, siue internę, quæ ab euidentibus, vel præparantur, vel coadiuuantur, vt sanguinis abundantia nutrimenti copiæ soboles est. Præcedit autem Erasistrati πασιν ἐμπτωσιν, id est coincidentiam, quę omnium morborum causa est communis, verum citra pręcedentem non accidit. Porrò salubris pars, quam græci ὑγιεινὸν dicunt, non solum vt pars medicinæ, sed tanquam potior ea, quæ medetur, ei præponitur. Multo enim præstat morbum prorsus non admittere, q morbo liberare: quemadmodum & gubernatori longe pręstabilius est ante, quàm in tempestatem incidat, iter absoluere, quàm fluctuatum periclitatum q; euadere. Atqui differunt rursus in salubri parte, sanitatem tueri, & morbos incessentes longius arcere. Etenim primum consueta victus ratione administratur: alterum curatorijs auxilijs, vt morbum, qui conflari debet, supprimat ac dissoluere anticipet: siquidem, quæ iam ortis affectibus medicantur, eadem quoque prius, quàm oriantur, prohibent illos consistere. Similiter pars, quam ἀναληπτικὴν, id est refectricem, appellant, differentię cum illis non nihil habet. Qui enim recreat vires recolligit q; vt non amplius præter naturam, ita secundum naturam se non dum habet, sed ab eo, qui præter naturam est, nuper habitu absolutus ad naturalem migrat. Quamobrem aliam victus rationem desiderat, nec curatoriam, non enim ęgrotat: nec eam, qua sani vtuntur, vt qui non dum absoluta fruatur sanitate. Quo fit, vt nec qualitate, nec quantitate paria sanis possit assumere: σημειωτικὴ, hoc est adnotatrix pars medicinæ, curationi morborum per victum summe est D necessaria: nam præterita & pręsentia symptomata ad morbi causam inueniendam diligenter inspicimus. Insuper maxima eius necessitas est ad præsagiendum, mors, an salus expectanda sit. Pari modo medicina, quæ manu medetur, tum illa, quæ medicamentis auxiliatur, sine indiciorum obseruatione non absoluitur: quippe pręsagia eodem modo desiderant, quibus scias, quæ curationem non admittunt, quæ' que eam recipiunt quidem, sed vehementer aut offendunt ęgrum, si curentur, aut è medio tollunt. Iam vero curatoria pars trifariam diuisa est, vna victu: altera medicamentis: tertia manu medetur. Prima auxiliorum, quæ digerendi, apponendi, & concoquẽdi facultatem habent, est administratio: Quę omnibus quidem ægrotis, sed pręcipue febrientibus in vsu est. Quę manu medetur, pars curatorię est: ea incisionibus, vstionibus, & ossium in suam sedem deductione homines curat. Medicatio, φαρμακεία Grecis dicta, nudis medicamentis interiores affectus & exteriores sanat: victus enim conuenientem rationem, quãdo q; vero & manuum opus requirit quemadmodum chirurgia & victus ratio medicatione vtuntur. Itaq; à rerum naturę contemplatione altius auspicabimur: quoniam nec in sanis secundam valetudinem tueri, nec in ęgris morbi causam cognoscere, nec signis quid deprehendere, nec curationem admoliri recte possis, ignorans, quibus homo elemenus constet, & quo modo his immutatis à natura, quam obtinebãt prius, morbi nascantur.

De elementis humanis. CAP. 9. E

de Natu.hum. cõm.1.te.14.cl. 1ª.29.h

CONstat || igitur homo ex primis mundi quatuor elementis, igne, aere, aqua, & terra, naturaliũ cum Hippocrate consensu, non ꝙ ex his ipsis, sed proportione eis respondentibus homo cõstituatur. Atqui ex Hippocratis sententia, dũ dissoluitur, in hęc prima resoluitur, & vnumquodq; rursus in suam ipsius naturã, homine vita defuncto, redire necesse est, siccum in siccum, frigidũ in frigidum, calidum in calidum, humidum in humidum. Huiusmodi tum animãtium, tum aliorum vniuersorum natura est: omnia similiter oriuntur, & desinunt similiter: conflatur enim ex his prędictis eorum natura, & in eadem finit. Vnde singula originẽ nacta sunt, eo quoq; recedunt, quem admodum Homerus hisce verbis inquit innuens dissolutionem in hæc futuram.

Vos aqua, vos tellus cunctos aliquando tenebit.

Cęterum hoiem velut ex secundis, & humanæ naturæ vicinis quatuor humoribus, sanguine, pituita, bile tum flaua, tum atra constitutum esse physici pronunciant: qm̃ fœtus in prima sui formatione ex genitura, & sanguine, qui à matre p vrachum influit, auspicium cœpit: in his aũt quatuor humores erãt. Qui ex tribus, ijs q; compositis hoiem prodijsse censent, hæc prępondunt initia, humida, sicca, & spiritus, quę Hippocrates gręce || ἴσχοντα, ἰσχόμενα, & ἐνορμῶντα hoc est continentia, contenta, & impetum molientia, appellat. Continẽtia igitur sunt solida oĩa, vt ossa, nerui, venę, arteriæ, ex quibus & musculi, & carnes, tota q; corporis moles cõflata est, ad hęc interiorũ, exteriorum q; concretiones. Contenta vero humida sunt, q̃ in vasis per tota corpora dispersa feruñt. Atque hæc quatuor prędictos humores vocat Hippocrates. Impetũ moliẽtia spiritus existunt, quos veteres duos, aĩalem, & naturalẽ numerant: Stoici tertiũ inuehũt ἑκτικόν, quem habitum noĩant. Erasistratus vasa triplicia, neruos, venas, arterias, omissis spiritibus, & humidis, tanquã initia, & totius corporis elementa constituit. Nam duplici materia regi aĩal affirmat, sanguine tanq̃ alimento, spiritu tanq̃ naturæ functionibus obeundis coadiutore: non aũt ea, vt principia, intelligit. Multę sane aliæ partium species non ex tribus illis cõpositæ inueniuntur, vt verbi gratia cerebrũ, medulla, atq; ossa oĩa. Cerebrum igitur, vel medullam nutrimenti parenchyma, quasi affusionẽ exponas, audet appellare, sicut adipem, iecinoris, lienis, & pulmonis consistentiam. At ossa neq; nutrimenti parenchymata, neq; ex prædictis vasis triplicibus composita esse dicere possit. Asclepiadi hoĩs elementa sunt corpuscula manantia, fragilia q;, & inuisibilia foramina. Secundum Athenæi sententiam nõ quatuor illa prima corpora, ignis, aer, aqua, terra, sed eorum qualitates calidium, frigidum, siccum, & humidum. Ex quibus duo causarum efficientium munere fungi, puta calidum, & frigidum: duo materialium, siccum, & humidũ supponit. Quintum vero ex Stoicorum opinione introducit spiritum cuncta penetrantem, à quo oĩa continenẽ, & gubernãtur. Hippocrates cum trifariam hoĩs elementa diuisisset, in continentia, contenta, & ea, quæ impetum faciunt, quibus oĩa de elementis post ipsum assertis comprehendit, nec non naturæ elementorum tractationem, & eorũ, quæ pręter naturã sunt, causas, haud scio, quo modo successores eius vnam illã re vera diuinã Æsculapij medicinam in tres partes sibi cohærentes distribuerint, atque diuulserint. Alij enim humidis tum eorum, quæ secundum naturam habent constitutionem, tum causam eorum, quæ pręter naturam solis attribuere, vt Praxagoras, & Herophilus: Alij solidis corporibus initia, & elementa attribuentes, ex his, tum quæ natura consistunt, tum morborum causas inde capiunt, vt Erasistratus, & Asclepiades. Athenęus vero, & Archigenes spiritu solo ea penetrante, tum naturalia consistere, ac gubernari, tum morbos vniuersos hoc prius offenso creari dixerunt. Vnde & πνευματικοί, id est spiritales, veluti qui omnia spiritibus attribuuant, nuncupantur. F

6.de Morb.vulga.sect 7ª.

* Hic annotatᶜ in gręco exemplari manuscripto, caput vnũ desiderari, cuiᵒ argumẽtũ est, De naturalibᵒ functionibus.

* G

Exteriorum corporis partium appellationes. CAP. 10.

DE partibus corporis, seu particulis, & quæ earum nomina sint, primus Aristoteles docuisse simul, ac conscripsisse creditus est. Temporis autem processu medicis quoq; ipsis posteriori bus de ijsdem tractare necessarium visum est, ne manu allata quamq; partem, aut particulam ostenderent, sed ex appellatione sufficientem earũ notitiam haberent: quorum in numero id maxime fuerunt Erasistrati sectatores æmulati, vt Apollonius Memphites, & hoc prior Xenophon. Diuidũt igitur totum corpus Ægyptij medici quadrifariam, in caput, manus, thoracem, & crura. Alij has quatuor partes in plures diducunt, nempe in alias totius partes, non vt illarum particulas. Capitis igitur tota latitudo pars ipsius corporis dicetur. Huius particulæ sunt hæ. Anterior superposita supercilijs, pilis nuda, inter vtranque aurem sita, Frons nominatur. Hac superior capillis in tecta, Sinciput. Partem ab vtroque sincipitis latere supra aures sitam, Tempora appellamus. In media capitis regione sinciput superante est Vertex: vnde, velut à centro circulus, capillorum prouentus incipere videtur. Post verticem à posteriore capitis parte adusq; tendines Occiput descendit. A priore sub tota fronte, auribus, oculis, naso, & ore ad mẽtum vsq; circunscripta à supercilijs incipiens, Facies dicitur. Vbi enim frons à superioribus descendens desinit, Supercilia, ceu termini eius eminentes, & pilis consiti eam excipiunt. Qua autem frons ad tempora porrigitur, in ipsius terminis Aures sitæ sunt, quarum pars aperta Ala dicitur, refracta ab anteriori in posterius ipsis summitatibus inflexis cubiformis, sub qua semicirculus rotundus in mucronem exurgens, græce xyster appellatur. Huius acumini concauum, quod subiacet, conchula. In huius medio rotundum H

* Al.ipsorum.

tundum

A tundũ foramen,meatus auditorius vocatur,sub quo particula pinguis ab aure suspẽsa fibra,est seu auricula, superior pinna. Oculi supcilijs subiacent,quæ & lumina dicũtur,nempe tota figura cum ipsis particulis. Superius inferiusq; interiores tunicas contegentes, Palpebræ appellantur, hæc inferior,illa superior. Cõmittuntur inuicẽ crebro,& extremo tactu ad visus recreationẽ, & ad prohibendũ,nequid extrinsecus violenter oculis incidat: maxime vero,queãdmodũ in somnis, visoriæ virtutis auertendæ gratia, quo melius homo conquiescat. Partes autẽ iuxta oculos totos sitæ, qua palpebræ inuicem cõmittuntur,tarsi noĩantur: vnde pili proueniunt,quos cilia nuncupant,à quibus orta sunt,ducto noĩe.Facti aũt in hoc sunt pili isti,vt visoriũ spiritum,vel,vt quidã aiũt, radios interiore parte effusos perspiciendi grã dirigant. His itaq; elapsis,vel retortis,nequaq̃ aĩans similiter in rectum, vel in longum videre põt. Interiores oculi termini,vbi palpebræ coalescunt, canthi i.anguli dicuntur,alter iuxta nasum,iuxta tempora alter: hic paruus,ille magnus. Quod in horum medio cõsistit,oculi candidum. Huius rursus medium Iris circulus coloribus varius occupat: vnde & à similitudine, quam cum cœlesti illa Iride habet,nomen accepit. Huius rursus media pars,per quam visus peragitur, Pupilla est. Nasus oculos interiacet: eius partes vtrinq; sitæ, Nares vocãtur, quibus animalia respirant,& olfaciunt. Exteriores autem narium partes, Pinnulæ siue Alæ nominantur, B Quod autem eas discriminat, Interseptum vocamus. In vtraq; nasi parte, quæ proprie con caua sunt sub oculis sita,concaua nuncupamus: vnde quidam concaui nominantur. Per morbum autẽ hæc attolluntur ob hoĩs cruditatem,vel displicentem dispõnem. His aũt superiores inter nasum,& aures, Malæ,{priscis ẽt Genæ dicũtur,} quæ bene coloratis,& ingenuis pudore suffusis rubent. Hinc Maxillæ ad mentum vsq; descendunt,& hàc in mucronem desinunt. Mentũ id omne est,quod labro inferiori longa orbiculari figura subiacet. Suprema pars labri sub naribus μύςαξ Græcis, Homero ὑπήνη appellatur. Quod intra labra describitur,& ab eis constituitur,& continetur, Os est. Videntur enim hæc quasi cõnata,post diducta os efficere: quare etiam veluti nuper diuisa apparent. Quod caput excipit,& ad humeros vsq; pertinet,id totum Ceruix dicitur: huius posteriores partes proprie Tendines appellantur. Dein sub ceruice humeri vtrinq; prominent,quorum verticem ἀκρώμιον,quasi dicas summum humerum,nominãt. Quod ab hoc prorsum vergit, Clauiculæ existunt, inter quas iuguli habentur. Ab humeris Manus incipiunt, vtraq; ex suo latere propensa: harum pars ab humero ad cubitum vsq; pertendens, Brachium vocatur: Ancon autẽ, id est cubitus, qua tota manus flectitur: cuius exteriorem partem Græci κορωνὸν,& horum Attici ὠλέκρανον nominant. Dein Cubitus,quo & homines metiuntur. Vbi hic desinit,et cũ summa ma C nu articulum facit, Brachiale dicitur. Succedens huic pars μετακάρπιον,quasi Postbrachiale dixeris. Inde Nodi,à quibus digiti incipiunt, Græci κονδύλυς appellant. Digitorum maximus, Pollex est, ἀντίχειρ Græcis dictus,quòd toti summæ manui cooperans æquipolleat. Post hunc Index, nomen ab vsu, vt apparet, sortitus: dein Medius: hunc Medio proximus sequitur, Græcis παραμέσος dictus,medicis dicatus,atq; ab ijs nomen sortitus. Postremus Paruus dicitur,quòd omnibus sit inferior. Itaque à brachiali summa manus dicitur: cuius supinæ pars iuxta pollicem assurgens, Vola nominatur, græce θέναρ: huic pars opposita ὑποθέναρ, idest subuola vocatur: verum, vnde digiti procedunt,ςῆθος i. Pecten manus est. Quod medium horum omnium est,concauum manus dicitur. Supra vero thorax ea pars appellatur, quę à collo toto ad ilia vsque ex anteriore parte protenditur. Huius pars,quę sub clauiculis vtrinque,& manibus habetur, Costæ sunt: ex quibus & latus vtrunque dicitur. In harum medio Pectus. Huius rursus medium vsque ad chartilaginem, sub qua ventriculi os delitescit, ςέρνον Græcis dicitur: idem locus etiam extrinsecus ita appellatur. Hinc abdomen oritur. Quæ sub ventriculi ore ad partem exteriorem apparent, Subchartilagia nominamus, Græci ὑποχόνδρια, quoniam secundum rectitudinem sub chartilagine veluti post ipsam habentur. Sunt autem musculi, qui expansi membranæ prætenui veluti araneę, D quam περιτόναιον Græci nominant, subiacent: extrinsecus vero cute conteguntur. Æquiuoco autem cum his vocabulo etiam interiora viscera vocamus hypochondria: quoniam & ipsa sub chartilaginibus notharum costarum ab interiore parte existunt: sed exteriora proprio. Quod ante ilia hypochondria comprehendit, Abdomen est: Quod vtrinque est, κενεὼν i. inane seu vacuum. Ilium medium occupat Vmbilicus. Sub hoc sumen Græcis ἦτρον vocatum. Postea Pubes sequitur, quę & aquaticulus, græce ἐπίσιον dicitur, in quem thorax finit: vbi & masculorum pudenda constituta sunt: tum fœminarum ad femoris vtriusq; exortum, vt sub hoc occultentur. Maris pars prominens Coles vocatur, summitas eius, Glans: qua foramen habet ad excretionem, ὀυρῆθρα ab vsu nuncupatur. Cutis,quæ eam contegit, Prеputium dicitur. Inferior pars colis in longitudinem eius vergens ῥαφὴ, id est sutura vocata est. Quę vero adusque sedem producitur, ταῦρος, hoc est Taurus. Testiculi duplici nomine apud Grecos didymi,& orcheis intus, & foris appellantur. Quod testiculos ambit, ὄσχεον Greci, nostri Scrotum vocant. Muliebris autem pudendi (sic enim nominaui ipsum) sinus ipse, κτεὶς, id est pecten, vocatur. At,quę sinum ambiunt, Alę vocantur, Inter has autem caruncula ad fissuram exorta, Grecorum lingua νύμφη nominatur, nostra Colliculum appellare licet: quam, q̃ multo promineat, Ægyptij in virginibus excidere consueuerunt. Porrò recti intestini orificium per sedem prodiens,quo excretionem, cum lubet,

bet,retinemus,Anulus à figura,ab officio Strictor vocatus est.Cæterum posteriores corporis par E tes,quæ collo subiacent, hunc situm & appellationem habent: totum,νῶτον i. tergum,vocatur: in de vtroq; in latere ὠμοπλάται i. scapulæ habētur.Media ipsarū pars μετάφρενον,quod est dorsum, cui etiam stomachus intus subiacet. Rursus media totius tergi sedes superne ad clunes vsq; spina dicitur. Huius partem,quæ recto tramite sub dorso habetur ἄκνηστιν Homerus nominauit, manife sto aliis dictionibus exponens, κατ' ἄκνηστιν μέστα νῶτα: qm̄ & iuxta rectitudinē longitudinis media sunt terga,mediūq; est dorsi & lumbi. Spinā Lumbi,Græcis ὀσφὺς dicti,quę ἰξὺς nominata est, quatenus cingimur,excipiunt. Hi in Os sacrum terminantur: in cuius vtraq; parte Coxæ sunt: in his Nates: qm̄,quæ his subiiciuntur, maxima ossa sunt. Inde carnosa ipsis corpora substrata sunt. Quorum Gibbæ partes, q orbiculares sunt, σφαιρώματα, ceu modo orbium factæ,Græcis nominantur. Inde corpus vnum in duos exit processus. Nam in duo crura nominata bipartitur, quorū diuisiones veteres Græci διγάλαν nominant: atq; hæc tota ad extrema vsq;. Crura dicuntur: quæ vero à coxis statim incipiūt,Femora: vbi vero artus postea cōmittuntur inferioribus, articulumq; efficiunt,Genua noiamus. Eorum partes retrorsum spectantes,Poplites,vel Ancyle: Inde ad ima maximi artus Tibiæ: quarū anterior pars Ocrea, posterior Sura noiatur. Postremum ossium tibię in vtrunq; latus excedens, Talus est: ab hoc profecti, Pedes proprie appellantur: quibus etiā men- F suram sibi aliam hoies in altum tollentes pedem inuenerunt. Pedis pars posterior Calx: prior à talo vsq; ad digitos,ταρσὸς Græcis vocatur. Interior autem quasi pedibus inuicem se aspicientibus à talo versus magnum digitum procedens,πεδίον Græcis appellatur, id est planities. Quod sub hac statim in medio imi pedis habetur,concauum dicitur. Infimum,quo terram contingimus,& ingre dimur, planta vocatur. Quod post concauum ad digitos assurgit, Pecten pedis nuncupatur. Dein de digiti numero manuum digitis pares. Non autem eadem sortiti nomina,quoniam nec eosdem præstant vsus,quanquam magnitudine,aut situs ordine conueniant.

* Gręcum exē plar habet στῆθος i. pectus.

Interiorum anatome. CAP. II.

ANatome abusiue quidem dicitur ēt exteriorū corporis partium & particularum commemoratio,quæ verbis vniuscuiusq; ipsorum naturalem situm,ordinē,vsum,quem aianti prębent, propriam cuiq; illorū appellationē,de quibus iam retulimus,percenset: proprie vero anatome, in teriorū cum sermone explicatio dicitur. Siquidē oculis eas indicatas esse, anatome non est,sed cuiusq; notitiam ex sermone ac verbis accepisse, & naturales actiones, quo modo ipsæ obeant,didicisse,pterea quā inuicē cōionem viscera,aliæq; corporis partes per venas habeant. † Cerebrū itaq; ex nullo eorum,quę pdiximus,principali vale cōpositum esse videtur Erasistrato, eo q; nutrimētū G parēchyma i.affusio ipsi esse videtur. Est aūt corpus simplex, atq; ob id oīum,quę humano contitinētur corpore,& præcipuum,& princeps. Quapropter Plato & Hippocrates || animi principatū in eo constituunt. Comprehenditur sane mēbranis duabus: Vna & contigua assimili q;, χοροειδής idest secūdiformis Græcis appellatur,venosiorq; est: Altera,q̄ huic superiacet,caluarię qbusdā par tibus magis adhęrescit. Sed hęc neruosior existit. Ex superiore igitur parte venæ nutrimentum à corde iuxta eum locū,qui Græcis ληνεῖον dicitur,ex arteriis vero,quæ ad basim sunt,acceptum in id deriuant: inde & nerui exortus principium ex eo capiunt, vnde & animi functiones vniuerso corpori cōicant. Neruorum autem species duæ sunt,vna mutuos ossium connexus colligat,continet q;: altera sentiendi mouendiq; pro arbitrio facultatem toti corpori transmittit. Atq; hinc etiam musculorum prouentus est. Oculorum meatus & ipsi ab ima cerebri parte proueniunt, & per eos visorius spiritus oculis impartitur. Inde vero nares ēt processus habent, per quos & odoramur, & cerebrū expurgatur. Ad aures processus nō sunt,verum à posteriore parte tenuis mēbrana, quam Græci μήνιγγα vocant,perforata est, atq; in vermis speciem processum habet: per quam similiter ipsæ repurgantur. In illius principio cerebri pars Græcis κωνοειδής appellata, q coni speciem referat,sedem habet. Iam vero illinc & spinalis medulla incipit. Cæterum duos habet cerebrum ven- H triculos,quorundam opinione vnum, vbi animi principatus residet. At Caluariæ ossa superiore parte sub cute,mēbrana,quæ per suturas è meningibus prodiit,περικράνιον Græci nominant,conteguntur. Est q; hęc origo mēbranæ costas succingētis,quam ὑπεζωκότα noiant,& septi trāsuersi, & peritonæi,& omnis membranę neruosę. || Oculus ex Hippocratis sententia habet duas tunicas; quas Hippocrates μήνιγγας, q ex illis prouenerint, appellat. Recentiores tres ponunt, non nulli quatuor. Ex quibus prima deforis est à Græcis κερατοειδής i. cornea vocata. Ea reliqua sui parte alba est, pupillæ loco extenuatur, perspicuū q; subiectū colorē reddit, quatenus niger, vel cęsius, vel fuluus apparet. Secunda, qua pupilla est, modico foramine concaua, quę, quod parte interiore sit acino vuę similis, ῥαγοειδής à Grecis nominatur. Tertia retis modo sinum habens, ἀμφιβληστροειδής nuncupatur: perinde quasi in summo quartam tunicam à non nullis inuectam excipiat, quam & ἄδηλον, ceu minus apparentem vocare consueuerūt. Est etenim membrana minima simul & tenuissima, sed prima & secunda firmæ mēbranæ, crassæ q; tunicæ sunt: tertia vero & quarta tenuissimæ. Quare & Hippocrates priores solas cognouit, oculus, inquiens, membranas duas habet. Porrò triplices hæ tunicæ humores continent. Hunc ab aquæ similitudine ὑδατοειδῆ Græci vocant: Illum ὑαλοειδῆ, quod vitro quiddā simile referat. Tertium κρυσταλλοειδῆ, hoc est crystalli modo pel lucidum.

† Ex grecis antiquis hęc adduntur: & arterias & neruos, quæ & cōspiratio & cōfluxio oīum, & omnia fiunt.

de Mor. fac. nō pcul a fine.

* Al. λῆνων i. torcular.

de Loc in Homine non procul à principio.

A lucidum. Palpebrarum interiores partes carnosæ: mediæ chartilaginosæ: exteriores cute tegūtur. At, qm̄ chartilago media dura est, adeps subiecta est lenimenti malagmatis've instar, q̄ frequenter exuperans, guttas parit. Lingua maxime carnosa est, in quā duplex neruorū genus ab ima parte cerebri prodiens inseritur. Alij molles appellati gustādi sensum ad principiū: alij duri motū arbitrarium ad ipsam deducunt. Ad huius radicē exigua inhæret lingua, Gręcis ἐπιγλωττὶς dicta, quę, cū deglutimus, recurrens, arteriam claudit, ne qd ex firmioribus humidis in ipsam delabaī. Cuius rei quoq; causa tonsillæ numero quatuor creatæ sunt: duæ ad linguę radicem, vtrinq; conspicuæ: duæ his proximæ penitiores. Noīantur eædē ēt παρίσθμια, qm̄ locus ad quem sitæ sunt, isthmo, præsertim cū per inflāmationem intumuerunt, eo q; transitū hunc arctum nimis reddunt, figura rn̄dent. Porro, cū duabus aīal materijs gubernetur, alimento, & spū, ad hūc qdem pcipiendū, nares, os, fauces, aspera arteria, & pulmo, partes sunt aptissimæ. Nares sanè & os respirationi seruiūt: gurgulio, ne frigidus in fauces aer cumulatim irrumpat: aspera arteria, vt eundē in pulmones deducat, quorū in pectore sedes est: p hos & oīs fit respiratio, summittentes quidē se, vt spūs emittatur: attollentes vero, vt idē recipiaī. Quare actione similitudinē quandam cū fabrorū follibus habere videntur: figurā vero vngulæ bubulæ seruāt. Porrò ex spiritu in pulmone elaborato quicqd maxime necessa-

B rium est, ad sinistrū cordis ventriculū deferī: quicquid inutile est, illac, qua inspirauimus, efflatur. Nutrimēti vasa ad excipiendū & instrā ad elaborationē īstituta hæc sunt, os, dētes, stomachus, ventriculus, ieiunum, & tenuia intestina. Os qdē et dentes cibū extenuāt moluntq;. Stomachus appetit & deglutit: appēsus aūt asperę arterię ad septū vsq; trāsuersum porrigiī. Ventriculus oīs eit ad cōcoctionem: incipit velut à media chartilagine, vbi ventris os sitū dicitur: subsidet leuiter iecinori, latitudine græcorū literā σ referens, & altero extremo in sinisteriorē partē vergit, vbi est & Græcis dictus πυλωρὸς, qm̄ portę modo, ne nutrimentum ex eo confertim delabatur, prohibet. Ieiunū & tenue intestinum digestioni dicatū est, in sinus multos implicitum: cōmittitur aūt mesaræo seu mesenterio, quod venæ in id descendentes intertexūt, p quas digestio plurima fit ad portas hepatis. Ei vero tenuius intestinum est ita cōnexum, vt pars eius esse videatur, quippe ieiuno explicato persimile est. {Differt tn̄, q nec vacuum sit, nec vasorū copiam habeat.} Deinde cæcum intestinū, alimēto recipiēdo accōmodatum. Huic adhæresit κῶλον i. laxius intestinum, quod excrementa ex distributione segregata suscipit. Pertendens aūt in dextram supra vmbilicū inter iecur & lienem, deorsum rursus fertur, totum q; amplexum abdomē in rectū intestinum desinit. Cum igitur duo meatus à lato oris spatio incipiant, alterū iuxta priorem colli partē, bronchū vel asperam arteriam

C noīamus: {alterū, stomachum.} Vnde vero initiū capit arteria, & vbi aperitur, φάρυγγα i. fauces, vel λάρυγγα Græci vocant. Cæterum totus meatus ex chartilaginibus anuli modo vel circuli compositis constat, quo firmus continuæ animantis respirationi maneat, {nec comprimatur:} quare ēt ostium eius semper patescit. Nā cibi abstinentiā tolerare potes diutissime, non inspirare ne minimum quidem tpis potes. Huius rei gratia purū hūc spūi trāsitū natura dedit, ne impedimenti quid sentiat. Enimuero, siquid vel cibi, vel potus in arteriā īprudentibus delabitur, strangulationes, & tusses statim excitātur, donec à spiritus īpetu excussum efferatur. Iam vero aspera arteria spiritum pulmoni trāsmittit, desinit q; in eiusdē arterias asperas, quas ipsas quoq; bronchia noīant. Stomachus interius, q̄ arteria, existens, ceruicis vertebris annexus, longissime cū aspera arteria porrigiī. Sed bronchus illi adiūctus, cū cibum deglutimus, recurrēs exactè ipsum lingula cooperit, quæ ex linguę radice trahit originē. Porro hæc lingula non modo os claudit, sed etiam cibum à lingua velut vētilabro purgatū, & arterię orificio superimpositum ad stomachum pontis modo dejcit. Stomachus pro naturali functione appetendi facultatē habet. Dum appetit quidem, se attollit, & quæ offerūtur, deglutit: dum aūt accepta quasi elidit, & ad subiectas partes expellit, ac vētriculi orificio cōtiguo p transuersum septū tradit, submittitur. Per quē angustum existentē meatuum in ventrē

D alimenta descendūt. Ventriculi naturale officium est, vt alimētum sibi cōmissum cōcoquat, quod à cōcoctione primum ptissanę cremori persimile est: verū per eū, quē πυλωρὸν à Gręcis appellari diximus, q adhuc arctior est, alimentū ieiuno instillatur: quod cum tenue sit intestinum, in flexuosissimos orbes natura īplicauit, ne ex facili videlicet dissecaretur, diuelleretur q;. Mesarę̄um seu mesenteriū anfractus & orbes eius amplectitur, atq; ipsos sustentat: quanq; id nō solum hunc præstat vsum, sed ēt venas duas sub iecinore emergentes {fulcit} quę post in diuersas partes diducuntur, & mesaræo inseruntur, quo & ipsę (sunt enim tenues) ruptionis periculum effugiāt. Sustinentur aūt ab intexto eidem simul basi, huic innitentes, & veluti substrato alleuatę finiunt. Atq; hoc pacto in singulis anfractibus ad hirudinum similitudinem compositis, aperto ore ieiuno inhiantes, oēm in eo alimoniam in succum conuersam exugunt. Simul aūt inter exugendū, protinus ipsum in sanguinē mutant, qui succus antea erat, dū in ieiuno esset. Non enim aliunde vel pituitę, vel sanguinis, vel alterius cuiusdā vas esse natura indicat. Rursus igitur duę factæ ex multis venę à mesarę̄o acceptum, ad iecinoris portas digerunt. In iecinore cum sanguinis naturam nutrimentum induit, recrementa singula pariter secernuntur. Flaua bilis ad vesicam ei inhærentem defertur: atra ad lienem. Iam vero ab hepate versum in sanguinem alimentum, in dextrum cordis ventriculū distribuitur. A corde sanguis per iugulares venas (σφαγιτίδες à Grecis nominantur) ad superiores

corporis

corporis partes deriuat. Per cauam aũt venam in vniuersum corpus diffunditur. Ab hac rami duo, E sanguine iam à sero discreto, ad renes perreptant, qui lumbis sub clunium carnibus, per quas vrina destillat, inhærent. Ad vesicã autẽ per meatus dictos græce οὐρητῆρας proficiscitur. Vesica corpore suo vrinã recipit, & per colem foras excernit. Testiculi vero substantia glandulosi sunt, cõceptacula, & officinæ seminis, quod per singulos neruos ab inguinibus depẽdentes, Græci κρεμαστῆρας nominant, ad eos fertur. In quos etiam alia vasa ipsos nutrientia descẽdunt. Cęterum duabus tunicis conteguntur, quarum tenuiorem Græci ἐρυθροειδῆ, valentiorẽ δαρτὸν appellant. Ab his est, quod ὄσχεον à Græcis i. scrotum dicitur. Fœminis autem vulua scroti conuersi similitudinem refert. Venæ in partem eius interiorem quàm plurimæ aperiuntur, per quas sanguis expurgatur: qui in conceptibus retinetur cedit q́ȝ in alimentum fœtui, & formationem. Nam à venis, quæ secundas implicant, binæ aliæ prodeuntes venæ, ab arterijs ibidem sitis binæ arteriæ, & à neruis vnus neruus mutuo in vnum congressu meatum οὔραχον appellatum absoluunt, qui infantis vmbilico inseritur, ex quo & enascitur, & suspensus est. Ab vmbilico autem venæ ad iecinoris portas sanguinem in fœtibus transmittunt: arteriæ vero iuxta vesicam, crassiori arteriæ: neruus hic spinæ insertatur.

De ea anatomes parte, quæ ad ossa pertinet. CAP. 12.

OSsium duplex compositio, vna ad motum accommodata nomen articuli habet: altera ad stabilitatem, Græcis συνάρθρωσις i. coarctatio dicitur. Huius autẽ tres sunt species, futura, coagmentatio, & fixura. Suturis igitur capitis ossa constant. Inueniuntur autem suturæ in plurimis quinq́ȝ. Prima per sinciput, στεφανιαῖα à corona, cui assimilatur, Græcis dicitur. Altera per verticẽ ὀβολιαῖα, q̃ veru repræsentet, vocatur. Tertia per occipitium, à græcorum litera λ. λαμβδοειδὴς ei nomen est. Duæ, quas κροταφίας nominant, in vtroq́ȝ temporum vna. Ossa caluariæ septẽ numerantur, occipitis vnum, verticis duo, temporum item duo, frontis vnum, polymorphi vnum. Cerebrum duos ab vtraq́ȝ cerebelli parte processus obtinet: κορώνας, quasi dicas tubercula, Græci appellant, qui in primæ vertebræ cauitates insinuantur, in qua, velut centro, secundæ vertebræ caput in latera mouetur, annuit, renuit q́ȝ. Deinde ossei dicti processus duo paululum inuicem dissidẽtes, per quos tendines, & nerui deorsum feruntur. Post alia duo ossa super foramina, per quæ facultas audiendi est, emergunt, iugalia i. ζυγωειδῆ appellata. Sub his rursus alia duo petræ modo prominent: λιθοειδῆ vocant. Priore capitis parte processus sunt telo similes: hinc quoque βελονοειδεῖς à Græcis dicuntur. Facti autem sunt ad faucium diuisionem. Vbi summæ eorum partes chartilagine committuntur, os ὑοειδὲς appellatur. Quæ vero super his sunt, nomẽ desiderant. Quorum in priore parte situm est os à multiplici forma dictum πολύμορφον. Porrò superioris maxillæ ossa coagmẽtatione constant. Facies item coagmentationes nouem habet. Prima in lato vtroq́ȝ oculorum spatio situm obtinet: duæ à latere narium vtroq́ȝ: alia medias nares rectà intersecat. Malæ quoq́ȝ singulas habent. Duæ rursus obliquæ palatum secant, vna q́ȝ in rectum idem palatum diuidit. Cões autem faciei, & capiti, sunt in ossibus iugalibus. Iam quidem faciei duodecim ossa sunt, nariũ duo, oculorum quoq́ȝ totidem, malarum singula, palati quatuor, dentium receptaculorum duo, alis similia. Maxilla inferior quorundã sentẽtia duo in mento cõnata habet ossa, nõ nullorũ vnum. Cæterum dentes fixura iunguntur, quippe receptaculis ipsorum infixi sunt. Sunt aũt numero triginta duo. Ex his quaterni primi, in superiore atq́ȝ inferiore maxilla, quia secãt, τομεῖς à Græcis nominãtur: canini quatuor, maxillares seu molares viginti sunt. Reliquorũ ossium clauiculę ad summum humerum coeuntes deligantur: Ad pectus autem articuli, & coagmentationis mistionem facere videntur, & Romanæ literæ S, eius q́ȝ simplicis figuram ostendunt. Dein costæ duodecim vtroq́ȝ latere habentur. Septem ex eis cum spinæ vertebris, cum q́ȝ osse pectorali vtrinque coeunt. Reliquæ quinque à posteriore parte spinæ inseruntur: in anteriore parte inuicem renuentes chartilagine colligantur. Vertebræ vero omnes quatuor & viginti sunt. Septem in ceruice, dorsi duodecim, quinque lumborum: post omnes os sacrum, quod ex vertebris inuicem connatis constare vi- H detur. Quin & pectus similiter ex septem ossibus vnà coalitis ensis figura structum esse apparet. At brachium vtrunque humeri articulo coarctatur. Porrò suo ipsius capite oblique in scapularum sinum immittitur. Cæterum scapulæ musculis, qui posteriore parte costis substernuntur, incumbunt. Cubitus & radius, quem Græci κερκίδα appellant, coalitus quidem modo sese contingunt, articuli vero modo, alteri brachij capiti committuntur. Tribus enim sui vertebris brachium in cubiti cælaturam, structura literæ σ similem, inseritur. Quarta iam vertebra radius veluti circa axem voluitur. Brachialis ossa tria mutuo coalitu deligata sunt: ad cubitum tamen, & radium, articulum apte faciunt. Postbrachialis quinque ossa videre licet articulum cum brachialis ossibus, quibus cõnata sunt, explentia. Palmæ ossa cum eisdem, & postbrachialis ossibus coagmentatione iunguntur, continentur q́ȝ. Cæterum cum primis digitorum internodijs coarctantur: digitorum vero internodia singulorum tria, quę articulo componuntur. Femoris os vnum est, cuius caput leniter reflexum in coxæ profundum sinum conijcitur. Quam commissuram neruus, qui è medio sinu prodit, & in medium femoris caput inseritur, continet. Coxæ, quę duo sunt ossa à posteriore parte, cum osse sacro priore inter se coalescentiam habent: vbi & pubis ossa, vel pectinis nominantur. Tibię vtriusq́ȝ ossa duo, nempe tibię & fibulę: non peruenit autem fibula

ad genu

A ad genu atticulum, verum sola tibiæ summitas quatuor in se superficiales sinus obtinens, quibus duos femoris nodos excipit. His incumbit ab anteriore parte paruum os rotūdum, sublatum, scuti breuis instar, commissuram eorum continens, quod in summo coarctetur. Fibulæ superior extremitas anteriori tibiæ parti sub insertione connectitur: Iuxta malleolos autem, qua desinunt vtraque tibiæ ossa, ligamento nerueo, chartilaginoso q; inuicem colligantur: cæterum intus talo incumbit intra se ossa couinciens. Talus, iuxta pedis longitudinem situs, perone, hoc est fibulæ, insidet, ei q; firmiter coaptatus est. Cæterum tibiæ ossibus, tum ei, quod σκαφοειδὴ vocant, in anteriores ipsius parte articuli iunctura committitur. Rursus scaphoides, vbi cū talo coit, excauatum est, vt scaphæ speciē referre videatur. E regione gibbum calles tres habet, quibus ossa χαλκοειδῆ, quæ tria sunt, inserūtur: porrò, quod cubi figuram repræsentat, extrinsecus situm est: coarctatum est autem† carnosæ parti, & calci. Processum quoq; ex inferiori ad priorem partem obtinet, quem plantæ os retinendi ipsius gratia subijt. Deinde os dictum πεδίον, & ipsum quinq; constat ossibus. Tum deinde quinque pedis digiti habentur, ex tribus omnes internodijs, similiter ijs, qui in manu sunt, compositis, si magnum excipias: is enim solus duobus constat. Contrahunt autem horum iuncturas membranosa quædam ligamenta: talum & calcem valida admodum, & quædam ex ijs rotunda, simul & neruea chartilaginosa q;.

† Græci impressi legūt, vt vertit interpres. Antiqui tamē habēt scaphoeidi ossi, & ita legendum est.

B

De humoribus facultatibus, morbis, eorum differentijs, causis, ac curationibus. C A P. 13.

HVmores corporis ex prima generatione quatuor, commisti inuicem & contemperati sunt corpori. Exuperat autem alius in alio magis loco, sanguis in corde, pituita in capite, flaua bilis in iecinore, atra in liene. Cæterum duplex spiritus innati species, alius naturalis, alius aīalis. Nō desunt tn̄, qui & tertium hecticon introducunt. Hecticus igitur est spiritus, qui lapides continet. Naturalis animantia & stirpes nutrit. Animalis sentiendi, omnis'q; motus facultatem aīatis exhibet: Situs autē est in animantibus: nam his tribus aīalium natura cōstat. Itaq; aīalis in capite sedem habet: naturalis in corde: hecticus in toto corpore versatur. Naturæ actiones sunt, à prima generatione impręgnatio, fœtusq; formatio: in editis, appetitus, cibi deglutitio, in ventriculo concoctio, digestio, in sanguinem alteratio, segregatio, nutritio, & auctio. Excernuntur autē in corpore stercus, pituita, vtraq; bilis, vrina, sudores, muci, saliua, & lac. Animæ vero facultates, sensus, & voluntas. Sensus quidem sunt quinq;, quibus animantia per corporis instrumenta funguntur, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Instituit autē anima quædam sine corpore, vt cum ratiocinatur, vel reminiscitur. Cū corpore, vbi id ad quorundam receptionem, vel excretionem, vel ad loca mouet. Respiratio composita quædam actio esse videtur, partim ex arbitrio, partim sponte & naturaliter, vt in somnis facta. Sanus igitur homo est, primis, vnde constat, elementis: & secundis, vnde formatus est, quatuor humoribus, tum quātitate, tum qualitate mediocriter inuicem contemperatis: solidis aūt partibus, ex quibus compositus est, nec diuisis, nec cōdensatis, nec è loco suo motis: spiritibus nec intensis nimium, vt in phreniticis, nec dissolutis, vt in lethargicis, vel in ijs, qui cardiaco affectu affliguntur. His enim hecticus spiritus resolui videtur. Sanus autem homo conseruandus est consuetis exercitijs, & cibis patrijs quolibet anni tempore obseruatis: copia eorum solum vitanda est, ex qua cruditates oriuntur, quæ morbos pariunt. Præcauēdi morbi sunt, vel qui iam imminent, vel futuri sunt. Si ex plenitudine proueniant, inedia, vel purgatione, vel venæ incisione curandi sunt. Si ex labore & indigētia, quieti corpus dare & nutrire cōuenit. | Verū vniuersi morbi, ex Hippocratis snīa, partim extrinsecus ex aere nos ambiente, partim intrinsecus ex esu, potione q; proficiscuntur: à qbus humorum aliquis vel abūdat, vel deficit, vel qualitatē cōmutat. Ab his ēt spiritus insiti nunc intēduntur nimis, nūc plus æquo relaxātur. Solida vero corpora foris & intrinsecus multas causas habent plures affectus sustinēdi. Erasistratus aūt & Asclepiades in vniuersum vnā omni morbo causam tribuūt: Hic sanguinis in arterias coincidentiam: ille corporeæ molis in raritate extēsionem. Plenitudinis morbū facientis notæ sunt vasorū cōuexio, faciei rubor, totius corporis tumor, & pulsuū magnitudo cū robore. Indigentiæ signa, collapsus tumoris, gracilitas in facie, & exiguus pulsus cū imbecillitate. Itaq; febrim veteres ipsam per se affectum arbitrantur: Erasistratus, & recentiorū nō nulli ἐπιγέννημα i. accessoriū, seu cōsectarium affectū. Febris igitur est natiui caloris in ardentiorē cōuersio, eo, quod intro aduersus pspirare prohibeatur. Indicia febricitantiū colligimus ex calore intēso & intolerabili, tū in accessionis principio ex languido, inæquali, & crebro pulsuum motu: In statu, ex vehementissimo motu elato, & veloci admodum. Iuniores calorem naturali magis ardētem, mordacem, acrem, & cōstantem, cum pulsuum frequentia & duritie, ex alto venientē, febrem esse definiunt. Sunt aūt duæ eius species oīum sentētia, & cōtinua, & intermittens. Continua est, quæ non ad integritatem prius, q̄ morbus ex toto solutus sit, venit. Intermittentis rursum sex species inuenimus apud veteres, quotidianam, tertianam, quartanam, quintanā, septimanā, & eam, quæ à nono die nomē habet. Quotidiana est, quę singulis diebus aut noctibus accessionē vel decessionē facit. Tertiana vnū diem præstat integrum, tertio redit. Quartana duos dies intermittit, deinde reuertitur: Quintana tres: Septimana quinq;: Quæ à nono die vocata est Græcis ἐνναταῖα, septē. Nam semitertiana, modo inter continuas, modo inter intermittentes ponitur. Iam vero reliquorū morborum duo genera sunt, vel cum febribus, vel sine febribus.

C

de Nat. humcō. 2. t. 2. cl. 7. 182. b

D

bus. Quidã. n. acuti, quidam lõgi sunt. Acuti quidẽ hi, Phrenitis, Febris ardẽs, cui nomẽ est causos, E Synãche i. Angina, Pleuritis, Peripneumonia, Cardiacus affectus, Regius morbus, Cholera, Volvulus, Colicus dolor, Apoplexia, Tetanus, Opisthotonus, Emprosthotonus. Acuti igitur à sanguine ferè, & flaua bile, in non nullis corporis partibus, quas ij male habent humores, superfluis, & in deterius versis constituuntur. Longi à pituita & atra bile, similiter vel copiosioribus, quàm naturæ modus exigit, vel in acerrimam qualitatem immutatis. Qui iam ex copia laborant, victus ratione, vel inedia, vel purgatione, vel venæ incisione curandi sunt. Qui ex abstinentia in morbum incidere, alimentis restituere conuenit. Quibus incoctio, & humorum acrimonia morbi causam fecerunt, ijs fomentis, & cataplasmatis concoctio paranda est. Acria contemperanda sunt, & cibis boni succi atq; humectãtibus vti oportet. Cæterum quatuor in toto morbo, particularibus q; accessionibus tempora auxilijs afferendis dicata sunt. Initium, incrementum, vigor, & inclinatio. Principio totius morbi inedia triduana conuenit, quibus & in totum abstinere triduo conducit. Venæ sectionem in initio recentiores ad tertium vsq; diem statuunt: Veteres etiam post tertium diem præcipiunt, si vires suppetant, & morbus postulet. Nutrimenti tẽpus à triduo iuniores: antiqui non omnibus, sed ijs, qui copia laborant, tum iunioribus, tum senioribus instituũt. Pueros statim morbo inuadente nutriunt. Præterea illos, quibus hmõi consuetudo est vel loci, vel aeris circunflui gratia. Ante cibum post triduum primum perfusiones capitis & præcordiorũ ex vsu sunt: F sequentibus diebus cataplasmata & clysteres. Perfusiones igitur in præcordijs calidas semper assumere oportet, & simplices, ex cumini vel xylanethi decocto: Ad caput, calefacientes quidem in lethargo, & in omni graui sopore: refrigerantes autem in phrenitide, & quauis acuto febre conueniunt. Cataplasmata quædam solo melle & oleo conficiuntur, vocanturq; μαλακτικά, quasi inter preteris emollientia. Quędam ex aqua, cui oleum sit adiectum, fiunt, quæ ὤμην λύσιν Græci nominãt. Alia his insperguntur, veluti pollen, lini semen, & fœnugræcũ. Clysteres hydrelęo, melle, sale & nitro modico præparãtur. Tẽpus eorum ante cibũ est, dum accessiones remittuntur & inclinãt. In continuis morbis diluculum. Phrenitis est mẽtis alienatio. Notæ sunt, insania vehemẽs, temeraria manuum gesticulatio, floccorum & festucarũ collectio, & febris acuta. Causam habet magna ex parte bilẽ. Cõstituitur in cerebro, vel eius mẽbranis quas μήνιγγας appellant, vel, vt quidã aiũt, in septo trãsuerso. Curatio hæc cõuenit. Initio, si præscius fueris, venæ incisio, cucurbitulæ conueniũt, subtractio, & clyster, & abstinẽtia cõueniẽs: instãte aũt morbo perfusiones soporiferæ, inunctiones, quibus somnus accersitur, & humectãtes cibi cõducunt. || Causos febris spẽs, ab Hippocrate quidẽ inter acutos, vt quartana inter longos morbos refertur, à recẽtioribus nõ itẽ. Oritur ex bile nõ nimis sicca, circa venas, quę ad iecur sunt. Curatur in principio sanguinis missione: in statu, G frigide, tum aliorũ, quæ refrigerãdi vim obtinẽt, potio confert, vel epithema, cuiusmodi ex feruẽti hydrelæo præparatur. Angina est circa ceruicem inflãmatio. || Eius spẽm vnã Græci κυνάγχην appellant, quæ in interiore ipsius parte orta subito strãgulat: Alteram συνάγχην: hæc in exteriorem partẽ incũbit, eo q; minus strãgulat, minus q; periculosa est. Vterq; affectus vel à bile, vel à pituita salsa nascitur, id q; non nunquam cum febre acuta, non nunquam sine febri. Remedium & generosissimum & præsentissimum est sanguinis statim in principio missio: deinde medicamenta pituitam per os educentia, & certa foris imposita. Asclepiades vltimum auxilium posuit, de quibus summus metus est, ne strangulentur, superiorem gutturis partem incidere. Pleuritis lateris ab interiore parte inflammatio est. Huic febris acuta, dolor vehemens, & tussis accedit: à bile potissimũ constituitur. Præsidio est in initio adhibita venæ incisio: deinde cataplasmata & sicca fomenta, nempe milij & salis: postremo medicamenta intrinsecus purgantia, quæ πλευριτικά nominant. Cauenda vero in his sunt ventris profluuia. Peripneumonia, non nullis auctoribus inflammatio grauis est circa pulmonem, id q; grauitate ostenditur. Quibusdam pulmo inflammationem pati non posse videtur, sed vicina eius loca, cum in dispositione eiusmodi sunt, ea vt ita nominetur, faciunt. Habet autem hic morbus febrem acutam comitem. Eadem ipsius causa, quæ pleuritidem cõcitat, secundum alios tamen pituita. Remedium ferè huic cum superiore malo cõmune est. H Cordis affectus est, quem Græci καρδιακὸν vocant, nõ quòd in corde affectus sit, sed quoniam stomachum veteres cor appellabant, quo in febri acuta resoluto, ægrotos immodice digeri contingit. Accidit ferè ex immodica abstinentia, vel parum tempestiua venarum sectione, vel cum aliquid præter rationem corpori adimitur. Quare alimento, quod facile distribui queat, & recalfacere, succurrendum est: quemadmodum ex vino ac niue: cibo, qui ex valentiore materia est, & stomachum corroborare potest. Est, cum visceribus inflammatis, potissimum iecinore, hic morbus eueniat: cum è contrario, ablatione & cataplasmatis inflammationi dicatis opus est. Arquatus seu regius morbus, quem ἴκτερον Græci nominant, est bilis in summam cutem redundãtia. Interim cum febri acuta oboritur, interim sine illa, cum interiorum adustione, & stomachi vitio. Si pręcordia inflammantur, cataplasmata primum desiderant: si copia laborant, venæ sectionem: sin minus, medicamenta, quæ bilẽ euacuãt, aut ventris ductione & intestinorũ, aut per vrinas, aut per sudores, aut per nares. || Cholera duplex est secundum Hippocratẽ: Altera humida, in qua, vti omnes norunt, vehemens est excretio, bilis supra infra q; erumpit, intestina grauiter torquentur. Accedunt conuulsiones,

de Rat. vic. in morb. acut. t. 8. cl. 7ª. 108. h

de Morb. vulg. lib. 1. com. 3. t. 4. cl. 3. 118. g

de Rat. vic. in morb. acut. cõ. 4. tex. 96. cl. 7ª. 146. g. Et t. 103. fol. 147. d

A uulſiones,ſæpe & crurum ſuræ contrahuntur. Remedio contractionibus ſunt perfuſiones calidæ: in iis,quæ contrahuntur, balneum poſt expurgationem,tum alimenta,quæ ex facili diſponuntur, digerũtur q;,& ſtomachum adiuuãt. Alterã,ſiccam cholerã vocat Hippocrates,ab eadẽ prouenien tẽ cauſa,ac circa eadẽ conſiſtentẽ,at citra ventris fluorẽ,& vomitum. Ideo q; remiſſionẽ præcedentẽ,& per cataplaſmata requirit,nec cibi ingeſtione,ſed contra inedia opus eſt. Voluulus,& colicus dolor, inteſtinorum inflammationes ſunt,quorum alter tenuioris,alter plenioris. Quare deiectiones includuntur,& flatus inteſtinis inuoluti, eo, quod exitum non habent, dolores vehemẽtes & tormina concitant. Voluulus aũt diſpõne,& accidentibus acutior,magis q; perculoſus eſt. Alterutro aũt morbo extreme laborantibus vomitus concitantur voluulum patientium. Auxiliũ eſt voluuli maxime ſanguinis miſsio per initium,plerunq; abſtinentia,& cataplaſmata mitigantia, & inflammationem diſcutientia. Efficacius iuuant medicamenta, quæ κωλικά nominant,intro per ſedem immiſſa. Nam dolores auferunt,ſomnum conciliant,& aluum mouent. Apoplexia ex humorum craſſorum copia generatur,qui capitis vaſa,vnde corpori ſentiendi,mouendi q; facultas aduenit, obſtruunt. Quamobrem,qui huic malo ſunt obnoxii,ſenſu,voce, & motu priuãtur. Hippocrates « de hoc vitio ſcribit, ‖ Apoplexiam, inquiens, validam ſoluere non licet, imbecillem haud facile. B Sanguis mittendus ſtatim iam oppreſsis, modo & ætas conſentiat, & vires ſuſtineant. Tetanus, Opiſthotonus,& Emproſthotonus,neruorum morbi exiſtunt: verum vtraque ſpecies eſt conuulſionis neruorum,qui à capite deſcendentes, corpori motum diſtribuunt. Nam,ſi viſcoſi humores eos obſtruant,affectio talis oritur. Quæ ſi ſcapulis caput annectat,quo minus poſsit annuere, ὀπισθότονον: cum mentum pectori contrahit,vt renuere nequeas,ἐμπροσθότονον: cum rectam, & immobilẽ ceruicẽ tendit, τέτανον Græci appellant. Sanat venæ ſectio, ſi copia ſubeſt: vt videre licet apud Hippocratẽ in illo,qui prolapſus humi vulnus in caput acceperat. Medetur enim eis,& ‖ frigidæ copioſæ infuſio,ſi æſtas ſit, præſertim ſi non gracilis, ſed quadratus exiſtat æger: nam caloris reuocationem molitur. Multi ſane ceratis modice recalfacientibus,& relaxantibus vtuntur,ad hec inunctionibus ſimilibus,nec non lanis oleo imbutis,atq; impoſitis, & fomentis,& cataplaſmatis calidis. Longi morbi interioribus accidunt hi,cephalæa,morbus comitialis,vertigines, oculorum caligationes, inſania, melancholia,lethargus,diſtillatio,raucitas, grauedo, ſanguinis eruptio, ſuppuratio in thorace,tabes,abſceſſus in medio latere, abſceſſus in clauiculis, iecinoris affectus,teneſmus,dyſenteria,lumbrici lati,teretes q;,aſcarides: coxarum dolor,articularis morbus ,podagra,elephantia ad exteriores partes ſpectare videtur. Ex longis morbis cephalæa,internus capitis dolor C eſt,qui in circuitu interdum affligit à pituita naſcens: interim vnam capitis partem infeſtat: tunc ἑτεροκρανίαν nominant. Auxilium vtriuſq; eſt ſanguinis detractio,vel cucurbitulę occipitio impoſitæ,eductio pituitæ per os,per aluum purgatio,& epithemata,quæ inter cataplaſmata,vel malagmata,vel epichriſmata ſcribuntur: poſtremo cauſa eius ſinapiſmo reſiccatur. Morbus comitialis, quem & ſacrum vocant,circa neruorum,qui à capite deſcendentes ſenſum,motumq; vniuerſo corpori diſtribuunt,originem conſiſtit. ‖ Cauſam eius Plato & Hippocrates pituitã,& bilem atram indicant. Homo concidit,qui hoc malo detinetur, quoniam ei ſentiendi,mouendi q; meatus obturantur,ſpumat iis os ob humorum commotionem,quæ à neruorum conuulſione prouenit. Qua de cauſa interim vrina ſine voluntate prorumpit. Præſidium affert pueris impuberibus natura circa pubertatem effloreſcens,& morbum humoribus natiuo calore exiccatis terminat. Qui pubertatem exceſſerunt,ægre aut nunq; ſanãtur. Caligines oculis offuſæ,& Vertigines,cognata ſunt vitia morbo comitiali, ab eiſdem q; cauſis prodeunt, atq; eaſdem ſedes occupant. Hoc tamen intercedit diſcriminis,quod illæ in ſuperficie corporis, non intus accidant, ob quod facilius, quam hic,curantur alui ductione,præſertim per hieram, adminiſtrata, deinde apophlegmatiſmis,& vomitibus per circuitum partim à cœna,partim ieiunis adhuc excitatis. Omnium maxime veratro ſuccuritur. Mentis D alienatio duplici ſpecie inſigni conſtat: hanc Græci μανίαν i. inſaniam: illam μελάγχολίαν i. atram bilem appellant. Complures vero & harum exiſtunt differentiæ, nominum adhuc indigæ. Conſtituitur itaq; mentis alienatio circa totũ caput. Cauſa inſaniæ flaua bilis eſt. Ob hoc,qui tali vitio laborant,tumultuoſi, præcipites,manu prompti,contumelioſi q; fiunt. Melancholia naſcitur ex atra bile,humore frigido & tenebroſo. Vnde melancholici tenebriones,ac lucifugæ,triſteſq; apparent, de omnibus ſuſpicioſi,hominum conſuetudinem oderunt,ſolitudinibus gaudent, quemadmodũ Bellerophontes à Poeta deſcribitur.

Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis,
Ipſe ſuum cor edens,hominum veſtigia vitans.

Medetur per ventrem purgatio,et maxime,quæ per vomitum excitatur: adhuc his magis vtrunq; veratrũ ſoluit. Lethargus morbus eſt phrenitidi cõtrarius : eſt.n. profunda in ſomnum delatio, & inexcitabilis. Huic vitio obnoxii oium,quæ dicũtur,obliuiſcuntur,atq; hæc in febri ipſos comitantur. Locus igitur affectionis,caput eſt: nam in membranis cerebri conſtituitur. Cauſa ipſius pituita eſt,humor frigidus, frigiditate ac humiditate ſomnũ inducens. Curatur conuenienter contrario modo,quam phrenitis. Fricantur ſuperiores corporis partes acribus quibuſdam,& pungentibus: tum ea adhibentur,quæ odore excitant, mouent q;. Cibi ſimiliter fundentes,ſecantes q; pituitam : perfuſiones

2. Aphor. 42. ext.ord. 18.b

5. Aphor. 21. ext.or.fol. 39.b

6. de Mor. vulg. ſect. 8. ver. fine & lib. de morb. ſacr.

perfusiones capiti admouētur, quæ exiccandi vim obtinent, & cataplasmata aliquādo præcordijs. E Crebro nanque hæc inflammatione vexata, neruorum quoque in capite principium constringunt, grauantque. Humor à capite oppleto destillat interdū in nares, interdū in fauces, aliàs in pulmonē. Atque has tres spēs Græci κόρυζαν, βράγχον, & κατάῤῥουν, siue κατασταγμὸν i. grauedinem, raucitatē, & destillationē nominānt. Grauedini itaque facile, & breui succurritur, deinde raucitati, modico sanè, & calido victu, qui frumētacei generis existat. Destillatio in thoracē non ex facili curatur, immo sæpe immedicabilis est. Nam ab ea acri, & salsa partibus exesis, sanguinis eductio sequitur: cuius tres causæ referuntur. Vel enim vasa erosionē passa sunt, ideo que sanguis in asperā arteriam descendens per os reijcitur: Vel rupta sunt violēter: Vel ob imbecillitatē non cōtinent, sed adaperta oscula eū transmittunt. Differunt sanguinis excretio, & reiectio. Hæc etenim vel à pulmone, vel aspera arteria prouenit: Illa à stomacho, & sanguis apparet nigrior. Qui ex thorace reijcitur, flauus magis, & spumās: deinde hic cum tusse, alter sine illa spuitur. Sæpenumero ēt à capite per palati foramina in os defertur sanguis, præbetque eductionis falsam imaginē. Loci, ex quibus ꝓprie sanguis educitur, tres sunt. Primus fauces, vnde minore cum periculo sanguis reijcitur, faciliusque sistitur. Secundus aspera arteria, atque hic morbus curationē difficulter accipit, plenusque periculi est. Tertius pulmo, vbi minus oībus præsidij, plus periculi affectus habet. Comitatur.n. maxime suppuratio, & tabes, F vt ait Hippocrates, cuius verba hæc sunt. || Sanguinis spuitionem puris spuitio, huius spuitionē tabes, tabem mors sequitur. Non nulli etiam ex latere sanguinem educi arbitrātur. At hoc ambiguū est. Salus vitij huius est, sanguinem reprimere, vel venæ sectione aliò ducentē, idque potissimū in iuuenibus, vel posca sistētem, vel inædia copiā eius imminuētem, vel simplici quodā medicamēto, vt acacia, hypocystide, balaustio, plantaginis succo, atque id genus alijs. Suppurationis præsidium vetus sunt ferramēta candentia, quæ thoracem exiccēt, fluorē que in exteriores partes dirigant. Iuniores consueuerūt mitigare cataplasmatis, & delingēdis medicaminibus, deinde cito repurgare medicamentis per os assumptis prius, quam corpus inficiatur. Inscribuntur aūt proprie medicamēta ad purulentos. Quæ suppurationes medio latere constituūtur, resectæ proprie ad linamentum humoris excretionē habēt: quæ si vniuersim fiat, hoīem interimit. Accidunt vero suppurationes quoque sub transuerso septo, quæ se intus occultantes abscessus noīantur, nō ex æquo periculosi, nec curationi resistentes, plerunque intus rupti hac excernuntur, vel partibus exterioribus diuisis. Diocles memorat ēt thoracis suppurationes erūpentes interim in arteriā, quæ ad renes ac vesicā tendit, simul cū vrinis excerni. Tabes, proprie dicitur in pulmone vel in thorace corporis ob suppurationes colliquatio: difficilis eius salus est, aut nulla. Lactis vsus potui datur, dum cōsistit: loca sicciora cōueniunt. G Superior Ægyptus, & Libya maxime huic malo medētur. || Hippocrates tabis cuiusdā coxendicū meminit, ἰσχιαδικὴν vocans, qua in suppurationibus circa os sacrum accidentibus corpora colliquescūt. Similiter alterius renū, cui νεφριτικὴ nomē dedit. Porrò iecinoris, & lienis inflāmationes, si in pus vertuntur, & ipsæ mediocriter corpus cōsumunt. || At hæ suppurationes multo citius curātur, minusque periculosæ sunt, quam quæ pulmonē affligunt. Verū, si minus in suppurationes mutātur inflammationes, sed crudæ, & in scirrhi natura permanserint, malum habitū corpori afferentes, tandem aquam inter cutem afferunt. Quatenus aūt simplices extiterint, in iecinore, febres continuas afferunt: In liene, quartanas magna ex parte: nam huius speciei causa bilis atra est, quæ in liene tanquam vase continetur. Vnde quartanæ auxiliū est, ante rigorē summas partes ꝓ humoris frigiditatē fomentis tueri. In intermissionibus eductio ꝑ vomitū. Aquæ inter cutem, quam Græci ὕδρωπα vocant, tres species sunt neotericorum sentētia. Primā ἀσκίτην, Secundā τυμπανίτην, Tertiam ὑποσαρκίδιον noīant. Hippocrates duas statuit. || Nam τυμπανίτης, & ἀσκίτης eiusdē speciei sunt, qm̄ in vtraque nutrimentum in aquā redactum, inter intestina, & peritonæum transfunditur. Sed in hac aquæ plus, quam spiritus, in vnum intus contrahitur: in illa copiosior spiritus, minor humiditas est: in reliqua solidæ totius corporis partes in aquæ naturam transeunt: hanc & Hippocrates H medicabilem esse scribit, vocatur autem, & λευκοφλεγματία. Causa vero cuiusque hydropis est, auctore Erasistrato, inflāmatio iecinoris vel lienis, tp̄is spatio in scirrhum indurata. Nā, cum alimenti in his visceribus cōfectionem, atque in totū corpus digestionē impediat, in aquæ substantiā ipsum commutat, quod ita refrigeratum, inter intestina, & peritonæum transmittitur. Hoc quoque malum Hippocrati salutis spem nullam habet. Quòd si vel absque inflammatione hydrops, præsertim ἀνασάρκα eueniat, calore genuino refrigerato, nec alimentum in venis amplius edomante, sanguis caloris inops aquæ naturam induit, & ex venis, ceu oleum ex vtribus, defluit. Quousque enim sanguis exactus in venis est, ab earum corpore continetur. Vbi vero in eo pingue exuperauerit, vt in obesis, sanguis effusus adipem generat, aut in aquam versus, aut, dum non continetur, diffluit in locum, qui intestina & interiorem abdominis membranam interiacet, aut per vniuersum corpus effunditur. Tolluntur duo alij hydropes vel ex malagmatis exiccantibus, vel medicamētis vrinas cientibus, vel hypelatis purgandi facultate præditis. Renes affecti dolores magnos pariunt. Locus autem male habens non ex facili potest discerni, quòd exterioribus partibus cohæreat, laxius que intestinum, κῶλον appellant, ipsis incumbat. Quare, cum offenduntur, vel externarum partium inflammatio, vel coli affectio esse apparet. Non raro eodem affecto intestino renes consentientes

7. Aphor. 15. & 16. ext. ord. 55. a

6. Aphor. 60. ext. ord. 53. g

Lib. de inter affect. circa medium.

de Rat. vict. in morb. acut. cō. 4. tex. 3. cl. 7ª. 148. g

A tientes dolent. Affectus autē, qui in eis cōsistunt, hi sunt, inflāmatio, exulceratio, calculi, languor. Cum inflammatio renes exercet, nihil per vrinam innotescit, sed dolores excitantur potius, non exacte locum primum dolentem ostēdentes, ob eam, quam dixi, rationem, verum intolerabiles: quippe qui nec cataplasmatis cedant, nec imminutione per cucurbitulas facta remittantur: sola medicamenta nephritica intus accepta præsidio sunt. Si exulceratio eos infestat, interdum purulenta per vrinas excernuntur, interdum cruenta. Cum inest calculus, aliqn̄ cruenta, partibus videlicet ab eo exasperatis, eiiciuntur: aliquādo arenulæ in vrina subsident, si friabilis sit lapis, vel etiā recens modo nascatur. In languore sanguinolenta vrina redditur, quasi non dum segregata. Vesicæ affectus hi sunt, languor, surfuratio, calculus, exulceratio, circa colem maxime. His accedit vrinæ suppressio, eius q; difficultas, & stillicidium. Ex his vero, aliis que causis proficiscūtur. Greci prius vitium ἰσχουρίαν, alterum δυσουρίαν, tertiū στραγγουρίαν appellant. Inflammationis notæ sunt circa pubem dolores, vrinæ excernendæ difficultas. Soluitur cataplasmatis, perfusionibus, & à cibo abstinentia. Quòd si excedat, sanguinem quoq; per venam mittere conuenit. Exulcerationis indicia sunt, sanguinolenta excretio interim, interim purulenta, non nunq̄ muccosa, & circa pubem dolores. Auxiliantur epithemata, maxime q; dulcis, boni q; succi alimentum, ad hæc quæ
B intus adhibentur aduersus vlceratione vesicæ, & Bythini medicamentum. Languorem vesicæ innuit & vrina, cum citra mingentis volūtatem effluit. Difficilem morbus curationē, aut nullam recipit. Lapidem in vesica esse, digiti in rectū intestinum per sedem immissi exquisitissime deprehendunt, sed ita, vt index ad medium in summo reflectatur, atq; in priorem vesicæ partē, vbi & lapidem innatantem contingunt, referunt q; in vesicæ ceruicem. Calculorum differentiæ plures sunt, quidā enim illorū adnati sunt, alij possunt auferri. Rursus aliqui facile frāgi possunt, nō nulli nō possunt. Itaq; magna ex parte adnati difficulter curant̄. Ex aliis aūt, qui facile frāguntur, dissoluentibus medicamētis excerni possunt. Duros et dissolubiles chirurgi tollunt, carunculā diuidentes vesicæ ceruicis. ἰσχουρία summa est vrinarū retentio: στραγγουρία vrinę stillicidium: δυσουρία vrinæ difficultas. Atq; hęc multis ē causis proueniunt, aliqn̄ calculo vesicæ ceruici impacto, ac meatum in totū obstruēte, vel si intus quippiā relictum sit, aut vesicæ innatet. Vrinæ retētio, propter vesicæ inflammationem nimiam, aut repletionem immodicam accidit, vesica scilicet ad excretionem imbecilli, aut ceruice vehementer ex vrinarū acrimonia per morsum contracta, aut ex grumis sanguinis iter occludentibus, aut ex vrinarum crassitie. Hæc medicamentis resoluentibus oportet discutere. Plenitudinem vacuare ferramento, quod Erasistratus καθετῆρα nominat, Ro-
C manorum literæ, ſ, simili. Stomachus ventris & intestinorum principiū est, siue naturaliter, siue preter naturā afficiantur. Stomachi igitur vitia sunt, inflammatio, exulceratio, sanguinis eductio, inflatio, humiditas flaccida, cibi fastidium, ingestorū ciborum incōtinentia. Inflammationē ergo notat dolor incūbens. Succurritur perfusionibus & cataplasmatis, alimentis frumentariis, & quæ facile possint digeri. Exulcerationē in stomacho notant proprie putredo, mordicatio, deglutiendi difficultas. Auxiliant̄ his extrinsecus imposita, cibi q; probe succulenti. Sanguinis ē stomacho eductio iisdem medicamentis sistitur, quibus ex thorace: eiusdem reiectio, iis, quæ superius adnotata sunt. Inflationem dissoluunt discutientia, & quæ ructus mouent. Humiditatem, siccorum esus, & absinthij potio tollunt. Cibi fastidium aut ex pituita adiacente oritur, ideo q; exiccare illam ex vsu est: aut à bile supernatante, vnde stomachus purgandus est: aut naturæ impotentia, & functio appetitoria reddenda. Nam oculi quoq; propter spiritus visorij imbecillitatem hallucinantur. Aduersum victus fastidium huiusmodi adhibenda sunt, quæ appetitum prouocent, suppeditent q;. Stomachus aūt non continet accepta propter humiditatem, maxime vero ob impotentiam ac imbecillitatem, sicut dimissa manus non continet, quæ attingit. Expedit igitur corroborare, fortiorem que ipsum reddere, tum vniuersum corpus reficere. Ventrem multa vitia sto-
D macho communia infestant, præterq̄ appetentiæ prauitas. Sed concoctionis male obita functio ventriculo propria tribuitur, vt quæ potissimum in eo administretur: quem affectum profluuiū sequitur. Reliqua igitur pari modo cum iis, quæ stomachum cruciant, curabis. Fluxus exacte disquirendus est, cur alimento incocto accidat: &, si inflammatio eā pepererit, cataplasmatis & profusionibus occurretur. Si pituita humiditatis illius flaccidæ parens, quam Græci πλαδον appellant, victus ratione exiccanda est. Si bilis exuperet, eam purgare vtile est. Si ex imbecillitate prouenit, vt infirmis, robur corpori faciendum est. Si ab ipsa qualitate eorum, quæ concoctu difficilia assumpta sunt, vel quæ prompte corrumpuntur, vel quid alienum habent, post curationem, talia oportet interdicere. Dysenteria. i. intestinorum tormina, est affectus intestinorum: generatur in ventris profluuio, humoribus corruptis immorantibus, erodentibus, & exulcerātibus intestina. Fit etiā sine fluxu, primum ab humore acri intestina intus exedenti. Est, cū in morbi decessione δυσεντερία contingat, || quā curari Hippocrates prohibet, ne suppressio intestini alium quępiam morbum maiorem accersat. Illam, quę ex fluore nata est, reprimentibus & sistentibus fluorem medicatur: Aliam, cuius origo ex acris cuiusdam humoris rosione est, dulcorantibus, & quę mitigare possint, abluendo ipsa exulcerata similibus. Diuturno tamen morbo, depasta vlceris ramenta, & putrida solent deiici, tum prosunt immissi pastilli ex sandaracha, calce, auripigmento,

1. Aph. 10. Ex. or. 9. g. Et 4. de artic. tex. 41. cl. 7ª. 188. c

atq; id genus aliis compositi. Vbi vero non sit ramentosa vlceris deiectio, non his vtendum est, E qm̃ conuulsionem faciunt. Quod si talis intestinorum exulceratio in superiore quoq; parte consistat, neque sic pastillorum vsus est: non enim statim ad affectos locos perueniunt: nam, vbi sanos contingunt, perniciẽ eis faciunt: verum medicamentis vtendum est, quæ superioribus locis conueniunt, quorum q; titulus est aduersus dysenteriam inditus. Ex dysenteria, intestinorum lęuitas oritur, vbi ex magna vlceratione multæ cicatrices intestinis oboriuntur, propter quas cibum non retinẽt: vnde ex intestinorũ lęuitate vocata est gręcis λειεντερία. Quamobrẽ talis est insanabilis: cicatrices nanq; non sanescunt. Si vero ex intestini imbecillitate contigerit, tum quoque grauis est, nec ex facili tollitur. Remedium autem erit, si moliaris robur vniuerso corpori, ac intestinis adiungere. Cęterum causa etiam morbi pituita est, intestinis lubricitatẽ illuendo generans. Succurrit inedia resiccando, & cibi pituitæ contrarij. Tenesmus proprie morbus est recti intestini. Hoc enim inflammatione laborans, crebræ, inanes q; egerendi cupiditates, & impetus exercent. Prosunt ei fomenta parti inferiori adhibita, stringentia, tum alimentum ex frumentacea materia, & reprimens. Quod si perseueret, nihil q; imminuatur, enematibus ex ptissanæ cremore, & hircina adipe vtendum est. Lumbricorum, qui intestina excruciant, triplex est species. Quidam enim teretes, palmi longitudine, vel etiam maiore, ad stomachum vsq; proserpunt. Quidam breues, & F minusculis vermibus similes, ἀσκαρίδες Gręcis appellant. circa rectum vero intestinum generantur non nulli lati, & oblongi adeo, vt in totum exporrigant intestinum: quos Gręci vocãt κηρίας simul & ταινίας, q similes fasciis sint. Teretes itaq; ad remedia faciles: maxime autẽ in pueris hi: ascarides in iis, qui sub pubertatẽ sunt, abũdant: ægre præsidiis cedunt, & excernuntur, nisi cibis acrioribus, & medicamentis dia picras cõpositis † oleo'q; cũ vino} maxima ex parte iniectis. Coxarum dolores, articulorũ vitia, & podagræ sola inter se magnitudine differunt: cęterũ causis & locis, qui affectũ primũ sentiunt, iisdem constant: a pituita nanq; plerũq; fiunt: circa neruos consistunt, quibus articuli cõseruntur, motum'q; recipiunt. At coxæ dolor, quẽ Græci ἰσχιάδα nominant, in ipsius articulo ortus, ad talos vsque non raro extenditur. Præsidio erit sanguis ex talo missus, cucurbitulæ coxis admotæ, clysteres acres, qui'q; intestinorum tormina quodammodo faciunt. Et foris, cataplasmata acopa, & malagmata adhibita prosunt. Podagra solos pedes affligit: in statu quidẽ febrilis dolor intenditur, eo'q; refrigerantibus opus est. In declinatione torpor cũ frigore hominem occupat, ob quod calefacientia conducunt. Articulorũ vitia, prędictis similes affectus sunt, circa articulos oẽs consistentia: medicamenta curatoria, mitigantia ceromata, & victus rationẽ aptam desiderant. Morbus, quem Græci ἐλεφαντίασιν vocant, ab elephanti similitu G dine nomen sortitus est. Nam, qui hoc vitio laborant, cutem crassam, durã, elephantorum modo asperatã habent. Originem mali excitat pituita crassa, & atra bilis, vel muccosa, maxime disseminata. Hi enim humores ferinum ipsum denunciãt. Quare solum veratrũ siue nigrum, siue albũ, præsentaneum elephantialis est remedium. Impetiginis duæ species sunt, quæ cutem molestant: vna tolerabilis, mitior'que est: altera effera, quæ difficilius tollitur. Squamulæ in his ex cute abscedunt, sub quibus locus rubicundior, fere'q; exulceratus apparet. Gignitur affectus à pituita salsa, & flaua bile: vnde, ceu in salsugine vasis fictilibus, ex cute secedunt squamæ. Succurritur medicamentis pituitam mouentibus, & quæ extrinsecus corpori illinuntur. Lepra quoq; cutis vitium est, sed magis subalbidum, asperius'q; apparet. Ea vero asperitas est, veluti psydraciorum erũpentium. Psora vero, id est scabies, exulcerata magis est. Pituita salsa vtrunq; malũ proprie producit. Medicamenta pituitam cientia, tum quæ extrinsecus illinuntur, quibus ad lepram, & scabiem titulus est, iisdem succurrunt. Vitiligo, quam ἄλφον vocant, duas habet species, albam, & nigram. Hæc ab atra bile generatur, ob quod magna ex parte medicamina melancholiæ dicata cõueniũt: Alba à pituita non salsa. Leuce habet quiddam simile vitiligini albæ, sed magis colore terram albissimam refert: à lepra variat, q lenior hic cutis, minus'que aspera, q̃ in illa sit. Omnia huiusmo- H di curant medicamenta pituitæ trahendæ idonea, tum smegmata foris adhibita.

† καὶ ἐλενίῳ, id est elenio.

De curationis per medicamenta diuisione. CAP. 14.

MEdicina, quam Gręci φαρμακείαν vocant, duplex est. Prima interiores morbos curat: qua potissimũ victus ratione sanans vtitur: altera exteriores, citra'q; illam manu nihil peragitur. Medicaminum ad interiora pertinentiũ species duodecim existunt. Quædã cephalica, quasi dicas capiti dicata medicamina: quædã stomatica, id est oris vitiis accõmoda, dicuntur. Alia concoquunt: alia ad tussim inscribunt. Alia anodyna, quę dolorẽ leuãt: alia alexipharmaca sunt: alia purgãt. Non nulla proprie ad iecur inscribũtur, sic ad lienẽ, ad renes affectos. Sunt, quæ aduersus vesicæ calculos, & vlcera nomen habent, similiter ad vuluã. Iam vero stomatica sunt, quæ ad gingiuas cruentas, putridas, erosas, & dentes faciũt. Eodẽ referunt, quæ aphthas & crustas, tum quæ vuam descendentẽ sanant. Quæ concoquunt, partim ad stomachi, vel ventriculi imbecillitatem conducunt, partim ad horum inflationẽ, quędã ad sanguinis reiectionẽ è pectore. Quædam ad pleuriticos, vel peripneumonicos: alia ad tabidos: alia ad asthmaticos, id est suspiriosos, vel eos, q non nisi recta ceruice spiritum trahunt, ὀρθοπνοϊκοὶ vocantur. Aliqua ex his asperitatẽ arterię, & vocis abscisionem auferunt. Porrò anodyna nunc renum affectus sedant, nũc ventris profluuia.

alias

A aliàs intestinorum tormina, aliàs plenioris, nempe colli, tenuioris q; intestini, id est ilei mala: communiter omnia quęuis dolorem mitigant, extinguunt q;. Alexipharmaca simplicia, alia ad aliud venenum vsurpamus: Theriace aduersus omnia & prius & post sumitur. Inter purgantia quędam per superiores corporis partes agunt, quēadmodum, quæ veratro cōstant, vomitum q; cien tia oīa. Per inferiores, quæ scammonia, aloe, elaterio, colocynthide, euphorbio, cocco gnidio, atq; his similibus. Tertio ordine ab his ponant, quæ lūbricos latos repellunt: cuiusmodi medicamentum est, quod cerui cornu, menta, & pipere præparatur. Est & quarta species caput tantū per os atq; nares purgantium, quæ in capitis, oculorum q; affectibus proprie sumuntur. Ad hæc quæ in arquato crebro in vsu sunt. Conuenit autem per superiora purgatio morbis longis demoliendis. Tempus huius est, cum morbi intermittunt. Inferiori parte adhibita, acutis, vt pleuritidi & peripneumoniæ. Tempus vero vniuersæ est, particularium accessionum remissio. Exteriorum remedia vndecim species continent, alia discutiunt, alia concoquunt, alia cruentis statim imponuntur, alia pus mouent, alia repurgant, alia implent, alia reprimunt, alia cicatricem inducūt, alia oculis, alia vniuerso corpori adhibentur, alia adurunt, erysipelatis, herpetis, carbunculis idonea. Alia sunt, quę illinuntur, acopa, & excalfacientia, quæ ad neruorum resolutiones faciunt, articulorum B morbos, podagras, tetanos, opisthotonos, omnem q; neruorum morbum. Alia pustulas summa cute orientes, leucen, alphum, impetiginē, & lepram abstergunt. Quæ digerunt, & concoquunt, phymatis, & cuilibet id genus abscessui auxilio sunt. Digerentia sunt omnia, quæ constant sale, & quæcunq; etiam nitro, vt Ctesiphontis compositio testatur. Concoquentia, resina, galbano, ammoniaco thymiamate. Quæ cruentis imponuntur pharmaca, fusci coloris, ad recentia corporis vulnera valent. Quæ proprie viridia & nigra sunt, vt barbarum, capitis mala, & canum morsus sanant. In vlceribus, partim pus educentibus in his, quæ laborant inflammatione, vtendū est, vt tetrapharmaco: in sordidis vero, repurgātibus, vt viridi diluto: in cauis, replētibus: in carne supercrescenti, reprimentibus, vt quæ ex mysi & squama conficiuntur, in vehementi quoq; sanguinis fluore sistendo non parū efficacibus. Adurentibus interim in diducēdis partibus, ac aperiundis vtimur, velut in abscessuum comprehensione, interim in palpebris cum summa cutis relaxatur, & procidit, vice consutionis pilis mediocriter ablatis partem relaxatam retrahimus. Aliquando in capitis morbo difficillimo, quem κεφαλαίαν vocant, per altas crustas humores in exteriorē educentes assumimus. Adurentium materia lixiuium, calx viua, auripigmentum, sandaracha, fęcula, atq; id genus alia. Ex cephalicis medicamentis aliud ad achoras, capitis furfures, & eruptio- C nes valet: alia ad capitis dolorem, & heterocraniam. Aurium remedia partim earum inflammationem, partim exulcerationem, partim influxum, partim difficilem auditum, partim cōtusionē iuuant. Oculorum pharmaca septem species habent. Quædam enim ad incipientes lippitudines, vt quæ diaglauciu, & diacrocu, & cycnaria inscribūtur. Quædam ad eorum dispositiones, vt nardina, & theodotia appellata. Quædam ad fluorē, quæ ex thure, acacia, & erice fructu componuntur. Quædam ad scabritiem, vt ex metallis confecta, nempe vsto ære, chalcitide, & æris squama. Quinta ad siccā lippitudinem, & scabiosam, collyriorum species est, tum siccorum oxydercicon, id est visum exacuentium, eiusdem cum superioribus materiæ. Sexta humidorum, quæ ad suffusiones inscribuntur, ex fellis generibus hyęnæ q; potissimum composita. Septima cataplasmatū species in oculis vehementer inflammatis & circumdolentibus vsurpatur, ex meliloto, passo, fœnugręco similibus'que materiis confecta. Oblinimus palpebras initio, repellentibus, & cuiusmodi sunt dia glauciu, & dia crocu medicamina: etiam solo ipso glaucio. Interius affectis exiccantia, lenientia'que admouemus, vt nardina theodotia. Quæ vero ad colorem decorem'que formę conciliandum illinuntur, qualia hedycroo & sandyce constituuntur, non medicinę, sed artis cultui ac elegantiæ dicatæ sunt propria.

D *De oculorum affectibus.* *CAP.* 15.

AFfectus, qui totū oculum exercēt, hi sunt, taraxis. i. perturbatio, lippitudo, epiphora, inflammatio, œdema, inflatio, scirrhosis, chymosis, carbunculus, strabismus, conuulsio, palpitatio, myopiasis, gangræna, putredo, vlcus, fistula, xerophthalmia, psorophthalmia, sclerophthalmia, procidentia, atrophia. In membranis hi consistunt, ruptura, excisio, distentio, anastomosis, crassities, densitas, corrugatio, extensio, raritas. Interiores palpebrarum partes infestant, aspretudo, crassities, sycosis, tylosis, durities, chalazosis, pladarotes, mydesis, sarcosis, poriasis. Exteriores hydatides, lithiasis, phthiriasis, meliceris, gangræna, phymata, colobomata. In corona crithe, posthia, trichiasis, distichia, tristichia, phalangosis, pyrosis, ptilosis, psoriasis, madarotes, paralysis. Communes toti palpebræ, paralysis, procidentia, diuersio. Angulis hi accidunt, encanthis, ancyle, pterygion, rhœas, prosphysis. Extrinsecus, ægilops, anchilops. Album affligunt, psydracion vlcus, hyposphagma, abscessus, chemosis, cœloma, pterygion, phacosis, icterus, tosus. Iridem oculi infestant, argemon, nephelion, achlys, epicauma, vlcus, bothrion, phlyctis, myocephalon, staphyloma, hypopyon, ruptura, cicatrix, leucoma, cœloma, proptoma, vnguis, pyosis, exulceratio. In pupilla esse solent, suffusio, glaucosis, mydriasis, phthisis, synchysis, platycoriasis, amaurosis, rhytidosis, nyctalops, hemeralops, myopiasis, diapyesis. Meatus exercent, aporexis,

paremptosis,symptosis,anthracosis. Taraxis igitur seu perturbatio, est, cũ oculus leuiter ac mediocriter commotus tandem rubicundior euadit. Lippitudo, cum album rubescit, & palpebræ attolluntur,cum dolore conniuent,ægre q; manus admotas ferunt. Inflammatione oculorum rubor intenditur,palpebræ magis eleuant̃,vt nõ nisi magno negocio queas suspicere. Epiphora,tũ inflammationis magnę vniuerso illatę corpori, tum largorũ fluorum commune nomen est: proprie vero de oculis refert̃,vbi cũ maxima inflammatione, etiã humoris copia influxerit. Oedema nominant,cũ eleuatus apparet oculus,& colorem amisit,vel etiam ęgre mouetur: interim album quoq; supra nigrum attollitur. Inflatio dicitur, cum subito tumescens oculus decolor fit, exuperante pituita: vt plerunq; senibus æstate potissimum solet accidere. Scirrhosis ex inflammationis diuturnæ vehementia oritur,carne increscente, & subliuida. Profluuio laborat oculus, cum nõ solũ rubet,sed multas quoq; lachrymas excernit. Xerophthalmia,id est arida lippitudo, cũ anguli vlcera & aspretudinem, pruritum q; contraxerunt,palpebræ rubent, & lachryma salsa & nitrosa profluit. Sclerophthalmia,quasi dicas duram lippitudinẽ, est, cum palpebræ duriores sunt, oculi rubent,& cum difficultate quadam mouentur. Proptosis,id est procidentia,appellatur,vbi cũ inflammatione moti sede sua procidunt. Atrophiam nominãt, cum ex longa imbecillitate, vel alia quadã latente causa paululum quasi propulsus, deinde cauatus ad radicẽ cum dolore minor euadit,obscure q; aut nihil oĩno videt. Asperæ dicuntur palpebræ, cum euersæ sanguinolentiores apparent,& magis asperę,carnosę'que,& fici acinis similes. Crassæ vocantur,vbi euersæ'duriores iis,quæ naturaliter se habent,existunt, & scabris magis carnosæ. Sycosis, id est ficus, accidit, cum in palpebrarum parte interiore carni quid simile enatum fuerit, quod emineat, & oculus totus ægre moueat̃. Tylosis,id est callus, nuncupatur, cum in palpebris aspretudines ex senectute crassiores,albidiores,& parum sensiles extiterint, eo q; minus deteri possunt. Sclerіasis.i. durities, est tumor palpebrę cum rubore,dolore q;. difficulter aboletur: durat magis,q̃ inflãmatio. Chalazia, vel chalazosis orbicularia quædam intra palpebras tubercula sunt circunscripta: nomen à similitudine grandinis acceperũt. Pladarotes, sunt mollia veluti corpora vetusta,& maxime decolora, palpebrarũ parte interna non dum aspredinẽ habentia: propterea πλαδαρότης à Grecis vocatur. Mydesis cõmune nomen est partium, quæ ex putrefactione corrũpuntur. Palpebræ quoq; eadẽ laborant,vbi & tumentiores apparent,& assidue diffluunt,adipẽ paulo copiosiorem tortuæ. Crithe,quæ & posthia,dicitur,cũ parte interna palpebrarum iuxta corollas suppuratum oblongum, figura hordeo simile fit,vnde appellatum est. Generantur alia quoq; maiora in mediis palpebris eodem appellata nomine. Lithiasis,albida quędã & crassa,callis lapillis q; similia,quæ oculũ pungunt,in palpebris retortis ostẽdit. Phthiriasim vocamus, cũ palpebrarũ pilos multi lati exigui q; pediculi infestãt. Ditrichiasi laborat oculus,cũ pilis naturalibus alij subnascentes ipsum pungunt fluorem q; concitant. Ptilosis est,cũ alij quidem subnascũtur,naturales aũt collapsi, fracti'q; stimulant,ac pungũt. Phalangosis,cũ pilorũ subnascẽtium duplex,triplex'ue acies,vel in superiore, vel in inferiore palpebra prouenit. Resolutus oculus dicit̃,vbi naturali motu destitutus,neq; sursum, neq; deorsum intẽdi possit,verum sentiendi expers consistat: frequenter hoc mali partibus etiam oculi accidit. Ectropion seu diuersio,palpebrarũ vitiũ est, cũ exulceratis oculis plus extra ferunt̃. Encanthis,vbi ex vlcere caro in angulis iuxta nares supercreuerit. nautæ, ac piscatores hoc vitij peculiare habent. Vnguis vero,est in albo oculi pręter modũ exulcerato,carne'q; oppleto membranula tenuis & neruosa: quæ oriens ab angulorũ aliquo ad nigrum,& verticem eius peruenit. Rhœas,cũ angulus ex latẽte quadã causa secesserit,aut praua curatione sublatus fuerit, vt lachrymas continere non amplius possit,sed humorẽ dimittat. Cohærescunt palpebræ cum albo oculi, vel nigro ex vlceratione. Et,si nigro cohæreant,visus omnino prohibetur: sin albo,minus. Gręci hoc malum ἀγκύλωσιν appellãt. Ægilops,vel anchilops,abscessus quidam est ad angulum, qui naribus propior est, pus continens,quod erumpens aut os exedit,aut ad angulum,vel vsq; ad nares destillat. Psydracion cõmuni vocabulo circa corpus totum,& circa album oculi fit. Est autem velut pustula in summo rubicundum. Vlcus oritur in albo vel nigro, cũ summa cuticula, quam Gręci ἐπιδερμίδα nominant,diuisa Lunæ figuram,vel rotundam,cauam,similis coloris,vel sub albidi acceperit. Hyposphagma vocant,cũ vasis in prima tunica ruptis ab ictu, sanguis intra albi spatiũ & interiorem tunicã coierit,atq; oculi color statim cruentus, post liuidus existat. Chemosis ex inflammatione vehemẽtiore vtrasq; palpebras in exteriorem partem detorquet, ne totum oculum cõtegant. Proprie vero Chemosis dicitur, cum album vtraq; iridis parte inflammatione afficitur,iuxta irim autẽ cauum hiatularũ similitudine apparet. Cœlomata sunt rotunda,& caua vlcera,bothriis latiora,quæ in oculis circa irim nascũtur. Argemon, in iridis circulo, vel in albo, interdum etiã nigro, vlcus rotundum & subalbidũ oritur. Nephelion, summæ cutis vlcus paulo maius argemo,& albidum. Achlys,est circa totum nigrũ à superficiaria vlceratione cicatricula tenuissima,aeri caliginoso assimilis. Epicauma,cum in superficie cuticula adusta vlcus contraxerit, vel etiam paulo profundior fiat ex epiphora magna innascens. Bothrion, est vlcus cauum, purum,angustum,puncturis rotundis simile,vlcusculo altius. Phlyctænam vocant, vbi per exulcerationem,vel etiam sine hac exterior ceratoidis tunicę mẽbrana tenuissima,& sublimis elata, inter se

A tra se humorem collegerit, aut sub tunicæ spatio crassior humor currẽs phlyctænam pariat. Myocephalon morbus est, cum tunica priore iuxta irim, exulcerationis vitio exesa, secunda prociderit, vt ceu muris caput referre videatur. Staphyloma dicitur, quãdo oculi pupilla cum inflammatione & dolore attollitur, & album colore, & acino vuæ simile redditur. Hypopyon vniuersam irim pure occupat, vel eius dimidiũ. Rhexis, id est ruptio, est exulceratio ab ictu, vel alia quadam causa, in alto totas subinde membranas diuidens, vt etiã humores, quibus videndi facultas administratur, effundat. Cicatrix appellatur, vbi nigro oculi ex alto vlcere membranæ crassities superuenit, & color albior apparet. accidit quoq; albę mẽbranę dictæ, sed non perspicitur. Albugo nihil à cicatrice differt, nisi q ex vlcere maior cicatrix, simul & crassior in iride nascatur, quam Albuginem nominant. Clauus est carnosus nigri excessus solidus, cum leui alba q; velut cicatrice, frequenter etiam in albo nigro cohærenti consurgens. Suffusionẽ quidam interpretantur, cum humor quidam in pupillam destillauerit, cõcreuerit q; sæpe adeo, vt visum offendat, vel in apparentibus hebetet. Glaucosis est humoris crystallini in album atq; aqueũ colorem mutatio, cuius gratia visus impeditur. Mydriasis dicitur, cum pupilla quidem nihil colore variat, dilatatur autẽ magis, q̃ natura poscat, vt iridis circulo fiat proxima, & visioni noceat. Phthisis, id est tabes, appella-
B tur, dum pupilla arcte coit, vel stimulo assimilis fit, tum hebetior, tum rugosior, aut ex imbecillitate periculosa, aut ex capitis dolore vehementi. Confusio, dum humores oculorum suo loco non consistunt, proprium ordinem seruantes, sed huc illuc' que feruntur. Hebetudo, summa visionis sine causa euidẽti offensio. Nyctalopes vocantur, qui die vident obtusius, sole occiduo acrius, nocte magis adhuc: vel contra, die parum, vesperi aut nocte prorsus nihil. Myopes vicina vident, remota non item. Suppuratio humor exiguus in pupilla collectus, qui difficulter euaporat ac discutitur, suffusione siccior. Abruptio est, quãdo meatus à cerebro & meninge in oculum descendẽs, ex ictu capitis, vel casu ex alto diruptus est ita, vt absolutam cęcitatem afferat. Coincidentia, vbi in meatum, qui à basi cerebri veniens, oculo videndi facultatem tribuit, humor adaperto vel rupto vase incidit, obturat' que eum: vnde cum dolore visus offenditur. Symptomasis accidit, cum meatus ex atrophia, vel resolutione fit arctior, concidit' que. Quod vitium vt rarum est, sic remediis ægre cedit. Carbunculus, crustosum est vlcus, depascens cum fluore, & bubone, aliquando etiam cum febribus, interim in toto corpore, interim in oculis factum.

De exterioribus capitis affectibus. CAP. 16.

CIrca vero capitis exteriores partes consistunt ij, qui inter longos ascripti non sunt. Caluarię
C autem fracturarum differentiæ quinque existunt, rhogme, engysoma, ecpiesma, apechema, & camarosis, distentio suturarum, hydrocephalon, achores, pityriasis, meliceris, atheroma, fauus. Porrò eam partem, quæ capillo tegitur, & mentum occupant alopecia, ophiasis, caluities, madarotes. Pili omnes fluunt, extenuantur, quassantur, scinduntur, squallescunt, in puluerẽ rediguntur, subflauescunt, canescunt. Oculorum morbi separatim conscripti sunt. Aurium, contusio, pterygomata, fractura chartilaginis, sordium vel exuperantia, vel defectus, grauis auditus, surditas, puris fluor, fluxus graueolens. Nares excruciant ozena, polypus, vlcus, fractura, peruersio, compressio, simosis. Os infestat gingiuarum putredo, dentium erosio, eorum que dolor, & cum è sede sua labant, † abscessus, epiglottis, } epulis, parulis, aphthæ, crustæ, tonsillæ, vua, ficus. Faciem occupant ephelis, vari, lentigo, ossium fractura, distentio commissurarum, eluxationes maxillæ inferioris à superiore gena. Ceruicem habent synanche, cynanche, strangulatio, vertebrarum expulsio, strumæ, steatomata. Humeros male habet verticis ipsorum fractura, distentio. Juncturam cubiti occupant meliceris, atheroma, steatoma, humor aqueus. Brachiale, ganglia. Digitos manus & pedis chymethla, reduuia. Quamcunque corporis partem inflammatio, œdema, inflatio, durities, abscessus, vlcus purum, vlcus sordidum, cauum, carne supercrescẽs, crustosum, sic-
D cum, fluens, subpascens, callosum, fistulosum, mydesis, id est putredo, phyma, dothien, therminthes, phygethlon, chalaza, phagedæna, phlyctides, carbunculi, epinyctides, erysipelas, herpetes. Mammillas peculiariter, tum naturaliter sexus vtriusque vexant carcinomata. Quamlibet corporis partem impetunt carcinoma occultum, carcinoma vlceratum, therioma. Inguina, bubones simplices, phymata purulenta inuadunt. Genu, gonyalgię, rheumatismi, tofi. Poplites steatomata, anchyle. Tibiam, varices. Suram, scirrhoma, chironia vlcera. Summam pedis partem, nigredines, necrosis, podagra, fistulę. Calcem, squamæ.

† Al. abscessus in lingua.

De cutis affectibus. CAP. 17.

CVtem, totius' que corporis partes exagitant lepra, psora, alphos albus, alphos niger, leuce, impetigo simplex, impetigo agrestis, dracontiasis, acrochordones, thymi, myrmeciæ, claui, calli. Quædam horum ex podagra & articulari morbo, quædam ex sese oriuntur. Sedem afficiunt hæmorrhoides cæcæ, fissuræ, procidentia, condylomata, pylides. Aduenit etiam toti vuluæ procidentia, cum in exteriora procidit. Scrotum habent enterocele, cirsocele, epiplocele, sarcocele, porocele, steatocele. Totius corporis ossa patiuntur cariem, sphacelum, fracturam sine vulnere, vel cum vulnere, ecbyrsosin. Fracturarum differentiæ quinque sunt. Prima schidacedon facta, per rectitudinem: Altera per transuersum, cauledon. Tertia raphani

in morem raphanedon. Quarta caryedon idest in modum nucis. postremo alphitedon, hoc est in B speciem farinæ. Nigrescunt interim ossa in fracturis, interdum sine his. Articulis omnibus accidunt, paragoge, è sede propria motio, eluxatio, præter luxatio, colligatio, porosis, rheumatismi, distentio commissurarum.

De Chirurgia. *CAP. 18.*

CHirurgia est alieni, vt proprie vocāt, per incisiones, concinnationes q́ꝫ cum via quadam, & ratione ablatio: ad hęc vulnerum, atqꝫ vlcerum curatio: quę in corpore humano administratur. Primariæ eius actiones duę sunt, compositio, & diuisio. Harum rursus multæ sunt species. Compositionis quidem, fractorum ossium coniunctio, & deligatura, luxatorum repositio, intestinorum, quę prociderunt, collocatio, ad hęc, vuluæ, & recti intestini. Abdominis suendi ratio, γαςροραφίαν Gręci appellant. Curtorum applicatio, siue adductio, vt in naribus, labris, atqꝫ auribus. Diuisionis species, simplex incisio, præcisio, hypospatismus, periscythismus, angeologia, excisio, adustio, rasio, limatio, sectio per serrā. Simplici sectione in abscessibus vniuersis vtimur. Diuidendum vero membrum est recta linea, non transuersa. Pręcisioni locus est in alis, inguinibus, natibus, & ano instar myrti adhibitæ. Hypospatismo in fronte, cum oculi fluunt. Periscythismo in sincipite, & colis pellicula, quam pręputium vocant, nigricante. Excisioni in membris nigrescentibus, & capitis fracturis. In omnibus autem, quæ ad ossa pertinent, aliis q́ꝫ multis vstio, rasio, limatio, serræ vsus vtiles sunt. Vstio candentia ferramenta requirit, proprie in iis iam malis omnibus, quę depascunt, & oculis rheumaticis, coxis, vel etiam interioribus. Etenim in tabidis candentia ferramenta assumuntur, & in lienosis: tum in brachiis, quę in alam excidere consueuerunt: insuper in ęgilope, in nigricantibus, vel iis, quę resecantur propterea, quod aperiantur vasa: postremo in alijs sanguinis profluxionibus. Hęc itaque in capite consistunt, quibus manus auxiliantur. Fracturarum autem capitis genera sunt quinque: Rhogme, engisoma, ecpiesma, apochema, & camarosis. Non nullorum sententia additur & sexta, trichiasis, per summa ossium insculptio. Hydrocephalon quatuor species obtinet: Vnam cum intra cerebrum, & inuolucrum eius humor subsidet: Alteram, cum intra membranas, & ossa: Tertiū, cum intra os, & pericranium: Reliquam, vbi os, & cutem interiacet. Circa cutem oriuntur meliceris, atheroma, & extrinsecus alopeciasis. Itaque alopecias laniamus: meliceridas, & atheromata myrti modo, vel simpliciter summam cutem diuidentes, deinde tunicas digitis auellentes, cum ipsis humoribus, qui insunt, auferimus. Hydrocephalon sub cute, & pericranio duabus, vel tribus rectis lineis incidentes euacuamus. Quod sub ossibus est, excidimus. Quod tandem intra meningem, cerebrum q́ꝫ incidit, G insanabile est. Omnis fracturarum caluarię species excisione administratur, excisoribus id, quod in ossibus fractum est, auferentibus. Veteres igitur modiolis per circunuersionem secantes ipsa excidebant. Posteri terebris vsi sunt, ægros in sedile, tum sectores collocantes. Hac tempestate excisoribus tantum sedem exhibent. Ex oculorum vitiis hæc manus pręsidium expetunt, trichiasis, hydatides, encanthides, vngues, staphylomata, suffusiones, fluores diuturni, & excedentes, palpebrarum calculi, coagmentatio oculos ambientium in idem, ęgilops. Palpebras itaque relaxatas consuimus,[a]† id quod pręter naturalem habitum est, auferentes. In palpebris non relaxatis, [b]† acus candens ab angulo sub ipsis radicibus immittitur. Hydatidas singulatim tollimus. Encanthides, vngues, & staphylomata præcidimus. Staphylomata quidem †[c] solum ad ipsas radices per medium transuere acu lina ducente oportet. Vngues, & encanthidas vel lino, vel hamulo attrahimus. Hypochyma deducimus pungentes circa irim ex minori angulo, †[d] deinde in eius summo concretū pupillę humorem fractionibus radentes, stringentes q́ꝫ, ne suspicias. Hypospathismus, periscythismus, & angeologia fluorem sistunt. Hypospatismus itaque tribus fit supra frontem diuisionibus. Post ferramento (quod spathomelam appellant) per corpora, quę interiacēt, transmisso. Periscythismus est, cum transuersis lineis coronę modo frons secatur. Altera ipsius parte H paulo superius, quàm tempora sunt, quędam triangula amputantur, Gręcorum literę Δ similia. Angeologia perficitur vasis latentibus à tempore ad tempus in profundum diuisis. Palpebrarum calculis medemur magna ipsarum diuisione, qua lapides integre auferimus. Connatas palpebras scalpello aperientes †[e] siccis medicamentis diducimus. Ægilopas ad os vsque excidentes ferramentis candentibus adurimus. Sunt autē, qui loco ferramentorum candentium terebra os forant vsqꝫ ad nares. Polypum, qui in naribus nascitur, angusto specillulo ab osse resoluimus, & rasorio cultello postea radices demetimus. Ozenæ raro ad sanitatem proficiunt: curatio vero earum in iisdem versatur. In ore epulidas, & parulidas diuidimus, vbi suppuratio se ostenderit. Vuas demissas, siue collapsas nimium, incidimus, volsella prehendentes. Dentes eximimus scarificatione circa eos facta. Adenas excedentes naturam in tonsillis aduersis plagis amputamus. In ceruice steatomata, & strumas, cute diuisa, & digitis auulsa, tum vasorum complexu dissoluto tollemus. Ganglia, quæ in metacarpiis, seu post brachialibus magna ex parte eueniunt, & mulieribus lana victum queritantibus plerunque extundimus, interim ceratis mollita curamus. In aliis phymata, & strumas præcidimus: similiter in inguinibus. Abscessus in spatio intercostali diuidentes non vniuersim, sed moderate, paulatim'que puris excretionem molimur. Sunt, & qui

A† Fasciolā ab ipsis auferētes, quātā cōmēsuratio iuxta palpebrarum figuram postulat.

B† Pilos p acū illaqueamus.

C† Filo transmisso ablaqueantes.

D† Donec ac⁹ penetrarit, & loco vacuo excipiať: deīde per obliquū ad iridem pducētes summa ei⁹ parte compactum circa pupillam hun oiē deducimus, deligantes & stringentes, vt nō aspiciat.

E† Alii legunt ϛιλτοῖς, id est subiectis linamentis.

A qui adurant eos. Carcinomata in multis corporis partibus, maxime circa mãmas oriuntur. Præcidimus vbicunq; fuerint, & ferramentis peruruntur non admodum ignitis. Non desunt, qui rasoriis ferramentis ignitis simul secantibus, & aduretibus vtuntur. Exomphali, omnes, quibus vmbilicus extuberat, appellantur. Differentia triplici comprehenduntur. quidã enim pneumatomphali, quasi qui spiritum sub vmbilico collegerint. Alteri enteromphali, quibus intestina ad vmbilicum procedunt. Reliqui hydromphali, qui aquam sub vmbilico gestant. Omnes differentiæ manu sanantur, lino duplici per acum immisso, & vmbilico circumstricto. Hydropicos paululum sub vmbilico à sinistris pũgimus ferro instar myrti facto, donec inania penetrauerit. Apellarum duplex curatio, horum, qui intrinsecus excoriantur, illorum, qui extrinsecus orbiculatim in summa cute diuiduntur, vt præputium intus attrahatur. Qui per angustias præputij exerere glandem nequeunt, summa eius pellicula, quantum licet, retracta, dein callis, qui in conspectum prodeunt, scalpello per summa auulsis curantur. Hypospadiæ sunt, qui ex generatione, vrinę iter inferius sub dicto cane habent: curantur autem summa glande perforata & canaliculo immisso. Qui dicuntur atreti, siue foramen habeant tenue, siue nullum omnino, auxilium capiunt hoc pacto: Acuto specilli immisso adaperimus, deinde digitum submittentes vndiq; absoluimus. Lapi-
B des in vesica habentes secamus, calculum in vesicę collum adigentes, incisorio autem lapide vtentes semel superiacentes particulas diuidimus, & ferro ad id idoneo, quod propterea λιθόλαβον Gręci appellãt, calculum auferimus. Quibus fluere vrina quoquo modo cœpit nimis, rhyadicos appellant, si magnus callus fuerit, præcidendo ipsum curamus. Quibus vrina propter copiã non redditur vesica distenta, vt remittere se nequeat, per fistulam cathetera vrinam elicimus. Porrò huic instrumento ad Romanæ literæ, s, figuram facto, quod in vrinæ iter vsq; ad vesicam demittitur, inditur filum, quod in summo habens lanę paululum procumbens, vrina madefactũ, deinde foras extrahitur, quod vrina tanq̃ ducem vię sequitur. Tumorum, qui scroto accidunt, septem species sunt, hydrocele, porocele, steatocele, sarcocele, epiplocele, cirsocele, enterocele. A quibusdam hæc complicata adduntur, hydrenterocele, sarcoepiplocele. In his, qui hydrocele laborant, scrotum diducendum est, & vbi maxime venosum est, inuenta q; tunica, humorẽ ea comprehensum euacuare oportet, & tunicæ superuacanea auferre: in quibus sine tunica est, excernere humorem sufficit. Steatocelas, & porocelas similiter, sinistra manu scrotum extendentes secare conuenit, postea in superficie diducere, donec adipi, vel callo, vel alij cuicunq; incidamus, & hoc auferemus. Pari modo sarcocelici tractantur. Oportet autem subiacentem carnem albicantem præcide-
C re, rubram excoriare & detrahere, ac tunc reliquias adimere expedit. In cirsocelis extendes varicem hamulo in superficie diuisum, exceptum'que auelles, relicta ceu digiti parui latitudine: reliquum extensum abseca. Cura vero non mediocris adhibenda est in neruis illis complicatis, κρεμαστῆρας Gręci vocant, & testiculis. Enterocelicos, & epiplocelicos ita secamus, reprimentes intestinum, vel omentum diligenter, mox seminarium meatum auferemus, q; fieri poterit, commode: Sin minus, peritonæum attrahentes, & laqueo excipientes præcidimus. Hæmorrhoides lino duplici per ipsarum bases transuentes cõstringentes q; post horas duas abscindimus. Fistularum non nullæ perforatæ non sunt, os tantum habentes. Quædam perforatæ vel intus in anum, vel extrinsecus. In perforatis in anum, oricularium spicillum immittes, mox digitum in sedem afferens, intestinum attrahes mucrone spicilli, id q; amputabis, ab inferiore loco incipiens, similiter & in exterioribus ani. In non perforatis spicilli acumine omnes sanas particulas penetrare conuenit. Sunt, qui loco recisionis præcisionis q; partium foramina interiacentiũ lino byssino in summitate spicilli cõuerso diuisa auellunt, intermedias partes quotidie circũtendentes fila amputant, & callũ mollientes medicamento Ægyptio cicatricem inducunt. Hic modus primum ab Hippocrate conscriptus est. || Varices in cruribus primum extrinsecus incisuris per totum insignitos, de-
D inde inclinantes summa cute prehensa, ipsam primam diuidimus, & mox hamulo attractum varicẽ illigamus, quo post omnes diuisiones facto, vel varicũ extractorio instrumento, quod Gręci κιρσοῦλκον vocant, eximimus, summa discindentes, vel bicipiti spicillo exceptum, lino per ipsius ventriculum secundum euersionẽ extrahimus. Dracontia varicibus similia sunt, magnum vero dolorem, dum paululum prominentes mouentur, cõcitant. Oportet autem diuisis, vt varicibus, summam cutẽ detrahere, sic q; pręcidere. Clauos, callos, acrochordonas, thymos, myrmecias excidentes adurimus, vel psorico illinimus. Curta in naribus, auribus, oculis, hoc modo ad naturalem habitum restituuntur: Labra scalpello vndiq; deradentes cruentamus, deinde adducẽtes densius suimus: iuxta maxillas autem ex vtroq; labrorũ extremo, qua inuicem coeunt, intus & extrinsecus diuidimus, distendimus'que volsellis, ne caro inde relaxetur. Quæ auribus vel naribus curta accidunt, cum fuerit chartilago diuisa, producere aliam conuenit, sic'que consuere lanę filo.

Lib. de fistulis nõ lõge à prin.

De artubus confractis, partibus que à suo articulo dimotis. CAP. 19.

FRacti artus ex distensione quidem in rectum restituuntur: ex deligatura callo obducuntur. Caluariæ ergo fractiones quot modis accidant, quomodo'que curentur, diximus. Et, si in facie fractura contingat, vt in capite, sanare cõuenit, osse, quod affectum est, exciso. Sciendum autẽ est, quæ ossa fracta curationem non recipiant. Si igitur nares confractæ sunt, non recte possunt

De artic. cō 2. tex. 47. cl. 7ª. 267. f
ibi. t. 44. 266. h.
Et tex. 45. 267.

restitui. Aurem etiam frãgi scribit Hippocrates, quoniam & chartilago imitatur os, ęgerrime q; E in pristinam figuram reducitur. Verum, si ex palato fracturam accipiant nares, simæ, vt inquit, euadunt & insanabiles. Porrò, si clauicula frangatur, vel iugulum, vel costa aliqua, & hęc frequenter resarciri non possunt. Epithemata in iugulo adhibenda sunt, ipsum'que ab ala ad alam deligandum est. Cęterum, si quod maiorum membrorum fractum sit, vel minorum partium aliqua, vt digitorum nodi, vel ossa brachialis, vel post brachialis, vel tarsi, omnia quidem in magna frusta cauledon, vel raphanedon, & schidacedon franguntur: minutatim caryedon, vel alphitedon. Omnia ergo fracta deligantes, extendentes que admodum vehementer, & valide diducere, & multum inuicem separare oportet, vt iustum situm, pristinam'que figuram recipiant. Non autem in rectum omnia restitui debent, sed ad proximi, cui cohęrent, membri figuram. At, si os rectum sit, in rectum: si obliquum, vel alio quouis modo curuum, simili modo. Modus autem deligaturę ad omnia pręparandę hic est. Fascia est linteis veteribus facienda, quæ tum latitudine, tum magnitudine membro respondeat. Latitudine quidem in maximis digitorum quatuor, vel quinque. In tenuioribus non minus digitorũ trium. Deligaturę hęc ratio. Prima fascia ter nobis in fractura sursum versus fertur vt plurimum. Altera dimidio longior ab eodem loco incipit, euariantibus deligationibus deorsum quidem tribuitur, sed ad superiora reducitur: irrigari hydreleo, vel œneleo, F vel glyceleo adusque triduum expedit: post cerato diluto, & liquido, vt oleum crassum videatur. Verum fascia ita paretur, vt nõ nimiũ premat, ne membrũ emoriatur, sed quoad adiaceat, apte q; adhęreat: neque sit laxa, vt contineat, & repellat influxus, ne oboriatur inflammatio. Post splenia triplicia, quadruplicia'que adhibeantur, quę artus crassitiem impleant: quo nec sibi mutuo incidant, nec dissidentes interuallum relinquant. Ab his fascia conuenit triplex, quę à fractura deorsum veniens, sursum rursus feratur, ibi'que finiat. Solutiones membri primę tertio quoque die faciendæ: post septimum vero diebus intermissis pluribus, prout necessitas exiget. Inde licebit ferulas circumponere, sed ita, vt ad vltimam fasciam lana apponatur, & ex interuallis ferulæ collocentur, cum membrum ab inflammatione est prorsus immune, curua ipsarũ parte extrinsecus sublata, leui autem intus deligaturę iniecta. quibus superligabuntur vel chordulę, vel nauticum filum.

In fracturis cum vulnere, pro his omnibus splenia duplicia, vel triplicia faciẽtes per singula crassitiem membri circulatim implebimus, vt termini ipsius inuicem incumbentes separentur: totum'que membrum his contineatur. Primùm sanè ex prędictis imposita madida esse conuenit: deinde lanas propositas, & fascias post lanas habere per subiectam sedem canalis aperti. Maxime is modus deligaturę confert iis, quę alphitedon fracta sunt cum vulneribus, & multa contusione G musculorum, in quibus etiam linamenta liquoribus competentibus madentia imponenda sunt. Linamentorum sunt quinque species, aliud flexile, aliud rasile, aliud vulsorium, aliud lucernariũ, aliud priapiscorum appellant. In luxatis vero distentione quidem antecedente opus est: repositio pro quolibet membro propria assumitur. Omnia in Hippocratico subsellio restituũtur, simul & tensa, & commissa. Caput luxatur, nam prima ceruicis vertebra coarctatur ad secundam. Maxilla inferior ex iugali, quod est ad malas, excidit. solis autem manibus in sedem suã compellitur, hinc illinc'que ad superiorem adducta. Humerus in alam tantum excidit, capitulo rotundo, & leniter cauo, quod Iones ἄμβην vocant, cum distensione in sedem reducitur. Sunt & alię {interiores,} quas palestricas nominant. Cubitus in omnes quatuor pares excidere potest. si in exteriorem, interiorem'ue, cum distensione reponimus: si in priorem vel posteriorem, sine distentione restituimus: nam hęc ex subita inflexione quodam imposito flexurę cubiti consistit: Illa, extensione vehementiori. Brachiale, & postbrachiale, ad hęc digiti luxati, modica distensione reponuntur. Quę'uis spinę peruersio, curuitas, & inclinatio, & tortuosias instaurari non possunt. Femur ad coxas vel intro ad colem, vt extra ad oppositam partem prolabitur, retro ad clunes, & ante in inguina. atque hę quatuor differentię immedicabiles. Genu quoque crebro in exteriorem partem H prolabitur, & facile ex flexura restituitur: minus in interiora excidit, redit'que, multo rarius in posteriora, in anteriora nunquam: quippe ossa propter patellam, quę continet (nisi & ipsa fracta fuerit) nullo tempore elabũtur. Talus modice prolapsus ęgre restituitur. Si magna sit luxatio, & violenta, ne sustinet quidem instaurationem. Periculosa enim nimis, &, si cum vulnere accidit. In digitis nihil vltra fieri debet, quàm quod in iis, qui sunt in manu, positum est. Omnes vero coagmentationum eorum separationes, vt in facie, cubito, & radio, tibia, & sura, metacarpio, brachiali palma, in veterem figuram restituuntur. Porrò, quę membra nigrescunt, vel depascuntur, siue ex fracturis, siue violenta astrictione, tota sępe resecamus. Similiter in iis facimus, quos venenatę ferę momorderunt, mox ferramentis prope candentibus pastionem sistimus, post ferramenta porrò viridi cum sale illinimus. Deinde vbi crustę † ruptę fuerint, } tanquam vlcera curamus. Venenatorum morsus neque cito ad cicatricem ducimus, sed frequentius vlcerum fluorem ex eis concitamus.

† καταρθῶσιν id est ablatæ fuerint, vel vt habet alius codex manuscriptus, κατορθῶσιν, id est curatæ fuerint.

Galeni

GALENI QVOMODO MORBVM SIMVLANTES SINT DEPREHENDENDI LIBELLVS.

Ioanne Fichardo Francofordiano interprete, ad Græci exemplaris fidem recognitus.

CVm multæ sint causę, quas propter ęgrotare se hoïes simulant, videt & in istiusmodi oïbus veritatis inuentio medico conuenire: quandoquidem idiotæ ẽt operæprecium ducant à vero tales simulationes dignoscere. Etenim phlegmonẽ, & erysipelas, & œdemata ꝑ pharmaca extrinsecus apposita, de industria excitata, Medicus ab ijs, quæ ex ipso proficiscũtur corpore, deprehẽdere potest, atq; discernere, sicuti & sanguinẽ ex oris partibus profluentẽ, ab eo, qui ex stomacho, ventre, organis'ue spiritualibus prouenit. Nam deprehẽsi iam quidam sunt, qui sub finem tussis, quoties vellent, sanguinem excrearent, venula quadam in hoc prõpte circa gingiuas aperta, sicq; comparata, vt, qñ videretur, lingua illã sugẽtes, statim q; post tussiẽtes, sanguinẽ quasi ex inferioribus redditum expue-C rent. Sic & delirare nõ nulli, desipereq; se simulauerunt, cum alios potius stultos ostenderent. Illa vero oïa & deprehendere, & inter se discernere, ad medicos pertinere vulgus existimat. Fit autẽ ſępe, ꝙ dolor quispiam ita simuletur, vt ingens fereq; intolerabilis videat. Equidem ipse quendã noui in concionẽ à ciuibus vocatum, colico dolore torqueri se finxisse, vt ne accederet, cũ hoc ita ei conducere visum esset. Et ego quidẽ eo tpe istuc hominem agere, quod & postmodum ipse mihi confessus est, suspicabar. Fomenta igitur tum illi adhiberi iussi. Verum ille, quanq̃ aliàs vel in minimis supra modum esset meticulosus, hic succurri sibi nequaquam magnopere precabatur: et quidem paucis ante diebus nouit eodem morbo laborãtem, à me hausto pharmaco Philonio, curatum: id quod à me omnibus modis petiuisset, si re vera doluisset. Sed & exitus istud declarauit: quoniam dimissa concione, extemplo conqueri, tanq̃ extra omnem mox dolorem constitutus, desijt. Quin & ipsa præterea viuendi ratio, quę præcesserat, talis erat, vt colicam in eo dispositionem non posset generasse: quando ex indigestione, infrigidatione q; proficisci solent huiusmodi passiones: quorum in hoc neutrum precesserat. Hoc igitur, ꝙ non ratione anteactæ diætę morbus esset, potuisse cognoscere, medicę erat experientiæ opus. Alterum vero istud, ꝙ ob concionem simulare hæc illum suspicatus eram, medicinæ proprium non fuerat, sed rationis eius, quæ D communis dicitur: quam, licet omnibus cõmunis sit, pauci tñ exactam perfectam q; habẽt, vt inuenire in quoq; negocio possint, quid faciendum, dicendum've sit. Tenẽdũ ergo memoria, quod diximus, experientiæ medicæ si coniungatur externa hæc facultas, alia quoque similia fingentes, validosq; dolores simulantes deprehendere licere. Quemadmodum ipse nuper, cum vtroq; genu vehementissime dolere se quidam diceret. Seruus autem is erat ex eorum ordine, qui dños iter facientes cursu comitantur. Vnde statim doloris eius fictionem deprehendi, ex eo partim suspitionem sumens, ꝙ ad illam forte diem Dominus ex vrbe profecturus erat: partim ex adolescentis moribus, qui talis esset, vt facile in huiusmodi mẽtiretur. Cæterum & cõseruum insuper quendam ei familiarem rogabam, num adolescens ille mulierculæ alicuius amore teneretur, quam ꝑ esset verisimile, longiorem profectionem Domino adornante, hoc illum studere, vt relinqueret. Et ita res habebat. Hęc igitur extrinsecus adinueneram. Circa vero genu eius maximus quidam tumor existebat, qui facile idiotam perterrere potuisset, sed rei perito manifeste per thapsiam excitatus apparebat. Hęc aũt cognitio Medicinæ propria erat, non ab extrinsecus assumptis prouenîens. Eiusdem quoq; erat experientiæ sciuisse, nihil eorum, quæ antecesserant, tale fuisse, quod eum excitare tumorem tam repente potuisset. Neq; enim plus, q̃ conueniebat, cucurrerat, neque vapularat ab aliquo, neq; saltauerat, neq; fossam trãsiliens id incõmodum passus erat: tum redundantis

dantis

dantis humoris indicium quidem nullum erat, ꝙ antea neq; splẽdidius, neq; abundantius vixiſſet. Ad hęc aũt & doloris ſpeciem me, qualis nam eſſet, percontante, neq; ſtatim, neque prompte, neq; eadem reſpondebat. Quare profecto dño cum pharmacum impoſuiſſem, quod dolorem q̃dem nihil leniebat, verum thapſiæ ſolum qualitatem infrigidare poſſet, poſt horam vnam illum confitentẽ habui, nihil amplius ſe doloris ſentire. Quòd ſi è phlegmone dolor is natus fuiſſet, nõ ſolum per iſtud infrigidatiuum non reſediſſet, ſed etiã vehementior redditus eſſet. Liquere igitur nunc arbitror, ꝙ ſi medicinalis experientia externis iſtis ratiocinationibus .i. cõiectationibus, coniungatur, ſufficiens ſit ad veri fortis q̃; doloris dignotionem. Poteſt vero quis & ex eo, ꝙ lenius morbum ferant, indicium non vehementis doloris ſumere. Accidit enim iſtud oĩno ſæpe, (non animaduertentibus ijs, qui morbi vehementiam ſimulãt) ꝙ in alium ſe alium q̃; habitum illi, qui vere laborant, magnitudine videlicet doloris agitati, transijciunt. Præterea, ſi re vera dolore vehemẽti premantur, quoduis perpeti auxilium parati ſunt: hortantur q̃; ipſi vltro medicos, vt, quidquid ipſis libuerit, agãt, quo affectus curetur. Sin vero mediocriter, aut nequaꝗ̃ oĩno dolent, huiuſmodi auxilia refugiunt, neq; longiora ieiunia, neq; mordacium pharmacorum oblationẽ perferentes. Quæ ſola quidem, cum grauiter ſe laborare dicunt, huiuſmodi diſpoſitionibus cõferre, nos illis affirmare oportet: queadmodum & ſectiones, & vſtiones, & omnis cibi potus q̃;, † quorũ deſiderio eos trahi videmus, abſtinentiam. Morbum igitur ſimulãtes doloris magnitudo {arguet, deprehendemusq; cum ex alijs multis,} tum medicinalis experiẽtiæ notionibus: in quibus ſunt languere, extrema infrigidari, pallere: interdum quoq; frigidum ſudare, & pulſus nõ tantum inæquales, (quod quidem ijs ẽt, qui mediocriter dolent, accidit) ſed etiam plures minorum, quam magnorum: obſcurorum, quam vehementium habere: præterea interrogatum de doloris ſpecie, eam reſpondere, quæ affecto membro propria ſit. Quędam nãq; ſpecies dolores longe lateq; ſe diffundentes habent: quædam vero tanquam fixos, vniq; tm̃ parti inhærentes. Sic alię pungũt pulſantq;: alię quaſi diuellunt: aliæ quodam modo obſtupefacere, aliæ grauare videntur: non nullæ deniq; vomitus, quędam ventris perturbationes, quædam caliginem inferunt.

† Antiqua tralatio habet. Igitur notiões vehementer dolẽdi ſunt terreri vehementer, & magnitudo doloris, & ea, quæ ſunt experiẽtię medicinalis, in quibus eſt hoc .ſ. difficilis tolerantia, & infrigidari extrema &c.



GALENI ARS MEDICINALIS

Nicolao Leoniceno interprete

Ad Græcorum veterum exemplarium fidem ab Auguſtino Gadaldino, aliquibus in locis emendati.

ARGVMENTVM LIBRI

Medicam artem conſtituit ex corporum, ſignorum, & cauſarum definitione.

Quot numero doctrinæ, ac de definitiuæ dignitate. CAP. I.

Vide Euſtrathium ſuper I. Ethicorum c. 7. non longe à fine.

TRes ſunt omnes doctrinæ, quæ ordini inhærent: Prima quidem ex notione finis, quę per reſolutionẽ fit: Secunda ex compoſitione conſtat eorum, quæ per reſolutionẽ fuerant inuenta: Tertia ex definitionis diſſolutione, cui nũc incumbimus. Licet autem huiuſcemodi doctrinam appellare non tm̃ definitionis diſſolutionem, ſed & explicationem, vt nõ nulli vocarunt, vel reſolutionem, vel diuiſionem, vel (vt non nulli alij) explanationẽ, vel expoſitionẽ, vt alij. Ac conati qdẽ ſunt & Herophiliorũ quidã talẽ facere doctrinã, quemadmodum Heraclides Erythræus. Conati ſunt & eam, quę per compoſitionẽ & ipſi Herophilij, & quidam Eraſiſtrati ſectatores, & Athenæus Attaleus. Nemo tamen ante nos eam, quæ oritur à notione finis, ſcripſit, ex qua oẽs artes (via quadã, atq; ordine hoc eſt) methodo, conſtituunť: ſed illam quidẽ alio petractauimus loco. Hic vero definitiuã faciemus doctrinam, quę quantũ ab ea, quę per reſolutionẽ fit, & dignitate, & (ipſo docendi ordine ideſt) methodo linquitur, tantũ & ad totius cõpendium, & ad particularium memoriã pręſtare inueniet:

ſufficienter

A sufficienter enim ac facile memoriæ commendantur vniuersa ex definitionis dissolutione; quoniam totius artis capita in se optima definitio complectitur, quam quidam substantialem vocant, ex aduerso distinguentes alijs, quæ noematicæ .i. notionales appellantur. Illæ siquidem ab ijs, quæ accidunt rebus definitis: hæ vero ab ipsa essentia constituuntur. Elaborata autem est à nobis particulatim, & in pluribus conscripta tractatibus totius medicinæ cõtemplatio, quibus vti quis possit ad tres doctrinas. Nunc vero definitiuam aggrediemur: hoc vnum apponentes, quod solum capita, & quædam veluti conclusiones eorum, quę alibi latius (hoc est κατὰ διέξοδον) sunt demonstrata, nunc à nobis dicentur.

* AP. ὀνοματικαὶ .i. noiales. vide libr. 4. de differẽtijs pul. cap. 2.

Quid sit medicina. CAP. 2.

A. l. i. f. 2. d. 1. c. 2. fol. 28. e

MEdicina [a] est scientia salubrium, & insalubrium, & neutrorum. Nihil vero differt, & siquis loco insalubrium, [b] ægrorum dixerit. Nomen vero scientię communiter, & non ꝑprie accipere oportet. Salubre autẽ, & insalubre, & neutrum, vnumquodq; tripliciter dicitur: hoc quidẽ vt corpus: hoc aũt vt causa: hoc vero vt signum. Etenim corpus, quod sanitatẽ natura suscipere aptũ est: & causam, quæ eandem efficere, vel conseruare: & signum, quod põt indicare, hæc oĩa salubria Græci appellare consueuerunt. Eadem ratione & susceptiua morborum corpora: & eosdem efficientes, conseruantes q; causas: & signa indicantia, insalubria vocant. Nec aliter corpora neutra, causas, signa q; dixerunt. Et secundum quidem primam rationem atq; præcipuam, causarum salubrium est medicina scientia: propter eas autem & aliarum, secundo quidem loco insalubrium: & tertio neutrarum. Et post has eodem modo corporum, primo quidem & hic salubriũ: secundo loco insalubriũ: tertio neutrorum. Itidem de signis dicendum. In actionibus autem prima quidem est corporũ dignotio, quæ habetur ex signis: post hęc causarũ, q̃ in ipsis sunt, inuẽtio.

A *Vide supra ī libro, qui itroductio seu Medicus inscribitur. cap. 6. pag. 51. h*

B * Interpꝭs variè dictionem hanc νοσώδες vertit. nam modo insalubre, mõ ægrũ, modo ęgritudini-bus obnoxium vertit. alij mor-bosum vertũt. Similiter & νοσερὸς, qđ idẽ ẽ, ac νοσώδες, modo ægrum modo insalubre vertit.

Quot modis dicatur effectiuum, indicatiuum, & susceptiuum. CAP. 3.

SEd quoniam & effectiuum, & indicatiuum, & susceptiuum, dupliciter vnumquodq; dicitur, hoc quidem simpliciter, hoc vero vt nunc, nosse oportet medicinam esse vtrorumq; scientiã. Ipsum vero simpliciter duobus dicitur modis, & quod semper, & quod vt multum: & vtrorunq; medicina est scientia. Neutra vero & causa, & corpus, & signum, & quod simpliciter dr̃, & quod vt nunc, tripliciter vnumquodq; appellatur: hoc quidem, quia neutrius contrariorum est particeps: hoc vero, quia vtriusq;: hoc vero, quia aliquando huius, aliquando illius. Horum autẽ ipsorum secundum rursus duobus dicitur modis: aliquando quidem, quia vtriusq; contrariorum ex æquo est particeps: aliquando vero, quia plus alterius. Est vero & in tota definitione, si verba ani C maduertimus, ambiguitas quædam, quam & ipsam dissoluere oportet. Cum enim dicitur medicinam esse scientiam & salubrium, & insalubrium, & neutrorum, significatur, & quod omniũ particularium, & quod quorundam, & quod qualium. Sed omnium quidem indefinitum quoddam est, atq; impossibile: quorundam diminutum, atq; artificio carẽs: qualium vero artificiosum pariter, atq; sufficiens ad omnia artis particularia: quod etiam dicimus in medicinæ definitione comprehendi. Primum igitur de corporibus dicere aggrediemur, qualia nam sint, & salubria, & insalubria, & neutra: & post hæc de signis, & causis differemus.

De corpore salubri. CAP. 4.

A. l. i. f. 2. d. 3. c. fol. 45. e

SAlubre simpliciter corpus est, quod ab ipso naturæ ortu tum bonam habet temperaturam in simplicibus & primis particulis, tum in his, quę ex illis componuntur, instrumentis est commensuratum. Salubre vero nunc est corpus, quod in præsenti est sanum: est vero & hoc eo tẽpore, quo sanum existit, bonam habens temperaturam, & commensurationem, non tamen optimã, at sibi propriam. Ipsius vero salubris simpliciter corporis tale quidem est semper id, quod est optima temperantia præditum, ac maxime est commensuratum, vt multum autem, quod à constitutione optima non valde admodum deficit.

D *De corpore insalubri.* CAP. 5.

ibidem. c. 5. f

INsalubre vero simpliciter est corpus, quod ab ipso ortu naturę, vel in cõsimilibus partibus malam habet temperaturam, vel in instrumentarijs incommensurationem, vel vtrunq; vitiũ. Insalubre vero nũc est corpus, quod eo tempore, quo tale dicitur, ægrotat. Neque obscurum est, ꝙ & hoc ipsum eo, quo dicitur, tempore ægrotãs, vel in cõsimilibus malam habet tẽperaturã, vel in instrumentarijs incõmensurationem, vel vtrũq;. Est vero & semper insalubre, quod ex ipso naturę ortu vel pessimam habet temperaturam in simplicibus, & primis particulis omnibus, vel aliquibus, vel his, q̃ obtinẽt principatum, vel in instrumentarijs incommensuratissimũ existit: similiter aũt in his, vel omnibus, vel aliquibus, vel illis, quæ obtinent principatum. Vt multum vero insalubre est corpus, quod ab huius quidem vitio recedit, nondum tamen in medio constitutũ est.

De corpore neutro. CAP. 6.

A. i. f. 2. d. 1. c. 2. fl. 28. e f.

QVoniam vero & neutrum corpus tripliciter dicebatur, vnum quidem, quod neutrius erat extremæ dispositionis particeps: aliud autem quoniam vtriusque: aliud quoniam aliquando huius, aliquando vero illius. Iuxta primum significatum, neutrum erit corpus, quod exquisite medium est saluberrimi, & insaluberrimi corporis: & huius hoc quidem simpliciter tale, quod ab ipso ortu naturæ ita est constitutum: hoc vero vt nũc, quod in pręsenti tempore medium

remedium exquisite existit saluberrimi,atq; insaluberrimi corporis: ipsius autẽ simpliciter, semper quidem tale est id,quod in omnibus ætatibus tale perdurat: vt multum autem, quod non nullas recipit mutationes. Iuxta vero secũdũ significatũ,neutrũ erit corpus, quod ab ipso ortu naturæ contrariarum simul est particeps dispositionum,aut scilicet in vna parte,aut in duabus differẽtibus: in vna quidem,si ꝑm alteram oppositionem effectiuarum qualitatum bonam habuerit tẽperaturam,vel etiam ꝑm vtranq;,sed in formatione,vel magnitudine,vel numero partium,vel situ delinquat: aut contra in his quidem recte se habeat,vel omnibus,vel quibusdam, peccet autem in temperatura: In differentibus vero partibus,& iuxta omnes oppositiones potest quidquam simul particeps esse contrariorum.Et semper quidem tale,quod per omnes ętates in eodem perseuerat. Vt multum vero,quod aliqua ex parte euariat.Ita vero & nunc neutrum erit corpus iuxta secundum significatum,quia vel in parte vna hæc quidem sibi salubria existunt, illa vero insalubria,vel in differentibus ita afficitur partibus. Iuxta vero tertium significatum,neutrum erit corpus,quod aliquando quidem salubre,aliquando vero insalubre per vices existit,vt non nullis accidit,qui in pueritia salubritate corporis vigent, cum vero ad iuuẽtutem peruenerint, insalubres euadunt,aut contra. In vno autem tempore, quod ita est neutrum, exquisite quidem, consistere nequit: latius vero si accipiatur,contingit.Nouimus autem,quòd/nunc/dupliciter dicitur. Salubre igitur,& insalubre,& neutrum corpus quot modis dicatur,& quale vnumquodque sit, sufficienter explicauimus. De signis vero deinceps dicendum.

De signis salubribus,insalubribus,& neutris. CAP. 7.

SVnt autem & ex his salubria quidem,& quęcunq; præsentem indicant sanitatem,& futuram prænunciant,& præteritam memorię subijciunt.Insalubria vero,quę & præsentem indicant ægritudinem,& futuram prænunciant,atq; præteritam memorię subijciũt. Eadem ratione neutra dicuntur,quæ neutram dispositionem ostendunt, prænunciant,& memoriæ subijciunt, {& quę nihil omnino de dispositionibus indicãt,vel nihilo magis salubrem,quàm insalubrem dispositionem ostendunt:} & quæ partim quidem salubrem,partim vero insalubrem indicant dispositionem: & quæ aliquando quidem salubrem,aliquando vero insalubrem,& hęc quoq; ꝑm tria tẽpora,veluti salubria,& insalubria. Vocantur autem non nunquam à vetustioribus medicis hęc omnia,signa prænunciatiua,quamuis præsentium vel preteritorũ sint indicatiua. Vsus vero non paruus est ex prænunciatiuis,atq; indicatiuis,minor autem ex his,quæ memoriæ subijciunt.Cum igitur sint salubria corpora,hæc quidem simpliciter,hæc vero vt nunc,quæ & sana dicuntur,salubrium simpliciter corporum duplicem diximus esse differentiam: quoniam non nulla quidem semper: non nulla vero vt multum essent talia. Et semper quidem,quæ optimam cõstitutionem sortita sunt: vt multum vero,quæ non magnopere ab illa recedunt.

De signis optimæ constitutionis corporis. CAP. 8.

HOrum autem dignotiones sumendæ sunt ab ijs,quæ ꝑm essentiæ rationem ipsis insunt, & ab ijs, quæ ex necessitate consequuntur, operationibus,symptomatibus q;.i. casibus, quos etiam sanè accidentia proprie vocamus. Ab essentia quidem ipsa eorũ,quæ optimam habent constitutionem,commensuratione consimilium quidem in caliditate,frigiditate,humiditate, & siccitate: Instrumentalium vero,in quantitate,ac numero eorum,ex quibus componũtur,ac præterea formatione,& situ partium singularum,ac totius instrumenti. Ab his vero,quę ex necessitate cõsequunt consimilia,quãtum quidem attinet ad tactum,à mediocritate, quæ in mollitie, ac duritie consistit: quantum vero ad aspectum,à colore bono,& leuitatis,atq; hispiditatis mediocritate. In operationibus vero,à perfectione,quam & ipsarum virtutem appellamus. Ab his vero, quæ instrumẽtarias partes consequuntur,à cõmensuratione,& pulchritudine oĩum totius corporis instrumentorũ,ac præterea earum,quæ ipsis insunt,virtute operationũ. Optimæ igitur constitutionis corporum signa indicatiua sunt hæc. Eorum autem,quæ ab ipsa deficiunt,& adhuc tamen salubria existunt,non nulla quidem in consimilium temperatura vitium aliquod paruum habent: non nulla vero in instrumentariorum commensuratione,& hoc quoq; perexiguum. Accidit aũt hoc vel in omnibus,vel in aliquibus,aut in vtrisq;. Vitiorũ vero genera eadẽ sunt cũ his,quę virtutem perficiunt,temperatura quidem in consimilibus: numerus autem,& formatio,& magnitudo,& situs in instrumentarijs: vtrisq; vero communis vnitas,quam & ipsorum continuitatẽ appellamus.In his aũt ipsis generibus sunt corporum insalubrium vitia secundum vtrunq; insalubritatis significatũ. Terminus aũt,qui vtrunq; distinguit,est operationũ læsio sensibilis. Quæ vero ab optima corporum constitutione breue aliquid deficiunt, re vera quidem & ipsa in aliquo sunt offensa,non tamen id sensu comprehenditur. Distinguuntur vero ex eo, quòd magis minus've in operationibus existit,ac quia causis insalubribus non æque resistunt. Quæ autem simpliciter insalubria sunt corpora,distinguuntur ob id,quòd facile à causis insalubribus superãtur, & quoniam in virtute operationum multum deficiunt. In medio autem amborum collocantur neutra,tum quæ exquisite appellantur,tum quæ cum latitudine quadam.Quo fit, vt tota sanitatis latitudo in tres partes,quarum singulæ latitudinem habent non paruam,diuidatur. Erit autẽ prima quidem salubrium corporum,secunda neutrorum,tertia insalubrium. Post quæ deinceps sequuntur,

A l.1.f. 2.d. sum.1.c.4.f. 41.c

A quuntur, quæ iam ægrotant corpora, quę sensibilibus operationū læsionibus distinguunt. Quæ igitur dolore infestantur, & quorum motus sunt deprauati, aut omnino interierunt, manifestas habent determinationes. Quæ vero imbecilles edunt operationes, in magnis quidem distantijs facile discernūtur, in paruis vero ambigua sunt: atq; idcirco in eo genere noxę collocatur dispositio, quę neutrius contrariorum est particeps, quam & ipsam neutram dicimus appellari. Ita tamē vt horum omnium sensus sit iudex, nō ipsa natura rerum inspiciatur: periculum enim esset, ne in dogma ἀειπαθείας.i. perpetuæ passibilitatis, traheremur. Et quidem signa sanorum corporū, sed quæ aut insalubria, aut salubria, aut neutra existunt, quantitate distantiæ differunt, duobus inuicem contrarijs terminis à nobis statutis, optima videlicet constitutione corporis, & nuper facta ęgritudine, ac deinceps considerantibus, vtri eorum viciniora sint ea, quę ad examen corpora veniunt. Quæ enim proximiora sunt optimæ constitutioni, salubria: Quæ vero ab hac longius distant, atq; ad ea, quæ iam ægrotant, magis accedunt, insalubria: Quæ autem intermedia, atq; æqualiter ab vtrisq; distare videntur, neutra erunt. Optimæ igitur constitutionis corporis indicia explicauimus. Eorum vero, quæ ab ipsa deficiūt, totidem sunt numero genera, quæ in magis & minus secari possunt. Cum autem in tres latitudines diuisa sint, corporis insalubris simpliciter, indicia B trademus: ex his enim & reliquæ duæ latitudines innotescent. Generaliter igitur prius à nobis in eo, quem de optima constitutione sermonem habuimus, dictum est: specialiter autem nunc dicetur, si prius partes diuiserimus.

Quot sint differentiæ partium. CAP. 9.

.l. 1.f.1. d. 5. 1. fol. 9. f

SVnt vero earum quatuor vniuersæ differentię, quoniam non nullæ earum principia quędā existunt: aliquæ vero ab ipsis originem habēt: aliquę nec aliarum gubernationi præsunt, neq; ab alijs gubernantur, cum insitas habeant à natura potētias, à quibus regūtur: quædam vero sunt, quæ insitas simul, & aliunde emanantes habent. Principia igitur sunt Cerebrum, Cor, Hepar, Testiculi. Ab his vero ortum habent, atque eisdem subministrant, Nerui quidem, & Spinalis medulla, Cerebro: Cordi vero, Arterię: Hepati, Venę: Ipsa vero seminaria vasa, Testiculis. Quæ autem à se ipsis gubernantur, sunt Cartilago, Os, Copula, seu ligamentum, Membrana, Adenes.i. glandulæ, Adeps, Caro simplex. Reliquæ vero partes, cum vnà cum istis habeant ex seipsis regimen, arterijs, neruis, & venis insuper egent. Capillorum autem, atq; vnguium neq; regimen vllum est, sed generatio tantummodo. Hæ igitur sunt partium differentię.

De signis cerebri. CAP. 10.

l. 3. f. 1. t. 1. c. fol. 181. f

C INdicia autem singularum tēperaturę sumpto à Cerebro initio, deinceps dicemus. Sunt vero quinq; vniuersa genera, quæ ipsius naturam ostendunt. Primum quidem totius capitis dispositio: Secūdum vero, sensibilium operationum virtus, & vitium: Et tertium, actiuarum: Quartum, earum, quæ tenent principatum: Et quintum, naturalium. Aliud vero genus præter hæc omnia est ea, quæ ab extrinsecus occursantibus aduenit alteratio. Et quidem totius capitis dispositio, ex magnitudine, & figura sumitur atq; capillis.

De paruitate, & magnitudine capitis, & de ipsius figura. CAP. 11.

ibidem. & c. 3 fol. 184. h

PAruum igitur caput vitiosæ constitutionis cerebri proprium est indicium. Magnum vero, non necessario indicat bonam constitutionem: sed, si quidem ob insitæ virtutis robur, quæ multam atque optimam materiam afformauerit, eueniat, bonum est signum: at, si ob materiæ tantum multitudinem, haudquaquam bonum. Distinguenda vero sunt hæc & ex figura ipsa, & ex his, quę ab eo habent ortum. A figura quidem ipsa, si concinna: semper enim hoc bonum est signum: Ex his autem, quę ab eo ortum habent, si valida est ceruix, & si alijs ossibus optime cōstet, atq; omnis pręterea neruosa substantia boni sit habitus, ac robur habeat intētum. Propria autem capitis figura est, veluti si excogitares spheram exquisite rotundam ex cera constructam, leniter D vtrinq; depressam. In hac enim, necesse est, vt posteriores priores q; partes magis gibbę fiant, q̄ sphere conueniat: quę vero vtrinq; consistunt, magis rectę. Quod si ea, quę ſm occiput, eminentia alicui minuatur, simul intueri oportet neruos atque ceruicem vnà cum ossibus alijs. Nam, si secundum naturam constiterint, materiæ defectu, non virtutis imbecillitate hoc contigit: illis vero non recte se habentibus, principium est debile. Sed magna ex parte defectus, qui occipiti eueniunt, consequitur eorum, quæ antediximus imbecillitas: rarissime q; aliter euenire cōsueuit. Caput etiam, quod secundum occiput † in acutiem tēdit, animaduertere oportet, ijsdem adhibitis distinguendi rationibus, quibus antea in capite grādiori facto vtebamur. Sæpenumero vero & hic bonum est signum, figura concinna cerebelli, quod non nulli medici posterius cerebrum appellare consueuerunt, quemadmodū sanè & posterius existit, ea futura, quę grææ literæ, Λ, formam habet, distinctum. Est vero hæc pars, spinalis medullę principium, & eius ratione, neruorum omnium, qui in toto animali sunt actiui. Ipsa autem pars posterior per seipsam paucos admodum sensitiuos obtinet neruos, plurimos vero actiuos: sicuti & anterior, sensitiuos quidem plurimos, paucos admodum actiuos. Quare, vbi bene fuerit affecta vtraque pars, robustas habebunt suas propagines. Eędem quoque distinctiones adhibendę sunt ad partes capitis anteriores ad frontem attinentes, quæ etiam ad posteriores, earundem q; & paruitatem, & magnitudinem inspicere oportet,

† φοξότερον.

re oportet, atq; itidem figuram & sensus ibi collocatos, visum, gustum, atq; odoratum. Hæc enim E se inuicem indicant, atq; attestantur, & quę à principijs oriuntur, principij virtutem & vitium: et principium ea, quæ ab ipso nascuntur.

De operationibus obtinentibus principatum. CAP. 12.

EArum " autem operationum, quę obtinēt principatum, virtus ac vitium sunt ipsius principij seorsum tantūmodo indicia. Voco aūt operationes principatū obtinentes, hoc est ἡγεμονικὰς quæ à solo principio proueniunt. Ingeniū quidē igitur (gręce ἀγχίνοια) subtilē cerebri substantiā indicat: tarditas vero intellectus, crassam: discēdi vero facilitas, formarum facile susceptiuam: memoria autem stabilem ac firmam: Sicuti & discendi difficultas, formarum nō facile susceptiuam, & obliuio, fluidam: mobilitas quoq; in opinionibus, calidam: stabilitas autem frigidam. Adhuc autem duo indiciorum genera mihi videor prætermisisse, de quibus sum ab initio me dicturum pollicitus, quorum alterum ad operationes attinet naturales: alterum vero ad ea, quæ extrinsecus occursant. Erit autem de vtrisq; sermo communis.

A. ibidem. I

Signa bonæ temperaturæ cerebri. CAP. 13.

SI quidem cerebrum sortiatur bonam quatuor primarum qualitatum temperaturam, omnia quę diximus habebit moderata: & excrementa, quæ vel per palatum, vel aures, vel nares, vel F oculos expurgantur, hæc quoq; modice se habebunt: atq; ab ijs, quæ extrinsecus occursant, minime lædetur, quæ scilicet vel calefaciunt, vel frigefaciunt, vel humectant, vel exiccant. Talibus igitur capilli capitis, cum adhuc sunt infantes, subrufi: cum vero pueri, subflaui: cum iā adoleuerint, flaui fiunt, medijq; quodam modo sunt inter eos, qui exquisite sunt crispi, et simplices: non tamē facile caluitium patiuntur. Quæ vero dicuntur, ac posterius dicenda indicia sunt, accipere oportet, vt in bonam habentibus temperiem habitationibus. Quæ autem ad capillos attinent, non ad locorum tantum, sed ad humorum quoq; temperaturam, qui cerebri temperaturæ proportione respondent, sunt referenda. Si vero calidius sit, quàm oporteat, in altera vero oppositione bonam habeat temperaturam, si quidem in caliditate multum excesserit, omnia, quæ dicentur, validiora erunt indicia: sed, si paruus fuerit excessus, imbecilla. Communis autem hæc ratio statuatur in omnibus partibus, quarum in temperaturis vniuersis indicia sumus tradituri.

Signa calidi cerebri. CAP. 14.

DEinceps igitur signa caliditatis " cerebri, præter ea, quæ nup diximus, sunt, ꝙ ea, quæ circa caput, omnia rubicundiora & calidiora, & quæ in oculis sunt venę, magis sensui patent. Capilli quoque in his geniti celeriter in capite proueniunt, & cum multum in caliditate à mediocri G temperatura recesserint, nigri, & robusti, & crispi fiunt: cum vero non multū, subflaui quidem ab initio fiunt, deinde nigricant, ac progredientibus ætatibus caluitium patiūtur, atq; eo magis, qui plus modico sunt calidiores. Excremēta vero, quæ per palatum & nares, & oculos, & aures, pauca & concocta ipsis existūt, cum integram habuerint sanitatem. Cum vero eis caput repletur, cōtinuo enim, ac tum præsertim, cum nullam victus seruauerint rationem, tale quid eis accidit, plura quidem in ipsis excrementa, sed non incocta generantur, implentur q; atque aggrauātur eorum capita à calefaciētibus cibis & potibus, odoribus, atq; hisce omnibus, quæ extrinsecus occursant: in quorum numero est, & qui nobis circunfunditur aer. Sed præterea magis, si non solum natura calida, sed etiam humida corpora extiterint. Breuibus autem somnis huiusmodi tēperaturæ contentæ sunt, eisdemq; non profundis.

A. l. 3. f. 1. c. 17. fol. 18

Signa frigidi cerebri. CAP. 15.

FRigidioris " vero, quàm oporteat, cerebri indicia sunt, plura in proprijs meatibus excremēta, & capilli recti, & rufi, & stabiles, & qui longo post natiuitatem tempore nascūtur, tenues, atq; ab initio male nutriti: & facile à causis frigidis offenduntur, atq; hoc ipso offensionis tempore destillationibus & grauedinibus capiuntur: neq;, si tetigeris partes ad caput attinentes, admodum H calidæ sentiuntur: neq;, si inspexeris, rubicundę apparent: & oculorum venæ omnino visum effugiunt: & somnolentiores quodam modo sunt.

A. ibidem.

Signa sicci cerebri. CAP. 16.

SIcciores " autē cerebri indicia sunt meatus superfluitatibus carentes, & sensuum perspicacitas: sunt autem ad vigilias prompti, & capillos habent robustissimos, & qui celerrime eis genitis innascuntur. Crispi autem potius sunt, quàm recti: cito autem calui fiunt.

A. ibidem b

Humidi cerebri indicia. CAP. 17.

HVmidioris " vero cerebri indicia, capilli plani, & nequaquam calui fiunt: Sensus autem turbulenti, & excrementorum multitudo, somni multi atq; profundi. Et hæ quidem simplices sunt intemperaturæ.

A. ibidem. b

Signa calidi sicciq; cerebri. CAP. 18.

COmpositæ autem primum calida & sicca, secundū quam & superfluitatibus carent, & sensibus vigent, & plurimum vigilāt, & cito calui fiunt: & prima quidem capillorum generatio celerrima est, ac plurimo abundans alimento: capillos vero habent nigros, & crispos: & tangentibus caput, calidi sentiuntur: & sunt rubicundi vsq; ad ætatem consistentiæ.

Signa

A *Signa calidi & humidi cerebri.* CAP. 19.

SI vero humiditas adiungatur caliditati, parũ vtriusq; qualitatibus superantibus mediocritatẽ, color bonus, & calor, & oculorum venę magnæ: & plura excremẽta, & mediocriter cocta: & capilli recti, subflaui, & non facile calui fiunt. Implẽtur vero, atq; aggrauãtur eorum capita à calidis: at, si ẽt humectentur, tũc multo magis, quãdo & excremẽtorũ habẽt multitudinẽ. Et si plurimũ caliditas, atq; humiditas creuerit, his caput ęgritudinibus est obnoxiũ, atq; excremẽtis abundans, & quod facile à calefacientibus, atq; humectantibus offendatur. Auster vero semper eis aduersatur, atq; optime in Aquilone se habẽt: non tñ diu vigilare possunt: &, cũ se ad somnum conuerterint, simul graui somno (hoc est comate) tentantur, & vigilant, & somnia habent imaginationibus plena, visus eis turbulenti, neq; satis sensibus vigent. Quòd si multum in caliditate cerebrum à mediocritate recesserit, paulo autẽ humidius extiterit, calidæ temperaturæ indicia quidẽ superabunt, cum quibus læuia quædam humiditatis signa coniungentur: veluti si longe quidem humidius, paulo vero calidius, vehementia quidem erunt ac manifesta humiditatis indicia, debilia autem caliditatis. Communis vero hæc ratio in omnibus compositis intemperaturis existit.

Signa frigidi & sicci cerebri. CAP. 20.

B FRigidæ vero, & siccæ cerebri intemperaturæ, quãtum ex se est, frigidum, & minime coloratũ, caput reddunt: semper enim memoria repetenda, quę à nobis ab initio est distinctio posita, vt præterea aduertamus, quantum ex humorum temperatura alterentur, quæ circa ipsum cõsistunt. Protinus autem huiuscemodi temperatura, venis carentes habent oculos, & à causis frigidis facile læduntur, Quare & inęquali sanitate fruuntur, quoniam non nunquam leuissima habent capita, & meatus, qui superfluitatibus careant: non nunquam vero & grauedinibus, & destillationibus parua ex causa facile capiuntur.

De sensibus. CAP. 21.

SEnsus autem eorum in iuuentute quidem omnes vigent, atq; omni vitio carent, sed progrediente ætate cito marcescũt. Et, vt summatim dicatur, omnes celerrimam circa caput senectutem ostendunt: quare & cito cani fiunt. Capilli vero ipsis quidem genitis vix exeunt, & male nutriuntur, & rufi sunt. In progressu autem ætatis, superante magis frigiditate caliditatem, quàm siccitate humiditatem, non caluescunt. Contra vero si contigerit, siccitatem quidem plurimum dominari humiditati, frigiditatem vero caliditati, parum calui fiunt hi.

Hoc caput debet coniungi cũ præcedenti.

Signa cerebri frigidi & humidi. CAP. 22.

C HVmidæ vero, & frigidæ cerebri temperaturę faciũt homines graui somno tentari, & ad somnum facile conuerti, sensibus quoq; minime vigentes, atq; excrementis redundãtes, & qui caput frigiditati ac repletioni habent obnoxium, ac destillationibus & grauedinibus facile tentantur: neq; tamen hi calui fiunt. Hæc igitur indicia sunt cerebri temperaturę, à quibus si progrediaris, ad vnumquodq; sensorium dignotiones transferre licebit.

* ὀργάνου [illegible]

De oculis. CAP. 23.

SEd sufficiet de oculis duntaxat facere mentionem. Quicũq; tangẽtibus quidem manifeste calidi existunt, & facili ac crebro motu ciẽtur, & venas latas habent, hi calidi omnes sunt: frigidi vero, his cõtrarij. Et humidi qdẽ molles simul, & multa humiditate pleni: sicci vero, aridi simul, & duri. A similibus aũt suæ tẽperaturæ causis facile offendũtur: iuuãtur aũt à modico cõtrariorũ vsu: sed hoc quidem cõe in omni cuiuscunq; partis temperaturæ dignotione oportet meminisse.

De magnitudine oculorum. CAP. 24.

A.3. f.3. t.1. c.fo.110.g

MAgnitudo oculorum quidem, vbi concinnitas adsit, & operationum virtus, multitudinẽ bene temperatæ substantiæ ostendit, ex qua sunt conformati: quæ si desint, multam quidẽ substantiam, non tamen bene temperatam ostendunt.

D *De paruitate oculorum.* CAP. 25.

A idem.

PAruitas vero oculorũ adiuncta qdẽ cõcinnitate, ac operationũ virtute, paucã quidẽ, sed bene temperatam substantiã ostendit, ex qua sunt cõformati. Si vero sociam habuerint incõcinnitatem quandam, atq; operationum vitium, tunc paucam simul, ac vitiosam materiam ostendunt.

De colore oculorum. CAP. 26.

QVæ vero ad colores attinent, ita distinguere oportet: Glauci quidem oculi, qui pura humiditate, ac non multa præfulgent, tales fiunt ob splendidi luminis abundantiam: contra vero nigri, &, qui intermediam naturam seruant, causas quoq; intermedias habent.

De glaucedine, & nigredine oculorum. CAP. 27.

GLaucus igit̃ oculus fit vel pp magnitudinẽ, vel pp splendorẽ humoris, qui à Gręcis crystalloides noiatur, vel pp sitũ ꝓminẽtẽ, aut pp tenuis, & aquei humoris, q ĩ pupilla existit, paucitatẽ, & puritatẽ: atq; oĩbus qdẽ ĩ vnũ conueniẽtibus fit glaucissimus oculus. Quòd si qua adsint, aliqua vero nõ, tũc maior, minor've glaucedo cõtrahit̃. Niger vero oculus fit aut ob paruitatẽ crystalloidis, aut pp ꝓfundũ sitũ, vel qm̃ splẽdidus ac fulgidus exquisite nõ est, vel qm̃ tenuis humor vel superabũdat, vel purus nõ existit: vel pp vnã aliquã ex his causis, aut ꝓpter oẽs fieri cõsueuit. In ipsis autẽ magis, & minus (vt ante diximus) reperitur. Tenuis igit̃ humor, quo magis ad aquæ

naturam

naturam accedit,& superabundat,humidiorē oculum ostendit,quemadmodum, si crassior ac mi E nor fiat,sicciorē.Crystalloides aūt,siquidē durior existat,sicciorē efficit oculū: si vero mollior,humidiorem: sic & si plus modico tenuem humorem excesserit,sicciorē: si aūt defecerit,cōtrarium.

De cordis temperaturis. CAP. 28.

DE cordis aūt tēperaturis deinceps dicēdum est: si prius hæc in memoriam reuocauerimus, quòd vnāquanq; partem seipsa vel calidiorem, vel frigidiorem, vel sicciorē, vel humidiorē dicimus,factam,non alicui rei alteri comparantes,sed ad seipsam. Sic enim,vtcunque extiterit cor natura frigidissimum,multo sanè calidiorem temperaturam possidebit calidissimo cerebro.

Signa cordis calidi. CAP. 29.

CAlidioris igitur cordis,vt ad modū,qui ei ꝓprius est atq; cōueniēs,indicia quędā sunt inseparabilia & ꝓpria,magnitudo respirationis,& pulsus velocitas,& frequētia: & audacia, & ad actiones natura prompta.Quòd si multum in caliditate excesserit,tunc irę præcipitatio, & furibūda temeritas adsunt.Est aūt his thorax hispidus,& pręsertim pectus,& quęcunq; hypochondrijs partes proximiores. Magna vero ex parte calidi cordis temperatura vniuersum corpus calidum reddit,nisi hepar vehementius obstiterit. Dicemus aūt paulo inferius totius corporis indicia.Est quidē & latitudo thoracis,caliditatis indiciū,nisi & hic quoq; cerebrū multū obstiterit,qm̄ ei ma- F gna ex parte spinalis medulla in magnitudine rn̄det: tātæ vero erūt magnitudine vertebræ, quanta & spinalis medulla,quare & spina vniuersa.Cōgitur vero thorax ad eā spinæ partē,quæ Metaphrenū.i.dorsum dicitur,tanq̄ ad carinā nauis. Quare necessario eius lōgitudo æquabitur dorso: latitudo vero erit pro vertebrarū ratione, qn̄ ad proportionē earum crassitudinis fuerit consixus. Cum vero cordis caliditas superans perflauerit ac dilatauerit in primo sui ortu thoracem, erit eiusdem caliditati proportione respondens. Quare,cum caput paruum,thorax autem latus extiterit,maximum hoc tibi fuerit cordis caliditatis indicium: cū vero magno existente capite paruus fuerit,proprijssimum hoc erit cordis frigidioris signum: si vero capiti fuerit proportione respondens,tunc alijs signis de corde distingues,ex ipsius thoracis amplitudine nihil assumens.

A.l.3.f.11.c. c.3.fol.276.

Signa cordis frigidi. CAP. 30.

IN frigidiore vero corde pulsus minores existūt,q̄ modo naturæ cōueniat: nō tn̄ necessario tardiore, vel rariores.Respiratio aūt,siquidē thorax tāto minor extiterit,quāto cor frigidius,pulsibus erit ꝓportionalis. Si vero maior fuerit,q̄ ꝓ frigiditatis q̄titate,nō minor ē tm̄, sed ēt tardior & rarior. Tales aūt timidi natura sunt,& sine audacia,& segnes, & nudū pilis habent pectus. De eius vero paruitate distinguendū,vt diximus prius. Eodē modo & de totius corporis caliditate. G

A.ibidem.

Signa cordis sicci. CAP. 31.

COr autem siccius pulsus efficit duriores,& irā non promptā quidem,sed feram,& quæ non facile sedari queat,magna'q; ex parte vniuersum corpus siccius existit,nisi hepar obstiterit.

A.ibidem.

Signa cordis humidi. CAP. 32.

COrdis vero humidioris signa,pulsus molles,& mores ad iram quidem procliues,sed talem, quæ facile sedari possit: & vniuersum corpus humidius existit, nisi hepar obstiterit. Secundum vero coniugationem qualitatum primarum cordis intemperaturæ ita se habent.

A.ibidem.

Signa cordis calidi & sicci. CAP. 33.

CAlidi & sicci cordis pulsus duri sunt,& magni,& veloces,& frequētes: & respirationes magnæ,& veloces & frequentes,& multo magis ad velocitatem ac frequētiam vergunt,thorace cordi non aucto ꝓportionaliter.Hi vero præ cunctis pectus habent maxime hirsutū,& hypochōdria. Ad actiones aūt prōpti sunt,& iracūdi,& celeres,& impudentes,& mores tyrānicos habent: etenim sunt in iram præcipites,non facile vero placabiles. De totius autem corporis temperatura,& thoracis amplitudine,his,quæ ante diximus,proportionaliter est distinguendum.

Signa cordis calidi & humidi. CAP. 34. H

SI vero caliditas vnà cum humiditate dominabitur,minus quidem his,quos antea diximus,hi sunt hirsuti,ad actiones vero nihilominus prōpti,nō tamen ferus est animus, sed ad iram procliuis tantūmodo.Pulsus vero magni ac molles,veloces & frequentes existunt.Et respiratio,cum thorax cordi fuerit ꝓportionalis,eandem pulsibus formam seruabit: si vero minor extiterit,tanto illis velocior erit & frequentior,quāto & thorax minor extiterit.Si aūt multa facta fuerit euersio in temperatura,ac si hoc pręsertim in humiditate contigerit,pręter ea, quæ diximus, contingent etiam ex putredine morbi,his,qui in ipsis fuerint,humoribus corruptis ac putrefactis. Expirationes aūt maiores sunt,ac velociores inspirationibus,& submissio arteriæ in pulsibus velox.

Signa cordis humidi & frigidi. CAP. 35.

HVmidioris vero & frigidioris cordis pulsus quidem molles: Moribus autem nequaquam audaces,sed timidi & segnes existunt.Tales etiam glabrum pectus habent,minime'q; iram retinent,sicuti & ad iram non admodum sunt prompti.Quæ vero ad thoracem & vniuersum attinent corpus,distinguere oportet,sicuti ea,quæ ante diximus.

Signa cordis frigidi & sicci. CAP. 36.

FRigidius vero cor & siccius,pulsus quidem duros reddit,& paruos: respirationem autem, siquidem

A quidem thorax paruitatem cordis frigiditati proportionalem habuerit, moderam: si vero maior extiterit, raram ac tardam. Hi vero præ omnibus minime ad irascendum prompti, cum autem co acti fuerint irasci quibusdam, retinent iram. Habent autem maxime omnium, nudam pilis pectus. De paruitate autẽ thoracis, ac pręterea totius corporis frigiditate similiter distinguendum. Vnum illud commune pręter dicta omnia nobis memoria repetentibus, quo'd, quęcunq; de moribus siue nunc, siue quouis alio sermone explicata sunt ad temperaturæ cognitionẽ, non de probis moribus aut vitiosis, qui ex philosophia hominibus adueniunt, sed de insitis vnicuique ac naturalibus, à nobis sunt exposita.

Signa calidi hepatis. CAP. 37.

li. 3. f. 14. t. 1. 5. fol. 308. g

HEpatis 'calidioris indicia, venarum latitudo, flaua bilis abundantior, in consistenti vero ętate, etiã atra: calidior ipsis sanguis, atq; eadem ratione corpus vniuersum, nisi obstiterit cor. His venter, & hypochondria hirsuta.

Signa hepatis frigidi. CAP. 38.

ibidem. c. 6.

FRigidioris 'vero, angustia venarum, pituita abundantior, sanguis frigidior, & totius corporis habitus, nisi à corde calefiat. Venter illis glaber est, atque hypochondria.

B

Signa hepatis sicci. CAP. 39.

ibidem. c. 7.

SIccioris 'autem, sanguis quidem crassior & minime abundans, venæ duriores, & totius corporis habitus siccior.

Signa humidi hepatis. CAP. 40.

ibidem. c. 8.

HVmidioris 'autem, sanguis quidem abundantior, atque humidior, venæ autem molliores: ita vero & vniuersum corpus, nisi partes ad cor attinentes obstiterint.

Signa calidi, & sicci hepatis. CAP. 41.

ibidẽ. c. 9. h

CAlidioris 'vero simul, ac siccioris hepatis indicia, hypochondrium hispidissimum, sanguis crassior simul, ac paucior, flaua bilis plurima est, consistente autem ętate, et atra: venarum itẽ latitudo, & durities. Sic vero & vniuersum corpus se habet. Nam, quę ex corde caliditas originẽ habet, potest obtũdere eam, quæ ab hepate nascitur, frigiditatem: sicuti & frigiditas caliditatem: siccitatem vero non potest humidius cor ad contrariũ habitum transferre. Media vero inter has, quę dictæ sunt, ea, quę ab hepate humiditas oritur. Magis enim à cordis siccitate superatur, q̃ siccitas ab humiditate, minus autem à caliditate, adhuc vero multo minus frigiditate. Hæc enim inter omnes qualitates, quæ ab hepate proueniunt, facillime vincitur. Liquet autem, quo'd, cum in

C vnum conuenerint vtriusque principij temperaturæ, totum exquisite secũdum illas afficitur corpus, paulo vero inferius ipsorum dicentur indicia.

Signa hepatis calidi, et humidi. CAP. 42.

ibidem. c. 10.

HVmidius 'autem ac simul calidius hepar, minus quidẽ, q̃ calidius, & siccius hypochondria reddit hispida. Plurimũ vero sanguinis, & venas amplas, habitumq; calidiorem, atq; humidiorem facit, nisi obstiterit cor. Si vero amplius in ambabus qualitatibus à naturę modo recedat à morbis, qui ex putredine, ac vitiosis humoribus fiunt, facillime capitur. Adhuc autem magis, si plurimum augeatur humiditas, caliditas vero parum. Si autem contra, parum quidem humiditas crescat, plurimum vero caliditas, minime vitiosis humoribus laborant.

Signa hepatis humidi et frigidi. CAP. 43.

ibidem. c. 11.

HVmidius 'autem & frigidius hepar habet hypocondria glabra, sanguinem vero pituitosiorem generat, cum venarum angustia: sic & reliquum habet corpus, nisi à corde ad contraria transferatur.

Signa hepatis frigidi et sicci. CAP. 44.

ibidem c. 12.

FRigidius 'autem, & siccius hepar cum pauco sanguine & venarũ angustia efficit corpus, atq; frigidius, & hypochondria glabra, nisi & hic cor dominetur.

D

Signa calidæ, frigidæ, humidæ, & siccæ temperaturæ testiculorum. CAP. 45.

A 3. f. 20. t. 1. c. fo. 372. d

TEmperatura 'vero testiculorum, calida quidem ad venerem procliuis, & masculorum generatrix, & fœcunda, celeriter q; genitales partes obsępit pilis, simul autem & circumiacentes attingit partes: frigidior vero cõtraria efficit. Et humida quidem multo, & humido semine abundat: sicca paucum, & modice crassum generat semen.

Signa calidæ, & siccæ temperaturæ testiculorum. CAP. 46.

A. idem c. 5.

CAlidior 'vero, ac siccior & crassissimum semen habet, & fœcũdissima est, ac celerrime ab initio protinus ad coitum excitat animal. Itaq; & his genitales partes citissime hispidæ fiũt, atq; omnes, quę circunstant, supra quidem vsq; ad regiones, quæ ad vmbilicum sunt, infra vero vsq; ad media femora. Petulca igitur est & ad libidinem prona huiuscemodi temperatura, statim vero satiatur, & si cogatur, offenditur.

Signa calidæ, & humidæ temperaturæ testiculorum. CAP. 47.

A. idem. c. 6.

SI autem 'caliditas humiditati coniungatur, hirsuti quidem tales minus, plus vero semine abundant, non tamẽ plus cæteris appetunt, sed minori detrimento præter modum venereis indulgent. Quo'd si satis excreuerint, & caliditas, & humiditas non sine detrimẽto à venereis abstinent.

Signa frigidæ, & humidæ temperaturæ testiculorum. CAP. 48. E

SI vero frigidiorem, & humidiorē temperaturam testiculi habuerint, partes circumpositæ glabrę sunt, & tarde rē venereā exercere incipiūt, neq; proni ad actū huiusmodi sunt. Aquosum vero, & tenue ipsis semen, & parū fœcundum, & fœminarū generatiuum, vel oīno non generās. A.ibidem.

Signa frigidæ, & siccæ temperaturæ testiculorum. CAP. 49.

FRigidior vero, & siccior temperatura similis quidem in reliquis est antedictæ, crassius vero in ipsa semen existit, atque omnino paucum. A.ibidem.

De habitu totius corporis. CAP. 50.

TOtius autem corporis habitus, diximus & superius, quo modo & hepatis, & cordis naturā sequatur. Ei autē magis assimilatur, quod vnā aliquam ex primis qualitatibus potentiorem habuit, quas & effectiuas appellant. Totius vero corporis habitus in illis maxime dicit̃ partibus, quæ primæ oculis subiiciuntur. Sunt vero hæ, musculi, qui omnia ambiunt ossa, carnes quædam compositæ ex prima & simplici carne, & præterea fibris, quibus innascunt̃. Propria enim musculorum substantia his duobus constat: quę vero ad ipsos vasa pertingunt, veluti riui quidam sunt, qui nō eorum substantiam complent, sed eis subministrant, vt in vita permaneant. Dicent̃ igitur & horum temperaturæ indicia in bene temperata habitatione. Nam, quæ male temperatæ sunt, cutem permutant ex se ipsis formantes, & quędam ex indiciis corrūpunt. Ita & in bene tempera ta regione, siquis se tpe æstatis nudum soli exposuerit, permutabit indicia, quæ ex colore, & duritie, & mollitie sumuntur. Si vero, queadmodum bonā temperiem obtinet locus, ita & ipse bene temperato victu vsus fuerit, vt qui neque se nudum singulis diebus in sole plurimum torrefaciat, neq; sicuti plerīq;, more puellarū continue in vmbra degat, hic certa, atq; exquisita temperaturæ indicia præ se feret. Tanquam igitur de hoc futurus sit sermo, nunc ad ipsum accedemus. F

Signa moderatæ temperaturæ. CAP. 51.

MOderatæ temperaturæ indicia secundum totū animalis habitum: color quidem ex rubro, & albo commistus, capilli vero flaui, & plerunq; mediocriter crispi: carnositatis autē mediocritas in qualitate, & quātitate. Medium est enim exquisite huiuscemodi corpus inter omnes excessus, vt qui ad ipsum dicantur, & intelligantur. Nam & crassum corpus ad hoc comparatum dicitur crassum, & tenue ad hoc eodem modo: & carnosum, & macilentum, & pingue, & durū, & molle, & hispidum, & glabrum. Nullum igitur horum corpus est mediocritatem habens, sed, qualis Polycleti regula, ad summum totius peruenit mediocritatis adeo, vt neq; tangentibus molle videatur, neque durum, neque frigidum: inspiciētibus vero neque hirsutum, neque glabrum, neque crassum, neque tenue, aut aliquam aliam habens immoderationem. G

De corpore calidiore. CAP. 52.

QVęcunq; aūt in caliditate à medio recedunt, non tñ in humiditate vel siccitate, hęc, quantū ad carnosum genus attinet (de hoc enim præsens est sermo) videntur quidem tangētibus calidiora tantū, quātum & eorum temperatura calidior. Tanto vero magis hirsuta sunt, quāto & calidiora, & minus pinguedinis habent. Colorem aūt rubrum, & capillos nigros habēt. A.li.1. f.2.1. c.3. fol.4. & 45.

Signa frigidæ temperaturæ. CAP. 53.

FRigidioris autem temperaturæ indicia sunt, pilorū carentia, pinguedo, & frigiditas, quæ tangentibus obuiat. Color autem vnà cum capillis etiam rufior, & vbi multa frigiditas affuerit, liuidus quodam modo existit, quem non nulli medici colorem plumbeum appellant. A.ibidem

Signa siccæ temperaturæ. CAP. 54.

SIccior autem temperatura tanto gracilior est, & durior bona temperatura, quanto maior est siccitas: in reliquis autem eodem modo se habet. A.ibidem

Signa humidæ temperaturæ. CAP. 55.

ET humidior etiam in reliquis quidem eodem modo se habet: melius autem carnosa, & mollior. Et quidem secundum coniugationem qualitatum primarum factæ intemperaturæ compositam habent indiciorum formam. H A.ibidem

Signa calidæ, & siccæ temperaturæ. CAP. 56.

CAlidior simul, ac siccior, hirsutior, ac calidior, & durior existit, & pinguedine caret, gracilis que est, & capillos nigros habet. Si vero multum in caliditate excedat, color quoque niger illi adest.

Signa calidæ, & humidæ temperaturæ. CAP. 57.

CAlidior aūt, & humidior tēperatura, mollior, & calidior, & carnosior tanto est bona tēperatura, quātum & vtrisq; qualitatibus aucta fuerit. Quòd si plurimū augeatur, cito similiter à putredinis corripitur morbis, qm̄ & humorū vitio prompte laborat. Si vero parū quidem humidior sit, multo vero calidior, molliores quidē parū huiuscemodi sunt his, qui bonā habent tēperaturā, & magis carnosi, non parū vero hirsutiores, & tangētibus non parum calidiores. Nigri vero eis capilli, & caro pinguedine caret. Si vero paulo qdē calidior, multo vero humidior, mollis his caro est, & multa, & color cōmistus est ex albo & rubro, & tangētibus paulo calidiores. Et, vt summatim dicaī, oībus tēperaturę cōiugationibus semp superexcedētis qualitatis indicia eminebūt.

Signa

A *Signa frigidæ & humidæ temperaturæ.* CAP. 58.

FRigidior autem atque humidior temperatura, si parum quidem vtraque augeatur, capillis nuda est, & alba, & mollis, & crassa, & pinguis: Si vero magis excesserit, reliqua quidem sunt secundum proportionem augmenti qualitatum, color autem vnà cum capillis rufus: quemadmodum, si plurimum vtraque augeatur, liuidus: Si vero qualitatum augmentũ fuerit inęquale, eius, quæ superexcesserit, indicia eminebunt.

Signa frigidæ & siccæ temperaturæ. CAP. 59.

SI autem frigiditas vnà cum siccitate ęqualiter augeatur, natura durum, ac gracile & glabrũ corpus habent, & tangentibus frigidũ, pinguedo tamen ipsis, & si graciles sint, per carnes dispersa. Capilli autẽ & color frigiditatis modum, ac proportionem sequuntur. Vbi vero calida & sicca temperatura in tempore decrementi in frigidam & siccam labitur, tunc horũ habitus gracilis quidem similiter est & durus: est vero etiam melancholicus, & ob id niger simul & hirsutus: Vbi igitur altera qualitas multum dominatur, altera vero parum à mediocritate recedit, superabunt eius, quæ dominatur, exilia autem erunt alterius qualitatis indicia. In omnibus vero, de quibus supra diximus & postea dicemus, commune est temperaturę indicium, si membrum facile frigescit, vel B frigiditatis, vel raritatis: si vero non facile, vel caliditatis, vel densitatis: si vero à desiccantibus offendatur, & aridum & siccum, & non facile mobile fiat, siccitatis: quemadmodum & si ab humectantibus grauiter se habeat, humiditatis. Inspicere autem oportet, si eandem omnes musculi seruant temperaturam, vel minime eandem, atque in omnibus simul animaduertere subiectorum ossium quantitatem. Non nunquam enim gracilius videtur membrum, cum tamen non sit gracilius, quod ad musculos attinet, sed propter ossium tenuitatem tale videtur. Sic & crassius quibusdam plerunque apparet, non ob ossium amplitudinem, sed ob multitudinem carnis: quæ vel aucta, vel comminuta, vel durior aut mollior effecta, siccius aut humidius membrũ ostendit: Pauca igitur ac dura, siccius: multa autem & mollis, humidius. Sic & intermedia spatia similarium corporum, vt plus vel minus humidę substantię in seipsis continent, vel crassius, vel tenuius, vel humidius, vel siccius membrum ostendunt: Humidius quidem, vbi subtilior & copiosior est humiditas: siccius vero, vbi crassior simul & minor. Ipsę enim solidę corporis partes, quę vere solidæ sunt, ac primę, nullo modo possunt effici humidiores. At satis est, si quis eas celerius exiccari prohibeat. Intercepta autẽ in ipsis spatia hac vel illa humiditate complere possibile. Hęc vero est proprium partium similarium alimentum, quod ex appositione fit, & non per vasa attrahitur. Com C munis autem hęc ratio & omnium similarium partium existit. Et iterum in salubrium atq; insalubrium causarum doctrina repetetur. Nunc autem ea, quæ ordine sequuntur, attingamus.

Signa sicci ventriculi. CAP. 60.

a.li.3.c.13.t.1. -13.fol.286.b

VEntriculi [a] indicia, eius quidem, qui natura siccior existit, si celeriter sitibundi fiant, & paucus eis sufficiat potus, à copiosiore autem aggrauentur, fluctuationibus infestentur, aut superfluitet id, quod abundat, & cibis delectentur siccioribus.

Signa humidi ventriculi. CAP. 61.

a.ibidem.

HVmidioris [a] autem, si neque sitibundi fiant, & superabundans humidum facile tolerent, & cibis gaudeant humidioribus.

Signa calidi ventriculi. CAP. 62.

a.ibidem.

CAlidior [a] vero natura vẽtriculus melius quidem concoquit, q̃ appetat, & multo magis quęcunq; dura sunt & nõ facile alterationẽ suscipiunt. Nã, quæ facile alterantur, in ipso corrumpunt: gaudet q; calidis potibus ac cibis: neq; à frigidis vllam percipit noxã, si modice ipsis vtatur.

Signa frigidi ventriculi. CAP. 63.

FRigidior vero natura ventriculus ad appetendum quidem plurimum viget, ad concoquen- D dum autem minime, præsertim cibos, qui non facile alterationem suscipiunt, & frigidi sunt. Cito itaque in ipso acescunt, atq; ideo acidis eructationibus talis ventriculus abundat: & gaudet quidem frigidis, sed ab eorum vsu immodico facile offenditur. Ita & ea, quæ extrinsecus frigida occursant, nequit longiore tempore tolerare, quemadmodum neq; calidus calida. Malę vero temperaturæ, quæ morbi ratione ventriculum occupant, hoc differunt ab his, quæ naturales existũt, quoniam contraria, non autem similia appetunt, quemadmodum naturales.

De malis temperaturis in ventriculo coniugatis. CAP. 64.

MAlæ autem temperaturæ in ventriculo coniugatæ, ex compositione simplicium cognoscentur. Oportet autem eas, quæ iam sunt dictæ, diligenter aduertere, easdem ab his, quæ dicentur, distinguentes. Non solũ enim ventriculus sitibundos & minime sitientes facit, & frigidi calidi'ue potus appetentes, sed ea quoq; viscera, quæ in thorace sunt, vt cor & pulmo. Sed, qui ob horum sitiunt caliditatẽ, plus inspirant & longius expirant, atq; æstum in thorace sentiunt, non sicuti qui ventriculi ratione in hypochondriis caliditatem patiuntur: &, cum potauerint, non statim sedatur sitis, & magis sedatur sitis, cum frigidum hauserint, q̃ cum calidum nimis. Refrigerat autem eosdem & frigidi aeris inspiratio, quæ nihil eos iuuat, qui ventriculi ratione sunt sitibũdi. Ita & hi, qui contrario modo se habent, à frigida inspiratione sensibiliter molestantur.

Signa pulmonis frigidi. CAP. 65.

A.li.3.f.10.t.1. c.2.fol.257.f E

ET hoc maximum sit frigidi pulmonis indiciũ. Vti vero frigidum inspirantes manifeste molestiam sentiunt, & frigiditatem, ita & caliditas est ipsis amica. Sed & pituitæ excrementa cũ screatu & tussi expuunt.

Signa pulmonis sicci, vel humidi. CAP. 66.

A.ibidem.

PVlmonis autem siccitates excrementis vacant & pituita, & vocem claram efficiunt: quemadmodum humiditates obscuram reddunt, ac raucam. Et, cum vehementius, aut acutius loqui studuerint, tunc intercidunt excrementa.

De voce. CAP. 67.

NOn tñ ipsa vocis magnitudo à caliditate, sicuti neq; paruitas à frigiditate fit: sed altera qdẽ asperæ arterię latitudinẽ sequit̃, & vehementiorẽ efflatũ: paruitas verò à contrariis aduenit causis. Quare neq; semp, neq; primũ, sed ex accidẽti, & solas naturales tẽperaturas, non aũt aduentitias vocis magnitudo, aut paruitas sequit̃. Qm̃ etenim talia instrumenta tẽperaturę ratione sunt facta, ad hęc aũt consequit̃ hmõi vox, idcirco contingit ex voce de naturali tẽperatura ratiocinari.

De leni, & aspera voce. CAP. 68.

NAm & lenis vox arteriæ lenitatem consequitur, sicuti & aspera asperitatem. Lenitas igitur arteriæ moderatam sequitur temperaturam: asperitas vero siccitatem. Asperitas etenim fit ab inęqualitate in duro corpore. Arteriam vero duram, similariũ partium, ex quibus constat, siccitas facit, inęqualem vero, dispersæ in eisdem humiditatis defectus. F

De voce acuta. CAP. 69.

EOdem modo neq; acuta natura vox sine angustia fauciũ, neq; grauis sine latitudine fieri potest. Angustia igitur ab innata nascitur frigiditate: Latitudo autem à caliditate. Differẽtiis igitur naturalium vocum hæ, quæ ex affectu aliquo fiunt, sunt proportionales, quæ & ipsæ indicia sunt causarum, à quibus oriuntur: de quibus in libris de Voce sufficienter distinxi. Reliquę vero partes animalis interiores exilia habent temperaturę indicia. Tentandum tamen ea ex iuuãtibus, atq; nocentibus agnoscere, ac præterea ex naturalium potentiarum operationibus. Dictum vero est in tertio De causis accidentium, quæ nam temperatura antecedat vniuscuiusque facultatis virtutem, & vitium. Temperaturarum itaque indicia iam dicta sunt.

Signa naturæ instrumentariæ. CAP. 70.

CIrca magnitudinem vero, vel formationem, vel numerum, vel situm, quæcunq; quidem sensibus subiiciuntur errata, cognitu faciliora sunt: quæ autem sensu percipi nequeunt, quædã cognitionem habent difficilem, † quædam vero facilem. } Capitis igitur magnitudo, ac figura, & cerebri simul in propatulo sunt: et de his antea diximus. Sic & quæ thoracis sunt, & quæcunque ad scapulas, & humeros, vel brachia, vel cubitos, vel extremas manus, vel coxendices, vel femora, vel tibias, vel pedes attinent, non est difficile dignoscere, siue secundum formationem, siue secundum magnitudinem ex his aliquid non recte se habeat, siue secundum numerum, siue secũdum partium, ex quibus constant, compositurам: singularum etiam operationis detrimenta facile patent. Quæ autem intra corpus sunt, non omnia possunt dignosci. G

† τὰ δὲ ἄγνωστα, i. quædam vero nullo modo cognosci possunt. Leonicenus videtur legisse εὔγνωστα. Sed melior videtur prior lectio, si verba ĩ fine capitis cõsiderentur.

De ventriculo. CAP. 71.

CViusdã enim ventriculũ adeo paruum, ac rotundũ, ac pronum ſm hypochõdria sitũ habentem inspexi, vt manifeste ex circũscriptione propria & videntibus, & tangẽtibus appareret.

De vesica. CAP. 72.

SIc & cuiusdã vesicã contigit intueri ita expositã, ac paruam, vt, si qñ vrinã tardius excerneret, tumor quidã circũscriptus manifeste cerneretur: nõ tñ aliud ex interioribus quicq̃ mihi vnq̃ manifestũ præbuit indiciũ. Tentare aũt oportet, quã maxime fieri potest, virtutẽ ipsorũ, ac vitiũ, & si non certa scientia, artificiosa saltem coniectura dignoscere, veluti, exempli gratia, in hepate. H

De hepate. CAP. 73.

VIdi enim aliquos, & quidem multos, quibus venę erant angustę, & totum corpus colore priuatum. Quòd si plusculum cibi assumpsissent, qui pręsertim flatibus excitandis aptus esset, & crassus, ac tenax, non nulli quidem veluti pondus quoddam insidens, atq; suspẽsum in profundo dextrę hypochondriorum partis sentiebant: non nulli vero cum quadam tentione dolorem sentientes. In his quidem verisimile est hepar esse paruum, atque angustos meatus habere.

De homine pituitoso vomente bilem. CAP. 74.

ALterum autem vidi, cuius totus habitus pituitosus erat, quotidie tamen bilem pallidam euomebat. Censui igitur inspicienda alui excremẽta, in quibus minimum bilis apparebat. Quare coniectura quadam comprehendi eum meatuum, qui biliosum egurgitat humorem, non paruam eiusdem partem ad imum ventriculi locum, quem Græci pyloron, id est ostiarium vocant, effundere, vt in quibusdam apparet animalibus ex quibus constat, quòd multum ad eorum, quæ latent sensum, confert dignotionem, ea, quæ ex sectionis inspectione habetur, peritia, & operationum, atque vtilitatum inuentio. Quicunque igitur facultatem dignoscendi huiuscemodi corpora, quæ ita lapsa sunt, consequi cupit, oportet ipsum in sectionibus, ac in operationum

A rationum, atq; vtilitatũ inuentionibus exercitari. Scripsimus vero de omnibus seorsum in tractatibus aliis, de quibus in fine libri oĩno proposuimus facere mentionem, vt discendi cupidi intelligant, quæcunq; discere optauerint, ex quo nam possint haurire tractatu. Sed de hisce quidē satis.

Quomodo cognoscantur corpora ægrotantia. CAP. 75.

QVæcunq; vero vt nunc insalubria sunt, hoc est, quæ iam ægritudinē patiuntur, dignoscere & hæc ipsa oportet. Quæ quidem subiiciuntur sensui, ex eorum, quæ ipsis insunt secũdum naturam, permutatione, in magnitudine, colore, figura, & numero, & situ: & ea, quę est secundum duritiem, & mollitiem, & frigiditatem, & caliditatem, differentia. Quæ autem visum effugiunt, vt summatim dicam, ex operationum lęsionibus, aut his, quæ excernuntur, aut doloribus, aut tumoribus præter naturam, aut horum quibusdam, vel omnibus.

De signis cerebri patientis. CAP. 76.

PArticulatim aũt, quæ quidē sunt in cerebro ægræ dispositiones, aut dementiæ speciebus: aut sensuum, aut imaginationum læsionibus, aut actuum, qui secundum electionē fiunt: aut ex his, quæ excernuntur per palatũ, & nares, & aures: aut horum, qui ei dolores eueniũt, differentiis.

Signa cordis patientis. CAP. 77.

B QVæ vero in corde fiunt, ex difficilis anhelitus speciebus, & palpitationibus, quæ ipsi contingunt: ex pulsibus quoque eius, atque arteriarum: & ab excandescentis iræ celeritate, aut tarditate, à febribus, & refrigerationibus, & in colore differentiis, ac eis, qui ipsi adueniunt, doloribus.

Signa hepatis patientis. CAP. 78.

QVæ autem in hepate, ex defectu humorum, atq; abundantia, & ad id, quod pręter naturam, euersione, & colore malo: ac præterea ex permutatione naturæ in his, quæ ad alimenti diductionem, aut superfluitatum attinent excretionē. Sed & ex grauitatibus, & tumoribus, & doloribus non modo his, qui in eo ortum habent, verũ & in illis, qui compatiendi ratione proueniunt, quemadmodum in aliqua vel difficultatis spirandi, vel tussis specie.

Signa ventriculi patientis. CAP. 79.

SIc & ventriculi affectus agnoscitur, vbi in cõcoctione, & appetitu humidi, vel sicci alimenti, vel superfluitatum excretione delinquitur. Ita etiam ex singultibus, eructationibus, nauseis, vomitibus, & ipsis eorum, quæ euomuntur, speciebus, & doloribus, & tumoribus.

Signa thoracis patientis. CAP. 80.

C ITa & thoracis agnoscuntur affectus, ex spirandi difficultatibus, tussibus, & doloribus, qui in ipso fiunt, & ex eorum, quæ cũ tussi expuuntur, differentia. Sic & asperæ arteriæ ægritudines, difficiles anhelitus, & tusses, & dolor in loco, & quæ expuuntur, & vocis offensiones ostendunt. Secundum vero eandem proportionē & in aliis omnibus accidit partibus. Nam ex tumore, dolore, & operationum lęsione, & excrementorum differentia, sumentur indicia. Tumores autem præter naturam in inflammationibus, scirrhis, œdematis, & erysipelatis sunt explorandæ. Dolor autem, quemcunq; obsederit locum, aut continuitatis solutionem, aut subitam alterationē ostendit. Soluitur autē continuitas, incisione, exesione, fractione, & tentione. Alteratur vero substantia, caliditate, frigiditate, humiditate, siccitate. Lęditur autem operatio tripliciter, aut quia debiliter, aut quia vitiose, aut quia nullo modo fit.

De differentia eorum, quæ excernuntur. CAP. 81.

QVęcunq; autem excernuntur, non nulla quidem sunt veluti partes patientiũ locorum, non nulla vero tanq̃ excrementa, quędã vero in ipsis naturaliter cõtinentur: & singula propriã facient indicationē. Dictum est autē de hisce oĩbus plenius in tractatu De locis affectis, quē nullus ante nos aut in artem .i. methodũ redegit, aut ad absolutã perfectionē deduxit. Quemadmodum & in oĩbus aliis euenit, quibus initium quidem aliquod ab antiquis est datum, non tñ absolutum est opus. Ægrotantium itaq; corporũ ex tractatu illo indicia sunt sumēda. Eorum autem qui in ægritudinem lapsuri sunt, & qui sanitati restituendi, præsens doctrina complectitur.

D

Signa futuræ ægritudinis. CAP. 82.

EOrum igitur indicia, quibus ægritudinis periculum imminet, mediã formã habent inter ea, quæ sanis, & quæ ægrotantibus eueniunt. Siquidem sanis, omnia secũdum naturam insunt: præter naturam vero, ægrotantibus, quatenus ægrotant. In confinio autē horum ea, quæ sunt corporũ ægrotaturorũ indicia: quorum non nulla quidem sunt ex eorum genere, quæ ẽm naturam, sed vel qualitatibus, vel quãtitatibus, vel temporibus permutata: quędam autē ex his, quæ præter naturam, sed minora his, quæ ægritudinibus adsunt. Atq; idcirco hæ quidem corporũ dispositiones, quæ in ægritudinem casura monstraui, sunt ex neutrorum genere, atq; vnà ea, quæ ipsa indicant, signa. Primo enim hæc sanitatē ostendunt, secundo aũt ægritudinem. Et fiunt eadem signa ẽm ad aliquid habitudinem neutra, & insalubria: quæ quidem præsentem dispositionem ostendunt, neutra: quæ vero futuram præmonstrant, insalubria. Eadē vero ratione & quæcunq; ægrotantibus signa salutaria apparent, dicentur quidem salubria, quia futuram sanitatem ostendunt: dicentur etiam ægrã, quatenus præsentem ostendunt ægritudinem. Neq; in ambiguo est, quòd,

quę sunt vtrorunq; indicatiua, neutra dicentur, secūdum vnum quoddam neutri vocabuli signi- E ficatum. Neq; vero mirari oportet eadē signa tres in diuersis habitudinibus seruare rationes, quę * & salubria & ęgrā & neutra dicantur: secundum vero alterum significatum quęcunq; his, qui à morbo referuntur, insunt, signa neutra appellamus: neq; in alio significato accipiunt ea, quę seni bus insunt. Hæc quidem omnia pluribus & conceptibus & rationibus subiiciuntur. Quęcunq; vero in his, qui integra sanitate fruuntur, inter salubria tantummodo computantur. Et quęcunq; ęgritudinibus insunt, neq; futuram prenunciant sanitatem, soli & hęc ęgrorum conceptui subii- ciuntur. Sed de his quidem postea dicetur: nunc, quę futuram premonstrant ægritudinem, prius exequamur. Cum vero sit eorum differentia duplex, prius ea pertractemus, quę quātitatibus, vel qualitatibus, vel temporibus, non autem propriis speciebus ab eo, quod secundum naturam, eua riant: veluti ciborum appetentia intenta, vel dissoluta, aut quę non seruet tempus consuetum, aut quæ ad edulia non vsitata feratur, aut ad excretiones cibi superfluitatum, quæ aut pauciores, aut plures, aut humidiores, aut duriores existant. Sic humidiorum excrementorum vel defectus vel superabundantia pręter consuetudinem naturalem: aut in colore, aut in consistentia varietas ali- qua, aut in tpe excretionis: & vigilię plures, ac somnus, aut non consueto tempore. Eodem modo potus pluris, aut paucioris, calidi, aut frigidi insolens appetitus: Sicuti & rerū venerearum immo F dicus vsus, aut intempestiua concupiscentia: & sudores plures aut pauciores, quàm conueniat: & ad motus torpor, aut, si moueri tentauerint grauitas, aut vehemens exolutio, menstruorum occulta- tio, vel immodica, aut diminuta euacuatio. Sic & quę per ora venarum (Gręci hęmorrhoidas ap- pellāt) fit sanguinis effusio. Sed & si voluptas in cibo potu q; haud sit priori voluptati similis, fu- turę ęgritudinis est indicium: hebetudo q; * animi non naturalis, aut obliuio quędam inconsueta, aut somni, qui pluribus imaginationibus abūdant, quàm prius: auditus, & odoratus, visus'ue hebetio res, aut turbulentiores, & (vt simpliciter dicam) quęcunq; secundum naturam inerant, hęc quidē augmentata, hęc vero comminuta, hęc vero temporibus quibusdam, aut qualitatibus immutata. Siquidem & ipsius corporis moles aut maior, aut minor, aut magis alba, aut magis rubra, velut li- uidior, aut nigrior: ructus q; ac sternutamenta, & flatus plures, aut pauciores his, qui secundū na- turam: sic & quęcunq; per nares, vel palatum, vel aures, per quos meatus cerebrum expurgatur, vel temporibus, vel quantitatibus, vel qualitatibus immutata. Hęc igitur omnia ex genere corū sunt, quæ sm naturam. Morsus autem ventris, vel in ore vētriculi, vel in aliquo intestinorum, aut cum aluus subducitur, aut cum vomitus excitatur, aut cum mingitur, siue aliquis alius dolor me- diocris, ex genere quidem existit eorum, quæ præter naturam, non tñ, qui ita se habent, ægrotare G dicuntur: sicuti neq; qui capite grauantur, aut dolent, aut vigilant, cum non dum in consuetis im pediuntur operationibus. Hic enim in huiuscemodi dispositionibus ægrotādi terminus est. Atq; idcirco in eo, quod ad aliquid, eandem dispositionem ægrām atq; neutrā appellabimus. Nam pro vigore potētię, quę vel facile sustinet, vel vincitur, vnaquæq; ex his, quas antea diximus, vel mor- bus est, vel neutra dispositio. Sic & quæcūq; in sensibus, non in eo, quod magis aut minus inuicē differunt, sed toto genere sunt præter naturam. Et hæc sunt signa * morborum, donec modica fue- rint, & non dum hominē à consuetis operibus sufficiunt amouere. Talia vero sunt in gustu qui- dem, cū vel salsæ, vel amarę, vel alicuius alterius qualitatis sapor nobis indicatur: siue in omnibus, quæ bibuntur aut manducantur, aut præter quod aliquid assumatur, saliua ipsa talis sentiatur. In odoratu aūt, qñ alicuius vnius qualitatis sensum habemus nullo odorabili præsente: aut, cū plura & differētia naribus admouemus, oīa veluti similia sentimus. Sępius vero nihil sentimus, aut ali- quid fœtens, ēt si nihil adsit, quod fœteat. Quantū vero ad auditum, soni & strepitus ad id, quod præter naturā, pertinent. Quemadmodū in visu quæcūq; ante oculos apparere creduntur, nigra, & atra, & cœrulea, & rufa, & flaua: & non nulla rotunda, nō nulla autē oblonga: quædā gracilia, quædā crassa oculis prætendi videntur. In sensu aūt tactus, cum inæqualitas aliqua, vel spissitudo, H vel grauitas, vel tētio, vel torpida, vel vlcerosa dispositio in toto corporis habitu sentitur: sic & in singulis partibus, vel tentio, vel cōpressio, vel morsus, vel grauitas, qñ paruæ fuerint ac minime firmæ, neutram quidem dispositionē adesse demonstrant, futurā vero ægritudinē prænunciant.

* νοσερά

* διανοίας

* Al. νοσώδη, id est morbo- sa: seu vt ipse superius verte- rat, insalubria.

Signa corporum ægrotantium. CAP. 83.

AT, quæ iam in ægrotantibus signa videntur, ex quibus nō nulla sanitatem, non nulla mortē portendunt, prima quidē salubria, altera vero genere quidem * ægrā, secundum speciem aūt perniciosa dicuntur. Sumuntur autē, vt vniuersaliter dicamus, ex operationum virtute ac vitiis. Secundum partem vero, ex particularium operationibus, quarū genera antea diximus: Primum quidem eorū, quæ principia existunt: Secūdum vero illorum, quæ à principiis ortum habent: Et tertium eorū, quę propriam habent gubernationē, à principiis aūt quasdam deriuationes habēt. Quartum siquidem genus eorū, quæ tunc diximus, ex se quidem ad aliquid prenoscendū inutile est: Secundum accidens autē & ex his aliqñ præcognitiones erunt: quemadmodum & ex excre- mentis semper: ex his quidem compatiendi ratione, ex excrementis autem, qm̄ coctionis & in- coctionis signa continent. Quare fieri non potest, quin perpetuo significent aut naturam mate- riei, aut materiam naturæ, aut neutrum neutro dominari. Salubria quidem signa dicentur, natura superante:

* νοσερά

A superante: insalubria vero, superata: neutra autē, quę pugnas habent ęquales. Sed, quæ quidē manifestam indicant coctionem, ex salubribus sunt: Sicuti, quę cruditatem, ægrā. Quæ vero neq; coctionē, neq; cruditatem perspicue ostendunt, ex neutrorū sunt natura. Sunt vero & neutra quæcunq; nunc quidē hoc, nunc vero contrariū significant, veluti digiti denigrati. Talia sunt etiā critica, id est decretoria accidētia, de quibus omnibus in libris de Crisi dictū est: Sicuti etiam de his, quæ ad vnamquamq; attinent operationem, in iis libris, in quibus de causis accidentium agitur. Quare omnium horum singulorum materiam ex eisdem libris colligere oportet. Ego vero prolixitati parcens hic sermoni de signis finem faciam: transgrediar autem ad illum, qui de causis est.

De causis salubribus, insalubribus, ac neutris. CAP. 84.

QVoniam vero & harum hę quidem salubres, hæ autem insalubres, hæ vero neutræ: primū de causis salubribus erit sermo: quia vero & harum non nullæ quidem conseruatrices, nō nullæ vero effectrices sanitatis (sunt autem & tempore, & dignitate priores conseruatrices effectricibus:) incipiendum est à conseruatricibus. Cum igitur non vnum tantum sit sanum corpus, sed plura, vt supra definiuimus, in eorum singulis propria erit causa conseruatrix. Siquidem omnis causa in eo, quod ad aliquid, existit. Hic igitur denuo sumendum initium ab optima B corporis constitutione, ac, quæ ei salubria sint, considerandum. Eorum aut inuētionem ipsius rei natura insinuat. Si enim impatibile, atque inalterabile esset corpus, semper optima cōstitutio perduraret, neque artis præsidio indigeret. Quoniam vero alteratur, corrumpitur, & vertitur, neque eundem seruat prioris status tenorem, ea ratione auxilium desiderat.

ὑγιεινόν

Quod modis nostrum corpus alteretur. CAP. 85.

SEcundum quot igitur alteratur modos, tot auxiliorum, hoc est causarum conseruatricum, genera habebit, quas ex his, quę dicta sunt, liquet esse ex correctiuarum genere. Sed, quia paulatim correctiones faciunt ante, q̄ confertim ingruat noxa, non præseruātes à futuro malo, sed pręsentis status conseruatrices medici appellant. Alteratur igitur corpus à nō nullis quidem necessario, à quibusdā vero non necessario. Dico aūt necessario, quæ nulla est euitandi ratio: non necessario aūt, reliqua. Nam aerem quidem nos ambientem semper attingere, comedere q̃, ac bibere, & vigilare, & dormire est necessariū: ensibus aūt & {exitialibus} feris obuiare non necessariū. Quare circa primum causarū genus versatur ars corporis conseruatrix, circa secundum autē minime. Quod igit̄ numero sint ea, quæ ex necessitate corpus alterant, distinguētes, proprium in singulis eorū, causarum salubrium genus inueniemus. Inest igitur vnū quidem ex ambiētis aeris adhæsu: C Alterū vero ex motu & quiete & totius corporis, & partiū singularum: Tertiū ex somno & vigilia: Quartū ex his, quę assumuntur: Quintū ex his, quę excernūtur, vel retinentur: Sextū ex animę affectibus. Ab his enim necesse est aliquo modo affici corpus: ab aere quidē ambiente, quia aut calefit, aut frigefit, aut exiccatur, aut humectatur, vel s̄m horum cōiugationem, aliquid patit̄, aut in tota alteratur substantia: ex motu vero, & quiete, cum vtraq; modum excesserint, aut calefactum, aut refrigeratum, aut humectatum, aut exiccatum, vel aliquid secundum horum patiens coniugationē: sic & ex somno, & vigilia ipsum pati est necessarium secundum eandem rationē: Et ex animæ affectibus, & ex his, quę assumuntur, aut excernuntur, aut retinētur. Hæc siquidem omnia alia quidem protinus & euidenter, alia vero per alias causas medias alterant corpus, & sanitatem corrumpūt. Et de horum singulis seorsum scripsimus in tractatu, qui De salubribus inscribitur. Omnia igitur nunc dicta genera materiæ quædam sunt salubrium causarū: at vsu opportuno adhibito, causę fiunt cōseruatrices atq; salubres: sed, vbi à modo deliquerint, insalubres redduntur. Vnde etiam liquet ex his † non alias præter has, aut salubres, aut insalubres à nobis existimari oportere, at easdem potius, quandoq; quidem salubres, q̄nq; vero insalubres, in eo quod ad aliquid esse: Nam vbi motum corpus desiderat, exercitatio quidem salubris, ocium autem insalu-D bre: cum vero eget quiete, ocium quidem salubre, exercitatio autem insalubris: eodem modo de cibis & potibus, & de aliis omnibus statuendum. Horum enim singula, q̄n, vt necessitas corporis exigit, cum mensura ac qualitate opportuna adhibentur, salubria fiunt: at, cum citra omnē necessitatem, aut præter modū afferūtur, insalubria. Atq; hæ duæ sunt circa salubre & insalubre intentiones, rei scilicet, quæ adhibetur, qualitas, ac quantitas. Neque enim est rationi consentaneum etiam tp̄is occasionem, quæ in his, quæ dicta sunt, continetur, veluti tertium aliquod ab eisdem diuersum introducere. Si enim tali, & tāta re oblata egeat corpus, nemini dubiū, quin etiam in tp̄e opportuno afferatur. Occasio siquidem tp̄is, inde ortum habet, q̄m fluxibile, ac facile mutabile est mortale corpus, ac pro transmutationis modo aliis alio tp̄e eget auxiliis. Quare non est tertiū aliquod pręter ea, quæ dicta sunt, tp̄is occasio. Sępius aūt ea occasione tanq̄ tertio quodam ob eam, quā diximus, causam, ad docendum vti consueuimus. Quoniā vero in his ipsis intentionibus, & aliæ causæ salubres, & id, quod propositū est, genus continetur, rursus easdē repetamus. Optimæ igitur corporis constitutioni, cū circunfusus aer fuerit in temperie positus, earū rerum, de quibus nuper diximus, quietis scilicet, ac motus, somni, vigiliæ, & eorum, quę assumūtur, atq; excernuntur, exquisita mediocritas conueniet. Cum vero aer à temperie recesserit, tantum à mediocritate euariare oportet, quantus fuerit ab optima temperatura recessus. Hi vero sunt mediocritatis

† *Cod. græci quos vidertm, habēt,* ὡς οὐχ ἑτέρας μὲν οὐσίας τῶν ἐκτὸς τούτων πραγμάτων, ὑγιεινὰς ἡμῖν, ἑτέρας δὲ νοσερὰς ὑποληπτέον. ἀλλὰ τὰς αὐτὰς ἐν τῷ πρός τι ποτὲ μὲν ὑγιεινάς, ποτὲ δὲ νοσώδεις γινομένας, *i. nō alias quidem substantias ex ternarū harū rerū, salubres nobis, alias autē insalubres existimari oportere: at easdem ī eo quod ad aliquid, quādoque quidem salubres, quandoq; vero insalubres fieri. Leon. autē videtur legisse,* ὡς οὐχ ἑτέρας μὲν οὐσίας ἐκτὸς τούτων τῶν πραγμάτων.

ſcopi: in aere quidem ambiente, vt neq; horreat corpus propter frigus, neq; ſudet propter ęſtum: **E**
in exercitiis autem, cum primũ laſſari cœperit corpus, confeſtim quieſcere: in cibis autẽ coctionis perfectio, & excrementorũ modus in quali quanto q; conueniens. Æqualis vero in his quodam modo eſt coctioni appetitus: quare neq; præſide egent, qui ſingulorum, quæ aſſumuntur, quantitatem metiatur. Optima ſiquidem natura, quantum appetit, tantum ẽt probe concoquit. Sic & ſomno modum ipſa natura prędefinit his, qui optimam corporis conſtitutionẽ ſunt ſortiti. Et tunc à ſomno excitantur, cum corpus ampliore quiete non eget. Cum q; talem victus rationẽ adhibuerint, nullum eſt in eorum excrementis delictum, quæ vel per ventrem, vel per vrinæ meatus, vel per totum corpus egeruntur. Nam priora quidem ex mediocritate eorum, quę aſſumuntur, temperantur. Totum vero corpus ſalubriter perflari facit exercitij vſus moderatus. Liquet autẽ ab ipſis caueri oportere omnes animi immodicos affectus, videlicet iræ, triſtitiæ, excandeſcentiæ, timoris, inuidiæ. Hæc enim alterant, atque à naturali ſtatu corpus auertunt.

De Venereis. *CAP. 86.*

VEnereorum vero iuxta Epicuri ſententiam nullus eſt vſus ſalubris: re vera autem confert, ſi tm̃ interualli in eorũ vſu adhibeatur, vt neq; reſolutio aliqua ſentiatur, & ipſe ſeipſo homo quodam modo leuior factus, ac melius ſpirare videatur. Tempus vero ad vtendum opportunũ, **F** cũ omnium in rerũ circunſtantium exquiſita mediocritate corpus fuerit conſtitutum, cum.ſ. neq; ſupra modũ plenũ, neq; vacuũ extiterit: neq; in calore, aut frigore, aut ſiccitate, aut humiditate excellerit corpus. Quòd ſi qñ aberrare contigerit, paruus ſit error. Melius autẽ illi calefacto magis, ꝗ̃ infrigidato, & pleno, ꝗ̃ vacuo, & humecto potius corpore, ꝗ̃ exiccato vti venereis. Horum autem ſingulorũ, quę dicta ſunt, qualitas in optima corporis conſtitutione eſt eligẽda. Exercitij quidem, in quo totius corporis partes æqua proportione mouent̃ ita, vt non alię quidem vltra modũ fatigent̃, alię vero citra. Cibi aũt, & potus optimã habeãt temperiẽ: ſunt enim maxime cõuenientes naturis optima tẽperatura prędítis. Eadẽ in reliquis ẽt eſt ratio adhibenda. At, ſi quod ab optima conſtitutione defecerit corpus, non aũt vehementer, & cauſę, quę ipſius ſanitatẽ conſeruant, ad proportionẽ mutabuntur. Sed, cum multa ſint huiuſcemodi corpora, per ſingula genera ſeorſum dicendũ. Quod igitur in tẽperatura ſimilarium partium euariat, inſtrumentariarũ aũt ſeruat commenſurationẽ, duplicem habet ſalubriũ cauſarum formã: alteram quidem earũ, quę ipſius conſeruant temperaturã: alteram vero earum, quæ ad optimã transferunt. Quę itaq; ipſius temperaturam cõſeruant, tm̃ à cauſis optime temperatę naturę diſtabunt, quantum et totius corporis temperatura ab illa euariat. Calidiora ſiquidem corpora calidioris victus rationẽ expoſcunt: frigi**G**diora aũt frigidioris: & ſicciora ſiccioris: & humidiora humidioris: ac ſm coniugationẽ calidiora, ac ſicciora calidioris ac ſiccioris, eadem in reliquis etiã coniugationibus proportione ſeruata. Recte ſiquidem cauſarum vtetur materia, qui naturales earũ potentias agnouerit. Veluti ꝙ motus, defectus alimenti, vigilię, excretio, & oẽs animi affectus corpus exiccant: at, quę his cõtraria exiſtunt, humectãt. Ita vero & de calefacientibus, & refrigerantibus vitæ inſtitutis, de cibis, & potibus, atq; (vt ſimpliciter dicam) de iis omnibus, quæ circa corpus ſunt, qui materias noſcit, & potentias, is ſalubribus vtetur cauſis, ſimilia ſimilibus offerendo, ſiquidem eius propoſitum fuerit eandem, in qua acceperit, corporis ſeruare temperaturã. Quòd ſi permutare, atq; ad melius traducere ſtatuerit, alterũ eſt hic ſalubrium cauſarũ genus, his quidẽ, quas nuper diximus, contrarium, ęqualiter vero declinans ad alterã partem à bene temperatis, & mediis, quę optimis cõuenire naturis dicebamus. Calidior ſiquidem, ac ſiccior tẽperatura à calidioris, ac ſiccioris victus ratione ad exactum bonæ temperaturę habitum minime transfertur. At taliũ erit vſus neceſſarius, quæ tantum eis, quæ bene temperata exiſtunt, frigidiora ſint, atq; humidiora, quãtum & natura naturam in caliditate, & ſiccitate ſuperabat. Nam tale cauſarum genus naturales corrigit intemperantias: alterũ vero, de quo ſupra diximus, temperaturam conſeruat. Eſt autẽ vtriuſq; viciſſim apud me**H**dicos vſus neceſſarius. Nam, cum plurimum ſuppetit ocij, corrigere oportet, ac ſenſim ad meliora transferre. Neq; enim natura patitur eas, quę ſubito fiunt, alterationes. Hominẽ autẽ neceſſariis occupationibus diſtrictum, in eodem pręſtat habitu conſeruare. Quo pacto igitur & hãc ipſam cauſarum ſpeciem conſeruatiuam appellamus? Nam forte magis alteratiuam, & curatiuam, & naturalium defectuum correctiuam vocare conueniebat. Quoniam ad vniuerſum ſanitatis genus referentes, non ad eas, quæ ſm ſpeciem, differentias, quæcunque ſanos conſeruant, conſeruatiua omnia vocamus, ſiue pręter id, quod ſanitatem conſeruant, ad melius totam traducant temperaturam, ſiue priſtinum tantummodo habitum tueantur: at, quæ deteriorem ſtatum efficiunt, inſalubria. Quæcunq; igitur ſimilem habent in omnibus corporis partibus intemperiem, ſimili egẽt procuratione: quæ vero diſſimilem, diſſimili. Nam fieri poteſt, vt vẽtriculus frigidior ſit, ꝗ̃ oporteat, caput vero calidius, atq; vtrunq; propriis egeat auxiliis. Ac ratione eadẽ ſingulæ aliæ partes, cũ fuerint, aut præter modum humidiores, aut ſicciores, aut calidiores, aut frigidiores, ſuæ intemperiei victum exigunt accõmodatum. Neq; igitur in huiuſmodi hominibus ex æquo omnes corporis partes exercebimus, neq; æqualiter humectabimus, aut exiccabimus, aut tale aliud quippiã agemus. Plenius vero de his diximus volumine illo, quod De ſalubribus inſcribitur.

De cauſis

A *De causis salubribus partium instrumentariarum.* CAP. 87.

INstrumētariarū aūt partiū causæ salubres,queadmodū & hic ab optima cōstitutione delinquit, ita & inuicē distabunt. Alię.n.sunt salubres erroribus,q in formatione cōsistunt: alię his,qui in magnitudine,vel numero,vel positu. In formatione igit plures cōtingūt errores. nā & figura partis,& siqua in ea cauitas est fm naturā,vel meatus,vel orificium,vel asperitas,vel lenitas,qn à naturali mediocritate recesserit,si qdem parū hoc patiant,salubrium corporū retinent appellationē: si vero amplius,insalubriū: q̄ si tātus fuerit recessus,vt operationi afferat detrimētum,iam ęgrotare dicetur. Secundū quātitatē aūt excessus,atq; defectus,ad easdē ducit dr̄ias. In numero,siue vna,siue plures,quæcūq; ex similaribus partibus fuerint,aut deficiant,aut supabundent. Ex hoc genere ēt sunt,quæcūq; in nobis substantiæ p̄ter naturā cōsistūt. Reliquū est aliud genus,quod ad situ cuiuslibet simplicis attinet partis: in quo & ipso quatuor sunt oēs dr̄ię. Prima qdē,q̄ optima existit: Secunda vero,quæ parum euariat,atq; ideo salubre adhuc efficit corpus. Et tertia,q̄ insalubre,qn̄ amplius à modo recesserit: Et quarta,quæ iam ęgrū recessu plurimo reddit. Quęcunq; igit partes in figura delinquūt,veluti quæ blęsæ,varæ,& obliquæ appellant,hę,cū nup natus adhuc tenellus est,formatione atq; alligatione ad naturalē traducunt habitū. Quod si iā aucto īfante ad duritiem B peruenerint,emēdari nō p̄nt. Sic errores quidē,qui ad cauitatē attinent, cū adhuc augeri pseuerent, correctionē admittūt: Cū aūt iā ad vltimū peruenerint,nullus est remedio locus. Cauitates igitur quiete atq; alligatione paruæ reddunt: magnę vero,partium operatione,& spūs retentione: sic & quæcunq; foramina ora q̄q;. Et qdem,q̄ naturalē magnitudinē partes exuperāt,quiete ac cōmoda alligatione minores reddunt: augent aūt & naturali motu, & frictiōe moderata,& qbuscūq; alijs plus sanguinis attrahere natura aptis. Deficientes vero partes,quæcunq; ex sanguine ortū habuerūt,corrigi quidē nō est impossibile: Quæ aūt ex semine,ppemodū impossibile existit. licet,tn̄ aliqn̄ loco eorū alia facere,q̄ vsum haud dissimilē pstent. Earū vero oīum natura opifex est, medicus aūt minister. Quę vero numero excedunt,his ablatio,cā salubris existit. Inspicere vero oportet,in quibus id fieri possit. Nā si impossibile appareat,trāsponere tentādum est. Eadem est & eorū,q̄ in situ vitia sunt,emendatio. Neq; in obscuro est,q̄ duo sępius aut tria vitia eandem partem possunt occupare,sicuti in eo,q vētriculū paruū simul,atq; rotundū,atq; aduersus septū habuit incubentē. In ipso etenim magnitudo,formatio,ac situs erāt deprauati: tēperatura quoq; frigidior existebat. Hic nullo artificio ad naturalem habitū trāsferri poterat: at,ne adeo infestaret,erat remedio locus. Nam,qm̄ repleto ventriculo difficultate spirandi premebatur,minus cibi,at magis alimento opC portuni,& qui non difficulter subduceret,ter die assumebat. Alteri vero,cui obstructio in hepate ob vasorum angustiam sæpius contingebat,extenuans victus ratio causa salubris inuenta est.

De solutione continuitatis. CAP. 88.

REliquum igitur adhuc id morbi genus est,quod & similaribus & instrārijs partibus cōe existit,solutio.s.cōtinuitatis,quā quispiā forte ī his vnq̄ adesse negaret,q integra sanitate fruuntur,qm̄ semp esset passio. Quē sanè latet eādem in oībus gn̄ibus fore dubitationē. Nisi.n.operationis læsio sensibilis sanitatē ab ægritudine separet,sed qualitatē tātūmodo dispōnis ītrospiciamus, ἀειπαθείας.i.ppetuę passibilitatis dogma necessario recipiemus,cū nullus sit,qui oēs operationes optimas habeat. Sed de hoc quidem,vt quod logica potius contēplatio sit, seorsum consideretur. Salubres vero causas,vt his,quos nemo dubitat ęgrotare,deinceps percurramus, à mala tēperatura exordiū facientes. Hic vero prius distinguamus,q̄ oēs ferè medici p̄termittūt, Alias quidē esse salubres causas eius intēperantiæ,q̄ iam facta est: alias aūt illius,q̄ adhuc fit: sicuti ēt alias eius,q̄ futura est. Huius,itaq; postremę,hę quidem in pseruatiua artis parte cōtinent,hę vero in salubri: primę aūt inter oēs in curatiua tantūmodo: sed eius,quā mediā inter vtranq; locauimus,in præseruatiua & curatiua. Iam.n.factā,atq; existentem ægritudinē curare oportet: Sed,quæ nondum quidē D adest,at futura est,prohibedū est,ne fiat ab ea,q̄ est in corpore,dispōne. Eius autem,quæ adhuc fit, quod quidem factum est,curare opus est: quod autem futurum, prohibere, ne fiat. Prohibebitur autem,sublata ea dispositione,quam sequi natura apta est. Talis vero dispositio, causa antecedens appellatur. Facta autem ęgritudo curabitur soluta ea dispositione,à qua primum ea,quę secūdum naturam,lęditur operatio: quam quidem & ipsam morbi *essentiam dicimus esse.

*Gręce αἰτίαν, id est causam.

De communissima intentione curatiua. CAP. 89.

CVratio vero vnā pcipuam ac cōissimam habet intentionē ad id,quod est dispōni auferendæ contrariū. Ex hoc siquidem gn̄e sunt causæ illæ oēs,quę sanitatem efficiunt. Secundū partē vero ex vnicuiq; dispōni contrarijs. Calido igitur affectui causa frigida cōtraria existit,frigido aūt calida,eadem q̄; in cęteris pportione. Etenim,si oē īmoderatū est p̄ter naturā, moderatū vero fm naturam,necesse est oīno,vt īmoderatū ab īmoderato contrario ad mediocritatē redigatur. At manifestū est,q̄ fm potentiā,non aūt imaginationem,& calefaciens,& refrigerans, & quæcunq; alia huiuscemodi oportet assumere. Voco aūt fm potentiā,quod re ipsa vere tale existit, quale esse dicitur: Secundum imaginationē aūt,quod ex prōpto quidem sensu tale esse imaginamur, cū tn̄ vere tale non sit. Sed,qua sint hęc rōne distinguenda,diximus in his libris,in quibus de simplicium medicaminum potestatibus agit. Ad inuentionē aūt salubriū causarū,quęcunq; quidem,vt ad eā,

quæ iam facta est, ægritudinem causæ salubres existũt, via illa doctrinæ, hoc est, methodo vtendũ, qua id, quod secundũ imaginationẽ est, ab eo, quod est ſm potentiã, separat̃. Quæcunq; vero vt ad eam, quæ adhuc fit, & hac eadem via, atq; illa pterea, ex qua ægritudinũ causæ inueniuntur. Esto.n. si ita contigerit ex humoribus putrescentibus accendi febrẽ. Indicatio in hm̃oi est euacuatio, atq; alteratio: hæc quidem, q̃ putredinem finiat, manẽte adhuc causa: euacuatio vero, q̃ totã ex corpore substantiam educat. Sed dicta quidem alterationis spẽs, concoctio existit: quã vbi inuenerimus, à quibusnã causis fieri contingat, tunc vtiq; eorum, quæ hoc pacto salubria sunt, sciam tenebimus. Euacuationes aũt fiunt, & p sanguinis missionem, & clysteris vsum, & p vrinę vias, atq; eã, q̃ per cutẽ, fit trãspiratiõnẽ, ac pterea p eã, q̃ fit ad partes oppositas, attractionẽ, atq; ad alias propinquas deriuationẽ. Nã & ad hoc idẽ genus ptinet citare mẽstrua, atq; ora venarũ, quę Græci hæmorrhoidas appellant, aperire, ac p palatum, naresq; expurgare. Cũ igitur & hic materias inuenerimus, quibus in qualitate, & q̃titate, & tpe opportuno, & modo vsus adhibitis euacuatio fit, in ipsa artis parte salubria inuenient̃: atq; eorũ oĩum inuẽtio tradit̃ in eo volumine, quod De arte, seu methodo curatiua inscribitur. Eadẽ rõne in alijs tribus intẽperaturis, si vnũ cõe pceptum obseruabimus, vt vnamquãq; prius, quæ efficit cãm, rescindamus, deinde ita ad illam, q̃ ab eadem cã facta est, ægritudinem accedamus, causarũ salubrium inuẽtionem faciemus. Secundum vero cõpositas intemperaturas, ex simplicibus cõpositio cõmonstrabit salubria pcepta, cum hic quoq; habeamus pro magnitudine intemperaturæ eidem conueniẽs inuenire remediũ: Veluti si ita cõtigerit, ꝙ in decẽ qdem numeris ad caliditatẽ maiorẽ, q̃ naturæ cõueniat, decidat corpus, septẽ vero ad siccitatem maiorem, tunc salubrem cãm in huiuscemodi affectibus eẽ oportebit, decem quidẽ numeris frigidiorẽ, septem vero humidiorẽ. Si igit̃ ipsi particulæ affectæ admoueatur tale remedium, tanto sit frigidius, atq; humidius, quantũ exigit partis affectæ indicatio. Quòd si particula affecta in penitioribus locis sita sit, machinari oportet insup tale inuenire salubre remedium, cuius vis nequaq̃ in itinere antea soluatur. Si itaq; calidius esse oportuerit eo, quod est moderatũ, non solum tantã habeat caliditatẽ, quantã exigit morbus, sed vltra eandẽ mensurã tm̃ adijciat̃, quantum ex situ, vt pertingere possit ad locũ patientem, sit necessariũ: si vero frigidius, nõ simpliciter tm̃ frigiditatẽ oportet augere, sed & materia quoq; prius est aĩaduertenda. Si.n. crassarum sit partium, nõ admodum poterit ad profunda penetrare: at potius cõtrarium pstabit effectum, spissando superficiem, atq; densando: at, si tenuioribus partibus cõstet, poterit sanè plurimum subire ꝓfundum. Idem in humectãtibus, atq; exiccãtibus accidit, in qbus crassitudo, atq; subtilitas partium substãtiæ est ĩspicienda. At, situ quidẽ loci affecti, vt nuper diximus, inuenit indicatio salubre remedium: A formatione aũt, & situ simul, qñ effluxus sensibiles, atq; ad aliũ locũ foraminibus patentes habuerint, aut his oĩno caruerint. Quos.n. effluxus ad principales deferri partes cognouerimus, auertemus, atq; ad illas ĩpellemus, q̃ minime sunt pricipales. Illud vero manifestum, ꝙ earum, q̃ intemperaturam efficiunt, causarum, curatio fit per euacuationem. Nã ipsæ intemperaturę sola alteratione sanãtur.

Curatio solutionis continuitatis in parte carnosa. CAP. 90.

CОntinuitatis aũt solutę curatio, intentionẽ quidem habet vnionẽ, q̃ in partibus qdẽ instrarijs impossibilis est: in similaribus vero nõ semp possibilis. At in aliquibus, sicuti ĩ carnosis, sanitas cõglutinatione pficit̃: nihil vero differt, neq; si coalitũ appellaueris. Ipsam vero antecedit, qñ vulnus maius extiterit, partiũ applicatio distãtium, q̃ ex formatiõis gñe existit. Vt aũt hęc ipsa firma ac stabilis fiat, & alligatio cogens in vnum, q̃ distãt, & fibulę, & suturę vtiles sunt. Coalescere aũt facit ea, q̃ inuicem distant, ac pristinã restituit vnitatem ipsa natura. Nostrũ vero opus est, vt diximus, primũ quidem applicare extrema distantium partiũ: secundũ autẽ ita, vt in vnum coacta sunt, cõseruare: & tertiũ, cauere, nequid labris vlceris intercidat: & quartum, ipsam partis substantiam cõseruare salubrem. Sed, quo pacto & primum, & secundũ impleamus officiũ, dictũ est. Tertium vero in cogendo in vnũ partes distãtes exequemur, si nihil extrinsecus ĩcidere permittamus, qm̃ sæpius vsu euenit, vt pilus, aut oleum, aut aliqua alia humiditas interueniens, earũ, quæ copulãdę sunt, partiũ vnitatem ĩpediat. In eo aũt, quod seqtur, tpe per suffluxiones tertia intentio retinet̃. Ipsam vero suffluxionẽ ex eiusdem, & contrarij loci diuisione, & figura opportuna comparare oportet. Partis aũt substantiã salubrem, per ea, q̃ mediocriter exiccãt, cõseruabimus. Hęc qdẽ est solutæ cõtinuitatis curatio, cum ipsa sola seorsum ĩ carnosa parte constiterit. Quòd si cui alteri morbo cõiungat̃, plures sunt ĩdicationũ ĩtẽtiones, quas ĩ cõpositorũ, vel cõplicatorũ, siue, vt cui q; appellare libuerit, doctrina trademus. In pñti aũt sermone ad reliquas vnitatis sol̃ones accedẽdũ.

De solutione continuitatis in osse. CAP. 91.

FRactio igit̃ est cõtinuitatis in osse solutio, q̃ quãtum ad intentionem primã insanabilis existit. Quo vero ad secũdã, aliquo mõ sanabilis fit. Prima igit̃ intẽtio est coalitus partiũ, qui ob ossis duritiem fieri non põt. Secunda, alligatio, q̃ fit callo supnato partes fractas circũalligante. Calli aũt gñatio, qua quidẽ ex materia, & à natura fit, est & ad alia cõis: qua vero formã ossi vicinam habet, ex eiusdem fit alimento. Molle vero, & puerile os coalescere potest. Sed perraro fit talis affectus, quin cum altero societur. Magna.n. ex parte musculi adiacentes vnà cum corporibus alijs, fractis ossibus, patiũtur. Quare & curationis intentio oritur duplex, quarũ altera qdẽ circa ossa, altera vero circa

A ro circa corpora adiacentia versatur. Sed hæc quidem in carnosarum partium complicatis dicetur affectibus. Nunc vero de fractionibus dicendum. Qm̄.n.harum sanitas callositate procuratur, vt aūt callus gn̄etur, proprij ossis alimenti superfluitatē naturæ suggerere oportet, hanc vero superfluitatem in qualitate & quātitate seruare modum est necessarium, idcirco & ratio victus est adhibenda, quæ tantum ac talem influere ossibus sanguinem præparet, qualis & quantus generando callo sit opportunus. Qm̄ vero per fracti ossis cauernas idem effunditur sanguis, eiusdem qualitatem, & multitudinem animaduertere oportet, atq; ita vel sicciorem, vel humidiorem victum instituere. Sed hęc omnia in libris, in quibus de curandi ratione tractatur, plenius sunt explicata.

De punctura nerui & chordæ. CAP. 92.

NErui vero & tendonis pūctura pp sensus excellentiā, & qm̄ hæc pars principio cōtinuatur, prompta est ad neruorū conuulsionē excitandā, ac tum p̄sertim, cum nihil extrorsum expirat obcęcato cutis vulnere. Aperiendum est igı̄t, atq; exiccandum substantia tenui, q̄ vsq; ad ima nerui offensi possit penetrare. De his vero exacte diximus in libris De arte medendi conscriptis. In simplicibus qdem huius gn̄is affectibus salubrium causarū forma talis existit. In compositis vero cōplicatı̄ vlceribus. Prima qdem cauitas, quā non alterum affectū, sed vlceris drı̄am eē arbitran-

B tur. Est aūt non drı̄a huiuscemodi res: sed alterum aliquod totius ęgritudinis genus, in quo ipsius substantię iactura facta est. Et qdem curatio in duplici morbo, duplicem exigit intētionem. Nam cōtinuitatis solutio, vnitate: substātię aūt iactura, gn̄atione indiget. Paulo vero supra gn̄ationis intentiones expositæ sunt. Quòd aūt primū quidem hunc affectum oporteat sanare, demum vnitatē restituere tentare, ipsa rerum natura cōmonstrat. Cū itaq; repletum qdem fuerit cauū, vlcus vero ad æqualitatē perductū, alterā intentionē aboleri cōtingit: nā media existēte inter labia vlceris ea carne, q̄ nuper est genita, partes qdem distātes vniri est impossibile, vn̄ fit, vt alia sit ītentio perquirenda. Inuentionē aūt consequemur ex eo, quod est ꝭm naturā, ipsi parti cōparādo: erat aūt eidē ꝭm naturā cute obduci. Quare hoc ipsum à nobis procurandum: aut, si hæc intētio effectū sortiri non pōt, simile aliqd cuti, carnē.s.q̄ cutis naturę vicina sit, instaurare oportet. Est aūt huiuscemodi, q̄ & sicca & calli similitudinē prę se fert. Ad cicatricē igı̄t obducendā necessaria erunt exiccantia, ac sine mordacitate adstringētia medicamina. Ita, & si sordities aliqua fuerit adnata, intētio quidem erit abstergēdi: & erit medicamē salubre, abstersiuū. eorundē vero materiā in libris, in qbus de medicaminibus agitur, scripsimus. Et qdē, si aliqua inflāmatio, vel attritio, aut tumor p̄durus, id est scirrhus, vel mollis, & laxus.i.œdema, cum vlcere fuerint, prius eorum curationi intendere

C oportet, eas sequendo vias ac rationes, quas prius exposuimus. Sic, & si aliquid vlceri illabitur, ad illabentium curationem intendendum. Eodem pariter modo, si aliqua intemperies vlceratum locum obsederit, ad eiusdem intemperiei remedia antea veniendum. Sed de his quidem satis.

De speciebus morborum secundum formationem. CAP. 93.

NVnc vero trāseundū ē ad formatiōis genus, quod in plures secaı̄ drı̄as. At ab eo, qđ euidentissimū existit, exordiū est sermonis faciēdū, qđ ex figurę ꝑmutatiōe cōtingit. In his igı̄t, qui adhuc crescūt, possibile ē plurimarū partiū figurā emēdare: ī his aūt, q iā aucti sunt, minime. Intētio vero in ijs, q curationē admittūt, ad cōtrariū euersiōis adducere. Si vero fractiōe aliqua non recte cōformata alicuius mēbri figura fuerit vitiata, cui substantia callosa innasci p̄uenerit, si qdē hęc adhuc recens extiterit, perfringere oportet, ac rursus recte afformare, deinde callum supinducere.

De obstructione. CAP. 94.

ESt vero & obstructio ex eodem genere ægritudinū: Quę qdē ex lentis & crassis humoribus fit, vnā & ipsa hn̄s intentionē morbo cōtrariā, dico aūt apertionē. causæ vero salubres sunt, abstergētia, atq; incidentia medicamina: Quæ vero fit à stercore duro, quod intersepit intestinū, primū quidē habebit duritiei correctionē ex humidis pinguibus q́; clysteribus, demū ex acribus eua

D cuationē exposcet: Quæ aūt à lapide fit in vesica, in p̄senti qdē transpositionē reqrit: integrę vero sanitatis cām, incisionē & extractionē. Humiditatis aūt, quæ p̄ter naturā in parte cōtinetur, sanatio in oı̄moda euacuatione consistit, quēadmodū ēt in suppuratis. Immodica aūt repletio immodica euacuatione curaı̄: vt cum sanguis intra venas redundat. Sic, & quibuscunq;, vel in ventriculo, vel in intestinis, vel arteria aspera, vel pulmone pus aut sanguis continetur, integra euacuatio est necessaria. Superflui aūt cibi aut potus adhuc recentis assumptio a buacuatione corrigı̄t. Quæcūq; igitur in pulmone vel thorace cōtinenı̄, cū tussi educuntur, sed à medicaminibus extenuātibus. Quæcūq; vero in hepate, vel venis, vel arterijs, vel renibus, aut ꝑ vrinam, aut per vētrem: sed ꝑ vrinā quidem ab ijs, q̄ vehemēter extenuant: ꝑ ventrē vero ab ijs, q̄ attrahendi aut aperiendi ora vim habent. Quæcunq; vero in superiori ventre comprehenduntur, per vomitum: quę autem in inferiori, per subductionem. Sed, quæcunq; sub cute, per sectionem, vel ignem, aut per medicamina adurentia. Sic vero aliquando quæcūq; in aliqua naturali cauitate, vt in thorace. Et, vt summatim dicam, quicquid pręter naturam in aliquibus partibus continetur, sanationis intentio est ablatio, quæ si fieri non possit, transpositio. Quæ vero nō sunt ex toto genere pręter naturam, at quantitate damnantur, in his intentio est abuacuatio. At inuentio eorum, quæ ad ipsorum sanationem perducunt, partim quidem ex affectu, plurimum vero ex ipsis affectis particulis sumitur.

De

De asperitate & læuitate. CAP. 95. E

QVæcũq; partes vero ob id, ꝙ exasperatæ, naturalẽ amiserint habitũ, his læuitas naturalis est restituẽda, ossa qdẽ lęuigãdo, arteriã aũt asperã vel linguã leniendo humidis, quę nihil mordeant, & lentorẽ habeãt. Sed quibuscũq; lęuitas pter naturam inest, asperitas est reuocanda medicaminibus, quæ sufficienter abstergãt, & parum adstringãt. Quæcunq; vero obstructiones, vel angustiæ meatuũ alias sequantur ægritudines, ab illarum curatione prius est incipiendũ. Ostẽsum siquidem est in libro de Differẽtijs morborũ, quod & inflãmationibus, & duris laxisq; tumoribus, & siccitatibus aliqñ immodicis, ac pręterea vitiosis partiũ continẽtium figuris, ea, quę nuper diximus, sæpius adueniunt: sicuti & quibusdã tumoribus eorũ corporum, quæ sunt in ambitu. Quod si nõ nulla ex ꝓxime dictis inuicem cõplicentur, varias habebunt indicationes. Sufficiet aũt in vno tanq̃ in exemplo habuisse sermonẽ, qm̃ de oĩbus in libris De arte curãdi plenius sumus executi. Supponatᷣ cuipiam particulæ multitudinẽ sanguinis influere adeo, vt distendantur quæ in ea sunt vasa, non maiora tm̃, sed ẽt parua, quæ prius sensum effugiebãt: nũc vero quia plena sint, visu cõprehẽdanᷣ, sicuti plerũq; ĩ oculis ob tunicæ albedinẽ manifestissime patet: Par aũt certe est, ꝙ & alia vasa, quæ latent sensum, iam plena distendanᷣ, nondũ & ipsa ob paruitatẽ visui manifesta. Et iã periculum imminet, ne, quod ex vasis exudat, ad spacia vacua, quę in medio sunt, F effundatur: aut ne iã paruum aliquod sit effusum. Huius quidem affectus sanatio intẽtionẽ habebit euacuationem, aut, vt manifestiori vocabulo vtamur, abuacuationem: siquidem morbus erat immoderata partis repletio. Necessarium igitur est, vt aut superfluitas retrocedens euacuetur, aut ꝑ ipsam patientem particulam. Retrocedet aũt, vel impulsa, vel attracta, vel transmissa, vel horũ vno aliquo modorum, vel oĩbus. Per locũ vero patientem euacuabiᷣ, partim quidem manifeste & sensibiliter, partim vero in vapores tenuata. Si igitur vniuersum corpus plus æquo plethoricum fuerit, ꝑ patientẽ locum minime euacuandum. Nã, si scarificationibus aut sectionibus sensibiliter euacuabimus, plus rõne excitati doloris attrahemus. Si vero calefaciẽtibus dispergere tẽtabimus, plus erit id quod vi caloris ad partẽ attraheᷣ, q̃ dispersum. Quod si ĩ eo elaborabimus, vt, quod influxit, retrocedat, corpus plenum non admittet. Ad hæc igiᷣ ambo totum corpus euacuare oportet, aut oĩno ad alia loca retrahere, quod patienti particulæ influit, quo perfecto opere, prius à parte repellendum, q̃ dispergendum. Quanto. n. per maiora fit, tanto expeditior est euacuatio. A patiente vero loco adstringendo, ac refrigerãdo repellemus, sed & exinanita loca attrahũt ad seipsa, quæcũq; repercutiunᷣ. Hoc siquidẽ ostẽsum ẽ in eo volumine, in quo De potẽtijs naturalibus agitur. Et vasa ꝑterea vigore ex medicaminibus adstringẽtibus addito, à se ad alia remittent. Si igitur G hac via superfluum oẽ retrocesserit, bene se res habet: At, si aliquid fuerit in parte retentum, coniecturandum erit id lentum ac crassum existere, atq; ea rõne iam coactũ atq; adstrictũ, vt cum difficultate extrahi possit. Fieri aũt põt, etiamsi non eius naturæ sit, vt ad spatia, quæ in medio sunt, sit effusum: in quo casu tũc ad id veniendum esse tẽpus suadet, vt hoc ipsum, quod reliquum est, per patientem locum euacuemus, imponendo supiacẽtibus partibus ea, quæ influentẽ humorẽ repellẽdi vim hñt. Maxime vero euacuabis, si in spatijs intermedijs aliqd contineri coniectura assequeris, & scarificationum auxilio, & medicaminum, quę vim habeant dispergendi. Sed, qm̃ hæc oĩa vires calidas habent, eiusdem vero tẽperaturæ opus est mordere, qñ modũ in caliditate excesserit, cauenda ex eis sunt vehementissime calida, ac tum pręsertim, cũ patiens locus inter summa fuerit. Neq;. n. paruus excitabiᷣ dolor, si ꝑter ꝓprium affectum insuper mordeatur: oĩsq; præterea dolor fluctiones cõmouet. Quod igitur mediocrẽ caliditatẽ obtinet, in his sensum doloris non inuehit: atq; eo amplius oĩ dolore vacat, si humidum extiterit. Et qdem, quicqd ꝑ summa hæret, potẽs est id medicamẽ dispergere, quod ẽt validas non habuerit ad dispergẽdum vires. Quod si summę qdem partes oĩ noxa caruerint, id vero, quod euacuari oportet, in penitioribus partibus fuerit, intendendus atq; augẽdus dispergẽtis medicaminis calor, cũ dubitãdum sit, ne prius, q̃ ꝓfundas attigerit partes, interim vires amittat. Neq; tñ ex eo summæ partes aliquem dolorem sentiet, cum oĩ vacent affectu. Quare nunc hæc duo simul inuitant ad calidiorum pariter atq; acrium medicaminum vsum, & summę partes, quę tolerant, & ꝓfundę, quę egẽt. Hęc igitur ex situ particulę indicatio assumebaᷣ. Deinceps vero, si qd ad sanationem deficiat, consideremus: neq;. n. paruum aliquid deesse videᷣ. Affectæ partes, in quibus fluctionis superfluitas retinetur: nõ nullæ quidem raræ & laxæ, & molles natura existunt: non nullæ autẽ densæ, & pressæ, ac duræ. Priores igitur facile euacuantur: reliquę aũt acrioribus euacuãtibus, ac ꝑterea tenuiores partes habentibus egent, atq; eo ẽt magis, quanto profundiorem situm habuerint. Hæc igiᷣ tibi rursus sit indicatio altera à particulæ patientis substantia: alia vero à formatione simul ac situ. Supponatur. n. si ita contigerit, in hepate esse proxime dictum affectum in angustis vasorum finibus, impactis humoribus, qui vel lenti ac tenaces, vel crassi existant, vel superabundent. Non'ne in promptu est primum quidem crassitiem vnà cum lentore, et tenacitate, cibis ac potibus extenuãtibus, ad subtiliorũ partium substantiã transferri oportere? Secundo aũt loco non per angustos, atq; inuisibiles solum, sed ꝑ latiores ẽt meatus, qcquid infestum existit, esse euacuãdum? Sunt. n. in hepate venę nõ minus amplitudine, q̃ numero, excedentes. Terminãtur aũt hę qdem in gibbis ad venã cauã, hæ vero in cauis ad portam:

A tam: vnde facillimũ tibi est futurum, in vtrislibet pressi, ac stipati humores fuerint, eosdẽ expedite euacuare, trahendo qdem ad ventrẽ his, quę attrahẽdi vim hñt, medicaminibus eos humores, quicunq; in venis ad caua hepatis ptinentibus sunt aceruati: ad vrinę vero meatus promouẽdo per cauã venã, quicunq; in venis ad gibba pertinentibus sunt. Sed pręter supradictas alia est indicatio ab hepate ipso, veluti à venarum principio. Nam, cũ non tãtum seipsum regere natura aptum sit, vt pleræq; animalis partes, sed venis præterea virtutẽ largiatur, periculum imminet, ne, si eius vigor perfusionibus, & cataplasmatibus relaxãtibus fuerit exolutus, & ipsum primum ad sui opus, atq; oẽs subinde venæ eius rõne imbecilles efficiant. Quare in eius curationibus aliqua ex adstringentibus medicaminibus miscere oportet. Sed, qm̃ in profundo admodum loco situ est, dubitandum erit, ne adstringẽtis medicaminis vis exoluatur, nisi ab aliqua altera subtilium partium substantia, qualis aromatũ est, traducatur. Melius vero fuerit, si & ipsum adstringens medicamẽ protinus etiã aromaticũ fuerit: nam, si duas habuerit natura insitas qualitates, ac potestates, valentius operabitur. Et quidem euacuetur, quod præter naturã in membrum confluxit: Seruet aũt humorum modum naturæ conuenientem. Quare & illa animaduersio à nobis est in hoc adhibenda, ne quid ab humoris confluentis qualitate eiusdem membri temperies sit alterata: si pituitę naturam B tenuerit, ad frigiditatem: si vero bilis, ad caliditatem: vt hanc ipsam curantes intemperiem, sanitati exquisite restituamus. Curabimus aũt contrariam ex aduerso afferentes qualitatẽ, quemadmodũ in intemperaturarũ curationibus diximus, quantum vnumquodq; calidius, aut frigidius factum est, tantum refrigerantes, aut calefacientes: Quare & hic rursus agnoscenda est ipsius ẽm naturam temperies. Nam quo pacto sciemus, quantum in frigiditate, aut caliditate à naturæ modo recesserit: aut quando à frigefaciendo supersedebimus, si nos latuerit ea, quę est secundum naturam caliditas? Ita vero & si frigidius effectum calefaciemus, ignorantes frigiditatis naturalis modum, neq; opportune calefacere, neq; in tempore à calefaciendo desistere poterimus.

De morbo secundum numerum. CAP. 96.

SEd, qm̃ de his satis diximus, transire iam tempus ad ea, in quibus numerus non est secundum naturam. Cum vero duplex sit eorum differentia, quibus quidem aliqua particula deficit, his intentio est alteram efficere subministrãdo naturæ, eo, quo diximus paulo ante, modo: at, quibus superabundat, hanc resecare oportet, aut scalpello, aut igne, aut medicamine, quod vrendi vim habet. Hæc igitur omnia ferè sanare possibile est: at non æque omnia generari possunt, vt in libro De semine diximus. Quædam vero sunt, quæ etsi generari non possunt, licet tamen pro ipsis alterum C efficere, quemadmodum in osse ex toto sublato alteram substantiam in eius sede reponere à carne, atque osse differentem. Est enim, quę in eius gignitur loco, quædam veluti caro callosa, vel callus carnosus, & processu temporis magis ac magis ad calli duritiem transfertur, cum ab initio carnis potius imitetur naturam. Quacunq; vero parte sublata, cum neq; eandem secundum speciem substantiam, neq; similem efficere possumus, tertia nobis intentio quendam decorem inuenire, quemadmodum in mutilationibus.

De morbo secundum magnitudinem. CAP. 97.

COmmunicat aũt hoc genus totum cum eo, quod ad magnitudinem pertinet. Nã, quodcũq; ex eo est ẽm naturã, illi propinquum existit. Id vero tm̃ seiunctum est, ac separatum, quod inter ea, quę sunt è genere præter naturã, connumeratur. In quo quidem prima intentio est ablatio. Si vero hæc impossibilis existat, secunda est, transpositio, quemadmodum in suffusionibus. Quæcunq; vero nõ integris partibus, sed partium tantũmodo particulis deficiunt, aut excedunt naturæ modũ, refectio quidem vel generatio in his, quæ deficiunt: ablatio vero & abolitio in his, quæ superabundãt. Quare neq; in ipsis altera est intentio, neq; medicaminum forma genere diuersa. * καθαίρεσις.

De morbo secundum situm. CAP. 98.

D SEd iam veniendũ est ad reliquũ salubrium causarũ genus, quod ea corpora emendat, q̃ in situ sunt vitiata, veluti luxationes, & intestinũ in scroto. Fit aũt hoc ex violẽta tẽtione, atq; ipulsu: hoc vero ex dilatato, ac rupto cõtinẽte. Quare & duplex sanãdi modus: Alter qdẽ ad oppositã partẽ ei, ad quam facta ẽ pmutatio, itẽdẽdo, atq; ipellẽdo: Alter vero id, qđ cõtinet, firmius solidiusq; reddẽdo. Quibus vero vijs, ac rõnibus singula iueniri possint, i lib. De arte curãdi explanauimus.

De causis præseruatiuis. CAP. 99.

COnsequens est, vt ea omnia exequamur, quæcunq; in superiori sermone dicere distulimus. Vocant autem eadem Præseruatiua. Est autem horum triplex secundum genus differentia. Prima quidem hominis, qui integra fruitur sanitate: Secunda vero eius, qui non integre valet: Tertia eius, qui ægrotat. Primum igitur genus ad salubrem attinet artem, atq; in duas, vt antea diximus, diuiditur partes: Secundum vero ad præseruatiuam spectat: Tertium, ad curatiuam. Hoc autem vniuersum genus circa humores præcipua negociatur, quos neq; lentos esse oportet, neq; crassos, neq; aquosos, neq; plurimos, neq; vehementer calidos, aut frigidos, neq; mordaces, neq; putredini obnoxios, neq; venenosos. Nam, vbi aucti fuerint, generant morbos. Augentur vero non nunquam eadem ex causa, quæ ab initio generauit. Illud autem plerunq; accidit, vt sua alteratione simul inficiãt eos, q sunt in corpore humores. Intentio vero & horũ sanationis duplex existit,

ſtit, alteratio & euacuatio. Alterant igitur vel ab ipſo corpore concocti, vel ab aliquibus facultati- bus, quæ vim medicamentoſam habent. E quorum numero et ſunt ea, quæ exitialium ferarum venenis aduerſant, ac pterea pharmaca, quę deleteria, hoc eſt venena, appellant, transmutāt. Euacuant aūt ſatis calidis medicaminibus, & purgationibus, & clyſteribus, & ſudoribus, & vomitibus. Hę igit ſunt eorū cōes euacuationes. Proprię aūt ex locis, in qbus coaceruant, aſſumunt, vt in libris De ſalubribus oſtendimus, tertio præſertim ac quarto, in quibus de laſſitudinibus egimus, ac reliquis diſpōnibus, quę laſſitudini natura proximæ ſunt. Promptius.n.euacuantur per ventrē quidē, quæcunq; in primis venis continent ſuperfluitates: quæ aūt in his, quæ in hepate ſunt, per vrinæ meatus: at, quæ in toto copore, per ſudorem: ſicuti, quæ in capite, vel per palatum, vel p nares, vel per vtrunq;: quæ vero ſunt in ſpacijs thoracis laxioribus, per guttur ſimul cū tuſſi: quę ī renibus ſunt vel veſica, per vrinam. At attrahendi ex oī loco ad oppoſitas partes cōis indicatio, eſt ad quā maxime diſtātia: deriuādi vero, ad vicina. Quęcunq; vero huiuſcemodi curant diſpoſitionem, cauſas ſalubres appellamus: ſicuti inſalubres eas, quæ adaugēt: & neutras, quæ neq; obſunt, neq; iuuant. Poſſet vero quiſpiam neq; oīno cauſas appellare, quemadmodum maior pars ſophiſtarum, qui rerum quidem dñam inuenire contēnunt, plurimum vero tēporis in nominibus conterunt: contra quos in alijs vberius diſſeruimus. Ac pars quidem artis præſeruatiua talis eſt. F

De parte artis, quæ conualeſcentes reficit & ſenibus congruit. CAP. 100.

QVæ autem reficit atq; inſtaurat, in conualeſcentibus ac ſenibus locum habet. Quæ vero ſit horum diſpoſitio, & à quibus præcipue cauſis ad naturalem reducit habitū, in libris, in quibus de medendi arte tractauimus, abunde explicauimus. Sed nunc per capita dicetur. Diſpoſitio igitur talis eſt. Probus quidē, ſed exiguus eſt ſanguis, atq; vna cum ipſo ſpiritus animalis atq; vitalis: ipſæ vero particulæ ſolidę ſicciores: & idcirco eorū vires ſunt imbecilliores: atq; earundem ratione corpus vniuerſum, frigidius. Cauſę vero ſalubres, quæ hanc emendant diſpoſitionem, vt vno comprehendam capite, ſunt, quæcunq; præſentaneum atq; ſecurum exhibent alimentum: ſecundum partem autem, in motibus moderatis, & cibis, potibusq;, ac ſomnis cōſiſtūt. Sunt vero motus materiæ, vehicula, ambulationes, frictiones, & balneæ: &, vbi non parum ſe ex his profeciſſe ſenſerint, paulatim ſe ad conſueta opera transferant. Cibos autem aſſumant in principio quidem humidos & cōcoqui faciles, neq; frigidos: ac, cum progreſſi fuerint, eos etiam, qui plurimum præſtant alimentum. Potus vero opportunus eſt, vinū ętatem quidem habens mediocrem, in ſubſtantia autem purum atq; perlucidum, quod ſcilicet vel ſubflauum vel album exiſtat, atq; ſuauiter olens: guſtui vero, neq; aqueum oīno, neq; cum aliqua inſigni qualitate, aut dulcedine, aut adſtrictione, aut acritudine, aut amaritudine ſentiatur. Vt autē proxime diximus, de hiſce oībus, in libris De arte curandi conſcriptis plenius diſſeruimus. Nunc.n.neq; oīa particulatim recenſere eſt noſtri propoſiti inſtitutum, ſed ſolum capitum mentionem facere intēdimus eorum, quæ in alijs voluminibus latius explicauimus. Quorum oīum ſi prius, & numerum, & qualitatē expoſuero, finem libro imponam. Diximus itaq; prius, ꝙ alter eſt liber, in quo De conſtitutione artis medicinæ diſſeruimus. Antecedunt aūt eum alij duo De conſtitutione artium: ſed hi quidem vnà cum hoc, cui nunc extremam manum adiecimus, ſeorſum ſunt ab alijs libris, in quibus plenior doctrina explicatur. Illi vero talem inter ſe ordinē babent. De elementis quidem ſm Hippocratem liber vnus: Poſt hunc aūt tres de temperaturis, ex quibus quidem duo ſunt de temperaturis animalium: Tertius vero de ijs, quę ſimplicium medicaminum ſunt. Quam ob rem & tractatum illum, in quo De ſimplicium medicaminum poteſtatibus agitur, nemo recte intelligētia aſſequi pōt, niſi prius tertij libri De tēperaturis integram cognitionem fuerit adeptus. Eſt & alius liber paruus, qui ordine ſequit duos priores alios de tēperaturis. Inſcribitur aūt De inæquali tēperatura. Similiter aūt & hunc alij duo parui, alter quidem de Optima corporis conſtitutione, alter De bono habitu. Alius vero tractatus eſt, q tres cōplectitur libros, De potentijs naturalibus: quē H ſiquis legere velit poſt librū De tēperaturis, ſiue poſt librū De elemētis, vtrūq; erit cōſentaneum. Poſt hūc in pluribus alijs libris De operationibus animalibus diſſeruimus. Sed, qm̄ ad earum demonſtrationes non parum conferunt, quę per ſectiones apparent, in illis prius exercitari oportet. Eſt aūt maxime inter alios vtilis ille tractatus, qui De ſectionū aggreſſibus inſcribit. Alij autem ſunt poſt eū plures, duo qdē De diſcordia ſectionis, vnus vero De ſectione mortuorū: Poſt quos ſequunt hi, in quibus agitur de ſectione viuorū. In alijs vero quibuſdā particulatim ob eos ſcripſimus, qui introducunt, De oſſibus. Sectio quoq; muſculorū, & neruorū & arteriarum, & venarū, & quędam alia huiuſcemodi ex eodem numero exiſtunt, & liber ēt, in quo quęrit, Nunquid in arterijs contineat ſanguis naturaliter. Qui vero earundem partium operationes demonſtrant, duo quidem ſunt, De motu muſculorū: tres autē De thoracis & pulmonis motu. Poſt quos ſequunt libri De cauſis reſpirationis. Poſt hos liber De voce. De principatu autē aīe, & de oībus alijs, quæ de naturalibus, vel aīalibus operationibus in quęſtionē trahunt, in lōgo ſcripſimus libro, qui De dogmatibus Hippocratis & Platonis inſcribitur. Ad eiuſdē generis contēplationem pertinent libri De ſemine ſeorſum conſcripti, & amplius de ſectione ſm Hippocratē. Quos oēs ordine ſequitur tractatio De vtilitate partium. Ad dignoſcendas autē ęgritudines vtilis eſt liber De locis affe-

ctis

A ctis.Itidem ille,in quo De pulsibus scribitur,in quo & pręcognitiones edocemus. Librum vero De pulsibus præcedunt alÿ duo,alter,qui De vsu respirationis,& alter,qui De vsu pulsuū.Is vero De pulsibus in quatuor diuiditur partes,primam,quæ eorū differentias: secūdam, quæ dignotiones: tertiam,quæ eorum causas: quartam,quæ illam,quæ per eosdem fit, cōtinet præcognitionē. Ex eodem genere est ille,qui ijs,qui introducūtur,De pulsibus scriptus est. At vero in animo est alium scribere librum,veluti quoddam omnium istorum compendium,quem inscribam vel Artem de pulsibus, † vel Compendium. Ad hanc quoq; iuuant contemplationem ea, per quę à me exponit,& simul iudicatur liber Archigenis de pulsibus. Ad præcognitionem autem plurimum confert liber De crisibus,id est decretis naturæ: quem præcedit alter De decretorÿs diebus. Sed liber etiam,qui de Difficili anhelitu inscribitur,& ad dignoscēdum præsentem affectum,& ad pręscienda bona vel mala,quę ęgrotanti sunt euentura,conducit. Hi igitur omnes,atq; vnà cum ipsis tractatus quidam vno tantum libro comprehensi,cognitu vtiles sunt: sicuti ille,qui de procatarcticis,id est præincipientibus causis inscribitur, & De medicinali experientia,& De extenuante victu,& qui De venę sectione aduersus Erasistratum, & qui de tumoribus pręter naturā, & qui De multitudine,atq; alÿ præterea similes. Præ cæteris autem ad curandi scientiam maxime necessarius existit,qui De morborum differentÿs agit,& De accidentium differentÿs. Et tertius præter B illos,in quo Morborum causas explicauimus. Post quos sunt tres alÿ,qui Accidentium causas explanant. Sunt etiam De medicamētorum simplicium viribus libri,de quibus supra meminimus: & qui De medicamentorum compositione,quos sequuntur libri De arte curandi,his,qui De salubribus inscribuntur,seorsim à nobis conscriptis. Quòd vero ante hosce omnes prius exercitari oporteat in libris De demonstratione,siquis hanc artem sit cum ratione tractaturus,monstratum est à nobis in libro,qui De optima inscribitur hæresi. De alÿs autem libris,& commētationibus à nobis scriptis transigere nunc minime necessarium,cum de hisce omnibus alibi simus tractaturi in vno fortassis,aut duobus libris,qui ita inscribentur: Galenus de voluminibus à se conscriptis.


† Additur in antiquis, vel isagogen vel Synopsin, & ē ille liber, qui in hac editioe nuper impressus est.


FINIS.

1a 2b 3c 4d 5e 6f 7g 8h 9i.

Omnes sunt quaterniones.

VENETIIS, APVD HAEREDES LVCAEANTONII IVNTAE.









GALENI

Extra ordinem Claſsium LIBRI

IN QVIBVS BREVES RERVM determinationes traduntur, quarum perceptio, ſuperiorum librorum lectionem requirit.

HVIC ETIAM VOLVMINI QVARTA HAC NOSTRA EDITIONE, *multus acceßit ornatus: Non paucis locis, accurata veterum exemplarium græcorum recognitione, integritati reſtitutis.*

Locis etiam nuperrime in margine adnotatis, quos ſparſim Galenus ex Hippocrate citat. Locis item ad ſingulos fere Aphoriſmos citatis, in quibus vel Hippocrates alibi idem dicit: vel Galenus Aphoriſmum aut explanat aut adducit.

Librorum ſeriem proximum folium continet.

Τὸ Ἀφοριστικόν.

VENETIIS APVD IVNTAS M D LXV.









LIBRI EXTRA ORDINEM CLASSIVM

GALENI Commentarij septẽ in aphorismos Hippocratis, Nicolao Leoniceno Vicentino interprete, ex plurium antiquorum codicum collatione à Iul. Martiano Rota, & Augustino Gadaldino facta: nuperrime etiam aliquot in locis ab eodem Augustino Gadaldino expurgati. 2

Aduersus Lycum, quòd nihil in eo aphorismo Hippocrates peccarit, cuius initium est, Qui crescunt plurimum habent caloris innati, liber, Iulio Alexandrino medico Tridentino interprete, ex postrema interpretis recognitione ad veterum exemplarium gręcorum fidem. 61

Contra ea, quæ à Iuliano in Hippocratis aphorismos dicta sunt liber, Iulio Alexandrino interprete, ex postrema interpretis recognitione. 66

Linguarum, hoc est obsoletarum vocum Hippocratis, explanatio, Mario Nizolio Brixellensi interprete, multis in locis emendata. 71

EX PAVLO MAGNOLO BVRNENSI PHILOSOPHO, ET MEDICO CELEBRI.

Argumenta septem segmentorum Aphorismorum Hippocratis.

SEGMENTVM PRIMVM,
Curatiuum.

Molesta. Necessaria. A se prouenientia. Extrema. Victus. Purgationes.

SEGMENTVM SECVNDVM,
Prænotiuum, Dignotiuum. Curatiuum.

Somnus. Labor. Nutrimentum. Purgatio. Iudicatio. Mos. Iuniores. Senes. & alia: hæc autem maxime.

SEGMENTVM TERTIVM,
Prænotiuum.

Aegrotationes in tempestatibus vniuersalibus, & particularibus, & ætatibus.

SEGMENTVM QVARTVM,
Curatiuum, Pronotiuum, Dignotiuum.

Medicationes. Decedentia. Abscessus. Sudores. Febres. Iudicationes. Vrinæ. hæc maxime.

SEGMENTVM QVINTVM,
Prænotiuum, Curatiuum.

Contractio. Internum pus. Calidum. Frigidum. Muliebria. Hulcera.

SEGMENTVM SEXTVM,
Prænotiuum.

Superuenientia. Mala virtutis nutritiuæ, & rectiuæ. Localia: & alia: huiusmodi autem maxime.

SEGMENTVM SEPTIMVM,
Prænotiuum, Dignotiuum, Curatiuum.

Superuenientia. Localia. Mictiones. Sputationes. hæc plurima: & ex superioribus: & suspecta multa.

GALENI

IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARII SEPTEM

Quos à Nicolao Leoniceno translatos

Iul. Martianus Rota, & Augustinus Gadaldinus è compluribus græcis codicibus illustrauerunt.

Aliquot etiam locis nuperrime ab Augustino Gadaldino expurgatis.

Locis etiam ad singulos ferè aphorismos subinde nuper citatis: in quibus vel Hippocrates alibi idem dicit: vel Galenus aphorismum aut explanat, aut adducit.

COMMENTARIVS PRIMVS

1

2. de Vsu par. 1ª.193.a
de Causis procatarc: 3ª.95.c
In 6. Epi. cõ.4. 9.3ª 181.e
2. de Pulsuum diff.4ª.59.c
2. de Crisibus. 4ª.130.g
. de Dieb⁹ decret. 4ª. 150.b
. de Simp. medic. fac. 5ª 39.f
. de Arte curatiua ad Glauc. ª.94.c
In Explanatiõe linguarũ Hip. xt.or.71.c
Sectis ad eos, introducũť. ago.17.e

VIta breuis, ars longa, occasio præceps, experimentum periculosum, iudicium difficile. Nec solum seipsum præstare oportet opportuna facientem, sed & ægrum, & assidentes, & exteriora.

C Hanc orationem, siue vnus sit aphorismus, siue plures, esse procœmium totius operis, pro confesso habetur apud omnes ferè eius expositores. Quid vero sibi Hippocrates volens, tali vtendum procœmio censuerit: maxime ambiguum est. Forte vero idipsum inueniemus, si singulas orationis partes prius diligenter considerauerimus. Quod quidem igitur vitã dixerit breuem artis cõparatione, omnibus ferè libri expositoribus est manifestũ. Artẽ vero ipsam hac ratione arbitror longam existimare, quoniam omnium ferè operationum particularium occasionẽ habeat momentaneam, & ob id difficulter comprehensibilẽ: vt nemo eã possit agnoscere, nisi qui diu in hac fuerit exercitatus. Ac, cũ duo sint instrumenta † ad artes inueniendas necessaria, experimentũ, & ex ratione iudiciũ: illud quidem periculosum est, hoc autẽ haudquaq̃ facile existit, immo, siquid aliud, maximã habet difficultatem. Est igiť occasio præceps ob materiæ, circa quã versatur ars, fluxibilitatem. Corpus siquidem nostrũ valde mutationibus obnoxiũ est: neq; à causis externis tantum, sed ab internis etiã facile alteratur. Experimentũ vero periculosum est, propter materiæ dignitatem, non propter transmutationis facilitatẽ: hęc enim in momẽtanea occasione continetur. Iudiciũ
D vero siquis (vt ego assero) pro ratione accipiat, liquet ipsam esse difficillimam, cũ ad hoc vsq; æui ambigua permanserit: si vero (vt non nulli, qui se ab experiẽtia empiricos nominant opinanť) per iudiciũ intelligat eorum, quę experientia eueniunt, diiudicationẽ: sic quoq; non est obscura † eius rectitudinis difficultas. Sed auctorẽ libri esse dogmaticũ in tota ostendetur cõmentatione. Prima itaq; procœmij particula ad hunc vsq; locũ terminatur. Secundam autem scribit non vt pronuncians, sed vt cõsulens: Nec solum seipsum pręstare oportet opportuna facientẽ, sed & ęgrũ, & assidentes, & exteriora. Quorũ verborum vis talis existit: Si debes exquirere, & examinare veritatem eorũ, quę in hoc libro scribuntur, nõ modo teipsum medicũ oportet omnia, quę cõuenit, agere: sed & ægrum, & ministros: atq; insuper exteriora omnia in nullo delinquere. Prima itaq; pars orationis hoc vnũ caput complectitur: Vita breuis, ars longa. Nam reliqua, quæ sequũtur, artem esse longã demonstrant. Post hanc secũda pars quoddam veluti consiliũ, siue pactum affert illis, qui librũ lecturi sunt, ac diiudicaturi. Sed quid nam sibi vult statim in libri principio hoc scribens, breuẽ esse vitã, si ad artis magnitudinem cõferatur? Nam hoc ipsum indagare, ab initio proposueramus. Sunt itaq; nõ nulli, qui volunt id egisse Hippocratẽ, exhortandi homines gratia ad artem gnauiter exercendam: non nulli contra, dehortandi causa: quidam ad hunc finem, vt experireť, atq; discerneret eos, qui gnauiter, & eos, qui secus, artẽ essent exercitaturi: alij volunt ipsum

† *à quibus ea quæ in artibus sunt, inueniuntur.*

† τὸ δυσκατόρθωτον αὐτῆς

cauſam attuliſſe,ob quam oportuit ſcribere commentationes: alij adiiciunt, aphoriſticas. Quidam hoc ſermone putant ipſum cauſas aſſignaſſe, propter quas hæc ars ſit coniecturalis: alij, ex quot cauſis contingat medicos ſuo fine fruſtrari. Hi igitur,vt à poſtremis primũ incipiam, mihi omnino videntur nihil conſonum dicere. Quam enim præ ſe ferret ſapientiam, aut quid Hippocratis ſententia dignũ,ſtatim circa initia operis docere,vel ꝙ ars quędam coniecturalis ſit medicina,vel ꝙ eius fruſtramur fine,ſiue hoc fiat ex nobiliſſis, ſiue ex magnitudine artis? Sed & verba illa /nec ſolũ oportet præſtare ſeipſum opportuna facientẽ,ſed & ægrũ,& aſſidẽtes, & exteriora/ contrarium omnino indicant. Hæc enim omnia illi magis ſcribere conuenit, qui profiteatur oĩa, quæ in libro cõtinentur,eſſe vera,ꝙ̃ qui fateatur ob multas cauſas non ſortiri finẽ. Neq; enim dixiſſet,Oportet autẽ: ſed poſt illa verba /vita breuis,ars longa,occaſio præceps, experimentũ periculoſum,iudiciũ difficile/ hæc alia ſubiunxiſſet, Et medicus ipſe etiam delinquit,& ægri,& eorũ miniſtri. Sed neq; illi,qui aiunt voluiſſe ipſum auertere lectores à ſtudio medicinę,cũ dicat vitam eſſe breuẽ,artem vero longã,videntur mihi conuenientia dicere. Nam extrema foret demẽtia,ſimul ſcribere cõmentationes,quæ poſteritati vtile quidpiam tradant,ſimul ab initio ſtatim non ſolum à legendo,vel diſcendo ea,quæ ſcripſeris,dehortari, ſed etiã ab arte vniuerſa, cuius doctrinã profitearis,abalienare. Qui vero aiunt voluiſſe ipſum homines ad artẽ impenſiori ſtudio capeſſendam excitare (neq; enim aliter poſſe totam tempore breui, cum ſit longa, perdiſci) ij etſi quid veri dicunt,non tamen mihi videntur vel viri ſententia dignum,vel iis,quæ hoc in libro ſcribuntur,congruens ſatis procœmium oſtendere: ſicuti neq; quicunq; arbitrantur hoc genus ſermonis fuiſſe ab Hippocrate vſurpatum tentandi gratia illos, qui ad artem accedunt. Verum enim eſt, quod etiam à Platone dicitur, hac maxime via periculum fieri de illorũ animo, qui quãuis artem ſint percepturi,ſi magnam, atq; difficilem eſſe illis eam doctrinam oſtendamus. Atqui hoc neq; per librum aliquem,ſed per mutuos ſermones agitur,neq; mihi congruens videtur pręſenti commentationi: ſiquidem procœmium oportet iis,quæ ſunt in libro ſcribenda, eſſe accommodatum. Niſi forte quis ſentiat,omnium librorum primos legendos eſſe aphoriſmos,atq; ideo Hippocratem in procœmio commentationis communem feciſſe vniuerſæ arti ſermonem: volentem per hunc oſtendere,non poſſe vnumquenq; ſuo arbitrio artem diſcere medicinalem, longa cum ſit, ſed illos tantum,quibus ſuppetat tempus ad diſcendum, & natura ſint ad hoc aptiores. Quòd ſi probabile prorſus appareat hanc totius artis communem eſſe præfationem: neque illi ſunt reprehendendi,qui aiunt Hippocratem cauſam aſſignaſſe, ob quam commentationes ſcribere oporteat. Fecit autem & in libro,qui περί τῶν κατ' ἰητρεῖον, id eſt de iis, quæ in officina medici fiunt, inſcribitur, † omnium lectionum} ‖commune procœmium, quemadmodum in eiuſdem libri expoſitione fuit à nobis oſtenſum. Illorum itaque ſententia,qui vel doctrinæ modi,vel certe commentationum vtilitatis cauſam volunt in procœmio aſſignari,mihi præferenda videtur. Nam & forma doctrinæ aphoriſtica,quæ omnes rei proprietates breuiſſimis verbis circumſcribit, eſt illis vtiliſſima,qui volunt breui tempore longam artem docere: Et conſcribere commentationes ob id,ꝙ vita ſit breuis,ſi ad artis magnitudinem conferatur,ſummam habet prę omnibus aliis rationem. Nemo enim noſtrum ſatis eſſe poteſt ad artem ſimul & conſtituendam,& abſoluendam: ſed ſatis ſuper'que videri debet,ſi,quæ multorum annorum ſpatio priores inuenerint, poſteri accipientes,atque his addentes aliquid,illam aliquando compleant,atque perficiant. Vel enim propter iſtorum alterum,vel propter vtrunque,mihi videtur tali eſſe vſus procœmio, ac ſi ita ſcripſiſſet: Quoniam artis magnitudo vitam excedit hominis,adeo vt ab homine quantumuis diligẽti, ac laborioſo non poſſit & inchoari,& ad finem vſque perduci: propterea operępretium eſt, quæ quiſque cognouit,ea mandare literis, & tradere poſteritati commentationes, quæ rerum docendarum naturam omnem diligenter,breuiter,& dilucide interpretẽtur. Quòd vero ars longa ſit, verba hæc,quæ ſubſequuntur,demonſtrant: Occaſio præceps, experimẽtum vero periculoſum, iudicium difficile. Quaſi ita dixerit: Vita breuis, ars longa: quoniam & occaſio præceps, & experimentum periculoſum,& iudicium difficile. Propter hoc enim & ars longa, quoniam occaſio agendorum in ipſa eſt maxime præceps, hoc eſt anguſtiſſima,& breuiſſimi temporis. Præterea,cum ſint duo inſtrumenta, per quæ remedia inueniuntur, ratio, & experientia: hæc quidem eſt periculoſa,ratio vero difficilis,hoc eſt non facilis cognitu. Vera autem eſſe,quæ dicuntur,non eſt difficile paucis oſtendere. Occaſio enim præceps eſt propter artis materiam: dico autem corpus,quod continue fluit,& momento temporis tranſmutatur. Experimentum autem periculoſum eſt & ipſum,materiæ ratione. Neq; enim lateres,lutum,ligna,lapides,tegulæ,coria,artis medicinalis,vt aliarum,materia ſunt: in quibus experiri,& exercitari multis modis impune licet illi, qui ſe circa materiam exerceat,& artis theoremata meditetur: id quod in lignis carpentarij,in coriis coriarij faciunt. Ligna ſiquidem,& corium male tractantem corrumpere, nullum periculũ eſt: at in corpore humano illa experiri,quæ non ſunt experientia comprobata, non eſt citra periculum,cum mala experientia ad totius animalis interitum terminetur. Iam vero & iudicium (ſit autem ratio ipſa iudicium,quoniam per eã,quæ ſunt facienda,iudicãtur) difficile eſt, nec inuentu facile: de vero autem iudicio loquor: atq; hoc ſectarum multitudo in arte medicinali oſtendunt. Neque enim, ſi veritas eſſet inuentu facilis, tot ac tanti viri, qui illam perquiſierunt, vnquam in

tam

† *Quod hic Galen⁹ dicit ἁπασῶν τῶν ἀναγνώσεων, id ẽ omnium lectionũ, ipſe in procœmio eiuſdẽ libri de officina medici, & in primo progno. com. 8. dicit totius artis.*

de Iis, quę in medicatrina fiunt, cõ. 1. t. 1. 2. 3. & 4. 7ª. 195. f. & c.

E F G H

A tam repugnantes sententias deuenissent. Empiricis vero nõ videtur ratio dici iudicium, sed, quæ per experientiam inuenta fuere, auxiliorum diiudicatio. Nam, re vera, & hæc difficilis est, nec exploratu facilis, quãdo multis remediis ægrotanti adhibitis, aliquod vnum illorum in causa fuisse diiudicat, vt æger vel melius se habeat, vel deterius: quem si forte contigerit bene dormiisse, dein de vnctum fuisse, postea emplastrum adhibuisse, deinde clysterem, vel spontaneam ventris deiectionẽ habuisse, deinde tales cibos assumpsisse, & post hæc omnia sensisse iuuamentum, vel detrimentum: non facile dictu est, quid nam eorum, quæ circa ipsum facta sunt, aut iuuerit, aut nocuerit. His igitur ex causis omnibus iudiciũ est difficile. Sed iam sermonem totum vno capite colligamus. Ars quidem est longa, si eã vnius hominis vita metiamur. Expedit autẽ relinquere posteris cõmentationes, præsertim compendiosas, atq; aphoristicas. Nam talis doctrinæ modus, & ad primam disciplinam, & ad illa, quæ quis didicit, retinenda, quæ q; oblitus postea fuerit, in memoriam reuocanda, vtilissimus est. Consonant autem his & verba sequentia. Nam, tanq̃ proœmium fecerit, & ipsi cõmentario, & his, quæ in eo scribenda fuerunt, cõuenienter subintulit. Nec solum oportet præstare seipsum opportuna facientem, sed & ægrum, & assidentes, & exteriora. Siquis (inquit) aliquando diiudicaturus est, quæ in hoc libro scribuntur, quantum habeant veritatis: nõ B solum seipsum præstare debet opportuna faciẽtem, & nihil, quod ægro possit conducere, prætermittentẽ: sed & ipse æger parere medico debet, & in nullo propriæ indulgere voluptati: ministri etiam idonei assideant, oportet: & exteriora omnia adsint apparata. Nam propter illa plerũq; vel præcognitionem, vel curationem, vel vtraq; interrumpi contingit. Exteriora autem sunt habitationes idoneæ, vel turbarũ plenæ, vel turba vacantes, præterea quæ nunciant, & aguntur, quæ q; iram, aut tristitiam, aut aliquem alium affectum ægrotanti infligunt, ad hæc illa, quæ noctu somnum abrumpunt, quæ propè infinita sunt. Si igitur (inquit) hæc omnia bene, & recte se habuerint: nihil eorum, quæ in hoc libro scribuntur, falsum esse inuenietur.

a. Apho. 23. o.d. Et apho. 5.10.h. a. Aphor. 2. 7.c.e.g Cõtra ea quę à Iuliano ĩ Hip. aph. dicta sũt Extraord. 66.c

2 ‖*In perturbationibus ventris, & vomitibus spontinis, si talia purgentur, qualia purgari oportet: confert, & leuiter ferunt: sin minus, contra. Sic & vasorũ inanitio si talis fiat, qualis fieri debet: confert, & bene tolerant: sin minus contra. Inspicere itaq; oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non.*

In Ep... fius... tis ad ... tum.

Non de quãtitate eorum, quæ euacuantur, sermo ipsi est (vt nõ nulli sunt arbitrati) sed de qualitate tantum, vt manifestant duo verba, qualia, & qualis. Nam in iis, quæ sponte fiunt, euacuationibus, ita dixit ‖Si qualia oportet purgari, purgẽtur: confert, & leuiter ferunt/. In aliis vero, quæ C à medico /si qualis fieri debet, ita fiat/. Atqui potuisset dicere, Si, quantum purgari oportet, purgetur: & rursus, Si tanta fiat, quanta debet fieri. Hoc idem ostenditur & ex verbo purgari. Neque enim simpliciter dixit, Si, qualia oportet euacuari: sed, Si, qualia oportet purgari. Est autẽ purgatio, humorum, qui sua qualitate molestant, euacuatio. In his itaq; multi delinquunt expositores, qui neq; verba, neq; mentem hominis recte percipiunt. Adhuc autẽ magis peccant, cum nomen κενεαγγείαν, i. vasorum inanitionẽ alij pro inedia accipiunt, alij pro venæ sectione. Hippocrates siquidem omnem euacuationem solet ab euentu nominare vasorum inanitionem: q̃m in omnibus euacuationibus contingit vasa inaniri. Sermo quippe nunc ipsi est de qualitate eorũ, quę euacuantur. Sicuti autẽ semper adhortatur, vt, quę recte à natura fiunt, medicus imitetur: sic & nunc idem agit, à spontinis euacuationibus suã exorsus orationẽ: in quibus si, qualia oportet purgari, purgentur, (hoc est ea, quæ corpus infestant) confert, & leuiter ferunt. Quòd si aliorũ fiat euacuatio, & non eorum, quæ corpora nostra molestant, contrarium euenit: neq; enim confert, & grauiter ferunt ægrotantes. Eodem pariter modo, si medicus moliatur aliquam facere euacuationem, eorum esto, quæ corpora nostra molestant: quemadmodum & in aliis locis humorẽ noxium prę cipit euacuari, neq; alterũ illi in euacuatione præferri. Si igitur pituita superabundet, hanc omni- D no oportet euacuari: flaua autem bile vel atra infestante, abstinendum est à pituita, & bilis infestans euacuanda. Sic & si sanguis in corpore modum excesserit, sanguinem euacuari oportet: itidem & serosam eius partem, si hæc fuerit superabundans. Humorẽ autem superabundantẽ ex colore debemus coniectari, nisi aliqui forte in profundũ recesserint. ‖Color enim similis efflorescit humoribus, si non retro gurgitauerint. In iis ergo præcipue, qui retrocesserunt, & non sunt æqua portione per totũ corpus diffusi, oportet inspicere tempus "anni, & regionẽ, & ætatem, & morbos, in quibus cõueniat, aut non: hoc est in quibus conueniat, aut non, talis vel talis humoris facere euacuationẽ. Habet enim & vnusquisq; humor in corpore superexcedẽs indicia propria: de quibus deinceps plenius dicemus. Perfectæ tñ gratia cognitionis, inspicere oportet tempus anni, quod præsens est, & regionẽ, in qua degunt ægrotantes, & eorum ætatem, & speciem ægritudinis. Sint enim, si ita cõtigerit, flauæ bilis in corpore abundantis indicia: simul cum ipsis inspiciendum erit, si tempus æstiuum, si regio calida, si æger in ætatis vigore consistit. Eodem modo & in pituita considerandum est, si adsit hyems, si regio frigida, si homo senex. Et præter hæc omnia, ipsam morbi speciem inspicere oportet: veluti q; tertiana (si ita contigerit) fit à flaua bile modum excedente, quartana ab atra, quotidiana à pituita, cancer ab atra bile, erysipelas à flaua, atq; singulæ alię morborum species. Si enim hęc omnia distinxerimus, firmius, atque stabilius ad

Infra apho. 25. 10.h

Principiũ libri de Humorib.

li. 1. 24.c.3. .71.f.g

noxij humoris euacuationem perueniemus. Illi igitur expositores præ aliis (veluti absurda dicen E tes) sunt repudiandi, qui putant ipsum de sola inedia, quæ adhibetur in febribus, sermonem habe re: neq; enim ipse febres nominauit, sermo q; fit de omnibus in vniuersum, quæ sunt præter natu ram, intentiones nos docens, ad quas respicientes nos oportet inuenire non quantitatem, sed qua litatem euacuationis. Nam de quantitate, sequens disserit aphorismus. Quo autem morbi tempo re aggredi oporteat euacuationem, & quo modo ipsa sit facienda, in aliis deinceps dicet aphoris- mis: quare neque nunc mihi de his dicere est necessarium. Sic enim nostra doctrina non foret sa- pientior, & commentationes ad immodicam, minime q; necessariam prolixitatem peruenirent.

3 ‖*Habitus exercitatorũ, qui ad summũ bonitatis attingũt, periculosi, si in extremo constiterint. Neq; enim possunt in eodẽ permanere, neq; quiescere. Cum vero nõ quiescant: neq; possunt proficere in melius: reliquũ est, vt decidant in deterius. His de causis, bonũ habitum statim soluere expedit, vt corpus rursus nutriri incipiat. Neq; compreßiones, ad extremũ ducendæ (periculosum enim) sed qualis natura fuerit eius, qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit. Sic & euacuationes, quæ ad extremum deducunt, periculosæ. Et rursus refectiones, cum extremæ fuerint, periculosæ.*

de Bona hal tudine. 1°. 39 & c ad Thrasyb lum. 2°. 102. I in Suasoria artis oratio 11ag. 4. f de Optima cta ad Tras 11ag. 27. g

Illum, qui hunc antecedit, sermonẽ esse de eorum, quæ euacuantur, qualitate, docuimus. In hoc aũt & sequentibus vult de quãtitate docere: & ab immoderata repletione atq; euacuatione initiũ F sumit in hoc quoq; aphorismo proposito, sicuti in alio præcedente, quoddam exemplum suppo- nens, & ad ipsum, vt consueuit, suum sermonẽ dirigens. Exemplum aũt ipsi est, exercitatorũ bo- nus habitus. Vocat aũt bonum habitum exercitatorũ, illorum, quibus hoc est totius vitæ institu- tum, assidue operã dare exercitationibus, vt alios deiiciãt, qui mos est athletarũ. Qui enim simpli citer bonus habitus nominatur, quẽ plurimi agricolæ habent, in fodienda terra, metendis segeti- bus, & aliis ruralibus laboribus occupati, ad immodicã repletionẽ non attingit. Athletarũ autẽ bonus habitus non paruam culpam habet, studere magnitudinẽ molis corpori adiicere, & (vt li- quere potest) humorũ multitudinem. Hi enim apparatus sunt toti corpori nutriendo, qui si ipsi pręsto non adsint, fieri non potest, vt corpora ad molem immodicã perducãtur. Quare necessariũ est huiuscemodi dispositionẽ esse periculosam. Cũ enim vasa cibis, ac potibus fuerint supra mo- dum repleta, periculum est, ne aut ipsa disrũpantur, aut calor natiuus suffocetur, extinguatur'ue: sicuti etiam subita morte interierunt athletæ quidam, cum ad summam repletionem venissent. Qui autẽ ad naturę opera vtilis est bonus corporis habitus, nulli tali periculo obnoxius est, quia nunq̃ ad extremam peruenit repletionem: quare neq; ipsum soluere oportet, sicuti habitũ athle- tarum, cum ad extremũ peruenit. Hunc enim soluere oportet, haudquaq̃ morantes, sed anticipan G tes solutione periculum. Causam vero, ob quam soluere ipsum oporteat, talem ipse subiecit di- cens: Neq; enim possunt in eodem permanere, neq; quiescere. Nam, cũ semper natura coctionẽ, distributionem, sanguinis generationem, adiectionem, agglutinationem, atq; assimilationẽ ope- retur: quãdo nihil adiici solidis corporis partibus potest, neq; venę amplius habẽt conceptaculũ, in quod alimentũ distributum recipiatur, tunc necessario periculum imminet, ne aut vas aliquod dirumpatur, aut subita mors obueniat. Vt igitur corpus rursus habeat locũ, quo nutriatur, bonũ habitũ oportet sine mora soluere. Eius aũt solutio est euacuatio, vt liquet. Et hanc quoq; oportet non vltra modũ facere: cũ sit immodica euacuatio nõ minus immoderata repletione periculosa. Intentio aũt quantitatis euacuationis, non solũ humorẽ superabundantem respicit, sed & naturã, hoc est vires hominis, qui debet euacuari. Alij eni aliis magis, minus'ue pferunt euacuationes. Hæc itaq; ab ipso de bono habitu athletarũ dicta fuere, quæ quidem ipsa per seipsa possunt con- ducere iis, qui tale vitę institutum elegerunt: medicis autẽ sunt veluti exemplũ sermonis postea subiungẽdi. Inquit enim, Sic & euacuationes, quæ ad extremũ deducũt, periculosę. Et rursus, refe ctiones, cũ extremę fuerint, periculosæ. Tale quid in toto hoc sermone indicare volens, q nimirũ neq; euacuare, neq; replere supra modum oporteat: cuius rei documento esse potest bonus habi- H tus athletarum, qui alioqui inculpabilis existens (nam & bonis abũdant humoribus, & vires ro- bustas athletæ habent) hoc solum malum maximũ continet, q ad extremam venit repletionem: quapropter statim eum soluere oportet. Et, sicuti rursus, qui sunt tali habitu præditi, non sunt ad extremam euacuationẽ perducendi: sic, & qui alia quauis egent euacuatione, non sunt supra mo dum euacuãdi. Nam, vt in vniuersum dicamus, in omni euacuatione vires "ægroti oportet atten dere: &, donec tolerant, nec laborant, tentandum est humorem exuperantem educere: cum vero dissoluuntur vires, etiam si restent aliquæ superfluitates: cauere oportet earum euacuationem. Quod aũt ait, Et rursus refectiones, cũ extremæ fuerint, periculosæ: siquis debeat sermonẽ hunc ad exemplum referre, ne sit decurtatus, de vltima dictus repletione videbitur, quam iubet caueri, & non vsqueadeo reficere corpora, vt ad extremam veniant repletionem. Si vero sermonis figu ram attenderis, vt non nulli expositores fecere: de eadem re bis ipsum dicere, sed aliter atque ali- ter, cogitabis. Cum igitur ita dixerit, Sic & euacuationes, quæ ad extremum perducunt, periculo sæ: per hoc ipsum solum putabis præcipere, fugiendas esse immodicas euacuationes, qm̃ sint ad- modum periculosæ. Cum vero postea subiungens dixerit, Et rursus refectiones, cum extremæ fuerint, periculosæ: ob hoc vetare immodicas euacuationes, qm̃ & refectiones post ipsas factæ,

A. li. 1. 1. 4. 1. fol. 72. g

haudquaq̃

A haudquaquã securę existunt, cum sit natura iam facta imbecillis, & neq; iam possit sufficiẽter coquere, neq; distribuere alimentum, neq; assimilare. Verum, si quis ita sermonem acceperit: altera doctrinæ pars de extrema repletione, manifeste relinquetur, & frustra exemplum de bono exercitatorum habitu erit allatum. Quid, q & hoc ipsum verbum /rursus/ in tota adiectũ oratione, sententiam, quam diximus, videtur manifestare, cum ita dicat /et rursus refectiones, cũ extremæ fuerint, periculosæ/: Vt enim, qui de altera re sermonem faciat, ita verbum /rursus/ apposuit.

a Aphor. 28. 6.a

4 *Victus tenuis atq; exquisitus, in passionibus quidẽ lõgis semper, in acutis uero, in quibus nõ cõuenit, periculosus. Et rursus, qui ad extremũ deuenit tenuitatis, grauis est. Nam & repletiones, quæ ad extremũ deueniunt graues sunt.*

Cũ in superiori aphorismo de qualibet in vniuersum imodica repletione atq; euacuatione locutus fuerit: in hoc de ęgrotãtiũ victu sermonẽ habet, pręcipiẽs nobis, in passionibus lõgis semp victũ cauere tenuẽ, in acutis vero nõ semp: plurimi enim horũ victũ tenuẽ exigere videnť: quidã vero eorũ & illũ, qui ad extremũ tenuitatis deuenit. Esset aũt victus tenuis in extremo, qui p solã inediã vel melicratũ, vsq; ad iudicationẽ pcedit: Tenuis vero, qui p pauca, aut parũ nutriẽtia edulia, qualis ẽ ptisanæ succus. Eius aũt terminus est virĩũ diminutio, quarũ gratia nutrimus. In sanis B itaq; corporibus semp oportet robur seruare viriũ, vel augere alimẽtis, nõ diminuere. Ac augens qdẽ alimentũ est, quod plenũ vocať: conseruans aũt, quod mediocre existit: diminuẽs vero, qđ tenue dr. Hoc igiť semp fugere oportet: aliis vero, vt psentia exigũt, vti. In ęgrotãtibus aũt raro qdẽ accidit, vt robur corporis maius reddere, q̃ acceperimus, studeamus: magna vero ex parte studemus in lõgis qdẽ morbis seruare vires, in acutis aũt moderate debilitatas cõseruare. Nã, si eas ĩ istis tales, qualęs accepimus, vel seruare, vel augere semp studuerimus, morbũ augebimus. Qui vero morbi acuti victũ exigãt tenuissimũ in extremo, qui q; tenuissimũ quidẽ, nõ tñ in extremo, & q tenuẽ: in libro de victu acutorũ (qui de ptisana à nõ nullis inscribitur) plenius Hippocrates docuit: & nos nostris in eundẽ librũ expõnibus, totũ sermonẽ absoluimus. Nũc vero tm̃ hoc dixisse sufficiat, in oĩbus morbis, in quibus vigor & iudicatio primis quatuor diebus futura est, mõ vires sint fortiores, integrã inediã seruandã esse, quę est in extremo tenuissimus victus. In quibus vero nõ vltra primã septimanã protrahentur, fortibus existẽtibus viribus, solo melicrato vti sufficiet. Solus aũt hic victus tenuissimus esset, nõ tñ in extremo. Quòd si viribus nõ fidamus, ptisanę vtemur succo: rõnabiliter q huiuscemodi victus tenuis diceret: sicuti, qui p ptisanã hordeaceã, non est qdẽ tenuis exquisite, nisi oĩno pauca assumpta fuerit: non tñ propterea plenus, qualis qui fit p C oua, & alicã, & pisces, atq; alia huiuscemodi. Quod igitur adiectũ est sermoni de acutis, in quibus nõ cõuenit, [a] haudquaquã diciť propter peracutos, de his enim ipse mox inquiet: Vbi igiť morbus peracutus est, statim & extremos labores habet, & victu extreme tenuissimo vtendum est.

.lib 1 t.4.c.1. l.71.a

A * Dictio hæc non est in codicibus græcis.

B * Codi. multi antiqui habẽt διχῶς, vt Leonicenus vertit. impresi dictionem hanc non habent: & ita etiã paulo post codi. greci antiqui habent διχῶς vt Leonicenus: ĩpresi non habent.

5 *In tenui victu ægri delinquunt: quo fit, vt magis lædantur. Quicunque enim error committitur, maior in hoc fit, quàm in paulo pleniori victu. Propterea etiam sanis periculosus existit valde tenuis & constitutus & exquisitus victus, quoniam errores grauius ferunt. Ob hoc igitur tenuis victus atq; admodum exquisitus, eo, qui fit paulo plenior, magis periculosus.*

Huius initium aphorismi etiã aliter scriptũ inueniť, hoc modo: In tenui victu magna ex parte [b] bifariàm peccãt, qui ęgrotãt: quo fit, vt magis lędanť. Et hanc scripturã pleriq; magis altera probant, hoc putãtes Hippocratẽ voluisse dicere, q in tenui victu bifariàm ęgri delinquentes, magis lęduntť. Nam insciis medicis ob hoc ipsum coguntť cibari, qm̃ tenui victu ab ipsis regũtur: & hinc maius detrimentũ suscipiunt, q̃ si victu tenui non regerentur. [c]† Adhuc aũt delinquunt, scilicet & iã natura existente imbecilli, vt quę antea alimenti inopia laborauerit. Mihi autẽ videtur prior scriptura melior, vt quæ hanc quoq; cõplectitur, & sermonẽ facit generaliorẽ, cum de omni deli- D cto doceat, siue volentibus, siue inuitis ęgrotantibus accidat: vt talis sit sermo. Quicũq; error accidit ęgrotantibus, qui tenui victu regũtur, hic maius affert periculum, quia & natura à tali victu debilis facta est, & ad eũ transitus est insuetus. Confirmant antedictã scripturã ea, quæ de sanis dicuntur, in quibus tenuẽ ait victũ esse periculosum, qm̃ errores grauius ferunt, non quia propter victus tenuitatem cogantur delinquere. Quæ vero de aphorismo sequuntur, sunt manifesta.

C † Codi. qdã antiqui habẽt ἔτι δὲ ἁμαρτάνει, id est Adhuc aũt delinquunt & c. vt Leonic. impresi habent ὅτι δὲ ἁμαρτάνει, διαλλάττει & c. vt postea ita sit vertẽdum: Qđ aũt delinquãt, manifestũ est, qm̃ vires habẽ imbecillas.

Metho. med. 36.a

6 *Extremis morbis, extrema exquisite remedia optima sunt.*

Extremos morbos nominauit Hippocrates maximos, vltra quos non sunt alij. Quare præcipit in ipsis tota curatione exquisitissima nos vti, ac proculdubio victum quoq; adhibere tenuissimum: tales aũt prorsus sunt morbi peracuti, (in peracutis autẽ, qui tertio die ad summũ vigorem perueniũt, victus summe tenuissimus optimus est.) Vnde sequentẽ subiungens aphorismũ, ait.

De Crisibus. 128.h De Dieb. dec. 151.a & 2. De Dieb. decr. 155.d. & 1.d Methodi me di. 72. 52.c

D † τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν ὁκόσον ἂν, & c. i. tantum declinandum. s. ab tenuissimo uictu quantũ & c. Vide infra in litera g.h

7 *Vbi igitur morbus peracutus est, statim & extremos habet labores, & extreme tenuissimo victu vtendum est. Vbi uero nõ, sed pleniorẽ uictũ cõtingit adhibere: [d]† tantũ cibi indulgendum est, quantũ morbus extremis est mollior.*

Sicuti superius morbos, qui maximi sunt, extremos nominauit: ita & nunc labores, q maximi sunt, extremos appellat: labores autem, (græce πόνους) vel accessiones, vel simpliciter casus vni-

uersos. Etenim accessiones, atq; oẽs simpliciter casus maximos possidet morbus peracutus statim in primis morbi diebus: nã in ipsos statim morbi incidit vigor: qui nihil aliud est, quàm morbi, quantum ad casus attinet, maximũ. Iam vero morbus ille est peracutus, qui statim in summo vigore cõsistit. Statim autẽ, est intelligendũ, circa primos quatuor dies, vel paulo vlterius. Idcirco autẽ extreme tenuem victũ adhibere conuenit, si modo victus tenuissimus morbis in vigore consistentibus est necessarius: queadmodum docuit in libro de victu acutorum, & in hoc ipso aphorismo. Consistit autẽ in vigore morbus peracutus statim in primis diebus. Quòd autẽ sit rationi consonum in morbi vigore tenuissimo vti victu, alibi est à nobis plenius ostensum. Nunc id tm̃ dixisse sat erit, quòd, si quis pp inflammationes, vel febres (quæ à morbis acutis sunt inseparabiles) quispiam veretur eflatu dignũ afferre alimentũ: hoc ipsum morbo in suo vigore consistente magis verebitur facere. Tunc enim ‖ phlegmasię, vt appellat ipse in libro de victu acutorũ, maximæ existunt: siue quis per phlegmasias velit intelligere illas, quæ proprie dicuntur phlegmonę. i. inflammationes: siue etiã libeat febres vnà complecti, ẽm antiquã vocabuli acceptionẽ. Accedit ad hęc, quòd melius est naturã permittere vacare circa morbi coctionẽ, morbo in suo vigore consistente, neq; distrahere ipsam ad cibos recenter assumptos conficiendos. His rationibus itaq;, cũ morbus in vigore cõsistit, victu tenuissimo oportet vti. Hoc ergo supposito, in aliis morbis, qui suum vigorẽ sunt posterius accepturi, non licet afferre statim ab initio extreme tenuissimũ victũ. Nam sic prius homo morietur, quàm morbus ad vigorẽ perueniat. In quibus vero morbi vigor statim futurus est, hoc est in primis quatuor diebus, in iis possumus victu extreme tenuissimo vti: cum vires tolerent & inediam omnimodã, & solius melicrati exhibitionẽ, & ptissanæ succum paucum oĩno: talis quidẽ tenuissimus est victus. Qui vero hoc minus tenuis existit, quem etiã pleniorem nominauit, illis conuenit morbis, qui posterius in suo debent vigore consistere: in quibus præcipit tantũ à victus tenuitate declinare, quantũ morbus ab extremis recedit hoc est à vigore. Hoc enim proximo existente, paulo pleniorẽ victum afferemus: longius vero distante, multo pleniorem: &, quanto tardiorem fore summũ morbi vigorem expectabimus, tantum & victus formam commutabimus.

de Vict. rat. in morb. acut. cõ. 4. t. 21. 7 a. 137. b

8 ‖ *Quando morbus in suo vigore constiterit, tunc victu tenuissimo vtendum est.*

Hic pariter sermo pars quædam est artis diæteticæ, id est, quæ docet victum conuenientem adhibere: qui à non nullis seorsum scribitur per verba nunc dicta: ab aliis vero antecedenti annectitur aphorismo, eo modo, quo ante scriptus est. Docet autem nos, vtcunq; scribatur, vnum & idẽ theorema, antiquo magistro præcipiente, vt, cum morbus in suo vigore consistit, victu tenuissimo vtamur, tum propter casuum magnitudinem, tum propter morbi coctionem. Neque enim distrahere oportet naturam ad alteram nouam coctionem, cum eo tempore humorum morbum facientium coctioni fortiter vacet, & haud ita multo post ipsos sit euictura: sic enim à nobis ostẽsum est in tractatione de Crisibus: de iis videlicet tantum morbis sermone nunc transacto, in quibus omnino & curationem, & victus rationem intendimus. Ii vero sunt, in quibus post vigorem sequitur declinatio. Nam, quorum vigorẽ excipit mors, in his ea sola parte artis vtimur, quæ prognostica nominatur, id, quod futurum sit, prænunciantes, ne euentus rerum nostro ascribatur errori. Hæc igitur tibi sit vna indicatio, sumpta ex morbi temporibus ad victus formam, altera vero à viribus ægrotantis, quam in sequenti docet aphorismo.

8 Metho. me 7a. 52. c de Vict. rat. morb. acut. c 2. t. 15. 7a III de Optima i cta ad Trasi Isago. 28. d

9 *Coniectari autem oportet, an æger cum victu sufficiat perdurare, ad morbi vigorem: & nunquid prius ille deficiat, nec possit cum victu perdurare: vel morbus antea deficiat, atque hebetescat.*

Quia in superiori aphorismo tantum iussit ab eo, qui extreme tenuis victus nominatur, declinare, quanto morbus mollior extiterit † suo vigore} hoc in loco nunc alterã adiicit intentionẽ, vt quantitatẽ declinationis exquisite noscamus. Est autẽ hęc intentio, vis ipsa ęgrotãtis: cuius gratia nutrimus: neq; enim morbi causa. "Cum enim vis ita robusta fuerit, vt speremus ipsam posse perdurare totũ tempus intermedium vsq; ad summum morbi vigorem, cum tali victus figura: tunc exquisitã habebimus declinationis, quam diximus, quantitatem. Quòd si imbecillior extiterit, adiiciendum est aliquid victui, & plenior est adhibendus tanto, quantum virium imbecillitas expostulat. Quocirca aliquando in ipso etiã morbi vigore, vbi casus aliquis interuenerit robur naturæ dissoluens, nutrire cogimur. Est autem hic quoque sermo pars totius offerendi alimenti rationis. Vnde, siquis & hunc, & priorem, atque sequentem aphorismum vnum fecerit, non aberrabit. Ego vero in partes secans expono, quoad fieri potest, doctrinæ gratia clarioris.

3. de Crisibi 4a. 141. c In progn. cõ t. 6. 4a. 198. & t. 31. 201. de Vict. rat. mor. acu. cõ t. 37. 7a. 12: A. li. 1. t. 4. c fol. 71. a

† τῆς ἀκμῆς est i impreßis, ut iterpres uertit. Burgũdio, qui hos libros olim ad verbũ transtulit, videtur legisse ἐσχάτων, quòd vertat, vltimis. i. extremis, et iudicio meo melius.

10 *Quibus igitur statim morbus in vigore consistit, iis etiam statim tenuis " victus adhibendus est: quibus vero posterius debet consistere, iis & in ipso consistendi tempore, & parum ante illud, cibus subtrahendus: prius vero vberius victus adhibendus est, vt æger sufficiat.*

de Morborũ porib. 3a. 8 A. ibidem.

Hic pariter sermo eandem sententiã habet cum priore, nisi quòd est illo vniuersalior. Prius enim in peracutis morbis dicebat, quòd statim in ipsis tenuissimo victu vti oporteret: hic vero simpliciter de omnibus morbis pronunciat, quibus statim consistendi tempus futurum est, hoc est, non multo

A multo post primam inuasionem: iubens ob id tenuem adhibere victum. Quæ vero sequuntur, manifesta: cum eidem hæreant sententiæ.

11 de Morborum temporibus. 3. 6. h

In || accessionibus abstinere oportet: nam† {cibum dare} nocuum est: &, quibus per circuitum fiunt accessiones, in ipsa accessione abstinere oportet.

* ὑποστέλλεσθαι quod alij vertūt subtrahere.

Totius quidē victus rationē in vnoquoq; morbo à duabus intentionibus iussit sumere, ex futuro totius morbi vigore, & ex viribus ægrotantis. Quo modo vero quispiam particulares ciborum oblationes faciat conuenienter, in hoc docet sermone, caueri iubēs morborum "accessiones. Ipse vero manifestius libro de victu acutorum dixit, ꝙ || neq;, cum iam adsunt, neq;, cum haud ita multo post affuturæ sunt accessiones, cibus dandus est, sed cum declinant & cessant.

† προσθεῖναι .i. addere.

...l. r. t. 4. c. 25. ...l. 82. e

de Victus ra. in morb. acut. cō. 4. t. 39. 7. 139. e

12 de Crisibus. ...126. e g. & 7. d f g & 133. 3. de Crisib. 139. h Progn. com. t. 43. 4. 202.

Accessiones || vero, & constitutiones, morbi indicabunt, & anni tempora, & circuituum successiua incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora interualla fiat: Sed & ex ijs, quæ mox apparent, indicia sumuntur: quemadmodum || in morbo laterali si circa initia statim sputum appareat, morbum breuiat: si vero postea appareat, producit. Et vrinæ, & alui excrementa, & sudores, quæcunq; apparuerint, vel bonam morborum iudicationem vel B *malam, vel breues aut longos fore morbos ostendunt.*

in Coacis prænoti... tum in ple... cis, &c. circa medium,

Vict. rat. in orb. acut. cō. t. 23. 7. 112.

Si, quæ prius dicta fuerunt ab eo de victus rōne, ad memoriam reuocemus: eorum, quæ nunc dicuntur, vtilitas fiet nobis manifestior. Quæ aūt prius dicta fuerunt, hæc sunt. Totius victus figuram ad duas respiciēs intentiones faciebat, quarum altera erat vis ęgrotantis, altera constitutio morbi. Nam considerare, an morbus sit acutus, vel peracutus, vel longus, & quando maxime vigorem accipiet: morbi constitutionem est considerare. Particulares autē ciborum oblationes, ex accessionibus particularibus coniecturabatur. Cum igitur tres essent intentiones ad perfectam & absolutam victus rationē instituēdam, primaq; ex viribus ægrotantis, secunda ex morbi constitutione, tertia præter has ex particularibus accessionibus sumerentur: vires qdem sub primo statim ingressu dignoscere medicus potest, ex pulsibus scilicet, & alijs, q̄ ipse in libro prognostico latius scriptitauit: † quamuis forte qs dixerit virium magnitudinem esse incomprehensibilem. At, si nō possumus earum quantitatē exquisite inuenire, posse tamen nos artificiosa quadam coniectura ad veritatem proxime accedere nemo inficiabitur. Morbi vero constitutionē, qualis nā sit, & particulares accessiones, multi medici existimarunt non posse dignosci: non tamen idem sensit Hippocrates: sed & in hac parte, sicuti, & in alijs omnibus sępe quidem exqsite, &, vt qspiam dixerit, C perite, atq; scienter, sæpe vero coniecturaliter quidem, non tamen inartificiose, neq; longe à veritate, sed ꝓpinq; ac proxime perueniemus ad pręcognoscendum futurum cōsistendi tempus & accessionum reciprocationes. Verum hæc omnia latius, & in libris, qui Prognostica, & in ijs, qui Epidemiæ inscribuntur, Hippocrates docuit: nosq; iuxta antiq magistri sententiam, ipsius verba cū decenti expositione apposuimus in primo libro de Crisibus: in quo ostendimus, quomodo qspiam futurum morbi vigorem possit pręcognoscere. Nunc vero sunt omnia ab Hippocrate per capita tradita: nosq; ipsa, quābreuissime fieri poterit, dilucidabimus. Quibus vero curę est omnē de his disciplinam diligenter perdiscere, ad librum de Crisibus à nobis conscriptū, legendū accedant. Ipsi igitur quoq; morbi, & ipsas accessionum proportiones, & suas etiam constitutiones nihilominus ostendēt: veluti in intermittētibus, ꝙ tertiana cito iudicatur: quotidiana vero longa erit: quartana aūt etiā hac longior existet. In cōtinuis, quòd causodes quidē, id est, incendētes, acutæ sunt, quę vero typhodes .i. succēdentes nominātur, longiores: mediæ vero inter has, semitertianę. Quomodo vero quispiam has omnes febres statim inuadentes dignoscat, secundo libro de Crisibus plenius edocuimus: quare non oportet huc transferre, quæ in alijs bene iam explicauimus: neq; enim sæpius eadē in pluribus libris sunt repetēda, sed solum ad memoriam reuocandū, D quo modo, si possibile fuerit tertianā inuadentē statim ab initio cognoscere, ex ea comprehendere queamus, ꝙ & cito iudicabitur, & ꝙ per tertium diē fient accessiones. & hoc est, quod ab Hippocrate dicitur: Accessiones aūt, & constitutiones, morbi iudicabunt &c. Nos quidē, cum statim prima die febrium quartanarum initia sępe cognouissemus: non expectata secūda accessione formam victus ab initio constituimus, tanq̄ ad morbum, qui lōgo post tēpore ad suum vigorē foret peruēturus. idē in quotidiana & tertiana fecimus, tempus futuri vigoris in vtrisq; secundum proprium terminum metiētes. Sicuti autē in febribus, itidē in alijs morbis est faciendū. Morbus .n. lateralis, & q peripneumonia & phrenitis à Grecis noiant, morbi acuti sunt. Angina aūt, q̄ græce synāche dr: iuxtangina, q̄ cynāche: & cholera, & distētio neruorū, tetanos gręce dicta, ꝑacuti. Aqua inter cutē, melancholia, suppuratio, & phthoe .i. tabes, diutini. Ac morbo quidē laterali, & phrenitidi magna ex parte per tertium diē accessiones fiunt: suppurationibus aūt, quæ vētri eueniūt, aut hepati, & tabi, quotidie, & magis ad noctē: q vero ex liene laborāt, & omnino melancholicis, per quartū. Quod aūt subinde dicitur de anni tēporibus, ad ea, quæ antea dicta sunt, habet relationē. Nam & morbi constitutiones, & accessiones possunt ab anni tēporibus vnà cū morbo indicari. Neq; enim sufficit hoc tantum scisse, ꝙ quartana inuasit hoc die, vt ab initio præcognoscamus instituendam esse victus figuram, vt ad morbum futurum diutinum: sed et, si hieme, aut vere, vel

† Ex cod. græcis. vnde nec īpossibile quis dixerit esse viriū magnitudinē dignoscere et ita Burgondio.

æstate,vel autumno suum fecit initium,prospicere oportet: id cognoscentes, quod æstate quartanæ magna ex parte breues sunt,autumnales longæ, & magis,quę hyemẽ attingunt.Nam hæc eadem ipse nos in sequẽtibus edocebit.siquidem & tertiana febris est quidem & alioqui celeris iudicij,sed æstate lõge magis,quàm hyeme.Atq; alijs singulis morbis ęstas addidit celeritatẽ,hyems vero tarditatem.Sed & accessiones,per tertium quidem maxima ex parte æstate fiunt, per quartum vero autumno,singulis vero diebus,aut noctibus hyeme. Sicuti autem in anni tẽporibus,sic & in tẽperaturis ex proportione res se habet: de quibus & ipse Hippocrates sępe disseruit, non tamen hic quidquam dixit,vt q ex vno alia nobis ad memoriam reuocanda reliquerit. Quę enim tempus ęstiuum,eadem & ægri temperatura,si fuerit natura calidior,& siccior: & ętas, si in suo vigore constiterit: & locus,si calidus,& siccus,vnà indicabunt.Liquet autẽ, quod & industria vitę, & assuetudo eodem modo se habẽt,& præsens aeris nos ambientis constitutio: de quibus post ea docebit.Sic,& quæcunq; de tẽpore autumnali ad morbi cõstitutionem, & accessionum reciprocationem assumebantur: hæc eadem,& de ætate ægrotantis,atq; natura,& vitæ industria,& assuetudinibus,& regione,in qua ægrotat,& aeris ambientis,quę tunc vagatur,temperatura assumere licet.Ex his quidẽ iam constare potest,ꝙ & morbi constitutionem,& accessiones cognoscemus: constitutionẽ quidẽ, si morbus fuerit peracutus,vel diutinus,quod ad consistẽdi in vigore tẽpus pręcognoscẽdũ est necessariũ: accessiones vero, an per tertium,vel per quartum, vel singulis diebus,siue qua hora diei,aut noctis sint inuasurę. Quod vero circa finem aphorismi scribit, deinceps videamus,si ad eorum,quę nos diximus,faciat declarationẽ. Sic enim Hippocrates inquit: Et circuituum successiua incrementa,siue quotidie,siue alternis diebus, siue per maiora interualla fiãt.Clarum est autẽ ipsum intelligere per circuituum incremẽta,accessionum,quę in ipsis eueniunt,augmenta: quę & modum,quo morbus augetur,& futuri vigoris tẽpus pręfinitum ostendũt.hinc autem pręcipue disces.Secũdæ accessionis ad primam accremẽtum, in hisce tribus conspicitur,in hora,qua fit accessio,in lõgitudine accessionis,& in magnitudine. nihil autem differt, si in vehementia dixeris,quia hæc duo nomina sunt apud medicos visitata,ipsaq; sępius de re eadẽ pronunciant,cum aliquando dicunt maiorẽ fuisse febrem ea,quę præcessit, aliquando vehementiorẽ.Contingit autem hanc febrem vehementem,vel ęquales horas cum pręcedẽte obtinere,vel pauciores,vel plures: quod ad magnitudinẽ,siue vehemẽtiã accessionis non pertinet, sed ad prolixitatẽ accessionis. Per accessionẽ aũt te nunc oportet intelligere deterius tẽpus totius circuitus, quod est à primo insultu vsq; ad tẽpus in vigore cõsistẽdi: sicuti reliquum tẽpus declinationis est melius. Cũ itaq; accessio,siue per tertium,siue per quartũ, siue quotidie fiat, anticipauerit proportionẽ,atq; ita anticipando ad longius extẽditur tempus,atq; insuper vehementius afflixerit: tunc manifestum est morbi augmẽtum. Quantũ autem augeatur,vnumquodq; ex dictis sua quantitate monstrabit: siquidẽ accessio pluri tẽpore anticipans,& longius,atq; vehemẽtius affligens,effatu dignũ indicabit augmẽtum,& velocẽ esse morbi motũ, atq; haud ita multo post in suo vigore futurum.Neq; enim fieri potest,vt magna incremẽta suscipiẽtibus accessionibus, nõ proxima sit morbi cõsistentia.Contraria autẽ accessio,quę.s.parua faciat incremẽta omnium eorum, quæ diximus: quantum ad hoc attinet,longius distare futurũ morbi vigorẽ ostendit. Hoc igitur ipsum per circuituum incrementa discemus,coniectura scilicet assequi, post quantum tempus morbus in suo vigore consistet,ac pręterea horam pręfinitam,qua accessio inuasura sit. Conducit autem prima cognitio ad formam totius victus constituendam: secunda vero ad cibum dandum in particularibus temporibus,quorum intentiones ipse ab initio docere proposuit.Quod autem circuitum (gręce periodum,) vocet similem ad idẽ reditum,neminẽ puto dubitare. Sed & ex ijs,quę mox apparẽt,ait coniecturandum esse de accessione,& totius morbi constitutione.Siue aũt casus (gręcè symptomata) siue signa, velit quispiam illa,quę mox apparent,nominare: nihil retulerit. Illud autẽ de omnibus casibus,signis've est cognoscendum,quod non nulla quidem eorum significant passionẽ,aliqua assidẽt,aliqua iudicãt: aliqua coctionẽ, aliqua cruditatem, aliqua salutem, aliqua perniciem ostendunt.Passionis significatiua sunt, quæ vnà cum morbo inuadunt. Quæ vero assident: aliquando simul inuadunt,aliquando superueniunt,non nunquã vero neq; omnino veniunt: neq; enim sunt à morbo inseparabilia,neq; eorum velut sustantiam constituunt, sed proprias faciunt differentias.Quę vero ab Hippocrate ‖ crisima.i.decernẽtia siue iudicãtia vocantur: cum primo quidem exquisite morborum principio nõ sunt apta inuadere: cum duobus alijs autem apta sunt: de quibus paulo postea dicemus.Aliquando vero neque in his,sed,cũ morbi augentur,aut iã in vigore consistunt,apparent.Signa vero coctionis cõtingũt quidem & ista nunq̃ in primo statim morbi principio: terminant autem illud principium,quod est pars totius morbi. Signa vero cruditatis cum primo morbi principio statim inuadunt,& non nunquã posterius apparent,sicuti & mortis signa.Nam & horum generatio,morbi principium subseqtur. Morbi autem principium intelligi volumus(vt in cõmẽtarijs de Crisibus manifestauimus) & primũ eius insultum,quod nullam habere latitudinem dicitur: & id,quod est sicuti pars totius morbi,quãdo in principium diuiditur, augmentũ,& tẽpus in vigore consistẽdi,& declinationẽ: & aliud,quod vsq; ad tertium extenditur diem.Sed & in eadem tractatione docuimus omnium casuum potestates:

[margin: 2.Epid.sect.1.]

A ſtates: & ſimul, quæ expoſitione indigere videbantur verba Hippocratis ad hoc pertinentia, expoſuimus. Sed & nunc per modum compendij de ipſis à nobis dicetur. Qui vero voluerit totam Hippocratis artem circa iſta perdiſcere, ad illam vadat tractationem. Ex mox apparentibus igitur totam iubet morbi conſtitutionem coniectari: deinde quandam morbi ſpeciem in medium adducens, ita inquit: Veluti, in laterali morbo ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum breuiat: ſi vero poſtea appareat, producit. Perſpicue vero, quod docet, aſſequeris, ſi ex tertio libro Epidemiarum ‖ apponam, quæ ipſe de Anaxione ſcribit, morbum, lateralem patiente: quem etiam ægrotum ego in primo libro de Criſibus, mea expoſitione pateſeci. Verba autem Hippocratis hæc ſunt: In Abderis Anaxiona, qui iuxta portas Thracias habitabat, febris acuta inuaſit, lateris dextri dolor continuus, tuſſis ſicca: neque primis diebus expuebat aliquid: ſitibundus, peruigil: vrinæ bene coloratæ, multæ, tenues. Sexto die delirauit: neque calefacientia aliquid proficiebãt. Septimo die magis laborabat, quia febris intendebatur, & dolores non minuebantur, tuſſes'que infeſtabant, & difficulter ſpirabat. Octauo venam in cubito ſecui. ſanguis multus fluxit, qualem oportuit. dolores remiſſi ſunt, verum tuſſes ſiccæ ſubſequebantur. Vndecimo die febres minores factæ ſunt: parum circa caput ſudauit: tuſſes, & quæ à pulmone, humidiora. Die decimo ſeptimo cœpit pauca quædam cocta expuere: leuatus eſt. Vigeſimo die ſudauit, & deſijt febricitare. Poſt criſim leuatus eſt: ſiticuloſus vero erat, neque à pulmone bonæ erant expurgationes. Vigeſimoſeptimo die febris redijt, tuſſijt, multa concocta eduxit: vrinis adfuit multum ſedimen album: ſitis ceſſauit, & bene ſpirauit. Trigeſimoquarto die, ſudauit totus, per criſim febris omnino ſoluta eſt. Hic igitur Anaxion ab initio morbum lateralem patiebatur, nõ tamen ab initio expuebat, ſed & octauo die adhuc tuſſes ſiccæ ſubſequebantur, vt inquit Hippocrates. Quare rationabiliter totius morbi ſolutio ad trigeſimumquartum diem extenta eſt: cum tamen magna ex parte lateralis morbus terminum ſuæ iudicationis habeat quartumdecimum, &, ſi non hunc, ſaltem omnino vigeſimum. Quòd ſi ante tertium diem expuiſſet: vel circa ſeptimum, vel nonum, vel omnino vndecimum diem iudicatio eſſet ſubſecuta: &, ſi in ipſo die tertio ſpuere cœpiſſet, quartumdecimum diem non tranſcendiſſet. Hoc enim accidit in omnibus inflammationibus, quę non teguntur operculo denſiore, vti in ijs, quę exteriorem occupant cutem, quaſdam ſanies (gręce ichoras) refudare, ab initio tenues, poſtea vero, ſi coctionem accipiant, & ad melius ꝓficiãt, craſſiores: & ex his ipſis craſſioribus aliquas eſſe magis concoctas, aliquas vero minus. Hoc idem in omnibus inflammationibus, quæ vel os, vel oculos infeſtant, licet intueri: C nec minus in quacunque alia corporis parte, quando pars aliqua interior ſimul cum cutis diuiſione patitur inflammationem. Nam ex huiuſcemodi vlceribus ſanies profluunt tales, quales ego dixi. Quando igitur aliqua fuerit inflammatio cum tanta meatuum anguſtatione, vt nihil extra effundatur, neceſſe eſt illam eſſe & coctu difficilem, & longo tempore perdurare. Hac igitur ratione, & in morbo laterali (qui & ipſe eſt ex genere inflammationum) attendere oportet ſigna coctionis. Nam crudiſſimus morbus eſt, in quo nihil omnino expuitur: ſecundum ordinem obtinet ille, in quo ſanies tenues: tertium, in quo craſſiores: & quartum, in quo perfectam habẽt coctionem. Verum, ſi hæc circa tertium, vel quartum diem apparuerint, non contingit morbum tranſcendere ſeptimum diem. In alijs vero ſingulis neceſſe eſt, vt pro coctionis modo menſura temporis conſequatur. Sicuti igitur ſputum, perfectę coctionis ſignum eſt, quando album fuerit, & lene, & ęquale conſiſtentia, neque nimis humidum, neque nimis craſſum: eodem modo integram cruditatem oſtendit, quod nullo modo expuitur. Quòd ſi expuatur quidem, ſed tamen adhuc tenue ſit, debilis coctionis eſt ſignum. Quòd ſi impermiſtum fuerit, vel flauum, vel rufum haudquaquam bonum. Quòd ſi liuidum fuerit, aut ęrugini ſimile, aut nigrum: pernicioſiſſimũ exiſtit. Cum, itaq; à nobis diſtincta ſint ſigna coctionis & cruditatis, & præter ea tertium genus D exitialium: illud ſcire oportet, quòd ſigna coctionis ſemper ſunt bona, vt quæ morbi ſolutionem haud ita multo poſt futuram oſtendant: ſicuti genus ſignorum exitialium, mortem ægri citam prenuntiant. At vero ſigna cruditatis diutinum quidem ex neceſſitate morbum ſignificant: ſed, quantum in ipſis eſt, neque moriturum, neque euaſurum è morbo hominem oſtendunt: Tibi vero prius ægroti vires expendenti, etiam ex his licet præcognoſcere. Aliud eſt ſignorum genus, quæ iudicatoria ab ipſo nominantur: ſunt autem hæc, ſudores, ſanguinis fluxus, rigores, multum alui profluuium, & ſimilis vomitus, dolor capitis repente inuadens, difficultas ſpirandi præter rationem & vehemens, vel cordis morſus, vel quædam in hypochondrijs citra dolorem tenſio, vigiliæ vehementes, delirium, & nox abſque ratione moleſta, & acceſſio anticipans, & lachrimæ inuoluntariæ nihil patientibus oculis neque ex triſtitia prouenientes, rubor faciei, & labrum inferius agitatum, lucida vel obſcura & tenebroſa quædam ante oculos obuerſantia, & hallucinationes quædam, & malæ vel naſus repente rubeſcentes, parotides, aut omnino alicuius in articulum decubitus generatio. Hæc igitur omnia, & præter hæc alia multa huiuſcemodi ſecundum propriam eorum ſubſtantiam caſus nominata, quatenus vero ſubitam mutationem oſtendunt, ſigna iudicatoria appellata, duplicem tibi præſtabunt præcognitionem. Siquidem morbo iam cocto ſuperuenerint, futuram ſtatim ſanitatem denunciant: Si vero

3.Epid.com.3 t.79.3ª.150.ᵇ

crudo

crudo adhuc morbo, iudicationem non bonam, quæ aut perniciem agat, aut in longum tempus E morbum producat. Quod vero alia sit natura horum signorum, quę iudicatoria nominantur, alia vero eorum, quę coctionem significant, hinc discere possis. In primo libro Epidemiarum inquit Hippocrates: || Coctiones, iudicationis celeritatē, salutisq; securitatē significant: || Cruda vero, & incōcta, & quæ in abscessus malos conuertuntur, iudicationum carentias, vel dolores, vel temporis longitudinem, vel mortes, vel recidiuas ostendunt. Ita quidem hic in vniuersum collaudauit morbi coctionem: in libro autem, qui Prognostica inscribitur, particulatim in hunc modū simul docēs ipsius indicia: || Vrina autem optima est, quando sedimentum album, lene, & ęquale fuerit per omne tempus, donec morbus iudicetur. Significat enim salutis securitatem, & morbū pauco tempore duraturum. Sic rursus laudauit vrinam "monstrantē coctionem in venoso genere. Rursus aūt, cum dicit, || Alui autem excrementū optimum est, quod est molle, consistens, & hora ex cretū, qua solet, cum sanitas adest. Hic indicia coctionum ventris simul collaudat ac docet. Sic & eam, quæ fit in membris respirationi seruientibus, coctionem simul collaudans ac docēs, in hunc modum scribit: Sputum oportet in omnibus doloribus, qui pulmonē, & costas infestāt, celeriter, ac facile expui, flauitiē q; valde sputo commistam apparere. Coctionis igitur signa semper bona sunt, iudicationis vero signa non semper. Sic ergo, inquit, || Signa iudicatoria, nō iudicātia, aliqua F mortem, aliqua difficilem iudicationem portendunt. Saneq;, & cum ait, quæ ad melius iudicant, non confestim appareant: per hæc verba eandem indicat sententiam. Nam coctionis signa, quocunq; tempore apparent, bona sunt. semper enim eorum vniuersum genus optimum existit. Nō ergo repugnat illud, quod nunc dictum est, in morbo laterali sputum si statim appareat, illi alteri, quod dicitur, signa iudicantia ad melius, non statim appareant. Nam signa iudicatoria non nunq̃ mala fiunt: signum vero coctionis nullum vnquam prauum fuit, sed oīa optima semper: & tāto citius ægrum sanitatem recuperaturū ostendunt, quanto citius apparuerint. Hæc dixisse sufficiat per modum cōpendij, quantum ad præsentem attinet locum. Totam vero de istis antiqui magistri sententiam in libro de Crisibus exposuimus. Vt aūt sermo, quem nuper diuidēdo proposui, perfectus habeatur: quomodo à dictis differant, & quę passionis significatiua, & q̃ assidentia dicuntur signa, hinc volo transigere, vnā in mediū adducens pro exēplo passionē, hanc ipsam videlicet, quam Hippocrates nominauit. In morbo igitur laterali, acuta quidem febris vnà cum spirādi difficultate, & tussi, & dolore lateris pūgēti, signa passionis significatiua nominātur. Quòd autem dolor aut ad hypochondriū, aut ad clauim perueniat, assidentia dicūtur: sicuti, ꝙ facilius in latus patiens, quàm in alterum, decūbat ęger, ad idem genus assidentium attinet. Scripsit autem & G Praxagoras Nicandri filius duo volumina de assidentibus signis: de ijs autem, quæ superueniūt, vnum alium, ac si de mox apparentibus inscriberetur. Hæc igitur mox apparentia inquit Hippocrates & bonam morbi iudicationem, & malam: morbumq; vel lōgū, vel breuem futurum ostendere: Meminit autem non solum sputorum, sed & vrinarum, & excrementorum alui, & sudorū: ea scilicet, quæ sunt in libro prognostico scripta, nobis exemplo subijciens: quæ ad hunc locum transferre superuacuum foret. nam de his in libris de Crisibus diximus, & in commentarijs in Prognostica: in qubus adhuc magis antiqui magistri sententiam explanauimus.

1.Epid. com. 1. t. 45. 46. 3ª. 112. b.c

in Progn. cō. 1. t. 26. 4ª. 200. b.

Ibidem. t. 13. 199. a

A.l.1.t.2.d. 6. fol. 54. c

1.Epid. sect. 1ª.

13 *Senes || facillime ieiunium ferunt: secūdo loco, qui ætatem consistentem habent, minus adolescentes: omnium minime pueri, præsertim qui inter ipsos sunt viuidiores.*

In lib. de Renū affect. dign. & medi qui Gal. ascribitur. 7ª. 195. d

Differentia etiam ętatum confert aliquid ad constituendā victus rationem: senes siquidem facile ferunt inediam, pueri vero difficulter. Est autem facilitas & in non appetendo, & nihil inde mali sustinendo. Difficultas autem in contrarijs oritur: etenim pueri magis appetunt, & plus offenduntur in longis inedijs: medię vero ętates inter senes, & pueros, quanto alteri ipsorum proximiores existunt, tanto aut minus, aut magis molestantur, atque offenduntur ex longis inedijs. H Huius autem aphorismi causam ipse in sequenti docet, qui ita incipit: || Qui crescunt plurimū caloris innati habent. Ita vt, si quis velit ipsum priori adiungere, & cum/enim/coniunctione proferre, tunc sermo vnus fieret, & manifestus, in hunc modum se habens/Senes facillime ieiunium ferunt: secundo loco qui ætatem consistentem habent: minus adolescentes: minime vero omnium pueri: Qui enim crescunt, plurimum caloris innati habent. Appellat autem ætatem habentes cōsistentem, eos, qui mediam ætatem habent inter iuuenes, ac senes, ita vt ab ætate quidem vigente recedant, nondum tamen sensum habeant senectæ manifestum. Sic autem & Thucydides quosdam in ætate dixit esse consistente. Verum inter hanc ætatem, & adolescentium, altera quædam est, quę, sicuti ætatum, ita facilitatis, & difficultatis medium ordinem obtinet: ita vt neq; tam facile inediam ferre possit, sicuti qui in ætate sunt consistente, atq; senili: neq; difficulter, sicuti adolescentes, & pueri. Eius tamen non meminit Hippocrates, cum possit eam vnusquisq; ex illis, quas dixit, intelligere, Cum vero inquit/Præsertim qui sunt inter ipsos viuidiores/naturarū differētias manifestat: ex pueris enim, qui calorem innatum validiorē admodum habēt, ij promptiores sunt ad cibos assumendos, & ipsos magis possunt concoquere: &, si non assumpserint, plus offenduntur. Talis quidem est sermo Hippocratis: indiget tamen adhuc parua quadam additione ad perfectionem

Aph. qui hunc sequitur.

A sectionem: de ijs enim, qui sunt in principio senilis ætatis, recte dictum est, Senes facillime ieiuniū ferunt: de ijs vero, qui ad extremā peruenerunt, non recte: quia hi nō possunt tolerare longas inedias. Vel igitur addere oportet aphorismo exiguum quiddam, & hoc modo ipsum pronūciare, Senes facillime ieiunium ferunt, præter eos, qui ad extremam senectam peruenerunt: secundo loco, qui ætatem consistentem habent. Vel verbum/ieiunium/in ciborum paucitatem est cōmutandum, atq; ita dicendum, Senes ciborum paucitatem facillime tolerant: secundo loco, qui ętatē consistentē hñt. Nā, & qui ad extremam senectam attingunt, inuenientur, etsi non possint longam inediam tolerare, paucis tamen cibis indigere. Tale enim quiddam patiūtur, quale lucernis, quæ extinguuntur, accidit, quæ & continuam exigunt olei suffectionem, & multā, ac subitam simul nequeunt sustinere. qñquidem, & his exhibere oportet vniuersam multitudinem paucam: et hanc ipsam cibi paucitatem in multas partiri portiones: neq; vna illis longa inedia est iniūgenda.

14 *Qui || crescunt, plurimum habent calidi innati: plurimo igitur egent alimento: alioqui corpus absumitur. Senibus vero parum calidi innati inest: paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur. Hanc etiam ob causam febres senibus non similiter acutæ fiunt: frigidum enim eorum corpus.*

1 de Tempera rntis. 1ª. 13. h d Vtilitate re spirationis. 1ª. 2 f

2 e Naturali. f. il. 1ª. 298. a

i. i. Epid. cō. 315. 3ª. 173. a

I. om. 4. t. 14. 3 183. d. & t. 1 184. b & t. 2 186. b

3 : Causis pul si m. 4ª. 97. c

5 : simpliciū m. li. facul. 5ª. 3 1

d Natura hu. m. 1a. com. 2. t. . 7ª. clxxx. a

i. b. de Renū a: st. dign. & m. qui Gale. a: bitur. 7ª. 19 d.

1. ph. 13. Ad a. us Lycum, E ord. 64 h & . d.

d. Optima secta ad Thrasy. ll eg 29. a

B Dictum est à nobis plenius etiam in cōmentarijs de tēperaturis, quo modo visum est non nullis medicis eos, qui in iuuentæ vigore consistunt: non nullis vero pueros esse calidiores. Habent enim hi quidem calorem acriorem, hi vero abundantiorem. Nunc vero etiam necessarium est dicere, quantum ad pręsentem locum conducit, sermones lōgos, quoad fieri pōt, in pauca conijcientes. Hoc ipsum igitur verbum/calidum/aliqñ transferimus ad qualitatem, cuius propriū nomen est caliditas: aliqñ denominatiue totū corpus dicimus calidum, à caliditate: estq; hic modus loquēdi plurimus in omni vita, & fuit apud antiquos, veluti Theophrastus ostendit in eo libro, qui de calido & frigido inscribitur. Nā, cum corporum substantia cōtrarias has qualitates, caliditatem, frigiditatem, humiditatem, siccitatem vicissim recipiat: secundum substantiam quidē recipientem, cum calidum nominamus, corpus dicimus: multūq; vel paucum dicimus esse calidum, ad quantitatem substantiæ referentes. Et hoc dupliciter facimus: vno quidem modo in substantijs impermistis, alio aūt in mistis. In impermistis quidem, veluti si duo haberent aquam æqualiter calidam in duobus inæqualibus labris contentam: alterum diceremus plus habere calidi, qui maius labrū possideret: alterum minus. In mistis vero, veluti si essent æqualia labra, sed inæquali mēsura ex vino & aqua temperata: alterum ipsorum plus vini continere, alterū plus aquæ diceremus. Cui mo C do etiam ille esset persimilis, si duo labra inæqualia supponeremus æqua proportione temperata. Non nunquam vero non ad substantiæ multitudinem sermonem referentes, sed ad qualitatem solam, huic quidem alicui dicimus plus calidi inesse, huic vero minus: sicuti si ex duobus labris parē prorsus magnitudinem habentibus, alterum, quod calidius esset, plus habere calidi diceremus: alterum, quod frigidius, minus: non tamen proprie verbo/plus/vteremur in hoc loco. melius enim est magis, & minus, vehementius, ac debilius, omniaq; eiuscemodi vocabula qualitatibus accommodata: paucum vero, & multum in sola substantiæ quantitate seruare. Verum non in hoc tantum huiusmodi fiunt nominum abusiones, sed in quampluribus alijs, quæ per vitā sermone vsurpamus, idq; non minime fit in arte medicinali. Omnes siquidem morbos, magnos, aut paruos nomināt, quāuis substantiæ non sint: febrem magnam, febrem paruam: apoplexiam magnam, apoplexiam paruam: sic, & pleuritidem, & phrenitidem, & peripneumoniam, & omnes itidem alios morbos. Aduertere igitur oportet ęquiuocationes, & considerare, quid sibi velit semper vnaquęque dictio dicētis. Si enim in altero significato nomē protulerit, nos vero in alio accipientes, sermonem redarguimus: non illum, qui protulit (si verū fateri velimus) sed nostram potius existimationem redarguimus: quod non nulli proculdubio faciūt hoc in loco, qui Hippocrati student cō D tradicere. Nā ad qualitatē nomen calidi trāsferentes, conātur ostēdere hāc esse vehemētiorem ijs, qui in ętatis vigore cōsistūt. Verum Hippocrates non ad qualitatē, sed ad substātiam in præsenti sermone refert id nomē. Nam substātia innati caloris aerea est, & aquea, sicuti ex semine licet cōiectari, quod paucam omnino terrenā substātiam participat, plurimum aūt aeris calidi humidi q; in seipso cōtinet, quemadmodum in cōmentarijs nostris de semine ostēdimus. Iam vero & alterum nostræ generationis principiū sanguis menstruus, humidū natura est. Cum igitur magis terrestre efficitur animalis corpus (tale aūt quotidie efficitur, dum auget) tūc licet valde vehementer calidū existat, & igneum: substantiā tamē innati caloris paucissimā habet: alioqui febricitātes diceremus plurimum habere calorem innatum, qui nedum plus, sed nec priori æqualē habet. Bene enim tēperata est caloris innati substātia: ignea aūt, aduentitij. Sed, & effluxus, qui è toto corpore fiūt, caloris quidem aduētitij, sunt fumei, fuliginosi, aridi, & acres: cōtra vero, vaporosi, suaues, & bene tēperati, caloris natiui. Hæc q; ipse potes tactu discernere. Nam sanorū calor vaporosus est, atq; suauis, & tactu cōueniēs, nihil triste, nihil asperum, nihil mordax præ se ferēs: eorum vero, qui febricitāt, & pręcipue hecticas febres, aut eas, quę ex putredine humorum ortum habēt, acris est, & insuauis, ac mordax, & nostrum corrodēs tactum. Salubris vero eius qualitas in pueris exquisita habetur: sicuti plures eorum, qui in ætatis vigore consistunt, inuenire contingit calorem habentes

mordacem,

mordacem,& non amplius humidum,aut vaporosum,neq; aereum.Neque mirum hoc videri de E bet.Oportet enim defluxum similem esse subiectæ substantiæ: vt quando humida, atq; aerea substantia existit, tunc,quod ab ea defluit,vaporosum est,atq; suaue: Cum vero terrestris,atque arida: tunc,& quod effluit,fumeum,fuliginosumq; est,& acre,quod & in exterioribus euenit. Nã, quæ ex aqua dulci,& calida euaporant,optima sunt & vaporosa: quæ vero ex aliquo corpore solido exusto,fumea sunt,& acria. Cum igitur duæ substantiæ sint,& hæc quidem suauem habeat caliditatem,hæc vero tristem: alteram quidem plurimam habent pueri,alteram vero ij,qui in ætatis vigore consistunt,vt ad totius videlicet corporis proportionem. Vt autẽ hæc physice magis adhuc pertractem,rem totam ad elementa traducam. Cum quatuor sint elementa, ex quibus omnia corpora sunt tẽperata: puerile quidẽ corpus,multum in seipso continet aereę,atq; aquosę substantię,minimum terrestris: contra vero eorum,qui in ætatis vigore cõsistunt,à terrestri siccitate vincitur, deficit aũt aquosa,atq; aerea substantia: adeo vt,si quartum in vtrisq; elementum, ignem scilicet,pari portione posuerimus,atq; ęqualiter calida corpora esse voluerimus: nõ tñ similem substantiam calidam in ipsis esse dixerimus: cum puerorum quidem substantia humida sit: eorum vero,qui in ætatis vigore consistunt,sicca.Humida.n.secũdum innatum calorem maxime, quia ex humido nostra est generatio: sicca vero secundum aduentitium.Sic quidẽ infantes recenter nati, F substantiam calidam,& aquosam plurimam participantes,plurimum dicerentur habere calorem innatum.Qui vero ætate vigent,& iam declinant: quantum istæ deficiunt, terrestris vero superabundat,tantũ habere minorem substantiam natiui caloris putarentur. Quòd vero ex aquosa,& aerea substantia plus defluere sit necessarium,q̃ ex terrestri, etiam si ambę sint æqualiter calidæ secundum qualitatem: neminem arbitror dubitare.Hoc tibi etiam in exterioribus liquido licet intueri.Nam ex corporibus,quæ ad similem perueniunt caliditatem, non æqua portio videtur defluere,sed ex siccis quidem minimum,ex humidis vero plurimum.Statim igitur aqua,& oleo mediocriter calefactis,plurimum defluit,atq; dissoluitur: ferro vero, & ęre, atq; lapidibus, minimũ: adeo vt,si tibi libuerit exponere ad solem ardentem aquam (si ita contigerit)& ferrum ęquo pondere,deinde transacto die ambo perpẽdere: aquam quidem inuenies multo seipsa minorem effectam,ferrum vero æquale.Sic,& si velis oleum æri,& ferro,& lapidi comparare: illud quidem absumptum inuenies,hęc vero ęqualem substantiæ molem retinentia.Hinc vero ad ceram, picem, bitumen,& resinam transcendens,& quæcunq; alia plurimam substantiam humidam obtinent: videbis & hęc sub sole calente multo magis abiumi,atq; defluere,q̃ lapidem, æs,& ferrum, & alia ad hũc modum sicca. Quare,si necessarium est alimentũ, vt,quod effluxit ex corpore, suppleatur: G ex humidioribus vero,& plus aeris participantibus,plus effluit: fit, vt huiusmodi corpora pluri egeant alimento.Puerorum vero corpus tale existit, plus humidę,& aereæ substantiæ obtinens: non sicuti iuuenum,& declinantium,ac senum,siccæ,atq; terrestris.Hippocrates igitur, cum hoc in libro proposuisset cõpẽdiosam,atq; aphoristicam doctrinam facere: nõ ita sermonẽ ampliauit, quemadmodum ego nunc,sed loco istorum verborum, Qui crescunt,etsi æqualem habeant substantiam calidam,atq; igneam cum ijs,qui in ætatis vigore consistũt,aquosę tamen, atq; aereę substantię plus habent: Qui crescunt, dixit, plurimum habent innatum calorem: Simul memoriæ subijciens ipsorum substantiam,simul propositum suũ demonstrans.Quia.n.humidam,& calidã habent substantiam,qui crescunt,idcirco plurimum ab ipsis defluere necessarium est, & plurimo ęgent alimento: alioqui corpus,inquit,absumitur: & recte. Vbi enim id,quod defluit,plurimum est,quod vero influit,paucum: hic necesse est subiectam corrũpi substantiam. Senibus vero paucum inest calidum: his sanè iuxta vtrunq; appellationis significatum paucũ inest calidum,siue qs ad qualitatem sermonem referat,siue ad substantiam.Nam & qualitas debilis,& substantia minima est: si quidem eorum meminimus,quæ supra diximus.Ob hęc igitur,inquit,paucis fomitibus indigent.Nam fomites,græce hypocaumata,alimẽta nominauit,suum sequens dogma,& omniũ H ferè nobilissimorum philosophorum,qui eorum,quæ aĩalia constituunt,elementorũ,ignem maxime vitę esse causam existimarũt.nam,vt lucernarũ flãmæ,q̃uis oleum pro alimento habeant,tñ, siquis id totum simul superinfundat,extinguũtur potius,q̃ nutriantur, eodem modo & in senibus calidum,sui fomentum quidem habet alimenta: sed si repente eorum multitudine,& cumulo suffocetur,periculum est,ne extinguatur: non aliter, ac si paruæ scintillæ ignis lignorum multitudinem superaceru es. Quod autẽ subinfertur,Et propterea febres senibus non similiter acutę sunt,signum re vera est & hoc,ꝙ corpora senum frigida sunt,& ꝙ ob innati caloris maxime cõuersionem ad igneam naturam accenditur febris. Verũ tantam euenire senibus cõuersionem, vt æqua sit ei,quæ iunioribus accidit, vix fieri potest. Multum.n.calidũ prõpte in immensum attollitur,paucũ vero nõ facile,sed maximã exigit causam,quę cogat ad hoc.Ob hanc igit̃ causam,neq; senes magna ex parte febricitant acutas febres, sicuti iuniores: &,si qñ,quamuis raro, talis his accidat febris,qualis iuuenibus,oĩno hæc ad interitũ ęgrotantis terminat̃. Indicio.n.est immensam quandã esse magnitudinẽ causæ febrẽ facientis.Hæc sufficere possunt ijs, qui secundum naturam se habẽt ad intellectionẽ,& fidẽ eorũ,q̃ scripsit Hippocrates. Ad eos vero,qui per calũniam Hippocratẽ reprehenderũt,è quorum numero vnus fuit Lycus,nos vnũ integrum volumen scripsimus

A mus aduersus ea, quæ contra aphorismum perperam obijciuntur. Huic aũt titulũ fecimus, Aduersus Lycum, ꝙ nihil erratum sit in aphorismo, cui principium est, Qui crescunt plurimum habent innatum calorem. Datus autem est mihi Lyci liber post scriptos à me hosce commentarios, vnde ego postmodum his hæc verba subiunxi, quæ non sunt in ijs, quæ prius edideram. Seorsum autẽ in alio volumine defendi Hippocratem in ijs, in quibus fuerat à Lyco reprehensus.

15 ‖ *Ventres hyeme, & vere natura calidißimi sunt, & somni longißimi: quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus copiosior est, vnde & pluribus egent alimentis: indicio sunt ætates, & athletæ.*

Non parum etiam tempora anni conducunt ad victus rationem inueniendam. Nam hyberno tẽpore plus appetunt hoĩes, & cibum facilius concoquunt: contra in ęstate: cuius rei causam ipse Hippocrates reddidit, inquiens ventres "hyeme, & vere natura calidissimos esse. Quid autem sit, quod/natura/dicitur, & ꝙ nõ frustra id verbũ adiecerit in hoc aphorismo, ipse paulo post explanauit, inquiens, Etenim tunc calor innatus, multus: plurimo igitur indiget alimento. Ventres, itaq; hyeme, & vere calidissimi sunt, non simpliciter, sed calido naturali: cuius substantiam antea ostendi. B Causam vero, ob quã hic idem calor hyeme augeatur, etiam Aristoteles explicuit. Refugit.n. pp circunstantem extrinsecus frigiditatẽ, sicuti rursus ęstate ad sibi affinẽ protenditur. Atq; ita cõtingit dissolui quidem ac dissipari eius substãtiã tpe æstiuo: cõtineri autem, ac cohiberi, & in profundũ secedere hyemali. Ob hoc igitur & coctiones, & sanguificationes, & nutritiones hisce temporibus sunt meliores. Addidit aũt, & aliud ipsis contingens, nempe ꝙ somni lõgissimi fiunt, ob noctium videlicet lõgitudinem: quod neq; ipsum parum cõfert ad naturales operationes. Quod vero in fine adijcitur/Indicio sunt ętates, & athletę/pro argumento ponitur, ꝙ plurimum alimentũ sit necessariũ, vbi calidũ superabundat. Pueri siquidem, quia calidum plurimum hñt, idcirco, et pluribus indigẽt, & plura cõcoquũt. Athletæ etiam, quia exercitijs augent calorem natiuũ, ob id multis frui possunt alimẽtis. Quæ igitur in aphorismo dicuntur, sufficienter exposuimus. Si qs vero ipsorum veritatem diligentius examinet, non ad oĩa aĩalia sermonem extendat, sed ea excipiat, q̃ in latebris degunt. Hæc.n. cũ se recondunt, non egent pluri alimento: qñquidem, & sine cibo possunt perdurare. Et, si supposuerimus ea tãto vti cibo, quanto, anteq̃ recõderentur, male ipsum cõcoquerent. Quale.n. hoĩbus cõtingit aqua frigida lotis, tale etiam aĩalibus accidit hyeme. Contingit aũt hominibus, qui aqua frigida perluũtur, si debile corpus habuerint, refrigerari, atq; C offendi: si vero robustum, primũ quidem innatũ calorem ad interiora refugere, ibiq; seipsum colligere: postea vero ad exteriora remeantẽ, multo, q̃ prius erat, fieri fortiorem. Sic, & aĩalium quæcunq; sunt natura frigidiora, ijs calor innatus à frigore hyberno superatur, adeo vt ferè extinguatᷣ. quare plurima ipsorũ, similia mortuis cõspiciuntᷣ, cum sine sensu, ac motu in latebris iacẽt: quędã vero prorsus in hoc ipso affectu moriũtur. Quæ aũt plurimo sanguine abundant, atq; calore, tale quiddã hyeme patiuntur, quale accidit corporibus fortibus aqua frigida lotis. Nam calor eorũ ad interiora se colligit, nõ (per Iouem) carnibus ad hæc, prima sede derelicta, refugientibus, sed spiritu vnà cum sanguine. Tria aũt erãt corpora, quæ archigonon, hoc est primogeniam nostrã substãtiam compleuerunt, spiritus sanguis, & seminalis humiditas, ex qua in primo ortu, veluti in libris de semine diximus, fiunt partes aĩalis solidiores: mox vero augmentũ & nutritio in istis perficitᷣ. Quod igitur melius hyeme cibũ concoquimus, sanguine ac spiritu ad profundum corporis retrocedentibus, vnicuiq; est manifestum. Non modo igitur hoc ipsum dicit Hippocrates, sed ꝙ plura accipere cõfert. In hisce.n. tpibus, inquit, hoc est hyeme & vere, plures cibi dãdi sunt. Atqui, si parum defluit, ac difflat hyberno tpe ad exteriora, multum alimẽtum nõ est corporibus necessariũ: siquidem nutritio est eius, quod euacuatur, repletio. Oportet igitur alimenti quantitatẽ esse eius, D quod difflat, quãtitati proportionalem. Verum igitur esse, ꝙ quidã hyeme nõ modo melius concoquunt cibum, sed etiã ꝙ pauca assumentes refrigerantur, atq; ideo offenduntur: si vero plura assumpserint, in nullos phlethoricos incidunt morbos, ipse euentus ostendit manifeste. Causę vero inquisitio in cõmune proponatur. Neq;.n. Hippocratem solũ, sed omnes alios, huiusmodi obiectio fatigat. Nemo itaq; est, qui non consentiat difflari corpora animalium ea, quę fit per sensui occulta foramina, difflatiõe. Idcirco enim ad hoc deueniunt, vt egeant alimento, quoniam euacuantur: ita vt, si nihil à corporibus nostris effluere, sed semper æqua moles substantiæ seruaretur, nulla foret alimenti necessitas. Tu vero animaduerte, nunquid hac in parte alijs quidem omnibus ratio sit inexplicabilis, soli vero Hippocrati, atq; eius sectatoribus explicabilis. Neq; enim aliud qcquam, animal ab initio afformauit, sicuti neque rursus adauxit, aut vsque ad mortem enutriuit, præterquam iste calor innatus, de quo nunc habetur sermo. Hic igitur, cum sit omnium operum naturalium causa, quia copiosior est hyberno tempore, idcirco cibi appetentiam intendit, coctiones auget, & plus sanguinis accumulat, & crassius corpus efficit, & vt superfluitates excernantur, prouidentiam habet. At calor circunfusus non modo superfluitates, sed æqualiter omnia euacuat, materiam inutilem, & ea etiam, quæ in corpore secundum naturam continentur, vnà dissoluens per eam, quæ à medicis occulta difflatio nominatur, quam calor innatus operatur.

Neq;

Natura hu. com. 1. t. 36. 1ª. c / de Hippo. & Plat. decret. 1ª. 17. f / de Naturali. facul. 1ª. 298 a / com. lib. de dixta. t. 2. 2ª. b / 6. Epi. cõ. 4. 4. 3ª. 183. d / t. 25. 186. c. com. 5. t. 27. 3. d / de causis. pul com. 4ª. 97. c. / lib. de Renũ affect. dign. & d. qui Gale. ascribitᷣ. 7ª. 195. E / Aph. 18. 9. e / Finitionib. di. Gal. ascri Isagog. 44. f / i. f. 3. d. 5. c. 68. h

Neque enim aliud quicq̃ eſt natura animalium preter hoc calidum,ſecundum Hippocratis opinionem.Oſtenſum autem à nobis eſt in commentarijs de viribus naturalibus,naturam non ſolum appetere,cõficere,agglutinare q; ſingulis partibus proprium alimentum,ſed & huius quoq; ſuperfluitates difflare: ac, quanto fortius extiterit calidum innatum,tanto magis difflatio effugit ſenſum.Et ob hanc cauſam Diocles inquit ſudores eſſe præter naturam,qm̃ oĩbus,quæ ad corpus attinent,recte adminiſtratis,& alimento à natura ſubacto,nunq̃ ſenſibilis humor per cutẽ excerneretur. Quæcunq;.n.in balneis,aut vehemẽtibus exercitijs,vel propter ęſtiuũ calorem exudant homines,ex cauſis violentis originem habent. Bene igitur omnia tempore hyberno in corpore animalis adminiſtrant̃,qñ hyems mediocritatẽ ſeruauerit. ‖ Nam immoderatas intemperaturas & ipſe Hippocrates in ſequentibus damnat. Quòd autem omnia bene hyberno tempore in corpore animalis adminiſtrẽtur,indicio non paruo ſunt naturæ opera fortiora.Nam cibi in ventriculo bene concoquuntur,qm̃ calor innatus plurimus eſt: & vnà ſuperfluitates ſomnis longioribus expurgantur,quæ quidem exquiſite extenuata ſunt, per cutem: quæ vero in vapores conuerſa ſunt,per expirationem: quæ vero ſufficientem habent craſſitudinem,per vrinas.In his.n.plus eſt ſedimenti,q̃ per ęſtatem,præter id q etiam tota vrinarum multitudo hyeme ſufficienter augetur. Iamuero magis nutriunt̃,& carnẽ augent corpora hyeme, & plus boni ſanguinis cumulant, niſi malo prorſus vtantur victu.Nam,ſi cõſideraueris, vt corpora noſtra paucum habentia ſanguinẽ autumni tempore,atq; extenuata, ſuſcipiens hyems bonis implet humoribus,& craſſiora efficit,percipies,puto,nos gubernantis robur facultatis,quæ eſt calor innatus. Verum,niſi hic abundans habeat,quo fruatur,alimẽtum,primus ipſe à circunſtante frigore ſuperabitur, tam ab eo,qui extrinſecus ingruit,q̃ ab illo,qui p inſpirationẽ attrahitur: cum ipſo vero, & coctio ciborũ debilitabit̃,& boni ſanguinis generatio,& partiũ animalis enutritio, & ſuperfluitatũ vacuatio. Si vero tm̃ abunde habuerit alimentum, quantum poteſt euincere, & ipſe magis augebitur, & oĩa, quæ antea diximus,circa corpus animalis perficiet. Cæterum,vt ex pluri alimento oblato, quod non ſolũ bene in ventriculo conficiatur,ſed etiam in venis,& omni animalis parte, vnũquodq; multo ſeipſo carnoſius reddat̃,& plus ſanguine abũdet,habẽt homines ſatis ipſa experientia compertũ, non in ſeipſis tantũ,ſed etiam in iumentis. Nam ante ęſtatis initiũ,circa vltimã veris partẽ,& ſibi & illis ſanguinẽ detrahunt,in memoriam reuocantes,quibus capiantur morbis, qñ repente calor æſtiuus ſuperuenerit.Hic.n.adeo ſanguinẽ extẽdit,atq; diffundit, ac quodã modo efferuere facit, vt,qui hactenus moderatus fuerat,non poſſit amplius in venis contineri, ſed vel dirumpat ipſas, vel exedat: &, quando impetum fecerit ad aliquam corporis partem alijs debiliorem, in ipſa vel inflammationem,vel eryſipelas,vel aliquod aliud tale morbi genus operetur. Nam multo plures,ac grauiores morbi,quibus plenitudo dedit occaſionem,ex humorum fiunt fuſione. Hæc igitur omnia cum alijs aſtipulantur,quæcunq; in præſenti aphoriſmo Hippocrates docuit: tum hoc probant,nõ ſolum poſſe calorem per id tempus multos coquere cibos, ſed etiam multis indigere. Semper enim oportet alimenta eſſe innati caloris multitudini proportionalia, niſi forte, vt dixi,natura ex aeris ambientis caliditate imbecillis facta cogat ſubtrahere. Quam ob rem, cum & de vere Hippocrates ſermonem indiſtinctius habuerit,ipſe diſtinguam: Ac primum quidem veris initium hyemi ſimile magis eſſe, quàm æſtati: finem contra.Deinde quòd non nunquam talẽ ver habet frigiditatem,qualem tempus hybernum: aliquando talem,qualem tempus æſtiuum,caliditatem.In primis igitur partibus eius, ſiquando frigidum fuerit,hybernę ſimilem rationem victus adhibebimus: in poſterioribus autem,ſiquando fuerit calidius,æſtiuæ ſimilem. Quòd ſi mediam ſeruauerit temperaturam,victum illi proportionalem inſtituemus. Atq; hæc omnia de victus ratione,quam ſanis oportet adhibere,dicta ſunt: deinceps autem de illa, quæ ægrotis conuenit,ſermonem faciet.

3ª.Aph.i.& cet. vbi agit de anni temporib.& cõſtitutionib.

E F G

16

‖ *Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maxime vero pueris, & alijs, qui tali victu vti conſueuerunt.*

In pręcedẽtibus aphoriſmis de victus quãtitate doctrinã nobis tradidit: nunc vero de qualitate trãſigit,multa,q̃ in arte cõducũt,breuiſſimo ſermone docẽs: ac primo qualis ſit adhibẽdus victus febricitãtibus: deinde q victuũ [a] ſanorũ indicationes in ijs quidẽ,q̃ pręter naturã ſunt, cõtrarias: in ijs aũt,q̃ ſunt ſm naturam,ſimiles facere oporteat. Febri enim,quoniã calida & ſicca paſſio eſt, (eſt enim conuerſio natiuę caliditatis ad igneam) victum humidum cõſulit. Humidioribus vero naturis, ſiue propter ætatem, ſiue propter conſuetudinem, non contrarium, ſed familiarem. Oportet enim conſeruare naturam [b] † {eorum per humida,} non quemadmodum morbos, demoliri. Qui vero aquam inter cutem, cui febris adiungitur, in medium adducentes, ſermonem Hippocratis ſtudent per cauillum reprehendere, quoniam hic morbus non humidum exigit victum, ſed ſiccum, ignorãt ij artis curatiuæ caput in primis neceſſarium,quod nos vberius in illa tractatione tranſegimus: id autem eſt, ſimplicem quenque affectum propria egere curatione: plures vero inuicem copulatos tantum habere communem curationis indicationem, quantum copulabuntur,nobis vel ei, quod magis vrget, obuiantibus, non tamen alterius cura omnino poſthabita,

A * Codices quidam græci antiqui nõ habent hãc dictionem: plures tamen habent. Et Burgondio.

B † In quibuſdã cod. græcis non ſunt hæc verba, nec in Burgondione: vt ſit vniuerſalis ꝓpoſitio.

H 1. de S. [illegible] tuẽda. 2 [illegible] 8.metho[illegible] 7ª.54.h 1. de art[illegible] tiua ad [illegible] 7ª.97.c. 1ª.Aph. de Opti[illegible] cta ad [illegible] Iſagog.

A posthabita, vel omnibus pari studio succurrentibus. Quod autem de aqua inter cutem, & simul febre laborantibus meminere, non est absimile morbo laterali, in quo sanguis expuitur. Nam & in his contrarias exigunt affectus curationes, eductio sanguinis, & passio lateralis: quæ vbi cuipiam simul contigere, ad id, quod magis vrget, obuiare oportet, non omnino posthabita etiã alterius curatione. Sic itaq;, si quis simul febricitet, & ea laboret dispositione, quæ aqua inter cutem nominatur: ad ambos affectus respicientes, qui contrariam exigunt curationem, vtriq; eorum probe resistimus, quemadmodum & alijs oĩbus pari modo copulatis. Neq; igitur ipsi tale quicq; dixerimus, neq; alterum talia dicentem admiserimus: verum, si quid per verba sua Hippocrates in aphorismo non dixit, quod tñ idem habeat iudicium cum ijs, quæ ab ipso dicuntur, hoc quoq; fuisse dictum potentia, debemus existimare: nam & ætatis meminit, & consuetudinis: tu vero, & naturalis temperaturę, & temporis anni, & regionis non absq; ratione memineris, quę & ipse Hippocrates adijcit aliquando: non nunq; vero vnius, aut duorum mentione facta, reliqua, quæ sunt eiusdem naturæ, atq; ordinis, prætermittit. Fiunt autem, & ab his indicationes, quemadmodum supra & ab ætate, & à morbo fieri diximus, seruantibus nobis, quęcunq; inculpata sunt, per victum similem temperaturæ: quæcũq; vero culpata sunt, per contraria corrigentibus. Diximus autem plenius de omB nibus indicationibus in libris, quibus ars curatiua docetur.

17 *Et quibus semel, aut bis, & quibus plura, vel pauciora, & particulatim oporteat afferre, considerandum. Condonandum autem aliquid tempori, {& regioni} ætati, & consuetudini.*

Quoniam de quantitate, & qualitate eorum, quæ offeruntur, sermonem habuit: mox docere proponit modum eorundem. Neque enim sufficit hoc solum cognoscere, q huic plus, vel minus sit offerendum, vel q victu exiccante, vel humectante vtendum sit: sed, nunquid semel, an sæpius qualibet die, vel nocte cibum offerre oporteat, maxime necessarium est considerare: & ad hæc ipsa ab anni tempore, ab ętate, à consuetudine sumere indicationem: sicuti in qualitate, & quantitate sumebatur. Nam ad hęc primæ erant intentiones, & morbi ipsi, & vires ægrotantis, & præterea ætas, & anni tempus, & consuetudo, & quæcunq; his sunt proportionalia: & propterea ipse Hippocrates illud adiunxit, Condonandũ est autem aliquid tempori, {regioni} ætati, & cõsuetudini, liquido ostendens per verbum /condonandum/ q neq; totum, neq; maximum à talibus accipit.

Nam, si sæpius, aut raro, siue omnino nutrire oporteat: ab ægritudine, & viribus primum, & maxime accipitur: post hoc autem & ab anni tempore, & ab ætate, & talibus. Si enim vires laboranC tis debiles fuerint, & ea, quæ in corpore est dispositio, sit ex corruptione humorum, vel defectu: parum alimenti sępius talibus afferemus: parum quidem, quia virium imbecillitas non potest totam simul multitudinem alimenti sustinere: sæpius autem, quoniã multis indiget dispositio. Defectus siquidem exigit adiectionem, corruptio vero contemperamentum. Si vero cum virium debilitate neque defectus aliquis affuerit, neque corruptio, humores autem secundum naturam moderate se habuerint, vel etiam superabundauerint: his raro, & pauca afferemus: & multo magis istud agemus, si cum virium robore humores superabundauerint. Si vero cum humorum defectu, vel corruptione vires validæ fuerint: tunc multos cibos, atque multoties ijs, qui ita laborauerint, dabimus: vtpote multos exigente dispositione, & natura robusta potente illos superare. Si vero accessiones non permiserint, neque multas alimenti offerendi occasiones præstiterint: raro plura exhibebimus. At, si vires validę fuerint cum plethorica dispositione, raro pauca afferemus. Nam, etsi eum, qui cibum debet conficere, robustum habeamus: quia tamen dispositio multis non indiget, rationabile est, vt pauca afferamus. Sic quidem oportet & à morbo, & à viribus ægrotantis ad ea, quæ proposuimus, sumere indicationes. A tempore autem, ætate, & consuetudine, & alijs, quæ his sunt proportionalia, hoc modo: Æstiuo quidem tempore, quantum ad temporis raD tionem attinet, sæpius pauca danda sunt: quoniam, & pluri ægent adiectione, vt qui dissoluantur, & vires habeant imbecilles: hyberno vero tempore multa quidem propter robur virium, sed raro: quia non valde multa indigent adiectione laborantes, vt quibus non multa fiat euacuatio. Nam sanos quidem antea ostẽdimus sufficienter hyeme euacuari, quoniam plus habeant innati caloris: Vere autem medio, atq; adhuc magis æstati proximo, paucis, & ex longo interuallo nutriemus. Nam tempus id periclitatur, ne proxime accedat ad plethoricam dispositionem, propter humorum, qui hyberni temporis frigore concreuere, fusionem. Quemadmodum ergo in plethoricis dispositionibus, si vires validæ fuerint, paucum cibum, & ex longo temporis interuallo damus: sic & in vere faciendum est, præsertim in febricitantibus, de quibus nunc sermo habetur ab Hippocrate. Sanorum enim victum antea docuit. Autumnus vero morbis, qui ex corruptione fiunt, assimilatur. Quapropter, qui eo febricitant tempore, continua boni indigent adiectione: &, si vires validę fuerint, sępe, & multa dabimus: sin imbecilles, pauca, & sępius afferemus. Simili modo quispiam & ab ætatibus, & à consuetudine, & à regionibus sumeret indicationes, ad duas primas redigens intentiones. Singula enim, quæ diximus, aut fortes, aut debiles vires efficiunt, & corpus reddunt, aut superabundans bonis humoribus, aut sufficientibus carens, aut vitio humorum deprauatum.

i. I. f. 3. d. 5.
i. fol. 68. f

18 *Aestate, & autumno cibos difficillime ferunt, hyeme facillime: secundum locum ver habet.*

E de Natu hum. cō. I. t. 36. 1ª. 32.c in Cōm. lib. de Diæta. t. 2. 2ª. 40.b

Non bis, vt forte quispiam existimauerit, de eisdem differuit Hippocrates, cum superius illum scripserit aphorismum, cuius principium est, Vetres hyeme, & vere calidissimi sunt natura: nūc autem rursus, ꝙ Æstate, & autumno cibos difficillime ferunt, hyeme facillime, & ver secundū habet locum: Verum, quoniam & ad quantitatem victus, & ad modum vsus ciborum tam in sanis, ꝗ in ęgris, quandam accipit à temporibus indicationem: non absq; ratione eorum in vtrisq; cōmeminit: illic quidem ostendens cibos plures sanis dari hyeme oportere, quoniam plus inest innati caloris, quem nutriri oportet: nunc autem ꝙ si semel etiam multum illis ciborum attuleris, haudquaq; nocebis. Facile.n. omnes ferunt ciborū multitudinem hyeme, difficulter vero æstate. Quapp hyeme quidem raro, & multos cibos afferri concedendū est: æstate vero, quia cibos ferunt difficulter (siquidem is, cui eos coquendi, ac conficiēdi officium natura tribuit, calor innatus scilicet, exiguus est) cauēdum omnino est, ne totum simul cibum exhibeamus: sed studere oportet, vt frequentius pauca afferamus. Nam corporis dispositio similis ijs, qui ex humorum defectu morbi consistunt, existens, exigit adiectionem: Hyems quidem, atq; ęstas talem naturam habent: reliqua vero duo tempora, autumnus quidem æstatem subsequit, ver autem hiemem. Et causa aperta est. Nam refrigerari, & cogi in vnum, atque densari corpora autumno: laxari vero, & rara fieri verno tempore incipiunt. Ob hanc igitur rationem, nō idem bis de temporibus enunciauit: & ob illam etiam, quia in altero aphorismo de sanis sermo habebatur.

Supra, Aph. 15.

F

19 *Iis, qui per circuitus accessiones habent, nihil dare oportet, neq; cogere, sed subtrahere adiectioni ante iudicationes.*

Cum igitur tria sint capita, quibus victus ratio comprehenditur, quātitas ciborum, qualitas, & vtendi modus: ad duo quidē priora capita ex accessionibus nullam habemus vtilitatem, ad tertiū vero ex accessionibus aliquid sumere possumus. Quare non temere Hippocrates earū in tertio capite meminit. Nam tēpora commoda ciborum particularium, præcipue docēt accessiones, in morbis tñ, in quibus ordinatim obueniunt, hoc est per circuitus: atq; ideo ipse quoq; Hippocrates inquit /Iis, qui per circuitus accessiones habent, nihil dare oportet/ vt qui non ignoraret alios esse, quibus fierent in morbis accessiones, non tñ per circuitus, hoc est non ordinatim. In hisce igitur ratio exquisita inueniendi temporis, quo cibus offeratur, haberi nequit. In quibus vero accessionū ordo seruatur: principia earum oportet obseruare, hoc est, ne eis iam factis, vel non multo post futuris, nutriamus. Quod aūt dicitur /ante iudicationes/ vel ante accessiones quascunq; simplr, vel ante morbi vigores, vel ante illas, quæ proprie iudicationes noīantur, est intelligēdum. Nam hic triplex intellectus, verus est. Primus aūt magis videt ad propositum pertinere, si videlicet ante accessiones intelligamus. Nam de morbi vigore, retro dictum est: &, si de hoc intelligatur, ēt de iudicatione intelligetur: qm̄ maxima ex parte morbo in suo vigore consistente fiunt iudicationes.

G

20 *Quæ iudicantur, & iudicata sunt integre, neque mouere, neque nouare aliquid, siue medicamentis, siue aliter irritando, sed sinere.*

de Venæ sec aduers. Erasi 6ª. 6.c

Iam perfecto de victus ratione sermone, ad alterum caput transcendit: in quo docet, qñ sit totum ipsi naturæ permittendum, quod ad regimen pertinet ægrotantis, nihil aliud nobis agentibus, nisi victum cōuenientem instituentibus: qñ etiam non sit totum naturæ permittendum, sed & aliquid nos oporteat operari. Vbi igitur (inquit) vel integra iudicatio facta est, vel adhuc fit, totum naturæ permittere, & nihil nos nouare oportet: vbi vero indeficienter iudicat, id, quod deficit, supplere nos cōuenit. Hoc aūt & ipse dicebat in libro de humoribus, per hęc verba Quę perfecte iudicantur, nō mouere: neq; medicamentis, neq; aliter irritando, nouare quicq;. Nam, quod in aphorismis ἀρτίως, i. integre dixit, hoc in illo libro cōmutans ἀπαρτὶ, i. perfecte noīauit. Est autem huius nominis ἀπαρτὶ apud alios antiquos significatū pro cumulate, plene, atq; indeficiēter: quę oia etiam hoc loco per ἀρτίως, i. integre, debemus accipere. Neq;.n. per id verbū, dies pares oportet intelligere: esset enim in propatulo falsum, si quis in diebus paribus, vel iudicatus est, vel iudicat, nihil in his nouadum esse. Neq; etiā hęc dictio ἀρτίως, hoc in loco significat nuper: quod maxime ostendunt verba sequentia. Neq;.n. simpliciter dixit ἀρτίως, hoc est nuper, iudicata, sed quæ iudicant, & iudicata sunt: quorū alteri quidē /iudicata/ aduerbiū ἀρτίως, i. nuper, posset conuenire: alteri vero /iudicantur/ nullo modo. Sed & hoc ipsa rerum euidentia demonstrat. Neq;.n. siquid paulo antea sit iudicatum, hoc nouari non debet: sed si perfecte, si indeficienter, si plene, tūc verum est, quod dicitur. Siquid vero deficiat: id, quod deficit, oportet adiungere. Nam, quę post iudicationem relinquuntur, faciunt recidiuas. Quæ nam igitur est perfecta, & indeficiens iudicatio? nempe in qua cuncta bene procedunt, & cui nullus numerus deficit iudicatorius. Primum.n. melior est iudicatio, quæ fit per euacuationem inferiorem, ꝗ quæ per abscessum: deinde per quam humor noxius, & redundans, ꝗ per quā alter euacuatur: tertio loco, quæ κατ' ἴξιν, i. secūdum processum fit, quàm quæ secūdum processum non fit: vocat autem ipse secūdum processum id, quod recto tramite procedit: & quarto post has, quæ facile toleratur: quæ cum coctione fit, & in decretorio

in lib. d Hum. paulo ante dimidium libri.

H

* Hęc vox non est in gręcis codicibus.

cretorio

A cretorio die. Hæc omnia adesse conuenit perfectæ iudicationi: cui siquid desit, vel plura: neq; exquisita, neq; integra fuerit iudicatio.

21 ‖ *Quæ ducere oportet, quò maxime natura vergit per loca conferentia, eo ducere conuenit.*

Quæ'nam sunt illa, quæ ducere oporteat? nempe quę neq; iudicantur, neq; integre sunt iudicata: hæc igitur per quam partem sint euacuanda, docet, duplicem nobis dans intentionem, & ipsam partis naturam, & humoris inclinationem. Ad quem enim locum ex conferentibus vergit, eo ducere conuenit. Sunt aũt euacuationibus conferentia loca, intestina, venter, vesica, vterus, cutis vniuersa: ad hæc, palatum, & nares, qñ vel cerebrũ expurgamus, vel per profluuium sanguinis fit excretio: præcipue q; si κατ' ἴξιν, hoc est per directum ad locum patientem. Nam, quæ contra fiunt profluuia sanguinis, mala sunt. Inclinationes vero humoris noxij ad loca nõ conferentia fiunt, qñ vel aliquem habuerint suapte natura principatum, & maius ex ipsis damnum est subsecuturum q̃ morbi, qui iudicatur, dignitas expostulet: vel nullam habeant effluxionem. Exempli gratia, vbi hepar humores infestant, quos oporteat euacuari, duæ sunt ipsorum accõmodæ inclinationes: prior per ventrem: cuius illa melior est, quæ per inferiora, q̃ quæ per vomitum: secunda per renes, atq; B vesicam. Non tamen, quæ ad pulmonem, thoracem, & cor est inclinatio, bona est. Oportet itaque medicum naturæ inclinationem animaduertere: &, siquidem idonea fuerit, subministrare & adiuuare: sin autem contrarie simul ac noxie fiat, prohibere, transferre, atq; diuertere oportet.

in Lib. de Humo. i pricipio, et paulo ante dimidium.

* ἔκκρισις, aliter κρίσις.

. de Vsu par. 222.g
11. Epid.cõ.3. 14.3ª.124.e
16. Epid.cõ.2. 19.3ª.165.e
. Venæ sect. aduersus Erasi. 6.c
. Vict. rat. in m. acut cõ.2. 10.7ª.117.c

22 ‖ *Concocta medicari, atq; mouere, non cruda neque in principijs, modo non turgeant: plurima vero non turgent.*

Consueuit Hippocrates dicere, medicari (græce φαρμακεύειν) pro vti medicamento purgante. Verbum aũt /ὀργᾶν/ hoc est turgere, translatũ est ab aialibus † concubitum appetentibus, ad humores. Nã, sicuti illa stare loco non possunt, quadã titillatione impulsa, eo q; affectu cõcitata: sic & humores plerunq; in motu vehementiore, atq; trãsfluxu à partibus ad partes, in morbi principio hoiem infestant, mouentes, titillantes, & quiescere non permittentes, cum & ipsi pariter moueant, & transfluant, & titillatione ægrum molestent. Tales igitur humores euacuare conuenit: hoc est, qui sunt in motu, & latione, & fluxu: Eos vero, qui iam sunt in aliqua corporis parte firmati: neq; alio vllo auxilio mouere oportet, neq; medicari ante coctionem. Tũc enim naturam quoq; ipsam habemus euacuationi adminiculantem: conspicitur siquidem, & ipsa post coctiones, & humores discernere, & superfluitates expellere: quo in tempore fiunt & iudicationes. Sed, cum perfecte ipsa C mouet, nullo medicamento opus est: cum mediocrius atq; imbecillius agit, id, quod deficit, oportet supplere: vt ab vtroq; noxij humoris fiat euacuatio, natura quidem expellente, medicamento vero attrahente. Ostensum enim est à nobis in cõmentarijs de potentijs naturalibus naturã vniuscuiusq; particulæ, quatuor vti potentijs, attractiua proprij alimenti, & eiusdem retentiua, preterea quoq; concoctiua, & quarta alienorum expulsiua. Singula vero medicamenta proprium sibi attrahunt humorem. Bene autem sermoni addidit /Plurima vero non turgent/. discere q; oportet hoc ab experientia, raro contingere, vt humores ab vna parte ad aliam transfluant, sed frequẽtius accidere, vt in vna aliqua parte quiescant atq; consistant: in qua ẽt concoquuntur toto morbi tempore vsq; ad eius solutionem. Scire autem oportet, q in quibusdam exemplaribus hic aphorismus scriptus non est: in libro autem de humoribus passim scriptus inuenitur.

In eodem.

† ὀργῶντων.

de Sanitate tua. 1ª.84.h
de Totius mor. temp. 5ª.88.e
de Crisibus 4.128.g. Et 1.a
de Compo. si. ... secundũ L.5ª.191.b
de Vict. rat. in m. acu.cõ.4. t.7ª.137.e. E.38.139.e
Aphori.24. 1

23 ‖ *Deiectiones non multitudine sunt æstimandæ, sed si talia deijciuntur, qualia conueniunt, & ægri facile tolerant. Atque, vbi vsque ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, si æger possit tolerare.*

Siue à natura, siue à nobis euacuatio fiat, oportet omnino constituere quandam ipsius mensuram. Sicuti.n. qualitatem pro humoris molestantis ratione vacuari: ita videlicet quantitatem mul D titudini molestantis humoris respondere oportet. Sed qualitatis quidem indicia superius diximus, vbi illum aphorismũ exposuimus, cuius principium est, ‖ In perturbationibus vẽtris. Quantitatis vero nullum tale habemus indicium. Ob hanc igitur causam nobis dedit Hippocrates de eadem quantitate iudicandi viam, ex facilitate tolerantiæ. Nam, si humor supervacaneus euacuetur, tunc ipsum se ipso ægrotum fieri leuiorem, & melius tolerare est necessarium: quod si aliquod etiam ex ijs, quæ sunt secundum naturam, excernatur: dissolui, ac debilitari ægri vires, & tolerãtiæ difficultatem sentiri. Quare non promptam eorum, quæ euacuantur, quantitatis phãtasiam oportet attendere, sed duas, quæ dictæ sunt, notas, si qualia oportet euacuantur, & si facile tolerãt. Quod autem postea ab ipso subiungitur, Atq; vbi vsq; ad animi defectionem expedit ducere: recte quidem ab ipso dictum est, sed adijcere oportet vsus notas: quas quia ipse prætermisit, nos ex quibus ipsa experientia & ratione videmur inuenisse dispositiones, in quibus expedit vsq; ad animi defectionem euacuare, dicemus. Et primum, vsq; ad qualem animi defectionem dictum ab ipso fuerit, distinguere oportet. Neq; enim tales dicit animi defectus, qui & expauescẽtibus aliquando ægris venæ sectionem, vel tale auxilium aliquod, solent accidere: neque cum in ore ventriculi humores mordaces aliquando fuerint, vel prius in ipso coaceruati, vel qui in ipso remedij vsu ad ipsum confluxerint, qui causam dederint animæ defectionis. Solent enim & hoc tempore pati

In eodem.

Sup. Aph.1.3.b

in Prog.cõ.2. t.4ª.177.b
de Venæ sect. aduers. Erasist. K.6ª.12.c

animi defectionem: non tamen huiusmodi animi defectio est sufficiens mensura euacuationis, E quæ non nunquam, antequam conueniat, contingit: sicuti febricitantes plerique, vel inter surgendum, vel residendum, animo defecerunt: ob quam causam accumbentibus ipsis secamus venam. Ea igitur, quæ fit animi defectio ratione euacuationis, nunc ab Hippocrate dicta est esse mensura euacuationis, & in maximis inflammationibus, & in ardentissimis febribus, & vehementissimis doloribus. Oportet autem (sicuti & ipse inquit) viribus integris, atque valentibus, tantam moliri euacuationem: & nos sæpius huiuscemodi euacuationes prodesse plurimum, experientia didicimus. Nam & in ardentissimis febribus, si vsque ad animi defectionem sanguis mittatur, statim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur: plurimis etiam aluus citatur, & sudores emanant, ac quidam eorum ex his sanitati prorsus sunt restituti: alij valde adiuti vehementiam ægritudinis absciderunt. In maximis etiam inflammationibus, & vehementissimis doloribus nullum maius noui remedium, quàm vsque ad animi defectionem euacuare adhibita distinctione, an mittere sanguinem, an purgare oporteat † vsque ad animi defectionem, } quemadmodum in libro de venæ sectione monstrauimus.

† Hęc verba nō sunt in tralatione veteri, nec ī Oribasio, q libro.7. collectionum medic ad Iuliānū Imperatorem cap.3. hūc locum ponit: nec ēt in libris de phlebotomia hoc dixit Galen⁹ q. s. purgādū aliqñ sit vsq, ad animi defectionē.

24 ‖ *In acutis passionibus raro, & in principijs medicinis purgatibus vti, & hoc cùm præmeditatione faciēdum.* F

Paulo antea dictum erat, ‖ Cōcocta medicari, & mouere, non cruda, neque in principijs, si nō turgeant: plurima vero non turgent. Nunc autem, quod circa principia acutarum ægritudinum tantum contingit aliquando purgare vtiliter, nos docet Hippocrates. Nam in longis morbis semper oportet expectare coctionem, in acutis vero, cum turgent, ab initio possumus vti medicamentis purgantibus, & hoc ipsum cum multa cautione, & consideratione facere. Vnde mihi videtur Hippocrates recte adiecisse /Et hoc cum præmeditatione facere/. Siue.n. per hoc verbum diligentem intelligat examinationem prius factam, siue ægrotum ante præparatum, siue recti iudicij expectationē, siue horum aliquid, siue omnia vnius vocabuli significatione comprehendātur: quantum huiuscemodi vereatur purgationes, manifestat. Neque.n. paruum periculum est in morbo acuto male vti purgante medicamēto, cum omnia id genus medicamenta potestate sint calida, febris vero, quatenus febris est, & sui ratione, non calefacientibus, atque exiccantibus, sed maxime cōtrarijs, hoc est humectantibus, & refrigerantibus egeat. Non igitur ob igneam febris caliditatem, purgationem adhibemus (hanc enim scimus sui ratione nocere) sed propter humores illam efficientes. Quare maiorem oportet ex noxiorum humorum euacuatione fieri vtilitatem, quàm id, quod necessario consequitur ex purgantibus medicamentis, detrimētum: est autem vtilitas maior, si absque molestia omnis humor noxius, & infestans sit euacuatus. Vt vero hoc fiat, primo oportet considerare, nunquid æger idonee se habeat ad huiusmodi purgationem. Nam, qui multa cruditate laborāt, qui que tenaces, aut crassos cibos assumpserunt, quibus itidem extenta, atque inflata hypochondria sunt, aut supra modum calida, atque ignea † existunt, & hoc ipso in loco aliqua est viscerum inflammatio: omnes ij inepti sunt ad purgationes. Hæc itaque abesse oportet, humores autem, quàm maxime fieri potest, esse fluxui paratos, hoc est tenues, & nullum lentorem participantes, & aperta esse foramina, per quæ debet purgatio fieri, & nullam habere obstructionem. Nam & nos ista antea paramus, cum quempiam sumus purgaturi. Et hoc est, quod ab ipso Hippocrate dicitur in illo aphorismo, ‖ Corpora vbi quis purgare velit, oportet fluida facere. Verum in acutis morbis, circa principia statim, vel circa primum diem, vel non vltra secundum, si sumus vsuri purgantibus medicamentis, quando turgent, non datur facultas ista præparandi, nisi quis forte arripiat occasionem propinandi melicratum, in quo decoctum sit aliquid hyssopi, vel origani, vel tragorigani, vel thymi, vel pulegij, siue quid huiusmodi, vim habens humores extenuandi. Quare non sine ratione dixit raro circa principia morborum acutorum nobis venire in vsum purgationes, quoniam nō sæpius turgeant molestantes humores in principijs: neque si hoc adsit, ægro satis ad purgationem parato, neque dante morbo nobis temporis occasionem, quo possimus ex imparato paratum facere. H

Supra, Aph.22.

de Totius morbi tpib.3ª. 88 1. de Crisib 4ª.127.c in 1. Pror.cō. t.37.4ª.174 de Vict. rat. mor. acu.cō t.11.7ª.118. Et. cō.4.t.3 7ª.139.c 3ª. Aphor. 2 26.a

A.lib.1.t.4.c fol.73.e

† Cod. antiqui hñt, vt Leonicenus. quāuis impressi addant, τα̃ ὄρα, vt ita postea sit vertēdū: Calidę atque igneæ vrinæ.

2ª.Aph.9. 12.a

25 ‖ *Si, qualia oportet purgari, purgentur: confert, & facile ferunt: si contra, difficulter.*

6. Epid cō. 4.t. 12.3ª.183.b

Supra, Aph. 2. 3 b

in 6. Epi.c t.12.3ª.18 de Optima secta ad Thr. Isago.26. 4ª. Aph.2. c

Non est dubium hunc aphorismum in illo contineri, in quo dicebatur: ‖ In perturbationibus ventris, & vomitibus spontinis si, qualia oportet purgari, purgentur: confert, & facile tolerant: si vero non, contra. Verum, quia in hac libri parte de purgationibus à medico factis loquebatur, & omnes ferè necessarias distinctiones cōmemorauit, non piguit ipsum hunc quoque adiungere aphorismum, in quo nihil magis nouum edocetur, sed ad memoriam reuocantur ea, quæ prius in alia libri parte enunciauerat de spontinis euacuationibus, vt hoc etiam in loco totus sermo de purgationibus esset absolutus.

Galeni

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS

COMMENTARIVS SECVNDVS

1 [3. Aphori. 67. 4. f]

IN quo morbo somnus laborem facit, mortale: si vero somnus iuuat, non mortale.

Quod quidem labor (græce πόνος) apud ipsum nunc læsionem significet, clarum est ex eo, quod opponitur. Inquit enim: Si vero somnus iuuat, non mortale. Cum vero duplex sit ea, quæ ex somno fit læsio, altera communis, quando in principijs accessionum, quas ἐπισημασίας, hoc est annotationes vocant, ægroti dormierint: altera propria, in quibusdam morbis, quando in aliquo alio tempore: de hac ipsum dicere est existimandum: illa enim neque mortem, neq; aliquod aliud graue significat, cum naturã temporis consequatur. In principijs siquidem accessionum calor {naturalis} totus, & humores in profundum corporis vergunt, (quemadmodum ipse docuit) & magis in quibus horror, vel rigor, vel fortis partium exteriorum B refrigeratio contingit. Et propterea, si in principijs dormierint, casus illis protenduntur, & vix febres ad consistentiam perueniunt. Ac, siqua inflammatio sit circa viscera, rationabile fit ipsam augeri: si'que humores aliqui ad ventrem confluant: non, vt in alijs somnis, concoquuntur, sed multo plures fiunt, incocti permanentes. Ob hanc itaque causam, ægrotis vigilias tunc præcipimus, illam, quæ à vigilijs fit, spiritus, sanguinis, & caloris, qui in eis est, ad exteriora lationem opponentes, tanq̃ maximum auxilium, aduersus illam, quæ fit in accessionum principijs, sanguinis, spiritus, & caloris {naturalis} ad interiora lationem. Quare non sine ratione dixerit quispiam huiuscemodi læsiones hoc tpe accidere quidem ex natura accessionis, sed vigilia prohiberi: Cum vero hac quoq; priuati fuerint ægrotantes, tunc damnum sentire manifestius, nõ quia altera læsio accedat ex somno, sed quia deest illa, quę ex vigilia habetur vtilitas. Hic itaque sermo nullam ostẽdit fieri in accessionum principijs ex somno læsionem, sed hoc ipsum tantummodo, carentiam vtilitatis. Alter autem sermo, qui concedit ex somnis fieri hoc tempore læsionem, asserit nunc Hippocratem docere de ijs, qui in alijs temporibus dormiunt, in quibus maxima ex parte manifesta vtilitas ex somno prouenit, præsertim vbi morbo declinante adhibeatur. Nam aliquando etiam consistente morbo somnus manifestam affert vtilitatem: quãdoq; etiam in extremis partibus augmenC ti, quæ ad consistentiam copulãtur: manifestissima tamen omnium vtilitas est, quæ in declinationibus fit. Sane q̃, cum somni nocent, minus quidem exitiales sunt iam consistente, atq; increscẽte accessione: præcipue vero sunt in declinationibus perniciosi. Nam, quo tempore aliquid est vtilissimum, si præter id, q̃ nihil prodest, etiam nocet, mortem non sine ratione significat. Ex somno autem læsiones sunt, quæ sunt vtilitatibus contrariæ: idcirco quia febres vel ab eo non dissoluuntur, vel etiã exacerbantur, & quia dolores intenduntur, & fluxiones multiplicantur, & crescunt inflãmationes. Quidam vero & inter dormiẽdum delira loquuntur: &, vbi expergefacti fuerint, multo tempore in delirio perseuerant. Quibusdam etiam initium comatis in somno fit: & vix, cũ punguntur, excitantur. Hæc autem omnia contingunt propter humorum malignitatem: quos, vbi calor innatus fortior extiterit, per somnos concoquit: vbi vero debilior, illis succumbit, ab eis q; viscera aggrauãtur, & dictis affectibus homo corripitur. Ipse etenim Hippocrates vult ‖ hominem vigilantem extrinsecus esse calidiorem, dormientem vero contrario modo se habere: id nos edocens (quod etiam quibusdam alijs rerum naturalium studiosis visum est) somnum atque vigilias fieri secundum innati caloris motiones. Non absq; ratione igitur euenit, vt, cum in visceribus iste collectus causas morbificas nequeat euincere, perniciem significet. Si tamen euicerit, nõ dum cer D tæ salutis est signum, nisi quispiam dicat, quantum ad talem affectum attinet, ægrotum non periclitaturum, ex alio tamen affectu interire posse. Nam, siqua inflammatio solutu difficilis aliquam ex partibus principalibus præoccupauerit, contingit ægrum, qui ita se habeat, interire. Quare securius pronunciãdum est, vbi quidem ex somno læsio aliqua aduenit, lethalem esse notam: vbi vero prodest, non lethalem. Quod vero ex somnis aliquæ accidant læsiones, ipse in libris, quos Epidemios inscripsit, ostendit his verbis: ‖ Inter hos multi erant comatosi, & delirantes: non nulli vero ex somno tales fiebant.

[6. Epid. cõ. 4. t. 14. 3ª. 183. c]

[2. Epid. sect. 3ª.]

2 [4. Aphori. 67. 3.]

Vbi somnus delirium sedat, bonum.

Si ambos dixerimus aphorismos, & hunc, scilicet & antecedentem, inuicem iungi, totus sermo talis vtique fiet: In quo morbo somnus laborem facit, mortale: si vero somnus iuuat, non mortale: vbi igitur somnus delirium sedat, bonum: vt vnum aliquod veluti exemplum particulare subiungat sermoni antecedenti vniuersaliter dicto: tanquam si ita dixisset: Vbi igitur dolorem somnus sedat, bonum. Vbi igitur febrem somnus sedat, bonum. Vbi igitur inflammationem sedat somnus, bonum. Sed satis fuit tantum periculosiorem morbum nominare. Nam veritas sermonum vniuersalium, ex huiuscemodi exemplis magis dilucet.

3 ‖ *Somnus, atq; vigilia, vtraq; si modum excesserint, malum.* E

Non nulli ex medicinæ professoribus existimarunt vigiliam modum excedentē malum esse & signum, & causam, non tñ somnum: hunc.n. semper bonum esse, & signū, & causam: & nunq̄ fieri somnum modum excedentem: plurimos vero decipi, arbitrantes comatosas dispositiones incipientes, somnum esse longum. Verum hi à nobis discentes, ꝙ non prius coma nominatur, q̄ difficilem habuerit expergefactionem, concedant somnum longum recte nominari, qñ solo tempore modum naturę conuenientem excesserit, & non dum habuerit difficilem expergefactionem. Fit autem huiuscemodi somnus refrigerata prima parte sensitiua, hoc est cerebro ipso: quæ refrigeratio, cum fortis fuerit, mista quidem humiditati, facit lethargicas passiones: cum siccitate vero, eas, quę gręco vocabulo καταλήψεις, id est deprehensiones nominantur. Sic & vigiliæ fiunt propter calorem primæ partis sensitiuæ, vel ex sola intemperatura, vel ex humoris biliosi abundantia. Horum vero talium omnium demonstrationes in nostris sunt scriptæ tractatibus: nunc autem sufficiat sola eorum capita tetigisse. Sicuti autem quidam fuere, qui somnum semper fieri commoderatum, existimarunt, & nunq̄ immoderatum: sic non nulli rursus aiunt vigiliā nunquam esse moderatam, sed hoc nomen solam immoderantiam significare, obliti eius, quæ in vsu vitæ seruatur, F consuetudinis, quoniam & mala non nunq̄ mediocria dicimus magnorum comparatione. Sic igitur oportet accipere vigiliam mediocrem, ac si significet paruam.

3 de Locis affectis.4[a].16.g in 1.Pror.cō.1 t.47 4[a].175.d in Progn.cō.1 t.17.4[a] 193.h 7[a]. Aphor.67 60.f

4 ‖ *Non satietas, non fames, neque aliud quicquam, quod modum naturæ excesserit, bonum.*

Rursus hic aphorismus, sicut & alter, qui antecedit, quod in vna materia, idē in omnibus enunciat. Nam, cum sanitas moderantia quædam sit, necesse est omnes immoderantias, quæ plurimum à modo recesserunt, iam ægritudines esse: quæ vero non dum id, quod plurimum est, obtinent, ægritudinum generationem ostendere.

de Optima secta ad Trasy. Isagog.20.c. 27.a. Et 2 Aph.17.13.a

5 ‖ *Spontaneæ lassitudines morbos prænunciant.*

Non eius, quæ fit ex motionibus, immoderantiæ nomen est lassitudo, sed eius, quæ aduenit in corporibus animalium, dispositionis. Neq;.n. lassitudinū meminit, quę ex talibus accidunt motionibus, sed quæ sponte contingunt. Cum igitur absq; motu huiusmodi euenerit dispositio: non simpliciter lassitudo, sed lassitudo spōtanea noīatur. Sed, cum tres sint lassitudines, quemadmodum in salubribus declarauimus, prima, quę vlcerum, secunda, quæ tentionis, tertia, quę inflammationis sensum habet, ex his composita: prima quidem ex vitiatis humoribus ortum habet, secūda ex plenitudine, tertia ex vtrisq; simul iunctis. Sic.n. à nobis est monstratum in ea, quæ de salubribus inscribitur, tractatione. Quare non temere dictū est spontaneas lassitudines morbos nūciare. G

4. de Sanitate tuen.2[a].82.c in 6. Epi cō. t.2.3[a].179.f de Optima secta ad Trasy Isago 26.g A.li.1.f.2.d c.20.fo.41.b

6 ‖ *Quicunq; dolentes parte aliqua corporis, omnino dolorem non sentiunt, ijs mens ægrotat.*

Dolores (hoc est πόνους) solet nominare non nunq̄ dispositiones ipsas, in q̄bus dolemus: in quē sensum dicebat in libro Epidemiorū, ꝙ in ‖ Cranone antiqui dolores frigidi, noui aūt calidi: haudquaq̄ dolores calidos, frigidos've, sed dispositiones, ex quibus fiant, ita noīans. Et hoc in loco igitˀ eodem modo dolores ipsas dispositiones nominauit, quęcunq; cum dolore fieri sunt natura aptæ, quemadmodum erysipelas, inflāmationem, & vulnus, & collisionem, atq; rupturam, & conuulsionem, & quodcunq; tale aliquid: quod si adsit, & ab ægroto non sentiatur, mentem indicat ęgrotare. Siue autem γνώμην, i. mentem, siue διάνοιαν, i. cogitationem dixerit, nihil in pręsentia refert.

6.Epid. cō.1.t. 83[a].156.d

7. de Hippo Pla. decreus. 271.h in 1.Pror.cō t.16.4[a].165 Et.cō. 2. t. 172.e

7 ‖ *Quæ longo tempore extenuantur corpora, lente reficere oportet: quæ vero breui, breuiter.*

Quę enim pauco tempore extenuata sunt corpora: ob humorum, & spirituum euacuationem, H non ex solidorum colliquatione id perpessa sunt: qui vero lōgo tempore extenuati sunt, ijs carnes liquescunt, graciles etiam redduntur aliæ partes, per quas concoctio in animalibus, & distributio, & sanguificatio, atq; nutritio perficitur: quare tantum nō poterit concoqui alimentum, quāto indiget corpus. Quam ob causam talia corpora longiori tēpore reficere oportet, atq; tenuiter, quod lente nominauit. In quibus autem soli humores, & spiritus sunt euacuati, in ijs celeriter, ac plenius contingit reficere, cum fiduciam nobis præstet solidarum partium robur. In fine autem aphorismi duplex scriptura inuenitur, & idem vtraq; significat, siue /breui/ casu ablatiuo, siue /breuiter/ aduerbialiter scriptum sit.

7.Methodi dē.7[a].46.c

8 ‖ *Siquis à morbo cibum assumens non corroboratur, pluri alimento corpus vti significatur: quòd si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet, quòd indiget euacuatione.*

Propter breuiloquium, & vsum quendam dictionis, qui etiam est apud nos in multis ciuitatibus Asiæ, hic aphorismus habuit obscuritatem. Consuetum enim est nobis dicere, non assumere cibum illos, qui sunt sine appetitu, assumere autem eos, qui appetunt, ac comedunt vsque ad satietatem. Quicunque igitur appetentes, & abundans alimentum accipientes, non possunt robur

2[a]. Aphor. 12.d Et Aph. 16.h. Et Aph. 32.17.a. Et Aph.62.59

A sanitatis recuperare, grauantur potius, non ab eo nutriuntur. Qui vero neque, quod satis est, possunt assumere, vitiosos humores habẽt: quos nisi euacuarint, fieri nõ potest, vt robur sanitatis recuperent. Hippocrates vero non hic tm̃, sed & in alijs suis cõmentarijs, quãdo proportione inter se seruata humores omnes augentur, missione sanguinis auxiliat. Vbi vero vnus aliquis ex ipsis superabundat, illi purgatorium exhibet medicamen. Vt igitur ista cognoscens, & qui sæpius in suis commentarijs eadem tradiderit, recte duos sequentes aphorismos subiungit, in quibus de eadem docet dispositione, de qua etiam in hoc antecedente docuit aphorismo, inquiens: Si vero nõ assumente ægro hoc fiat, scire oportet, ꝙ indiget euacuatione. Sane q; ordinem duorum sequentium aphorismorum puto deprauatum in multis exemplaribus: illaq; rectius se habẽt, in quibus prior ille scribitur: Non pura corpora quanto plus nutries, tanto magis lędes: vt totus sermo talis existat: Quod si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet, ꝙ indiget euacuatione: nõ pura enim corpora quanto plus nutries tanto magis lædes. Nos vero sequentes ordinem, quem in pluribus exemplaribus scriptum inuenimus, sic eorum faciemus expositionem.

9 ‖ *Corpora cum quispiam purgare voluerit, oportet fluida facere.*

ii.Epi. cõ. 5. t.1.3ª.193.g
1 Aphor. 24. 1.g. Et 7ª. Aph. 66.60.c

B Multi quidem volunt corpora fluida fieri: vbi per medicamenta vomitoria euacuatio est facienda, vomitum irritando: vbi vero per deijcientia, assidue aluum subducendo. Atque ob hæc totam dispositionem vtrisque, his quidem ad alui subductionem, his vero ad vomitum habilem faciunt. Ego vero Hippocratem puto non minimum id, sed aliquid maius hoc in loco nos docere voluisse, quod nos longa experiẽtia didicimus ita se habere. Siquis enim extenuet, & incidat crassos, atque tenaces humores, qui in corpore sunt, & meatus aperiat, per quos isti transmittuntur, atque trahuntur à medicamentis, quę vim purgatoriam habent, tunc purgatio recte in omnibus procedit. Qui vero istud quidem neglexerint, vomitus autem, atque alui subductionem procurauerint: ijs difficiles obueniunt purgationes, nõ sine torminibus interdum, & vertigine quadam, fastidio q; multo, & malo pulsu, ac dissolutione, & difficultate. Nobis autẽ extenuanti victu (de quo integrum scripsimus librum) vtẽtibus nihil horum contingere consueuit: & eorum, quę in corpore præter naturam continentur, euacuationes sine vlla molestia, ac celerrime fiunt: atque idcirco Hippocratem dicimus suo adiecisse sermoni: Vbi quis voluerit purgare corpora, oportet fluida facere: ac si ita dixisset: Siue per vomitus, siue per alui subductionem purgare velis, postq; fluidum totum corpus effeceris, ita demum optime purgabis. Erit autem fluidum, vt diximus, C omnibus meatibus reseratis, & humoribus incisis, atq; extenuatis, siquis fuerit humor in corpore crassus, ac glutinosus.

10 ‖ *Non pura corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes.*

1 Simplicium facul. 5ª. 9
1 b. de Renũ a. & dign. & m qui Gal. ascribitur. 7ª. 15 b
1 Apho. 15.

Corrumpitur enim aduenien salimentum vnà cum ijs vitiosis humoribus, qui iam in corpore præexistunt: ita vt ipsorum quidem quantitas augeatur, qualitas vero seruetur. Hoc præcipue fit, quando ventriculus quibusdam humoribus vitiosis plenus extiterit, ob quos & casus paulo antea dictus ex morbo conualescentibus accidit, non posse videlicet cibum assumere.

11 ‖ *Facilius est impleri potu, quàm cibo.*

7 Aphor. 62. 55

Cum sermo ipsi de ijs, qui indigent refectione, antea sit habitus: propterea nunc scripsit materierum diuersitates, ex quibus renutriuntur. Scriptum autem est, & in libro de alimento sic: ‖ « Qui » cita indigent adiectione, ijs humidũ ad recuperandas vires remedium optimum est: vbi aũt adhuc « citius, per odoratum. Oportet autem non simpliciter intelligere in vtroq; libro, vel in illo humidum, vel hic potũ, sed humida, & potus, quæ suapte natura apta sunt nutrire corpus. Nam, si nõn D ita nutriunt, sicuti solidiora, superant tãmen nutriendi celeritate: veluti vina crassiora. Nam aquosa (sic autem nominant alba, & tenuia) sicut aquæ similem formã habent, ita etiam vim: quare vrinam cient, & minimum nutriunt: quæ vero crassa sunt, & colore rubea, omnium vinorum maxime nutriunt. Inest autem eis, & " citissime implere corpora euacuata, & ob hoc indigentia adiectione. Quod autem humidum alimentum, præcipue cum fuerit natura calidum, facilius nutriat, manifestum ijs est, qui norunt, quo modo & coctio, & distributio fiant.

in lib. de Alimẽto prope à fine.

* *Hæc duo uerba non sunt in græco, nec in Burgundionis versione.*

A. 1.1.t.4.c.1. fo 1.b

12 ‖ *Quæ relinquuntur in morbis post iudicium, recidiuas facere consueuerunt.*

1. Crisibus. 4ª 12.g

Idẽ 2. Epi. sect. 3a. et 4. post dimidium

Hic etiam aphorismus antecedentibus iungitur. Nam, cum Hippocrates dixerit, ‖ Si à morbo cibum assumens quis non corroboratur, pluri alimento corpus vti significatur: ꝙ si non assumẽte cibum hoc accidat, scire oportet, ꝙ indiget euacuatione: & ob hanc causam cum deinceps de euacuationibus sermonem habuisset, nunc causam assignat, ob quam oporteat euacuare eos, qui post morbum non appetunt: ac si totus sermo ita ab ipso transigeretur: Quod si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet, ꝙ indiget euacuatione: nam, quæ relinquũtur in morbis post iudicationem, recidiuas facere consueuere. Per ea, quæ relinquuntur in morbis, malorum humorum reliquias intelligens, quas necessarium est tempore putrescentes, febrem accendere: cum omnis hu-

6. Epid. cõ. 2. t. 22. 32. 164. a
paulo superius Aphoris 8.

mor alienus à natura corporis, in quo continetur, aptus non sit ad eius nutritionem: & deinceps E necessario ad putredinem conuertatur. Quando autẽ & locus calidus erit, in quo fuerit collectus, tunc & maxime, & celerrime putridus fit.

13 ‖ *Quibuscunq; iudicatio fit, ‖ ijs nox grauis ante accessionẽ quæ vero subsequitur, magna ex parte, leuior existit.*

6 Epid.cõ. 2.t. 25.3ª.164.b

in 6.Epid.cõ.2 t.23.3ª.164.e 3. de Crisibus 4ª.143.d

Crisis id est iudicatio est subita in morbo, vel ad sanitatem, vel ad mortẽ mutatio. Fit aũt natura separãte à bonis mala, & ad excernendũ præparante. Non temere igitur in tali turbatione grauiter se habẽt: & grauitas hęc noctu fit manifestior: nam hoc tpe dormire cõsueuimus. Somno igit à turbatione interrupto, clarius grauitas illa percipitur: licet similis fiat interdiu turbatio, qñ nocte sequẽte est iudicatio futura. Quod aũt in fine aphorismi scribitur /Quæ vero subsequitur, magna ex parte leuior existit/: in multis exemplaribus non habetur. Vult autem docere nos, ꝙ magna parte nox subsequens iudicationem facilior præcedẽte existat, qm̃ plures iudicationes bene terminantur. Scimus.n. plures esse ex ægrotis qui seruanť, q̃ qui moriuntur, nisi pestilẽs constitutio sit.

14 *In profluuijs alui, mutationes excrementorum iuuant, nisi ad mala mutatio fiat.* F

Mutationes excrementorũ, quæ multas humorum formas educunt, exquisitius corpus expurgant, nisi habeant signa colliquationis, aut putredinis: de quibus in Prognosticis ipse ‖ transegit: vbi & pinguium, & vitiosorum, ac male olentium meminit excrementorum.

in Prog.cõ.2.t. 22.4ª.199.h

15 *Vbi fauces ægrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, excretiones inspicere oportet. Nam, si biliosæ fuerint, corpus vnà ægrotat: Si vero similes sanis, tutum est corpus nutrire.*

Duos inuicem sermones ex aduerso ponens, in vtroq; id, quod manifeste consequitur, prætermisit. Quare, si vtrique id, quod deest, adiungatur: erit vniuersa oratio huiuscemodi: Vbi fauces ægrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, inspicere excretiones oportet. Si enim biliosæ fuerint, corpus vnà ęgrotat, neq; tutum est ipsum nutrire. Si vero similes sanis: corpus vnà nõ ęgrotat, & tutum est ipsum nutrire. Ex quibus vero mihi videtur Hippocrates ipse sibijpsi persuadẽs, in hunc modum scripsisse, iam dicam: Animalium natura non nunquam ex principalibus membris humores malos euacuans, alios per vrinas, vel vomitus, vel aluum inferiorem excernit: alios ad cutim extrudit, quos cum euacuare propter crassitiem non possit, ibi eos deponit: atq; hoc modo tubercula nascuntur in corpore: sæpe & fauces fluentem ex capite humorem suscipientes infe G stantur. Tunc igitur considerandum est, ac distinguendum, nunquid natura totam in patientibus partibus superfluitatẽ deposuerit, an adhuc corpus vniuersum vitiosis humoribus abundet: quod excrementa indicabunt. Nam, si omnino natura mota est ad expurgandum corpus, biliosa apparebũt: quoniam & tubercula sanguine calefacto à bilioso humore fieri sunt apta: patet'que prius esse purganda, quàm nutrienda huiuscemodi corpora. ‖ Non pura enim corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes. Sin autem excretiones sunt similes sanis, totum corpus † bonos habere humores} indicatur: & sine vllo periculo nutriri potest.

Supra, Aph.10.

† ὑγιαίνον, i. sanum esse, est ĩ impressis. aliqui tamen habẽt εὔχυμον quã lectionẽ secutus est Leonicenus.

16 ‖ *Vbi fames, laborandum non est.*

de Vict. rat mor.acu.c t.53.7ª.11

Famescere illos dicimus, qui ob ciborum inopiam ad extremam esuritionem perueniunt. Sic Hippocrates ipse secundo libro Epidemiarum ‖ dixit. In oppido Æno, ijs, qui ob famem leguminibus vescebantur, crura debilitata sunt. Et quidem omnem eximium ciborum defectum, etiam si citra penuriam ex electione vel iussu fiat, famem consueuit appellare, veluti cum ait: ‖ Carnes humidas habentibus, famem adhibere conuenit. Fames.n. exiccat corpora. Et, cum in Prognosticis inquit, ‖ Interrogare oportet, nunquid vigilauerit homo, vel aluus fortiter exinanita fuerit, vel fa H mes ipsum obsederit: pro defectu ciborũ famẽ accipit: hoc ẽt in loco sic dixit, Vbi fames, nõ oportet laborare: ac si ita dixisset: Qui cibum capturi non sunt, ijs eo die labor aliquis iniungendus nõ est. Hic aũt per laborem (græce πόνον) oportet intelligere vehementẽ motum, quem exercitiũ nominant. In hanc itaq; sententiam ipse dicebat, ‖ Labores cibũ antecedant. Est igitur ipsi sermo cõmunis ad ægros, & sanos. Sanis.n. non sunt præcipienda exercitia simul cum inedia: nec ægris aliquis vehementior motus adhibendus vnà cum cibi abstinẽtia: non sanguinis missio, nõ alui purgatio, non vomitus excitatio, non frictio multa, non deniq; vehemens vlla corporis cõmotio, aut alteratio. In talibus siquidẽ motibus oĩbus, vbi cibus defuturus sit, vires dissoluunť, siue ægrotent, siue sani sint homines. Vbiq; vero Hippocrates magnopere studet seruare fortem eam, quæ regit animalia, potentiam. Siue igitur numero singulari /potentiam/ dixerimus, siue plurali/ potẽtias/ nihil refert: hoc'que in libro de alimento ‖ Hippocrates ipse dixit, potentia vna, & non vna: genere quidem ostendens vnam esse potentiam, species autem plures habere.

2.Epi.sect.4.Et 6. Epid.cõ 4. t. 13.3a.183.c

7ª. Aphor.59. 59.c

in Prog.cõ.1.t. 8.3ª.191.e

A.l.1.f.3. c.3. fol.60

6. Epid.cõ. 4.t. 31.3a.187.e

in lib.de Alim. post dimidiũ.

17 ‖ *Vbi alimentum præter naturam plus ingestum est, hoc morbum facit: ostendit autem sanatio.*

1. de Diis. 3ª.32.f

Quod in altero aphorismo vniuersaliter dixit, hoc nunc in vna specie docet, Vniuersalis enim

est hic

A est hic sermo: Non satietas, non fames, neq; aliud aliquid, bonum, quod modum naturæ excedat: verum propositus nunc aphorismus, de vna re, scilicet satietate, pronunciat. Plus enim alimēti, quā modo naturæ cōueniat, satietas seu repletio, græce πλησμονὴ, noīatur. Semper igitur id, quod plus est, ad aliqd dicitur. Verum in nostris corporibus duplex est, vnū quātum ad vasorum capacitatē, alterum quantū ad illam, quæ nos gubernat, naturā: de quo nunc Hippocrates docēs, alimentum copiosius dixit esse præter naturam: ne eos, qui ita cibis sunt repleti, vt vēter extēdatur, omnino ex hoc arbitremur sensuros læsionē: neq; eos, qbus aliqd deest ad cōceptaculi mēsurā, † pauca assumpsisse, & oīno illa bene concocturos. Nā & priores cōtingit, q̄ vētriculum repleuere, cōcoquere, si eorum natura fortis extiterit: & secundos non posse concoquere propter imbecillitatē, tunc p̄sertim, cum priores assumpserint cibos cōcoctu faciles, secundi vero concoctu difficiles. Sic & in distributione alimēti, potētia sanguifica illi proportionalis, quæ in ventre cibum concoquit, aliquando ex imbecillitate non alterabit humorē ad venas distributū, ēt si mediocris esse videatur. Aliqn̄ mediocri copiosiorē prompte in sanguinē transmutabit, partim ex sui robore, partim ex humoris natura ad coctionē idonea. Eodē modo & tertium alimentum (quod maxime proprium alimentū nominamus, id dico, quod partibus animalis adijcitur) pro natura potētiæ, vel copiosius vel non

B copiosius dicetur, & vel bene cōcoquetur, & nutriet, vel non: & iuxta hoc vel ab ipsa obtinebitur, vel nō obtentū corrūpetur, & morbū generabit. Vna igitur expositio hæc est, illud, quod plus est, quantum ad potentiā, à qua animalia reguntur, nobis intelligentibus. Altera, quātum ad qualitatē præter naturam, vera & ipsa. Nutritur siquidem pars vnaquæq; ex proprio sibi alimento, quod recte diceremus esse illi secundum naturā. Cum igitur aliquando ad ipsam peruenerit aliquis humor, qui alteri quidē parti sit secundum naturam, ipsi vero alienus, & præter naturam: malum quidē hoc existit, nō tamē ex necessitate sequetur morbus, vbi exigua portio fuerit. Nam, cum neque illa medicamēta, quæ corpus nostrum possunt corrumpere, sicuti mādragora, papauer, atq; cicuta, possint sine quantitate nocere: multo minus huiuscemodi humor, qui præter id, quod non corrūpit, etiam alias partes enutrire potest: alioqui ipsum neq; alimentum vocasset, nisi tali esset natura preditus. Sicuti igitur, si parum aliquid spiritus per gulam ad ventriculum deferretur, aut potæ humiditatis pauxillum ad pulmonem per asperam arteriam dilaberetur, neq; ventriculus, quo ad hoc ægrotaret, neq; pulmo: eodem modo se res habet etiam in aliarum partium alimento. Iam vero et tertia quædam expositio est à quibusdam inuecta, qui nos accipere iubent /præter naturam/ pro valde & exuperanter, ac si ita diceretur: vbi alimentum exuperanter intrauerit, id morbum facit.

C Nam alimentum paululum mediocritatē excedēs, nondum posse facere morbum, sed adhuc seruare corpus intra latitudinē sanitatis, vera quidē & hæc est sententia. Oportet, siquidē alimentū, quod morbum facturum sit, non paruo aliquo excedere exquisitā mediocritatem. Verum non est mos ob hoc sermonē distinguere. Solent enim ipsum tantummodo genus enunciare, vel exustionem, vel frigefactionē, vel cruditatē, vel corruptionē humorum, &, quæcunq; alia huiusmodi, morbum facere dicētes, quasi nos in singulis horum effatu dignam quantitatē subintelligamus. Eodē igitur modo & alimentum excedens dicunt facere morbum, non adijcientes multo: cum nos non lateat, quod, si quintadecima vnius drachmæ parte mediocritatē excesserit, nōdum potest morbum efficere: verum, si hic excessus multiplicetur, faciet & ipse aliquando morbum: ex genere enim causarum est vna, quæ morbos cōmittendi vim habēt. Secundum hæc igitur tertia expositio, etsi quammaxime vera sit, mihi tamē videtur esse curiosior, q̄ deceat veterū consuetudinē, præter id, quod violentius exponit vocis illius /p̄ter naturā/ significatum. Verba aūt, quę in fine aphorismi scribūtur, vbi ait /. Ostēdit aūt sanatio/ : melius scriberentur cum coniunctione /&/ hoc modo: Ostēdit autē & sanatio. Neq; enim sola sanatio ostēdit alimentū, vbi plus moderato ingestum est, facere morbū, sed & rei natura indicat, contestāte etiā sanatione. In omnibus siquidē artibus, ijs, quæ recte sunt ex

D cogitata, accedit etiam ex euentu testimonium. Quod nam igitur illud est in præsenti sermone? ea, quę sequitur ad noxiorum humorum euacuationes sanatio, quod etiam testimonium Herophilus in tritēporea significatione vocata assumpsit. Siquis enim plus consueto assumpserit cibi, æquali aūt prioribus, aut etiā minori vtatur exercitio, moxq; aggrauato corpore cum rubore atq; tumore venarum incipiat febricitare: non absque ratione quispiam illum ex multitudine febricitare existimauerit. Si igitur euacuatus inde iuuatur, statim existimatio de multitudine confirmabitur, & crescet audacia in eisdem simili modo euacuandi, non expectantibus empiricorum obseruationē, quam ipsi aiunt eorum esse, quæ sæpissime in eisdem eodem modo contigerunt. Forte igitur in aphorismo adiecta erat coniunctio /&/ deinde aliquis tanquam superfluam ipsam abstulit. Forte autem & ipse Hippocrates ab initio simpliciter scripsit absq; coniunctione. Ostendit autem sanatio: ac si ita dixisset: Ijs.n. quæ prius dicta sunt, ita se habentibus, vt dictū est, hoc est pluri alimento præter naturam comprehenso in corpore, vbi adhibita euacuatione ęgrotus leuabitur: argumento erit morbum aduenisse ex multitudine alimenti. Quod autem euacuationem simpliciter Hippocrates dicere consueuerit, quando humores oēs æqualiter euacuantur: purgationē aūt, quando praua affecti qualitate, meminisse oportet: & quod præsens sanatio, non à purgatione facta, sed ab euacuatione, attestatur illi, quæ fuit de multitudine existimationi. Euacuatio autem omnium humorum

Supra, Aph. 4.

† Al. ex antiq. quiq. pauca assumpsere, omnino &c.

morum æqualiter (quæ quidem exquisitissima est) fit per venæ sectionem. Proxima autē huic est, E quæ per malleolorū scarificationē, vt nos facere consueuimus, & quæ per exercitia, vel frictiones, vel balnea, & præterea ex accidenti per inediam. Dixi aūt ex accidenti, qm̄ non per se ipsam inedia euacuat, vt singula antea dicta, verum naturali modo per transpirationē euacuatio quidē fit, q̄ nullo accedēte alimento in locū eius, quod fuit euacuatum, tūc sensu manifeste deprehēditur, quę antea latuerat. Hæc igitur sufficiāt ad aphorismi expositionē. Qui vero vult sermonē de multitudine diligentius perlegere, vnum habet librum integrum à nobis conscriptū, cui titulus est. De multitudine. Nunc vero hoc tm̄ sufficiet adiungere ijs, quæ prius à nobis sunt enarrata, ꝙ incipere quidē potest ea, quæ ad vires refertur multitudo, absq; corruptione: verum non potest bona permanere: nam oīno necesse est, vt ſm qualitatem transmutetur, & processu tēporis corrumpatur. Verum, & si istud fiat, interim multitudinem ipsam noīabimus, donec ex superflui euacuatione residuum bonum fieri possit. Quod.n.in vinis accidit acescentibus: tale quiddam & in sanguinis alteratione cōtingit. Quod aūt in vinis accidit, tale est: Vbi ex toto acida facta sunt, non redeunt rursum ad vini naturam: paruo aūt in ipsis facto momēto, ita vt acidum quidem habeant saporem, nondum tū acetum sint, multa multoties ex his pristinam naturam recuperarunt. Hoc idem in sanguine euenit: nam & ipse, vbi magna in eo sit facta corruptio, non redit amplius ad habitum naturalem: si F vero pauca cōtigerit: vbi id, quod est superfluum, fuerit euacuatum: quod residuum existit, ad suā naturam restituitur. Et quidem consuetum est huiuscemodi dispositionem, non corruptionem, sed multitudinem nominare: illa (vt dixi) sola vocata corruptione, quæ tam effatu dignam habet eam, quæ ad id, quod præter naturam est, euersionem, vt non possit iterum ex naturæ coctione ad primam humoris redire bonitatem.

18 ‖ *Eorum, quæ vniuersim, & velociter nutriunt, veloces quoq; fiunt excretiones.*

3. de Causis pulsuū 4ª.99.c

Velociter quidē nutrire accipiendum est ab ipso dici ea, quæ paruo post assumptionē tempore statim nutriūt, suæ naturæ ratione: quam in ijs exploramus, qui integra sanitate fruuntur. Vniuersim aūt quæ, postquam alere cœperunt, exiguo tempore totum ex se præstant corpori alimentum. Talia igitur, quantum ad hoc solum attinet, ꝙ vniuersim nutriunt, ēt veloces habebunt excretiones. Si vero aliqua adsit acritudo excitans ad excretionē, aut lentor, ob quē magis retineatur: illa q̄dē velocius ad excretionē prorumpent, hæc vero tardius. Celerrime igitur, & maxime vniuersim vinum alit: tardissime aūt & paulatim caro bubula, & cochleæ, & verticilli marini, squillæ, cammari, atq; locustæ, & (vt summatim comprehendam) quæcunq; dura carne constant: eandem cum his G naturā habent & casei duri, carnes salitæ, lentes, ac bulbi, nec non oua, vsquequo induruerint, elixata. Hæc enim omnia multo post assumptionem tpe, atq; paulatim nutriunt. Indicium aūt tibi sit id, quod assumptum est, iam nutrire, in pulsibus quidem vehementia, ac magnitudo: in motibus aūt voluntarijs robur nutritis adiectum. Ipsum vero præcipue oportet explorare in illis, qui sunt dissoluti vel propter euacuationē aliquam sensibilem, vel propter laborem superfluum, vel ꝑpter inediam. In hisce igitur, quæ supra diximus, oībus tardæ fiunt per aluū excretiones, hoc est longo post assumptionē tēpore: in contrarijs vero, veloces. Maxime aūt omnium contrarium est vinum, celerrime (vt diximus) nutriēs: post ipsum vero per ordinē alia, de quibus sermonē faciam, primū de vinis ipsis percurrens. Etenim aquosa ex eis, paucissimū præbent corpori alimentum. Sunt autem hæc colore quidē alba, tenuia vero substātia. Crassa aūt et fulua multo quidē magis his corpus alūt: sed tantū vincuntur à nigris in nutriendo plurimum, quantum superant in pręstando vniuersum, & velox alimentum. Quæcunq; vero alba quidē sunt, sed crassa: minus quidē his alunt, plus aūt tenuibus, & albis nutriunt: sed neq; velociter, neq; vniuersim alunt. Quantum vero in hisce differunt: tantum & in excretione. Aquosa enim celerrime per vrinā excernuntur, quia celerrime tota ferè anticipant resumi. Ex alijs vero oībus, quātum aliquid ventrē subierit manifeste, proportio- H nalem nutritionis tempori habet excretionem. Hoc idē in alijs omnibus accidit. Nam succus ptisanæ non multo post assumptionem tempore videtur nutrire, non tamen multum præbet corpori alimentum, id q; breui tempore vniuersum. Alica vero neq; paucum, neq; vniuersum, sed in multo tempore multum præbet alimentum. Oportet aūt ea, quæ inuicem comparantur, esse secundū substantiam similia, & non esse hoc quidem exquisite humidum, hoc vero extreme siccum. In ptisana igitur & alica, & huiuscemodi omnibus, quæcunq; parantur ex milijs, vel fabis, vel alijs quibusdam fructibus, eodem modo se habeant, quæ comparantur, secundum substantiæ qualitatem. In carnibus autem propria quidem est vniuscuiusq; consistentia. Sed comparare ipsas oportet secundum modum, quo parantur, vel vtrisq; assis, vel eodem modo elixis. Auferre autem oportet dum parantur, mordaces humores, quemadmodum in brassica, ac in leguminibus, si certam velis habere experientiam eius, quæ in ipsis alit, substantiæ. Auferuntur autem humores dicti, si, dum elixantur, ab vna aqua ad aliam transferantur. Si igitur adhibita distinctione, diligentem omnium feceris inquisitionem: inuenies omnia, quæ quidem in pauco tempore nutriunt (hoc enim est vniuersim) & paruo post assumptionem tempore (hoc enim est velociter) etiam velocem habere excretionem, quando hominibus eodem modo affectis exhibentur (nam & hoc in talibus omnibus

A nibus oportet præfinire) quæ vero contrariam naturam habent, tarde excerni. Causam horum inuenies ex ijs, quæ ostensa sunt in cõmentarijs de potentijs naturalibus. In his siquidem ostendebatur ventriculus prius cibis frui, familiarẽ sibi succum ex illis attrahens, & suis apponens tunicis, mox, vbi hic esset saturatus, tunc ipsos emittere ad excretionem. In hoc autem tempore & hepar ostendebatur ex cibis attrahere, vbi indigeret alimento: nam, si non egeat: illo, quod prius aderat, perfrui: eadem quoq; ratione trahere rursus ex hepate totum corpus, quo tempore & ipsum indiget alimento. Vnde, in quibus totum corpus est vacuum, quispiam maxime possit experiri, qui cibi sint vniuersim, & velociter nutrientes: quibus & illud (vt diximus) inest, celeriter tẽdere ad excretionẽ, quantum ad id attinet. Verum non nulli dixere eam, quæ fit ex toto corpore, euacuationem, ab ipso excretionem nominari, vt idẽ sit, quod nunc docetur, ei, quod dixit in libro de alimento, vbi inquit: || Alimentũ, quod difficulter alteratur, difficulter absumitur: quod facile apponitur, facile absumitur. Quod dictum verissimum quidem est, nõ tamẽ proprie videtur accipi sub appellatione excretionis: nam magis proprie dicitur de ea, quæ solum fit per ventrẽ: possumus quidem & ipsam intelligere de ea, quæ fit ex toto corpore. Differt enim, excretionẽ (grece διαχώρησιν,) an subductionẽ (grece ὑποχώρησιν) dicas. Subductio igitur solũ de ijs dicitur, quæ per aluũ deijciuntur: contingit aũt excretionis vocabulũ vtrisq; esse cõmune. Carnes itaq; suillæ, & quæcunq; lentos ac crassos humores habent, in tempore faciunt ex toto corpore transpirationem. Olera vero, & pisces saxatiles, & simpliciter quæcunq; tenuẽ habẽt humorem distribuendum, celeritate quidem distributionis, atq; appositionis exuperant, stabilem vero naturam non habent, sed facile diffiant.

in lib. de Alim. circa finem.

19 || *Acutorum morborum non omnino sunt certæ prænunciationes, aut salutis, aut mortis.*

d Nat. hum. co. 1. t. 1. 1ª. 2. Et com. 2 17. 7ª. circa.e

Acuti morbi, præter id, quod celeriter iudicantur, statim etiã magnitudinẽ habẽt. Nã febres diariæ, quas Græci ephemeras vocant, licet cito finiantur, nõ tñ acuti morbi nominãtur. Duplex autẽ est acutorum morborum natura. Vel enim ab humoribus calidis solis, qui nullũ obsedere locum, sed æqualiter in oĩbus aĩalis partibus sunt: vel loco aliquo patiente fiunt, vt in morbo laterali, pulmonis inflãmatione, angina: febres q; vt plurimum in acutis morbis sunt cõtinuę. Rari enim sunt ex ipsis, quibus febres non adsint, vt morbus attonitus, quem Græci apoplexiam vocãt. Morbi vero longi, ob crassos, lẽtos, ac frigidos fiunt humores, qui nõ facile cõcoqui possunt, & in patiẽtibus partibus impacti sunt, atque agglutinati ita, vt eorum dispositiones magis præduris tumoribus, q̃ inflãmationibus assimilentur. Pauci vero ex ipsis fiunt {per compassionẽ} absq; loco patiente: in C qbus venæ omnes æqualiter habent humores vel atribilarios, vel pituitosos putrescentes. In his igitur omnibus videtur Hippocrates fidere præcognitionibus, in acutis vero nõ oĩbus. Sed aliquando falli præcognitionẽ confitetur. Tale est enim, quod dicit /non oĩno/ negatio cum sit: nõ omnino. n. idẽ, quod nõ prorsus, significat: est q; nõ omnino pinde, atq; non in oĩbus, qđ genus sermonis vsurpare cõsueuerũt, qñ pauca ex multis volũt excipere, vt cũ dicũt, non oẽs hoĩes mali. Qui. n. hoc dicit, ostẽdit paucissimos esse bonos. Ita igitur & nunc Hippocrates ostẽdit, inquiẽs nõ omnino certas esse in morbis acutis prænunciationes, tanq̃ aliqñ, quamuis raro, † medicus aberret: istud autem fit propter subitam in iudicatione permutationem, quæ naturam humorum sequitur morbificorum, & quia non nunquam humor noxius ex vno loco transfertur ad alterum.

† ἄριστος *id est optimus additur in antiquo quodã codice.*

20 || *Quibus iuuenibus adhuc aluus humecta est, ijs senescentibus exiccatur. Quibus vero iuuenibus adhuc aluus sicca est, ijs senescentibus humectatur.*

2 Aph. 43. Et Aph. ...e

Quod quidem hoc ex magna parte fiat, & non semper, ostendit ipse inter sequentes hunc scribens aphorismum: || Quicunque aluos humidas habent, si quidem iuuenes fuerint, melius degũt, ijs, qui siccas habent: ad senectam vero deterius: nam senescentibus magna ex parte exiccatur.

inferius, Apho. 53. 19. e

D Oportet aũt humidas, & siccas aluos intelligere nõ simpliciter, sed eadẽ victus seruata rõne. Si quis enim in iuuẽtute Alexãdrinorũ victu vteretur, fallis vtẽs cibis, & porris, zythũ q; superbibẽs, in senectute vero nihil horũ assumeret, sed lentẽ elitaret, & vinũ austerũ insuper biberet: male diceremus huius hoĩs deiectiones ætatis rõne permutari. Sic, & siquis in iuuẽtute lẽtibus, & mespilis vesceretur, vinũ q; austerũ potaret, in senectute aũt victu vteretur Alexandrinorũ, atq; ita cum victu excretiones mutaret: nõ recte iudicium fecerimus. Sed, cũ oĩa alia, nõ solũ, quæ ad cibos attinent, paria agentur, & deiectiones cõmutabuntur: tunc rectum fiet iudiciũ de ijs, quæ ab Hippocrate in aphorismo dicuntur. Variantur aũt deiectiones ætatum ratione fm eas, quę in corpore mutantur, dispositiones, ex quibus aluus siccior, humidior've fit. Quę nam vero sint hæ dispositiones, vnum est ex ijs, quæ quæruntur: atq; adeo longum mihi futurum super hoc sermonem existimo, si proprias studuero adhibere demonstrõnes, vt vnus integer liber futurus sit necessarius. Sed hoc aliàs forte à nobis fiet: nũc breuibus capita expediam, ijs vtens, q̃ in commentarijs de potentijs naturalibus, & de causis accidentium demonstraui. Plus, quàm conueniat, fit aluus humida, quando cibus in chylum in ipsa conuersus, parcius distribuitur: siccior rursus, cum omnis humor in ipsa cõtentus, ad hepar fertur. Causa vero, ob quam parcius distribuitur, est, aliquando quidem, quia plus assumimus, quàm hepar indigeat: interdum vero quoq;, quia citius deijcitur, q̃ hepar attrahat. Nã, cum cibus

cum cibus modum excedit, eius superfluum derelinquitur, vbi hepar tantum ad se attraxerit, quan E to indiguerit. Cũ vero ꝓperat ad exeundũ, nõ ꝑuenit hepar tm̃ attrahere, quantum ipsi est necessarium. Citius autem festinat ad exitum id, quod excernitur, non nunquam ob multitudinem bilis ad aluum fluentis, quæ irritat ad expulsionem, non nunquam vero ipsa alui potentia retentiua facta debiliori, expulsiua vero eius atq; intestinorum forti existente. Plura igitur appetimus, cum os ventriculi (in hoc enim vis appetendi præcipue consistit) frigidiorem habuerit temperaturam. Sic vero & hepar minus attrahit propter frigiditatem. Vim autem retentiuam habet ventriculus imbecilliorem propter humiditatem, sicuti propulsiuam fortiorem propter siccitatem. Senum igitur corpus cum frigidum efficiatur, tantum augeri contingit in ore ventriculi frigiditatem, vt ad inappetentiam fiat transmutatio, atq; ita excrementa exiccentur inopia eorum, quæ assumũtur, vt distribuantur. Sic &, quicunq; ob multitudinẽ vel naturam humoris biliosi aluum humectã habent, ad contrarium transmutantur, cum hic humor non amplius in senectute multus generetur. Quibus vero ob virtutis retentiuæ debilitatẽ aluus humectatur, non oĩbus transmutatio aduenit, sed pro quantitate caloris adiuncti. Si enim statim ab initio frigidiorem habuerit aluus temperaturam: mox ad immodicam veniens in senectute in frigiditate intẽperiẽ, virtutẽ retentiuam æque habebit imbecillem, qm̃ omnis immodica intemperies operationes exoluit. Quod si exquisite calida fuerit ad longissimum vsq; ætatis processum, fortẽ habebit operationẽ retentiuam, vt quæ neutram habeat exquisite intemperiem, neq; eam, quæ est secũdum siccitatem (siquidem erat omnino humidior natura: alioqui non habuisset debilem virtutem retentiuam) neq; secundum caliditatẽ: hoc enim supponebatur. Liquet igitur, quo'd fere' oĩbus, qui aluos habẽt natura humidiores, fit ad cõtraria senescẽtibus trãsmutatio: qui vero sicciores, ijs fient in senectute humidiores propter contrarias tẽperaturas: vel enim, quia minus assumitur alimẽti, qua'm potentiæ hepatis congruat, vel propter exuccationẽ, vel quia parũ bilis confluit ad aluum, vel propter potentiæ retentiuæ robur excrementa erunt ricciora. Ex his autem, ꝙ parum appetant, & citius impleantur, fit propter partiũ *appetentium caliditatem. Quo'd vero cibus assumptus exuccetur, contingit vel mediocriter se habente hepate ſm temperaturam, vel paulo plus mediocri calidiore. Quo'd vero pauca bilis cõfluat ad aluum: hoc ex eo accidit, quia etiam pauca generatur ob visceris frigiditatem. Fortis aũt iuuenibus inest retentiua potentia, qm̃ ad sicciorem vergunt temperaturam. Non absq; ratione igitur in omnibus, quos diximus, senibus fit ad contraria transmutatio. Nam, qui non appetunt ob caliditatem, in progressu ætatis plus etiam appetent, qua'm possit hepar euincere. Quibus aũt ob innatam siccitatem virtus retentiua fortior extiterat, ijs senescentibus fiet imbecillior ob siccitatis excessum: G & ea ratione excrementa humectabuntur, quoniã ciborum exitus festinat. Quibus vero propter bilis defectum tardante excretione, ob exitus moram multum humiditatis absumitur, fieri potest, vt eadem dispositio perseueret: Fieri ẽt potest, vt propter immodicã hepatis frigiditatem, ad satis magnam perueniente alimenti distributione imbecillitatem, fiant excrementa humidiora. Hæc in præsenti dicta sufficiant de causa earum, quæ fiunt in ætatibus, permutationum, quantum ad alui attinet humiditatem, ac siccitatem: quæ propter breuitatem sunt futura obscura ijs, qui in nuper dictis commentationibus non sunt exercitati. Sed posthac aliquando vno integro volumine clariorem doctrinam faciemus: nam, quod ad vsum artis attinet, hoc solum scire sufficit, quod fuit ab Hippocrate dictum, etiam si causa non adijciatur.

* Al. causas.

21 *Famem, thorexis, soluit.*

Thorexin noĩare cõsueuit ipsam vini potionẽ. In libro siquidẽ de natura hominis, & de victus » ratione, in hunc modum scripsit: ‖ Liquet enim, ꝙ victus singulorum nõ sunt causa quando oẽs, » subinde morbo corripiuntur, iuniores, & seniores, viri, ac mulieres, similiter aũt thoressomeni, & » aquæ potatores. Cũ ergo aquæ potatores thoressomenis opponat, ostendit se per thoressomenus H vinũ potãtes intelligere. Quare & hic thorexis, vini potus ab ipso dicitur, quem dicit famẽ soluere: non (per Iouẽ) quẽcunq; defectũ famẽ noĩans, (sicuti nõ nulli arbitrãtur) sed neq; illam, quæ cũ appetitu naturali fit, sed eam, quam hñt, qui hac passione laborãt, vehemẽtem, & indesinentẽ ciborũ appetentiã: quam medici quidã appetẽtiam caninam noĩant. Talẽ enim famẽ, vini potio sanat, nõ eam, quæ vel ex longa inedia, vel alui profluuio, vel fluxu sanguinis, aut aliqua alia facta est euacuatione. Nam, qui ex tali aliqua indigent causa, non modo non aliquam ex vini potu capiunt vtilitatem, sed etiam plurimum offenduntur, quoniam & conuulsionibus & delirijs statim corripiũtur, si, antequam cibos assumant, vinum potauerint. Qui vero famem, quam diximus, patiuntur, ijs vini potus, non cibi multitudo, remedium est. Equidem multos ipse sanaui, qui indesinenter famescebant, vinum ipsis abundanter exhibens ex eorum genere, quæ sufficienter calefaciunt. Neq; enim acerba vina talẽ famem sanant, siquidem neq; calefaciunt: sed, quæ colorem fuluum habent, vel rubeum absque astringente sapore, maximo sunt illis remedio, qui canino laborant appetitu. Oportet siquidem, cum ad prandium accedunt, primum illis afferre pinguia edulia, atq; (vt ita dixerim) oleagina, & alia, quæcunq; ex multo parantur oleo: maxime vero nihil austerum aut acerbum offeratur: postea vnum aliquod ex vinis, quæ diximus, ẽt si nondum sitierint, potandum dari præcipiemus.

de Nat. hum. com. 2. t. 3. 7a. 182. b

A ri præcipiemus. Statim enim fames tali victu mitigatur, atq; ita longo tẽpore faciendo, cessat omnino: & hoc mihi magis videtur in præsenti aphorismo Hippocrates docere. Cum enim canini appetitus fieri consueuerint vel propter solam intemperaturam frigidiorem, vel propter humores acidos, quos exorbuit os ventriculi: & hæc ambo sanare possit vinum, quod diximus: non sine ratione vini potio cessare facit caninos appetitus. Qui vero putant vehementem esuritionem, quam Græci bulimon vocant, fuisse nunc famẽ ab Hippocrate nominatam, nõ recte mihi videntur eius sermonem accipere: primum, quia ipsum pro generali, atque vniuersali faciunt specialem, ac particularem: deinde quia mentiuntur: nam passio bulimos nominata, est casus potentiæ ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem incohoauit, sed non habet eam amplius adiunctam.

22 || *Quicunq; morbi ex repletione fiũt, curat euacuatio: &, quicunq; ex euacuatione, repletio: & aliorũ, cõtrarietas.*

Idem ferè in li. de Nat. hum. com. 2. t. 1. 7ª. 181. e.

Non, si quid factum est à repletione, neq;, ipsa non amplius existente siquid remanserit, id curat euacuatio, sed, q̃cunq; eo ipso, quo fiunt tẽpore, curare aggredimur, euacuatione indigent. Quòd quidem igitur multitudo morbum efficiat, antea dictum est: quòd autem euacuatio sit eius curatio, non opus est dicere: sicuti neque de omnibus alijs causis, quæ morbos committunt, quòd per B contraria curentur. Neq; enim aliud quicquam quimus excogitare præter contrarium causis morbos efficientibus, sicuti in morbis ipsis iam factis rursus considerabimus: quẽmadmodum & in casibus, qui eos ex necessitate consequuntur. Sed nunc de ijs morbis, qui adhuc fiunt, sermo à nobis habetur. Liquet igitur, q̃ vna cum causis ipsos facientibus destruuntur. Causarum vero faciẽtium abolitio fit à contrarijs: si enim ex refrigeratione morbus fiat, curatio est per calefactionem: si vero ex calefactione, per refrigerationem: sic, & si propter repletionem morbus constituatur, tunc oportet repletionẽ euacuare: sicuti, & si propter euacuationem, reficere protinus cõuenit. Etiamsi non nullis videatur nunquam fieri ab euacuatione morbum: existimant autem (vt apparet) huiuscemodi homines solam febrem esse morbũ: quòd si didicissent quamlibet lædentem operationes dispositionem, morbum esse, & quòd à vehemẽtibus intemperaturis operationes læduntur, haudquaquam dubitarent, an fortes euacuationes morbos efficiant. Sanguis enim cum supra modum aut ex vtero muliebri, aut ex venis, quæ hæmorrhoides appellantur, aut ex vlcere fluxerit, tunc vel omnes, vel plurimas operationes ij, qui ita affecti sunt, offensas habent. Non nulli vero ipsorũ nõ modo hæc patiuntur, verumetiam aqua inter cutem corripiuntur. Longæ autem inediæ ijs, qui calorem habent ad igneam naturam propensiorem, præter alia mala, insuper afferunt febrem. C Quantum igitur veritas ipsa, atque vtilitas exigebat, à nobis quamuis dictum sit, his tamen addamus aliquid propter garrulos: quales sunt recentiores quidam medici, qui de nominibus altercantes putant se de rebus ipsis habere sermonem. Hi igitur sunt, qui aiunt causarum efficiẽtium morbos abolitionem non esse curationem, sed præseruationem. Qui primum quidem docendi sunt, quòd de nomine litigant, deinde, quod neque de hoc recte. Vbi enim causa non adest, quæ morbum efficiat, hic sola curatio factorum relinquitur. Vbi vero ea, quæ inest corpori causa, nondum aliquid facit, veluti quæ plethora, id est plenitudo, vocatur, ad præseruatiuam artis attinet partem, huiuscemodi causarum destructio. Cum vero iam aliquid agit, mistum iam quodam modo est huiuscemodi opus ex præseruatione, & curatione. Nam, quod facturæ erant causæ illæ, prohibitum est fieri: & hoc ad artem attinet præseruatiuam: quantum vero morbi iam factum est, propriam exigit curationem. Quapropter, cũ mista sint talia ex præseruatione, ac curatione, proprio caremus nomine: atq; idcirco aliàs alia medici vtuntur appellatione, non nunquam præseruari dicentes, ne morbus, qui iam incipit generari, ad complementum perducatur: non nunquã vero curari, quemadmodum in ijs, quos canis rabidus momorderit. Quæ enim ipsis adhibentur medicinæ, duplicem habent appellationem. Nam non nunquam rabiei remedia dicuntur, ac si dispositionis, quæ D rabiem fecerit, dicerentur. Non nunquam vero non remedia presentis dispositionis appellantur, sed à rabie futura præseruantia.

23 || *Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur.*

Idem in lib. de Iudicationib. & in Coacis prænotionib. ijsdẽ verbis.

1. Dieb. decre. 1ª. 154. c. Et 5. b. d. & 15. d. e in Progn. com. 1. t. 4ª. 195. b. com. 3. t. 25. 9. h

Acuti morbi magni sunt, & ad suum vigorẽ celeriter properãt. Nõ absq; ratione igitur in pauco tẽpore & magnas faciũt permutationes: quod idẽ est, quod iudicari. Huiuscemodi enim permutationes quãdo repẽte in morbo fiunt, Hippocrates crises vocat, id est iudicationes: in quibus non nunquam subito integra sanitas restituitur, aut moritur æger: non nunq̃ vero magna fit ad salutẽ, vel ad mortẽ permutatio, non tñ aut subito sanantur, aut moriũtur: ita vt quatuor sint in ipsis subitæ permutationes, quas ipse docuit in primo libro Epidemiorũ, inquiens: || Ad salutẽ, aut mortẽ, " vel inclinatio ad melius, aut ad peius. Quòd vero sit necessarium ob morborum magnitudinem, " ac casuum vehementiam, vel cito vires prosterni, adeo vt homo moriatur: vel ad noxiorum humorum excretionẽ excitatas, si mõ quos inuaserint, exuperent, bonam sequi iudicationem: sin aũt exuperentur, malam: vnicuiq; manifestum est. Propterea igitur fieri nõ potest, vt in longum tẽpus iudicatio differatur in morbis acutis. Terminũ igit̃ in hisce oĩbus Hippocrates posuit duas septimanas, tanq̃ nullus eorũ vlterius progrediat̃: verum ante quartũdecimum diẽ multi possint iudicari.

1. Epid. com. 3. t. 16. 3ª. 120. c

Etenim

Etenim vndecimus,nonus,septimus,& quintus multos visi sunt iudicasse in libris Epidemiorũ. E Iudicat aũt & sextus non nullos,sed non bene,sicuti in libris de iudicatorijs diebus plenius ostendimus: in quibus dignum putamus illum exercitatũ esse,qui ea assequi debeat,quæ Hippocrates breui sermone perstrinxit. Quęcunq; vero iudicationes sunt veluti imperfectę,ijs finẽ imponit aliquis alius dies ex eorum numero,qui deinceps sequũtur,de qbus,quales nam sint,in libris Prognosticis ‖ Hippocrates docuit: & hic de ipsis aliquid in sequẽti docebit aphorismo. Est autẽ & harũ imperfectarum iudicationum terminus quidam vlterior,vltra quem nõ amplius fieri progressus potest,dies quadragesimus. Quicunq; igitur morbi intra diem quartumdecimũ integre iudicantur, hos solet Hippocrates acutos simpliciter nominare. Quicunq; vero imperfecte iudicati,seruati fuerint in sequentium iudicatoriorum dierum aliquem vsq; ad quadragesimum, hos non solet simpliciter acutos noiare,sed appellatiõe cõposita his oĩbus verbis,acutos,qui in quadraginta diebus » iudicantur. Verum manifestius illi declarant,qui eosdẽ morbos,acutos ἐκ μεταπτώσεως i. ex deci » dentia vocant. De his igitur in Prognostico ‖ scribit in hunc modum: Oportet autẽ existimare spi » randi facilitatẽ magnam habere vim ad salutẽ in omnibus acutis morbis,quicunq; febres habẽt adiunctas,& in quadraginta diebus iudicantur. Nunc vero in aphorismis de acutis simpliciter, enuncians,ait eos intra quartumdecimũ diẽ iudicari: non (per Iouẽ) hoc dicens, quod non nulli existi- F marunt,esse quatuordecim numero dies,qui in his morbis faciãt iudicationem. Nam secundum hanc expositionẽ, etiam illos dies, qui iudicant morbos acutos ex decidentia noiatos,dicemus esse numero quadraginta,cum idẽ loquendi modus in vtrisq; sit: hic quidẽ,cum ait, Morbos acutos » in quatuordecim diebus iudicari: in Prognosticis aũt,‖ cũ dicit. Quicunq; morbi cũ febribus sunt, » in quadraginta diebus iudicantur. Verum hi non inueniẽtes,quo modo possint ostendere vtrosq; sermones, & hunc,qui in aphorismis scribitur, & illum, qui in Prognostico legitur,sibi inuicẽ esse concordes: hanc absurdam excogitarunt expositionem. Neque enim in quatuordecim sunt vsq; ad quadragesimũ dies iudicatorij, sed cum intercidẽtibus quidẽ plures,absq; illis vero pauciores, quemadmodũ clare in nostra ostẽditur de diebus iudicatorijs tractatione. Sed & ipsa rerum natura suffragatur sermoni,quo dicitur acutos morbos habere terminum iudicationis quartumdecimum diem. Nullus enim inuentus est vnquam ab initio velociter motus, hunc transgredi terminum,qui non aliquod ex quatuor iam dictis iudicijs vnum acceperit: sicuti quidam leues ac parui circa primos dies existentes,quarto aut quinto die continui,vehemẽtes,& acuti fieri incipiẽtes, ad decimumseptimũ terminarunt. Alij vero sexto aut septimo die exacui incipientes,ad vigesimum terminarũt: adeo vt morbi continui acuties nunquam possit plures,quàm quatuordecim,obtine- G re dies. Ex ijs vero,qui motus habent inæquales, multi extenduntur vsq; ad aliquod tempus vlterius præfinitum. Dico autem inæquales habere motus,eos,qui aliquot diebus vehementiores fuere,postea sine aliqua significatione torpuerunt, deinde rursus adaucti continuitatem acceperunt. Si quis igitur,vt dixi,faciat in ægrotãtibus obseruationem: omnes inueniet, qui per duas integras septimanas velociter mouentur,nunquam ad vlteriorem progredi terminum.

24 ‖ *Septenorum quartus est index. Alterius septimanæ octauus principium. Est autem & vndecimus contemplabilis: ipse enim,quartus est secundæ septimanæ. Rursus vero & decimusseptimus contemplabilis,ipse siquidem quartus est a quartodecimo,septimus vero ab vndecimo.*

Indices,hoc est ἐπιδήλους,& contemplabiles,hoc est θεωρητοὺς,solet Hippocrates noiare dies, in quibus aliquod signum apparet futurę iudicationis indicatiuũ,in altero aliquo iudicantium dierũ, quos ipse in Prognosticis,vnamquanq; septimanam in duas diuidens partes,per quaternarios digessit. Primum itaq; quaternarium septimi diei,siquis ab initio numeret,indicem esse ait: vndecimum autem quartidecimi, qm̃ & hic secunda septimana in duas partes diuisa index prouenit. Eadem ratione & decimusseptimus vigesimi est index ex diuisione tertiæ septimanæ in duas partes: H illud tantum interest,quòd hanc tertiam septimanam secundæ cõiungit,quãuis primam à secunda separauerit: nam eius initiũ diem octauum esse dixit,non tamen tertiæ quintumdecimũ, quemadmodum non nulli post ipsum existimarunt: qm̃ neq; vigesimum primum, terminum statuit,sed principium quidem tertiæ septimanæ quartumdecimum, finẽ aũt & terminum vigesimum. Cur aũt duas primas septimanas secundum disiunctionem inuicem ordinauerit,tertiam vero secundæ fm continuitatem,in libro de diebus iudicatorijs docuimus. In præsentia vero sufficit ẽt sine causa nouisse, quod experientia cõprobat. Nam ipse Hippocrates plurimos ægros secundum talem ordinem dierum iudicatoriorum in libris Epidemiorum scripsit fuisse iudicatos. Dico aũt secundũ talem ordinem,vt primæ tres septimanæ ad vigesimum,sequentes tres ad quadragesimum perducantur. Sic enim & sexagesimum & octogesimum diem iudicatorios habebimus,& ipsos experientia cõfirmatos,queadmodũ in libris de diebus iudicatorijs ostendimus,illos qui in libris Epidemiorum notantur iudicati secundum talem dierum ordinem,describentes. Sed,ægrotos illos quoniam longum esset hoc in loco sermone complecti: sufficiet sola ex Prognosticis verba in hunc modũ se habentia subscribere: ‖ Febres iudicantur in eisdẽ numero diebus,in quibus etiã homines » liberantur & pereunt. Nam mitissimæ febres,& quę tutissimis signis incedunt,quarto die finiun- » tur,vel

in Progn com. 3. t. 5. 4a. 207.b.c

in Progn.com. 1 t.25.4a.194 h

Ibidem.

2. de Die cr.4a. 15 Et 156.f. in 1. Pro com. 1. t. 161.e in Progn 3. t.1.4a.20 4.Aph.7.

in Progn.cõ 3. t.1.2.3.4a.206. d.207.b

« A tur, vel antea: malignissimæ aũt, & grauissima signa prę se ferẽtes, quarto die interimũt, aut prius.
« Primus igitur earũ insultus ita terminatur: secũdus vero ad septimũ ducit: tertius ad vndecimũ:
« quartus ad quartũdecimum: quintus ad decimũseptimum: sextus ad vigesimũ. Hi igitur per qua-
« tuor ex acutis ad vigesimũ ex adiectione finiunt. Hæc verba ostendunt manifeste, ꝙ tertiam septimanam per continuitatẽ secundæ annumerat, & ꝙ decimamseptimam indicem facit vigesimæ.

25 *Aestiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales longæ, & maxime quæ hyemem attingunt.*

Non solum quartanæ breues æstate fiunt, sed & ægritudines aliæ, propterea ꝙ humores superflui funduntur, & per totũ corpus ferunt, atq; difflãtur. In qbus igitur vires validæ sunt, noxiis humoribus euacuatis, morbi cessant: in qbus vero sunt imbecilles, dũ noxii succi euacuãtur, vnà etiã ipsæ dissoluuntur. Quare non absq; ratione nulli morbi æstate sunt longi. Hippocrates vero de solo omniũ longissimo fecit mentionem, tanquam per exemplum de omnibus aliis ex isto indicans. Sicuti aũt æstate & discuti humores, & vires dissolui cõtingit: sic hyeme cõtraria eueniũt, & humores intus tanquã in latebris remanere, & vires seruari robustas. Neq; igitur morbi soluuntur manentibus iis, qui eos efficiunt, humoribus, neq; ægroti moriuntur viribus interim sufficientibus.

26 B *Febrem conuulsioni superuenire melius est, quàm febri conuulsionem.*

Ipse Hippocrates in sequẽtibus dicet conuulsionẽ fieri ex repletione, & euacuatione. Cũ igitur aliquẽ sanum cõtigerit repente cõuelli: huiuscemodi cõuulsionẽ necessariũ est ex repletione fieri: replẽtur aũt nerui frigidis, & glutinosis humoribus, ex qbus etiã nutriuntur: vnde conuulsionem patiũtur. Hisce igitur febris superueniens, solita est magna ex parte calefacere, extenuare, atq; dissoluere. Si vero ex febribus adurẽtibus, totũ corpus exiccetur, & neruis deinde ex siccitate conuulsio accidat, maximũ est malũ, & penè insanabile: qm̃ longũ quidẽ tp̃s exigitur ad siccitatẽ neruorũ remouendã: vehementia aũt morbi tp̃s nõ expectat, sed cito vires dissoluit, & subito exitium affert.

27 *His, quæ non ex ratione leuant, non oportet fidere: neq; multum formidare mala, quæ præter rationem eueniunt. Plurima enim talia stabilia non sunt, neq; multum durare, & permanere consueuere.*

Sermo quidem integer de talibus omnibus in libris de Crisibus dictus est, nunc vero, quantum ad propositorum expositionẽ satis est, à nobis dicetur. Cum morbus inuadit vehemens, & mox subito quiescit, non modo per sudorẽ, aut vomitum, aut alui excretionem, aut profluuium sanguinis C corpore nõ euacuato, sed ne viso qdẽ signo coctionis: existimandũ est signum infidum talem quietem esse: sicuti ẽt, si quis præter rationẽ spiret difficulter, vel deliret, vel febricitet vehementius, vel magno rigore corripiatur: nam & hæc quoq; firmitatem non habent: tantum q̃; abest, vt malum aliquod significent, vt non nunquã bonum iudicium haud ita multo post futurum enunciẽt. Quo modo autem hæc oporteat dignoscere, & præcognoscere, in libris de Crisibus diximus.

28 *Febricitantium non omnino leuiter, permanere corpus, & nihil minui: vel etiam plus, quàm ratio postulat, colliquescere, malum. Hoc enim morbi longitudinem, hoc vero imbecillitatem significat.*

Hæc verba /nõ omnino leuiter/ distinctionis gratia apposuit Hippocrates. Si enim simpliciter dixisset, Febricitantium permanere corpus, & nihil minui, malum: sermo careret veritate. Contingit enim in tempestate frigida cuiquam ex plenitudine ægrotanti, non collabi corpus, neq; extenuari, cum febres paruæ fuerint: sed, cũ maiores fuerint, multam adesse plenitudinem significatur. Colliquescere aũt plus, quàm ratio expostulat, malum: etiã si non adiiciatur /nõ omnino leuiter/. Siue enim leuiter febricitauerint, siue nõ, signum imbecillitatis est ea, quæ fit præter rationem extenuatio. Neq; enim putandũ est verbo /συντήκεσθαι/ i. colliquescere seu cõtabescere, in proprio si- D gnificato nunc Hippocratẽ vsum fuisse, sed magis abusum. Rectè aũt dixit in secunda parte aphorismi, magis, q̃ ratio expostulat: & melius est hæc quoq; verba priori parti aphorismi adaptare, ita vt totus sermo talis efficiatur: Febricitantiũ nõ oĩno leuiter, ꝑmanere corpus plus, q̃ ratio postulat, vel etiã colliquescere magis, q̃ ratio expostulat, malũ: vt cõiter de vtroq; prędicetur /magis, quã postulat ratio/. Siue enim permaneãt magis, q̃ ratio expostulat, siue extenuentur, malum est. Melius autẽ fuisset, si hoc, quod ait /magis, q̃ ratio postulat/ quibus finibus, scopis ve iudicetur, aperuisset. Verum, quia hic doctrinæ modus aphoristicus est, & summam consectatur breuitatem: nos exponentes verba, secundum rationẽ, ad febris magnitudinẽ referemus, ad tẽpus ægritudinis, ætatem, regionẽ, tẽpus anni, & illam, quæ tunc viget, temporis constitutionẽ, & præterea ad sensibiles euacuationes, vigilias, curas, inedias, & motus plures. Nam maiores febres magis & citius corpora extenuant ægrotantium, sicuti & diuturnitas morbi, & ex ætatibus puerilis, atq; decrepita: sed alia ambæ ratione. In pueris enim pp caliditatẽ, atq; humiditatẽ multum defluunt, atq; extenuãtur corpora: in decrepita vero ætate hoc idẽ patiũtur propter potentiæ imbecillitatẽ. Ex regionibus autem, & anni tẽporibus, ac constitutionibus, calidæ quidem, ac siccæ magis euacuant: humidæ vero, ac frigidæ magis astringunt, ac difflare corpora, atq; extenuari non sinunt. De sensibilibus autem euacuationibus quid dicere oportet? neminem .n. ignorare arbitror, vt merito ex profluuio sanguinis

Crisib. ph. 23. 6 pi. com. t. 197. c ... 6 Aph. 39. 50. f 3 Epid. cõ. 132. c ... 145. c. d ... 17. 4 ... 212. d

guinis multo, atq; sudoribus plurimis, & vrina superfluente, vel vomitu, vel alui excretione, cito E corpus extenuetur. Accedit aũt dictis causis & inedia: vigiliæq;, & curæ sufficienter extenuant, vt & plures motiones: sed hę raro febricitantibus adsunt: nam magna ex parte iacent quiescentes. Verum aliquando contingit moueri aliquos, qui itinere cœperint febricitare, vel vrgente necessitate, vel studio domum reuisendi. Sed & ex delirio quidam ægroti iugiter exurgentes, vel iacentes quidẽ, sed continuo partẽ aliquam corporis cõmouentes, aut ẽt delira loquentes, intra paucos dies extenuantur. Hæc quidẽ omnia ægrotos reddunt macilentos, sicuti & contraria his corpus in maiori mole conseruant. Signum aũt nullum ex his est virium imbecilliũ, sed singula sunt tantum modo causæ. Nam, sicuti ex eis corpus cum ratione extenuatur, sic & vires destruuntur. Absq; his aũt corpus pręter rationẽ extenuari, signum esse virium imbecillitatis Hippocrates inquit: quam & in valde senibus pro causa assignantes celerrime ipsorum corpus extenuari dicebamus. Neq; mirum videri debet in ijs, qui ita se habẽt, imbecillitatẽ quidẽ causam esse extenuationis, extenuationem vero esse signũ imbecillitatis: hoc enim contingit in oĩbus, quę faciunt, & fiunt. Hæc quidẽ est sententia Hippocratis, semper existimantis eam, quæ est citra rationẽ, extenuationem signum esse imbecillitatis. Nos vero adijciamus eius sermoni & aliam dispositionẽ, quæ causa est in febribus extenuationis. Est aũt hæc humorum quidem tenuitas, corporis vero raritas. Cum enim hæc F ambo conuenerint, celerrime corpora extenuantur per eam, quæ difflatio insensibilis noĩatur: sicuti in dispositione contraria, crassitudine humorum, & corporis spissitudine, neq; fit humorum euacuatio, & permanere corpus, & nihil tunc minui de ipsius mole contingit. Hanc itaq; dispositionem ostendit Hippocrates in prima parte aphorismi per ea verba. Longitudinem morbi significat. Alteram vero contrariam prætermisit: sed nos & hanc adijcientes, iam totum sermonẽ integrum proferamus, quantum fieri potest, breuissime dictum: Febricitantium non omnino leuiter, permanere corpus, & nihil imminui, vel plus, quàm ratio postulat, colliquescere, malum. Nam permanere, ex cutis spissitudine accidit, & crassitudine humorum: & propterea longitudo morbi significatur. Colliquescere autem non nunquam fit ob humorum tenuitatẽ, & cutis raritatem: contingit vero & ob solam virium imbecillitatem.

29 ‖ *Cum morbi inchoant, siquid mouendum videtur, moue: cum vero consistunt, ac vigent, melius est quiescere.*

Cur Hippocrates hoc consulat, sequenti indicat aphorismo: quem siquis nuper dicto annexuerit, totum sermonem talẽ efficiet: Cum morbi inchoãt, siquid mouendum videtur, moue: cũ vero cõsistunt, ac vigent, quiescere melius est. Nam circa principia, ac fines, omnia debiliora sunt, circa G vigores autem fortiora. Oportet autem his adijcere verbum /symptomata/ hoc est casus: nam de his dictionẽ /omnia/ attulit. Dispositio siquidẽ, ex qua casus generantur, quam & morbum nominamus, non omnino in vigoribus est fortior: verum in ijs, qui saluari debent, melior multo, quàm in morbi principio: in quibus ẽt Hippocrates nunc cõsulit, vt quiescamus, in morborum initijs, siquid videtur, mouentes. Nam in morbis exitialibus, nõ modo, quando sunt suo vigori vicini, sed etiam in prioribus tẽporibus nihil mouere oportet: recordantibus nobis, ꝙ deploratos non oportet attingere, sed relinquere, & morbi finem tantummodo prænunciare. Circa initia vero illorum morborum, in quibus speramus ægrotum conualiturum, tentandum est maiora afferre remedia: de quibus Hippocrates dixit/. Siquid videtur mouendum, moue/. Sunt autem hæc, maxime quidem venæ sectio, non nunquam vero & purgatio: quorum neutrum oportet in vigoribus adhibere. Vt enim in libro de Crisibus manifestauimus, coctiones morborum tunc maxime fiunt. Vt igitur hæ citius eueniant, melius est in principijs euacuare, quo minorem iam factam materiam facilius natura possit concoquere. Morbo autem consistente, cum iam natura concoxit, superfluum est euacuare, cum propter alia, tum quia vis animalis maxima ex parte eo tempore est fatigata, licet quàm maxime duæ aliæ, vitalis, ac naturalis, fortes persistant. H

de Toti[...] bi te[...] 3.88[...] 1. de[...] 4.1[...] de G[...] tione [...] gui[...] 18.b de Opti[...] cta ad [...] Isagog. [...] 27.g.2[...]

30 ‖ *Circa initia, & fines, omnia imbecilliora: circa vigores vero, fortiora.*

Casus omnes circa principia, & fines ait esse imbecilliores, accessiones videlicet febrium, & vigilias, atq; dolores, & fastidium, & sitim: sicut ipsas dispositiones, in quibus hæc fiunt, vbi morbi consistunt, necesse est esse meliores in ijs, qui debent sanitati restitui.

de Tot[...] bi tẽp[...] 88.c.& [...] 1.de C[...] 117.e.l[...]

31 ‖ *Eius, qui ex ægritudine benè cibatur, nihil proficere corpus, malum.*

in Coacis prę-notionib. Qui ex morbis longis &c.

supra, Aph. 8. 11.h

Oportebat, & hunc aphorismũ, & illum, qui sequitur, adiunctum esse illis, qui supra scripti sunt, vbi dicebat: ‖ Siquis à morbo cibum assumens non corroboratur. In illo igitur aphorismo, pro verbo /εὐσιτέοντι/ i. bene cibatur, seu bene vescitur, inquiens cibũ assumere, de casu aliquid docuit, scilicet non corroborari. Hic vero, cibum assumere, commune vtrisq; seruauit: casum autem variauit, quoddam illi scribens proportionale. Nam huic /non corroborari/ hoc, /nihil proficere corpus/ simile quodam modo est. Illud enim potentiæ nostrum corpus regentis, hoc vero ipsius corporis affectio est. Euenitq; profecto, vt corpus non bene alatur, atq; proficiat, interdum quidem ex potentiæ, quæ ipsum nutrit, imbecillitate, non nunquã etiam ex malorum humorum abundantia.

Omnes

32 A *Omnes fere, qui male se habent circa initia, bene cibati, nec quicquam proficientes: circa finem rursus cibum non appetunt: qui vero circa initia cibum valde non appetunt, postea bene appetentes: ij melius euadunt.*

Hic etiam aphorismus de iis esse dictus videtur, qui ex morbo conualescunt: non proficere enim, de his dicere consueuerunt cum alij, tum Hippocrates ipse. Siquis igitur bene ab initio cibatus non nutriatur: quam ob causam hunc subit affectum, ob eadem rursus fit male appetens cibum. Causa vero, propter quā bene ab initio cibati nihil proficiant, est totius corporis vitiū cum partium appetentium robore. Verū processu temporis ob cibi multitudinem aucto in toto corpore vitio, ipsum etiam appetendi instrumentum male se habebit: quare inappetentes fient, qui prius bene appetebāt, quos recte εὐσιτέοντας, i. bene cibatos nominauit. Dixerat aūt hoc ipsum in pręcedentibus aphorismis hoc modo: Quod si non assumente cibū hoc fiat, scire oportet, q̄ indiget euacuatione/. Porro eos, qui ab initio male appetunt adeo, vt parū assumant oīno cibi, postea vero ad contrarium transeunt, melius permutari inquit. Hoc vero ideo euenit, natura eo tpe, quo parum cibi assumebant, ipsam, quæ causa erat inappetentiæ, dispositionem concoquente.

Supra apho 11. h

B 33 *In quouis morbo mente constare, & bene se habere ad illa, quæ offeruntur, bonum: contrarium vero malum.*

i 1. Epi. cō. 2. t. 43. 111. b
1 2 Crisibus, 4 13 1. d

Neq; cum aliquod bonū dixerit eorū, quæ ad corpus attinent, oīno existimandū est ex eo hominem reualiturū: neq; cum malum dixerit, oīno moriturum. Nam fieri potest, vt bonū signum à maiori malo superetur: & malum à maiori bono vincatur. Tales itaq; enunciationes intelligendę sunt de eo solo, quod dicitur. Dicitur autē signum esse bonū, quantū in seipso est, hoc aliquid: & signum malum, quantum in seipso est, hoc aliquid. De morte aūt, ac vita oportet omnium signorum vires prius bene perpendentes, ita pronūciare, quemadmodum & ipse in Prognosticis consulit. Sic igitur & nunc, Constare mente, & appetitum permanere, bonū est signū in quouis morbo. Quędā enim non in omni morbo bona sunt, vt ipse consueuit nobis significare, inquiēs: Spirandi autē facilitatem putare oportet valde magnam habere vim ad salutem in oībus morbis acutis. Quod aūt constare mente, bonum sit signū, ex isto cognosces: Quæ ad cerebrum attinent, atq; eius membranas, & spinalem medullā, necnon & septū transuersum, & omnino partes neruosas, ac præsertim, quæ sunt iuxta cerebrum, sana esse omnia significantur ex mentis cōstantia: sicuti & quæ ad ventrem attinent, & hepar, & cor, vbi adest promptitudo ad cibos, qui offerūtur. Cum vero hæc omnia robusta sunt, non parua spes de ægroti salute haberi potest.

in Progn. com. t. 25. 42. 194. h

C 34 *In morbis minus periclitantur, quorū naturæ, aut ætati, aut habitui, aut tempori magis congruit morbus, quam quibus secundum nihil istorum congruit.*

i Prog. cō 2. t. 4. 171. h
i Progn. cō. 1. t. 42. 191. c. Et c 3. t. 39. 212. c
1 e Cōpo. med. secūdū loc. 5 116. h
3 apho. 3. 2 b

Cum natura multis dicatur modis, accipienda nunc est in eo significato, quo multis in aliis locis vsus est, & in toto libro de natura hoīs, in quo eam, quę fit ex primis elemētis, temperaturam, naturam nominat: ac si ita diceret: In morbis minus periclitantur, quorum primæ corporis temperaturę, vel ei, quę nunc ratione ætatis, aut habitus, aut temporis adest, magis congruit morbus, q̄ꝑ quibus secundū nihil istorum congruit. Calidæ enim naturæ, & ætati, & habitui, & tempori, & anni constitutioni, & regioni, morbi calidiores sunt cōgruentes: frigidioribus vero frigidiores: eadem ratione & siccioribus sicciores, & humidioribus humidiores. Contrarium aūt est à Diocle dictum: item in libro de septimanis, cuius auctores opinantur incitari quidem à similibus morbos, solui vero à contrariis: qm̄ & ab ipso Hippocrate scriptum est contrariis morbis contraria esse remedia. Putant igitur febrem ardentem factam hyberno tpe, facilius posse sanari ea, quæ fit in ęstate: non aduertētes, q̄ vehemens dispositio causa est, vt febris ardens hyeme fiat: neq; enim ab initio facta fuisset, nisi causa potentior, temporis contrarietatem superasset. Cum igitur anni D tempus cohibere non potuerit causę magnitudinem, quāuis habeat sanitatem sibi suffragantem: multo minus ipsam morbo iam facto superabit, non amplius assistente sanitatis robore. Sed & hoc est ipsa compertum experientia. Nam duarum febrium ardentium magnitudine pariū, illa, quę aduenit hyeme, est perniciosior: sicuti, qn̄ in calidiori temporis constitutione ortum quidem habuerit, subita autem ad frigus mutatio facta fuerit, non parum iuuatur hæc febris ardens ab ambientis aeris frigiditate: cum ipsi vtraque temporis cōstitutio bona sit, prima quidem, in qua morbus factus est, tanquā signum: altera vero, in qua solutus est, tanq̄ causa. Hæc igitur omnia magis attestantur, & nō aduersantur sentētiæ aphorismi: sicuti neq; illud, q̄ Raucedines, & grauedines in valde senibus non coquuntur: quamuis hæ passiones senili ætati maxime congruant. Primum etenim non idem est, q̄ aliquid non concoquatur, & quod sit periculosum: deinde, quod nō simpliciter senes dixerit, sed cū adiectione /valde/. Omnia enim in his sunt periculosa, ob virium imbecillitatē. Sed neq; illud, quod scribitur in primo Epidemiorum. Et maxime moriebantur, qui bus natura vergebat ad phthisim: iis, quæ dicta sunt, aduersatur. Neq; enim eam, quę fit ex elemētis, nunc dixit temperaturam, sed corporis formam: est enim, vbi & hanc, naturā nominant. Et, sicuti verum est calidam temperaturam minus in morbis calidis periclitari: ita, qui angustum pectus habent, non solum magis incidere in phthisim, sed etiam, vbi incidere periclitari. Non nulli

In lib. de Flatibus, prope à principio.

Infra apho. 40.

in Epid. cō. 1. t. 18. 19 32. 105 f. g

quidem, qui aphorismos exposuerunt, talibus decepti suasionibus, illum cōgruere naturæ ægrotantis morbum dixerunt, qui sit temperatura contrarius, quasi aptior esse diceretur: multum (vt ostendimus) & à veritate ipsa, & ab Hippocratis sententia deuiantes. E

35 *In quouis morbo partes ad vmbilicum & imum ventrem attinentes, crassitudinem habere melius est: vehemens autem extenuatio & eliquatio, prauum. Sed & hoc quoque ad inferiores purgationes, periculosum.*

Partes oēs, quæ ad epigastrium .i. abdomen, attinent, omni vacare dispositione, quæ sit præter naturā, oportere est manifestū. Et hoc in ꝓgnostico dictū fuit, vbi his vtit verbis: ‖ Hypochōdria optimū est absq; dolore esse, & mollia, & ęqualia. Sed & ex his ipsis quędā sunt tenuiora, quædā crassiora: de quibus nunc sermonem habet: quęcunq; quidem crassiora sunt, hęc meliora esse inquiens: quęcūq; vero tenuia, mala, & tanq̄ signa videlicet, & tanq̄ causas. Signa enim sunt imbecillitatis in partibus eliquatis. Causę vero, ꝙ coctio bona ciborū non fiat in ventre, neq; sanguificatio in hepate. Etenim vtrunq; ex his mēbris à crassitudine dictorum corporū concalefactum iuuatur. Tantū igitur, vbi eliquata fuere, par est, offendantur eorū operationes, quantum integris ipsis iuuabantur. Quòd aūt earum, quas diximus, partiū "tenuitas ad inferiores purgationes sit periculosa, manifestū est. Oportet enim omnia, quæ sunt infra thoracē, esse robusta, vt bene purgationibus seruiant: alioqui magna incōmoda patiuntur. Cur autem de solis inferioribus purgationibus fecerit mentionē, dignum est quęrere. Superiores enim, hoc est, quæ per vomitū fiunt, sunt iis, qui ita affecti sunt, periculosæ. An has quidē tanq̄ manifestas prętermisit, illarū vero com meminit, vt de quibus magis posset dubitari? Imum autē ventrem (gręce ἦτρον) proprie nominat & appellat regionē ventris imam, quæ vmbilicū, ac pudenda interiacet: ita vt in hęc tria totū abdomen diuidatur, in hypochondrium, & loca ad vmbilicum attinentia, & ventrem imum. F

ii. Progn. cō. 1. t. 27. 4ª. 195. c

A. li. 1. t. 4. c fol. 72. g

36 *Qui salubritatem corporis habent cum per medicamenta purgantur cito exoluuntur: & qui prauo vtuntur cibo.*

Qui salubritatem corporis habent, non absque ratione in medicationibus cito exoluuntur. Colliquantur enim, non purgantur. Qui vero vitioso vtuntur alimento, ob malorum humorum superabundantiam facile exoluuntur in purgationibus. Siue autem illud, quod exterius assumitur, siue quod in corpore continetur, vitiosum alimentum nominet: vterque sermo veritatem habet, quoniam cibi vitiosi soleant sanguinem gignere vitiosum. Sic ergo etiam vitiosi dicūtur per relationem ad sanguinem, qui debet ex eis generari.

37 ‖ *Qui "bene se habent corpore, difficulter ferunt medicationes.* G

4ª. Aphor. 28. h

A. lib. 1. t. 4. fol. 73. f

Non cuiuscunq; medicamēti assumptionē solet Hippocrates medicationē nominare, sed tali vocabulo in sola vtitur purgatione. Verū superior aphorismus, casum vnū, qui in ea fit, manifestat. Cito enim inquit exolui in purgationibus, qui corporis habent salubritatem. In hoc autē generaliori vocabulo de eisdem ostendit, inquiens hos difficulter ferre medicationem. Nam & vertigines & tormina patiuntur, & difficulter his purgatio procedit, & pręterea celeriter exoluunt. Fiunt autem hæc omnia purgatorio medicamento proprium quidem attrahere humorem appetente, vel flauam bilem vel atram, vel pituitā, vel aquosam superfluitatem: quia vero iste nō adest, sanguinem colliquat, ac carnes, vt ex ipsis, quod sibi proprium est, attrahat.

38 ‖ *Parum "deterior potus & cibus, suauior autem, melioribus quidem, sed minus suauibus est præferendus.*

in 6. Epi. cō t. 8. 3ª. 180.

A. li. 1. f. 3. c. 7. fol. 61. l

Non ob id solum hoc est faciendum, vt ęgro gratificemur, sed etiam, quia vtilius ipsi existit. Nam, quæcunq; cū voluptate assumuntur, ista ventriculus amplexatur, & facilius concoquit: sicuti illa, quæ displicent, refugit, vt ad quę vel nausee, vel flatus, vel fluctuationes subsequantur: quod quidem in pluribus cibis bonos succos habentibus fit. Quando igitur cum voluptate assumitur cibus, qui paulo deterior est, non modo non manet deterior, sed quādoq; redditur melior. H

39 ‖ *Senes iuuenibus magna ex parte ægrotant minus. Qui vero morbi ipsis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem.*

3ª. Aphor. 26. c

in 6. Epi. cō. t. 6. 3ª. 190.

6ª. Aphor. 47. b

Non omnes senes minus ęgrotant, q̄ iuuenes: neq; enim oēs maiorem habent circa victū continentiā: qui vero nō habent, magis ęgrotant, vt qui iuuenibus sint debiliores. Quòd vero plures ex morbis diuturnis ipsos ad mortē comitantur, clarū est: siquidem & vis est imbecillis, vt neque morbos facile coquere possit: & oēs morbi diuturni, frigidi sunt: unde & magis senibus, q̄ iuuenibus, accidunt. Omnes siquidem congruentibus naturæ suæ morbis facilius corripiuntur.

40 ‖ *Raucedines & grauedines in valde senibus coctionem non admittunt.*

in 6. Epi. cō. t. 6. 3ª. 190.

2ª. Apho. 3 17. d

Si simul iunxerimus ambos aphorismos, utriusque sermo talis erit: Senes iuuenibus magna ex parte ęgrotant minus. Quicunq; uero morbi ipsis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem. Raucedines igitur atque grauedines in ualde senibus coctionem non admittunt. Ita ut hic aphorismus sit ueluti exēplum quoddam antecedentis. Neq; enim hi soli morbi senes

comitantur

A comitantur ad mortem, sed nephritis, id est passio renum, podagra, morbus articularis, coxendicum dolores, & quæ laxiori intestino, ac spleni frigidę insunt dispositiones: & preterea crebri anhelitus (quos Græci asthmata nominant) tusses, dorsi curuationes, recuruationes, & obliquationes, demum quæcunque alia morborum genera ex frigidis humoribus ortũ habent: quæ in quibusdam iuuenibus, nedum in senibus, difficulter coquuntur.

de Locis affec. 4a. 29. d

41 ‖ *Qui frequenter, ac fortiter absque causa manifesta exoluuntur, derepente moriuntur.*

Non omnes, qui exoluuntur, derepente moriuntur, sed si tres distinctiones adieceris, vnã quidem primam, vt sępius hoc patiantur: secũdam, vt fortiter: tertiam, vt sine causa manifesta. Nam mulier quædam longum in balneo tempus commorata, frequẽter exoluebatur ob temporis diuturnitatem, & quoniam balneo magna ex parte ligna succendebantur vitiata: verũ non erat hoc morbi signum, cũ causam haberet manifestam. Altera vero, quam vteri affectus infestabant, hoc idem patiebatur. Quidam alius, si diutius inediam tolerasset, dum lauaretur, exoluebatur. Alteri etiam, si per horam lauaretur, idem accidebat, nisi prius aliquid panis assumpsisset. Quibus omnibus, aut debile erat, aut sensum plurimum habebat os ventriculi. Quicunque vero nulla tali de B causa sæpius, ac fortiter exoluuntur, ij ob virtutis vitalis imbecillitatem hoc patiũtur: sicut & ille, cui, dum exolueretur, cor fortiter palpitabat, atq; hic derepente mortuus est, non aliter, quàm illi, qui acutissimis cordis affectibus, quos syncopas vocant, arripiuntur.

ele Præsag. ex p si. 4a. 110. g e Apho. 51. 5 h lib qui Introductio, seu r dicus inscri b Isago. 56. a

42 ‖ *Soluere apoplexiam, fortem quidem impoßibile: debilem vero, non facile.*

In apoplexiis totũ corpus repente sensu priuatur, ac motu, solus restat anhelitus: qui si & ipse prohibeatur, maxima est, & acutissima hæc apoplexia. Quicunq; vero respirant quidem, sed magna cum vi: fortis adest istis apoplexia. Fortis autem adest & illis, sed minus, qui neq; intentum, neq; violentum, inæqualem tñ, atq; exordinatum, ac præterea intermittentem habent anhelitũ: sicuti, in quibus aliquẽ seruat ordinem, debilior existit: &, si omnia fiant, quæ sunt necessaria, citò* curatur. Omnes autem apoplexiæ fiunt vi animali nõ potente defluere ad partes infra caput existentes, aut propter aliquã dispositionem inflammatoriam, quæ in ipso cerebro sit constituta, aut ventriculis ipsis oppletis humore pituitoso. Verum causæ magnitudinẽ, etiam passionis magnitudo consequitur. Magna autem ex parte curationem nõ admittit, propter respirationis lęsionẽ. Ac mirari licet, quo modo omnibus aliis musculis motu carentibus in apoplexiis, illi, qui thoracem C attollunt, quamuis difficulter, moueantur tamen plerunq;. Videtur autem hoc fieri propter respirationis necessitatem, quæ neruorum vim excitat ad operationẽ. Et ob hanc ipsam causam, magna ex parte musculi omnes, qui thoracem mouent, in apoplexiis operãtur, etiamsi raro prius omnes operarentur: quemadmodum in vehementibus exercitiis in quibus anhelitus plurimus est necessarius. Verum in apoplexiis non ob id, ꝗ sit adaucta necessitas respirationis, sed quia vis est imbecillis, ideo omnes musculi thoracis simul coguntur operari: quemadmodum & alioqui in iis, qui cum febre vires habent imbecilles, ob hanc ipsam causam omnes mouere coguntur seipsos, in summam essatu dignam, ex omnibus operationem colligentes.

* In impressis est ταχα, i. forte.

43 *Qui strangulantur, ac dissoluuntur, non dum vero mortui sunt, non referuntur, quibus spuma circa os fuerit.*

A. 1. f. 2. d. 3. c. ol. 53. g

Omnis "spumæ generatio ex duarum substantiarum mistione conficitur, altera spirituosa, altera humida. Fit autem earum mistio ambabus in multas partes perfractis, multisq; mutuo complexu paruis ampullis ab ipsis effectis. Cum vero tenacem habuerit is, qui perfringitur humor, consistentiam, quo spiritum circũplectente, ampullas contingit generari: non facile dissolubilis, sed stabilis spuma perficitur: qualis maxime currentibus equis, vel ira percitis apris, circa os agD gregatur. Ambarum vero substantiarum confractum, ac mistionem facit nõ nunquam quidem motus violentus vel vtriusq;, vel alterius tantum: non nunquam vero & fortis calor: nisi & hunc dixerit quispiam spumam per motum operari. Verum homini ea, quæ manifesta videntur, consectanti tutius est dicere spumam duabus de causis generari: in mari quidem impetuosis ventis agitato, ob impulsionis vehementiam: in lebetibus autem efferuescentibus, ob caloris vim. Sic itaque & in corporibus animalium, cum adsunt ex morbo comitiali conuulsiones, vehementia motuum solet spumam generare: in apris vero, calor: in cursibus autem equorum, vtraque causa valida conspicitur. Nam, cum cõtinue per respirationes aer intro, atq; extra feratur: saliua in ipsis extenuatur, & aliquid etiam ex pulmone instar vaporis effertur, quod saliuæ miscetur, ac circumplicatur: vnde factam spumæ substantiam augeri contingit. Qui vero opinãtur hanc spumam è ventriculo prodire, aberrant. Neq; enim fieri potest, vt subito tota inde proueniat, cum neque eo tempore animal euomat, neq; nauseam vllam patiatur: citra quos casus quicquã efferri à ventriculo est impossibile: & multo magis fieri non potest, vt plurimus aliquis vapor efferatur, eodem modo, quo in expirationibus: cum nulla talis è ventriculo substantia efferatur, qualis è pulmone expiratur. Et sanè sanguis, qui quidem è pulmone educitur, spumosus est, similis visceri: qui autem è ventriculo, neq; huic proximus est. Sed, quæ vnà cum sanguine è pulmone educitur

spuma, subito simul, & cum tussi educitur. Qui vero ex tali humore paulatim vapor expiratur, non excitat tussim. Vbi autem laqueus collo circundatur, necesse est quidem cordi atque pulmoni, vt fuliginosam expiret superfluitatem. Hoc enim à nobis ostensum est in libro de vsu respirationis. Prohibente autem laqueo, totam violenter impellit, quo fit, vt pars propriæ humiditatis vnà expellatur, eo modo, quo fit in sanguinis eductionibus. Signum itaque hoc est exitiale, quoniam pulmonis violentiam significat, quam patitur, dum animal suffocatur. Præcipue vero hoc fieri rationabile existit propter eam, quæ ex corde ad ipsum impellitur, caliditatem: vnde & caloris efferuescentia, & motu spiritus violento, & vehementi pulmonis conatu ad educendum, spuma enata, signum est mortale. Non nulli tamen, quamuis raro, qui strangulantur, relati sunt, quibus spuma circa os apparuerat: & forte Hippocrates, non tanquam semper intereant, sed quod contrarium rarissime eueniat, ita pronunciauit, quemadmodum & paulo antea ostenderat per alterũ aphorismum, ita inquiens: ‖ Quibus iuuenibus aluus humida, iis senescentibus exiccatur. Nam eo in loco, magna ex parte, dicere prætermisit, quod tamen verbum in sequentibus adiecit, vbi inquit: ‖ Quicunque aluos humidas habent, siquidem iuuenes fuerint, melius degunt iis, qui siccas habent: ad senectam vero deterius: nam senescentibus magna ex parte exiccantur.

Supra aph. 20. 14. c. intra, Aphor. 53.

E

44 *Qui natura admodum crassi sunt, citius intereunt, quàm qui graciles.*

F

Eos, qui à prima ætate crassi sunt, & graciles inuicem comparans, de crassis pronunciat, quod cito ad mortem perueniunt, magis, quàm graciles. Optimum siquidem est, bene carnosum esse natũ, hoc est ita commoderatum, vt neque crassitudo adsit, neque gracilitas. Tales enim possunt ad longam senectam peruenire. Si vero à mediocritate recedatur, melior ad gracilitatem, peior ad crassitudinem excessus est. Angustæ sunt enim horum arteriæ ac venæ, atque ob id paucum omnino sanguinem, & spiritum habent: adeo vt, cum ætate processerint, celeriter in ipsis vel paruam ob causam calor natiuus destruatur. Graciles autem hac quidem ratione nõ periclitantur: quia vero partes principales ita affectæ sunt, vt nullum habeant munimentum, à causis exterioribus prompte offenduntur. Qui vero natura quidem mediocres erãt, sed victu delicatiore vtentes postmodum crassi facti sunt, iis, licet caro atque pinguedo adnatæ sint, venæ tamen atque arteriæ latæ consistũt, atque idcirco in eis calor natiuus † minus obnoxius est extinctioni.

† Al. maior est. † ἧττον, ἐυστ-χεςον est ĩ manuscriptis pluribus exempl. vt habuit Leonice. μείον, id est maior ẽ in impressis.

45 ‖ *Quicunque iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maxime ætatis, & temporum, & locorum, & victuum quoque, liberantur.*

5ª. Aphor. 37.a

G

Morbus comitialis proximus quodam modo est morbo, quem apoplexiã appellant, cũ idem locus in vtroque patiatur, & idem humor in causa sit. Verum apoplexia quidẽ ob omnimodam carentiam illius potentiæ, quæ ad neruos defluit, morbus autẽ comitialis propter motum vitiosum generatur. Frigidus autẽ & crassus humor ambobus est causa: Atque idcirco iuuenũ ætas calidam & siccam habens temperaturam, maximũ affert auxilium iis, qui morbo comitiali laborant: sic & locorum proportionales mutationes, dico autem proportionales, quãdo ad calidiorem, ac ficciorem commutantur: eodem modo & victuum. Neque enim victus mutatio quælibet morbũ soluit comitialem, sed quæ calidiorem & ficciorem corporis habitum efficit. Contingit autem simpliciter etiam vitæ mutationem intelligere morbo comitiali prodesse, quoniam magna ex parte victus deprauatus passionem generat: vnde & mutatio multo ad melius perducit.

46 ‖ *Duobus doloribus simul non eundem locum infestantibus, vehementior alterum obscurat.*

in 6. Epi. t. 3. 3ª. 175

Siquis eundem exquisite locum intelligat, nunquã duo possunt in eodem fieri dolores: siquis vero late, possibile est. Dico autem late, circa membrum maius, veluti circa brachium, cubitum, femur, aut tibiam. Verum hi duo dolores simul augent loci afflictionẽ, cum neuter lateat ægrotantem. Si vero sint in locis diuersis, alter quidem (si ita contigerit) in cubito, alter vero in tibia: tunc alterum ab altero obscurari contingit, cum vis sensibilis tota ad vehementiorem ducatur, ac distrahatur. Nam & hoc nobis in mœroribus solet accidere, qui sunt et ipsi veluti dolores quidam solius animi sine corpore. Nam & horum, qui sunt vehementiores, occultant minores, modo nõ eadem è re ortum habeant: alioqui & illi seipsos mutuo augent.

H

47 ‖ *Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis, quàm iam confecto.*

de Totius bi tẽp. 3ª. in 3. Epi. t. 8. 3ª. 13 1. de Cri 42. 132. b de Vict. in morb. ac. t. 62. 7ª.

Pus ex sanguine ortum habet, qui semimalam (vt quispiam dixerit) habet transmutationem. Nam mala simpliciter, cum putrefactione fit olida: sicuti, quæ simpliciter optima, est ipsa nutritio partium animalis: at, quę pus generat, medium inter has obtinet locum, neque à solo calore extra naturã, neque à solo secundum naturã facta. Mistus enim quodam modo ex vtrisque est calor inflammationis. Fit autẽ dolor extenta simul, ac calefacta præter naturam inflammata particula: Febres vero sequuntur principio concalefacto: & hæc ambo contingunt ex quadam veluti ebullitione atque exustione sanguinis: qui vbi ex toto exustus fuerit, residuum eius fit pus, quemadmodum in lignorum exustione cinis: atque ideo tempore illo dolores sedantur, ac febres, præsertim cum pus

fuerit

A fuerit excretum, vtpote iam consumpta materia, extincta'que ignea caliditate.

Consuetudi ...

48 *In omni corporis motu, vbi laborare cœperit, quies statim lassitudinem aufert.*

Verbum πονεῖν, id est laborare, significat dolere, significat & fatigari: & in vtroque significato sermo verus est. Siue enim membra iam doleant ex multitudine motionum, siue sint fatigata, vt vix iam agere aliquid possint, quies statim lassitudinem aufert.

Consuetudi ...

49 *Qui consueti solitos labores ferre, etsi fuerint imbecilles et senes, non consuetis fortibus atque iuuenibus facilius ferunt.*

Alius alij labor consuetus est, huic cursus vel alius aliquis motus cruribus factus, huic vero manus certa mouere lege, siue quouis alio modo operari manibus, aliis fodere terram, vel remigare, vel arare, vel simpliciter quoduis aliud agere. Differunt autē omnes isti labores, quia vel plures, vel pauciores partes operantur, & quia vel magis, vel minus laborant: hoc tamen omnibus commune existit, q̃ partes exercitatę fiunt robustiores, atq; idcirco labores consuetos facilius ferunt.

50 B *Quæ ex longo tempore consueta sunt, etsi deteriora sunt, insuetis minus molestare solent. Oportet igitur ad insueta permutari.*

Non de solis exercitationibus hic sermo est, sicuti prior, verum de omnibus simpliciter cōsuetis hic aphorismus enunciat, cibis, potibus, balneis, illotionibus, vigiliis, somno, calefactione, frigefactione, curis. Horum etenim singula minus nocent, cū fuerint consueta, iis, quæ natura quidem minus noxia sunt, sed nunquam in consuetudinem peruenerunt. Quod igitur ita se res habeat in exercitationibus: ad partium, quæ operantur, robur refertur, vt ante diximus: in reliquis vero, quo modo fiat, iam dicemus. Cibi ac potus naturam aduētitiam efficiunt, maxime quidem in ventriculo, cum hoc vero & in aliis partibus. Nam, etsi quammaxime vincantur, & transmutentur à corpore, ipsum tamen quodam modo pro sui natura disponunt ita, vt processu temporis multa fiat permutatio, ac similitudo nutritorum ad nutrientia. Hoc enim ostensum est à nobis in libro de cōsuetudinibus: ostensum est etiam, q̃ vnumquodq; facilius à similibus alteratur. Ob hanc igitur causam, quanto similius fuerit id, quod transmutat, ei, quod transmutatur, citius alterat ipsum. Sane q; corpus ab aliis omnibus, quibus adhęret, quodam modo afficitur, veluti in aere frigido, ac calido, densatum quidem à frigido, laxatum vero à calido: atque ideo consueta C facilius perfert, ab insuetis vero molestatur. Si enim laxato corpori ob caloris adhęsum repente frigus superuenerit: & in imas eius statim partes subintrat, & maxime offendit. Causa itaque de omnibus consuetis dicta est in libro de consuetudinibus. Quod vero experientia notum est, id iā noscimus: quod solum ab Hippocrate scriptum est, qui causam ascribendam non censuit. Nos vero ad eiusdem inuentionem aliquas dedimus occasiones. Hæc igitur dicta sufficiant, quantum ad primam aphorismi partem attinet. Quod vero in fine scribitur, in quo consulit transmutari quodam modo ad non consueta, salubris gratia securitatis dictum est. Est enim omnis vniformis consuetudo, periculosa: cum omnes homines inopinatis rerum sortibus subiiciantur. Ne igitur incidentes aliquando repēte in nobis insueta magnopere offendamur, satius esse inquit omnia tentare. Fit autem hoc non inhęrentibus nobis semper iis, quibus assueuimus, sed & non nunquam contraria tentantibus.

51 *Plurimum, atque repente euacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere, periculosum, quoniam omne nimium est naturæ inimicum: sed, quod paulatim fit, tutum est, tum aliàs, tum cum ab altero ad alterum transitus fit.*

D Causam, ob quam plurimum, aut repente euacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere periculosum sit, ipse ostendit, inquiens omne nimium esse naturæ inimicum. Nam in elementorum commoderatione natura consistit: quare non absque ratione nimium omne, vt quod destruat commoderationem, animalis consistentiam dissoluit. Paulatim vero, inquit, implere scilicet, vel euacuare, & quæcunque alia subinde dixit, tutum est, cum aliàs, tum maxime, cum ab altero, cui assueuimus, transimus ad alterū. Nam in antecedente aphorismo consuluit & ad insueta permutari. In hisce igitur permutationibus, quod plurimum existit atque repente, periculosum est satis: quod vero paulatim fit, tutum.

2. Composi... fec. loc. 6.2.

52 *Omnia secundum rationem facienti, si non succedat secundum rationem: non est transeundum ad aliud, stante eo, quod à principio visum est.*

Non paruæ est opus sciētię, non transire ab iis, quæ recte visa sunt, si nō dū manifesta appareat vtilitas ex his, quę ita facta sunt, sequi. Queadmodū enim gutta subiectam petrā percutiente vix longo tpe sensibilis passio in lapide manifestatur: sic accidit etiā in crudis, & quæ difficulter concoqui possunt, dispōnibus: in quibus, qui recta ratione inuenerit id, quod conducit: non discedit ab illo, quod primo faciendū existimauit, etiamsi nihil appareat manifestū ex illius vsu subsecutū.

53 *Quicunque aluos humidas habent, si quidem iuuenes fuerint, melius degunt iis, qui siccas habent. Ad senectam vero deterius degunt: nam senescentibus magna ex parte exiccantur.* E

2¹. Aphor. 53. 19.e
2². Aphor. 43. 18.c

Manifestus est hic aphorismus: & quicquid de eo dicere conuenit, prius est dictũ in eo aphorismo, cuius principium, ‖ Quibus iuuenibus ventres humidi sunt, iis senescentibus exiccantur.

Supra, aph. 20. 24.c

54 *Magnitudo corporis, iuuentæ quidem neque indecens, neq; illiberalis: senectæ vero inutilis, & deterior paruitate.*

Magnitudo corporis propriæ quidem nominatur, quæ longitudine, latitudine, profunditate moderantiam exuperat. Interdum vero & quod longitudine sola amplius auctum est corpus, solemus magnum nominare: quamuis huic proprium nomen sit longũ. Nam & aliquando, quod secundum latitudinem, ac profunditatem vltra modum corpus est auctum, dicunt esse magnum, quamuis & hoc crassum proprio vocabulo nominetur. Si igitur magnitudinem corporis in proprio significato Hippocrates dixit, nihilo deterior est in senectute, quàm paruitas. Si vero vel longitudinem corporis, vel crassitudinem intellexit: hæ deteriores, atque inutiliores senescentibus sunt: verum neque crassitudo est iuuentæ decens, neque liberalis. In sola ergo longitudine, q̃ sit iuuentæ liberalis, senectæ vero inutilis, vere diceretur. Ex hac enim senescẽtes gibbi fiunt, & vix F possunt onus perferre: quod Hippocrates inutile dixit.

* δύσφορον, id est portatu difficile.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS

COMMENTARIVS TERTIVS

In hoc tertio in Aphorismos Hippocratis commentario, eorum, quæ de temporibus, atq; ætatibus ab Hippocrate scripta sunt, expositionem faciemus: maxime quidem, quicquid est in ipsis obscurum, declarantes (hoc enim est proprium expositionis opus) veruntamen singulis etiam, quæ recte dicta sunt, demonstrationem apponentes, quoniam & hoc fieri in commentariis consueuit. Miror autem & hoc loco Lyci inconstantiam, scribentis quidem (vt ipse ait) expositiones Quinti præceptoris, nulli autem eorum, quæ de temporibus, & ætatibus dicta sunt, probationem demonstratiuam apponentis, sed ad experientiam, & obseruationem omnia referentis, cũ tamen ipse in aliorum aphorismorum expositionibus rationalem adhibeat considerationem de ea, quæ G in ipsis continetur veritate, non contentus sola experientia. Quòd vero sola experientia non sufficiat ad talem contemplationem aggregandam, id & ipse Hippocrates ostendit, & in processu sermonis ostendetur.

1 in lib. d' Humoribus mutationes maxīe pariunt & c.

Infra, apho. 20. 24.a

MVtationes ‖ *temporum potissimum pariunt morbos: & in temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris: et alia pro ratione, eodem modo.*

Mutationes temporum non nulli existimant dici, quibus inuicem commutantur, quasi successiones diceret. Nam hyeme ad ver transeunte, fit dictorum morborũ generatio, de quibus ipse deinceps loquetur. ‖ Vere enim furores, atræ biles, & morbi comitiales. Vere rursus in æstatem desinente, quod est initio æstatis, febres continuæ (inquit) & tertianæ, & ardentes, & quę subinde connumerauit. Et de autumno atq; hyeme similiter scripsit, vt inquiunt, illi, qui pro eodem accipiũt mutationes, & successiones. Sed verbum /potissimum/ quod aphorismo adiectũ est, hanc expositionem nõ admittit. Nam in temporum adinuicem commutatione sicut quidam H morbi generantur, eodem modo etiam soluuntur: & hoc ipse etiam Hippocrates dixit. Quare nihilo magis successiones temporum pariunt morbos, quàm soluunt. Quo modo igitur nõ sat fuit ipsi dicere, Mutationes temporum pariunt morbos, sed & /potissimũ/ addidit? Melius itaq; fuerit ob hanc adiectionem per mutationes temporum intelligere eas, quæ fiunt secundum illorum temperaturas, alterationes. Hæ siquidem sunt, quæ potissimum generant morbos, quando multæ, alia post aliam, fiunt alterationes: quemadmodum in Epidemiis scripsit, & nunc etiã paulopost dicet. At vero vnius temporis alteratio sola efficit quidem morbos aliquos, nõ tamen potissimum. Quando igitur fiunt morbi potissimum ex vnius temporis alteratione? Quando contigerit magnam esse alterationem: & ob hanc causam ipse inquit: Et in quibusdam temporibus magnæ mutationes, vel caloris, vel frigoris, vel alicuius alterius, vt humiditatis, aut siccitatis, ventorum, aut horum defectus. Hæc igitur expositio recta est in ista scriptura. Inuenitur tamen & alia scriptura, quę ita se habet: Mutationes temporum pariunt morbos maximos: potissimum autem & in quibusdam temporibus magnæ mutationes. Quæ scriptura nullam habet obscuritatẽ, iis præsertim, qui ea audierunt, quæ à me statim antea dicta fuerunt. Sunt vero & aliæ scripturæ huius dictionis, quas intelliges, atque probabis, ab iis, quæ diximus, excitatus.

† *Al.* ἄλλα, *id est alij.*

Naturarum

i 1. Epi.cō. 1. t 3ª.103.c Dignof. pul 1.4ª.78.g

A 2 *Naturarum, hæ quidem ad æstatem, hæ vero ad hyemem, bene, male'ue se habent.*

In lib. de Humorib. naturæ quantum ad tēpora & c.

Naturas hoc in loco dixit Hippocrates secundum principalissimū & proprium significatum, quod secundū ipsam maxime substantiā naturæ est. Dicebamus aūt in præcedentibus ipsam esse temperaturam quatuor elementorum, humidi, sicci, calidi, & frigidi: ostēsa'q; à nobis est in libris de temperaturis: Vna quidem temperatura bene temperata atq; optima: male autem temperatæ atq; vitiosæ, octo numero, quatuor quidem qualitate vna excedente, calida, frigida, sicca, & humida: quatuor vero duabus, calida & sicca, calida & humida, frigida & humida, frigida & sicca. Ad ęstatem itaq; frigidæ & humidæ naturæ optime afficiuntur: ad hyemem vero calidæ & siccæ: sicuti & male afficiuntur calidæ & siccæ ad æstatem, frigidæ & humidæ ad hyemem. Perfectissime igitur hæ naturæ, ad dicta tempora optime, ac pessime afficiuntur: mediocriter autē, quæ aliquo modo à temporibus vel iuuantur vel offenduntur, sicuti humida & calida, ęstate & hyeme: qm̄ æstate quidem, quatenus humida est, melius afficitur: hyeme vero, contra, quatenus calida.

Dignoscen. p1.4ª.78.g

3 *Morborum alij ad alia, bene, vel male se habent, & quædam ætates ad tempora, & loca, & victus genera.*

In eodē, Quantum vero ad regiones. & c.

B Inordinato quodam interpretandi genere mihi videtur vsus Hippocrates in hoc aphorismo. Nam melius vtiq; ita dixisset: Morbi & ętates, alij ad alia tempora, & loca, & victus genera bene male'ue se habēt. Morbi igitur bene se habent ad tempora, vt ad generationem quidem, similes: vt ad solutionē vero, contrarij. Nos enim de hoc ipso determinauimus in expositione illius aphorismi, cuius initiū est, In morbis minus periclitantur. Ætates autem, quemadmodum & naturæ, frigidę quidem ad calida, calidę vero ad frigida: Senum quidem, ad æstatem: iuuenū vero, ad hyemem. Eademratione & ad loca non morbi tantū, sed etiam ætates afficiuntur. Nam morbi calidi, in locis calidioribus magis generantur, & minus sunt periculosi: magis q; sanæ sunt in frigidis regionibus ętates calidiores, & in aliis proportionaliter. Sic vero & ad victus genera, alij ad alia bene male ue se habent morbi, & ętates: Nam calidiores ad frigidiora, frigidiores vero ad calidiora, & sicciores quidē ad humidiora, humidiores vero ad sicciora bene se habent. Et, vt simpliciter dixerim, contrarij quidem ad contraria bene, similes autem ad similia male: præterq̄ si ætas temperata, & victui, & regioni, & loco temperato comparetur: hoc enim solo modo similes a similibus bene afficientur. Quæ vero plus à temperie recesserunt ętates, iis secundum temperaturam contraria loca & tempora & victus genera conferunt magis. Cum vero omnes morbi à temperie & C modo recedant: generatio quidem à similibus locis, atq; temporibus, solutio vero à contrariis fit.

2. Aphor. 34. 17.c

t e Temperamēs. 1ª.11.g 1. id. in procem. 3ª.100 h 2 e Crisibus. 4 34.d

4 *In temporibus, quando eadem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet.*

In lib de Humorib. Inęqualis calor, aut frigus & c

Cum ratione fit hoc. Neque enim appellationes temporum, causæ morborum sunt, sed temperaturæ. Cum igitur ipsæ variant, necesse est & morbos conuariari.

Infra, aph. 17.

cuo i loco le g, Cum ver anno simile factum fuerit, & 3 aph.6.20.e 3 : Difficult. re. 3ª.73.d in Epi.cō.1. t. 3ª.103.d E 8.3ª.104.d in Epi.cō.3. t. 3ª.146.b in Epi.cō.2. t. 3ª.164.g E 6.5.t.27. 1 c 3ª.phor. 11. 21. Et Apho. 1 2.g

5 *Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluentes. Quando huiuscemodi tempestas præualuerit, talia in morbis patiuntur. At, si aquilonia fuerit, tusses, fauces, alui duræ, difficultates vrinæ, horrores, costarum dolores, & pectoris. Quando hæc tempestas præualuerit, talia in morbis expectare oportet.*

Et lib. de Humorib. Austri auditum grauant, & c.

Id quidem, quod fit, declarauit, inquiens: /Austri auditū hebetantes, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluentes/. Causam aūt huius declarauit scribens /Vbi hęc tempestas pręualuerit talia in morbis patiuntur/. Semper enim oportet medicum distinguere & separare id, quod a causa extrinseca contingit, ab eo, quod morborum ratione fit: vt præcognitiones faciat diligentiores. Causam vero, ob quam austri reddant auditum grauiorem, & visum caliginosum, non est difficile ex eius temperatura cognoscere, quæ calida & humida est natura. Omnia etenim talia D sunt apta replere caput. Ob hoc igitur & sensuum instrumenta plurima implent humiditate, & capitis grauitatem efficiunt. Principio autem neruorum humectato necesse est & circa voluntarios motus pigritiam euenire, & veluti in seipso dissolutum hominem apparere. Contra vero in aquiloniis (vt ipse inquiet inferius) corpora redduntur fiunt'q; robustiora, vegetiora, ad motus promptiora, & melius audientia. Nunc vero hęc non opposuit iis, quæ ex austro circa corpus contingunt, quoniam in hoc aphorismo de læsione tantummodo, quæ ex vtroque accidit vento, tractare proposuerat: vt hæc cognoscentes, ab illis separemus, quæ ex morborum natura contingunt. In aquiloniis igitur (vt inquit) fiunt tusses, propter videlicet instrumentorum respirationi obseruientium intemperiem, & propter faucium asperitatem, de qua nobis insinuauit adiungēs verbū illud /fauces/ vt subintelligeremus, patiuntur. Nam solet interdum hoc modo loqui. Paulopost igitur inquiet: Autūno & multi ęstiuorum, & febres quartanę, et erraticę, & lienes. Licet autem & simul duo coniungentes legere, fauces, alui duræ, vt non nulli expositores legendum existimarunt. Nam fauces in aquiloniis constitutionibus apparent duræ, quoniam exiccantur, ac refrigerantur: & venter inferior dura excernit, & propter temporis constitutionis temperaturam, quæ vergit ad siccitatem, toto corpore exiccato, & magis ipso ad seipsum trahente eas, quæ fiunt ex cibis humiditates. Sed & alia ratione, quoniam, cum longiori tempore maneant, &

Infra, Aph. 17.

Infra, Aph. 22.

non excernantur, omnia exiccantur. Vrinæ etiam accidunt difficultates, vesica flatu aquilonis E ob frigiditatem offensa: est enim exanguis: & propterea ex causis frigidis plus, quam aliæ partes, ipsa est offensioni parata. Eadem aquilonis frigiditas etiam thoracis dolores efficit, vltra communem ad alias partes læsionem, illam quoque, quæ fit ex respiratione, assumentis, quæ non pari modo pulmonem attingit, & cor ob sui caloris multitudinem. Homines vero horridos fieri in aquilonijs constitutionibus, clarum est, consentaneæ videlicet aeris ambientis temperaturæ.

In lib. de Humorib. Cū vero æstas fiat veri similis, &c. Supra, Apho. 4.

6 ‖ *Quando æstas fit veri similis, sudores in febribus multos expectare oportet.*

3. de Diffic. spir. 3ª. 73. c

Quemadmodum pauloantea dicebat: ‖ Quando die eadem aliquā frigus, aliquando calor accidit, morbos autumnales expectare oportet. sic nunc rursus: Quando æstas fit veri similis, hoc est temperaturam habet commoderatam, expectare (inquit) oportet multos sudores in febribus, & hoc non sine ratione. Neque enim sine aeris ambiētis calore multi sudores fieri possunt, neque absque hoc, quod aliqua redundans humiditas in corpore contineatur. Horum vero alterum adest in æstate, alterum in hyeme, in autumno autem neutrum, in vere vtrunque. Rationabiliter igitur æstas, quæ sit arida satis, assumit, atque resoluit humiditatem: similis autem veri, ob caliditatem quidem attrahit ad cutim: ob humiditatem vero non potest per modum vaporis resoluere. Tota igitur humi F ditas in morborum iudicijs, dum affatim excernitur, sudores multos facit.

7 *In siccitatibus febres acutæ fiunt: &, si annus magna ex parte talis fuerit: qualem fecerit constitutionem, tales magna ex parte morbos oportet expectare.*

Infra, apho. 15.

Infra, apho. 16.

Non multas ait febres in siccitatibus fieri, sed acutas, quoniam paulopost inquiet: ‖ Constitutionum anni, quod in totū dixerim, sicca tempora, pluuiosis sunt salubria magis, & minus mortifera: quibus deinceps adiungēs rursus inquiet: ‖ Morbi in pluuiosis temporibus magna ex parte fiunt febres longæ: non absque ratione. Nā aeris ambientis humiditas pituitosos aceruat humores, & nō paucas generat aquosas superfluitates: siccitas vero pauciores quidem humores efficit, sed qualitate biliosiores: & ob hanc causam febres numero quidem sunt pauciores iis, quæ fiunt in temporibus pluuiosis, sed acutiores. Quæ vero deinceps in aphorismo dicuntur, manifesta sunt.

In lib. de Humorib. Si tēpatē pestiue, & ordinate, &c.

8 ‖ *In constantibus temporibus, cum tempestiue tempestiua redduntur: morbi constantes, & boni iudicij fiunt: in inconstantibus autem, inconstantes, & mali iudicij.*

in 1. Epi. c t. 1. 3ª. 103.

Constantia tempora nominat, quæ ordinatim suā recipiunt temperaturā. Quem vero constan G tem appellet annū, tibi licet discere ab ipso in libro de aqua, aere, locis, & regionibus, ita dicente: ‖ Si quidē pro ratione facta fuerint signa huiuscemodi in ortibus, et occasibus syderū, & in autumno si aquæ descendunt, & hyems mediocritatē seruauerit, neque valde serēna, neque frigore excedēs, & vere aquæ euenerint tempestiuæ, & æstate: sic par est annum fore saluberrimum. Postquam igitur, qualem velit esse constantē annū, didicisti: facile est etiā inconstantē intelligere. Omnia, enim quæ aliqua ex parte nō seruant anni constantis ductū, ea nunc Hippocrates incōstantia vocat: & eos, qui in ipsis accidūt morbi, similiter appellat. Ait aūt ipsos, difficulter, hoc est male, iudicari. Vel enī cū casibus periculosis iudicia ī his morbis eueniūt, vel statim sunt perniciosi, vel oīno faciūt recidiuā.

de Aere, aquis, & locis, cap. 6. 2ª. 4. a

" * εὐδίος. "

2. Epid. sect. 1.

9 ‖ *Autumno morbi acutissimi, atque exitiales, maxima ex parte. Ver autem saluberrimum, & minime exitiale.*

1. de Tem 1ª. 11. f 3ª. Apho. 24. a. b

Cum tempora conuenientē seruant totā temperaturā, inter ipsa ver quidē erit saluberrimum. Morbos aūt acutissimos, atque morbiferos, aliorū temporum cōparatione autūnus afferet, quoniam ver quidem bonā temperaturā habet. Autumno vero hoc in primis inest, quod eadem die aliquando calorem, aliquando frigus continet. Deinde, quod æstiuo succedat tempori, in quo multis quidē humores assati fuerunt, quibusdam vero & vires debilitatæ. Non solum vero hac ratione autumnus ma H lus est, sed etiam quia primum quidem humores mouebantur ad cutem, atque difflabāt: autumno vero ab aeris ambientis frigiditate, retruduntur, atque ad interiora impelluntur. Hæc itaque sunt omnibus hominibus communia: iis vero, qui malo victu vtuntur, hoc amplius accedit, quod æstiuo tempore fructibus abundanter repleti, malorum humorum multitudinem generarunt.

6. Epi. sect. 7a.

10 ‖ *Autumnus tabidis malus.*

in 3. Epi. t. 66. 3ª. in 6. Epi. t. 27. 3ª. 3. de Dif spi. 3ª. 73 in 1. Epi. prœmio. 3ª in 1. Epi t. 1. 3ª in Progr t. 4. 4ª. Et com. 212. a 3ª. Apho. 22. a

Damnauit quidem & aliter autumnum in antecedente aphorismo: nunc autem præcipue nocentem tabidis rursus vituperat: Vtrū vero solum illos nominet tabidos, quibus pulmo est exulceratus, an omnes quomodocunque colliquescentes, non possumus coniectari. Liquet autē vtrisque autumnum esse malum, cum sit siccus simul, ac frigidus, & inæqualis.

11 *De temporibus autem, si quidem hyems sicca, & aquilonia fuerit, ver autem pluuiosum & australe, necesse est æstate febres acutas fieri, & lippitudines (Græci ophthalmias vocant) & intestinorum difficultates, præcipue vero mulieribus, & viris, qui natura sunt humidiores.*

De alteratione, quæ in temporibus fit, hic docet, ab hyeme quidem sicca, & aquilonia initium sumens,

A sumens, vere autem pluuioso, & austrino. Paruæ igitur quamuis sint tales mutationes, præter naturam tamen sunt: quapropter & in æstate sequi ait hos morbos, febres acutas, & lippitudines, & intestinorum difficultates. Causam vero, ob quam superabundāt in tali constitutione huiusce modi morbi, ipse explicauit in libro de aquis, locis, & aere. Verba autem eius se habent in hunc « modum: ‖ Si hyems quidē sicca, & aquilonia fuerit, ver aūt pluuiosum, & australe, necesse est ęsta- « tem febribus abundare, lippitudines que, & difficultates intestinorum aduenire. Quando enim « æstate suffocatio, repente superuenerit, & terra madida pluuijs vernalibus, & ab austro fuerit, « necesse est ęstum duplicari, & à terra madida, atque calente, & à sole comburente, nondum con- « stantibus hominum ventribus, neque exiccato cerebro. Neque enim possibile est tali vere exi- « stente, non [a] inflammari corpus, ac carnem: vnde febres accidunt acutissimæ tum reliquis omni- « bus, tum præcipue pituitosis. Difficultates vero ītestinorū mulieribus, & viris humidioribus cō- « uenit fieri. Hæc Hippocrates in libro de aquis, locis, & aere dixit. Nos vero latius eius sermonē explanabimus: & primo quidem ob quam causam, neque in hyeme, neque in vere per talem con stitutionem dixerit vulgari morbos. Cum tamen in secundo Epidemiorum, in ipso tempore vi- « tiato dicat apud Cranonē factos esse carbones. Verba autē eius hęc sunt: [b] ‖ Carbones in Crano- B ne æstiui. pluebat in æstibus aqua ruente per totum. fiebant autem austro magis. Manifesta igitur est ex ijs, quę dixit, causa quoq; ob quam apud Cranonem facti sint æstate carbones. Neq; enim paulatim mutauit temperaturam naturalem, sed ad talem peruenit constitutionem, in qua facile putrēt, quæcunq; naturam habent, vt putreant. Habiles enim sunt humiditates, quę modum excesserint, ad putredinem faciēdam. Nam (vt ipse inquiet) morbi in temporibus pluuiosis fiūt magna ex parte febres longæ, & alui fluxus, atq; putredines: adhuc aūt magis, q̄ humiditates, putredinem calores faciunt, In vnum itaq; conuenientibus adeo fortibus, atq; immoderatis dispositionibus, veluti in Cranone, secundum tempus corpus non expectat, verum anticipat in priore plurimum offendi. Per hyemē vero siccam & aquiloniam, corpora quidem tali modo afficerētur, quali ipse dixit p hęc verba: [c] ‖ Si vero aquilonia fuerit: tusses, fauces, alui durę, vrinę difficultates, horrores, dolores laterum, pectorum: non tñ effatu dignus morbus cōtrahetur: nam & alioqui sicciores constitutiones sunt salubriores. [d] ‖ Ex toto enim ait siccitates pluuiosis tēporibus esse salubriores, & minus mortiferas. Hyems vero aquilonia, ac sicca nocebit quidem rectis stantibus hominibus ad tusses, & alui suppressionem, & difficultatem vrinæ, atque dolores locorum ad thoracē attinentium: non tamen febres, vel difficultates intestinorum, aut tale quiddam operabitur. Cur C igitur non etiam in vere pluuioso, atq; australi morbi vulgantur? Quoniam antecessit hyems frigida sufficienter, ac sicca. Ipse vero dixerat non simpliciter præsentes constitutiones fore considerandas, sed ex qualibus, ad quales fiant permutationes. Pręexiccatum, itaq; corpus per hyemē siccam, atq; aquiloniam existentem, non modo nihil ex vernis pluuijs patietur, sed potius aliqua ex parte iuuabitur ad naturalem rediens mediocritatem. Si vero totum ver humidum fuerit, ad contrariam ducetur corpus constitutionem, illi, quæ prius inerat, id est siccæ, transcendens illam, quę medium tenet, mediocritatem. Quare æstas subsequēs, paratum excipiet offensioni, cum terra adhuc humecta sit: atq; ob hanc causam suffocationem efficiat, vtpote Etesijs nondum spirantibus. Nam postea flare incipiunt post Canem ēt. Quare totum tempus medium habebit febres acutas, pp caliditatem, & humiditatem humoribus in corpore putrescentibus, necnō lippitudines, & difficultates intestinorum, pro aptitudine partiū, quæ offensionē recipere natura aptæ sunt. Aliæ. n. alijs magis, aliæ minus passibiles sunt, secundum corporum temperaturas. Nam lippitudines ferè oēs infestant repleto capite, quibusdam exceptis, quibus oculi pualidi sunt: Difficultates vero intestinorū, sicut ipse dixit, eos, qui naturas humidas habēt, & mulieres: hę siquidem viris sunt humidiores. Si igitur totam cōstōnem, tanquā nostra putrefacientem corpora, damnamus: liquet, q̄ D putredo magis humidis adueniet corporibus. Ipsum siquidem humidum, quod in nostris putret corporibus, quędam veluti materia est à vi caloris patiens. Humiditas vero ambientis aeris, quatenus exiccari non sinit humorū in corpore superabūdantiam, eatenus adiuuat vim putrefacientem. Nihil itaq; mirū, si in talibus constitutionibus plus offenduntur naturæ humidiores: & propterea ait febres pituitosis magis aduenire: hi siquidē necessario sunt humidiores. Manēte igitur putredine in corpore, febres fiūt: si vero per vētrem euacuetur, difficultates intestinorum. Et hæc per totam ęstatē contingent, nisi fiat circa Canis ortum permutatio, de qua ipse in libro de aquis, locis, & aere transegit post verba paulo antea scripta, post illa videlicet: ‖ Difficultates autem intestinorum par est fieri mulieribus, & viris humidioribus. Nam sermonem cōtinuās, scribit in hūc « modum: ‖ Et, si quidē superuenerit circa Canis ortū aqua, & hyberna tēpestas, & Etesię perflaue- « rint, spes est qetis, & quod autumnus salubris erit: alioq periculum est, ne pueri moriantur, & mu « lieres, minime vero seniores: & ne, q euaserint, in quartanam finiāt, & ipsa quartana in aquam in « ter cutem terminetur. Verum de ijs, quę adiecit in libris de aqua, aere, & locis, cum librum illum exponemus, diligentius considerabimus. De ijs vero, quę in præsenti aphorismo proponuntur, sufficienter est dictum, excepta vna dictione (ex necessitate) quam non solum apposuit in aphorismis, sed etiam in libro de aqs, locis, & aere, ostendens per eam, q̄ rei natura persuasus, non ali-

qua

de Aere, aquis, & locis. cap. 6. 2ª. 4. a

[a] In græcis cod. impressis legitur hoc in loco συντήκεσθαι, i. colliquari. in libro aūt de locis, aere & c. legitur πλαδᾶν, i. humectari, et madescere. Manuscripti aūt aliqui habēt φλυδᾶν cuius explanationem lege apud Gal. in explan. linguarū Hip. & apud Erotianū. Laurentianus vertit rebullire.

B ‖ 2. Epid. primæ sect. principium.

C Supra, aph. 5

D Infra, aph. 15

de Aere, aquis & locis. cap. 6. 2ª. 4. b

Ibidem.

qua obseruatione ductus ista notauerit. Quoties igitur verisimile fit ipsum vidisse talem constitutionem, vel quot in locis, nunqd bis, vel ter, vel quater? At neq; si sæpius inquias, adhuc possumus dicere, q ita semper erit: sicuti neq; si ex medicina aliqua videris purgatos sex, vel septē homines, dicere certe poteris, q omnes posthac homines ex necessitate purgabuntur. Quare pro manifesto relinquitur, q rei naturam Hppocrates sequens, & non aliquam obseruationem, ita scriptitauerit: Necesse est æstate febres acutas, & lippitudines, & difficultates intestinorum fieri. E

12 [a] || *Si vero hyems australis, & pluuiosa & [b] serēna fuerit, ver autem siccū, & aquilonium: mulieres, quibus partus ad ver inest, ex quacunq; occasione abortiunt: quæ vero pariunt, imbecilles, & morbidos infantes pariunt: quare vel statim intereunt, vel tenues, & valetudinarij viuunt. Cæteris vero mortalibus difficultates intestinorum, & lippitudines siccæ fiunt, senioribus autem distillationes, quæ cito interiment.*

A || de Aere, aquis, & locis, ca.6.2[a].4.b

1. Epid. com. ta 3[a]. 102. f.

B ** Vox hæc εὔδιος, quam alij serenam, alij tepidā, alij clemētē interpretātur, male a quibusdam hoc in loco expungitur. cum in libro de Aere, Aquis, & locis scripta reperiatur, & in secundo Epide sectione tertia, à Galeno et hic in com. & alibi hoc modo citetur.*

Contrario modo se habet temperatura duorum temporum, q̄ in priore aphorismo dicta sunt, ad temperaturam illorum temporum, quæ in isto dicuntur. Qualis enim erat hyems prius in illo, tale nunc est ver: quale autem erat in illo ver, talis nunc est hyems. Quod igitur nō erat in illis necessarium in vere morbos vulgari vehementes, sufficienter dictum est. Nunc autem, quod hyeme humida quidem, ac calida existente, vere autem frigido, & sicco, necessariū sit in ipso vere homines ęgrotare, monstrandum est. Mulieres itaque, quibus partus ad ver est, ex quacunq; abortiunt occasione. Corpora siquidem humida, ac mollia, & laxa ab hyeme serēna, facta, ad intimas sui partes aeris ambientis frigiditatem facile admittunt ita, vt infantes, qui longo tempore calori iam sunt assueti, vehementer à frigore percussi, non absq; causa hi quidem prius in vtero, hi vero mox in partu moriantur. Qui vero viui in lucem eduntur, non ferentes subitam ad contrarium mutationem, vel breui post tempore moriuntur, vel exiles, atq; insalubres effecti, vix in vita perdurant. Alijs vero, ceu pituitosis, ac mulieribus, difficultates intestinorum ait accidere ex pituita à capite ad ventrem defluente. Hunc enim humorem par est in dicta cōstitutione plurimū generari, per hyemem quidem capite repleto, circa veris autem initia subito refrigerato: nam cerebrū sua natura generandis pituitosis superfluitatibus aptum est, cum refrigeratum, alimentum conuincere non potest. Inest autem & hoc pituitæ generationi, vt, quę à forti fit frigiditate, acida euadat, quæ vero à caliditate replente caput, salsa: sicuti sane, & quæ à pauca fit frigiditate, vel paucam dulcedinem, vel nullam manifestam qualitatem habeat. Ea igitur, quę fit in præsenti constitutione pituita: propter eam, quę fuit in hyeme, caliditatem, salsa erit: & hac ratione maxime difficultatem intestinorum generabit, quando longiori tempore mordens, atque abradens, intestinum offendet. Nam propter lentorem inter excundum intestinis adhærens, & immorās, semperq; ipsa propter qualitatem detergens, facit intestinorum difficultatem. || Ijs autem, qui natura calidi sunt, ac biliosi, inquit ipse Hippocrates, lippitudines siccas accidere. sic autē vocat eas, quæ sunt sine fluxu. Par autē est calidis, ac siccis naturis in sicca, ac frigida constitutione, quæ calidam, atque humidam excipit, tales lippitudines fieri. Caput enim prius repletum est in calida, atque humida constitutione: frigus autem superueniens, veluti manus quædam extrinseca, comprehēdens, ac premens cerebrum, veluti spongiam quandam, exprimit illam, quæ in ipso continetur, humiditatem. Hæc vero delata ab vno loco ad alium, ex ijs, qui faciles sunt ad patiendum, multos generat morbos: atq; ita in ijs, qui oculos habent natura imbecilles, lippitudines accidunt. Nihil vero ex ipsis fluet extra, propter aeris ambientis frigiditatem densantis superficiem exteriorem. Quod vero Hippocrates ipse omnia, quę diximus, ad causas referat antedictas, manifestum est ex ijs, quæ scripsit in libro de aqua, locis, & aere, in hæc verba: || Pituitosis itaque par est difficultates intestinorum aduenire, & mulieribus, pituita à cerebro defluente, propter naturæ humiditatem: biliosis autem siccas lippitudines ob carnis caliditatem, ac siccitatem. Quod vero scribitur circa finem aphorismi/Senioribus vero destillationes, quæ subito interimant/ipse in libro de aqua, locis, & aere, per hæc verba scripsit: || Valde autem senibus destillationes propter raritatem, & venarum colliquationem, ita vt repēte intereant: quosdam vero contingit dextra, sinistra've parte resolutos fieri. Per hæc verba videtur Hippocrates, non quas communi vocabulo destillationes (hoc est καταρρους) consueuimus nominare, quæ scilicet ex capite feruntur ad pulmonem per asperam arteriam, sed omnes, quæ feruntur fluxiones per venas à capite ad partes inferiores. quare & cito interimentes, bene videtur adiectum, quoniam hæ velocem crisim faciunt, cum alię diutius perdurent. Quidam vero expositores per destillationes intelligentes illas, quę à capite ad pulmonem fiunt per fauces, & arterias, cum negatione/non/hunc scribūt sermonem, hoc modo/Nō cito interimentes/Et recte quidem. Neq; enim frigidæ fluxiones in ipsis concoquuntur, ob ætatem. In quibusdam vero exemplaribus scriptum est/Cito interimentes/quoniam, & in libro de aqua, locis, & aere ipse inquit: || Ita vt repente intereant.

F G H

Ibidem.

Ibidem. »»»»

Ibidem. »»

Ibidem. »

13 || *Si vero æstas sicca fuerit, & aquilonia, autumnus vero pluuiosus, & australis: dolores capitis ad hyemem fiunt, & tusses, raucedines, atq; grauedines: quibusdam autem & tabes.*

Ibidem c.

Eandem temperaturam nunc attribuit æstati, & autumno, quam paulo antea pronunciauerat

de vere

A de vere, atq; hyeme, cum ita dicebat: Si hyems sicca, & aquilonia fuerit, ver autem pluuiosum, et australe. Verum ibi quidem in hac constitutione estate dixit febres acutas, lippitudines, et difficultates intestinorum fieri: nūc vero in hyeme dolores capitis, tusses, raucedines, atq; grauedines. Nō adiecit autem vel ibi æstiuam constitutionem, vel hic hybernam: vt qui vtrunq; tempus suam seruare temperaturam supposuerit. Nā si, & in his alia aduenerit aeris ambientis intemperies, erit & in prędictis morbis propter illam aliqua alia propria intemperies. Verum in illa quidem constitutione, qua dixit hyemē fieri siccam, & aquiloniam, ver autem pluuiosum & australe: ipse subiecit causas, ob quas tales morbi æstate fiūt, in libro de aere, locis, & aquis. de pręsenti vero constitutione nihil dixit in illo. Nam post duas antea scriptas constitutiones, alteram quidem, in qua hyemem aqloniam, & siccam vult fieri, ver aūt pluuiosum & australe: alteram vero, in qua cōtrarium, pluuiosam, & australem hyemem, ver aūt siccum, & aqloniū: hāc, quę post ipsas tertia fuerat, de qua præsens est sermo, non etiam adiecit, sed eius loco alteram talem: Si vero æstas pluuiosa fuerit, & australis, & autūnus similiter: necesse est hyemē fore insalubrē: Deinde per ordinem quasdam alias, quarum nulla eodem modo, quo ista nūc proposita, se habet. Sed de illis quidem, cum ad earum expositionē peruenerimus, sermonem faciemus. Nunc vero de ea, quæ ab ipso di-

B citur in aphorismis agamus, idē nostro sermoni initium facientes, quod etiā paulo ante diximus. Par etenim est seruare ipsam hyemē similem ei, quę est naturalis, hoc est frigidam, atq; humidam, quantum hę duę qualitates conueniunt temperatę regionis habitationibus, de quibus, & ipse loquitur, & nos paulopost nominatim mentionē faciemus. Seruante itaq; hyeme suum tēperamētum, nulla fortior in ipsa ęgritudo consistet, sed tm̄ capitis dolores, tusses, raucedines, atq; grauedines, quę sunt repleti capitis accidentia. Si igitur, vt prius diximus, in vtroq; tempore, ęstiuo scilicet, atq; autumnali, fieri pluuias australes contigerit, forte & in ipsa ęstate, sin minus, saltē in ipso autumno vulgabuntur morbi proprij constitutionis humidę & australis. Nunc vero, cum æstatem siccam, & aquiloniam pręcessisse supposuerit, autūnum autē humidum, & austrinum: par est non solum quosdam non incipere statim ægrotare, verum & immodicę per ęstatem siccitatis habere remedium nō mediocre, eam, quę facta est in autumno, humidam constitutionem. Quia vero totus autumnus talis est subsecutus: necesse erit ijs, qui naturam habent humidiorem, plus, quā deceat, repleto capite, nuper dictos casus hyeme aduenire: quibusdā autē eorum & phthisin, id est tabem, qui scilicet ad hunc affectum apti natura sunt. Sunt autem apti natura, & qui angusto sunt pectore, & quibus à capite ad pulmonem fluxio defertur. Hi igitur tabidi fient. Alijs vero nullus

C quidem fortior morbus adueniet, sed tusses, atq; raucedines, & quicūque alij huiuscemodi casus fient, tempore hyberno capita suscipiente austrinis pluuijs antea repleta, atq; ita in quibusdā quidem hoc solum efficiente, quòd superfluitas in capite permanens fit ipsi doloris causa. Nullam siquidem plenitudinē vlla in parte corporis hyems dissoluit. In quibusdam vero coacto amplius & velut compresso capite expressa materia inutilis, ad loca capiti subiecta descendit: hoc, itaq; veluti purgatio quędam capitis est, & euacuatio. In quibus vero multa materia grauatum caput antea laborauit, nec potuit hybernum frigus tolerare propter maiorem intemperiem refrigeratum, maiorum est fluxionum subiectis sibi partibus causa.

14 *Si vero aquilonius, & siccus, ijs, qui naturam habent humidiorem, & mulieribus conferet: reliquis autem erunt lippitudines siccæ, & febres acutæ, & grauēdines, non nullis vero & atræ biles.*

Hic sermo nunc dictus liquet, quòd non est integer aphorismus, sed pars secunda vnius aphorismi, cuius priorem partem nuper destitimus explanare. Nam manente cōmuni ea, quę est, æstatis dispositione vtrisq; sermonibus: prior quidem pluuium, & australem ab ipsa supponit autumnum, secundus uero, qui instat, siccum, & aquilonium. Quòd vero nil differt, siue siccum, siue

D squallentem, siue inaquosum dixerimus, vnicuique est manifestum. Ambobus ergo temporibus squallidis, & siccis effectis, humidę quidem naturæ non modo nihil offendentur ex tali constitutione, sed potius aliquam sentient vtilitatem. Causam vero ipse dixit in libro de aquis, locis, & aere, scribens in hunc modum: Pituitosis vero hęc omnia auxilio sunt. Exiccantur enim, atq; ad hyemem minime lāxi perueniūt, sed exiccati. {Reliqs vero, qui nō sunt tali natura prędıti, lippitudines siccę, febres acutę, atq; grauēdines accidunt, & non nullis eorum atræ biles.} Causam vero horum generationis, ipse in libro nuper dicto, his verbis explicat: Biliosis vero hoc est inimicissimum, quia valde exiccantur, & lippitudines his siccę eueniunt, & febres acutæ & diuturnę, quibusdam vero, & atrę biles. Deinde causam subinferens, inquit: Bilis enim pars humidissima atque aquosissima exiccatur atque absumitur: crassissima vero, & acutissima linquitur, & sanguis pariter eadem ratione: ex quibus hi morbi ipsis contingunt. Hęc itaq; à nobis in propositas constitutiones dicta sunt sufficienter. Cur vero de his solis constitutionibus fecerit mentionem Hippocrates, cum & plures alię sint, non habeo dicere. Volo autem potius declarare methodum, qua quispiam vtens, omnes constitutiones complecteretur. Est autem talis. Primū igitur incipere est necessari um, veluti ab elementis, à simplicibus aeris ambientis intēperaturis, atque ipsas diuidere in valde paruas, valde vehementes, ac medias: & tum dicere de qualibet earum

Supra, aph. 11.

de Aere, aquis, & locis, c. 5. 2. 4. 2.

* Al. diuturnæ.

Ibidem. c

* πλαδῶντες.

* Hæc verba non reperies eo libro.

Ibidem.

Ibidem.

carum, quæ dictæ sunt intemperaturarum in singulis tēporibus contingētium, quos scilicet mor E bos ſm vnamquāq; naturam generabunt. Post hac duorum temporum intemperaturas inuicem connectere, quemadmodum conatus est nunc Hippocrates facere. His vero transactis omnibus, deinceps trium temporum coniungere omnes omnibus intemperaturas, deinde quatuor. Sic.n. foret integra, atq; perfecta meditatio. Hæc igitur, & nos forte aliquando, si plus otij nacti fuerimus, seorsum scribemus. Sufficiat autem in præsentia hoc dixisse solum, quòd paucos admodum intemperaturarum complexus scripsit Hippocrates, adeo, vt hę potius quoddam exemplum videatur, quàm pars aliqua effatu digna totius circa talia disciplinæ. Dicemus autem plenius de ipsis, cum librum de aquis, locis, & aere, & de Epidemijs primum exponemus. Quod vero paulo antea sum me dicturum pollicitus, nunc adiungens, in ipso finiam orationem. intelligere nos.n. oportet omnes, de quibus scripsit Hippocrates, constitutiones, in locis terræ habitabilis temperatis fuisse: exceptis ab hoc sermone Thraciæ locis, quę à mari distant. Hæc enim in frigiditate atque humiditate modum excesserunt: sicuti & quę ad Ægyptum ac Libyam attinent, loca calida sunt ac sicca: exceptis & hic illis, quæ mari adiacent locis. In frigidis enim, quales sunt circa Thraciam ac Pontum regiones, quoniam loca mari adiacentia, humilia sunt: ob hāc causam calidiores habent temperaturas. In calidis vero, quales Ægyptus ac Libya: quoniam æstate à ventis ab Arcto flantibus refrigerantur, idcirco minus sunt calida ijs, quæ ad mediterranea recesserunt. Zona vero exquisitam habens temperiem, ac media orbis terrarum, est, quæ per Gnidum, & Co, & quæcunque loca non multum ab his recesserunt, vel ad aquilonem, vel ad austrum. Oportet autem, vt temperatam zonam nominatam ab ijs, qui talium habēt peritiam, perfecte intelligas, excogitare quandam lineam rectam ab oriente ad occidentem extentam per ea, quę dixi loca. Quidam autem astronomi non zonas, sed parallelas, id est ęquidistantes vocant tales in terra habitationum similitudines, quæ ab ortu ad occasum protenduntur. Sermo igitur ab Hippocrate habetur de ijs præcipue, quę diximus, locis. Ordo autem temporum, sicuti ipse sępius in libro Epidemiorum ostendit, & sicuti ij, qui hoc studio excelluere, scripserunt, hic est: Ortus Pleiadum, principium est æstatis: post quem Canis ortus oporam appellatam inchoat, quam etiam secundam partem ęstatis vocant. Post hanc Arcturus oriens, initium facit autumno. Deinde occasus Pleiadum, hyemis principium adducit. Et inde, quod hyemem sequitur æquinoctium, veris exordium affert. F

15 || *Ex anni autē constitutionibus (quod in totū dixerim) siccitates imbribus sunt salubriores, & minus mortiferæ.* G

Quòd melius fuisset inter antea scriptos aphorismos, in quibus agit de temporum constitutione, hunc primum scribere aphorismum, quem nunc prę manibus habemus, ex ipsis rebus didicimus, quoniam ad confirmandos priores aphorismos hoc etiam eguimus. Et hoc ex necessitate dicimus: qm̄ prius est natura, atq; doctrina, simplex composito. Post illum igitur aphorismum cuius initium est: || Austri hebetantes auditum, caliginosi, caput aggrauantes, pigri, dissoluētes. primo loco ponemus illum, cuius principium: || Quotidianę cōstitutiones, aquiloniæ quidē corpora in vnum cogunt. Secūdo loco hunc nunc propositū: in quo ex oībus anni constitutionibus siccitates imbribus anteponit, & hoc cū ratione. Nā in siccitatibus superfluę humiditates dissoluuntur: per imbres aūt intra corpus collectæ putrefiūt, nisi quis singulis diebus collectas exercitijs expurget. Quę enim fit per balneas euacuatio, parua est, & solā ferè cutē euacuat: quę aūt sunt per carnē & partes solidiores dispersę superfluitates, haud sufficienter balneis euacuātur. Neq; tñ ea, quæ fit per purgātia pharmaca, superfluitatum euacuatio idonea est. Nam valde indigētibus, & ex longis interuallis vtilis est. Earum vero, quæ quotidie generantur in corpore, superfluitatū euacuatio minor est, q̄ vt exigat * purgantis pharmaci operationē. Si vero quispiam voluerit bis in mēse, aut semel saltē ea vti, veritus ne superfluitatum multitudo aggregetur: pręter id, q̄ nocebit, corpora etiā in malā trahet consuetudinē. Alimēti siqdem pars vna serosa est, & humida, quæ ipsi gratia distributionis admiscetur. Altera veluti fuliginosa superfluitas, quæ in plurimis cibis, quicunq; sunt peiores, continetur: hæc naturę operationem subterfugit, cum neq; assimilari corpori quod nutritur, neq; agglutinari queat. Hæ igitur omnes diebus singulis sunt euacuandę: verum magis in siccis constitutionibus euacuantur, q̄ in humidis: atq; ideo has dixit esse salubriores. H

16 || *Morbi autem in pluuiarum multitudine magna ex parte fiunt, febres longæ, alui profluuia, putredines, morbi comitiales, apoplexiæ, & anginæ. In siccitatibus autem, tabitudines, lippitudines, articulorum morbi, stillicidia vrinæ, & difficultates intestinorum.*

Febres quidem longas ex multitudine fieri humiditatis, non est mirum: siquidem ægroti ad morborum solutionem egent coctione: plures autem humiditates non nisi in longo tempore concoqui possunt. Accedit ad hoc, quòd frigidiores & magis pituitosi generantur humores in multitudine pluuiarum: sicuti contra in siccitatibus biliosiores. quare in temporibus pluuiosis febres erunt diuturniores, in siccitatibus autem acutiores. Alui aūt profluuia in tēporibus pluuiosis rationabiliter euenire ex humorum superabundantia per aluum expurgata non est obscurum: sicuti

Supra, Aph. 5.

Infra, Aph. 17.

* Al. lutosa, ac fæculenta.

in 1. Epid. t. 1. 3ª. 1c

Et com. 2. t. 3ª. 113. f

in 3. Epid. in proœmio 140. f & 1. t. 2.

in Progn. t. 38. 4ª. 21

3ª. Aph. 7. & aph. 11.

A. l. 1. t. 4. fol. 75. d.

in 1. Epid. t. 1. 3ª. 1c

in 3. Epid. in proœm 3ª. 140. f

3ª. Aph. 7. o

A ſicuti etiam, ꝗ eiſdem temporibus putredines fiãt, quoniam perſpicuum eſt humida ſiccis magis eſſe putredini obnoxia. Sũt vtiq; & morbi comitiales, & apoplexiæ, morbi ex pituita ortum habẽtes. Angina autem fit non nunquam ſuperfluitatum multitudine ad fauces collecta: fit etiam magna ex parte fluxionibus ex capite firmatis in faucibus. Quod aũt in pluuioſis tẽporibus fluxiones, & potiſſimum ex capite veniẽtes ſuperabundent, & manifeſtum eſt, & dictum à me ſæpius. In ſiccitatibus aũt & tabidos morbos ait abundare, & lippitudines, & articulorum paſſiones, & ſtillicidia vrinæ, & difficultates inteſtinorum, ſatis (vt mihi videtur) indiſtinctum de hiſce faciẽs ſermonẽ. Morbi ſiquidẽ tabidi has duas ſequuntur conſtitutiones: vnã ſumme frigidã, ob quam nõ nulla ex vaſis, quæ ſunt in reſpirationis inſtrumẽtis, dirũpuntur: alteram, quæ coniunctam habet cum caliditate humiditatẽ, quarum occaſione caput repletũ mittit ad pulmonẽ fluxiones: ſiccam vero cõſtitutionẽ, quę tñ quo ad caliditatẽ, & frigiditatẽ naturaliter ſe habeat, omnia potius, quàm tabitudines, cõſequunt. Quare mihi vidẽtur nõ nulli fuiſſe coacti de oculis, tabitudines intelligere, vt ſit ſermo huiuſcemodi: In immoderatis aũt ſiccitatibus lippitudines tabidæ fiunt, hoc eſt ad tabem oculorum terminantes: ex qua fiunt extenuati, ac ſicci plus, ꝗ̃ naturæ conueniat, facta ſimul & ipſa pupilla anguſtiore, exiccatis videlicet humoribus, à quibus diſtenta moderate

B quidẽ modum ſeruabat naturæ cõuenientẽ: plus vero, ꝗ̃ oporteat, ad prauã latitudinem extendebatur. Si vero ipſas per ſeipſas dictas lippitudines intelligamus, verbũ ſiccas adiungemus. Diximus aũt paulo ante, cauſam, ob quam ſiccæ lippitudines in magnis fiant ſiccitatibus. Iam vero articulorum morbi, q quidẽ ex fluxionibus fiunt, nullo modo in immodicis ſiccitatibus fient. Qui vero ab aliqua acrimonia accidunt, ſi & caliditas immodica acceſſerit, tunc ſolũ euenient. Quas igitur articulorũ paſſiones in ſiccitatibus dixerit fieri, dignũ eſt inquiſitione. Si enim imodicæ factę conſumpſerint articulorũ humiditatẽ: difficilẽ ſane quẽdam motum ob ſiccitatẽ efficiẽt: forte vero & dolorẽ non nunꝗ: eam vero paſſionẽ, quam arthritin vocant, haudquaquã efficient: niſi qſpiam omnem articulorum dolorem ita velit noiare. Atqui ipſe in libro ſecundo Epidemiorum

« ita inquit: In Æno famis tempore, qui leguminibus veſcebantur, infirma habebãt crura: qui orobos comedebant, genuum dolores patiebantur. non arthriticos, ſed genua dolentes ipſos appellauit. Quiſpiam vero fortaſſe reſpondeat non vnius articuli dolorem, ſed multorum ſimul arthritin noiari: & idcirco genua dolẽtes, nondum arthriticos appellari. De morbo igitur, qui arthritis noiatur, hæc dubitaſſe ſufficiat. De vrinæ vero ſtillicidijs deinceps videamus. Neq; enim ad ſiccitates, & ipſæ ſimpliciter conſequuntur, niſi tribus adhibitis diſtinctionibus, quarũ prima eſt im-

2. Epid. ſect. 4. & 6. Epid. com. 4. t. 13. 3. 18.

C modica ſiccitas, ſecũda, ſi caliditas adiungatur, tertia, ſi frigiditas: de quibus non fecit mentionem Hippocrates: ſed, vt dixi, ſicui libeat omniũ anni cõſtitutionũ naturã inueſtigare, ſic ipſum facere oportet. Erit aũt ſermo exẽplo manifeſtus huius ꝓpoſitæ cõſiderationis. Nã immodica ſiccitas in naturis bene tẽperatis aliã efficit corporis diſpoſitionẽ, aliã ĩ ſiccis, velut, & in humidis aliã: ſic, & in calidis, ac frigidis, aliã in vtraq; faciet diſpoſitionẽ: ſecundũ ẽt coniugationes ſimpliciũ intẽperaturarũ, aliã qdẽ in calida, & ſicca: differentẽ aũt ab ipſa, in frigida & ſicca: & in reliquis duabus eodẽ mõ. Sicuti vero ſimplicẽ paulo antea ſeruantes aeris ambiẽtis tẽperaturam, in vnaquaq; natura propriam dicebamus facere diſpoſitionem: ſic compoſitam ſupponẽtes, in vnaquaq; rurſus natura futuras diſpoſitiones conſiderabimus. Erit aũt compoſita ſicca aeris ambientis conſtitutio, quando frigiditati, vel caliditati adiungetur, quanꝗ̃ & ſimplex videbatur quodã modo & ipſa compoſita: nam miſcebatur bene tẽperatę conſtitutioni medię inter immoderantiã vtranq;, eam, quę eſt ſm caliditatem, & eam, quę eſt ſm frigiditatẽ. Cum vero conceſſum ſit in doctrinis, ſimplices quidẽ intẽperaturas eſſe eas, quæ ſecundum vnam qualitatem à modo naturæ receſſerunt, non ſimplices autem eas, quæ ſecundum plures: non ſine ratione, cum aer ambiens, ea, quæ eſt ſm ſiccitatem & humiditatem, oppoſitione, fuerit male temperatus: in altera autẽ, quæ eſt ſm

D caliditatem, & frigiditatẽ, bene tẽperatus: ſimplicem dicemus eſſe intẽperaturam. Hac igitur habita in omnibus conſideratione, non eſt obſcurum, quàm prolixus fiet ſermo de reliquis conſtitutionibus, & nunc propoſitus de veſica. Nam vrinę ſtillicidia fiunt, & propter acrimoniã vrinę, & propter vis retentiuę, quæ eſt in veſica, imbecillitatẽ: quæ rurſus imbecillitas ex immodica intemperatura cõtingit. Cum vero octo ſint immoderãtię, in ſingulis earum debilis veſica erit: atq; idcirco ad eam vrinæ ſtillicidia conſequẽtur. Iam vero, & vrinarum acrimoniæ à quibuſdam fiũt intẽperaturis, ſed potiſſimum ab ea, quæ eſt ſecundum caliditatem, deinde ab ea, quæ eſt ſecundũ caliditatẽ, & humiditatẽ, tertio eb ea, quæ eſt ſecundum humiditatẽ. Fiet, itaq; & ob hęc vrinę ſtillicidiũ, demptis ijs, quæ ſunt proprię veſicæ paſſiones, ad quas vrinę ſtillicidia caſus ratione conſequuntur: veluti cum ob vlcus, aut eryſipelas, aut abſceſſum in ea factum, vel inflammationem aut tale quid aliud, vrinæ ſtillicidium contigerit. Nunc enim non de his ſermo exiſtit, ſed ſolum de illis, quæ aeris ambiẽtis ratione proueniunt: ſicuti neq; de illis, quæ ex malo victu habent occaſionem. Quæ vero in vrinę ſtillicidio ſunt dicta, hęc etiam à nobis dici cogites in difficultate inteſtinorum, de qua neq; ipſe idem cum Hippocrate ſentio. Difficultas enim inteſtinorum non ſimpliciter ad ſiccitates cõſequitur, niſi prius diſtinctio adhibeatur: primum quidem vt ſit exuperãs ſiccitas, deinde, vt aer ambiens ſecundum caliditatẽ, & frigiditatem permutetur, poſtremo vt na-

turæ corporum patientes considerentur. Non est autem æquum adeo de Hippocrate dubitare, E ꝙ primus talis conditor contemplationis, non totam perfecerit, quantum de Diocle primum, & post ipsum de Mnesitheo, tum multis alijs medicis, qui veras Hippocratis vias ingressi, multa sibi particulatim elaboranda proposuerunt. Cum enim deceret eos, si quicquam aliud, eam quoq;, quæ de temporum cōstitutionibus est, contemplationem, vt paulo antea supposui, articulatim, distincteq; tractare, totamq; elaborare, ipsam omnino contempserunt. Nos vero id facere aggrediemur proprio his dicato opere, si prius hęc, quę prę manibus habemus, absoluerimus.

17 || *Quotidianæ autem constitutiones, aquiloniæ quidem corpora densant, & bene firma, & bene mobilia, bene colorata, & melius audientia faciunt, & aluos exiccant, oculos mordent, & si pectus dolor aliquis prius obsederit, dolorem augent.* || *Australes dissoluunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, capita aggrauant, & vertigines faciunt, oculis, atq; corporibus difficilem motum præstant, & aluos humectant.*

Supra, Apho. 5. — in 1. Epid. 1. t. 13. 103. 3ª. Aph. 5. 2 3ª. Aph. 15. g

Cum frigidus, ac siccus ventus sit aquilo, omnes corporis consumit superfluitates. Robur aũt adijcit ipsis instrumentis ex eo, ꝙ stringit, & in vnum cogit densando substantiam. Ob hoc igitur (vt inquit) omnia meliora fiunt secundum animales, & naturales operationes. Nam animales quidem operationes ostendit per ea verba / Bene mobilia /, & / melius audientia /: Naturales vero F cum inquit / Bene colorata /. Cōmune autem vtrisq;: bene firma, ac robusta esse. Et clarum est, ꝙ ex vno sensu auditus, veluti exemplo quodam, etiam de alijs ostendit. Hęc igitur bona adsunt aquilonijs constitutionibus, quibus maxime perfruuntur, qui salubre corpus habent, & ex his ipsis humidiores. Adsunt vero & mala quędam hisce constitutionibus, verum parua, & non similia malis, quę auster affert. Cur enim non parua sint, aluum cohiberi, morderi oculos, & precedentes dolores pectoris exacerbari? Nosces autem ipsorum paruitatem australibus comparans constitutionibus, quas dixit dissoluere corpora. Maximum enim est hoc malum ad omne opus vitale, ac animale: non parum autē aggrauatio capitis, & difficilis auditus. De vertiginibus autem (ἰλίγγους grece vocant) quid dicere oportet? quæ proximæ sunt morbis comitialibus, & ijs, quos apoplexias nominãt. Ilingos enim est tenebricosa vertigo, quę fit, cum humor cum crasso spiritu in capite mouetur, & iccirco præcedit epilepsiam, & apoplexiam. Sed & difficilem (inquit) præstãt oculorum, & totius corporis motum. praui autem sunt, & huiuscemodi casus. Solum autem inest ipsis hoc mediocre, quod aluos reddunt humidiores. Hoc autē & alia omnia efficiunt, maxime quidem propter humiditatem: sed et insuper etiam propter caliditatem. Id autem, quod in initio sermonis scribitur, melius ordinem commmutasset, vt primum quidem foret verbum / humectant / secundum vero / dissoluunt / deinde ea, quæ deinceps sequuntur. Quia enim humectant, G ob hoc & singula alia operantur, coadiuuante ad hęc & caliditate. Fiunt siquidem operationes ꝑ solidas animalis partes, quę vere sunt eius partes. Aggrauantur autem hę, quapropter & deterius operantur, propter humiditatum excessum.

18 || *Per tēpora aũt anni, vere quidē, & prima æstate pueri, & qui hos sequuntur ætate optime degunt, & sani sunt maxime: æstate vero, & autumno vsq; ad aliquid, senes: reliquum, & hyeme, qui mediam ætatem habent.*

in 6. Epi. 5. t. 36. 3ª 4. e — 8. de Hip & Plat. decr 4. 277. a

Non solũ in ętatibus, verũ & in omnibus alijs, quę secundum tēperaturam, vel modice se habent, vel immodice, siquis sermonem in hoc loco Hippocratis examinauerit, verum inueniet. Naturis siquidē, ętatibus, & regionibus bene temperatis, optimum tēpus est, quod optimã habet temperiem: cum eũ, quo prædite sunt, habitum non permutari, sed conseruari desiderent, qm̄ omne, quod est, à similibus quidē conseruatur, à contrarijs autem transmutatur. Quare puerorum ætas, adhuc aũt magis adolescentiũ (hęc enim est omnium ætatum optima) vere optime degunt: & eadem ratione quęcunq; vel regiones, vel naturę sunt bene tēperatę. Adiunxit aũt veri principium æstatis Hippocrates, in latum extendens vniuscusq; theorematis vtilitatem. Magis autē exquisi- H tus sermo fuisset, si ita scripsisset: Adolescētes vere, pueri æstatis principio optime degunt: in senibus vero propter temperaturæ frigiditatem æstas vtilissima est: sicuti ijs, qui in ętatis vigore consistunt, hyems maxime confert. Hęc enim cōtraria est illi, quę in his fit ex bilis multitudine, intemperaturę. Sic & naturarũ, biliosiores quidem hyeme optime degunt: pituitosiores autem, ęstate: bene autem temperatę, vere. Similiter & regiones, quę quidem sunt bene temperatę, optimum ver habent: ex alijs vero frigidę ęstatem, hyemem vero calidę. Iam vero pessima tempora vnicuique ętati, atq; naturę & regioni, ex ijs, quę dicta sunt, possumus inuenire. Nam pessima sunt optimis maxime contraria. Eadem ratione, & media inuenies inter optima, & pessima. Illud preterea animaduertere oportet, ꝙ ver quidem optimum dicitur esse adolescentibus, alijs vero omnibus medium: neque enim optimum est, neque pessimum. Sic & ad naturas, & regiones se res habet. Autumnus omnibus vtiq; malus est, ætatibus, naturis, ac regionibus. Ex ipsis tamen per autumnum minus, quàm alię, calidę & humidę lęduntur.

8. de Hip. & Plat. dec. 14. 276. g

19 || *Morbi oēs quidē in omnibus tēporibus fiunt, quidam vero magis in quibusdam ipsorũ, & fiunt & excitantur*

in 3. Epi cō. 3. t. 71. 3 4ª. c

Si ambientis aeris temperatura sola esset morborum causa: tunc omnes quolibet tēpore illos morbos

A morbos, pateremur, qui sunt accommodati naturę temporis. Nũc vero, cum etiam ob errata, quę in victu contingunt, morbi fiant: omnes quidem in omnibus tẽporibus fient, plures vero in singulis temporibus naturæ temporis accommodati. Non parum autem in his confert & differentia naturarum. Neq; enim similiter ab eadem causa calidum corpus, vt frigidum, offendi aptum est, vel humidum, vt siccum: neq; temperatum æqualiter istis, neq; illis, quæ secundum aliquam qualitatum coniugationem à bono temperamento recedunt, vt antea diximus.

20 *Vere ‖ etenim furores, & atræ biles, & morbi comitiales, & profluuia sanguinis, & anginæ, & grauedines, & raucedines, & tusses, & lepræ, & impetigines, & vitiligines, & pustulæ vlcerosæ plurimæ, & tubercula, & articulorum morbi.*

8. Hippo.& Pl. decret. 1ª. 17 g. n Epid. cõ. 1. .1ª. 103. c. n og. cõ. 3. .34ª. 212. a. Aph. 1. 19. g

Et quo modo antea recte ab eo dictum videretur, ‖ Ver autem saluberrimum, & minime mortiferum, cum multę in eo fiant passiones? Videtur siquidem magis quodlibet tempus adæquare morborum, quos generat, varietate. Furores etenim, & atræ biles, & morbi comitiales, & anginæ sunt morbi autumnales: grauedines autem, & raucedines, & tusses, sunt hyemales. De æstate autem ipse deinceps dicet, communionem eius ostendens ad ver: ‖ Æstate vero quędam horũ, B hoc est prius dictorum in vere: Ex superabundanti autem, pręter alia tempora, ver profluuia sanguinis, lepras, impetigines, vitiligines, pustulas vlcerosas plurimas efficit, tuberculaq;, & articulorum morbos. Sed certe hæc, quæcunq; sunt verni temporis propria, omnia periculo vacant: tantumq; abiunt, vt aphorismum illum falsum ostẽdant, in quo dixit: ‖ Ver autem saluberrimum, & minime mortiferum: vt potius ipsum videantur confirmare. Nam hoc ipso tempore profundum corporis expurgatur vitiosis humoribus à partibus principalibus ad cutem peruenientibus. Sic igitur & lepræ, & vitiligines, & impetigines, & pustulæ quædam vlcerosæ multæ generantur. Alio vero modo in tuberculis, & articulorum morbis, profundum corporis expurgatur, vitiosis humoribus ad loca viliora transpositis. Quòd autem profluuia sanguinis, & multitudinem, & vitium humorum euacuando, cohibeant morbos, qui ex ipsis oriuntur, perspicuum existit. Si vero aliquod corpus bonos humores habẽs, vernum tempus excipiat: hoc seruat saluberrimum, nihil innouans ex propria natura: nõ sic æstas, vel autumnus, vel hyems. Hęc enim tempora etsi purũ corpus, & omni vacans reprehensione suscipiant: illa flauam bilem vltra modum generare solet, hic atram, hyems vero pituitam. Tale quiddam enim vere contingit, quale in exercitationibus euenire videmus. Etenim hę quoque sunt saluberrimæ. Verum, si hominem vel pituita, vel flaC ua bile, vel atra, vel ipso etiam sanguine plenum, volueris ad exercitationẽ perducere: aut ei morbum comitialem, aut apoplexiam efficies exercitatione: aut, si hęc mala non euenient, periculum imminet, ne rupto aliquo in pulmone vase, in morbum incidat insanabilem. Multi vero cum febricitare cœpissent: propter exercitationes acutissimis morbis fuere correpti. Quibus vero vicẽ purgationis humorum, qui sunt in profundo corporis, exercitatio suppleuerit, ad cutem euocãs malorum humorum abundantia: his & vlcera, & scabies inde generantur. & hoc innuens dicebat Hippocrates, ‖ Si impurgatus laboraueris, vlcera erumpent. Et quidem verno tempore calor aeris ambientis humores diffundens educit ad cutem: atq; hoc quoq; opus ipsius, exercitationibus simile existit. Non solum autem exercitationum operibus, veris opera assimilantur, sed & earum naturæ, cuius opus est, & occultam per totum corpus facere transpirationem, per quam excernuntur superfluitates, & corpus in morbis varijs modis expurgare.

Supra. Aph. 9.

Infra, Aph. 21.

6. Epid. com. 5. t. 34. 3ª. 194. c

21 *Aestate ‖ autem non nulli horum, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres plurimæ, & {quartanæ,} & vomitus, & alui profluuia, et lippitudines, et aurium dolores, et oris vlcerationes, et genitalium putredines, et sudamina.*

lib.&Pla. ze 276. le 16b. 42. 4 135. c Ap 20. a.& .n

D Æstate inquit, & non nullos ex vernis morbis fieri, circa initia eius videlicet. Nam, quæ fini veris continuantur, sicuti similem habent temperaturam cum vere, ita, & in morborum generatione communicant. Inquit enim alios quosdam æstate generari illi proprios, veluti febres continuas, & ardentes, & tertianas: & (vt simpliciter dixerim) quæcunque ex flaua bile, mala corporibus accidunt. Nam & vomitus bile per summa natante fiunt, & ventris profluuia ad inferiora defluente. Lippitudines quoque æstate plurimæ fiunt vtpote repleto capite. Sic & aurium dolores, & alia similia æstate corpus patitur ex capitis repletione, aliàs ad alias corporis partes superfluitatem deponentis. Oris autem vlcerationes, quòd propter biliosum humorem contingant, perspicuum existit. Genitalium vero putredines, non simpliciter, sed quando æstas aut humida magis fuerit, aut nullus flauerit vẽtus, aut auster in ea abundauerit. Nã, cum plurimũ à modo naturæ recesserit ad humiditatem, aut flatuum carentiam: non genitalium tantum putredines facit, sed cuiuscunque partis alterius: qualis est illa, quæ scribitur in tertio Epidemiorum ‖ constitutio, & quæ in secundo ‖ circa eius initia. Quę vero paruę sunt aeris euersiones, genitalia tangunt, vt quę ob humiditatem, ac caliditatem ex quacunq; occasione sint parata putrescere. Quare, cum propriam æstas seruauerit temperaturam, qui multis superfluitatibus infestantur, quando hę aliquam ob causam ad genitalia defluxerint, ipsorum putredines patiuntur. Sudamina autem

3. Epid. com. 3. t. 1. & c. 3. 14c. f. & c.

2. Epid. sect. 1.

tem (grece ἱδρῶα) é genere pustularum sunt in summa hærentium corporis parte, quæ instar vl- E cerum cutem exasperant. proueniunt autem, quemadmodum, & ipsum ostendit nomen, propter multos sudores, qui vel biliosiores, vel omnino mordaciores existunt. mordent enim hi cutem, & pruriginosam efficiunt, & per modum vlcerum exasperant.

22 *Autumno* ‖ *vero, & multi æstiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, & aquæ inter cutē, & tabes, & stillicidia vrinæ, { & difficultates intestinorū }, & læuitates intestinorū, & coxendicum dolores, & anginæ, & anhelationes, (quas græci asthmata vocant), & ilei, & morbi comitiales, & furores, & melancholiæ.*

8. de Hipp. Plat. decret. 176.g 2. de Crisib. 135.c 3ª. Aph. 5.

In autumno (inquit) & æstiuorum morborum permulti fiunt, manente adhuc æstiuo humore in ipso, flaua bile scilicet. Neq; enim, sicuti æstas veri superueniens humores euacuat, ita & autumnus æstiuos: sed contrarium ex toto accidit. nam ex partibus extimis ad intimas ducit: cum ratione igitur æstatē inqt non nullos ex morbis vernis generare, autūno vero non ex æstiuis aliquos, sed multos. Nam & quartanas febres in hoc ipso tpe fieri inquit, quia scilicet ex atra bile ortum habent, quę duplicē habet generationē: alteram quidē ex flaua bile superassata: alteram vero ex sanguine crasso. Fiunt aūt, & erraticę febres in autūno, propter tēperaturæ inęqualitatem: & lienes magni, ob atræ bilis superfluitatē: & aqua inter cutē ex liene cōtingit. Et, si qua dispositio tabida F in dubio est, maxime autūno deprehēditur propter frigiditatē, siccitatē, & tēporis inęqualitatem, nihilominus aūt & propter humorum prauitatē. Fiunt quoq; ob easdēmet causas eo tpe potissimum vrinæ stillicidia. Nam vesica in inordinatis, ac repentinis ad calidum, & frigidum permutationibus, refrigeratur: & quæ ex malis humoribus fiunt acritudines, ipsam molestant: tum præsertim, cum facta ad frigiditatē subita commutatio, eos, qui antea difflabantur, & per sudores euacuabantur humores, ad vesicam conuerterit. Leuitates vero intestinorum sunt veloces, & sine vlla omnino transmutatione ciborum deiectiones, aut propter exulcerationem in superficie ventriculi aut intestinorum, quæ eorum modo fit, quo illę, quæ in pueris græco vocabulo aphthæ, id est oris vlcera nominant: vel propter potētiæ retinētis imbecillitatem. Quorum primum ex mordacibus, & substantiā tenuē habentibus humoribus fit: secundum vero ex magna vētriculi, atq; intestinorum prouenit intemperie. Hæc autem ambo maxime autūno fieri cōtingit. Coxendicum autem dolores ex malignitate humorum, & frigiditate fieri par est. Anginæ vero ex biliosis humoribus ortum habent, q ad fauces autumno decumbunt: ab illis, quæ vere fiunt, differētes, quoniam illę sunt quodam modo pituitosiores. Iā vero asthmata, (id est anhelationes, seu crebri anhelitus,) tum propter humorum motum ad partes interiores, tum proprter frigiditatē fieri consue- G uerunt. Propter hæc eadem, & qui ilei, idest volui, nominātur: sunt autem cibi superfluitatum, quæ per aluum inferiorem excernuntur, retentiones, quę magna ex parte fiunt ex alicuius intestinorum partis inflammatione. Maxime vero par est, vt in frigido, sicco, inęquali, & malos gignente humores tempore, partes ad ventriculum, atq; intestina attinentes offendantur. Nam, qui in æstate tenues, & bene mobiles humores sunt generati, autumnus excipiens, qui frigidus simul, atq; inęqualis existit, ad profundum corporis agit. Sunt autem in profundo etiam intestina. Morbi vero comitiales accidunt ijs, qui naturam habent ad hanc passionem procliuem, propter repentinam ad contrariā transmutationem. Calor enim media die, frigus vero in prima & vltima parte fit. Nihil autem adeo comitiales accessiones, sicuti talis varietas, aptum est generare. Furores vero ob tenuium, ac biliosorum humorum eueniunt malignitatem: sicuti melancholiæ ex atra bile. de qua pauloante dictum est.

23 *Hyeme* ‖ *vero morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines, atq; raucedines, tusses, dolores pectoris & laterum, atq; lumborum, capitis dolores, vertigines, & apoplexiæ.*

8. de H. Plat. de 176.h

Hyemales morbos post autūnales exponēs, non eodem modo, sicuti prius, dixit, neq; q hye- H me multi ex autumnalibus. Atqui prius in æstiuis ipsos comparans vernis, ita dixerat: ‖ Æstate autem non nulli horum: In autūnalibus autem, Autumno vero & æstiuorum multi. Nunc aūt morbos hyemis simpliciter connumerauit, vel ex communi volens hoc quoq; in loco nos aliquid dictorum subaudire, vel simpliciter enuncians nihil autumnale tempus cum hyemali communicare. Atqui primas partes hyemis rationabile est, & ita experientia comprobatur, cum autūno morbos communicare. Inquit enim & ipse: ‖ Æstiuæ quartanæ magna ex parte fiunt breues, autūnales vero longæ, & magis, quæ ad hyemem coniūguntur. nisi quis dixerit ipsum de illis, quæ in extrema autumni parte generantur, facere mentionē. Verum morbos hyemis proprios hosce vult esse, morbos laterales, & pulmonis inflammationes, quoniam instrumenta respirationi seruientia, frigiditate lęduntur: cum alia ita bene possimus obtegere, vt nihil, aut minimum sentiant ambientis frigiditatem. Respirationem vero nemo potest cohibere: neque aliter datur respirandi facultas. Ob hanc igitur ipsam frigiditatem, tusses hyeme maxime fiunt, & laterum dolores: ob eandem ēt caput oblęsum, grauedines, tusses, atq; raucedines operatur. Fiūt autē sicuti dolores laterū ob frigiditatē, sic & capitis, atq; lūborum, & omniū partium neruosarū. Vertigines quoq;, cerebri lęsiones consequuntur, sicuti & apoplexiæ: nam, & hæc passio fit, cū caput repletū est pituita.

Paulo superius aph. 21. & 22.

2ª. Aphor. 25. 26.a

In ætatibus

24 A *In ætatibus autem talia contingunt: paruis, & nuper natis puerulis oris vlcera (quæ aphthæ vocatur) vomitus, tusses, vigiliæ, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates.*

Quæ ad ætates attinent, diligentius elaborauit, quàm quæ ad anni tempora, facta in minores partes diuisione. In puerulis igitur nouiter natis ait fieri aphthas: sic aũt Græci vocant vlcera, quæ summam oris occupant partem, ob mollitiem maxime facta instrumentorum, quę neq; tactũ, neq; qualitatem lactis sustinent, quod non paruam in se serosam continet partem. Hęc aũt pars vim habet abstergendi. Quare non est mirum, si in corporibus mollibus quasdam per summa facit exulcerationes. Vomitus autẽ tunc his fieri par est, pp lactis, quod assumunt, multitudinem. Vigiliæ vero haudquaq; ipsis sunt assuetę, vt qui maiori parte temporis dormiãt: nisi forte ob ipsam passionem fieri infantibus vigilias opinetur. Quoniam vero somni abundãtia ipsis maxime fm naturam inest, pauores etiam per somnum infantibus adsunt, ijs præsertim, qui sunt natura edaciores: quando loca ad ventriculum pertinentia sensu quidem vigeant, sed imbecillia existant: cibus vero corrumpitur. Nos siquidem obseruauimus, non in tantillis solum, sed etiam in ætate perfectis, terribiles fieri per somnos imaginationes, qñ multi, & vitiosi humores grauant, & mordent ventriculum, præsertim ipsius os. Hæc enim particula præcipuum habet sensum. Vmbilicorum autem inflammationes non multo antea præcisorum, nõ sine ratione nouiter natis puerulis accidunt, non secus, ac si qua alia pars foret vlcerata. Verũ & aurium humiditates passionibus annumerat, quãuis palati, & narium in eodem numero non ponat, quoniam naturæ conuenit per nares, atq; palatum cerebri superfluitates per deriuationem expurgare: & fit hoc etiam ijs, qui sunt ętate perfecta. A natura autem aliena est expurgatio per aures. Verum & infantibus etiam per aures cerebrum expurgatur: & recte Hippocrates inter proprias huius ætatis passiones, etiam aurium scripsit humiditates. Est siquidem & totum corpus nouiter natis puerulis maxime humidum, adeo vt & ossium natura in ipsis potius cerea, quàm lapidea videatur. Præ cęteris vero partibus cerebrum admodũ humidum existit, quod etiam in perfectis talem habeat intemperaturam. Quare non absq; ratione in puerulis, cum superfluitates abundent, per omnia foramina excernuntur.

(Margin: I. d Hippo. & Pla. decre. 1ª. 171 / I. E d. cõ. 1. t. / I. 3 fo 3. c. Et õnj. t. 1. 3ª. 37)

(Margin: * Dictio hæc in quibusdã manuscriptis cod. græcis non reperitur, nec in tralatiõe Burgondionis, nec Laurentiani: quin nec à Galeno in commẽto eius fit mentio.)

25 *In progressu vero, cum iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulsiones, alui profluuia: & maxime cum caninos edunt dentes: & ijs præsertim pueris, qui crassissimi sunt, & aluos duras habent.*

(Margin: I. de Hippo. & Plat. decre. 1ª. 76)

Prurigines quidem gingiuarum fieri, cum dentes pullulare incipiunt puerulorum, nihil mirũ. C Prurigo enim (græce ὀδαξισμός,) pruritus quidam est cum exigua quadã molestia. Febres vero, & conuulsiones, atq; "alui profluuia accidunt pueris, qui iam dentire incipiunt, & non adhuc morantur, quemadmodum & ipse ostẽdit inquiens, Et maxime cũ caninos edunt dentes. Liquet aũt, q; perforatis gingiuis à dentibus prodeuntibus, hi casus eueniunt, quemadmodum vbi stimulus infigitur carni: & sanè plus dentes affligunt, quàm stimuli. Hi siquidem semel firmati, in mẽbro quiescunt, cui ab initio infixi sunt: dentes vero tm̃ procedunt, quantum augentur. Febricitãt ergo hac ætate pueruli, & propter dolores, & vigilias, & inflammationes. Conuulsiones aũt eis accidunt tũ propter hæc, tum propter crudum alimentum, & quia neruosæ partes non dum satis validæ sunt. Ad hæc omnia etiam ex necessitate, ventris profluuia cõsequuntur, qm̃ alimentum non bene coquitur, neq; distribuitur. Quod autem dicitur, Pueris, qui crassissimi sunt, & aluos duras habent, ad cõuulsiones refertur: cum his maxime pueris dicat conuulsiones fieri, qui crassissimi sunt, & aluos duras habent. Tales enim plenum corpus habent, & abundans superfluitatibus, & ideo † conuulsionibus facile capiuntur: maxime vero} naturas has conuulsiones offendunt.

(Margin: A. li. 1. f. 3. d. 1. c. 3. fol. 58. e.)

(Margin: † In quibusdã cod. græcis hęc uerba nõ legũtur, nec in Burgondionis uersione, nec ẽt in Laurentiano.)

26 *Cum vero iã magis adoleuerint, tonsillæ et vertebræ, quæ in occipitio, ad interiora luxationes, anhelationes, quas Græci asthmata vocant, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, verrucæ, quas Græci acrochordonas vocant, satyriæ, D strumæ, & alia tubercula, sed præcipue antedicta.*

(Margin: I. de Hippo. & Plat. decre. 1ª. 176 / I. 1. or. cõ. 1. 55ª. 176. d)

Primum quidẽ scripsit de recens natis puerulis, dein de illis, qui dentes edunt: nunc vero de ijs, qui mediam habent ætatem inter illos, qui iam dentes ediderunt, & qui sunt pubertati proximi. Nam deinceps sequenti aphorismo illorum commeminit, qui quartum ab ijs ordine locum obtinent. Verum tertiam ætatem, quæ nunc proponitur, quæ vsque ad duodecimum, & tertiumdecimum annum progreditur, multis capi ait passionibus: quarum primas tõsillas (grece paristhmia) nominat, quæ sunt locorum ad isthmum attinentium inflammationes. Hic autem per isthmum oportet intelligere partem illam, quæ os, & gulam interiacet, quæ per metaphoram quandam ita nominatur ab ijs, qui proprie dicuntur isthmi. Sunt autem angusti quidam terræ processus inter duo maria sitæ. Hæ autem tonsillæ sunt non nunquam solius tunicæ ventriculo, ac gulæ, & faucibus, toti q; ori communis inflammationes: non nunquam vero & subiectorum ipsi musculorum, quando & vertebræ, quæ est in occipite, fiunt ad interiora inclinationes, de quibus post tonsillas inquit: Et vertebræ, quæ in occipitio, ad interiora luxationes. Nam à musculis inflammationem patientibus vertebra hæc tracta, ad partem inclinat ceruicis anteriorem. Nominauit autem hanc partem Hippocrates, non anteriorem, sed interiorem, vt ad vertebram retro locatam

suum sermonem referens. Corporis siquidem ad profunda traductio, siue ex anterioribus, siue ex E posterioribus fiat partibus, per vnum verbum /intra/ mõstratur. Cur igitur Hippocrates in noui ter natis puerulis, neq; de tonsillis, neq; de vertebræ, quæ est in occipitio, luxatione aliquid dixit, cum tamen & isti nihilo minus cerebrum humidum, & plenum habeant superfluitatibus, adeo vt subiectis partibus demittat fluxiones? An quia hæc ætate prius moriuntur, q̃ subiecti faucibus musculi vnà cum neruis fortem subeant inflammationem? Adde, ꝙ hi partes eas habent molles, atq; ideo non possunt vehementius intẽdi, ita vt vertebra intus ad ipsas attrahatur. Iam vero asthma "(sic autem Græci vocant crebram respirationem, qualis currẽtibus accidit, aut quouis alio modo vehementi agitatis motione) in his quidem fit ob exercitium, ꝙ multa indiget animal respiratione: in alijs aũt, in quibus non adest exercitium, ob angustiam eorum, quæ sunt in pulmone, ventriculorum: hæc vero angustia fit repleto viscere ab ijs, quæ desuper veniunt, fluxionibus: hæ aũt fluxiones plures quidẽ in recens natis puerulis fiunt. Cito aũt ipsos interficiunt, qm̃ & aliter male se habent. Nam & ex vtero ad aerem ambientem transitus, & alimenti mutatio, & inflammatio, ab initio quidẽ locorum ad vmbilicum attinentium, postea vero ob dentium generationẽ, eos oẽs imbecilles reddit, & vix ea, quæ dixi, tolerant mala: tantum abest, vt adhæc, etiam fluxionem possint sustinere, vbi ad pulmonem decubuerit. Lapis vero maxime propria passio est talium puero- F rum, vt qui ob edacitatem non paucos crudos humores coaceruẽt: ex q̃bus pars crassior vnà cum vrinis ad vesicã peruenìens, fit lapidum generationis materia. Accedit altera causa, vehementia caliditatis. Aceruãt siquidem & senes humorẽ crudum non paucum, non propter edacitatẽ vt pueri, sed propter potentiæ concoquentis imbecillitatem: non tñ calorem fortẽ habent, qui ex materia crassa vaporem resoluens lapidem generet. Lumbrici vero, atq; ascarides videntur alijs animalibus proportionaliter gigni, quæ non ex semine, sed ex putredine habẽt generationem. Sola enim putredo hæc non est ad generandũ sufficiens, sed & calore plurimo indiget. Cibus itaq; plerũq; corrumpit in ventriculo, & præcipue in inferiore puerulis: verum caliditas in valde tenellis nondum materiam superat, in adultioribus aũt & materia idonea est ad animalium talium generationem, & preterea caliditas adest. Ascarides igitur sunt tenues quidã lumbrici, qui in parte precipue inferiore crassi intestini gignuntur: & plurimi manifeste gigni conspiciuntur in iumentis male cibum coquentibus: quorum malã coctionem fœtor indicat excrementorũ. Aliud vero genus lumbricorum est rotundorum, qui in superioribus magis intestinis generant, adeo ꝙ ad ipsum q̃nq; ventriculum ascendũt. Multo vero plures hi, q̃ ascarides, gignuntur in pueris. Rarior aũt est lumbrici lati generatio, qui & longissimus est, & sæpe per tota extẽditur intestina. Verum de hoc nul- G lam fecit Hippocrates mentionem, qm̃ neq; eius erat propositum de omnibus agere passionibus, quæ mortalibus accidunt, sed de illis tm̃, quæ singulis ętatibus vt plurimum accidunt. Ob hanc igitur causam ipse enumeratis iã dictis, deinceps verrucarum genus, quod Græci acrochordonas vocant, & strumas adiecit, qui sunt morbi, germina vitiosæ multitudinis ad exteriora, & cutem repẽtis. Omne autem ipsorum genus tubercula (græce phymata) nominat, ita deinceps scribẽs: Acrochordones, strumę, & alia tubercula. Quædam aũt ex his præcipuo vocabulo tubercula noiantur, quædam sponte nascentes, & celerrime factæ inflammationes, quæ celerrimæ in altum attolluntur acumen, & celerrime etiam suppurantur: & plurima est horum in inguinibus & alis generatio, qm̃ & in his partibus plures sunt adenes, (id est glandulæ) qui apti natura sunt ad has supfluitates prompte excipiendas. Horum adenum passio struma quoque est, non ex calida materia, neq; ad suppurationem properante, sed potius quodam modo pituitosiore & frigidiore consistens.

Marginalia: A. lib. 1. f. 3. c. 3. fol. 58. g — * τὸ πνεῦμα, τος, i. spiritus. addunt aliqui cod. græci. & ita vetus tralatio Burgundio. & Laurẽtianus. — * πολλῆς, id est multo est ĩ impressis. in manuscriptis ἱκανῆς, i. sufficiẽti. & ita Burgundio, et Laurentianus.

27 ‖ *Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex naribus profluuia sanguinis.*

Marginalia: 8. de Hip. & Plat. dec 1. 276. h

Incipiunt quidem pueri pubescere post annum quartumdecimum. Qui vero prope hanc æta- H tem accedunt, sunt qui duodecimum, aut tertiũdecimum, aut quartumdecimum ẽt agunt annum. Neq; enim est vnus omnium certissimus terminus pubertatis, propter caliditatem & frigiditatem temperaturæ. Calidi enim citius, frigidi vero tardius pubescunt. Laborant aũt pueri hi multis quidem morbis antea dictis, propter similitudinem temperaturæ, & præterea febribus diuturnioribus, q̃ priores: non tñ aliquid dixit de ijs, quæ illa ætate febres abundant: verum ex eo, quod nunc dicitur, clarum est, ꝙ ostẽdit ipsas acutas esse. Alterantur enim puerorum dispositiones citissime propter corporis humiditatẽ, & naturalis potentiæ imbecillitatem. Sanguinis vero profluuia ex naribus fiunt in tali ætate constitutis, quoniam hic humor in ea incipit abundare, non quia nunc plus de eo generetur, q̃ prius, sed quia nunc minus absumitur ex ipso, propeterea ꝙ & augmentum minus est hac ætate, q̃ priore, vt ad corporis proportionem.

Marginalia: * Vetus tralatio hẽt fortitudinem. Burgũdio robur. Laurentianus firmitatem. quæ idem sunt. — de Nat. hom. cõm. 1. 33. d

28 ‖ *Plurimæ autem passiones puerulis iudicantur, non nullæ quidem in quadraginta diebus, non nullæ in septem mensibus, non nullæ vero in annis septem, quædam vero iam ad pubem accedentibus. Quæ vero permanserint, nec in pubertate finierint puerulis, aut fœminis, cum menstrua erumpunt, cẽnsenescere consueuerunt.*

Marginalia: 8. de Hip. & Plat. dec. 1. 276. h — 1. de Diæt. Decret. 4. 9. d. Et 2. 15. — * συγγηράσκειν. est in antiq; codicibus.

Si verbum /diutinę/ sermoni adiectum esset, melius foret: vnde & non nulli nomen passionis

de diutinis

A de diutinis tantum ipsum arbitrantur intelligere. Verum contra hoc sunt sermones tales, quibus ipse vtit in aphorismis, || In acutis passionibus raro, & in principijs vti medicationibus: &, || Tenues victus, & in longis semper passionibus, & in acutis. Manifestum itaq; ex his est, q̃ nõ in diutinis tantum, sed etiam in acutis dicere consueuit Hippocrates nomen passionis. Videtur itaque hoc in loco, aut de diutinis passionibus intelligere, aut mancum sermonem protulisse. Nos vero ipsum supplentes, dicemus ita: Plurimæ autem diutinæ passiones puerulis iudicantur, non nullæ in quadraginta diebus, non nullæ in septem mẽsibus, quædam in septem annis. Ex diebus autem, quadragesimus, primus eorum est, ex quibus morbi diutini iudicantur, vltimus autem inter illos, qui acutos ex intercidentibus iudicant, sicuti etiam supra notauimus. Quicunq; vero hunc transcendunt numerum, ad septimanæ rationem habent iudicium, non septem diebus connumeratis, sed primum quidem mensibus, deinde annis: q̃ aũt, qui hoc tempus transcendunt, ad quartumdecimum annum perueniunt, est sane manifestum. Nam secunda septimana in hoc completur tempore: & alias in pubertate magnæ fiunt corporis commutationes, ac in fœminis maxime propter menstruorum eruptionem. Quare, si qui morbi, neq; hac ætate finiuntur, vsq; ad longum tempus perdurare consueuerunt.

1ª. Aphoris. 24. 10. f
1ª. Aph. 4. 4. a

29 B || *Iuuenibus autem sanguinis spuitiones, tabes, febres acutæ, morbus comitialis, & alij, sed præcipue antedicti.*

8. e Hippo. & Pl. decre. 1ª. 2. h
5ª ph. 9. 38. c

Cum primas ætates ad pubertatem vsq; minutissime diuiserit, nescio, quo modo adolescentum ętatem prætermiserit, quæ medium obtinet locum inter puberes, & illos, qui consistentis ætatis vigorem habent. Verum ex alijs, quas tetigit, licet & de ista conijcere: quæ in multis quidem communicat illis, quæ ex vtraq; parte ipsam circũstant, sed hoc habet peculiare in maribus, sanguinis ex naribus profusionem, de qua commeminit in illis, qui sunt prope pubertatem. Nam hic casus incipit in illa ætate apparere, sed maxime viget in adolescentibus, deinde subsistit in viris. Verum hanc ætatem transgressus Hippocrates, ad illam, quæ est iuuenum, peruenit: & primum sanguinis sputum scripsit, ac tabem, deinde febres acutas, & post has morbum comitialem: deinde post hæc ait / Et alij morbi, sed præcipue antedicti / recte quidem hoc adijciens. Nam rem ita se habere indicat visus. At vero non sat plene de febribus acutis dixit. Neq; enim dicere simpliciter oportebat acutas, quæ & in pueris nihilo minus fieri vident, sed ex acutis tertianas maxime, & causos, i. febres ardentes. Hę enim prę cęteris febribus sunt biliosissimæ, & multis iuuenibus accidunt: q̃m & flaua bilis hac ipsa superabundat ætate, à qua morbi tales in summo vigore consistentibus acci-C dunt. Tabem autem, & sanguinis sputum, non secundum ætatis naturam patiuntur, sed secũdum aliquid eorum, quę ei accidunt: quare & antea dicebat, || q̃ senes plurimum, minus ægrotant iuuenibus: vbi & nos diximus, q̃ ob incontinentiã iuuenibus, non ob ætatis imbecillitatem, ægritudines plurimæ accidunt: ob hoc igitur & iuuenibus spuitiones sanguinis accidunt, quia aut percutiuntur, aut contũduntur, aut saliunt, aut clamant vehementius, aut refrigerantur, & humi cubãt, aut replentur, aut propter aliquam huiuscemodi causam. Ad sputum vero sanguinis, tabes consequitur. Quare & propter hæc talia iuuenes ex accidenti ægrotabunt, non primum, neq; ætatis ratione. Morbi autem comitiales, quamuis malo victu vtantur, tamen ipsis non accidunt multi: vt mihi mirari subeat, quo modo & hos Hippocrates scripserit: cum in alijs, non modo, q̃ abundant in pueris, dixerit, sed q̃ etiam ex hac causa passio puerilis nominatur, & q̃ ætatis mutatione sanantur. Fiunt igitur & in quibusdam iuuenibus morbi comitiales, qui prius non erant, propter victus errorem, quem in ijs, quæ assumuntur, admittunt, & in alijs, quæ ab ipsis agũtur, operibus, & quia humi cubant, & Soli se exponunt, & imbribus, atque alijs similibus. Verum hi morbi non multi sunt. Et fiunt quidem alij morbi eadem ratione. Quare melius fuerat ita scribere aphorismum: Iuuenibus autem, & omnes alij morbi, quos diximus alijs accidere ætatibus, sed præcipue causi, id D est ardores, & tertianæ febres. †

2ª. Aphori. 39. 17. h

† *Additur et in aliqbus cod. græcis* ἴσιον δ' ὅτι ἡ ἀκμαστικὴ ἡλικία λέγεται τεσσαράκοντα, ἡ δὲ παρακμαστικὴ μθ, i. *Sciendum autẽ est quod uigẽs ætas triginta q̃nque annis circũscribitur. declinans autem quadraginta-octo. Quæ etiã uerba sunt in Burgundione, & Laurẽtiano. Quãquam in initio explanationis aphorismi subseq̃ntis hic sẽsus legitur.*

30 || *Vltra hanc ætatem adsthmata {, id est anhelationes,} morbi laterales, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenitides, ardores, diuturna profluuia, choleræ, difficultates intestinorum, læuitates intestinorum, hæmorrhoides.*

8. Hippo. & Pl decre. 1ª. 27 a

Iuuenum ætas quinta septimana terminatur. Iuxta hoc igitur & ipse in Prognosticis dicebat: " || Magis autem expectare oportet sanguinis quidem profluuium in ijs, qui non dum trigintaquin" que annos attigere. Nam, quæ iuuenibus ætas continuatur, ad duas sequentes septimanas extẽditur: in qua ętate omnia vitæ munia ęque, atque illi, qui in vigenti ætate consistunt, conantur peragere, non tamen eodem modo ad labores sufficiunt. Nam ex adustione, & algoribus, & humi cubatu, vigilijs, atque repletione, plus, quàm illi, offenduntur. Sane que horum temperatura atrabiliosior quodam modo est, atq; ideo in ea multi melancholia afficiuntur: veluti ex anni temporibus, in autumno. Sicuti enim hoc tempus frigidum existens pallidam excipit bilem tempore ęstiuo exassatam: sic declinantium ętas iuuenilem, quæ maxime æstati similatur, subsequitur. Mirandum q̃; est, cur in ea non scripserit melancholiam. Ego tñ in quibusdam exemplaribus hanc quoq; scriptam inueni, siue aliquis sit ausus apponere id, quod defecerat, tanquam ab Hippocrate prætermissum, siue ab alijs, qui exemplaribus mendosis crediderũt. Moriuntur autem & ex tabe hac

in Prog. cõ 1 t. 33. 4ª. 196. d

ætate multi, & ex iuuenibus, quicũq; ex sanguinis sputo in tabem incidunt. Non tamen hac ætate multi sanguinem spuunt, qm̃ neq; in talibus sanguinis est multitudo. Anhelationibus vero, & pulmonis inflammationibus, ac laterum doloribus magis capiuntur, q̃ iuuenes: vt qui & victu simili, & laboribus etiam vtantur, sed multo imbecillius, q̃ illi, corpus habeant. Et oĩno eos, quos prætermisit in ętatibus vigore consistentiũ morbos nominare, eos nunc oẽs enumerat. Nã & phrenitides, & causi, i. ardores, & cholerę, & difficultates intestinorum nihilo minus iuuenibus, q̃ declinantibus, accidunt, occasionem sui ortus ex flaua bile capientes. Diuturniora aũt in declinãtibus ventris profluuia cõtingunt, propter alimẽti distributionis defectũ. Nam oĩum ferè ętatũ, ea, quæ iam declinat, paucissimis indiget ad corporis resumptionem: siquidem & id, quod ex ipsis resoluitur, paucissimũ est. Neq; n. corpus similiter calidum est, vt prius: neq; amplius in augmentũ quicq̃ assumitur: sed neq; q̃ virtus cõtentiua multũ imbecillis sit, vt in senibus, plus aliquid ex corpore defluit. Quia igiť ventris profluuia, vel coctione, vel alimenti distributione frustratis accidunt, aut propter bilis acritudinẽ abradentis intestinum, hæc q; oĩa in declinantibus sunt: non sine rõne in eis alui profluuia diu perseuerant. Febres quidem lethargicæ fiunt ex humore pituitoso in cerebro aceruato. Prioribus aũt ætatibus humor hic deficit magis, q̃ superabundet. In senili aũt ætate plurimus quidem est, verum propter ætatis frigiditatem febres non accendit. In ijs aũt, qui ab ætatis vigore declinant: & hic humor superabundat, & non dum corpus frigidum est. Lęuitates vero intestinorum ostensę sunt, hę quidem à frigida fieri pituita, hę vero à sola intemperatura, quę vim alui contentiuam reddit imbecillem, hæ autem ab vlcerosa dispositione: atq; hæc omnia in declinantibus superabundãt. Hæmorrhoides autem propria vere sunt huius ætatis passio, sicuti melancholię: fiunt enim ex atra bile, quando ad venas, quę in sede sunt cumulatius decumbit. A me quidem oĩum enumeratarum passionũ causa fuit explicata: scientia autem horum cum probatione illis aduenıet, qui legerint demonstrationes, quas de his in nostris scripsimus tractationibus: quæ quot sint, ac quales, & quã doceant contemplationẽ, legenti librum de ordine nostrarũ cõmentationũ, licebit discere. Ex his enim promotus, quo modo earum singulę sint perlegẽdę, cognoscet.

31 || *Senibus spirandi difficultates, destillationes cum tussi, vrinæ stillicidia, vrinæ difficultates, articulorum dolores, renum passiones, vertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alui, oculorum, & narium humiditates, visus obtusus, glaucedines, auditus graues.*

8. de Hipp. Plat. decre. 277.a

* πρεσβύτας. ' γερόντων.

Sĕnes à senioribus non nulli Hippocratis sectatores distinguunt: nomen seniorũ vltimæ ętati tribuentes, & hoc perpetuum esse existimantes: senes aũt in priori ætate statuentes, quæ media est inter iuuenes, ac seniores. Sed nunc manifeste monstrauit se senes eos, qui extremam agunt ętatẽ, nominare: in ipsis ergo sermonẽ terminauit, vt qui iam oẽs ætates percurrisset. Hi vero sępissime à destillationibus, quę sunt cum tussi, capiuntur: quoniam partes ad caput attinentes, in ipsis facillime refrigerantur, & quia multæ in ipsis fiunt pituitosæ superfluitates, cum iam admodum frigidam cerebri habeãt temperaturam. Asthmata vero, ex ijs destillationibus ortum habẽt: cum alioqui & ipsa spirandi instrumenta non raro habeant proprium sui algoris principium, quando in ipsis multæ, ac crassæ superfluitates generẽtur. 'Ad hęc, cũ vires sint imbecillę, renes sępius obstruuntur, & lapides generantur, quando tenax, vel crassa superfluitas ibi firmata tophosam consistẽtiam assumpserit. Articulorum autem dolores aliqñ fiunt fluentibus ad hæc loca superfluitatibus, aliquando propter instrumentorum ipsa mouentium, frigiditatem. Vertigines autem sępe quidem ipsis accidunt propter spiritum vaporosum, qui in regionibus cerebri inordinato cietur motu: sępe etiam in ventriculo vitiosis superfluitatibus aceruatis, ad cerebrum fertur exhalatio vaporosa. De apoplexia autem quid oportet dicere? Nullus est enim morbus adeo senili ętati familiaris, quoniam in ea cerebrum pituitosis repletur superfluitatibus. Siquod vero vlcus aduenerit senibus, difficulter sanatur propter defectum sanguinis. Vehementius insuper se scalpunt, quod pruritũ appellauit: quoniam illę, quę pruritum operantur superfluitates, difficilem habẽt per cutem euacuationem. Rationabile siquidem existit & cutem in ipsis ex frigiditate densiorem esse, & superfluitates plures simul, ac crassiores existere. Plures q; ipsorum (neq; enim oẽs) continue vigilãt: quod eis accidit, & quia senectus plena curarũ est, sed magis, quia corpus habent exiccatum: vnde & tũc magis vigilant, qñ integra sanitate fruũtur. Dictum aũt à nobis est & in commẽtarijs de temperaturis ipsas quidem corporis partes in senectute fieri sicciores, sed multitudinem superfluitatum pituitosarum aceruari: ob quam causam à multis putatur senectus frigida, & humida. In quo autem tẽpore hę plures in cerebro aggregant̃, fiunt senes potius somnolenti: in quo vero bene excernũtur, peruigilant. Contingit autem & pauciores superfluitates generari, & citius excerni eo tempore, quo salubriter degunt: vnde & maxime propria passio senilis ętatis videtur esse vigilia. Humiditates autem in ipsis et oculorum, & narium liquet fieri, propter cerebri superfluitates: quibus eisdem ad aluum defluentibus, & ipsa sępius humectatur. Hebetes autem visus, & graues auditus, propter potentiæ sensibilis accidunt imbecillitatem: glaucedines vero propter immodicã instrumentorum siccitatem, & quia speciem habent suffusionis.

Galeni

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS QVARTVS

1 *Epi. cō. 3. t. 1. 3ª. t. 26. f*

V Tero gerentes sunt medicandæ, † si materia turget, ‡ quarto mense, & vsq; ad septimum, sed hæ minus. Iuniora autem, & seniora vereri oportet.

† ἤν ὀργᾷ. & ita in cōmeto. 5ª. Aphori. 29. 40. c

Ad vteros, fœtuum connexus eandem habent proportionem, quam fructuum connexus ad plantas. Hi siquidem in prima generatione debilioribus capulis continentur, & ideo facile decidunt, quando vehementior ventus ipsos concusserit: posthac aucti, difficilem habent à plantis dissolutionē, sicuti rursus, cum perfecti sunt, sponte sua sine vi extrinseca decidunt. Eodē modo & conceptus, in primo quidem tempore à seminis iniectione, siquando saltare contigerit mulierem, aut in lubrico cadere, siue quouis alio modo, vel animo, vel corpore moueri vehementius, facile dirumpuntur. Sic etiam, & cum iam perfecti sunt. Tempore vero intermedio firmiorem habent coalitum: quare mulier vtero gerens potest fortiores motus sustinere sine fœtus offensione. Quæ omnia Hippocrates noscens, recte inquit, Vtero gerentes sunt medicandæ, si materia turget, quarto mense, vsque ad septimum: quod est medio tempore fœtationis, cum fœtus vtero firmiter alligatur. Non tamen omnes, quæ hoc tēpore indigent purgatione, permittit purgari: sed si materia turget, inquit, hoc est, † cogat accelerare. ‡ Tractum enim vocabulum est ab animalibus ad coitum cōncitatis. Cum igitur superabundantes humores mouentur, & per totum corpus deferuntur, non dum in aliqua parte firmati: tunc ad eos expellendos natura incitatur, & aliquo indiget manum porrigente, & hunc humorum motum ad aluum deducente. Eos vero, qui aliqua in parte sunt firmati humores, non oportet mouere. Sic igitur & illud dictum est: Quicunque inflammationes in morborum principio medicamento conantur soluere: nihil de eo auferunt, quod intentum est, atq; inflammatum: (neq; enim passio, vt quæ cruda sit, cedit) quę vero sana sunt, & morbo resistunt, colliquant. Quòd autem Hippocrates verbo /medicari/ pro purgare medicamento, consueuerit vti, omnes confitentur, quicunque vel paruam habent de eius dictione notitiam. Nam, vt quispiam alia omittat ipsius volumina, & de solis post hac scriptis aphorismis meminerit: nihil aliud per vocem /medicari/ in eis posse significari intelliget, veluti paulopost fiet manifestum.

*† ἐπείγηται. * ὀργώντων.*

4. de Vict. ra. in mor. acut. t. 22. 7ª. 137. c

2 *Vi al. inuere in Aphoris. 17: Vsu par. 1ª. 2. g*

In medicationibus talia educere è corpore, qualia et sponte prodeuntia, vtile: quæ vero contrario modo prodeūt, cohibere oportet.

Sponte euacuari è corpore dicimus, quæcunque sine aliqua medici opera excernuntur, non nunquam ea, quæ nostrum regit corpus, potentia ipsum expurgante, non nunquam † ex irritamento aliquo, aut ‡ quia à vasis non contineantur. Cum itaque natura superfluum euacuat, iuuatur animal: cum vero alioqui excernitur, casus ratione: neque inde vtilitas vlla prouenit, & talis euacuatio prauæ dispositionis est signum. Recte igitur Hippocrates consulit imitari naturam. Est autem imitatio, in vnoquoque morbo tentare tales humores euacuare, quales nouimus in spontinis prodesse euacuationibus. Prius itaque dictum est ab ipso de omni euacuatione generalius. Sic & vasorum inanitio, siquidem talis fiat, qualem fieri oportet: confert, & leuiter ferunt. Nunc vero de sola purgatione eundem fecit sermonem, quoniam de hac docere proposuerat in præsentis libri loco. Melius igitur fortasse fuerit de omnibus euacuationibus, quas medici moliuntur circa ęgrotantium corpora, nos quoque sermonem repetere. Fiunt enim hę aliquando per medicamenta totum corpus expurgantia, per vomitus, & deiectiones: aliquando medicina partis alicuius est euacuatiua, veluti quæcunq; per palatum, & nares à capite abducunt superfluitates. E genere autem superfluitates abducentium sunt, & quę per tussim expurgant, quęcunq; in pectore sunt, atq; pulmone, & quę per vrinas abducūt totius sanguinis serosam superfluitatem. Clysterem quoq; ex hoc genere feceris, & quodcunq; aliud totum corpus ęqualiter nō euacuat, quemadmodum & venę sectio creditur euacuare, & omnino sanguinis extractio quęcunq;, quouis modo facta. Ex talibus autem est euacuationibus, & quę per vterum fit, & quę per ora venarum sedis, & quæ per exercitia, & frictiones, & omnem motum, atq; calorē, & balneas calidas, pręsertim nitrosas, sulfureas, & bituminosas, & ex accidenti, inedia. Hæc siquidem omnia videntur quidem totum corpus ęqualiter euacuare. Siquis tamen exactius perquirat, inueniet non ęqualiter euacuare: verum in his, cum sit paruus excessus alterius ad alterum secundum eorum, quę euacuantur, qualitatem, & quantitatem, ideo æqualis euacuatio videtur. Quæ vero pharmaca purgatoria nominantur, speciem faciunt euacuationis manifeste differentem: de quibus, vt dixi, nunc ipsi docere propositum: non tamen quicquam plus docet, q̄ quod de omnibus euacuationibus ipse iam dixit. Vna etenim est omnium intētio, ac scopus humor superabundās: cuius notitia est per-

† Hæc verba in aliqbus cod. græcis non habentur, nec in Burgundione, nec in Laurentiano. Vetº autem interpres impressus tota hanc sententiā hoc mō habet: aliquādo furor humorū pūgit: vnde intra vasa contineri nō possunt.

1ª. Aphor. 21. 10. a

1ª. Apho. 2. 3. b

quirẽda ex eo, qui toto corpore præter naturam color repræſentatur, & inſuper ex caſibus, & morbis, & tempore, & regione, & ætate, & conſtitutione, & natura ægrotantis, & vitæ inſtituto, & victu: veluti (ſi ita contigerit) colore pallidiori in toto corpore apparẽte, quẽadmodum in illis, qui regio morbo laborant, non euacuata per ſedem bile, aut puſtulis aliquibus bilioſis per totum corpus diſperſis: particulatim autem, ſi morſus in ventriculo aliquis, atq; faſtidium ſentiatur, & adſit cibi appetentiæ defectus, ac ſitis, ore amareſcente, aut quia in aliqua parte corporis ſit eryſipelas, aut quia tertiana febris hominem habeat, aut ex ardentibus illa, quæ ex amara fit bili. Nam in his omnibus flaua bilis abundat: atq; idcirco conabimur ipſam educere illis medicamentis, quæ cholagoga, id eſt bilis eductiua, ab effectu nominãtur. Atq; hoc eſt, quod ab Hippocrate dicitur: ‖ Si, qualia oportet purgari, purgentur: confert, & leuiter ferunt. Quod.n.dicit /qualia oportet/ abundantiã ſignificat humorum videlicet ſua qualitate infeſtantium ægrotantem. Ob hanc igitur cauſam ait tales cõferre euacuationes. Sed, qm̃ omnes artificioſæ conjecturæ in actionibus aliqñ aberrant: ‖ (ſimilitudines etenim, vt ipſe inquit, non ſolum vulgares, ſed ẽt medicos eruditos aliqñ decipiunt) alterum nobis dedit indicium bonarum euacuationum, tolerantię facilitatem: vt & in hoc fiduciam habeamus, cum recte fecerimus euacuationem. Quod igitur in flaua bile dixi, veluti in exemplo, hoc idem mihi & in atra intellige. Nam & in hac color totius corporis ad nigritiem tendit, & puſtulæ nigræ fiunt ex atræ bilis colore: &, quicunq; morbi ex eius fiunt exuperantia, multitudinem humoris indicant, manifeſte: quemadmodũ elephas, cancer, & quartanus circuitus ex melancholico humore generant: & lien magnus, & varices nigricãtes ſunt eiuſdẽ humoris alumnæ paſſiones, quemadmodum & quæ melancholia noiatur, & omne mentis delirium, cui ira, temeritas, atq; immanitas iungitur. Hippocrates vero etiam ‖ ex mẽſtruis, ſuperabundantem in fœminis humorem conjecturabatur: & ſcripta ſunt ab eo indicia, in primo libro de mulie bribus. Ex his igitur, ꝙ atra bilis abundet, dignoſcere oportet: & has habentem intentiones, ad eius accedere euacuationem. Secunda autem in ipſa euacuatione intentio habenda eſt, tolerantiæ facilitas. Quæcunque vero in atra bile, & flaua ſunt dicta, hæc mihi & in pituita intellige, tumores œdematoſos, hoc eſt, inflatos, puſtulas, totius corporis colorẽ pro humoris ſpecie, febres quotidianas, mentis pigritiem, atq; torporem, ſomnos profundos, capitis grauitates, & quoſdam acidos ructus, quando in ventriculo pituita abundarit. Hæc enim omnia ſuadent medicamentum dare pituitam purgans. Facta vero iam purgatione, tolerantiæ facilitas atteſtabitur, & dignotioni, & ei, quã auſus es facere propter ipſam, euacuationi. Ad dignotionem vero, & ſpem euacuationis, habes etiam conferentem aliquid non ſolum ætatem, vel naturam ægrotantis, ſed etiam anni tempus, & præſentem conſtitutionem, præterea & regionem, & victum antecedentem, vnà cum alijs vitę inſtitutis. Etenim didiciſti, vt hęc omnia, non nulla pituitam, non nulla flauam bilem, non nulla atram exaugeant. Hæc quidem omnia, vt dictum eſt, ſunt intentiones exhibendi medicamentum, vim habens humorem infeſtantem expurgandi. In ipſa vero euacuatione altera erit intentio, vel nobis ferens recti iudicij teſtimonium, vel erroris. Recti quidem iudicij, tolerantiæ facilitas: erroris autem, difficultas. Nam infeſtantium humorum euacuationem facile tolerabunt ęgrotantes. Siquid vero aliud, & non quod infeſtat, euacuatur: neceſſarium eſt oĩno male ipſos tolerare. Quod igitur, vt dixi, in principio libri per vnum oſtẽdit aphoriſmũ, ita ſcribẽs: ‖ Sic & vaſorum exinanitio ſiquidem talis fiat, qualem fieri oportet, confert, & leuiter ferunt: Id in hoc loco nunc in duas ſecans partes in medicationibus, per priorem quidem hunc ſermonem, quæ ſint conferentes vacuationes, docet, per alterum autem, qui ſequitur, admonet, vt tales euacuationes firmum indicium ſubſequatur, facilitas tolerantię. Exempla vero ipſe appoſuit earum, quę ſponte fiunt euacuationum ad bonum, multa quidem in libris Epidemiorum, pauca vero in hoc ipſo libro Aphoriſmorum, qualia huiuſcemodi ſunt: ‖ Quem aqua inter cutem habet: per venas in ventrem aqua fluente, ſolutio. ‖ Si lippitudo adſit: ab alui profluuio capi, bonum. ‖ Quibus bilioſæ deiectiones, ſurditate ſuperueniente ceſſant: &, quibus ſurditas, bilioſis factis ceſſat.

Margin notes: 5ª. Aphori. 25, 10.h. & infra. apho. 3. — 6. Epid. ſect. 8ª. circa finem. — 1. d Morbis mulierib. vbi ait, Cum mẽſes ꝓdeunt, linteum cõplicatũ, &c. — 1ª. Aph. 2. 3. b — 6ª. Aph. 14. 47. f — Ibidem. 17. — Infra, aph. 28. 30. d — E — F — G — H

3 ‖ *Si, qualia oportet purgari, purgentur, confert, & leuiter ferunt: contraria vero grauiter.*

Prius hic aphoriſmus à nobis expoſitus eſt in præcedentis aphoriſmi expoſitione: ſcriptus etiã in ſuperiori libri parte, iiſdem verbis: quare & non nulli eum de hoc loco ſuſtulerunt.

Margin note: 1ª. Aph. 25. Et 6. Epid. cõ 4. t. 12. 3ª. 183. b

4 ‖ *Medicari æſtate ſuperiores magis, hyeme vero inferiores.*

Subaudire oportet, videlicet ventres. Recte autem *æſtate purgat ſuperius, quoniam & qui tunc humor ſuperabundat, flaua bilis eſt, & omnino tota natura animalis propter ambientem caliditatem magis ad ſuperiora mouetur. Quælibet autem ſuperfluitas, eò, quò vergit, ducenda eſt per loca conuenientia: quemadmodum ipſe in libro ‖ de humoribus ſcripſit. Addidit huic aphoriſmi ſermoni verbum /magis/: neq; ſimpliciter dixit, Medicari æſtate ſuperiora, hyeme vero inferiora. Nam, etſi non ſępe, raro tamen tempore ęſtatis humor pituitoſus viſus eſt abundare, ſicuti hyeme aliquando flaua bilis.

Margin notes: In principio. — 1 lib. Quo[...] gare opo[...] 5ª. 88. e in Cõm. d a[...] lubri dię. 5. 2ª. 41. e Et iſra, aj[...] 6. d Sectis a[...] qui introd[...] go. 18. b A. li 1. t. 4 [...] fol. 76. c

Sub

5 A ‖ *Sub Cane, & ante Canem difficiles sunt medicationes.*

d Theriaca ad Pisoné. 5a.97.b d electis ad eos c introd. Isag. 18.b

Nam & exusta tunc natura nostra non fert eam, quæ à medicamentis purgantibus prouenit, acrimoniam. Quare plures quoq; purgati hoc tempore incidunt in febres: & natura ob æstum imbecillis, magis ex purgatione dissoluitur. Sed & purgatio hæc praua fiet, cum calor aeris ambientis in partem trahat extrinsecam, contrariam ei, ad quam medicina ducit humores. Sicuti.n. balneæ calidæ natura aptæ sunt obsistere purgationibus, sic & calor æstatis, tunc præcipue, cum se ipso vehementior extiterit.

6 ‖ *Graciles, & facile vomentes, purgare superius, cauentes hyemem.*

d Catharticis. 5.1.94.c

Hic addere oportet, quod paulo antea dictum est verbum /magis/. Magna enim ex parte graciles sunt biliosi. Si igitur hoc accesserit, vt sint ad vomendum faciles: sunt per superiora purgandi, nisi obsistat hyems. ‖ Nam supra dictum est medicari æstate superiores magis, hyeme autem inferiores oportere.

A.1.f.3.d.5. c fo.68.h — Supra, Apho.4.

7 B *Vomentes vero difficulter, & mediocriter bene carnosos, per inferiora, cauentes æstatem.*

Si facilis ad vomendum, & gracilis sit, per superiora purgandus est, nisi sit hyems, hoc est æstate, autumno, & vere. Sin difficulter vomat, & mediocriter bene carnosus sit: per inferiora, si res vrgeat, solum cauendo æstatem: aliud autem anni tempus non oportet cauere.

8 *Tabidos vero, cauentes ad superiora purgationes.*

Ad superiores, inquit, purgationes nunquam tabidos duxeris, veritus scilicet instrumẽtorum, quę respirationi obseruiunt, imbecillitatẽ. Per tabidos autem intelligere oportet vel eos, qui morbum à Græcis phthisin nominatum patiuntur, vel qui ad eum sunt natura proni: de quibus ipse in primo libro Epidemiorum scribit: ‖ Et maxime moriebanẽ, quibus natura ad tabẽ prona erat.
" Est autem his pectus angustum, & qui in eo continetur pulmo.

1. Epid. cõ. 1. t. 18.19.3a.105. f.g

9 *Melancholicos autem plenius per inferiora, eadem ratione contraria apponentes.*

Ventres, inferiores videlicet, melancholicorum oportet eadem ratione plenius medicari. Plenius autem dixit pro fortius. Quia vero ad inferiora declinat hic humor, non sine ratione ipsum C iubet per vẽtrem inferiorem euacuari, sicuti flauam bilem per superiorem, cum sit leuis humor, & sponte continue fluitet. Commune igitur ambobus est, vt ducantur, quò vergunt, per loca conuenientia: proprium autem alteri quidem humori, per superiora loca euacuari, quoniam ad hæc vergit, alteri vero per inferiora, quoniam & ipse ad ista declinat. Contraria itaq; est per superiora euacuatio illi, quæ fit per inferiora: quorum vtrunq; fit secundum vnam communem rationem. Quare recte dixit Hippocrates /eadem ratione contraria apponentes/.

10 ‖ *Medicari in valde acutis, † si materia turget, } eadem die: tardare enim in talibus malum est.*

† ἢν ὀργᾷ.

in Epi. cõ. 2. t. .162.b in Prorr. cõ. 2. t. 4.174.d

Dictum est et à me prius, quòd verbum /turgere/ Hippocrates transtulit ab animalibus, quę ad coitum properant, cum naturali quadam concupiscentia moueantur ad seminis excretionem. Ostensum est enim in libris de semine, ꝙ fœmina etiam in coitu semen excernit. Quando igitur vel in toto corpore similis huic fuerit naturæ impetus ad excretionem superfluitatum, vel si non toto corpore, saltem in partibus principalioribus: tale quid consueuit Hippocrates per verbum /turgere/ significare: & statim per medicamentum euacuationem faciendam iudicat prius, ꝙ vel virtus vitiata fuerit, vel febris caliditas aucta sit, vel ad aliquod mẽbrum principale decuberint ij, D qui per corpus vagantur humores. Quòd autem valde acutos morbos nunc nominauerit, quos prius peracutos dixit, vnicuiq; liquet. Et quidem, ꝙ iudicationis horum terminus est prima septimana, dictum & à me prius hoc est.

in Coacis prænotionib. Dolor supra vmbilicum &c.

† Græci codic. impr. habẽt. καθάπερ ἐν τῷ ... τοιούτων ... Multi tamen ex manuscriptis habẽt, καθάπερ ἐν τῷ ... τοιούτων ... quod Burgundio ita transtulit. quẽadmodum in ... sione talium hydropum. et ... et antiquus interpres impressus, & Laurentianus.

11 ‖ *Quibus tormina, & circa vmbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neq; à medicamento, neque aliter soluitur in aquam inter cutem siccam firmatur.*

Tormina fiunt & propter morsum vehementem, & propter spiritum flatuosum, qui non habet exitum, sed in intestinorum inuolucris est interceptus. Quod vero dolores ad tales dispositiones cõsequantur, nemini dubium. At, cum circa vmbilicum, ac lumbos se firmauerint, & neq; à medicamentis, neq; ab alijs soluuntur auxilijs: quædam est earum partium habitualis intemperatura: quæ magna ex parte perseuerans, eam aquam inter cutem efficit, quæ ab Hippocrate sicca nominatur. Vocatur autem hic morbus à posterioribus medicis tympanias, quoniam abdomen percussum talem sonum edit, qualem tympana. Nam & in illis per cutem extẽtam subiectus aer percutitur, † quemadmodum aer in hoc morbi genere, qui in profundo locatur. Quòd vero & hoc morbi genus ex tumoris similitudine hydropem, id est aquam inter cutem Hippocrates nominet, est manifestum: Non tamen humidum est, sicuti qui ascites ab vtris similitudine

dicitur: in quo materia collecta non est flatuosus aer, sed humor aquosus. Videtur autem à maio- E ri frigiditate generari aquosus hyprops, quem asciten vocant, q̃m in membrana abdominis interiore, peritonęo græce dicta, humor veluti in vtre quodam continetur: à minore autẽ tympanias. Neq; enim humida substantia in flatuosum aerem sine calore aliquo potest transmutari.

12 *Quorum alui, intestinorum læuitate laborant: hyberno tempore supra medicari malum.*

Morbum, in quo celeriter ea, quę comeduntur, talia deijciuntur, qualia deuorata fuerint: læuitatem intestinorum nominant: fit q; ex potentię contentiuę debilitate: sed consequitur ad oium, quę ad aluum pertinent, instrumentorum intemperaturas, hoc est ipsius ventriculi, in quem cibos deuoramus: & eorum, quæ ex hoc suscipiunt, atq; transmittunt, intestinorum: fit etiam quandoq; leuitas intestinorum ex aliqua summas partes occupante exulceratione, simili illis, quæ in ore fiunt, quas Græci aphtas nominant. Intemperaturæ igitur non nunquam fiunt, vt quispiam dicat, habituales: (sic vero nominant illas, quę ipso corporũ habitu læso fiunt): quandoq; propter frigidam pituitam, qualis est acida maxime. Earum autem, quæ in summa parte hærent, exulcerationum, causa est humor acris, & tenuis. Hic igitur etsi per superiora medicari debet, quoniam huiuscemodi humores magis fluitare soleant, quàm ad inferiora secedere: non tamen hoc hyeme fa- F ciendum est: sicuti etiam superius est dictum. Alter vero pituitosus, quando adhæserit intestinis, nunquam est per superiora purgandus, hoc est per vomitoriam medicinam. Sola enim euomi natura apta sunt, quæ in ventriculo continentur: eorum vero, quæ continentur in intestinis, nihil potest per vomitus euacuari.

13 ‖ *Ad elleboros qui non facile supra purgantur, eorũ corpora ante potionẽ pluri cibo, atq; quiete humectanda sunt.* — in 6. Epi. cõ. t. 29. 3ª. 193.

in Epistola ipsius Hippocratis ad Democritum.

Prius oportet tentare naturã eius, qui elleborum sumpturus sit, quo modo se habeat ad superiores purgationes, hoc est ad eas, quæ fiunt per vomitiones. Fiat autem periculum per medicamenta vomitoria, quęcunq; sunt mediocria. Si igitur non facile purgari videatur, non oportet huiusce-modi hominem ad elleborum ducerere, antequam præparetur. Hoc autem fieret, si per cõtinuos vomitus assuescat is, qui est sumpturus elleborum, ad prompte vomendum. Verum hoc, vt paruum aliquod, atq; omnibus notum, Hippocrates prætermisit. Melius autem fieret præhumectando corpora. Pręhumectantur autem pluri alimento, atq; quiete. Ac de quiete quidem clarum est. Sicut enim exercitia sunt apta natura exiccare: sic & requies (quod ocium est, & ab exercitatione vacatio) seruat humiditatem. Cibus vero nõ simpliciter copiosior est aptus natura humectare, sed G quicunq; nullam habet fortem qualitatem, hoc est neq; acerbam, neque acrem, neq; salsam, neque amaram. Forte autem neq; simpliciter cibus, hic, qui talis est, est appellandus, sed hoc totum, cibus medicinalis: sicuti illi, qui est cibus simpliciter, soli hoc inest ex omnibus, vt ex sua natura, non autem ex accidenti solidas partes animalis humectet, hoc ipsum non per se, sed ex accidenti aliquo faciente quiete. Quia enim eam, quæ prouenit ex cibo, humiditatem non exiccat: idcirco dicitur humectare. Aqua vero, neq; epota, neq; extrinsecus occursans, natura apta est solidas animalis partes humectare. De talibus autem perfectiorem posset quispiam habere doctrinam legẽdo librum nostrum De potentijs naturalibus, & librum De tabe.

14 ‖ *Cum biberit quis elleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis: ad somnos vero, atq; quietem, minus. Indicat autem nauigatio turbari motione corpus.* — in eadẽ epl̃a.

Ipse attulit causam, ob quam eorum corpora moueri præcipiat, qui assumpserunt elleborum. Quies siquidem in eodem statu conseruat, motus vero transmutat, atq; alterat corpus: vt indicat nauigatio, quæ motus quidem est, turbat autem corpora adeo, vt & vomitum excitet. Cum igitur talis motus fuerit sufficiens etiam solus ad vomitum corpus præparare, fit sanè rationabile, vt, H si vomitorio medicamento coniungatur, longe maiorem habeat efficaciam. Quidam pro nauigatione nauseam scribunt, vt sit sermo talis. Ostendit autem & nausea, quæ vehementioribus corporis aduenit motionibus, ex motione corpus perturbari. Liquet autem, quòd & hic sermo eandem vim habet cum priore.

15 ‖ *Cum volueris magis ducere elleborum, moue corpus: cum vero sistere, somnum facito, & non moueto.* — in eadem.

Prior quidem aphorismus, quo modo oporteat hominem, qui elleborum sumpsit, ad purgationem præparare, nos docuit: præsens vero, quo modo sistere purgationem. Non est autem absque ratione, q; ea, quæ sistunt purgationem, sint contraria ijs, quæ vomitum cient. Si igitur motiones ciebant, sistent quietes: & multo magis somnus, in quo actiones animales ociantur, quæ & per sensum fiunt, & præterea per musculos in motibus, qui fiunt ex appetitu.

16 ‖ *Carnes sanas habentibus elleborus periculosus: facit enim conuulsionem.* — in eadem.

Quod in præcedentibus dixerat in omnibus purgationibus, hoc nunc in ea sola dicit, quæ fit per elleborum: adeo vt duo aphorismi possint inuicem iungi, tali modo: ‖ Qui corpore bene se — 2ª. Aphor. 37. 17. g

habent,

A habent, difficile est medicari. Sic ergo & elleborus carnes sanas habentibus periculosus est, conuulsiones enim facit. Habet nanq; elleborus istud præcipuum, facere conuulsionem, propter operationis vehementiam.

17 *Si quis febrem non habens, abstineat à cibo, & cordis morsum, & tenebricosam vertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit: medicatione indigere per superiora significat.*

Vict. rat. in morb. acut. cō. 4. 115. 7ª. 11.a

Apositia i. abstinentia à cibo, idem significat, quod anorexia i. inappetentia. Cardiogmos autē id est cordis morsus, est cordis, hoc est oris ventriculi, passio. Prisci siquidem & hoc, cor nominabant. Scotodinos autem i. tenebricosa vertigo, est, quando simul res conspectæ videntur circumuolui, & sensus visus repente destruitur, cum ægrotus sibi tenebras circunfundi opinetur. Fit autē hoc ore ventriculi à malis humoribus morso. Nam propter neruorum magnitudinē, qui ad ipsum à cerebro veniunt, hac parte patiente, animę opera detrimentū patiuntur. Hi itaq; casus sunt cōmunes humorū omnium mordacem habentiū naturam. Os autē sentire amaritudinē, solius bilis, quæ pallida & flaua nominatur, est opus: quare recte in huiuscemodi inquit Hippocrates significari, quod oporteat medicari per superiora: quod explanatum, talem habebit interpretationē: Huiuscemodi B casus significant medico, indigere hominem medicatione per superiora, hoc est per vomitiones.

18 † *Supra septum transuersum dolores, purgatione indigere per superiora significant: quicunq; vero inferiora molestant, per inferiora.*

† Al. Dolores qui sunt supra septum transuersum, purgatione indigentes medicatione per superiora opus esse significant: quicunque autem infra, per inferiora. Et ita Galenus in cōmento.

Hic aphorismus, quod antea in vno dolore docuit oris ventriculi, hoc ad omnes extendit dolores: nam clarum est, vt, quicunq; supra septum transuersum consistunt, purgatione indigentes cōsulat per superiora purgari, quicunq; infra septum transuersum, per inferiora. Addidit autē sermoni, purgatione indigentes, nequis forte arbitretur curare Hippocratem omnes dolores simpliciter per euacuationem, neq; enim nunc dicit hoc: sed quod secundum humorum infestantium inclinationes, oportet etiam facere euacuationes: & neq; supra septum transuersum dolores per subducentia medicamenta euacuare: neq; infra consistentes, per vomitiones.

19 † *Qui in medicamentis purgati non sitiunt: non quiescunt prius, quàm sitiant.*

in Epistola ipsius Hippocratis ad Democritum.

† Paulus Magnolus ita vertit. Quicunque in medicamentorum potionibus haud sitiunt, purgandi non faciunt finem priusquam sitiuerint.

Qui purgantur, non nulli statim sitiunt, non nulli postea: fitq; hoc propter ipsius ventriculi dispositionem, & propter datum medicamentum, & propter humoris, qui vacuatur, naturam. Ventriculi quidem ratione, qui ex caliditate, vel siccitate, vel ambabus qualitatibus prompte ad sitiendum perducatur, siue hoc natura insit ei, qui biberit medicamentum, siue illo solum tempore. Ratione autem medicamenti, cum acre fuerit, & calidum, ac mordax. Propter humorem, vero, qui vacuatur, quando bilis amara fuerit. Hisce quidem de causis fiunt sitibundi. Ex contrarijs vero longo tempore sine siti perseuerant: quando vel frigidiorem, & humidiorem ventriculum habuerit homo, qui purgatur, aut ab initio, aut tempore purgationis: vel quando medicamentum omni vacat mordacitate: & tertio quando humor pituitosus aut aquosus extiterit. Verum & in his, quando abunde fuerint euacuati, cōsequitur sitis: sufficiens etenim est & ea, quæ ex euacuatione prouenit siccitas, ipsam efficere. Accedit præterea medicamenti purgantis vis, habentis aliquam etsi neque manifestam neq; sensibilem, attamen latentem acrimoniam ac caliditatem.

20 *Non febricitantibus si tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor: medicari inferius oportere significatur.*

Sicuti paulo antea docuit signa eorum, quos oporteat medicare superius, ita nunc docet ea, per D quæ cognosceret aliquis, quando oporteat inferius medicare. Est autem communis vtrisq; ratio in differētibus casibus. Nam pro inclinatione noxiorum humorum, facere oportet euacuationes.

21 *Deiectiones nigræ, qualis est sanguis {niger,} sponte venientes, siue cum febre, siue sine febre, pessimæ: &, quanto colores magis praui fuerint plures, peius: cum medicamento vero melius, & quanto colores plures non praui.*

Aphor. 23. 1 b

in Coacis prænot. Egestio al ui nigra velut sanguis &c.

De deiectionibus nunc ipsi est sermo, quæ à priscis medicis quidem nigræ vocantur, bilis vero nigra exquisite non sunt. Nam acre, & corrodens, & acidum non habent: ac, quod multo plus est, in terram effusæ ipsam non fermentant: verum sunt, vt quis eius describens imaginem planè diceret, veluti sanguinis limus, qualis etiam vinis crassioribus iam consistentibus solet subsidere, quem fæcem nominãt. Hæc si diutius moretur in corpore, & neq; per aliquem sensibilem effluxum neq; occultum excernatur, verum trãsmutetur, atq; putrescat, fit bilis nigra exquisite. Antequam vero hæc genita sit, splen trahit eam, quæ est veluti sanguinis fæx, hepar expurgans: quemadmodum in commentarijs de potentijs naturalibus est demonstratum. Abutitur itaq; & hoc melancholico humore ad sui nutritionem splen: &, quam rursus ipsa fecerit, superfluitatem totam expellit ad ventrem, vnà cum alijs superfluitatibus excernendam. Si quando igitur neque splen bene expurgauerit, & ille, qui in hepate continetur sanguis, multum huius limosæ superfluitatis habuerit: accrescet

crescet debilitas visceri ita, vt in seipso continere superfluitates non possit, & tunc illę, quæ nigræ E vocantur, fient deiectiones, de quibus nunc sermo habetur ab ipso. Adiecit aūt suo sermoni/ Veluti sanguis, tale quiddā ostendēs: Qualis fit sanguis denigratus, dū per intestina defertur, tales sunt nigræ deiectiones, Nā extremæ demētiæ fuerit existimare, sanguini secundum naturam se habenti, tales deiectiones assimilari. Fient etenim hæ & rubræ, & nigrę. Atqui impossibile est sanguinē eundē & rubrum, & nigrum esse: Plurimas vero huiuscemodi deiectiones in pestilenti hoc morbo longo conspeximus, quæ non magis in ijs, qui exitio proximi erant, q̄ in alijs saluandis apparebant: non tamen vel in principio, vel incremento morborum conspiciebantur. Tunc enim, quę euacuabantur, erant & flaua & rufa colore colliquamenta: quæ vero mox apparebant, nigra erant, veluti sanguinis fæx: siue ipso superassato habuissent generationē, siue aliquam extraneam putredinem adepto, illis, quæ in ventriculo fiunt, cruditatibus proportionalem, quando ad vitiosos humores corruptio terminauerit. Quare ab initio quidē nunquam ad bonū fiunt huiuscemodi deiectiones, magnam visceris læsionem ostendentes: ad morbos vero in vigore cōsistentes sequuntur sæpius, natura superfluitates expurgāte. Non tamen istud hoc in aphorismo adiecit Hippocrates, quāuis alibi quidem dixerit in vniuersum. ‖ Signa iudicatoria non statim appareant: in sequenti autē aphorismo particulatim, dum inquit: Morbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis vel supra F vel infra exierit, lethale est. Nunquid igitur satis visus est sui animi manifestare sententiā, vtens hoc verbo /venientes/ quod tēporis spatium ostendit, tāquam vel per morbū totū, vel per longū ipsius tempus tales veniant deiectiones? Si enim aliquod vnum tempus ostēdere voluisset: omnino vel quæ post apparuissent, vel quæ venissent, protulisset: non sponte venientes. Hoc enim verbū /venientes/ non aduenisse, sed aduenire significat. Assumpto tamen medicamento, quod vim habet purgādi nigra, talia deijci nihil mirum. Sic itaq; plures deiectionum colores præter naturam, sponte quidem euacuati, multarum, atq; malarum in corpore dispositionum sunt signa: à medicamento autem ducti vim habente plures humorum species euacuare, nihil absurdum significant.

* κάκωσιν al. ἐγκαυσιν i. æstuatione.
2. Epid. sect. 1ª.

22 ‖*Morbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis vel supra vel infra exierit, lethale.*

in Coacis prænot. Febrienti si atra bilis in principio sursum &c.

3ª. de Difficu respirationis 3.73.c
1. de Crisibus 4ª. 127.f

Facta est à nobis & in antecedente aphorismo distinctio inter humorem melancholicum, & nigram bilem, de qua nunc sermo habetur ab ipso. Et causam, ob quam ab initio lethales sint huiusce modi humores, postea vero iudicatorij appareant, in illo aphorismo sufficienter percurrimus: sed & nunc repetemus, quoniam ea, quæ sunt ad artem maxime necessaria, sæpe tractare sit melius. Quando aliquis incipit morbus: si quid excernitur, nihil tunc excernitur naturæ ratione, sed sunt G omnia casus earum, quæ præter naturam sunt in corpore, dispositionum. Quo enim in tempore à causis quidē morbum faciētibus natura grauatur, adest autē cruditas humorum, tunc aliquid bene euacuari est impossibile: siquidem oportet coctionem præire, subsequi vero discretionē, & postea euacuationē, vt bona sit crisis, siue iudicium. Hæc autem nos ipse docuit in primo libro Epidemiorum, ita inquiens ‖ Coctiones, iudicij celeritatē salutis q; securitatē significant: cruda autem & incocta ad malos abscessus conuersa, iudicationis carētiam, vel dolores, vel longitudinem, vel mortes, vel eorundem malorum reditus. Quando igitur post morbi coctionem aliquis humor vitiosus excernitur, tunc corpus à natura expurgatur. Et propter hoc atra bilis, & alius omnis huiuscemodi humor, vbi signa coctionis in morbi processu apparuerint, bonam significat euacuationem. Si vero aliter excernantur sine signis coctionis, exitialis est casus. Quare, cum in morbi principio semper sint signa cruditatis, mala semper erit humorum talium euacuatio.

1. Epid. com. 2. t. 45. 3ª. 112.b

23 *Quibuscunq; ex morbis acutis aut diuturnis, vel ex vulneribus, siue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, siue vti sanguis niger desubter exierit, postridie moriuntur.*

Sermo in hoc aphorismo est potētia talis: Siue atra bilis (de qua antecedēs docuit aphorismus) H siue nigra, quæ sanguini nigro assimilātur, (de quibus prior aphorismus) ijs, qui ad extremam extenuationē venerint, apparuerint, postridie moriuntur. Est enim in talibus natura imbecillis adeo, vt non possint concoquere neq; discernere neq; excernere, quæ ita praua existunt. Propter morbi igitur magnitudinem cum contineri nequeant, effunduntur, & idcirco sunt difficilia. Mortem autem non in posterum afferunt, vt in alijs contingit morbis propter virium imbecillitatem. Ostendit tamen in hoc aphorismo manifeste, quod & in priore, cum dicebat. ‖ Deiectiones nigræ, qualis sanguis: subaudire oportet, niger: vt tale sit plenum: Deiectiones nigræ, qualis sanguis niger. Ostendit aūt & nos bene à nigris deiectionibus bilem nigram separasse. Hæ enim sanguini denigrato similes videntur, differentes in eo, quod fusæ sunt, & nō concretæ, vt illæ. Nigra autem bilis & in eo, quod fusa est absq; concretione, & quia fulgentem habet nigredinem, & pręterea mordax est, sicuti acetum, & terram abradit, atq; fermentat: quorum nihil nigris adest.

supra, Aph. 21.

A. l. 1. f. 2 d. 13. fol. 55.g
de Atra bile. 35.f
5. de Vsu partium 1ª. 14
2. de Natur lib. facult. 301.e
3. de Diffic respir. 3ª.

24 ‖*Difficultas intestinorum, si ab atra bile inceperit, lethalis est.*

Ab illa, quæ à quibusdam pallida, ab alijs bilis flaua nominatur, maxima ex parte incipit intestinorum difficultas, abrasis prius in summa parte propter humorum acrimoniam intestinis, postea vero

A vero excesis adeo, vt exulcerentur. Hanc igitur intestinorum difficultatem sæpe sanauimus. Quæ vero ab atra bile fit, insanabilis est prorsus, cum nihil differat à cancro vlcerato. Cum igitur hic cancer in summa parte consistens, sit aut cum difficultate sanabilis, aut omnino insanabilis, quamuis possit continuo medicinam habere insidentem: rationabile est illum, qui occupat intestina, non solum quia nihil illi continuo adhærere potest, verum etiam quia semper ab alimenti superfluitatibus tangitur, esse penitus insanabilem.

25 *Sanguis quidem supra, qualiscunq; fuerit, malum: infra autem nigra deiecta, bonum est.*

† De nigris deiectionibus sermo habitus ab ipso est in præcedentibus aphorismis: nunc vero de ijs, quæ vel per os, vel per sedem excernuntur, verba facit. Quare in proposito aphorismo quando ipse dicit supra, solã, quæ fit per os, excretionem intelligemus, illa, quæ fit per nares, omissa. Hanc itaq; ait semper esse malam, qualiscunq; fuerit is, qui excernitur sanguis, hoc est, siue spumosus, siue rubeus, siue flauus, siue niger, siue aquosus, siue crassus. Melius enim esse inquit, vt infra exeat, non tamẽ more dirupti sanguinis, sed paulatim fluentis ita, vt sui exitus tarditate denigretur. Ipsum itaque sanguinem confluere omnino ad aliquod intestinum, malum oportet existimare. Melius autem, quando paucus, quàm quando multus veluti diruptus effluxerit. Quare, quod legitur /bonũ/ non tanquam proprie dictum, sed tanquam idem, quod melius, significaret, est accipiendũ: quasi ita diceret: Infra autem melius nigra deijci. Re vera enim hoc eligibilius, quàm per os quocunque modo sanguinem ferri. Hoc siquidem dixerit quispiam, vt eam, quæ videtur in verbis Hippocratis, repugnantiam dissoluat, dicentis nunc bonum esse, vt nigra deijciantur, cum tamen paulo antea ‖ pessimum id esse dixerit. Possumus etiam vocabulum /nigra/ sic accipere, quemadmodum ipse in Epidemijs dixit, de ‖ sanguine ex venis (quas hæmorrhoidas vocant) profluente, tanquam sanante melancholicas passiones. Re vera enim iam factæ melancholiæ maximum est remedium sanguinis ex his venis profluuium: quam etiam, si futura sit, prohibet. Sic itaq; nobis intelligentibus, sermo talis erit: Sanguis supra, qualiscunque fuerit, malum: infra vero per hæmorrhoidas, bonum, quando nigra euacuantur: hoc est quando hominis natura multum talem accumulauerit sanguinem. Aliter autem non est assuefaciendum ei, quæ fit per hęmorrhoidas euacuationi, vt quę periculosam habeat vtranque immoderantiam, siue supra modum sanguis excernatur, siue ex toto supprimatur.

† Ex.cod. græcis manuscriptis, & ĩpressis ita vertẽdum. In præcedentib. aphorismis sermo ipsi habitus est de ijs, q̃ p os & sedẽ excernuntur. quare in proposito ẽt aphorismo, quãdo &c. & ita ẽt Burgundio.

supra Aph. 21. 6. Epid cõ. 3. t. 37. 3ª. 178. d

26 *A difficultate intestinorum habito, si veluti carunculæ exeant, lethale est.*

In difficultatibus intestinorum, cum adhuc constituuntur, quædam corpora pinguia excernuntur: post hæc autem, nisi finiri anticipauerint, quædam ramenta intestinorum, ablata ipsorum superficie interiore, quæ membranosa existit & densa, illi, quæ cutem exterius contegit, epidermitidi i. cuticulæ appellatæ, proportionalis. Post hæc autem aliquid ex ipsa abraditur substantia intestinorum: in quo tempore non adhuc fieri difficultatem intestinorum, sed iam factam, atque completam dicimus esse. Quando igitur partes adeo magnæ intestinorum excernuntur in difficultate intestinorum, vt possimus eas carnes nominare: lethalem ait esse morbum, cum neq; caro concrescere, neq; cicatrix obduci in tali possit exulceratione.

27 ‖ *Quibus, in febribus sanguinis fluxerit multitudo quacunq; ex parte: cum reficiuntur, alui ijs humectantur.*

3: Difficult. [illegible] 3ª. 73. e [illegible] Pror. com. 3 4ª. 4ª. 185. e

in Coacis prænot. Quib. in febrib. sanguis abunde, &c. & in ijsdem, Magis sunt in principijs sangui-nis &c.

Calore natiuo debilitato ex profluuio sanguinis, neq; cibi bene concoqui, neq; in sanguinem transmutari, multo q; etiam magis neq; distribui possunt per corpus: propter q; hæc omnia, aluos fieri humidiores par est, donec processu temporis vires suas natura recuperauerit.

28 ‖ *Quibus biliosæ deiectiones, superueniente surditate cessant: &, quibus surditas, superuenientibus biliosis deiectionibus cessat.*

1 e Locis affe ć 4ª. 4. a 4 Apho. 2. 21

in ijsdẽ, Biliosas egestiones surditas se-dat, &c.

Non de habituali difficulter solubili surditate nunc illi sermo est, sed de ea, quæ repente in febribus, vel aliter fit, recurrente ad cerebrum bile. Ipsa siquidem, cum meatus auditorios occupauerit, efficit surditatẽ. Cum vero hinc ipsam natura expellente, ad excretionẽ peruenerit, soluit surditatẽ.

in ijsdem, Quibus sexta die non longe a principio.

29 ‖ *Quibus in febribus sexto die rigores fiunt, difficile iudicium sequitur.*

d Tremore, [illegible] &c. 3ª. 51

Quicunq; ad febres, & præcipue ardentes, rigores superueniunt: iudicium habere solent bonũ atq; perfectum, vbi in die iudicatoria fiunt, & cum signis coctionis: non bonum autem neq; perfectum, quando vel diei, vel coctionis signa fuerint imperfecta. Quòd igitur cõcocta esse oporteat, quæ bene iudicari debeant, in primo libro docuit Epidemiorum per ea verba, quæ paulo antea diximus: quorum initium. ‖ Coctiones celeritatẽ iudicij, salutis q; securitatem significãt. Quòd autẽ neq; in oĩbus diebus: & in ‖ Prognostico scripsit, & in hoc ipso ‖ aphorismorũ libro, & præterea in ‖ primo Epidemiorum. Collecta aũt sunt à nobis hæc omnia, opportune q; exposita: quæcunque qdẽ de diebus iudicatorijs ab eo scripta sunt, in tractatu de diebus iudicatorijs inscripto: quæcunq; vero de

1. Epi. cõ. 2. t. 45. 4ª. 112. b in Progn. com. 3. t. 3. & 5. 4ª. 207. b. c 2ª. Apho. 24. 15. g. Vide etiã infra Aph. 36. 1ª. Epid. cõ. 3. t. 14. 3ª. 120. e

vero de signis coctionis, in altero de iudicijs. Dictum aût & in ipsis est de eo, quod fit in die sexta iudicio: de quo nunc etiam faciens mentionem, ait eos, qui in hoc die fiunt rigores, difficile habere iudicium, hoc est vel malum afferre iudicium, ac si male iudicantes dixisset: vel non firmiter, immo in quibus facile foret fieri recidiuam: vel in longum tempus extensos, ac si difficulter solubiles dixisset. Cum casibus vero quandoq; difficilibus sextæ diei iudicium fit: de quibus omnibus integre scripsimus in ijs, quas nuper nominauimus, tractationibus. Hęc igitur in hunc modum fieri etiam ipsa experientia testatur: ipsorum autem causas longum esset in præsentia exponere. De diebus enim iudicantibus, tertio diximus libro de iudicatorijs diebus: de rigore autem in opere ad id seorsum dedicato. E

30 || *Quibuscunq; accessiones fiunt: quacunq; hora febris dimiserit, si eadē cras occupauerit, iudicium habent difficile.*

Supponatur quispiam prima die cœpisse febricitare hora tertia, & quieuisse quauis alia hora: deinde die secundo eadem hora tertia cœpisse, mox cessasse febrem quacunq; hora: & tertio rursus die hora tertia cœpisse, mox rursus quouis tempore finita febre: cœpisse iterum quarto die eadem hora tertia: & ita deinceps seruari quidem semper horam tertiam, in qua accessio suum facit initium, non seruari autem alias, in quibus finitur: hunc, qui tali laboret morbo, necesse est temporibus longioribus ægrotare ijs, qui habent horam initij accessionis inordinatam. Hoc quidem nos ab experientia comprobatum, dictum fuisse arbitramur. Sūt vero quidam, qui tale aiunt esse, quod dicitur: Si primo die accessionem ægrotus habuerit, exempli gratia, hora tertia: & (si ita contigerit) hora duodecima febris desierit: rursus die secundo hora duodecima cœperit febricitare: morbum aiunt difficile iudicium habiturum, nullam apponentes rationem: sed neq; id ab experientia comprobari, ostendere potentes. Non tamen, difficile habens iudicium, aliter possumus interpretari, quam difficulter solubile: vt tale sit, quod ab Hippocrate dicitur: Siue quotidie, siue tertio, siue quarto quoq; die ægrotus habeat accessionem eadem hora: difficulter solubilis est is morbus, siue multas, siue paucas accessio occupet horas. Hoc igitur (vt dixi) experientia comprobatur. Eius vero causam talem esse opinādum est: causam accessionum, vbi non fuerit fixa, ac stabilita, non seruare eundem terminum, aut circuitum: vbi vero firmata fuerit, seruare: atq; ideo difficulter solubilis est causa, quæ fixa, ac stabilita sit: facile vero solubilis, quæ talis non est. Nam, quæ firmata sunt, magnam vim, vt quispiam diceret, demolientem exposcunt, quæ longo tempore, & per fortiora, ac plura auxilia comparatur. F

31 || *Lassitudinem habentibus in febribus: in articulos, & circa maxillas potissimum abscessus fiunt.* G

in lib. de Humoribus, In febribus ad articulos &c. ante medium.

Dictum & prius est, q; lassitudinum non nullæ quidem ex multis accidunt motibus, quæ simpliciter, & proprie lassitudines nominantur. Quidam vero neq; multis, neq; vehementibus acti motibus, lassitudines pati consueuerunt. Tales itaq; lassitudines, non lassitudines simpliciter, sed spontaneas lassitudines nominare cōsueuerunt. Ambarum autem ipsarum communis est locus perpessus: hic vero est totum genus in corpore musculosum. Quæ vero ex motibus pluribus lassitudines accidunt, ipsis adest proprium peculiare, caliditas articulorum: quare in his nihil mirum ad articulos abscessus decumbere, vt qui vnà cum musculis laborauerint, atq; vltra modum concaluerint. Spontaneis autē lassitudinibus, vna sola ratione euenit, vt fluxiones decumbant ad articulos (sicuti & omnibus alijs ferè morbis, qui per abscessus indicātur) cum latiora ipsorum spatia prompte se habeant ad superfluitates suscipiendas. Rariores igitur in illis abscessus sunt, in lassitudinarijs plures, & præcipue cum lassitudines spontaneæ fuerint, & ex ijs maxime quæcunque ob multitudinem fiunt. Erit igitur in aphorismo sermonis hæc summa. Iis, qui quomodocunque in febribus lassitudinem habent: ad articulos, & circa maxillas præcipue abscessus fiunt. Hoc vero contingit propter eam, quæ est in febribus, caliditatem, relata multitudine ad caput, mox inde suscipientibus illis, qui circa maxillas adenes existunt, sicuti qui circa inguina & alas sunt, quando ad illas partes multitudo peruenerit. H

32 || *Quibuscunq; resurgentibus ex morbis, si quid laborauerit, hic fiunt abscessus.*

in eodem, Quibus vero ex morbis se erigentibus, &c.

Si quidē πόνος i. labor & vehementem significat motum, & dolorem, & læsionem, sicuti prius dictum est: liquet, q; & πονεῖν, hoc est laborare, pluri vti motu significabit, & aliquem habere vel dolorem, vel læsionem. In non nullis igitur, qui ex morbo conualescunt, apparet, quādo humores morbum facientes non satis fuerint expurgati, sed quasdam reliquerint superfluitates: cum laborantem siue dolentem partem quampiam habuerint, illuc morbum decumbere: cum labor quidem habeat causæ rationem, dolor vero signi. Nam in vehementioribus motibus & vires fiūt imbecilliores, & caliditas maior accenditur: dolorq; iam fluxione decumbente perficitur. Hoc igitur, vt diximus, est signum abscessus, qui fit. Caliditas, autem atq; imbecillitas ad locum affectum prouehit superfluitates. Vtroq; igitur (vt diximus) modo accipere possumus verbum /laborare/: toti tamen sermoni, qui nunc ab Hippocrate profertur, alterum magis conuenit significatum: siquidem antea de lassitudinarijs febribus locutus, deinceps autem rursus, inquit, Sed, & siquid antea laborauerit.

A laborauerit. Videtur enim prior aphorismus, cuius initium, Lassitudinem habentibus in febribus, de lassitudinibus, quæ in morbis fiunt, habuisse sermonem: in eo autem, qui nunc proponitur, de ijs, quæ fiunt in conualescentibus: in sequente vero, de illis, quæ morbum antecedunt.

33 ‖ *Sed & si ante morbum aliqua parte laborauerit, hic morbus firmatur.*

in lib. de Humori. Sed & si quid doluerit, &c. autem medium.

Siue quis velit cōnectere duobus prioribus sermonibus illum, qui nunc dicitur, ad vnius aphorismi integritatem, siue seorsum vnumquenq; scribere, nihil refert: nam & communitas eorum ostensa est, & singulorum proprietas in sermone prædicto. Dicetur autem & nūc à nobis denuo breuibus. Quando in morbo sensus aliquis lassitudinis fuerit, expectare oportet abscessum aliquē ad articulos fore, præsertim iuxta maxillas: simili modo, siquis ex morbo conualescens, parte aliqua corporis laborauerit, vel ante quàm ægrotaret. Nam plurimum solet ad talia decumbere, in illis videlicet morbis, in quibus speratur abscessus futurus, neque morbus per excretionem antea iudicandus. Dicta sunt autem quædam & in præcedentibus de talium morborum dignotione, sed sermo vniuersus in commentarijs de Crisibus est explanatus.

34 B ‖ *Si à febre habito, tumore non existente in faucibus, strangulatio repente superuenerit, lethale.*

in Coacis prænot. In febrib. de repente suffocari &c.

7. Aph. 59. 55 ... Aph. 35.

Licet & simpliciter accipere initium aphorismi, in quo ait. Si à febre habito: tanquam ita dixisset. Si homini febricitanti, tumore non existente. Licet & cum maiori aliqua significatione: quemadmodum solet in Epidemijs scribere, non simpliciter quouis modo febricitantem ostendens, cum dicit, Febris ipsum habebat: sed de eo, cui magna insit febris, ita loquens. Cōtingit itaq; & sine magna febre, strangulatione repēte superueniēte, hoīem interire: ineuitabilior autē, et citior est mors, adeo vt neq; ex inopinato vnquā homo saluetur, cū vehemens febris detinet ęgrotantē. Indiget.n. huiuscemodi febris (vt in sermonibus de difficili anhelitu fuit à nobis ostensum) inspiratione abundanti: fit vero nedum abundans, verū omnino pauca, ijs, qui strangulātur. Neq; enim aliud est strāgulatio, nisi interitus subitus propter defectum inspirationis: qui fit ex angustia alicuius instrumēti ex ijs, quæ obseruiunt respirationi. † Nam talis angustia ipsorum seorsum in eo genere est, quod anhelitus carentia noīatur: quæ & ipsa fit vel propter imbecillitatē potentiæ illius, q̄ mouet thoracē, vel propter vehementē frigiditatē vitalis principij. Strāgulatio vero oīno fit ex angustia: angustia aūt, vel repleta intermedia regione, quæ inter thoracē est, atq; pulmonē, aut pulmonis cauernis, vel aliqua inflāmatione totū occupante viscus, vel asperam arteriā, vel eā partē, quæ est veluti caput C eius, quā nomināt larynga i. guttur: quæ etiam inflammatio fieri aliquando solet in præiacēte spatio, quod pharynga i. fauces appellāt. Nam & Homerus ita nominauit inquiens. Per fauces aūt vinum impellebatur: spatium illud laxius, quod gulam, & guttur præiacet, nominans fauces. Videtur aūt & nunc Hippocrates hanc eandē partem eodē modo, quo etiā Homerus, nominasse. Dicit igitur: Tumore nō existente in faucibus: tanquā possibile sit ore multū adaperto partē ipsam diligentius inspicere: quod in gutture fieri nequit. Fiet igitur sermo vniuersus huiusmodi: Si à febre habito strangulatio repente superuenerit citra tumorē fauces occupantē, lethale est. Prisci etenim per inflationē (gręce œdema,) & tumorē idē intelligebāt. Neq; nos latet triplicē esse tumorū differentiā: vel enim sunt cum dolore, quos iuniores inflammationes nominant: vel absq; dolore, & duri, quos Græci scirrhos vocant: vel sine dolore & molles, quos ijdem Græci œdemata, id est inflationes, peculiariter appellant: & propterea ab antiquo vsu recesserunt, vt qui nō omnia præter naturā incremēta sub vocabulo inflationis cōplectantur. Cum igitur fauces sine tumore apparuerint, strangulatio autem repente superuenerit, solius gutturis est huiuscemodi passio. Strangulantur (vt dixi) & propter morbos alios, quos paulo antea dixi. Repente autem strangulari, soli gutturi inest. Peripneumonia enim, non repente strangulat ægrotantes, verum paulatim ab initio in-D crementum suscipiens vsq; ad propriam consistentiam, in qua talem casum affert. Et, si quod tuberculum, & abscessus in pulmone fit, hæc quoq; passio diuturna est: sicuti & spatium inter pulmonē, atq; thoracem pure repletum, sæpius hominē strangulat, abscessu in ipsum dirupto, qui scilicet & ipse in longo tempore fuit constitutus. Nam asperæ arteriæ inflammatio difficultatē spirandi quidem aliquam efficere potest, strangulationem vero non potest, propter magnitudinem meatus in ipsa latioris, & tunicæ tenuitatē. Impossibile siquidem est corporis adeo tenuis inflammationem, spatium effatu dignum replere. Reliquum igitur est guttur, quod subitam possit facere strangulationē, q̄m ab ipso angustatur pulmonis meatus. Musculi quoq; eius interiores vnà cum ambiente tunica inflammationē patientes, viam spiritus valent intercludere. Nominant aūt medici quidē talem dispositionem non per, s, synanchen, sed per, c, cynanchen: quibus placet faucium inflammationem per, s, synanchen nominare. Non nulli vero et parasynanchen, & paracynāchen noīant: parasynanchen, quando adiacentium faucibus musculorum inflammatio fuerit: paracynanchen aūt, quando extra guttur. Ex ijs igitur, quæ dicta sunt, rationabile est talē dispositionē gutturi aliquem inferre dolorē: et videtur Hippocrates eius manifeste meminisse in libro prorrhetico, hisce verbis: ‖ Fauces dolentes, tenues cum quadā difficultate strangulantes, velociter exitium afferentes. Nunc vero dolentes non dixit, siue quia ex ijs, quæ dixerat antea, poterat subintelligi: siue quia etiam absq;

† Codex græcus Leoniceni habebat. ἡ γὰρ τοιαύτη στενοχωρία αὐτῶν χωρὶς ἐν τῷ τῆς ἀπνοίας ἐστὶ γένει. Laurentianus ex impressis vertit. non.n. fieri angustia sine spiritalibus opificijs potest.

1. Prorrhet. cō. 2. t. 54. 4ᵃ. 1... h & in Coacis prænot. i... ferè verbis.

absq; dolore aliquando dictam putauit in præcedente sermone fieri posse strangulationem. Et, si E omnino potest esse sine dolore strangulatio: ex talibus causis erit. Possibile est multitudo humiditatis pituitosæ præsertim, madefaciente tunicam gutturis interiorem, fieri absque dolore tumorē. Possibile est etiam aperientibus ipsum musculis, crassioribus factis, meatum reddi angustiorem: contingit & vtrunq; coniungi. Illud q; impossibile non est, vt propter superfluam siccitatem musculorum gutturis intrinsecorum supra modum extenti, meatum reddant angustiorem. Qui vero sint hi musculi, & quo modo claudant guttur, ostensum est in tractatu, qui de voce inscribitur.

35 — in Coacis præ not. Collū conuertere nō posse &c.

‖ *Si à febre habito collum † peruertitur, & vix potest deuorare, sine vllo tumore, lethale est.*

[margin: 5ª. Aph. 31. c 7ª. Aph. 59. 59. c]

Non amplius adiecit hic locum, in quo inquit, Tumore non existente: sicuti in præcedēti aphorismo faucium meminit inquiens, ‖ Tumore non existente in faucibus. Nos vero dicemus alterum duorum vel ex communi subaudiendum esse in faucibus, vel in omnibus colli locis. Cum enim in nullo horum apparuerit, neq; ore aperto in faucibus, neq; extrinsecus tumor, hominem vero cōtigerit non posse deuorare, casus est exitialis: qui fit ex inflammatione aliquando musculorum, qui gulæ præiacent, aliquando gulæ ipsius. Est enim quædam societas partibus his per neruos, ac ligamenta & ad spinalem medullam, & ipsam ambientes membranas, ac præterea ossa vertebrarum, F quæ his extrinsecus adiacent. Extentis itaq; ad partes inflammatas & ligamentis, & neruis, trahi vertebras vel intra, vel ad latus est necessarium: si in altera nerui propagine fieri tentionem contigerit, ad latus: si in ambabus, intra. Plenius autem de istis dicemus, librum de articulis exponentes, in quo ‖ ait fieri spinæ euersiones, tuberculis crudis intra ipsam constitutis. Igitur in libro illo & gibbos fieri dixit tentis intra vertebrarum partibus, nō solum recuruationes, & obliquationes. In secundo siquidem libro Epidemiorum, de proposita nunc in aphorismo angina verba faciens, inquit: ‖ Erant autem anginam patientium tales affectus: colli vertebræ intro vergebant, & extra apparebat collum habere cauitatem, & hoc tactum dolebat. In hoc itaq; sermone vnam ostendit vertebræ euersionem ad intra factam: in præsenti vero aphorismo generaliori vtens sermone, inquit: Si collum euertatur. Verbum enim /euerti/ omnem, quæ est ad id, quod præter naturam, euersionem ostendit rectitudinis vertebrarum. In secundo autem libro Epidemiorum sermoni adiecit: Et hoc tactum dolebat. Hic vero nihil de dolore dixit: q̄q̄ necessarium est adesse dolorem vna cum ea, quæ collum obtinet, inflammatione: nisi & hic eam, quæ fit propter siccitatem excedē tem, tentionem, tractum, & euersionem partium tantummodo ostendit: & propter hoc ipsum casum inquit esse exitialem: cum alter, qui prouenit ex inflammatione, non si omnino exitialis, qua G lis erat prior, cui coniuncta erat strangulatio. Neq; enim est æquale periculum, si homo strangule- tur, & vix possit deuorare. Verum, si propter excedentem siccitatem id accidat, & collum euerti, et vix posse deuorare, lethalis est casus, & præcipue cum vehemens est febris: vt verba illa / Si à febre habito / etiam in hunc sensum accipiantur. Ob hanc autem febrem ipsam, etiam immodicam fieri par est in membris siccitatem: & duplicem habebit febris vehemēs ad mortem rationem: & quia, vt signum, erit, quod fiat euersio propter siccitatem, & deuorandi difficultas: & quia ipsa quoque aliquid afferet, tanquam vna quæpiam ex causis perducentibus ad mortem.

[margin: † in multis co. græcis additur ἐξαίφνης i. repente.]

[margin: de Articulis, ... 3. t. 9. 7ª. ... 9. t]

[margin: 2. Epi. sect. 2.]

36 — in li. de Iudicationib. Sudores febricitanti si fiant, &c.

‖ *Sudores febricitanti si inceperint, boni, & tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & vndecimo, & quartodecimo, & septimodecima, & vigesimo, & vigesimoseptimo, & trigesimo quarto. Hi enim sudores iudicant morbos. Qui vero non ita fiunt, laborem significant, & morbi longitudinem, et recidiuam.*

Non sudores tantum, sed alui excrementa effatu digna, & vrinę multæ, & iuxta aurem abscessus, vel aliquem alium articulum, in dictis diebus optime apparēt. Sermo enim in vniuersum est talis: Iudicatoria signa, ac casus, in diebus iudicatorijs incipiant. Ac sermo quidem ita prolatus sufficiebat: verum Hippocrates nunc non de omnibus ipsum fecit iudicatorijs, sed de sudoribus tantum: H & nobis memoriæ subiecit iudicatorios dies, qui sunt intra quadragesimū. Morbi enim istis diuturniores, non admodum solent per sudores iudicari, sicuti neq; omnino per excretiones, sed vel per concoctionem, vel per abscessus. Quod vero non omnis numerus dierum sit ad iudicandum idoneus, experientia manifeste demonstrat: & quispiam admiraretur illos, qui aiunt nullam in illis esse differentiam: melius est enim, ex ijs, quæ apparent manifeste, discere differentiam: causam vero eius, quod fit, per multum ocium considerare: quod nos in tractatu de diebus iudicatorijs egimus: id, quod ad artis refert vtilitatem, in primis duobus commentarijs trāsigentes: causas autem ipsorum tentantes in tertio perquirere. Non parua autem est de diebus scriptis in aphorismo discordia, cum alij alios pro arbitrio scribant. Nos vero illa secuti, quæ ab ipso Hippocrate scripta sunt & in Prognostico, & Epidemijs, & hoc aphorismorum libro, ipsorum fecimus connumerationem. Verba autem, quibus de hisce diebus Hippocrates scripsit, habes omnia in tractatu de iudicatorijs diebus, & de iudicijs collecta. Nunc vero à tertio incipit, qui anticipat quartum in breuioris temporis morbis: & post hunc quintum scripsit vno die quarto tardiorem. Sic enim fere in omnibus exemplaribus inuenies, cum quartus dies in aphorismo nondum esset ascriptus, quamuis hic dies sit primus iudicatorius. Veruntamē ipsum nunc prætermisit vel ipse Hippocrates, vel

[margin: * σύμπτωσιν. vide 2 progn. 65 & 3 prog. 23.]

A tes, vel qui primus librum transcripsit. Si vero omnino Hippocrates illum prætergit, hanc ob causam ipsum existimo istud fecisse, quoniam morbi plurimi peracuti, qui cum sudore iudicantur, tertio & quinto die magis, q̃ quarto, iudicium suscipiunt. Rariores enim sunt, qui die quarto iudicantur: atq; hoc à me fuit inuentum per experientiã, cum ob hoc ipsum valde admodum inquirerẽ, qua de causa dies quartus fuisset ab Hippocrate in aphorismo prætermissus. Hoc aũt videtur accidere, quoniam morbi peracuti primam statim accessionem vehementissimam habent, & reliquas illis proportionales per diem tertium. Didicimus aũt, ꝙ in vehementioribus accessionibus iudicia fiunt, & quòd morbi, qui in diebus imparibus accessionem habent, citius iudicantur: qui vero paribus, tardant. Atq; ideo, si etiam in principio aliquis morbus exacerbatur, hoc magis accidit in diebus imparibus: si tardare debeat, ad dies pares vehementiores accessiones transferuntur. Hæc habeo, quæ dicam de die quarto. In fine autem aphorismi, non nulli trigesimum primum diem, non nulli trigesimumquartum scribunt. Scimus autem hos in dierum iudicantium numero cõtineri: & fortasse trigesimusquartus maiorem vim habet: nõ tamen quadragesimi meminit, fortasse quia hunc principium morborum longorum existimauit, qui non admodum per sudores iudicantur. Nam & trigesimumprimum, & trigesimumquartum, & ante ipsos vigesimumseptimum raro inB ueniemus per sudores iudicare.

37 ‖ *Frigidi sudores, cum acuta quidem febre, mortem: cum mitiori autem, longitudinem morbi significant.*

in lib. de Iudicationib. ijsdẽ verbis. / de Crisib. 4ᵃ. 3. c

Quòd quidem ita fiat, sæpius experientia docet. Causa vero huius exploranda: nam plurimam mihi videtur habere dubitationem, quo modo febre calidissima hominẽ detinente, sudor fiat frigidus. Quòd igitur in alijs partibus corporis sit necessarium esse vehementem caliditatem, ex alijs vero sudores frigidos euacuari, est manifestum. Essent enim calefacti, si ex partibus calidissimis efferentur. Euacuantur autem ex cute sudore, quam frigidam esse contingit: cum tamẽ ea, quæ sunt sub ipsa, comburantur. Nam quibusdam humoribus putrescentibus ostensum est febres acutas fieri. Hi vero putrescunt sæpius quidem in toto corpore, sæpius vero in vasis solis. Cum ergo hæc aliquando duo contigerint, humores, qui sunt in vasis, putrescere, & eam, quæ solida corpora regit, naturam (quæ secundum Hippocratem est calor naturalis) vel extingui omnino, vel proximam esse extinctioni: quæ quidem ex his euacuantur, frigida sentiuntur: eam vero, quæ fit ex putredine, caliditatem nihil prohibet vehementissimam esse, atq; ideo signum est exitiale, ostẽdens in animalis corpore humorum multitudinem superabundare, tantam habentium frigiditatem, vt neq; à C calore natiuo, neq; à febrili calefiant. Tepidis siquidem existentibus febribus contingit saluari hominem, concocta in processu temporis multitudine humorum frigidorum, atq; euicta à natura. Acuta enim febris, causa est, & signum perniciosissimum: causa quidem, quia prompta est ad dissoluendum corpora: signum autem, quoniam humorum multitudinem esse frigidissimam ostendit, vt quæ neq; à calore febrili transmutetur. Febris vero, quæ non est acuta, sed moderata, permittit tempore longiori à natura multitudinem concoqui, cum non anticipet dissoluere hominem: non est autem signum adeo perniciosum, sicuti vehemens febris. Contingit enim in tepida febre, etsi modice frigida multitudo fuerit, incalefactam permanere.

38 *Qua parte corporis sudor est, ibi significat morbum.*

Si per totum animalis corpus morbus extenderetur, ex toto etiã æqualis fieret euacuatio. Fiunt enim sudores vel natura humiditatem superfluam euacuante, (quando & optime iudicium fit) vel quando non continetur in corpore, morbi ratione. Sed, siue hoc, siue illo modo fiãt, membrorum patientium humiditatem euacuant.

39 D ‖ *Et, qua parte corporis calor, aut frigus, ibi morbus.*

in lib. de Iudicationib. Vbi in corpore caliditas, &c.

Qua parte corporis insignis aut caliditas, aut frigiditas fuerit, in ea morbum necessarium est esse: hæc siquidem exijt à temperie naturali, quæ sanitas est.

40 ‖ *Et, vbi in toto corpore mutationes, & si corpus refrigeretur, vel rursus calefiat, vel color alter ex altero fiat: longitudinem morbi significat.*

in eodem, & 7ᵃ. Apho. 60. 59. c

Dispositiones variæ diuturniores semper sunt, quàm quæ sunt vniusmodi: cum non possit natura in paruo tempore multas consistere dispositiones.

41 *Sudor "multus ex somno factus absq; causa manifesta, corpus vti pluri cibo significat: si vero cibum non accipienti hoc accidat: scire oportet, quòd euacuatione corpus indiget.*

.1. t 4. c. 20. 80. f

Non nulli ita scribunt aphorismum: Sudor multus ex somno factus sine causa manifesta. Alij sine aliqua alia causa. Verum hæc, etiamsi non adijciantur, millies in mille sermonibus ab ipso prætermissa intelliguntur: quia, etiamsi non dicantur, tamẽ subaudiũtur à nobis: vt qui semel ab ipso didicerimus, quòd, qui à causa extrinseca, non ex dispositione corporis casus proueniunt, nullam faciunt certam præcognitionem. Hoc itaq; semper oportet meminisse. Quod vero in præsenti

aphorismo docetur,in verbo /multus/ adiecto,maxime consistit. Si enim sudor multus non esset, E posset & propter virium imbecillitatem,& corporis raritatem accidere. Ipsius vero multitudo, altera duarum causarum fit,vel propter ciborum,qui sunt recenter assumpti,immoderantiam,vel illorũ,qui antea. Quòd si propter recenter assumptos, prohibere oportet,ne plures assumant: quòd si propter prius assumptos,euacuare.

42 || *Sudor multus calidus. vel frigidus semper fluens,frigidus* [a] ** magis,calidus* [b] ** minus significat morbum.*

7ª. Aphor. 6 59. f

Lege quæ scripta sunt 1. de Morbis, vbi de sudoris causa.

A* Al. maiorem.

B* Al. minorem.

De sudoribus,qui in diebus iudicatorijs fiunt,dictũ est prius: de ijs vero, qui in toto morbi tpe apparent sine iudicatione,in hoc ostendit aphorismo: difficiliores quidem inquiens esse frigidos sudores,minus vero his malos,calidos esse. Indicant siquidem vtrique multitudinem adesse,sed alteri frigidam,qui & peiores sunt: alteri calidam,qui & minus illis sunt exitiales.

43 || *Febres quæcunq; non intermittentes tertia die fortiores fiunt,magis periculosæ : quocunq; autem modo intermiserint,periculum abesse significatur.*

de Morborũ temporib. 86 d

in 1. Epid cõ t. 5 3ª. 119. c in 6. Epi. cõ t. 23. 3ª. 164. 4ª. Aph. 57 33. f 7ª. Apho. 61 59. g

in Coacis prænot. Febres continuæ per tertiam &c. & Quib. febris aliquando,&c.

Quòd Hippocrates per verbum /intermittere/ accessiones intelligat,quæ in quietem febre vacantem desinunt,manifestum fecit in hoc aphorismo,febres illas,quæ per tertiam accenduntur, si F quouis modo quieuerint,inquiens esse absq; periculo. Solæ enim illæ,quæ in quietem febre vacantem desinunt, periculo carent,etiam si vehementissimam,& satis longam habuerint accessionem. Si enim adeo breuis fuerit,vt in tertianis exquisitis, minori duodenis horis tẽpore circumscripta, non modo sine periculo talis est febris,sed etiam cito iudicatur : si vero longius, quàm duodecim horarum,tempus occupet,&,si ita contingat, ad decem & octo horas prorogetur: est quidem & hæc citra periculum,sed tanto longior,quanto & eius accessio maior extiterit,quam tertianæ exquisitæ. Non absq; ratione autem eas,quæ in quietem febre vacantem desinunt,esse absq; periculo inquit: † vt quę non ex inflammatione aliqua, neq; ex maligna humorum putredine fiant. Neutra enim harum ad quietem peruenit,febre vacantem. Quocunq; autem modo intermiserint, periculum abesse significatur,hoc est siue vehemens,siue longa fuerit accessio.

Vide. Libro 1. Epid. sect. tertia com. 5. pag. 119. b

44 || *Quibus febres longæ,ijs tubercula, vel labores in articulis fiunt.*

7ª. Apho. 6 59. g

in Coacis prænot. In febrib. longis aut tubercula &c.

Non semper hoc,sicuti nec quicquam aliud huiuscemodi,sed magna ex parte videlicet, contingere videtur. Causa autem est manifesta. Nam propter multitudinem,vel crassitudinem,vel frigiditatem,vel visciditatem humorum efficientium febres, in longum tempus morbi extenduntur, G cum longum exigant tempus ad coctionem. Par igitur est & tubercula ab eis fieri, & ad articulos superfluitatem decumbere. Siue autem per labores dolores intellexerimus, siue læsionem: vterq; intellectus habet rationem. Vtrunq; enim horum ad abscéssus sequitur.

* ἀποσκήμματα.

45 || *Quibus tubercula ad articulos vel labores ex febribus longis fiunt, ij pluribus vtuntur cibis.*

7ª Apho. 6 59 g

De conualescentibus docet. His enim repletis rationabile est plethoricos casus aduenire,& maxime ob virium imbecillitatem.

46 || *Si rigor incidat febre non deficiente, ægro iam debili, lethale est.*

2. de Symptomatum causis 3ª. 23. c de Trem. palpit. &c. 55. a

in Coacis prænotionib. Rigor continenter vexans &c.

* σφαλερά.

Non idem est,siquis dixerit,si inciderit,& si incidat. Verbum enim /inciderit/ vnum significat rigoris insultum,/incidat/vero plures. Semel igitur rigore incidente,nondum liquet,an perniciosa,an optima iudicatio sit secutura. Potest enim & propter virium imbecillitatẽ casus esse lethalis: potest & iudicatio periculosa,bonum tamen habere finem. Sępius vero fieri rigorem febre nõ deficiente, & alioqui bonum non est: in virium autem factus imbecillitate, perniciosus. Nam, si qua euacuatio rigorem subsequatur,quæ nullam facit intermissionem: propter vtrunque homi- H nem dissolui verisimile est, & quia vis imbecillis ferre non potest rigoris agitationem,& quia ab euacuatione dissoluitur. Si vero solus accidat rigor,nulla euacuatione subsequente,vtroque modo casus caret bonitate. Nam & vt mala causa, vim corporis tanget: & malum signum erit vltimam illius indicans imbecillitatem,quæ solita sit noxios humores in rigoribus euacuare: nunc autem id efficere non possit.

47 || *Excreationes in febribus nõ intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fœtidæ, & biliosæ, oẽs malæ. Et si bene exeunt, siue per alui excretionem, siue per vrinas, bonæ. Si vero non aliquid eorum, quæ iuuant, per hæc loca excernitur, malum.*

7ª. Apho. 60. e

Forte conueniens fuerat doctrinæ aphoristicæ, dici compendiosius, omnes prauas excretiones,cum bene exeunt,ad bonum terminari : Hippocrates vero non ita locutus est, sed primum quidem trium generum excretionum meminit, eius, quæ per os fit,eius,quæ per aluum inferiorem,& tertiæ,quæ per vrinas: deinde illius,quæ fit per os,magis particulatim. Non enim simpliciter dixit prauas excretiones bene exeuntes,bonas esse, sed speciatim ipsarum meminit, inquiens : Liuidæ, cruentæ, fœtidæ,& biliosæ. Vna autem communis est in hisce omnibus ratio : Malæ vacuationes sunt prauarum signa dispositionum: prodeunt q; sepius eodem modo,quo in vlceribus

putridis

A putridis, à quibus ichores, hoc est liquores saniosi, defluunt, nihil dispositioni conferentes: non nunquam vero ita sicuti pus, ex abscessu dirupto bene expurgans partem patientem. Indicia vero, quod bene excernatur, maxima quidem sunt & coctio, & bona tolerantia, cum ipsis vero & morbi species, & post ipsam tempus anni, regio, ætas, natura ægrotantis. Quod autem est in fine aphorismi, duobus modis scriptum inuenitur. In quibusdam, vt supra, scriptum est, Si vero non aliquid eorũ, quæ iuuãt, excernatur. In quibusdam vero sine particula /non/ hoc modo, Si vero aliquid eorum, quæ iuuant, excernatur. Et erit secundum primam scripturam sermo talis, Si quid eorum, quæ non iuuant excreta, videtur euacuatum: non est bonum. Secundum vero secundam scripturam, Si quid eorum, quæ iuuant, & sunt animali conuenientia, excernatur, non est bonum. Melior autem est scriptura prior.

48 ‖ *In febribus non intermittentibus, si partes exteriores frigidæ, interiores vruntur, & sitim habeat, lethale est.*

in Coacis pno. In morbo acuto externas partes refrigerari, internas aũt ardere, & sitire, malum.

in Pror. cõ. 1. t. 4ª. 164. a 7 Aphori. 68. 6 f

Dignum animaduersione est, nunquid huiuscemodi casus possint in febre fieri intermittente. Ego enim neque vidi, neque animo capio. Videntur siquidem solis accidere in febribus, quæ causones ab incendio nominãtur, perniciosis, vel si aliter libeat appellare malignissimis, veluti lipyrijs. B Nulla vero febris alia profundas partes vrit cute refrigerata. Neque enim mitior causon, neque tertiana: quæ duæ febres præ cæteris sunt calidissimæ. Videtur itaque non distinctionis gratia in aphorismo adiecisse /In febribus non intermittentibus/ sed similem protulisse sermonem illi, quo dicitur, ‖ Vertebræ autem, quæ in spina sunt: non quasi in aliqua alia corporis parte sint vertebræ, sed veluti si ita diceretur: Vertebræ, quibus hoc inest, vt in spina sint: ita & nunc sermonem Hippocratis accipiemus: Si profundæ partes vrantur, cute refrigerata, lethale est: fit autẽ hoc in non nullis febribus non intermittentibus. Causa vero huius talis existit: Quando aliqua fortis inflammatio in corporis parte profundiori, vel erysipelas euenerit: totus ex toto corpore sanguis ad locum trahitur patientem, atque adeo vruntur profunda, cutis autem refrigeratur, vt fit in principijs accessionum.

de Articulis, cõ. 3. t. 1. 7ª. 268. e

49 ‖ *In febre non intermittente, si labrum, vel palpebra, vel supercilium, vel oculus, vel nasus peruertatur, vel non videat, vel non audiat: iam debili existente corpore: quicquid horum euenerit, mors proxima est.*

in Coacis pno. Si debiliter iã affecti non videant, &c.

in Epi cõ. 1. t. 3ª. 129. b 7 Aphori. 69. 6

Partium fiunt peruersiones, dum tenduntur, atque contrahuntur ij, qui ad eas nerui pertingunt. Quod autem extendantur, accidit propter inflammationes, duros tumores, siccitates, & frigiditates immodicas. C Hæc autem grauia sunt, quando prope neruorum originem fuerint constituta. Quare, cum febris continua fuerit, & æger debilis: non absque ratione mortem esse vicinam est existimandum: multo autem magis, quando vel non audit aliquis, vel nõ videt, propter virtutis sensibilis debilitatem.

50 *Vbi in febre non intermittente difficultas spirandi, & delirium acciderit, lethale.*

Fit non nunquam ex eadem causa horum vtrunque, & difficultas spirandi, & delirium, patiente cerebro: & tunc apparet ‖ spiritus (vt ipse in Prognosticis inquit) magnus ex multo interuallo, hoc est, magnus, & rarus. Contingit & propter aliquam earum partium, quæ respirationi obseruiunt, passionem, spirandi difficultas. Nam & morbus lateralis, & pulmonis inflammationes, & reliquæ thoracis, atque pulmonis passiones, spirandi faciunt difficultatem. Hæc autem omnia periculosa sunt, febre præsertim continua adiuncta: nam semper cum tali fieri consueuerunt. Quare & hic verba illa /Cum febre non intermittente/ eadem videntur ratione esse dicta, qua etiam in aphorismo antecedente.

in Prog. cõ. 1. t. 24. 4ª. 194. h

51 D *In febribus, abscessus, qui ad primas iudicationes non soluuntur, longitudinem morbi significant.*

Sermo ita clarus est, vt forte Hippocrate non indiguerit. Liquet enim, quod eo ipso, quod ad primas iudicationes non soluuntur huiuscemodi passiones, sint diu duraturæ.

52 ‖ *Quicunque in febribus, vel in alijs morbis ex voluntate illachrymant, nihil absurdum: qui vero non ex voluntate, absurdius.*

4. Epid. Qui quidẽ volentes, nõ longe... 6. Epid. cõ. 1. t. 21. 3ª. 158. b

in Epid. cõ. 1. t. 3ª. 158. b. c

Dictum quidem & in Prognostico, ‖ lachrymari non esse bonum signum, quãdo videlicet oculus ipse nullum affectum habet proprium, atque præcipuum, veluti lippitudinem, vel in palpebris asperitatem, vel tale aliquid. Nam debilitas quædam ostenditur potentiæ contentiuæ, quando, etiamsi talia non adsint, illachrymant. Non recte autem scriptum fuit /absurdius/ comparatiue: melius enim fuerat absolute, absurdum dicere: & mihi videtur hic error culpa magis primi librarij, quàm ipsius Hipprocratis, contigisse.

in Prog. cõ. 1. t. 10. 4ª. 192. e

53 *Quibus circa dentes in febribus quidam lentores nascuntur, ijs fortes fiunt febres.*

Neque enim nasci possunt huiuscemodi lentores sine caloris multitudine pituitosiorem humiditatem exiccante.

54 ‖ *Quibus plurimum siccæ tusses leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multum siti infestantur.* E in 6. Epid. cō. 2 t. 24. 3ª. 164 g

Siccas tusses illas nominant, in quibus nihil expuitur. Fiunt autem aliquando ob intemperiem instrumentorum, quæ obseruiũt respirationi: aliquando fauciũ asperitate, vel aliquo tenui, & pauco humore destillante. Quicquid horum acciderit, aliquo modo madescunt loca, quæ ad asperam pertinent arteriam, & ideo minus siticulosi fiunt. Nam, si asperitas sola fuerit, propter motum in tussi factum, ex locis vicinis humor aliquis attrahitur: sic autem, & si sola fuerit intemperatura.

2. Epid. sect. 3ª.

55 ‖ *Ex bubonibus febres omnes malæ, præter diarias.* 1. de Differentijs feb. 3ª. 32

Febres diariæ omnes ab ipso vocantur, quæcunq; sui ratione vna die durant. Tales autẽ sunt, & quæ ex bubonibus proueniunt, quando ex causis manifestis consistunt. Alios vero bubonas, qui sine causa manifesta fiunt, verisimile est ex viscerum inflammationibus fieri: atq; ideo febres, quę vna cum ipsis eueniunt, malas esse.

in lib. de Iudicationib. Si febricitãti sudor acceeat, &c. d

56 ‖ *Febricitanti sudor superueniens febre non deficiente, malum: prorogatur enim morbus, & multam significat humiditatem.* F

Supra, aph. 42.

Oportuit hunc aphorismum cum altero paulo antea dicto coniungi, in quo dicit: ‖ Sudor multus, frigidus, vel calidus semper fluens. Ipse vero ostendit, & quo pacto talem sudorem dixerit esse malum, & propter quam causam. Malus itaque existit, quia cum hoc, quod morbum non soluit, ipsum etiam prorogari significat. Causam vero prorogationis, multam ait esse humiditatem: quã cum longiori tempore dissoluat, ac concoquat natura, necessarium est morbum esse longum.

1. de Morbis. Et tetano, ac conuulsione occupãte, &c. Et in lib. d iudicationib. ijsdem verbis. Itẽ in Coacis prænot. Cõuulsiones, & tetanicas distentiones, &c.

57 ‖ *Qui à conuulsione aut distentione neruorum tenetur, febre superueniente liberatur.*

Est quidem & distentio (græce tetanos) neruorum conuulsio, sed non videntur in ipsa partes conuulsæ: quoniã ęqualiter ante, & retro tenduntur: atque ideo præcipuum illi nomen est datum distentio: ita vt omnes conuulsiones sint numero tres, gręcis vocabulis, Opisthotonos, id est tentio ad posteriora: Emprosthotonos, id est tentio ad anteriora: & Tetanos, id est ęqualis tentio, nominatę. Omnes vero conuulsiones secundum ipsum fiunt, vel ex repletione, vel ex euacuatione, partium videlicet neruosarum. Quæcunq; igitur conuulsiones ad febres ardentes sequuntur, has par est fieri ex siccitate: quæcunque vero suopte initio inuadunt, ex repletione habent generationem. His cõuulsionibus febres aduenientes, partim quidem superfluam dissoluunt humiditatem, G partim calfaciunt frigiditatem: quæ duæ sunt medicis remediorum intentiones. Non absq; ratione igitur à febribus lethales sunt conuulsiones, non lethales vero, quæ febres antecedunt.

in lib. d Iudicationib. A febre ardente occupato. &c. Et in Coacis p̃not. Febus ardẽs rigore, &c.

58 ‖ *A febre ardente habito, rigore superueniente, solutio.* 2. de Symp. causis 3ª. 21 d Tremore, pic. &c. 3ª. 5 2. de Crisib. 134. f de Vict. rat morb. acu. 4. t. 12. 7ª. 1

Ostensum enim est in sermone de rigore, etiam ob flauam bilem, quæ per membra sentictia veloci motu defertur, fieri rigorem, post quem videlicet, & alui soluuntur, & sudores, & vomitus biliosi superueniunt. Cum ergo bilis, ex qua febris ardẽs habuit ortum, expurgatur, soluitur febris. Nam febrem ardentem fieri nouimus, quando æstiuo tempore venæ exiccatæ acutos, ac biliosos ad se ichores, attraxerint.

in ijsdem Coacis pręnot. Tertiana exquisita in qnque, &c.

59 ‖ *Tertiana exquisita, septenis circuitibus, quod longissimum est, iudicatur.* de Typis 90 g in 1. Epi. cō. t. 17. 3ª. 12c in 6. Epi. cō. t. 23. 3ª. 16 2. de Crisil. 4ª. 134. c de Natura ma. cō. 2. t. 7ª. clxxxi. a

Tertiana febris, ab ea, quæ ardens nominatur, humore faciente non differt. Vtraq; enim à flaua bile fit. Differunt autem, quoniam febris ardens in venis vnà cum sanguine flauam bilem redundantem, & ebullientem habet: tertiana vero in toto delatam, ac motam. Exquisita igitur tertiana erit, quę sui ipsius naturam puram, sinceram q; seruat. Seruat autem, vbi flauam bilem habet H (vt dixi) redundantem, & motã, & pręterea tempus ęstiuum, & locum tempori similem, calidum videlicet, ac siccum, & hoĩs ætatem, & tẽperaturam similem. Statim aũt in tali tertiana accessio fiet cum rigore: & solutio eius cum sudore, vel per vomitum, aut aluum inferiorẽ flaua bile euacuata, vel omnibus istis pariter factis. Erit & huic tertianæ tempus accessionis minus multo, q̃ quietis. Duobus siquidem diebus, & totidem noctibus toto eius perfecto circuitu, exquisitam tertianam nunq; inuenies extra duodecim horas suã accessionem protendere. Talem igitur ait Hippocrates in septem circuitibus, quod longissimum sit, iudicari. Quod enim in continuis vna dies potest, hoc in intermittentibus accessio. Ad istarum igitur connumerationem, earum fiũt iudicationes. Hoc ipse in Prognostico innuit, vbi de quartana loquitur, ita inquiens: ‖ Fit aũt & quartanarum » consistentia ex ordine tali. Est q; à nobis obseruatum, tum in quartanis, tum in tertianis, fieri iu- » dicationem ad numerum circuituum, non dierum. Statim itaq; in tertiana febre ab initio septima accessio in tertium, & decimum incidit diem, & sæpius in ipso morbus iudicatur, non expectato quartodecimo. Sicuti igitur in morbis cõtinuis acutorum quidem morborum terminus est quartusdecimus, peracutorum vero septimus: sic in intermittentibus, breuissimi temporis tertiana febris terminum habet circuitum septimum. Rursus aũt, sicuti in peracutis, morbus poterat iudica-

in Prog. cō. 3. t. 7. 4ª. 207. f

*Al. longissimi.

ri, & in

A ri & in quinto, & quarto, & in tertio die: sic & in tertiana in eisdem circuitibus fieri solutionem cõtingebat, non expectante natura septimum circuitum. Hippocrates igitur tertianam aliquando cum adiectione exquisitam nominat: aliquando vero simplici appellatione contentus, tertianam tantummodo: sicuti & nunc quoque consuetudo omnium aliorum Græcorum est huiuscemodi res omnes dupliciter nominare.

A in lib. de Iudicatiõib. Quibus in febrib. aures &c. sed ibi adduntur nonnulla. & in Coacis prænot. surditatẽ ex febrib. &c.

60 [a] *Quibus in febribus aures obsurduerunt: sanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata, soluit morbum.*

Dictum est ab ipso & antea [b] surditatem fieri biliosis excremẽtis retentis, & ad caput recurrentibus: & talem solui surditatem, aluo turbata. Dictum est & nunc ab ipso hoc idem, & præterea de profluuio sanguinis è naribus. Etenim & hoc soluit surditatem, eam videlicet, quæ in febribus fit absque vlla propria atque præcipua instrumenti auditus passione. Nihil autem mirum est, si cum euacuantur ac transmutantur noxij humores, morbi cessant.

B supra Aph. 28.

61 [c] *Febricitantem nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet recidiuare.*

C 2. Epi. sec. 3a.

Nescio, vtrum hunc aphorismum Hippocrates scripserit, an fuerit à quopiam ascriptus: siquidem in Prognostico dierum iudicãtium incrementa ac cõpositiones fieri in [d] quaternis edocuit, & in hoc ipso [e] Aphorismorũ libro, atque in Epidemijs etiã, non modo die quartodecimo multos vidit iudicatos, sed & [f] vigesimo, & quadragesimo, & sexagesimo, & octogesimo. Ipsi vero iudicant & vigesimaquarta, & trigesimaquarta, & ab initio protinus quarta. Quo modo igitur ait nũc, quod, nisi in diebus imparibus febris cessauerit, non sit fida iudicatio? Melius est itaque pro imparibus scribere iudicatorijs, vt quibusdam visum est. Multa sanè exemplaria in numero plurali, & imparibus, & diebus, scriptum habent.

D in Progn. cõ. 3. t. 2. & 3. 4 206. h. 207. b

E 2a. Aph. 24. 15. g

F 1. Epid. cõ. 1. t. 36. 3a. 107. b. lege etiam historias ægrotorum 1 & 3 Epi.

62 *Quibus in febribus morbus regius ante diem septimum accidit, malum.*

in Epid. cõ. 1. 3a. 131. f de ct. rat. in m. acut. cõ. 4. t. 7a. 144. d

in lib. de Iudicationib. In febrib. ardentib. si acciderit, &c. & in Coacis, Morbus regius &c.

Icterus id est, Morbus regius interdũ quidẽ fit & iudicatoriè, reponente natura ad totũ corpus, & præcipue ad cutem, flauam bilem: Fit etiam & casus hepate male affecto: mali autem affectus hepatis, ex quibus morbus regius solet aduenire, tres sunt, tumor durus, inflãmatio, & obstructio. Verum tumor durus, diutinus morbus existit: inflammatio vero & obstructio etiam repente fieri possunt. Ac regij morbi, qui ante septimum accidunt diem, ex aliquo istorum ortum habent: nam citius non potest iudicatoriè bilis ad corpus effundi. Ante septimum quidem diem, morbum regium esse malum, verum existit: non tamen post septimum vacare periculo, est pariter verum: neque hoc nunc dictum est. Potest enim & inflammatio et obstructio longiori tempore permanere: ante septimum autem, iudicatoriè bilem effundi est impossibile. In quibusdam vero exemplaribus adiectum est aphorismo circa finem. Nisi humores ex aluo prodeant: volentibus ijs, qui hæc adijciunt, per aluum bilem expurgari.

63 *Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur.*

Cum bile per omnem corporis habitum mota rigores accidat, atque ideo singulis accessionibus expurgetur atque euacuetur: non absque ratione ad infebricitationem peruenit talium febrium intermissio. Hoc igitur est, quod nunc dictum est ab eo. Quotidie febres soluuntur: ac si dixisset ægrotos quotidie sine febre fieri. Quemadmodum autem, si quotidie rigores fiunt, quotidie etiam febres cessant: sic & si tertio quoque die, aut quarto: quod proculdubio etiam fieri videmus & in tertianis, & in quartanis circuitibus: in quibus & febres soluuntur, & rursus redeunt, remanet tamen quædam dispositio præter naturam in corpore, à qua secundum circuitum aliæ febres & ægritudines generantur.

D

64 *Quibus in febribus morbus regius septimo, vel nono, vel vndecimo, vel quartodecimo superuenerit, bonum, nisi dextrum hypochondrium obduruerit: si vero non, non bonum.*

de ict. rat. in morb. acut. cõ. 4. t. 7. 144. d

in lib. de Indicationib. Quibus cunque in febrib. iudicatorib. &c. & in Coacis prænot. Morbus regius &c.

Qui ante hunc scribitur aphorismus, absque ordine mihi videtur fuisse interiectus. Melius enim fuisset hunc, qui nunc scribitur, aphorismum illi fuisse coniunctum, in quo ait: Quibus in febribus morbus regius ante diem septimum accidit, malum: vt totus sermo talis procedat: Ante septimum quidem diem morbum accidere regium, malum omnino: post septimum vero, optimum: nisi dextrum hypochondrium obduruerit, id est nisi aliquis malus affectus ex ijs, quos antea diximus, visceri, hoc est hepati, acciderit: Cum enim expurgatur in ipso sanguis, & bilis transfertur ex venis ad meatus bilem recipientes: siue obstructio fuerit in locis ad quæ transfertur, siue inflammatio aliqua, vel durus tumor: necessarium est omnino non expurgari sanguinem, & vnà cum ipso bilem per totum corpus deferri, hinc quod morbum regium generari.

paulo supra Aph. 62.

65 *In febribus circa ventriculum & fortis æstus, & cordis morsus, malum.*

Quòd nõ solũ ei visceri, quod ex seipso secundum naturã pulsat, cardia, hoc est cor, nomẽ fuit apud antiquos, sed etiam ori ventriculi, pro confesso habetur apud oẽs: sicuti etiã, quod cardialgian i. cordis dolorẽ.

A * ἀρχὴν. B in Coacis p̄nõt. Cum febre acutâ conuulsiones, perniciosæ. C 2a. Aph. 1. 11 a D 2a. Aph. 2. 11. d E in Progn. com. 1. t. 24. 4a. 194 h F 2. Epid sect. 3. a, & 6. Ep. cō. 2. t. 10. 3a. 162. d. & in Coacis prænot. G de Vict. rat. in morb. acut. cō. 2. t. 44. 7a. 122. f

huius partis dolores appellant: verbum autem cardiosse in i. corde morderi, plurimi exponentium E aphorismos, pro cardialgein, id est corde dolere acceperunt: non nulli ipsius cordis, hoc est visceris, motum quendam palpitationi similem, per cardiogmon verbū i. cordis morsum intellexerūt. Fortis itaq; ventriculi æstus à flaua bile in ipsius tunicis ebulliente generatur. Rationabiliter autem ijs, qui ita sunt affecti, & ventriculi mordetur os, atq; ob id malus est casus. Siquis vero per cordis morsum, crebrum & velocem cordis motum, eum præcipue, qui palpitationi similis sit, intellexerit: extremum ex eo malum significatur, a *vim vitalem maximo incendio laborare.

66 b ‖ *In acutis febribus conuulsiones, & circa viscera dolores fortes, malum.*

Febres vehementes, veluti ignis, neruos exiccantes, eos extendunt, atq; conuellunt, atque hoc modo perniciosas afferunt conuulsiones. Non nunquam vero & viscera ipsa per talē affectum dolent, propter incendij, ac siccitatis vehementiam: atq; idcirco malum esse inquit. Peior autem fuerit, si fortes dolores acciderint. Scimus autem etiam propter inflammationem, vel erysipelas, vel fortem obstructionem, vel abscessum aliquem, in visceribus dolores fieri, sed verisimile non est, vt de his nunc sermo habeatur ab ipso. Manifestum est enim periculū, quod in ipsis est: necessario tamen nō adiungitur conuulsioni. Et cū Hippocrates in febribus dicit, morbos febriles, intelligere F solet: qm̄ febres ipsæ sunt passio, & non casus partis alicuius, q̄ aliquo dictorum affectuum laboret.

67 *In febribus, ex somnis timores, vel conuulsiones, malum.*

H †Vetus interpres impressus (neque .n. Burgundionis versio quā habemus, hucusq; peruenit) hæc ita habet. quæ non sunt in codicibus græcis nec in alijs tralationibus. Vrina est colamentum sanguinis, ex hepate veniens ad vesicam. grossæ antē et globosæ vrinæ ex pingui & glutinosa materia fiunt: vnde & paucæ sūt, quoniā ex ipsa densitate exire prohibētur. Hæ autē, si multæ, & tenues fiant, iuuant, quoniam materiam subtiliatam significant: cum iā non sit exeūdi impedimentū. maxime vero de illis eueniūt, in quibus vrinæ aut statim à pricipio, aut non multū post principiū, habēt hypostasim: grauis .n. est materia.

Dictum ab ipso & antea fuit, q c ‖ somnus lædens ægrotantem, mortalis est, qui autem nō lædit, nō est mortalis: vbi & exemplum sermonis adijciēs, inquit: d ‖ Vbi delirium somnus sedat, bonū: tanq̄ somnus aliquis existat, ex quo delirium non sedatur, sed excitatur aliquando ac generatur. Verum & hic alia dixit exempla noxæ ex somno aduenientis, timores, ac conuulsiones. Quidam vero non /timores/ scribūt, sed /labores/: Sane q̄ nos sæpe vidimus in morbis exitialibus & timores, & labores, & conuulsiones ex somno fieri. Hoc autem videtur contingere, quando in somnis ad cerebrum humor infestus peruenerit, tunc magis intra, q̄ extra, natura mota. At profecto, vt à cibo ad somnum cōuersi, implent caput: sic in plethoricis dispositionibus, somni ipsum replentes, aggrauant cerebrum. Si igitur ea multitudo magis ad atræ bilis naturam vergit, timores fiunt: sin talis non fuerit, labores, ac conuulsiones. Somni'q; proculdubio semper nocerent, quatenus ad profundum & viscera materia fluit, nisi coctionis ratione plus afferrent vtilitatis, quam sit damnū, G quod ex motu ad interiora consequitur. Non solum autem in cerebro ipso mali humores aceruati tales afferunt casus, sed & in ipso ore ventriculi: quare & in somnis magis euaporant, cum incocti permaneant: sicuti coctiones vtiles somnos inducunt.

68 ‖ *In febribus spiritus offendens, malum: conuulsionem enim significat.*

2. de Diffi. respir. 3a. 1 Item 3.73

e ‖ Spiritum nunc intelligendū est ipsum dicere, sicuti etiam in prognostico, respirationem: qui vbi offendit, hoc est in medio sui interruptus substiterit, conuulsionem significat. Etenim fit mouentibus thoracem musculis, ac neruis iam conuulsioni paratis, qua dispositione insuper aucta, & plures occupante partes, manifesta conuulsio hominem apprehendet. Cum vero duplex sit in respiratione motus: alter, quo spiritus fertur ad interiora, inspiratio dictus: alter, quo fertur ad exteriora, contrariam is accepit appellationem, expiratio nominatus. Offendit autē spiritus aliquando quidem inspirantibus, sicuti cum ipse dicit. f ‖ Duplex intro reuocatio, veluti superinspiratio: Aliquando expirantibus, sicuti cum dicit. g ‖ Et spiritus offendit extra delatus. In his igitur, vtriusque partis respirationis seorsum meminit: in proposito autem aphorismo de tota ipsa pronuncians, inquit: Spiritus offendens, siue in motu ad intra, siue ad extra, siue ad vtraque tale quid patitur. H

69 ‖ *Quibus H vrinæ crassæ, grumosæ, paucæ, non sine febre: multitudo veniens: ex his tenuis iuuat: præcipue vero tales veniunt, quibus ab initio, vel breui sedimen inest.*

3. de Diff. respir. 3a i. e A. l. 1. f. 2 c. 3. fol. 5

h † Non simpliciter vrinas crassas dixit, sed & grumosas adiecit, duorum alterum ostendens, vel crassitudinis quantitatem, vel consistentiæ inæqualitatem, ac diuulsionem, ita vt plures ipsarum consistentiæ, veluti grumi, circunscriptæ appareant. Non nulli vero non grumosas scribunt, sed cœnosas, sicuti Numisianus. & Dionysius: qui, si per hoc verbum, fœtorem quendam simul ostendunt, plus aliquid, quàm alij, demonstrant: si vero quasi crassitudinis quantitate, nihilo plus hoc ipso docent. Sermo vero Hippocratis totus non videtur de vrinis esse fœtorem habentibus, sed de paucis tantum, ac crassis, vt ex opposito manifestat, inquiens. Multitudo veniens, ex his tenuis iuuat. Quare, si hoc solum scriberetur. Quibus vrinæ crassæ paucæ: nihil sermoni deficeret. Fiunt autem & sine febribus vrinæ tales, natura expurgante per renes totius corporis superfluitates: fiunt etiam cum febre: in quibus quispiam forte existimaret ad contraria transmutationem non esse bonam: quoniam magna ex parte in febribus, ex vrinis ab initio tenuibus fit ad crassiores conuersio, tendente iam morbo ad solutionem: atque ideo mihi videtur maxime ita scriptus

ab ipso

A ab ipso fuisse aphorismus, id quod raro accidit, edocente. Contingit enim aliquãdo vel per initia morbi, vel non multo post, vrinas factas crassiores, propter grauitatẽ habere sedimen. His igitur vrinis sedimen, bonum signum non est, sicuti aliis, quæ ab initio tenues existentes, ratione totius morbi coctionis sedimen capiunt. Non absque ratione autem crassæ vrinæ sunt multitudine paucæ, vt quæ vix renes pertranseant. Cum itaque simul maior pars talium humorum malorum fuerit euacuata, simul & residuum concoctum fuerit: tunc excernuntur multo prioribus tenuiores. Melius est enim ita dicere, & non tenues absolute, queadmodum dixit Hippocrates. Quę enim secundum naturam sunt, non simpliciter tenues existunt, sicuti neque crassæ, sed medium tenent inter vtrunque excessum: & cum mediocritatem habeant, crassiores quidem sunt, atq; dicuntur aquosis, tenuiores vero grumosis: multæ vero cum ratione excernũtur, quia prius fuere retentę: quo tempore crassæ existentes, difficulter exibant.

de Diffic. re- 1.3ª.73.c / li.1.f.2.d.3. / .fol.53.c

70 ‖ *Quibus* ″ *vrinæ perturbatæ, quales sunt iumentorum, iis dolor capitis vel adest, vel aderit.*

in Coacis prænot. Alba velut iumentorũ capitis dolorẽ, &c.

Hunc non nulli aphorismum cum superiori coniungunt, tanq̃ eius partem, ita scribẽtes: Quibus autem vrinæ ª obuersæ, hisce dolores capitis. Et volunt quidam verbũ /obuersæ/ contrarias B vrinas ostẽdere †ᵇ iis, quas antea crassas & grumosas nominauit, hoc est tenues: nõ nulli vero perturbatas. Falsum autẽ est, ꝙ vrinę tenues sint cum dolore capitis. Videntur enim dolores capitis aliqñ antecedere, aliqñ simul esse cum perturbatis vrinis. Quales autem hæ sint, manifeste monstrauit, inquiens, Quales sunt iumentorum: tales vero fiunt materia crassa, ac densa à calore ᶜ agitata. Hæ siquidem maxime & ab extrinseca caliditate videntur in spiritũ solui, sicuti bitumen, pix, atq; resina. Non nullæ igit vrinæ longo tempore manent perturbatæ, nõ nullę vero cito sedimen crassum habent, & cito morbum solutum iri significãt. Quæ vero non resident, si vires affuerint, longum fore morbum ostendunt: si imbecillitas adsit, ægri mortem prænunciant. Hęc obiter à nobis sunt dicta, qm̃ non carent vtilitate. Quæ vero ad ipsum attinentia aphorismum adhuc dicere oportet, sunt ista: Vrinis perturbatis, capitis dolores necessario, aut adsunt, aut aderũt, vt inquit Hippocrates, qm̃ spiritus flatuosus vnà cum calore prompte fertur ad caput. Non tamen, siquis dolet caput, aut dolitur us est, huic omnino tales sunt vrinæ. Fiunt enim dolores capitis etiã ex calore solo, non nunquã uero ex flaua bile, quæ vel in capite vel in ventriculo cõtinetur, & ex humorum abundantia caput opprimente, & propter aliquam loci obstructionem, vel spiritu flatuoso habente in parte ipsa generationem: quorum nihil talem facit vrinam ex necessitate.

ª est quidem ἀνατεταραγμένα, i. perturbatæ in impressis cod. & aliquibus et manuscriptis cod. in his duobus locis, aliqui tamen habent ἀνεστραμμένα vt vertit Leonicenus.

ᵇ † Al. ex impressis græcis prædictis nimirũ tenuibus.

ᶜ κατεργαζομένης.

de Diffic. re- r.3ª.73.e

C 71 ‖ *Quibus septima iudicatur, iis nubeculam habet quarta die vrina rubeam, & alia, ex ratione.*

Sicuti in pluribus aliis seipsos imperitos artis Hippocratis ostenderunt plurimi eorũ, qui hunc eius librum exposuerunt: sic & in isto. Putant enim adiecta fuisse aphorismo cum dicit /Et alia, ex ratione, quæcunque ad ‖ somnos attinent, vel vigilias, vel respirationem, vel accubitum, vel surrectionem, vel tale aliquid eorum, quæ in Prognostico scripsit: vt si hæc omnia bene facta videantur, in septimo futuram speremus iudicationem. Videntur autem ignorare maxima capita ad pręcognitionem facientia. Vigilant enim magna ex parte, & grauiter se habent, ac febriunt vehementius ægri, quanto propius ad iudicationem accedunt. Plures autem eorum prope iudicationem etiam spirant difficulter. Non igitur signum, quod ex vrinis apparet, talibus indiget casibus ad firmiorẽ futuræ iudicationis spem, sed multis aliis, quæ frequentius, ꝗ istud, apparent: de quibus nihil videntur cognoscere, qui audent Hippocratis libros exponere prius, ꝗ totam ipsius artẽ perdiscant. Nam, cum ‖ quarta dies sit index, quemadmodum ipse docuit, & qualis sit futura septima, nunciet: omne quod in ipsa dignum effatu signum coctionis apparuerit, futuram septima die iudicationem ostendit, adeo vt non solum rubra aliqua nubes apparens, antea non visa, iu D dicationẽ significet, sed & alba multo plus ipsa, adhuc autẽ magis & sublimamentũ album, ęquale, atque consistens. Si vero velociter admodum morbus moueatur: & coloris, & substantię mutatio, sunt sufficientia signa futurę iudicationis. Tenuis itaq; vrina si mediocriter crassa efficiatur, & si alba pallida fiat: in tali morbo iudicationem significat. Vnius itaq; signi nominatim Hippocrates meminit, nubeculę videlicet rubrę. Dignũ autẽ existimat, vt, sicuti hoc, ita & alia ex ratione intelligamus, quæcũq; futuras iudicationes ostendunt. Sunt autem hęc, quæ in diebus ab ipso vocatis indicibus, & contemplabilibus, fieri consueuere vel in vrinis, vel in excrementis alui inferioris, vel sputis: semper enim omnia talia iudicationes significãt, nõ tamen bonas semper. Solis enim coctionis signis in diebus contemplabilibus apparentibus, bonæ iudicationes futuræ indicantur. Sensus ergo verborum aphorismi talis est. Meminit autem nubis rubeæ tanquam signi perrari. Albæ enim frequentissime apparent: & sunt signum coctionis manifestum. Rubeę vero raro fiunt: Et, nisi hoc in loco de ipsis dixisset Hippocrates, ꝙ in diebus indicantibus apparentes futuram nunciant iudicationem, forte nemo talem ipsis adesse vim expectaret: siquidem Hippocrates colorem rubeum salutarem quidem, diutinum tamen esse vult. Nam in Prognostico ita ad « verbũ scribit: ‖ Si vero vrina fuerit subrubea, & sedimen subrubeum, & lene: magis quidem hæc « diutina, ꝗ illa, sed admodum salubris. Nunquid igitur quarta die talis nubes apparẽs, futuram in

in Progn.cõ.2. t.11.&12. & cõ.1.t.13. vsq; ad 21. Et t.24. 4ª. 198.h. & 199.a.& 193.c. d,& c.194.h

1ª. Aphor. 24. 15.g

In progn.cõ.2. t.17.4ª.200.e

septima iudicationem significabit, in alia autem aliqua indice non significabit, diligentius est inquirendum, quod in ipsis operibus est obseruandum. Nam, quantum ad rationes attinet, sunt ad vtranq; partem argumenta, & magis ad alteram, quod non significabit, nisi morbus valde vehementer moueatur. Nam, si quarto die fiat, æquale tempus priori, id, quod sequetur, assumens, non est impossibile, vt iudicationem ostendat. In vndecimo autem apparens, non mihi admodum videtur tribus solis egere diebus, sed etiam pluribus. Verissimum siquidem est colorem talem aliquid suffragari solutionibus. Ego quidem raro signum tale in aliis diebus vidi, prȩterquam in quarto. E

Cui igitur in septimo apparuit, hic quartodecimo fuit iudicatus: cui autē in quartodecimo, hic in vigesimo. Apparuit etiā cuidam alteri in vndecimo, qui decimoseptimo iudicatus est: rursus cuidam alij in eodem vndecimo, qui vigesimo die fuit iudicatus.

in Coacis prænot. Alba vero, & diffusa pellucida, &c.

72 *Quibus vrinæ albæ, & perspicuæ, malæ, præsertim si in phreniticis appareant.*

Vrinæ tales extremā cruditatē significāt, quare & morbi perdurant: quædā vero ex ipsis, cum anticipauerint vires dissolui, sunt perniciosæ, velut in phrenitidibus. Nullū etenim vidi phreniticum, in quo talis vrina apparuisset, saluatū. Melius siquidē est, vt, sicuti totus morbus est biliosus, sic & vrinæ appareant biliosæ. Aquosæ autē vrinæ (tales enim sunt albæ, atq; perspicuȩ) magnā cruditatē ostendunt, & præterea flauȩ bilis totum impetū, sursum in caput factum fuisse. Quibusdam enim vrinȩ perspicuȩ, non tñ albȩ, quȩ quidē tenuem habent substantiam, colorē vero biliosum. Quȩ vero perspicuȩ sunt & albȩ simul, sunt penitus aquosȩ. Si igitur simpliciter scriptū sit /præcipue in phreniticis/ horū verborū intellectus est manifestus: sin autē fini sermonis adiiciat, sicuti in alijs exemplaribus videtur adiectum, verbum /appareant/ sensus erit talis: Aquosæ vrinȩ malæ sunt: præcipue vero tales apparēt in phreniticis, qui perniciose se habent. Neq; enim in omnibus, quēadmodum non nulli huius libri expositores intellexerunt, nihil scientes ex iis, quæ in ægrotis apparēt. In quibusdam autē exemplaribus ita scriptus est finis aphorismi: Præcipue vero in phreniticis tales apparent: & est idem intellectus, qui secundæ scripturæ antea à nobis dictæ. F

A. lib. 1 f. 1. c. c. 2. fol. 51. l

in iisdē Coacis: In dolore præcordiorū submurmuranti, &c.

73 *Quibus hypochondria suspensa, murmurantia, lumborum dolore superueniente, iis alui humectantur, nisi flatus erumpant, aut vrinæ multitudo proueniat: hæc vero in febribus.*

Hypochondria suspensa, hoc est ad maiorem tumorem ex multis causis deducta vnam habet, spiritum flatuosum, de qua nunc differit, dupliciter factam: non nunquam ex aliquo affectu difficilem habente solutionem partium ad aluum attinentium: non nunquam ex aliqua recenti occasione. Distinguit autem nunc Hippocrates ista. Nam prior dispositio cum murmure nō fit. Extenta enim, atq; inflata instar vtris redduntur in ea hypochondria: altera cum murmure (quod βορβορυγμός græce dicitur) fit. Sic autem nominatur spiritus sonus, cum neq; magnus, neq; multus extiterit, & cū quadam modica humiditate ad inferiora mouetur. Accidit igitur tali murmure descendente, ad lumborum loca, vnà cū ipso tumorem ex hypochondriis deportari: vnde partibus, quæ hic sunt, ex ipso distentis, prouenit dolor: deinde hoc pacto, humore aliquando ad distributionem concitato, solus spiritus flatuosus emittitur, non nunquam vero vnà cum humore. G

Iam vero etiam humor distributus magna ex parte per vrinas excernitur. Recte vero inquit in dictis signis aluum dirumpi, nisi anticipet seorsum quidē humor distribui, seorsum vero spiritus in intestinis retentus per sedem excerni. Contingit vero quandoq; vtrunq; ad distributionem concitatum, & spiritum & humorem cito ad vesicā permeare. Quod vero in fine aphorismi scribitur /Hæc vero in febribus/ tale aliquid mihi videtur ostendere. A febribus molestari dicebant antiqui illos, qui absque inflammatione, vel abscessu, vel dolore, vel erysipelate, vel (vt simpliciter dixerim) absque aliquo membro præcipue affecto, ȩgrotabāt. Quod si vel propter lateris inflammationem, vel pulmonis, vel talis partis alterius febricitarent: non febricitātes ipsos nominabāt, neq; à febribus molestari dicebant: sed pleuriticos, aut peripneumonicos, & aliis similibus nominibus, veluti hepaticos, & lienosos appellabant. Nunc itaque mihi videtur Hippocrates duorum alterum velle insinuare, vel quod hæc, quȩ dixit, febribus accidunt, in quibus nullum membrum affectum est: vel quod & illis accidunt morbis, non tamen ipsis aluus dirupta sit, vel flatus, aut vrinȩ prodierint. Neque enim aliquo naturali motu membris spiritum flatuosum expellentibus, murmur in illis contingit fieri, sed veluti casum tantummodo. H

74 *Quibus speratur abscessum futurum ad articulos, liberat ab abscessu vrina multa, crassa, & alba facta, qualis in lassitudinariis febribus quarto die quibusdam incipit fieri. Si vero etiam ex naribus fluxerit sanguis, breui admodum solutio fit.*

Dictum est à me etiam prius, quod abscessus fiūt ad articulos iis, qui in his laborem passi sunt, & quibus quouis modo in morbo articuli lassati sunt, & præterea in quibuscunq; crassorum humorum multitudo longo tempore perdurauerit. Si itaque natura valuerit per vrinam expurgare corpus, ȩger ab abscessu liberatur, humorem ad articulos decubiturum, per vesicam euacuans. Satis autem habuit lassitudinariarum febrium veluti in quodam exemplo meminisse, quȩ initium

A initium ad vrinam motionis in die indice accipiunt. His enim lassitudinariis hoc in est, quod cito abscessus faciant, non expectantibus, vt aliæ, tempus prolixius. His vero ipsis & iuxta aurē fieri abscessus consueuere, sicuti aliis prolixioribus multitudo ad inferiora magis decumbit. Quibus igitur caliditas maior magis materiam subleuauit: vel sanguinis profluuium per nares patiūtur, aut parotidas habent. Quod autem solutio hæc velocior sit, quàm altera, quæ per vrinas fit, nō oportet dicere: quare & ipsi adiecit Hippocrates /breui admodum solutio fit/, altera, quæ fit per vrinas, euacuatione plures exigente dies. Quod autem quarto die dicitur, pro exemplo positum est: te vero oportet transferre ad omnes dies alios, quicunque sunt contemplabiles & iudicatorij.

de Sympto. catis. 3ª. 28. f. [illegible] indicamūc aphorismū cū reliqu [illegible] ad. 83. Aphor. 76. d

75 ‖ *Si sanguinem, aut pus mingat: aut renum, aut vesicæ exulcerationem significat.*

Siue in renibus, siue in vesica vlcus factum fuerit, si quidem in vase aliquo effatu digno constiterit, & præcipue cum aliqua exesione: sanguinis excretio cōsequitur, sine hoc aūt puris tantummodo. Contingit autem, vt facto vlcere in aliquo vrinæ meatuum, & pus, & sanguis mingatur. Hi vero renes, ac vesicam interiacent, & oportet hos illis subaudire. Exulcerantur autem magna ex parte iis, qui in renibus lapidem habent, meatus vrinarij, quando à lapide aliquo acuto, aut admodum aspero in ipsis intersepto excoriantur. Nam ex vlceribus, quæ in pene fiunt, etiā sine vrina & pus, & sanguis egreditur. Exit autem simul cum vrinis aliquādo pus dirupto abscessu in aliquo superiori loco. Quare (arbitror) plures expositores alteram scripturam magis probarunt, in qua coniunctio /&/ scribitur, in hunc modum: Si sanguinem, & pus minxerit, renum, aut vesicę ulcerationem significat: quasi altero solo, scilicet pure per loca vrinæ exeunte, fieri possit, vt sit signum non modo renum, vel vesicæ exulceratæ, sed etiam alicuius partium superiorum. Forte igitur & hi aliquid dicunt. Forte autem & verbum /mingat/ quod aliud ostendit, quàm minxerit, in seipso continet distinctionem. Neque enim idem est vel ita dicere, Si sanguinem & pus mingat: vel illo modo, Si sanguinem & pus minxerit: In vno enim vel duobus vel tribus diebus potuit minxisse pus dirupto abscessu ad vrinæ instrumenta: Multis autem diebus, ac mensibus vbi hoc factum fuerit, renum, aut vesicæ exulceratio significatur. Vtrum autem ipsorum magis sit, & dolor distinguit, qui in differentibus accidit locis: & ea, quæ cum vrinis excernuntur: de quibus deinceps loquetur. Iam vero & de vrinariis meatibus eadem est ratio.

[illegible] i. f. 2. d. 3. [illegible] fol. 54. e

B

de Locis aff. [illegible] 2. d. & 6. 37. de Crisibus, [illegible] 128. a [illegible] Natura hu. [illegible] 2. t. 20. 7ª. [illegible] h

76 ‖ *Quibus in vrina crassa existente, carunculæ paruæ, aut veluti capilli vnà exeunt, iis à renibus excernitur.*

Idem in lib. de Natura huma. cō. 2. t. 20. 7ª. 180. g

C Paruæ quidem carunculæ renum substātiæ indicia sunt, qui vero vti capilli, nullo modo renū: neque enim fieri potest, vt ad talem substantiæ formam ren dissoluatur: nam, qui hoc aiunt, renū ignorant naturam. At neq;, cum vesica resoluitur, & eroditur, vt quibusdam visum est, tales vrinę exeunt. Sunt enim huius particulæ, foliorum similes magis, sicuti & Hippocrates paulopost eas squāmas appellat. ‖Sed rei veritas ita se habet: quod nobis forte quadam sæpius videre contigit. † Sed alij quidam medici, quamuis in operibus artis multum exercitati, raro se aiūt vidisse vrinas tales. Vocant autem recentiores medici hanc passionem τριχίασιν, i. capillitium, quoniā capillis, & albis quidē magis similia videantur, quæ ab vrina efferuntur. Nuper quidā talia corpora tam longa mingebat, vt incredibilis longitudo videretur: nā quidam ex ipsis ad dimidium cubitum extendebantur. Hic autem toto ferè anno, qui antecesserat, orobum, & fabam comederat, sæpissime que caseum & tenerum, & siccum: omnes q; alij, quibus talia mingere cōtigit, cibis crassioribus vescebantur. Tali igitur humore in renibus aliquo modo vsto, capillis similes substantiæ generantur. Sane q; modus ipse curādi, rationi, quæ de causa habetur, attestatur. Nam ab extenuantibus, atque incidentibus medicinis, adhibito etiam alio victu humectante, tales ægri curantur. Si vero tanta esset exulceratio renum, aut vesicæ, vt eorum substantia dissolueretur: non modo D nihil ex talibus medicinis iuuarentur, sed etiam supra modum irritarentur. In his itaq;, sicuti & in aliis, Hippocrates dignus est admiratione, cum ipse eorum inuentor extiterit, quæ ne à pluribus quidem medicis ad hunc vsq; diem ex signis fuere comperta. Ipsa quoq; sermonis diligentia magnam habet admirationem, cum dicat talia ex renibus excerni. Neq; enim, sicuti in priore aphorismo ‖renum causatur exulcerationem, ita & nunc dixit: verum simpliciter ex renibus inquit excerni, quemadmodum si quo mingente lapidem, ex renibus ipsum excerni dicamus, non quod sit pars substantiæ eorum, sed quoniam in ipsis suam habuit consistentiam. Paruæ igitur carunculæ substantiæ renum vlceratorum re vera partes existunt. Qui vero veluti capilli sunt, in renibus quidem consistentiam accipiunt, veluti & lapides: non sunt autem partes eorum substantiæ. Male ergo in omnibus exemplaribus hic aphorismus sine particula /aut/ legitur, Carunculæ paruæ veluti capilli. Nullo enim modo carunculæ paruæ assimilantur capillis. Verum oportet inter verbum /paruæ/ & dictionem /veluti/ mediam interponere coniunctionem /aut/: tanquam Hippocrates non de vna re, sed de duabus faciat suo sermone mentionem: quarū vna est, Carunculę paruæ: altera vero, Veluti capilli. In iis igitur, quę sunt veluti capilli, semper vrina est crassa: cum pituitosa substantia, quam venæ aggregarunt, per renes expurgetur: in carunculis autem non est necessarium. Nunquam tamen talem vidi renum dispositionem: sed, quæ sunt veluti carunculæ,

Infra apho. 81.

† *Ex græcis quibusdam et manuscriptis, & impressis. Sed et alij quidam medici in operibus artis multū exercitati sæpe se aiunt &c. & ita Laurētianus cod. tamē quidā nō τολλάκις, i. sæpe, sed ὀλιγάκις, id est raro habet, vt Leonicenus uertit, et vetus īterpres impressus.*

[illegible] i. f. 2. d. 3. [illegible] fol. 54. f

Supra aph. 75.

runculę, sęplus à me visę sunt, in illis febribus, in quibus, & quæ sunt similia orobis, sedimina con E spiciuntur, sanguine crasso in renibus, aut in hepate exusto: non tamen veras carunculas vnquam vidi cum vrina exeuntes. Puto igitur posse contingere, q crassa vrina ab ipso dicatur, quæ medio cris est & secundum naturam. Hęc enim tenui quodam modo opponitur. Neq; nos latet, q pro= prie quidem secundum excessus oppositiones ita nominantur: per abusionem autem, & medio & mediocri extremorum nomina tribuuntur: cum & ad maxime crassum, tenue: & ad maxime tenue, crassum nominetur. Quod si ita accipiamus, sermo talis erit: Quibus in vrina, quæ tenuis non est ea, quæ diximus, exeunt: renum est passio: si vero vrina sit tenuis, totū venosum patitur genus. Eundem intellectum mihi videtur etiam in sequenti ostendere aphorismo.

Idem in lib. de Natura hūana cō. 2. t. 21. 7a. clxxx.h

77 || *Quibus in vrina crassa furfurea quædam simul exeunt, iis vesica scabie laborat.*

de Natura h com. 2. t. 21. clxxx.h

Quando vrina tenuis fuerit: haud secundum naturam venæ se habent. Cum vero nō tenuis extiterit, sed mediocrē habuerit substantiam (in quo significato crassa accipere oportet hoc loco) ea, quę simul cum tali vrina excernuntur, circa renes, aut vesicam passionē ostendunt. Cum enim ex venis quidem vrina veniat {in renibus} autē percoletur, in vesica vero aggregetur, quicquid in ea præter naturam apparuerit, aut venas, aut renes, aut vesicam male se habere indicabit, sicuti F & nunc furfurea vesicam scabie laborare, quando venæ nullum affectum habēt. Feruntur enim & ex ipsis aliquando furfurea, cum earum tunica patitur, quemadmodum & vesicæ: vel cum san guis, qui in ipsis continetur, à febre ardente peruritur. Aptior autem ad hoc est, quicunq; humor in eis crassior extiterit, & magis, qui veluti fex sanguinis est, quem solemus humorē melancholicū noīnare. Sicuti enim cutis superficies (quā epidermida, id est superiorē pelliculam nominant) in scabie, lepra, atq; lichenibus tenue quiddam remittit, quale est, quod serpētum senectus nomina= mus: sic, vbi in partibus interioribus ea, quæ est veluti cutis, tale aliquid patitur: & casus erit pas- sioni similis. Hac ratione igitur & venæ ipsæ, atque vesica scabie laborantes, furfureos cortices vnà cum vrinis emittent. Distinctio autē fiet ex tenuitate, ac crassitudine vrinę, vt antea diximus. Tenuis "enim vrina venas: non tenuis autem vesicam pati indicabit.

A. li. 1. f. 2. c c. 5. fol. 52.

78 *Quicunque sponte sanguinem mingunt, iis à renibus venulam ruptam significatur.*

Quod dicitur /sponte/ (gręce ἀπὸ ταυτομάτε) potest idē, quod sine causa exteriori, ostēdere: potest & quod veluti repente, nullo casu pręcedente, quales apparent vesica vlcerata. In ipsa enim venam rumpi ex influentis sanguinis "abundantia, quemadmodum in renibus accidere solet, est G impossibile. Neq; enim per eius venas sanguis percolatur, sed solum tm̄, quantū ipsi sufficiens est pro alimento contribuitur. Præterea neq; venæ, quæ in vesica, nudę, aut instabiles natura sunt, si- cuti, quæ renū ventres subintrant, quarū ora aperiuntur, & quę aliquando dirumpuntur, propter humorū multitudinem, ac crassitudinē, qui in ipsis continentur. Diruptio itaq; puri sanguinis fa cit euacuationem. Ora autē aperta non vniuersim sanguinem effundunt, presertim cum parua est apertio, sed paulatim, atq; tenuiorē percolant: vnde totā vrinam subsanguineā efficiunt. Fit autē, vt dixi, & venis vesicæ exesione laborantibus, sanguinis euacuatio, quā antecedunt vlceris signa in vesica existentis, hoc est & loci dolor, & pus, & sępe ipsius corporis vesicæ quędam veluti fru- stula. Hac ratione igitur melius & verbum /sponte/ pro repente, accipere, & non pro sine causa manifesta: siquidem sanguis ex renibus sępius & sine causa excernitur manifesta, vase ex multitu dine rupto, sed aliquando ob saltum vehementiorem, vel ex alto casum, uel ictum.

A. l. 1. f. 2. c. c. 6. fol. 54.

79 *Quibus in vrinis arenosa subsistunt, iis vesica laborat calculo.*

Non omnino uesica laborat, sed cōtingit & renes: quare manifeste errat aphorismus, siue quia Hippocrates ipse dimidiā partem sermonis neglexerit, siue quia primus librarius omiserit. Siue H enim in renibus, siue in uesica calculi generantur, unà cum urinis exeunt arenosa.

80 ||*Si sanguinem mingant, aut grumos, vel stillicidium vrinæ habeant, & dolor in imum incidat ventrem, & pecti nem, & femen: circa vesicam labor est.*

7a. Apho. 57.a

Duobus modis finis scribitur aphorismi: in quibusdam exēplaribus, labor est: in quibusdam, morbus est: & ferè in hoc nihil inuicē scripturę differunt. Cōmuniter autē ambæ errant, siquis intelligat circa uesicam ab Hippocrate dici, quasi ipsam uesicā laborare dixisset. Nam ij, quos me- morat casus, communes sunt omnibus, quæ urinæ seruiunt, instrumentis, uesicę, renibus, urina- riis meatibus. Melius est itaq; hoc modo, quę circa uesicam, accipere, non tanq̄ sola uesica signifi- cetur, sed & partes, quę illi annectunt. Adhuc aūt magis, ut ita accipiamus, hortabit sequēs apho- rismus, in quo non, quę circa uesicam, ęgrotare dicit, sed ipsius uesicę esse exulcerationem: cum non idem sit, pati aliquid ipsam uesicam simpliciter solam, enunciare, uel quę circa uesicam.

81 ||*Si sanguinem, aut pus minxerit, aut squamulas, & grauis odor adsit: vesicæ exulcerationem significat.*

1. de Loc. 4a. 2. d

Sanguis quidē & pus mingēdo prodeūtia, omniū instrumentorū ulceratorū, quę urinę obser uiunt,

A uiunt, signa sunt cõmunia, odor autem grauis, hoc est molestus, & adhuc magis squamulæ, sunt propria vesicæ. In pluribus igitur exẽplaribus, Si sanguinem & pus minxerit, scriptũ inuenitur: In quibusdam vero, Si sanguinem vel pus minxerit. Ostendet autem hæc scriptura secunda cõiunctionem, aut esse disiunctiuam, quasi vtrũlibet horum, quæ dicta sunt, vbi adsit, significet vlcerationem: altera vero vult ambo assidere, vel simul inuicem, vel alternatim.

82 *Quibus in vrinaria fistula tubercula nascuntur: ijs suppuratione facta, & eruptione, solutio.*

7. Apho. 57. 5.

Ob sermonis breuitatem nihil effatu dignum hoc haberi aphorismo suspicabitur quispiam. Promptum enim est vnicuiq; intelligere, in meatu vrinario, qui in pene est, (hunc enim meatũ, fistulam vrinariam græce οὐρήθραν nominant,) si consistant tubercula, & mox rumpantur, fieri solutionem. Verum, si diligentius animaduertimus, maius aliquid ex eo ostendit. Contingit .n. vrinam aliquando retineri ob tale tuberculum: ex cuius diruptione sanitas retentionis vrinæ Proculdubio sequetur. Verum ex dictis quædam dubitatio suboritur, vtrum solũ velit hæc, quę hoc in loco sunt nata tubercula, rumpi: vel sæpius quidem hoc accidere, fieri tamẽ posse, vt etiam dissoluantur: vel exemplum solutionum vnum hoc aliquod scripsit, diruptionem: quod & verius existit.

B

83 *Mictio noctu plurima facta, paruam significat deiectionem.*

Quod quidem necessarium sit ventris humore distributo, minorem fieri alui deiectionẽ, vnicuiq; manifestum. sed cum hoc & illud apparet, ꝙ eo vna cum cibis exeunte, aluus quidem humidior fit, atq; ideo plura deijciet, vrina vero paucior excernetur. Docebit autem nos hæc ipsa ratio & alui fluentis, & siccæ remedia. In quibus enim supra modum humida aluus deprehenditur, ijs potum minorem exhibebimus, ac præterea illi viam ad vesicã parabimus. In quibus vero siccior, & plus dabimus potus, & distributionem, quantum fieri poterit, prohibebimus.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS QVINTVS.

1 C *Onuulsio ex elleboro, letalis est.*

in Epistola ipsius Hippo. ad Democritũ, & in Coacis p̃notionib. Ex veratro conuulsio perniciosa.

Ijs, qui elleborum acceperunt, album scilicet, (hunc enim simpliciter elleborũ nominare consueuerunt, non, sicuti nigrum, cum adiectione) ijs, inq̃, si ex purgatione conuulsio aduenerit, casum ait esse letalem: fit.n.nõ ab initio purgationis, qñ periculũ est, ne homo stranguletur: sed qñ vomentes vehementius lacerantur, pp ipsam quidem maxime, quę fit in vomitibus, contentionẽ laborantibus neruis, ob illam, quam habent cum ore ventriculi, in patiendo societatẽ: Ob quod & alias vidimus, vbi fortius mordetur, fieri conuulsiones, sicuti adolescenti, qui æruginem euomuerat. Præstat .n. æruginem, non æruginosum vomitum, illum nominare. Erat enim talis, qualis, quę vera ęrugo nominatur, floridissimus: verum inter vomendũ, totum corpus conuulsum est: & ęrugine euacuata, febris statim, & conuulsio cessauit. tale autem erat, quod euomuerat, sicuti siquis optimam æruginẽ aqua perfunderet, adeo vt ex amborũ vnione talis substantia exultaret, quæ defruti crassitudinem repræsentaret. Non impossibile est igitur (vt dixi), & per compatiendi ad os ventriculi societatem fieri conuulsionem ex elleboro albo: & hæc foret conuulsio moderatissima. Contingit aũt, & propter ipsam euacuationem, ijs qui supra

* παρασχεθῶσι.

D modum purgantur conuulsionem aduenire: sicuti, & choleram patiẽtibus, cõtractiones frequenter adueniunt, maxime q; eorum, qui sunt in suris, musculorũ. Sed neq; illud est impossibile, propter pharmaci efficaciam ex neruis humiditates ad se attrahentis, atq; ideo, tunc eos male afficientis fieri conuulsionem. Sed & ellebori aliquando vi ad sui distributionem impulsa vehementius, contingit neruorum substantiam violentius exiccari. Ipsa enim nos docuit Hippocrates, ꝙ fit conuulsio ex repletione & inanitione, corporum videlicet neruosorum, a quibus secundum electionem motus perficiuntur. Sunt autem hęc, nerui, ligamenta, musculi, & tendones. Sicut enim in exterioribus videmus lora & chordas extendi, vbi vehementius exiccentur, aut multa madeãt humiditate: sic & in corporibus animalium par est fieri non raro conuulsionem. Liquet igitur, ꝙ ex repletione conuulsio, sanabilis est per euacuationem. Ea vero, quæ fit ex inanitione, & neruorum siccitate, non facile admittit curationem. Fit autem (vt dixi) & propter compatiendi societatem conuulsio: quam non debemus existimare fuisse ab Hippocrate prætermissam. Eam enim quæ primum fit, conuulsionem ostendit, cum ait conuulsionem ex repletione, atq; inanitione generari. Et quidem nouimus etiam morsus ratione fieri in ore ventriculi singultum, adeo vt quispiam, & neruos itidem pati existimauerit. Et videbitur ista conuulsio ijs, qui ab elleboro purgantur, non dicta ab Hippocrate, aliquando fieri: nisi per Iouem illam dixerit quispiã fieri ex inanitione,

6. Aphor. 39. 50. f

nitione,cum humores mordaces vim habeant exiccandi. Hi itaq; modi sunt eorum, qui ex elleboro conuelluntur. Sanatur autem ex ipsis,& qui propter morsum,& qui propter cõtentionem ex vomitibus fit. qui autem ex siccitate accidit,insanabilis est. Non absque ratione igitur totum hoc genus Hippocrates ait esse letale,quoniam non nullæ eius species cum difficultate sanantur: vna autem insanabilis est. E

2 || *Conuulsio ex vulnere,letalis est.*

in Coacis prænot.ijsdem verbis.

Sicuti in eo,qui hunc antecedit,aphorismo mortalem dixit esse cõuulsionem, (quod idem est, ac si diceret periculosam,atq; ad mortem sępius terminantem) sic & nũc eam,quæ fit ex vulnere, conuulsionem letalem dixit esse,non tanquam ex necessitate,ac semper mortem afferentẽ, sed tãquam admodum crebro. Sic & in multis ex prioribus aphorismis,letalis nomine visus est vti.Ex vulneribus igitur fiunt conuulsiones ratione sequentis ipsa inflammationis, vbi partes neruosas attigerit.Et primum quidem videntur conuelli,quæ è directo sunt partium inflammatione laborantium: deinde postquam, & principium attigerit,passio ad totum extenditur corpus.

3 || *Vbi sanguis multus fluxerit, singultus,aut conuulsio superueniens,malum.* F

in ijsdem Coacis,vbi ait ĩ sanguinis fluxiõe multa.

Non aliud quidem ostendi est existimandum ex priori nomine letale, aliud autem nunc, cum malum dicit.Consueuit,siquidem Hippocrates casus illos ita nominare, quos letum sępe subsequitur. Sicuti vero per magis,& minus differre hæc nomina videantur: maius periculum per vocem letale,quàm per malum,ostendetur. Quæ igitur fit ex multa sanguinis profusione conuulsio,ex altero genere causarum ipsam efficientium consistit,vt antea dictum est.

4 || *Ex superflua purgatione conuulsio,aut singultus superueniens,malum.*

in Epistola ipsius Hippo. ad Democritũ, & in Coacis præno. Similiter et in nimijs purgationibus ex medicamentis. 6.Aph.39.50.f

Quod aliquando ijs,qui elleborum sumpserunt,diximus fieri hoc nunc ostendit in omnibus, qui quouis modo purgantur. Conuelluntur enim,qui vltra modum purgantur,easdem ob causas,quas diximus in ijs,qui elleborum assumpserunt: & ijs, qui hac ratione laborant,non paruum periculum imminet: siquidem multo peior est ea, quæ fit ex inanitione conuulsio,altera, quæ fit ex repletione, Quòd autem, || & singultus conuulsio sit stomachi secundum Hippocratem,nos vtique nouimus.

5 || *Si ebrius quispiam repente obmutuerit: conuulsus moritur,nisi febre corripiatur,aut,vbi ad horam peruenerit, qua soluuntur crapulæ,vocem recuperet.* G

in 1.Prorr. t.50.4ª.17; & com.3.t. 183.h

Repletis neruis talis conuulsio superuenit. Solet autem facile eos replere vinum, vt quod calidam habeat temperaturam: talis siquidem natura prompte omnia subintrat,pręsertim cum non admodum crassam substantiam habuerit.Substãtiæ igitur copia vinum neruis affert, cõuulsionẽ. Rursus autẽ qualitate sanat eam,quam fecit dispõnem,neruos calefaciẽdo atq; exiccãdo.&,si hoc aliqñ facere nequeat,mortem subsequi est necessarium. Qua autem vi diximus vinũ sanare conuulsiones,eadem videlicet,& febris sanat.Hic vero maxime obseruanda est Hippocratis cõsuetudo,qui ἀφώνους.i.mutos noiat illos,qui quouis modo caro laborant. Verũ proprie caros noiatur totius corporis insensibilitas,atq; immobilitas repentina.Hanc itaq; dispõnem consueuit Hippocrates ex vno casuum nominare: & fit proculdubio neruorũ principio patiẽte. Neq;.n. aliter põt omnino conuelli corpus,antequam id principium patiatur,vel principaliter, vel per compassionem,altero prius patiẽte membro.Liquet autem oẽm noxam ex vino factam à Gręcis omnibus crępalen nominari.Sicq; nõ nulli vocabulo fecere etymologiam à carenon pallesthæ, quod significat caput concuti,Horam autem,qua crapulæ soluuntur,tempus nominauit. Est autẽ hoc tempus non præcisum,neq; circumscriptum oibus vna mensura. Quidam enim postridie à crapula sunt liberati,quidam vero sequenti nocte,quidam vero tertio die prorsus: & fit hoc pro multitudine,ac vi epoti vini,& eius,qui potauit,natura.Sicuti igitur neq; cibus vnum habet in omnibus tempus coctionis præfinitum,sic neq; vinum.Aut igitur oportet nos ægri naturam habere experientia compertam,aut postremum terminum obseruare: in quo si neq; febricitare,neq; loqui anticipauerit,conuulsus morietur. H

6 || *Quicunq; à distentione corripiuntur,in quatuor diebus pereunt: si vero has effugerint,sani fiunt.*

in lib de Iudicationib. Quicunq; à distentione,&c.

Distentio græce tetanos morbus peracutus est,vt quę composita sit ex illa, quam Græci emprosthotonon,id est ad interiora distentionem: & opisthotonon, id est ad posteriora distentionẽ nominant. Atq; ita merito citius in ipsa fit iudicatio,non tolerante natura longiori tempore,quẽ fert distentio,laborem.In primo igitur circuitu dierum iudicatoriorum passio iudicatur.

7 *Quibuscunq; morbi comitiales fiunt,ante pubertatem mutationem accipiunt: quibuscunq; autem vigesimoquinto,commoriuntur.*

Proprie quidem passionis mutationes nominant,quando ex vna parte transeunt ad aliam: per abusionem

A abusionē aūt,& oēs solutiones ita nominantur.& mihi videtur Hippocrates secundi significatus vsus esse appellatione.Non modo enim ad alias partes translatis ijs,qui morbum comitialem faciunt,humoribus,soluitur passio,sed etiā omnino curatis.Sunt enim hi crassi,frigidi,& pituitosi. Cessant autem,& ob ætatem ad sicciorem naturam transmutatam,& ob exercitationem,& victū exiccantem,adiunctis ad hæc idoneis medicinis, Verum Hippocrates nunc solum eius meminit mutationis,quæ ex ætate fit:à qua docti,& formam victus vnà cum medicinis inueniemus. Quod igitur in altera parte aphorismorum dicit, ‖ Qui morbo comitiali laborant,si iuuenes fuerint,mutationibus maxime ætatis,& regionum,& victus liberantur: hoc nunc in ipsis passionibus declarauit,morbos comitiales,qui ante pubertatem fiunt, cessare dicens ex ætatis commutatione: qui vero vltra vigesimumquintum annum processere, commori inquiens. Vnde liquet, ꝙ pubertatis tempus vsq; ad vigesimumquintum annum extendi arbitrat̄, sumens initium post secundam septimanam. Liquet autē,quòd neq; omnibus sanabitur passio ex pubere ætate, nisi & alia recte gesserint: neq;,quibus in hac accidit, omnino permanet, si bonam victus rationem adhibeant. Verum, quòd non habeant ex ætate sanationem,sed quantum ad eam attinet,passio consenescat,liquido ostendit.Non tamen adhuc manifeste dictum est,quamuis videatur manife-
B stum ijs,qui negligentius accipiunt verba illa/Quibus vero vigesimoquinto anno, commoriuntur/Neq; enim ijs solis passio commoritur,quibus vigesimumquintum annum agentibus aduenit: sed multo magis etiam ijs, qui vltra hāc ætatem progressi sunt. Addentes igitur sermoni Hippocratis illud,quod deest,verum ex omni parte ipsum faciemus: Morbi comitiales, qui quidem ante pubertatem fiunt,in eius ætatis tempore soluuntur: qui vltra pubertatem procedunt, commoriuntur. Tempus autem pubertatis est post quartumdecimum annum vsq; ad vigesimūquintum. Est autem,& alia scriptura talis: Quibuscunque vigintiquinq; annorum fiunt,τὰ πολλὰ,i. multū commoriuntur.significante verbo/multum/idem,quod ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ,i.magna ex parte.

8 *Quicunq; morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur, ij ad suppurationem vertuntur.*

Eam,quę fit per sputa,euacuationem humorum facientium morbum lateralem, solet Hippocrates purgationem,ac repurgationē nominare: sicuti,& istos [a] ‖ expuere,purgari, tā in libro de victu acutorum,quàm in Prognostico,nominauit. Verum nūc,& tempus pręfinit purgationis, in quo si non fiat,ad suppurationem ait morbum verti lateralem: aut omnem,quæ fit ad pus,trāsmutationem ita nominans, (sicut in Prognostico [b] ‖ sępius) aut eam, quæ fit inter thoracem, &
C pulmonem,puris effusionem.fit enim vtrunq; horum,quando morbo laterali laborantes non expurgantur per sputa. Verum secundum,quod diximus,ipse in sequentibus eruptionem suppurationis nominauit.

9 [c] ‖ *Tabes fiunt maxime ætatibus à decimooctauo vsq; ad trigesimumquintum.*

In superioribus aphorismis,quādo morbos ꝑm ætates enarrabat, [d] ‖ Iuuenibus, dicebat,sanguinis sputa, tabes.Nunc vero etiam numerum apposuit annorum,non propterea eadem rursus scribens,quę antea,sed propter passionum thoracis, atq; pulmonis communionem. Propter quid igitur iuuenes his morbis pręcipue corripiantur,antea diximus: de annis autem ætatum nunc determinandum,quoniam,& Hippocrates dixit tabem maxime fieri ętatibus à decimooctauo vsq; ad trigesimumquintum. Quod.n.ætatibus numero plurali dicitur,quādam habet significationē, ꝙ non eandem Hippocrates ętatem existimat esse mediam inter annos enumeratos. Neque sanè vnà est,si diligentius consideremus: verum ea, quę est à decimooctauo vsq; ad vigesimumquintū annum,adolescentium est: quæ autem ab hinc vsq; ad trigesimumquintum,iuuenum.

10 D [e] ‖ *Quicunque ab angina liberantur,ijs ad pulmonem vertitur,& in septem diebus pereūt.si vero has effugerint, suppurantur.*

De transmutatione nunc ipsi est sermo,quæ fit ex angina ad pulmonem: quam ait plerunque ante septimum diem occidere,ægro videlicet strangulato: si vero id tempus possit euadere, fluxione in pus conuersa,suppurari. [f] †

11 [g] ‖ *Qui tabe molestantur,si sputum,quod extussiunt,graue olet iniectum carbonibus,& capilli à capite defluunt, letale.*

Eas,quæ sunt in pulmone,vlcerosas dispositiones,nunc tabes nominant,in quibus iubet odorem diligentius perpendi,id,quod expuitur,carbonibus inijciendo. Sicut autem prius in vlceribus vesicæ,odorem dixit grauem sentiri,ita & nunc tabidorum sputum grauiter olere.Si vero & ex capite capilli defluant ita affectis,letalem esse notam: quoniam & maximus alimenti defectus ostenditur,atq; aliquando humorum corruptio.

[h] ‖ *Quibuscunq; tabe laborentibus,capillis a capite defluunt: ijs alui profluuio superueniente,moriuntur.*

12 De ijs,qui ex tabe iam morti vicini sunt,nūc sermo habetur: quos etiam male se habere ostenderat

a 2.Aph.45.18.f
A de Vict.rat. in morb. acut. com.1.t.27.7. 113.b. in Prog.com. 2.t.43 & 102 a
B In eodem,t. 57.58 59.61. 103.b.104.a b c e.
C in Coacis p̄nocionibus: Aetates piculosissimæ sunt, & c.
D 3. Aph.29. 26.b
E 2.de Morbis, vbi de Angina, Si vero faucib' ac tumorib. & ceter & in Coacis præno. Quibus uero angi næ &c.
F † Antiqua translatio hęc addit. Cognoscitur āt ad pulmonum migrasse rōne pulsus: nā durus,& inordinatus, & inæqualis ad pricipale mēbrū transla tam significat materiam: mollis aūt,& æqualis,& ordinatus cū bona respiratione,& ęqualiter certā dimissionem significat.
G 2 d Morbis: Huic si iam pili &c & in Coacis prænot. Quibus tabidis sputum.
H in iisdē Coacis, Qu b. tabidis capilli.

derat in defluuio capillorum. Alui autem profluuio superueniente mortem appropinquare opi- E nandum: cum hic casus, & mala causa, & malum signum existat. Fit enim ex virium imbecillitate, quæ preterea ex ipso casu fiunt imbecilliores.

13 *Quicunq; spumosum sanguinem expuunt, ijs è pulmone eductio fit.*

Et pleraq; exemplaria, & quàm plurimi huius libri expositores norunt aphorismũ in hæc verba scriptum: Quicunq; sanguinem spumosum euomunt, ijs è pulmone eductio fit. Et quidam ipsum exponentes, aiunt verbum id multitudinem significare, ac propterea à proprio esse trãslatũ: aperte mentientes cõtra id, quod apparet. Sæpe.n. visus est sanguis spumosus absq; multitudine euomi. Si igitur ita Hippocrates re vera scripsit, ipsum abusum fuisse vocabulo dicemus. Neq;.n. sanguis multus, ex pulmone eductionẽ significat: paucus vero, ex alio loco. Si vero/expuunt/aut extussiũt/scriptum sit: tũc proprio vsum fuisse vocabulo, & ostẽdere sanguinẽ talẽ carnosam pulmonis substantiam (quę est ipsius propriũ corpus) affectam vlceribus esse: adeo vt vere quidẽ dicatur solius pulmonis vlcera ex spumoso sanguine indicari: nõ vere autem, vlcerato pulmone, ex necessitate spumosum expui. Sępius.n. vidimus quibusdam ex alto cadẽtibus, & calcitratis, atq; in palæstra percussis, ab illa maxime ictus parte, in quam cuipiam ad solum ruenti, alter super thoracem inciderit, sanguinem plurimum optime coloratum expui cum tussi sine vllo dolore: quẽ ratio dictat ex aliquo pulmonis vase dirupto prodire. F

14 *A tabe habito proflauium alui superueniens, letale.*

in Coacis prænot. Quibus tabidis alui.

Paulo antea dixerat, tabidis, cum sputum graue olet, & capilli à capite defluunt, alui profluuio superueniente, mortem subsequi. Hic vero simpliciter dixit esse letale superueniens alui profluuium in tabe, nulla facta, neq; de sputo, neq; de capillis mentione, tanquam illud solum sufficiat mortem significare, non tamen ita è proximo, neq; tam cito secuturam, sicuti cum defluuium capillorum adiungitur.

15 *Quicunq; ex morbo laterali fiunt empyi.i. suppurati, si in quadraginta diebus purgantur à die, qua fit ruptio, liberantur: si vero non, ad tabem transeunt.*

in ijsdem, Qui ex pleuritide suppurãtur &c.

Addens suo sermoni/ruptionis/vocabulum, manifestum fecit se de illis loqui, in quibus lateris inflammatione in suppurationem conuersa, deinde dirupta, in spatio thoracis, atq; pulmonis intermedio pus continetur. His enim omnibus, nisi vt plurimum in quadraginta diebus puris euacuatio fiat per sputiones purgati: necessarium est pulmonem exedi, pure processu temporis putrescente. Morbo igitur laterali diem quartumdecimum, terminum posuit purgationis, suppuratis autem quadragesimum. Dictum autem est plenius de differentia & aliorum dierum iudicatoriorum, & horum, in eo tractatu, qui inscribitur de diebus iudicatorijs. Quare, si quis vniuersam illam legerit contemplationem: ea, quæ ab Hippocrate de diebus iudicatorijs dicũtur, promptius assequetur. G

16 *Calidum, vbi quis sæpius eo vtatur, hæc mala affert, carnium effœminationem, neruorum incontinentiam, mentis torporem, profluuia sanguinis, animi defectiones: hæc, ad quæ mors.*

in li. de Humidorũ vsu, haud lõge à prĩcipio

De calidi, & frigidi vsu immodico, & modico dictum est nõ parum, & in libro de vsu humidorum. Dicta sunt autem, & hoc in loco aphorismorum omnia ferè capita, & primum hoc ipsum, quod calidũ, siquis eo vltra modum vtatur, has facit passiones, carnium effœminationem, hoc est debilitatem: dictum est enim nomẽ per trãslationem, quoniam fœmina debilior est masculo: cui astipulatur hoc, quod subiungitur/Neruorum incontinentiam/. Nam, & hi fiunt imbecilles, cum eorum substantia à calore dissoluatur. Et rursus mẽtis torpor, mentis est imbecillitas: cum ita scilicet substantia cerebri, sicuti etiam neruorum, dissoluatur. Eodem modo, & calidi vsus immodicus facit sanguinis profusiones, in illis vtiq; corporis dispositionibus, quæ ad sanguinis profusionẽ aptę sunt. Sequuntur autem ad sanguinis profusiones, defectus animi, & ad hos mors, sicuti, & ad alia prius dicta: sed ad illa quidem tempore pluri, ad hæc quidem magis, ad hæc vero minus: ad sanguinis vero profusiones, & animi defectus, statim. Scriptus est autẽ finis aphorismi vario modo in exemplaribus: scripturæ vero omnes dictam sententiam ostendunt. Est autem vna hæc. His mors: altera vero hæc, In quibus mors: tertia hæc, Quibus mors: alia, Hęc ad mortem. H

17 *Frigidum autem conuulsiones, distentiones, liuores, nigrores febriles.*

in eodem.

Immodicum scilicet frigidum hæc facit, conuulsiones, distentiones, & neruorum refrigerationem. Sicuti enim nõ oportet ipsorum substantiam ab immodico calore dissolui, sic neq; vltra modum conuenientem refrigerari, & in vnum cogi, ac cohiberi. Ac sanè quidem nigrores ex refrigeratione fiunt, & rigores febres aduocantes. Melius autem fuisset ita dicere: Rigores facientes, & conuulsiones, & distentiones, & nigrores, & febres. Plenius autem de his seorsum diximus in libro de casuum causis.

Frigidum,

18 A ‖ *Frigidum, inimicum oßibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ: calidum vero amicum.*

in eodem lib. de Humidorũ vſu.

Quæcunq; partes ſunt natura frigidiores (ſunt autem in animalibus tales, quæcunq; ſunt penitus exangues) citius, ac magis ab immodico frigidi vſu offenduntur: iiſdem autem rationabiliter calidum conuenientius.

19 *Quæcunq; refrigerata ſunt, excalfacere oportet, exceptis ijs, quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt.*

Hoc quod nunc dictum eſt, haudquaquam euertit illud theorema, ‖ Contrariorum cõtraria eſſe remedia: de quo plenius diximus in eo tractatu, qui de arte curatiua inſcribitur: in quo oſtendimus aliud eſſe theorema maxime neceſſarium, illa prius curari præcipiens, quæ magis vrgent, hoc eſt, quæ maius periculum afferunt, ſicuti & nunc profluuium ſanguinis. Ad hoc igitur prius obſiſtendum eſt: atq; ita deinde, quod paſſum eſt, ad bonam temperiem eſt reuocandum.

in lib. de Flatibus, non lõge a principio.

20 ‖ *Vlceribus frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem facit, nigrorem obducit, rigores febriles, conuulſiones, diſtentiones.*

in lib. de Humidorum vſu, prope finem.

B Si proprio vtamur vocabulo, calidum mordax eſt: ſenſus autem ſimilitudine, & frigida aqua vocatur mordax: non cum in cutem ſimpliciter incidit, ſed vlceratam. Nam, quod mordax futurũ ſit, eius, quod morderi debeat, ſubſtantiam oportet peruadere: quod in cute ſecundum naturam ſe habente, frigida aqua non poteſt efficere, quoniam denſior eſt, quàm pro eius ſubſtantia, cutis. In vlceratis autem, vt quæ rariora ſint, peruadere poteſt eorum ſubſtantiam, in profunda ſubintrans. Dictum autem eſt plenius de natura mordacium, in libris de potentia ſimplicium medicinarum. Vlceratis igitur frigidum eſt mordax: non vlceratis autem non ſolum mordax non eſt, ſed & cutem facit duriorem, eius denſando ſubſtantiam. Et quidem dolorem efficit inſuppurabilem, natiuum refrigerando calorem, qui vlcera ad ſuppurationem perducit, & ea diſflari prohibet, quę dolorem efficiunt. Quæ autem ſequuntur, prius etiam dicta ſunt ab ipſo, & nigrores, & rigores febriles, & conuulſiones, & diſtentiones.

21 ‖ *Eſt autem, vbi in diſtentione ſine vlceratione, iuuene bene carnoſo, æſtate media, frigidæ aquæ multæ perfuſio reuocationem caloris facit. Calor autem hæc ſoluit.*

in Eodem.

Quæ raro iuuent frigidum, ac calidũ, poſt ea, quæ ante dixit, Hippocrates deinceps proſequitur: C & primum quidem de frigido inquit, vt in diſtentione (liquet autem q; & in omni alia conuulſione) in medio æſtatis tẽpore, cũ bene carnoſus fuerit æger ac iuuenis, frigidæ aquæ perfuſio reuocationẽ caloris faciẽs, paſſionẽ ſanet. Vnde & manifeſtũ fit, q; nõ ſua vi frigida aqua morbũ tunc ſanat: ſed ex accidenti, quoniam iuuenibus bene carnoſis reuocationẽ caloris facit. In alia. n. ætate nil proderit, quoniã neq; reuocationẽ efficit: quando neq; in hac, vllo anni tempore, præterquam æſtate media. Nam aquæ frigidæ occurſus aut vincit natiuũ calorem, aut colligit: vincit quidem, cum debilis fuerit: colligit autem, cum fortis, ipſum continens, ac diſflari prohibens. Excipit autẽ eas, quæ ſunt cũ vlcere, conuulſiones, vt quæ nunquam ab aqua frigida ſanari queant, neq; ſi æger iuuenis, & natura calidus fuerit, & æſtiuo anni tempore, ac regione calida: quoniam (vt & ipſe antea dixit) vlceribus frigidum mordax, dolorem inſuppurabilem facit. Ijs igitur, qui ex vlceribus conuelluntur ob neruoſorum corporum inflammationem, contrarium vehementer eſt frigidum, vt quod neque vlcus iuuet, neq; corporum neruoſorum diſſoluat inflammationem.

22 ‖ *Calidum ſuppuratorium, non in omni vlcere magnum ad ſecuritatem indicium, cutem mollit, extenuat, dolorem ſedat, rigores, conuulſiones, & diſtentiones mitigat: & ex ijs, quæ ad caput attinent, eius ſoluit grauitatem: plurimum* D *autem confert oßium fracturis, ſed nudis præcipue, † eorumq; maxime, qui in capite vlcera habent, } & quæcunq; à frigore moriuntur, vel vlcerantur, & herpetibus exedentibus, ſedi, pudendis, vtero, veſicæ: his calidum amicum, et iudicans: frigidum, inimicum, & perimens.*

in Eodem.

† *Al. maximeq; in capite. et ita videtur legiſſe Gal.*

Sicuti frigidum conuulſiones, & diſtentiones facere natura aptũ, tamen ſanat aliquando, quam quam raro, diſtentionem: ſic & calidum, quantum ex ſui natura, ad ſuppurandum efficax, eſt aliquando prohibens ſuppurationem: ſiquidem vlcera putrida, & ſimpliciter omnia, quę fluxiones habent, adeo non ſuppurat calidum, vt his etiam plurimum noceat: atque hæc ambo in vnum coniunguntur, nocere vlceribus, & minime ſuppurare: ſicuti contra, prodeſſe, ac ſuppurare. Maximum etenim eſt vlceri ſignum ad ſecuritatem, & pus, & medicamen, quod habet id faciendi facultatem. Nihil enim mali poteſt aduenire vlceri pus generanti. Quæ igitur conuulſionem afferunt, non ſuppurantur omnino. Similiter autem & quæcunq; vlcera ſunt putredini obnoxia, & quæ partes circunſtantes exeſas habent: atque hæc difficulter ad cicatricem perducuntur vniuerſa & minime ſuppurantur: & quæcunque ex malis vlceribus proprijs nominibus inſigniuntur, veluti quæ cancroſa, chironia, telephia, & phagedænica, id eſt carnem comedentia nominantur, omnia & ipſa non ſuppurantur. Maximum igitur ſignum vlceri ad ſecuritatem, eſt pus: & hoc potes

conijcere

[Left margin notes, partly cut off:] 3 e Compoſ. n li. per gen. 5. 128. c — ...Epi. com. 3 14. 3ª 172. f — ...Simpliciũ ...ca. facult. ... d. Et 4. — ...Tempera ...s 1ª. 24. h — ...de Sympto- ...tum cauſis ...f — ...Epi. cõ. 2. ...3ª. 161. f — ...om. 6. t. 4. ...g — ...e ſimpliciũ ...ic. facul. 5ª. — ...his quæ in ...dicatr. ſiũt. ...t. 32. 7ª. ...h. & 121. d — ...qui inſcri... Introdu- ...ſeu medic. 1209. 56. b — ...Tumorib. 84. b — ...e Præſag. ...pulſib. 4ª. ...9 g — ...e arte cura. ...Glauc. 7ª. ...a

conijcere ex calidi vsu. In quibus enim non congruit, videbis hæc à calido insuppurabilia perdurare. Deinceps autem calidi opera, quæ frequenter apparent, enumerat. Etenim cutem induratam mollit, & crassatam extenuat, & dolorem sedat, & conuulsiones ac distentiones mitigat: nec, sicuti frigidum, dolorem insuppurabilem efficit, quoniam est à natura nostra alienum, quæ est calor natiuus, quem coauget, vbi mediocriter adhærescit. Calor vero extrinsecus facit hæc omnia, quæ dicta sunt, non nulla q; concoquendo, & ad melius alterando: quædam discutiendo, & euacuando noxia ad sanitatem perducit: quod si non ex toto sanet, saltem dolores mitigat. In capitis vero dispositionibus & hæc eadem facit, & eas, quas καρηβαρείας, id est capitis grauitates, nominant, sanat, concoquens atq; dissoluens, quæcunq; molestant. Et quidem fracturis ossium vtilissimum est, & magis nudis, hoc est carne exutis: adhuc autem magis ijs, quæ in capite fiunt, nam talia frigidum maxime offendit: vt quod non ossibus tantum, sed ipsi quoq; cerebro sit inimicum. Iam vero &, quæcunq; partes ex algore emoriuntur, ijs calidum remedio est: sic, quæ frigidum exulcerat, sicuti hiberno tempore calcanea, & digitos, & omnino extrema, horum quoq; remedium est calidum. Sanat etiam herpetas exedentes, quamuis ab humore bilioso calido q; fiant: nam propter exulcerationem frigidum est ipsis inimicum, vt quod eis mordax existat. Sic & omnibus, quæ sunt in sede dispositionibus, amicum quidem est calidum, contrarium vero frigidum, quoniam sedes est neruosa: frigidum vero neruis est inimicum: & quoniam per communicationem frigiditas facile ex sede ad ventrem ascendit, & eodem modo caliditas. Sic & vtero & vesicæ calidum quidem, amicum & iudicans: inimicum vero & occidens, frigidum: nam & hæ pariter neruosæ sunt, & supraiacentibus partibus facile tradunt frigiditatem. Quod autem omnibus, quæ in aphorismo dicuntur, communiter subiecit, his calidum esse amicum & iudicans, frigidum vero inimicum & occidens, liquet, etiamsi à me non dicatur.

23 (in li. de Humidorũ vsu, in fine.) ‖ *In his frigido vtendum, vnde fluit sanguis, aut fluxurus est, non ad ipsa, sed circa ipsa vnde influit, & quæcunque inflammationes vel inflammina ad rubrum & subcruentum sanguine recenti tendunt: nam veteribus nigredinem affert. Erysipelas etiam non vlceratum iuuat: nam exulceratum lædit.* (in 6. Epi. cõ t. 14. 3ª. 172)

Eas, quas facit frigidum, vtilitates, ac mala hoc transfigit aphorismo. Primũ, in quibus sanguis fluit, aut fluxurus est, inquiens conferre ipsum, non ipsis partibus manantibus sanguine admotũ, (vlceribus enim frigidum mordax) sed circunstantibus, & illis præcipue, vnde aliquid ad vlcera profluit. Et quidem ait omnes iuuare inflammationes, quas ipse sic nominat inflammina (græce ἐπιφλογίσματα) hoc est veluti ab aliqua succensa flamma, propter humorum, à quibus fiunt, caliditatem. Nam & hæc frigido gaudent. Videntur autem hæc omnia intuenti, colore rubra & subcruenta, recenti scilicet, & non antiquo suffusa sanguine. Nam sanguis antiquus floridum non habet colorem. Quare frigido admoto liuere, & nigras fieri contingit partes patientes. Eodem modo & erysipelas non exulceratum iuuatur à frigido, sicuti vlcerato mordax est frigidum, & dolorem affert: & hac ratione nocet, cum partes dolentes semper ad seipsas moueant fluxiones.

24 ‖ *Frigida, qualis nix & glacies, pectori inimica, tusses mouent, & sanguinem, & destillationes.* (in 6. Epi. c t. 14. 3ª. 172.)

Hactenus de aqua calida & frigida sermonem habuit, nunc autem de niue & glacie differit, illud ostendens, quod tanto magis hæ nocere possunt, quanto sunt aqua frigida frigidiores, & quod thoracis partibus sunt inimicissimæ, cum & tusses moueant, & vasis plerunq; diruptis sanguinem manare faciant, & ex capite destillationibus thoracem offendant atq; pulmonem: nam has quoq; nix facit & glacies, cerebrum refrigerantes.

25 (in li. de Humidorũ vsu, haud longe a fine.) ‖ *Tumores articulorum atq; dolores absq; vlcere, et podagricos quoq;, atq; conuulsa, horum plurima, frigida aqua large effusa leuat, & extenuat soluitq; dolorem: nam modicus torpor dolorem soluit.* (6. de Com medi. per g. 5ª. 255. c)

Quod quidem aqua frigida horum plurima iuuet, ostendit. Sed, quę nam hæc sint, dicere præter misit: tanquam ex illis, quæ antea dixit, non sit admodum difficile inuenire. Quæcunq; enim inflammationes, vel inflammina ad rubrum & subcruentum recenti sanguine tendunt, à frigida ait aqua sanari, quę influxum scilicet cohibet, & hac ratione corpora euacuat: quapropter & dolorem in talibus soluit, quia eius causam abscindit: refrigeratio etiam partium largior, affert torporem mediocrem, qui & ipse dolorem soluit sensum hebetando.

26 (2. Epid. sect. 2.) ‖ *Aqua, quæ cito calefit, & cito refrigeratur, leuissima est.* (de Ptisan. 3ª. 47. a; in 6. Epi. c 4. t. 10. 3ª. 1. d; 1. de Simpliũ medic. facultat. 5ª. 5. l; de Bonit. aquæ, Sp. 75. h)

Non pondere talem esse leuissimam dicendum est. Sic enim nihil magnum edoceret, præter id, quod per quendam circuitum illud inuenit, quod facile erat statim inuenire. Nam, si pondere leuiorem aquam dignoscere quærit: promptum ipsi fuit ad proprium eorum, quæ ponderantur, iudicium rem deducere, eius q; per lancem ac pondus inquisitionem facere. Sed nunc leuiorem dixit aquam, quæ ventrem non grauat, & quæ cito permeat: sicuti isti contrariam, grauem vocamus, quæ cito non permeat. Liquet autem, quod non solum hoc iudicium existit virtutis aquæ, (*κριτήριον.) sed quod cum alia in propatulo sint, & omnibus nota, hoc vero aliquid habeat artificiosum: Sic ad

id prodendum

A id prodendum scriptis Hippocrates venerit. Sed quę nam sunt alia? Primum quidem, si neq; turbida, neq; cœnosa: deinde si neq; in gustu, neq; in odoratu aliquam absurdam qualitatem præ se fert: tum & illud, quod nunc Hippocrates dixit, si cito refrigeratur, & calefit: nã perspicuũ existit, talem esse bene altera bilem. Sicuti autem cibi virtus est esse bene alterabilem, ita & aquæ: siquidem facile transmutari volumus, quicquid concoqui debeat ab instrumẽtis, quibus est coctionis munus à natura demandatum. Quicunq; vero sola potantium dispositione, optimam aquam iudicant: certissimo quidem vtuntur iudicio: verum, si hoc tantum assumpserint, non recte faciunt. Prius enim oportet de aqua ex dictis signis iudicare, antequam ad talem veniant experientiam. *τεκμηρίῳ.

lib.f.3.d.2. 8.f.64.a

27 *Qui * noctu bibere appetunt, ijs admodum sitientibus, si superdormierint, bonum.*

Neq; si dandus, neq; si minime dandus sit potus ijs, qui noctu admodum sitiunt, quicquã ostendit, sed hoc tantum, q superdormire confert. Coquitur enim per somnum, vt liquet, & subdescendit id, quod efficit sitim. Non tñ illud est in obscuro, q valde sitientibus potus est dandus, siue ex potatione vini meracioris, siue ex defectu potus sitis aduenerit. Nam & defectui exhibẽdo succurrere: & illam, quæ facta est ex vino, caliditatẽ aqua restinguere, theorema est medicinale. Si tamen B modice sitierint, non omnino eis dandus est potus, sed considerandum nunquid ex defectu humidi tale quid patiantur, siue ex nimia vini potatione: contingit enim & hos ex somno iuuari.

28 *Suffitus aromatum, muliebria ducit: sæpius vero, & ad alia vtilis esset, nisi capitis faceret grauitatem.*

Muliebria dicit, vt liquet, ea, quę ex vtero mulieribus euacuantur in menstruis purgationibus, & à partu. Clarum etiam illud est, q & hoc in loco, illas, quæ vel propter vteri inflãmationem, vel euersionem, aut talem aliam causam non purgantur, non aliter recte curabimus, q̃ eam curantes passionem, cuius est casus suppressio menstruorum. Illas vero, quæ sine hac passione parcius purgantur, ijs, qui nunc ab ipso docentur, suffitibus curat. In his enim vel sanguinis crassitudo causa est retentionis, vel obstructio vasorum, quæ pertingunt ad vterum, vel eorundem obseratio, totius've ipsorum substantię desatio. Quodcunq; vero dictorum in causa fuerit, ex aromatibus suffitus sanat dispositionem, qui vi sua aperit vasorum fines obseratos, extenuat q; humorum crassitudinem, & obstructiones incidendo remouet. Multoties vero & ad alia, inquit, vtilis esset, nisi capitis faceret grauitatem. Nam totum corpus poterat continue suffiri per vterum in omnibus frigidis, atq; humidis dispositionibus, nisi timeremus illam, quæ fit ex suffitu, capitis grauitatem, præ- C sertim in febribus. Quod vero omnia fere aromata natura apta sint facere capitis grauitatem: & experientia ostendit, & ratio docet. Quæcunq; enim satis calefaciunt, omnia capitis grauitatem causant: vtpote sui natura calido superiora petẽte. Calida autem est sufficienter omnium aromatum natura, præcipue q; Casiæ, Costi, Cinnamomi, & Amomi. * dolorem.

29 ‖ *Grauidas medicare † turgente materia à quarto mense vsque ad septimum, minus vero has. Recentiores autem, & seniores vereri oportet.* 4ª.Aph.1.17.a † ἢν ὀργᾷ.

Hic aphorismus dictus est & antea, vbi de medicatione sermo habebatur. Sed & hic, vbi de mulieribus agitur, in quampluribus exemplaribus inuenitur. Quidam vero eximunt ipsum, ne bis scriptus inueniatur. Noua autem expositione non indiget præter illam, quam retro scripsimus.

30 *Mulierem vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lethale est.*

Non absq; ratione. Si enim sit febrilis morbus, necesse est ipsum febres habere continuas. Talis enim est morbus acutus: & in hoc duplex est periculum: Vnum quidẽ propter febrem ipsam fœtum occidentem: alterum vero, q ex longo interuallo cibum dantes, ex alimenti defectu fœ- D tum destruemus. Si vero, vt hunc seruemus, non verebimur crebro cibum exhibere, febres continuas victu intẽpestiuo augentes, matrem occidemus. Sic & si absq; febre aliquis alius morbus acutus fiat, veluti morbus comitialis, morbus attonitus, quem Græci apoplexian vocant, conuulsio, distentio: propter magnitudinem morbi & acutiem impossibile est laborantem euadere. * συντονίαν.

31 *Mulier vtero gerens, sanguine misso ex vena, abortit, & magis, si fœtus sit maior.*

Ex defectu alimenti fœtus destruitur, non modo misso sanguine ex vena, sed etiam ex longiori inedia. Ostendemus autem hoc ipsum paulo post & per alios aphorismos. Nõ absq; ratione autem & maior fœtus magis destruitur misso sanguine ex vena mulieris, quia pluri indiget alimẽto.

32 ‖ *Mulieri sanguinem euomenti, menstruis erumpentibus solutio.* 1.de Morbis Mulieri sanguinem vomenti. & c.ad inuia.

Non absq; ratione: Erit enim retractio simul, atque euacuatio sanguinis ad superiora tendentis. Hoc quidem igitur & experiẽtia comprobat vtiliter fieri: nos vero ab ipsa excitati opera, quæ bene à natura geruntur, imitabimur: & mulieres hac passione laborantes, misso sanguine è vena, vacuabimus.

Menstruis

33 *Menstruis deficientibus, sanguis ex naribus fluens, bonum.* E

Quod quidem sit necessarium eum, qui singulis mensibus bene euacuatur, sanguinem, quando ob aliquam dispositionem fuerit retentus, mulierem lædere, & ꝙ per aliam partem euacuatus, omnem corporis tollet læsionem, vnicuiq; est manifestum. Cum vero multa sint loca, per quæ potest euacuari, omnibus alijs aut maius, aut minus inest detrimentum: sola, quæ fit per nares, euacuatio innoxia est, quam nunc laudat Hippocrates. Non tamē, si qua etiam alia euacuatio sine noxa est, propterea aphorismus est falsus. Neque enim ꝙ sola per nares euacuatio deficiētibus menstruis bona sit, dixit: sed hanc simpliciter laudauit, non adiuncto, ꝙ sola. Siquis igitur eam, quæ fit per sedem, dixerit ita affectis mulieribus vtilem esse, non aduersatur aphorismo. Videtur enim aliquando Hippocrates per vnum exemplum de similibus omnibus pronunciare.

34 *Mulieri in vtero gerenti si aluus plurimum profluat, periculum est ne abortiat.*

Ratione euacuationis & nunc Hippocrates inquit periculum abortus esse, quemadmodum & antea in missione sanguinis è vena, ostendebamus.

35 *Mulieri, quæ vterinis molestatur, aut difficulter parit superueniens sternutatio, bonum.* F

Vnum in aphorismo verbum habet obscuritatem /vterinis/ (grçce hystericis.) Nō nulli enim per id accipiunt oēs, quç vtero adueniunt dispositiones: nō nulli vero illas tantum, in quibus passio contingit, quā vocant vterinam strangulationem, quç tñ non est vere strangulatio, sed apnœa, id est ablatio anhelitus: alij secundas (græce choria) intelligunt: nam & has vteros nominant. Verum hi aperte aberrant, quāuis maxime verum dicere videantur: ꝙ secundæ contentæ in vtero, ex sternutatiōe dirumpunt. Alius. n. de his ‖ aphorismus est ab ipso perscriptus. Et plurimum refert, an vterū dixeris, an vterina. Falsum est etiam illud de oībus vteri passionibus dictum esse ab ipso sermonem. Neq;. n. exulcerationes, neq; inflammationes, neq; erysipelata, sicuti neq; abscessus, sternutatio iuuat. Verum autem hoc, ꝙ in vterinis strangulationibus superueniēte sternutatione, patiens aliquantulum leuatur, non solum quia bonum est signum, sternutatio sponte adueniens ijs, quæ ita se habent mulieribus, sed quoniā & causa, vt quæ sit huius passionis remedium. Signum itaq; bonum existit, quia naturam ostendit, quæ prius obstupuerat, excitari, ac reuiuiscere, & propriarum meminisse motionum: quando aliquam ejcit superfluitatem. Ostensum est enim in libro de causis accidentium, sternutationem hac ratione fieri. Causa autem, ob quam iuuat, est, quia vehementiore concussu, atq; feruore partim quidem naturam excitat, partim vero excernit, quæ partibus corporis firmiter infixa adhærebant. Sic enim & singultum sanare solet. G

[margin: ... aph 49.]

36 *Mulieri menses decolores, nec per idem semper tempus venientes, purgationem indicant esse necessariam.*

In multis exemplaribus scripturam ita se habentem possumus inuenire. Mulieri menses tardi, nec per idem semper tempus venientes. Possunt igitur & menses tardi, hoc est, qui post consuetum veniunt circuitum, purgatione indigere humoris pituitosi, ob quem & decolores fiunt: non tamen egemus hac sola necessario: nam & per extenuātem aliquando victum tales dispositiones sanauimus. Scriptum autem est à nobis de hoc extenuanti victu, libro vno seorsum. Suffitus insuper aromatum idem facit, & qui eandem isti vim habent, pessi adhibiti, epota q; medicamēta, quæ incidunt, & humorum crassitudinem extenuant, quale est, quod calamento fit, quo nos assidue vtimur, quod q; sæpius tardantes mensium purgationes exciuit. Nam intentio sanationis in ipsis est, cum ora vasorum aperire, quæ pertingunt ad vterum, tum sanguinem extenuare. Ac sanè quidē purgatio totius corporis, vt dixi, quando crassi euacuantur humores tales sanat dispositiones. Si vero /decolores/ scriptum sit, multo magis purgatio sanabit ita se habentes mulieres. Neque enim propter humorem pituitosum tantummodo, sed & propter melancholicum, & biliosum menses fiunt decolores. Quomodo igitur ‖ dignoscere oporteat humorē superabundātem, ipse in primo de muliebribus docuit: nunc autem, ꝙ per purgationem euacuandum sit: idem monstrauit. Verba autem illa /nec per idē semper tempus venientes/ huic scripturæ magis consonant: vt totus sermo sit talis: Si menses decolores fiant, & non per idem tempus veniant, quo antea venire consueuerant, mulier purgatione indiget. Contingit enim in mulieribus, quæ malos humores habent, non modo decolores apparere menstruas purgationes, sed etiam tempus periodi non seruari: siquidem crassiores fuerint humores, & difficilius fluentes ijs, qui secundum naturam se habēt, morando, & longius tempus expectando: sin autem contrarij, hoc est humidiores, ac tenuiores, consuetum terminum anticipando. H

[margin: ... de Mor. Mu- ... menses ... ventum ... &c.]

37 ‖ *Mulieri vtero gerenti* ‖ *si mammæ graciles repente fiant, abortit.*

[margin: 2. Epid. sect. 1ª. Velut abortiētum mammæ graciles fiunt.]

Hic pariter aphorismus ex illorum numero est, quos diximus defectum alimēti fœtui significare. Cōes enim quedā venç sunt vteris, ac māmis: quç, vbi parū habuerint sanguinis, graciles quidē māmas reddunt, atrophia aūt, i. alimēnti cessatione non nunꝗ fœtum perimunt, non nunꝗ etiā ad excretionem

[margin: 14. de Vs artium. 1ª. 7.c 6. de Loc. affectis. 4ª. 4 l 5ª. Aphos 5i. 42.c]

« A excretionem excitant, illam ob causam, quam ipse in libro de natura fœtus, per hæc verba expli-
« cat: ‖ Alimentum, atque auctio à matre veniens, non amplius est infanti sufficiens, quãdo decem
« menses præterierint, & fœtus auctus fuerit. Trahit enim à sanguine ad se id, quod est dulcissimũ:
« & simul etiam lactis parte aliqua fruitur. Vbi vero hæc illi rariora fuerint, & iam infans molem
« corporis habet, plus cibi requirens, quàm illud, quod adest: calcitrat, & membranas dirumpit.

In lib. de Natura fœtus siue pueri, haud longe a fine.

Liquet igitur, ꝙ & ante decem menses fœtus est indigens alimẽto, & calcitrans, ac membranas dirumpens initium partus matri affert.

1 de Vsu par. 205.b
6 de Locis aff. 441 d
5 Aphor. 53. 4 c
d Anatomia vorũ. Sp. 51.f

38 ‖ *Mulieri vtero gerenti si altera mamma gracilis fiat geminos habenti, alterum abortit: &, si quidem mamma dextra gracilis fiat, marem: si vero sinistra, fœminam.*

Quod suprascriptus aphorismus de ambabus mammis dicebat, hoc in altera iste dicit: propter illam vero, quã diximus de venis cõmunibus causam, is, qui e directo est mãmę factę gracilioris, fœtus abortum patitur. Quòd autem existentibus geminis, altero mare, altero fœmina, si dextra quidem mãma gracilis fiat, solus mas: si vero sinistra, fœmina sola corrumpatur: ex illa ipsius pendet opinione, qua mares quidem in dextris, fœminas vero in sinistris magis concipi opinatur.

6 e Locis aff. 441.b

B 39 ‖ *Si mulier, quæ neque grauida est, neque peperit, lac habet: huic menstrua defecerunt.*

6. de Locis aff. 4°. 41.b

Ratio quidem longior existit: & oportet illum, qui eam exquisite assequi debeat, exercitatum esse in libris de potentiis naturalibus. Tantum tñ de his nunc à nobis dicetur, quantũ breuissime dictum possit ad præsentia conferre. Hoc quidem cõmune est oĩbus animalis partibus, quæ aptæ sunt humores aliquos vtiles generare, aut ad usum aliarũ partium, aut ad generis propagationẽ, aut ad conceptus nutritionẽ, esse humorem illum quandã ueluti superfluitatẽ partis ipsum generantis. Non enim quia norit, ad qd vtilis erit humor aĩali, ipsius facit pars generationẽ, nisi debeat talem habere intellectũ, qualem habere ciuitatum gubernatores arbitramur oportere, sed animalis quidẽ opifex illum habet intellectum, ipsa autem pars (ut ostensum est) potentiis regitur naturalibus, cũ aliis quibusdam, tum alteratiua, per quam assimilat alimentum sibiipsi. Quantũ igitur alimẽti ab ipsa alterati fuerit nutrito corpori exquisite assimilatũ, illi apponitur parti, ac nutrit eã. & hoc est, quod ipse ait: ‖ Alimentũ est, quod alit, & quod est ueluti alimẽtũ, & quod debet alere. Superfluũ uero, quod superest, similis quidẽ naturę partis humor existit, ĩ ossibus quidẽ id, quod in cauernis eorũ continet̃, in hepate uero sanguis: ex hoc genere est & spumeus humor, q in carne pulmonis continet̃, & qui in articulorũ cõpagibus glutinosus humor, & id, quod in testibus, & in uocatis parastatis, semen, & qui in lingua, cui nomen saliua. Sunt autẽ & quidã in mammis adenes, uim habentes id, quod ad eos influit, sibi ipsis assimilandi. Cum ergo hi sint exangues, & albi, propriũ efficiunt humorẽ, talẽ, quale est lac, eius q; maiorẽ copiã, quo plus alimenti defertur ad ipsos. Plus uero defertur octauo, & nono mẽse cõceptionis, qñ abundanter opplete sunt communes uenæ uteri, & mammarũ, sicuti in animalium pręgnantium dissectionibus manifeste conspicitur. Fit aũt & tale quandoq;, licet raro, cum mulier grauida non est, qñ ad similẽ peruenerint uenæ repletionem ex menstruorum retentione: cuius nunc dispositionis Hippocrates meminit.

In lib. de Alimento, prope à principio.

C

40 ‖ *Quibuscunque mulieribus ad mammas sanguis colligitur, furorem significat.*

2. Epi. sect. 6ª. 1 ipso libri fine.

Quòd quidem sanguis ad mãmas feratur, deinde ab adenibus, qui ibi sunt, in lac trãsmutet̃, in præcedenti scriptum est aphorismo: nunc autem, qñ intransmutabilis mãserit hic, qui ad eos sanguis peruenerit, furorem ait Hippocrates significari. Ego quidem nõ dum hoc accidisse uidi: &, siquando eueniat, ex iis est, quæ raro eueniunt. Hippocrates uero, ut qui uiderit, scribit: &, si uerũ sit, talem ipsius oportet causam existimare. Adenum natura, illorũ pręsertim, qui in mãmis sunt, exanguis est, & proculdubio frigida: oẽ enim exangue frigidum: atq; ideo sanguinem, qui defert̃ ad ipsos, ad frigidius cõmutat. Quãto enim adenes hi sunt hepatis carne frigidiores, tanto lac sanguine. Cum igit̃ multus aliqñ sanguis & feruens per totũ labit̃ corpus, & caput præcipue petit, in furorẽ quidẽ capientur: qm̃ sanguis talis occcupat caput: qui vero ad mãmas defertur, ad contrariã naturam alterari non poterit ita, ut lac fiat, tũ propter feruorẽ, tum propter exuperantiam.

D

41 *Si velis noscere, an conceperit mulier, cum dormitura est, ei aquam mulsam potandam da: &, si alui tormina patietur, concepit: si minus, non concepit.*

Tormina fiunt quidem & propter mordacitatem, fiunt etiam propter spiritũ flatuosum, qui facilem non habet exitum: quæ tormina fieri etiam nunc est arbitrandum in mulieribus, quæ cõceperunt, propter eam, quæ fit ex utero, angustationem. Dat autẽ aquam mulsam mulieri dormituræ, crudam uidelicet: ea flatuosa ad dignotionem opus habet: uolens & quiescere simul, & plenam esse cibis mulierem: hæc enim ambo conferent ad torminum generationem.

42 *Mulier, si marem concepit, bene colorata est: si vero fœminam, male colorata.*

Vt ad seipsam muliere collata uidelicet, non autem ad alteram, dictum est ab Hippocrate indicium

cium,quod ex bono colore,ac malo sumitur.Nam,quæ fœminam concepit,minus seipsa colorata apparet: quoniam frigidior est fœmina mare.Nunquam vero talem concepisset, nisi & viri semen,& vterus mulieris frigidior eo tempore fuisset,in quo concepit. Quare,quod dicitur,ex eorum numero est,quæ sępius eueniunt. Contingit enim ita omnia recte agere mulierem post tempus conceptionis,vt bene colorata fiat. Liquet autem,quod & alia signa sunt, quę significent marem esse conceptum: sicuti ipsius conceptus plurimæ,ac validæ motiones: quæ tamen neq; ipsæ, signa perpetua sunt.Contingit enim aliquando, licet sit rarum, quod concepta fœmina sit mare robustior,& multis,ac validis motibus moueatur: contingit etiam, vt aliquando mas sit debilior fœmina,ac paucioribus debilioribus'que motibus cieatur. E

43 *Si mulieri grauidæ in vtero fiat erysipelas, lethale.*

Nunquid solum erysipelas in vtero mulieris grauidæ constitutum, putat esse lethale, an illam etiam,quæ proprio nomine dicitur phlegmone,hoc est inflammatio? Quod enim facto in vtero erysipelate,fœtus moriatur ex necessitate,manifestum est: quãdoquidem & febres acutæ aliquando sine erysipelate ipsum interficiunt. An vero vtero inflammationem patiente, possit aliquando fœtus viuere: dignum est inquisitione. F

44 *Quæcunque præter naturam tenues existentes, vtero gerunt, abortiunt prius, quàm crassescant.*

Secundum tres modos intellexerunt expositores libri huius,præsentis aphorismi sententiam. Quidã enim oĩno arbitrantur ipsas abortire: quidã vero,si non crassescant,& reficiantur,sed maneant absq; refectione,ac tenues: quidam vero,cũ reficiunt, tunc maxime eas existimãt abortire: quod minus vẽ,ꝙ prius dicta,verisimile. Verũtamen ita exposuit Numesianus, dictũ inquiens esse aphorismũ in iis,quæ prę ter naturã extenuatæ sunt,& quas prius refici oporteat: sed, cũ concipere anticipent,eas nõ posse refici ait, absq; ꝙ sanguis ad cõceptus alimentũ deputatus, ad eius, quæ concepit,nutritionem assumatur: quare non absq; ratione fœtus sufficienti indigẽs alimento,corrumpitur.Sed & verba illa /Præter naturam tenues/ quidam ita acceperunt, sicuti Numesianus,vt præter sui ipsius naturam grauida mulier sit extenuata. Quidam vero magnũ excessum dicunt significari,volente Hippocrate nobis insinuare, non ꝙ mediocriter extenuatę id ex necessitate patiantur,sed quæ valde sunt extenuatæ. Vtraque autem expositio non caret ratione.

45 ‖ *Quæcunque mediocriter corpora habentes abortiunt secundo, aut tertio mense sine occasione manifesta, iis acetabula vteri plena mucoris sunt, & non possunt ex pondere fœtum continere, sed dirumpuntur.* G

Sine manifesta occasione ait,febre vehemente,vel alui fluxu,vel profluuio sanguinis,vel erysipelate in ipso vtero constituto,vel saltu grauidæ mulieris vehementiore,vel clamore,vel tristitia, vel ira,uel timore,uel uictu parciore,uel alio tali aliquo actu seu passione. Est enim verisimile in his esse plena mucore ora vasorum uenientium ad uterum, ex quibus secundæ pendent: quę ora, acetabula nominauit,non (sicuti quidam arbitrãtur) adnatas ipsis carnes adenosas. Nam, ut ipse inquit in primo libro de passionibus muliebribus,‖ Si acetabula plena fuerint pituita, menstrua fiunt pauciora.Et Praxagoras in primo de naturalibus, Acetabula, inquit,sunt ora uenarũ,et arteriarum,quæ feruntur ad uterum.

de Dissecti vuluæ. 1ª.1 15. de Vsu tium. 1ª.11 1. de Sem 1ª.331.b 6. de Locis 4ª.41.e

1. de Morbis muliebrib. circa libri dimid.

46 ‖ *Quæcunque præter naturam crassæ, non concipiunt vtero: iis omentum os vteri comprimit, & prius, quàm extenuatæ fuerint, non concipiunt.*

In lib. de Natura muliebri, Si vero crassa facta fuerit mulier, &c. Et in lib. de sterilibus, iisdẽ verbis,& in lib. De superfœtatione, Si mulier pręe pinguitudine &c.

Verba /præter naturam/ dupliciter etiam hoc loco accipiunt: quidam enim excessum significari arbitrantur: quidam præter ipsius mulieris grauidæ naturam. Verior est autẽ prior acceptio: nam ab omenti pinguedine comprimitur,atque angustatur uteri os iis,quæ supra modum crassę sunt: appellat autem nũc os,illud,quod intus est,ubi uterus quidem desinit, collum uero incipit: quod magis proprie os uteri diceretur.Nam altera colli extremitas, quæ muliebri pudendo coniungitur,non uteri,sed ipsius colli os haud sine ratione uocaretur. H

47 *Si vterus in coxam vergens suppuratur, necesse est linamentum fieri.*

* ἔμμοτον, i. liniamẽtariũ. † διὰ τῶν μοτῶν.

Cui necessarium est fieri † per linea fila curationem,linamentum nominauit. Quod autẽ uterus suppuratus,& præsertim ad exteriora (nam hoc nunc uidetur dicere) curatione tali ex necessitate indigebit,non est obscurum.

48 *Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ vero in sinistris magis.*

14. de Vsu tium. 1ª 3.b in 6. Epi. t.44 3ª 1 a. Et com.4. 7. 3ª.186.h

Quod propter temperaturã,quæ statim ab initio calidior existit, fœtus masculus generatur, in cõmentariis de semine,est demonstratũ. Calidior uero tẽperatura fœtibus aduenit non minime ob locũ,qui est dextra uteri pars: hęc autẽ calidior statim existit propter hepatis uicinitatẽ: confert autem aliquid ad conceptus caliditatẽ & muliebre semen profusum quidem ex propriis testiculis per utrunq; corniculum,partim in dextrũ uteri sinum,partim in sinistrum, dissimile tamẽ:

A vt & hoc ipsum ostendimus. Si igitur serosius est, atq; frigidius, quod in sinistro testiculo continetur semen: etiam iuxta hoc conceptus in læua parte vteri constitutus, non absq; ratione fuerit frigidior. Dictum autē est de oībus talibus sufficienter etiam in quinto libro sectionis Hippocratis.

2. Epid. in fine sect. 5. Et sup. aph. 35.

49 ‖ *Vt secundæ procidant, sternutatorio imposito, nares apprehendito, & os.*

Non cum accentu circūflexo vltimam syllabam ὑστερῶν, legere oportet, vt significet vterum, sed cum graui ὑστέρων, vt secundæ intelligantur. Neq;.n. vult vteros ipsos excidere, tētione facta cum medicinis sternutare facientibus, sed ea, quæ choria vocantur, atq; secundæ. †

† *In tralatione veteri impressa hæc et habētur, q̄ in alijs exemplaribus non inuenies. Mulieri vero habēti tenasmō inatus abortire facit. Tenasmon fit ex humoribus pūgētibus grossum pūgētibus intestinum, quod vocatur colon qui infirmū cogunt exprimere, si forte eos pūgētes possit emittere: vnde & hæc extensio si mulieri grauidæ eueneret, sicut Hippocrates dixit, causa est abortiendi: nimius .n. expressus nimiū facit motū: vnde abortire necesse est fœtū: quia rūpit ligamētū.*

Ii 1. t. 4. c. 21. f. 81. b

50 ‖ *Mulieri [a] si velis menstrua cohibere, cucurbitulam quàm maximam ad mammas appone.*

Sicuti menstruorum, quæ aut parce, aut nullo modo fluunt, curationem Hippocrates docuit: ita & nunc illorum, quę vltra modū euacuantur, docet, iubens nos cucurbitulam q̄ maximam mā mis apponere. Melius est autem non māmis ipsis cucurbitulā adigere, sed inferius sub ipsis eam affigere, potissimū, vbi sunt venę, quæ ad ipsas desubter veniunt. Sane q; nō nulli his verbis aphorismum scribunt, Cucurbitulam quā maximam sub māmis pone. Vult aūt q̄ maximā esse cucur-B bitulam, vt fortiorē faciat ex vtero ad superiora reuulsionem, per cōes id venas artificiose molitus.

3 de Naturalib. facult. 1[a]. 3. a
5 Apho. 54.

51 ‖ *Quæ vtero gerunt, ijs vteri os comprimitur.*

Maximum hoc est mulieris, quę cōcepit, indicium, si obstetrix potuerit immisso digito os vteri tangere. Statim.n. cum semen intra se ipsas acceperint, totum sui interius spatium contrahūt, & os claudunt. Videtur autem & propter durum tumorem, & inflammationem os vteri cōprimi: distinguitur'que ab eo, qui in grauidis, ex duritie vteri.

1 de Vsu part. 1[a]. 207. c

52 ‖ *Mulieri vtero gerenti si lac multum è mammis effluat, fœtum imbecillem significat: si vero mammæ solidæ fuerint, fœtum significant saniorem.*

Illo videlicet tempore fluit lac, quibus visum fuerit fluere, quando natura fert, vt in grauidis generetur. Neq; enim in primis generatur mensibus. Quòd autem omnino fluat, & non maneat intus, hoc ideo fit, quia plurimum ex eo colligitur. Plurimum vero colligitur oppletis venis communibus, quæ à mammis pertingunt ad vteros: sed adhuc magis implentur, quando minimum conceptus assumit: hoc vero ipsum fit ob eiusdem conceptus imbecillitatem. Liquet igitur, q neque C mammas tenues oportet apparere, sicuti in muliere non grauida (hoc enim signum defectum sanguinis ostēdit, & hac ratione fœtus in ipsis corrūpitur) neq; adeo plenas, vt lac effluat, sed tm̄ subleuari, vt solidæ tangentibus videantur. Media enim est hæc consistentia inter renitentes propter nimiam repletionem, & molles, ac laxas propter defectum sanguinis. Quare merito laudat hoc signum Hippocrates, vt quod indicio sit, neq; fœtum esse imbecillem, neq; deficere ipsi alimentum.

53 *Quæ corrupturæ sunt fœtus, ijs mammæ extenuantur: si vero rursus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infestabit, & non corrumpent.*

2. Epid. sect. 6[a].

Prius dixerat, [a] ‖ Mulieri vtero gerenti si māmę repente extenuentur, abortit. Dixerat etiam, [b] ‖ Et, si altera māma extenuetur geminos habenti, alterius fœtus abortum secuturum: nunc vero ordinem consecutionis commutauit, & non à signis, sed à mulieribus fœtum corrumpentibus fecit initium, ipsis præcedere inquiens mammas tenues. Non est autem omnino idem, si dicatur ad māmas tenues sequi corruptionē, &, futuræ corruptioni māmas tenues præcedere. Qui enim ait ad mammarum extenuationem sequi corruptionem: hic [c] nōn solum istud ostendit esse signum D futuræ corruptionis. Qui vero dicit ijs, quę debent corrumpere fœtus, māmas extenuari: [d] solum hoc vr̄ ostendere signum præcedere fœtus corruptioni. Quare diligentius inquirēdum est, & obseruandum in ijs, quæ apparent in mulieribus grauidis, si nunquam aliter fœtum corrumpunt, sed semper præcedit mammarum extenuatio, vel saltantibus, vel magnopere vociferantibus, vel ira excandescentibus, vel nimio repente pauore correptis, [e] † contingit mammarum nōn præcedere extenuationem. Contingit autem & quibusdam, vt propter magnitudinem febris, aut factū in vtero erysipelas, vel mucorem acetabulorum, aut aliquid aliud tale, fœtus corrumpatur absque mammarum extenuatione. Ceterum videtur Hippocrates existimare hanc semper pręcedere: & mihi sepius obseruanti visæ sunt in supradictis occasionibus ante corruptionem mammæ fuisse extenuatæ. Nunquid igitur, quando citra aliquam huiuscemodi causam mammæ extenuātur, defectum sanguinis esse in venis vtero, mammis q; cōmunibus, in causa existimare debemus: vnde propter nutritionis cessationē fœtus corrumpitur: in alijs vero causis, in quibus aut propter passionem interit, aut dirumpitur fœtus, cum ipsum mēbranæ continētes diuelluntur, natura os vteri adaperiēte, & dolores excitāte, ob has ipsas causas sanguinē ad genitales deferri partes: Hæc enim est quędā ratio cōmunis, in quibus natura aliqd violenter excernit, vt eo sanguis, ac spiritus tendat: quibus duobus veluti instrumētis natura vtēs, ea, quæ infestant, per vim expellit. Atq; hac ratione

A Sup aph. 37.
B Sup. aph. 38.
C * Cod multi manu scripti habēt ἔτος ... ut Leonicen[9]. Im pssi tn̄ hr̄t particulam idem, id est, non.
D* impssi cod. habēt ... i. non solum.
E * Al. enim vero contingit quidem interdū mammarum pcedere extenuationem.

tione dolentibus partibus inflammationes aduenіunt, natura excernere, atque expellere causam doloris properante: vt vero hoc faciat, sanguine, ac spiritu locum implente. Hæc itaq; à me dicta sint in primam partem aphorismi. Secunda vero, quæ sequitur (in qua contrariæ mammarũ meminit dispositionis) talis est: Si vero rursus mammæ duræ fiant. Cum vero dictio /rursus/ græce πάλιν) duo significet in huiuscemodi locutionibus, alterum quidem, quod antedictæ coniungitur dispositioni, alterum vero, quod per alia verba dici consueuit vice versa: mihi verius, & magis Hippocratis sententiæ cohærere videtur secundum significatum: vt, quod in toto dicitur aphorismo, sit tale: Mammæ quidem tenues omnino præcedunt fœtuum corruptionem: & non possunt isti corrumpi sine earum extenuatione præcedente. Duræ vero, corruptionem quidem non significãt, sed dolor quidam dictarum partium ad ipsas consequitur: vt, sicuti mammæ tenues, defectus sanguinis significationẽ habent: sic duræ, multitudinis: differentes ab illis, quas paulo ante dixerat solidas, in quibus rursus reponente natura ad quasdam partes materiam inutilem, illæ dolent, sed fœtus nullam habet offensionẽ. Quæstio aũt occurrit hoc loco, ob quam causam ad corpus vteri natura nunq; materiam reponit inutilem, & non facit inflammationem: vel cur inflãmato vtero, fœtus nõ corrumpitur. An, quod ab Hippocrate dicitur, aliud est? Neq; n. q nunq; ad mãmas duras corruptio fœtuum sequatur, putandum est fuisse ab Hippocrate dictũ, sed q non semper, quẽadmodum in tenuibus: verum, si ad alterum locum natura reponat superfluitates, (quod ex dolore cognoscimus) corruptio non sequitur. Et fiet rursus, si ita intelligamus, sermo talis: In mulieribus, quæ fœtum corrupturæ sunt, semper mammæ extenuatæ præcedunt: duræ autem, ac plenæ, non semper. Omnino enim in his ad alteram partem materiam inutilem natura reponit. Si vero ad vteros ipsam expellat, fient & tunc omnino tenues. Nam secundum Hippocratis (vt apparet) sententiam, etiam si propter aliud quicq;, & non ob defectum alimenti abortus fiat, omnino præcedet mãmarum gracilitas, ob causam antedictam: quare, etiamsi ob acetabulorum humiditatem conceptus effluet, tunc etiam ipsum natura expellente ad excretionem, motio sanguinis erit ad vteros, & hac ratione mammæ fient graciles magis, q̃ prius erant.

54 ‖ *Quibus os vteri durum est, ijs vteri os comprimi est necessarium.*

3.de Naturalibus faculta. 303.a

Dictum est & antea, q os vteri comprimi, commune est signum & tumoris alicuius in eo præter naturam existentis, & conceptionis in muliere, & q oportet id ex duritie distinguere: grauidis enim molle est, & secundum naturam: durum autem, in quibus est tumor præter naturam, siue sit inflammatio, siue tumor durus. Melius itaq; fuerat hũc aphorismum post illum scribere, in quo dicebatur, ‖ Quæcunq; vtero gerunt, ijs os vteri compressum est.

Supra, Aph. 51.

55 *Quæcunq; vtero gerentes à febribus corripiuntur, & fortiter calefiunt sine occasione manifesta, difficulter pariunt, & cum periculo: aut abortum facientes periclitantur.*

Accidit quibusdam grauidis, in quibus vitiosi humores prius, quàm conceperint, sunt aceruati, non nunquam à febribus vehementibus corripi, adeo vt ex necessitate abortiant: non nunq̃ vero à mediocribus quidem, sed cum non purgentur sufficienter, aliquid superest reliquiarum humorum in corpore vitiosorum, ex quibus febres erant institutæ, vtpote non potentibus medicis mulieri grauidæ aliquod validum auxilium adhibere, aut exquisita victus ratione in ipsis vti. Ob hanc igitur causam febris in ipsis frequenter reuertitur, & maxima temporis parte grauiter se habent. Non sine ratione igitur fœtus aliquando nequit obsistere, sed à febribus, & vitio humorum corrumpitur: non nunquam vero perdurat quidem vsq; ad tempus partus, sed, cum & ipse valetudinarius sit, vt qui longo tempore laborauerit, & matrem habeat imbecillem, non sine periculo paritur. Nam ad bonum partum, duorum corporum vigore est opus, & grauidæ mulieris, & infantis.

56 *Ex fluxu muliebri si conuulsio, & animi defectus aduenerit, malum.*

Non statim fluxu constituto hæc fiunt, sicuti nec aliorum vllum, quæcunq; in sequẽti sermone quibusdã alijs ait aduenire, sed cum vel vehemẽtior fuerit, vel diu perdurauerit. Defectus quidem animi, communis omnis immodicæ euacuationis est casus: conuulsio vero, etsi non communis existat, ad plurimas tamen ex ipsis consequitur, & magis, si pars, quæ patitur, neruosa fuerit.

57 *Si menstrua plura fiant, accidunt morbi: &, si non fiant, ex vtero morbi contingunt.*

Quibusdam medicis visum est ex multitudine quidem multos fieri morbos, ex defectu autem nullum. Verum Hippocrates ‖ arbitratur etiam ob defectum fieri aliquando morbos, non solum in mulieribus, sed etiam in viris. Siquidem ad defectus consequitur aliquando siccitas, aliquando frigiditas, aliquando vtrunque. Ostensum autem est, quòd intemperaturæ, quæcunq; tantam habent magnitudinem, vt possint iam lædere operationem, sunt ex morborum genere. Verum, quantum ad hoc, neq; falsum, neq; obscurũ est quicq; ab Hippocrate dictum. Quatenus autem, in pluribus quidẽ menstruis simpliciter dixit fieri morbos, neq; /ex vtero/ adiecit in defectu autem

2.de Nat. hum. t.1.7. 181.c

eorum

A eorum istud adiunxit, dignum est inquisitione, nunquid in vtrisq; affectibus dictis, communiter /ex vtero/ subintulerit, an tantum hoc proprium sit defectus menstruorum. Hoc autem scire exquisite, est impossibile, nisi omnes nouerimus causas, ob quas vel plura, q̃ opus sit, vel pauciora veniant menstrua. Possibile est igitur immodicas fieri menstruorum euacuationes, si ora vasorũ, quæ pertingunt ad vterum, vltra modum aperiantur: & si sanguis vel calidior, vel tenuior fiat: & si totum corpus propter malum habitum aliquem aggrauetur sanguine, quem, licet modum naturæ conuenientem non excedat, expellit ad venas, quæ in vtero sunt, vt in rheumaticis dispositionibus accidit ex vna parte ad aliam. Eadem vero mẽstrua possunt fieri pauciora, vel quia venæ ferentes ad vterum menstruam purgationem, comprimuntur: vel obstruuntur ob crassitiem sanguinis, siue frigiditatem & robur ipsorum, quæ in vtero sunt, vasorum, adeo vt, quod influit, non admittant. Quodcunq; autem horum fuerit, necesse est processu temporis & ipsum vterum pati aut similem inflammationi dispositionem, aut erysipelati, aut duro tumori, aut cancro: quibus denuo totũ compatitur corpus. In immodicis vero euacuationibus nulla talis accidit vteris passio, adeo vt per compatiendi rationem totum corpus vnà laboret: quare fit verisimilius in sola retentione menstruorum dixisse Hippocratem morbos contingere ex vtero.

58 B *Recto intestino, aut vtero inflammationem patiente, vrinæ stillicidium superuenit: & renibus purulentis vrinæ aduenit stillicidium: hepati autem inflammationem patienti singultus aduenit.* 7ª. Aphor. 17. 55.b

Quando aliquis parum, & frequenter mingit: hęc passio, stranguria, i. vrinę stillicidium nominatur: & fit aliquando ex imbecillitate potentię retentiuę in vesica, non nunquam vero ex acritudine vrinę: imbecillitas ergo fit propter intemperaturam, & aliquem tumorem præter naturam: acritudo autem vel propter renum passionem, vel quia talis ad ipsos venit ex venis superfluitas serosa percolata. Recte itaq; Hippocrates inquit vrinæ stillicidium recto intestino, & vtero inflammationem patiente, & renibus suppuratis aduenire: In recto quidem intestino & vtero, per compatiendi rationem vesica patiente: in renibus autem purulentis, pure per vesicam euacuato. Hoc igitur sui acritudine mordens vesicam, excitat ad excretionem: In vteri autem vel recti intestini inflammatione, vicinitatis ratione pati vesicam est necessarium, vt quę & intemperaturam participet & inflammationem, & pręterea prematur, atque angustetur à tumoribus pręter naturã, qui in illis existunt. Dictum autem est à me etiam prius, q̃ nõ simpliciter alterius passio alteri superuenire apta est, sed iis, quę magnitudinem habent effatu dignam. Sic igitur & hepati inflammationem C patienti singultus superuenit propter neruorum communicationem, non quidem semper, sed quando ad maximam attollitur inflammationem.

Aphor. 62. 59 *Si mulier non concipit, scire autem velis, si conceptura sit, pannis circũtectam desubter suffias: &, si odor videatur per corpus ire ad nares & os, scito, quòd ipsa non ex seipsa sterilis est.*

Verbum /suffias/ materiam indicat, quę naturam habet, ut suffiri possit, thus uidelicet, & myrrham, & styracem, & quæcunque alia talia, quę calidam habent temperaturam, & sunt satis odorata. Vult enim in totũ corpus ferri uim, quę ab ipsis manat, ut, cum & os & nares attigerit, à muliere manifeste sentiatur. In iis igitur solis totum non peruadet corpus qualitas suffitorum, quibus durum est, ac densum uteri corpus: cum uero sit tale, non est aptum ad conceptionẽ: sicuti & paulopost ipse inquiet: Quęcunque frigidos habent uteros & densos, non concipiunt. Quod autem in fine aphorismi scribitur /Scito, quòd ipsa non ex seipa sterilis est/ indicat eius rei usum. Sępius enim, ut permaneat genus alicuius sacerdotis, uel regis, student ciuitates, ut prolem habeant, mares, seu fœminas, in quibus uel solis genus consistat: atq; ita, ubi mulieres non concipiunt, quęritur, utrius causa hoc accidat, ut facto diuortio mulieres concipiant: & hanc Plato in Theæteto D innuit esse bonarum pronubarum artem. Totus autem sermo dicetur paulopost, quando omnes exposuerimus, qui ad ipsum pertinent, aphorismos.

60 *Si mulieri vtero gerenti purgationes eant, impossibile est fœtum esse sanum.*

Et uerbum /purgationes/ numero plurali dictum, & ipsi uerbum /eant/ adiunctũ, ostendunt non esse paucum illum, qui excernitur sanguis, neq; semel, sed sępius, & multum. Qui enim semel, aut bis paucus excernitur, in multis apparet absq; hoc, q̃ fœtus quippiã patiatur. Cum uero nihil deficit multitudini purgationis menstruorũ, & seruat deinceps terminum circuituum per menses, impossibile est fœtum esse sanum: siquidem ille, qui fortis est, ad sui alimentum abutitur sanguine, qui ex toto corpore ad uteros fertur. Excretio uero, quæ in grauidis fit, uidetur ex uenis, quæ in collo sunt, apparere. Nam ab interioribus, quæ sunt in cauitate uteri, secundæ pẽdent: quare nihil per illas potest in muliebrem sinum excerni.

61 *Si mulieri cessent purgatiões, neq; horror neq; febris superueniat, et fastidia incidãt: iudica ipsam in utero habere.*

In iis, quę recte purgantur, mulieribus, & quibus repente sine causa manifesta supprimuntur purgationes, sermonem fecit Hippocrates, docens nos ea, quæ plurimę mulieres ipsa experien-

tia didicerunt. Cum enim fastidium patiuntur menstruis suppressis, tunc se concepisse coniiciũt: Fit autẽ fastidium eadem, qua pica, ratione, læso ore ventriculi in mulieribus grauidis. Interdum autem contingit & propter vitiosos humores totum corpus occupantes, tale aliquid accidere: verum hoc cum horrore, & febre patiuntur, & his distinguuntur à grauidis. E

62 ‖ *Quæcunq; frigidos, & spissos vteros habent, non concipiunt. Et, quæcunq; præhumidos uteros habent, non concipiunt: extinguitur enim in eis genitura: & quæcunque siccos magis & adurentes: nam ex defectu alimenti corrumpitur semen. Quæcunque vero ex vtrisque mediocrem habent temperaturam, ex fœcundæ sunt.*

de Natura humana co. t.11. t. 29.

Si mihi liceret omnibus aphorismis ordinem congruentem apponere, non essem veritus paulo antea dictum aphorismum in hunc locum transferre: vt finito sermone de purgationibus, ille, qui de ipsis esset vteris, deinceps scriberetur, docente ipso, quot modis mulieres steriles fiant. Primus igitur in ipsis erit aphorismus, in quo dixit, ‖ Si mulier non concepit, scire autem velis, si conceptura sit, pannis circuntectam desubter suffias. Secundus autem iste, qui nunc est nobis propositus: cuius summa est, quòd bene temperati vteri ad cõceptionem sunt idonei: male autem temperati, si parum à bonitate recedunt, difficulter cõcipiunt: sin nimium, mulieres steriles reddunt. ita vt simul etiam detur intelligi, vnde viri sint steriles: sed hoc multos latet. Qui vero ea, quæ dicta sunt, diligentius considerat: primum quidem sciet, quam ob causam & quidam viri omnino steriles sunt: secundo loco, post hoc de viris quidem, ac mulieribus bonam habentibus temperaturam, q; semper generabunt, etiam si cum malam habentibus coeant: de habentibus autem malam temperaturam, q; cum solis contrariam temperaturam habentibus coeuntes, gignent. Prius autẽ dicetur de mulieribus sterilibus, quarum vterus statim ab initio est male temperatus, exuperante scilicet vel vna primarum qualitatum, vel duabus: quemadmodum in cõmentariis de temperaturis determinauimus, ostendentes octo esse numero omnes intemperaturas, simplices quidem quatuor, quarum & nunc Hippocrates meminit, compositas autem alias quatuor, his simplicibus inuicẽ complicatis. Vbi igitur immodica frigiditas exuperat adeo, vt vterus spissior efficiatur, angusta quidẽ sunt summopere in iis ora vasorum, quæ ad ipsum pertingunt: mulieres vero steriles redduntur, cũ secundæ non possint vasorum orificiis adnasci, neq; si hoc fiat aliqñ, possit bene nutriri conceptus: vel enim nullo modo fiunt in hisce mulieribus purgationes, vel oĩno paucæ, & hæ ipsæ vitiosę, solo tenuiore, atq; aquosiore sanguine perlabente. Sed & hæc quoque ora facile obstruuntur cũ propter natiuam angustiam, tum quia magna ex parte hæ mulieres humorẽ aggregãt pituitosum: siquidẽ & corpus totum, vt plurimũ, est vteris simile. Contingit autem & maris semen in talibus vteris refrigerari, nisi sit natura calidissimũ. De prima itaq; frigida tẽperatura Hippocrates fecit mentionẽ, inquiens /Quæcunq; frigidos, & spissos vteros habent/, Non per Iouem volens simul coniungere in ipsis cum frigiditate densitatem, veluti si siccitatem, aut humiditatem addidisset. Harum enim neutra semper consequitur frigiditatem: & propterea ipsi modo vna, modo altera adiungitur. Densitas vero ex necessitate valde frigidos vteros comitatur, ob quam non possunt concipere, vt diximus. Quare ita sermonem totum huius aphorismi accipiemus. Quæcunq; frigidos vteros habent, non concipient, propter substantiæ ipsorum spissitudinem. Cur vero spissitudo aduersetur conceptioni, dicere prætermisit, vt nobis potentibus intelligere. Et quæcunque vteros nimis humidos habent, non concipiunt: extinguitur enim genitura, quẽadmodum in terra palustri cerealia semina. Et quæcunq; siccos siue adurentes habent vteros, propter defectum alimenti non concipiunt. Nam in siccis vteris tale quiddam accidit, quale, vbi aut arenæ, aut argillosæ terræ, aut petrosæ mandantur semina. In habentibus autem immodicam caliditatem, quale, vbi valde calidæ terræ semina committuntur, quẽadmodum in ęstibus sub Cane contingit. Sic itaque quatuor qualitatum Hippocrates meminit, singulorum seorsum facultatem exponens: vt, si qñ inuicem misceantur, manifesta sit earum commistio. Post hæc autem inquit, Quęcunq; vero ex vtrisq; modice temperatę sunt, fœcunditatẽ habent. Ex quibus autem vtrisq;? non profecto ex qualitatibus, (sunt enim quatuor) sed, quæ sunt secundum ipsas, oppositionibus. Sicuti enim dictum est in libris de temperaturis, vna quidem est bona temperatura, mistis modice inuicem calido, ac frigido, altera vero humido, ac sicco: & fieri potest, vt sit aliquis vterus secũdum vnam quidem oppositionẽ bene temperatus, secũdum alteram vero, male. Sed, ne mulier concipiat, potest vel altera efficere intemperatura. Mulierem vero esse fœcũdam, sine ambabus bonis temperaturis est impossibile. Hippocrates itaq; sicuti totum sermonẽ anteriorem de muliebribus scripsit, sic & nunc dictũ de iis, quas habẽt vteri, trmperaturis conscripsit, nec tamen addidit de viris sermonem, vel quia promptum nobis sit ex iis, quæ dicta sunt, easdem intemperaturas ad semen transferre, vel quia distulit in posterum, sed postea oblitus est. Quidam tamen alterum deinceps aphorismum de maribus ascripsere, cuius initium est, Similiter & in maribus. Sed probatissimi aphorismorum expositores aiunt ipsum ab Hippocratis mente, & elocutionis modo manifeste deficere. Ac proculdubio ad proportionem illorum, quæ de mulieribus Hippocrates scripsit, licet nobis ad viros transeuntibus dicere, q; vel propter tẽperaturæ frigiditatem non bene semen concoquitur: atq; ideo, si mediocris sit intemperatura in ipso, indiget vtero calido

F G H

Supra, aph. 59.

A calido sufficienter: sin immodica sit est oīno infœcundū, vel propter humiditatē rursus non con coquitur: & hoc etiam indiget, si modica sit intemperatura, vtero calidiori, ac ficciori: sin īmodica, infœcundum est. Eodē modo & propter excedentem calorem semen fit tosto simile. Ob siccitatē vero, vbi primum excidit, neq; extendi potest: quod maxime est necessarium, si mulier debeat cōcipere. Ostēsum est enim in libris de semine, nisi per vteri cauitatem parte plurima semen extēdatur, mulierem non concipere. His igitur veluti quibusdam elementis à nobis astructis, deinceps dicamus id, quod paulo ante dicere distulimus, quod etiā à Platone in Theæteto proponitur. Inquit enim hoc esse maximum opus obstetricum, scire coniungere inuicem corpora apta ad conceptionem, quod nunc in sermone dictum est: & simul posse discernere, qui viri sint infœcundi, & quæ mulieres steriles. Nam immodicæ intemperaturæ, horum sunt causæ. Modicę vero si sint, & contrarijs coniungantur, tunc concipient mulieres: si vero similibus, non concipient. Neque enim fieri potest, vt frigidius semen in vtero frigidiore sit fertile, quemadmodum neq; siccius in sicciore: idem & de duobus alijs sentiendum: sed indiget semen quidem frigidius, vtero tanto calidiore, quando deficit ab optima temperatura: & humidius ficciore: eodem modo & in alijs. Cognitio autem omnium immodicarum vteri intemperaturarū est, quam paulo ante dixit Hippo-
B crates in suffitu, qui per aromata fit. Frigiditas enim spissitudinis ratione non permittit vsq; ad os, & nares ferri aromatum exhalationem: eodem modo & siccitas. Humiditas vero sicuti ab ipso dicta est extinguere geniturā, sic & aromatum qualitatem. Reliqua est vehemēs caliditas, † si quidem ea ratione ꝙ vincit, aromatum facultatem alterat, atq; corrumpit, ac propterea nō permittit ipsa seruantia sui naturam sinceram, circa os, & nares ferri: de hisce naturis ex suffitu aromatum sufficiens cognitio præstabitur. Si vero non potest hæc sufficienter haberi, ex alijs indicijs nobis erit talis natura inuestiganda, hoc ipsum primum cognoscentibus, ꝙ rara admodum est huiuscemodi temperatura in mulieribus: siquidem fœmina est mare natura frigidior. Vnde ob hoc ea, quam facit Hippocrates ex aromatum suffitu, dignotio, in sterilibus mulieribus vtilissima est: vel quia omnis immodica intemperatura isti subijcitur: vel quia rarissime vna ipsam subterfugit in mulieribus illis, quę tenues apparent, nigrę, & hirtę: ita vt ex his signis percipiatur earum immodica intemperatura sine suffitu aromatum.

† *Cod. Leoniceni, & Laurentiani habebat εἰ μὲν τῷ νικᾶν τὴν τῶν ἀρωμάτων, & c. sūt q ex impſsis grę. ita uertāt non male. quæ si odorū vi alterabit, et corrumpet, atq; propterea ipsum seruata sinceritate non permittet subuehi ad os, & nares: satis tū ī his ēt calidioribus naturis esse poterit ad sterilitatis cognitionem aromatū suffitus: si vero hæc p̄stare nequeat, ex alijs, & c.*

63 *Similiter autem & in maribus: aut enim propter corporis raritatem spiritus extra fertur, vt semen non transmittatur ad os: vel propter spissitudinem humor non exit foras: vel propter frigiditatem non concalescit ita, vt ad hunc colligatur locum: vel propter caliditatem hoc idem accidit.*

C

Qui hunc interposuit aphorismum: neq; proprias voces intellexit. Nam, cū profiteretur eundem in viris sermonem se facturum, sicut Hippocrates in mulieribus scripserat, non fecit hoc. Cum enim ille de quatuor intemperaturis fecisset mentionem, oportuit hunc etiā quatuor in maribus, vt nos fecimus, in medium adducere: verum non sic iste, sed primum quidem corporis raritatem statim damnat, quæ in mulieribus fuit prætermissa: deinde nec eius sermo, si ipse seorsum diligentius examinetur, verus deprehendetur. Conspiciuntur siquidem viri non pauci, qui, licet corpus rarum habeant, semen tamen habent fœcundissimum: neq; id mirum. Raritas siquidem corporis in calidioribus vnà, atq; humidioribus prouenit temperaturis, quę potissimum plurimo semine, & fœcundissimo abundant. Nam & materiam habēt, ex qua semen generatur copiosum, & vim, à qua concoquitur. Eiaculatur aūt semen vasorum seminalium intentione compressum, non spiritus occursu propulsum: siquidem substantia spiritualis cum humore miscetur seminis, quæ & ipsa indiget exprimentibus, sicut & humor: qui tantum siccum superexcedit, quanto & celerius foras eijcitur, & ad longius spatium fertur. Hæc igitur sunt ab eo ignorata, qui aphorismum adiecit, & præterea cum ait humorem propter spissitudinem non exire foras. Si enim alium hu-
D morem à semine dicit, sermo delirus est. Si vero ait semen propter corporis totius spissitudinem non exire foras, ignorat omnino, quæ sit structura instrumentorum, quę seminaria vocantur: melius enim fuerat ipsorum causari angustiam. Sed &, quod deinceps est dictum, vsq; ad aliquid verum, non habet id, quod sequitur, intelligibile. Nam, ꝙ propter temperaturæ frigiditatem semen non concalescat, ac propterea sit infœcundum, verum existit: ꝙ autem colligi nequeat ad locum hunc, superfluo adiectum est, preter id, ꝙ neq; locus ab ipso explicatur, sed à nobis intelligendus relinquitur: & tamen id verbum /hunc/ ad ea, quæ prius dicta sunt, habet relationē. Sed hæc quidem parua sunt: qui vero circa finem error, est magnus, cum dicat propter ipsius caliditatem hoc idem euenire: nam manifeste ad illud, quod antea dictum est, sermo iste refertur. Dictum autem antea fuit, ꝙ propter frigiditatem non adeo concalescat, vt ad hunc locum colligatur. Quare propter calorem oportet intelligere non concalescere, neq; colligi in vasis seminarijs semen. Hoc autem est aperte absurdum. Nam torreri, aut assari, aut tale aliquid semen pati propter calorem, rationem habet: non concalescere autem, est omnino perabsurdum.

64 *Lac dare caput dolentibus malum: malum vero & febricitantibus, & quibus hypochondria suspensa murmurant, & siticulosis: malum autem, & quibus in febribus acutis biliosæ sunt deiectiones, & quibus sanguinis multi*

deiectio facta est. Conuenit autem & tabidis non valde multum febricitantibus, dare: & in febribus longis, & par E *uis, si nullum ex supra dictis signis affuerit, & præter rationem consumptis.*

Quòd lac facile alteretur, & q duplicem habeat alterationem: qñ pluri quidem adhæret calori, statim in nidorem abiẽs: qñ autem pauco, cito acescens: tibi licet perdiscere, partim statim, cum ex mãmis excidit, ad ignem elixanti: partim ipsum iacere per se ipsum permittenti. Nam & elixatum in nidorẽ abit, & sibi dimissum omnino acescit, cito, vel tarde. Sic aũt & in sanis, si non bene concoquatur, in quibusdam acescit, in quibusdam aũt in nidorem abit: in ventriculo quidem frigidiore prorsus acescit, in calidiore vero in nidorem abit. Lac vero bene concoctum nutrit, & bonos facit humores: &, dum concoquitur, pariter attollit hypochondria, ac caput petit. Hos effectus & passiones in sanis etiam videbis. Verum, quę ęgrotis accidunt, percurrit Hippocrates: quæ semper quidem experiri volentibus manifestantur: & possunt etiam ante experiẽtiam cognosci. Vbi enim in ijs, qui integra sanitate fruuntur, videmus lac capiti dolorem afferre, & hypochondria inflare: non est admirabile colligere, q ijs, qui iam caput dolent, vel suspensa habent hypochondria, sit inimicissimum. Recte aũt dixit hypochondria suspensa, licet dicere potuerit inflata & flatuosa. Neq; n. hæc sola potest lac offendere, sed & alia oïa, quæ sunt quouis modo suspensa, pp aliquam F talem, qualis est inflãmatio, vel erysipelas, vel tumor prędurus vel lassus, passionẽ. Adhuc aũt magis, si abscessus nõ dum sit in hypochondrio, diruptus, est. n. his etiam lac inutile. Hęc itaq; oïa vno verbo significat Hippocrates, inquiens, hypochondria suspensa. Nocere aũt ait, & murmurantibus lac, quæ alia sunt ab inflatis, & distentis: flatuosa siquidem, ac ventosa & hęc sunt. Maior itaq; offensio distentis hypochõdrijs obuenit, minor vero murmurantibus: sed tñ his quoq; lac est inutile: acescit enim in ipsis. Serum tñ lactis sale, & melle condientes, plurimis talibus exhibuimus, qui & iuuati sunt eorũ aluo subducta. Sitiẽtibus quoq; malum inquit lac esse: euaporat. n. in ipsis, siue natura siticulosi sint, siue ex aliqua occasione sitis aduenerit. Et biliosa dejicientibus, in quibus etiam dicerem ipse lac in nidorẽ abire: non minus, q̃ in ijs, qui talia euomunt. Nam in vniuersum didicimus q̃ celerrime ab oïbus causis calidis lac ad nidorosum alterari. Rationabiliter itaq; & ijs, qui acute febricitant, nocet: mihi q; videtur sermo melius in hunc modum se habere: Malũ autẽ, & quibus biliosæ deiectiones, & acutis febribus. Neq; n. ambobus simul iunctis tantummodo noxium est lac, sed seorsum in vtroq;. His igitur passionibus lac plurimũ aduersatur. Vtile autem est ijs, quæ sequuntur, de quibus est ab Hippocrate scriptum in hunc modum: Conuenit autem tabidis non valde febricitantibus dare. Nam primum de tabidis facit mentionem. Intelligẽdum G autem est ipsum ita nominare illos, qui tabem ex vlcere pulmonis patiuntur. Nam alios, qui alia ex causa sunt extenuati, ipse deinceps nominat in verbis illis, quorum initium est, Et in febribus paruis. Cõmune autem in omnibus, qui lacte indigẽt, q cibus bonum generãs succum, & qui cito per venas distribuatur, illis est necessarius. Neq; mirandum est, si lac dicimus bonum succum generare, etiam si aliquid habeat flatuosum. Nam in vniuersum, bonum succum generare dicimus, quæcunq; post coctionem ad bonum humorem transmutantur, hoc est ad sanguinem: hic enim humor est nobis amicus. Cur autem, cum dixisset /Conuenit autem tabidis/, adiecit /Non valde multum febricitantibus/, mihi videtur dignum inuestigatione non parua: nam sufficiebat etiam sine valde dicere. Nunquid igitur & multum febricitantibus lac exhibet: solis autem ijs, qui valde multum febricitant, haudquaquam exhibet? an ab aliquo adiectum fuit verbum /valde/ sicut & pleraq; alia? Hæc itaq; quispiam per ocium inquirat. Sciat autem hoc nunc à nobis discens, multum febricitantibus lac dandum non esse. Miror autem, quo modo in illis, in quibus lac dari iubet, ascripsit /Si nullum ex supradictis signis affuerit/, cum sit à doctrina aphoristica alienũ: id enim erat ex ijs, quæ prius dixerat, cognitum, etiam hoc non adiecto, q dandum est tabidis, & præter rationem extenuatis lac, nisi caput doleat, aut hypochondria intumuerint, aut biliosæ sint deiectiones, aut tale aliquid aliud ipsis adsit. An non simpliciter, neq; semper seruare breuitatem videtur Hippocrates, sed, in quibus magnum aliquod periculum imminet, si negligentius, quod ab ipso docetur, accipiatur, in his bis ter' ue repetere eadem non veretur? H

65 *Quibus tumores in vlceribus apparent, non conuelluntur valde, neq; insaniunt: verum his euanescentibus, derepente quibusdam à tergo conuulsiones & distentiones fiunt: quibusdam ante insania, vel dolor lateris acutus, vel suppuratio, vel difficultas intestinorum, si tumores sint rubicundi.*

Omnes præter naturam tumores Hippocrates œdemata, id est inflationes, nominat, sub quibus videlicet etiam inflammationes continentur: sane q; hoc ipsum nomen inflammationis antiqui omnes magis inflamminibus, etiam si sine vllo sunt tumore, adaptabant. Quod igitur dicitur, tale est: Quibus tumores vlceribus adueniunt, non admodum conuelluntur, neq; insaniunt. Hoc autem indicio est, q non nulli quidem in ipsis conuelluntur, & insaniunt, sed raro hoc patiuntur, qñ videlicet magnitudinem effatu dignam vel malignitatem aliquam assumpserint. Si vero tumores derepente euanescant, conuulsiones, ac distentiones, qñ in partibus posterioribus, hoc est in dorso, vlcera fuerint. Quæ vero deinceps dicuntur, si in partibus anterioribus fuerint, consequi dicit.

A dicit. Posteriora siquidem neruosa sunt, anteriora autem venosa atque arteriosa. Quando igitur ab vlceratis partibus humor, qui fecit tumorem, ad aliquam partem principalem se cōtulit: in partibus quidem neruosis posterioribus conuulsiones fient ac distentiones: (nam hæ sunt neruorum passiones) in anterioribus vero insania, si feratur ad caput: lateris autē dolor, si ad thoracē humor conuertatur. Sæpius vero & hi suppurantur, si humor non dissolutus fuerit. Difficultatem vero intestinorum fore inquit, si tumores rubri fuerint & repente discedant: illam dico intestinorū difficultatem, quam sanguineam nominant, quæ est sanguinis euacuatio per intestinum absq; exulceratione. Quòd igitur, si vel in dorso, vel in partibus anterioribus illi oppositis cōtigerit aliquando tumores de repente euanescere, in tales ægri incidunt passiones, nos vidimus: non tamen ipse nobis Hippocrates manifestauit, an de his partibus solis loquatur, an simpliciter de omnibus, ita vt crura etiā & brachia hoc sermone comprehendantur. In tibia itaque non sunt in partibus anterioribus musculi in chordas validas desinentes. In coxa vero in partibus genu anterioribus maximam videmus chordam, ob quā per compatiendi rationem rationabile est magis sequi cōuulsionē, quàm ob aliquem musculorū, qui sunt in partibus coxæ posterioribus. Sunt enim omnes carnosi. Quare verum non videretur id, quod vniuersaliter ab Hippocrate dicitur, quòd ex partibus tantum posterioribus accidunt conuulsiones. Videtur quidem magna ex parte id fieri, non in cruribus modo, sed etiam in brachijs, forte quoniam hæ partes omnes è directo sunt dorsalis medullæ. Nascuntur autem ab hac & membrorum extremorum, & spinalium musculorum nerui.

B

66 *Si in vulneribus fortibus & prauis tumor non appareat, ingens malum.* — 2. Epid. sect. 3a.

Potest & vltimo aphorismi verbo /malum/ adiungi ingens: potest & priori parti coniungi. Fiet enim sermo talis: Vulneribus prauis existentibus, si tumor non appareat, ingens est malum. Vel talis: Vulneribus prauis existentibus, si tumor ingens non appareat, malum. Contingit autē & verbum /ingens/ communiter dici, ac si ita dixisset: Si vulneribus prauis existentibus, tumor ingens non appareat, ingens est malum. Melior vero ex tribus sermonibus meo quidem iudicio hic est: Si vulneribus prauis existentibus, tumor non appareat, malum est ingens. Dictum autem est & antèa, quòd tumor (græce œdema) ab ipso generaliter dicitur de omnibus tumoribus præter naturam. Vulnera autem praua dici existimandum est, quæ sunt in capitibus aut finibus musculorum, et maxime neruosorum. Nam in capitibus musculorum, musculis nerui inseruntur, ex finibus autem chordæ oriuntur. Sicuti igitur paulo prius damnabat omnes tumores derepente euanescentes, ita nunc illos, qui neq; omnino adueniunt vulneribus prauis. Nam & in his suspicandum, ne humores ad vulnera defluētes, ad partes principaliores transmeent. Hoc in illis præsertim fieri vulneribus est existimandum, in quibus adest quidem dolor, & propter ipsum omnino aliquid influit, sed à medicis reprimitur valde infrigidantibus aut astringentibus medicamentis: nam, si dolor absit, neq; fluxio mouetur. Maxime autem dolores patiuntur partes neruosæ, quæ per medicinas calefacientes atque exiccantes curari desiderant.

C

67 *Molles boni: crudi vero mali.*

Hic sermo pars est antecedentis, docente Hippocrate omnes tumores, quicunque molles sunt, bonos esse: contrarios vero prauos. Proprie igitur molli opponitur durum atq; renitens: Hippocrates vero crudum ipsum nominauit. Neque enim fieri potest, vt sit tumor renitens bene concoquente membri natura humores ad ipsum confluentes.

68 *Dolenti partem capitis posteriorem, in fronte recta vena incisa prodest.* — 6. Epid. cō. 2. t. 27. 3. 105. c — in Epid. cō. 2. t. 23a. 165.

D Non solum studet Hippocrates, vbi sit opus, euacuare, sed cum auersione. Auersio autem ad contraria fit, secundum longitudinem quidem supra & infra: secundum latitudinem vero hinc & inde, hoc est à dextris & à sinistris: secundum altitudinem vero ante & retro. In doloribus itaque partis capitis posterioris, cum auersione nunc euacuatio ex fronte fiet: sicuti anterioris ex occipite. Sic itaque diuturnæ oculorum fluxiones sæpius sanatæ sunt, ex partibus secundum occiput sanguine misso, vnà cum cucurbitulæ vsu.

69 *Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorsum ad caput: sed & viris parte corporis posteriore magis: quàm anteriore, veluti femorum, cubiti. Sed & cutis rara: indicio autem est pilus.* — 2. Epid. sect. 3a. & 6. Epi. cō. 3. t. 19. 3a. 174. c — de tremore pa. c. &c. 3a. 53 — in Epi. cō. 3. t. 13a. 174. c

Rigores omnes incipiunt quidem cum sensibili frigore: paratiores autem non solum ad suscipiendam, sed etiam sentiendam frigiditatem, sunt dorsi partes: quare non absque ratione hinc rigores inchoant: & hi citius fiunt mulieribus, quoniam fœmina est natura frigidior atque imbecillior. Recurrit autem hinc rigor incipiens, ad principium neruorum, scilicet caput, celerrime facta per spinalem medullam compassione, quoniam & ipsa natura frigida est, sicut & cerebrum, & propter substantiæ mollitiem, vt cerebrum, alterationem facile suscipit. Ex partibus autem anterioribus rigores non inchoant, quoniam calidiorem habent, quàm partes posteriores, temperaturam:

huius q;

huius q; argumentum sumit ex cutis raritate: rursus q; raritatis ex pilorum multitudine. Dictum E est autem à me de generatione pilorum sufficienter in commentarijs de temperaturis.

70
6. Epi. com. 6. t. 7. 3ª. 197. c

|| *A quartana capti, non admodum à conuulsionibus capiuntur. Si vero prius capiantur, & quartana superuenerit, liberantur.*

Quæ quidem fit ex euacuatione conuulsio, acutissima est, & perniciosissima: quæ vero ex repletione partium neruosarum, qualis in morbo comitiali, neq; acutissima, neq; similiter periculosa. Meminit autem Hippocrates nunc nõ de tali conuulsione: nam verba /capti/, & /capiuntur/ longitudinem temporis ostendunt. Hanc itaq; conuulsionem quartana non solum prohibet fieri, verum, si præfuerit, soluit. Fit autem ab humoribus lentis, ac pituitosis, qui partibus neruosis inserti sunt. Cum vero horum humorum duplex sanatio sit, excretio scilicet, & coctio: ambas habet quartana, excretionem quidem ex rigore (hæc.n. sola agitatio sufficiens est crassum excernere humorem) coctionem vero, caloris febrilis ratione, qui rigorem consequitur.

71
6. Epid. sect. 6.

|| *Quibus cutes circumtenduntur aridæ, & siccæ, sine sudore † moriuntur: quibus vero laxæ, & raræ, cum sudore moriuntur.*

F

† τελευτῶν. quam dictionẽ philotheus accipit pro iudicari vel ad vitã, vel ad mortẽ: si enim euphoria ipsos consequatur, ad sanitatem: si vero dysphoria, ad mortem.

Morituri, qui quidem squallidas, duras, & siccas habent cutes, et extentas: sine sudore moriuntur: qui autem contrario modo, laxas videlicet & molles, & raras, cum sudore moriuntur: prioribus siquidem humiditas vel omnino deest, vel cuti: alijs vero & cuti inest.

72 *Qui regio morbo laborant, non multum ventosi sunt.*

Ventosos ab ipso nunc dici est existimandum illos, qui in ventre colligunt multitudinem venti flatuosi, qui vel per ructus, vel flatus excernitur, vel remanet, & extendit, quæ ibi sunt. Fit autẽ hoc non nunquam quidem ob debilitatem, & imbecillitatem partium ad ventrem attinentium, non nunquam vero ex pituitoso, & frigido humore. Hi itaque, qui propter pituitosum humorem ventosi sunt, contrarij sunt laborãtibus regio morbo, qui ex bile accidit. Quare hi nunquam ob humoris exuperantis naturam ventosi fiunt. Contingit autem ipsos ob partium imbecillitatem fieri aliquando ventosos. Quare sermoni adiecit /non admodum/ perpetuitatem quidem negationi adimens, ostendens autem maiori ex parte, quod prius dixerat, fieri. Neq; enim admodum inuenire contingit regio morbo laborantes, habere partium ad ventrem attinentium imbecillitatem. G

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS

COMMENTARIVS SEXTVS

1
2. Epid. sect. 2ª.

|| *IN longis læuitatibus intestinorum, si ructus acidus fiat, qui prius non erat, signum bonum.*

Læuitas intestinorum (græce leienteria) est velox exitus eorum, quæ comeduntur, atque bibuntur: quæ talia deijciuntur, qualia fuere deuorata. Si quis vero vellet breuiorem afferre definitionem diceret esse priuationem, coctionis, cũ neq; quo ad cõsistentiam, neq; quo ad colorem, vel odorem, vllam've oĩno qualitatẽ, in ventriculo facta fuerit mutatio ciborum. Tale autem nomẽ hæc passio sortita est, existimantibus illis, qui prius talẽ ei indiderunt appellationẽ, fieri ipsam propter intrinsecæ superficiei intestinorum læuitatem, ob quam cibos, qui continentur in eis, non amplius apprehendunt, vt, cũ suam seruabãt sibi à natura inditã asperitatẽ, H retinebant. In pluribus itaq; alijs, qui primi nomina rebus imposuere, quãuis sint collaudandi: nõ tamen eos in læuitate intestinorum accepto, cum ignorauerint, q; ipsius ventriculi proprium est cibos amplecti, ac se circunstringendo, certo tempore detinere, & rursus ad inferiora dimittere. Et, sicut in vesica fit vrinæ stillicidium, non expectãte, vt illa colligatur, sed statim tanquam mordentẽ, aut aggrauantem expellente: sic et in ventriculo veloces exitus: hi enim sunt communes omnium excretionum causæ: quas si illi sciuissent, qui primi hanc passionem, læuitatem intestinorum nominarunt, talem de ea opinionem abiecissent, & vice eius, totius ventriculi, atq; intestinorum imbecillitatem in causa posuissent, ob quam hæ partes corporis grauatæ à cibis assumptis, ipsos confestim excernunt. Fieri vero potest etiam aliquando, vt à quorundam humorum mordacitate in superficie exulceratis fiat hæc passio: etsi ipsa vis non multum patiatur: nam & tunc erit necessarium, vt permeantibus cibis, partes exulceratæ dolorem sentiant, atq; ideo deorsum illos propellant, & à seipsis quàm citissime emittant: quo in omnibus partibus facto, velocitas exitus subsequetur, & nullum fiet initium coctionis: verum tali intestinorum læuitati cuiusdam morsus inerit sensus. In illa vero, quæ accidit propter ventriculi, atque intestinorum imbecillitatem, absq; vllo doloris sensu fient deiectiones. Adest autem & hæc haud parua vtriq; differentia. Quæ enim fit ex humorum

A ex humorum acritudine in ventriculi, atque intestinorum abrasa superficie, cessante humorum prauitate statim sanatur cibis, ac potibus, qui vim abstringendi habent. Quod si longiori tempore perseueret, in alteram passionem, quæ dysenteria, id est difficultas intestinorum nominatur, transmutatur. Quę autem potentiæ retentiuę sequitur imbecillitatem, omnino quidem fit ex intemperatura, sed vel ipsorum corporum, quę iam habitum quendam non facilem solui contraxerunt, est dispositio, vel propter humorem aliquem, qui in ventriculo, atque intestinis continetur, euenit: ex quibus humoribus vnus est pituita. Vnde, & acidos ructus, qui tali passione laborāt, habent, quos Greci oxyregmias nominant, qui & sine aliqua pituita quandoque in ventriculo frigidiore fiunt: & in quibusdam lęuitatibus intestinorum, quæ ex frigiditate ortum habent, vnà fiunt, sed progressu temporis cessant. Nam ab initio paruo quodam tempore cibi in ventriculo retinentur, procedente autem, atque aucta passione, neque hoc tempore retinentur. In quibus igitur paruo remanent tempore, fit quoddam veluti initium coctionis, & propter hoc non sortitur effectum. Nos vero didicimus frustrationes coctionis ex frigiditate prouenientes, ructus acidos facere. In quibus autem cibi nullum habent coctionis initium: neq; vlla ab initio fit in qualitate mutatio: quare neque ructus acidi, nisi pituita, ac præsertim acida, in ventriculo abundet.
B Propterea Hippocrates non simpliciter dixit bonum esse signum acidos ructus in lęuitatibus intestinorum, sed primum quidem /in longis/ adiecit, quasi cum incipientibus, vt dictum est, sępius vnà eueniant: deinde, vbi prius non fuerint, inquit, Quęcunque enim à pituita ventriculum refrigerante fiunt læuitates intestinorum, semper cum ipsis sunt acidi ructus, vt casus quidam. Illis igitur, quæ neque incipiunt, neque ex pituita fiunt, non insunt acidi ructus. quod si quando fiant, significat tantum iam tempus cibum in vētriculo retineri, quod principium mutationis acciperent, & naturam suorum operum reminisci. Hactenus mihi videor expositoris officium satis impleuisse. Siquis autem eorum, quæ dicta sunt, vult capita omnia scientifice comprehendere: in tractatu, qui de potentijs naturalibus inscriptus est, non paucas habet de ventriculi viribus demonstrationes: in causis autem accidentium, de omnibus, quæ velociter excernuntur. Quoniam vero [a] † Erasistratus in secundo de ventriculo mentitus est de medicis se ætate superioribus, turbauitq; & confudit intestinorum læuitatis notionem: melius mihi visum est hæc etiam superaddere, ac primum ipsius Erasistrati verba subscribere, quæ ita se habent: De ea, quę læuitas intestinorum nominatur, dicēdum: quam priores medici in tres partes diuiserunt, in difficultatem intestinorum, in læuitatem intestinorum, & tenesmon, id est tentionem: quidam tamē in ijs, quæ
C excernuntur, differentias considerantes passionis, atque dicentes, Quando sanguinolenta, atque mucosa exeunt, quę à ventriculo fuere concocta, tunc difficultatem intestinorum nominabant: si vero exeuntia cruda, mista autem sanguinolentis, atque mucosis, læuitatem intestinorum vocabant: cum vero biliosa mista cum sanguinolentis, atque mucosis excernuntur, tētionem, passionem appellabant. Hęc igitur Erasistratus inquit, nescio qua ductus opinione, adijciens crudis excrementis mucosa ac sanguinolenta. Hoc enim nullus apposuit, neque eorum, qui eius ætate claruerunt medici, velut Philotimus, Herophilus, & Eudemus, neque eorum, qui post ipsum fuerunt vsque ad iuniores istos Archigenis sectatores, neque, quos ipse citat, priores medici, hoc est ipso Erasistrato seniores. Diocles siquidem in libro [b] † de curatione, & causa passionis, scribit in hunc modum: Tertia fit magna ex parte ex difficultate intestinorum: vocatur autem læuitas intestinorum, ad quam sequitur deiectio humida, ac spumosa, & cruda, & multa, & cita post cibum assumptum, ac potum. Praxagoras autem in secundo de assidentibus, inquit: Intestinorum læuitate laborantibus, quoniam lubricum est intestinum, ieiunum præsertim, necesse est cito ciborum fieri deiectiones. Post hæc deinceps, quod necessarium sit cito exeuntia, esse omnino cruda, Praxagoras scribit, maximam quidem passionis proprietatem in cita ponens deiectione: quod
D vero cibi omnino incocti permaneant, hoc vnum faciens ex ijs, quę necessario consequuntur. Neque enim, quia omnino incocti permaneant cibi, ideo cito deijciuntur: sed, quia cito deijciuntur, idcirco nullam habent coctionem: atque ideo nos, & alij complures medici, citam ciborum nullam habentium coctionem, deiectionem, dicimus esse læuitatem intestinorum. Ad hunc modum, & alij antiqui medici de ipsa sentire videntur. Nam in libro de passionibus Hippocratis, siue eius sit is liber, siue Polybi eius discipuli, hæc de læuitate intestinorū scripta inueniuntur: [c] ‖ Cibi deijciūtur imputridi, humidi, absque dolore, corpus autem extenuatur. Liquet vero fuisse morem antiquum viris istis, vocare imputrida, quę nos incocta nominamus. [d] † In libro autem de victu salubri, qui, & ipse Hippocrati ascribitur, (licet, qui adulterinum censent, non nulli ad Aristonem, non nulli ad Philistionem, quidam ad Pherecydem referant) scribuntur hæc verba: [e] ‖ Patiuntur non nulli talia. cibus eis deijcitur humidus, incoctus, non propter morbum, veluti læuitatem intestinorum, neque aliquem ipsis affert dolorem. Hi quidem omnes Erasistrato seniores. Sed, vt diximus, mille alij, qui omnes Erasistrati ætate, & postea viguerunt, in eādem sententiam de intestinorum læuitate scripserunt. Quare nescio, qua causa ductus de priscis hominibus mentiatur, illos inquiens arbitrari in læuitatibus intestinorum sanguinolenta, atque mucosa cibis incoctis commisceri.

A † De hoc ēt libro meminit Gal. lib. de vena sectione aduersus Erasistratios. cap. 4. pag. 12. a

B † De passione cā & curatione, & ita videtur legisse vetus iterpres impr[...]ius, & est ill[...] liber de quo meminit Gal. 3. de locis affectis cap. de Melancholia quarta 18. g

C ‖ in libr. de Affectionibus, vbi de Lienteria,

D † Non ē idē liber hic, qui inscribit̄ διαιτητικὸς ὑγιεινὸς τρίτος vel vt Gal. in com. I. sectiōis tertiæ primi Epidem. περὶ διαίτης ὑγιεινῶν, cū eo q inscribitur περὶ διαίτης ὑγιεινῆς: nā hic liber, de quo hoc in loco meminit Gal. est tertius liber de Diæta: cuius initium est: De Diæta hum. &c. Liber āt de Diæta salubri adiectus est libro de natura hu. qui ita icipit: Idiotas [...] oportet: &c.

E ‖ [...] de [...] ne.

Quibus

2 6.Epid.sect.6ª. || *Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra sanitate fruuntur: quibus vero contra ria, salubrius degunt.* E

In siccioribus secũdum naturam temperaturis nulla omnino superfluitas manifesta neque sen sibilis per nares effluit ex cerebro, sicuti, neq; per cutem sudor: sed illa, quæ à medicis difflatio oc culta nominatur, superflua extenuata in modum vaporis euacuat. Humidioribus vero naturis sensibiles fiũt superfluitates, & præsertim cerebri, qm̃ est natura frigidius. eisdemq; genitură, hoc est semen ipsum, ait esse humidiorẽ: sicut in siccioribus aquosa humiditate consumpta, crassius ac siccius est semen. Eos igitur, qui sunt humidiores, siue cerebro tm̃, siue corpore vniuerso, non con tingit salubrem vitam omnis expertem noxæ traducere, verum continuo destillationibus ex par ua occasione capiuntur. &, si superfluitas eis ad inferiora per palatum descendat, partes subiectæ offenduntur, fauces, guttur, aspera arteria, pulmo, gula, ventriculus. Tusses, itaq; in ipsis fieri, & difficiles anhelitus, & anginas, cruditatesq;, & ventris profluuia est necessarium, non nunq̃ vero, & difficultates intestinorum, quando, quod destillat, salsius quodam modo fuerit. Dixit autem, & ipse de his || in libro de aquis, aere, & locis, sicuti, & in libris de || morbis ac || passionibus.

in lib. de Aere. aquis, & locis, c. 2. 2ª. 2. e f. & ca. 6. 4. b.

3 || *In longis difficultatibus intestinorum, cibi fastidia, malum, & cum febre peius.* F

1. de Morbis post principiũ non multis interpositis versi. in li. de Affect. vbi de Lienteria 6. Epid. sect. 7a.

Difficultates intestinorum fiunt quidem ex humoribus acribus. sunt aũt intestinorũ exulcera- tiones primum quidem in superficie abrasorum, progressu autem tẽporis, & profundiora haben tium vlcera putrilagini, vt plurimum obnoxia: quo maxime tempore etiam ventriculus ipsis con patiens ad concoquendũ ineptus redditur: qua offensione magis, ac magis ad superiora puenien te, cum & os ventriculi afficitur, cibum fastidiunt, hoc est non appetunt. Sunt etiam, qui & ab ini tio non nunq̃ cibum fastidiant propter ichoras fluẽtes ab hepate, à quibus diximus abradi intesti- na, præsertim cum hi amaræ bilis naturam habuerint. Nam pars eorum superfluitãs, ad os ventri culi effertur. In longis vero difficultatibus intestinorum cum hic casus euenerit, mortificationem quandam ipsi iam aduenisse ventriculo compatiendi ratione significat, ex qua omnino interijt appetentia, opus ad vitam necessarium. Si vero vnà cum inappetentia febris adueniat difficultati intestinorum, duorum alterum est, vel putredo aliqua circa vlcera, vel digna effatu inflammatio: atq; ita, vt dictum est, toto iam compatiente ventriculo, ægri se habent exitialiter.

4 Ibidem. || *Vlcera circumglabra, maligna sunt.* G

Quando vel pilos videris defluentes à circumiacentibus vlceri locis, vel cutẽ squamulas ẽ sum ma parte dimittere: scito ijs, qui ita se habent, prauos humores ad partem confluere, qui vlcus ero dũt. Neque enim, si radices quidem pilorum possunt corrumpere, loca vlcerata ad cicatricem per- uenire sinent.

5 *Dolores, qui sunt in lateribus, & pectoribus, atq; alijs partibus, an multum differant, perdiscendum.*

Perdiscere oportet non modo locum dolentem, qualis nam sit, sed & magnitudinem doloris in eo, quanta sit. Hoc autem confert, & ad loci patientis dignotionem, & ad pręcognitionem eo- rum, quæ circa ægrum futura sunt, & pręterea ad curationis inuentionem. Si ergo in latere ma- gnus fuerit dolor, primum hic esse non potest, quin patiatur membrana, quę subcingens nomi- natur: secundo autem non est absque periculo: deinde & maiori indiget curatione: si quidem ad- clauiculam dolor pertingat, venę sectione: si vero ad hypochondrium, purgatione: quemadmo- dum ipse in || libro de victu acutorum edocuit. sin autem mediocris fuerit dolor, & pręterea non pungat, vt qui in membrana subcingente est, neq; ad clauiculam aut hypochondrium pertingat: contingit ipsum carnosis costarũ partibus patientibus fieri, atq; ideo neq; esse periculosum, neq; H magno auxilio indigere. Sic & in singulis alijs partibus doloris magnitudo est cõsiderãda: velut si renum pars carnosa patiatur inflammationem, || dolor est grauis: quemadmodum ipse inquit in Epidemijs, ita illum nominans, q veluti cuiusdam põderis, loco incumbentis, inuehit sensum. Alijs vero partibus, quę sunt in rene, patientibus: dolor sentitur acutus. Dico autem alias partes tunicam hunc obtegentem, & ventrem eius interiorem, & eas, quę ad hunc terminantur, arte- rias, ac venas: ac præterea exortus meatuum vrinariorũ. Sic pręterea se habet res etiam in hepate. Nam eius parte carnosa inflammationem patiente, grauis fit dolor: tunica vero circunducta, vel vasis, acutus. & ipsius doloris acuti quantitas maior aut minor, causæ facientis affert indicium. hu mor siquidem biliosus, & acris dolorem auget, sicut & spiritus flatuosus non habens exitum: exoluit autem pituitosus. Non solum autem magnitudo qualitatis aliquod nobis dat doloris in- dicium, sed etiam quantitatis. Augetur enim cuiuslibet causæ efficientis opus, eius aucta substan tia. Si igitur vniuscuiusq; doloris volens à nobis magnitudinem considerari, hunc aphorismum scripsit Hippocrates: sufficienter ipsius vsum exposuimus. Si vero non solum, quo ad magnitu- dinem, dolorum differentiam dicit fore considerandam, sed generalius adhuc quiddam, ac veluti vniuersalius ostendit, consulens nobis omnes effatu dignas dolorum differentias inspicere: ma-

2. de victu acu. t. 11 7ª. 117. h

6. Epid. com. 1. t. 6. 3ª. 155. c

iorem

A iorem adhuc ex eo fructum vtilitatis percipiemus. Fiet q; huiuſcemodi ſermo: Non ſimpliciter partium dolorem cōſiderare oportet: neq; arbitrandum eandem eſſe in omnibus diſpoſitionē: veluti ſi prius quidem Dion, poſtea vero Theon coſtam doluerit: non eodem modo vtrunq; ſe habere exiſtimandum, ſed diſcere oportet, nunquid multum inuicem in dolore differant, an quodam modo ſimiles exiſtant. Fit autem hoc ex duobus perſpicuum, & ex doloris ſpecie, & ex vehementia. Ex ſpecie, ſi pungenti ſimilis, vel tendenti, vel torporem inducenti, vel grauanti, vel ſtimulanti, vel erodenti, vel ferienti, vel continuus, vel cum intermiſſione, vel æqualis, vel inæqualis. Ex vehementia, quis ſit maior, aut minor, aduertendum: quæ paulo antea, quo ad magnitudinem, differentia in doloribus dicebatur. Conſueuere ſiquidem medici verbo abutentes, omne vehementius, maius nominare, quamuis non ad quantitatem, ſed ad qualitatem id pertineat: febrem enim, quæ ſuam habet in caliditate ſubſtantiam, magnam, vel paruam, vel mediocrem omnes nominare non deſinunt. Quare non eſt mirandum, ſi & dolorem vehementiorem, maiorem appellant. Immo vero non eſt admiratione dignum, ſi, quæ ſpecie inuicem diſtant, magnum aiunt habere diſcrimen: veluti dolorem, qui ponderis cuiuſdam ſimilitudinem gerit, ab eo, qui videtur ferire, vel aliquod aliud pati ex ijs, quæ antea diximus.

6 B *Renum, & veſicæ vitia in *ſenioribus difficulter ſanantur.*

In ſenibus vix (inquit) ſanantur, hoc eſt multo negocio, ac longo tempore, quæ in renibus, ac veſica ſunt vitia: quoniā earum opus indeſinens eſt, quiete aūt opus eſt, ſiquid ſanari debeat: & quia per ipſas euacuatur ſuperfluitas acris, apta irritare, ſiue vlcus, ſiue inflammatio, ſiue aliqua alia paſſio in ipſis conſtiterit. Multo autem difficilius ſanantur in ſenilibus corporibus veſicæ paſſiones, quoniā & omnes alÿ morbi, præcipue q; longi. ‖ Tales enim & ipſe ſuperius dixit cōmori omnes.

* *πρεσβυτέροισι hēnt plerique codices, vt Leon. legit: πρεσβύτῃσιν i. ſenibus alÿ.*

2ª. Apho. 39. 17. h

7 *Dolores, & tumores ventris ſublimes, leuiores: qui vero non ſublimes, fortiores.*

Sublimes nunc intelligendi ſunt, non ſecundum longitudinem corporis, ſed profunditatem. Interſtringuuntur autem hi in locis ad ventrem attinentibus, interiore abdominis membrana, peritonęo græce appellata, adeo vt, quicunq; ſupra hanc fiunt, ſublimes vocētur: qui vero infra, hoc eſt in ipſis inteſtinis, atq; ventriculo, nō ſublimes dicantur. Liquet aūt, q; tales recte dixit eſſe fortiores.

8 *Aqua inter cutem laborantibus, vlcera in corpore facta difficulter ſanantur.*

C Docuit ipſe in libro de vlceribus, [a] ‖ non prius ad cicatricē perduci vlcera, quàm ſufficienter exiccentur: hoc autem non facile fieri in ijs, quos aqua inter cutem male habet, ob humiditatis immoderantiam.

9 [b] ‖ *Latæ puſtulæ non admodum pruriunt.*

Sicuti tubercula omnia duplicem habent differentiam, quoniā quędam tendunt in acumen, & altum petunt: quedā ad maiorē extenduntur locum, non tamen in altū attolluntur: ſic & puſtulæ nō nullæ ſublimes, nō nullæ latæ fiunt. Sublimiores aūt puſtulæ, atq; tubercula à calidiore humore generātur, humiliores aūt à frigidiore. Quare ob duplicē cauſam latæ puſtulæ non admodum pruriunt: difflantur enim in latitudinem extenta, & facientem ipſas humorem minus acrem habent.

A in lib. de Vlcerib. non longe a principio: vbi ait: At vbi deligare voles. & in lib. de capitis vulnerib. Siccius fieri vlcus oportet.

B 6. Epid. ſect. 2ª. t. 29. 3ª. 165. f

10 [c] ‖ *Caput dolenti, & circundolenti, pus, vel aqua, vel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum ſoluit.*

Plura & alia ſic oſtenſus eſt Hippocrates dicere: in quibus niſi quis animum aduerterit, videbitur, quod ab ipſo dicitur, ſolum ad curationem paſſionis proficere, aliud vero nihil. Verum ipſe non hoc tantum dicit, ſed ſimpliciter, quòd pus, vel aqua effluens per nares, vel aures, morbum ſol-
D uit. Quòd ſi vtique conuertens dixiſſet, quemadmodum ego nunc, ſermo foret irreprehenſibilis. Quando vel propter inflammationem, vel humorum crudorum multitudinem in capite aceruatorum fieri dolorem contigerit, tunc inflammatione ſuppurata, aut humore excreto, ſolutio fit morbi. Si vero propter ſpiritum flatuoſum, aut ſanguinis multitudinem, aut bilem mordacem, aut omnino ex intemperatura, dolor acciderit, per alia ſanabitur.

C in lib. de Iudicationib. prope finem. & 1. Prorrhet. com. 3. t. 60 4ª. 186. h. & in Coacis prenot. Quib. capitis dolores, &c. & Capitis dolorem ſoluit pus per nares, &c.

11 ‖ *Melancholicis, & renum vitio laborantibus hæmorrhoides ſuperuenientes, bonum.*

Non ſolum rōne euacuationis hæmorrhoides ſanāt huiuſcemodi paſſiones, ſed & ipſa qualitate humoris euacuati. Hæ etenim ſanguinē craſſum conſueuerunt euacuare, humore plenū melancholico, talē habente in ſanguine conſiſtentiā, qualis eſt in vinis fæx: quare nihil mirū, ſi melancholiæ, & rēnū paſſionibus cōferunt hęmorrhoides, vt q̄ humorē fęci ſimilē euacuare natura aptę ſint.

12 *A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi vna non ſeruatur, periculum eſt aquam inter cutem, vel tabem aduenire.*

Hęmorrhoidas fieri impoſſibile abſque hoc, q; propter multitudinem, & craſſitiem ſanguinis ora quarundam venarū aperiantur, hepate ad ipſas reponente fæculentum ſanguinem, & melancholicum. Siquis igitur ei hoc intercludat iter, ſimul duritiem in hepate facit, ſimul multitudine

in lib. de Iudicationibus nō longe a fine, quanquam ibi legitur τοῖς μελαγχολικοῖς μετὰ τὸ φρενιτίδων ἐχομένοις. hoc eſt melancholicis phrenitide occupatis.

grauans

grauans ac crassitie,calorem,in ipso natiuum extinguit,cum tale quid accidat,quale in flammis exterioribus,in quibus multa ligna superingesta suffocant ignem,atque extinguunt. Si igitur à natiuo calore generatur sanguis,perspicuum est,quod ipso extincto non generabitur amplius. Aqua vero inter cutem fit, cum sanguinis generatio frustratur. Quod si quando possit hepar propellere multitudinem ad venas pulmonis,hîc vase aliquo rupto tabidi fiunt. Non frustra igitur consulit vnam saltem seruare hęmorrhoidem,vt per hanc euacuetur fæculenta,ac vitiosa materia hepatis, præsertim in quibus solita est tempore longo per tales venas excerni. E

13 *A singultu habitum sternutatio superueniens liberat.*

infra, Aph.39.

Auctor est ipse,sicuti ‖ conuulsionem,ita & singultum,vel ex inanitione,vel plenitudine fieri. Quando igitur à plenitudine fit (maxima autem ex parte ita fit) violento opus est motu, vt veluti vecte quodam concussæ ipsum efficientes humiditates distendantur,atque euacuentur: hoc autem facit sternutatio. Eos vero,qui ex inanitione fiunt (qui rariores superueniunt) non sanat sternutatio. Quod vero ex plenitudine singultus iugiter fiat,indicant pueri crebro singultientes, cum sunt repleti. Algor autem,& frigiditas omnis, eo quod {omnia} neruosa corpora efficiunt ad distandum difficilia,sunt causa,vt hæc replcantur,atque ideo in ipsis singultiunt. F

14 ‖ *Ab aqua inter cutem habito, si aqua è venis in ventrem defluxerit,soluitur morbus.*

42. Apho. 27.h

in lib. de Iudicatiõib. In his, qui hydrope detinentur,&c. & in Coacis pnot. Hydropicis circa venas,&c.

Vnum & hoc exemplum est earum,quæ sponte fiunt,& vtiliter,euacuationum. Spontaneum autem dicimus,non,quod sine causa fit,sed quod nostra causa non fit. Quando enim data à nobis medicina aquam trahente,talis fiat euacuatio: non amplius hanc spontaneam nominamus.

15 ‖ *A longo alui profluuio habito,spontaneus vomitus superueniens,morbum soluit.*

Et hoc pariter exemplum est eorum,quæ recte fiunt à natura,quod medicum imitari oportet. Vtilitas vero prouenit retractionis ratione.

1. de Morbis, vbi tractat,quę casu,& sponte in morbis contingũt, ibi ait, A profluuio alui forti &c.

16 *A morbo laterali, vel pulmonia habito,alui profluuium adueniens,malum.*

Cum partes aliquæ patiuntur,non simpliciter aliæ compati sunt natura aptæ,sed cum forti passione detinentur. Secundũ hoc igitur,& hepate fortiter patiente,singultus superuenit, cõpatiente stomacho: tussis aũt,& difficilis anhelitus cõpatientibus ijs,quę respirationi obseruiũt,instrumentis. Sic & his ipsis pessime affectis hepar compatitur: & hoc ipsum manifeste ostendit Hippocrates,cũ non simpliciter dixerit.In morbo laterali,vel pulmonia aluũ turbatã esse malũ signũ,sed adiecerit /habito/ ac si dixisset detento,atque vexato homini à talibus passionibus profluuiũ alui superueniens,malum esse signum: quoniam ita se habentibus profluuiũ alui solet aduenire,cum non bene possit amplius hepar ad se trahere alimentũ,neque conuertere in sanguinẽ,& quandoque ventriculus alimentũ corrumpat.In mediocri aũt morbo laterali,atque pulmonia profluuiũ alui superueniens potest interdum prodesse,ratione euacuationis,et magis,cũ signa coctionis apparuerint in eiie passionibus,neque adest timor,sed morbus est citra periculũ. Communiter autem & in his,& in omnibus alijs,quæcunque eodem modo dicuntur,illud meminisse oportet,quod ob nullum aliud extemporaneum,& manifestum,casus superuenerit,veluti & nunc alui profluuium non ex cibo,aut potu aliquo,sed morbi ratione contingat. Nam,si alia ex causa, & non vi morbi fiat,non potest eius morẽ significare: siquidem oportet signum secundum aliquid ei, quod ab ipso ostenditur,connecti. G

17 ‖ *Lippientem alui profluuio corripi,bonum.*

4a. Aphor. 27.h

in lib.de Iudicationib. prope finem,& in Coacis pnot. Lippienti ab alui profluuio.

Non vt signum,hoc, lippientibus bonum ab eo dictum est,sed vt causa,quia humorum abundantia simul euacuatur,atque ad inferiora retrahitur.Est autem & hoc apud ipsum exemplum vnũ eorum,quæ sponte,& vtiliter euacuantur,quod medicum imitari oportet,& proculdubio sic etiã omnes faciunt,in lippitudinibus aluum & clysteribus,& purgationibus subducentes. H

18 ‖ *Vesica discissa,aut cerebro,aut corde,aut septo transuerso, aut aliquo ex tenuioribus intestinis, aut ventriculo, aut iecore lethale est.*

6. Apho. 1 47.h 6. Apho. 2 48.c

1. de Morbis, Moritur autẽ siquis cerebrũ, &c. & in Coacis prænot Moriuntur maxime &c.

Hoc verbũ /lethale/ Hippocrates sępe in alijs libris,et in hoc etiam protulit de ijs,qui ex necessitate sunt morituri,sæpe etiam de ijs,qui magna ex parte. Quare nunc quoque manifestum non est, nunquid omnino secuturã mortẽ discisis his partibus velit ostẽdere,an in quibusdam raro hominem seruari cõtingat.Quod igitur cor vulneratum mortẽ afferat necessario, vnum ex ijs est, quæ in confesso habentur: non tamen in alijs æque recipitur vulnus quodcunque mortem afferre ineuitabilẽ,sed illud,quod magnum est,atque profundum,quod rationabile est à verbo /discissa/ significari: vt tota vesicæ tunica diuisa vsque ad interius spatium intelligatur: atque in singulis alijs eodem modo. Siquidem in vesica confessum est tale vulnus non coalescere,sicut & in parte septi neruosa, & in tenuibus intestinis: in ventriculo autem dubitatur: nam quosdam in eo vulneratos dicunt aliquando,sed raro,fuisse sanatos. Hepatis autem non solum profundum vulnus in fibris eius factũ,

sed etiam

A sed etiam fibram abscissam aiunt fuisse sanatam. Neq; nos latet, quod in libro de vulneribus exitialibus, quædā ex his eius libri auctor conatur sanare. Quod vero partes ipsæ diuisæ agglutinari non possint, in corde quidem ac septo transuerso ex iugi eorum motu contingit: in vesica autem, quia neruosa est, ac tenuis & exanguis: nam eius collum videmus quotidie sanari, cum lapis extrahit, quoniam carnosum est. Hepar vero vulnera habet plurimo manātia sanguine: atq; idcirco prius moriuntur, qui ita sunt vulnerati, quàm vulnera agglutinari possint: hoc autem ita dixi volēs intelligi etiam venam esse dissectam. Ob hoc ipsum igitur, qui vulnera in summa eius parte consistentia aiunt sanari, & fibras hepatis abstulisse, verum † videntur dicere. Cerebrum autem vulneratum sæpe sanatum vidimus, semelq; in Smyrna Ioniæ, viuente adhuc præceptore Pelope, è vulnere effatu digno. Hoc itaq; rarissimum est. Verum autem est, quod magna vulnera, quę cōsueuit Hippocrates nominare διακοπάς, i. discissiones, afferunt mortē, fatenturq; omnes vulnera cerebri, quę vsq; ad aliquē eius ventriculū penetrant, afferre mortem. Tenuium aūt intestinorum natura, & ventriculi magis, non parū participant carnosæ substantiæ: & ideo in summa parte vulnerata sæpius agglutinantur: Tota autem discissa, vsq; ad eorum cauitatem, rarissime. Hoc autē non tā propter eorum substantiā mihi videtur accidere, quàm quod non possumus æque intrinsecus, sicut extrinsecus, B medicamentū vulneribus imponere. Quapropter is, qui librum de vulneribus perniciosis conscripsit, siue Hippocrates fuerit, siue quiuis alius, sanare ventriculum per potiones conatur.

† Legitur negatiue in Aldino codice.

19 ‖ *Cum discissum fuerit os, aut chartilago, vel neruus, aut genæ particula tenuis, vel præputium, neque augetur, neque coalescit.*

7. Aph. 28. 55. b

1. de Morbis. Neruus præcisus, & in Coacis prænot. Neruus dissect⁹, &c.

Augeri vocat talem aliquam generari substantiam, qualis est abscissa, sicut in cauis vlceribus videtur caro germinare: coalescere autē, quando discissi corporis labra agglutinantur. Quod igitur neq; chartilago, neq; os generentur, est in confesso. An vero agglutinentur, nō nulli dubitant. Inquiunt .n. perspicue videri ossa perfracta agglutinari. Sed aberrāt, & doceri possunt in brutis, quorū pars aliqua fracta contraxit callum. Hęc .n. seu viua, seu mortua, si quis velit inspicere dissecando, videbit manifeste à callo, veluti vinculo quodam circunducto, partes ossium discissas esse constrictas: quas si abraserint, fracturę profundum videbunt non agglutinatum. Sic igitur de ijs, quæ dicta sunt, ambigunt, non nulli augeri dicentes, non tamen coalescere: quidam vero etiam coalescere, sed raro. augeri igitur illa desiderāt, quę per exesum sunt vlcerata: & nullum vidi taliter affectum, cui non increuerit caro: Agglutinari autem illa, quæ diuisa sunt, & non discissa. Hæc enim inuicem C differunt, cum discissa diuisionem habeant, vsq; ad finem peruenientem: quæ nunc Hippocrates inquit non coalescere, non ob id tantum, quod neruosa sunt, atq; tenuia, sed quoniam etiam, ex eo, quod talem habent naturam, labra vulneris non sunt parum à se inuicem distantia.

20 *Si in ventrem sanguis præter naturam effunditur, necesse est suppurari.*

Quidam sine articulo/ventrem/scribunt, volentes omnē significari cauitatem, quibus astipulatur, quod/præter naturam/adijcitur: per quam adiectionem tale quiddam ostendit Hippocrates: Si vnquam sanguis à propria cauitate in aliam quancunq; cauitatem peruenerit: vt sanguis permaneat, est omnino impossibile. Sic igitur, & in inflammationibus, & illis, quas Græci ecchymoses nominant, fieri videtur. In inflammationibus quidē, per minimas partes disperso sanguine ad eas, quę sunt in musculis, cauitates, quas sola ratione contemplamur: in ecchymosibus autē in spatia effuso, quę vasis circumiacent. Suppurari autem non est recte dictum, cum nomen sit vnius mutationis in sanguine factæ. quare non nulli ipsum ad generalius transferunt, hoc est ad corrumpi, id ab ipso dicētes significari. Sic enim fieri videmus, non permanere sanguinem, cum à suo loco exciderit, sed aliquando suppurari, aliquando nigrescere, aliquando in grumos verti, D præsertim quando in magnam cauitatem exciderit præter naturam.

21 *Insanientibus* " *si varices vel hæmorrhoides superuenerint, insaniæ solutio.*

A. l. t. 4. ca. 3. fol. .b

Hic insaniam illam, quę proprie melancholia dicitur, vocat, nō illum, qui fit ex bile, furorem. sunt autem varices venæ latiores in coxis, & cruribus: quæ ex crasso, & melancholico sanguine contingunt, adeo vt pellente natura ad partes ignobiliores eos, qui insaniam efficiunt, humores, pręsertim cum melancholici fuerint, ac crassi, dictarum passionum generatio sequatur, & insanię solutio.

* *Maniam.*

22 *Quæcunq; rupta ex dorso ad cubitum descendunt, venæ sectio soluit.*

Melius quidam scribunt: Quicunque dolores. nam ruptum ipsum descendere, vnum est impossibilium: siquidem diuulsa, ac rupta musculi parte carnosa fit ruptum. Videtur, itaq; nō nunquam manifeste admodum collectus in loco ruptionis sanguis: & discussione sanatur. Reliqui vero, qui sunt in dorso dolores, ex defluente humore generantur, interdum solo, sed magna ex parte crasso ac flatuoso spiritui associato: quem excipere oportet, atque euacuare per venæ in cubito existentis sectionem, quando huc apparet fluens. Est enim eius præceptum, secundum quod

humores

in lib de Hum. statim in principio & 1a. Aph. 31.10.a

humores repunt, facere euacuationes. Idemq; significant verba hæc, ‖ Eo ducendum est, quo re- E punt, per loca oportuna. Si autem de ruptis sermo est scriptus ab eo: eos, qui fiunt compatiendi ratione, dolores intelligendum est dici ab ipso descendere ad cubitos, non ipsam carnosæ partis diuisione: nam fieri potest, vt & talibus venæ sectio vtilis sit, communi euacuationis ratione.

23 ‖ *Si timor, atq; mœstitia longo tempore perseuerent, melancholicum tale est.*

2. de Sym Causis. 3a | 3. de locis affectis. 4a. 19. A.l.1.f.3.d & 1.fol.69.b

†Cod. Leon. habebat κἂν μὴ δἔτεῳ τύχῃ κεχρονηκότα, impressi habent, καὶ μᾶλλον εἰ τύχῃ καὶ χρονήσοντα, i. & magis si lõgũ tẽpus perseuerauerit. Videtur tamen magis quadrare Leoniceni lectio.

Siquis non ex causa manifesta" metuat, aut mœstus sit, melancholici casus manifeste sunt,† etiã si non dum tempus acceperint. Sed si propter causam manifestam incipientes, diu postea perseuerent, non te lateat melancholiam significare. Nam & plures visi sunt furore corripi, qui ab excandescentia, vel ira, vel mœstitia principium habuit, ipso scilicet corpore tempore illo prompte se habente ad incidendum in tales passiones.

24 [a] ‖ *Si quod intestinorum gracilium discindatur, non coalescit.*

Hoc, & in aphorismo paulo antea dicto monstrauit, cuius initium, [b] ‖ Vesica, discissa, vel cerebro. Nescio igitur, quo pacto nunc frustra fuerit ascriptus. Idem autem vidimus, & in pluribus alijs aphorismis: quos melius fuerit eximere. F

25 [d] ‖ *Erysipelas ab exterioribus verti ad interiora, non est bonum: ab interioribus autem ad exteriora, bonum.*

Non solum erysipelas, sed aliud quodcunque, quod ex profundis, & principalioribus partibus transfertur ad cutem, bonum esse signum, ac causam debemus existimare: contra vero, si ad interiora, & profunda transmutetur, malum. Sed, & alia multa videtur dixisse Hippocrates, quædam veluti exempla sermonum vniuersalium, à quibus eius, quod solet euenire, experientiam possumus habere manifestiorem. Talia etenim exempla oportet esse.

A in Coacis pnot. Si intestinum quodcũ ex gracilib &c.
B Supra, aph. 18.
C 1. de Morb. Erysipelas, si extra diff. fũ, &c. & in Coacis pnot. Erysipelas vero foris, &c.
D in li. de Iudicationib. Quibus in febrib. ard. trem. & in Coacis prænot. Tremores in febrib.

26 [c] ‖ *Qui in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio soluuntur.*

Vtrum Hippocrates tales sermones scripserit, vt exempla magis generalium, atque vniuersalium sermonum, an alij interposuerint, cęteris inquirendum relinquentes, illud tantum in ipsis obseruabimus, quod & antea dictum est, & nunc in febre ardente dicetur. Quæ enim hanc febrẽ efficiunt causæ, in venoso genere existentes: quando ad neruos transferuntur, primum tremores faciunt: compatiente vero principio, etiam deliria. Sicuti igitur in febre ardente translatio, sic, & in omni alia febre potest fieri: & omnino ex arterijs, & venis ad neruos transfluxus humorum G noxiorum, sicuti rursus ex neruis ad has. Improprie igitur dictum est febrem ardentem à delirio solui. Hęc enim solet Hippocrates dicere, quibusdam superuenientia, eorum soluere consistentiã, quęcunq; prorsus hominem liberant, non quę alteram generant passionem, quæ nihilo minus, quam prima, sit periculosa.

27 *Quicunq; suppurati, aut aquam inter cutem patientes vruntur, aut secantur: si pus, aut aqua vniuersim effluxerit, omnes moriuntur.*

in lib. de Internis Affectionibus, si vero eiũ bat pus in pectus, &c. post principiũ permultis verb° interpositus.

Suppuratos pręcipue consueuit nominare, qui pus habent in spatio inter thoracem, atq; pulmonem: ‖ quos quo modo vrere oporteat, dixit in libro de passionibus, cuius initiũ, Pulmonis arteriæ. Quidam hunc librum inscribunt, De suppuratis. Vstione igitur indigẽt, qui plurimum habent pus, adeo, vt desperent per sputiones posse expurgari. Hos vero ipsos, & difficultas anhelitus vehementer infestat ex loci angustia: quæ etiam nos cogit, vt eos vramus. In ijs autem, q aquã inter cutem patiuntur, illæ, quæ à Græcis paracenteses, id est punctiones, nominantur, magis, q̃ vstiones, medicis sunt consuetę. Verum, quod commune est vstioni, ac pũctioni, nunc sanè Hippocrates consulit caueri, hoc est multam, ac subitam euacuationem: sic enim videtur contingere, H vti ait. Scriptum est etiam ab Erasistrato exquisitius de ijs, qui aqua inter cutem laborant, in pluribusq; compertum dicit experientia, multam, ac subitam euacuationem febres, & mortem afferre. Videmus autem, & in alijs partibus ęque, atq; in thorace, quando aliquis magnus tumor suppuratur, piculosum esse subito multũ euacuare, cũ euestigio deficiat anima, viresq; cõcidant, nec postea debilitas ista facile remedium habeat. Videtur itaq; in his propter magnam corporum distantiam, & puris acrimoniam, ora quorundam vasorum arteriosorum adaperiri, quæ prius, veluti quoddam operculum, pus continebant: quo vniuersim euacuato, multi cum eo spiritus exeũt, atq; excernuntur: vnde periclitantur. In aqua vero inter cutem non modo ob hanc causam ea laborantes offenduntur, sed, & durities visceris, vt quę non amplius sustentatur ab aquosa substantia, & septum transuersum deorsum trahit, & viscera, quæ sunt in thorace.

*διαστάσεως. sed forte διατάσεως, i. distentionem.

28 *Eunuchi neq; podagra laborant, neq; calui fiunt.*

Eunuchos sectio testiculorum similes efficit fœminis. Sicuti ergo in eis caluities non accidit: sic neq; in eunuchis, propter temperaturæ humiditatem. Nam enuchos podagra non laborare, Hippocratis quidem tempore verum extitit: nunc vero nõ amplius, propter immodicũ ocium,

& victum

A & victum intemperantem. Res autem tota ita se habet. Necesse est pedes natura esse imbecilliores, si quis podagra corripi debeat: sicut & cerebrum, si morbum comitialem passurus sit: non tamen est omnino nessarium alterutrum pati, si nihil in vita deliquerit. Disces autem aperte, quod imbecillitas partis non sit sufficiens ad generandã passionem ex intermedio tempore accessionum: in quo prorsus nõ infestantur, quamuis naturalis imbecillitas continua sit. Clarum est autem hoc, & in podagricis manifestissime apparens, quod influẽte aliquo ad pedes humore superfluo, passio generatur. Si nunquam igitur hic humor influeret, liquet, quod neq; vnquam accideret passio: non influet autem, si semper vacans superfluitatibus corpus extiterit. Erit autem vacãs superfluitatibus, si mediocri vtatur exercitio, & homo bene cibum concoxerit: vnde & desidiæ, & crapulæ eis nocent. Nocent etiam multa, & potentia vina bibita, præcipue cum aliquis ea ieiunus potauerit. Hęc enim neruosam substantiam prompte offendunt, sicut & coitus. Ætate igitur Hippocratis pauci podagra laborabant, propter vitæ moderantiam: nostris vero temporibus vsqueadeo auctis edulijs, vt nihil eis addi posse videatur, infinita est podagrarum multitudo: cum non nulli sint, qui ne exerceantur quidem, sed cruditatibus, atq; ebrietatibus incumbant, & ante cibum bibant vina potentia, ac venereis vtantur immoderate: non nulli vero, etsi non in his omnibus, in vno saltem aut B duobus delinquant. Atqui peccatum magnum cum fuerit: sæpe in vno eorum, quę diximus, deliquisse sat est. Ob hanc igitur causam etiam eunuchi podagra corripiuntur, quamuis nullum habeant vsum venereorum. Talis enim est eorum desidia, ingluuies, ebrietas, vt etiam sine venereis podagra corripi possint. Hęc eadem & de articulari morbo dicta existimes: omnes siquidem, qui eo laborant, maxima ex parte prius podagrici fiunt. Accedit ad has causas, ob quas pleriq; incidunt in podagras, quod multi & patres, & auos habuere podagricos, in quibus semen erat vitiatum: atq; ideo filijs vehementiorem fecerunt partium imbecillitatem.

πλήττουσι, i. percutiũt: habẽt multi cod. manuscrip. & recte alij πληρoῦσι, i. opplẽt vt et Laurent.

29 ‖ *Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defecerint.*

de ena[r] sect. adu sus Erasi. 6'. a

Mulieres non fiunt podagricæ, ratione euacuationis. Ostensum est enim in precedente sermone, quod, nisi humores superabundauerint, ex sola partium ad patiendum habilitate non potest podagra fieri. Verum rursus & hic, prius quidem erat verum, vbi non omnino menstrua defecissent, quia parua erant delicta, quę ætate superiore mulieres admittebant: nunc vero ob eorum magnitudinem, quædam podagra laborant, antequam menstrua deficiant, cum quampluribus pauC ca exeant, non nullis autem vel mediocria.

30 *Puer podagra non laborat ante vsum venereorum.*

Quod magnam vim habeat ad podagræ generationem vsus venereorum, liquet etiam in pueris, quemadmodum paulo antea & de eunuchis dicebam. Eunuchos itaq; vidimus quosdam podagra laborantes, pueros autem non vidimus. Verum, si quis tali est passione correptus: vna cum hoc, quod & genuum articuli, & manuum intumuerunt, in quendam articularis morbi modum repente incidit ob plenitudinem ex multis cruditatibus aceruatam.

31 ‖ *Dolores oculorum, meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ sectio, aut medicamentum epotum soluit.*

2. de Diffe. feb. ... in Epi. cõ. 6. ... 196. a ... simpliciũ facul. 5a. ... tho. med. ... th. med. ... ho. ri. 46.

Singula horum, quæ dixit, magis experientia, quam ratione aliqua, videtur mihi Hippocrates cognouisse. Nihil enim mirum, si homo dolens, cum isset ad balneum, dolore fuit liberatus: vel, si non permissus bibere vinum, deinde nullam ex hoc sentiens vtilitatem, motus est ad bibendum, alioqui multum appetens vini, & posthac melius se habuit. Sicut igitur & plura alia, D quæ medici hoc modo inspexere, sunt ab eis scripta absque aliqua determinatione: ita & hæc mihi scripta videntur ab Hippocrate, neq; vt rationali dicente dispositiones, neq; vt empirico concursus. Cæterum vtilitas, quę nobis potest aduenire ex sermonibus hoc modo scriptis, est in inquirendo dispositiones, in quibus meri potio, & balneum, & vnumquodq; eorum, quæ seriatim dicta sunt, vtile sit: quod & mihi contigit. Nam, quod omnino sint aliqui oculis dolentes, quorum non nulli meri potionibus, non nulli balneis iuuentur, fidem Hippocrati adhibens eram persuasus (neq;.n. ipse scripsisset, si non vidisset) non tamen ab aliquo præceptorum tale auxilium ægris adhibitum fuisse conspexeram. Itaq; primo cum omnes quæsijssem dispositiones, in quibus necessarium est non in oculo tantum, sed & in alijs partibus fieri dolores, deinde que mihi ipse persuasissem eas adinuenisse, hinc consideraui earum indicia dispositionum: &, postquam his etiam fidem adhibui, ausus sum remedia afferre dolentibus. Ac primum quidem adolescentem balneaui: cui medicus non absque ratione in die secundo ab initio venam secuerat, & deinceps curauerat medicinis, quas experientia cognouerat, cum inflammatio sola obsideret oculos. Dolebat autem vehementissime per quosdam insultus, in quibus aiebat ipse sentire se acres humores, qui vniuersim fluebant ad oculos: quibus excretis licet vehementia doloris sedaretur, non tamen dolor omnino cessabat: & hoc illi per totam quintam accidit diem, maius semper habens incremen-

tum. Cum igitur dolorẽ non posset tolerare, me & quendam alterum ex ocularibus medicis aduocauit tunc in vrbe Roma probatissimum. Illi itaq; videbatur vtendum esse collyrio quodam ex ijs, quæ emplastica nominant, & anodyna, id est dolorem sedantia: cuiusmodi sunt, quæ ex cerussa lota, amylo, & papauere componuntur. Nam sic maxime sperabat posse reprimi per emplastica id, quod influebat, & simul sensum per stupefacientia torpescere. Ego vero ab initio suspecta habui talia medicamenta. Neq; n. vehementes reprimunt fluxiones, sed excerni prohibent: atq; ideo, si humores fluentes acres extiterint, corneam erodi contingit: si vero multi, extendi, ac vehementer irritari ac si rumperetur: ex quibus, nisi medicamentum fuerit magnopere stupefaciens, dolores impatibiles excitantur. Si vero fuerit adeo stupefaciens, vt ex eo oculi maximam inflammationem non sentiant, necessarium est simul vim visoriam lædi adeo, vt cessante inflammatione, vel debiliter, vel nihil oĩno videant: simul quandam præduram dispositionem, & quæ difficulter sanari possit, in oculorum tunicis relinqui. Cum igitur ista nouissem, atq; animaduerterem humorẽ influentem non paucum, valde q; & acrem, & calidum: primum fomento vtendum censui, experientiæ gratia, tanquam ex ea certius cogniturus, qualis nam foret dispositio. Solet enim in his fomentum parumper quidem dolorem mollire, sed alteram fluxionem aduocare. Qua. n. ratione potest id, quod in oculis continetur, discutere: eadem ratione alteram quoq; ex vicinis locis attrahere valet. Verum quàm primum & aquam calidam, & spongiam afferri iussi: æger ipse dixit expertum esse sæpius tota die id remedium, ac primum dolorem imminuere, sed paulopost maiorem adducere. Quæ ego cum audissem, medicum ocularem expectare iussi, ipsi promittens me etiam absque frigido medicamento ægrum à dolore liberaturum. Cum autem solo balneo vsus essem, ita dolorem sedaui, vt tota nocte dormiret æger, nec semel aliquem eorum, qui iuxta dormiebant, aduocaret. Ab hinc in reliquis, in quibus per signa cognoui influere quidem humores acres ad oculos, non tamen corpus esse plenum: balnei vsu dolorem sanaui. Adolescens item alius fuit, qui, q; vicinus vrbi non erat, oculorum inflammationem pluribus iam diebus ruri passus fuerat: hunc, quia in eodem statu perseuerabat, in vrbem profectum intuitus habere oculos squallidos quidem, sed valde tumidas, ac plenas sanguine eas, quæ in ipsis venæ erant: iussi, vt, cum se lauisset, potu vteretur meraciore, & ita se sopori traderet: quod & factum est: somnus enim profundus ipsum inualit, & mane sine dolore surrexit: mihi q; fiduciam præbuit, vt, in quibus sanguinis copia crassioris in oculorum venulis cõtineretur sine plethorica totius corporis dispositione, vterer vini potione, vt quæ diffundere sanguinem, atque dimouere possit, sui q; motus vehementia obstructiones aperire. Cæterum hæc quidem remedia doloris oculorum fortia sunt. Securissimum autem est fomentum, & omnino aliquam afferens vtilitatem, vel tanq̃ signum ad dignotionem, vel tanquam causa sanitatis oculorum. Nam, cum nihil omnino influit in oculos, fomentum dissoluens eã, quę in ipsis continetur, superfluitatem, oculis sanitatem restituit. Cum vero adhuc influit: primo quidem, cum adhibetur suo calore aliquod affert vel mediocre leuamen: quòd si paulopost dolorem augeat, tunc fit signum dignoscitiuum, ex quo nos dispositionem comprehendentes, ad totius corporis euacuationem peruenimus: ipso quidem sanguine redundãte, per venæ sectionem: malitia vero humorum infestante, per purgationem: neque enim difficile est admodum ab humorum malitia sanguinis copiam distinguere.

A.l. 1. t. 13. fol. 73. c

32 *Balbi ab alui profluuio maxime capiuntur.*

Sicuti psellizesthæ, id est balbutire, prolationis vitium est, nõ vocis: sic & traulizein, eiusdem significationis verbum, non potente lingua exquisite eas dearticulare voces, quæ per t & r, proferuntur, qualis est hæc ipsa traulus, & similes hæ, trepidus, tremit, tradit, trochus, tristis, & quæcunq; aliæ tales. Hæ siquidem omnes exigunt linguam se amplianteṁ, ac prioribus dentibus innitentẽ. Cum igitur in aliquibus lingua fuerit imbecillior, male innititur, & sonum t & r, dearticulare nequit, atq; ita ad t & l, pronunciandum labitur. Hoc autem ei contingere potest, quia quoquo modo sit breuior, q; ipsi conueniat: quod tamẽ rarissimum existit: & quia molliorem, atq; humidiorẽ habet temperaturam: quam ob causam & pueri balbutiunt, cum tale quiddam ipsis in loquendo contingat, quale etiã in ambulando euenit: nam & ambulare non nulli quidẽ prorsus nõ possunt, non nulli vero nõ sufficienter cũ cruribus nequeãt propter mollitiem firmiter inniti. Quibusdam etiã ætate integra, inter loquendũ fatigatis, balbutire contingit: sicut & illis, qui plurimũ tibia cecinerint, & quibus vires ex morbo plurimũ sunt debilitatæ, & quibus demũ lingua est vehementius exiccata. Verum siccitas tanta nulli inesse potest, qui habitum seruet naturalẽ: atq; ideo solius humiditatis immodicę in ijs, qui natura balbutiunt, id prolationis detrimentum casus est, cum linguę musculi nequeant firmiter stabiliri: atq; hoc ei potest accidere vel propter suam, vel propter neruorum imbecillitatem, quos videlicet à cerebro suscipit. Quare & ebrij aliqñ balbutiunt, partim quia multa humiditate perfunditur cerebrum, partim quia etiam ab ipsius multitudine prægrauatur. Continget igitur ijs, qui sunt balbi natura, vt vel cerebrum humidum habeant, vel linguam, vel vtrunq;. Et à cerebro quidẽ talem tẽperaturam sortito, defluere multas par est humidas superfluitates, eas q; inde fluentes in ventrem suscipi: longis q; ideo profluuijs hominem capi. Lingua vero

admodum

A admodum humida ex natura existente,& ventriculum talem esse par est, vt qui alteram sui tunicam communem habeat ad linguam: imbecillis autem ex humiditate ventriculi propria passio est diuturnum profluuium.

33 *Qui acidum eructant, non valde morbo laterali corripiuntur.*

Acidum eructantes, hoc est acidum ructum habentes, raro inquit capi à morbo laterali. Nam, quod dicitur /non valde/ idem ostendit, quod raro, non nullo modo: vt quidã libri huius expositores scripserunt. Dictum autem à nobis est, vbi de morbo laterali sermonem habuimus, ꝙ lateralium morborũ hic quidem, qui vnà cum pallidis & flauis fit sputis, ex biliosis humoribus ortum habet: hic vero, qui cum spumeis, ex pituitosis: sicut, qui cum nigris, ex melancholicis: qui vero cum rubeis, ex sanguine. Est enim lateralis morbus inflammatio membranæ, quę subcingens nominatur. Cum vero vnaqueq; inflammatio ex alicuius humoris superabũdantia gignatur, pro eius natura, & sputi species morbo laterali laborãtibus aduenit, & spes salutis, ac mortis habetur. Non æque autem membranæ, ac pulmo sunt natura aptæ humores suscipere: densa siquidem est membranarum substãtia, pulmo vero rarus admodum, ac laxus: quare huic quidem promptum B est omnes suscipere humores, membranæ autem subcingenti biliosos magis. Ob hanc igitur causam, quibus pituita natura superabundat, raro à morbo laterali corripiuntur, præsertim si salsedinem, atque acrimoniam aliquã sibi adiunxerit. Talis enim intestina mordens, irritat ad deiectionem: in qua contingit nõ solum pituitam, sed plures alias etiam superfluitates excerni. Dicebat vero ipse in libro de aere aqua & locis, eos, qui habẽt ventrem natura humidum, morbo laterali, atque aliis morborum generibus minime corripi.

Lib. de Aere aquis. &c. ca 2. 2ª. 2. f

34 *Quicunque calui sunt, iis magnæ varices non fiunt: quibus vero caluis varices magnæ superueniunt, ij rursus capillati fiunt.*

Quando in viri sapientis libro aliquis sermo inuenitur manifestum habens mendacium, non sine ratione legentes dubitare contingit, & primo quidem sibiipsis diffidere, quasi neq; illa, quæ sunt manifesta, noscentibus, deinde suspicari, ne falso fuerit interiectum. Quis enim nesciat caluitium esse passionem insanabilem? Sed neque illud verum est, magnas varices caluis nunquã aduenire: sicuti nec varicibus aduenientibus, caluitiem cessare: nisi forte (vt non nulli inquiunt) vocatum à medicis capillorum defluuium (grece madarosin) caluitium nominet. Illud enim à vitio C sis humoribus generatur, sicuti quæ ophiasin & alopecian nominãt: atq; ideo, cum iidem humores ad crura *decumbunt, possunt varices facere, & capillos restituere. Si enim prius contigerat, vt capilli à vitiosis humoribus corruptis eorum radicibus, corrumperentur: verisimile est, vt eisdem humoribus alio transpositis, ad primam naturam postmodum redeant.

*Non ita tamẽ dicit in ... libro Hippocrates, sed quod fieri non potest, vt morbi acuti migeant, vbi nervres sint tumidi, fortasse ergo legendũ est, atq; aliis morbus acutis etc.

A.1. t.4. c.3. fol.1.b

7ª. aphor.47. 57

35 *Aqua inter cutem laborantibus, tussis superueniens, malum.*

Superuenire passionibus alias passiones & casus, prisci medici dicere consueuerunt, quęcunq; ipsius passionis adauctæ ratione cõtingere solent. Talis enim est Praxagoræ liber de superuenientibus inscriptus. Sic & nunc de tussi dictum est. Neque enim cum ex alia fit occasione in homine aquam inter cutem patiente, tussis signum est exitiale, sed quando ipsius morbi ratione. Cum enim in hydrope aquosa humiditas tantum adaucta fuerit, vt iam asperas occupet arterias, si tussis superueniat, tunc periculum imminet, ne homo haud ita multo post strangulетur.

7ª. aphor.48. 58

36 *Difficultatem vrinæ, vena secta iuuat: secare vero interiores.*

Neque hic sermo verus est, nisi /&/ coniunctionem assumpserit, ita vt aphorismus talis fiat: D Difficultatem vrinæ & venæ sectio soluit. Re vera enim & venæ sectio soluit difficultatem vrinæ, illam videlicet, quæ propter inflammationem & multitudinem fit. Quod autem sequitur, Secare vero interiores: si de venis manuum dicitur, neque verum est neque consentaneum Hippocrati. Videmus siquidem ipsum in omnibus libris suis, in partibus, quæ supra hepar sunt, è manibus sanguinem mittere: in inferioribus autem venas, quæ in poplite vel talo sunt, secari iubet. Si quis vero de his ipsum dixisse arbitretur, Secare autem interiores: hoc dictum paruã vim habet. Ab vna enim ambæ nascuntur, quæ in poplite trifariam diuiditur, quoniam & vna vena ad hoc peruenit membrum, non, sicuti ad manum, duæ. Melius itaque fuerit & hunc aphorismum vnũ ex adiectis opinari.

7ª. aphor.49. 58

37 *Ab angina habito si tumor fiat in collo, bonum: foras enim morbus deducitur.*

Sermo verus est, & causa in promptu: siquidem ex intimioribus & principalioribus partibus passiones confert ad cutem transferri.

38 *Cancros occultos oẽs melius est non curare. Curati enim cito pereunt: non curati vero longius tempus perdurant.*

Occultos cancros dixit vel eos, qui sunt sine vlceratione, vel absconditos, hoc est non appa-

rentes: quod rursus idem significat, ac si diceretur, qui in profundo corporis sunt. Sed & curare, E duplex est: vnum quidem omnia agere, vt particula patiens ad sanitatem perducatur: alterum autem eam adhibere prouidentiam, quæ passioni congruat, hoc est ipsam mollire, ac mitiorem facere, tum præcipue, cum adest exulceratio. Tunc enim est necessarium, vt, si non aliud agamus, saltem ichoras abluamus, humido aliquo vtentes, non quocunque, sed vel per experientiam, vel per indicationem inuento, quod neque putrefacere, neque irritare partem patientem sit aptum. Ab hac igitur curatione neque absistere conuenit: neque illi, qui sunt sine vlceratione, cancri indigent ea. Aliam vero, quæ fit per sectionem, vel vstionem (quæ sola sunt remedia cancrorum) consulit, vt in cancris occultis non adhibeamus. Quòd igitur illi, qui sunt in partibus penitioribus, talia remedia non desiderant, etiam experientia docet. Equidem scio omnes, qui huiusmodi cancros curare tentarunt, magis illos irritasse, & breui homines interemisse. Nam, & qui cancrum in palato constitutum, & in sede, & in sinu muliebri, vel vsserunt, vel secuerunt, non potuerunt vlcera ad cicatricem perducere, & homines in curatione afflictos, ac maceratos, vsque ad mortem detulerunt: qui, si curationem non adhibuissent, longiori tempore vitam cum minori molestia transegissent. Tales igitur cancros nullo modo curare tentemus. Ex eis vero, qui in summa parte corporis hærent, illos tantummodo, quos possumus vnà cum radicibus ipsis, vt F quispiam dixerit, resecare. Neque enim malum est per similitudinem, radices cancri nominare eas, quæ plenæ sunt sanguine melancholico, venas, & vsque ad loca circunstantia distenduntur. Multi sanè magnæ auctoritatis medici, neque hos manus opera curari permittunt, sed illos tantum, qui exulcerati, simul laborantes molestant, adeo vt ipsi vltro manu curari desiderent: simul sunt in talibus partibus siti, quas possumus vnà cum radicibus resecare, & exurere. Quidam vero neque hos amoliri permittunt, sed omnino absistendum consulunt à remediis potentibus in omni cancro. Quòd autem Hippocrates nunquam consuluisset curare potenter cancros in partibus corporis penitioribus conditos, ex ipsa passionis natura licet coniectari. An vero & eos, qui in summa parte corporis hęrent absque vlcere, incertum est, quantū ex verbis aphorismi conici potest. Ipsum vero scripserunt Artemidorus, & Dioscorides, vsque ad ea verba /melius est non curare/.

39 ‖*Conuulsio fit vel ex repletione, vel inanitione: ita vero & singultus.*

2. de Sym causis 5ª. : 2. de Locis 4ª. 11.a. 8. 17.e.& 6.4 ; in 1.Pror.c t.27.4ª.16 ; Et cō 3.t. 4ª.183.b. 69.188.a 11.de Sim. me.f.5ª 8c : 8. de Cōp. sec.lo 5ª.1 : 2ª.Aphor. 16.b.Et 5. 1.37.d. E. Apho.18. :

Conuulsio (vt & ipsum indicat nomen) conuulsis fit ad propria capita musculis, vt autem clarius diceretur, retractis, sicut etiam est motus eorum secūdum naturam. Verum hic quidem non G fit sine animalis appetitu: conuulsio autem, passio est inuoluntaria, ad similem venientibus neruosis partibus dispositionem, quam etiam in motibus factis secundum appetitum assumebant. Nam ex repletione ita nerui intenduntur, vt chordæ in valde humidis ambientis nos aeris constitutionibus, atque ideo propter hanc causam sæpe etiam rumpuntur: idem vero & in siccioribus constitutionibus accidit: nam in sese colliguntur, ac conuelluntur omnia neruosa corpora violentius exiccata: veluti lora, si paulo magis ab igne calefiant: quibus similia patiuntur, & quę solis feruor exiccauit. Conuulsio igitur non absque ratione à contrariis fit causis. Singultus vero concedatur conuulsio stomachi nominari, quando aliud fuerit sermonis propositum. Quādo vero hoc solum studuerimus, vt singultus substantiam cognoscamus: melius fortassis fuerit non conuulsionem ipsum nominare, sed quendam motum eiusdem quidem generis, cuius vomitus, intentū autem, & illo vehementiorem. Nam stomachus appetens eorum aliquid, quæ in ipso continentur, expellere, ad duos mouetur casus, vehementiorem quidem in singultibus, mediocriorem illo in vomitibus: siquidem in vomitibus appetit ea tantum, quæ in ventriculi spatio latiori continentur, expellere: in singultibus autem ea, quæ sunt in ipso ventriculi ore penitiora. Per stomachum nunc à me intellexeris non solum eum, qui ita proprie nominatur, sed & ventriculi os. H Quæ enim in hoc continentur, ipso appetente ventriculo expellere, singultus fit. Quòd vero eorum, quæ difficulter excernuntur, & quæ veluti absorpserit ventriculi os, fiat per singultus excretio, discere licet ex iis, quæ quotidie eueniunt, omnibus ferè, plus minus. Siquis enim acre aliqd, veluti piper per se solum deglutierit, vel cum melle, vel aliquo alio, & postea vinum biberit aqua calida temperatum, statim singultiet, calore quidem potus piper ad interiora deuehente, eius vero acrimonia ventriculum molestante: vnde conatur motu violentiore rem infestantem expellere: demonstratum autem est à nobis in libris de causis casuum, & tussim, & sternutationem, & rigorem ex talibus motibus esse.

40 *Quibus dolor circa hypochondrium fit absque inflammatione, iis febris superueniens dolorem soluit.*

Sequitur quidem & ad morsus dolor: sed consueti sunt morsus nomine, non doloris, tales casus appellare. Fit etiā dolor propter quandam similem inflammationi dispositionem. Sic autem nominata est, quoniam & erysipelata dolor consequitur. Quando igitur nō ob talem dispositionem dolor hypochondrium occupauerit, & morsus sensus absuerit, relinquitur, vt dolor fiat, vel

propter

A propter obstructionem, vel propter spiritum flatuosum, vel ob aliquam intemperiem inæqualē, quæ omnia febrilis calor aptus est natura sanare: hæc quidem incidens, extenuans, atq; dissoluēs: hæc vero ad temperaturæ æqualitatem perducens.

41 *Quibuscunq; suppuratio in corpore existens non innotescit: ijs ob crassitudinem puris, aut loci non innotescit.*

Duplex est huius loci scriptura, & duplex expositio, & vtraq; non caret ratione. Nam & propter puris crassitudinem, & propter loci, sæpius occultatur puris in aliquo loco comprehensi notitia. Recte ergo non nulli scripserunt, His propter loci crassitudinem: non nulli vero, His propter puris crassitudinem non innotescit

42 *Morbo regio laborantibus si fiat hepar durum, malum.*

† Morbum regium hoc loco dicit, qui fit ex hepatis inflammatione.} Tunc enim durities ostendit, vel tumorem prædurum, vel inflammationem in hepate existere: quemadmodum & sine hac contingit aliquando propter eius obstructionem, morbum regium aduenire: contingit et ipsa natura per modum criseos humorem exuperantem in venis contentum, ad cutem expellente.

† Hęc vˀba nō sunt in exēplaribus græ. impressis, nec in re-liquis tralatio-nibus: ac oīno videntur inter-pungenda.

43 B ‖ *Quicunq; lienosi à difficultate intestinorum capiuntur, ijs superueniente longa ‖ difficultate intestinorum, aqua inter cutem, aut læuitas intestinorum aduenit, & moriuntur.*

6ª phori. 48. 52

in Coacis pno. Dysenteria nō longa, &c. Et 1. ita pno. 72. 60 g

Oportuit huic aphorismo illum præponi, in quo dicit, ‖ Lienosis difficultas intestinorū superueniens, bonum. Sed ille quidem inter sequentes scribitur, post quatuor alios intermedios: nobis autem necessarium est nunc ipsius meminisse. Quicunq; enim lienosi sunt, hoc est, qui durum iādiu habent lienem, ijs superueniens difficultas intestinorum soluit dispositionem, quando scilicet ratione transpositionis, atq; euacuationis humorum crassorum, ac melancholicorū lieni inserτorum euenerit. Sed, quoniam sæpius huiuscemodi euacuationes vltra modum extenduntur, & noxiæ sunt laborantibus: conuenienter Hippocrates, quem finem habeat immoderata difficultas intestinorum, ostendit, quæ talibus aduenit dispositionibus. Læsis siquidem intestinis à trāsitu vitiosorum humorum, & vis eorum laborat, & temperies natiui caloris aboletur: ob hanc igitur causam, & aqua inter cutem, & leuitas intestinorum, superueniunt: leuitas quidem intestinorum ex sola intestinorum læsione: aqua vero inter cutem, propter hepatis compassionem, atq; lienis, & omnis venosi generis.

Paulo infra apho. 48.

44 C ‖ *Quibus ex stillicidio vrinæ, ileos superuenerit: in septem diebus pereunt, nisi febre superueniente, satis vrina fluxerit.*

in Coacis pno. In vrinæ stillicidio, &c.

In ileo nihil exit inferius, neque siquis acerrimo vtatur clystere. Vomitus autem stercoris aduenit ijs, qui exitialiter se habent. Quod igitur interclusa via inferioris exitus, hæc passio fiat, quod q; in tenuibus intestinis, non autem in crassis, omnes ferè fatentur: cæterum, quod propter inflammationem, & propter obstructionem stercoris sicci, vel humorum crassorum, aut tenacium, dictum est à pluribus. Mihi vero videtur vel inflammatio, vel durus tumor, vel abscessus, tantam facere posse loci angustationem, vt nihil possit ad inferiora transmitti: Quod autem humores crassi, atq; tenaces in causa sint, non admodum mihi videtur probabile. Verum & hoc (si libeat) ponito: & siquid aliud dicatur præter hoc. Verum id, quod est ab omnibus ferè susceptum, qui aphorismos exposuerunt, incredibile mihi admodum videtur. Aiunt enim, quod, quando vesica inflammatur, angustia loci ex compressione in quibusdam intestinis facta passionem affert, quæ ileos nominatur. Ego vero multos me puto in tota vita mea vidisse, non nullos tantum periclitatos, non paucos etiam mortuos ex retentione vrinæ, quibus tunc manife-D ste omnibus secundum propriam circunscriptionem plena vesica apparebat, adeo vt supra modum esset extenta: dolorque, vt par est, inde accresceret: & tamen nullus eorum factus est ileosus. Quo modo igitur quispiam vnquam persuaderetur, ob vesicæ inflammationem angustiore facto intestino, ileon aliquando prouenire? Non magis sanè, quàm ex tumore vteri in muliere grauida: siquidem vsque ad hypochondria prægnantium tumor extenditur, & magis comprimere potest, atque angustare intestina tenuia: vesica vero, si in tumorem attollatur, solum potest rectum comprimere intestinum. Quidam vero etiam dicunt absurdius, quod febris superueniens conferat ileo. Nam febris quidem ex inflammatione vesicæ non absq; ratione fieret: quin, quanto illa maior, ac grauior, tantum augeri febrem contingeret, cum causa sit inflammationis. Ileos vero (vt ipsi aiunt) ex inflammatione ortum habuit, & vnam tantum spem habet solutionis, inflammationis cessationem, cum qua etiam febrem sedari est necessarium. Bonum igitur signum solutionis earum, quæ sunt in ileo, passionum est febris, vel remissa, vel soluta: superueniens autem febris, vel aucta, neque bonum signum est, neque causa bona. Nouimus enim illis tantum morbis conferre febrem, qui ex frigiditate fiunt, aliquando quidem sola, aliquando vero cum humoribus crudis, pituitosis, vel flatuosis spiritibus. Melius est itaque, si fateamur nos ignorare, quæ in hoc aphorismo Hippocrates dixerit: neque enim ratio, eorum indicat verita-

tem, neq; experientia docet. Tertium autem nullum aliud habemus ad fidem faciendam. Quod E si vnquam talis ægrotus visus est, aut ab Hippocrate, aut ab aliquo alio (neq; enim, an legitimus sit hic aphorismus, dicere possum) multitudinem humorum crudorum vnà cum multa frigiditate, melius est talium in ileo casuum, qui dicti sunt, causam arbitrari. Sic enim tãtummodo febris esset medicina huiusce dispositionis, & retentarum vrinarum euacuatio: nam re vera cõsueuerunt vrinæ crassæ, & plurimæ, repente simul illis concoctis euacuari.

45 *Vlcera quæcunq; annua sunt, aut etiam diuturniora: os abscedere est necessarium, & cicatrices cauas fieri.*

Quæcunq; vlcera longo tempore manent, vel cicatrice nullo modo adueniente, vel, si facta sit, rursus resoluta, nihil videlicet medicis in curatione delinquentibus: necesse est vel propter influxum vitiosorum humorum, vel propter dispositionem in membro longo tempore contractam ex humoribus influentibus, vel ob aliquam passionem ossis in eo loco corrupti, difficulter sanari. Alia itaq; vlcera semper maiora, & deteriora fiunt: atq; hæc omnia Phagedænas antiqui nominabant. Quidam vero posteriores ea distinguere cogitarunt, propriam'que singulis appellationem indiderunt, quædam Chironia, quædam Telephia, quædam Phagedęnas nominantes, alias q; curiosas adhuc magis appellationes afferentes. Nobis vero sufficiet ex ijs, quę aliquid loci circunstan F tis occupant, alia Herpetas, id est repentes nominare, quæ summam cutem tantum infestant: alia Phagedænas, id est exedentes, quæ carnem subiectam corrumpunt. Nam, quod putridum, atque depascens à non nullis vlcus vocatur, non est propria vlceris differentia, sed passio implicita ex vlcere, atq; putredine. Scimus autem, q & absq; vlcere putredo ipsa per se ipsam in multis corporis partibus consistit. Vocatur etiam Anthrax, id est carbo, vlcus escarosum, cui adiungitur multum partiũ circunstantium inflãmationis. Hæc igitur propriã habuere appellationem, Anthrax, Phagedæna, & Herpes. Quæcunque vero vlcera fiunt sine dictis casibus, hæc ipsa per se ipsa solebant antiqui Vlcera tantum nominare: de quibus nunc Hippocrates loquitur, edocens, quæcunque talia sunt vlcera, in longum tempus protrahi. Videtur autem experientia rationi astipulari: multa'que sępius ex hoc genere vlcerum, cum non post multum tempus fuerint ad cicatricem perducta, rursus inflammantur, ac iterum dirumpuntur, ipsarum cicatrice soluta. Fit autem hoc talem aliquam ob causam: quando ex adhibitis medicamentis caro, quæ ossi superiacet patienti, exiccata contraxerit cicatricem, statim quidem integra sanitas restituta videtur: rursus vero paulatim aliquo influente ichore ex osse corrupto in parte penitiore, iterum aduenit inflammatio, & puris generatio cõsequitur: à quo quidem cicatrix eroditur, caro vero exulceratur. Quę nam igitur G est talium || sanatio vlcerum? Nõ profecto alia, quàm ab ipso scripta in libro de vlceribus, & à nobis in tertio de methodo curatiua demonstrata: siquidem vlcera omnia exiccari oportet, præcipue vero, in quibus patitur os. Terminus autem siccitatis est, vt abscedat pars ossis, quæ vitiata est. Quare non absque ratione tantum fieri cauas cicatrices contingit, quantam habuerit abscessus crassitudinem.

in lib de Vlceribus. Depurgatio ventris deorsum, & c.

46 *Qui gibbi ex asthmate, aut tussi fiunt, ante pubertatem moriuntur.*

Gibbos (grece ὕβϐς, & κυφὸς) solet Hippocrates nominare, quos nunc omnes homines cõuexos (græce κυρτὸς) appellant. Nam & vere eis est spina in partem posteriorem conuexa. Conuexo igitur opponitur cauum, gibbo recuruum, seu repandum (græce λορδόν.) Sed hæc quidem de sola spina Greci dicunt, illa vero de omnibus. Quo modo vero || gibbositas fiat, ipse narrauit in libro de articulis, sicuti & de || repanditate, || obstipitate, || & quassatione. Hæ.n. sunt propriæ, atq; pręcipuæ spinæ passiones: oportet aũt illum, q vult istarũ passionũ habere notitiã, ijs, quæ in eo libro scribunt plenius incumbere. Nunc vero à nobis ea dicetur, quæ ad propositum aphorismum videntur vtilia. Gibba fit spina aliquando propter ictum, aut casum: gibba etiam fit propter quę- H dam tubercula dura, quæ in parte anteriore consistunt: à quibus siquando vna vertebra trahitur ad anteriora, recurua fit eo loco spina: ita & si plures fuerint se ordine consequentes: qñ vero non fuerint continuæ hę, quę tenduntur vertebrę, gibbositas fit tm̃ partibus retro tendentibus, quantũ vertebræ extentæ sunt ad interiora reflexæ: nã hoc fieri videtur in oĩbus duris mediocriter tentis, veluti calamis, viminibus, virgis, & oĩbus alijs huiusce modi: dictum est de his plenius in expositionibus libri de articulis. Nunc vero eos, qui gibbi facti sunt ex asthmate, & tussi, ante pubertatem cito inquit interire. Neq;.n. vult in his thorax, vt ipse dixit, vna cũ alijs augeri, atq; ideo magna angustia premuntur ea, quæ respirationi obseruiunt, instrumenta. Oĩbus siquidem est commune, qui spõte gibbi facti sunt, hoc est, quibus sine ictu, vel casu spina passa est: propter dura tubercula, & concoqui difficilia, tales fieri. Sed, cũ multa sit in tuberculis, quo ad tumorem, duritiẽ, & locũ, in quo consistunt, differentia: quæ dura simul, ac magna sunt, statim difficilem faciunt hominibus respiratione, quę vero ex suo humore aliquid ad asperã mittunt arteriam, reddunt tussiculosos. Verũ, quæ talia sunt, vt mittant ex suo humore aliquid, non sunt dura exquisite, atq; ideo necessarium est eis aliquãdo suppurari, & hominem occidere. Quæ vero nihil mittunt, ex crassis humoribus ortum habent, atque ob id dura sunt, & incocta, & longo permanent tempore, anteq̃ suppurentur,

d Articulis. cõ. 3. t. 1. vsque ad 54. 7ª. 268. e. & c.

A suppurentur, atq; ideo non perimunt hominem. Quę vero (vt dixi) vnà cum tussi ortum habue re, properant ad suppurationem, atq; ideo sunt exitialia. Sic & quæcunque cum difficili anhelitu fiunt, sunt iis, qui adhuc augentur, perniciosa: vel enim hęc magna sunt: vel in loco thoracis ad vitam opportuno. Cum igitur pulmo vnà cum corde in talibus augeatur, locus q; continēs minor efficiatur, costæ vero non augeantur, & se flectendo, propter gibbositatem thoracem faciant angustiorem: necessarium est tantam breui tempore fieri anhelitus difficultatem, vt homo corrumpatur. Nam, si non dum gibbositate superueniente, propter solos tumores extra naturam, difficilem habebant anhelitum: quid debemus expectare, cum tubercula sunt processu temporis adaucta, thorax autem factus angustior? Quòd autem, cum multæ sint spirandi difficultates, solam illam Hippocrates asthma consueuerit nominare, in qua cōtingit valde crebrum anhelitum fieri, clarum admodum existit. Appellant que nunc homines eo nomine, illam, quæ fit in cursibus, & vehementioribus exercitiis, respirationem. Hippocrate autem posteriores, & passionem aliquam pectoris diuturnam, non nulli simpliciter asthma nominant, nō nulli orthopnœam, quando absque febre ægroti iugiter anhelitum habent difficilem.

7 Aphor. 53. 5 : B 47 ‖ *Quibuscunque venæ sectio, vel purgatio cum medicamento conuenit, hos vere purgare, vel venam incidere oportet.*

Liquet, quòd de iis, qui adhuc sani, sed ægri futuri sunt, nisi euacuentur, nunc sermo habetur Hippocrati. Hos enim oportet, vt anticipemus euacuare vere adueniente, vel per venæ sectionem, si plenitudinis passionibus subiiciuntur: vel per purgationē, si eis, quę ex corruptione proueniunt. Nos itaq; plurimos ita seruauimus annos, qui longo ante tempore singulis annis morbis capiebantur. Atque podagram, & morbum articularem adhuc incipientem, & non dum poros circa articulos facientem, ex tali euacuatione multis iam annis fieri prohibuimus. Eodem modo & sanguinis spuitionem, morbum comitialem, apoplexiam, melancholiam, & alias huiuscemodi diuturnas passiones in multis hominibus per dictam euacuationē sustulimus. Venæ itaq; sectio, cōmune auxilium est earum, quæ ex plenitudine fiunt, dispositionū: purgatio vero quamuis, si secundum genus inaudias, vnum quoddam auxilium existat, non tamen secundum speciē. Non nullis siquidem confert humores pituitosos euacuare, non nullis vero amaram bilem, non nullis atrám, non nullis serosam superfluitatem, secundum naturam earum, quæ cōsueuerunt superuenire, passionum. Velut quidam singulis annis incidit in melancholiā, nisi purgetur: & est C res mira, quo modo morbo iam inchoante, statim homo præsentit primā eius generationem: & me aduocato purgatis humoribus atris, cesset protinus melancholia: huic homini ex purgatione ambo hæc optima eueniunt, quòd & superfluitates expelluntur, & q ex acritudine eorum, quæ excernuntur, parumper aperitur os venæ, quam vocant hęmorrhoida, per quam excernitur pars aliqua sanguinis vitiosi consueti euacuari: quo retento superuenit melancholia. Purgo igitur ipsum, non vere tantum, sed etiam autumno: &, sicuti dixi, si ex contemptu aliquando purgationem omiserit, & morbum non anticipauerit, casus persentit passionis. Sic & mulierem quandam, singulis annis vere inchoante similiter euacuans, cum aliquando tumorem cancrosum in mammilla pateretur, forti, atque frequenti medicamento purgāte atram bilem, ad sanitatem perduxi. Et, si quando purgatio omitteretur, dolorem profundum sentiebat: & me aduocato, statim volebat euacuari. In altero elephantem inchoantem, primum per venæ sectionem, & purgationem sanaui: & singulis annis rursus huic sufficit vna purgatio: & ea omissa, statim passio innotescit. Morbi itaq; huiuscemodi, atri humoris exigunt purgationem: comitialis autem, & apoplexia, & asthma, pituitosi: articulares autem, si cum multa fuerint caliditate, amaram bilem volunt euacuari: si vero cum frigidis tumoribus, pituitam. Quidam alius tempore ęstiuo semper febri- D bus tertianis corripiebatur: sed multis iam annis non febricitauit: quoniam à nobis purgari pallida bilis circa finem veris anticipauit. Sic enim melius est tales euacuare, sicuti illos, qui morbo comitiali, apoplexia, & melancholia, & articulari, & aliis passionibus, quæ ex crassis humoribus generantur, præstat circa veris initia euacuare: de quibus omnibus seorsum à nobis scriptum est in illo tractatu, qui inscribitur, de iis, qui verno tempore egent euacuatione. Est autem iste tractatus pars totius salubris tractationis.

Marg.: A 1. f. 3. d. 5. c fol. 68. f

6 Aphor. 43. 5 b 48 ‖ *Lienosis difficultas intestinorum superueniens, bonum.*

Paulo antea hunc aphorismum exposui, cum sermo habebatur de aphorismo in hunc modum scripto: ‖ Quicunque lienosi à difficultate intestinorum capiuntur, iis longa facta intestinorum difficultate, aqua inter cutem superuenit, vel lęuitas intestinorum, & moriuntur: quare isti nunc proposito nulla est expositio necessaria. *Supra aph. 43.*

49 ‖ *Quibuscunque morbi podagrici fiunt, ij sedata in quadraginta diebus inflammatione, finiunt.* *In lib. de Iudicationib. Quicunque podagrici, &c.*

Podagricorum inflammatio fluxione fit ad articulos pedum decūbente: hanc autē fluxionem suscipiunt primum quidem loca dearticulationum, deinceps circunstantia omnia vsq; ad cutem.

Quia vero impleri dicimus dearticulationes, liquet etiã esse necessarium ea, quę ipsis circũiacent, E ligamenta extendi. Neruos enim, & chordas, seu tẽdones nõ est rationabile in ipsis inflãmari, sed solum dolere, quia simul cum dearticulationibus extenduntur, argumento, qm̃ visus est nunquã podagricus pati conuulsionem, quæ frequẽter solet in neruorum, ac chordarum inflammationibus aduenire: verũ intentio sanationis in eis, cõmunis est omnibus inflammatione laborãtibus. Nam, discutiatur, oportet, id, quod ad pedes fluxerit, si quidem tenuiorem habuerit substantiam, tempore breuiore: si vero crassam vel tenacẽ, longiore: longius adhuc tempus requiret, si simul crassum, atq; tenax illud, quod defluxit, existit: vltra tñ spatium dierũ quadraginta non prorogabitur curatio inflãmationis, si & medicus in suo opere nõ aberrauerit, & ęger illi in omnibus obedierit. Quæ vero carnosas partes occupat inflãmatio, morborum acutorum subiicitur termino, diebus scilicet quatuordecim, qm̃ carnis substantia mollior est, ac rarior ligamentis: vnde & tardius inflammari incipit natura ligamentorũ, chordarum, atq; ñeruorum ex ictu, & longiori tempore ad consistentiam inflammationis perueniunt, ac tardius sanantur. Qua enim ratione vix aliquid in se humoris externi suscipiunt, cum duræ sint, ac densę huiuscemodi partes, hac ipsa ratione cum difficultate dimittunt. Quapropter Hippocrates podagricis inflammationibus terminũ integrę solutionis non diem quartumdecimum, sed quadragesimum posuit, quia, qui in dearticu F lationibus humores insunt, per ligamenta ipsas amplexãtia oportet per modum vaporis euacuari: item qui in ipsa ligamẽta inciderunt. Meminit autem & in prognostico ‖quadragesimi diei, vt in quo iudicantur, quæcunq; non sunt diuturna exquisite, & acutorum terminũ exciderunt. Dictum autem est plenius de talibus in tractatione dierum iudicatoriorum.

[margin: ...rogn.cõ.1. ... 4. 194.b]

50 ‖*Quibuscunque præciditur cerebrum: iis necesse febrem, & bilis vomitum superuenire.*

[margin: ...e Morbis ...ege a prim... ...acia in fue... ...t, &c. ... Coacis p-not. Quib cerebrum vulneratur, &c.]

Præciso cerebro febris aduenit ea ratione communi, qua quolibet membro principali patiẽte inflammationem, subsequitur febris. Bilis vero vomitus fit compatiente ventriculo propter eius cum cerebro communicationem, ore præsertim ipsius, ad quod terminatur ex cerebro effatu digna quædam neruorum coniugatio. Consueuit quidem & aliter in magnis doloribus, atq; mœroribus fortibus ad ventriculum fluere biliosa superfluitas: & multo magis, cũ ipse male affectus fuerit. Ad ea enim, quæ talia sunt, feruntur partium proximarum superfluitates, præsertim quæ tenuem habent substantiam, qualis est ipse biliosus humor, atq; cum eo quęcũq; serosa superfluitas, quę sępius in vomitibus bili cõmiscetur: siquidem raro admodũ accidit, vt bilis exquisita euomatur cui serosam superfluitatẽ non videamus admistam. Apparet autem & in sanis, cũ diu à ci G bo abstinuerint, in illis præsertim, qui natura sunt biliosiores, tales in ventriculum humores admitti: quod & ipsius morsus, & vomitus manifestant. Non solum autem cerebro vulnerato euomunt homines bilem, sed & dura membrana ipsum circũstante, quæ, cũ in multis partibus sit cerebro agnata, citissime ei cõmunicat proprias passiones. Erasistrati aũt sectatores, cum membranas velint esse principia neruorum, membranam crassiorem inquient suæ naturæ ratione, si sola sit vulnerata, tales afferre casus: si vero vsq; ad cerebrũ vulnus peruenerit, quoniam ambæ membranę prius illud admiserint, sic nuper dictarum passionum sequi ortum fatebuntur. Dixi autem Erasistrati sectatores, & non ipsum Erasistratum talia dicturos, quoniã, cum iam senex esset, (vt illi inquiunt) scripsit libros sectionum, in quibus cerebrum esse neruorum principium demonstrauit. Dictum autem est de his in commentariis de Hippocratis sectione.

[margin: A.li. 1. f.3. c.7. fol.61.]

51 *Quicunque sani dolore capitis repente capiuntur, & statim muti fiunt, & stertunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit.*

Mutos (grece ἀφώνους) solet Hippocrates nominare non eos tantum, quibus læditur vox, verũ per exuperantiã quandam vnà cum eius lęsione dat nobis intelligendas omnes, quæ sunt secun- H dum electionem, operationes. Non nunquam igitur illis oblęsis non interiit sensus. Quos igitur ipse mutos appellat, contingit esse sentientes: sed sępius vtraque patiuntur: & talem affectum vocant apoplexiam. Est autem & hæc alia quidem debilis, alia vero fortis: atq; ideo dixit, ‖ Soluere apoplexiam fortem impossibile, debilem vero non facile. Videtur aũt nunc fortis apoplexiæ indicium apposuisse, quod stertere dixit, quod etiam profunde dormientibus accidit, quo ad dispositionis similitudinem, secundum diuersum quidem vtrisq; modum: nihilominus, quatenus aliquid habent cõmune, vt stertant, consequitur. Est autẽ commune ambobus, eius, quæ fit per neruos, operationis debilitas: & dictũ est de his amplius in ea, quæ de locis affectis inscribitur, tractatione. Nunc vero, quantum ad expositionẽ aphorismi sufficiet, dicetur à nobis. Quibus sanis dolor in capite repente aduenerit, causam referre oportet in primis ad spiritum flatuosum: interdum vero & ad influentis vniuersim materiæ multitudinem: quam & nunc ad cerebrum fuisse delatam indicant casus, qui post dolorẽ superuenerunt, per quos, & ꝙ sit quædam materia pituitosa, commonstratur: atq; idcirco febris superueniens soluit dispositionem, vt quæ calefaciat, extenuet, atq; resoluat spiritum flatuosum, & pituitosos humores. Fit autem hoc non nunquam tribus diebus, aut quatuor, non nunquam vero pluribus, nõ tamen vltra dies septem, quia pars est principalis:

[margin: 2a. Aphor. 42. 18 b]

tales

A tales vero partes non diu tolerant fortes simul, ac diuturnas passiones, vt sępius ostendimus.

52 *Oportet vero & considerare oculorum in dormientibus suspectiones: nā, siquid albū commissis palpebris subinspicitur, neq; ex alui profluuio, aut medicamenti potione istud contingat, malum est signum, & lethale valde.*

in Progn. com. 1. t. 11. 4ª. 193. a

Aut ob palpebrarum siccitatem, aut propter potentiæ ipsas mouentis imbecillitatem, aliquid subinspicitur, cum oculi integre claudi nō possint. Ob hoc igitur ipsum in alui profluuijs, & medicamentorum purgantium potionibus, oculorum albedinis aliquid subinspicitur, quando dormierint. Nam totum corpus exiccatur, & vires fiunt imbecilles, ex talibus euacuationibus. Plus autem siccitas in palpebris innotescit, quoniam sunt natura siccę. Sicuti ergo coria exiccata difficulter extenduntur: eodem modo similes corporis partes. Et quidem, quod potentia existēte imbecilli non possint exquisite oculos claudere, sed neq; os, vnde hiantes dormiūt: liquet vnicuiq;, rei naturam diligentius animaduertere volenti.

53 *Desipientiæ, quæ cum risu fiunt, securiores: quæ vero cum studio, periculosiores.*

Nulla quidem desipientia secura est, minus vero periculosæ, quæ cum risu fiunt: sicuti temerarię, vt ipse nominat, omnium periculosissimæ: in medio autem ambarum sunt, quæ cum studio fiunt. Fiunt autem omnes patiente cerebro, siue primo, & per seipsum, siue per compatiendi rationem: differunt autem inuicem per causas ipsas efficientes. Quęcunq; enim ex sola fiunt caliditate sine humore vitioso, similes quodam modo sunt eis, quæ ex ebrietate contingunt. Quęcunq; vero ex flaua bile, cum studio perficiuntur: ipsa vero multum exusta, vt iam magis ad atrę bilis naturam accedat, sunt insanię satis furiosæ. Nam oportet ad memoriam reuocare ea, quæ in alijs locis de atra bile præfiniuimus, q quædā ex flaua bile superassata gignitur, quæ omnino molestissima est. Quæ vero ex sanguinis (quispiam dixerit) limo, ac fæce, crassior quidem est illa secundum substantiā, sed plurimū differens prauitate qualitatis. Dictum aūt est, q eā, quæ est veluti fæx sanguinis, cū volumus exqsite loqui, nondū atram bilē noiamus, sed humorē melācholicū. Noībus vero abutētes, & atrā bilem aliqñ vocamus, qm̄, si non prius euacuetur, paulopost atra futura est.

54 *In acutis passionibus, quæ cum febre sunt, luctuosa suspiria, malum.*

Infantes sæpe videntur, quo tempore plorant, inspirare inspiratione interrupta, stante interim thorace, deinde rursus id, quod deest, adijciente: quod ipse in Epidemijs in hunc modū explicuit. "Duplex intro reuocatio, veluti superinspirantibus. Et accidit hoc non nunq̄ potentia fatigata, non nunq̄ ex duritie instrumentorum, non nunq̄ vero ambabus causis simul cōuenientibus, sed & aliqñ propter aliquam musculorum pectoris similem conuulsioni dispositionem. Nam, & vis imbecillis, qñ nequiuerit thoracem vno impetu tm̄ attollere, quantum animali est necessariū, in media primum consistit operatione, deinde cum impetu iterum se effert. Et durum instrumentū cum non prompte sequatur potentiam attollentem, ab ipsa vibratum violenter attollitur. De dispotione autem simili cōuulsioni, quid oportet dicere, q talem faciat respirationem? Nam, si frigus vel musculos thoracis apprehenderit, vel neruos: durities quædam instrumentis adueniet, & motus conuulsioni similis, quam febris sua est apta natura sanare, & calida auxilia. Febris vero cū his existens, nō sinit causari musculorum thoracis siue neruorum frigiditatem, sed vel duritiem, quæ facta est, vel virium imbecillitatem, vel conuulsioni similem dispositionem. Quicquid vero horum in causa sit, non est bonū, vt in morbo acuto contingat. Si igitur de sola prędicta motione instrumentorum respirationi obseruientium, luctuosa respiratio ab ipso dicta fuit, iam ad finem expositio peruenit: sin aūt, & cum aliquo tali sonitu vult dictam contingere respirationē, qualis flentibus accidit: vltra dictas causas quandam ostendet dolorosam dispositionem, ex qua, veluti flentes, vel gementes, vel aliquem mistum, ex vtrisq; sonum edentes, in hunc modum respirant.

1. Epid. sect. 3ª. & 6 Epid. c. 2. t. 10. 3ª. 162. d, & in Coacis prænot. Spiritus, qui dentius &c.

55 *Dolores podagrici vere, & autumno magna ex parte mouentur.*

Podagricę passiones, sicuti, & omnes alię articulares, vere augentur, atq; ideo ipse superius in enumeratione morborum vernalium, etiam articularium cōmeminit, in quibus etiam podagrici continentur. Excitantur quidem aliqñ, & autumno ijs, quibus per æstatem tempore, quo fructus maturantur, vitiosi aliqui humores fuerint coaceruati. Ostensum enim à nobis est in cōmentarijs de potentijs naturalibus, q singulis partibus, sicuti aliæ potentiæ, ita & illa inest, quæ materias infestas excernit. Infestant autē aliquæ sua multitudine aggrauantes, aliæ vero extranea qualitate. Secundum vtrunq; igitur ijs, qui hyberno tempore in victu deliquerint, postmodum verno diuturnæ passiones excitantur, fusis humoribus, & mox à fortibus ad loca debilia detrusis: secundum alterum vero, tantummodo autumnali.

56 *In morbis melancholicis ad hæc periculosi decubitus, apoplexiam corporis, vel conuulsionem, vel furorem, vel cæcitatem significant.*

Fiunt quidem, & propter pituitosum humorem apoplexiæ, conuulsiones, & cæcitates oculorum:

* πάχος habebat codex Leonicenι πάθος autē, i. passio impressi, et Laurentiani.

rum: Fiunt, & propter melancholicum: quoniam communis vtrisq; est crassitudo. Non tamen E furor est passio communis. Nunquam enim hic ex pituitoso humore ortum habet, cum ad eius generationem humor, irritans, ac mordens exigatur. Talis autem est semper quidem flaua bilis: melancholichus autem humor non semper, sed cum supra modum exultus, aut putrefactus, malignam induerit acrimoniam.

57 *Apoplexiæ autem fiunt maxime à quadragesimo anno vsq; ad sexagesimum.*

Non omnem apoplexiam, sed nuper dictam tantummodo (quę ex atra sola fit bile) contingit aduenire ijs, qui dictam agunt ætatem, quoniam in his maxime abundat atrę bilis humor, quem admodum etiam in autumno. Quod si volumus simpliciter pronuntiare, plures senes laborant apoplexia. Si igitur sermo debeat esse verus, iungendus est cum priore aphorismo, ac si ita diceretur: In morbis melancholicis ad hæc periculosi decubitus apoplexiam corporis, quæ homines occupat à quadragesimo anno, vsq; ad sexagesimum.

58 ‖ *Si omentum excidat, necessario putrescit.*

1. de Morbis, si vero omentum exciderit. & in Coacis pręnot. Quibus omentum. &c.

Propter breuitatem falsus esse videbitur hic aphorismus ijs, qui non recte ipsum inaudierint. F Quod. n. dicitur, huiuiusmodi est: Quando exciderit, hoc est, qñ nudatum fuerit, & extra peritonęon, id est membranam abdominis interiorem, omentum exierit, non contingit ipsum ad locū proprium restitutum, sanum, & saluum fieri, sicuti si aliud aliquid extra promeretur, veluti intestinum, aut aliqua visceris fibra. Illa etenim, nisi longo tpe frigeṙiant, qñ vulnus in abdomine factū, ad cicatricem perductum fuerit, pristinā recipiunt temperaturam. Omentum vero, ēt si minimo nudetur tpe, reductum putrescit: quam ob causam medici partē illam, q̄ fuerit nudata, solent resecare. Hanc igitur sententiam habet aphorismus, licet confusius in verbis dictis proponatur. Siqs vero dicat se aliqñ vidisse omentum, quod paruo tempore extra prodierat, deinde ad suum locum reductum, non putruisse: perpetuam is quidem non esse probabit Hippocratis enunciationem: illud tamen non tollet, quod magna ex parte soleat accidere. Cōmune siquidem est huic aphorismo cum alijs ab Hippocrate dictis, vt perpetuū quiddam, ex figura dictionis ostendatur: quamuis res ipsæ non semper eodem modo eueniant, sed, licet raro, interdum etiam aliter accidant.

59 ‖ *Quibuscunque à coxendicum dolore {diuturno} molestatis excidit coxa, & rursus incidit, ijs mucores superueniunt.*

12. de vsu partium. 1d. 1 h de Articu ó mēt. 4. t. 4. 268. g

G Sæpe in articulis humor pituitosus aceruatur, quem mucorem appellant: à quo madefacta dearticulationis ligamenta, laxiora redduntur: atq; ideo facile à cauitate articulus excidit, & rursus non cum difficultate incidit, quæ nunc ait accidere ijs, qui ita morbo laborant coxendicum. Qñ autem coxam ait excidere, articulum coxæ debemus intelligere, quo modo etiam in libro de articulis dicebat, ‖ Humerum autem vno modo noui lubricare: ac si dixisset articulum humeri.

de Articulis, cō. 1. t. 1. 7. 251. e

60 ‖ *Quibuscunq; à coxendicū dolore molestatis diuturno excidit coxa: ijs crus tabescit, & claudicant, si nō vrantur.*

1. de Morbis, Claudi vero à coxēdicū morbo fiunt. de Articulis, com. 1 t. 41. 7. 258 a

in lib. qui introductio med. inscr. Isagog. 5.

Hunc aphorismum non debemus à superiore seiungere, sed ipsum coniungentes, ita vnum sermonem intelligere. Vult enim dicere, q̄ à coxendicum morbo molestatis, quibus propter mucoris multitudinem articulus excidit, & rursum incidit, necessariū est processu temporis crus contabescere, nisi prius vrendo mucorem exiccemus: ‖ quod in libro de articulis consulit fieri in brachio iugiter excidente. nam, & nunc eadem est sermonis vis, cum ipse suadeat aduri coxam, sicut in libro de articulis docebat: vt, & id, quod mucosum est, absumatur, & laxitas cutis, ad quam articulus lubricat, magis ex adustione cōtracta, arctet, ac prohibeat articulum transponi. Quod si ob multitudinem mucoris extra suum locum diu coxa steterit (est enim hoc quidem claudicatio) H necessario crus contabescet: vt etiam alijs omnibus solet accidere, si priuata motibus fuerint, qui illis secundum naturam insunt.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS SEPTIMVS.

Omnes ferè, qui antea scripserunt, expositores aphorismorum, circa initia quidem vltra id, quod est vtile, sermonem extendunt: in processu vero ita remittunt, vt primo quidem, quo ad vtile fuerit, tantum progrediantur, deinde vero infra id etiam subsistant, & postremo, vsq; adeo contrahant expositiones, vt nec animaduertant plures aphorismos esse nothos, atque planè falsos. Verum, vt, qui sunt in disputationibus fatigati, prompte ad omnia annuunt: sic & ipsi omnes admittunt, quoscunq; scriptos inuenerint aphorismos, & ad vltimam suis in expositionibus breuitatem deueniunt, prioris loquacitatis obliti. Nos sanè cum alias eorum absurditates conati sumus

A mus euitare, tum omnes ex æquo studuimus facere expositiones, quę & veritatē, & vtilitatem artis intenderent, & interpretando neq; se ad extremam breuitatem contraherent (hoc enim libro conuenit, non commentario) neq; ad tantam prolixitatem effunderent, quantam ipsi in principio expositionum instituerunt: id autem, quod optimum est in omnibus sermonibus, quod quidem seruat mediocritatem in vnaquaq; tractatione, à principio vsq; in finem seruare studuimus.

1 *IN morbis acutis frigus partium extremarum, malum.*

In morbis diuturnis, qui præsertim sunt sine febre, & hyeme, & ætate senili, partes extremas corporis, veluti nares, aures, pedes, & extremas manus frigidas fieri nihil absurdum. Non tamen in acutis est mediocre malum, sed casus satis exitialis: quod vehementissimis accidit viscerum inflammationibus. || Acutos autem ipse ait vocari morbos, quorum febres maxima ex parte continuæ sunt: in quibus, cum fuerint sine magna inflammatione, nedum extrema frigescere, sed exuri contingit. Cum vero inflammationis calor adeo vehemens fuerit, vt ad se trahat per modum cucurbitulę ex toto corpore sanguinem: ijs, qui ita se habent, viscera peruruntur, extremæ autem partes frigescunt propter defectum sanguinis ad viscera se recipiētis: & eorum pleriq; neq; tegumenta tolerant propter incendium, quod in visceribus sentiunt.

de Vict. rat. in morb. acut. cō. 1. t. 8. 7ª. 108. h

B

2 *In osse ægrotante caro liuida, malum est.*

Non enim in mediocribus ossium læsionibus, sed fortibus putrilaginibus talis species coloris circunstantibus aduenit carnibus, extincto in eis scilicet calore natiuo.

3 *A vomitu singultus, & oculorum rubor, malum.*

Qualis passio est conuulsio musculis, talis est singultus stomacho: qui humoribus infestantibus conuenit non nunq̄ totum ventriculum, non nunq̄ os eius, & gulam: quos per vomitiones abijciens, statim à singultu liberatur: qui si neq; per istas cessauerit, duorū alterum ostendit, vel cerebrū neruorum principium, vel ventriculū pati non mediocrē inflammationē. Rubor vero oculorum vtranq; sequitur dispositionem, sed præcipue illam, quæ in cerebro existit similis inflammationi.

4 C *A sudore horror, non bonum.*

|| Quod iudicatoria, quæ non iudicant, partim mortalia, partim male iudicantia sunt, ab ipso dictum est: quoniam natura in huiuscemodi dispositionibus morbo succumbit.

2. Epid. sect. 1ª.

5 *A furore difficultas intestinorum, vel aqua inter cutem, vel mentis alienatio, bonum.*

Difficultatem quidem intestinorum, vel aquam inter cutē transmutationis rōne esse furoris sanationem, non est extra rōnem, cum à capite noxij humores transferantur ad inferiora. Mentis aūt alienatio, tātum abest, vt sit furoris solutio, vt quispiam potius dicat esse incrementū. Ac profecto, si modo re vera Hippocrates cōtinuum, atq; vehementē furorem, alienationē mentis nominauit: quendam nouimus à furore mediocri, quo prius detinebatur, fuisse liberatum: vnde ratiocinando perpendimus ex vehementi motu causarum efficientium furorem, solutionem fuisse subsecutam: quemadmodum in morbis acutis vehementissimi casus solent aliquando bonas crises operari.

6 *In morbo diuturno fastidium cibi, & deiectiones sinceræ, malum.*

Fastidiū cibi per se seipsum prauum est signū in morbis diuturnis. Nam in ijs, qui à talibus morbis sunt euasuri, cōtrarius affectus solet accidere, vehemēs. s. ciborū appetentia. Quare cibi fastidiū haudquaq̄ bonū est signū: multo vero magis, quādo fuerint etiam prauæ deiectiones. Sinceras vero deiectiones nōiauit impermistas aquosæ humiditati, qm̄ solus humor euacuatus deijcitur, siue sit biliosus, siue melācholicus, siue porri colorē præ se ferens, siue bilis, quæ æruginosa nominatur: nam deiectiones huiuscemodi exustā esse omnē natiuam humiditatē à calore febrili demonstrant.

D

7 *Ex multa potatione, rigor, & desipientia, malum.*

Quod quidē multa potatio, nō aquæ, sed vini potionē significet, vnicuiq; manifestū. Desipiunt aūt ex talibus potionibus aliqui, capite oppleto plurimo sanguine, ac spiritu calido. Ob hāc ipsam vero causam & calidiores redduntur, pcipue quidē caput, sed & corpus vniuersum. Pauci. n. ex ipsis sunt, qui cū desipientia rigeant, in quibus calor natiuus nō accenditur, sed ob multitudinē extinguitur, sicuti ignis lignorū multitudine superiniecta, & lucernæ flāma oleo vniuersim superfuso.

8 *A tuberculi intus ruptione, exolutio, vomitio, aut animi defectio fit.*

Tuberculum græce φῦμα) nominauit, quod in alijs ipse solitus est vocare suppurationē (græce ἐμπύημα.) Intus vero ipsius ruptionem, ad ventriculū dicit: ad hanc. n. consequitur vomitus, sicuti

tuberculorum

tuberculorum in thorace,atq; pulmone ruptio,non vomitiones,ſed ex neceſſitate quidem tuſſim excitat,ſæpius etiam ſtrangulat: quemadmodum ſuppurationum ad inteſtina ruptiones,puris faciunt deiectionem. Commune autem omniũ ruptionum eſt exolutio,& animi defectus, propter vitalis ſpiritus excretionem,vt alibi eſt demonſtratum. E

9 || *A profluuio ſanguinis,deſipientia,ac conuulſio,malum.*

in Coacis præ-not. In ſanguinis fluxiõe &c.

Hic aphoriſmus magnam nobis affert vtilitatem ad credendum,ꝙ aliquando fiat deſipientia ex defectu,quo manuum,ac pedum tremores. Nam & hæc membra propter potentiæ ipſa mouentis imbecillitatem,infirmas habent motiones, & cerebrum vacillantes: quapropter neq; vehemens eſt hoc deſipientiæ genus,ſed mediocre,atq; vt quiſpiam diceret,delirans. Ipſe ſiquidem ſolet mediocrem inſaniam,delirium nominare. Si ergo conuulſio aliquando tali deſipientiæ coniungatur, omnino ſalus eſt deſperata. Quędam igitur exemplaria,cum /&/ copulatiua coniunctione,ſcripta ſunt: quædam autem /vel/ diſiunctiuam quam vocant, habent, ſecundum quam deſipientia non bonus eſt caſus poſt ſanguinis fluxum,etiam ſi ſola contigerit: multo autem magis conuulſio,etiã ſi abſq; deſipientia facta fuerit. Maximum vero malum eſt ambarum conuentus,cum vel ſola conuulſio ex immoderata euacuatione,caſus ſit admodum exitialis: nam deſipientia minus malũ eſt. F

** ληρώδης. * λῆρον.*

10 || *Ab ileo vomitus,ſingultus deſipientia,vel conuulſio,malum.*

in iiſdem Coacis Voluuloſis vomitus &c.

In ileis nihil deſcendit ad inferiora,& hoc eſt proprium inſeparabile paſſionis. Vomitus autẽ non ſemper adeſt,ſed quando exitiales ſunt: &,ſi vehementius diſtorqueantur,ſtercus eis aſcendit, atq; ſingultiunt. Quidam vero deſipiunt,& conuelluntur,compatiẽte neruorum principio ſtomachi paſſioni. Hæc vero mihi fieri videntur ab inteſtinis, in quibus paſſio talis exiſtit,à ſe expellere ſtercus appetentibus,quando in longitudine temporis cœpit moleſtare,& non potentibus ſe exonerare propter eam,quæ facta eſt in partibus inferioribus,obſtructionem,ſed coactis contra naturam violenter moueri,& ad loca ſuperiora materiam noxiam extrudere.

11 *A morbo laterali inflammatio pulmonis,malum.*

In pluribus quidem exemplaribus in fine aphoriſmi adiectum eſt /malum/: in quibuſdam vero ita ſimpliciter ſcribitur: A morbo laterali inflammatio pulmonis: volẽtibus illis,qui in hunc modum ſcribunt,non ꝙ ſit bonum,vel malum,pulmonis inflammatio morbo laterali ſuperueniens, nunc ipſum docere,ſed ſimpliciter hoc vnum tantũmodo, ꝙ morbus lateralis ſoleat in pulmonis inflammationem tranſmutari,vel morbo laterali pulmonis inflammmatio ſuperuenire. Tranſmutatur igitur morbus,quãdo priore ceſſante,aduenit alter: ſuperuenit aũt,quãdo altero adhuc manente,alter adiicitur. Verũ hoc in loco videtur Hippocrates de ſuperuenientibus agere,quibus ſtatim hoc ineſt,ꝙ mala ſint,adeo vt,etiamſi hoc verbũ /malum/ non adiiciatur: vel ſubaudiendũ ſit ſm modum à communi dictũ,vel potentia oſtendi exiſtimandum. Omnis.n. huiuſcemodi ſuperuenientium conſiſtentia, neq; paruos,neq; mites inſequitur morbos,ſed magnos,atq; malignos. Exempli gratia ſtatim in dictis in aphoriſmo paſſionibus,qñ non poteſt is,qui morbũ facit lateralem,in coſtis humor contineri,pars eius aliqua ad pulmonẽ fertur. Ad inflammationem quidẽ pulmonis morbus lateralis non admodũ cõſequi ſolet: qm̃,ſi mitis fuerit inflammatio,omnis humor noxius per ſputũ expurgatur: in pernitioſis vero,anteq̃ coſtæ compatiantur,ſtrangulat ægrum. G

12 *A pulmonis inflammatione phrenitis,malum.*

Quando à calido humore fit inflammatio pulmonis,quę multos vapores tranſmittit ad caput: cerebrum implet vaporibus, & facit phrenitidem. Alia autem communia ſunt ad prius dictum aphoriſmum non huic ſolum,ſed etiam ſequentibus. H

13 *Ab æſtibus fortibus conuulſio,aut diſtentio,malum.*

Multi expoſitores ita ſcribi hunc aphoriſmũ cognouerunt: Marinus vero, A vulneribus, ſcribit,& ſequentem aphoriſmũ ſibi ait aſtipulari. Verumq; ſanè eſt,ꝙ à vulneribus fortibus fiunt inflammationes,ac conuulſiones. Sed,cum oẽs ferè expoſitores,& præcipue vetuſtiſſimi, illam norint ſcripturã,quæ habet: Ab æſtibus fortibus: melius eſt,vt & nos etiam eandẽ exponamus. Quidam igitur pro æſtibus, febres intellexerunt: non nulli vero aeris ambientis feruorẽ ita nominari dixerunt: alii pro cauteriis,& eſcharis: & oẽs verum dicunt. Superueniunt.n. his oĩbus haudquaq̃ ad bonum diſtentiones,ac conuulſiones,propter neruorũ ſiccitatẽ,quas diximus eſſe difficillimas.

14 *A capitis ictu obſtupeſcentia,& deſipientia,malum.*

Deſipientia quidem agnoſcitur loquentibus,agentibus've nihil conſentaneum rationi: Obſtupeſcẽtia vero (græce ἔκπληξις,) qñ neq; aliquid dicunt,neq; agunt,ſed apertis oculis quieti manent, ſimiles iis,qui ex timore ſunt attoniti. Quòd vero hæc omnia huiuſcemodi fiant cerebro patiente,manifeſtum: oſtenſum.n. eſt in eo eſſe aĩæ principatum. Si igitur in fine aphoriſmi ſcriptum

ſit /malum/

A sit/malum/liquet, quod recte dictum fuit: indicio.n.sunt, quod ictus intra ad cerebrum penetrauerit. Si vero nō scribatur, nos nihilominus possumus subaudire, sicuti antea diximus, à communi. Possumus aūt, & qa huiuscemodi casus vnà indicant cerebri læsionē, magnitudinē passiōis cōsiderare.

15 *A sanguinis sputo puris sputum, malum.*

Quòd omnis hęc enumeratio sit eorum, quæ proprie superuenientia vocantur (de quibus Praxagoras vnum volumen scripsit haud paruum) manifestum esse arbitror, & ex ipso aphorismo. Neq; enim omne sputum sanguinis, sequens habēt sputum purulentum: sed tantummodo, quod malignum existit: lethale autem est omnino ex pulmone.

16 *A puris sputo phthisis, & fluxus: cum vero sputum retinetur, moriuntur.*

Quam proprie Græci, & præsertim Athenienses phthoen nominant, hanc nunc Hippocrates phthisin appellauit, ob pulmonis vlcera insanabilia, totius corporis cum febre parua extenuationem. Fluxum autem vel de capillorum defluuio, vel de humida deiectione protulit: ambo.n.consueuerunt euenire, cum tabidi ad extremum mali perducuntur, alterum ex siccitate, altera ex po- B tentiæ debilitate. Quòd vero in fine scribitur, Si autem sputum retineatur, moriuntur: modum mortis ostendit illorum, qui ex phthoe moriuntur. Eousq; enim extenuati viuunt, donec extussire, & per ea, quę expuunt, possunt pulmonem expurgare. Cum vero intus manent, obseratur quidem viæ spiritus, patientes vero suffocantur.

17 *In hepatis inflammatione singultus, malum.*

Dixi, & antea, quod oēs hi seriatim scripti aphorismi de casibus docet, qui passionibus auctis, & iā deterioribus factis superueniunt. Hoc mō igitur, & nūc singultus hepati inflāmationē patienti dicitur superuenire, non semper, neq; quomodolibet patiente, sed quando ad magnitudinem attollitur, feruente inflammatione: in quo feruore stomachus ad compassionem trahitur, non nunq̄ communium neruorum ratione, qui sunt (vt ipse docuit in secundo Epidemiorum) breuissimi. Quare tunc solum compassio fit stomacho ad hepar, qn̄ inflammatio, & maxima, & pessima fuerit. Saneq; bile satis calida, & multa in huius visceris inflammationibus genita, ac confluente ad intestinorum principium, atq; ita superfluitante, atq; ad ventriculum recurrente, contingit os eius morderi, atq; ideo singultire. Non nulli vero arbitrantur magnitudinem inflammationis ventri- C culum premere, ac singultum facere, non habente exitum spiritu, quemadmodum inquiunt.

18 *In vigilia, conuulsio, vel desipientia.*

Quidam, & hoc loco/malum/subiūgūt. Nos vero, & prius diximus, quod, etiāsi nō subiungat, potentia continetur. Cur vero immoderatis vigilijs conuulsio succedat, aut desipientia, manifestum est ei, qui priorum meminerit. Nam dictum est ab ipso Hippocrate ‖ conuulsionem, vt à repletione, sic ab euacuatione fieri. Ex ijs autem, quæ maxime euacuant, & exiccant, vigilię sunt: atq; ideo conuulsionem ex siccitate faciunt, ac desipientiam, immodicæ siccitatis ratione: ac præterea, qm̄ in longis vigilijs biliosior redditur sanguis. In quibusdam tamen exemplaribus, & quidem diligentissime scriptis, hic aphorismus scriptus est sine verbo/desipientia/hoc modo: In vigilia conuulsio. quia, vt arbitror, pessima. quæ superueniunt, ab Hippocrate scribuntur hoc loco.

19 *In ossis exutione, erysipelas.*

Hoc in loco maxime oportet subaudire, malum. Neq; enim hoc dicit, quod semper, aut magna ex parte exutis ossibus erysipelas superueniat (nam potius contrarium verum est, quod ita patientibus D ossibus, raro superuenit erysipelas) sed quod casus prauus est osse nudato carnem circunstantem videri ab erysipelate apprehensam.

20 *Ab erysipelate, putredo, aut suppuratio.*

Clarum est, & in hoc sermone, quòd malignis erysipelatis hæc superueniunt.

21 *A forti in vlceribus pulsu, profluuium sanguinis.*

In vlceribus inflammatis pulsus fit non ferente carne incumbente arterijs, illarum motum, se dolente, quando se attollentes exciderint. Est enim huiusmodi pulsus, sensus quidam cum dolore ex arteriarum motione factus, quas neq; ab initio sentiebamus, cūm membra se haberent secūdum naturam, tum quia eorum adhæsus non est molestus, tum quia in spatio laxiore mouentur. Membris vero inflammatis, & loci angustatio, & dispositio dolorifica, tristem afferunt laborantibus sensum, ex motu arteriarum: quem non solū medici, sed oēs homines pulsum appellant. Videtur autem, & hic arteriarum motus augeri in talibus dispositionibus. Ostēsum siquidem est in cōmentarijs de potentijs naturalibus, quod est quædam in ipsis ēt vis aliena excernens, quę & sudores iudicatorios facit, & profluuia sanguinis, & alui inferioris deiectiōes, & quæcūq; alia huiuscemodi

Margin notes: Al. qui Introductio, seu Medicus inscribitur, pag. 56. f — 5ª. Aphor. 58. 43.b — 2. Epid. sect. 4ª. — 6ª. Aphor. 39. 50.f

modi. Secundum hanc igitur vim non nunq̃ vehementius natura operans, magnum, & violẽtũ arteriarum efficit motũ, appetẽs illa, quę molestant, expellere: atq; ita profluuium sanguinis facit. E

22 *A ventris dolore diuturno, suppuratio.*

Siue frigus, siue omnino aliqua inęqualis intemperatura circa ventrem fuerit, siue ventus flatuosus, siue acritudo quædam mordax, fieri non potest, vt in longum extendatur, si omnia circa ægrum opportune fiant: hoc enim in omnibus sermonibus talibus subaudire oportet. Relinquitur igitur, ꝙ adhuc dolor perduret pp inflammationem, q̃ temporis processu ꝓculdubio suppurabit, nisi hoiem morte præripiat: nam, & hoc subaudire oportet in omnibus sermonibus talibus.

23 *A deiectione sincera difficultas intestinorum, malum.*

7ª. Aph 71. g

Deiectiones sinceras solet (vt dixi) Hippocrates nominare impermistas aquosæ humiditati, quę solum habent sincerum illum, qui infra deijcitur humor, siue sit flaua bilis, siue atra. Nihil igitur mirum, si in talibus deiectionibus aliquod intestinum exedatur.

24 *In ossis præcisione, desipientia, si in vacuum apprehenderit.*

F

Osse, quod in capite videlicet est, præciso, nõ simpliciter, neq; vtcunq; contigerit, sed vsque ad interiorem superficiem, quam vacuus excipit locus, qui cerebrũ continet, desipiẽtia fit: nã passio proxima tũc existit membranis, & cerebro. Marinus aũt, nescio quo modo, legendũ seorsum existimat: In ossis præcisione desipientia. & rursus seorsum facit principium aphorismi secũdum: Si vacuum apprehenderit. adijciens ipsi, Ex potu medicamenti cõuulsio, mortale. ita vt totus aphorismus talis fiat: Si vacuum apprehenderit ex medicamenti potione conuulsio, mortale. Rõnabiliter enim inquit hoc dici: semper. n. factam ex euacuatione conuulsionem damnari ab Hippocrate. Sed hoc quidem recte Marinus inquit, ꝙ propter immodicam euacuationem facta conuulsio est exitialis: sic igitur, & facta ex potione medicamenti est exitialis. Verum non animaduertit, ꝙ sermonem priorem falsum ostendit: nã aperte falsum est, quod in ossis pręcisione desipientia fiat. Neq; enim ex alicuius ossis alterius, neq; eius, quod cerebrum tegit, præcisione, dementia sequitur, antequam ad membranas passio perueniat.

25 ‖ *Ex medicamenti potione conuulsio, lethalis est.*

in Coacis pręno. similiter ex nimijs purgationib. ex medicamentis.

Medicamenti potiones, & medicationes, cõsueuit Hippocrates proprie nominare eas tm̃, quę cum purgantibus fiunt medicamentis. Quòd vero conuulsio, quæ fit istis supra modum euacuantibus, lethalis existat, si quis eorum meminit, quę sæpius à nobis sunt dicta, non ignorat. G

26 *In forti dolore ventris, partium extremarum frigiditas, malum.*

Fit quidem (sicut & supra dictum est) ob magnitudinem inflammationis in visceribus partium extremarum frigiditas: fit etiam propter animæ defectum, vel quia calor natiuus extinguatur, vel quia propter multitudinem suffocetur, tum præcipue, cum frigida fuerit: fit insuper, & propter dolorem vehementem medias corporis partes occupantem: ob quem natura in seipsam contrahitur, & ad eam consequitur sanguis, non solum extremas corporis partes derelinquens, veluti pedes, & manus, & caput, sed, & cutim vniuersam. Causam igitur quandam particularem dixit Hippocrates hoc in sermone partium extremarum frigiditatis, sicut, & in pluribus alijs sermonibus hoc ipsum fecisse ostendimus. Sed mirandum non est illum, qui primus multa adinuenit, non omnium simul, sed singulorum particulatim fecisse mentionem.

27 *Mulieri vtero gerenti si tentio superuenerit, facit abortum.*

H

Circa intestinum, quod rectum noiatur, tentio (gręce tenesmos) fit, eandem habens causam, ac dispositionem, quã in difficultatibus intestinorum suscipit aliquod ex superiacẽtibus intestinis. Hæc autem passio nomen accipit (vt inquiunt) ab illa, quæ fit in ea, tentione: ob quam, cum cacare vehementer appetant, continue exurgunt. Ob talem igitur tentionem, atq; molestiam, & totũ aliud corpus laborat, sed præ cæteris matrix, quæ cognata est recto intestino. Nihil autem mirũ, si propter vehementes, atq; frequentes exurrectiones, conceptus aboritur, quando, & ex alijs omnibus fortibus motibus, atq; doloribus mulieres grauidę solent abortum facere.

28 *Quando os, aut chartilago, aut neruus abscinditur in corpore, non augetur.*

6ª. Apho. 19. 48.b

Et hic aphorismus iam scriptus est antea, his verbis: ‖ Quando discissum fuerit os, vel chartilago, vel neruus, vel maxilla tenuis, vel præputiũ, neq; augetur, neq; coalescit. & nos in sexto commentario ipsum exposuimus.

in Coacis præno. Hydropas, Leucophlegmatias appellatos &c.

‖ 29 *Qui alba pituita detinetur, si fortis ventris fluxus superuenerit, à morbo liberatur.*

Consueuere, & alij medici quãdam aquæ inter cutem speciẽ, leucophlegmatian. i. albã pituitã, nominare,

A nominare, vel quod sit etiam aliqua pituita liuida, vel quod sui quidem ratione sit semper alba, sed propter mistionem quorundam aliorum humorum verum mutet colorem. Potest etiam, sicut in libro de articulis scripsit. | Vertebrae, quae in spina sunt: non tanquam sint alibi, distinguens, sed simplici vtens adiectione: sic & hoc in loco absque distinctione, albi fecisse adiectionem. Hoc autem, quod subiecit, ex forti alui profluuio, vel diuturno (vtrunque enim scribitur) soluit albae pituitae superabundantiam, commune est ad multa alia, quae ita ab eo dicta sunt.

de Articulis, com. 3. t. 1. 7ª. 268.c

30 *Quibus in alui profluuijs excrementa spumosa sunt: ijs ex capite pituita defluit.*

Hoc indistincte dictum est. Fiunt enim aliquando alui excrementa spumosa spirituoso humore ex capite ad ventriculum defluente. Fiunt & vasis, quae ad ipsum perueniunt, illum effundentibus. Fieret etiam aliquando in ipso ventriculo vnam habentia, vt quispiam diceret, causam continentiuam, quomodocunque excernantur aut fiant, antecedentes vero plures. Est autem huius pituitae causa continentiua flatuosus spiritus, dum humori commiscetur, vehementem habens motum, & inaequalem ita, vt & ipse dirumpatur & pituitam frangat in multas, ac paruas partes. Talis vero motus ipsius causa est, & propria natura, & caloris non nunquam multitudo. Sic & in ijs, quae elixantur, apparet spuma, maximeque cum tenacem habuerint naturam: & in mari violentis ventis agitato. Qui vero arbitrantur per pulB monem ad ventriculum pituitam deuenisse, atque ideo ipsam videri spumosam, nescio, quid inquient de ijs, quibus fiunt à capite ad pulmonem fluxiones manifeste. Oportebat siquidem in his alui excrementa esse spumosa: verum hi neque spumosa per sedem excernunt, neque cum tussi expuunt, et tamen saepius manifeste asperae pulmonis arteriae sunt eo, qui à capite fluxit, humore oppletae, qui concoctus puri quidem est similis, spumosus autem nequaquam. Sed neque semper ex pulmone spumosum sanguinem expuunt. Videtur itaque, cum ex propria substantia visceris simul quicquam effertur, sanguis esse spumosus. Sanè, & qui morbo laterali laborant, aliquando spumosum expuunt, sed raro. Hi vero etiam rarius, qui inflammationem pulmonis patiuntur, calore scilicet, vt mihi videtur, intemperato atque igneo in patientibus partibus aggregato. Si vero, quod à capite defluit ad asperas pulmonis arterias, vt non nulli volunt, permeat ad inferiora: primum ad ventriculos cordis ipsum peruenire oportebit: post hoc duorum alterum eueniet, aut primum per cauam venam ad gibba hepatis, deinde illinc ad caua, & ita per portas ad intestinorum inuolucra: aut primum quidem ad magnam arteriam, deinde sic ad illam, quae est in mesenterio. Sed quomodo adhuc spumosum remaneret, & sanguini commistum, & tot cum eo venas pertransiens?

31 C *Quibuscunque febricitantibus, in vrinis fiunt sedimina, veluti farina crassior, longam aegritudinem fore significat.*

Et hic sermo adhibita distinctione verus est & ab experientia comprobatus, nam | tales vrinae exitiales sunt, sicut etiam in Prognostico dictum est: plurimique morte praeripiuntur, antequam aegritudo diutius protrahatur: &, quicunque ex ipsis sunt liberati, ijs omnibus in longum producta est aegritudo, cum dispositio multam requireret coctionem, in qua talis vrina mingitur. Dictum autem est à nobis in libro de Crisibus, plenius de vrinis omnibus. In Epidemijs autem (sufficit enim mihi de duobus aegris tantummodo fecisse mentionem) in primo quidem libro de Sileno, secundo loco conscripto post tres constitutiones: de quo in sua enarratione sic inquit: | Minxit totum simul, subcrassum: sedimen instar farinae crassioris, album: extrema rursus frigida: vndecima mortuus est. In tertio autem de aegro, qui ordine tertius est, de quo ipse ita scripsit in suae enarrationis initio: Qui iacebat in horto Dealcis: deinde paulo infra: | Vrinae tenues, variae, habentes sublimamenta parua instar farinae crassioris. Hunc autem dicit quadragesimo die fuisse iudicatum. Liquet igitur & ex his exemplis, quod, quicunque mingunt vrinam similem farinae crassiori, si saluari debeant, tarde liberantur. Quicunque vero exitialiter se habent, contingit hos quàm cito interire.

in Progn. com. 2. t. 28. 3ª. 200. e. & in Coacis praenot. Periculosa vrina &c.

1. Epid com. 3. t. 19. 3ª. 121. f

3 Epid. com. 1. t. 18. 3ª. 133. n

32 D *Quibus autem biliosa sedimina supra tenuia, acutum morbum significant.*

Biliosum quidem semper acutos morbos operatur. Dictum enim à nobis est, quod amarae bilis humorem ita medici prisci consueuere appellare, sicuti melancholicum semper cum adiectione dicunt, non simpliciter bilem proferentes, sicuti flauam, sed atram bilem nominantes. Quod autem sequitur, supra tenuia, hoc est aquosa: (sic enim consueuit vti tenuis appellatione Hippocrates) non bene dictum videretur. Vrina siquidem aquosa, cruda est & diuturna. Equidem nunquam vidi vrinam, cuius sedimen biliosum esset, pars vero superfluitas aquosa. Non absque ratione igitur non nulli expositores dixere aduerbium /supra/ non locum, sed tempus hoc in loco significare, ac si ita diceretur: Vrinarum sedimina, quando ab initio tenuia sunt, postea vero biliosa fiunt, acutum morbum significant.

33 *Quibuscunque vrinae distantes fiunt, ijs turbatio vehemens in corpore est.*

Si verbum /distantes/ in propria significatione accipiatur, rem impossibilem ostendet. Vrina siquidem semper est sibi ipsi continua, nullum spatium vacuum habens interiectum. Si vero per id substantiae inaequalitatem dici intellexerimus, recte dixit vehementem significari perturbationem: nam superante natura, omnia aequaliter vnita sunt: aegris vero causis tumultuantibus, ac renitentibus ei, illud, quod superatur atque concoquitur, aliam habet formam: renitens vero atque

tumultuans

tumultuans,aliam: &, quando plura huiuscemodi fuerint,variam magis ostendunt vrinarum in- E æqualitatem,& eius causam,perturbationem.

34 *Quibus in vrinis bullæ insident,morbum renalem,& longum significant.*

Bullę fiunt,circumextento humore spiritu flatuoso. Solet autem hoc magis accidere,quando humor aliquid tenacitatis habet: tunc autē & bullæ ipsæ sunt stabiles,& difficulter solubiles.Cum igitur spiritus flatuosus vnà cum vrinis excernitur, signum est frigidæ ægritudinis renum. Hæc enim aggregat spiritum flatuosum: atque ideo aiunt ægritudinem fore longam. Frigidum enim omne est difficulter solubile,& vix coctionem admittit,atq; ideo diu durat.Non nulli etiam aiunt ab acrimonia vrinarum aperiri ora arteriarum, quæ sunt in renibus, atq; ita excerni spiritum aliquem,qui cum vrinis exit, & bullas facit.

35 ‖ *Quibus insidens pingue,ac simul totum, ijs renum vitium acutum significatur.*

in lib. d Vr q Galeno bitur. 4.

Siue alui excrementum, siue vrina pinguis fuerit, colliquatione adipis fit non magis in renibus,q̃ in toto corpore,existentis: quare neq; omnino morbi renalis est signum, sed commune omnis adipis ab igneo calore colliquati. Aut igitur ita intelligendum est, tanquam in ijs, de quorum F vitio renali non ambigitur, non passionis genus,sed acutiem dignoscat, ac prædicat in hoc aphorismo Hippocrates: vel pro verbo /nephritica/ quod significat vitium renum, scribendum est, phrenitica: sicuti quidam scripserunt expositores.Quāquam neq; hoc solius phrenitidis signum existit, neq; simplicis,neq; incendentis,sed cuiuscunque febris colliquantis. Quod vero totum simul sermoni adiectum est, potest & breuitatem temporis significare, potest nihilo minus & loci spatium. Quod.n.astrictum est,& in se ipsum contractum,simul totū (græce ἀθρόον) nominamus, contrarium existens distracto,atq; disperso. Hæc itaq; à nostris etiam præceptoribus huc vsq; fuere interpretata. Quid autem ego sentiam, nunc explicabo. /Simul totum/ sermoni adiectum, mihi videtur de tempore dictum,atq; ideo adipis renum ostendere colliquationem. In alijs enim partibus corporis adipes colliquati,paulatim,& non vniuersim cum vrina exeunt, primum colliquatione participata à venis illi vicinis, deinde ab ijs, quæ continuantur,& rursus ab alijs,donec ad renes perueniatur. Adipis vero circa renes colliquati transumptio ad vrinas celerrima est, & non paulatim,sed simul tota fit,atq; ideo in renibus ipsis dispositionem esse monstratur: cui rei & experientiam inuenies, si diligentius animaduerteris,consentientem. Cum vero duplex extet scriptura,nam in quibusdam exemplaribus insidens,in quibusdam subsidens scribitur: primam dicimus G esse veriorem. Insidet enim semper,quod pingue est,& non subsidet. Sane q; prioris aphorismi dictioni magis cōsonat ista scriptura. In illa enim Hippocrates dixit: Quibuscunq; autem in vrinis bullæ insident,morbum renalem,& longum significant. Consentaneum igitur ei,quod dixit /insident/ quod deinceps dictum est, Quibus insidens pingue, & simul totum,ijs renum vitium,& morbum esse acutum significatur.

36 *Quibus autem morbo renali laborantibus prædicta accidunt signa, dolores q; circa spinæ musculos fiunt, si quidem circa loca exteriora fiant: abscessus quoque exterius futuros expecta: si vero dolores magis circa loca interiora fiant: etiam abscessus expecta futuros interius.*

In prioribus quidē aphorismis signa docuit,per quæ renum vitia possemus dignoscere: in hoc vero de ijs docet,quos longo tempore scimus morbo renali laborasse, inquiens in ipsis futurū abscessum labore,hoc est dolore,cum signis prædictis prægresso circa musculos spinales, quos græce rhachięus,& rhachitas medici nominant. Duplex aūt est horum musculorum genus: vnū quidem retro sub cute,totam spinā vtrinq; complectens: alterum vero in partibus anterioribus, non per totam spinā extentum,sed solum per partes ad lumbos attinētes.In vtris aūt horum se firmauerit dolor,illic quoq; abscessum futurum expecta. Nunquid vero renibus ipsis suppuratis, aut solis H musculis,aut aliqn̄ vtrisq;, non dum præfiniuit: experientia vero hęc omnia fieri ostendit: nam & musculi soli non nunq; hoc patiuntur vel interiores,& anteriores,vel posteriores, & exteriores: & sine musculis renes, non nunq; introrsum,non nunq; extrorsum vergente in ipsis abscessu.

37 *Quicunq; euomunt sanguinem, si sine febre quidem, salutare: si vero cum febre, malum. Curare vero adstringentibus,& refrigerantibus.*

Cōpra: & aph. 25.

Quæ vomimus quidem,è gula, & ventriculo: quæ vero extussimus, ex aspera arteria, & pulmone feruntur. Quidam vero huius libri expositores aiunt sub verbo /euomunt/ comprehensos esse & illos,qui ex aspera arteria,atq; pulmone sanguinem educunt. Atqui salutarem esse hanc passionem,hoc est curari posse, quando ęgri non febricitauerint, haudquaq; est verum. Siquis enim absque febre,vel prorsus ex pulmone cum tussi sanguinem emiserit,periculum imminet,ne curatio fiat: &,si perdurauerit casus,omnino postea febres succedent. Ob hoc igitur melius est,vt accipiamus verbum /euomunt/ in proprio significato: consideremus q; deinceps,atq; distinguamus, & quid periculo vacet in ipso, & quid cum periculo sit ex febris præsentia,vel absentia: nam illis,

qui

A qui febre vacat,liquet nullã adesse inflãmationẽ in loco,vnde emittit̃ sanguis. Quare vel alicuius vasis ore adapto fit sanguis vomitus,vel cũ vlcere quidẽ,sed sine inflãmatione. Curant̃ aũt,q̃ sunt absq; inflãmatione vlcera facile adstringẽtibus. Quęcũq; vero cũ inflãmatiõe sunt,ac febribus,nõ solũ curari nõ p̃nt,sed neq; ĩ eadẽ p̃nt magnitudĩe p̃manere. semp̃ enĩ maiora fiũt, ac maligniora.

38 *Distillationes in ventrem superiorem suppurantur intra viginti dies.*

Ventrem superiorem nunc nominat,qui à thorace præfinitur,quem pulmo obtinet,atq; ideo in ipsum à capite distillatio fert̃ per asperam arteriã. Suppuratur autem magna ex parte in viginti diebus,& non (vt multi scribunt) in vno & vigesimo. Semper enim Hippocrates diẽ vigesimũ iudicatoriũ facit,non vigesimũprimum,quemadmodum in libris de diebus iudicatoriis ostendi.

39 *Siquis sanguinem minxerit,& grumos, & stillicidio vrinæ laboret,& dolor inciderit in femur, & imum ventrem,pectinem que: quæ circa vesicam,male se habere significatur.*

In omnibus ferè exẽplaribus hic aphorismus scriptus est: eximere autẽ ipsum oportet p̃p alterum,qui prius est dictus,quẽ nos exposuimus in quarto horũ commentariorũ per hęc verba scri-

4.Apho. 80. 3[1]

B ptum: ‖ Si sanguinẽ mingat,ac grumos,& vrinæ stillicidio laboret, & dolor inciderit in imũ ventrem,& pectinẽ: quæ sunt circa vesicã,male se habent. In proposito autẽ aphorismo est vltima scriptura duplex,vna,quæ antea scripta fuit: altera talis, Vesicam male se habere significatur.

40 *Si lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis stupore elanguit, tale est melancholicum.*

Ἀκρατῆ,i. incõtinentẽ quidẽ nominat linguã,quę aut infirma est,ita vt nõ possit integre dearticulare vocẽ,aut ĩmobilis,& oĩno resoluta: stupore aũt elanguentẽ (gręce ἀπόπληκτον) aliquam corp̃is partẽ,quę resoluta est. Cur vero hęc repẽte facta,dicat esse melãcholica,ignoro. Melãcholię enĩ in cuius noĩe oẽs Gręci cõsentiũt,recte ab ipso talia indicia sunt prodita: Si timor,atq; mœstitia lõgo t̃pe perseueret,ex eo melãcholia significat̃. Aliter autẽ,melãcholicas dicimus esse passiones,cancros,elephãtes,scabies,lepras,& vitiligines nigras. Sed neq; talium passionũ aliquã, neq; illã,quæ ab oĩbus nominat̃,melancholiã,linguę incõtinentiã videmus antecedere,sicuti neq; alicuius partis stuporẽ. Quare superest, vt dicamus,q̃, queãdmodũ quartani circuitus causa est humor melãcholicus,sic & dictarũ passionũ,& linguæ incontinentiæ, & partis resolutionis: fieri q̃; posse,ut p̃p humoris crassitudinẽ tales passiones cõsequant̃,quales ex crassa, & lenta eueniunt pi-

6.Apho. 23. 4[1]

C tuita. Non igit̃ dicemus simpliciter utrũq; dictorũ esse melancholicũ, sicuti neq; pituitosum simpliciter,sed pituitosum simul,& melancholicũ. Additũ aũt est sermoni aduerbiũ/repẽte/ propter mala,quę paulatim fiunt,ex inflãmatione duritiẽ retinente, & intemperatura difficulter solubili.

41 *Si senioribus supra modum purgatis,singultus superuenerit,non bonum.*

Communis est hic sermo s̃m utrunq;,& quatenus omnibus supra modum purgatis nõ est bonus singultus,& quatenus senioribus omnia mala peiora fiunt propter ætatis imbecillitatem.

42 *Si febris non ex bile habeat,multa aqua calida capiti superinfusa,solutio fit febris.*

Ex hoc sermone manifeste declarat nõ oẽs febres ex bile fieri. Ostẽdit q̃; etiã, q̃ reliquę oẽs exceptis iis,quę ex bile factę sunt,aqua multa capiti superinfusa soluuntur. Secundum hunc sermonem igit̃ in primo libro Epidemiorũ de Metone scripsit: ‖ Balneis usus supra caput. Febres siquidem,quę ab exustione,ac frigiditate factę sunt,à talibus balneis utilitatẽ sentiunt,nec minus,quę ex lassitudinibus fiũt,& quæ propter foraminũ angustationẽ, siue propter obstructionẽ, siue ob clausurã fuerint angustata. Respirare siquidẽ per ipsa oportet,& dissolui calorẽ febrilem. Non t̃n,

1 Epid.com.3. t. 3[a].123.d

D ubi inflãmatio aliqua,aut absq; inflãmatione humoris putredo igneum calorẽ accenderit,balneæ utiles sunt,anteq̃ noxij humores euacuati fuerint, aut cõcocti. Verũ tales morbos,aut laterũ inflãmationes,aut pulmonis,aut hepatis,aut lienis,antiqui nominabãt,uolentes febrẽ nõ esse morbũ ipsum,sed casum morbi. In quibus aũt sine partis inflãmatione, putrescentes in uenis humores, febrẽ accẽdunt: in illis solis dicebãt hoĩem à febre molestari,& ipsum à febre haberi. Atq; in ipsis febriũ scripsere d̃nas,Hepialon,& Lipyriã,Eloden, & Typhoden, pestilentẽ, & Causum.i. Ardorẽ nominãtes. Hepaticã autẽ febrẽ,uel lienosam,aut pulmoniã,aut lateralẽ nemo dixit,adeo ut nũc sermo ab Hippocrate habeat̃ de per se febribus,quę sunt absq; partiũ inflammatione. In pluribus aũt exẽplaribus nõ aqua,sed sudor scribit̃, talem habẽte scriptura intellectũ: Si febris nõ ex bile ortum habeat,multus sudor à capite defluens febrẽ soluit. ‖ nõ ex solo capite sudorem fundi dicẽte Hippocrate,sed à prima parte,quę subiicitur oculis,de toto monstrãte corpore. Quantum igit̃ ad hanc scripturã attinet,ij,qui ex bile febricitãt,à talibus sudoribus nihil iuuabuntur. Atqui sępius manifeste soluunt̃ cũ aliæ plurimæ febres,tum in quibus flaua bilis plurima est, Tertianæ, & Ardores. Melior igitur est prima scriptura,quę ueram docet curationẽ earum febrium,quę ex dicto genere sunt,quæ uidelicet uel ob lassitudines, uel exustiones, uel refrigerationes, uel oĩno cutis fiunt angustationes. Quod aũt à bile dicitur,& de pallida,et de atra bile intelligi potest: non

In progn.cõ.1. t. 4[a].195.c

tamē in his solis ostēdebamus, sed & ob pituitā putrescentē fieri febrē. & in hac sola videbit᷑ apho rismus nō esse verus, nisi quis existimauerit pituitæ putrefactionē in humorē biliosum conuerti. E

43 *Mulier ‖ ambidextera non fit.*

In expla. ling. Hippo. 72.c

Ambidexterum Euripides nominat ferrū vtrinq; incidens: circūdextrum aūt Homerus Asteropęum ambabus manibus similiter vtentē: ac si vtrinq; dextrū dixisset. Eodē modo ambilęuum Aristophanes in Tagenitis, vtrinq; sinistrū. Hipponax ambidextrū dixit in hoc versu: Ambidexter enim sum, † & non aberrās. Homines itaq;, qui ambabus manibus pro dextris vtunt᷑, sępe visi sunt: mulier vero nulla ad hunc vsq; diē, ob naturæ imbecillitatē. Si enim ambabus manibus ob neruorum robur, ac musculorum quidam viri vtuntur, rationabiliter nulla mulier vtetur: cū satis ipsi esse debeat, si sola dextra mediocriter vtatur. ‖ Amazonidas quidem ipse inquit mammā dextram exurere, vt plurimo alimento ad manum vicinā proueniente, maior ei vigor adsit, vt quæ et ipsa sit natura debilis. Quidam tamen aiunt ambidextram dictam esse, quæ parte vteri dextra genita sit. quibus adhuc magis à ratione deuiant, qui de hermaphroditis inquiunt Hippocratē fuisse locutum, dixisse q; mari quidem muliebre pudendum adnasci, mulieri autē virile nequaquā.

† *Erotianus. et non aberro percutiens.*

De aere, aquis, & locis, ca. 10. 2ᵃ. 5.c

44 ‖ *Quicunque suppurati vruntur, vel secantur, si pus purum fluxerit & album, euadunt: si vero subcruentum, & fæculentum, ac fœtidum, pereunt.* F

In progn. cō. 2. t. 70. 4. 205.h

* ἔμπυοι

Suppurationes cōsueuit nominare, non eas tm̄, quę sunt in thorace, sed in quauis alia parte ad pus alterata tubercula. pręcipue vero suppuratos illos ferè solos noīat, quibus inter thoracē, atq; pulmonē aceruatū est pus: quos vrere cōsuetos esse veteres, discere licet ex iis, quę dixit Plato comicus de Cinesia, hisce verbis: Post hęc Euagoræ filius Cinesias è morbo laterali *aridus, † puris expers, ⅁ calamacea gerēs crura, tabis nūcius, plurimis escharis corpus inustus ab Euriphonte in cōcionē prodiit. Quòd quidē pus albū, bonū sit: fęculentū vero, et fœtidū, malū, nemo ignorat.

* σκελετός

† ἄπυος *sed forte* ἔμπυος, *cum de suppuratis sermo sit.*

45 *Quorum hepar suppuratum aduritur, si pus purum fluxerit, & album, euadunt: in tunica enim his pus continetur: si vero, qualis amurca, fluat, pereunt.*

Ipse causam dixit, ob quam non nulli pereunt, qui ita se habēt, non nulli vero euadunt. Quibus enim in tunica est pus, nihil patiente substantia hepatis, saluantur omnes: quibus vero vsq; ad carnem hepatis corruptio pertingit, non absque ratione moriuntur. Quòd autem amurcam oēs nominent fęcem olei, & ꝙ talem par est esse incoctam putredinem hepatis, liquet vnicuique. G

46 *Dolores oculorum, post meri potionem, & aquæ calidæ balneum, venæ sectione curato.*

Hic aphorismus mihi videt᷑ ex iis vnus esse, qui fuere interiecti, cū non cōsentiant vni ex illis, qui antea scripti fuerunt, huic scilicet: ‖ Dolorē oculorū meri potio, balneū, vel fomentū, vel venę sectio, aut medicamentū soluit. quē sanè aphorismū in sexto exposui cōmentario, ostensis dispositionibus, in quibus oporteat singula remedia in vsum deducere. Propositus vero aphorismus in vna vult dispōne tribus vti remediis. Siquis igitur nos sciat docere dispositionē, in qua tria hęc remedia cōueniant, ei habebimus gratias. Quousq; vero exposuerint quidē hunc aphorismū, quasi legitimū, nos vero nō docuerint, quę'nā sit ea dispositio, eorū expositionibus nullā pręstabimus fidē. Quę igitur dicunt, qui oīno aliquid conātur dicere, etsi mediocrē habent probabilitatē, sunt huiuscemodi. In quibus sanguis crassus superabūdat, atq; ideo euacuatione indiget, melius putāt ipsum fundere prius, deinde secare venā. fusilis autē fiet, si ægri merū biberint, & se balneauerint. Sed eos, qui hęc dicunt, neque exquisite experientia nouisse illa, quę dicunt, sciunt in artis operibus exercitati. Nam neq; vinū, neq; balneum tolerat plethorica dispō absq; maximo detrimento. Verum hęc auxilia sunt sanguinis crassi in aliqua parte cōpacti sine totius corporis plenitudine. H Sic enim Asclepiades vtitur vino post totius corporis euacuationem pro remedio extentionum. Si vero adsit in toto corpore plenitudo, prius disrumpētur oculorum tunicæ inter bibendū, atq; lauandum. Quare, si absq; multitudine dolor fiat propter obstructionē, ac compactionē crassi sanguinis, recte quidem lauabunt, & vinum dabunt, non recte autem secabunt venam. Si vero multitudo fuerit, recte quidē venæ vtentur sectione, non recte autem lauabunt, & vinum dabunt.

6ᵃ. Apho. 31. 49.c

47 *Aqua inter cutem laborans, si à tussi habeatur, desperatus est.*

* Al. κακὸν, *id est malum.*

Et hoc prius dictum est ab ipso in hoc aphorismo: ‖ Aqua inter cutem laborantibus si tussis superueniat, malum.

6ᵃ. Apho. 35. 50.c

48 ‖ *Vrinæ stillicidium, & mingendi difficultatem, thorexis, & ‖ venæ sectio soluit. incidere autem interiores.*

1. Epid. sect. 6.

Quòd στραγγουρία, i. vrinę stillicidiū significet vrinę stillatim exeūtis emissionē, nomē ipsū ostēdit. δυσουρία vero. i. mingēdi difficultas pōt, & q̄ cū dolore fit, mictio dici: pōt & quę cū difficultate aliqua, adeo vt vix vesica operet᷑. Vrinæ stillicidiū, ipsius vrinę acrimonia facit, & potētię retentiuę in vesica imbecillitas, q̄ ob intēperaturā fit, pręsertim frigidā. Vrinę vero difficultatē, si quidē cum

A cum dolore fuerit, inflammatio, & abscessus, & vlceratio, & inæqualis intemperatura, & spiritus flatuosus: sin motus quidam difficilis sit, vel potentiæ imbecillitas, vel tumor contra naturam. Ex omnibus autē hisce dispositionibus frigiditatem quidem soluit thorexis, hoc est vel simpliciter vini potio, vel meracioris: atq; eam etiā inflammationem, quæ propter obstructionem sanguinis crassioris citra multitudinem facta fuit. Illam vero, quæ cum multitudine fit, inflammationē, adhuc autem & aliam, quæ sine defectu est, & cum potentiæ robore, venæ sectio sanat. De eo autem, quod dicitur incidere venas interiores, dictum est à me & in libro præcedente, in quo hunc aphorismum exposui: [a]‖ Vrinæ stillicidium venæ sectio soluit: incidere autem interiores.

A Apho.36. 10.

49 [b]‖ *Ab angina habito tumor, & rubor in pectore superueniens, bonum: extra enim vertitur morbus.*

B In morbis, [ub]i angina, [e]t in coacis [pr]aeter Quicunq; & tau[...]es. ceruix, & [...]es & c.

Et hic aphorismus antea dictus est per hæc verba: [c]‖ Ab angina habito tumorem fieri in parte colli anteriore, bonum. Exposui autem ipsum in [d]‖ quarto horum commētariorum. Hîc igitur videtur fuisse interiectus, volente aliquo adiungere: Extra enim conuertitur morbus.

C Apho.37. [...]c.

50 [e]‖ *Quibus cerebrum sphacelatum, id est corruptum est, in tribus diebus pereunt: si vero hos euaserint, sani fiunt.*

D Apho.34. [...]1.

E coacis p[...] [...]o: Cerebro [...]or pto & c.

B Sphacelare sępius in libro de fracturis, & articulis, pro corrūpere, vsus est: hic vero nō cōtingit cerebri corruptionē intelligere, cū adiectum sit: Si vero hos effugerint, sani fiunt. Si enim sphacelus est corruptio substātię vniuscuiusq; partis, quę sphacelari dicit, nō cōtingit hunc, qui ita ægrotet, psanari. Nunquid igit aliqñ abutunt hoc verbo ad significandū huius dispōnis inceptionem, quæ tñ non dū exacte cōpleta sit? Talia enim quædā etiā carnosis partibus in gangręnis accidūt: passione ob magnitudinē inflammationis insensibilitatē quādam, atq; nigritiē, aut oīno mortici num colorē inferēte parti patienti: dicentibus autē nobis illos, qui in passionē incidere incipiūt, ad gangręnā ire. Sicuti igit gangręnā ita iā completā, vt pars sit intermortua, sanare est īpossibile, dū vero adhuc sit, possibile: sic & sphacelū. Et qdē partis carnosę mortificationē ex magnitudine īflāmationis, quā pprie medici Gangręnā noīant, Gręci Sphacelū ēt appellabāt. Sic igit mihi vr & Herodotus dixisse coxā Cābysis sphacelari: cerebrū q; ita qspiā diceret sphacelari tantūmodo. Iā vero, pp quid velox in eo mors sit, manifestū est, nimirū qa & morbus grauissimus, et pars principalis maxie sit. Quòd si ęger mori tribus primis diebus nō anticipauerit, sed ad diē quartū perueniat, sperandū est & morbū declinare, & vires fortes ita esse, vt morbum oīno superare possint.

51 C *Sternutamentum fit ex capite, calefacto cerebro, aut humectato eo, quod in capite inani. Aer enim intus contentus extra erumpit. Sonat autem, quoniam per angustum ipsi est exitus.*

Tales sermones duo significant, vnū, quod de omni re proposita vniuersaliter dicit, velut hoc in loco de sternutamentis: alterū, quod particulatim de quibusdā tantū, velut hic de sternutamentis ex cerebro factis. Primus igit sermo talis erit: Omne sternutamentū fit ex capite cerebro calefacto, vel humectato eo, quod est in capite inani. Secūdus vero: Sternutamentū ex capite eueniēs, fit cerebro calefacto, vel humectato capitis inani: quod verius existit. Non enim ois sternutatio fit calefacto cerebro, vel humectato in capite inani. Pennis enim quidā nares irritātes sternutant: & cū tussi spiritus desubter veniēs ad naris meatus, causa fit sternutamēti. Pręterea opinari solum aerē, qui ex capite excernit, esse, quod sonat, est manifeste falsum. Nam liquido apparet desubter ex pulmone elatus aer vniuersim se comprimente thorace. Sed & antecedente inspiratione fieri sternutamentū, natura aggregante aeris copiam ad sternutamēti generationē, iis, quæ dicta sunt, astipulatur. Solum itaq; illud sternutamentū, quod habet suæ generationis principiū, naturā appetentē excernere flatuosum spiritū ex capite, hoc modo fit, quē docere aggreditur aphorismus, neq; forte hunc omnē: nam, quod ait, humectato, superfluum est ad sternutamenti generationē.

D Nam, & si quis humor in capite superabundat, non facit tñ sternutamentum, nisi in ventum conuertatur: & hoc manifeste videt in multis, qui, licet copiā humoris per nares excernant, non tamē propterea necessario sępe sternutant. Soli enim ex his ita affectis illi sternutāt, quibus mordax est ea, quæ à capite fluit, humiditas, ceu & siquid mordax naribus imponas: sicut enim tussis casus quidā naturalis est ad expurgādas eas, quæ sunt in pulmone, asperas arterias, sic & sternutamentū manifeste videt expurgare nariū meatus. Duplici autē in ipsis existente perforatione, lata quidē ad os: p meatus vero tenuiores, ad cerebrū: quæ quidē est ad os perforatio, ab eo, qui desubter, spiritu effert: qui vero ad cerebrū meatus pertingunt, ab illo, qui ab ipso prodit, expurgātur. Atq; si diligenter aduerteris, videbis sternutamenta, quæ ex capite motus initium habent, leuare caput. Fiunt enim & rarefactis iis, qui sunt in capite, humoribus, & naturæ impetu excretis. Rarefieri vero ipsis accidit concalefactis. Calefiunt autē natiuo calore excitato, ob cuius imbecillitatē prius erant superfluitates aggregatæ. Cum igit ait /calefacto eo, quod est in capite, inani/ maxime quidem intelligendum est de eo, quod est in ventriculis cerebri: adhuc autem & de illo, quod ipsum ambit exterius: facile est enim & illi per cerebrum primo quidem ipsos ventriculos, inde vero nares subire. Quia vero repente totus simul erumpit, sonitum edi Hippocrates inquit. Est autem commune hoc, vndecunq; venerit, siue ex pulmone elatus, siue ex capite delatus.

52 ‖ *Quicunque hepar circundolent, iis febris superueniens soluit dolorem.* E

In coacis Hepar dete circumc &c.

Verbum /superueniens/ indicio est, ꝙ prius, cum circumdolebant ipsi, non febricitabant. Si igitur hepar vehementer dolebat, vel propter fortem inflammationem dolebat, vel propter spiritum flatuosum, non aderat autem ipsis inflammatio, alioqui oĩno febricitassent: par igitur est, ꝙ flatuosus spiritus sit causa doloris in ipsis. Dolet quidem etiã hepar pp obstructionem, verum mediocriter, & cũ quodam ponderis sensu potius, ꝙ̃ vehementis doloris. † Dolor autem vehemens propter flatuosum spiritum, vel inflammationem, maximam scilicet, aut suppuratam, accidit.

† *Antiquus interpres ipressus habet. Magn° dolor. ergo sine febre, ex ventositate est grossa, et inflatiua: cui si febris superueniat, sine dubio sua erit cura. Et est optimus sensus: et cũ verbis Hippocratis optime quadrat.*

53 *Quibus à venis sanguinem mittere confert, iis vere venam oportet secare.*

6ª. Aphor. 52.b

Hic aphorismus pars ẽ eius, qui prius dictus fuit in hęc verba: ‖ Quibus medicamentũ epotũ, vel venæ sectio confert, iis vere secare venã, vel purgare medicamento opus est. Atq; ideo in quibusdam exẽplaribus non est ascriptus oĩno: id quidam libri huius expositores sciũt, bis q; ipsum scribunt: nõ nulli vero neq; mentionẽ eius oĩno fecere. Non admirari vero illos non possis, qui non modo bis eundẽ scribunt aphorismũ, verum etiã in eisdem cõmentariis eũ exponunt, nulla facta significatione, ꝙ iis, qui antea scripti fuerunt, quidã sunt ex toto iidem, quidã vero ex parte, cuiusmodi hic est. Quid nam igitur visum fuit vel iis, qui hos adiecere aphorismos circa finẽ libri, F vel ipsi Hippocrati, vt bis de eisdem faceret mentionẽ, vel quibusdã expositoribus, qui vnũ aphorismũ bis exposuerunt, Deos testor me non posse coniectari. Nã neq; scriptorẽ ipsum aphorismorum credibile est tantarum rerum obliuione fuisse correptum, præsertim talis cum fuerit, qualem in omnibus fuisse Hippocratẽ nouimus: neq; illorũ, qui apposuerunt, aut obliuionem, aut malignitatem tantam cogitare possumus, vt propterea bis eadem ascribere voluerint. Adhuc autem magis illos decet expositores admirari, qui, cum bis eosdem exposuerint aphorismos, ne hoc quidem ipsum adiecerunt, secundam se expositionem facere: multo q; adhuc magis illos, qui de eisdem differentes scripsere expositiones in iis, quæ circa finem, ab illis, quæ per initia dixerant.

54 *Quibus inter ventriculum, & septum transuersum pituita reposita est, & dolorẽ affert, non habens exitum neq; ad alterum ventrem: iis per venas ad vesicam pituita versa, soluitur morbus.*

Non absq; ratione mihi vr̃ dubitare Marinus, impossibile existimans inter septũ transuersum, & ventriculũ pituitam constitui. Defluet enim deorsum vsq; ad ossa pubis. Neq; etiam fieri posse arbitratur, vt in venas traiiciatur, sicuti in aqua inter cutẽ, tenuis, & aquosus humor trãsumptus excernit̃ per vrinas. Quare accipiendũ esse inquit, inter septũ transuersum, & ventriculũ, pro eo, G quod est inter propriũ septi transuersi corpus, quod carnosum est, & peritonęi, hoc est interioris mẽbranæ abdominis, verticẽ. Verũ, & si ita intellexerimus ò Marine, transsumptionẽ ad venas, similiter facile esse nõ est possibile. Nam hinc ad renes peruenire p venas, neq; ex eo spatio, quod est sub mẽbrana abdominis interiore, est impossibile. Adde, ꝙ oĩno impropria foret vẽtriculi appellationis abusio. Nihil enim est simile vẽtriculo, & mẽbranæ abdominis interiori, cuius gratia eandẽ participẽt appellationẽ. Melius est igit̃ ita intelligere, sicut oẽs intellexerunt, illud spatiũ ab eo dici, quod est quidẽ infra septũ transuersum, sed intra eã mẽbranę abdominis interioris partẽ, quę ad epigastriũ attinet: et cõsiderare, an possibile sit illud, quod dicit, cum sciamus, ꝙ viam semper materiebus inuenire naturam Hippocrates opinatur, qñ valida fuerit, etiamsi quam maxime sint quodam modo crassæ, & per angusta foramina debeant permeare: qñ & per ossa fieri, inquit abscessus. Videmus autẽ & humorem illum, qui est inter thoracem, atq; pulmonem in suppuratis expui cum tussi: non nunquã vero & per cutem sanam existentem excidere sanguinem in ossibus, quæ fracta occalluerunt. Non igitur neq; in ea, de qua nunc Hippocrates dixit, pituita impossibile prorsus oportet arbitrari ad vrinæ vias fieri trãsumptionem. Verum & hoc ipsum agi à natura contingit paulatim pituitam extenuante, quemadmodum pus in suppuratis. H

55 *Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, iis venter aqua repletur, & moriuntur.*

Aptissimũ hepar est vesicas quasdã aqua plenas, hydatidas græce appellatas, in ea, quæ ipsum ambit exterius, mẽbrana generare. Vr̃ itaq; & ĩ iugulatis aĩalibus hepar his aliqñ plenũ. Siqñ igit̃ cõtingat eas vesicas rũpi, effũdit̃ aqua ad locũ mẽbranę abdominis ĩterioris, epigastrio, id est parti supra ventrẽ positę rñdentem, in quo ẽt aqua hydropicorũ congregatur: in omentũ aũt non põt aqua effluere, nisi aliquo modo ipsum exedat̃: est enim solidũ, & firmũ vndequaq; ita vt nihil ĩ ipsum ex aliqua parte possit incidere, nisi ex vẽtriculo, colo, ac liene, illis q; partibus, vnde ipm enascitur. Vel igit̃ vult omẽtũ exedi, qua parte vicinũ est hepati, hoc est dextra: vel in omentũ intelligere oportet, hoc est ad ipsius locũ. Ventrẽ aũt aqua ĩpleri, nõ de illo vẽtre dictũ est, in quo cibi recipiunt̃, sed de tota cauitate, quæ est infra thoracẽ: secundũ quod significatũ, vẽtrosi nominant̃, & mulieres dicunt̃ gestare ventrẽ. Mori aũt eos, quibus hoc in loco aqua colligit̃, considerãdum, an perpetuo, sit verũ, an magna ex parte. Seruant̃ enim aliqui aqua inter cutem laborantes, quamuis & hic locus ipsis aqua repleatur. Sed neq; impossibile est, sicut in illis & per medicamenta aquositates purgãtia, & per epithemata, hoc est impositiones, eorũ, quę vim habent ciendi vrinam, & in

vapores

A vapores soluendi humorem talem, sic & in his fieri curationem.

56 ‖ *Alyce, id est anxitudo, oscitatio, horror: vinum æquale æquali † potum soluit ægritudinem.*

2. Epid. sect. 6. † ὕδατι, id est aquæ, est aliquibus cod. græcis.

Solœcophanes visa est quibusdā rationabiliter figura sermonis, atq; ideo nō nulli casu accusatiuo scripsere: Anxitudinē, oscitationem, horrorē, vinum ęquale ęquali potū soluit. Nihil aūt refert ad præsens, vtrauis scriptura aphorismus exponatur. Primum .n. illud scire nos oportet, q́ alycen nominauit, quam multi Græci halen appellant: deinde, quæ sit faciens hunc casum dispositio. Dicūt igitur ἀλύειν, i. anxitudinē habere illos sanos, q semp pręsentibus molestātur, & ab vno negocio, atq; actione ad aliā transeunt. Eodē mō & ęgros illos, anxios esse, qui accubitū non ferētes, iacendi figurā euariant, quia semper p̄sens aggrauat eos. Hoc vero pręcipue illis euenire consueuit, qbus in ore ventriculi (quod abutentes vocabulo, sæpe solent stomachū nominare) humiditatis proprietas quędā continet, ventriculo molesta, quę neq; multa est, neq; in vētriculi fluitat cauitate, sed eā ipsæ imbibere tunicæ. Sed & "oscitare, sicuti, & pandiculari, contēta aliqua in musculis (per quos voluntarij quoq; fiunt motus) vel humiditate flatuosa, vel spiritu vaporoso fieri est à nobis demōstratum. Horror aūt prauis humoribus per cutem currentibus accidit. Liquet aūt, q́ nunc à B nobis habet sermo de horrore, q ex corpore prouenit insalubri, nō de illo, qui causam extrinsecus habet. Singula igitur hæc, quæ dicta sunt, potus vini meracioris sanat. Moderatam aūt temperaturam ipse mōstrauit inquiens: Vinum æquale æquali potū. Vult .n. æqua portione aquæ vinum temperari, vt partim quidem pellat, & euacuet ex materia infestante, quicquid cesserit vini motui cum impetu lati, partim aūt, quod reliquum fuerit, temperet. Calefacit enim vinum, vt nouimus, corpus totum, citó que mouetur in omnes partes, & cum hoc omnes humores optimos reddit.

A. 1. f. 3. d. 2. c. 3. fo. 65. g

57 *Quibus in vrinario meatu tubercula fiunt, ijs suppuratione facta, & eruptione, soluitur dolor.*

Et hūc aphorismū in p̄cedentibus Hippocrates scripsit, nos q; ipsum exposuimus in hęc verba scriptū: ‖ Quibus in vrinaria fistula tubercula nascunt, ijs suppuratione facta, & eruptiōe, solutio.

4. Aphoris. 82. 37. a

58 ‖ *Quibus cerebrum aliqua ex occasione concussum fuerit, necesse est statim mutos fieri.*

1. de Morbis, haud longe a principio, Et si cerebrum concussum fuerit &c. & in Coacis prœno. Quibus cerebrū cōcussum fuerit, &c.

Etiam in hoc aphorismo in quibusdā exēplaribus possumus inuenire verbū /mutos/ scriptum numero plurali, casu accusatiuo: in quibusdā vero /mutum/ numero singulari, per modū figuræ solœcophanis. Sed neq; hoc loco quicq́ ad præsentia refert, modo nouerimus sępe cōsueuisse Hip C pocratem ab vno accidente notissimo, vocis amissione, noīare, & ostendere illos, qui neq; vllum alium motum seruant secundum electionem, neq; quicq́ oīno sentiunt, sed iacent eodē modo, quo apoplectici, sine sensu pariter, & motu. Fit aūt hoc, & pp alias causas: nunc vero cōcussionis cerebri Hippocrates meminit, ipsam q; talē ait totius corporis dispositionē sequi. Concuti aūt hoc modo cerebrū contingit pp aliquē casum totius corporis violētū ex locis altioribus factū. Tales enim casus solent, & in spinę vertebris facere concussionē, qn̄ ipsarum harmonię, i. coagmētationes fuerint cōmotę, & spinalis medulla, quæ in earū cauitate continet, laborauerit, valde q; concussa periculum adduxerit, ne quis neruus eorū, q ab ipsa nascuntur, abrumpat: id quod non minus in ipso quoq; fit cerebro, & tanto magis, quanto plus vacui loca hn̄t, quæ ipsum circunstāt: magis q; ēt in senioribus, quēadmodū in dissectorijs tractationibus diximus. Contrahit aūt se vis aīalis in sese talibus dispōnibus, à motu periculoso molestata, atq; idcirco quiescit. Processuū vero nō nulli quidem sufficienter tendunt, quidā vero aliqua ex parte distrahūtur: atq; interim, donec se rursus vis aīalis collegerit, mutum, atq; immobile totū iacet, quod ita afficitur, animal. Si vero cerebrum auelli contigerit, aut aliquam eius partem conuelli: qui ita patiuntur, non amplius restituuntur.

59 D ‖ *Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere conuenit. Fames enim corpora siccat.*

7 Aphor. 59. 5 1. 2 Aphor. 16. 1 g

Quod oīa, quæ exiccant, sint passionum humidarum remedia, manifestum est: siquidem ‖ contraria contrariorum remedia sunt. Quod autē & fames ex accidenti corpora exiccet, non est dubium. Siquid .n. defluat à corpore, sicuti & antea {dixi,} nec insup ab alimēto suppleatur id, quod fuerit euacuatum, necessarium est corpus effici siccius. Liquet enim q́ in cuiusq; animalis corpore prius illæ partes absumūtur, quæ sunt humidiores, qn̄ & ipse defluxus idcirco fiat, quia corpus extenuatur, atq; in vapores resoluitur: id q; duplici de causa, extrinsecus quidem ab aere ambiente: intus vero à calore natiuo. Quæ autem per hyemem latent animalia, cum neq; extrinsecus calehāt, & neq; intrinsecus, vel nihil prorsus vel parum oīno dissoluuntur: atq; ideo non nulla eorum ne alimento quidem vllo penitus egent, non nulla vero minimo prorsus. Post præscriptos aphorismos alij duo ferè in oībus exemplaribus inueniuntur, quorum huius libri expositores ferè omnes meminere: quidam etiā ipsos exposuere, sed aliter, atq; prius fecerant, ne hoc quidē solum adijcientes, q́ ijdem aphorismi superius sint scripti. Nos vero in quarto commentario illos exposuimus, parum verbis ab istis differentes. Alter .n. eorum, qui nunc scripti sunt, supfluo adiectum habet, Vt deuorare nō possit, nisi vix. Alter vero cōtra non hēt verbū /vix/: vt prior quidē sit talis:

in Lib. de Flatib. circa principium.

¶ *Si à febre habito, tumore non existente in faucibus strangulatio repente superueniat, & non possit deuorare, nisi vix,*

vix, lethale. Secundus vero sic. ❡ *Si à febre habito collum conuertatur, & deuorare non posit: tumore non existente in collo, lethale.* Priores vero, quos dixi in quarto horum cōmentariorum fuisse expositos, ita se habebant: ‖ Si à febre habito, tumore non exiſtēte in faucibus, ſtrāgulatio repente superueniat, lethale. Deinde, q deinceps sequitur: ‖ Si à febre habito collum conuertatur, & vix possit deuorare: tumore non existente in collo, lethale. Quod igitur in priore aphorismo dictum est superfluere, nunc consideremus. Etenim id fieri vidimus, vbi ęgri omnino exitialiter à morbo haberentur. Quare, siue nullo modo possint deuorare, siue vix, non existente tumore in faucibus (nam hoc licet perspicuò cognoscere, si plurimum os aperiatur, & lingua versus mandibulam inferiorem prematur) in tali, inquam, constitutione, q difficulter deuoret, causam esse suspicandum communionem tunicæ, quæ subnata est ex partibus gulæ, & gutturis interioribus. Nam ostensum est hāc cibo os permeante, ipsam quidem trahi inferius, guttur vero totum retrahi superius. Tumescente igitur in gutture inflammatione, non nunq̄ quidem nullo modo, quādoq; vero vix ventriculum sequitur attrahentem, atq; ob hanc causam vel nullo modo deuorant, vel vix.

4ª. Aphor. 34. 31.b
4ª. Aphor. 35. 31.c

60 *Vbi in toto corpore mutationes, & corpus refrigeratur, & rursus calefit, aut colorem alium ex alio commutat, longitudo morbi significatur.*

F

Et hunc aphorismum in quarto commentariorum exposuimus, ijsdem ferè verbis scriptum, quibus & hic. Est enim scriptura talis: ‖ Et vbi in toto corpore mutationes, & si corpus frigescat, vel rursus calescat, & si alius ex alio color fiat, morbi longitudo significatur.

4ª. Aphor. 40. 32.d. Et in lib. de Iudicationi b⁹. circa mediū

61 *Sudor multus calidus, vel frigidus semper fluens, humorē abduci, robusto quidē supra, debili vero infra, significat.*

Antea alium aphorismum in quarto horū cōmentariorum exposuimus hoc modo scriptum: ‖ Sudor multus calidus, vel frigidus semper fluens, frigidus maiorem, calidus minorē morbum significat. Et taliū sudorum diximus esse dispositionē, multitudinē humiditatis, quæ in ægri corpore continet. Propterea igitur, qui nunc proponit aphorismus, abduci præcipit superfluum humorem, robustis quidē supra, hoc est per vomitus: debilibus aūt infra, quod & ipsum significat, per alui subductionē. Quòd quidem igit̄ semper sit necessarium superfluas corporis humiditates euacuare, planè est manifestū. An vero robustis supra tm̄, debilibus vero infra, mihi dignum videtur animaduersione: nam forte melius est, non hac ratione distinguere remediorum vsum, sed vt in tractatione curatiua de talibus oībus fuit à nobis distinctum. Quare & hunc aphorismū arbitror fuisse ascriptū. Post suprascriptos aphorismos, alij tres inueniunt̄ in pluribus exēplaribus, qui pariter, & ab expositoribus scripti sunt, & parum verbis euariant ab illis, qui in quarto horū cōmentariorum habent̄. Scribunt aūt eos hoc modo: ❡ ‖ *Febres, quæcunq; non intermittētes, tertia die fortiores fiunt, periculosæ: quocunq; autem modo intermiserint, significant, quòd non sunt periculosæ.* ❡ ‖ *Quibuscunq; febres longæ, ijs vel tubercula, ad articulos, vel dolores decumbunt.* ❡ ‖ *Quibuscunq; tubercula diutina, aut in articulos dolores ex febre decumbunt, ij cibo pleniore vtuntur.* Liquet aūt, q hi interiecti fuerūt, à prioribus nihil, aut parū admodū verbis differētes: nos vero ipsos exposuimus in quarto horū cōmentariorū.

4ª. Aphoris. 42. 32.c
G
4ª. Apho. 43. & 44. & 45. 32. c. f. g

62 *Siquis cibum febricitanti dederit: vt sano robur, sic laboranti morbus.*

Scribitur aūt & sic aphorismus: Siquis febricitanti cibum dederit, sano quidē cibus est, laborāti vero morbus. Vtraq; vero locutio ab ea interpretatione, quæ s̄m naturam est, ad eā, quam cacozelon nominant, recessit: nescio quid sibi volentibus illis, qui ita libri finē tam varijs modis disposuerunt, non nulla quidē eisdem verbis scribentes, quibus ipse antea vsus erat, non nulla vero paululum cōmutantes, aliqua vero tota interponentes, veluti hunc propositum aphorismum, qui neq; prope accedit ad Hippocratis interpretationē. Ipse siquidē prius dixit: ‖ Non pura corpora quanto magis nutries, magis lædes. Et, ‖ si ex morbo cibū assumens aliquis non corroboratur, significat corpus pluri vti alimento: Si vero cibū non assumente hoc fiat, significat, q euacuatione indiget: & quædam alia huiuscemodi, quæ germanam, natiuam q; habent interpretationē. Qui vero propositum apposuit aphorismum, male æmulando, in cibo dixit: Qui sano robur, hic laboranti morbus. Vult enim dicere cibum robur quidem in sanis efficere, nocere aūt ęgris: vel, per Iouem, sanis quidem augere robur, morbum vero laborantibus. Absurde autem id interpretatus est, inquiens, cibum ipsum robur esse sanis, morbum vero laborantibus: qui neq; robur est, sed roboris effectiuus: neq; morbus, sed morbi effectiuus, vel quod rectius diceretur, auctificus.

2ª. Aphor. 10. 12.c
2ª. Aph. 8. 11.h
H

63 *Quæ per vesicam excernuntur, inspicere oportet, si talia, qualia sanis, excernuntur. Quæ igitur minime similia sunt his, hæc morbosiora: quæ vero sunt sanis similia, hæc minime morbosa.*

Omnia, quę sunt sanis similia in toto corpore, dictum est ab Hippocrate & in ‖ Prognosticis, & in omnibus alijs libris bonū aliquod significare: quæ vero dissimilia, contrariū. Hoc igitur nunc conatur dicere, qui hunc composuit aphorismum. Suspicor.n. neq; hunc esse Hippocratis, coniectans ex ipsa elocutione, quæ non habet eandē cum Hippocratica formam, & ex dictis ipsis, quæ non æque sunt, vt ipsius auctoris alia, exq̄sita. Cum igit̄ inquit, Quę minime similia sunt his, hæc

in Progn. cō. 1. t. 5. 4ª. 190.g

morbosiora:

A morbosiora: quis non reprehēderet ipsum dicentē illa morbosiora, pro eo quod morbosissima, aut summe morbosa? Nam verbū /minime/ cum quadā exuperantia dicitur, & multā significat ad id, quod est præter naturā, euersionē. Vnumquodq; enim, quod præter naturā est, quantum recessit ab eo, quod s̄m naturam, tm̄ habet prauitatis. Quæ igitur minime sunt ijs, quę secundum naturam se habent, similia, sunt ijs, quæ sunt secundum naturam, maxime contraria, & ideo morbosissima.

64 ¶ *Et quibus deiectiones si stare permiseris, & non moueris, veluti strigmenta subsistunt: & si pauca, paucus est morbus: & si multa, multus: ijs confert alui purgatio: quod si aluo non purgata dederis sorbitiones, quanto plures dederis, tanto magis nocebis.*

in Lib. de Iudicationibus. Alui egestiones si in idē cōcedere, ac consistere permiseris: & c.

Per aluū exeuntia solet Hippocrates deiectiones, ac subductiones (gręce ὑποχωρήματα, & ἐξαχωρήματα) noīare: & propterea quidā hoc loco acceperunt eius sermonem esse de ijs, quæ per aluum euacuant. Verū his aduersant verba illa, quæ in sermone proponuntur /si stare permiseris, & non moueris/. hoc. n. proprie conuenit humidis: atq; ideo alij rursus de vrinis eundē accepere sermonem. Vtriq; vero rursus diuisi: aliqui scribunt, insistunt: aliqui vero, subsistunt. Neutrū aūt horum verborū vrinis repugnat, quia & per ea, quæ subsistunt, & per ea, quæ insistunt consueuimus B & præsentium, & futurorum etiā aliquid cognoscere. In alui autem excremētis, verbum insistere, competit quodā modo magis. Neq;. n. sicut in vrinis prompta est, atq; expedita subsistentium cognitio, sic & in alui contingit excrementis. In vrinis etenim & ipsum vas ex vitro factum ostendit eorum, quę subsistunt, naturā: & si in alio vase etiam continerētur, possumus id, quod supernatat, abijcientes, sola subsistentia relinquere: in alui autem excrementis, neutrum probabile est. Rursus id, quod deinceps dicitur /veluti strigmenta/ ijs, quę per aluum excernunt, congruit: illis vero, quæ quouis modo vrinæ inferuntur, siue superius, siue inferius, non congruit. Nam quædā strigmentis similia per aluū sępius excernuntur: & ita ea non modo Hippocrates, sed ēt alij medici nominare consueuerunt, non tm̄ in vrinis. Hic igitur tam nominum, q̄ verborum vsus improprius ostendit præsentem aphorismum interiectum fuisse. Adhuc aūt magis, cum dicit his conferre alui purgationem: neq; enim simpliciter, neq; quouis modo illi, cuius strigmētis similia alui excremēta sunt, confert aluum purgare: sicuti neq; ij, qui ita affecti sunt, necessario lęduntur in aliquo, si cibum acceperint. Videmus siquidem, cum alui inferioris excrementa biliosa fiunt, quædam similia strigmentis per aluum excerni, in quibus neq; oēs lęduntur, sorbitiones accipientes, neq; prius eos purgare est necessarium modo iam, quicquid bilis inest, fuerit euacuatum. Adhuc autem magis, C si vrinis aliquid inferatur, quod sit veluti strigmenta, purgare nō conuenit. Accedit ad hoc, q͏ difficile est formā agnoscere, qualē esse velit eorum, quæ veluti strigmenta inferuntur vrinis. Verum, qui hos aphorismos interposuerunt, mihi videntur ad hunc finem eos composuisse, vt sermo confunderetur, tanq̄ ænigma quoddam, & multa indigeret inquisitione, in qua se ipsos eorū, quæ dicuntur, expositores cōstituentes, apud adolescētes laudē assequerent. Quod aūt oēs obscuri sermones dent sophistis garrulitatis occasionem, fiet tibi in hoc ipso aphorismo manifestū. Quidā enim eorum, qui eum exposuere, aiunt non vetare Hippocratē, quin dentur sorbitiones hoc modo affectis, sed plures sorbitiones, cum dicat, Quāto plura dederis, magis lędes: quasi non ēt alij, quicunque indigent sorbitionibus, non lędantur à pluribus, vel quasi non consequatur ad illum, qui dicit, Quanto plura dederis, magis nocebis: putare ex paucioribus minorem fore lęsionem. Verūtamen propter malum interpretationis modum, sophistis datur facultas inueniendi solutiones, & magis, quando licuerit addere aliquid, vel adimere, & scribendo transponere, quod in obscuris sermonibus facere consueuerunt. Statim enim in hoc aphorismo quidam ipsum exponentes, coniunctionem /&/ adijcientes, quod alij sequentis aphorismi fecere principium, id huius finem constituunt, vt sermo ita se habeat: Si vero aluo nō purgata dederis sorbitionem, quanto plures dederis, tanto magis nocebis: & quibus infra cruda deijciuntur, quanto videlicet plura dederis, magis D lædes: deinde aliud initium facientes scribunt, q͏, vbi atra bilis inest, si plus, maior est morbus: si minus, minor. Plures vero expositores aliter exponunt, & scribunt eo modo, quo subscriptum est: ¶ *Quibuscunq; cruda infra deijciuntur, atra bilis inest: si plura, maior: si pauciora, minor est morbus.* Dictū autem est antea, q͏ & aliæ quædā scripturę sunt: licitū est. n. in obscuris vnicuiq; pro arbitrio scribere, cum nulla lex sit transcribentibus posita. Sæpius autem non propter obscuritatem, sed propter sermonis falsitatem coguntur aliquid addere prius inuentis, aut adimere, aut scripturam transponere: veluti exempli gratia in hoc aphorismo, cuius verba primi expositores aphorismorum, sicuti Herophilus Bacchius, & Heraclides, ac Zeuxis empirici, in hūc modum scripserunt: Quibuscunque inferius cruda deijciuntur, atrę bilis sunt: si plura, pluris: si pauciora, paucioris. Quia vero hic sermo particulare quiddam explicat, dictus autem est tanquam vniuersalis, ideo prębuit dubitandi occasionem: sed id, quod dicitur, quātum ad verba attinet, nullam habet quæstionem, cum eorum scriptor velit ostendere, quibus cruda deijciuntur, in eorum instrumentis, quæ concoquendi vim habent, esse atram bilem, ex qua refrigerata deterius concoquunt. Modus incoctionis est, qui à cruditate fit: cui flaua bilis contrarium agit: nam, quæ propter eam incocta remanent, nidorosa fiunt. Quidam vero & hunc sermonem etiam de vrinis dictum arbitrantur.

in eodē. Quib' vero in egesti one inferne bilis atra & c.

65 *Excreationes in febribus non intermittentibus liuidæ, sanguineæ, biliosæ, & fœtidæ, omnes malæ: cum vero bene excernuntur, bonum est, & per vesicam: &, vbi aliquid secedens steterit non purgatum, malum.* E

4ª. Aphor. 47. 32.h — Et hic aphorismus supra scriptus est, hoc modo: ‖ Excreationes in febribus nõ intemittentibus liuidę, sanguineæ, fœtidæ, omnes malæ: sed, si bene excernuntur, bonum est, & per aluum inferiorem, & per vrinas: Si vero aliquid per hæc loca excernitur, quod non conducat, malum. Nos vero ipsum exposuimus in quarto horum commentariorum.

66 *Corpora oportet, vbi quis purgare voluerit, fluida facere: & si supra, sistere aluum: si vero infra, humectare.*

2ª. Aph. 9.12.a — Et huius sermonis pars prior fuit in ‖ pręcedentibus scripta, nõ adiecto verbo /supra/ & sequẽtibus, quæ quispiam volens adijcere hoc in loco, rursus scripsit aphorismum cum expositione, per quam verus esset. Quòd autem sit altera expositio verior, quam nos multa experientia inuestigauimus, dictum est superius in secundo commentariorum.

67 ‖ *Somnus, vigiliæ, vtraq; modum excedentia, morbus.* — 3. de Locis affectis. 4ª. 16 in 1. Prorr. t. 48. 4ª. 1 d

2ª. Aph. 3.11.c — Et hic aphorismus in quibusdam exẽplaribus fuit interiectus, qui ‖ prius dictus est totus eisdẽ verbis, præterq; in fine: hic.n. morbus, illic autẽ malum scribitur, quæ scriptura est longe melior. F

68 *In febribus non intermittentibus si exteriora frigent, interiora vruntur, & febris habeat, lethale.*

4ª. Aphor. 48. 33.a — Et hic aphorismus imprudenter scriptus est, cum melius ‖ supra dicatur sine verbis illis /& febris habeat/. Nam, cum in principio dixerit, in febribus non intermittentibus, vana est rursus in fine sermonis adiectio, Et febris habeat.

69 *In febre non intermittente si labrum, aut nasus, aut oculus, aut supercilium peruertitur, si non videat, si non audiat, & iam debilis sit: quicquid horum fuerit, mors propè est.*

4ª. Aphor. 49. 33.b — Et hic aphorismus antea dictus est, his verbis: ‖ In febre non intermittẽte, si labrum, aut nasus, aut oculus, aut supercilium peruertitur, si non videat, si non audiat, & iam debilis sit: quicquid horum fuerit, mors propè est.

70 ‖ *A pituita alba, aqua inter cutem superuenit.*

1. de Morbis, haud longe à principio, vbi de morbis, q in alios morbos transeunt. — Quod dicitur, tale est: Quibus in vasis, et in totius corporis habitu multa pituita alba fuerit aceruata, ijs aqua inter cutem (quæ leucophlegmatias ab alba pituita nomen habet) superuenit. G

71 *Ab alui profluuio, difficultas intestinorum.*

Supra Aph. 23. 55.e — A communi videlicet subaudire oportet, superuenit, abrasis paulatim intestinis, deinde in profundũ malo subeunte, atq; ita vlceratis. Prius vero in aphorismo legitimo melior scriptura est hoc modo: ‖ A sincera deiectione, difficultas intestinorum: & nos hunc aphorismum exposuimus in sexto horum commentariorum.

72 ‖ *A difficultate intestinorum, lenitas intestinorum superuenit.*

1. de Morbis, haud longe à principio. — Et hic aphorismus est pars prius dicti, per hęc verba: ‖ Qui lienosi à difficultate intestinorũ corripiunt, ijs superueniente longa difficultate intestinorum, aqua inter cutem superuenit, aut leuitas intestinorum, & pereunt. Nos vero ipsum exposuimus in sexto horum commentariorum. — 6ª. Aph. 43. 51.b

73 *A sphacelismo, abscessus ossis.*

A communi hic quoque subaudiendum est, superuenit. Vtrum vero ad ossis sphacelismum ipsius ossis sequatur abscessus, vel carnis circunstantis, non manifestauit. Vtrunque autem potest esse verum. H

74 *A sanguinis vomitu, tabes, & puris purgatio supra. A tabe, fluxio ex capite: A fluxione, alui profluuium: Ab alui profluuio, astrictio purgationis superioris: Ab astrictione mors.*

Supra Aph. 15. & 16. 55.a — In pluribus exemplaribus, & apud plures expositores scriptum est: A sanguinis vomitu corruptio. In quibusdam tamen exemplaribus hæc habetur scriptura: A vomitu sanguinis, tabes. Videntur autem & hæc ex pluribus Hippocraticis enunciationibus fuisse collecta, & corrupte composita, ab illis præcipue aphorismis: ‖ A sputo sanguinis, puris sputum, & fluxus: cum vero sputum retinetur moriuntur.

75 *Qualia fuerint vesicæ, aut alui excrementa, & ex carnibus, & sicubi alibi à natura corpus exierit, si parum, paucus est morbus: si multum, multus: si valde multum, lethale est.*

Hic vltimus aphorismus in multis exemplaribus scriptus est, in quibusdam vero, & alij adiecti sunt eodem modo, quo & illi omnes, quos decurrimus ex legitimis ita fraudolenter concin-

nati,

A nati,vt non nulli eisdem verbis scribantur,non nulli parum euarient, non nulli parua facta adiectione similes sint ijs, quos scripsit Hippocrates: quare ne ipsos quidem duximus adijciendos: nam neq; hic nunc propositus aliquid plus nobis ostendit ijs, quæ sæpius Hippocrates manifestauit. Sed & modus explicandi haudquaquam Hippocrati conuenit. Nam,qualia vesicæ fuerint aut alui excrementa, redditione indigent. Summa tamen (vt dixi) vera est: nam, si paruus sit à natura exitus in quauis parte, minorem morbum: si vero plus,maiorem: si vero admodum multus sit à natura recessus, mortalem debemus morbum iudicare.

SVbscriptus aphorismus est in antiquis codicibus græcis.& in tralatione veteri adest expositio Galeni,quam hic posuimus.

APHORISMVS.

B *In lethargo tremor,malum.*

GALENI EXPLANATIO.

Lethargia est apostema in puppi cerebri ex materia phlegmatica generatum. Tremor igitur in ea malum est: significat.n.materiam propter incontinentiam sui ad neruos motiuos deuenisse,qui à parte posteriori sunt magis,vt dictum est alibi: ex cuius infusione nerui sunt remolliti: vt spiritu non omnino sed aliqualiter deficiente,nec neruis,vt in paralysi,omnino remollitis,virtute regitiua membra sursum ferantur: &,quia nerui remolliti non sufficiunt dare membris sufficientem & firmam sedem & stabilem,iterum sua grauedine descendunt: ex quibus motibus contrarijs fit tremor. Vel in lethargia fit tremor,quia materia ventositatis resoluta,meningas & neruos,qui ab eis oriuntur,mouet & concutit: vnde tremor fit.

PHILOTHEI EXPLANATIO.

Lethargus passio est in cerebro consistens,ex humida frigida q; materia generationem habens, ex qua etiam difficilis expergiscentia vnà cum spiritus animalis imbecillitate prouenit. Cæterum C cum febre debili passio hæc fit. Si igitur in lethargo tremor appareat,malum est,vel etiam periculosum: indicat.n.tãtam esse frigidam materiam,vt & dorsalis medulla particeps ipsius fiat: inde q; neruosum genus ob repletionem spasmo corripiatur. Alius quidam aphorismorum explanator tremorem in lethargo malum esse dicebat,propterea quòd immodicam siccitatem significet.

ET infrascriptum aphorismum vna cum explanatione (quę,quamuis ad Galenum referatur, minime tamen ipsi tribuenda est) in antiquo codice gręco in fine huius septimæ particulę inuentum, tibi traduximus. idem aphorismus in sexto epidemiorum sectione quarta habetur, & à Galeno exponitur.

APHORISMVS.

6. id.com.4. t.13^a.185.b

‖ *Aquæ potio & vigilia, vorax.*

EXPLANATIO

Hic vltimus omnium aphorismus scriptus est: inueniuntur tñ in alijs libris alij quoque apho- D rismi post hunc scripti,qui Hippocratis ne,an Polybi,an alterius cuiusdam viri sint, haud scio: scribuntur certe. Exponendum autem est, quid & hic aphorismus dicat. Ait.n.quòd aquæ potio & vigilia βορὸν & λαιμαργὸν i.vorax & edax est. Scribitur autem non his tantum verbis,in alijs codicibus,sed & alio etiam modo. Aqua vorax,vigilia vorax. Sciendum autem est aquam nutrimentũ esse non proprie,sed per accidens, βορὸν.n.proprie dicitur ipsum nutrimentum: aqua autem,frigida cum sit,tum calidam intemperiem in stomacho existentem,tum inappetentiam ab illa intemperie prouenientem expugnat: nam aqua oblata stomachum refrigerat: dum autem ipse refrigeratur, contrahitur: dum q; contrahitur ac veluti inspissatur,alimentum requirit: mox q;,dum appetit, cibaria ingerimus,quæ postea alterata ac in chylũ redacta,per venas meseraicas in iecur asportãtur: illic q; sanguinis naturam nacta,in totum deinceps distribuuntur corpus, à vena, quam à caudicis similitudine stelechiæan nominant,nutritum. Nutrimentum autem est eius,quod iam dissipatum ac deperditum est,restitutio. At vero etiam aqua post vigiliam sumpta nutrimentum est primaria ratione. Nam vigilia corpus exiccat ac calefacit: frigidum autem & humidum siccitati & caliditati contrarium est: epota ergo aqua corpus nutrit: nam,cum a siccitate & caliditate asportetur & facile attrahatur,nutrimentum fit.

* Videtur hic βορὸν accipi pro comestibili.

Galeni

GALENI ADVERSVS LYCVM, QVOD NIHIL IN EO APHORISMO HIPPOCRATES PECCET, CVIVS INITIVM, QVI CRESCVNT PLVRIMVM HABENT CALORIS INNATI.

1. Aph.14. ord.7.a

Iulio Alexandrino Tridentino interprete.

Ex postrema recognitione interpretis ad veterum exemplarium græcorum fidem.

Lycum non recte laudare, aut redarguere Hippocratem potuisse, quòd ne elementa quidem artis ipsius tenuerit. CAP. I.

CVm in Hippocratem nulla in se conflata hominum inuidia scripserit cum Lycus, tũ cuicunq; collibitũ hoc est, longe adhuc minore eos onerandos inuidia existimo, si qui, quæ perperam in illum cõgeruntur crimina, diluere valẽs, veluti apud vtrorũq; libros in iudicio lecturos, defensionem paret, præsertim cum, qui accusat, ante q̃ ea, quę dicuntur, discẽdo percipiat, audacius agit, qui vero defendit, in veteris magistri placitis exercitatus sit. Cõmentarios itaq; scripsit quidem Lycus Hippocratis aphorismos exponentes, vtrobiq; autem hominis placita male accipit, & cũ reprehendere, & cũ eorũ, quæ ab illo dicũtur, nõ nulla laudare se putat, nec minus, in quibus contradictionem molitur: nam, nec quæ ab eo laudantur, inter Hippocratis placita ponuntur, verum Lyci commenta sunt, & per quæ contradicit aperte seipsum prodit, Hippocraticæ artis ne elementa quidem tenere: cui vero elemẽtorum scientia non adsit, multo is sanè minus artis illius syllabas, aut eorum quæ ab ea procedunt, aliquid nouerit. Itaq; si primus ego, aut vnus demum essem, qui censere Hippocratem dicerem ex calido frigido, humido ac sicco animantium cõstare corpora, minus fortasse audacter Lycum accusarem, q. ante q̃ Hippocraticæ artis elemẽta teneret, librorum ipsius scribere enarrationes aggrederetur: neque enim aut eos, qui alienis placitis nomen dedere, aut ne principia quidem, artis vtilia agnoscunt, explanare aphorismos decet, sed quemadmodũ ab ineũte ętate didicere, eius rursus probant, aut dãnant placita. Lycus aũt Hippocraticæ artis ignarus adeo est, vt, cũ primas cõmentariorũ eius in aphorismos expositiones perlegissem, Deos testor oẽs non potuisse me reliquæ libri parti percurrendæ aĩum adhibere, adeo mihi visus est à veteris magistri sententia aberrare. Cum vero amicorum cuidam visum fuisset, vt ijs, q̃ ab illo in aphorismo, in quo ait, Quæ augentur plurimum habent caloris innati, scripta sunt, aures accommodarem, deinde alij etiam quàm plurimi me hortarentur, vt eius obiectionibus responderem, hac ductus necessitate scribere ista aggressus sum.

G

H

Hypotheses pro multiplici corporum caliditate asseueranda. CAP. 2.

SEd, quò facilius, quæ ab illo dicuntur, & à nobis dicenda aduersus ea sunt, intelligant, qui ferre de re hac sententiam debent, præfari pauca quædam oportet. Calorem inesse nobis in aperto apud oẽs est, vtrum aũt ex cordis, atq; arteriarum motu generetur is, an vero, quemadmodum connatus cordi motus est, ad eundem etiam modum se habeat calor, diuersa de his sensere medici. Cæterum, si quis est, qui perdiscere scientifice cupiat aĩantium cunctorum generationis primordia calidum esse & frigidum, & siccum, & humidũ, vnũ his cõscriptum à nobis librum habet, in quo, qd de hoc Hippocrates sentiat, explicamus demonstramusq;, cui quidem titulum fecimus de elementis secundum Hippocratem: ab hoc deinceps libri de temperaturis habentur, in quibus, quæ nam corpora maiorem calidi elementi portionem, quæ ve minorem adepta sint, ostendimus, vt q; hanc ipsam ob causam calidiora hæc, illa frigidiora natura facta sint: nam, cum vniuersis nobis calidum insit elementum à prima statim origine innatum, quam sortiti ex semine ac sanguine mẽstruo sumus,

A mus, distamus tamen inuicem, quod magis minus'que alius alio calidior reperiatur: sunt tamen latitudini huic quidam tanquam termini præfixi, quos vltra si temperamentum progrediatur, aut ægrotare nos, aut iam interire necesse sit: vt enim plus iusto refrigerati morbos contrahimus frigidos, sic, cum extra sanitatis campum excalfacti fuerimus, febrem incidimus: quin etiam febrium ipsarum quædam exacte siccæ habentur, sicuti exquisiti ardores: quædam vero summe humidæ, quod genus illæ sunt, quas græci τυφώδεις vel ἑλώδεις appellant. Quod si alicui vocabula hæc nō admodum placent, aut res alias istiusmodi nomenclaturis notare consueuit, huic ego clarum oratione faciam, quales esse humidas febres dicam: cū à prima statim die ægrotantes sudant, sudore'que ipso aut parum, aut nihil leuātur, has ego humidas appello febres: siccas è diuerso eas voco, in quibus sitis vrget vehemēs, ac scabra visitur lingua, durata'que, tanquam corium, cutis, plurimus'que in vniuerso adest corpore squallor. Sunt & aliæ quædam febres cutis totius transpiratione tangentibus infesta, vt & pungi, & morderi videantur, quod ipsum etiam dupliciter fit: nam quod sentimus aereū, siccum interdum nobis, interdum humidum, veluti vapor quidam, apparet, nec iam aliæ in sanis reperiuntur temperaturarū inter se differentiæ, quas à recta declinare tēperie dicimus, quarum'que naturalem, quantum fieri à nobis potest, intemperiem corrigimus: quæ non postrema est sanita-
B tem tuentis artis pars. Quæcunque vero temperata natura corpora instituit, in his nihil se huiusmodi tangentibus offert, quippe quæ exquisita temperie constent, vt nec caloris defectum sentiant, quod senibus, refrigeratis'que accidit, neque vero excessum, quod his euenit, qui labore vsi sunt nimio, aut æstiuo se soli diutius exposuere: ac multo sanè minus mordacitatis, aut molestiæ quicquam horum obtinet calor. Verum, vt, quæ dicuntur, apertius intelligantur, optime à nobis fiet, si in memoriā balnea reuocabimus, in quibus, vna cum sit temperatorum formula, multæ visuntur intemperies: vna certe balnei intemperies ea est, cum plus, quàm vsus postulat, repertum id frigidum fuerit: altera, cum ad molestiam vsque excalfactum sit: tertia, cum nec frigiditatem eius, nec caliditatem damnantes, vapore tum repletum esse dicimus, hoc'que illud nomine culpamus. Quis enim est, qui nesciat, qui modo homo sit, temperatam sæpius non solum aquam reperiri, sed ad eundem etiam modum aerem, atque vaporem? sic etiam temperatus in ipsis balneis lapis est, in quo nec caliditate nimia, nec frigiditate, nec ariditate, nec iam humoris redundantia culpata, volutari possumus. Igitur, quemadmodū in aqua, lapide, aere, eodem modo in vapore temperata inest caliditas. Qui quoties balneum temperie hac præditus repleuerit, qui lauantur, balneum quidem huiusmodi damnant, de'que eo queruntur, non tamen frigidius id, aut calidius appellant. Quod si hu
C iusmodi etiam aliquid accesserit, duplici balneum culpa notant, frigidum id esse dicētes vaporis'que plenum, quemadmodum rursus nimio cum vapore immoderate calidum: non tradamus itaque hæc obliuioni, neque præ nimia, quam non nulli ostentant, sapientia, quæ vniuersim hominibus cūctis aperta sunt, destruamus. Verum, quoties dicentem de animali audiemus aliquem, quod huius temperatus calor sit, intemperatus illius, balneorum recordati cum erimus, non erit ad diuersum quippiam dirigenda cogitatio, sed illuc, quò, quicunque communes notiones integras seruant, quotidie cum in alijs permultis, tum vero in his, de quibus mentionem iam fecimus, balneis dirigunt, transferenda: calidum itaque balneum esse inquiunt, ac frigidum: vaporis item plenum, siccum ve, atque aridum, singulis his nominibus propriam rem aliquam significantes. Est igitur præter hæc, quæ retulimus, aliud quoddam balneum fumo plenum, & eo mehercle numerosissimarum specierum: siquidem alius ex roboreis lignis, ex ficulneis alius, oleaginis ve cōstat, ac pro vnaquaque arbore alius, atque alius: sed his particulatim differentijs in præsentia non egemus: satis nunc sit, si vniuerso genere hoc vnica nomenclatura atque intelligentia comprehenso fumidum esse balnei aerem dixero, nihil hic nec calore illius, nec frigore damnato, aut etiam (si forte ita contingat) vtrobique culpato, & quòd calidum balneum, & quod fumidum sit: verum omissis iam balneis, age eorum,
D quæ quotidie domi nobis accidunt, recordare, quoties ædium, in quibus degimus, nunc humiditatem, nunc vero frigiditatem nimiam, aut caliditatem culpamus. Num igitur ad eundem modum domus aerem in magnis sub Cane caloribus damnamus, & cum repletus is fumo fuerit, an potius hic quoque, quemadmodum in balneis, non nunquam calore inter se nihil quidem distant? est autem horum alter hoc tantum vnum, nempe calidus aer, alter præter id fumidus etiam: ac calidus quidem aer lachrymas nunquam ciet, cum tamen fumidus, etiam si modice calidus sit, id semper faciat. Quam ob rem planum hoc in loco aperte factum esse arbitror mordacem caliditatem, non quod magis excalfaciat, verum alia quadam re, differre. Quocirca sæpenumero, cum ad flammam, quæ fumo careat, maximam proxime accesserimus, adeo calescimus, prope vt aduramur, nullus tamen, quod euenire in fumo solet, morsum sentit, nec lachrymas oculus mittit: miremur igitur siquis sit, qui hanc in fumo quidem, ac flamma differentiam deprehendat, in corporibus vero nostris interdum quidem vehementissimam caliditatem non persentiat, qualis est flammæ, interdum autem, qualis est fumi, mordacem infestam'que: nec sanè minore admiratione prosequamur, siquis animantium caloris intemperies, ijs, quæ in balneis, domibus'que reperiuntur, proportione respondere non concedat. Ergo, quemadmodum alius domus aer est fumidæ, alius calidæ solummodo, ad eundem, opinor, aperte modum diuersus ab his est, in quo accensarum

rum

rum lucernarum multitudo sit, aut facis, quæ fuliginem mittat: quo fit, vt fumidum alterum voce- B mus aerem, alterum fuliginosum, nimirum eum, qui ex materia ad plenum perusta venit: siquidem, cum vtrunq; flammæ excrementum sit, hoc est inter fuliginem, ac fumum discrimen, quod fuligo terreæ est materiæ ad plenum perustæ exhalatio, fumus neq; ex perusta, aut terrea, verum ex semiusta, ex q; humida, terrea q; substantia composita materia fit. Quicunque igitur in Hippocratis placitis legitime versatus fuerit, is demum didicit eius, quam medici omnes vsitato iam vocabulo sensum latentem transpirationem appellant, qua difflantur corpora, aliam quidem talem esse qualis vapor est, aliam autem qualis aer siccus, atque aliud esse, cum, quæ videri possunt, exeunt humiditates. *Desiderantur quædam.*

Lycum, dum calorum differentiam non agnoscit, artium omnium constitutionem quam Plato, & reliqui Philosophi docuerunt, euertere. CAP. 4.

HÆc sunt, quæ attulit Lycus verba, dum probare nititur nihil alium ab alio differre calorem: quæ iam nõ quidem, dum à nobis refellantur, expectant, cum ipsa sponte sua corruant: quid enim tandem ait? Calor, qua calor intelligitur, nullam obtinet cum calore alio differentiã: si igitur F nihil orationi appositum significat hoc, qua calor intelligitur, subtrahamus inde penitus id: sin aliquid notat, aperte calorem à calore secundum quidem hoc minime, sed secundum aliud tamen aliquid distare mõstrat: nam, si nulla ratione differt, quorsum attinuit verbum /qua/ addere? sin alia quidem ex parte differt, nam hoc differt, secundum id, quod differt, differentiæ intelligantur: si nanq;, secundum quod vnumquodq; dicitur, tantummodo cõsideretur, iam rerum omniũ discrimina tollas, licet: animal, quatenus animal est, nihil ab alio distat animali: planta, quatenus planta, nihil ab alia distat plãta: arbor, quatenus arbor, nihil ab alia differt arbore: num propterea animalium differentiæ non sunt volatile, pedestre, natatile, aquatile, terrestre, aereum, aut mortale, & immortale, aut rationale, & irrationale, aut domesticum, & syluestre, aut timidum, & audax, aut aliorum, quæ scimus, discriminũ vnum quodq;? nam quid attinet plura referre? Sic etiam inter plantas arbor aliud est, aliud frutex, aliud spina, herba aliud, suffrutex etiã aliud: an potius, cũ aĩalia omnia, quatenus aĩalia, nihil inter se distent, tñ has, quas modo retuli, vniuersas, ac præter eas permultas ẽt alias aĩalis esse differentias vere quis dixerit? nec iam aliter dicendum de plantis: neq; enim planta à planta eo distat, quod hæc quidem rationalis sit, illa irrationalis, neq; quod volatilis hæc, pedestris illa sit, neq; vero secundum aliquam earũ, quas modo enumerauimus, differentiam: quemadmodum sanè nec animal ab animali differt, quod G hoc quidem frutex sit, illud spina, hoc arbor, illud herba, hoc suffrutex, illud cedrus, verum plantarum potius generi huiusmodi attribuitur sectio. Quin etiam morborũ differentias Lycus ipse plurimas colligit: atqui morbus à morbo, quatenus morbus, nihil differt, sicuti nec symptoma à symptomate, quatenus symptoma: horum tñ nihilominus differentias scribere aggreditur Lycus, sicuti lateralis etiã doloris, ac aliorum morborum omnium: atqui laterum dolor, qua dolor laterum, à laterali dolore alio minime distat: cum tñ inter hos alius sit, qui dolorem ad iugulum vsq;, alius, qui ad præcordia extendat: ad eundem modum alius est, in quo infectum colore aliquo sputum visitur, alius huic oppositus, in quo nihil expuitur, qui ἄπτυστος à non nullis vocatur i. sputo carens, aliæ q; præterea differentiæ plurimæ sunt, secundum quarum diuersitatem diuersam ẽt esse curationem cõtingit: quas tamen ipsas, ac febrium præterea ipsarum differentias nobis nititur Lycus tradere: atqui, siue illæ ob caloris redundantiam, siue ob qualitatis mordacitatem fiant, febris cum febre, qua quidem febris est, nulla constituetur differentia. Quamobrem orationem ineruditam adeo perquirit Lycus, vt non sentiat artes se inde planè omnes euertere: siquidem in rei vniuscuiuque differentijs noscendis artes consistunt: de quo Plato etiam in Philebo prolixius inter ipsa statim libri initia disseruit, nec ab illius discesserunt opinione Aristoteles, Teophrastus, & Chrysippus, & Mnesitheus, H ac nullus quidem est, qui non eadem in opere de arte disserat de hac oratione. Verba porrò, quæ primum de artium constitutione Plato attulit, ad hunc se habent modum. Socrates. Vna quidem, » quæ ore egreditur, in nobis vox est, ac multitudine rursus infinita tum omnium, tum vniuscuiusque. » Protarchus. Quid ni? Soc. atque ex horum neutro sapientes reddimur, neque eo quòd » infinitum illius sciamus: neq; vero, quòd vnum, verum quòd, quot qualia q; ea sint, nouerimus, id » est demum, quod nostrum vnumquenq; grammaticum reddat. Prot. verissime dicis. Soc. nec iam » musicum quod faciat, diuersum ab hoc est. Prot. quo'nam modo? Soc. vox vtique, quòd ad artem » illam attinet, vna in ea est. Prot. quid ni? Soc. ponamus autem duo, graue, & acutum, ac tertium » præter hæc æquitonum, an aliter tibi videtur? Prot. ita censeo. Soc. non tamen propterea edoctus » adhuc probe musicam fueris, cum hæc sola sciueris, nec, nisi ad plenum (vt ita dicam) ea teneas, » quicquam egeris. Prot. non sanè. Soc. verum id tum amice assequere, cum vocis, quod quidem » ad eius spectat grauitatem, acumen q;, quot sint numero interualla, ac qualia, & interuallorum » terminos apprehenderis, tum quæcunq; ex his ipsis factæ compositiones fuerint: quas, cum, » qui ante nos fuere, perspexissent, nobis, qui illos sequimur, vocandas reliquere harmonias. Nec » minus in corporis rursus motionibus alias inesse huiusmodi affectiones censent, quas ipsas nu- »

meris

« A meris dimensas oportere aiunt rythmos, mensuras q; appellare, simul etiam illud intelligendum « ad hunc esse modum, in re omni de vno, ac multis insimul considerādum. cum enim hæc ipsa hoc « apprehenderis pacto, tunc sapiens euasisti: cumq; rem quācunq; aliam hoc modo consideratam te nueris, sic demum in hoc factus prudens es. Ac sanę quidem mentis auditoribus satis hæc fu- rat ex Platone audijsse pro artium vniuersarum constitutionis indicatione. neque enim fieri po- test, vt vel solius rei artifex quis sit, nisi rerum prius differentias teneat: non tamen ab re fuerit, si, quemadmodum Plato non contentus sola sermonis summa, in exemplum præter hæc claritatis gratia addidit grammaticam ac musicam, ita nos exemplum quoque afferamus vnum, artis qui- dem pictoriæ, sed cui subiecta colorum materia sit. nempe enim hoc etiam in loco, affirmemus, li cet, inter colorem, & colorem, qua color est, nullum esse discrimen: exq; hoc vniuersas eorum dif- ferentias tollamus: id quod Plato etiam tandem ipse in Philebi notauit principio. Cum enim vo luptates distinxisset Socrates, nec eas, qui cū eo differebat, inter se distare omnes concederet, qua- tenus voluptates sunt, simillimasq; esse illas diceret: huic istius rationi verbis his obuiam ait So- « crates: Etenim inter colorem etiam, & colorem ò vir diuine, secundum hoc nihil distat, quatenus « quidam color horum vnusquisq; est, omnes tamen albo nigrum pręter id, quòd diuersum ab eo « B sit, etiam contrarijssimum esse scimus. quin etiam figura omnis cum alia secundum idem gene- « re vna est, illius tamen partium quędam oppositissimæ sibi inuicem sunt, quædam diuersitatem « inter se obtinent infinitam: ac permulta etiam alia sic se habere comperiemus. quare noli fidem « rationi huic adhibere, quæ vnum cotrarijssima omnia faciat. Hæc sunt fermè eius de coloribus, ac « figuris verba: in quibus vero de voluptate disputat, sic habent: Voluptate quidem affici dicimus « & proteruientē hoiem, & modestū, nimirū hoc isto quòd modeste agit: voluptatem ēt sentire in- « sanum dicimus, insanarumq; opinionum, ac spei plenum: sed & prudenter agentē, eo ipso ꝙ pru « dēter agat: nec sanè merito pro insano habeatur, siquis voluptates has similes inter se esse vtrasq; « dixerit. Cęterum, quemadmodum voluptatum differentias verbis his Plato breuibus demonstra uit, plenius autem eas per vniuersum librum exposuit, sic artium in duobus libris discrimina ex- plicuit, Sophista, ac Politico. Quid igitur? Scientiarum, ac voluptatum differētiæ erunt plurimę, ac colorum præter hæc, figurarumq;, vocis q; tonorum, tum etiam ætatum, horarum, regionum, morborum, rerum deniq; aliarum omnium, in solis vero calidis, aut nullę omnino erunt, aut quę cognosci ab hominibus non possint? Cęterum Lyci ratio hęc vnius (vt ipse quidem existimat) ca loris, re autem vera rerum aliarum omnium differētias tollit, siquidem rationis vis huius eodem C omnibus modo conuenire potest. Eadem enim de humoribus quoque ipsis deinceps dicam, ni- mirum nihil eos distare inter se, quatenus humores sunt. In quo vero insigniter prętér alia peccat, hoc est, quòd artes etiam vniuersas de medio tollit, quippe quæ ex specierum constituantur diffe- rentijs. Et Plato quidem, cum prius de artium constitutione in summa dixisset, exemplo dein- ceps rationem aperuit, dum ostendit, quemadmodum cognitis demum constituatur vocum diffe rentijs grammatica ars. At Lyci ratio tum hanc, tum cum illa pariter musicam tollit, aliasq; præte rea omnes, dum videlicet vocis huius, quatenus hoc aliquid intelligitur, vnicam censet esse diffe- rentiam. videto igitur, quo modo prius quidem grammaticam artem, deinde vero alias quoque « omnes ratio ipsius tollat. Impossibile videtur mihi, ac nulla fieri ratione posse, vocem hanc, qua- « tenus intelligitur, consideranti, vt cum alia voce secundum quidem pronunciationem ipsam, dif- « ferentiam habeat, cum tamen proprietate quadam differat, nempe qualitate, quæ in pronuncia- tione ponitur. Quæ sanè ratio eadem vndecūq; est, atque illa, quæ inter prima Lyci verba scripta est, ijsq; ipsis illius verbis omnibus constat, vno tantum caloris vocabulo in vocis nomen muta- to, vt si valida illa futura, hæc quoq; sit: at valida hæc non est, neq; igitur illa erit: nisi forte Lyci po pulares vocem ε, non iam diuersam ab ο esse existimauerint, nec vocē ο, ab ω differre: sin has quo- D que ipsas diuersas inter se esse fatebimur, præter q; has, α, ι, υ, tum reliquas quascunque literas, hæ quidem quatuor & viginti erunt. quæ vero illarum differentias nouit ars, est grammatice: sicuti musica quoq; ipsa vocum acumē, ac grauitatem callet, quas tamen ipsas quoq; nihilo sanè minus Lyci ratio tollit. vox enim, quatenus vox est, à voce nō discrepat, cum vocis tamen mediæ sonus, sicuti extentæ, mediarum tono acutior, ita eius, quæ prope mediam est, tono grauior sit: ac rursus inter has ipsas vocis extentæ sonus tono subprincipalis mediarum acutior, eius vero, quæ prope- mediam est, grauior sonus hemitonio tertię diuisarum, horum q; deinceps acutiores alij, alij gra- uiores, atq; alij deinceps, quousq; ad acutissimum omnium, grauissimumq; sonū perueniamus. « Quæ sanè omnia nō animaduertit à se optimus Lycus tolli, dum dicit, Impossibile mihi, nec vlla « ratione fieri posse videtur, calorem hac certe ratione consideranti, qua intelligitur, nempe secun- * dum calefactionem, vti ab alio item calido differat. Mirum vero, ni, dum inter colorem quoque, qua color est, differentiam esse vllam negat, pingendi artem de medio tollat, quę rubrum, album, nigrum, flauum, atque alios id genus colores sub oculos ponit. magis scilicet persuadebit, quæ de coloribus affertur ratio, ꝙ quæ dicta est de calido. calidum enim à calido distare quidem, non ta- men alterum alteri contrarium esse dicimus: colorem vero à colore non distare solum, sed etiam albo oppositissimum esse nigrum.

De

De colorum, & humorum differentijs aduersus Lycum. CAP. 4. E

DIcet hic Lycus, quonam tandem fieri modo potest, vt color, qua color intelligitur, colori cõtrarius sit? & vere quidem (ita me Dij ament) existimabit colorem, quod quidem ad colorem attinet, colori contrarium nullum esse. verumtamẽ, quemadmodum verum hoc est, sic etiam illud, nempe nigro album non solum differre, sed hactenus etiam differre, vt contrarijssimum illi sit. Et quonam tãdem pacto fieri potest, dicent fortasse ij, qui Lyco omnia deferunt, vt idem vnũ simul ac contrarijssimum sit, sicuti in nigro & albo? quibus hoc saltem dicemus, vt, si quidem impossibile eis videtur idem simul cum nigro album esse, simul etiam illi contrarium, alterũ horum eligant. Nam Plato, quemadmodum sanè & Arist. & Theoph. fieri posse existimat, alterius ab altero cum genere idem sit, tantam tamen haberi speciei differentiam, vt cõtrarijssimum ei sit. At ij, si non sermonem verum esse vtrunq; censent, manifestiorem eligant. Porrò manifestius est, quanto id etiam magis apud omnes in confesso est, nigro cõtrarium esse album. quod si verum hoc est, verum autem sermonem vtrunque esse posse negant illi, & qui nigro contrarium esse album dicit, & qui idem non sanè rectè existimant, cum à nigro quatenus color est, nihil differre album dicũt. Atque is quidem, qui in Platonis libro cum Socrate vna disputat, venia fortasse dignus sit, dum à dissecanda in differentias voluptate Socratem prohibet. nusquam enim istiusmodi adhuc inueniebatur liber, qui fieri posse doceret, vt, tametsi multa multis genere eadem essent, eousque tamen differrent, vt cõtrarijssimam sibi inuicẽ speciem, naturamq; obtinerent, Cum vero scriptus aliquando à Platone Philebus sit, in quo rei docet veritatem, si quidem librum hunc Lycus nunquam in manus legendum sumpsit, hominis doctrinam suspicio: sin, cum legisset, non intellexit, tamen ingenij perspicacitatem demiror. quod si, postquam intellexisset, persuasus inde non fuit, fœlix eius iudicium agnosco. Pro deum immortalem, reperietur aliquis, qui dialectica ipsa ne à limine quidem salutata sermones interroget? Grecũ tu aliquem inuenias medicum, grãmaticum, rhetorẽ, philosophũ, aliũ omnino quẽpiam, qui modo literis incũbat, qui Platonis non legerit Philebum? quanquam quid Philebum dico? neq; enim in eo solum propositam rationẽ edocuit Plato, sed in libris multis etiã alijs mentionem de hoc fecit: ex quibus vnũ saltem oportuerat optimum Lycum euoluisse, eũ, qui sermones perquirere scientificos studebat: cum turpe sit eũ, qui Hippocratẽ redarguere conatur, & sermones interrogat, (vt ipse, quidẽ existimat) quod volunt, perficiẽtes, videri ne prima quidem tenere eorum, quę inter philosophos tractantur. Cęterũ admirandũ sanè de humoribus exemplũ attulit. hoc est enim, quod vult, quatenus humores oẽs sunt, nihil eos inter se distare: secundum quod autem ij quidem acidi sunt, illi vero acerbi, ij salsi, dulces illi, secundum hoc differre, in quibus suam ipse vocem ignorat. cum enim, qua humores differunt, dicat, arbitratur inde se nullum esse in his discrimen probare, frustra q; horum differentiam Hippocratem attulisse, frustra etiam vniuersum de succis opus conscripsisse Theophrastum. Atqui vocabulum quoq; hoc succus humoris differentiam quandam præfert: quę item, tametsi humoris differentia quędã sit, nihilominus in plures secari potest differentias alias. Verum nihil sanè admiratione dignum sit Lycum, qui eousque rerum ignarus est, vt putet astringentem in aceto inesse qualitatem, hanc aduersus Hippocratem ausum fuisse contradictionem scribere. quę enim tam sunt manifesta, Anazarbeus quoque Dioscorides nouit, tum quicunq; de materia commentarios scriptos nobis relinquere, in quibus alia quidem salsa appellãt, alia salsilaginosa, alia amara, alia dulcia, alia austera, alia acerba, alia adstringentia, alia acria, alia acida. At eminẽtissimus Lycus, aut quod inter acidam, astringentem q; qualitatem discrimen sit, penitus ignorat, aut gustandi amisit vim prorsus, vt nullam humorum differentiam percipiat. Apparet enim eum non alium ex aceto, quàm ex pyro, aut mespilo aliquo, aut pomo, aut cydonio sensum capere. Atqui omnes homines ex pomis quædam acida vocant, quædam astringentia, non nulla dulcia, sicuti mala quoq; punica, opinor, tum acida, tum adstringentia, tum vero dulcia appellant. At in vinis adstringẽs qualitas ab acida separata, vt bonitas à vitio, est: quorum, quæ adstringenti qualitate prędita sunt, generosa sunt, acidum vero secundum naturam nullum: quin, si quid his vel parum acoris accesserit, continuo vt in acetum mutentur, fore suspicamur. Fortassis igitur neq; oxylapathum, neq; oxalida Lycus à lapatho, & lactuca distinxerit, quibus vt astringẽtis qualitatis ne minimum quidem, sic acidę plurimum certe vtrisque inest. Mirum igitur profecto sit, si, cum ab acida qualitate denominata ista sint, nihil illius acetum participet, quod ὄξος Grecis dicitur. ita fit, vt, qui ne communes quidem sensus integros seruat, Hippocratem accusare Lycus audeat. Itaque multo ante quæstionem nouit, qua naturales de humorum numero tractant. secundum enim hoc nihil videtur inter humorem, & humorem discriminis esse, quatenus quidem humor est. Scirem igitur perlibenter, cuinam tandem rei differentiæ conueniant hæ, dulcis, acidi, acris, amari, salsilaginosi, vel salsi, acerbi, austeri, astringentis, pinguis. Nam, si humorum differentiæ non sunt, erunt fortasse aut vocum, aut colorum, aut odorum, aut tactu notæ hæ nobis fient, cum præter hos sensus teneamus alios nullos, sed quinque in vniuersum sint, gustus, auditus, visus, olfactus, tactus: &, vt res alias sensibiles sensibus alijs, sic humores gustu dignoscamus. Porrò, sicuti in humoribus differentiæ insunt multæ, sic etiam in sensibus: qui tamen, qua sensus sunt, nihil discrepant. Verum Lycus egregie scilicet

F G H

A licet in dialectica instructus, non permittet, vt aut humorum, quas diximus, differentias colligamus, aut sensuum, quas tamē nouere omnes, aut etiam colorum, nempe album, nigrum, fuscum, flauum, fuluum, rubrum, puniceum, cœruleum: quando nec color à calore, quatenus quidem color est, distat. Delirant itaq; medici pariter ac philosophi omnes, qui putant colorum quidem eas esse differentias, quas diximus, humorum autem acidum, amarum, acre, tum quascunq; paulo ante retuli, sicuti ipsorum quoq; sensuum: cum nec color à colore, quatenus color, neq; à sensu sensus, neque ab humore humor discrepet, quo sanè pacto nec à febre febris differt, quippe nec à calore calor distat. Ergo planè desipiunt medici, quicunq; febrium differentias tradidere multas, ardentem, lipyriam, hepialam, typhodem, pestilentem, hemitritæam, quotidianam, tertianam, quartanam. Quin Lycus etiam ipse febrium alibi differentias scribit, sicuti aliarum quoque rerum fere omnium.

De flammæ differentijs. CAP. 5.

QVid igitur in mentem illi venit, vt nunc dissectionis in proprias cuiusq; differentias obliuisceretur, adeo vt nec in succenso ex paleis igne, cuiusmodi ad fabrefaciendum aurum vti solemus, vllam inesse differentiam existimet, qui tamen ab ijs, qui materias diuersas sor B tiuntur, differt? nam, tametsi ab igne, ignis duntaxat, qua ignis est, nihil differat, maioris tamen ac minoris ratione differt: cum fieri possit, vt alius alio vehementior, infirmior'q; ignis sit, & eũ quidem, qui ex paleis confit, esse inualidissimum arbitratur, ad aurum'q; conflandum appositum ait: liquefieri enim ac diffluere, si vehementiorem experiatur flammam. Enimuero optime Lyce, dixerit fortasse ei quispiam: si, quo modo flammę generentur, naturales philosophos quęrentes audijsses, earum, opinor, differētias intellexisses. itaq; nos, q̃ poterimus breuissime, pręcisum sermonem tibi de his nõ paruum explicabimus. Vidisti, opinor, materię, quæ comburitur, extra, lationem fieri quandam particulis inter se dispersis, quas inter aer quidam interceptus necessario quidem concalescit, non tamen exiguam obtinet secundum magis minusq; differētiam: tum corporum, quę sursum feruntur, non in vnaquaque flamma æqualia visuntur spatia, quo etiam modo exhalationis natura ipsius diuersa est. verum tam magnitudine & paruitate inter se differũt, quæ ex combusta materia exiliunt particulæ, q̃ densitate etiam, ac raritate, tum ꝙ semustæ hæ sint, illæ vero ad plenum adustæ, tum vero in vniuersum, ꝙ hęc magis, minus illa correpta igne sint. Cum igitur tanta in his differētia appareat, tum vero, qui illa excepit aer, interdũ magis, interdum etiã minus concalescat, maiorq; ac minor sit, arbitror diuersitatem necessario ingentem, ac non paruã C esse flammæ differentiam: nam mistionis inęqualitas est, quę differētiarum faciat multitudinem.

Quæ de triplici calore attulerit Lycus aduersus Hippocratem. CAP. 6.

CÆterum, quemadmodum temere de igne pronunciauit Lycus, ad eundem etiã, opinor, modum aberrat, cum, postq̃ tripliciter calidum multum accipi dixisset, vnumquodq; significatorum enarrat. Etenim aliter calidum, inquit, multum secũdum substantiam, aliter secundũ qualitatis intensionem accipitur, atq; aliter ſm functionis propriæ robur. sed nec ſm substãtiam multum inesse in his, qui crescũt, calidi, vtpote in exigua corporis mole: neq; ſm qualitatis incrementum, quando calidius, q̃ quod in vigentibus ætate sit, haudquaquam appareat: in solo tamen functionum propriarum robore eorum, qui crescunt, excedere calidum concedit, impropriè tamē dici. Sunt porrò, quibus hæc ostendit plurima eius verba: verum ego more meo facturus videor, si, quod in superioribus feci, nunc quoque faciam: nam & illa complura cum essent, non omnia adscripsi, sed opportunissima quęque elegi. Ad eundem igitur modum nunc quoque faciamus, ac,
« quęcunq; ex illis ad propositum maxime conferre videbũtur, exaremus hic. Et alterum quidem
« sermonem hoc concludamus fine. Nunc ad reliquum transeamus, etenim meminisse debetis du-
« plicem me statim ab initio proposuisse quæstionem, alteram, an recte Hippocrates verbum inna
« D tum addiderit, alteram, an rectè dictum ab eo sit, plurimum inesse in ijs, qui crescunt, caloris. atq;
« alteram quidem quęstionem cum absoluerimus, ad eam, quę restat, veniamus, incipiamus'q; di-
« squirere, an dictum rectè sit, plurimum in ijs, qui crescunt, caloris inesse. Itaque in comparatione
» alterius calidi cum altero tria sunt, quę in disquisitionem veniãt, plurimum'q; inter se distantia.
« primum quid sit, plus aliud alio calidum esse: alterum quid, aliud alio calidius: tertium quid, aliud
« alio calidum validius. Si quis igitur à nobis quærat, cuiusmodi sit, quod plus, aliud alio calidũ est,
« quod tale proportione sit, respondere debemus, quomodo etiam interroganti, qualenã sit, quod
« alterum altero plus humidum est, respondebimus. nam, quemadmodum hic interrogatio pri-
« mum in id, quod dictum est, tēdit, par est, vt nihil respondeamus aliud, quàm hoc vnum, nempe
« id quod substantia superet, siquidem plus humoris amphoram dimidio cõtinere dicimus: ad eun
« dem etiam in calido modum, siquis hac eadem interrogatiõe perquirat quale nam sit, quod plus
« altero calidum est, nihil sanè aliud respondere conueniet, q̃ quod substantia plus sit, nimirum eo
« ꝙ plus in eo substantię sit, & maiorem capiat locum: ac nihil sanè prohibet, vt in eodem & plus
« insit calidi, & minus tamen caloris, ęque ac humidum, quod plus substantia est, minus tñ esse dif-
« fusum potest. Ergo ad interrogationem hanc rectè hoc pacto respondebimus. Rursus, cum hoc
« quæritur, cuiusmodi sit, quod alterum altero calidius est, rectè dicemus, quod intensiore calidi-

tate

tate est,etiamsi in minore substãtia reperiatur.Quemadmodum enim cum quis interrogat, quale F nam sit,quod alterum altero candidius est,nõ sanè perperam respondemus, cum quod qualitate candida intensiore sit,dicimus: quo sanè modo,niuẽ,etiamsi exigua eius sit quãtitas,quocũq; alio albo candidiorẽ esse affirmamus: sicuti quoq; ad interrogantẽ,qualenã sit, quod altero humidius est,recte rñdemus,quod fusum magis sit: vti aqua melle,ac pice humidior, etiãsi exigua admodũ aquæ substantia sit,mel aũt,& pix longe vincant: sic ẽt de calido interrogati, quale sit,quod alterũ altero calidius sit,recte respondemus,quod caliditate intensiore sit: cuiusmodi ignis habetur: licet in exigua id substantia cõsideretur: alterum aũt,quod cum hoc comparatum tepidius calidum est, maiorem,q̃ hoc,sortitum substantiam sit.& hoc quidem pacto ad hæc respondemus.Ei vero,qui quærit,qualenam sit alterum altero validius calidum,non eadẽ erit,sicuti prius, parata responsio, cum neq;,quod caliditate intensiore sit,neq; quod in substantia spectetur maiore respondere debeamus,sed quod operis perfectione excellat. Cæterum,quod dico,ad hunc se habet modũ.multa visuntur caloris opera,quippe qui alia fundat,alia congreget,ac valde plurima transmutet, atque (vt priuatim dicamus) in corporibus nostris alimentum in ventriculo concoquit,atq; intestinis,confectũq; id in corpus deducit,ad ipsum'q; imutat,nostris'q; inolescere id corporibus facit, concoctione nimirum,atq; augmento. Ergo alterum altero validius dicetur calidum, quod ista F præstare magis poterit,atq; hoc non id semper est,quod aut qualitate intensiore sit, aut substantiæ plus habeat: sæpius nanq; minore præditum substantia,ac caliditate minore perficiendo operi efficacissimum reperitur.sicuti enim antea dicebamus,nõ quod intentũ maxime, sed quod maxime commensuratum sit,vt proprium nobis opus pręstet,validius est: quando, quod insigniter calidum fuerit,interdum etiam nocumentum operi inferat: cuius rei satis esse argumẽto possunt, quę prius de calidi proprietate exposui. Cum hæc ita se habeant,sint'q; tria, sicut prius diximus, quæ in comparatione alterius calidi cum altero, in disquisitionem trahantur, hoc'q; in loco Hippocrates,Qui crescũt,plurimum habere calidi innati dicat,de tribus vnum fateamur,necesse est: aut enim proprie voce hac vsus falsi aliquid dixit: aut simul & male voce hac vtitur,& falsi aliqd dicit: aut,vt verum aliquid dixerit,voce tamen vsus falsa sit,necesse est. Nam,si plurimũ in ijs,qui augẽtur,secundum substantiam inesse calidi dicat,veluti siquis plus,q̃ amphora, continere humidi dixerit,quod duplo maius vas sit,voce vsus quidem probe erit,verum falsi eum quippiam omnino protulisse necesse fuerit,siquidem in ijs,qui crescunt,plus secundum substantiam calidi non inest,cum nec maior horum corporis moles sit,q̃ ætate florentium, senum'q;: at innatus calor ad vniuersi corporis molem distributus est. Sin eo,ꝙ intensior horum caliditas sit, plus inesse in ijs, G qui crescunt,caloris dicat,quemadmodum siquis,cum niuem albam aliqua re alia cãdidiorem affirmare volens,non illam quidem esse candidiorem,aut candidam magis,sed in ea plus inesse candoris dicat,videri poterit vtrobique aberrasse Hippocrates,dum nec voce recte vtitur, & alioqui falsi aliquid pronunciat.Et praue quidem voce vsum eum fuisse videri hinc poterit, cum voce hac,qua in maiore substantia explicanda vtimur, abusus ipse fuerit, dum intensiorem quandam caloris qualitatem ostendere nititur.Falsum autem ꝙ dixerit,hinc videbitur,ꝙ,cum in ijs,qui crescunt,intensiore non sit qualitate calor,non sanè recte calidiorem esse ætatis huius, q̃ aliarum, calorem dicemus,cum hunc ille in ijs,qui crescunt,esse intensiorem affirmet. Quòd autem minime verum sit magis esse in ijs,qui crescũt,intensum calorem,facile vnusquisq; discat, licet, cum caloris in ijs,qui crescunt, maiore secundum excalfactionem intensione præditi inuentum signum nullum sit.Nam,quod ab eo in libro de natura humana,quòd plurimum in ijs,qui crescunt,calo ris insit,signi affertur,stultum penitus est: etenim ‖ calidiorem esse ętate priore hominẽ pronunciat,coniecturam ex eo,quod nunc maxime viget, incremento faciens. Neq; enim vi, inquit,ac pręter naturam,dum augetur corpus,in contrarium grauitati suæ locum raperetur alimentum, nisi validum aliquid esset,quod cogeret: nam hoc, non ꝙ magis secundum excalfactionem cali- H dum intendatur,sed ꝙ validius sit,signi est.Porrò autem validius,sicuti antea diximus,non id est, quod intensiore caliditate præditum est, sed quod ad perficiendum opus temperatum maxime sit. Quamobrem,cum hęc ita se habeant,si quidem hoc pacto Hippocrates ea,quæ crescunt,plurimum habere caloris innati dicat,dupliciter errat,partim quòd nõ recte voce vtitur ipsa,partim etiam,ꝙ falsi non nihil alioqui pronunciat: sin autem,quemadmodum tertio loco dicebam,plurimum esse in ijs,qui crescũt,calidi ad hunc modum intelligat,vt validissimum ad opus perficiendum sit,quod ex eo,quod temperatum maxime sit, prouenit, non quod aut maiore substantia, aut caliditate intensiore notetur, voce ille quidem videbitur non recte vsus, propterea quòd cum validissimum debuisset calorem esse dicere, plurimum dixit. sed tamen, quod dictum ab eo est, recte dictum videri poterit, nam ad hunc modum augmentum ab innato calore fit: ergo,quemadmodum dictat ratio,quin is in ijs, qui crescunt, validissimus sit, fieri nullo pacto potest. Ac mihi sanè recte de hoc dictum placebit, quod in libro de natura humana dicitur: Necesse enim est,quod augetur, atque ita vi procedit corpus,calorem validissimum obtineat. Cuiusmodi tandem sunt hæc Lyci verba? plurima illa quidem, sed quæ nihil præter ea, quæ nos ante diximus,explicent.si nanque substantiæ commensurata mole plus esse in ijs, qui crescunt, calidi

de Natura humana com. 2. t.12. 13.14 & 15.7[d]. clxxx.

Hippocrates

A Hippocrates ait, falli eum opinatur, propterea quod manifesto minus in pueris spectetur corpus: quod si id dicat, quod calore intensiore sit, huic rursus apparentia obstare ait: sin, quod opus validius præstat, vere quidem hoc dici concedit, voce tamen illũ non recte vsum fuisse affirmat: non enim plus oportuisse, sed validius ad opus perficiendum dicere eorum, qui crescunt, calidum.

Aduersus ea, quæ à Lyco dicta sunt de triplici calore, ac quæ sit propria caloris innati substantia. CAP. 7.

VErum videto optime Lyce (dicet hic fortasse aliquis calumniæ eius in Hippocratẽ apologiã meditans) ne vana, quę dicuntur, sint. Iam primum enim calidum, quod secũdum substantiã est, non absolute ita corporis vniuersi mole dijudicatur, verum, quemadmodum ipse met aliqñ Lycus alibi dixit, maximum esse hominis cerebrum affirmans, non quidem accepta absolute magnitudine, sed habita potius animalis cum animali proportione. Ergo sicuti paruulum adeo puerum maius habere elephante maximo cerebrum affirmat, non sola habita corporis magnitudinis consideratione, sed adhibita præterea proportione, sic etiam fecisse illum in calido corpore oportuit, examinatione antea facta corporum, quæ in nobis sunt, quod nam innatum sit, i. primo genitum, quod ἀρχήγονον vocant, siquidem ipse etiam nomen hoc scit, & in Hippocratis libris scriptum reperiri, & pro eo accipi corpore, quod primitus generandis adsit, id est ex quo primam sortiuntur generationem: quod quid aliud quæso sit, q̃ sanguis menstruus semen'que? Ego certe nihil noui præter hæc tertium. Quoniam autem corporis in ijs, quæ generãtur, substantia ex his constat principijs, quæ prima exacte fuerit constitutio, non ex pluribus ijs, quæ diximus, sed ex solis corporibus constabit, quãquam cur primam exacte dico? Si nãq;, qualis ab Hippocrate exposita sit ‖ dierum sex genitura, recordabimur, innatũ adhuc in illa corpus permanere, aperte dignoscemus, cũ, antequam aliqua ossis, aut venæ, aut arteriæ, aut nerui, aut chartilaginis, aut ligamentis in fœtu natura appareat, vnum ei corpus calidum innatum adsit. Sãguinis enim grumo persimilis, mollis q; caro, ac effigie carens, primum fœtus excipit effigiationem, tãquam ‖ sanguinis vibices, vt Hippocrates nominat, continentẽ, ex seminis substantia ipsa, cũ candor ei adsit: fiunt deinde ob multam, & quæ assidue fit, mutationem ossis lineamenta quædam, ac chartilaginis, & ligamenti, & nerui, & arterię, & venę, quo quidem tempore innatus adhuc perseuerans calor fœtus ipsius corpus est: verum, quo magis, magis'que crescit fœtus, eo sane minus redditur calidum illi innatum corpus, quod nihil, q̃ sanguis, semen q;, aliud est. Corporum vero acquisitionem varietas accedit quædã, cum eorum, quę enumerauimus, innatum animantibus nullum sit, sed acquisititia oĩa habeantur.

B

[Margin: ‖ in lib. de Natu[ra] pueri in hi[sto]ri[a] de famu[la] saltatrice.]
[Margin: ‖ in eodem lib. & ea historia.]

C Quod si fieri posset, vt totum aliqñ animal ex ossibus, aut neruis constaret, hoc sane modo innatus deperderetur calor. Nunc fieri quidem hoc non potest, vt tñ maior ossium, chartilaginũ, ligamentorum, neruorum, arteriarum q;, ac venarum substantia sit, fieri potest. Quam etiam ob rem, quæ extremam senectutem agunt animalia, cum sanguineæ naturę minimum obtineant, tota ferè ex solis ossibus, neruis, membranis, ligamẽtis, arterijs, venis, chartilaginibus q; constãt: nam inter animantis partes sola est caro, quæ sanguinea sit, quam, quæ consenuere corpora, minimam in se continent, & eam tum sanguine præditam exiguo, tum duriorem, aliarum vero partium, quæ sanguinea sit, nulla est. Connati igitur corporis, quod ab efficacissima, quæ in eo est, qualitate innatũ calidum appellatum fuit, non absolute ita metiri magnitudinem oportet, sed facta potius cum non innatis comparatione, eorum inter se inspicere proportionem debemus. Quemadmodum enim in balneo vaporem, siue fumum malis, multum, aut huiusmodi esse aliquid dicimus, non ita absolute ad domus referentes magnitudinem, sed ad proprium potius balnei aerem: ad eundem etiã in homine modum, aut multam, aut paucam esse innati caloris substantiam dicemus, facta cũ non innatis corporibus comparatione: vt enim cuncta in infantibus sanguinolentissima reperiuntur, adeo, vt in ossibus quoq; non nihil huiusmodi appareat, contra in senibus fit, vt exãguia maxime

D cuncta sint, vsq; adeo, vt caro quoq; huiusmodi sit, quam etiã ipsam minimo præditam sanguine obtinent: corpus porro calidum innatum sanguis erat. Quare ex his colligitur, & ijs, qui crescunt plurimum inesse corporis calidi innati, & ijs, qui consenuere, minimum: sic etiam semen, quod ex serosa humiditate, ac spiritu, qui in ea est, cõstat, in his quidem, qui consenuere, exiguum admodũ est, at in horum, qui crescunt, corporibus plurimum, atq; inter ipsos in his potissimum, qui nati nu perrime sunt, quemadmodum in commentarijs de semine demonstrauimus. Num igitur ambiges, an eorum, qui crescunt facile absumatur, atq; diffluat corpus? atqui in cęteris non te sane fugit aquam calidam, aut oleum, aut siquis est alius id genus humor, exiguo temporis interuallo per halitum digeri totum, id quod neq; in terra notari, neq; in lapide potest, nec iam in alijs, siqua frigida, & sicca natura sunt: nam, vt duę sunt in vniuersa rerum natura, quę per halitum facillime digerantur, qualitates, caliditas, atq; humiditas, sic è diuerso, quæ perdurẽt, duę, siccitas, ac frigiditas. Quãobrem nihil videri mirũ debet, si quidem puerorũ ob humiditatem, & caliditatem facile difflantur corpora: senum vero non facile, vt qui à frigiditate, & siccitate coagmentatã substantiã obtineant. Quare, quæ in te dici rectius possent, alteri obijcis Lyce optime. Certe principale documentum quoddam, quod nullus, qui modo legitime introductus in disciplinas sit, nescit, visus es ignorare: nam multam substantiam, quæ simplex sit, corporis quidem dijudicat moles: at, quæ ex diuersis

componitur,eorum,quæ immista sunt,proportio, ficuti cerebrum etiam, aut aliarum partium ali- B quam: ad quē sanè modum ij quoq;,qui vinum aqua bibendi causa miscent,aut vini,aut aquæ esse plus, aut horum neutrum superare dicunt, cum forte cōmista ita temperate ea fuerint. Tam vero obstupidus nullus est,vt,cum ad vini doliū aquę heminam addiderit, plus esse in dolio aquæ dicat, q; in paruo poculo sit,cū verbi gratia ex tribus,qui in eo cōtinētur,cyathis,vnus aquæ, reliqui aūt duo vini fuerint. Lycus porrò ipse medicamentum,quoq;, quod tetrapharmacū appellāt, ex cera, adipe,pice,ac resina,æqua oīum portione constans,non plus continere,opinor, picis dicet, siquis duplam illam iniecerit: Verum hic quoq; iubebit nos animaduertere,vtrum tetrapharmaco medicamento plenum dolium totū sit,an vero paruum aliquod vasculū, ac deinde plus in dolio inesse picis dicet,q̄ in vasculo,ēt si in altero æqua oīa portione insint, in vasculo aūt picis ad alia duplum sit. Quòd si igitur omnia huiuscemodi errata,cum cætera non possint, secundum proportionem, ac misturam multum discernit, ac quod simpliciter ita, f̄m communem mēsurandi modū dicitur, non sanè ad eum se res modum habet,quemadmodum Hippocratem Lycus reprehēdit: nam tam est in ijs,qui crescunt,caloris innati substantiæ plurimum ad aliorū videlicet proportionem, q̄ etiā vnà cum hac,qualitatis, siquidem à substantijs separari propriæ qualitates nequeunt, vti sanè nec facultates: atq; ad hūc modum,si in tetrapharmaco plus iniectum, facta ad alia proportione,picis F fuerit,non eius tm̄ substantiæ,sed etiam qualitatis, facultatis q; plus inesse dicet, ob id q; humorem etiam,quicunq; is picis sit,auctum esse. Itaq; planum factum est secūdum tria, quæ Lycus scripsit, multi significata tā in tetrapharmaco plus inesse picis, dici posse, q̄ caloris innati in animantibus. Atque hoc in his, in quibus, quæ admiscentur, tota inter se non contemperantur, manifestius fit, nempe secundum tres,quos Lycus retulit, modos, plus alterum altero esse dici, sicuti sanè in hoc, quod inter vsitatissima est,medicamento ex iride,aristolochia,orobi farina, ac thure,æquo omniū pondere confecto, poterit quis, cæteris æquis ex his vnum aliquod triplicatum immiscere, vt aristolochiam verbi gratia: in qua mistura dici vere poterit aristolochiam, & substantia, & qualitate, & efficacia, reliqua exuperare, atq; huius inesse plus. Id ipsum de balneo quoq; pronunciare licet, in quo non solum contēperatus insit aer,sed ēt fumi, vaporis q; aliquid accedat, ex quibus interdū fumi,interdū vaporis plus esse cōtinget,quo modo ēt naturalis non nunq̄ balnei aeris plus: porrò absolute ita pronunciatum,plus,f̄m substantiæ intelligimus exuperantiam,cum qua vnà qualitatem,& quæ ab hac fit, efficaciā augeri necesse est. Supponamus igitur maiorē reliquis duobus fumi substantiā reperiri,rectè hic fumi ipsius qualitatem ēt,ac efficaciam maiorem esse dicemus,cum tn̄ in confesso sit qualitatē qualitate maiorem non effici, sed vehemētiorem,sicuti nec minorē, sed G imbecilliorem: verum is vocabulorum vsus tam in vniuersa vita,q; in artibus oībus frequētissime vsurpatur. Qua in re quid attinet aliorū mentionē facere? cum manifestū orationi nostrę à febribus ēt ipsis sumere testimonium possimus, quas nunc maiores, nunc ēt minores factas esse dicentes quotidie audire oēs licet: & alium alio aliqn̄ plus, aliqn̄ minus febricitare, atq; de eodem etiam heri,q; hodie. Ad hunc igitur modum cum supponatur secundum qualitatem multum dici, nihil videri mirum debet,si,in quo balneo maior inest fumi substantia, in eo maiorem etiam factam esse qualitatem dicamus: vti efficaciam quoq;,si quidē proprio vtemur vocabulo,validam,vehementiorem q;, sin eo abutemur,maiorem,copiosiorem q; nominabimus: quippe mordicus oculos fumus vellicabit,quo magis eius adaucta substantia fuerit: quapropter,cum substantijs vnà proprię etiam earum qualitates excrescant,atq; efficaciæ, non perperam quis in huiuscemodi balneo plurimum inesse fumi dixerit. Rursus, vt dicebamus, vaporis quidem, ac fumi æquę supponātur portiones, plurimum autem proprię aeris substantiæ inesse, quæ innato animantium calori proportione respōdet,ac generatur: hic sanè in balneo caloris proprij plurimum inesse dicetur. Num igitur dissimile huic est, quod in animātium humoribus inspicitur, ex quibus in vaporem resolutis, resultans calor extrinsecus tangentes ferit? etenim alius sanguinis accēsus calor est, pituitæ alius, H vt in flaua, atq; atra bile alius. Ergo in pueris plurima sanguinis inest substantia, nimirum secundum misturæ proportionem, (nam in hoc veluti ob lethargum dormitantes identidem excitandi sunt,qui talia effutiunt,qualia Lycus scripsit) & quæ præterea cum ea vnà increscit qualitas huius modi,qua mitem se ac tangentibus amicam, non iam aduersam mordacem'que prebeat, nec non etiam efficacia,secundum quam nequaquam nidorosæ concoctiones fiunt, neq; vero, vti in pituita,acidæ. Omnibus igitur,Lyce optime,modis plurimum ijs,qui crescunt,caloris innati inest,quo circa nihil iam deliquit Hippocrates,at te potius ipsum conuiciatorem esse deprehendimus: planum enim ex ijs,quę scripsisti,fecimus,vt à nullis introductus præceptoribus fueris, quo Hippocratis dogma aliquod percipere potueris,vt q; manifesto,quæ prorsus ignoras,ipse reprehendas, tum contradictionem moliri ignorātiæ plenam declaratus es eam,qua artis vniuscuiusq; constitutionem demoliēdam aggrediebaris,cum q; eorum,quæ de his sæpenumero scripsit Plato, nihil teneas,tibi ipsi pugnantia sæpe affers, in adolescentium detrimentum, quicunq; ratiocinatiuæ, sicuti tu,scientiæ ignari verā à falsa distinguere orationem nequeunt: postremo audacissimus prę ter hæc,ac nihili visus es,dum prius,q̄ ea planè didiceris,eorum,quæ ab Hippocrate dicuntur, expositiones conscribere aggrederis.

Galeni

GALENI CONTRA EA, QVAE A IVLIANO IN HIPPOCRATIS APHORISMOS DICTA SVNT.

Iulio Alexandrino Tridentino interprete.

Ex postrema interpretis recognitione ad exemplarium antiquorum græcorum fidem.

Quòd sæpe medici spontaneas naturæ vacuationes imitentur. *CAP. I.*

C CONsultius quidem esset, si, quemadmodum statutum legibus est, vt eadem, qua reus, pœna, si damnatus fuisset, puniat̃ is, qui falso accusarit, ita digna in eos erratorum pœna animaduerteretur, qui ijs, quæ ignorant, falso contradicunt. Sed, qm̃ nescio quo pacto iniurias persequi iudicio licet, lex autem falso contradicẽtibus statuta nulla est, arbitror nõ immerito in optimos viros impurissimum quẽq; inuehi audere. Siquidem, sicuti in Ægypto olim artium inuentum vnũquodq; à communi eruditorum consessu probatũ columnis inscribebatur quibusdã in sacris locis positis: eodẽ modo factum apud nos oportuit collegiũ proborum simul, doctorum q́; hominum, qui examinatis recẽtiorum scriptis, in publicum, quæ bona sint, exponant, mala vero quæcunq; fuerint, perdant: satius autem esset, si ne scribentis quidem ab his nomen reciperetur, quemadmodum antiquitus ne in Ægypto quidem: hoc enim pacto nimiæ gloriæ contentioni apud istius cupidos obuiam maxime iretur. Nunc, cum & passim scribere omnibus liceat, & vnicuiq; sententiam ferre apud vulgus, audacissimus quisq; maxime commendatur: quemadmodum Thessalus ex ijs, quæ contumeliose aduersus Hippocratem scripsit: cum tñ librum is composuerit, in quo, dum aphorismos damnare se putat, aperte se ipsum prodit, ne minimam quidem Hippocraticæ artis partem didicisse. Atqui æquum fuerat, cum prius hanc ipsam edoctus fuisset, ita demum contradictionem moliri. An hoc fortasse non à me recte dictum est? neq; enim (si quidem eam probe nosset) tam fuisset audax, vt se veris opponeret, nisi ex illis esset, qui omnem funditus pudorem exuerunt, cuiusmodi nunc etiam Alexandriæ repertus est Iulianus, cuius quadraginta octo esse libri dicuntur contra Hippocratis aphorismos scripti, in quorum secundum nuper incidi, in quo aphorismum ipse quidem hunc
» esse falsum existimat, ‖ In ventris perturbationibus, & ijs, qui sponte sua fiunt, vomitibus, si qualia
" D purgari debent, purgentur, prodest, & leuiter ferunt, sin minus contrariũ: sic vasorum quoq; exi-
" nanitio, si quidem qualis fieri debet, fiat, prodest, & leuiter ferunt, sin minus, contrarium. Et Dijs quidem gratia, q; is nobis primum sese obtulit legendus liber, ne frustra consumptum mihi tempus fuisset legendis in longum ijs, quæ contra aphorismum primum scripsit, qui cæterorum deinceps procemium est: fortassis enim, cum coactus aduersus ea scripsissem, nihil fecisse magnum videri possem: propterea quòd ad medicam considerationem non dum accedit sermo ille. Ac prædictus aphorismus non sanè de minima artis parte disputat, medicum admonens, cum per superiorem, inferiorem'ue ventrem spontaneæ fiunt euacuationes, vt eas, quæ iuuent imitetur, tum, quæ illæ sint, docet, ac quemadmodum dignoscendæ, non minus, q̃ eas, quæ lædunt, suis notatas indicijs. Quòd si artem Iulianus ab Hippocraticis magistris percepisset, non sanè ausus esset veritati contradicere, sed, cum neq; ipse, nec iam is, qui talis, tantæ'que stoliditatis auctor ei extitit, Thessalus artem nouerint Asclepiadarum, mirum non sit, si ea isti ignorant, quæ ne hi quidem nesciunt, qui repudiata ratione mederi se profitent: quippe licet eos dicẽtes audire incrementum ex imitatrice maxime experientia suscepisse artem: nam, quæcunque casu facta ægris profuere, ea nos inquiunt, sæpenumero secuti constituimus, diuisis'que his naturalia appellant, quorum de corpore causa prouenit, quorum autem extrinsecus, à fortuna, vt iam non solum naturæ, sed etiam fortu-

1. Apho. 2. Ext. ord. 3. b. Et in Epistola ad Democritum.

næ imitator medicus sit. Ac multa sanè allata ab illis exempla sunt eorum, quę à fortuna profuere: E vt que inter alia is, cui, cū cecidisset, disrupta in fronte vena fuit, quod in similiter affecto non sunt veriti facere, vt eandem secarent venam, nimirum eiusdem, aiunt, successus spe. Quin etiam phlegmone laborantes oculi, à satis q; abunde cita aluo adiuti maxime nos ad id imitandum excitarunt: ad eundem modum morbo regio affectis profusa biliosorum excremētorum copia visa est sæpius contulisse: vt aqua inter cutem laborantibus, aquosorum: vt q; ijs, qui morbum, quem elephanta vocant, patiuntur, nigricantium humorum confert inanitio: vnde argumentari aperte licet debere medicum imitatorem esse. Quid autem attinet euacuationes spōtaneas referre, cum præceptorum quoq; facta secuti artē adiscamus? an, si clysteri quocunq; ventrem subducens Thessalus ęgrotantem curet, imitari hunc discipuli debeant: si sponte is fluat, nō debeant? an, cum suppressa menstrua fuerint, sanguinis q; vomitus mulierem inuaserit, tunc, si prouocata purgatione, vena'ue secta affectum hunc sanet Thessalus, non sanè delinquant discipuli magistrum imitati, spōte autem profusis menstruis si leuetur ægra, hoc nō iam imitari eos conueniet? Atqui nihil interest ad hoc, vt vtrūq; imitemur, si, vel, cum obstetrix euocauerit menstrua, vel cum Thessalus, vel cum horum neuter, at sponte fluentibus ipsis leuetur ægra, quando ab euacuatione, non vnde hæc sit, vtilitas prouenit: hoc q; ipsum Hippocrates docens aphorismum aliquando illum inscripsit, Mulieri sanguinem vomenti prorumpentibus menstruis, solutio. Quomodocunq; prorumpant menstrua, soluetur, inquit, affectus, siue naturaliter id, siue à nobis fiat: non enim, quæ hoc facit causa, sed quod factum est, ægros iuuat, vnum modo menstruis adsit, nempe confertim effluere, quod voce illa prorumpentibus Hippocrates notauit, solitus largiores euacuationes nomine illo appellasse, æque ac si verbis vsus esset huiusmodi, || Mulieri sanguinem vomenti menstruis confertim profusis solutio. Dies me certe deficiet, si, quæcunq; sponte facta imitentur homines, referre velim: nec sanè de hoc alius ambigit quispiam, sed tanquam communem notionem agnoscunt omnes. soli sunt, qui dubitent, perditi sophistæ. quicunq; tandem, quantum quidem ad artis opera attinet, vulgo quoq; ipso deteriores sunt, at abiecto pudore texēdis aduersus optimos medicos prolixis nugis exercitati: cuiusmodi nuper extitit Iulianus is, quem in artis operibus nūquam versatum esse, nullo autem pudore contumelijs veteres incessere medicos nouere omnes. F

5. Aph. 32. Ext. ord. 40. d. Et. 1. de Morb. vbi d ijs agit: q sponte sua, et casu i morbis cōtingunt.

Galeni excusatio, quòd aduersus Iulianum scripserit. CAP. 2.

EA igitur, quæ contra paulo ante dictum aphorismum scribere ausus est, ne dici quidem potest, quantum præseferant, ignorantiæ dicam, an impudentiæ, an audaciæ, an potius (siquidem dicendum verum sit) cuncta hæc simul, atq; his longe plura conueniunt? Quapropter commodius G fortasse factum fuisset, si ne digna quidem ea iudicassemus, quibus scribendo contradicatur, & in quæ aliquid absumatur operis: verum, cum complures à me amici studiose exegissent, vt, quæcunq; post allatum ad nos librum, in quo aphorismum prædictum Iulianus reprehendere aggreditur, disputassem, descripta in commentarijs eis traderem, subij, & hoc non sanè exiguum certamen, ac longe quidem maius (siquidem fateri verum licet) q; cum extemporalibus sermonibus vsi sumus, quos per dies sex, aut his etiam plures fecimus, dum nugarum conamur ostendere copiam, quarum plenus sermo est is, quem scriptum in libro reliquit. Etenim in hunc illud optime dictum quadrat, quod vulgo dicitur, homine hoc loquacius inuenias nihil. Vnus olim Thersites plus iusto loquax fuisse dictus, at id huic quanto, quàm Thersitæ, conueniet magis, facile omnes, quotquot vnquam fuere, loquacitate superanti? quapropter, qui sermonibus his interfuere, cum illos legerent, duobus hominem nominibus notarunt, loquēdi immodicitate, atq; infinitate. Itaq; Vlysse potius quodam opus illi fuerit, qui eum sceptro assidere iubeat: me autem, vt eum prudentia instruam, minime: tam enim obstupidum prudentem reddere ne musarū quidem chorus possit. Cum igitur inuitus adductus sim, vt ista scriberem, ne forte ab ijs, qui hęc lecturi sunt, reprehenderer, præfari hæc volui. Cum enim futurum sit, vt hominem redarguam indoctum, stolidum, opinione sua sapientem, nugis inter ineruditos adolescentes versatum in vniuersa vita, apud quos, quo nomine veteribus maledicebat, aliquis tandem esse visus est, hoc cum peragere necesse habeam, quæso, liceat mihi verbis huius ignorantiam castigare asperioribus, quibus ego vti alioqui non soleo. Iniquum quippe foret, si quidem huic in optimum quenq; veterum congerere maledicta liceat, nobis non liceat eius ignorantiam demonstrationibus detegere manifestis, quæ tantum suscepit incrementum, vt, vnde nam ordiatur quispiam, non sit facile inuenire. * H

Quæ Iulianus pro Methodicis attulerit. CAP. 3.

AC in libri quidem principio is prætermisso Hippocrate, longa in Sabinum oratione inuehitur, id quod in vniuerso opere factitasse videtur: cui tamen titulus præscribitur, non iam in Sabini expositiones, sed in Hippocratis aphorismos: deinde, quemadmodum consueuit, multa inconsiderate profert collectis immanifestis quibusdam, inanibus q; verbis: quorum siquis reprehendere aliqua conetur, maximum prius his librum confecerit, quàm rem inchoare ipsam videri possit, etiam vt non omnia dicantur. Hæc igitur perdifficile est scribentem disponere, ac potius summe arduum, nos tamen in extemporalibus sermonibus, quos apud eruditos viros sæpenumero fecimus, facultatem ostendimus quandam ex similitudine expositionum in veteres inuen-

tam,

A tam: nam quemadmodum eorum in publicis disputationibus propositum librum explicamus.

* *Desunt non nulla.* *

« Quòd si dissimulata naturę perscrutatione methodicus nec elatus, nec magnifice de se loquens, ne
« que vero superiorem latentis dogmatis radicem in medium proferens duos esse dicat corporis af-
« fectus: secundum naturam enim constituto duas veluti insidiari aduersarias inter se obuersiones,
« atq; immutationes, dum aut plus satis clausum, aut infusum est, videri sanè poterit, intelligibilia di
* cere, non quidem naturam scrutantibus philosophis, ac de rerum omnium materia disceptãtibus,
* sed tamen medicis naturalibus. Et hæc quidem ex mirabilibus Iuliani sermonibus verborum se-
« ries vna est. Quibus ab ijs recedens, quę Asclepiades, et Themison, & Thessalus elementa posue-
« re, in prædictos tendit philosophos, qui ex mundo hoc vacuum funditus sustulerunt. Alteram au
« tem deinceps subdit ad hunc modum: Neq; vero linguæ vlterius imperare possum, quin dicam:
* quid enim mihi id? vt propterea, quòd huiusmodi conuersiones, quemadmodum elementorum se-
* quitur generatio, sic calidi etiam natura, & frigidi, & humidi, & sicci: ab his enim veluti parenti-
« bus fieri postremo hęc quoq; opera possunt. Vide, quàm in altissimis thronis, ac valde sublimibus
« B sedens latuit methodus, quam, cum præ humiditate modestiaq; delitescere cuperem, cœlo osten-
« di, vnusq;, atq; idem primus detexi, obductam illi nebulam discutiens, soluensq;. Hæc sunt, quæ
« Iulianus dicat, atq; ab his deinceps. Ego repudiatis eius elementis cum Epicuro non sentio non
« vnam faciente substantiam. In libro itaque de methodo hæc, multáque præterea alia scripta sunt
à Iuliano, qui totus inscriptus ab eo est Philon: at in alio, vbi de animæ, corporisq; affectionibus
« institutus illi sermo est, in hunc rursus modum scribit. Igitur contractionis, diffusionisq; modera-
« tum statum, commensuratumq; statuentes in humanis coagmentis, sanitatis illum nomine appel
« lamus: isti porrò mediocritati cum insidiæ à morbis tenduntur, necessario fit, vt patiantur corpora
« contracta, ac dura, sicciora'ue, aut diffusa, mollia'que facta, atq; humida.

Platonem, Stoicos, & Peripateticos dissensisse à Iuliano de elementis, & causis morborum. CAP. 4.

HÆc sunt igitur eminentissimi sophistæ verba methodicos medicos affirmantis Platonem sequi, vnà cum Zenone, atque Aristotele: nos contra admonebimus ipsos horum vnumquenque philosophorum, plurimosq; præterea, qui post illos viguere, sanitatem esse existimare C calidi, frigidi, humidi, sicci'que temperiem: horum autem singulorum tum excessu, tum defectu morbos gigni eos, qui in victus consistant ratione: inesse porrò in corporibus humores etiam, qui morbis proportione respondeant, hos quidem facultate sua humidos, siccos'ue, illos calidos, aut frigidos: sic Plato cum sectatoribus vnà suis, sic Aristoteles censuit, qui'que illum secuti sunt, Peripatetici: sic etiam Zeno, Chrysippusq;, alijq; præterea Stoici. At Iulianus ne librum quidem legit vllum virorum, quos retulimus, nec prorsus, quid consequens, sibiq; pugnans sit, intelligit: non enim eum fugisset, quemadmodum sectæ, quæ vacuum tollit, hæc conueniunt: ita alteri, quæ hoc ponat, conuenire illa, nempe in meatuum symmetria quadam sanitatem cõsistere, sicuti in fluxu, clausuq; rerum, quæ per id feruntur secundum victus rationem, morbos. Quid igitur faciam? Aristotelis'ne, ac Chrysippi, cęterorumq; Peripateticorum omnium, ac Stoicorum deinceps verba subijciam, in quibus bilem, pituitam'que causantur, primosq; morbos esse quatuor affirmant, non aliter sanè, quàm elementa, calidum esse, & frigidum, & humidum, & siccum: an hoc, cum non duo tantum libri compleri inde possint, sed tres etiam, & quatuor, atque his plures, prætermittendum à nobis est, abundeq; nobis esse existimandum, quę à Platone tãtum dicta sunt? Cum igitur ita facere consultius sit, ne per omnia cum nugaci sophista diutius nugemur, finem de his faciam, D si prius hoc solum de Peripateticis, Stoicisq; philosophis dixero: Neq; Aristotelis, nec iam Theophrasti librum vsquam inuenias, in quo, siquid de morbis necessario dicendum illis sit, omissa calidi, frigidi, humidi, sicci mentione orationẽ absoluant. Quin cum horum, tum vero vtriusq; non raro bilis mentionem faciunt, nigræ simul, ac flauæ, sæpius etiam pituitæ, quippe qui huiusce explicent discrimina: & hãc quidem aridam, salsam illam, salsilaginosam'ue, aliam autem dulcem appellant. Neq; vero aliter sentit Chrysippus, semperq; ad eundem modum, tum de morbis, tum de humoribus disputat. Horum igitur trium tantummodo siquis verba colligat, non sanè paucos is conficiat libros, præsertim si quantum Iuliano Alexandriæ supererat, tantum etiam huic ocij superfit: quòd si, quæ ab alijs tam Stoicis omnibus, quàm Peripateticis dicta sunt, colligere vniuersa velit, iustam is etiam bibliothecam expleat. At nobis, sicuti iam diximus, satis erit omissis his, vnius Platonis verba referre, nusquã ab Hippocratis placitis discedentis. Neq; vero ex omnibus vndiq; libris ea deligam, qui plurimi certe habeantur, sed vno contentus Timæo hæc inde transumpta
« subijciam. Sanè, quemadmodum morbi consistãt, id nemini obscurum: cum enim, ex quibus cor
« pus conflatum nostrum est, genera quatuor sint, terræ, aquæ, ignis, aeris, horum præter naturam
« excessus, defectusq;, propriæq; sedis cum aliena commutatio, tum ignis, atq; ẽt cæterorũ vnum-
« quodq; (quando plura vno genera hæc habeantur,) quod sibi conuenit, non suscipiens, omniaq;

huiusmodi, perturbationes, morbos q; afferunt: cum enim à natura horum vnumquodque recedit, commutatur'que, quæcunque prius frigida erant, nunc concalescunt, atq; antea sicca, humecta imposterum fiunt, nec non lenia, grauia q;, atq; omnimodas prorsus transmutationes suscipiunt. Hoc in loco, quantum ad elementa prima spectat, eorum q; qualitates, aperte Hippocratem sequitur Plato: deinceps vero morborum causas in humores quoque deriuans ad hunc modum scribit: Albida autem pituita ob bullarum spiritum intus detenta sęuit: sumpto vero extra corpus spiramine mitior illa quidem, varie nihilo minus corpus pingit, vitiliginum in eo species, leucas, alphos q;, atque id genus morbos procreans: at, cum atræ mista bili in capitis diuinissimos orbes dilabitur, hos q; ipsos infestat, vt in somno mitior, sic cum vigilantes inuaserit, diutius vrget: qui sanè morbus sacratioris naturæ cum sit, sacer meritissimo appelletur. His q; deinceps verbis alia addit. Hæc porrò salsa, arida q; pituita morborum omnium eorum, qui cum fluxu vnà fiunt, caput est, à locorum, in quæ fluit, diuersitate multimodas quoq; appellationes sortita. In hunc modum de pituita, atra q; vnà bile sensit Plato: cęterum, quæ de flaua differat, post hęc attende. In corpore vero, quæcunq; eo, quòd ardeant, vrantur'que, inflammata dicuntur, cuncta à bile fiunt: accepto itaq; hæc respiramine omnimodos tumores foras feruens emittit: at inclusa intus morbos gignit perurentes plurimos, hunc'que maximum, quoties sanguine commista puro fibrarum genus ex proprio ordine deturbauerit, quæ ea gratia distributæ in sanguinem sunt, vt nec tenuis nimis, nec crassus nimis esset, neque iam ob caliditatem, quippe qui humidus foret, ex raro corpore defluat, neque rursus nimia densitate motioni ineptus, vix se in venis conuertat. Hanc vtique vtilitatem fibræ naturæ generationi largiuntur, quas siquis emortuo sanguine, refrigerato'que inter se colligat, quod reliquum est sanguinis, vniuersum diffluit: quod si derelinquantur, quàm primum vnà cum ambiente frigore congelantur. Hac cum præditæ facultate sint in sanguine fibræ, bilis, quæ natura vetus facta est sanguis, cum rursus ex carne in hunc eliquata mittitur calida, humida'que, sensim primo inuecta ob fibrarum vim gelascens coit, gelata'que, ac restincto illius violenter feruore tempestates intus, tremorem'que excitat: at, si maiore se vi inferat, euictis à caliditate propria fibris, confuso'que earum ordine efferuescens victrix euasit: ac, si ad extremum vsque perdurare validior potest, ad medullas vsque penetrans, perurens'que animæ ibidem dissoluit quædam tanquam retinacula, hanc'que ipsam liberat: at, cum minor huius copia est, corpus'que ei liquescēs reluctatur, deuicta, aut per vniuersum corpus excidit, aut in inferiorem, superiorem'ue ventrem per venas expulsa, de'que corpore veluti ex discordi ciuitate eiecta intestinorum læuitatem, difficultatem'que, cętera'que huiusmodi mala affert. Hęc sunt, quæ Hippocratem secutus Plato in Timæo tantum scripsit: at, siquis, quæ in reliquis eius libris reperiuntur, vniuersa colligat, videri is poterit, quod quidem ad sermonis attinet prolixitatem, Iulianum imitatus, multo'que etiam magis, si, quæ de calido, frigido, humido, & sicco, bile, pituita, sanitate, ac morbo scripsere Theophrastus, Aristoteles, Chrysippus Peripatetici, Stoici'que omnes, adscribat singula: & quidem nunc aliquos esse arbitror, qui nostræ huius in obstupidi sophistæ redargutionem compositæ orationis longitudinem reprehendat. Qui enim (pro Iuppiter Dei'q;) Platonem quidem, & Aristotelem, & Zenonem, horum'que ipsorum sectatores veritus non sit laudibus efferre, quę vero de corporis elementis dicta ab Hippocrate sunt, refellere, an hunc censes in reliquis omnibus verecunde quicquam dicturum?

Neque ex ignoratione, neque ex discordia philosophorum in nomine naturæ prohiberi, quin naturaliter se, aut præter naturam homines habere affirmemus. CAP. 5.

OMittantur tamen hęc, notentur, quę deinceps scribit, dum ne naturæ quidem, vt videtur, vocabulum considerandum permittit, vtitur autem verborum hoc initio. Non hercle nobis hi persuaserint, neq; vero sibi ipsis, modo verum fateantur, non ignorare se, quid natura sit, quam in omnem partem vexant, magnifica vbicunq; verba sonantes, aut simplex calidum, aut attemperatum, mistum q;, aut frigidi spiritus q; substantiam. His q; deinceps multa addit, naturæ eos nosse substantiam concedens, quasi vero in proposito nobis nunc aphorismo naturæ adscripserit nomen Hippocrates, ac non potius de sponte factis euacuationibus loquatur: vnde igitur in mentem illi venit naturæ vocabulum? Vnde quęso magis, q̄ ex Iuliani nugandi consuetudine, vt longioris sibi sermonis ansam arriperet? quem siquis explicet, facile is eius deprehendat nugas. Cum igitur medici oēs has quidem à natura, illas vero casu fieri affirmēt, vt ostendant eorum interdum causam ex ægrorum oriri corpore, interdum extrinsecus accedere, occasionē nactus hanc est, vt aliquid de naturę vocabulo nugari posset. Est porrò, quod dicere nititur (vt in summa dicam) eiusmodi: Non par est eos, qui naturā, quę sit, ignorent, naturales euacuationes in ore habere. At eadē ratione, sophista audacissime, nobis, neq; vt animam teneamus, neq; sensum, neq; vero mentem, aut rōnem, aut memoriam, cognoscere licebit: quippe quorum oīum nō facile dignoscat essentia, quod minime mirum sit. Nam, cū Solem etiam ipsum, quem tn̄ apertissime videmus, quą'nam sit essentia, non exacte satis scimus, existimabimus, s. nos de natura, de aīa, aut memoria, aut reliquis id genus rebus posse audacter decidere? Verū, queādmodū recte ista diximus, sic, cum horū vniuscu-

iusq;

* A iusq; notionē, substantiæ q; dignotionem tenemus manifestam, adijcienda ea oratione est, à natura enim planta omnis regitur, at animal omne à natura simul & anima: siquidem nutritionis, atque augmenti, effectuum q; huiusmodi causam naturam appellamus oēs, vt sanè aiam, qua sentimus, mouemur q;. Quo fit, vt nec falsa naturæ opera proferat nostrum quisq̄, nec iam, si illa nouerit aliquis, statim hunc necesse sit eius quoq; essentiam nosse, quemadmodum nec Solis, quem vt orientem manifesto, sic etiam occidentem videmus, loci q; interuallum vtriusq; præfinito tempore ordinatim percurrentem, huius tñ quænam sit essentia, per ocium quærimus. Quòd si igitur fieri non posset, vt, naturales quoties fierēt excretiones, sciremus, nisi prius has ipsas facientis naturæ substantiam cognosceremus, non ille quidem immerito, cum hanc incognitam esse ostendisset, simul etiā harum ipsarum dempsisset cognitionem: nunc cum liceat, etiam siquis illam ignoret, has tñ ipsas scire, superuacanea sunt, quæ nugatur: & hæc quidē omnia optimus Iulianus. At nos, quoties alicui nullo sumpto purgante medicamento vomitus accidit, aut multa cōtingit inferior euacuatio, siue ea per intestina, siue per vterum fiat mulieris, huiusmodi omnia natura facta esse dicimus, vel à natura, vel naturaliter (nihil enim refert) ea q; ipsa cum manifesto ægrorum emolumento imitamur. Videtur autem Iulianus neq; id scire, quod quotidie in ore oīum est, vulgo q; non nescitur,
B nempe secundum naturam se habere sanos, ægros vero præter naturam: nam, si prius, q̄ naturæ essentiam nouerimus, nullis nobis huiuscemodi nominibus vti licuerit, neque sm naturam sanos, neq; vero præter naturam ægros se habere dicendū nobis erit. Demus tñ illi, si placet, hoc ex abundanti ratione, concedamus q; fieri non posse, nisi prius ex calido, frigido, humido, & sicco corpora nostra constare sciuerimus, bona, quæ à natura vel casu fiunt, vt imitemur. Quid igitur obstat, quo minus hoc ipsum sciamus, dum & placiti huius demonstrationē afferre possumus, et optimus quisque philosophorum, qui tibi quoq; ipsi admirabiles sunt, cum Hippocrate vnà, atq; inter se etiam consentiunt? Nisi vero discordiam aliquis satis esse argumenti putet ad monstrandam placiti huius ignorantiam, de Stoico repente ambiguus quidam factus. Nam, si sermoni huic persuasus credis, affirmanti eorum nihil, de quibus philosophi inter se digladiantur omnes, in cognitionem cadere humanam posse, cur non multo etiam magis, q̄ alijs oībus tuis illis pulchris cōitatibus, quas in cœlis habitans methodus generauit, fidem abrogas? at has aliorum medicorum nullus obscure, quin aperte potius nouit, sicuti quidem existimat Thessalus, quod q; hoc maius sit: cum enim has Thessalus gloriosissimo medicorum, qui circa ipsum sunt, choro sibi visas ostenderit, nemini tñ inter illos conuenit: quinimmo maius ad hanc vsq; diem bellum inter se exercent, q̄ cum vnà
C cum cōdiscipulis suis altercabatur Thessalus. Quòd si ex dissensione rerum ignorationis signum sumitur, profecto ante omnia Thessali cōitatibus, quanto etiam magis de his ambigitur, abroganda fides est. Enimuero de corporis nostri natura, quam vel ex aere, & igne, & aqua, & terra, vel humido & sicco, calido ac frigido temperate sibi inuicem mistis constare dicunt, dubitatum quidem olim est, sed non adeo tñ, vt de Thessali cōitatibus, cum & Plato, & Zeno, & Aristoteles, & Theophrastus, & Eudemus, & Cleanthes, & Chrysippus, alij q; præterea philosophi quàm plurimi, qui se partim Stoicos, partim Peripateticos, partim etiam Platonicos nciari voluerunt, eadem de illis sentiant. At à Thessalo prolatæ cōitates, tantum abest, vt cæteris probentur medicis, vt ij etiam diuersa de his sentiāt, qui re vera amethodi cum sint, glorioso tñ methodi vocabulo quodā tanq̄ prætextu vtuntur, neq; .n. Hippocrati, neq; Diocli, neq; Plisthonico, neq; Praxagoræ, nec Mnesitheo, nec Philotimo, nec Erasistrato, nec Herophilo, neq; medicorum alicui logico, empirico've Thessali placuere communitates. Quòd si conferendæ inter se discordiæ sint, eam, quæ de Thessali cōitatibus est, longe alteram superantem inuenies: cum .n. tres sint genere (vt illi dicunt) in medicina sectæ, Thessali q; cōitates tam qui se empiricos, q̄ qui dogmaticos profitentur, tollant, non sanè exiguam censendū est discordiam hanc esse, immensam q; adeo, vt vinci non possit: quippe cum eas,
D neq; qui harum habitus est parēs Themison, neq; alius ab eo quispiam, at nec amethodorū Thessaliorum vllus obseruet. Itaq; non facile quēquam inuenias, qui non illis aut addiderit, aut detraxerit aliquid, aut aliqua saltem ex parte mutarit, neq; tñ, etiam si ipsi inter se oēs consentirent, parua esset eorum cum alijs dissensio: cum vero de his omnibus ipsi quoq; inuicem diffideant, solus hic relinquitur Thessalus, eum q; præter Iulianum istum secutus nemo est, & is verbo tantum, nam re apertum fecimus, quàm illi maxime aduersetur: quorum si quis fidē sumere certā velit, nostros is de secta methodica cōmentarios adeat. Porrò Thessalus, etiam si solus pro veritate contendentibus dicat eorum, quę alijs visa sunt, consensum, demonstrationem esse quandam, ac iudiciū, illum nemo dānauerit, & postea Thessalum, qui ab oībus dissidet alijs, non damnabimus? Hippocrati, cui præter optimos medicos, philosophorum etiam optimi consentiunt, fidem non adhibebimus ob vnam dissensionem? quis hoc tandē ferre posit? quis tot tantas q; toleret nugas? quis non potius doleat, cum tēpus cotradicendo absumat homini, qui nec, quę dixerit, recordetur, nec, quæ scripserit, intelligat, ac tantummodo (vt in prouerbio est) quicquid in buccam venerit, effutiat?

Aduersus Iulianum & Asclepiadem, quòd plenitudo sit causa continens quorundam morborum. CAP. 6.

VErum omissis iam ijs, quæ deinceps dicat, audiamus, ac primum cum præsentis aphorismi principium esse ait, ac caput, nempe quòd morborum continens causa humorum

sit

ſit plenitudo. Rectius autem fecerimus, ſi hoc quoque in loco verba ipſa, vt habent, omnia adſcri- E pſerimus: proditum igitur ab eo eſt ſtatim in hũc ferme modum (tempus eſt enim iam, vt recta ad contradictionem veniamus.) In perturbationibus ventris, ſic vt, quod reliquũ eſt aphoriſmi, prin » cipium habeat, ac caput, nimirum ex humorum plenitudine, vt à cauſa continente, morbifica affi- * ci corpora. Quapropter demonſtratum cum ſit affectuum non eſſe cauſam humores, (hæc enim » exploſa iam eſt opinio) ſimul etiam aphoriſmi detectum eſt exitium, vt qui obſcuro, falſo q; innita » tur fundamento. Hæc ſunt eius verba: optimum autem factu foret, ſi theatro conſtituto, pleno q;, » non quidem quale Theſſalus inſtituit, dum ſeipſum in ſuis illis garrulis libris coronat, ſed erudito rum potius hominum pleno percunctaremur ab ipſo, quanam tandem demonſtratiua methodo duce ſermonem exiſtimet verum eſſe à ſe dictum, qui ſanè, ſi quidem recte illum quiſpiam inter- pretetur, ad hunc ſe fermè modum habebit: Qui vacuationibus iuuari ægros aiunt, neceſſe eſt hos exiſtimare continentem morborum cauſam plenitudinem. Quòd ſi verus ſermo is eſt, lubens ſa- nè inter doctorum hominum cœtum Iulianum interrogarem, vt ex eorum multitudine ſtolidita- tem aliquando agnoſceret ſuam: nam ex ijs, quæ dicuntur, fieri non poteſt, vt agnoſcat, huiuſmo- di cum ſit.

Deſiderantur pauca. F

Seipſum detegit in libris: at in theatro, quẽadmodum recte iſta tractentur, nũc exponam. Mul- * tis ex ijs qui febre laborant, ſanguinẽ mittit Theſſaliorum aſellorum grex: ſi quidẽ hoc faciũt, cen ſentes nocumento eos ex euacuatione affici, non recte faciunt: ſin iuuari credunt, cauſam ſuppo- nant hi, neceſſe eſt, continẽtem eſſe plenitudinem, quod tamen negant. Dicat hic mihi horum for- taſſe aliquis, quæ tandem neceſſitas eſt, vt iuuante euacuatione continens ſit cauſa plenitudo? cui ego facile ita reſpondere poſſum: neceſſitas quidẽ nulla eſt, de grege tñ veſtro is eſt, qui iſta dicat. Iulianum q; monſtrabo, ſimul q; æquum eſſe dicam, vt ſuarum ille nugarum rationem reddat, & hoc quidem modo in theatro cum eo egerit quis. nunc vero (neq; enim theatrum habemus) pau- cis huiuſmodi datur occaſio. Quin omnes, quæcunque collibitum, effutiunt, ſeu vera ea, ſiue aper te falſa ſint, id quod Iulianus ſemper facit, ſine delectu, quicquid in mentẽ venerit, ſcribens, nihil q; vnquam veritatem curans. Ego autem in vniuerſa vita mea cum nihil æque ſtuduerim, q; demon ſtrandi prius ſcientiam tenere, deinde ſummo hanc ſtudio exercere, fruſtra laboraſſe videor: nam, quicunq; demonſtrationẽ, quid ſit, percipiunt, ſpes eſt hos re cognita, Iuliani fortaſſe abijcere nu- gas poſſe: at, qui gregarius illius eſt, is ne eorum quidẽ, quæ dicuntur, quicquam intelligit. Quam ob rem dictum antea quoq; à me eſt non exiguum imponi mihi certamen hoc ab amicis, quorum G gratia ſcientificos tracturus ſum ſermones. Enimuero nõ ſolum oportuit Iulianum cauſarum dif- ferentiæ cõuenientia proferre vocabula, ſed etiam eorum obſeruare ſignificata: nunc autem (hoc enim habet methodicorum omnium ſtoliditas commune) ad nomenclaturas vſq; continentium cauſarum progreditur ille quidẽ, at, quo ab antecedentibus modo differant, non intelligit: neq; n. latuiſſet eos morborum ab antecedentibus cauſis augmentum fieri: quæ enim principio morbos facere conſueuerunt, neceſſe eſt hæc, donec ſimile quippiam agunt, eoſdem adaugeant: vt medica- mentum, exempli cauſa, acre adeo, vt vlcus facere poſſit, cuti hora impoſitum tantummodo vna cuticulam vulnerabit ſolam, ἐπιδερμίδα Græci appellant: longioris vero temporis tractu adhæ- rens opus peraget euidentius, cute primum ipſa, deinde ſubiecta quoq; carne correpta, quo mo- do etiam, quæ putrefacientia noĩamus, ad oſſa vſq;, tegente hæc ipſa carne exuſta, deſcendunt in- terdum. Hac igitur præditæ natura cum ſint antecedentes cauſæ, fieri non poteſt, vt, ſi quidem illæ remaneant, quod factum eſt morbi, perſanetur: cum enim, ſicuti monſtrauimus, maior ſubinde morbus fiat, non ſanè, anteq;, quod facit, tollatur, perfecte ſanabitur: ſunt igitur cauſæ anteceden- tes, cuiuſmodi quoq; plenitudo eſt. Supponamus. n. ante alia hoc in ſermone, antecedentẽ niſi quis abſciderit prius cauſam, fieri non poſſe, vt, qui factus eſt, affectus curetur: ob id q; ipſum Aſclepia- H des morbos à plenitudine incipere exiſtimat, ægris q; adiumento huius eſſe euacuationem ait, pe- tit q; curationẽ à medicis perfici, nõ morbos, quos plenitudo faciebat, ſoluẽtibus, ſed, ne adaugean tur prohibentibus: ſupponatur tñ cauſam morborũ continẽtem interdum eſſe plenitudinem, ne- ceſſe ſtatim eſt, vt huius euacuatione tollatur morbus. Atqui, vt Aſclepiades ait, nunquã cauſa eſt continens: ſatius. n. fuerit, relicto hoc in loco garrulo Iuliano, cum Aſclepiade ſermonem confer- re, qui, vt cætera deſint, legitime certe ſophiſtam agit: oratione enim vti vir conſueuit, cui credi maxime poſſit, non illepide fucata, quod ſophiſtæ, vt arbitror, officium eſt, non diſſimilem tamen huic ſermonem protulit Iulianus, eum, quem deinceps ſcripſit, nõ mehercle facultate in hoc vſus ſua (tales enim vbique ſcripſiſſet) ſed eorum, quæ Aſclepiades dixerat, recordatus: q; ſi ex proprijs eſſet Iuliani ſermonibus, non aliter, quàm ſuperiores, nugatorius videretur. Itaq; ait Aſclepiades. Si continens morborum cauſa eſſet plenitudo, factis non nunq; largis inter morbi initia euacua- » tionibus, fore, vt nocumentum ſtatim à ſe oẽ æger depellat: nunc contra viſi ſæpius ſunt, purgata » plenitudine, morbi tamen ipſi augeri. ſatis eſt ratio hæc probabilis, propriaq; ob id eget ſolutione, » neq; tamẽ ad ea, quæ in Hippocratis aphoriſmo dicuntur, accedit: nam illa ex communi potius ho minum oĩum ratione, qua empiricos quoq; vti diximus, quàm ex dogmate vllo, fidem ſumpſere:

ideo q;

A ideo q; Asclepiadis ratione diluemus ipsam, non sane tanq; ad ea, quæ in aphorismo dicuntur, pertinentem, sed q consultius existimemus esse, postq Iulianum hucusq; garriente ptulimus, propius ad hoiem accedere, sophista qui sit, qui cum dialecticorum aliqn more exercitatio instituatur. Cum igitur plenitudinem nominabit Asclepiades, interrogetur, vtrum dicat eam'ne, quæ ex facultate, an eam, quæ ex vasorum capacitate æstimatur, quam etiam κατὰ τὸ ἔγχυμα noiare solent, atq; vtrū eam, quæ in toto corpore, an potius, quæ in sola eius parte consistat. Ea porrò, quæ ex facultate est, ne noiari quidem ab ipso potest, vt qui facultates ferè omnes, quibus gubernatur animal, sustulerit: quæ vero ex vasorum capacitate, duplex illa quidem etiamnum est: aut enim ad mensuram refertur, quæ fm naturam sit, aut hoc vno, nudoq; intelligitur, nempe q non intra vasa capiatur, potest q; horum vtrunque, aut in toto consistere corpore, aut in vna, pluribus've eius partibus: ostensum q; à nobis est in his commentarijs, quibus symptomatum causas enarrauimus, atq; vbi tumores præter naturam tractauimus, conuulsionem interdum, tremoremq;, ac in vniuersum phlegmonen, & erysipelas. id q;, quod à recentioribus medici œdema vocatur, alios q; præterea affectus, plenitudinis inniti hypothesi, tum, si plenitudinem euacuet quis, ad naturale quàm primum statum redire membrum. Diximus porrò alibi quoq; de continentibus causis, vbi ostendimus tam no-
B men ipsum, quàm rem, cui impositum nomen sit, ex Stoica esse secta, neq; rectè recentiores medicos genus hoc totum aut noiasse, aut tractasse: nos q;, ne de noibus contendere videamur, fm eorū sæpius sententiam causæ quædam vt sic noientur, concedere, non mehercle quæ ex ijs, quæ absolute esse dicuntur, sint, sed quæ in generatione ipsa essentiam habeant, in quo sophismatis consistit explicatio. Cæterum, quæcunq; Iulianus garrit, in hunc transferre locum nostri non est muneris, quin potius ad aliam quæstionem veniamus, quę cōis in vniuersum est. Causarum, quæ in humoribus consistunt, duplex habetur genus, alterum ex plenitudine, ex corruptela alterum, facilem q; vtriusq; aiunt esse curationem, cum momento temporis liceat, & quod ex redundāti superuacuum est, emittere, & quod corruptum sit, vniuersum inanire sic, vt nunq perduret morbus: quam sanè
« rationem dilucidam simul, ac breuem Iulianus obscure, prolixe q; verbis his scripsit. In ipso statim
« aphorismo indemonstratum lemma extortum esse, nempe q morbos humoris faciat plenitudo,
« aut in impropriam qualitatem transmutatio, quam spēm oēm, corruptelam medici vocant: quare
« eo, quod morbum faciebat, educto, insigne opinatur iuuamentum futurum: sic sine controuersia,
« antequ apparet humoris alicuius in corpore contenti indicium, plenitudinem morbi causam esse
« existimat, aut, si minus hanc, transmutationē certe, quod nec intelligi potest, nec sanè ad veritatem
« C proxime accedit. Sic.n. existimemus, licet, facile morbos tolli vniuersos posse, nec iam diturnus vllus foret, atq; vnius esset rationis curatio ois, nullam in se operosiorem difficultatem continens:
« simplex.n. ac promptum, atq; adeo in ipsis manibus esset, quod morbum facit, exinanire, in ipso q;
« statim principio, prima q; eius consistentia morbū soluere, vt iam nullo alio, q euacuatio auxilio
« indigeat, atq; huius, qualicunq; tandē accidat tpe, accōmodari vsus possit, ac, si in causa sanguis sit,
« sola contenti erimus venæ sectione, si pituita, quæ pituitam educant, dabimus, si bilis, quæ bilem.

De curanda vtroque plenitudine, & humorum corruptione aduersus Iulianum. CAP. 7.

HÆc sunt Iuliani verba, quorum omnium, vt dicebam, ratio ita se habet: Si, quæ morbos faciunt, causæ humores sunt, fieri pōt, vt exinanitis quàm primū ijs, nullum diutius consistere permittamus morbum: atqui multi, etiam si inter initia satis inane reddamus corpus, diutius tn̄ perdurant: non sunt igitur humores causæ. Quæ sanè ratio, si quidem de corporis vniuersi plenitudine accipiatur ea, quæ ad vasorum capacitatem refertur, vera est: nam, si in morbi ipsius principio, quod superuacuum est, inanire volumus, vniuersum exinanibimus plethoricum affectum: sin plenitudinem accipias, cum parte aliqua plenior collecta redundantia est, falsa, cum ostensum à nobis sit nō semper fieri posse, vt huiusmodi plenitudo subito euacuetur. Sic etiam, si de corruptela ratio
D interrogetur, hæc solui facile potest, quippe quam nō statim euacuare possis, perinde ac si vase aliquo contineretur, aut dolio: ex quibus tn̄ cum prauum euacuauerimus humorē oēm, non statim, nisi deterso prius, eloto q; diligenter vase, meliorem infundimus. Num igitur fieri potest, vt ex humano corpore corruptum euacuemus sanguinem, eius aūt loco meliorem quàm primū eius addamus partibus? Quo nam igitur modo (inquiunt) exinaniri statim corruptio potest? sic.n. hoc, vt alia omnia, facile pronunciant, nullo rerum respectu, neq; vllam in consideranda re vniuersa adhibentes diligentiorem examinationem: enimuero, quēadmodū, cum bilis vis multa in corpore continetur, sæpius facile sit, dum febris absit, eam ipsam euacuare, sic, cum ante acuta correptus febre homo fuerit, difficillimum id redditur: neq; enim licuerit absq; periculo, purgante tunc vti medicamēto: ad eundē modum de pituita, de q; serosis excrementis existimādum. Dictum sanè à nobis de his omnibus est in alijs libris: opusq; est, qui scire ista exacte voluerit, inde sibi discenda hæc petat. Morbus igitur plethoricus vt sit phlegmone, non in ipsis solum vasis plenitudine detenta, sed etiam vniuersos occupante musculorum sinus, ex eo potissimum libro discas licet, in quo de tumoribus pręter naturam scripsimus: q vero subito curari phlegmone omnis non possit, diximus in libris de curandi ratione, fm eam potissimum operis partē, in qua curandorū pręter naturā tumorum via instituitur: fit.n. interdum, vt tam valide, tam q; tenaciter adhæreant carni viscidi, crassi q; humores,

humores, periculum vt sit, ne, cũ diutius perseuerauerint, sequatur scirrhus: at ij, qui nihil horum E sciunt, dum potissimam artis partem ignorant, damnant Hippocratem: atqui è diuerso quis, cum solidum corpus refrigeratum, aut excalfactum aliquod fuerit, promptum fore illi ad naturã recursum dicet, quo modo etiam, cum densius, rarius've redditum fuerit: neque enim refrigeratum excalfacere, excalfactum q; refrigerare, densius q; rarefacere, ac rarum densare laboriosum fuerit: at pertinaciter adhærentem parti carnosę humorem, aut crassum, aut glutinosum educere, laboriosissimum: nam, cum ex vasis etiam laxis ijs haud promptũ sit sordes expurgare, facile id.s. in carnosis existimabitur. Quare summe deprauata ratio ea est, quæ causas in humoribus cõtentas curatu faciles semper magis esse dicit ijs, quæ in solidioribus partibus sunt. Nam, si in vniuersa corporis habitudine absolute plenitudo insit contenta in vasis, quam proprie plenitudinem nominamus, nõ sanè difficile factu fuerit, & primo quoq; tẽpore hanc ipsam exinanire, & prouenientibus inde symptomatis ægrũ liberare: contra, cum vitiosus succus aliquis, aut corruptela adsit, fieri non potest, vt abunde facta euacuatione sanitati homo restituatur. Nec sanè alio se modo res habet ipsa: plures.n. inuenti sunt, quibus cum degrauaretur corpus, tensionis q; accederet sensus, venæ quàm primum sectione symptomatis his soluti sint: non nullis contra per totum mensem corruptionis nocumentum permansit, dum nec deprauatum sanguinem potuimus vbertim exinanire, nec meliorem aliũ F reponere: nam, vt ex cibarijs rectè in corpore cõfectis bonus generatur sanguis, sic periculum est, ne, dum idonea concedimus alimenta, cum prauo, qui prius inerat, bonus vnà corrũpatur. Quam etiam ob rem nõ omnem se pollicentur corruptionem sanaturos, sed illam vnam, in qua validum adhuc corpus sit, vires q; robustæ, non cum æruginosus penitus factus sanguis fuerit, & qui inditum alimentũ trahere secum in corruptelam possit, sed qui potius ab hoc ipso cõtemperari queat: sed nec, cum ad vires æstimata plenitudo fuerit, sanari continuo æger potest, eo q; cum inanitione vnà ipsa dissoluantur interdum vires. Diximus de huiusmodi affectu in opere de medendi methodo. Ergo raro inanitione hominem continuo sanum reddes: continget tamen quandoque hoc, quemadmodum apparet: & huius sanè rationis veritatem clare ostendit experiẽtia: quidam enim ab euacuationibus statim ipsis omni liberantur molestia: sed nec hosce affectus nosse medico cuiuis promptum est, nec, vt eos norint, statim etiam dignoscere eos valent. Ij sunt igitur, qui maxime nugentur, inter quos, vt verum fateamur, primas obtinet Iulianus, qui, cum nullum vnquam cum artis operibus commercium habuerit, ex his tamen, quæ ipse nouit, audaculus reperitur. Cæterum nos sæpius inter ipsa artis opera post vtriusq; plenitudinis inanitionem homines sanitati continuo restitutos ostendimus, vtranq; dico, & quam ex vasorum æstimamus capacitate, cui plethoræ G nomen est, & quam ex viribus metimur, quæ inanitione non dissoluatur: atq; hæc, cum primum ægros quis visere inceperit, vnà cum ijs, qui sanare nouerint, percipiet omnia.

Aduersus Thessalum & Iulianum de humoribus, qui à purgantibus pharmacis trahuntur. CAP. 8.

Videamus ea, quæ deinceps dicuntur, in quibus Asclepiadæ rationem tractandam suscipit Iulianus peruulgatam illam, qua persuadetur non proprios trahi à purgantibus medicamentis humores, sed ab his generari. Sanè pauca quædam de re hac diximus in calce libri de elementis secundum Hippocratem, sicuti in primo quoque de naturalibus facultatibus: postremo socijs ita rogantibus librum etiam de hoc scripsimus vnum, cui titulus de purgantium medicamentorum facultate: quare vniuersum de his sermonem, qui scire voluerit, inde sibi petat: nos hoc in loco ijs, quæ à Thessalo dicuntur, resistemus: prius tamen eius verba adscribam: Athletam, quem volent, » capiamus bona præditum habitudine, naturaliter q; se habentem: huic bona in corpore cum insit » materia, firma'que, medicamentum exhibemus, quæ'que excernuntur, summe corrupta ostendimus, » vnde colligimus, nemine, qui ijs contradicere queat, reperto, cum, quæ nunc excernuntur » acerrima simul ac corrupta, antequam medicamentum exhiberetur, talia athletæ non adessent H » (bona enim is habitudine erat) nihil aliud nobis restare dicendum, quàm vtraque hæc à medica- » mento fieri: primum quidem materiam ab eo in corruptelam verti, deinde etiam excerni, siue per » vomitum id, siue per aluum fiat. Hæc sunt Thessali verba: audistis autem priuatim à me, quòd in bonæ habitudinis aliquo humores purgentur omnes, id non magis, quòd nunc illi generentur, declarare, quàm quòd antea contineantur: frustra igitur ista attulit, neutrã necessario, aut comprobans, aut demoliens sectam: quòd si aluum subducens aliquid exhibeat, non tamen medicamentosum hoc illis est. Neq; vero inuerecundi Thersitæ more exhibemus, & ostendimus, dicere debuit, cum neque exhibuerit id, neq; ostenderit vnquam, nec iam exhibentem alium, aut ostendentem viderit. At nos ij certe non sumus, qui ea, quæ minime præstamus, dicere, aut scribere audeamus, sed ostensa operibus prius ipsis veritate, tum demum rerum explicamus artem: id quod ex his quoq;, qui de Thessali grege sunt, audias licet, partim quot ex ijs, qui aqua inter cutem laborabant, medicamento dato, quod aquam educeret, ventrem quàm primum ad æqualitatem reduxerimus, partim etiam quot ictericos sanitati continuo restituerimus, bilem trahente medicamento exhibito. Verum neq; hæc, neq; aliud huiusmodi quicquam vidit vnquam Iulianus: athletis purgãs, inquit, exhibeo medicamentum, & ostendo: verisimile videlicet est, vt tanta præditus amentia

athletas

A athletas bonis præditos succis purget, aqua inter cutem laborantes non purget, non regio morbo affectos, non atra percitos bile, non eum, qui morbo, quem elephanta vocant, correptus sit, non cancro affectum, non quem phagedæna, aut erysipelas, aut alius quispiam, qui ex malo generetur succo, morbus infestet: satis nobis de his ipsius nugis dictum sit: nam, si, quæ audire dignus est Iulianus, dicere omnia institerit aliquis, huic non iam vno aut altero, sed longe pluribus libris opus fuerit. Veruntamen eorum, quæ deinceps dicit, aliqua audiamus, hoc modo scribens: Aliud affero validissimum, quo maxime inspecto resipiscere eos æquum fuerat, nō atra omnino bile agi: cum enim subesse bilem arbitramur, pituitam purgans medicamentum damus, nec iam pituita, sed bilis excernitur: cum vero pituitam, hanc ipsam educente medicamento dato non pituita, sed bilis vtrobique deijcitur: hydropicis aquam ducens medicamentum damus, tunc q; cum manifesto in hydropicis aqua contineatur, præter omnium maxime opinionem exire aqua non videbitur: par enim esset, vt, cum bilem trahens medicamentum exhiberemus, bilis, cum pituitam, pituita educeretur. Hæc sunt, quæ dicat, in quo admiratione dignum est, quod primum dixit, non oportere ab atra omnino bile agi: nimirum nos atra percitos bile dicit, quicunque Hippocratem laudamus. Quòd sane lepidum sermonis genus illis potius conueniebat, quibus atrabilarios ab atra infestari bile placet: porrò fabuloso Æsopi asino simillimus esse Iulianus reperitur, qui, cum vnà Aristosico domino accubantem melitensem quendam catellum vidisset, circum'que ipsum saltitantem, ac delitiose ludentem, mota subinde cauda, iucundam præterea quandam emittentem vocem, ob quæ læti conuiuæ erant, ipsum'que exosculabantur omnes, nihil moratus sit, quin in sellam confestim insiliens ruderet, ac sese, caudam identidem quassans, verteret. Huic perquam similis Iulianus cum sit, cauillose in nos inuehitur, obiecta nobis per iocum melancholia, quæ ab atra, vt ipse ait, bile fit. Sine igitur, in te nos de atra bile dicamus, qui, cum arte minus etiam quàm pueruli medici valeas, in Hippocratem inueheris: qua quænam maior inueniri melancholia potest? quę manifestior ignorantia? quæ tandem petulantior audacia? His nos iocose incessis Iuliane, indoctis q; ea ita sermonibus complicas, vt iam ne puerum quidem latere possit, quàm absurda hæc sint. Nam, cum Hippocrates dixerit nullam neque ætatem, neque anni tempus, neque aliud omnino inueniri tempus vllum posse, in quo ex corpore nostro humor aliquis totus pereat, vt quos semper nobis inesse dicat, sintq; nimirum ij, sanguis, pituita, atque vtraque bilis, quos in omnibus inesse omnes existimat, incrementum autem suscipere in alia temperatura, natura'que corporis, ætate, tempore, regione, morbo, ipsius te demoliri rationem putas, si bilioso C pituitam ducens medicamentum cum dederis, hæc quidem euacuetur, ipsa bilis non euacuetur. Age vero, demus hoc manifesto fieri, vt non semper proprium sibi humorem euacuet medicamentum, num falsum propterea videri debet Hippocratis dogma? si nanque humores omnes æqualiter attrahit purgans medicamentum vnumquodque, ipsos autem in propriam speciem quandam mutare solet, nihil erit inter venæ sectionem, ac purgationem discriminis. Quòd si hæc ita habent, haud sane difficulter experientia possumus dogma ipsum probare, duobus'que propositis hydrope laborantibus hominibus, quibus eadem adsit magnitudo, idem corporis habitus, ætas eadem, alteri eorum aliquod, quod aquam trahat, medicamentum dandum, alterius secanda vena, considerandum q; deinde, vtri eorum profuerit id, aut nocuerit: par autem fuerat, vt idem in vtroque fieret euacuationis modus, ac tot mitterentur sanguinis heminæ, quot essent euacuatæ (vt ij quidem existimant) aquæ à medicamento purgante. Verum demus etiam hoc illis, & in altero quidem, qui purgatur, aquæ heminæ euacuentur, verbi gratia, quindecim, in altero autem, cui secta vena est, duæ tantum, videamus nunc, vter horum iugulatus sit (nam quid aliud, quæso, dicendum sit de hydropico, cui missus sanguis fuerit?) atque vter adiutus maxime. Quid mihi hic dices ò bone vir? num similiter, atque ad eundem nos modum refellimus, quemadmodum paulo ante tu faciebas? bilem purgans medicamentum alicui detur, inquit, qui aqua intercute laboret: bilem hoc etiam ò bone vir euacuabit, verùm modicam, omne q; citra emolumentum. Bilioso, quod aquosam detrahat materiam, detur, hoc quidem aquosa euacuabit, sed modica, nec sine detrimento: è diuerso, quod aquam trahat, ascite laboranti detur, quod bilem icterico, hic & plurimum euacuabitur homo, & maximo præterea cum iuuamento. Hæc, si apud medicorum aliquem scripta nondum legit Iulianus, hominis admiror diligentiam: sin, cum ista legisset, ausus est, quæcunque scripsit, scribere, par est, vt illius prudentiam admiratione prosequamur. Ego enim eorum, qui ista audierunt, offendi aures puto. Iulianus, autem, cum de his scribit, insanire nos arbitratur. Respondeat itaque ijs, quos laudauit, philosophis in memoriam reuocatis, à quo nam ipsorum demonstrandi legem huiusmodi acceperit, cuiusmodi vsus ipse est. Si enim, inquit, bilem trahens medicamentum, animantis natum est bilem expurgare, non ipsam generare, in pituitosis non sane bilis euacuaretur: quàm vero mire id, quod consequens est, nouit? O præclaram sophistæ huius dialecticam. Quid'nam tam vnquam prudenter Chrysippus, Aristoteles, Plato dixit? Qui, si de ijs proposita illis foret consideratio, cum nulla penitus contineretur in corpore bilis, id prorsus sequi affirmarent, nullam quoque omnino à bilem trahentibus medicamentis exinaniri, cum vero modica inesset, quæ ab ijs traheretur, modicam quoque futuram

ram esse dicerent, quemadmodum sanè plurimam, cum plurima contineretur. At nouæ huius dia E lecticæ sophista Iulianus, cum modica quandoq; in corpore bilis insit, nullam prorsus bilem, hanc ipsam ducentia medicamenta sequi censet, & postea nos quidem insanire dicit, quicunq; aqua intercute laborantibus aquam ducens medicamentum damus, seipsum vero prudenter agere, cuius placitis consentanea est venæ in his sectio. Simillimũ his ipsius sermonibus est, quod in sequētibus verbis his affert: & quod magna ex parte vicissim intenditur, ac remittitur, indeterminata sanitas similis aliquis factus quantum ad nos, secundum omne continuitatis, quantum ad nos, in eo, quod rarenter, nec sæpenumero fit. Per hæc Iulianus opinionem refellit existimantium corporeos semper esse passionum affectus intensionibus, ac remissionibus in testimonium adductis: id q; facit, ratus se in hoc methodicorum opinioni consentire, à veteris autem magistri placitis dissentire, cum tamen diuersissimum hoc sit. Nam, qui in solidis animantis partibus insunt affectus, obfirmati insunt ac durabiles: at quæcunq; humida sunt, præterquam quòd in alias animantis particulas subinde decumbunt, par est etiam, vt partim in halitum tenuefacta digerantur, partim etiam per meatus sensui patentes excernantur, & nunc quidem à gubernatrice animantium natura concocta, meliora, nunc à febrili immutata calore, deteriora fiant: ac quædam ob calorem hunc difflentur, quædam rursus bonis admista alimentis meliora euadant, non nulla autem à prauis illis confluentibus cor- F rumpantur, siue ea prius etiam, quàm assumerentur, praua fuerint, siue non recte ea ventriculus concoxerit.

Desunt quædam.

Accensas vero ob putrefactos humores febres, nihil sanè mirum sit, si, prout collecti ij per loca fuerint, putrefacti q;, atque exinaniti, ita generationes, ac declinationes sortiuntur: verum hoc illos fortasse quispiam dicentes ferat: at, quod deinceps Iulianus scribit, non iam cum alijs commune, sed ipsi proprium hoc nunc referam: satius autem visum mihi fuit vniuersa illius verba, quanquam prolixiora, adscribere, ad hunc modum habentia. Quod vero intelligi nō potest, cum in plenitudinem, aut corruptelam pro eo, quod præsens poni debet, morbi refertur causa, quis'nam quæso exactissime aliquid dignoscet? affectu de toto corpore abeunte necesse est, omnia in omni parte, particula q; redundare fateamur: vnà enim cum affectu perduret, opus est, continens causa: per totum autem eunt affectus, quales febres sunt, & quamplurima alia, in quibus in toto inesse plenitudinem oportet, plurimam'q;, cum plurimus morbus fuerit, atque ita concessum dicere. Quòd G si vero * * quod contradicit humoris plenitudo: atqui Iuliano non placet morborum, qui in vniuerso consistunt corpore, continentem causam in vno consistere loco, sed, si quis fluxum etiam in bubone continentem esse supponat, febris cum sit, in tantam incidet sermo dubitationem: nam dissoluto bubone, nec permanere illam, nec cessare possibile est, cum manente quidem necesse sit, vt & febris soluatur: soluta autem continentem sui ipsius causam bubonem habeat, oportet: ex q; hoc præclari huius defensoris subuerti rationem necesse est, qua ait fieri non posse, vt morbi, vniuerso in corpore qui sit, causa vnico consistat loco, cum tamen nullam aliam continentis causæ afferre rationem possit, quàm quòd ab ea aliquid fiat, ac cum ea pariter cesset, nisi forte hoc etiam in loco, quemadmodum in alijs quoq; facere consueuit, repente se Stoicum rursus profiteatur: verum cum hoc fecerit, non modo morbi, sed ipsius etiam sanitatis causam afferet aliquam, &, quod minime vult, calidum esse morbum aliquem, & frigidum, & siccum, & humidum dicere cogetur. Quamobrem desinat inanes has nugas afferre, neq; * modum, verum alia excogitet, dum laudibus H quidem nunc Stoicos extollit, nunc ipsorum etiam placita tollit.

GALENI LINGVARVM, HOC EST, OBSOLETARVM HIPPOCRATIS VOCVM, EXPLANATIO,

Mario Nizolio Brixellensi interprete:

Hunc librum Augustinus Gadaldinus, ex plurium Græcorum codicum collatione, pluribus in locis nuperrime emendauit.

CVm volueris ò Teuthra linguas, {hoc est voces obsoletas,} quę apud Hippocratem reperiuntur, quàm breuissime fieri posset, à nobis exponi, libenter & prompte tibi paruimus, huiusmodi studiis pulcherrime morem gerere, pulcherrimum existimantes. Erit autem, vt ipse iussisti, ordo orationis nostræ ex ordine literarum, à quibus ipsæ linguæ initium capiunt: si prius tamē illud definierimus, inter expositionem omnium verborum Hippocratis, & solarum ipsius linguarum, quid intersit. C Quæcunque igitur voces antiquis temporibus erant in vsu, nunc autem non amplius sunt, huiuscemodi voces linguas vocant, & ad has exponendas accedimus. Alias vero omnes, quæcunq; inquisitionem quidem non minorem desiderant, vsitatæ tamen in hunc vsque diem sunt, in ipsorum librorum expositionibus super his inspicere commodius fuerit. Quid enim iudicium, & quid diuinum, & quid integre, & quis in summo bonus habitus, & omnia, quæ talia sunt, oratione quidem longissima ad explanandum indigent, in communi tamen vsu versantur nihilominus, quàm vita, & breuis, & ars, & longa, & opportunitas temporis, & velox: quanquam & harum vocum non nullæ expositionis alicuius egent. Ex quo mihi in mentem venit admirari eos, qui omnia Hippocratis verba se exposituros pollicentur, si quidem non intelligunt plura se prætcrire, quàm docere. Dioscorides quidem, non Herophilius ille cognomento Phacas, sed iunior quidam patrum nostrorum memoria multis libris scriptis non modo dimidiam, sed ne tertiam quidem, aut quartam partem omnium verborum Hippocratis exponit. Ac præter alia multa, cumulus etiam accedit horum duorum, quæ ab eodem in toto opere peccantur: primum quia de manifestissimis nominibus mentionem facit, ad quæ intelligenda non modo multa, sed ne minima quidem explanatione opus est: deinde, quòd hoc ipsum non semel tantum, sed sæpissime facit. D Hæc igitur nos contempsimus, & præter hæc etiam omisimus exponere formam vniuscuiusque arboris, & herbæ, & eorum, quæ ex metallicis fodinis eruuntur, tum autem & piscium, & animalium omnium, de quibus frequenter mentionem facit Hippocrates. Quæ quidem Dioscorides is, de quo loquor, non erubescit transcribere ex libris Nigri, & Pamphili, & Dioscoridæ Anazarbæi, atque ante hos Crateuæ, & Theophrasti, & Heraclidæ Tarentini, & aliorum innumerorum. Idem quoque notissimarum vrbium nomina exponit, similiter´que Astrorum manifestissimorum, quæ ne puer quidem ignorare posset. Atque in his exponendis non hic solus, sed etiam alij complures peccant. Hæc igitur omnia si quis amputet, linguas explanauerit solas, vt Herophilus fecit, & Bacchius, cui Aristarchus grammaticus multitudinem exemplorum congessit, vt aiunt: nos autem (vt scis) plura etiam, quàm illi, excerpsimus, ea´que in commentariis habemus. Quæ celeriter & ipsa, si volueris, latiore enarratione colligemus tibi. Nunc autē, quod iudicatum est, & longioribus illis commentariis demonstratum, roganti tibi, vt per capita habeas, præsens liber compositus est, complectens non solum omnia nomina, quæ cum ab alijs antiquis vsurpata fuerint, nunc amplius in vsu non sunt, sed etiam quæcunq; ipse Hippocrates proprio aliquo modo sibi fecit, vel transferens à consuetudine, vel figuram accommodans aliam,

vel significationem mutans: nanque antiquos multa sibi nomina fecisse, ostensum quidem satis E est ab Eratosthene in libris de antiqua comœdia, [a]† sed ego quoque idem tibi paucis per exempla possum demonstrare, cum pauci admodum facultatem habeant euidentius discernendi, quid nam lingua sit, & quid linguæ simile ab antiquo aliquo factum. Puto autem tibi Aristophanis exempla ex Dętaleis abunde satisfactura, quæ ferè ad hunc modum habent: Ad hęc tu dic Homere, qua'nam lingua vocant κόρυμβα. in illa enim fabula senex quidam ex Dętaleis proponit procaci filio primũ, κόρυμβα quid sint, vt exponat: postea vero, quid vocẽt ἀμενηνὰ κάρηνα: Et ille quidem vicissim proponit linguam, quę in tabulis Solonis est [b]† ad causas differẽtes} hoc modo. Tuus quidem, meus autem hic frater dicat, quid vocent, ἰδυῖοι. Deinceps proponit, quid nam sit bene facere: ex quibus manifestum est linguam antiquum esse nomen, quod ex consuetudine decidit. Quod autẽ vnusquilibet eorum, qui [c]† in studijs doctrinæ} versabantur, putabat licere sibi facere noua vocabula, satis indicat: & Antiphon, qui, quomodo ea facienda sunt, edocet. Indicat etiã & ipse Aristophanes in eadem fabula his verbis, ἄλις ὀρέλη καὶ μύρον καὶ ταινίαι. Postea senex irridens ἦδ᾽ ἐστ᾽ ὀρέλη istud est ab Lysistrato. Rursus autem, cum Procax filius dixisset, fortasse à nobis non perterreberis tempore: & hoc filij dictum senex irridens, ait, hoc perterreberis à rethoribus est: tum rursus, cum ille dixisset, quò tandem tibi hęc verba euadent. Rursus F senex & hoc, euadent, tanquam ab Alcibiade sumptum carpit, ac filius quidem nondum desinẽs, neque reuerens senem, quid coniectas? etiam malos viros diceres eos, qui exercent probitatem. Postea senex, ὁ Trasymache, quis horum patronorum te liberat? Manifestum igitur puto ex his tibi factum esse, vt dixi, esse modum linguarum, cum nomen commune omnibus à consuetudine superante cecidit, vel factum ab aliquo antiquorum non omnino receptum fuit in consuetudinem. Sic igitur & Hippocrates ex nominibus, quæ vsitata non sunt, aliqua assumit, aliqua ipse facit, aliqua autem [d]† nouis adiũctis sententijs} mutat, quorum vnũquodq; vnà cum linguis exponendum censemus, cum ex consuetudine, quæ nunc est, cecidisse videbitur. Sic igitur, si cuius etiam stirpis nomen, vel animalis, vel vrbis valde obscurum fuerit, hoc tibi inter ipsas linguas exponemus: & omnino hoc spectabimus, vt non tibi soli, sed etiam alijs, qui modo primas literas attigerint, liber hic vtilis existat. Si vero quispiam nescit, quid sit ἀνερήσομεν, & ἀποπρόσω, & ἀμφω ἀμφίεσμα, & alia, quęcũq; talia sunt, ad Dioscoridem eum, & ad illius similes remittemus, vt ad eos, qui talia docere non indignum putant. Cum igitur apertè definitum sit à nobis, quid'nam sit lingua, quid vox vsitata, & cum dictum sit existimasse nos idipsum, quod iudicatum est à nobis, & demonstratum in alijs libris, hic tibi solum sine demonstatione esse scribendum, ad explanatio G nem iam ipsarum linguarum accedamus, eligentes ipsas ex omnibus libris non solum vere Hippocraticis, sed etiam ex ijs, qui Hippocrati quoquo modo sunt inscripti. Quòd autem multæ à Bacchio prætermissæ linguæ hic scriptę sunt, quod'que nullam nos prætermisimus, ipse liber docebit, quemadmodum & illud, quod prout videtur oratio postulare, [e]† aliquãdo quidem interpretamur ipsam locutionem, qua cum exposuimus linguam}: in plurimis autem id facere negligimus, cum [f]† sine interpretatione} speramus ipsam explanationem fore manifestam.

A† Hoc in loco, vbi codices græci impreßi habẽt, ἐπι παραδειγμάτων ὀλίγων ἐχόντων γινώσκειν ἐναργέστερον οἷον μέντι &c. manuscripti duo habent. ἐπὶ παραδειγμάτων ὀλίγων, ὑπὲρ τοῦ γινώσκειν, &c. vt sic postea vertatur. Sed et ego quoque nunc tibi breuiter poßũ per pauca exẽpla ostendere, quo euidentius cognoscas quid nam ligua, etc.

B† Aliqui co. habent, εἰς δίκας διαφερούσας, i. ad iudicia, seu causas spectantem.

C† περὶ λόγους.

D† significatis.

E† ποτὲ μὲν παραγράφομεν αὐτὴν τὴν ῥῆσιν ἐξ ἧς ἐξηγησόμεθα τὴν γλῶτταν, *i. aliquando quidem adscribemus ipsã orationẽ, ex qua exponemus linguam.*

F† χωρὶς ῥήσεως.

INITIVM VERBORVM LITERAE A.

[a]† ἀγκυλιδωτόν. Anſulam vel annulũ habens, dictum eſt autem de [b] curru.
[c]† ἀγκυρομήλη. Speciũ ſiue ſpecillum hamatũ.
[d] *ἀγγλιθές. Partes capitis allij.
ἀγρία κολοκύνθη. Colocynthis, i. agreſtis cucurbita, vt Crateuas, & Dioſcorides, & Pãphil⁹.
ἄγροφον. Montanum, ſylueſtre.
ἄγυια. Imbecillia, {quaſi membris carentia.}
ἀγχόμενος. Qui ſuffocatur.
ἀδαξᾶσθαι. Morderi cum pruritu.
ἀδεῶς. Negligenter, ſine cura.
ἀέτωμα. Pars tecti in ſublime erecta, vt triangulus.
ἀτέλγεται. Remittitur, reſoluitur.
ἀθήρ. Et tuberculi, quod in palpebra oculi natũ a ſimilitudine hordei Crithe dicit̃, pars acuta eſt, vt in ſecundo de morbis minore, & eius partis ſummum, quæ in cuſpide ſagittæ πώγων, hoc eſt barba appellatur, vt in quinto de morbis popularibus.
ἀθώρηκτος. Qui non ebrius eſt.
ἀγλίη. In oculis albicans cicatrix, vt in maiori de prædictione, & albeſcentes humores concreti, vt in Coacis prænotionibus.
αἰγοκέρας. Quod & βουκέρας, & τῆλις, i. fœnugræcum.
αἰγύπτιον ἔλαιον. Ægyptiũ oleum, quod ipſi vocant cicinũ: veteres quidẽ ex ricino ricininũ.
αἰγύπτιον ἔλαιον λευκόν. Ægyptium oleum album, quod ex lilijs conficitur, & lilinum, & ſuſinum nominatum eſt.
αἰγύπτιον μύρον λευκόν. Ægyptium vnguẽtum album, quod & medeſium nominatum eſt, confectũ ex lilijs, et aromatibus, proptereaq; vnguentum non oleum vocatur, idem q; lilinunguentũ, et ſuſinum vnguentum appellatum eſt.
αἰγύπτιον μύρον. [e] † Ægyptium vnguentũ ex flore ægyptiæ ſpinæ, quod & metopium nominatum eſt.
αἰγυπτίην στυπτηρίαν. Ægyptium alumen, quod & ſciſſile, & triſciſſile nominamus.
ἀεί. Significat aliquando, apud Hippocratem etiam donec, & apud multos alios antiquos.
αἰθάλη. Idem quod {fumus vel} fuligo.
αἰθιοπικόν. Subaudiendum eſt cuminum.
αἰθόλικες. In ſumma cute circuli, ſimiles circulis rubris, qui ab igne excitantur, ab αἴθειν, quod eſt vrere nominati, & αἰθυλικώδεα. videlicet his circulis ſimilia, quæ multi vocant αἱμάλωπας.
αἱματοφλοισβοιστάσιες. Sic. n. Dioſcorides ſcribit, compreſſiones ſupertumeſcẽtis ſanguinis exiſtimans ſignificari. Quoniam & alibi ait, in inflammatis ſanguinis effuſionibus retentio opportuna. plures tñ ſcribunt αἱματοφλεβοιστάσιες, & venas inflatas ſanguinis plenas ex nomine ſignificari putant.
αἱμοκέρχνα. In ſanguinis effuſione aſperitatem inducentia, hoc autem eſt morſus quidam ſubaſper irritans in aſpera arteria.
αἰνειάτης. Ab Ænea ciuitate Thraciæ, quem eundem & αἰνειοτικὸν aliquando vocat.
αἰόλλεσθαι. Quaſi vagari, & errare.
αἰών. Vita.
ἀκαλήφη. Quæ quidem & vrtica.
ἀκεστά. Curabilia, nam ἄκη, medicamenta ſunt.
ἀκήρατος. Incorruptibilis.
ἀκίς. Sic nominatur ferrum ſagittæ.
ἀκόνην. In adiunctis libro de ratione victus, ſic noïauit mortarium, ſimiliterq; Theophraſtus in libro de ſtirpibus octauo.
ἄκουσα. Repleta.
ἀκράλεα. † Filia fœmina, Minerua, Venus.}
ἀκρέσπερον. Summa veſpera, hoc eſt, prima, & incipiente.
ἄκρητον. Impermiſtum. ſic. n. nominatur omne, quod cum altero miſtum non eſt, & puram ſuam ſeruat naturam.
ἀκρητοχόλους. Puram contrahentes bilem.
ἄκριτον πάγος. Velut immenſum ſpatium. dictũ eſt autem in libro de hebdomade de eo, quod eſt extra mundũ, vel infinito, vel inani, quod cogitatione informari non poteſt.
ἀκρόπλοα. Superne, & tanq̃ in ſummo nauigãtia, ſic & ἀκρόπλοοι, in ſummo nauigantes.
ἀκροσαφής. Lingua ſic dicta eſt in ſeptimo de morbis popularibus, tanq; ſua ipſius extrema non informans, hoc eſt inarticulata propter motus difficultatem.
ἀκρόσαπες. In ſuperficie mutatum.
ἀκρόψιλον. In ſummo glabrum, hoc eſt nudũ.
ἀλαία φθίσις. Incomprehenſibilis corruptio. Sic nominata eſt in libro de locis in homine, tanquam cæca, & inuiſibilis.
ἀλάπτης. Qui eſt ex Alaptis, Alapta enim oppidum eſt Thraciæ.
ἀλάστορες. Et ipſi homines, qui talia perpetrant, ob quæ cruciari mereantur, & vindices dei, qui eos perſequuntur.
ἀλγήματα. {Ægrotationes, nam} ſæpe & de ipſa ęgrotatione nomẽ inducit, & τὸ ἀλγεῖν ſimiliter pro ægrotare, & aliquid pati, & alia ab ipſo.
ἀλεάζειν. Calefacere.
ἀλεῖον ὕδωρ. Aqua conferto imbre cõgregata.
ἀλεῖον. Congregatum, confertum.
ἀλεξητήρια. Remedia, & auxilia, quæ malis arcendis adhibentur, nam & ἀλέξασθαι auxiliari eſt.
ἀλέουσιν. Congregant.
ἄλειφα. Oleum, vel adeps.
ἀλέως. Collectim.
ἀλεότητα. Congregationem.
Αληθεύουσιν. Decipiant, imponant: dictum eſt autem & in errore.

Marginal notes: * κέρχνον. — † ἀκρεα. — * ἐμπλέοντα quã dictione alij vertũt natatia, vel fluitantia. — * ἐπιπολῆς eſt in aliqbus co. ut uertit interpres, in alijs ὅτι βραχὺ, i. parum. — * tabes.

ἀλθεῖν. Curare, ſanare.
ἄλθεξις. Curatio, ſanatio.
ἀλθίσκειν. Curare, ſanare.
ἄλκαρ. Remedium, Auxilium.
ἀλλογνοῶν. Deſipiens, & tanq̃ alia percipiens, quam quæ ſunt, ſic & ἀλλοφρονήσας dictum eſt ab ipſum, de eo, qui mente alienata eſt.
ἀλλοιοτρέπεται. Vertitur varie.
ἀλλόκοτον. Obſcurum & incognitum.
ἀλλοφάσσοντες. Deſipientes, inſanientes.
ἀλαοί. Cæci, quod & ἀλαὸς cæcus eſt.
ἀλυκόν. Salſum.
ἀκρητόχολον. Sic nominat eum, quem & ἀκρόχολον, hoc eſt, qui puram congregat bilem.
ἀλύζει. Fluctuat, iactatur: ſic & ἀλύξει in futuro dictum eſt.
ἀλυσμόν. Quod & fluctuationem quandam, et hæſitationem, quin & agitationem vocant, & ἀλυχὴ hoc idem.

*Hen. Steph. legendum putat τινες, id eſt quidam.

ἄλφιτα. Non ſolum ex hordeis farinæ ſic vocantur: nam in primo de morbis mulierum ἄλφιτα πυρινὰ, hoc eſt farinæ triticeæ dictũ eſt: in ſecundo autem de morbis maiore, & lentium, & eruorum ſiccatorum. Omnis igitur moliti grani mediocri magnitudine fragmẽtum ἄλφιτα appellant, nam maiora fragmenta, κρήμνα, hoc eſt craſſiores farinę, minora autem ἄλευρα, hoc eſt tenuiores farinę nominantur.
ἄλφιτα προκώνια. Quæ ante coni ſiue metæ cõſtructionem fiunt, hoc eſt ex recẽtibus, & teneris hordeis, conus.n. quidam in areis etiã nunc erigitur, & maxime in pluuioſis regionibus, lignum rectum, circa quod componuntur fructus in coni, vel metæ formam.
ἀμαλδύνεται. Ipſi vſitatũ eſt, quaſi offuſcatur, & quaſi obſcuratur, vt in ſecũdo de morbis mulierum, oculi offuſcantur.
ἀμαλῶς. Et molliter, quod idẽ valet, quod non valde, vt in libro de purulentis. Hoc autem molliter vitãt: Et facile: vt in primo de morbis maiore, Et oculis non facilẽ videt. & in ſecundo maiore, Et cibos non facilẽ recipit.

* ἀμολῶς.

ἀμαμηλίδας. Genus quoddam meſpili, plurimum in Italia naſcẽs, vt Dioſcorides ait, quidam autem ἐπιμηλίδας aiunt eſſe poma parua ſylueſtria.

† de ijs, quæ ĩ medicatrina fiunt.

ἄμβη. Altior eminentia.
ἀμβλυωσμός. Scilicet abortio, ab eo quod eſt, abortare, ſed et ἀμβλυωπία, hebetudo viſus, vt in maiori de prædictione.
ἀμβλυωπώτερα. Obtuſius videntia, hoc eſt obſcurius.
ἀμίρων. Auferens, & accipiens.
ἀμβυνόν. Inualidum.
ἄμη. Quodam modo, ex aliqua parte, mediocriter.
ἀμήνας. Qui eliſit, & laniauit.
ἀμοίη. Sic in libro † de ijs, quę ad chirurgiã pertinent, Dioſcõrides ſcribit, Mediocri com*preſſu viciſſim declinent ad augmentum, et reformationem carnium faciant. Cæteri aũt ſcribunt ἀλλοίη, Ait autẽ Dioſcordes ἀμοίη, mediocria eſſe, ſed teſtimonium nullum apponit.

* Codices quidem oẽs græ. quos viderim, habent Dioſcorides. Galenus tamẽ in procemio libri d ijs, quæ in medicatrina fiunt, citat librum Dioclis de iis, quæ in medicatrina fiunt:

ἀμυστί. Totum ſimul, ſine clauſione labrorum.
ἀμφιβραχίων. Locorum, quæ ſic vocantur, circa tonſillas.
ἀμφίδιον. Oris vuluæ rotũda extremitas, quę labris cucurbitulę ſimilis eſt, per metaphoram à mulierum armillis nominata, quæ & ipſe ἀμφίδια vocantur ab eo, quod eſt comprehendere circulariter, & tanq̃ circũligare.
ἀμφιδέξιος. Tanq̃ vtrinq; dextra: hoc eſt vtriſque manibus, vt dextra vtens: talis enim eſt & apud poetam ambidexter, ſic Hipponax dicebat, ambidexter enim ſum, & nõ pecco. Quidam ἀμφιδέξιον intelligunt, non recte, eam, quę in dextris partibus vuluę cõcepit.

* concepta vide etia aph. 43.

ἀμφιμήτριον σημεῖον. Sic nominauit in ſecundo de morbis popularibus, quod affectionũ vuluæ ſignificatiuum eſt.
ἀμῶς. Quodam modo, ex quadam parte, mediocriter, ἄμη, de quo ſupra dictum eſt.
ἀναγνῶναι. Sententiam mutare, veteribus dediſcendis noua diſcere.
ἀνάκαρ. In ſuperiorem partem, vt ἐπίκαρ, in inferiorem partem ex montibus.
ἀνακικίουσιν. Reſiliunt.
ἀνακῶς. Caute vel apte ad cuſtodiendum.
ἀνακοχή. Intermiſſio, dilatio.
ἀναλδής. Quod non alitur, quod non augetur.
ἀνάλμυροι. Inſulſi, vel nõ ſalſi, Dioſcorides ſic, Multi diuidentes legunt.
ἄναλτον. Sine ſalibus, & non ſalſum.
ἀναπλάξεις. Illinitiones, Inunctiones.
ἀναπλῆσαι. Forare, perforare.
ἀνάρρινον. Per nares retro verſum iens. Quidam diuidunt, ἀνὰ ῥινόν: vt ſit per cutem.
ἄναυδος. Qui bene, & apte verba facere neqt: ἄφωνος autem, qui omnino vocem emittere nõ poteſt. In tertio morborum popularium deinceps inuicẽ de Pythione dicta ſunt: ſic habet, & illud apud poetã de equo. Loquentem autem fecerat Dea alba vlnas Iuno.
ἀναφέρειν. Significat interdum, et ſubſingultire reſpirantem, vt in primo de morbis minore, & ἀναφέρειν, vt pueri cubantes, flenteſq;, & in nares retrahentes ſpiritũ: hoc idẽ eſt, cum ſpiritus in aliqd impingens, dũ extra fert, retro duplici reuocatione, atq; intro recipitur.
ἀναχαίνεται. Suſcitatur.
ἀνδρογένειαν. Per viros ſucceſſio generis: nam per mulieres ſucceſſio tale aliud nullum nomen habet ſimile.
ἀμβήξατο. Cum tuſſi expuit.
ἀνειλύματα. Tormina, στρόφους.
ἀνειλιχθῶσιν. Surſum verterint, conuoluerint.
ἀνειρυσθέωσιν. Euulſi fuerint.
ἀνείσας. In ſublime maxime ſurſum pendens, compoſitum

compositum est ex sursum & profectus.

ἀνεμοῦνται. Inflatur.

ἀνηρείτων. Inconcussorum.

ἀνεστραμμένα. Perturbata, dictum est de vrinis.

ἄνεως. Mutus, & mente perculsus.

ἀνήνιος. Carens molestia, & illæsus.

ἀνηρείκτῳ. Non diuiso in minuta, sed ex vltimis farinæ crassioribus partibus composito.

ἄνθεα. Flores non solum hos ad coronas, sed ad alia omnia sic nominat: ac semina similiter aliquando vocat, vt secundo de morbis mulierum: sed & rubores, vt in Coacis prænotionibus, & sputa ἀνθηρὰ rubra, & subcruenta dicit in sexto de morbis popularibus.

ἀνθινὸν οἶνον. Hoc est, florulentum quod ita nominatur, vel ex floribus grato odore præditū. quemadmodū & κυκεῶνα ἀνθινόν, hoc est potionem quandam floribus conditam nominauit in secundo de morbis maiore.

ἀνθινὸν ἔλαιον. Lilinum, vel irinū dicitur, quod ipsum etiam susinum vocatur.

ἀνθινὸν μύρον. Quod & susinum vnguētum, & lilinum vnguentū. Differt autem à florato oleo ante scripto varietate odoramētorum.

ἀνέθυντο. Videlicet sursum direxerunt.

ἀνωργισμένον. Quod est & remollitum: quoniā ὀργᾶσθαι est mollire, & tanquam subactū & emollitum, vt in secundo de morbis maiore. ὀργᾶν.

ἀντικοντώσιος. Reuerberationis eius, quę remo fit. Quod & σκήμπων vocatur.

ἀντίῤῥινα. Herba quædam, quam bucraniō, & lychnida agrestem vocant.

ἀορτέων. Pulmonis pars separata ex vtraq; parte, vt in libro de morbis maiore: preterea & ἀορτεῖν, hoc idem aliqñ appellat, vt Dioscorides arbitratur: sed hoc non satis constat.

ἀπαρτίως. Perfecte & exacte. Dioscorides autē ait hoc verbum totum contrarium significare, vt in libro de ratione victus acutorū, vbi ait, Et plerunq; perfecte in talibus temporibus transeunt ad sorbitiones. Mihi autē & hoc loco videtur perfecte, & exacte significare: atq; hoc modo Attici hoc nomine vtuntur: cuius plurima exempla in paruis commentarijs habere possis.

ἀπεβράσατο. In quinto de morbis popularibus sic scribit Dioscorides, & ait ipse hoc ἀπεβράσατο verbo significari, & ἀπεβήσατο, cum alij ferè omnes ἀπεβήσατο, hoc est euenit scribant. Dioscorides enim, & Artemidorus cognomine Capito, ex eo quod alijs vsitatum erat, nomina multa transmutauerunt, nihil diuersum ab antiqua scriptura indicantia: quorum nobis quoque necesse est meminisse.

ἀπιλλήθη. Exclusus fuit, ἴλλειν enim claudere.

ἀπερχθῆ. Exclusus est.

ἀπόγονα. Fœcunda, quidam intellexerunt infecunda.

ἀποκεκαρπωκός. Quod oī fructu exhaustū est.

A ἀποκεκριμένῃσι. Separatis.

ἀποκηδέστερον. Negligentius.

ἀποκναίειν. Maxime quidem abradere, sed & corrumpere, & extenuare.

ἀπομυλλήνας. Protendens labra compressim.

ἀπονενοημένως. Sine reuersione, {siue irreuertibiliter, vt ita dicam.

ἀποπαλλήσιος. Expulsionis, hinc et ἀποπαλλώσεται. i. expelletur, aliqñ quidē actiuum ἀποπάλλειν. i. expellere significat, vt i primo de morbis mulierū: aliqñ & passiuū ἀποπαλλήσεται expelletur, vt in libro de natura hoīs.

ἀπορέγει. Porrigit.

ἀποσβεὶς. Extinctus.

ἀποσιτικά. Quæ fastidium cibi, & inappetentiam faciunt.

B ἀποσκήψεις. Scarificationes {siue venarum sectiones,} vt in primo de morbis maiore.

ἀποσκληρύνει. Exiccat, indurat. * ἀποσκελετεύει.

ἀποσπαρθάζουσιν. Palpitant, vel saliunt, vt in secundo de morbis. σφύζειν.

ἀπόσταγμα. Fœculēta colatura, quod & ὑπόσταγμα dicitur.

ἀπτίστων. Integrorum, in integras farinas diuisorum, imperfecte fractorum, parte furfuracea non secreta.

ἀπυρηνομήλῃ. Acumen non habenti, hoc est, auriculario specillo.

ἀρακίδας. Triticea legumina minuta: legumē enim est aracos.

C ἀρβύλαι. Calcei alti.

ἄργης. Serpens quidam sic nominatus.

ἄρδας. Sordes quædam, & spurcitia, & ἀρδαλῶσαι. Fœdare.

ἀρθρικόν. Articulis accommodatum.

ἀρικύμων. Quæ cito prægnans fit.

ἆρις. Non solum instrumentum, sed etiam herba quædam sic nominatur.

ἀρκτιός. A septentrione spirās, quidam autem ἄρκτιον omnino scribunt.

ἁρμής. Suturæ in capite.

ἀρμοίως. Statim, Dorica vox.

ἀῤῥοίας. Suppressiones menstruorum.

ἀρτίζωα. Paruo tempore viuentia.

ἀρτίστομα. Vndecunq; plana, æqualia.

D ἀσκαρίδες. Vermes tenues, & longi in recto intestino geniti.

ἀσκύς. Figulinas ollas, quas & πυελάτυς, & φακὰς nominant.

ἀσᾶται. Et ignēscit, vt in primo de morbis mulierum, & fastidiosa satietate, ac grauiter affectus est, vt in secundo de morbis maiore. * πυρῆται. co dices duo manuscripti habēt πίμπραται, i. repletur.

ἀτέραμνα. Difficilia ad conficiendum, & dura.

ἄτρακτον. Non solum eum, qui ad lanificium vtilis est, hoc est fusum, significat, sed etiam lignum sagittæ.

ἀττικὸν ἀγγεῖον. Atticam ollā, aliquando quoque echinum appellatam.

αὐαντὴ, vel αὐάνη. Quidam desiccās morbus.

αὐτίτην οἶνον. Vinū huius anni, præsentis anni.

αὐτόδερμον. Quod per se mouetur, vt in libro de Hebdomadibus.
ἄυτως. Stulte.
ἀφάς. Vincula, παρὰ τὸ ἅψαι.i.ab eo quod est vincire.
ἀφασσόμβρα. Fricata, & ἀφησσαμδύη, quę fricauit, vel contrectauit.
ἀφεάζει. Desipit, intelligendi expers est.
ἀφρεῦντα. Spumantia, bullę modo tumescētia.
ἀφύει. Dealbatur, & tanquam aphyæ colorem habet, sic & ἀφυώδης vocat aphyæ colore simile.
ἀχιλληιάδας κριθάς. Bene nutrita hordea, & magna, à quodā Achille nominata, vt aiunt, agricola Babronij.
ἀψίῤῥοον. Retro fluens.
ἀψυχεῖ Animo deficit, & ἀψυχίη animi defectus.

β

βάκχαρις. Lydium quoddam vnguentum.
βάλβις. Concauitas oblonga.
βαλοῖος. Qui ex Valœa vrbe Macedoniæ.
βδέλλα. In maiori de prędictione, & secundo, vt quidam inscribunt, varicosam venam ait sic nominari Dioscorides: mihi autem videtur proprie dici nomen de ipso animali: etenim affui olim cum hoc diceretur in eo libro, & dubitantibus multis de his, quæ fierent, solus ego ex scripto aggrediens præcognoui veritatem.
βηκείοις. Ouibus.
βησσιακή. Ex Bessis in Thracia.
βλακεύειν. Paruipendere.
βλαβεραί. Humidæ, mucosæ.
βληχρόν. Legumē quoddam, quod & βλήχιον scribitur.
βοάνθεμον. Bouis oculus, quod idem chrysanthemon nominatur.
βόλβιον Quale ipsum est Hippocrates docet in [a] librō de morbis mulierum: male igitur quidam bulbi nomine narcissum significari putauerunt.
βολβιτία. Quæ à multis βομβύλια appellātur, genus autē est hoc paruorum polypodum.
βολιτόν. Stercus boum.
βομβύλιον. Poculum quoddam angustum os habens, vel potio, siue poculum à resonando dictum.
βοὸς θαλασσίε. Bouis marini, chartilaginosus est hic piscis.
βυβάλιος. Cucumer agrestis.
βυκέρας. Fœnum gręcum, [b] Mēnitheus in appellationibus medicamentorum, & anagallidem sic appellari ait.
βυπρήστης. Et animal cantharidi simile, est & quoddam olus agreste, cuius mentionem facit [c] Dioscorides in primo de sanitate tuenda, & in libro de oleribus.

βρῆγμα. Quod cum tussi expuitur, in primo de morbis maiore, & βρήσσειν cum tussi expuere, quidam hæc sine litera rho scribunt.
βρόγχης. Charthilagineæ arteriæ.
βοτράχε. Ranæ dicit, quidam autem omnino βατράχε scribunt.
βρυγμός. Stridor, qui ex dentibus collisis efficitur, & βρύχειν sic stridere.
βύζην. Cumulate, vel [a] dēnse.

γ

γαλιάγκωνες. Qui paruum, & gracile habent brachium, partes autem circa cubitum turgidiores, vt mustellæ: qui autem aiunt γαλῆν brachium nominari, & hoc positum esse nomine, fortassis videri possint male intelligere, non enim γαλιάγκωνας, sed γαλιοβραχίονας oportebat ipsos nominari.
γαμψάς. Curuaturas habentes quasdam.
γαυσός. Curuatus in partem exteriorem.
γιγγλύματα. Contrario modo ineunt inter se, vt in ianuis cardines.
γῆ σμηκτίδι Cimoliæ, id est albæ cretæ.
γῆ κεραμιτίδι. Argillæ.
γῆ χαλκίτιδι. Nihil plus significat, q̃ chalcitis lapis.
γήχυτον. Exterior pars terræ, quę mollis est, & minime lapidea.
γλαμυροί. Aquosi, & humidi.
γλοιάζειν. Conniuētes versare oculos, & γλοιώδως per similitudinem, dormitanter, {vt eo vtar vocabulo,} dicebant.
[b] γλυκύρριζης βοτάνης. Glycyrrhizę, vel dulcis radicis appellatæ.
γόγγρωνα. [c] Tumorē gulæ,} ab eminentijs rotundis, quæ in truncis arborum nascuntur, vt Theophrastus in primo de stirpibus, sic inquiens, Non nullæ autem gongros à quibusdam vocatos habent, [d] † vel quod pro arboris natura respondeat,} vt olea.
[e] † γογγύλιον. Rotundum,} & [f] γογγυλίδια, parui globuli, vt pilulæ.
γειφόμβρα. Quæ inuoluūtur, dictum à gripho quod est rete piscatorium.

δ

δακτύλιος. Circulus, Rotula, in libro de sterilibus.
δαιτίδες. [g] Māgnæ lampades, [h] † ardētes q̃ vocantur,} abutentibus autē aliquando significat etiam allij caput, eo quod ex multis spicis compositum colligatur, vt lampades.
διεδρος. Transparens. In secundo de morbis maiore.
διακνέει. Idem quod mœrore afficit, quod ipsum & διακναίει dicitur.
διαπεπληγμδύα. Multū circa crurum exortū diuaricata, πληχὰς enim quod inter exortum crurum,

A * secundo.
B * μώνθ... est ī impressis quāquam inferius ī dictione, Indicalegitur in impssis ...ς. Illic tamē ī manuscrip. legit ...ς.
C * Cod. duo vetustissimi græci habent hoc in loco Diocles, cuius Galenus sæpius meminit in libris de Alimentorū facultatibus, citās librūs eius de sanitate tuenda, et in quar to de Articulis com.32. ci... s librum de Oleribus.

A * π... quam ... nè aliq... tunt, si... ter.
B * ... χυσι...
C * ... celen.
D † ... ... quod ... ne ... ... s. gon...
E † ... cod. ... γυλ... γύλ... tuna
F * ... γύλ
G * ... cod. ... pari
H ... ... ται ... pres. ... nus. ... pti ... hab ... ... ται ... tes lampa... des. ... mer ... λ C ...

crurum inter est.
διάστημα. Tanquam lanis similem corporum ipsorum compositionem.
διαστομωτεῖδα. Specillum dilatans.
διαφλύξιες. Effusiones.
διαφλυχθεῖσα. Perfusa, humectata.
διαφλυχθέν. Humectatum.
διαφλύοντα. Humectantia.
διαφερς. Spumans.
διὰ χωρίς. Ex interuallo.
διδυμη. Radix herbæ, quæ & ὄρχυς nominatur.
διεβλήθησαν. Decepti fuerunt.
διῆσαι. Concurere, in secundo de morbis mulierum significat transcolare, & diuidere.
δίιδρος. Humida, exudans.
δικλειδος. Bipartitus, vt possit inferiore parte clausa superpositam aperire.
δίκερων. Tanquam biceps, quod & bifidum dicitur, quod ipsum etiam ἤδικερν significat.
διοπτος. Tēpli curator, παρὰ τὸ διοπτεύειν ἤδιέπειν, i. à dispiciendo, vel curando, quæ sunt in ipso.
διορρώσιος. In serosum, & aquosum mutationis.
δίπνοον. Foramen paruum eorum, quæ ad vacua perforata sunt, & tanquam duobus oribus respirant.
δόρπου Cœnæ.
δρασπά. Dilacerata.
δυσανίης. Critias in libro †de natura amoris, vel virtutum, sic exponit nomen, δυσανίης autem est quicunq; propter parua tristatur, & propter magna magis, quàm alij homines, vel diutius.
δυσήνιος. Qui non facile tristatur, est autem & difficulter frenabilis, & morosissimus.

* Hen. steph. leg. δίμε-- i. biparti ta. porta, genitio casu.

† eiusdem libri duas īscriptiones tam dicitur habere: ῾ similé nō est. Vel igitur de natura amoris, vel de natura virtutū, legendum est, vel de natura aut virtutū. Per tamen le Videtur probabilior. Error enim nominis similitudine: alterum uidetur esse glossa.

ε

ἐβλημάσθη. Mollificatus est, molle factum est.
ἐγγαστρίμυθοι Qui clauso ore loquuntur, quia videntur ex ventre loqui.
ἐγκάμψει. Innixu, & ἐγκεκαμμένοι inflexi, innitentes, incumbētes've, & adunci, dictum est autem de vnguibus.
ἐγγενές. Congenitum, proprium.
ἐγκάς. In profundo.
ἐγχαλίνωται. Frenis velut circundatus est.
ἐγλευκισμένος. Qui subterrestris, & subliuidus est, qui desijt albus esse.
ἔγρησις. Vigilantia.
ἐέργαται. Constringunt.
ἔθερασεν. Pungebat, stimulabat.
ἐκβάλλει. Eijcit, expellit.
ἔκδεξιν. Successionem.
ἐκκολύψας. Qui corticem detraxit.
ἐκκλύσω. Significat aliquando, & inundetur, vt in libro de sterilibus, & in adiunctis libro de vulneribus capitis.

A ἔκμαγμα. Et subacta massa, et crocomagma, vt in libro de sterilibus.
ἐκμάξαι. Et formare: aliquando etiam aliud facere, & mutare, vt in libro de sterilibus, digito formare, hoc est tanquam rotulam effingere, sed & exprimere, vt in libro de morbis primo maiore, de spongia, & mercuriali herba, & sambuci folijs.
ἐκματεῦσαι. Inuestigare.
ἐκμιαίνεται. Emundat semen.
ἐκνεφίας ὄμβρος. Imber cum sole factus.
ἐκνεφίας πυρετός. Humida simul, & inflammata febris, quemadmodum & sol, cum quo simul imber fit.
ἔκνυζεν. Strepebat, nomen formatum est à strepitu.

B ἐκνύπτη. Explicata, explanata.
ἐκπεπληγμένον. Detortum.
ἐκρήγμασιν. Scissuris pannorum.
ἐκσυρρηγνῦνται, Aperiuntur.
ἐκτόμου. Veratri nigri.
ἐκτρεψιν. Ad viscera mutationem.
ἐκφυσάνει. Erūpit, sic aūt & ἐκφλύει, i. ebullit.
ἐκχύμωσις. Effusio humorum.
ἔλαιον ῥόδινον. Oleum rosatum, quod aromatibus conditum non est.
ἐλατήριον. Non solum ex agresti cucumere factum, sed etiam omne, quod deorsum ventrem purgat.
ἔλεια. Agrestia.

C ἐλιθερὲς. Tanquam à sole calidum.
ἐλιθερείσθω. Insoletur.
ἐλιννύειν. Quiescere.
ἐληχήνδισάμην. Plurimum disserui.
ἐλκυστῆρι. Instrumento quodam ad infantem ex vtero extrahendum.
ἔλυτρα. Velamenta.
ἐμβάφιον. Acetabulum.
ἔμιαι. Vomitus, Atticum nomen.
ἔμπλην. Propè.
ἐμπύους μοτοὺς. Linamenta concerpta, {quæ circumuoluuntur, & vulneribus induntur, ad saniem purgandam,} vel lemniscos.
ἐμυκώθη. Dioscorides quidem ait, conclusit, plurimi autem, adnascētias habuit humidas, vt & fungi.

* Hen. steph. legendū putat ἐλεγηνδισάμην

B ἐμηλώθη Induruit.
ἐμυλήθη. Contabuit.
ἐνθλάσει. Infringit.
ἐνθράσει. Vrgens pungit.
ἐξαλίπτης. Illitor, vnctor.
ἐξαλίζοιτο. Exinaniretur.
ἐξαύτης. Sanus.
ἐξαράγμα. Confractio, collisio.
ἐξαρύαται. Euacuatur, exprimitur. Quidam vero, hostiliter aggreditur, minas facit.
ἐξάρυσις. Exhaustio.
ἐξαστίας. Quidam lina exurgētia à summis linteis scissis, & à pannis vilibus fila, mihi aūt etiam ante quàm scindātur extantia eodem

modo videtur appellare.

ἐξηπελασμένον. Panno tenui colatum, est autem ἤτελον tenuis quidam, & agrestis pannus.

ἐξείνει. Euacuat.

ἐξυρα. In angustum contracta, quæ & μύουρα nominant.

*Hen. Steph. legendũ putat μύουρα.

ἔπαιρα. In angustum desinẽtia, quæ & ἔξυρα.

ἐπαλύνων. Spargens: apponitur autem, & ad magis.

ἐπικέρας. Fœnũ græcum, quidam aliam quandam herbam sic nominatam.

ἐπικτένιον. In mulieribus pubes, quæ vocatur, nam supra pectinem est, in stuppa autem, vel lino pectini insidẽtem puluerem in opificio.

ἐπιμηλίδα. Dioscorides quidẽ in primo de materia, genus Mespili σιτάνιον etiam appellatum, quidam autem mala parua syluestria, quę & ἀμαμηλίδεις nominantur.

† Vide superius in dictione ἀμαμηλίδας.

ἐπιμυλίδα. † Os, ceu conchula quædam genu tegens, latum, & rotundum, quo genuum commissura obtegitur, vulgo patellam vocant.}

† τὴν ἐπιγονατίδα, τὴν μύλην.

ἐπισκληροῖς. Induratis.

ἐπίσημος. Cunctatrix, cogitabunda, hæsitans.

ἐπίχνουν. Humorem concretum lanuginosum.

ἐπορηξάμεναι. Extensæ, in longum porrectæ.

ἐπόχιον. Palmes, ex quo natum est quippiam, vt ex colocynthide.

ἐπῶδες. Fœtens, & tanquam male olens.

ἐπωκεστέρη. † Aceto multo vtens.

† Al. ἐπωκλέρη

ἐρυγάνει. Abijcit, repudiat.

ἐρεύγη. Ructus, eiectio.

ἐρείκιδες. In crassiores partes diuisa hordea, quidam bifariam diuisa, nam & ἐρηγμόν, hoc est legumen fresum ab eo, quod est bifariam diuidi, aiunt nominatum esse: mihi autem παρὰ τὸ ἐρείκειν, id est, ab eo, quod scinduntũr omnia talia; videtur nomen factum esse, quod non bifariam diuidere est, sed frangere simpliciter, vnde placenta etiam ipsa ex sesamo, & melle ἐρείκιον nominatur, quoniam facile frangitur.

ἐρίξ. Dicitur quidem & de iecinore, scriptũ est in plurimis θρίξ, significat autem partem hepatis superiorem, qua iecinoris fibrę à se mutuo diuiduntur.

ἐρυγματώδης. Ructuum effectiuus, morbus flatuosus.

ἐρυθρὸν στέαρ. Sanguinolentus adeps.

ἐσαφάσας. Ad interiorem partem molliẽs, vel aperiens, vt μασάσθαι quod est, quæratur.

ἐσφηκωμένα. Colligata, constricta.

ἐς χεῖρα. Significat & propè.

ἔτνος. Omne ex ligumine fracto decoctum.

εὐάνθεμον. Quod & ἄνθεμις dicitur, & chamęmelum.

εὐθεσίην. Ingenitum corporis habitum, quemadmodum alicubi, & annus εὐθεσίης vocatur, qui fertilitatem efficit.

εὐκάρδιον. Stomacho vtile.

εὐνή. Non solum significat lectum, sed & coitũ, vt in secundo de morbis mulierum, & offenditur vehementissime coitu.

εὐοργητοτέρα. Moratior, ὀργαὶ enim mores sunt.

ἔφλυζον. Depressi fuerunt.

ἐχέτρωσις. Alba Bryonia.

ἕψημα. Quod & σίραιον, hoc est mustum ad tertiam partem decoctum, id est sapa.

ἐψηλὸν autem genus piscium.

†Cod. quem manuscr. habet ἐλ..., quæ lecti... a viris ... probat. ... et Voce ... Hen. S...

ζ

ζείας. Farris. * Olyræ.

η

ἠγκίστρωται. Implicatus est.

ἠγκυροβόληται. Intus adhæsit, vt in anchora.

ἠδέ. Insuper.

ἠδέλφισται. Amicus familiaris, & tanquam frater factus est.

ἡδυνθὴν πίσσαν. Odoribus conditam picem, coquitur autem cum aqua, & aromatibus.

ἡδυνθὸν στέαρ. Adeps in aqua, & aromatibus coctus, & aromata, & vnguenta odorifera.

ἡμίοπον. Dimidium.

ἡμιτύβιον. Lintei crassioris pars.

ἦναι. Percutere, & ἠνίων, percutientium.

ἠοίας. Matutinas horas.

ἠραχνίωσεν. Tenuibus simul, & multis venulis, cuiusmodi sunt aranearum telæ, implicauit.

ἠρμάσθαι. Firmatum esse, innixum esse, vel aptatum esse.

ἦσας. Consueuisti.

θ

θαλερόν. Calidum vt à sole, nam ab eo, quod est θέρεσθαι, hoc est calefieri, nomen factum est.

θέρετρον. Locus ad cõmorationem æstatis idoneus, quidam θέντρον scribunt.

θημών. Aceruus.

θηρίον. Lumbricum, et sęuum vlcus, vt in libro de locis hominis, sęuum vlcus in corpus aduenit propter hoc, & cum aduenerit sanies defluens, putrefacit, & tumefacit, cum in libro de humoribus, vnde curatur, ante dixisset. Postea in alijs cum θηρίον dixerit, animalia in intestinis consistentia significat, lumbricos scilicet, & ascaridas, quemadmodum & cum dixerit autumnorum τὸ θηριῶδες ab aliquo dictorum nominat: videtur autem et aliquando φθινῶδες sic appellare.

θλάσιν. Fœtus infractorem, quod & † πίεστρον vocatur, nomen in primo de morbis mulierum.

† Al. πιέστρον.

θλασπόσιος. Pro Thlaspis, sic appellatæ herbę.

θαλερόν

θολερὸν πνεῦμα. Spiritus magnus,& impellẽs. A
θρᾶνον. Sedem † vtrinq; peruiam.
θράσσεται. Pungitur,stimulatur.
θρὶξ. Scribitur, & τρὶξ, Pilos vocant sacerdotes, cum apparuerit in simo iecinoris in dextra pinnula venula angusta,recta,nigra.
θύη. Suffitus, Odoramenta.
θύματα. Suffimenta.
θυμβραίαν. Sic nominat satureiam.
θυμου. Ex Thymis,gens autẽ est hęc ex Thracia.
θώρηξις. Vinolentia,vel ebrietas.

ι

ἰδνῦται. Obliquatur,in se resìdet. B
ἰθαγενής. Ingenuum,vt ait sapiẽs,Sed me ęque, atq; ingenuos honorabat.
ἴκθαρ. Propè,apud Atticos: Apud Hippocratẽ vero in secundo de morbis mulierum, mulieris testiculus vocatur.
ἰλλαίνειν. Distorquere,vel circũagere oculos.
ἱμερωθεῖσαι. Cum viro mistæ.
† ἰνδικόν. Qui scripserunt noĩa medicinarum, vt Mnestheus,& Andreas Chrysaris,& Xenocrates, & Dioscorides Alexandrinus indicum nominant zingiberi, decepti ex eo, quod quidam putãt ipsum piperis radicem esse,sed Dioscorides Anazarbeus aperte distinxit, & definiuit de zingibere, & pipere. Dioscorides igitur iunior, qui linguas scripsit, stirpem esse ait in India, similẽ stirpi piperis, cuius fructus appellatur Myrtidanũ, quia myrto similis est. C
ἰνέει. Euacuat,& ἴνηθμος. Euacuatio,& ἰνεῖται. Euacuatur.
ἰξάλην. Perfectę capre corium.
ἴξιαι. Varices.
ἶξιν. Rectum progressum,vel accessum.
ἰξίον. Folium albi Chamæleontis.
ἰξύας. Pars,quẽ est inter vertebras coxarum,& lumbum.
ἴπος. Potio in curatione ossis luxati.
ἱπποφεως. Hoc non solum lappago nominatur,sed & carduus,& stybum.
ἰσευνῆσαι. Adæquantes, mediæ ætatis existentes. D
ἰσάλλην. Pellem capre,corium.
ἰσχαλέαι. Tenues,& ἰσχαλέον,tenue.
ἰχθυήματα. Squamulæ corticum.
ἰχθύην. Squatinę marinę pellem aridam: potest etiam ferreum vnguem significare, quo in extractione, vel sectione infantis immaturi adhuc in vtero existentis vtimur, propter squamarum piscis similitudinem.

κ

καθαπτόμενοι. Sentientes vehementer.
καθετῆρι. Tortili linamento vulnerario,ab eo, q demittatur in vulnus,in secundo de morbis mulierum, † in vulnus indere tortile linamentum ex linteis factum.
κακαγγελίη. Maledicentia,procacitas.
κακοήθεα. Maligna. *
κακοσινώματα. Nocentissima.
καλλίφυτον. Quod & capillus veneris,& adiantum nominatur.
καλλιωνύμυς. Piscis cuiusdam sic vocati.
κάμμορον. Et animal paruę scillæ simile, & aconitum , ab eo quod illius radices sunt huius animalis similes,sed neutrum horum intelligi potest in libro de locis hominis, inflãmatis assumpto cãmoro,vnde [a] Erotianus non solum ipsum animal cammoro , sed adhærentem ipsi muscum,sic vocari ait: Zeno autem Herophilius cicutam : Zeuxis autem medicinam refrigerantem.
κανόνιαι. Qui rectis , & [b] promissis ventribus sunt.
[c] κάρικον. Edulium quoddam ex nucibus sic nominat, cuius & confectionem scribit in [d] primo libro de vlceribus.
καρυκοειδέα Sanguinea, vocant autem id proprie medici.
καρύκη. Lydium edulium varium ex sanguine confectum.
καρχήσιον. In summo velo habens rotulam , & καρχήσιοι in ipso funes extenti nominati.
καταβλακεύουσιν. Paruipendunt.
κατάδλημα. Indumentum data opera factum ad tegendum subiectas partes.
καταγύιοι. Ad extremum inutilitatis,vel imbecillitatis ducit.
κατακορέα. Vocat sic,& nimis biliosa excremẽta,& pectora κατακορέα,talis humoris generatiua : quidam pilosa intellexerunt, sed & κατακορεῖς ἀνθρώπυς similiter noĩat: pharmacũ quidem κατακορὲς, vel ꝑpter euacuatum ab ipso humorẽ, vel propter proprium colorem: appellat autem, & sitim quodã in loco κατακορεῖ, quæ.s. propter talẽ humorẽ facta est vehementior,vel ad summum intẽsam , sic igitur & eneruare κατακορεῖν.
κατακυρὴν. Nouaculæ tonsuram, sic melius est scribere,inquit Dioscorides,κατα κορυφὴν κορειδὲνην τομὴν,i. in vertice puellarem tonsurã, τὸ κείρειν,i.tondere hinc,& apud Theophrastum κυριζομένη,id est tonsa abies pro secta.
κατακερύειν. Distringere,vel discindere.
καταλείφειν. Illinere,vel iungere.
καταμώσας. Qui demisit causa quęrendi, facta enim est vox à quærendo, quemadmodum & qui quęritur.
καταναισιμοῦται. Consumitur.
κατάστημα. Cõfirmatio,& animaduersio,in secũdo de morbis popularibus, & καταστῆσαι animaduertere.
καταφρονέοντα. Remisse sentientem,in maiori de prædictione.
κατάχλοα. Valde virentia.

Marginalia:
† ὀσφδιαί, quæ utũ... deyciẽ... ...luum.
...Hippocra... secundo ... morbis mu... propè fi... ...hæc ver... ...bet. Indi... ... (quod ... piper no... ... in hoc ... secundum, ... appellãt ... danum) ... te & c. ... etiã in... ... dict. μυρ... ...ον. & ...σρογγύ...
† μοτῶν ὠμολίνῳ καθετηρίῳ.
A * Hoc ego non inuenio in Erotiano. Cod. Aldinus hẽt Ερωτινῶν cũ asterisco. Aliqui manuscri pti Ερωτίνος. Aliqui Ερωτιανός ut etiã Hen. Stepha. Germanicus ηρόφιλος.
B * προεσαλμένοι Hen. Stepha. legẽdum putat προσεσαλμένοι.
C * καρικὸν. καρικοντι ὥστως ὀνομάζει est in Aldino. in Germanico autẽ, et alijs. καρικὸν. καρικοντι ἐδεσμα οὕτως ὀνομάζει. sed iudicio meo non rectè: in libro enim de Vlceribus,medicamenti cuiusdam efficacis. καρικũ appellati confectio describit, non eduly: arbitror ergo legendum καρικον φαρμακοντι οὕτως ὀνομάζει. Vt illic habetur.
D * Delenda est hæc dictio primò, cũ ... etiã in græcis cod. inuenia...

κατιαλλόμβραι Colligatæ.
κατηνόει. Resipiscebat, quasi expergiscebatur.
κατεπλήσσετο. Stupidus factus est.
καθιβολίσι. Circularibus initijs paroxysmorū.
κατήρτητο. Placidum, & temperantem reddebat.
κατ' ἰητρεῖον. Ad chirurgiam pertinentia.
κατοπτῆρι. Eo instrumento, quod ἑδροδιαστόλην, i. sedem dilatans vocāt, vt et διόπτρα instrumentum, quo mulierū natura dilatatur, & inspicitur.
κατωμοσαδίω. Subaudiendum est vici, vt κατωσωσιλέω.
καυλός. Radix quidem herbæ Silphium proprie vocatur, Caulis autem, & succus, vt aliorum. Scribit igitur ipse in libro de ratione victus acutorū, vel Silphium, vel caulis, vel succus. †
καύσωμα. Inflammationem, in primo de morbis minore.
καυτῆρα. Æreum Calamulum quendam perforatum in fondo, per quem cauteriolum apparens demissum vrere potest.
κάγχρυος ῥίζαν. Thureæ radicem: cum autem pluraliter dixerit τὰς κάγχρυς, tosta hordea intelligenda sunt.
κέδματα. Ex fluxu diuturnas affectiones, vel in omnibus articulis, vel præcipue circa vertebrum coxarum: prόprie autem tibi hoc exposuimus, sicut & alia quædam verba.
κεκωμῶσθαι. In somno esse, vel veterno.
κεργναλέον. Asperitatis effectiuum: sic & asperitas nominatur gutturis, et in pulmone strepitus, & asperum, & asperari, et asperationes similiter significant.
κεφαλοειδὲς. Caput habentis.
κιγκλισμός. Breuis, continuata motio, à Cinclo animali.
κιθαρὸν. Pectus.
κίων. Bestiolarum congregatio, quæ triticum comedunt, quarum vnaquæq; cion nominatur, in fine secundi de morbis mulierum nomen est.
κληῖθρον. In gula locus sub tonsillis.
κλιμακείῳ. Transuersi in scalis ligni: quidam autem κλιμακίῳ scribunt, sine ε, & per climacium, altera quędam talis.
κλισμόν. Lectum, in secundo de morbis mulierum.
κνημαίῳ. † Cruralis, si ita dici posset. }
κνήματα. Rasuræ, & κνῆσαι radere.
κνῆστρον. Idem quod κνέωρον, instrumētum scalptorium.
κνήστρῳ. † Cultello quodam } est autem cultellus quo raditur caseus.
κνιδώσιες. Puncturæ quędam vellicationis modo, quales ab vrtica herba fiunt.
κνισμότητα. Vellicationem: quidam autem ariditatem oculorum intellexerunt.
κνύμα. Factum nomen est ad imitationem strepitus. Sed & leniter suspirans, κνυζόμενος dicitur ab eodem, & in canibus mugitus, κνυζηθμός, id est gannitus.
κόγχην κεραμίδα. Hoc est figlinum vas, nihil plus significat, quàm κέραμις, id est Figlinum vas.
κόγχον. Concham hiatulam.
κόκκαλον. Plurimi nucleum nucis pineæ. Dioscorides autem cnidium coccum diminutiue.
κόκκωνα. Coccum cōmuniter appellatum, nō cnidium, quod ipsum aliquando coccum sine additione nominat.
κόλλικας. Rotulas, & illud {Aristophanis} in Acharnensibus, κολλικοφάγε, i. Rotuliuora Bœotiole, de paruis panniculis dictum est.
κολοκύνθην ἀγρίην. Colocynthidem.
κοπρείων. Fauorum: plurimi autem scribunt κηρείων. Significat autem expressorum.
κορήν. Herbam, quæ hypericon nominatur: habet autem fructum κορίῳ similem.
κορσύς. Ex ramis adnascentias, nouas germinationes.
κορυφάδων. Orarum contractionis ad vmbilicum.
κοτίδι. † Neruo ceruicis, } cerebello.
κότινον. Syluestrem oleam, siue oleastrum.
κοτυλίδα. Concauitatem vertebri coxæ, & in adiunctis libro † de curandis luxatis, } & in secundo de morbis maiore.
κοτυληδόνας. Ora vasorum in vuluas descendentium, vt in libris de Hippocratis Anatome demonstratum est.
κοχώνην. Iuncturam in vertebris coxarum ad sedem, propter quam omnis locus circa sedem sic vocatur.
κλάδαι. Fici rami maiores.
κραίνησι. Desinunt.
κραμβίῳ. Crambes decocto.
κρέκην. Nomen factum est, odiosum sonum, in secundo de morbis maiori.
κρήγυον. Bonum.
κρημνοί. Labra vlcerum, vt in libro de locis hominis: & alæ pudendi muliebris.
κρήδρα. Farinæ tritici, euolatio quam vocant, & sacculus quidam lineus.
κριμνά. Crassiores farinas: cum autem dixerit, κριμνὰ ἀλφίτε ἁδρὰ crassissimas farinas significat.
κρότωνας. In pulmone chartilagineæ concauitates. In primo de morbis.
κρότωνος ῥίζα. Crotonis radix: hoc Ægyptij cicion nominant.
κυάμε καρπόν. Fabæ fructum. Dioscorides ait ipsum hyoscyami dicere: sic enim in primo de morbis mulierum. Quidam autem Ægyptiæ intelligunt.
κύαρ. Acus foramen.
κύβιθον. † Os cubiti, qui & cubitus. } Dioscorides autem nodum brachij sic nominari ait.

κύκλοι

† Additur in cod. Hen. Ste. ἐστι γὰρ καὶ ὁ καυλὸς ὁ σίλφιος .i. est & Caulus, locus quidam.

* ἰδία, i. separatim.

† κεργναλέον Cercnal effectiuum: sic autem καὶ ... peritas nominatur faucium: tū strepitus qui i pulmōe fit. Sic et ὁ κέρχνος, et τὸ κέρχεται, & οἱ κερχνασμοὶ, proportionale significant.

† τῆς τῆς κνήμης.

† τῷ τυροκνήστῳ.

* Ἰῶν κο...

† τῷ ινι...

† Moch... ita infer...

* Ant. ... κνηστρο... Erotian...

* Cod. q... oēs grae... uiderim... Dioscori... Scio tam... lenū cit... bros Di... morbis i... rū. 6. Ep... 2ª. com. ...

† τὸ ὠ... νον, ὅτ... ἄγκων.

κύκλοι προσώπου. Malæ, in primo de morbis maiori.
κυγχνίδα. Et paruum calicem, et vasculum medicinale.
κυρβασιην. Pileum acutum, quem & Tiaram.
κυρήβια. Paleæ, significat & furfures, & hordei purgamenta.
κυσιαστιν. Diebus quibus ad talia iudicanda creditur.
κύσσαρ. Podicem.
κύστιγγα. Vesicam paruam.
κώδειες. Capita papaueris.
κώλικες. Concauum in vulnere, aliter membrū in vulnere, καὶ βέλτιον ἐξαιρέσιος.
† αταφορά. κῶμα. † Somni vehementis impetus, scriptus est autem, vt scis, à nobis de hoc libellus.
κωνίαν. Vinum picatum, iniicitur cum cortice picee semihemina in vas figlinum: & aliqui quidem excolant, postquam ebulliuit, alij vero prætermittunt.
κωφοὶ. Languidi, inualidi, κωφοῖ vero verbum tertiæ personæ tertiæ coniugationis, languefacit, & retundit, significat.

λ

λαβή. Initium accessionis febris, maxime autē ex circuitione.
λαγνείη. Significat aliquando etiam ipsum semen, vt in libro de natura pueri, Sic & τὸ λάγνευμα, id est semen.
λαγωπυρος. λάμπυρος †. Lagonate appellata herba.
λαμπτήρ. Quem multi φανὸν, hoc est pharum, vel lampadem nominãt, In secundo de morbis maiore. Apud alios, & maxime atticos, in quo ligna comburebantur præbentia lumen. sed & fax & lucerna aliquando λαμπτὴρ nominatur.
λαπαχθῆναι. Proprie quidem euacuari, propter hoc autem & μαλαχθῆναι, id est mollire.
λαμπυρά. Spumosa, splendet enim spuma.
λάσιον. Sindon, Linteum.
λεβηρίδα. Serpentis exuuium. Quidam autē concham vacuam.
λέγνα. Extremitates oris vuluæ ex translatione: sic enim vocantur ab extremitatibus indumentorum: nominat & alibi extremitates has αὐχίδεα.
λέκιθον Quod est intra lentis corticem.
λεπάδες. Petris adhærentes conchæ.
λεπτά. Sic aliquando vocat rara, vt in libro de locis hominis.
λευκὴν ῥίζαν. Albam radicem dracunculi.
λευκοῖε καρπόν. Albæ violæ semē sic vocari ait Dioscorides.
λεῶς. Omnino, omnia.
λιβανωτοῦ καρπόν. Ipsum forte appellatum sic thus, quoniā semen thuris arboris in vsum venire nescimus.

λιβηρῷ. Humido.
λίβος. Destillatio quædam oculorum fluida, facta est autem vox παρὰ τὸ λίβειν, i. ab eo quod est stillare, quod proprie videtur significare guttatim cadere.
λιγνυώδης. Denigrans, λιγνὺς enim nigra.
λίθον μέλανα. Quem & molarem vocant, cochlacem.
λιμακώδεις. Humidi, & herbacei.
λίπα. Oleum. In secundo de morbis mulierum.
λιρίον. Lilium, Oleum autem ex eo aliqui λίρινον, cum litera ν, scribunt, aliqui vero sine ν, λιοίον. Vocatur autem non solum κρίνινον, id est, lilinum, sed susinum, & anethinum.

De hoc supra dictū est in ἀνθίνω: vnde hic legendū puto ἀνθίνον, nō autem anethinum.

λοῦν. Non solum lauare, sed & humectare: sic et λοῦσθαι, id est lauari duo significat apud ipsum: & alia similia.
λύπρα. Nuda, & arida loca.
λύσιας. Interualla, quibus articuli iter se disiuncti sunt.
λυσσώδης. Insaniens.

μ

μαγίδα. Et velut offam, & massam, & magnā magdaliam.
μακροπνὸς. Scilicet valde spirans, vel per longum interuallum spirans.
μαλακείοισιν. Sic vocantur quæcunque aquatilium spinam non habent, vt polypus, & loligo, & sepia, & vrtica: hæc enim & sanguine, & visceribus carent.

* Al. spinas. * δὲ, i. autem

μαλθώδεα. Mollientia, † et velut cerea, μάλθη enim cera est, & maxime mollita.

† ἢ κηρώδη, id est vel cer...

μαρίλη. Quam multi θερμοσποδιὰν, id est cinerē calidum vocant.
μάσθλης. Caloris.
μάσσειν. Non solum miscere vel subigere, sed etiam exprimere, vt in primo de morbis maiori.
μάσσον. Plus, in maiori de prædictione.
μάτος. Questio, & inquirere ματᾶσθαι.

† Al. ματίσαι.

μαχαιρίδι ὀξυβελεῖ. Cultello acuto, phlebotomo.
μαχαιρίδι στηθοειδεῖ. Scalpello medico ventroso.
μέλαινα. Dicitur et morbus sic ex nigra bile cōstans.
μέλαιναν ῥίζαν. Aspalathi aromatici appellati radicem.
μελαῖνις. Cum accentu circunflexo Dioscorides legendū putat, μελαῖνις capra, μελαῖνις vacca, & significari ait ex Melænis. Vrbs autem ipsa ad Crisæum campum sita ante Criphium, pascua bona habet, & bonum lac gignentia, vt inquit Dioscorides.
μελανεον. Quod est in Prognostico. Quidam coniunctim

coniunctim legunt, vt sit denigrãs: quidam autem distinguunt, viride vel nigrum ἐὸν, pro eo quod est existens.

μέλανι φαρμάκῳ. Nigro medicamẽto: hoc quo modo paretur, in libro de Vlceribus ipse docuit.

μέλαν τὸ κύπριον. Cyprium cinerem, quo ad oculos vtimur.

μελεδαίνοντι. Curam habenti, curanti, & μελαιδὼν cura, non vt apud Homerum tristitia.

μελινδέα. Non solum suauem, sed & cum melle mistum, vt in primo de morbis maiori, in eodem autem & μελίχρυν nominat huiusmodi vinum.

μεμήρυκεν. Conuoluit, à lanis, quæ nentur.

μεμιασμένον. Fœdatum, vt est apud poetam.

μεμολυσμένους. Quidam refrigeratos, quidam autem induratos, & lapideos putauerunt.

μεμωρωμένα. Carentia sensu.

μεσοδμή. Obstaculum trabis ligneæ separans in vna domo in duas partes diuisa, tanquam columna quædam in medio posita, quidam autem & superpositum tectum μεσοδμὴν vocant.

μεσόβλημα. † Vt si, μέσεντη, dixisset.

μετακήρας. In libro de ratione victus acutorũ, lactea commistio.

μηκώνιον. Peplum vocatum, quem & † succum papaueris} nominat.

μήλην διαστομωτρίδα. Specillũ ad diducedum, adaperiendum q; idoneum.

μήλην ἐξωτίδα. Specillum auricularium.

μήλην ἰσχηρήν. Specillum vulnerarium.

μήλη πλατείῃ. Specillo lato in modum rudiculæ.

μήλης τῷ πλάτει. Cyathulo ocularis specilli.

μηλά. Ouiculæ.

μηλιάς. Ex Mele insula.

μηλιάδος ὠμῆς. Chalcitidis, vel aluminis ex Melo.

μηλιάδι. In primo de morbis minore, μηλιάδι inquit, à Melo insula.

μήτρη. Tegmen & tanquam inuolucrũ quoddam ἐπιδιδυμὶς nominata: est autem varicosus quidam tumor in summo imminens didymo.

μηνίειν. Mandere, edere.

μύκη. Præclusio, suffocatio.

μυοχάνη. Epitheton hiantis, Si autẽ μυριοχαύνη scribatur, in millibus fuerit hians.

μύῤῥαν. Apud Æoles σμύρναν, id est myrrham, duplici ρ scribitur.

μυρτίδανον. Plurimi quidem piper, Dioscorides autẽ Anazarbeus in primo de materia, adnascentiam inęqualem, & tumidam circa myrti ramum. Atq; Hippocrates fructum sic nominat ex arbore, quã ipse ait † ab aliis} appellari piper.

* μεσοδμή. Hen. Steph. legendũ putat μεσοδομή.
† Al. μεσόβλειον.
* Al. μεσεντέριον
† μηκωνίτην
† Al. μήλεια
* Cod. antiqui duo habent μηνίειν.
† ὑπὸ πεπερέως hēt cod. Aldinus, alij ὑπὸ ἑτέρων. Ego uero legendum puto ὑπὸ περσῶν, id est à Persis. vide supra in dictione ἰνδικὸν in margine, et infernus in dict. στρογγύλα.

E μύτις. Vocatur quidem sic & in ore sepiæ atramentum, & piscis quidam ab Hippocrate significatur.

μυττωτόν. Intritũ Dioscorides esse ait alliorũ, vel ceparum.

μῶλυζα. Allium simplex caput habẽs, & non diuisum in spicas: quidam autem moly herbam.

μωλυόμενα. Paulatim extabescentia.

ν

ναυσιώσιες. Effusiones sanguinis, quas & ἐκχυμώσεις appellat: translatum est autem nomen ab iis, qui in nausea sanguinem vomunt.

F νέον. Nuper, vel nouum.

νεόμενον. Natantem, aduenientem, ab eo quod est νεῖσθαι, hoc est venire, in primo de morbis mulierum, vtrunque, alterum in lóco, alterum in {partu imperfecto.}

νηπέλει. †. Impotens est.

νυκτάλωπες. Per noctem non videntes.

* χορίου
† ἐμβρύ
† Al. νη...

ξ

ξηρῆ σηπεδονώδει. Videlicet gangręna, vel aliquo hoc generaliori morbo.

ξύμη. Quod vocatur pruritus.

G ο

ὀά. Quæ à multis ὗα vocantur, id est sorba.

οἰναρίῳ. Viti.

οἰναρίδων. Palmitum vitis.

* οἴσπη αἰγός. Sordes inter pilos capræ nascens, & maxime in eis, qui circa sedem sunt, consistens.

οἰσοφάγος. Ventris stomachus, tanquã guttur quoddam existens.

οἰσυπίδας. Ouis sordem, hoc est lanam sordidam.

οἰσυπίδες. Ouis sordes conglobatæ, significat & lanæ sordidæ vellus.

ὄχρις. Eminentia oblonga.

H ὀλερόν. Male olens, vel nigrũ, à sepiarum atramento.

ὀλισθράζοντα. Labentem.

ὀλοκωνίτης. Herba quædam agrestis oleracea.

ὄλον. Atramentum sepiæ.

ὀλώδεα. Turbida vel nigra.

ὀλοφλυκτίδες. Pustulæ, quæ subito erumpunt.

ὀνεύεσθαι. Per axium conuersionem extendere, ὄνοι enim & ὀνίσκοι axes, scribitur & καπονεύεσθαι.

ὅπλα. Funes ex stuppa, vel lino, vel canabe.

ὀπός. Succus silphij per excellentiam, quemadmodum & thyrsus: vocat autem silphium etiam radicem solam.

* οἰσύπη ... Hen. S...
* οἰσοφ... quã dicti... suspectã ... Hen. St...
* ὀλε...
* forte ... legendum.
* καυλό...

ὀπῶ

ὀπου καρπόν. Silphij semen, quod & folium singulariter, & magydaris à quibusdam vocatur.

ὀργάσασθαι. Commiscere, contemperare.

ὀρθοτρίοις. Cibo, quantum in diem satis sit.

ὀρεκωνιτίδιον. Alia scriptura, ὁλοκωνίτιδος. de qua ante dictum est: ait autem Dioscorides in monte natam ὀρεκωνιτίδα nominari.

ὀρίωδέων. Vsque ad caudam extensorum.

ὄρρος. Sacri ossis extremitas, quod etiam ὀρρόπυγιον vocatur.

ὄρχεα. Sacculus testiculorum.

ὀσχίω. Circa os vuluæ flexuosa extuberantia: ὄσχος enim, & μόσχος, palmites, & claviculæ: idem autem & ἀμφιδέον, & λέγνα, nominat.

ὀτίδος. Auis, Aristoteles ὠτίδα per, ω, vocat, Xenophon autem in primo Cyri expeditionis ὀτίδα per ο, scribit.

π

παλίνορσα. A sole auersa.

παλῦναι. Inspergere.

παραλαμψις. In nigro oculorum splendens cicatrix, eo quod aliquanto crassior sit ægide.

παράλιον. Species tithymali, vocatur autem et quædam brassicula παράλιον marina.

παραστάτας. † Quædam vasa spermatica. } in libro de venis, qui adiectus est libro de curandis luxatis.

παραφάσαι. † Aberrante manu attingere. } cũ deceptione, vt & ἐπαφᾶσαι inijcientem manum attingere: hinc & occulta loca iuxta muliebre pudendũ παραφάσιας nominant.

παραφάσσειν. Desipere, vt & ἀλλοφάσσειν, tumultuari. cũ tenui autem legendum est, non vt quod est ante ipsum παραφάσαι, inest enĩ in eo τῆς ἀφῆς, id est tactus nomen.

παρθένιον. Millefolium, vocatur autem παρθένιον & anthemis, & helxine, & mercurialis, & amaracum, sed & Dioscorides nũnquam ait intelligẽda est vel helxines, vel mercurialis species parua habens folia.

πασπαλίτης. † Panis vel farina milij subtilis } πασπάλη vel πάσπαλος enim milium est.

πασσαλίσκῳ. Paruo palo, diminutiue.

παταλάζειν. Nomen fecit, errantes, & resumentes in differendo significare volens.

πέζαι. In secundo de morbis mulierum sic scriptum est, & pedes tumescunt pueri maxime. Zenodotus quidem in gentium vocabulis πέζαν ait pedem vocare Arcades, & Dores: Hippocrates autem videtur vel planitiem appellatã pedis sic nominasse, vel talos pedum.

πέλλα πελία, ὑπέκιῤῥα. Liuores subfului, hæc eadem & πελιδνὰ vocat. Zenodotus autem in vocabulis gentium Sicyonios ait giluum πέλλον nominare.

A πεμφιγώδεες. Vel humore, & humiditate pleni, vel ventosi.

πέπλιον. Quod & peplis, & portulaca agrestis.

πέπλος. Idem, & humilis ficus, & papauer spumeum, & † succus papaueris. }

περιτρήσιος. Terebro recto, & acuto: est enim et aliud chœnicis.

περιεστέλλετο. Indumentis seipsum tegebat.

περικεκλασμένοι. Inflexi, adunci, & curuati.

περικλύματος. Circuminundationis.

περινέει. Circuminundat, circumnatat.

περινέῳ. Perineo. est autem locus inter scrotum & anum, vbi vesicæ collum est.

περιξύσας. Qui circumlacerauit.

περιποδίην. Circulariter sub pedibus existentem, & infra.

B περιῤῥηγέες. Perfractum vtrinque.

περκναί. Nigricantes, & liuentes.

περόνην. Aliquando quidem os totum cœli, aliquando quidem adnascẽtiam ossis, aliquando adnascentiæ tumorem.

περσύας. Anni præteriti vinum, tanquã περισύας, hoc est anni præteriti quoddã existẽs, vt αὐτίτην nominat τὸν αὐτοέτιτην, id est, eiusdem anni.

πήρινα. Perineum, in libro autẽ de hæmorrhoidibus, & fistulis, & sedem dicere videtur.

πιέστρῳ. Instrumento, quod † fœtus imperfecti in fractorem } vocant.

πικέριον. Butyrum.

C πιτυΐδι. Picea resina.

πιτύλοις. Remigationibus, vel remis.

πλαταμών. Eminens in mari petra lęuis, & humilis, circa quam dilatantur fluctus.

πλεκτανέων. Cirrhorum, apprehensionum circumplicantium.

πλεννῶδαι. Mucosæ, & πλέννα mucus.

πλευμοῖ. Pulmonarius fit, vel tabescit.

πλεύμως. Corruptio, vel pulmonaris affectio.

πλήμνη. Modiolus rotæ.

πλησίγγας. Ferulas, ab eo quod est πλήσσειν, id est percutere.

πνευματώδης. Et inflatus, & difficulter spirãs: vocat enim sæpe & ipsam difficultatem spirandi, spiritum.

D ποίη. Primæ lactis partes ex seipsis coagulatæ.

ποίην. Quæ habet folium simile viti natura, vt cissampeli appellatæ species.

πολυγραάω. Multiuore, καὶ γόνος αἰζηῶν ἔγραψε κηδεμόνα. Callimachus pro eo, quod est deuorauit.

πολύκαρπον. Cratęogonon appellatũ, {genus herbæ. }

πομφοί. Pustulæ cutis tumentes, simul & liuidæ, & rubentes.

πόσῳ. Modico.

ποταίνια. Recentia, Dores.

ποτι. Aliquando.

πρός. Præterea autem.

πράμνιος. Vinum quoddam sic appellatur, nigrum

† ὑπερκάθαρσιν, cuius medicamenti purgatio nigrarum habetur mentio ab Hippoc. vt in fine lib. quarti de diæta acut. & in libro de fistulis. & in 7. Epid. nõ procul a fine.

* Hen. Steph. arbitratur legendũ esse πελιναί ex Erotiani auctoritate.

† ἐμβρυοθλάστην

*

* φθόη

παραστάτιδας. παραφᾶσαι ἐπαφᾶσαι. παραφάσσειν μυρίοπτε, i. inter per in tractionẽ. πασπαλη.

grum,& austerum.

πρηνές. Ad terram pronum.

πρήσμα. Inflatio,et πρησίως, inflationis,et πρηστικώτατον maxime inflatiuum.

προαυξέας. Morbos quosdam sic nominat,qui in prouectis ætate fiunt,nam & ipsos sic aliquando vocat ætate prouectos.

πρίκα. Repente.

προκώνια. Ex nouis hordeis farinas: quidã autem ex non siccatis solas.

προκιδιμαχαιριδίω †. Phlebotomo.

† al. προμήκη μαχαιρίδι.

προμυλλαίνει. Procidit, prominet in anteriorẽ partem.

προμυλλήνας. Protendens extra labra.

προσέχει ἡ νοῦσος. Pro eo, quod est pmanet morbus,in secundo de morbis maiore.

προτρέπεσθαι. Mutari.

προσωδέστερον. Graueolentius sine iota, cum iota autem προσῳδέστερον à tumore facto tumidius significat, vt in secundo de morbis maiori.

προτιθέμενοι. Protendentes.

πρόφυσιν. Germinationem.

πυθμενόθεν. † Non omnino } factum est autem nomen à fundo vasorum, tanquam si, integre,diceret,vel perfecte,vel planè, vel ab initio,vel omnino.

† Nescio quid sibi velint hæc verba οὐδὲ ὅλως, cũ Gal. 2. de diæta acut. 42. dicat πυθμένοθεν Hippo. sign ficari vel τὸ παντελῶς, i. penitus vel τὸ ἐξ ἀρχῆς, i. ab initio: vel igitur delẽda sũt hæc verba, vel pro οὐδὲ ὅλως legẽdũ uidetur παντελῶς.

πυρίας. Feruentes ᵃ pãnes,vel fragmẽta accensa ex scoria ferri.

πυρήνας. Grana,dictum est de Thure.

πυρὸς ἀγρίη. Erysipelatis.

ρ

ῥαγεῖσα. Significat aliquando collectim impetum faciens,vt in secundo de morbis maiore & αἱμορραγία ipsa,hoc est sanguinis effusio ab hoc composita est.

ῥαιβοειδέα. Retortum.

ῥᾷον. Paratius,& facilius,non nulli quidem feracius,copiosius'ue intellexerunt.

A* κόχλακας

ῥαφίῳ. Subula,qua perforantes artifices talium commodos vsus lini traiectioni faciunt.

ῥέγξιν καὶ ῥέγκος. Ronchus, nomina facta sunt ab eo strepitu,q in stertendo fit,vt et ῥέγκειν, id est stertere.

ῥέμβει. Errat.

ῥέμβην. Errationẽ & quædam alia, ab eo quod est ῥέμβεσθαι, hoc est circumagi.

Quidam cod. habent ῥέμβην πλάνη τινὶ καὶ ἄλλη, i. ῥέμβη, erratione quadam & vacatione, cuius et lectionis meminit Hen. Ste.

ῥηγμῆσι. Scissuris,Fracturis.

ῥημέσιν. Agnis.

ῥινέσιν. Agnis.

ῥήνικας. Pelles agninas.

ῥηνός. Agni.

ῥηχίησι. Tanquã inundationibus: nam ῥηχίη tanquam inundatio quædam est.

ῥίζα. Sic vocatur herbula quædam sine caule, & sine flore, & sine fructu, habens tria folia ex omni parte oblonga humi iacẽtia duorum digitorum magnitudine, similia foliis

E anchusæ,radicem autem tenuem leuiter purgantem.

ῥίζαν λευκήν. Radicem dracunculi.

ῥικνόν. Rugosum.

ῥοικά. Retorta.

ῥόμματος. Liquoris ad sorbendum, vel actus ipsius sorbendi,hoc est sorbitionis.

ῥόα. Ex moro mora immatura, & siccata, & cõtusa,vt obsoniis inspergantur, vt & proprie appellatus rhus,vt Dioscorides in primo de materia inquit.

ῥόπτων. Sorbitionum, vel omnium, quæ quoquo modo sorbentur.

ῥύματα. Ab eo quod est ῥύεσθαι, id est seruare, remedia.

F ῥωγματίης. Fractum aliquid intus habens,quẽ & ῥηγματίαν nominat.

σ

σαράπους. Quæ distractos,& distantes habet digitos pedum.

σαρκάζειν. Proprie quidem per labrorum morsum subsannare. Hippocrates autem & summis labris contractis vellere aliquid.

σατυρισμοί. Circum aures prolixi tumores † durarum concretionum carnis in se ipsam conuolutæ. } Quidam autem pudendorum intentiones intellexerunt.

† τῶν ἀ[...]

σαυρίδιον. Nasturtium herba à figuræ similitu-

G dine,eadem & cardamum vocatur.

σελάχεσιν. Sic vocãtur omnes pisces, qui squamas non habent,& animal pariunt.

σεσηρός. Deflexum & plurimum distãs labris, quod & ἐκπεπληγμένον nominatur.

* Hen. [...] lectum [...] dum ess[...] πληγμεν[...]

σηριγγῶδη. Laxa,rara, multis foraminibus diuisa: hęc enĩ foramina σήριγγες,& σήραγγες vocãtur,et tale corpus σηριγγῶδες,& σηραγγῶδες, hoc est foraminosum.

σησαμίς. Sesamidis appellatæ.

* Hen. [...] arbitra[...] gendum σησάμ[...] tivo casi[...]

σητανίω. Præsentis anni tritico, hoc est, vere sato.

σητανώδει. Vel ex præsentis anni frumentis, vel ex excussis, & tenuibus farinis, hoc est purgatis.

H σίαλον αἰδὸς καὶ σίαλον αἰγός. Pinguis cõuiuij, & pinguis capræ.

σιαλώδεα. Pinguia,opimata.

σιδιοειδέες. Luteas † vt cortex mali granati.

† vel pa[...]

σικύην ἄτμητον. Cucurbitam agrestem indiuisam.

σικυώνην. Quatuor significat apud ipsum,colocynthidem,Pyro similem cucurbitam, medicinalem cucurbitam fundo carentem, & coni similem cucurbitam.

σικυώνης σπόγγον. Colocynthidis ĩterior pars.

σιπύδα. Pyxidem,significat etiam aliàs nomẽ hoc,fictile quoddam vas in quod farina inijcitur.

σινόμωρα. Quæ mali moris sunt.

σιραίῳ

σιραίῳ. † Dulci decocto.
σικανός. Malitia insidiatoria, causa occulta.
σκαφίδα. Attici quidem pastoralem mulctram vt aliquando dicunt, situlæ & mulctralia facta, quibus mulgebāt: Hippocrates autē marinam concham prolixiorem, quam mulli μύακα, id est mutilum vocant.
σκέθρῃ. Exacto.
σκελιφρός. Aridus, contractus.
σκεπαρνηδόν. Effracte, nam σκέπαρνος ipse fascia à fabrilibus nominatus esse asciis videtur.
σκῆμψις. Consideratio, conclusio, in sexto de morbis popularibus.
σκιαυγεῖ. Cęcutit.
σκιμπτέσθω. Concludatur.
σκίμφθη. Duo significat apud ipsum, & diuisum fuit, & admotum fuit.
σκηλήματι. Arefactione, contractione.
σκληρά. Desiccata, & ab eo omnia eadem ratione.
σκληρύνει. Desiccat, & σκληρύνεται, desiccatur.
σκορδινᾶσθαι. Extendi & maxime cum hiatu.
σκύρος. Callus, & σκυρωθῶσι, occalluerint.
σκύμψαι. Verberare, secare, diuidere.
σκύτα. Quæ in articulo ceruicis sunt.
σμηκτίδα γῆν. † Cretam terram albam, qua fullones vtuntur.}
σμωδιγκῦ. Ad vibices sanandas apti, ad σμώδικας, hoc est liuores, qui ex percussione fiūt, proficientis.
σπάδων. Conuulsio, fœmininum nomen.
σπαργᾷ. Luxuriatur, turgescit.
σπατίλη. Humidum excrementum.
σπέρμα. Significat etiam fructum.
σπερχνή. Festinans, assidua.
σπόγγοι. In faucibus tōnsillę, in quarto de morbis popularibus.
σποδίτῃ ἄρτῳ. Pane subcinericio vocato.
σποράδες. Differentes, non eiusdem generis aliæ aliis conuenientes.
σαδιεύς. Dioscorides ait, stadiis mensurās ambulationes.
σαλαγμῦ. Destillationis à capite.
στέαρ ἡδυντόν. Adeps in aromatibus quibusdā, & aqua coctus.
σεῖλαι. Supertegere, inungere.
στενυγρῶσαι. Angustare. Quidam autem claudere humidorum exitus, & siccare.
στηθοειδεῖ μαχαιρίῳ. Scalpello medico latiore.
στητῶδες. Adipe obesum.
στία. Calculus, lapillus, σίαι enim sunt iuxta mare calculi, & σιῶδες hinc, durum.
σίφραι. Aridæ, contractæ.
σοίβης καρπόν. Lappaginis semen.
σολιδωδέστερον. Rugosius.
σομάργε. In secundo de morbis popularibus Dioscorides sic scribit, & significari ait, loquentis furiose. Alij συμάργε scribunt, & nomen proprium intelligunt.
σόμβον. Grauisonum, grauiter sonans.
στρεβλοί. Quos & strabones nominant.
στρέφει. Dolorem intestinorum præbet.
στρέφεται. Tanquam inhabitat, in libro de aeribus, & locis, & aquis.
στρογγύλον μήλην. Spathomelen specilli genus.
στρογγύλε. Piperis, ipse enim sic scribit, & Indicum, quod vocant Persę piper, in hoc autem est quiddam rotundum, quod vocant Myrtidanum {id est piper.}
στρυβλήιν. Vertibilem, in libro de hæmorrhoidibus, & fistulis.
στρυμάργου. Agnoscit & hanc scripturam Dioscorides non solum σομάργου. Atque hoc non vt proprium nomen exponit, sed furiose affectum circa rem veneream significari ait, dicta enim esse apud Hippocratem & alia eodem modo epitheta, vt myochane, sarapos ῥυπαλώπηξ vel gripalopex, sed & apud Erasistratū ait Rhinocoluros, hoc est qui mutilatis naribus est.
συπτηρίη χαλκῖτις. Quam simpliciter vocamus chalcitim {vulgo vitriolum vocatur.}
συγκομιστοί ἄρτοι. Sordidi panes, quod omnes simul farinæ colliguntur, & non secernuntur.
σῦκα. Tumores carnosi in partibus palpebrarum facti.
σύκιον. Ficorum aridarum decoctum.
συκῆς. In primo de morbis mulierum, & fomentum συκῆς à radice, æque atque συκύας hoc est mori, quod alibi tanquam exponens ait mori radicis.
συλλοχίας. Congregationes, translatio à congregatis {in exercitibus.}
σύναγμα. Vel humor quidam concretus, vel † internus tumor,} vel hypostasis, vel callus, & melius in sexto de morbis popularibus dicit.
συναρθμεῦται. Coaptatur.
σύνδεσις. Significatur aliquando & tanquam densitas, & astrictio.
συνδιπλοῦται. Conduplicatur.
συνεγχυμεῦν. Commiscere, & contemperare sanis succis.
συνέρξει. Velut conclusione.
συνηρεφές. Obtectum, adumbratum.
συνηρεβόμενα. Coaptata, vt in libro de curandis luxatis.
συννενωμένα. Coniuncta, vel coeuntia.
συρμαῖα. Moderata eorum, quę in ventre sunt, purgatio.
σύσαθμον. Par pondere.
συστροφάς. Tubera, Durities.
σφαδάζει. Ægre fert.
σφάκελος. Corruptio omnis quocunq; fiat modo: scis autem & de hoc à nobis pluribus demonstratum esse.

σφάκερος.

Marginalia: gen. Steph. — sine ratione — ficatur legē ... esse γλευ... — ... ἐψήματι. — * Myrticari. vide supra ī dictione Indum, & ī dict. Myrtidanum. — * σάομης — † ἰμωλίην. — * Νεῖες — * μυβαίνου- ... id est eueni... — † εἰς τοὺς λόχους — † ἐναιώρημα — * πῶρος

σφάκερος. In adiunctis libro de vulneribus capitis, dolens caput autem, & sideratus si fuerit, cepæ contrarium, in plurimis autem manifeste σφαλερὸς scribitur.

σφενδόνην. In libro de articulis à funda lapides iaciente appellatum, ad restitutionem membri vtile, in libro autem de sterilibus vocatum custodem. significat autem & muliebre pedum tegumentum, & quæcunque huic similia.

σπυράδες. Caprarum, & ouium excrementa.

σχάσαι. Tria significat, laniare, excernere, relaxare.

σχεδιάδα. Anchusam, herbæ genus, dicitur enim & sic.

σχέσει. Compressione in continēdo, & detentione, & alligatione, & pressione. cum autē dixerit, differt quidem aliquid & habitu corporis, tanquam habitum significat.

* σχέσει

* σχισμὸς

σχινδυλήσει. Figura calami, sic enim videtur calamus dictus esse παρὰ τὸ ἐσχίσθαι, id est ab eo, quod scinditur.

σχῖνον. Non solum fruticosam stirpem, sed etiā speciē quandam scillæ, vel potius omnis scillæ bulbum.

σχοῖνον ἡδύοσμον. Iuncum odoratum.

τ

τάμισον. Coagulum.

τέγγειν. Humectare.

τελεῖν. Consumere, vt in libro de affectionibus dicit.

τέλσον. Finem & vltimum.

τέρμινθοι. Terminthi arboris fructui similes in cute præter naturam consistentes tumores.

τέρθρον. Proprie quidem sic nominatur summitas antennę, & τέρτριοι ipsi rudentes inde in summum velum peruenietes. Hippocrates autem in secundo de morbis mulierum, cum hic inquit, τέρτρον fuerit morbi, æque vt si diceret, summum & supremum, & curationis maxime egens.

τετάρσωνται. Dilatata fuerunt, ταρσὸς enim omne dilatatum est.

τετραγώνα βέλει. Sagittę quatuor habentes cuspides.

* Al. τετραμμύνῳ.

τετραγώνῳ. Quidam exponunt, inuentis in stibio crustis. Quidam autem ipsum stibium.

τετραμένει. Tremit.

τετρομός. Tremor cum frigore.

τέως. Donec, & tunc, & prius.

τηλέφιον. Genus herbę, quod semperuiuū agrestæ, & portulacam agrestem vocant, Romani autem Illecebram.

τὴν ἐν τῷ ἀλεύρῳ, βοτάνην ῥοφέονται. In farina herbam sorbent, Mercurialem herbam visus est dicere: quoniam & alibi ait, Sorbiturum autem mercurialem.

E τομεῖον. Incisor, sic vocatur ferreum instrumentum bilabrum, quo fabri ferrarij & ad alia multa, & ad tollendos, & commouendos clauos vtuntur.

τοξεύματα. Sagittæ.

τορνεύματα. Ramenta.

τροφής. Bene nutritus, pinguis.

τροφιῶδες. Habens illata quædam infixa, à τρέφεσθαι, quod est infigi.

τροχοί. Cursus.

τρυχνῶν. Domare, Attenuare.

τρώειν. Vulnerare, † secare venā, } vt in secundo de morbis mulierum.

† ἀποσχάζειν

τρωθῇ. Lęsa fuerit, male affecta fuerit, et τρῶμα, læsio.

F τρώσκεσθαι. Parere abortum.

τρωκτοῖσιν. Crudis deuoratis, vel immaturis.

τύρσιν. Turrim & præcipue, quæ est in muris.

τυφώδης. Qui mente alienatus est, ceritus.

τυφωμανίη. Mistus ex phrenitide, & lethargo morbus.

υ

ὑβοί. Gibbosi, & ὕβωμα, gibbositas.

ὑδαταινούσησιν. Hydrope laborantibus, vel in aquam mutantibus sanguinē, & aquosa tollentibus, purgantibus'ue.

ὑδατόχλοα. Vt si aquiuiridia dixisset.

G ὑδατώδεας. Hydropicos.

ὕδριον. Parua situla, Diminutiue.

ὕδρωψ. Dioscorides in secundo de morbis popularibus cum accentu in vltima syllaba legit, & significari ait ὑδροποειδῆ, hoc est, speciem hydropis præ se ferentem.

ὑπάλειπτρον. Frustulum, quo aliquis sublinere posset oculos.

ὑπάλειπτον. Medicamentum quod illini potest.

ὑπεζύγωται. Subiectum est.

ὑπειλληθέωσιν. In se subuoluantur.

ὑπερινός. Vltra modū vacuatus homo, & ipsa vltra modum euacuatio. sic igitur exponent quidam, & vltra modum vacuatur, vel attenuatur. videtur autē longum spirans, & breue spirans dupliciter sic dici. H *

ὑπερτονεῖ. Vltra modum extenditur.

ὑπέρυδρον. Valde plenum infusa aqua.

ὑπερχολήσει. Multa repletione bilis.

ὑποψύχθῃ. Mediocriter remissus est à calore febrili.

ὑπνῶσα. Somnolenter habens, somno sopita.

ὑπολείβεται. Destillat, Defluit.

ὕπομβρον. Subhumidum, subpingue.

ὑπομύσαρα. Male olentia, & digna, quę omnes abominentur.

ὑπονησαμένη. Quæ subnatauit, quæ subiuit.

ὑπόξηρα. Subcaua, humiliora.

ὑπόξυρος. Aduncus nasum, qa humiliora sunt, quæ circuncirca sunt, quàm ipsa sublimitas.

ὑποξύρυς

ὑποξύρως. Humiliores, cōtractos, dictum est autem de ventribus in maiori de prædictione.
ὑπόσφαγμα. Totius atramenti sepiæ tanquam subsidens fæx.
ὑποτροπή. Non solum reuersio, sed & vicissim mutatio, vt cum dixerit, lasciuiens in mutatione per vicem.
ὑποψέφαρα. Caliginosa, subobscura.
ὑποψαφαρα. Asperiora, nam ψαφαρόν, hoc est cano situ obductum inest in nomine.
ὑπωμεὶη. Subiectum sic dici posset vel inhumerali vel humero.
ὑφύδρως. Aqua inter cutem laborantes.

φ

φαγεδαίνη. Vlcere exedenti.
φαίνηται. Significat & transparens in igne fiat, vt in secundo de morbis mulierum.
φαλαρά. Rotunda cum leuitate.
φαρκιδῶδες. Rugosum.
φαύσιγες. Proprie quidem ab igne in cruribus exorientes circuli rubri, abusiue autem & reliqui circuli.
φέρβεται. Exest, consumit.
φήρεα. Oblongæ sub auribus glandulosæ eminentiæ, quales & Satyri habent. Quidam autem & φῆρες, & θῆρες vocantur, vt sit tanquā ferine dictum.
φθίνει. Significat, colliquefit, attenuatur, minuitur, non nutritur.
φθόεις. Rotulas.
φιάρην. Splendens ob humiditatem.
φιβάλιος. Genus fici.
φιλεταίριος. Quam & lappam in lente nascentem vocant. *
φιλίσιον. Idem & hoc videtur esse, quod Aparine, & philetærium id est, lappa. *
φλάζουσιν. Obscure, & indistincte loquuntur, factum est nomen.
φλεβοτομίαν. Non solum cōsuetæ sectionis venæ hoc est, sed & aliam quomodocunque distinctam à venis euacuationem sanguinis significat, & φλεβοτομηθῆναι hoc est phlebotomari similiter.
φλέγμα. Non solum humorem hunc album, & frigidum, sed & inflammationem significat.
φλέγυρον. Ignitum, & tanquam ardens.
φλεδονώδεα. Nugacem, φλεδόνες enim nugæ.
φλέε. Verbasco similis quædam est hæc, & papyracea stirps, quæ texta circūponitur olearijs fictilibus.
φληνύουσα. Nugans.
φληναφώδεις. Nugaces.
φλίας. Ligna recta è regione fixa, vt & neruorum parastatas.
φλεγεαί. Rubræ.
φλογιᾶ vel φλογεῖται Ignitur cum rubore.
φλυδᾶ. Humectatur, putrescit.

A φλυδάρην Humidam.
φλύεται. Humectatur.
φλυζούσησιν. Scaturientibus.
φλυζάκια. † Pustulæ genus quoddam.
φλύσιος. Eruptionis pustularum, in superabundantia existentis in corpore humidi.
φοινίκινος. A colore sic dictam esse elephātiasin suspicari vtique posset aliquis.
φοινηκίη. Morbus in Phœnice, & in aliis orientalibus partibus abūdans, significari autem & hic videtur elephantiasis.
φολλικώδεα. Tanquam folliculosa, & laxa.
φονᾷ. Necare cupit.
φορίνη. Pellis.
φόρος. Facilis captu.
B φορύξαντες. Cum miscuissent.
φύλλα. Hortensia, & herbacea viridia odoramenta.
φύλλια. Odoramenta hortensia, quæ ementibus olera addunt, vt coriandrum, menta, ruta, apium.
φύλλια. Silphij semen, eo quod latum est, in secundo de morbis mulierum, addit autem & ipse in oratione aliquando quidem Libycū, aliquando Æthiopicum.
φύσιγγα*. † Caulium exortus qui vocatur, } & maxime concauus.
φυτάνη. Serendi tempus.
φυτευτυρίων. Lignorum quæ in terrā feruntur, panguntur'ue.
C φωίδες. † Ab igne in cruribus exurgentes circuli rubri, } de quibus dictum est.
φωνὴ περιπνευμονική. Vox aspera.

χ

χαλκίτις συπτηρίη. Æque valens, vt chalcitis.
χαραδρωθέωσι. Bifidum habuerint. *
χαράκτωρι. Exacerbato ob characterem.
χάσκον. † In diuersum trahens } Dioscorides legit, & ait sic dici vuluas ex eo, quod aperiuntur.
χειμίη. Frigus, {gelu} rigor.
χειμίουσα. Infrigidata, gelu correpta.
χελίσκιον. Aridum, Diminutiue dictum est
B χελίσκιον parua tussicula, arida autem est, cum nihil humoris, qui excreetur, in os accedit.
χαράδεως. Confertim, Factum est autem à torrente.
χεῖς. Qui effudit.
χηλήν. Specillum bifidum in summo, dissectū vt forfex.
χήλωμα. Bifidam cauitatem sagittæ, qua parte in sagittando sagittam neruo applicant.
χήμην κηραμίδα. Cauatiorem concham & maiorem.
χλοηροῖσι λαχάνοις. Hortensibus odoramentis.
χλοιοῦνται. Vt si, virescunt, dixisset.

Marginalia: * ἱματάδης; * ταμίδι; * ἀπηρεακτικ... Hen. Ste. putat legendū ἀφρεακτηκῶς, vt sit mentis possessi; * καὶ aliter φλέβες; * ἰδᾷ; † ψυδράκια; * al. σύριγγα; † τὸ καλέμενον ἐκκαυλήμα; † φαύσιγγες vel φαύσιγες; * κερχνώδης; † χασκῶν cum accentu circumflexo; * rigore; A * χαράδρεως; * χαράδρας

χλοῦς. Viriditas.
χλοῶδες. Virens.
χλώρασμα. Viriditas clare fulgẽs, & ad aqueũ colorem declinans.
χολήιον. Bilis eductiuum.
χυτλάζηται. Vt si, inundetur, dixisset.
χυτρίδεαν. Ollam.
χυτρίδεον. Ollam.
χύτρινον. Ollam.
χωλεύσειν. Mutilum aliquo articulo faceret.

ψ

ψάγδας. Genus quoddam vnguenti.
ψαίρειν. Innatare, attingere.
ψεστὴν μάζαν. In melle & oleo subactam, quoniam & libã sic madefiunt. * ψαιστά
ψάφαρον. Fragilem.
ψέφαρα. Tenebrosa, nigricantia, ψέφος enim tenebræ.

E ψόφου καθαπτόμενοι. Strepitum facile sentiẽtes, & timentes, vt si, formidolosos, dixisset.

ω

ᾠδεῖ. In malo, Arcesilao autem, & malum, sic* videlicet sine iota scribitur, non cum iota, vt id quod sequitur. * ὠδει
ᾠδεῖ. Tumescit: manifestum autem est cum iota hoc scribi, quoniam & οἰδεῖν, hoc est tumere.
ὠμήλυσιν. Ex nõ siccatis hordeis farinę crassiores, & farinæ tenuiores: nam velut crudã farinã, proprie aiunt ὠμήλυσιν nominari, magis abusiue autem omnem aliam farinam.
F ὠρεόντων. Curantium, nam & cura ὤρα.
ὥρου. Anno.
ὤρουσαν. Impetum fecerunt.
ὠτειλάς. Non solum cicatrices, sed etiã vlcera.
ὠχέτευτα. Effluxiones, & exitus possedit. * Hen. Steph arbitratur legẽdũ esse ὠρεῖστατα locũ ex libro de septimestri partu.

FINIS.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

Omnes sunt quaterniones, præter Ii ternionem, & Kk quinternionem.

VENETIIS, APVD HAEREDES
LVCAE ANTONII IVNTAE.





GALENO

ASCRIPTI LIBRI

QVI VARIAM ARTIS MEDICÆ farraginem ex varijs auctoribus excerptam continentes, optimo, quo fieri potuit, ordine sunt dispositi, & in vnum corpus redacti.


QVARTA HAC NOSTRA EDITIONE, *non parum ornamẽti consequuti, ob complures nouas emendationes, & ob aliquot versiones recenter factas, deniq; ob librum vnum nunc primum in lucem editum.*

Locis etiam Hippocratis nuperrime in margine notatis.

Librorum seriem sequenti pagina habes.

Τὰ Νόθα.











VENETIIS APVD IVNTAS M D LXV.



SPVRII LIBRI HI SVNT

De Historia philosophica liber, à Iulio Martiano Rota latinitate donatus. fol. 2
Prognostica de infirmorũ decubitu ex mathematica sciẽtia, à IACOBO MARISCOTO Medico Florentino translatus, & quamplurimis locis ad antiquorum grecorum codicum fidem emendatus. 12
De Partibus artis medicinæ liber ex veteri Nicolai Rhegini Calabri translatione restitutus. 16
De Dynamidijs liber sine principio. 18
Alter liber de Dynamidijs, magna ex parte ex Aetio desumptus, plurimis in locis correctus. 19
De Spermate liber. 36
De Natura, & ordine cuiuslibet corporis. 41
De Anatomia parua. 42
De Anatomia viuorum. 43
De Anatomia oculorum, Nicolao Rhegino Calabro interprete. 57
De Compagine membrorum, siue de natura humana 58
De Virtutibus nostrum corpus dispensantibus, ex Galeni libris. 60
De Voce & anhelitu. 60
De Vtilitate respirationis. 62
Compendium pulsuum. 65
De Motibus manifestis, & obscuris liber, quem Ioannitius de greca lingua in arabicam transtulit, Marcus autem Toletanus de arabica in latinam. 66
De Dissolutione continua. 71
De Aquis, ex Galeno, & alijs prestantissimis medicis, capita sex Oribasij, Augustino Gadaldino interprete. Hic libellus in prioribus editionibus De bonitate aquæ inscriptus, mutilus legebatur. 75
De Vinis ex Galeno, caput sextum libri quinti Collectionum medicinalium Oribasij ad Iulianum Imperatorem, Augustino Gadaldino interprete. 76
Præsagium experientia confirmatum, Georgio Valla interprete. 77
De Vrine significatione ex Hippocrate, eodem Georgio interprete. 78
De Simplicibus medicamentis ad Paternianum. 79
De Virtute Centaureæ, Nicolao Rhegino Calabro interprete. 92
De Catharticis. 94
De Gynæceis.i. passionibus mulierum, Nicolao Rhegino Calabro interprete. 95
Liber Secretorum ad Monteum. 96
De Medicinis expertis liber, cui titulus est, Medicinalis experimentatio. 103
De Melancholia ex Galeno, Rufo, & Posidonio caput nonum libri sexti Aetij, Iul. Martiano Rota interprete. 109
De Cura Icteri liber. 110
De Cura lapidis liber. 111
Quesita in Hippocratem. 113
De HVMORIBVS Augustino Gadaldino interprete.
De PLANTIS translatus Marsiliæ per Dominum Grumerũ Iudicem de Placentia, & per magistrum Abraham medicum de Arabico in latinũ, & est De medicinis occultis quas noluit propalare, nec consignare in libris suis alijs, quæ sunt experimentate, & probatæ.

Siquid superesse videbitur in antiquis translationibus, quod in hisce nouis non reperiatur: id titulorũ diuersitate contingere scias, non quia prætermissum aliquid sit. Nihil est enim in vetustis illis codicibus, quod in hisce nouis non contineatur: nam aut idem sunt, verum alio nomine insigniti: aut compendia: aut partes: aut fragmenta. Exempla aliquorum subijcientur. Opus, quod illic Myamir appellatur, idem est, ac id, quod hic De compositione medicamentorum secundum loca inscribitur. Libri item de iuuamentis membrorum, compendium sunt librorum De vsu partium. Libellus de præsagitura, finis est libri De constitutione medicinæ. Et qui de commoditatibus theriacæ inscriptionem habet, fragmentum est libri De theriaca ad Pisonem.

GALENI
LIBER DE HISTORIA PHILOSOPHICA

Iulio Martiano Rota interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Liber longe Plutarcho dignior, quàm Galeno.

Qualis Philosophia fuerit ante Socratem: Quas ipse Partes addiderit: ac de Proposito Libri.

CVm illi, qui se primum ad philosophiam contulerunt, de rerum natura solummodo disceptarent, atq; in ea finem studiorum suorũ posuissent, multis post seculis natus Socrates, illorum sniam improbauit, fieri nõ posse dicens, vt ab hoïbus ea perciperentur, quæ tam remota à nostro sensu forent. Existimabat.n. summę difficultatis esse tam abditarum rerum certã notitiam consequi: plusq; vtilitatis hoïes habituros, si scrutarẽtur, quo modo quis fęliciter vitã traduceret, & se, quãplurimis bonis fruẽs, a malis oïbus tueretur. Hoc itaq; cũ vtilius fore Socrates iudicasset, dissertationes de natura rerum, q̃ parũ humanæ vitæ conducere viderentur, omisit: & eam disciplinã excogitauit, quę quid bonum, quid malum: quid turpe, quid honestum: quidq; honore, aut vituperatione dignum sit, inuestigat, arbitratus illos, qui hæc antea secũ meditati fuissent, ab oïbus vitæ incõmodis se facile explicaturos: Atq; philosophiæ pars altera hinc addita est, q̃ de moribus agit, & illos instruit, qui vitam optime degere velint. His aũt ita mente præsumptis, idem quoq; cum aïaduerteret opus sibi fore, vt quos inuentorũ suorum participes esse vellet, eos ẽt assentiri faceret: idq; solum fieri posse, si q̃bus cum sermonem instituisset, vere q̃ diceret affirmare videretur: rerum oïum magistram disserẽdi facultatem adinuenit: cuius argumẽtationibus ducti & à malis discedimus, & ea amplectimur quæ p̃desse semper, obesse nunq̃, suapte natura queunt. Sic itaq; Socratis opera, philosophia, quæ ad ipsum vsq; naturaliũ rerum cognitionẽ non excesserat, tres partes obtinuit. Hęc præfari nos oportebat, vt calle quodã ad philosophiæ historiã veniremus: de qua nobis recensere hoc in libro propositum est, nõ quia noui aliquid ipsi apportemus, verum vt q̃ ab antiquis de primo eius genere sparsim & fuse dicta sunt, in vnum colligamus, breuiterq; & dilucide ea explicemus: ne, si prius hæc nostra legerint, qui discẽdi studio tenentur, expositoribus egeãt: ne'ue per se ipsos vnaquaq; in re, quid ab antiquis philosophis pronunciatũ sit, aperte non intelligant. Cõmodius aũt, quod dicimus, efficiemus, si & enunciatorum comprobationes, et verborũ phaleras omittemus: nã neque ostentationis gratia scribere hæc aggressi sumus, sed vt his cõmodi essemus, q̃ sibi vtile quippiam ex philosophia sumere decreuerint: quiq; non solũ abolla & pallio indutos, philosophos arbitrantur, sed ẽt eadem qua cęteri veste vtentes, in õ animũ philosopho dignum habere studeant. Perspicue vero nũc oïa, q̃ à doctoribus meis accepi, quæq; ipse legendo consecutus sum, in vnũ redigere curabimus: vt ex his intelligat vnusquisq;, vnde primũ philosophia ad Grecos p̃uenerit, quibusq; auctoribus in Gręciam trãsierit: ac demũ qui ipsi aïum adijcientes cæteris præstare visi sint.

De Successione Philosophorum.

COnstat igitur inter q̃ plurimos Thaletem Milesium, philosophiam primũ apud Iones inuexisse: vnde & eius ętatis sapientiã oẽs Ionicam appellarunt. Huius familiaris Anaximander extitit: qui & ipse eodẽ pacto philosophatus est, Anaximeneq; doctrinę suę successorẽ, & æmulũ reliquit. Anaximenes Anaxagorã docuit, q Mileto relicta, migrauit Athenas, vbi Atheniensem Archelaũ ad studia philosophiæ cõcitauit. Archelaum Socrates audiuit, is q & ætatis suę, & post

se genitis hoībus, in causa fuit, vt syncero animo philosophiæ incūberent: oēs.n.ferme quotquot E ad ipsum accedebāt, philosophiæ desiderio inflāmatos dimittebat. Quāuis aūt multi fuerint appellati Socratici, in præsentia tñ eorum tantum mentionem faciam, qui disciplinæ successores ab eo relicti sunt. Horum vnus Plato fuit, qui cęteris oībus plurimum excelluit, & , vt aliquis diceret, solus inuidia superata, Socratici nomen obtinuit. Clarus itaq; apud oēs cum esset, veteris academiæ princeps extitit. Hunc Speusippus secutus est, qui in eisdem quidem inuentis māsit, sed in articularem morbum incidens, non multo postea naturæ cōcessit, Xenocrate relicto, qui Platonis auunculi dogmata explicaret. Xenocrati Polemo successit, qui & ipse à Platonis disciplina non deuiauit, Cratemq; instituit, in quo vetus academia finem habuit: nam Archesilaus, qui Cratē audiuit mediā academiā inuexit, & ἐποχὴν hoc est sententiæ suæ reticentiam, excogitauit. Hunc secutus Carneades, academiæ nouæ fundamenta iecit, Clitomachumq; dogmatis sui sectatorem reliquit. Fuerūt preterea duæ aliæ academię, quarū priori, Philo: posteriori, Antiochus præfuit. E reliquis aūt Socraticis, quos plures admodum fuisse constat, multis parem, inferiorem nemini Antisthenem arbitror: is enim austerā vitam agens, philosophiam primus in opus deduxit. Antisthenem Diogenes sectatus est, & illi similis vitę instituto fuit. Hūc Zeno Citieus audiuit, qui & Stoicam sectā inuenit, & Cleātem docuit. Chrysippi magister Cleanthes fuit: amboq; Zenonis doctrinā F & vitæ institutum tenuere. Chrysippus Diogenem Babylonium discipulum habuit: Diogenes Antipatrum instruxit: Antipater Possidoniū docuit. Rursus quoq; Aristippus vnus ex Socratis auditoribus fuit, à quo Cyrenaicus cum esset, Cyrenaicam sectam accepimus. Sed nec Megarensium dialecticā (hoc enim nomen ea secta habuit) iure quispiam despiciet: huius auctor Euclides Megarēsis fuit, qui Stilponem docuit, & ingenij subtilitate nemini eorum, qui Socratē audierunt, inferior fuit. Stilponem Menedemus Erytriensis audiuit à quo Erytriaca philosophia cognomen accepit. Phædonem Eliensem nemo non nouit, vt inter Socraticos è primis vnus habitus sit. Hūc Anaxarchus Abderita sectatus est, qui Pyrrhonē docuit, Scepticæ philosophię auctorem. Aristoteles autem diu quidem Platonicis inuentis adhæsit, sed tandē se ipsum nouo dogmati addixit, & Theophrastū scholæ & disciplinæ hæredem sibi elegit. Theoprastus Stratonem docuit, qui suo quodam iure, de rerum natura disputauit: nam Epicurus philosophiæ, vt quidā opinantur, eruditione cōtempta, disciplinæ genus quoddam inuexit, quod ab accuratis philosophis non est approbatum. Epicurum vero Metrodorus audiuit & Hermachus, qui Epicuro successit.

Porrò philosophorum genera duo suprema fuerūt, Ionicum & Italicum. Sed de Ionico multa satis iam diximus: Italici vero, eius quidem, quod Crotone & Tarento viguit, princeps extitit Py- G thagoras: eius autem, quod Elææ floruit, Xenophanes Colophonius, quem plerique dubitando potius, quàm aliquid statuendo, philosophatum ferunt. Xenophanis placitis delectati sunt Melissus & Parmenides, quem abditarum rerum notitiam adeptum sic tradunt, vt Zenonem Elæatē cōtentiosam philosophiam. Zenonis auditor Leucippus Abderita fuit, qui primus atomos excogitauit: quod dogma susceptum à Democrito, & stabilitum est. Democriti Protagoras discipulus fuit, qui primus oratoriam faculatem philosophiæ coniunxit.

De Cognominibus Philosophiæ.

PHilosophia vero cognomen adepta est, Partim ab auctoribus, vt Pythagorica & Epicurea: Partim ab eorū patria, vt Eretrica, Megarica: Partim à fine, vt Eudæmoniaca, siquidē Anaxarchus philosophię, quę suo tempore viguit, finem esse felicitatē dicebat: Partim ab actionibus, vt Peripatetica, Aristoteles nanq; deambulando cum sermonē ad discipulos haberet, hoc cognomine philosophiam suā appellandā censuit: Partim ab aduersando, vt Cynica: Partim ab aliqua eius portione, cui prę cæteris operam dederint, vt Dialectica: Partim à locis, in quibus diuersabantur, vt Academica, & Stoica: Partim ab affectu, quo docentes vtebantur, vt Sceptica: Partim ab auctoribus, fine, & patria simul, vt quam Aristippus introduxit, quæ ab ipso Aristippica dicta est, H ab eius patria Cyrenaica, à fine Voluptuaria, voluptatem enim philosophiæ dicebat finem esse. Voluptatem autem illum pleriq; significasse affirmant, non illam sensuum motione excitatā dulcedinem, sed eum animi statum, qui molestia careat, nec illecebris vllis mulceatur.

De Ordine & Definitione Philosophiæ.

Eam philosophiæ partem, quę nobis disserendi artem tradit, duabus reliquis eius partibus anteponendam censuere, qui posterioribus seculis extitere philosophi, arbitrantes eos qui accurate velint philosophiæ operam dare, non prius alias partes attingere debere, q̃ disceptandi peritiam adepti sint, & quid sit vnumquodq; cognoscendi: philosophiam nanq; cognoscēdi facultatem esse quidam dicebant, & artem vitam optime traducendi: optimam autem vitam esse secundum virtutem viuere. Quidam vero ipsam definiebant, exercitationem artis ad vitam optime degendam necessariæ. Ac exercitationem quidem philosophiam esse omnes existimant: artem vero sapientiam, quæ humanarum diuinarumq; rerum comprehensio est. Quidam vero ipsam esse potius arbitrati sunt facultatem spectandi quæ eligenda fugiendaq; sint: per eligenda, bona: per fugienda, mala significantes: bona enim esse, quæ propter se sequenda sunt, & adepta possidentibus vtilitatem apportant: mala vero, quæ vitanda, & obtenta damnum habentibus inferunt.

De

A *De Partibus Philosophiæ.*

Philosophiæ partes ex sententia plurium,& eorum,qui diligentissimi fuisse creduntur, tres esse in superioribus iam diximus. Harum prima Rationalis dicitur,qua scimus vniuscuiusq; rei substantiam ab accidētibus discernere, & quo quidq; ab alio differat. Secunda Naturalis vocatur,per quam intelligere valemus,quid in causa sit,vt cœlum tanto ordine circūuoluatur, & quę partium eius tarditatis ac velocitatis ratio sit,ac id genus alia. Tertia, quæ alijs duabus magis est necessaria, & ad opus vitæ longe vtilior,Moralis nuncupatur: qua commode colloqui,& pacate conuersari scimus: ac imperiosos,quidem & elatos,non odio prosequendo, sed partim eludendo,partim miserando, comtemnere: mansuetos autem & officiosos è contrario diligere. Horum autem vitam agere melius atq; facilius est, cum expositi omnium commodis sint: illorum autem, & malum & difficile,quia nec adiri volunt,& adeuntibus molesti sunt.

De Sectis,quid Secta sit, & Quot numero.

Sectam aliqui tribus modis dici affirmant,cōiter,proprie,& proprijssime: ac cōiter quidē consensum esse aliqua in re, quæ ad vitam degendam pertinet: proprie vero consensum in artis alicuius exercitatione: proprijssime autem, consensum rerum ad philosophiam spectantium. Hanc B sic ex notione definiunt. Secta est collectio multorum dogmatum sibi ipsis concordantium,& ad vnum finem tendentium. Sectæ vero quas maxime generales existimant ij,quibus ista curæ fuerunt, quatuor enumerantur. Dogmatica, quæ in multis constituta & stabilis est. Sceptica, quæ de singulis dubitat. Contentiosa,quæ cauillis superior esse in concertationibus studet: sunt aūt cauilli,sicut si dixeris,quod ego sum,tu non es: homo sum: ergo tu non es homo: & id genus aliæ pueriles & litigiosæ deductiones. Mista, quæ licet multa decreta habeat, de multis tñ adhuc dubitat, nec ita de singulis disputat,vt ea constituat. Dogmaticos fuisse tradunt Pythagoram Samium & Epicurum Atheniensem Scepticos Zenonē Elæatem, Anaxarchum: Abderitam,& Pyrrhonē, quem exactissimum in hoc genere fuisse dicunt. Contentiosos aūt appellarunt Euclidem,Menedemum,& Clitomachum. Mistos vero Xenophanē,qui de rebus oībus dubitauit, illudq; solum asseruit,cuncta vnum esse: Deumq;,& finitum,& immutabilem,& rōne præditum: Itē Democritum,qui nulla alia de re sententiam suam protulit,sed tantū atomos vacuū & infinitū asseuerauit.

De Exortu Philosophiæ,& Cur inuenta.

Principium philosophiæ tribus modis dicitur,inuestigandi,constituendi,demonstrandi. Principium inuestigandi,est quod primos hoīes in opinionem philosophię induxit: constituēdi,pars C ea philosophiæ, quæ prior in artem redacta fuit: demonstrandi, illud vnde probare incipimus ea, quæ apud nos inuēta & constituta fuerunt. Xenocrates ideo repertam philosophiam asserit,quia cum turbulenta sit actiua vita,se ad contemplationis studium prudentes hoīes contulerunt.

De Signo.

Signum à dialecticis diffinitur proloquiū mentis cōiunctum: item antecedens,cui consequēs aliquod adnexum sit. Signorum autem quædam ostendere,quædam admonere dicūtur. Ostēdunt,quæ sic adnexa significatis sunt,vt cum primum apparent, nos in cognitionem rei significatæ ducant, vt fumus: quē simulatq; conspeximus,ignem subesse statim intelligimus. Admonent, quæ non nisi prius obseruata in notitiam rei significatæ nos abducunt, vt lac in papillis: id enim vbi prius adesse cognouerimus,antea peperisse mulierem intelligimus.

De Syllogismo.

Syllogismus est oratio,quæ ex concessis ab eo,cum quo disputamus,inexpectatum aliud quippiam colligit, veluti in primo de republica, Thrasymacho concedente, iustum id esse quod vrbiū magistratibus est vtile, magistratusq; interdum aberrare,colligit Socrates iustum quoque id esse, quod magistratibus inutile sit.

D *De Definitione.*

Definitio est concisa oratio, quæ nos ducit in cognitionem vniuscuiusq; rei. Vel definitio est oratio,quæ breui quadam cōmonefactione, nobis propositas res detegit. Definitionū aliæ à substantia,aliæ à notione sumuntur.

De Diuisione.

Diuisionem existimant separationem esse eorum,quæ in vnum conuenerint: diuidi autem nomē, in significationes: totū,in partes: genus, in species & differētias: species,in singularia: & hęc, in accidentia: accidentia, tum in se ipsa,tum in subiecta.

De Iudicio.

Iudiciū est rē discernens consideratio. Duplex aūt iudiciū habemus,vnū quo viuimus,alterum quo res esse vel nō esse diiudicamus. Tribus modis vero dr̄ iudiciū,cōiter,ꝓprie,et maxime,ꝓprie.

De Vero.

Verum est,quod alicui oppositum cum re conuenit. Differt autem verum à veritate, subſtātia, constitutione, potentia: Substantia, quoniam verum incorporeum est, cum dignitas sit quæ ab oībus proloqui solet, veritas autem corpus: nam omnium rerum scientia est, scientia principalis animi facultas, principalis facultas spiritus esse videtur. qui merito corpus existimatur: Constitu-

tione, quia verum euidens est, vt ego disputo: veritas autem à nobis inquiratur oportet, cum bona vniuersa comprehendat: Potentia, quoniam verum malis & ineruditis hominibus, nam vera interdum & ipsi dicunt: veritas autem non nisi probis & eruditis viris inesse potest. E

De Demonstrationum Generibus.

Qm̃ ad eam philosophiæ partem, quam logicam vocant pertinere vr̃ de demõstrationibus docere, consentaneum est, vt de his quoq; aliquid dicamus. Demonstrationes voco syllogismos, qui euidentibus propositione & assumptione, conclusionem ostendunt: vel qui nulla alia egeāt comprobatione. Sunt autem bifariam distincti: nã alij cathegorici i. prædicatiui, alij hypothetici hoc est conditionales, appellantur. Horum alij modum habent, alij modo carent, alij misti sunt, alijq; secundum, alij tertium adiacens prædicant. Conditionalium species sunt septem. Prima est in qua duobus positis, quorum vnum præcedat, alterum sequatur, præcedens assumitur, & sequens infertur: vt, si dies est, lux est: sed dies est: ergo lux est. Secunda est, quę ex antecedente & opposito cõsequentis, oppositum præcedentis colligit: vt, si dies est, lux est: sed lux non est: ergo dies non est. Tertia est, in qua ex annexo negato & opposito vnius partis, alterius partis oppositũ deducitur: vt, non si dies est, lux non est: atqui dies est: igitur lux est. Quarta est, in qua ex disiuncto & partis vnius opposito, alterũ probatur: vt vel dies vel nox est: sed dies non est: igitur nox est. Quinta est, in qua ex disiuncto & vna eius parte, altera nõ esse arguitur: vt vel dies vel nox est: atqui dies est: igitur nox non est. Sexta est, quæ ex coniuncto negato & vna eius parte, reliquã non esse concluditur: vt, non & dies & nox est: sed dies est: igitur nox non est. Septima est, in qua ex cõiuncto & parte vna negata, alteram colligimus: vt aut dies aut nox est: sed dies non est: ergo nox est. F

De Naturali Philosophiæ Genere, ac primo de Efficiente, & Materia.

QVantum igĩt par fuit de his agere, quæ ad rõnalem philosophiæ partem attinẽt, à nobis est alio in opere fuse conscriptum. Hic autem pauca quædam solummodo perstringẽtes, ad ea recensenda properamus, quę de natura rerum antiqui tradidere. Nemo vero mihi succensere debet, si quæ ab alijs inuolute & perplexe scripta sunt, ea nos facile & explicate referre confidimus: nã & hoc fieri posse non dubitamus, & rudibus satis fore censemus hinc philosophię dogmatibus, tanquam sacris quibusdam, initiari. Exordium autem faciemus à primis rerum naturalium principijs, tam efficientibus, q̃ materialibus: quibus cum animum adiecissemus, iure oĩbus anteponendum duximus causas efficiẽtes: inter quas Deus principem locum obtinet, quem omnium quæ sunt, quæq; in dies fiunt, auctorem & artificem, vt ita dixerim, veteres asserunt. Plato siquidem & Stoicus Zeno quid esset Deus explicantes, non mundũ, ipsum esse dixerunt, sed præter hæc omnia quiddam aliud, incorporeum quidem, vt Plato sentit: corporeum vero, sicut Zeno asseuerat: Neuter tamen, quę Dei forma sit exponere est ausus, sed Epicurus humanam ipsum habere figuram credidit: Stoici propriam quidem eum semper non retinere, sed igneus spiritus cum sit, oĩum, quibus affluxerit, formam facile suscipere, illisq; similem effici. Locum illi determinatum Epicurus inter mundos assignat, vbi Deum incedere, & ambulare dicit: Stoici rebus omnibus eum cõnasci, illisq; similem effectum, cum eisdem & moueri & locum mutare dicunt, ac ex ingenita sibi virtute, cuicunq; rei sibi coniunctæ prospicere: ijdem quoq; Deum quidem cuncta gubernare dixerunt, sed nullius rei curam peculiariter habere. Stoicis Epicurus hac in parte consentit, affirmans beatam incorruptibilemq; naturam, neq; ipsam in se molestias vllas habere, neq; alicui alteri negocium facessere, vniuersis tñ hominibus bona Deum elargiri. Plato aũt opinatus est Deum, & oĩum simul, & vniuscuiusq; priuatim, curam habere in illis solũmodo, quæ ad vitam spectant. Quicunq; mũdum genitum putant, Deum inquiunt ipsius extructorem fuisse: non tñ omnes qui genitum mũdum concedunt, eandem quoq; de ipsius fine sentẽtiam habent. Verum Plato ex admirabili artificio eius, qui ipsum construxit, neq; dissolui, neq; aboleri posse mundum existimat. Stoici contra absumi mundum putant, idq; ignis opera fieri, qui in causa est, vt exustus in infinitum commutetur: sub quo certo quodam tempore materia quiescit, totq; cõmutationum vacationem accipit, donec rursus in contrarium statum vergentibus rebus, alia quoq; elemẽta denuo prodire incipiāt: & rursus diuino iussu segregata, atq; in vnum corpus redacta nouum mundum constituant. Ac cæteri quidem omnes, qui Deum cunctarum rerum auctorem crediderũt, ipsum quoq; vnum horum omnium causam statuũt: Solus Plato ideas introduxit, quarum exemplum Deus in conficiendis rebus sequeretur: item materiam omni qualitate carentẽ, ex qua singula quæq; componeret, & dissimiles inter se res distinctasq; faceret: neq; enim ex his vnum aliquid sufficere, sed tria simul hæc requiri censet, siquid absolui debeat. Verum qm̃ de efficiente principio satis multa attulimus, tempus est vt de materia quoq; aliquid dicamus. Oẽs qui de rerum natura aliquid locuti sunt, cõcordes materiam esse concedunt: quę nam vero sit, non oẽs consentiũt. Sed Pherecydes Syrus, terram eam esse credidit. Thales aũt, aquã. Anaximandrus, infinitũ. Anaximenes & Diogenes Apolloniata, aerem. Heraclitus, & Hippiasus Metaponticus, ignem. Xenophanes Colophonius, aquã & terrã. Hippo Rheginus, ignẽ & aquã. Oenopius Chius, ignẽ & aerẽ. Empedocles, quatuor elementa, terrã, aquã, ignem, & aerẽ: His amicitiam & litem adiũgit, quarũ altera cõiungit & vnit, altera segregat & distinguit. Democritus & eum secutus Epicurus, G H

atomos,

A atomos oium rerum materiam opinantur. Heraclides Ponticus, & Asclepiades Bythinus rerum principia faciunt moles quasdam oi actione carentes. Anaxagoras, minimas quasdam & siles rerum particulas. Diodorus, qui Cronus appellatus est, indiuidua minimaq; corpuscula. Pythagoras, numeros. Mathematici corporum fines. Strato Physicus cognomẽto, quas vocãt qualitates. Plato, Aristoteles, et Stoici, naturam quandam informẽ, ex qua primum quatuor elementa, tũ reliqua fiant: sed Aristoteles elementis quintum corpus addit, qđ circũuoluitur, & est immutabile.

De Principij & Causæ Differentia.

PRincipiũ & causam aliqui nihil inter se differre putant. Aliqui principium quidẽ rerũ oium originem precedere volunt, non tñ ipsum euentus huiusce causam esse dicunt, sed id, quo ẜm vnumquẽq; modum res fiunt. Causarum gña quatuor ijdem statuunt: Præcedens, quod ab euentu separari põt, idq; quod iam effecit ꝑmanet: Continens, quod rem quã facit non deserit, nã eo ꝑsente, res gignitur, absente desinit, vrgente crescit, desistente minuitur: Perfectum, quod per se solum rem peragit: Cõcausans, quod cæteris pares in euentum confert: vt in arãdo videmus, in quo vel plurimum affert, qui minimum etiam adiumenti confert, vt bobus quidem duobus arator indigeat, sed multo facilius opus absoluat, si tertium iumentum adiunctum aliorum laborem leuet.

B *De Principij & Elementi Differentia.*

Cum Iones elemẽtum à principio nihil differre arbitrarentur, plurimum Plato itéresse iudicauit, atq; ita vtrũq; distinxit, vt Elemẽtũ id sit qđ compositum & effectũ est, qũo terrã, aquã, aerẽ, & ignem elemẽta vocamus: Principiũ vero dicatur, quod se prius quicq; nõ habet, ex quo gigni potuerit: alioquin principium nõ fore elemẽtis, nãq; priora sunt tum materia informis & perẽnis: tũ forma, spẽs, & ἐντελέχεια hoc est perfectio nũcupata: demũ priuatio, quã absentiã definiũt rei, q̃ tum adesse debeat. Merito igitur Plato reperta differentia, veterem Ionicorũ sñiam improbauit.

De Natura.

Naturam aliqui definiũt arte ꝓditum suapteq; motu in gñationem tendentem igneum spũm. Alij nihil aliud, quàm minutorũ corporũ cõgressum & discessum. Aristoteles principiũ motus & q̃etis eius, in quo est primo & nõ ẜm accidẽs: Naturalia vocat, cũ elemẽta quatuor, tũ cætera q̃ ex eis fiunt, aĩalia, stirpes, metalla: & quæ in aere gñantur imbres, niues, fulmina, grãdines, venti.

De Motu.

Motum oẽs penè concedunt, quicunq; paulo diligentius philosophati sunt, Locorum cõmutationem: vt cum quis Alexandria Romam venit, vel Alexãdriam Roma discedit: Qualitatum C variationem, vt siquis ex frigido calidus fiat, vel ex calido frigidus euadat: Naturæ vicissitudinẽ, vt si quis antea non existens homo, nunc esse incipiat: vel cõtra existens homo, esse desinat: Staturæ mutationem, vt siquis è paruo magnus crescat, aut è magno in paruum decrescat.

De Corpore.

Reliquis corpus esse dicẽtibus quodcunq; siue agat, siue patiatur, Mathematici corpus esse definiunt, quod trifariam extentum est, in longum, in latum, & ꝓfundum: Punctum nanq; esse, qui partes non habeat: Lineam vero, longitudinem tantum: Superficiem, latitudinem longitudini coniunctam: Hanc, si profunditas accedat, corpus appellari: Quidam etiam corporum fines corpus crediderunt. Plato molem esse corpus asseruit, quę & locum occupat, & intra se molem aliam non admittit, neq; enim duo corpora vnum locum obtinere simul posse.

De Figura.

Figura, corporis superficies, circunscriptio, & finis est. Figurarum vero, aliæ rotundæ sunt, alię angulares, quarum infinita penè variatio est.

De Forma seu Idea.

Forma, substantia est incorporea, quæ quidem ex se non subsistit, sed formis carẽtem materiam D informans, omnia, quæ videmus extare facit. Socrates & Plato formas arbitrantur naturas esse à materia separatas in intellectu cogitationeq; Dei, hoc est in mente diuina sitas. Aristoteles autem formas quidem & species non abstulit, sed eas materiæ coniunctas esse voluit. Stoici nostras intellectiones formas appellarunt.

De Mundo.

STOici mundum vnum esse dixerunt, quem & totum esse, & corporeum arbitrati sunt. Empedocles mundum quidem vnum esse concedit, totum tñ ipsum negat, sed exiguam quãdam totius particulam, reliquum vero, ociosam materiam. Plato mundum vnum esse & totum, tribus argumentis coniectat, quia perfectus non esset, si omnia nõ contineret: nec exemplari similis, si vnicus non esset: nec æternus, siquid extra se haberet. Metrodorus tam absurdum esse putat vnum mundum in infinito natum dicere, q̃ in agro magno, vnam spicam: nam cum infinitæ causę sint, mundos quoq; infinitos esse necessum est. Sunt autem infinitæ causæ, i. atomi, quare & infinitos effectus esse oportet, hoc est mundos, cum eorum quisq; finitus sit.

De Constitutione Mundi.

Mundus rotunda figura hoc pacto constitit. Indiuidua corpuscula, quæ tum fortuito motu ferebantur, cũ vnũ in locũ plurima conuenissent, magnitudine, & figuris differebant. Quæcũq; igitur

angulosa, magna, & grauia fuerunt, subsistere: quæ vero parua, leuia, & rotunda, in superiorem locum ab illis extrusa sunt: nec prius ascẽdere desierunt, quàm impulsionis violentia cessauit: tunc.n.retro acta, cum inferius descendere non possent, in loca sibi cõgrua deuenere, ea autem sunt quæ circumposita. Vt igitur inter se satis coagmentata sunt, quæ circum vndiq; erant, extimum cœlũ genuerunt: quæ vero illis & loco & natura proxima extiterunt, planetas effecerunt: nã aerem exhalatorum corporum multitudo cõposuit, qui concitatus in ventum, cœlum agitare cœpit, & eum in orbem actum circũuersare: quem motus ordinem stellas adhuc seruare videmus. Vt aũt ex corporibus in sublime eiaculatis, cœlum, ignis, & aer, ortus est, ita ex subsidentibus nata est terra: quã multa materia nimium adhuc corpulentam, cum ventorum impetus, tum stellarum splendor cõpingendo attenuarunt, & ad eam quã spectamus paruitatem, redegerunt aqua expressa: quæ fluida cum sit, per decliuia labi cœpit in loca concaua: vel ipsa per se aqua huc illuc discurrens alueos sibi & latos sinus excauauit. Sic itaq; præcipue mundi partes in lucem prodierunt. E

De Deo.

QVæ de Deo inter initia omisimus, ea nunc explicare nobis in animo est. Nã ex antiquis philosophis quosdam inuenimus, qui Deos non esse dixerunt: nõ tñ id palàm fateri ausi sunt, sed an Dij essent, ignorare se dicebant. Fuerunt aũt Diagoras Milesius, Theodorus Cyrenaicus, Euemerus Tegeata, & Euripides Atheniensis, quanq; id ipse non dicit, sed Sisyphum id dicẽtem introducit ob metum Areopagitarum. Sed istos missos faciamus, & Anaxagorã potius audiamus, qui diuinam mentem asserit, res oẽs à primordijs mundi inter se confusas distinxisse, atque ita res omnes procreasse: Vel Anaximandrum, qui stellas cœlestes Deos arbitrabatur: Aut Democritum, qui mentem igneo circulariq; corpore vtentem, hoc est mundi animam, Deum esse affirmabat. Nam Pythahoras ex hisce, quæ ipse inter principia collocauit, vnitatẽ, hoc est vnius naturam, & mentem ipsam, Deum atq; bonum existimauit: dualitatem vero, Dæmonem, & malum, quam corporea moles circunstat, id est quem aspicimus mundum. Socrates autem & cum se cutus Plato, Deum id inquiunt esse, quod vnum, quod solum, quod bonum, & ex sese est: quæ oĩa illuc tendunt, vt Deum mentem esse significent nulli materiæ commistam, nulliq; effectui obnoxiam. Aristoteles vero supremum Deum formam esse definit, separabilem quidem, æthereo tantum corpori, quod quintum appellat, inhærentem. Id autem cum in plures sphæras natura quidẽ coniunctas, ratione vero distinctas, separet, quãq; sphæram animal esse censet, ex anima & orbe compositum: quorum hic æthereum corpus est, in circuitum volubile: illa ratio, quæ ipsa quidem motum non admittit, sed tñ motus est causa. Stoici Deum esse pronunciant, ignem arte præditũ, rationeq; & via ad mundi generationem procedentem, atque oẽs rerum omnium rationes continentem, quibus vniuersa fato eueniunt: Item aliter, spiritum toti mundo infusum, qui varias appellationes sortitur pro diuersitate materię, in quam diffusus est. Deos autem existimant cum stellas & cœlum, tum præcipue mentem. Epicurus Deos omnes humanam speciem habere credidit, videri tamen à nobis non posse, ob summam tenuitatem atomorum, quę ipsos componũt. Quatuor etiam alia rerum genera sempiterna statuit, atomos, infinitum, vacuum, & similitudines, quæ ab eo eiusdem rationis partes & aliorum elementa censentur. F G

Vnde in Cognitionem Dei venimus.

Dei vero cognitionem habuimus ex pulchritudine, quã cœlo inesse spectamus: nihil.n.temere, aut casu, pulchrũ oritur, sed artificis alicuius opera: quamobrem & Euripides stellas inquit ornatus gratia ab Opifice sapienti cœlo inditas fuisse. Deuenimus autem in huiuscemodi cognitionem, cum ex alijs stellis, tum præcipue ex Sole & Luna, quæ subterraneum iter emensa, eodẽ colore, eadem figura, eadem magnitudine nascuntur, eademq; & tempora & loca seruant.

De Heroibus & Dæmonibus.

Thales, Pythagoras, Plato, & cum his Stoici, vnanimes asserunt, Dæmones naturales substantias esse: Heroas aũt, animas à corporibus separatas: & harũ bonas esse, q̃ hoĩum fuerint sanctè vitam traducentium: malas aũt male viuentium. Epicurus tam Dęmones, quàm Heroas non concedit. H

De Anima.

CVm multa de anima ab antiquis inter se controuersa dicta sint, nemo me à proposito introductionis modo discedere arbritretur, si paulo fusius ea cõmemorauero, quæ ab illustrissimis quibusq; dicta sunt. Animam igitur existimant aliq; spiritum esse toto corpori adnexum, non tñ æquabiliter, sed vni mẽbro magis, alteri minus: hoc Asclepiadis sectatores dicunt. Eandem alij facultatẽ qua viuimus arbitrantᷓ: Quidam principium motus oĩum, q̃ fiunt & sunt. Epicurus aũt aerẽ illum, quem respirando attraximus, aĩam esse credidit. Cuius substantiã alij incorporeã dixerunt, vt Plato: Alij corpoream, vt Zeno, & ipsum secuti Stoici, nã spũm ipsam esse opinati sunt: Item mortalẽ alij, vt Epicurus & Diocles: Alij immortalẽ, vt Plato & Stoici, ipsam existimarũt: quãq; Plato suo se motu semper mouentem, nec vnq; interituram ipsam asseueret: Stoici contra, tam diu animã durare, quoad mundus dissoluatur, tunc enim ipsam quoque corrumpi. Rursus alij sic adnexas corporibus animas aiunt, vt ex eis ipsas sponte natas dicant: hocq; in causa esse, vt corporeis voluptatibus tantopere delectentur. Alij vero animam volunt Dei particulã quandam

*A.P. Dicæarchus.

A dam esse, nec vllum extare elemẽtum, quod ociosum sit, quodq; in compositarum rerum rationem non veniat. Peccare vero animas inquiũt, Alij quia liberæ cum sint, suopte arbitrio ad malum ferantur: nam cum voluptates appetant, vt eas assequantur, vitia persequi flagitiosum esse non iudicant. Alij, cuncta fato euenire putantes, aĩam quoq; nulla electione habita delinquere posse concedunt. Pœnas dare sceleratorum animas, vbi à corporibus solutæ fuerint, existimat Plato: bonorũ autem, ad Deum post mortem reuerti, et in astris habitare. Stoici nihil istorũ admittunt, sed postq̃, aiunt, seiunctæ à corporibus fuerint, quę intemperanter vixerunt, & voluptatũ adhuc auidę sunt, corpus aliud iterũ subeunt, desiderio voluptatum illectæ, quas corporis ministerio assequuntur: id autem eas tandiu facere, quoad virtutem edoctæ, in cognitionem veri boni deueniãt, ac meliorem vitam traducant: à qua statim, vbi solutæ & iam ab impedimentis corporis liberę fuerint, ipsis per sesemet interlucentibus honesti ac decoris, ideis vniuntur, à quibus nunq̃ sic affectæ postea diuelluntur. Partes animæ Plato tres fecit, rationem, iracundiam, & concupiscentiã. Aristoteles quartam addidit, naturalem, quæ corpus vegetat. Stoici & ipsi partes animæ quatuor enumerant, ratiocinandi, sentiendi, loquendi, & gignẽdi facultatem. Alij simplicem & partibus carere animam arbitrantur: nihil enim aliud ipsam esse, q̃ prudentiam, quam tum mentem, tum intellectum, ap-
B pellant. Menemachus vnus ex sectatoribus stoicæ disciplinę, vbi suspitionem addidit, loquendi et gignendi potestatem ademit, eas sentiendi facultatibus attribuens. Non nulli demum in sensum & rationem animam diuiserunt, quibus aliquis merito potius assentiri poterit.

De Minimo.

ANte quatuor elementa non nulli fragmenta quædam eiusdem rationis paruissima & rotunda, ceu elementorum elementa, extitisse dicunt. Heraclitus quoq; frustula quædam cum minima, tum indiuidua, cogitatione tantum apprehensibilia concedit.

De Colore.

Color est qualitas corporis visibilis. Pythagorici colorem appellant superficiem corporis. Empedocles, quod meatibus oculorum quadraret. Plato flammam è corporibus prodeuntem, cuius partes apte oculis incidunt. Zeno is, qui Stoicorum princeps fuit, colores esse definit, primos materiæ habitus. Qui pythagoræ successerunt philosophi, colorum genera quatuor fecerunt, album, nigrum, rubrum, et pallidum: reliquas autem colorum varietates ex diuersa elementorum commistione oriri: animalium vero etiam ex aeris & locorum diuersitate consurgere.

De Mistione.

C Prisci mistionem elementorum fieri dixerũt, ex mutua inter sese per primas qualitates actione. Anaxagoras, & Democritus ex eorum solummodo congressu. Empedocles è paruissimis micis elementa cõponit, quas minima q̃dam frustula, et veluti elementorũ elementa, esse dicit. Plato tria tm̃ corpora ex se mutuo fieri credidit, ignẽ, aerem, & aquam: terram nanq; solã immutabilem esse.

De Vacuo.

Qui à Thalete manarunt philosophi ad Platonem vsq; vacuum oẽs abnegarunt. Empedocles intra mundum, inquit, vacuum res nulla, nec extra est. Leucippus, Democritus, Epicurus, & Metrodorus atomos quidem multitudine, vacuum autem magnitudine infinitum dicunt. Stoici intra mundum vacui quidẽ nihil esse, extra vero infinitum: Alij tantum vacui solũmodo extra mundum esse, quantũ ad respirationẽ mundi faciat: mundũ enim, igneus cũ sit, euentatione indigere.

De Loco & Receptaculo.

Stoici & Epicurei locum à receptaculo differre censent: ac locum quidem esse, quod corpus totum tangit vt superficies: receptaculum autem, quod parte solum, vt in vasis vinarijs contingit.

De Tempore.

Pythagoras tempus esse arbitratur, continentis nos cœli machinam. Plato mobilem æternita-
D tis imaginem, vel interuallum motus cœli. Eratosthenes Solis circumuolutionem. Temporis autem essentiam Plato cœli motum existimat. Stoici ferè omnes motum ipsum. Ac cæteri quidem ingenitum tempus arbitrantur: Plato genitum ex sensus nostri cogitatione.

De Ortu & Interitu.

Parmenides, Melissus, & Zeno Elæata, ideo nec generari nec corrumpi quicq̃ asseruerunt, qꝫ vniuersum immobile ponunt. Epicurus & cæteri, quotquot è minutis corpusculis mundum extruunt, ex atomorum conuentu gigni, & eorum discessu aboleri cuncta affirmant. Hi autem neq; oriri quicq̃ neq; interire proprie dicunt: nam cum ex congerie nõ ex alteratione gigni res velint, non qualitatis sed quantitatis motum, ortus & interitus momentum præcedere faciunt. Pythagoras, & alij quicunq; materiam pati supponunt, ortum & interitum proprie astruunt, cum velint elementorum qualitatibus immutatis nasci res, & dissolui.

De Necessitate.

Thales validissimam esse necessitatem dixit, cum vniuerso dominetur. Pythagoras mundo eam incubare credidit. Parmenides, & Democritus, omnia necessario euenire dicunt: eandemq; ipsam esse cum fato, cum iudicio, cum prouidentia. Plato quędam in prouidentiam, quędam in necessitatem refert. Necessitatis aũt essentiam Empedocles arbitratur causam principijs & elemen-

tis

tis vtentem. Democritus, resistentiam motum & impetum materiæ. Plato, non nunquam materiam: interdum habitum eius, qui circa materiam operetur. E

De Fato.

Heraclitus omnia fato euenire dicit: ipsumq; idem esse quod necessitas. Plato quãuis in hominum animis & vita fatum constituat, ei tñ & libertatem nostram adiũgit. Stoici Platonem hac in parte sequuntur: ac necessitatem quidem definiunt, insuperabilem & violentam causam: fatũ vero causarum seriem, in qua tñ illa quoq; causa cõtinet, quæ in nobis est, vt quædam fato fiant, quædam non fiant. Fati vero essentiam Heraclitus esse definit rationem, substantiã vniuersi permeantem: Fatum autem corpus æthereum, quo tanq; semine vniuersum gignitur. Plato perennem rationem & legem naturæ totius vniuersi. Chrysippus vim ordine cuncta gubernantem: Itẽ in definitionibus, fatum, inquit, est ratio seu lex, cuius prouidentia reguntur omnia, quæ sunt in mũdo: vel ratio, per quam, orta nata sunt, nascentia oriuntur, oritura nascẽtur. Reliqui vero Stoici fatum describunt causarum seriem, hoc est ordinem & nexum intransgressibilem. Possidonius tertium ipsum à Ioue facit, vt primus sit Iupiter, secunda natura, tertium fatum.

De Fortuna.

Plato fortunam definit causam, quæ sectetur & incidat rebus quas facere eligimus. Aristoteles causam, quæ hisce rebus interuenit, quas alicuius gratia & volentes facimus, obscuram tamẽ & instabilem: Differre vero fortunam à casu, ex eo, quia quæ fortuna fiunt, casu quoq; fiant, cum fortuna solum in nostris actionibus versetur: quæ vero casu fiunt, non omnia fortuna, in his enim casus etiam consistit, quæ ad actiones nostras non attinent: Insuper fortunam ad homines tantũ spectare: casum autem non ad homines solum, sed ad bruta, & ad reliqua quoq; vita carentia. Epicurus inconstantem & ipse causam modis temporibus personis, fortunã dicit. Anaxagoras & Stoici, causam quæ humano discursu assequi non possit: Atq; alia quidem necessitate, alia fato, alia electione, alia fortuna, alia casu fieri. F

De Finitate & Infinitate Mundi.

PYthagoras primus hãc rerũ oĩum congeriẽ mundũ appellauit, exactã eius dispositionẽ cõtẽplatus. Thales, & qui ab eo deriuarũt, vnũ mũdũ asseruit. Democritus & Epicurus, & vtriusque magister Leucippus, infinitos, in infinita vacui amplitudine sitos. Empedocles cum in suprema parte mundi Solẽ circũuolui faciat, mundũ finitũ statuit: Seleucus aũt infinitũ. Diogenes vniuersum quidẽ infinitũ dicit, mundum aũt finitũ. Stoici multum inter vniuersum & totũ interesse dicunt: ac vniuersum quidẽ infinitum esse, cum vacuũ quod infinitum est, cõprendat: totum autẽ quia vacuum excludit, finitum esse: quare cum totum & mundus idem sint, mũdum finitum esse. G

De Figura Mundi.

Aristoteles & Stoici rotunda figura mundum constare dicunt: Alij partim cono, partim ouo similem malunt. Epicurus, & his, & id genus reliquis, mundum constare posse concedit.

De Anima Mundi.

Reliqui oẽs aĩam habere, prouidentiaq; regi mundum arbitranť. Democritus & Epicurus, & quotquot atomos ac casum introducũt, neq; aĩam habere, neq; prouidẽtia regi ipsum inquiũt, sed bruta quadã natura. Aristoteles non aĩa, non rõne, nõ mente, nõ prouidẽtia, præditũ mundum oĩbus suis partibus existimat, sed cœlum tantummodo: cœlestes enim orbes singulos & animam & vitam habere: reliqua vero infra cœlum posita, omnibus his carere: q; si ordine aliquo frui videantur, non ex se illa ipsum habere, sed incidenter, quatenus à cœlestibus corporibus reguntur.

* inane

De Aeternitate Mundi.

Pythagoras & Plato factum à Deo mundum arbitrantur, ac quantum in ipso est, interire posse: nam cum sensibus percipiatur, corporeum est & dissolubile: non intercidet tñ Dei prouidentia & custodia præuentus. Epicurus & Stoici mundum interiturum concedunt, ortus cum sit: id quod & reliquis accidere videmus & aĩalibus & stirpibus. Xenophanes ingenitum, sempiternũ, indelebilem, defendit. Aristoteles, quæ infra Lunam sunt, mortalia: quæ vero supra, immortalia statuit. H

An Mundus Alatur.

Aristoteles, qui mundum sempiternum tuetur, nullo ipsum alimento indigere concedit, nam si nutrimento egeret, interiret tandem. Heraclitus ex ijs, quæ hic corrumpuntur, ipsum sibi mundum immutatione quadam nutrimentum subministrare putat. Philolaus ex Pythagoricis vnus, corruptiones duas esse dixit: interdum nanq; ignem è cœlo descendere, interdũ vero lunaris aquę circunuersatione aerem effundi: horum itaq; exhalationibus cœlum nutriri.

A quo Elemento Mundus Exordium ceperit.

Physici mundũ à terra exordiũ sumpsisse dicũt, tanq; à centro, quod rotundis oĩbus esse principiũ solet. Pythagoras ab igne. Empedocles æthere primo extitisse dicit, tum ignem, postea terrã: de qua circũuoluentis se cœli impetu vehementer astricta, exilijt aqua: quæ in vaporem conuersa, aerem peperit: Cœlum autem æthere, Solem igne solo constare credit: reliqua vero, quæ hic apud nos sunt, ex alijs. Plato cum visibilem hunc mundum ad imitationem mũdi intelligibilis factum existimet, animũ primum extitisse dicit, tum corpus: quod ex igne & terra primo, ex aere & aqua

secundo

A secundo constat. Pythagoras cum quinq; tantum figuras solidas esse cerneret, quas etiam Mathematicas appellant, è cubo terram natam credidit, e pyramide ignem, ex octaedra aerẽ, ex icoliedra aquam, è dodecaedra cœlum: atq; Plato hac quoq; in parte Pythagoram sectatus est.

De Ordine Partium Mundi.

Mundi partes ita inter sese complicatas Parmenides asseruit, vt vna ab alia contineat̃: ac quamuis oẽs ex raro & denso constent, eas tñ quę in medio sunt, ex opaco & lucido mistas: quę vero ceteras continet, instar muri solidam esse. Leucippus, & Democritus tunicam & membranam quãdã mundo circũponunt. Epicurus partim raro, partim denso, mundos operimento inuoluit, quorum alios circũagi putat, alios aũt minime. Plato supremo loco ętherem collocat, tum ignẽ, postea aerem, deinde aquam, vltimo terram: interdum tñ ætherẽ igni coniungit. Aristoteles ætherẽ primo collocat, quem incõmutabilem, & quintum corpus facit: ab eo commutabilia disponit, ignẽ, aerem, aquam, & infimo loco terram. His autem ita motum attribuit, vt quintum corpus, hoc est cœlestes orbes, circumuoluantur: alia vero, quæ infra cœlum sunt, recto motu ferant̃: ac leuia quidem ascendant, ignis, & aer: grauia vero descendant, aqua, & terra. Empedocles nec definita, nec eadem loca semper habere sensit elementa, sed in alterius locum omnia succedere.

B *De Mundi Inclinatione.*

Diogenes & Anaxagoras post mundi constitutionem & animalia genita ex terra, sponte mundum vnam suam partem ad austrum inclinasse aiunt, alteram ad septentrionem extulisse: fortasse vero diuina prouidentia, vt quædam mundi partes habitari possent, quædam non habitari, pro caloris, frigoris, & temperiei cõditione. Empedocles, aerem inquit Solis impetu adactum, boreales plagas extulisse, australes autem depressisse, atq; ita totum mundum inclinatum esse.

An Extra Mundum Aliquid sit.

Qui duce Pythagora philosophati sunt, extra mundũ vacuũ esse dixerũt: vacuũ nãq; respirãdo mundus attrahit, expirãdo remittit. Stoici quoq; ideo vacuũ foris esse volũt, vt cũ mundus conflagrabit, in ipsum diffundi queat: id aũt vacuum infinitũ esse: quanq; Possidonius infinitum ipsum non facit, sed tm̃ solummodo, quãtum ad dissolutionẽ mũdi sufficiat, libro primo de vacuo. Diogenes vacuum & ipse astruit. Plato & Aristoteles nec intra mundum nec extra vacuum ponunt.

De Dextra & Sinistra Mundi Parte.

Pythagoras, Plato, Aristoteles, dextram mũdi partem orientalem faciunt, vnde motus incipit: occidentalem vero sinistram. Empedocles, q̃ ad solstitium, dextrã: quæ ad brumã, sinistrã definit.

C *De Cœli Essentia.*

ANaximenes extimam mundi circunferentiam, terream esse credidit. Empedocles cœlum solidum esse putat, constareq; ex aere in morem crystalli ab igne durato, & vtroq; hemisphærio tam ignem, q̃ aerẽ continere. Aristoteles è quinto corpore, ipsum facit: Reliqui ex igne, ipsumq; ex calidi frigidiq; commixtione compactum.

De Cœli Segmentis.

Thales, Pythagoras, & qui ab eis manarũt, cœlũ in quinq; circulos diuidũt, quos zonas appellant. Horum is, qui nobis semp apparet, arcticus vocat̃: sequens, solstitialis: tertius, æquinoctialis: quartus, brumalis: vltimus, antarcticus, qui nostris oculis hic aspici non potest. Obliquus autẽ circulus, quem Zodiacũ nominant, tres medios coniungit: ductos autem à septẽtrione ad austrum, ęquinoctialis rectis angulis diuidit. Pythagoram vero ferunt Zodiaci obliquitatem primum animo concepisse, quod sibi tamen Oenopides Chius arrogare, tanq̃ à se inuentum, non dubitauit.

De Stellis.

THales è terra quidem constare stellas opinat̃, verũ ignitas esse. Empedocles ignem tm̃, quem æther compressus, quo tempore dirimebantur elementa, illuc submisit. Anaxagoras ætherẽ D igneum esse ex sua natura putat, ipsumq; circumuolutionis suæ vehementia, lapides è terra surripere, quos sursum euectos & inflammatos, stellas asserit. Idem rursus alio in loco stellas appellat saxa latentia, quæ crebro in terram decidentia extinguũtur: sicuti contigit cum in Aegos fluuiũ cadens saxum in morem stellæ cecidit. Diogenes stellas opinatur, perinde atq; pumices & raros lapides, ac per eos mundum respirare. Empedocles fixas, crystallo (sic enim ipse cœlum appellat) adnexas: errãtes autem, solutas asseuerat. Plato quamuis stellas maiori ex parte igneas esse credat, tamen aliorum elementorum expertes eas non iudicat, sed elementis glutinis vice contineri. Xenophanes è nubibus accensis constare stellas arbitratur, easq; interdiu extingui, noctu accendi, nõ aliter atq; carbones solent: ortumq; & occasum nihil aliud esse, q̃ nubium accensionem & extinctionem. Heraclides & Pythagorei singulam quanq; stellam, vnum mũdum esse, terram, aquam, aerem, & ætherem comprehendentem, ferriq; per aerem infinitum: hæc opinio in sacris Orphei contineri perhibetur, quibus initiati quãq; stellam vnum mundum arbitrant̃. Epicurus nihil istorum non admittit, cum id genus omnia contingere posse concedat.

De Stellarum Figura.

Stoici stellas rotundas existimant, vt & mundum, & Solem, & Lunam. Cleantes, coni figura. Anaximenes, tanquam clauos cœlo adactos. Alij tanquam folia candentia, & picturas.

De Ordine Stellarum. E

Xenophanes vna superficie stellas oẽs moueri credit. Stoici quasdam altius, quasdam submissius ferri. Democritus stellas ita disponit, vt fixæ summum locum teneant: vagæ succedentem, inter quas Solem & Lunam reponit. Plato post fixas Saturnũ collocat, deinde Iouem, postea Martem, deinde Venerem, postea Mercurium, deinde Solem, vltimo Lunam. Mathematicorum alij Platonem sequuntur, alij Solem in medio statuunt. Anaximandrus & Metrodorus Chius, atque Crates, supremum locum Soli dant, succedentem Lunæ, tertium stellis fixis & vagis.

De Motu Stellarum.

Anaxagoras, Democritus, & Cleanthes, ab ortu in occasum ferri stellas oẽs existimãt. Alcmęõ & mathematici vagas ex aduerso fixis incedere dicũt, hoc est ab occasu in oriẽtem. Anaximãdrus vehi stellas existimat ab eo orbe, cui insunt. Anaximenes eodẽ pacto sub terra, quo supra, moueri. Plato & cum eo mathematici Solẽ, Venerẽ, & Mercurium eodẽ tpe cursum suũ absoluere dicũt.

De Stellarum Lumine.

Metrodorus oẽs stellas tam fixas q̃ vagas lucem à Sole accipere iudicat. Heraclitus & Stoici nutriri stellas putant è vaporibus sursum eleuatis. Aristoteles non indigere nutrimento cœlestia dicit, æterna cum sint, & corrumpi nequeant. Plato vt mundum, sic stellas è se ipsis, nutriri sentit. F

De Stellis quas Castoris & Pollucis vocant.

Xenophanes stellas, quę in nauigiorum malis et antennis quandoq; videntur, nubeculas quasdam esse credit, quæ certo quodam motu agitatæ resplendent. Metrodorus nautis timore consternatis, oculos interlucere putat.

De Stellarum Significatione.

Plato, Solem, Lunam, & alias stellas, tam vagas, q̃ stabiles, occasu & exortu suo tempestates, quę æstate & bruma contingunt, significare non dubitat. Anaximenes non ex alijs, sed ex Sole solo, hæc intelligi vult. Eudoxus & Aratus ex omnibus indifferenter.

De Sole.

ANaximander orbem Solis esse putat octies vigesies terra maiorẽ, similemq; rotæ plaustri cãthum habentem, concauum, igne plenũ, quem nobis ore quodã paruo, tanq̃ per modioli foramen ostendit, hocq; Solem esse. Xenophanes è siccis vaporibus igniculos quosdam conuenire dicit, qui in vnum corpus redacti, Solem constituant: vel Solem accensam nubem esse. Stoici Solem inquiunt ignitum fluentum esse, è mari illuc euectum. Plato ipsum maiori ex parte, igne constare credit. Aristoteles globum, è quinto corpore. Philolaus Pythagoricus corpus vitro simile, G quod ab igne, qui in mundo est, lucẽ suscipit, & eam ad nos remittit: quamobrẽ tria requiri ad Solis cõstitutionẽ, ignem, qui in cœlo est: corpus, quod ab ipso perinde atq; speculũ quoddam igniri & illustrari possit: & tertio lucem, quæ ab eo speculo repercussa ad nos vsq; diffundatur: nam & hanc lucem Solem appellare solemus, tanq̃ simulachrũ simulachri. Empedocles duos Soles existimauit, vnum præcipuum atq; primum, hoc est ignem, qui est in opposita & dimidia cœli parte, quam replet, quiq; semper ex aduerso suæ imaginis, hoc est Solis nostri, incedit: Alterum, cũ quẽ spectamus Solem, qui repercussio est lucis eius, quam ex præfata cœli parte aere concalefacto plena antedictus ignis suffundit, ac in corpus solare, quod est crystallo persimile, mittit: vbi refracta ad nos descendit, & ad primi Solis motum circunfertur. Atq;, vt tam multa duobus verbis explicem, Sol est repercussio ignis, qui circa terram mouetur. Epicurus collectionẽ terrę, pumicis spongiæ'ue persimilem putat, quam ignis eius foramina permeans accendit. Heraclitus collectum vaporem, qui in oriente accenditur, in occidente extinguitur.

De Magnitudine Solis.

Anaximandrus Solem quidem æqualem terræ credidit, orbem vero quo fertur, & è quo respirat, septies vigesies terram excedere. Anaxagoras multoties Pelopõnneso maiorem. Heraclitus, H quantum est humani pedis longitudo. Epicurus omnia quę hactenus attulimus, aliàs contingere posse: talem tamen hunc esse, qualem ipsum spectamus, pauloq; vel maiorem vel minorem esse.

De Figura Solis.

Anaximenes Solem, vt folium extentum iudicauit. Heraclitus peluis instar intus cõcauum foris deuexum. Stoici rotundum, vt cœlum est, & stellæ. Epicurus ipsum posse hisce omnibus esse figuris admittit.

De Conuersione Solis.

Anaximenes ideo Solem conuerti putat, q̄ ab aere densato & obnitenti retro pellatur. Anaxagoras eum repelli ab aere, qui septentrioni subest, censet: quemq; Sol ipse compingens valentiorem iam dẽsitate reddidit. Empedocles cũ ab orbe, qui ipsum defert, tum à brumæ & solstitij circulis, Solẽ prohiberi credit, ne rectà ad polos descendat: Diogenes, quia Sol extingueret, frigore calorẽ oppugnante. Stoici eatenus Solẽ progredi volunt, quoad alimẽtum inueniat: oceanũ aũt & reliqua maria Soli nutrimentum subministrare vapores submissos, cum quibus terræ quoq; exhalationem admisceri volũt. Plato, Pythagoras, Aristoteles, ob signiferi obliquitatem, qua Sol oblique meare cogitur, & ẽm brumæ solstitijq; circulos progredi. Hæc autem oĩa ænea sphæra docet.

A *De Solis Defectu.*

Thales interuentu Lunæ, quę suapte natura opaca est, Solem deficere primus dixit, idq; ex supposito Soli speculo facile discerni. Anaximander clauso foramine, per quod ignis euaporat. Heraclitus conuersione partis eius, q̃ concaua est, ad superiora: eius vero quæ deuexa est, ad nostros oculos. Xenophanes deficientem Solem extingui putat, rursusq; renascentem alium accendi: narratq; Solem aliquando integro mense defecisse: rursus alio tempore sic ex toto defecisse, vt interdiu nox esse videretur. Sunt qui putent densam nubem nostris oculis incompertam Solem occupare. Aristarchus Solem in errãtibus stellis annumerat, terramq; circa Solis circulum mouet, qua inclinante Solis orbem adumbrari credit.

De Luna.

ANaximandrus orbem Lunæ decies nouies terra maiorẽ existimat: ac quemadmodũ de Sole diximus, rotæ plaustri similẽ canthum habere, concauum, igne plenum, vno foramine vaporantẽ. Xenophanes accensam nubem. Stoici corpus ex igne & terra compactũ. Plato ignẽ maiori ex parte. Anaxagoras & Democritus corpus solidũ, ignitum, campos, montes, & valles habẽs. Heraclitus terram nebula inclusam. Pythagoras & ipse, ignem esse lunare corpus existimat.

B *De Magnitudine Lunæ.*

Stoici maiorem terra Lunam computant, quemadmodum & Solem. Parmenides æqualem Soli, à quo Lunam quoq; illustrari dicit.

De Figura Lunæ.

Stoici rotundam Lunam dicunt, sicut & Solem. Empedocles, disco similem. Heraclitus pelui, hoc est orbicularem & concauam. Non nulli oblongam. Figuram vero Luna septem modis assumit. Nam ab interlunio discedens, cum primum apparere incipit, cornuta spectatur, tum dimidia, post semiplena, demum rotunda: rursus à plenilunio reuertens semiplena euadit, hinc dimidia, postea cornuta, videri postremo desinit, donec iterum nouetur. Multa vero hac de re vltro citroq; dicuntur. Quidam id vmbra terræ contingere credunt, quæ modo totam, modo partem aliquam eius occupet.

De Lumine Lunæ.

Anaximander, ipsam peculiarem lucem habere censuit, rariorem tamen. Antipho proprio Lunam splendore fulgere docet: ꝙ si paulatim abscondatur, id illi cõtingere Solis propinquitate: sic enim à natura institutum esse, vt minor lux maioris accessu sopiatur: id quod & reliquis stellis euenit. Thales & qui ab eo deriuarunt philosophi, Lunam à Sole illustrari dixerunt. Heraclitus idem C Lunę, quod Soli, contingere defendit: stellas enim, quoniam concauæ sunt, & vapores excipiunt, lucere videri, ac Solem quidem splendidius cum in puriori aere feratur: Lunam vero languidius, quia turbulento magis incedat.

De Lunæ Defectu.

Anaximandrus ideo Lunam deficere putat, ꝙ os rotæ obstruatur. Berossus, quia ad nos cõuertat partem, quæ minus lucet. Heraclitus quia auertat partem, quæ caua est. Pythagoreorum quidã Lunam asseuerant reflectere, & intercipere lucem: illudq; nostra, hoc antipodum terra, fieri. Plato, Aristoteles, Stoici, & Mathematici, concordes asserunt Lunã cõgressu Solis occultari, digressu illustrari: deficere autem terrenæ occursu vmbræ, quæ tum temporis ex diametro plus minus inter vtrunq; sydus porrigitur.

De Maculis Lunæ.

Pythagorici Lunam idcirco maculis interpunctam arbitrantur, quia maiora animalia, et prouceriores arbores habeat, q̃ hic apud nos reperiantur: esse vero decies quinquies animalia illa nostris grandiora robustioraq;, nec vsitatum vllum excrementi genus emittentia: diem quoq; quantum D diximus, longiorem nostro. Anaxagoras in diuersitatem partium hoc refert: Lunam enim ex attenuatis & corpulẽtis partibus cõponi, quamobrem opacam lucidis interiectã videri: stellam que lucis ementitæ Lunam ideo nuncupari. Stoici quoq; non integre compactam Lunam fatentur, quia dissimiles partes habeat.

De Distantia Lunæ.

Empedocles plus duplo Lunam distare censet à Sole q̃ à terra. Mathematici decies octies plus. Eratosthenes Solem à terra distare computauit stadiorum millibus centum triginta, Lunam autem viginti octo.

De Annis.

ANnus is qui Saturno attribuitur, annorum est triginta: qui Ioui, duodecim: qui Marti, duorum: qui Soli, mensium duodecim: Veneri totidem & Mercurio deputantur, eodem enim tempore, quo Sol, cursum suum peragunt. Lunę vero annus dierũ est triginta: tot enim dies mensis comprendit, siquis à congressu ad egressum numeret. Annum vero quem magnum appellãt, quidam octauo quoq; anno compleri dicunt: alij decimonono: quidam sexagesimo primo: Heraclitus decem & octo millibus annorũ solarium: Diogenes è trecentis sexaginta quinq; annis tam longis, q̃ eos Heraclitus facit: non nulli septem millibus septingentis octoginta septem.

De

De Circulo Lacteo. E

CIrculus lacteus è nubibus constat: is noctu in aere semper apparet, lacteusq; est de suo colore nuncupatus. Pythagoreorum aliqui crediderunt ipsum esse vestigiũ incendij stellæ cuiusdã, quæ Phaetontis tpe suis sedibus excidit, & loca per q̃ circumuoluta est, exussit. Alij Solẽ antiquo tpe illac iter suum peregisse dicunt. Quidam nihil istorum volunt, sed id modo sic nobis apparere ex multitudine luminis cœlestis ignis, ꝙ illis in locis à cœlo tanquã à speculo quodam fractus, ad nostros oculos reijcitur, id quod etiã cœlestis arcus nubes facere consueuerunt. Metrodorus, hũc Solis circulum esse putat, qui Solis discessu conspici potest. Parmenides rarum denso commistũ, lacteum colorem procreare asseuerat. Anaxagoras vmbram terræ lacteum circulũ existimat: quẽ ideo cœlum ita occupare vult, quia Sol cum terrę subest, omnia illustrare non possit. Democritus splendorem multarum, paruarum, & cohærentium stellarum: quæ crebræ cum sint, cõiunctam lucem fundere videntur. Aristoteles exhalationis siccæ incendium, quæ iugiter & abunde succedit, nõ aliter atq; in crinitis fit: quas infra planetas esse non dubitamus, & ab igne accẽdi. Stoici ignis ætherei raritatem, ipsumq; superiorem planetis. Possidonius & ipse ignis aceruum, lacteum circulum credidit, qui licet stellis clarius luceat, splendorem tamen continuum habet.

De Crinitis & Discurrentibus stellis ac Trabibus. F

PYthagoreorum aliqui crinitas inquiunt stellas esse de numero illarum, quę non semper apparent, sed certis quibusdam temporum spatijs oriuntur. Aliqui repercussionẽ visus nostri ad Solem, non aliter atq; in speculis fieri solet. Anaxagoras & Democritus conuentum duarum pluriumúe stellarũ sese illustrantium. Aristoteles siccæ exhalationis accensam congeriem. Strato syderis alicuius lucem densa nube retentam, id quod & laternis euenit. Heraclides Ponticus nubem præaltam illic à superna luce illustratam: eandem hic barbatis, areis, trabibus, colũnis, & id genus alijs, causam assignat, vt oẽs peripatetici faciunt, qui ex inflammatis vaporibus species hasce fieri dicunt. Epigenes vaporem terræ commistum, in altum eleuatum, ibiq; accensum. Boethus ardentis aeris id speciem esse credit. Diogenes, stellas quidem crinitas putat, sed quæ impendẽs alicuius periculum significẽt. Anaxagoras, quas discurrentes stellas vocant, perinde atq; scintillas ex ęthereo igne cadere putat, quamobrem statim quoq; extingui. Metrodorus ex Solis radijs violenter nubem, vt sagitta solet, irruentibus, discurrentis stellę speciem excitari. Xenophanes id genus omnia, nubium accensarum constitutiones incursionesúe existimat.

De Tonitruo, Coruscatione, Fulmine, Turbine, & Conuolutione.

ANaximandrus hæc omnia spiritu contingere existimat: is enim densæ nubi inclusus, erũpe- G re nititur, qua parte tenuior & leuior ea fuerit: nubis diruptio, tonitru: spiritus expansio secus nubem atram, coruscationem facit. Metrodorus cum in nubem, inquit, densitate compactam spiritus irruit, frangendo & discindendo tonat, percutiendo & diuellendo micat: ꝙ si inter motus festinationem à Sole quoq; calorem spiritus is acceperit, fulmina: fulmen autem cũ impotens fuerit, in turbinem degenerat. Anaxagoras, cum calor, inquit, frigus impetit, hoc est cũ ætheris pars spissum aerem inuadit, crepitu, tonitrum facit: colore, quem ex vicinitate nubis atræ promit, coruscationem: luce vero cum multa, tum magna, fulmen procreat: corpore paulo plus densato cõuolutionem gignit, nubilosiore turbinem absoluit. Stoici nubium cõcursionem, tonitrũ definiunt: coruscationem, earundem accensionem attritu excitatam: fulmen, violenter actæ nubis incensionem: turbinem, tardius motæ nubis progressum. Aristoteles omnia ista è siccis vaporibus componit, qui cum in humidos inciderint, erumpere conantur: dum igitur sicci humidos impellũt & discindunt, strepitus excitatur, id tonitru est: dum protrudunt & erumpunt, inflammantur, hæc quoq; coruscatio est: cùm vehementiori impetu tanquam è catapulta exilierint, multo magis accensi ruunt, fulmen hoc appellatur: nam turbo à conuolutione hoc differt, ꝙ ille calidiori, hęc densiori materia constat, vtrunq; tamen multam habet. H

De Nubibus, Pluuia, Niue, & Grandine.

Anaximenes ex aere plurimũ densato consistere nubes arbitrat̃: idem ex eodem adhuc plus inspissato, pluuiã exprimi putat: ꝙ si, dum cadit pluuia, gelascat, niuẽ procreare: & grandinẽ, si à vento aliquo frigido cõprendat̃. Metrodorus è vaporibus aquosis in sublime delatis nubes componi censet: Epicurus ex atomis: rotundari vero grandinem & pluuiam longo per aerem descensu.

De Arcu Cœlesti.

Eorum quæ in sublimi fiunt, quædã re vera corpus aliquod sunt, vt imber & grando: quædam aũt quãuis solidi nihil in se habeant, inanẽ tñ quandam sui speciẽ oculis nostris obijciunt, quod genus est arcus cœlestis: de quo tũ deniq; aliquid dicemus, si prius quo pacto cernamus explicauerimus. Quicquid videmus, vel recta, vel curua, vel fracta linea videmus. Nemo vero existimet lineas oculis aspici posse: nam cum incorporeæ sint, mente tantum spectari queunt. Rectis lineis videmus omnia, quæ in aere sunt: quæq; cornu, vitro, speculariq; lapide interposito, spectamus, rara enim hæc sunt, & rectis meatibus videnda transmittunt. Curuis lineis aspicimus, quæ aquis subsunt: quapropter & remi siquis eos è longinquo spectauerit, curui apparent: curuatur enim visus necessario, cũ sit aquæ natura densior aere. Fractis lineis intuemur quas in speculis videmus

imagines,

A imagines, ad quas arcum quoq; cœlestem referri dicimus oportere: prius tamen humidam exhalationem in nubem mutatam concipiendum est, tum roris instar ex ipsa minutas guttas manare. Cum igitur Sol in occasu, vel ortu fuerit (nam arcus Soli contrarius sit, oportet) tum oculi guttas, quas diximus, spectantes, Solis lucem in eis refractam vident, id est arcum ipsum cœlestem: guttę vero non figuræ, sed coloris, causa sunt. Tres enim colores arcus habet, phœniceum, viridem, & purpureum: phœniceum, quia Solis radij sinceri penè remittuntur: viridem, quia plus aquę com misti, minus puri redduntur: purpureum, quia magis adhuc turbidi sunt & inter guttas dispersi. Exemplum sibi quisq; conficere potest, si quis aquam ore sumat & eam aduerso Soli compressis labijs ita propellat, vt nubis rorem imitetur: nam, si se lux ad guttas refrãget, arcum protinus formari videbis: sed & qui lippientibus oculis sunt, si ad lucernam respiciant, iridem illic vident. Verum hæc Platonis, & Aristotelis mens est. Anaximenes vero cœlestem arcum fieri credit, quoties Sol in aduersam nubem radios mittit, quos, densa crassa & nigra cum sit, euadere non sinit, sed eos in se detinet. Anaxagoras lucem Solis ab opposita densa q; nube repercussam, arcum appellat, quem semper è regione Solis consistere dicit. Eandem quoq; causam affert, cur duo Soles, vt frequenter in Ponto contingit, verum Solem hinc inde astare videantur. Metrodorus, cum Solis radij nubẽ, B inquit, intrarint, tunc nubem viridem, radios purpureos apparere dicit.

De Virgis, & Gemino Sole.

Virgæ, quas in cœlo videmus, & soles gemini, partim corpus aliquod habent partim non habent: habent, quia è nube, quam conspicimus, constant: non habent, quia color, quem spectamus, proprius ipsis non est, sed aduentícius, vt qui ex ijs rebus sit, quę non sunt, sed apparent: hi autem oẽs affectus, tam qui per naturam sunt, q̃ qui per adumbrationẽ fiunt, similes inter se sunt.

De Ventis.

ANaximandrus ventũ existimat fluxum aeris esse, cuius subtilissimas maxime q; humidas partes sol iam assumpserit. Stoici ventum oẽm fluentis aeris impetum arbitrantur, qui varias appellationes pro locorum diuersitate sortiatur: nã ab occasu spirans, Fauonius appellatur: ab oriente veniens, Subsolanus vocatur: ab Vrsa flãs, Aquilo dicitur: ab Africa prorũpens, Africus noĩatur. Metrodorus vẽtos alios tum cõmoueri dicit, cum sol aquosæ exhalationis humorẽ excusserit. Etesias autem, aere iam ad septẽtrionem inspissato, recedentem solem peracto solstitio subsequi.

De Hyeme, & Aestate.

Empedocles & Stoici hyemem fieri dicunt, aere præualente sursum q; sua se densitate protru- C dente: æstatem autem contra, igne inualescente, ac se deorsum ad nos agente.

De Terra.

THales, & qui ab eo deriuarunt philosophi, vnam tantum terram esse dixerunt. Pythagoreorum aliqui duas, hanc, & huic aduersam aliam. Stoici vnam & finitam. Xenophanes infinitam ex ea parte, qua deorsum tendit, atq; ex aere & igne compositam esse. Metrodorus terram aeris, solem ignis sedimentum existimat.

De Figura Terræ.

Thales & eum secuti, terram rotundam arbitrantur. Anaximandrus columnæ similem, quę tñ planam nõ rotundam superficiem habeat. Anaximenes mensæ, Leucippus tympani figuram habere credit. Democritus disco quidem similem, verum magnitudine concauam putat.

De Situ Terræ.

Qui Thaletem secuti sunt, terram in medio positam arbitrantur. Xenophanes primam, vt quę in infinitum radices suas porrigat. Philolaus Pythagoricus ignem in medio statuit, quẽ totius naturæ meditulium censet: supra quem terram huic nostræ contrariã, & inde nostram collocat, quam ex opposita sitã illi dicit, & circa eam ferri: quamobrem eos, qui illic sunt, à nobis videri non posse. D Parmenides oĩum primus terram extra duos circulos habitabilem dixit, solstitialem & brumalem.

De Inclinatione Terræ.

Leucippus terram in austrum propendere credit, ob exilitatem, quæ adest illi parti, eo q̃ septentrionalis plaga, quæ summis algoribus infestatur, compacta sit, australis autem è contrario, combusta. Democritus demisisse sese ad meridiem terram putat, quia satis ea, quę illic nascuntur sustinere non possit: nanq; septentrionem, cum intemperie laboret, pauca gignere: meridiem, bene temperatus cum sit, multa proferre, quæ aucta terram deprimunt.

De Stabilitate Terræ.

Cæteri quiescere, Philolaus moueri terram asseuerat circa ignem per obliquum circulum, eo more, quo Solem & Lunam videmus. Heraclides Põticus, & Ecphantus Pythagoricus, q̃uis moueri terram dicant, non tamen eam locum suum exire concedunt, sed instar rotæ circa proprium centrum ab occasu in ortum ferri. Democritus initio terram, leuior & rarior cum esset, vagasse fatetur, verum procedente tempore grauiorem & densiorem factam, constitisse.

De Diuisione Terræ.

Pythagoras ad imitationem cœli terrã quinq; cingulis distinxit, septentrionali, solstitiali, equinoctiali, brumali, & australi: horũ medius & duo proximi mediã terrã cingunt, atq; pars hæc com

busta

busta nuncupatur, vtrinq; quod succedit, vsque ad australem & septentrionalem cingulum, bene E temperatum cum sit, habitabilis regio dicitur, inde quod superest, nimio gelu torpescit.

De Concussione Terræ.

Thales, & Democritus terræmotus causam in aquam referunt. Stoici concussionem terræ sic diffiniunt: Terræ concussio est exitus vaporis humidi e subterraneis locis in aerem prodeuntis. Anaximenes terræ siccitatem, & humiditatem cõmotionis causam assignat: quarum illam æstus, hanc pluuia gignit. Anaxagoras terram tremere putat ob inclusum aerem, qui cum in superficiem terræ incidat, nec eam præ densitate penetrare valeat, ambientem locum succutit. Aristoteles ob frigiditatem vndiq; ambientem, & in abeuntis locum succedere volentem: nam exhalatio leuis & calida cum sit, in superiorem locum euadere nititur: sed, cum viarum angustijs, & obliquitate impediatur, ac succedenti quoque locum dare cogatur, conatus, & altercatio vehemens oboritur, ex qua commoueri terram oportet. Metrodorus rem nullam asseuerat, modo proprium locum obtineat, moueri, nisi violenter inde propellatur, vel abstrahatur: quamobrem terram quoq; sua in sede morantem commoueri non posse, partes tamen eius interdum loca inter sese commutare. Parmenides, & Democritus terram æqualiter vndiq; recessisse, æqualiter quocunq; propendere dicunt, nec habere causam, ob quam plus huc, quam illuc, vergat: hinc q; fieri, vt vibrare se possit, F mouere tamen non possit. Anaximenes ideo terram succuti putat, quia terram, lata cum sit, aeri tanquam vehiculo insidere credit: alij, quia perinde atque crusta, seu tabula mari incumbat. Plato sex genera recti motus enumerat, sursum, deorsum, in dextram, in læuam, ante, retro: horum nullo terram moueri concedit: nam, cum non habeat quò plus inclinet, immota remanet, quædam tamen eius loca concaua ab inclusis flatibus agitari. Epicurus fieri posse dicit, vt ab incluso, crasso q; aere, vt qui aquæ naturam adhuc sapiat, terra concutiatur, & veluti subter pulsata quatiatur: fieri quoq; posse concedit, vt, cauernosa cum sit, ab interfuso spiritu huc illuc per cauernas discurrente commoueatur.

De Salsedine Maris.

ANaximandrus humoris primi reliquias mare existimat, maiori nanq; parte, quæ dulcis erat, igni consumpta, reliquum, quod extenuari non potuit, amarũ substitisse. Anaxagoras, cum, inquit, inter initia stagnaret aqua, cõtinua solis obambulatione vri cœpit, atq; ita factum est, vt pingui in vapores ablato, reliquum & amarum, & salsum remanserit. Empedocles terram putat Solis caloribus æstuantem sudorem fundere, eum q; maris fluctibus elutum salsedinis causam esse. Antipho quoq; sudorem corporum æstuantium mare credit. Metrodorus mare putat tanquam per G colum à terra trãsmitti, atque ita crassitiem & salsedinem ab ea mutuari: non aliter atq; transmissa per cineres aqua solet. Platonici, aquam dicunt, quæ gignitur ex aere frigoris opera, dulcem esse: quæ vero caloris ope resudat, aut euaporat, salsam.

De Accessu, & Recessu Maris.

Anaximenes, & Heraclitus solem dicunt ventos complures excitare, & circũducere: flantibus igitur ventis, Athlanticum mare pelli, pulsum intumescere, tumens littora inundare: rursus cessantibus ventis aquas retrahi, hoc q; recessum, illud accessum esse. Euthymenes Massiliensis ad incrementum, & decremenum lunæ, mare crescere, & decrescere iudicat. Plato, mare attolli credit aquis insurgentibus: subsidere, descẽdentibus: ostium enim quoddam esse per quod aquæ vltro citro q; reciprocant, inde q; maris accursum, & recursum fieri. Timæus cõplures fluuios è Celtarũ montibus in Athlanticum pelagus labi putat: horum incursu protrudi, & inundare mare credit, defectu reuocari, & subsidere. Seleucus, cum & ipse moueri terram opinetur, existimat eã sua conuolutione in Lunæ obuolutionem incidere, sic q; afflatum inter duo corpora repercussum, in Athlanticũ pelagus irruere, quo impetu maria cuncta attolli credibile est.

De Incremento Nili. H

THales, Etesias ventos aduersus Ægyptum flãtes Nilum attollere credit: nam cum aduenientis pelagi tumor ipsum erumpere non sinat, increscat, oportet, & alueum exeat. Euthymenes Massiliensis externis oceani maris aquis, quas ipse dulces existimat, Nilum augeri putauit. Anaxagoras Æthiopiæ niuibus, quæ per hiemẽ densatæ, æstiuo tẽpore liquescant. Democritus & ipse niuibus, sed quæ in septentrione sint: peracto nanq; solstitio resolui niues illic iudicat, & eas in vapores primũ, ac nubes mutari, tum ab Ethesijs in meridiẽ, & Ægyptum expelli: repẽtinos itaq; illic imbres effundi, quibus Nili paludes restagnent, & Nilus ipse abundet. Herodotus is, qui conscripsit historiam, æqualem dicit æstate, & hieme Nilum è fontibus manare, per hiemem tñ minorem eum videri, ob Solem, qui tum vicinus Ægypto discurrens, eius aquas extenuat. Ephorus historiarum scriptor & ipse, narrat æstiuo tempore Ægyptum vniuersam laxari, atq; ita magnã aquarum vim erũpere: Arabiam quoq; & Libyam, rara, arenosa q; terra cum sint, ad id plurimum contribuere. Eudoxus ab Ægyptijs sacerdotibus se accepisse memorat, permutationem æstatis in hiemem causam esse, vt Nilus quotannis exundet: nam, quãdo nobis, qui sub Cancro degimus, æstas ingruit, habitantibus sub Capricorno hiems adest: quo fit, vt inde aduectus Nilus, continuis pluuijs auctus increscat, & ruptis alueis latissime spatietur.

De Sensu

A *De Sensu.*

SEnsum ita Stoici definiunt. Sensus est rei sensilis comprehēsio. Multis autem modis sensus dicitur, nam & habitus, & potentia, & actus, & imaginatio ea quæ per instrumētum aliquod res comprehendit, & id postremo quod ipsi octauo loco numerāt animæ principatum, à quo sensus omnis manat. Rursus instrumentum sensus appellatur, spiritus intelligens à principatu animæ in membra sensuum missus. Plato sensum enunciat corporis & animæ societatem, ad ea quæ foris sunt cognoscenda: vim nanq; quę id facit, animæ: instrumentum quo facit, corporis esse: cō ueniunt autem vtraq; ad ea percipienda, quæ extrinsecus posita sunt. Leucippus, & Democritus sentire & intelligere nos putant è simulachris rerum nos obuiantium, neminem enim intelligere aut sentire posse, cui simulachrum eius rei non occurrat.

De Veritate Sensuum & Imaginationum.

Stoici sensus omnes veros arbitrantur: imaginationum vero quasdam veras, alias falsas: ac sensum quidem vno tantum modo falli, in ijs quæ ad intellectum pertinent: imaginationem vero tam in ijs quæ ad sensum, q̃ in ijs quæ ad intellectum spectant, aberrare. Epicurus tam sensum, q̃ imaginationem, veram putat, sed opinionum alias falsas, alias veras esse.

De Numero Sensuum.

B Stoici quinque particulares sensus enumerāt, visum, auditum, olfactum, gustatum, & tactum. Aristoteles sextum quidem non addit, sed cōem quendam sensum oīum iudicem constituit, ad quem singuli sensus sua visa renunciant: is.n. singula discernit, & quo modo ab vna re ad aliā ventum sit docet, veluti figura vel motu. Democritus plures sensus bruta, q̃ deos, habere credidit.

De Notionibus, Anticipatione, & Ratione.

Cum (inquiunt Stoici) homo nascitur, præcipuam animæ partem habet, perinde atq; mēbranam scribendis literis aptam, siquidem in ea notiones quasq; notat. Primus adnotādi modus est, qui per sensus fit, vt si quis tunicam albam videat, is ea remota tunicæ memoriam habet: ac si multoties ipsam videat, multas memorias habebit: memoriæ multæ, experientia nuncupantur, experientia quippe nihil aliud est, q̃ eiusdem rei specie plures memoriæ. Notionum autem aliæ natura fiunt, quo diximus pacto: aliæ disciplina & arte comparantur: atq; hæ tantum notiones appellantur, illæ anticipationes ēt nominantur. Ratio vero, qua rationales dicimur, anticipationibus intra primum ætatis septenarium completur: est autē discursus de re imaginabili: res autem imaginabilis simul atq; in rationali anima suscepta est, ratiocinatio dicitur, nomine à ratione ducto. Quapropter in reliquis animalibus imaginabilis res nō cadit, verum in nobis tantum, & in dijs: C sed quæ in nobis cadunt, ea genere imaginabilia sunt, specie vero discursus.

De Imagine, Imaginario, Imaginatione, & Imaginabili.

Chrysippus inter se differre quatuor hæc existimat, imaginem, imaginarium, imaginationem, & imaginabile, vt Imago sit animæ affectio, quæ tam se, q̃ auctorem ostendat: veluti, cum quis albedinem intuetur, ex aspectu affectio quædam in illius animo nascitur, ei q; res ipsa, quę alba est, respondet: quod de visu diximus, id quoq; de reliquis sensibus censeatur. Imaginarium autem id est, quod in animo sui imaginem causare potest, cuiusmodi sunt alba, frigida, & omnia quæ exteriores sensus mouere possunt. Imaginatio, affectio est animi nullo quinque sensuum obiecto, sed potius quadam animi propensione excitata, sicut tironibus contingit, qui se ad prælium exercentes, speciem hostis concipiunt, & aduersus eam ictus suos dirigunt: nihil tamen ipsis adest, quod enie diuerberent: nihil igitur extra imaginationi quemadmodum imagini respondet. Imaginabile autem est illud, in quod inani quadam imaginatione ferimur: atq; crebro hoc deuenit in ijs, qui atra bile & furore laborant, quales Orestem & Theoclymum legimus.

De Modo Videndi.

DEmocritus & Epicurus è re visa simulachrū quoddā attolli putant, id q; in oculos aspicientis incidere: nō nulli radios ab oculis ad res egredi, et inde ad oculos reuerti, concedūt. Empedocles radios simulachris cōmiscet, cōpositum q; istud radios simulachri noīat. Hipparchus radios inqt vtroq; ab oculo ad res peruenire, atq; earū superficiem tanquā manum, attrectare, & sic rem foris visam intus renunciare. Plato videre nos cēset duorum luminum conuentu: vno, quod ab oculis emissum ad certam distantiā prodit: altero, quod e rebus consurgens obuiam procedit: aerem vero, qui medius interuenit, affinis luci cum sit, facilē vtriq; cōgressum præbere, præsertim cum ignea vis oculorum ad id plurimū conducat: atq; hęc est, q̃ Platonis collustratio nuncupat.

De Speculorum Imaginibus.

Empedocles à rebus visis, quos simulachri radios appellat, effluere dicit: hos in superficie speculi collectos ab ignea vi, quæ de speculo prodit, & secum trahit aerem, in quem radij feruntur, ostēdi. Democritus, & Epicurus, in speculis simulachrum illud videre nos credunt, quod assidue manat è nobis: nam simul atq; in speculum incidit, cum vlterius tendere non possit, conuertitur, atque ita se nobis inspiciendum exhibet. Pythagorici eas imagines fieri censent ex contractis visus nostri radijs: feruntur enim, ceu ferrum intenti, sed speculi densitate & leuore retusi, in sese redeunt, non aliter atq; manus solet: quæ si quid offendat, ad hominem se retorquet. Hoc ad superius caput potius attinere videbitur: sed illuc, & alia quoq; referri possunt.

De Tenebris. E

Stoici tenebras uideri dicunt: ex oculis enim, in ipsas lucem quandam prodire: nec re vera falli visum, sed tenebras comprehendere: nam tenebrę visum colligunt, intercipiunt, ac retundunt: lux autem eundem dispergit, extendit, & ad res vsq; videndas producit: quamobrem aer lucidus, medij vicem nobis præbet: tenebrosus, obiecti. Chrysippus ita nos videre inquit: à principali facultate animi spiritus, non ater aut obscurus, sed igneus & splendens, ad oculorum pupulas mittitur: inde si propinquus aer similis, hoc est lucidus, fuerit, in coni morem ad res vsq; se profundit: sin dissimilis id est opacus extiterit, tenebris obuiat, atque sic eas aspicit.

De Auditu.

EMpedocles audire nos censet, aere partem intimam aurium impellente: ea siquidem in modum cochleæ obuoluta, ac tanq; tintinnabulum edito in loco suspensa, irruentis aeris pulsus oēs agnoscit. Alcmæon autem istud idem fieri dicit, ꝙ aures intus vacuæ sint: vacua nanq; oīa resonare, quoties in ipsa vox aliqua feratur. Diogenes aerem, quem in capite habemus, percuti vocibus & commoueri credit. Plato, & qui ipsum secuti sunt philosophi, pulsari volunt aerem, qui auribus insidet, pulsum in principalem animæ sedem ferri, sensum q; sic auditus illic committi.

De Olfactu.

Alcmæon in cerebro præcipuā animæ partē constituit: atq; ipsam odores inter respirandū attractos percipere censet. Diogenes autem, qui ipsam in cordis arterijs ponit, vnà cum spiritu, qui ad pulmonē descendit, odores quoq; cordis sinus ingredi putat: atq; ideo, cū quis grauiter spirat, vt qui destillationibus laborant, exasperatis & inuiscatis plena meatibus, odores non percipere. F

De Gustu.

Alcmęon, cum humiditate & temperato calore, tum mollitie, sapores internoscere linguam arbitratur. Diogenes autem, ꝙ instar spongiæ rara & tenera sit, sapores combibere, & eos per venas, quæ plurimæ ad ipsam perueniunt, in cor transmittere censuit.

De Voce.

PLato vocē ita definiuit. Vox est imperio cogitationis emissus ore spiritus, & aer impulsus, q per aures & cerebri neruos in animū vsq; peruenit: proprie vero hoīum locutio, improprie aliorum quoq; animantium sonitus, & mutarum etiam rerum crepitus, vox appellatur. Epicurus vocē asseuerat atomorum fluxum, qui è loquentibus, sonantibus, aut aliter strepentibus prodit: has autem atomos ad sibi similes primum effluere: sibi similes appellat, quę sunt eiusdē generis, vt rotundæ rotundis, triangulæ triquetris: demum auribus impingentes, vocum sensum istic cōmittere: colligi vero, quod dicit, tum ex vtribus, cum musto pleni efflant, tum ex infectoribus, qui vestibus insufflare consueuerunt. Democritus aerem quoq; dicit in similes atomos scissum, vnà cum vocis atomis ad aures vsq; conuolui: nam vt in prouerbio est, graculo graculus astat, & similia Deus semper coniungit. Stoici non ex atomis compositum, sed per totum cōtinuum aerē esse, nec intersparsum vacuum habere contendunt: pulsus igitur aer à spiritu, fluctuat in gyrum, nō aliter atq; stagnum solet iniecto lapillo: illud tm̄ interest, ꝙ aquæ superficies subinde maiores circulos cōmittit, aer autē vndiq; totus in orbes exundat. Anaximandrus vocem oriri putat cum aer spiritum repercutit, & eū ad aures vsq; retorquet: quo modo conficit, & quā noiamus echo. G

De Voce Corpus'ne sit, nec'ne.

Pythagoras, Plato, & Aristoteles, incorpoream vocem arbitrantur: neq; enim aerem ipsam esse, sed aeris superficiem certo quodam oris impulsu figuratam. Stoici corpus defendunt: nam omne quod agit, aut etiam facit, corpus est: vox autem & agit, cū in auribus nostris resonet: & facit, cum in sensu, quod percipiamus relinquat. Insuper omne quod mouetur, corpus est, vox mouetur: nam si in loca polita incidat, vt pilā à pariete, sic vocem ad nos inde reuerti videmus: id quod in Ægypto comprehendi facile potest: siquis enim intra Pyramides semel inclamet, quater aut quinquies subinde vox eadem remittetur. H

De Præcipua Animæ Parte, & Quo modo singula comprehendat.

STOici supremam quandam animæ partem statuunt, quam principalem facultatem, & rationem appellāt. Ab hac septem alias deriuari volunt: Visum, quem definiunt spiritū à principali facultate in oculos vsq; protensum: Auditum, quem similiter describunt spiritum à principali facultate in aures extentum: Olfactum, quem eodem modo spiritum dicunt, à principali facultate ad nares vsq; productum: Gustatum, quem itidem inquiunt spiritum à principe facultate in linguam transmissum: Tactum, quem & ipsum quoq; spiritum aiunt à principali facultate delegatum in vniuersam corporis superficiem, quò illic omnia comprehenderet, quæcunq; adhærendo vel prodesse vel obesse nobis possent. Supersunt duo, quorum vnum seminis procreatrix facultas nominatur, quam item definiunt, spiritum à principali facultate missum in membra semini conficiendo deputata: alterum vocis artifex facultas nuncupatur, quam similiter & ipsam inquiunt spiritum à principali facultate missum in membra formandæ voci accommodata.

De Sede Principatus Animæ.

Democritus, & Plato, sedem præcipuę partis animæ in toto capite statuunt. Strato in ea capitis parte, quæ superciliis respondet. Erasistratus in membrana, quæ inuoluit cerebrum. Herophilus in

A lus in concauitatibus cerebri. Parmenides,& Epicurus in toto pectore. Stoici cuncti in toto corde,vel in spiritu cordis. Diogenes in arterijs cordis solum,quæ spiritum continent. Empedocles in sanguine. Quidā in ceruice cordis: alij in mēbrana vestiente cor: non nulli in septo transuerso. Iuniores quidē in ea corporis parte, quæ à capite ad septum transuersum peruenit. Phythagoras vitalem facultatem in corde,mentem autem & rationem in capite, tanq̄ in arce,habitare credidit.

De Respiratione.

EMpedocles initio respirationem fieri sic arbitratur. Cum primum fœtus humor incipit minui,nam plurimus in eius ortu fuit,tum primum aer ad vacuum replendum patētibus meatibus succedit: postea calor innatus erumpere cum velit, aerem foras eijcit, & eo reuertēte, rursus aer subsequitur: hoc inspiratio, illud expiratio, cognominatur. Nunc autem sanguine procursu suo per nares aerem pellente,& recursu eundem attrahente,respirationem confici iudicat. Id nos in clepsydris spectare monet. Asclepiades pulmonem infundibuli vicē prestare dixit, causam'q; respirationis esse attenuatum aerem in concauitate pectoris: illuc enim externus aer, quod crassior sit,fertur,& inde reijcitur: cum pectus tale sit, vt neque multum aeris continere, neque prorsus eo carere possit. Is igitur qui in pectore subsistit aer, tenuior paulatim efficitur: & quia totus B simul nequit excerni, ingredientis ponderi cedens, foras egreditur: non aliter ac in cucurbitulis euenit. Idem voluntariam respirationem esse credidit: collectis quibusdam angustissimis meatibus,qui pulmoni insunt,& voluntati nostræ obtemperant. Herophilus motricem facultatem relinquit in neruis,in arterijs,& musculis: pulmonem'q; censet motus quatuor habere: vnum,quo extra positum aerem attrahit: alterum, quo attractum in pectus exprimit: tertiū, quo expressum denuo recipit: quartum,quo receptum foras demum eijcit. Sed hi motus partim quatuor,partim duo sunt: nam primum & tertium pulmonis extensio facit: secundum & quartum eiusdem visceris contractio peragit. Pectus autem bis tantum mouetur,semel cum se dilatat,& aerem à pulmone adducit: iterum,cum se colligit,& acceptum anhelitum eidem restituit.

De Affectibus.

SToici sensus in principali facultate animi collocant: affectus in membris quos afficiunt. Epicurus vtrosq; in membris affectis reponit. Strato tam sensus,q̄ affectus, in principe animi facultate statuit: in ipsa siquidem tolerantiam sitam esse, quemadmodum ex doloribus & cruciatibus colligi potest: quas fortes intrepide subeunt, meticulosi plus æquo formidant.

De Diuinatione.

C Plato,& cum eo Stoici,diuinationem admittunt,quæ vel numinis alicuius præsentia,vel propriæ mentis diuinitate, vel soluto per somnum animo,celebratur. Verum hi plura diuinationis genera probāt: omnia Xenophanes, & Epicurus tollunt. Pythagoras aruspicinā tantum improbat. Aristoteles & eum secutus Dicæarchus duas relinquūt, somnium,& furorem: nam licet animas immortales esse non concedant, eas tamen diuinum in se quiddam habere fatentur.

De Insomnijs.

Democritus insomnia fieri putat simulachrorum obseruatione. Strato cogitationem, aliam quādam naturam in somnis habere: tunc enim melius ipsam sentire credit, atq; ideo magis etiam cognoscere. Herophilus partim à Deo submitti somnia dicit,quæ necessario contingere iudicat: partim à natura confingi, cum animus rerum sibi vtilium vel futurarum etiam formas effingit: partim casu fieri, confusa hæc sunt,& imaginum occursu procreata: tunc enim ea spectantur,quę desideramus,id quod amantibus euenit,qui sibi per somnium amicas tenere videntur.

De Semine.

ARistoteles, excrementum vltimi alimenti semen definiuit, quod in se vim conficiendi tale aliquid cōtinet,quale est id,à quo proiectum est. Pythagoras optimi sanguinis spumam se- D men asserit: vel nutrimenti partem quandam superabundantem,qualis et medulla & sanguis est. Alcmæon cerebri particulam. Plato spinalis medullæ profluuium. Epicurus corporis & animæ modicum quiddam auulsum. Democritus ab omnibus præcipuis corporis partibus semen deriuari credit,vt ossibus,carne,venis.

An Semen Corpus sit.

Leucippus,& Zeno,corpus,ipsum dicunt: semen enim pars est animę,anima vero secundum eos corporea. Pythagoras, Plato, Aristoteles,vim seminis, quæ ipsum ceu mens disponit,incorpoream: affusum autem humorem,corpus asseuerant. Democritus, & Strato,vim quoq; corpus esse contendunt,spiritus cum sit.

An Fœmina Semen afferat.

Pythagoras,Epicurus,& Democritus,fœminas quoq; semen effundere censent, seminales alueos cum habeant, qui in vterum ex aduerso profluunt: atq; istud causam esse, vt etiam mulieres seminis vsum appetant. Aristoteles,& Zeno,humorem quidem eas emittere concedunt, non tamen concoctum id semen esse dicunt, verum ex congressus fatigatione, quendam veluti sudorē. Hippo fœminas non minus maribus semen effundere opinatur, quicquam tamen ipsum ad conformationem fœtus non conducere,cum extra vterum incidat: hinc mulieres aliquot,viduas prę sertim, absque virili concubitu semen interdum emisisse.

De Conceptu. E

ARistoteles cõcipere fœminas arbitraт̃ vtero mẽstruis expurgato: cũ mẽsibus nanq; puri ſanguinis quoq; portionẽ quandã deſcẽdere, q̃ virili ſemini cõgrediẽs fœtũ exordit. Impediri vero cõceptũ iudicat, vteri imundicia, animi cõſternatione, mulierũ ſterilitate, virorũ impotẽtia.

Vnde Mares Fœminæ'ue naſcantur.

Empedocles pro caloris frigoris'ue cõditionibus mares fœminas'ue gigni pronũciat: hinc'q; illud, quod fertur manaſſe, primos maſculos in oriente & meridie natos è terra, fœminas autem ſub ſeptentrione & occidente. Parmenides oppoſitum ſentit, mares ob dẽſitatem in ſeptentrione, fœminas ob raritatẽ in meridie genitas. Anaxagoras tum maſculos procreari dicit, cum dextræ partis ſemen, in dextram vteri ceciderit, & ſiniſtrę in ſiniſtram: fœminas autem cum locorum permutatio facta fuerit. Cleophanes, cuius mẽtionem fecit Ariſtoteles, mares è dextro, fœminas è lęuo teſticulo, prodire credidit. Hipponax in naturam ſeminis cauſam refert: nam ſi validum & compactum extiterit, mares: ſin imbecillum & diffluens, fœminas procreat.

De Monſtris.

Empedocles monſtra naſci dicit, ſi multum fuerit ſemen, ſi paucum, ſi diuulſum, ſi euanidum, ſi inordinato motu immiſſum. Strato, vel quia additum, vel quia detractum, vel quia tranſpoſitum, vel quia tumidum aliquid ſit. Non nulli medici, quia tunc vterus ſpiritu diſtortus fuerit. F

Cur Mulieres, quamuis Frequenter concumbant, Raro tamen concipiant.

Diocles medicus ſæpe concũbentes fœminas raro concipere iudicat, vel quia ſemen non emittant: vel quia minus, q̃ conueniat: vel quia tale, vt in eo vis prolifica non ſit: vel quia caloris, frigoris, humiditatis, ſiccitatis'q;, plus minus'ue, quàm par ſit, habeat: vel denique quia reſolutus vterus, ſemen non contineat. Stoici virilis membri obliquitatem culpant, vt qui recte ſemen eiaculari non poſſit: item genitalia ſi inter ſeſe parum conueniant, veluti cum vterus introrſum abſiſtit, penis autem illuc non attingit. Eraſiſtratus vterum tãtum accuſat, qui modo latior eſt, q̃ deceat, modo anguſtior: aut callos habeat, quibus vteri meatus obſtruantur.

De Geminis & Trigeminis.

Empedocles abundantia ſeminis, & diſtinctione, duos tres'ue ſimul infantes concipi dicit. Aſclepiades id ipſum naturæ ſemini aſcribit: nam vt hordeum reperitur, quod duarum & trium ordinum ſpicas gignit, ita fertiliſſimum ſemen extat, quod duos plures'ue fœtus procreat. Eraſiſtratus in apprehenſionẽ matricis cauſam refert, vt in brutis quoq; contingit: nam earum vterus cum bene purgatus fuerit, tunc ad corripiendum ſemen deſcendit. Stoici vuluas dicunt habere loculos: cum igitur in duos ſemen inciderit, geminos: cum in tres abierit, trigeminos fœtus edi. G

Vnde Similes Parentibus Filij gignantur.

Empedocles fœtum illi ſimilem fore dicit, cuius ſemen ſuperarit: diſſimilem, ſi calor qui ſemẽ inſequebatur, euaporarit. Parmenides è dextra parte vteri patri ſimilem prodire infantem arbitratur, è ſiniſtra matri. Stoici è toto corpore & anima ſemen deſcendere cenſent, eius'q; vnamquamq; particulam ad ſimilitudinem membri illius, à quo deſcendit, componi, perinde ac ſi pictor aſtaret, qui ex alicuius inſpectione vultum ſimilibus coloribus effingeret: atq; hoc pacto generis forma figura'q; retinetur: Cum vero tam mater, q̃ pater ſemẽ effundat, ſi matris ſemen vincat, matri ſimilem filium naſci: ſin vincatur, patri.

Cur Diſſimiles Parentibus Filij naſcantur.

Complures medici caſu & fortuna id euenire putant: nam ſimul atq; tam maris, q̃ fœminę, ſemen refrixit, diſſimiles parentibus nati redduntur. Empedocles ad mulierum cogitationẽ, quam inter concipiendum habuerunt, infantes formari credit: ſiquidem illas ꝙ pictam imaginem ſtatuam'ue aliquam eo tempore adamabant, imaginibus ſtatuis'q; ſimiles fœtus plerunq; genuiſſe. Stoici tacita quadam diſcordia radiorum & ſimulachrorum mentis, quo tempore ſemen effluebat, parentibus filios diſſimiles reddi arbitrantur. H

Vnde Mares Infœcundi, Fœminæ Steriles fiant.

Medici fœminas ſteriles inquiunt vteri denſitate, raritate, duritie, obſtructione, quam vel caro vel callus faciat: item animi lãguore, corporis tabe, & eiuſdem malo habitu: vel denum, quia diſtortus conuulſus'ue ſit vterus. Diocles viros infœcundos arbitratur, vel quia ſemen prorſus non emittunt, vel quia minus q̃ cõueniat, vel quia infœcundum: vel quia vieto pene ſint, aut ita diſtorto vt iaculari ſemen in vterum non valeat, aut ita puſillo vt in vuluam non aſcendat. Stoici diſcordes coeuntium vires qualitates'q; culpant, quas ſiquis diuellat, & ſui generis alteri coniungat, euincet natura, & fœtum procreabit.

De Mulorum Sterilitate.

Alcmęon mulos ideo non generare credit, ꝙ genituram nimis tenuem habeant, id autem frigiditate contingit: mulas autem non concipere, quia ipſarum vulua non hiſcat, id eſt os non pandat. Empedocles in eius paruitatem et anguſtiam cauſam refert, vt quam prę exiguitate, cũ etiam ventri retorte cohæreat, nec iactus ſeminis attingat: nec, ſi attingeret, ipſum excipere poſſet. Diocles Empedocli conſentit, ſe plerunq; in diſſectionibus vidiſſe ſcribens mularum vuluas oblique collocatas: euenire'que, vt ea de cauſa mulieres quoq; non concipiant.

An

A *An Fœtus in Vtero sit Animal.*

PLato fœtum in vtero adhuc existentem, animal idcirco arbitratur, q se moueat, q alimẽtum capiat, q demum increscat. Stoici contra partum ipsum ventris defendunt: non aliter enim infantes, atq; fructus, quos arborum partes esse constat, cum maturuerint, decidere. Empedocles & ipse respirare quidem, non tamen animal esse fœtum in vtero putat. Diogenes sine anima partus effundi sentit, magno tamen calore præditos, qui statim vt in lucem editus est infans, in pulmonem conuenit, & ex eo loco frigentem aerem trahit. Herophilus naturales motus infantibus relinquit, spirationem adimit: motionum autem instrumenta, neruos esse: sed partum tum denique animal euadere, cum primum editus aerem attrahere cœpit.

Quomodo Fœtus in Vtero Nutriatur.

Democritus, Epicurus, infantes dicunt in vtero commorantes nutrimentũ ore suscipere: hinc fieri vt in lucem editi partus, mammillas quàm primum ore conquirant: nam & intra vuluam papillas quasdam esse, è quorum foraminibus alimentum ducunt. Stoici per vmbilicum fœtibus transmitti nutrimentum asserunt: & hac de causa obstetrices ipsum statim, vt quis editus est, ligare consueuisse: oris q; rictum digitis aperire, quò cibus aliunde iam conquiri incipiat. Alcmæon, B perinde atq; spongias, vndiq; toto corpore alimentum fœtus assumere credidit.

Quid Primum in Vtero Absoluatur.

Stoici mẽbra pariter oĩa cõpleri dicunt. Empedocles spinã primo, quæ carinæ spẽm inter corporis mẽbra p̃ se fert. Alcmæõ caput, in quo princeps animi facultas cõsistit. Aristoteles cor, à quo venæ pulsantes & quietę originẽ ducunt. Aliqui magnũ pedis digitũ: Quidã vmbilicũ malunt.

Cur Septimestres Infantes Viuant.

ARistoteles, & Hippocrates, ita hac de re sentiunt. Si intra septem menses vterus impleatur, deorsum inclinat, & id quod editur viuit. Sin impleatur quidem, sursum autem repat, fœtus quidem in octauum mensem ortum differt: sed cum extensione debilitatus vmbilicus, alimẽtum vix adducere queat, infans vbertim, vt solebat, non nutritur, atq; ideo semienectus fame nascitur. Quòd si nonum mensem expectet, vtero iam descendente, tum quoq; integer egreditur. Polybus dies centum octoginta duos & dimidium sufficere putat, vt ortus aliquis viuat: quod spacium quãuis sex menses comprehẽdat, septimum tñ computatur, quia dies vltimi septimum mensem incurrunt: tot autem diebus à bruma ad solstitium Sol peruenit, ac redit: Octo vero mẽsium non viuere, quia sursum rediens vterus vmbilicũ distendat, distentus non facile nutrimentũ transmittat, atq; ideo fœtum imbecillẽ reddat. Mathematici octauum mensem ideo nascentibus inimicum pronunciãt, quia nulla societate octauum zodiaci signum cũ primo teneatur: septimum amicum, qm̃ opposita radiatione iungatr: q si quis octauo mense nascatur & viuat, infœlicem & breuem omnino vitã traducturum. Sunt autẽ à se inuicẽ disiuncta Aries & Scorpius, Taurus & Sagittarius, Gemini & Capricornus, Cancer & Aquarius, Leo & Pisces, Virgo & Aries, Libra & Taurus. Diocles & Empirici scire se dicunt octauo mẽse natos viuere, infirmos tñ eos, atq; iõ frequenter mori. Timæus duodecim mensibus partum gestari credidit, nouem tñ eos interdum existimari, interdum & septem, quia non semper statim à conceptione menstrua supprimantur.

Hippo in libro de ... ad ... [illegible]

Item ... [illegible]

De Ortu Animalium.

QVi mundum genitum dicunt, aĩalia quoq; genita concedunt, & interitura: qui ingenitum asserunt, ea sibi volunt semper succedere, partes.n. mundi sunt animalia. Quamobrẽ Anaxagoras, & Euripides, nihil, inquiunt, interit eorũ quę sunt, sed in aliud cõmutatum, diuersam speciem suscipit. Anaximander in aqua putat animalia primum orta, spinosis q; corticibus inuoluta fuisse: verum postea cum ætatis processu in siccum exiuissent, obtrito cortice modicum tempus superuixisse. Empedocles animalia primum edita, quẽadmodum & stirpes etiam, D nequaquam inter se recte commissa credidit, sed parum conuenientibus partibus composita: secundo nata, sic inter se partibus iuncta fuisse dicit, vt quales nunc statuæ sunt, tales viderentur: tertio postmodum orta membris ex sese prodeuntibus extitisse: quarto demum genita non amplius ex vno aliquo simili vt terra vel aqua constitisse, verum è sese, iam fœminarum pulchritudine ad procreandum viros incitante. Cuncta vero animalia pro temperaturæ conditione quatuor generibus esse distincta: sponte nanq; alia aquas petunt, tanq̃ naturæ suæ plus accommodas: alia aerem adeunt, q eius in se plurimum contineant: alia terram incolunt, ex eo quia suapte grauitate illuc trahantur: alia toto pectore vocem effundunt, q æquali temperatura constituta sint.

De Generibus Animalium: & an Omnia Sensu prædita Rationis Vsum habeant.

Extat liber Aristotelis, in quo quatuor generibus animalia facit, terrestria, volantia, aquatica, cœlestia: stellas nanq; ac cœlum ipsum arbitratur animal immortale ratione q; præditum. Democritus, & eum secutus Epicurus, cœlestia non enumerat. Anaxagoras animalia cuncta rationem agendi quamuis continere non dubitet, omnibus tamen, quam passibilem & mẽtis interpretem appellamus, non concedit. Pythagoras, & Plato, bruta quoq; rationem habere fatentur: corporis autem intemperie rationis vsu carere, presertim cum loquendi facultatem non habeant, vt canes & simiæ, quæ licet aliquid ganniant, non tamen illud quicquid id est, eloqui valent. Diogenes & ipse non expertia quidem bruta rationis asserit & intellectus, verũ partim corporis crassitie, par-

tim humore nimio, nec discurrere, nec aduertere, sed affici perinde, atq; furentes solent, in quibus E præcipua animi facultas delinquit.

Quanto Tempore Fœtus in Vtero Formetur.

EMpedocles in hominibus à trigesimosexto die fœtum incipere dixit, vnde quinquagesimo partibus omnibus absolui. Asclepiades in masculis, quod calidissimi sint, vigesimosexto die mẽbra distingui, quinquagesimo consummari credidit, quosdam tamen etiam intra hoc tempus formari: fœminas autem intra duos menses incipere, quarto compleri, frigidiores cum sint: alias autem animantes ex elementorum facili congressu pariter totas & inchoari, & absolui.

Ex Quibus Elementis Membra singula Constent.

Empedocles carnem ex æquali quatuor elementorum portione constare voluit: neruos ex igne, terra, & aquæ partibus duabus: vngues ex neruis, aeris contactu refrigeratis: ossa ex aquæ & terræ partibus æqualibus composita quidem videri, constare tñ è quatuor elementis, in quibus ignis & terra dominantur: sudores & lachrimas, attenuato & eliquato sanguine manare.

Quo Tempore Homo Perfectus sit.

Heraclitus, & Stoici, homines inquiunt perfectos esse, transacto secundo septennio, quo tempore semen adolescentes excernere incipiunt: nam & arbores tum perfectas haberi, cum fructum F gignere cœperint: imperfectas, quoad fructum effundere nõ valuerint. Aristoteles post septem annos hominẽ perfectum existimat: ab eo siquidem tempore boni mali q; notionem pueris inesse, disciplinæ q; tum eos capaces haberi. Alij tertio septenario perfici nos arbitrantur, quod iuuenes facti tunc pubescimus, & plurimum corporis viribus præstemus.

De Somno & Morte.

ALcmæon sanguinis recessu in venas ipsius confluxui deputatas somnum fieri censet: mortẽ vero, si prorsus oĩs illuc abscedat, quia frigidum corpus, ita nimium redditur: expergisci vero nos idem sanguinis eiusdem reditu putat. Empedocles calore sanguinis parumper frigefacto, somnum: prorsus refrigerato, mortem, oboriri credidit. Diogenes, si, inquit, sanguis, qui per vniuersa membra diffusus est, venas impleat, et aerẽ qui in venis continetur, non tñ totum in pectus & ventrem pellat, somnum pariet, & ea mẽbra solito plus incalescent: sin totum protrudat, mortem inferet. Plato, & Stoici, dormire putant animalia quiescente spiritu illo, qui sensibus vigilantibus ministrat, non quia velut in terram concidat, sed quod ad principem animi facultatem feratur, quæ intra supercilia sedem habet: occidere vero, si spiritus ille prorsus omnem motum amittat.

Somnus & Mors Animi sint an Corporis. G

Aristoteles tam ad animum, quàm ad corpus, somnum quidem spectare iudicauit: somni vero causam esse vaporẽ, quem venter in caput submittit, & calorem, qui in corde viget, crudo alimẽto refrigeratum: mortẽ vero solius corporis esse, mori nanq; animam non posse. Anaxagoras ex longa corporis fatigatione somnum excitari credidit, corpus q; non aĩum ipsum affici: cæterum aĩas quoq; mori, cum à corpore separãtur. Empedocles mortem opinatur discessum eorũ, ex quibus homo constitit: propterea q; tam aĩas, quàm corpora, occidere: somnũ vero caloris secessu aduenire.

An Stirpes Animalia sint.

EMpedocles non solum animatas, sed animalia quoq;, stirpes arbitratur: id autem conijci, quod se commoueant, quod ramos intentos teneant, quod adductos vix sequi permittant, quod remissos celeriter adeo reducant, vt pondus etiam secum auferant. Aristoteles animam quidem eas habere, non tamen animalia esse concedit: animalia nanque sentiunt, appetunt, & ex eis aliqua etiam intelligunt. Stoici, & Epicurei, stirpes ne animam quidem habere volunt: animalia nanque solum animam habere, ac eorum alia concupiscere & prosequi, alia rationem quoq; possidere: stirpes autem non animæ, sed casus instinctu, pullulare.

Quo pacto Stirpes Augeantur. H

Empedocles, inter animalia stirpes primum è terra natas asserit, ante quàm Sol circumageretur, dies q; à nocte discretus esset: Eas quoq; maris & fœminæ rationem coniunctas habere, ex temperamenti conueniẽtia: Crescere vero ob calorem, qui terræ subest: quamobrẽ ipsas sic terræ partes esse, vt fœtus vteri: Fructus autem ignis & aquæ illius, quæ stirpibus insunt, excrementa censeri: Frõdes amittere, quibus æstatis calor humorem absumpserit: semper frõdere, quæ maiorem succi copiam habent, vt laurum, oleam, palmam: Saporum varietates, cum ex alimenti diuersitate, tum ex stirpium differentia, nasci, quę è terra id quod sibi simile est, attrahunt: neque enim tam vitium differentiam, quàm soli diuersitatem, dissimilia vina procreare.

De Nutrimento & Incremento.

Empedocles animalia censet alimenti conuenientis accessu nutriri: crescere, multi caloris prę-sentia: minui, caliditate diminuta: tabescere demum & extingui, vtroq; ablato: Huius autem ætatis homines, si primo genitis hominibus comparentur, infantium instar esse.

De Febre.

ERasistratus ita febrem definiuit: Febris est motus sanguinis cõceptacula spiritus subintrãtis nullo febriẽtis assensu factus. Nã vt mare cũ nullis ventis infestatur, quiescit: cũ aliquo vento pręter modũ impellitur, vndiq; fluctuat: sic in corpore cum sanguis excitaẽ, spiritus conceptacula subit,

A subit, ibiq́; calefactus totum corpus incendit. Placet quoq; ipsi febrem ẽt vnum ex illis accidentibus esse, quę alicui morbo superueniunt. Diocles ex ijs, quæ videmus, ea quæ latent intueri nos monet: & cum videamus, inquit, inflammationibus, abscessibus, vulneribus q́; febrem subsequi: oborta febre, licet aliquid istorum fieri non cernamus: intus tñ aliquid eiusmodi factum esse credendum est. Herophilus etiam nullo præcedente morbo, febrem quandoq; concitari dixit.

De Morbis.

Alcmæon sanitatem constare credidit ex æqualitate caloris, & siccitatis, & frigoris, & humiditatis, item dulcedinis, amaritudinis & id genus alijs: morbos autem excitari, quoties istorum vnũ aliquod cæteris dominetur: singulorum nanq; excessus societatem dissoluit, atq; ita morbum parit. Diocles, cum ex inæqualitate elementorum, quibus corpus compositum est, tum ex aeris constitutione, morbos oboriri existimat. Erasistratus ægrotare nos arbitratur ob alimentum vel nimium, vel inconcoctum, vel corruptum: sanos viuere, si ciborum quantum sufficiat, assumpserimus: & dum eos assumimus, ordinem quendam seruemus.

De Senectute.

Stoici, & medici pariter omnes, consentiunt senectam inopia caloris aduenire: ac qui plus caB loris habuerint, tardius senescere. Asclepiades Æthiopas arbitratur celerius alijs in senium deuenire, sexagesimo siquidem ætatis anno, quoniã eorum corpora Sol plus, q̃ par sit, excalfacit: Britannos contra annis centum viginti perdurare: nanq; cum frigidam regionem incolant, calorem ingenitum diutius conseruant: Æthiopes enim, quos iugiter Sol relaxat, rarum: Britannos, cum sub vrsis degant, spissum corpus habere, atq; ideo longiorem vitam ipsos traducere.

GALENO ASCRIPTVS LIBER CVI TITVLVS PROGNOSTICA DE DECVBITV EX MATHEMATICA SCIENTIA

G

Iacobo Antonio Mariscotto Florentino Medico interprete.

Expressa autem ferè sunt Græca verba Latinis verbis, nequa forte fiat sensus permutatio aut ambiguitas. Atque ex collatione vetustiorum exemplarium multa loca castigata & restituta.

CENSVRA

Magnæ experientiæ liber, plerisq; tamen neglectus, quia pleriq; etiam diuinæ sunt Astrologiæ ignari. E quibus aliqui ob id ipsum q̃ illam ignorant, eandem etiam contẽnunt.

Laudat Scientiã Mathematicã priuatim q́; Astrologiã, quã in Medicina vtilem esse affirmat. CAP. I.

AD probandum quidem essentialem esse Mathematicam scientiam vel ipsa Stoicorum philosophorũ virorum authoritas sufficiebat, qui tũ libros elaborarunt, tũ vitam, qualis sit, ostenderunt. Nihilo minus tñ, q̃m etiam in præsenti sermo nobis est de illis, quæ ars medica pollice- D tur, necessariũ est eorum testimonia afferre, qui in ea fuere probatissimi, vt notum fiat cunctis ipsos ẽt medicos, quos asciscere sibi oportuit præuisiuam suæ artis partẽ, si quidem non oẽs, plerosq; tñ, Mathematicæ scientiæ illã tulisse acceptã. Hippocrates igiť & vetustate admodum notus, & scientia admirandus, inquit, "Quicunq; exercentes medicinã, Physiognomoniæ sunt expertes, horũ mens in tenebras deuoluta torpida senescit. Non solũ dixit haud recte facturos, verum etiã erraturos: nam dixit per tenebras vagari mẽtem illorũ, qui Physiognomonia vsi non fuerint. At Physiognomonica pars, astrologiæ est particula maxima. Qui igiť aliquã laudauit particulã, multo magis celebret ipsum totum. Diocles verò Carystius {medicus} & rhetor non solũ asserit ipse (vt tu quoq; nosti) sed & veteres insuper testatur ab illuminatione & cursu Lunæ morborũ prognostica solitos esse conficere. Quando igitur tanti ac tales tũ dignitate tum scientia viri, non tm̃ eius quæ in medicina habeť, præcognitionis hæredes, sed ẽt facti suarum sectarũ authores, {huic attestãtur, quo pacto hoĩes.} qui hanc quasi per manus acceperunt, fructũ q́; ex alienis laboribus capiũt, quicquam de his addubitabunt? Quocirca tu quoq; Aphrodisi charissime, si accurate decubitus elaboraueris modũ, & prædictos viros fueris sectatus, è pulcherrima tuę artis parte capies fructum, præcognoscẽdo ac prædicendo, quę sint ægrotantibus euentura. Hinc vero tractationem inchoemus.

Ex antiquis manuscriptis codicibus adiecta.

De Lunæ tum motus tum luminis incremento ac decremento, quocunq; loco Zodiaci sit: variaq; eiusdem cum reliquis Planetis configuratione CAP. 2.

E

ANte omnia Lunã considerare oportet, num ea moueatur addẽdo an demẽdo numeris, non luminibus, sicuti decepti sunt quidam. Si ergo, vbi quis decubuerit, Luna in aliquo duodecim partes constituentium signorũ incipiat {propriæ magnitudini addendo &} proprijs numeris moueri, progrediens ad equipartiũ: est aũt Æquipartium idẽ quod diameter {siue oppositum:} maximã faciet episemaliã {id est assignationẽ, seu cõmotionẽ, seu turbationẽ.} Maximè verò, si et coniũctionalis fuerit, vbi scilicet cõiunctione soluta rẽdit in pleniluniũ, et feratur in cursus quantitatẽ maiorem, sub centesimũ & octogesimum gradum interficit. Si verò, vbi quis decubuerit, Luna demendo moueat, morbus vsq; ad oppositũ faciet cõmotionem. {Luna enim ad oppositum hoc est ad centesimum & octogesimum gradum conuersa} morbum in magis salubre conuertit. ℭ Aduerte autem animum ad motus testimonia q; stellarũ. Si enim, vbi quis decubuerit, Luna in maius moueat, † Marti Soli q; cõfigurata, augebit morbũ, & periculosum reddet. Si vero, luminibus numeris q; augeat, circa oppositum, periculũ proculdubio afferet. Si vero phaetonti {id est splẽdenti} Ioui quocunq; modo fuerit cõfigurata, morbos sine periculo faciet: vel in quadrato facta cõmotione incolumes reddet ad oppositũ. Si vero phlegethõti Saturno configuret numeris demẽs, circa nonagesimum gradũ instabiles reddit ac periculosos. Quòd si coniunctione soluta ad minora ferat, circa centesimũ & octogesimũ gradum absq; ullo dubio interimet. Si vero Soli vel Marti in decubitu configuret, numeris demens, vel etiam lumine deficiẽs, minuetur morbus ad gradũ nonagesimũ, & facta cõmotione ad sanitatẽ conuertet. Quòd si coniunctionẽ soluerit, & adhuc minuatur, circa cẽtesimum & octogesimũ gradum incolumitati restituet. ℭ Verum assumere reliquas etiã stellas oportebit, per singula signa, quo pacto se habent, illinc etenim, duodecim signa Luna permeãte, causæ morborum cognoscuntur. Ante oĩa autem scire oportet, si quis neglegenter se in calculis gesserit, nihil ei secundum verum esse successurum: si vero non succedat, in ipso, non in re, causam erroris merito futuram. Numeri autem non secus ac in ipsa natiuitate disquirantur, ex hisce enim veritas certa cognoscetur.

Ex antiquis.

Ex antiquis.

†*Ex antiquis.*

**videtur legẽdum, Saturno.*

**Al. quadratũ*

* *Ex antiquis.*

F

De configuratione Lunæ in Ariete. CAP. 3.

SI factus fuerit decubitus, quando Luna est in Ariete, & Marti vel Soli configuratur, morbus à capite erit à Solis æstu, atq; meningem dolebit, & erunt continuæ febres, & insomniæ, & ardor, & sitis, & aspera lingua, et thoracis incendium, vel hepatis dolor, & pulsus elati ac inordinati.

His vtile fuerit sanguinem educere, & adhibere omnia quæ frigefacere queant & mitigare, nã erit delirium atq; phrenitis. Quòd si nulla benefica Lunæ complicetur, habeat q; Saturnus eandem figuram, vsq; ad diem septimũ interibit in primo quadrato, & Maxime si Luna numeris vel lumine augeatur. ℭ Si autem factus decubitus fuerit, vbi Luna est in Ariete, & aliqua maleficarum ex opposito vel quadrato ei configuratur, vel cum ipsa apparet, stellam ipsam videre oportebit, quæ nam sit. Ac si quidẽ fuerit Saturnus, causæ in capite sunt, lethargus, sine sensu, alto somno oppressi, infrigidati: adhuc autem inæquales, nunc quidem remisso morbo, nunc vero intẽso.

G

Quòd si illa quoq; luminibus, vel numeris, vel vtrisq; demat, vt tibi antea dixi, ad dictum gradũ nonagesimum, maximam habebit commotionem. Sed & reliquas quoq; adiunge. Nam si Iupiter vel Venus aliqua annuerit configuratione, in summum veniet discrimen, at oppositũ prætergressus seruabitur. Si autem solus Mercurius propositæ cõstitutioni configuret, absq; dubio morietur. Et si igneus quoq; Mars propositæ figuræ configuretur, redẽptores tu potius existimabis. Quare oportebit te omni prudentia vti, scientem huiusce stellæ frigidiores esse affectus atq; rheumaticos. ℭ Si vero Luna configuretur Marti vel Soli, numeris addens vel etiam lumini, inducet ea in capite affectus, alienationes mentis, phrenitides, circumdolentias, inflãmationes, incẽdia, αἱμαγμὺς quasi cruẽtationes. Oportebit igitur in cunctis, vti illis quæ frigefacere valeãt et discutere, atq; hisce quidem maxime circa quadratum: nam post tertium {vel quintũ} diẽ augeri incipit morbi magnitudo: affectus vero periculosi erũt & acutissimi vsq; ad oppositum. Si autem Mercurius propositæ figuræ configuretur, periclitatus seruabitur: namq; hic consentit cũ Marte, econtra vero à Saturno dissentit. ℭ Si vero vbi factus fuerit decubitus, Ioui, vel Mercurio & Veneri, vel etiam alteri ipsorum tantum, Luna configuretur, morbos quidem facit inæquales, & in diuersos affectus deuoluuntur, sed omnino seruãtur. Te ergo oportet diætis adhibere animũ, hóris q;, & deambulationibus, & balneis, & vino exhibendo: qui enim Saturno configurante decubuere, & balnea cupiẽt, & quietẽ, & lectũ cibum q; multum, & calẽtem potũ: Qui autẽ Marte, potum frigentem, motum, vinum, ventos. Oportet ergo te à proprio iuxta quamlibet stellam desiderio haudquaquã retrahere: quælibet enim stella, quibus rebus † delectatur & optat, his etiã iuuat.} Vt enim mihi videtur optime Aphrodisi, ne putato huiuscemodi curationes medicæ rationi aduersari. Ego enim, qui cognitas habeo stellarum naturas, effatus sum tibi, quibus rebus quęlibet delectetur, vt in cunctis, labi non possis.

**Aliter Sol.*

H

Ex antiquis.

* *ὥραις τε, ẽ in ipreßis, sed ui detur legendũ ἑώραις τε, i. gestationibus.*

† *Aliter ex ãtiquis manu scriptis, proprietate est affinis, hisce facit, vt ẽt infirmus delectet, atque hæc desideret: hisce ẽt iuuat.*

De configuratione Lunæ in Tauro. CAP. 4.

SIquis vero decubuerit, quando Luna est in Tauro, & Saturnus in eius est quadrato, vel opposito, vel cum ipsa vnà, præsertim vbi ea & lumini & numeris demit, morbus etiam in principio à

A pio à crapula erit,& ferculis,& plenitudine: & erunt febres astrictæ,& hypochondriorũ dolor,et labor articulorũ,& pulsus elati ac inordinati,& totius corporis inflãmatio, & in pulmone ac late re sinistro sensus grauitatis. Hos iuuat sanguinis detractio,ea q; oĩa,quę valent habitũ demoliri.

Si igit̃ beneficę vsq; ad oppositũ,nõ complicent̃,proculdubio morietur. Quòd si etiã Mars eadẽ figurã,aut Sol,retineat, in primo quadrato interibit. At si beneficę adsint,Lunã q; aspiciãt,periclitatus seruabit̃. ℭ Si vero qs decubuerit,qñ Luna est in Tauro,præcipue vbi dies est, Mars aũt cũ ea est simul,vel in eius opposito aut quadrato,morbus erit ex plenitudine sanguinis, & adstrictio,& incendiũ,& dolor colli ossiũ q;,excessus q; insomnię, & magnũ vini desideriũ & frigidæ.

His ergo sanguinis detractio cõducit,& oĩa quę relaxãt. Quòd si Saturnus eandẽ cũ Luna obtineat figurã,nullã q; benefica cõplicet̃,nonũ diẽ non superabit: si aũt beneficę pñtes adsint, vel cõfigurent̃,periclitatus vsq; ad vigesimũ diẽ seruabit̃. ℭ Si vero quis decubuerit, qñ Luna est in Tauro,ac iuxta ꝓpositã cõstitutionẽ & lumina & numeros iminuit, ipsi vero Saturnus quomodocũq; cõfigurat̃,pręsertim si Mercurius vnà cõprehendat̃, affectus iuxta sanè signi ꝓprietatẽ in ipsis initiis tarde mouebunt̃,& ęgre inotescẽt,veluti si nõ adsit morbus: & corporibus imbecilli, & interrupti loquelis, & stomacho nihil appetẽtes,& calefactiões q̃ sunt in ꝓfundo ostẽdẽtes,et B articulis dolẽtes,& toto corpore resoluti. Hęc aũt ego tibi signa in quolibet signo propono,vt si quod ex illis appareat,facile videas,qd de infirmis sit ꝓnunciandũ. Natura enim hoc signũ, cũ habeat significationes aquarũ,inducit & terra & mari tempestates,& excitat diuersorũ turbationes ventorũ. Quare te capitis curã gerere oportet, hoc enim ostẽdet tibi principiũ fixãm* ęgritudinis cãm: vnde & neruosum oẽ cõpatiet̃,& noxę stomachi cõsequent̃, pulsus q; abditi & formicãtes, pręcipue p diẽ.Quã ob rẽ nutrire quidẽ oportet,non autẽ vereri ob pusillanimitatẽ,& detractiones sanguinis,& vẽtris subductionẽ,oĩa q; quę euacuãt, vt quę magnã admodũ debilitatẽ inducant: à quadrato autẽ vsq; ad oppositũ diligẽtius seruare.Si enim cõiunctione soluta assignatiões mutabit in melius,morbus in opposito dissoluet̃: at si cõiunctione soluta, in deterius assignationes faciet,prefertim si nulla benefica in decubitu fuerit cõplicata, oppositũ non prætergredietur.

ℭ Si vero quis decubuerit,qñ Luna est in Tauro,& Marti vel Soli cõfiguratur,præsertim si plena lumine sit,vel gibba vtrinq;,numeris augescens, in collo & hypochondriis erũt causæ ex plenitudine,& febres ardentes ac cõstrictę,& in lingua asperitas, & oris amaror: ipsi vero oculis torue tuentes,facies q; prorsus minabũda,ac verbis temerariĩ, & frequẽtius in domesticos amarulẽti insultãt,& sunt siticulosi. Oportet itaque ventris curã gerere,ne sit adstrictus,atq; in primis san C guinis detractionibus vti,neq; à desiderio frigidi potus admodũ retrahere, nã morbi à principio vsq; ad quintũ siue septimũ erunt acutiores. Oportet autẽ esse attentũ. Si enim videris † Leonẽ in quarto,} erit affectus cardiacus. Quare oportet in septimo singulis horis esse attentũ, & ad vini ac frigidæ potionẽ pręparari. A septimo autẽ, si ad deterius vertat̃, eius salus est desperanda, nam ineuitabiliter moriet̃. Inspicere aũt oportet & horas in hac cõmotione,quo pacto possis horã adaptare ad beneficas,& nutriendo,vel lauãdo,vel vinũ exhibendo,opitulari. Si enim in hac cõmotione cibus det̃,medicę id rationi aduersetur: at si in hora detur beneficarum,magnopere iuuerit.

ℭ Quòd si Lunæ,dum ad eum,qui dictus est,se habet modum,Iuppiter vel Mercurius vel Venus configuretur,siue addat illa numeris,siue demat,vsq; ad oppositum manifesta fiet ad salutem conuersio.Oportet ergo citra omnem adiectionem diminuendo cibare.

De configuratione Lunæ in Geminis. *CAP. 5.*

SI vero aliquis decubuerit,qñ Luna est in Geminis,& Saturnus est cum ipsa, vel opposito aut quadrato aspicit, origo morbi à labore & vigilia erit,vel in primis ab itinere, si Luna lumini demat & numeris,habebit enim in articulis dolorẽ: & paulatim se retegit morbus,& à tertio die incipit augeri vsq; ad vigesimũ: febres enim tenues erũt, & corporis totius extenuationes ob eas, D quę frequẽtius noctu fient,intẽsiones: & dolor splenis. Quòd si nulla benefica cõplicet̃, & eadẽ igneus Mars figurã obtineat, post trigesimũ diẽ morietur. Sed si adfuerint beneficę, ac Lunã intueantur, in diuturnos et periodicos delapsus affectus seruabitur. ℭ Si vero aliquis decubuerit, qñ Luna est in Geminis,& Mars vel cũ ipsa est,vel ex opposito seu quadrato aspicit,tum autẽ numeris lumine q; augescit,instabilis morbus ac periculosus erit. Nam cõtinuę erunt febres adstrictę q; ac ardẽtes,& pulsus elati ac inordinati. His igit̃ cõducet detractio sanguinis. Quod si nulla benefica Lunã aspiciat,& eandẽ Saturnus figurã obtineat,vsq; ad diametrũ moriet̃. Sed si eam benefica aspiciat,periclitatus seruabitur. ℭ Si vero aliquis decubuerit, qñ Luna est in Geminis, procatarctica mòrbi causa à labore erit & balneis: atq; oĩs humiditas morbũ retinebit. Quòd si* cõfiguret̃ splendẽs Saturnus scintullantẽ Mercuriũ sociũ assumẽs, præcipue si Luna à cõiunctione numeris demat,opertas scoptulas dolebit & lumbos, & totũ corpus erit ignitũ, ac in superficie veluti ex adustione dolẽs. Erũt aũt inutiles sanguinis detractiones, quod quidẽ ipsi exoptabũt: & cõtraria erit frigidę potio vsq; ad septimũ. Cum aũt ea cõiunctionẽ soluit, & ad minora mouetur,ꝓculdubio interibit. Si vero in ꝓposita cõstitutione aliqua beneficarũ in decubitu cõfiguretur,ab aliis in alios decidũt affectus,vt ischiadas, & alios quosdã in ipsis articulis dolores. Quãtitas autem tpis innotescet tibi ex ipsa Lunę copulatione, hoc est ex ipso stellę beneficę progressu, nã proculdubio seruant̃. Eadẽ autẽ ratio in oĩ signo. ℭ Si vero decubitus fiat omniũ carens cõfiguratione

* ἀπαθῆς

† Aliter, solẽ in Leone.

* Ex antiquis

guratione stellarũ, inęquales morbi sunt, sub oppositũ autem liberantur. Inęqualitas vero ita tibi E statuatur, quocũq; in signo Luna extiterit, in eo ipsam imperium assumere: indicat enim tibi ipsa stella per singulos dies, vtrũ intendetur an remittetur. ℂ Si vero in proposita decubitus cõstitutione Luna fuerit in geminis, & cõfiguretur ei quocũq; modo Mars, aut Sol, aut vterq;, ac præcipue si ipsa plena lumine fuerit vel gibba vtrinq;, feratur aũt in ma*gna suo motu, erit quidẽ ægroti ea præsumptio, suã vt salutẽ desperet: & lachrymantur, ꝙ tali statu sint: exiliunt autẽ, & sunt in loquendo audaces, simulachrorũ imaginationibus insilientes: quibus oĩbus augescẽtibus augescit affectus. Interdũ autẽ & stomachi est debilitas, & affectus circa meningẽ, vt fiat & fractis viribus & sine pulsu. Oportet ergo colligãdo atq; fouendo curã gerere extremorũ, & cogitare opportunas esse sanguinis detractiones: iuxta autẽ signum, & præcipue si ipsi appetant, adaugere cibos: à coniunctione enim cognosces signũ, & soluere morbũ audies, si & stomachus validior tibi esse videbitur, & meninx ab affectu liberata, seruabuntur hi proculdubio. Quòd si ab oppositione morbus tendat ad incrementũ, & per ventrẽ tenuia reddantur, proculdubio intereunt. Magnopere aũt conducit, si quæ consueta sunt, exhibeãtur. Si autẽ beneficæ iuxta hoc signũ propositæ cõstitutioni cõfigurent, ac si Luna vel demat vel addat, omnia quidẽ medicamina abdicare oportet, regere autẽ balneis simplicibus & placidis, & gestationibus, & exercitamentis quę per manus F fiunt, nã absq; dubio seruantur. Quidam autem in ipso quadrato, morbo liberantur.

* Al. maxima

*

De configuratione Lunæ in Cancro. CAP. 6.

SI vero aliquis decubuerit, qñ Luna est in Cancro, & ei iungit Saturnus, vel opposito aut quadrato aspicit, morbi origo à balneis erit & frigefactione. In thorace erit fluxio & tusses, & corporis adstrictio, & febriculæ tenues ac malignæ, & pulsus tenues debilesq; & lateris dolor. His igitur cõueniẽt calefacientia omnia. Quod si benefica Lunã nõ aspexerit, morbo producto hic obibit vsq; ad diẽ quadragesimũ. Si autem benefica Lunã aspexerit, {in primo quadrato} multis vexatus malis seruabitur. ℂ Si vero aliquis decubuerit, quãdo Luna est in Cancro, & cum ea est Mars, vel ex opposito aut quadrato aspicit, morbi origo à vomitibus erit, & chólera, ac stomachi subuersione. His igitur cõueniẽt frigefacientia & adstringentia omnia. Quòd si beneficę Lunam haud aspexerint, in primo quadrato interibit: at si benefica Lunã aspexerit, in primo quadrato seruabitur. ℂ Si vero quis decubuerit, quãdo Luna est in Cancro, morbus erit ex vini ingurgitatione ac vsu immoderato. Incipiet autẽ à distentione & eleuatione membrorum collaborantiũ: & differendo declarant locũ affectũ. Erit autem à frequentioribus vomitibus, atq; abundantia bilis. Ægre igitur respirant, & costas dolent proiectãtes se valde, ac volentes frigido in aere G esse continenter, vt etiam operimenta abiiciant, & circa artus dolentes frequentius exurgent, præcipue ab opposito. Quare oportet non solum absistere à frigida exhibenda, sed adhibere etiam quæ valeãt frigefacere, & discutere, ꝑcipueq; in principiis. ℂ Si vero Marti, aut Soli, aut vtrisq;, quocunq; aspectus modo Luna cõfiguretur, erunt febres per additionẽ & augmentũ, & pulsus inequales, aliàs quidẽ aucti, aliàs autem attenuati. Quare sanguinis detractio conducit, à quinto enim gradu vsq; ad nonagesimũ hoc est quadratum lateris, successiui & maligni affectus consequentur. Quòd si nulla benefica complicetur, quousq; soluerit cõiunctionẽ, in neruoso patiuntur, & delirant acclamantes ac vociferantes. Naturaliter autẽ iuxta hoc signũ in noctibus superueniunt affectus. Si autẽ coniunctionẽ soluerit, & ad minora moueatur, ac beneficæ copuletur, in periodicum affectum veluti quartanarium delapsus seruabitur. At si maleficæ copulet̃, modo nihilo minus periodico perdetur. Si vero in prædicta constitutione, nulla fuerit media vsq; ad oppositum, si Luna coniunctionẽ soluat, & tendat ad minora, seruabitur. At si à coniunctione ad maiora moueatur, malefica autẽ media fuerit, Saturnus inquam, vsq; ad oppositum periclitatus seruabit̃. Naturaliter autẽ qui hoc in signo decubuerũt, morbis laborabunt, qui ægre intermittãt, atq; malignis: & quæ illis conferre medicationes vident̃, aduersant̃. Cõuenit autẽ & vini exhibi- H tio, & balnea, & cibi qui celeriter valeant distribui. Si vero in proposita constitutione Saturnus aut V*enus configurentur, morbi quidẽ remittentur, vt ostensum est tibi, sed restabunt magis dolores in articulis auribusq;: quidam autẽ in pulmone vel hepate retinent affectus: ita autẽ diuturnæ erunt ęgritudines. Si ergo in hac figura Luna numeris demens moueat̃, diu durant affectus, & nihilo minus in affectu morientur. Quòd si Luna augẽdo & numeris addat & lumini, ac Iupiter quocunq; modo aduocetur, decumbent tam diu, dum Luna ad decimũ à decubitu signum deuenerit. Si vero nec à maleficis nec à beneficis aspiciatur, in ipso signo morbo liberabuntur.

Ex manuscriptis.

* χολέρας.

*

* Al. Mercurius

Quod si beneficę tantum atq; Mercurius quocunq; modo configurentur, vsq; ad quadratum ipsos soluunt affectus. Oportet ergo à frequentioribus balneis abstinere, cõuerti autem ad exercitamenta gestationesq;, namq; hoc modo morbi mitigabuntur.

De configuratione Lunæ in Leone. CAP. 7.

SI vero quis decubuerit, quãdo Luna est in Leone, & † {M*ars cum ea est,} vel opposito aut quadrato aspicit, morbi initiũ erit ex plenitudine & cruditate. Erit enim in pectore ac hypochondriis dolor, & erunt intensæ febres, & caliditas in profundo ꝗ̃ in superficie maior, & aluus adstricta. His igitur omnia conuenient, quæ recalfaciunt & relaxant. Quòd si beneficæ Lunã haud aspexerint, vsq; ad oppositũ interibit. At si beneficę Lunã aspexerint, multa passus mala seruabitur.

† Ex manuscriptis.

* Videtur legendum Saturnus.

A uabitur. ℭ Si vero quis decubuerit, qñ Luna eſt in Leone, & ſimul cum ea eſt Mars, vel oppoſito aſpicit aut quadrato, morbi initium à ſanguinis plenitudine erit. Et erunt febres fluidæ, & pulſus debiles atque abditi, & animi defectus, & appetentiæ collapſę, & grauitas, & cataphora, & totius corporis languor. & cardiaca diſpoſitio. His igitur conuenient conſtringentia & infrigidantia cuncta. Quòd ſi benefica nulla Lunam aſpiciat, vſq; ad nonum interibit. At ſi beneficæ eam aſpiciant, poſt oppoſitũ periclitatus ſeruabitur. ℭ Si vero quis decubuerit, qñ Luna eſt in Leone quocũq; in gradu (hoc autem ipſum in aliis etiam ſignis aduertatur, licet ego de illis nõ decernam) horoſcopante Leone, erit morbus ab animali principio, & moleſtis laboribus, aut negociis, & aliis ſollicitudinibus. Pectus quidem erit ardens, extrema autem frigentia, & cauſæ in capite erunt, & oculi cauati, & naris contracta, & videbuntur ſine pulſu eſſe ægrotantes, & morbũ *oſtendent diuturnum, & quãtum ad plenitudinem viribus valent. Oportet ergo è veſtigio ſanguinem detrahere (ſi quidem fieri poteſt) dum Luna in ipſo ſigno mouetur, & præcipue quidẽ ſi inceperit ad maiora moueri: ſi minus, vſq; ad tertium: & extrema fricare, ac exagitare omnia, quæ ſunt infra thoracem. ℭ Quòd ſi Mars & Sol, Lunæ addenti vtriſq;, nempe numeris ac lumini, configurentur, cardiacus erit affectus proculdubio vſq; ad quintum diem: ſub quadratum

*Aliter, non oſtendent.

✱ B vero latus ſi ceſſet à numeris, aut etiam adaugeat, Saturno autẽ configuretur, ſaluus fiet. ℭ Si vero Iuppiter aut Venus Lunæ in decubitu configurentur, vbi ipſa Luna ad tetragonum venerit, ſeruabitur. Si vero ipſa quoq; ſola numeris demens moueatur, ſaluus fiet. Vtiles autem fuerint ipſæ vini exhibitiones, & balnea, & poſt tertium aut quintum geſtationes. ℭ Si vero in propoſita figura, quando in decubitu Luna eſt in Leone, ac ad magna mouetur, vel lumini addit, Saturnus ipſi configuretur ac Venus, vel beneficarum vna, ea quidem, quæ ſunt prędicta, vſq; ad *quadratum euenient, nihilo autem minus dolores in ueſica erunt, & ſtomachi inflationes, verum ſeruantur. Quòd ſi ea à coniunctione maiora percurrat, proculdubio ſeruabuntur. Quòd ſi propoſitæ figuræ Saturnus, & Mars, aut alius quiſpiam cõfiguretur, ipſa q; borealem verſus tendat, vbi ea ad oppoſitum venerit, morbi omnino ſolutio fiet. Oportet autem haud ſouere, neq; in locis tenebroſis habere decũbentes, continenter vero longe à cupiditate retrahere. Eſt vero vtile frigidam exhibere: & vtiles cibi qui implere valeant, nõ autẽ imminuere. ℭ Si vero ipſa Luna cunctis ſit inconſpecta, ad magna autem moueatur, vbi venerit ad oppoſitũ, facta criſis commotione morbum ſoluet. Quòd ſi ad minora moueatur, ægrotus, quoad illa coniunctionem ſit prætergreſſa, inæquali morbo detentus, frequentius q; in morbum relapſus, ſeruabitur.

*Aliter, μεσουρανῇ, id eſt fuerit in medio cæli.

C

De configuratione Lunæ in Virgine. CAP. 8.

SI vero aliquis decubuerit, quando Luna eſt in Virgine, & Saturnus cum ipſa eſt, vel ex oppoſito aut quadrato aſpicit, morbi origo erit ex tarditate & cruditate ventris, & dolor inteſtinorum, & hypochondriorum inflammatio: & febres adſtrictæ, & in remiſſione & intenſione inæquales: & pulſus abditi, crebri q;, ac inordinati. His ergo conuenient calefacientia omnia & relaxantia. Quòd ſi beneficæ Lunam non aſpexerint, circa quadrageſimum periclitabitur. Si autẽ beneficæ Lunam aſpexerint, longum paſſus morbum ſeruabitur. ℭ Si vero aliquis decubuerit, quando eſt in Virgine Luna, & cum ipſa eſt Mars, vel oppoſito aut quadrato aſpicit, erit morbus à fluxu ventris, & in affectum vertetur dyſentericum, & erit ſanguinis fluor, hulceratio q; in inteſtinis, febres tenues fluidæ, & pulſus debiles crebri q;, & collapſæ appetentiæ, & ſtomachi ſubuerſio. Hiſce conuenient omnia, quæ conſtringunt. Quòd ſi beneficæ Lunam non aſpexerint, trigeſimo die interibit. Si autem beneficæ Lunam aſpexerint, ſeruabitur. ℭ Si vero aliquis decubuerit, quãdo Luna eſt in Virgine, erit morbus à diſpoſitione cœliaca, doloribus q; ac inflatione ventris: atq; incipient veluti ex † lęſa coctione} alia quidem per ventrem acuta effluere, alia vero per vrinas ferri viridia, & male olentia: præcipue vero punctiones tanquam in diaphragmate

† ἀπεψίας

D fiunt, ac ſtomachus reſoluitur, totum vero neruoſum collaborat, ab initio enim ſtatim oculi ſunt aſſidue vigilantes. Quòd ſi ea ex minimo etiam curſu impulſa ad maiora moueatur, cõfiguretur autem illi Mars, vel Mercurius, vel etiam Sol, delirabunt quoque loquelis impediti. Oportet ergo illis vti, quæ denſare & contrahere humida poſſint: inutilis autem frigidæ exhibitio, & omnis ſuccus frigidus. Quòd ſi à quadrato ad maiora vertatur, accuratius à quocunque frigefacien te arceantur, etenim vſque ad diametrum periclitati in affectum cœliacũ, vel dyſenteriam deuoluuntur, atque ita protracto morbo deficiunt. Si autem huic conſtitutioni Saturnus cõfiguretur cum Mercurio, vel Venere, vel Ioue ſolo, nihilo minus erit diuturnus morbus, & ſplenici affectus atq; renales, niſi ꝙ etiam ſic quoque protracto morbo, atq; illo afflicti, ſeruantur. ℭ Si vero aliquis decubuerit, quando Luna ſola mouetur, neq; aſpicitur, ſiue addat ſiue demat, ſiue quocunque alio figuræ modo ſe habeat, ſanguinis fluxum patietur. Soluit autem hoſce morbo Luna, circuitione peracta. Pallidi autem & coloris atri multo tempore ægrotantes fiunt, nihilo tamen minus ſeruantur. Si vero Iuppiter, vel Venus, vel Mercurius, vel quilibet ipſorum, vel etiam omnes, in decubitu annuant, nihilo minus, quæ ſunt in ventre, fluxu laborabunt: in ipſo autem ſigno vſque ad quintum ægritudines ſoluunt. Oportet vero vini quidem vſum indulgere, balneorum autem deuitare.

De

De configuratione Lunæ in Libra. CAP. 9. E

SI vero aliquis decubuerit, quando Luna est in Libra, & Saturnus cũ ipsa est, vel opposito aut quadrato aspicit, morbi origo erit ex potu vini, & maxime ex crapula, si lumini numeris'que Luna demat, fiat'q; in nocte decubitus. Affectus autẽ in capite & thorace erunt, defluxus & tusses à principio, & in capite sopor, & ablatæ appetentiæ, & duplices intẽsiones, & continuę febres, & † crebrę} atque imbecilles. His ergo conueniunt calefacientia omnia. Quòd si cum Marte quoq; eandem retineat figuram, proculdubio in opposito morietur. ¶ Si vero aliquis decubuerit, quãdo Luna est in Libra, & Mars cum ipsa est, vel opposito aut quadrato aspicit, erit morbus ex sanguinis abundantia, & erunt febres intensæ, & elati pulsus, & mentis alienatio, & phrenitis, & insomniæ excessus, & in toto corpore inflammatio. His cõueniet sanguinis detractio, ac omnia, quæ valeant habitum extenuare. Quòd si benefica Lunam non aspexerit, in diebus decem interibit. Si autem beneficæ aspexerint, vsq; ad oppositum periclitatus seruabitur. ¶ Si vero aliquis decubuerit, quando Luna est in Libra, causa erit ad extrema, dolebunt etenim ipsa, & ignea erunt, atq; eam quæ in profundo est magis, caliditatem manifestabunt: statim vero soporãtur, & magis oculos tanquam ad somnum conuertunt, & absq; appetentia iacent. Ita ergo naturaliter in hoc signo morbi fiunt, in quo fallunt aliqui, † assiduũ nutrimentũ} causantes. ¶ Si vero, quãdo F ipsa mouetur ad minora, Saturnus, vel Venus, vel Mercurius, vel quilibet ipsorũ accesserit, vsq; ad oppositum proculdubio phrenitissant. Quare calefacere oportet, atque vti iis, quæ discutere queant & repercutere, & asseruare in quiete atq; custodia, ne forte aquam furtim bibant. Ita enim quæ sunt in ventre excreta vsq; ad oppositum, morbi facient dissolutionẽ: nihilo autem minus in longiora & inæqualia mala deuoluti, veluti periodica, hoc pacto seruabuntur. At si solus Saturnus fuerit, peribunt. Si autem in prædicta constitutione magno cursu feratur, vsq; ad oppositum ob crebrium intensionem & remissionem † multa passi} seruantur. ¶ Si vero, quãdo Luna est in Libra, Mars & Sol Lunæ opponantur, causæ in capite erũt, cephalalgia, & rheumatismus, & hemicrania. Quòd si Mercurius accedat, causæ erunt in oculis, suffusiones, glaucedines, pupillarum dilatationes. Oportet ergo vt plurimum sanguinis detractione vti: vtiles autem & excretiones per ventrem. Sic vero diu perdurantes, nihilo minus periclitabuntur, in eodem affectu manentes. Quòd si Iuppiter aut Venus quocunque configurationis modo complicentur, salui fient, in eisdem affectibus manentes. Quòd si ipsa haud aspiciatur, ac si decrescat, malignę quidẽ ægritudines erunt, & inordinati pulsus, qui difficulter cõprehendi queant: nihilo tamen minus, vbi ad oppositum Luna peruenerit, morbum soluit. Hoc autem sciatur, in omnibus tropicis & G æquinoctialibus signis, malignas esse ægritudines.

† *videtur legendũ, pulsus crebri.*

† *Al. nutrimẽti defectũ.*

Al. quadratum.

† *In manuscriptis quibusdã, σκυλέντες κ̀, ἀνωμαλίσαντες, i. vexati et inæqualiter affecti.*

Additum ex antiquis.

De configuratione Lunæ in Scorpione. CAP. 10.

SI vero aliquis decubuerit, quãdo Luna est in Scorpione, & Saturnus est cum ea, vel opposito aut quadrato aspicit, morbi origo erit ab exhulceratione aut inguinum aut locorum abditorum ad anum vel pudendum. Quòd si Luna numeris addat aut lumini, seruabitur ægrotus, ac præcipue si beneficæ intueantur. ¶ Si vero aliquis decubuerit, quando Luna est in Scorpione, & cum ea est Mars, vel opposito aut quadrato aspicit, lumine autem deficit, ac numeris demit, maxime si beneficæ intueantur, in primo quadrato seruabitur, aut vsque ad oppositum: nam morbi erunt mites, & qui facile mutentur. Scito autem eandem esse rationem in omnibus signis, quando huiusce modi figuræ inciderint. ¶ Si ergo aliquis decubuerit, quãdo Luna est in Scorpione, morbus erit ab horroribus minimis. Hi enim contemnentes {morbos atque deambulantes} augebunt affectus. Causa autem procatarctica erit in vesica, & partibus quæ coxas interiacent, aut etiam hulceratio sedis. Ad tertium vero vsque diem rectus febricitans, morbum augebit. Quòd si numeris addat, & præcipue ab õppositione, & cum ipsa sit Mars, per Scorpionem & ferrum in occultis locis noxam patientur. Quòd si Sol quoq; vnà fuerit ac configuretur, apostematum ad costas noxam patientur. Si autem ad maiora vertatur: est autem hoc, {quãdo diurnus Lunæ motus graduũ est} circiter quindecim p longitudinẽ, noxam ad costas accipiẽt, & per vomitiones sanguinem aut excretiones eiicient. Oportet ergo à frigidæ potu arcere continenter, & in quiete asseruare. Inutiles vero sunt clysteres, & quæ frigefacere queant cataplasmata, & sanguinis per cucurbitulas detractio: inutilia etiam balnea. Vbi vero Luna vsq; ad vndecimum venerit, tum sic prætergredientes longos faciunt affectus, tum itidem periclitantur. Quòd si Iuppiter & Venus vnà cum Luna fuerit, aut configuretur, erunt quidẽ mala proposita, at mora protracta seruabuntur. Temporum autem vel dierum quantitas à complicatione stellarum tibi innotescet, nam durant affectus vsq; ad earum aspectũ. Determinatus enim est decubitus vsq; ad oppositum, prætergressæ autem oppositum diuturnas stellæ faciunt ægritudines. ¶ Si vero aliquis decubuerit, quando Luna est in Scorpione, & Saturnus est cum illa, aut configuratur, & minora percurrit, vel etiam ad coniunctionem fertur, proculdubio resoluentur: & deuoluentur in mala diuturna, veluti qui defluxum circa pudendum aut proxima sedi loca patiuntur. Quòd si nulla benefica applicetur aut configuretur, in ipsis interibit malis. Quòd si Luna ad maiora excitetur, & ei Saturnus configuretur, proposita quidem mala obuenient, at protracta mora seruabuntur.

Sunt in antiquis.

* *Al. coniunctione.*

† *Sunt in antiquis.*

H

*

A seruabuntur. Naturaliter autem iuxta hoc signum sunt inutilia balnea, omnia'que quæ possint fluxionem ciere.

De configuratione Lunæ in Sagittario. CAP. 11.

SI vero quis decubuerit, qn̄ Luna est in Sagittario, & est cum ipsa Saturnus, aut opposito quadrato'ue aspicit, erit morbi initium ex humidorū tenuium q; & acutorū rheumatū *fluxione. Dolebunt autē articulos, & patientur febres, quæ cū rigore inuadunt, & assignationes erunt cum rigore, ac frigebunt extrema. Quando igit̄ Luna lumini numeris q; maxime demit, duplices erūt assignationes, & febres astrictæ, & abditi pulsus. His conueniunt ea, quę resoluunt & calefaciūt. Quo'd si benefica Lunā aspexerit, periclitatus seruabitur, vbi oppositū prętericrit. {At si benefica non aspexerit, vsq; ad oppositū interibit.} ¶ Si vero quis decubuerit, qn̄ Luna est in Sagittario, & cū ipsa est Mars, vel opposito aut quadrato aspicit, vel lumine eadem augescit & numeris, ex plenitudine & crapula instabilis erit morbus & periculosus. Erunt enim continuæ febres & intensæ & fluidæ, & *cholerici affectus, & ventris fluxiones, & debiles pulsus. His igitur conuenient frigefacientia cuncta & astringentia. Quo'd si maleficæ Lunā aspexerint, die septimo interibit. At si beneficæ eam aspexerint, vsq; ad oppositū periclitatus seruabitur. ¶ Si vero aliquis de B cubuerit, qn̄ Luna est in Sagittario, morbus à balneo erit & frigido aere, & totū corpus rheuma infestabit, & erunt in facie pulsus, & *gingiuarum dolor & dentium: causa autem procatarctica in pectore erit. Quo'd si Luna minora percurrat, pręcipue vero si ad Solem feratur, & cū illa sit Saturnus, vel Mercurius configuret̄, erunt in pulmone hulcerationes, & in septo transuerso inflammationes, totum q; corpus erit inflammatum. Oportet autem adhibere vim habentia siccandi. Sunt vero etiam vtiles sanguinis detractiones vsq; ad quintū. Quo'd si etiam à decimotertio gradu ad decimumquartum moueatur, afflicti, vsq; ad quintū peribunt. Si autem Iuppiter vel Venus propositæ constitutioni fuerint præsentes, futura quidem sunt ea mala quæ diximus, sed seruabuntur. Quo'd si Luna ad maiora moueat̄, & sola sit, seruantur. ¶ Si vero Luna ad maiora festinet, & illi Mars & Sol configurentur, maxime quidem frigore aut tussibus corripientur. Naturaliter aūt iuxta hoc signū vigilię fiunt, & noctu mala intenduntur: fiunt autem valde parui pulsus. Oportet vero fouere, & in obscuro loco habere cubantes. Balnea autem sunt inutilia, & vniuersa, quę facile resoluunt. Si igitur beneficę intueantur, periclitatus seruabitur. Quo'd si Luna à beneficis aspicit̄, aut ab vna ex ipsis, morbi soluent̄ non admodū vehementes facti, in opposito.

De configuratione Lunæ in Capricorno. CAP. 12.

C SI vero aliquis decubuerit, qn̄ Luna est in Capricorno, atq; tum numeris tum lumini demit, & Saturnus iungitur ei, vel opposito aut quadrato aspicit, initium morbi à perfrigeratione erit *balneorum, & rheumatis tenuibus, & in thorace erit sensus grauitatis atq; in pulmone, tusses q; à principio, & assignationes cum rigore, & intensiones nocturnæ, & febres intensæ. His igitur calefacientia omnia conueniunt. Quo'd si beneficę Lunā non aspiciant, vigesimoprimo die moritur. Si vero eam beneficę aspiciant, viuet quidem, sed patietur longum in pulmone affectum.

¶ Si autem decumbat aliquis, qn̄ Luna est in Capricorno, ac iungitur ei Mars, vel opposito aut quadrato aspicit, initium morbi à vomitu erit, & *cholera, vel corruptione†, vel} tarda coctione. Morbus igit̄ erit periculosus & acutus, & neruorū contentio, & fluxus ventris, & in ano acrimonia, † & hulceratio.} His conueniunt oīa, quæ frigefaciunt & adstringūt. Si ergo nō aspiciat benefica Lunā, quinto aut septimo die interibit. At si eā benefica aspiciat, post septimū periclitatus seruabitur. ¶ Si vero qs decubuerit, qn̄ Luna est in Capricorno, causa procatarctica à labore erit, & indigentia. Erit aūt in dorso dolor, & horrorū insultus, & insultuū frequētiores assignationes, vt & secunda & tertia fiat: & corpis totius pilorū erectiones, & febres adstrictæ, & ordines inter-D rupti. Hæc ego tibi frequentius propono, vt ex hmōi signis assequare & conijcias ęgritudinē. Quo'd si numeris demat, frangit ęgrotis vires, & morbū adauget, & in loquela balbos reddit, & cū tarditate sursum spectantes. Si aūt Saturnus etiā configuretur, aut sit vnà, periclitantur quidem vsq; ad oppositum propter febrium intēsiones: at si benefica complicetur, seruantur, ac diu perdurant in malis. Si vero in proposita constitutione Mars vel Sol configurentur, affectu quidem liberabuntur, sed in affectus periodicos incidunt, & ita seruantur. Quo'd si Luna addendo, numeris augescat, sit q; ei præsens vel configuretur Saturnus aut Sol, augescunt mala vsq; ad oppositum, & cū periculo ęgrotant. Si autem in quinto augescāt, oppositū omnino non superabūt.

Si vero Luna fuerit cū Ioue vel Venere, † vel Mercurio,} vel etiam vtrisq;, erunt quidem causæ propositę, sed seruabuntur. Animum ergo aduerte, naturaliter enim iuxta hoc signum morbi periculosi fiunt. Quare balneis oportet abstinere, frigidę'que exhibitione: ad † gestationes vero seu lectos pensiles,} vnctiones, atque exercitamenta conuerti.

De configuratione Lunæ in Aquario. CAP. 13.

SI autem decubuerit aliquis, qn̄ Luna est in Aquario, numeris addens ac lumini, & ei iungitur Saturnus, vel ex opposito aut quadrato aspicit, initium morbi erit à laboribus, vel insomnia, vel itinere. Erit igitur inęqualis in intensione & remissione morbus: & vsq; ad oppositum seruabitur,

Aliter ...... i. concussione.

Ex manuscriptis.

χολερικά

Al. aurium

Al. multis

χολέρας

† Aliter, ex

† In manuscr. eorū loco, hæc sunt, et febres continuæ & fluidæ, & debiles pulsus, et in thorace incendium.

† Videtur vacare.

† In impresso μετεωρισμούς, i manuscripto αἰώρας.

bitur, presertim si benefica Lunã aspexerit. ℭ Si vero aliquis decubuerit, qñ Luna ẽ in Aquario, E lumini demens ac numeris, & Mars iungitur ei, vel opposito aut quadrato aspicit, erit morbus {acutissimorũ affectuum: & periclitatus seruabitur post nonũ diem, presertim si etiam beneficæ Lunã aspexerint. ℭ Si vero aliquis decubuerit, qñ Luna est in Aquario, erit morbus} ex pregressa aliqua causa bubonis oborti, vel ex ocree, aut ex pudendorum dolore. Et ita febres erunt ardentes & intensæ, & imprimis incendiũ extremorũ, sitibundi q; ac frigide appetentes, & frequentius exurgentes. Quòd si ea per magna feratur, & configuretur †, vel accedat insuper Mars, vsq; ad quadratũ mente permutabitur. Vtiles autẽ erunt sanguinis detractiones: item q; si non à frigide desiderio prohibeãtur, & si in luce decumbant. Si vero etiã ad maiora percurrat, vbi ea fuerit in quadrato, ac nullatenus fuerit morbus imminutus, vsq; ad oppositũ interibunt. Si autem proposite constitutioni Iuppiter, vel Venus, vel vtriq;, attestetur, & ipsa Luna ad minora festinabat eo tpe, quo decubuit, vsq; ad oppositum periclitatus seruabitur. Si vero lumini demat & numeris, configuretur autẽ Saturnus, vel etiam Mercurius insuper accedat, mala quidẽ eadem erũt, sed largos fluxus ad artus patientur: reddet autẽ mala longiora, & hydropem aliquo pacto ostendet. Et si etiam à media constitutione per minora moueatur, in ipso affectu morientur. ℭ Si vero Luna sub decubitum per media percurrat, quæ quidem proposita est, causa erit, vbi vero diu F egrotarint, seruantur. { Si vero Luna à nullo aspiciatur, sit'que cum Venere, vel Mercurio, vel Ioue, in decubitu, vbi inequaliter habuerint, à morbo seruantur.}

Ex antiquis cod.

† Additur ex manuscriptis, Sol.

** Al. magna.*

Adduntur ex manuscriptis.

De configuratione Lunæ in Piscibus. CAP. 14.

SI vero aliquis decubuerit, qñ Luna est in Piscibus, ac lumini demit numeris q;, & iungitur illi Saturnus, vel opposito aut quadrato aspicit, morbi initiũ erit à balneis & frigefactione, vel tenuibus fluxionibus. Extrema enim crebo frigescent, & erunt cum rigore febres, & assignationes duplices, & capitis constrictio, & puncturæ in mammillis, & dolor hypochondriorum, & pulsus abditi tenues q;, & articulorum dolor. His conuenient cuncta, que calefaciunt & quæ relaxant.

Quòd si benefica Lunã aspiciat, oppositum pretergressus seruabitur: habebit autem diuturnũ articulorum dolorem. ℭ Si vero, qñ est in Piscibus Luna, numeris addens, & lumine augescens, Mars ei iungitur, vel opposito aut quadrato aspicit, initiũ morbi erit à plenitudine vini potu, & cruditate. Incipit enim à die tertio augeri morbus, noctu autẽ erunt intẽsiones, & thoracis ardores, & ratiocinationũ interruptio, & phrenitis, & in capite constipatio, & febres ardentes, & sitis, & vini desiderium, & pulsus elati. His conueniet sanguinis detractio, & omnia que possunt habitum demoliri. Si ergo beneficæ Lunã non aspexerint, in primo quadrato interibit. At si Lu- G nã benefice aspexerint, vbi oppositũ pretergressus fuerit, periclitatus seruabit. ℭ Si vero quis decubuerit, qñ Luna est cum Ioue, vel Venere, aut in opposito quadrato'ue, id q; si quis in quolibet signo decubuerit, vsq; ad primũ quadratũ vel oppositũ [a] †. [b] † At si malefice Lunã aspexerint, nullo morbi ordine seruato vexatus, vsq; ad oppositũ} seruabitur. Magnum quid autẽ in decubitu conducit etiã hora. Nam si benefice in horoscopo sint, vel cœli medio, Luna vero sit cum maleficis, vel in opposito quadrato'ue, vitã tutabuntur. Si vero contra malefice in horoscopo sint [c] † vel cœli medio, } Luna vero sit cũ beneficis, ei officiunt qui decubuerit. Oportet igitur optimũ medicum mathematice quidem scientie meminisse, scrutari autẽ diligenter diem horam q; decubitus: & mundũ contueri, quo pacto habeat, nihil enim fit sine mundi consensu. ℭ Si vero aliquis decubuerit, qñ Luna est in Piscibus, cause morbi procatarctice à balneis, vel frigida potione, erũt. Statim enim neruosum patitur, & sunt circa stomachum dolores, nudi autẽ discurrunt, laterũ dolores, & spirant difficulter, et febres adstrictæ & in profundo, & pulsus tenues comprehensu'que difficiles in assignationibus, quos tamen infra duas horas immutant, & remissius continenter habent: & que circa ventrem, tenuia sunt, deinde urine male olent. Vtiles autẽ sunt {adhibite cucurbitulæ, at inutiles} succi oẽs, qui infrigidant. Quòd si Luna à quadrato maiora percurrat, Sa H turno configurata, usq; ad oppositũ periclitati seruantur. Si uero in proposita constitutione Luna percurrat, Ioui, uel Mercurio, uel etiam utrisq;, configurata, erunt quidem cause proposite, ad hec uero uentrẽ dolent: ac frequentius exoluuntur, ut sine pulsu fiant. Quòd si à media figura ad minora feratur, configurata Saturno, ne quidẽ quadratum preteribũt. Si autem Venus quocunq; modo complicetur, qui oppositũ preterierint, decidunt in dysenteriam, pallentes q; fiunt, ac pedes intumescunt, & carnes collabuntur: cum autem hoc pacto diutius vitã traxerint, nihilo tamen minus intereunt. Si uero currat ad magna, pariter q; Marti, uel Soli, uel utriq;, configuretur, cause procatarctice erunt omnes, † insuper tamen & febres intense, & inflammatio in hepate, ac toto corpore dolentes, extrema autem ardentia propter assignationes inuicem succedentes.

Conuenit ergo dictis uti, que ualeant nutrire: naturaliter enim in hoc signo neq; sanguinis detractiones per phlebotomiam facte † cõducent. Quòd si nulla beneficarum complicetur, usque ad oppositum periclitabitur. At si Iuppiter uel Venus aspiciãt, uel ipsa Luna ad minora feratur, usq; ad oppositũ ualde uexati seruantur. Vtendum ergo equalibus remediis, & que facile adhibeantⁿ. Si uero Iuppiter uel Venus configurentⁿ Lune, que & ipsa Marti uel Soli configuretur, numeris q; addat & lumini, nihil proderunt beneficæ, namq; interibunt.

** ἐξίνωσις.*

A † Videtur hic deesse alterũ, seruabitur.

B † Ex antiquis.

C † Ex antiquis.

Ex antiquis.

** Al. Saturno.*

** ὅρου.*

** Al. oppositũ.*

† Videtur addendum, quas diximus.

† Addũt manuscripti, neq; balnea.

De

A *De Partubus casibus & vulneribus: de Chirurgia eligenda, & vario eius euentu: de euentu tandem D eorum, qui eodem tempore sint morbo correpti.* CAP. 15.

VOlo autem nihilo minus & hoc te scire, ea quæ circa partus accidũt, & casus, & vulnera quæ repente fiunt, & quæcunque his sunt similia, eodem modo esse inspicienda, quo in decubitibus ostensum est: Chirurgias vero, quæ ex delectu fiunt, & quæcunque his similia sunt, nempe chirurgiæ in oculis, verbi gratia dilatationis pupillæ, vel suffusionis, vel glaucomatis, & quæcunque his sunt similia, tunc esse exercendas, quando Luna lumine ac numeris ad augmentum tendit, & ei beneficæ configurantur. { Reliqua vero, quando illa minuitur, vel beneficæ complicantur, aggredienda & inchoanda. Hulceribus vero depascentibus, tumoribus'que, medici adhibeant manum, quando Luna lumine deficit, & Ioui ac Mercurio configuratur, magis autem, quando etiam hi horoscopum contuentur. Quando vero illa Soli coniungitur, vel cõiunctionem soluit: vel à maleficis aspicitur: & vel est in Virgine vel Capricorno vel Piscibus: nemo incidat, nam quibus inciditur, detrimento afficiuntur. Quòd si cum Luna maleficę quoque horoscopum inspiciant, maxime autem Saturnus, non curabitur id quod est incisum, nisi rursum incidatur.} Nosse autem oportet, cum augescit Luna, & numeris addit, & iunguntur ei Mars aut B Sol, vel configurantur, consumi corpora illis, quibus ignis adhibetur: Cum vero illa minuitur, et numeris demit, atque ei Saturnus vel Mercurius iunguntur, aut configurantur, consumi corpora illis, qui infrigidantur. ¶ Illud vero tibi adiicio, Quando duo eodem die atque hora decubuerint, hoc pacto considera, eorum ętates comparando. Atque si Luna numeris demat, quando aliqui decubuerint, & configuretur Saturnus aut Venus,* qui iunior est, prius conualescet, sicuti antea quoque dixi in superioribus præceptis: & vltra signi congruentiam, in opposito liberabitur. Qui vero est senior, periclitabitur, vel in alios affectus deuoluet̃ pro signi congruentia †: vel morbo diuturno detentus seruabitur. Quòd si Luna augeatur numeris & lumine, & Mars aut Sol configuretur, periclitabitur iunior post quadratum et oppositum iuxta signi, in quo Luna fuerit, congruentiam. Sed si Luna beneficis & in senioribus & in iunioribus configuretur, iuxta ipsius signi cõgruentiam seruabuntur. Hęc ego tibi idcirco enarraui, vt hac ipsa considerandi ratione vtens, nulla in re labi possis.

Ex antiquis manuscriptis adiecta.

**Al. Mercurius.*

†Additur in manuscriptis, in quo Luna fuerit.

C

GALENI LIBER DE PARTIBVS ARTIS MEDICÆ

CENSVRA

Liber, qui nisi Galeni fuerit, eo tamen auctore dignus videtur.

Non nullæ Medicæ artis Partitiones nulla methodo constitutæ. CAP. 1.

D

NOn absq; ratione mihi quidem, Iuste charissime, de partibus Artis medicæ dubitare videris: quippe quum alios alio modo eas partiri animaduertas. Sunt enim quidam, quos possis audire secantes totam artem in pharmaceuticen & chirurgicen & dięteticen, id est in eã quæ medicamentis, & eam quæ manuum opera, & eam quæ victus ratione medetur: & has deinde in alias partes, non tamen vt omnes mox eodem modo has partiantur. Non nulli vero in therapeuticen id est in curatricem, & eam quæ hygieine id est salubris appellatur. Alij & prophylacticen id est pręuisoriam, inter has in prima statim partitione introducunt: sicut quidam & analepticen, quasi resumptiuam dixeris. Sed aliqui præter has, euecticam hoc est eam, cuius munus est, optimum corpori habitum introducere. Sunt pręterea qui istis omnibus gerocomicam, hoc est eam partem, quæ senes regit, annumerant: quemadmodum alij eam partem, quæ infantium curam habet, quam græci pædotrophicam vocant. Alij vero præterea cosmoticen id est decoratoriam, quam à fucatoria commotica græce appellata, diducunt. His autem non contenti quidam, prædictis partibus aliam quan-

dam

dam exiguam quidem partem primæ statim sectioni addunt, phoneticen id est vocalem appellatam: & hoc non nulli ita indistincte proferunt: Alij vero distinguunt, atque ostendunt, tam illis qui vocem commodam cupiunt, quàm illis qui prout eorum natura exigit, opus esse vt non secus vocem, ac alias eorum actiones habeant. Hi tamen nunquam ad id deueniunt, vt sigillatim has huius artis partes, prosequantur: nempe si hoc fecissent, non omnino à ratione hæc eorum partitio videretur esse aliena. Verum, quum partibus aliis neglectis, vnius tantummodo meminerint, ipsi se ipsos videntur redarguere, quòd suam absque methodo & ratione partitionem instituant, vtpote qui ne maximas quidem partes omnes attingant. Nam de harum ipsarum partitione in minores particulas, consentiunt omnes: sed Alij, vt ex his quasdam tanquam huius artis partes admittunt, ita quasdam omittunt: alias tamen præter has primæ partitioni annumerant, quemadmodum illi qui physiologicam quasi naturalium rerum inuestigatricem, ac etiam pathologicam quasi affectuum perscrutatoriam, dixeris: Alij vero & materialem istis addunt, & eam quam greci semioticen quasi significatiuam dicunt: & quidam causalem addunt ętiologicen appellatam à græcis. E

De Partitione Medicæ artis secundum Empiricos. CAP. 2.

EMpirici omnes ferè in hoc conueniunt, quòd nimirum duplices secundum genus primas artis differentias constituunt: alias enim aiunt finales esse, alias vero constitutiuas. Dum vero has particulatim enumerant, non æque deinde inter se consentiunt. Ex ipsis enim non nulli sunt, qui significatiuam ac curatricem dicant esse finales: alij vero, salubrem: alij etiam decoratiuam & vocalem illis ipsis addiderunt. At inter constitutiuas, eam quam græce autopsian appellant (& est eorum obseruatio atque memoria quæ vnusquisque ipse inspexit) & præterea historiam, inter partes reponunt quidem omnes, sed non ita deinde omnes transitum similis artis partem faciunt. Dum sigillatim etiam vnamquanque harum in partes minores secant, minime sunt vsquequaque concordes Empirici cum Dogmaticis. Et nimirum si quis ita omnes voluerit medicinæ partes appellare, vt Romę fieri consueuit, vbi in multa & ad minima ferè illas partiuntur, vt alios dentarios medicos vocent, alios auricularios, & eos etiam qui ani morbos curant, suo nomine appellant, in angustias multas detrudetur hæc eorum ratio: quanquam huiusce rei occasionem præstiterit ocularíorum medicorum nomen, quod non modo nunc, sed iamdiu, impositum est. Porrò siquis oculorum solummodo sit futurus medicus, non erit deinde absonum, quin & dentium sit alius, atque ita etiam sigillatim cæterarum particularum omnium nostri corporis, vt sint tot subinde medici, quot sunt ipsæ particulæ: & præter ea suffusionum punctores, herniarum'que ac calculorum incisores. Vnde mox, si ita liceat loqui, plures etiam sint futuri medici, quàm sint corporis particulæ: pro quocunque enim affectu vnus erit medicus. Nempe mirum non est, si ars ea quæ maxima sit, tot admittat sectiones, atq; etiam si in maxima ciuitate pro harum vnaquaque statim aliquis reperiatur, qui inde medicus dicatur: neque enim in exiguo quodam oppido posset quis sibi victum parare, qui tantum suffusiones oculorum pungeret, aut hernias incideret: Romæ vero & Alexandriæ, præ mortalium in eis multitudine, possunt quemcunque alere, qui aliquam etiam ex his artibus, tantummodo profitetur. Vnde huiuscemodi medici, vrbes sæpe mutare coguntur, vt idem tota (exempli causa) Grecia illis afferat, quod aliis qui in Italia sunt, sola Roma. F G

De Simplicibus & Instrumentariis Partibus humani Corpocis. CAP. 3.

VErum enimuero mihi operępretium fore existimo, si sermonē vt ego sentio, ita instituero. Nam quales ex ipsa natura, sint minimæ artis particulæ, iam primū dictum est. Reliquum autē est, vt mox exponamus, quas oporteat minimas particulas appellare: id vero exemplo quodam explanabimus, quod non erit à nostro proposito alienum, immo desumetur à re, quæ nobis sit vtilis proculdubio futura. Itaq; vt in corporum nostrorum sectionibus particulas oēs ad minimas vsq; secundum speciē scrutamur, quæ etiam elementa sensilia appellamus: ita etiā artiū minimas oportet particulas inuestigare, quæ & ipsæ sint sensilia elementa. Et quidem instrumēta sunt caput, manus, pedes, cætera q; huiusce generis: sed horum dein sunt etiam suę partes, capitis inquam aures, facies, nasus, & collum etiam possumus inter partes capitis connumerare, & præterea cerebrum, & ambas membranas, caluariam, arterias, venas, neruos, & postremo cutem, quæ omnes ex prima statim incisione inueniuntur. Harum vero partium quælibet in alias diuiditur particulas, de quibus omnibus abunde in administrationibus anatomicis actum est: quantum vero ad præsens negotium spectat, satis erit si vniuersas sigillatim proponendo, corporis sectionem ad elementa vsque insinuauerimus. Arteria igitur, quantum ad eius rationem pertinet, duplici tunica constat: iam enim satis monstrauimus, quare videatur ipsa triplicem ac etiam quadruplicē habere tunicam. Porrò ex eius tunicis, altera obliquas habet fibras, altera vero rectas: quas fibras non amplius in aliam quampiam speciem partiri possumus, quippe quæ minimę ac indiuiduæ specie sint. Nempe ea consuetudo est, vt partes illę, quibus actio quæpiam demandata est, quæ vniuerso animanti aut necessaria aut apprime vtilis sit, à nobis instrumenta, à grecis organa, appellentur: minimas vero illarum particulas, non hoc tantummodo, sed sensilia etiam elementa, appellamus. H

A appellamus. Huius generis sunt fibræ, è quibus vnumquodque instrumentorum contextum est, sicuti arteriæ, venæ, nerui, intestina, ventriculus, vterus, & vesica: hęc enim omnia è tunicis constant, quę ex huiusce modi fibris contextæ sunt. Ex his etiam fibris sunt membranæ, ligamenta, & caro tum ea quæ simplex est: tum etiam illa, quæ est vnicuique visceri peculiaris, quam & non nulli parēchyma appellant, quasi affusionem quandam dixeris. Et eundem ordinem cū his seruant, os, cartilago, adepsque, ac cætera quæ eiusce modi sunt, quæ potest merito quis nostri corporis sensilia elementa appellare. Sed præter has sunt partes instrumentariæ, quas non erit malum recensere, nimirum arteriæ, venæ, nerui, lacerti, tendines, oculi, vterus, intestina, renes, ventriculus, lien, iecur, pulmonesque, & cor, & cætera omnia, quæ huiusce ordinis sunt.

Exemplo Partium nostri corporis Medicæ artis Partium constitutio. CAP. 4.

PRo istius itaque exempli similitudine, pūctoriam suffusionum artem talem vniuersæ artis medicæ partem existimabimus, qualis ea est corporis pars, quam instrumentum, seu (vt græci) organum appellamus, cuius vnaquæque particula ex proportione respondet sensilibus corporis elementis. Huiusce modi vero partes artis, sunt notiones illę, quas non nulli græce theoremata vocant: latini vero præcepta. Prima nanque cognitio secundum speciem est illius instrumenti, quod B pungendum est. Secunda est illius particulæ huius instrumenti, vbi pungere oportet. Tertia est mensuræ, quę fit pro affectus ratione. Quarta conuersionem respicit. Quinta remotionem suffusionis è loco, quem obtinebat. Sexta circa astrictionem versatur. Hæ profecto sunt notiones vltimæ, minimæ, atque etiam simplices, quæ in alias simpliciores non amplius secari possunt. Nihil aūt in præsentia refert dicere notitias, aut notiones, aut scientias, aut theoremata, vel pcepta, sicut neque si partes dicamus, vel particulas, vel portiones. Igitur ea scientia, quę de pūgendis est suffusionibus, his constituta est particularibus scientijs, quas nuper explicaui: vniuersa tñ ratio curādi suffusiones, alijs quibusdam notitijs eget, et illis quidem duplicibus secundum genus. Sunt autem hæ: prima quidem pręparatoria: secunda vero illa, quam apotherapeuticen gręci appellant. Siquis etenim velit aliquem repletum plurimum, aut prauis humoribus refertū, vel etiam ſm caput dolentem, ad hmōi operationem deducere, is inflammationes in membranis, quę punctę fuerint, facile excitabit, & vniuersum caput male afficiet: quod ne fiat, arte pręparatoria erit opus: cuius institutum est, corpus totum ab excrementis succisque superfluentibus expurgatum & vacuum, atque ēt caput ab omni dolore immune reddere. Vnde & ea pręcepta, quibus hoc agēdum est, artis sunt elementa: quemadmodum & ea, quę ad id pertinēt, vt post manuum opus expeditum, oculus ab C inflammatione, caput vero ab omni lęsione custodiatur. Et huiusce modi præcepta sunt elementa artis medendi, hoc est vltimę atque minimę illius particulę. Nimirum is sermo fit à nobis propositus in exemplum pro cęteris alijs affectibus vniuersis, quorum scientia sigillatim eum inter partes artis ordinem obtinere videtur, quem in animali pars ea, quam instrumentum appellamus. At definiri hoc exacte absque labore non paruo, omnino non potest. Putabit enim facile quispiam, quod eodem penitus modo se habeat notitia curandæ inflammationis, quo illam se habere diximus, qua curandæ sunt suffusiones: & id ipsum etiā de curando vlcere, aut fractura, aut erysipelate, deque alijs affectibus dicemus. Id tamen verum non est, quia eandem rationem, quam in animantis corpore pars ea obtinet, quam instrumentum appellamus, eandem inquam curandę inflammationis notio inter artis partes obtinet: & quem ordinem oculus inter animalis partes seruat, eundem ea cognitio, quę curat lippitudinem, seu (vt gręci aiunt) ophthalmiam. Est vero ophthalmia inflammatio externę oculorum tunicę: sicuti peripneumonia gręcis dicta, pulmonis inflāmatio est: & pleuritis, membranæ costis pretensę: vnde hi omnes affectus inflammationes quędam sunt. Et alia est ars curandę inflammationis generatim: alia vero eius, quę ex certa particula definitur, quę male affecta sit: sicut etiam cum instrumentum communi quadam appellatione dicimus, et cum de certo D quodam & definito instrumento loquimur, aliqua intercedit differentia. Sanè nos in libris de curandi methodo monstrauimus, aliam esse artem curandę inflammationis in vniuersum: aliam vero huiusce, quę hanc particulam occupauerit.

Medicæ artis Partitio à corporis Affectibus. CAP. 5.

AT Empiricus negat vllam esse generalem ipsius inflammationis ſm se ipsam curandi rationem: nulla tamen necessitas est imprę̄sentiarum in his verborum subtilitatibus versari. Sed summatim dicamus, quod posteaque ars medicinalis est de morborum curationibus, notitię curandorū morborum simplicium, atque etiam mox compositorum, in primas principalissimasque partes partiendę sunt. Nos vero in eo libro, quem de differentijs morborum inscripsimus, quot sint morbi simplices, quotque compositi, monstrauimus. Quod si non modo morbis profligatis ad medicinalem artem pertinet corpora restituere integrę valetudini, verum (vt in alio libro à nobis ostensum est) sanos tueri & seruare, alia quoque erit huius artis pars, Salubris appellata, quę priori, curatrici inquam, ex opposito diuisa est. Et istius alię quoque sunt particulę, ipsa nimirum pręcepta, quibus singillatim omnium nostri corporis partium valetudo tuenda est. Sed si tertia etiam quędam corporis constitutio reperitur, quam neutram appellant, necesse quoque fuerit esse tertiam artis partem, quę Prę̄uisoria dicenda erit. In hoc vero statu ij esse videntur, qui manifestam quidem

habent intẽperiem, non dum tamen ęgrotant, quippe cum possint adhuc suas obire solitas actiones, quiq; nullo adhuc malo tenentur, quod sensibile sit, sed tñ insensibili: quẽadmodum illis cõtingit, qui à cane rabido morsi sunt, vel qui venenum hauserunt, quod non nisi post tempus aliquod interficit. In his affectibus versari videtur pars artis præuisoriæ, quemadmodum rursus ad aliam huius artis particulam, quam resumptricem vel græce analepticen appellamus, illi attinẽt, q nuper ex morbo liberati sunt, adeo tamen sunt viribus imbecilles, vt neque balneis vti, nec ea, quæ soliti sunt, agere queant. Est & pars alia, quam Gerocomicam vocant, de senibus regendis, quæ nullam videtur certam habere constitutionem: siquidem senectus nec omnino morbus est, nec integra omnino sanitas. Non nulli & rationem educãdorum infantium in hunc ordinem redigunt, quam Pędotrophicã appellant: aiunt.n. ꝙ corporis cura sic habenda est, vt illius status exigere videtur. Addunt prӕterea quidam partem aliam, quæ, ꝙ optimum habitum corpori inducẽdum studeat, ab illis Euectica appellatur, eam alij gymnasticam nominant: Vt tandem primæ maximæq; artis istius, quæ circa corpus versatur, partes hę sint: curatrix, resumptoria, præuisoria, senum custodiẽdorum ratio, infantium educatrix, euectica seu optimi habitus inductrix, ac etiam salubris. Quæ si eo modo diuidantur, quo paulo ante curatricem monstrauimus, ad simplicissimas deuenietur præceptorum differentias: quæ ostensa sunt esse veluti quædam artis elementa. F

Partitio à Ratione, & Differentijs Operationum: & quàm varij fuerint Empirici in ea tradenda. CAP. 6.

VNiuersa hæc partitio à corporis affectibus deducta est. Est tamen & alia, quæ à ratione operationum & earum drijs depromi potest. Dicũt.n. aliqui manuum operationẽ, medicamenta, victusq; rationem esse primas maximasq; artis medicinalis partes. Quæ partitio quibusdã fieri videtur penes materierum drãs: quippe cum oĩs nostri corporis particula seruari & iuuari suapte natura possit aut victus ratione, aut medicamẽtis, aut manuum opera: Nos tñ forsitan magis proprie dixerimus, ea quæ offeruntur, quæ administrantur, quæ euacuantur, & quæ extrinsecus occurrunt. Summatim vere dicere possumus, ꝙ qui occasione accepta ab his affectibus, quos hæc ars curat, aut à quibus tuetur, vniuersam hanc artem in partes dissecuerunt, tot huiusce artis partes fecere, quot sunt affectuum differentiæ. Sed alij non modo ab his, sed ab vniuersa etiam ea materia, quæ cognitioni medici exposita est: & ij physiologicam hoc est rerum naturalium indagatricem, atq; etiam illam, quæ materialis proprie appellatur, prædictis artis partibus annumerant. Sed alij ex ipsis actionibus huiusce artis partes distinguentes, preter victus rationem, medicamenta, & manuum operationes, significatiuam introdunt. At nõ nulli hanc in affectuum cognitricem, græci pathognomonicen dicunt, & præsagitricem, quam prognosticen appellant, partiti has prædictis partibus addiderunt. Maxima autem empiricorum pars inter finales quidem ponunt significatiuam, curatricem, & eam quæ salubris dicitur. Verum curatricem deinde in victus rationem diducunt, medicamenta, atq; manuum functiones. Qui nominibus quidem aberrant, in ipsis vero rebus minime: nam neq; oportebat eos operationum nomina, sed scientiarum potius, apponere. Porrò melius egissent, si dixissent (quemadmodum etiam ex illis aliqui dixerunt) vnam esse istius artis partem significatiuam, aliam curatricem, tertiam vero salubrem: & significatiuam partes habere, pathognomonicen hoc est affectuum cognitricem, & prognosticen hoc est præsagatricem: quemadmodum curatrix, medicamentariam, atq; illam, quam vocant chirurgicam, nempe quę manibus agit. Optime igitur aiunt, cum inquiunt primam generalissimamq; ipsarum artis partium esse differentiam illam, qua eas partimur in finales, & constitutrices: finales siquidem sunt, quæ finem efficiunt: constitutrices vero, quæ has cõstituunt, & (vt ita dicamus) in causa sunt cur illæ consistant. Sed non æque deinde bene agunt, cum existimant, significatiuam, esse parti artis curatrici, aut salubri æquiparandam, quamuis illa ex necessitate præcedat: neq; enim vnquam vel custodiri vel curari quis poterit, nisi cognoscatur prius, qualis sit is affectus, quo corpus tene- H tur: tamen ex ipsa significatione in finem artis nunq̃ peruenturi sumus. Et pari etiam modo transitus ad simile non est pars, quæ comparãda cum historia sit, aut cum illa quæ ea complectitur, quę ipse quis vidit. Verum de hoc nõ instituimus præsentem sermonem, quippe cum id satis alio quodam, & eo toto libro monstrauerimus. Et quidem nec Serapio aliter sentiebat: verum enimuero cum ille, tum etiam quicunq; professi sunt empiricam sectam, prætergressi sunt hunc librum. At ego facto principio perinde ac empirici, ad alia deinceps transibo: tu enim iam calles quo modo sumpta methodo ex indicatione ad hæc accedendum sit.

Medicæ artis Partes, quæ à Fine desumptæ sunt, & quæ has antecedunt. CAP. 7.

ITaq; dicamus illas quidem primas & proprias & quam maxime esse artis medicæ partes, per quas istius artis finem assequimur: alias vero istis esse superiores. Porrò, tot fm numerum primę proximęq; sunt, quot sunt maxime propriæ rationes medendi: medicina nãque affectionibus nostri corporis medetur, siue modo illæ duæ sint, siue tres, siue etiam plures. Nos tamen eo libro, qui ad Thrasybulum dicatus est, ostendimus primam harum constitutionum differentiam duplicem esse, ac vtrãq; ab omnibus fere proprio nomine esse appellatam: siquidem alteram nos sanitatem, alteram ægritudinem appellare solemus. Sed in vtraq; deinde harum duplices reperiuntur

species:

A species: nam vtrobiq; ea constitutio, aut in habitu est, aut in habitudine. Salubrem nimirum constitutionem, quę in habitu est, illa pars sibi asciuit, quam salubrē appellamus: & istius præcipuas partes, euecticam sic ab eis dictam quidam ponunt, & analepticen quasi resumptiuam, & gerocomicam quasi senum custoditricem. Quæ vero ægritudines respicit habitu vel habitudine, nominibus caret, quibus partes hę medicatiuæ nominentur: ægritudines vero ipsę quidem aut acutæ dicuntur, aut chronicæ idest longæ. Partium itaque huius artis, aliæ quidem primæ ac proximæ sunt: aliæ vero sine quibus illæ minime esse possint. In his igitur prima est significatiua, cuius duæ sunt partes, altera quidem præsentium cognitrix, altera vero futurorum presagatrix. Fieri enim nequit vt rationem affectum aliquem curandi reperiamus, nisi ille prius cognoscatur: neque etiam (nisi terminus futuræ iudicationis prænoscatur) recte vnq̄ curari poterit. Has tamen partes necessario alię item pręcedunt, vtpote ea quę omnium particularum statum exponit, ea vero dissectione comprehenditur: insuper vero & illa, quæ de earum actionibus: ac tertio illa, quæ de earum vsu est vel vtilitate. Verum & his sunt aliæ priores, ea nimirum, quæ contemplationem elementorum corporis: ac ea quę de iudicijs: nec non & illa, quæ de naturalibus facultatibus, quæ & ipsæ ex sectione animantium comprehenduntur. Nimirum in tot tandem princi-
B pia significatiua pars dissoluitur, quam diximus q; omnino curatiuam ac salubrem præcedat: quæ omnia seorsum suis libris exposita sunt. Verum enimuero est & alia pars præcedens curatiuam, quam etiam significatiuæ annectunt: ea autem est, quæ omnes causas docet, tam salubres q̄ morbosas: quam materialem non nulli appellant. Hæc profitetur cognitionem causarum omnium, quę his in primis constant, quæ offeruntur, quæ efficiuntur, quæ vacuantur, & quæ extrinsecus accidunt: horum enim omnium vires perpendit. Nos autem in libris de ratione curandi monstrauimus, quam hæc vtilitatem arti præstant.

Partitio Medicæ artis ab Vno Corpore, quod illi subijcitur, desumpta. CAP. 8.

HÆc itaq; est partiū artis medicæ perscrutatio, ab ipsius prima maxime ac propria materia deprompta: sed quę ex secunda materia, nec ita propria, hoc se habet modo. Corpus enim humanum medicinalis artis secunda est materia, ac (ita dixerim) per accidens, ea inquam ratione, qua sanitas & morbus istius corporis affectiones sunt. Nec modo huius artis, sed naturalis etiam philosophiæ materia hoc ipsum corpus est, & ipsius etiam per accidens, eo s. q; generationem subeat & interitum. Naturalis nimirum philosophia ea contemplatur, quę generantur & intereunt: vnde & ipsius prima materia generatio est, & propter hanc deinde corpus etiam generabile: nam
C & ob id corpus humanum naturalis materia est, quia generationem subit & interitum: medicę vero artis non hac de causa, sed potius quoniam morbis ac sanitati subiectum est. Vnde cum corpus humanum sit quodam modo artis medicæ materia, hæc ars pro ratione partitionis illius, ipsa etiā in partes suas secanda veniet. At duæ sunt scdm genus primæ differentiæ, altera enim circa elementares partes consistit, altera vero circa instrumētarias. At vero vtreq; tam elementares inquā, q̄ instrumentariæ, animalis particulæ sunt: & harum omnium affectus quilibet propria erit huius artis pars, quam superius, dum de punctione suffusionum ageremus, in particulares actiones subinde diuidi ostendimus: harum siquidem notitiæ sunt elementares particulę totius huiusce artis, sicut in ijs, quæ medicamenta vniuscuiusq; cōplectuntur: & in ijs ēt quæ ad victus rationem pertinent, illæ quæ vnumquodq; simplex respiciunt. Non modo autem partitio, quæ ex huiusce materiæ sectione suboritur, ad vltimas vsque & elementares artis particulas prouehitur, verum & cuius paulo ante meminimus. Præterea autem & alio modo fieri hæc partitio potest. Nam fingamus nos velle vnum quodpiam morborum propositum genus ad vltimas vsque particulas diuidere, prima tunc diuisio erit, q; aut similaribus particulis accidat, aut instrumentarijs, vt in libro de morborum differentijs à nobis monstratum est: altera vero quòd harum deinde aliæ simpli-
D ces sunt, aliæ compositæ, quod in eodem quoque libro ostendimus. Erit igitur necessarium, vt curatiua scientia minimas elementaresq; particulas easdem habeat cum illis, quę dictę sunt. Si enim, exempli gratia, calidum aliquem morbum velimus curare, primum, quod cognoscere oportet, est ratio illum curandi. Nimirum quòd contraria contrarijs remedio sunt, iam monstrauimus hoc commune esse & primum omnium: deinde vero, q; id quod est primo gradu calidum, illi est adhibēdum, quod frigidum primo item gradu est: mox vero & calidorum morborum, atq; etiam medicamentorum refrigerantium gradus tenere oportet, quod in libris de medicamentis explicauimus. Vnde manifestum q; vndecunq; quis partiri inceperit, si recte huiusmodi partitio ad vltima & elementaria theoremata fiat, perueniet tandem ad scientiam eorum, quæ dicta sunt.

Partitio Medicæ artis Ab ijs, quæ sunt Secundum naturam, & quæ sunt Præter naturam. CAP. 9.

VT tamen res hæc exactius intelligatur, alterius quoque partitionis, qua sæpissime vsus sum, meminisse velim. Porrò eorum, quę circa corpus humanum sunt, alia pręter naturam sunt, alia vero secūdum naturam: quæ vero pręter naturam sunt, aut morbi sunt, aut symptomata. Sed istorum causæ, si eorum quidem fuerint, quæ secundum naturam sunt, oportet vt medicus scientiam habeat hæc ipsa tuendi: si vero eorum, quæ præter naturam, vt ea interimendi scientiam

habeat. Quo autem modo hæc sint peragenda, alibi à nobis expositum est. In præsenti vero est E examinãdum id, quod propositum fuerat, vt eorum vnumquodque singillatim partiamur. Sed nos seorsum de his in alijs egimus: de morbis, inquam, in libro de morborum differẽtijs: de causis item in alio libro: quemadmodum etiam in alio de symptomatibus: sed & sanorum differentias in libris de salubri parte medicinę: in therapeuticis quoque facta diuisione & morborum, & symptomatum, & causarum, docui quo modo omnibus sit consulendum. Et nimirum per hanc etiam partitionem facile inueniuntur ea, quæ prima & quàm præcipua sunt in arte, non esse alia ab illis, quæ diximus: nec non & ea quæ secundum locum obtinent, & quæ etiam tertium, vt antea quoq; à nobis expositum est: oportet etenim & hæc ipsa partiri: quod si recte fiat, oportebit partitionem tandem peruenire ad elementares vsque notitias. Quòd autem varie possit vnumquodq; quod propositum sit, diuidi, nec vno tãtum modo dixere philosophi omnes, qui dialecticam maxime calluerunt: atque in primis Plato in duobus libris, sophista inquam & politico. Nihil igitur est cur ex multiplicitate partitionum turberis, si multifariam antiqui medicam artẽ partiti sunt: quin potius perpende si nihil sit prætermissum ex ijs, quæ occurrere possunt. Profecto quicunq; hæc obseruauerit, is suam partitionem modeste prosequetur. Veruntamen optimum erit (vt etiam prius diximus) si initium à maxime propria sumpserimus materia, cui mox ex prædicta methodo alia addiderimus. F

GAL. ATTRIBVTVS LIBER DE DYNAMIDIIS

* *Desideratur libri principium.* *

CENSVRA

In libris facultatum medicamentorum simplicium veriora hæc, & absolutiora reperies.

Verum hæc est virtutis demonstratio oĩum medicamentorum, quæ ad artis medicinę sciẽtiam pertinet: quam si plenissime intelligent ij, qui artem medicinæ profitentur, semper his adiutorijs G & curis hoĩes adiuuabunt. Quòd si non negligens assiduitatem, & plenus huius disciplinæ & doctrinæ aliquo mõ fuerit, facile recipitur in crãliam. Hi magis decipi possunt, qui doctrinam ignorant: qui quanto negligentiores fuerint, tanto magis periculum hominibus victuris faciũt: permista & præposita, & non congruentia valetudinibus, & iam magis vulneribus, medicamenta componunt. Ne igitur errore curantes frustrentur, experimento hanc doctrinam prius memorię commendare oportet. In principio ergo, omnium elementorum, vel humorum, atq; vrinarum, siue pulsuum, atq; phlegmonarum fere, composui confectionem ad Glauconem conscriptam. In secundo tibi clarissime Paterniane omnium pigmentorum intellectum & qualitatem & defectum posui. Nunc vero dynamidiam eorum nominum exponere institui, quæ multis generibus & ex dissimilibus rationibus constat, sicut infra ostenditur. Sunt autem genera nominum & eorum effectuum hæc. Hypnotica sunt, quæ somnium vel soporem faciunt. Peptica sunt, quæ digestionem faciunt. Eustomacha apta stomacho. Styptica quæ stringũt partes relaxatas. Lea sunt lenia, quæ leniunt asperitatem. Horectica sunt, quæ auferunt fastidium. Colleta sunt glutinatoria: quæ omnia soluta vel fluxa glutinant & alligant. Diuretica sunt, quæ vrinam prouocant. Cathartica sunt, quæ ventrem & vulnera soluunt, & purgãt. Picra sunt amara, quæ amaritudine sua morbos & humores expellunt. Drimea sunt acria, quæ nequitiam humorum vel morborum extinguunt. Glycea sunt dulcia, quæ aliquando purgant, & interdum acres humores indulcant. Thermantica sunt excalfactoria, quæ calore suo omnem perfrictionem & stricturam calefaciunt. Psyctica sunt refrigeratoria, quæ omnem calorem & lassitudinem mitigant. Paregorica sunt, quæ mitigant ne malum crescat, non persanant. Trachea sunt aspera, quæ suffocata loca vlcerant & exasperant. Staltica sunt, quæ carnes supercrescentes vulneribus æquant. Catulotica sunt, quæ cicatrices grossas comedendo æquant & lympidant. Anaplerotica sunt, q̃ cicatrices crassant: q̃ altiora vulnera complent & lympidant. Metasyncretica confirmatoria, quæ persanant. Malactica sunt, quæ omnem duritiem emolliunt, & soluunt. Toxica sunt venena, quæ nocumentum inferunt mortis. Et hæc sunt, ex quibus medicamina sunt prodeuntia. Sanationes constant ex animalibus marinis vel terrenis, herbis, vel seminibus, lignis, vel lapidibus, aut floribus, succo, vel lachryma: cætera omnia metallicis rebus constant. Omnium ergo qualitas & potentia quatuor modis probatur, visu, tactu, odore, & sapore. Visus omnium similitudinem foliorum vel florum, & cuiuslibet materiam & colorem demonstrat. Tactus cuiuscunque rei mollitiem vel duritiem, ponderis seu leuitatis æstimationem docet. Odore intelliguntur ea, quæ odorata sunt, H

*Al. stuporem.

*

thermantica,

A thermantica, styptica, austera, & putrida. Sapore intelliguntur ea quæ sunt amara, dulcia, salsa, acria, acida, styptica, & lenia. Iam nunc ipsam medicinam leuiter demonstro corporibus ex his oībus contrarijs prodesse: Et ex contrarijs sibimet vinci, vt ignis ab aqua vincitur, et ipsa aqua calore siccatur. Interdum & calore nimio maiori adhibetur, vt contratijs esse possit. Sic ergo & omnis causa contrarijs sibimet causis vincitur vel mitigatur. Consequens ergo est ratio, vt prius causam curandi intelligas, deinde causæ rationem reddas, postremo de curis dicam. Febres validæ stypticis, chalasticis, & paregoricis rebus mitigantur: interdumq; & perfrictione, qn̄ causa concepta fuerit. Similiter & omnis causa valida curatur. Stricta et dura causa malacticis & metasyncreticis rebus curatur. Aspera causa chalasticis, et dulcibus, et lenibus rebus curatur. Fastidia morborum horecticis rebus curantur. Humores acres et salsi, amaris catharticis rebus et dulcibus indulcantur. Cancrosa causa stalticis, et catharticis, et acerrimis rebus, et igne curantur. Verrucæ et extantia corporis, stypticis rebus curantur. Difficilia vulnera & cicatrices crassæ catuloticis & colleticis rebus curantur. Alta & caua vulnera & lympida anapleroticis & lenibus rebus curantur. Dolores omnes vetusti, & insanabiles metasyncreticis & malacticis rebus curantur, aut paregoricis mitigantur, aut igne peruruntur. Hæc quidem doctrina complectens omnia expe-
B rimenta non debet medicum latere. Quoniam si huic doctrinæ operam dederit, omnes valetudines & vniuersas imbecillitates humanorū corporum per hanc doctrinam salubri auxilio superare poterit. Igitur totius corporis medicamina ad tria rediguntur adiutoria, medicamentum, ferrum, & ignem. Quod enim medicamento curari non potest, ferro curare tentes: quodq; ferro sanari non permittitur, igne curari conceditur: quod autem nec medicamento, nec ferro, nec igne curari poterit, incurabile cogitabis, quia nulla cura iam superari poterit.

*Al. prodesse.

GAL. ATTRIBVTVS LIBER ALTER DE DYNAMIDIIS

CENSVRA

Liber magna ex parto ex Aetio desumptus, erroribus tamen plurimis scatens.

De Quatuor Humoribus.

Libellum, quem rogāti tibi promisi, omni cura adhibita descriptum misi ordinatissimum tuæ salutis custodiæ: quem debebis ea diligentia intueri, qua scriptus est. Ad curationem tui corporis oīa explorata sunt, quæ cum rerum effectu †comperi celeriter cōnexui. Nanq; diligēti cura, licet summa breuitate, comprehendi singula curationum genera, sicut proxime te interposito Cęsari nostro fecimus: quę per te etiam ęstimare poteris, sapientis enim ratio consilium inuenire cōsueuit. Omne itaq; corpus hominum vel pecudum aliorumq; ex quatuor humoribus constat: Sed præcipue hominum, calido, frigido, sicco, & humido. Frigido continentur viscera vnde spiramus. Calido cōtinetur ani
D ma, qua viuimus, inde est ꝙ sentimus. Sicca sunt ossa, quæ vires faciunt ad sustinendum laborem. Humidus est sanguis, quo alitur vita. Per ossa vero & viscera venæ currunt, quæ sanguinem regunt. Sāguis animam, anima vitam sustinet, spiritus autem aer est, ossa verius munita virtutem corpori præstant. Sanguis quando abundat, valetudinem vitiat. Ex eo enim nascitur sanies, quā in vulneribus videmus: nascitur ex eo pituita, quæ nauseam facit: nascitur ex eo bilis etiam acida & amara, quæ dicitur mater morborum: Bilis enim vbi est, concitat calorem, pruritum: pruritus, perfricationem: inde fiunt dolores intestinorum: oritur etiam inflatio, qua corpus extenditur vt rumpi videatur. Sanguis autem ex nimio cibo nimiaq; potatione incipit abundare, & cruditate corrumpi, qui quando vagatur extra cursum naturæ, infert vitia corpori: & in quacunque parte corporis incubuerit, vitiat, fatigat, & lædit: idem etiam animum vitiat, & inde os hominis incendit, incipitq; exinde fœtere. At quando est integer sanguis, animam sine dubio confirmat, vt possit frigus caloremq; fortiter sustinere. Quando abundat calor vel frigus, facit corporis languorem, vel malum generat odorem. Corpus enim hominis rationabiliter ex quatuor constat humoribus, sanguine scilicet & phlegmate, & vtraque cholera, quæ dominantur in suis locis. Sāguinis virtus est circa cor. Cholera rubra in dextro latere in hepate quod iecur vocamus. Cholera vero nigra in sinistro latere est in liene, qui græce splen dicitur. Phlegmatis autem alia

†Al. corpori.

†Al. pulmone. pars in capite, alia in stomacho, †alia in vesica est. Sanguis calidus est & humidus: cholera rubra, E amara, viridis est, & sicca: cholera nigra acida, frigida est, & sicca: phlegma frigidum et humidum.

Hęc omnia in suis temporibus crescunt: sanguis veris tempore, cholera rubra in æstate, cholera nigra in autumno, phlegma in hyeme. Isti humores dominātur siue per diem, siue per noctem: sanguis dominatur ab hora noctis nona vsque in horam diei tertiam: cholera rubra ab hora diei tertia vsq; in horam nonam: cholera nigra ab hora diei nona vsq; in horam noctis tertiam: phlegma ab hora noctis tertia vsque in horam noctis nonam. Hi etiam habent respirationes per singulas partes corporis: sanguis per nares, cholera rubra per aures, cholera nigra per oculos, phlegma per os & per nares. Hi quatuor humores, per quatuor etiam dominantur ætates: phlegma cum parte sanguinis in pueris dominatur vsq; in annum xiiij: & exinde cholera rubra cum parte sanguinis dominatur vsque in annum xxxv vel quadragesimum: deinde à trigesimoquinto, vel quadragesimo anno magna pars sanguinis dominatur vsq; in suam ætatem cum nigra cholera. Tales etiam faciunt mores in vnoquoque homine: sanguis enim facit pueros moderatos, blandos, & formosos: cholera rubra facit acutos, ingeniosos, & leues, macilentos, comedentes multum, & ventres solubiles: phlegma facit compositos corpore, inuigilātes, & intra se cogitantes, & canos cito producentes: cholera nigra facit subdolos, auaros, perfidos, tristes, seditiosos, & F timentes. Qui habent virtutem calidam, dominātur in superiori parte: qui vero frigidam, in inferiori. Hi quatuor humores, pulsus suos habent: sanguis facit pulsum plenum, & humidū: cholera nigra tardum & segnem: cholera rubra tenuiorem, asperum, percutientem: phlegma honestum, plenum, & ęqualem. Isti humores sine se esse non possunt, sed in omnibus habentur ætatibus: si vnus ex his minuitur aut decrescit, longam facit ægritudinem: simili modo, si augmentari cœperit: & si imperitum medicum habuerit, qui non intelligat, ex quo humore fiat ægritudo.

Scias autem charissime frater Mecœnas, quia si fuerit culpa sanguinis ægritudo, da ei frigida, & sicca, & amara, quia sanguis calidus, & humidus, & dulcis est: si vero cholera rubra, da ei frigida, humida, & dulcia, quia cholera rubra amara est, & ignea, & sicca: si cholera nigra, da ei calida, & humida, & dulcia, quia cholera nigra acida est, & frigida, & sicca: si ex phlegmate facta est ægritu-
†Al. insipidū. do, da ei assidue dulce, calidum, & siccum, quia phlegma frigidum, & humidum, & † salsum est. Et quando hoc factum fuerit, perduces ad propriam sanitatem ægrotum. Igitur vt facilius commodis fruamur, & incommoda vitemus, percurrentia vitia signis naturalibus cognoscamus, cognitaq; mortifera emendemus.

Ex Quibus membris Sanitas vel Infirmitas perpendatur. G

QVatuor corporis partibus origo infirmitatis vel sanitatis ostenditur, capite, thorace, vētre, & vesica: quæ ita oportet cognosci. Homines sani erunt, si vrinam mane albam, ante prandium cādidam, item ante cœnam roseam emiserint: cādida enim vrina debet esse, vbi cruditas non est. Quod si mane mutauerit colorem, ostenditur subesse vitium: quod autem genus vitij, ita intelligemus. Quando à capite morbus oritur, solet capiti dolor accidere vel temporibus, tunc supercilia grauantur, & tēpora saliunt, & aures sonant, oculi lachrymātur, nares replete odorē nō sentiunt. Ergo quādo ex his aliquid acciderit, caput purgari oportet hac ratione: Hyssopi, aut coronę, bu rbulę fasciculum vnum feruescere facias, inde aquam continebis ore, vsq; dū ca-
†Al. barbuinę. put calidum habueris, vt fluat pituita. Quod si quis negligat eam, caueat epiphoras, aut dētiū aut aurium dolorem: interdum etiam parotides nascuntur, & vitia circa aures & ceruicem oriri solent: interdū destillatio vuulę, aut grauitas: interdū vlcera nascunt in capite, aut capilli defluunt.

Quando autem à thorace morbus oritur, incipit sudare caput, lingua fit grauior, aut os amarū,
*Al. maxillę. aut māmillæ dolent, oscitatio sequitur sine somno & quiete, grauitas & prurigo corporis aut dolor, brachia manusq; intumescunt, subitq; tussis arida. Ex his igitur quando aliquid acciderit, vitabis vitium si vomuerit, siue ieiunus, siue post cœnam, vel in balneo: plus enim prodest si ie- H iunus bilem proiecerit, eam enim dicimus esse matrem morborum. Sed qui vomere volunt, & stomacho laborant, si decimo quoque die abstineant, omne vitium euitabunt: nāque frequenter vomendo solet stomachus corrumpi. Quod si ex ventre morbus oritur, hæc sunt signa. Venter
*Al. vertitur. virtūr & turbatur, & sentit dolorem, vt cibus & potus amara videantur, genua subsidunt, lumbi grauantur, inter scapulas contrahitur, totumq; corpus particulariter grauescit, tardantur pedes, grauia sunt crura, renes indolescunt, & incurrunt febriculam. His itaq; cognitis, prima est abstinentiæ vtilitas: tunc etiam medicamentis satis est aluum purgare, vt graue corpus leuamentis adiuuetur. Quod si morbus maior premere videtur, adijcies alterum diem in abstinentia, si vires tamen patiuntur: sin minus, quàm maxime leuissimum sumāt cibum, sicut ouum sorbile, aut aliquid ouo simile. Hæc qui neglexerint, fiunt cœliaci, torminosi, dysenterici, & nascuntur tertianæ & quartanæ: fiunt podagrici, chiragrici: morbus etiam in articulis accidere solet: quidam etiam fiunt amentes, quibus etiam solet sanguis à naso erumpere: oportet autem custodire & emendare vitium. In vesica qui nascitur morbus, hæc habet signa. Pleni videntur, & cito saturi sentiuntur: frequenter sentiuntur inflationes ventris, & strepitus: videntur oscitare nec oscitant, sed tantum os diducunt: sequitur totius corporis stupor, somnus grauis, quasi macri corporis sit: vrina

liuida

A liuida & vix erit: † tumescũt ẽt verenda, & inde calculosi fiunt. Hæc vitia sic emendant: Fœniculum, apiũ vino austero madefactũ, vel ẽt radices eorum conteres cũ vini cyathis duobus, & tantũdem aquæ calidæ: vel dauci semen, & myrtæ pusillum tritum cũ vini cyathis duobus, & tãtũdem aquæ calidę: vel cicer albũ madefactum cum vino, vt supra scripsi, bibe: vel radices asparagi, vel orobum erraticũ, vel serpyllum decoq; in aqua vino mista, & bibe. Quod si negligunt, fiũt hydropici: sequit & iecoris, renum, & vesicæ dolor: fiunt quoq; calculosi: sequit & stranguria, & vẽter tumescit. Intueri aũt oportet ægri vires, vt possit sustinere medicinã: ita & febris cruditate careat. Sed ẽt cataplasmata adhibenda sunt, quæ apta sint capiti, vesicæ, cruditati, frigori calori, prout tẽpus erit. Vti etiam oportet roseo aceto, oleo violato, & irino: & linguam asperam melle fricabis, vel menthæ folio: & reliqua diligenti medico permittenda sunt, quia morbus acutus est.

† Al. egestas.

Prologus Libri.

QVoniam petẽti tibi, corporis sani & imbecillis per vrinam notas dedi, adieci ẽt ad curationem rationis consilia. Nunc autẽ medicamentorũ cõpositiones adijciã, & vnde nascantur corpori vitia: & si nata fuerint, quæ emẽdatio ad sanitatẽ perducat. Aduersus autẽ omnes impetus morborũ duo sunt remedia certissima: primum est, vt decimo quoq; die a cibo et po B tu abstineas, deinde postero die laueris, ciboq; firmo vtaris: si sic feceris, oportet vt nihil vitij omnino accidat, perpetuaq; sanitate vtaris. Altera res salubris est potus, qui lenitudinẽ cõfirmat: eius potionis compositiones habes per annos iam completos amicissime Mœcenas, qñ me cum Cæsare nostro morari memínisti, et hæc faciendo nunquam te in aliquo languore corporis decidisse, nec nostrũ Augustum. Itaq; me tecum habebis, libellum meum legendo. Adieci ẽt quod plenius tibi consilium præstare poterit petenti, quod in vltimis leges dynamidijs. Sed expedit, vt crescentibus numeris Lunam obserues, qñ tollere & quando ponere velis curationem. Si itaque non feceris, & ad diminutionem Lunæ sustuleris, minus valere scire te oportet: etenim mare per Lunam augetur & minuitur: cerebrum etiam & corpora hominum augentur crescente Luna: quando autem Luna minuitur, ita quoq; vnaquæq; earũ rerum diminutionem sentit. Quæ licet recognoscas ex ijs hostijs, quę quotidie immolantur, in quibus vides omnibus augeri & minui cerebrum per Lunam: ita quoq; in herbis, & componendis medicamẽtis. Sane ẽt totius anni dies tibi scripsi, per quos scias quibus rebus vti debeas aut abstinere. Incipiamus ergo ab hyemis conuersione, quæ fit solstitiali die, i. octauo cal. Ianuarij. Tunc incipit se diffundere humor increscens vsq; ad conuersionem veris. Vtendum est ergo calidis & aperitiuis rebus illo tempore, & vino C aliquatenus indulgendum. Sunt autem dies in supradicta conuersione nonagintatres. Nam incipit veris conuersio a duodecimo calẽ. Aprilis. Ex eo phlegma crescit & sanguis. Vtamur ergo bene olentibus, & acribus omnibus. Corpus exercere & laborare debemus vsq; ad ortum pleiadum, diebus s. †xxvij: nam pleiades oriuntur sexto idus Maij. Ex supradicta igitur conuersione vsque in hanc diem fel crescit, & amaritudo eius augetur, ex quo febribus subministratur alimonia vsq; ad æstiuam conuersionem. Vtamur ergo dulcibus, venere & vino parcius: labore nihilo minus exercitabimur. Sunt autem dies isti a supradicta conuersione xxxiij. Conuersio vero æstiua octauo cal. Iulij incipit. Tunc nigrum fel i. melancholia augmenta suscipit vsq; ad conuersionem autumnalem. Vtamur ergo frigidioribus, & dulcibus, & bene olentibus. A labore tunc corpus abstinebimus, sed a venereo vsu continere debemus, maxime diebus †xij. Conuersio autem autumnalis incipit sexto cal. Octobris. Tunc etiam fel crescit, & pinguis humor i. pituita vsq; ad occasum pleiadum. Vtamur ergo acidis & acerbis, & parcius laboremus, & abstineamus a venere. Sunt autem pleiadum occasus dies †xlv. quod est quarto idus Nouembris. Tunc crescit in corporibus hominum sanguis. Oportet ergo cibis leuioribus vti, & vinum sanum sumere, & a venere non abstinere. Inde ad conuersionem hyemalem dies sunt xij. His ergo vtere, & sanus tran- D sibis omne ætatis tuæ tempus, nec medicinis indigebis.

* Al. inuenisti.

Al. xlvij.

† Al. xv.

Al. xj.

De Catharticis.

QVoniam quidẽ de naturalibus qualitatibus specierum & ciborum in superioribus satis diximus, nunc de catharticis dicendum est, quæ diminuunt humores, quos auxerunt cibi incongrue sumpti. Sana habentes corpora laboriosum est purgare, etenim tortionibus & strophis grauissime affliguntur, & grauiter eos consequitur purgatio, & deinde citius deficiũt purgati. Oportet igit aliquẽ purgare volentẽ pextenuare & incidere pingues humores: et poros adaperire, per quos accipiuntur & extrahuntur humores a catharticis: & crudos quidẽ & tenues humores a principio morborum euacuare oportet. Expectare autẽ oportet concoctionẽ in crassis & glutinosis humoribus, sicut est phlegma & cholera nigra. Et in oĩbus prolixis passionibus semper maturationem expectare conuenit. In acutis autem qñ mouentur humores & circa initia purgandum est cum cautela multa: in motione etenim, & ductione, & cursu existentibus humoribus, timendum est, ne quod viscerum debile existens natura, materiam motam recipiat, & maxime thorax. In quolibet autem membro infixos humores, sicut in phlegmonis viscerũ fit, purgare non oportet, antequam maturentur: Quicunq;.n. phlegmonas habentes, dicit Hippocrates, in principijs soluere tentauerint, nihil extendentis & phlegmonen facientis auferet.

Vide Aetium in lib. . ca. , De purgatione ex Andlio.

In 4. de victus. ...

Non enim concedit cruda passio, sed salubria, & morbo repugnātia deliquat: sicq; corpore de- E bilitato prævalebit morbus: qñ vero morbus prævalet, honestum est humores educere. Vtimur autē catharticis in cephalæa, & scotomia, & hemicrania, & epilepsia, asthmate, & synāche, & orthopnœa, & in ischiadica, & arthritica, & podagrica, & nephritica, & in vesicæ & matricis passionibus, si plixæ fuerint. Similiter aūt & qñ rheuma frequenter nocet auribus, vel naribus, vel oculis, vel stomacho, vel ori, vel omni superficiei, & neq; desiccantur ab alijs adiutorijs, neq; per se stare potest: solet.n.vētris purgatio rheumatismos stringere. Hic quoq; ordinabo quo modo expurgetē melācholicus humor, post phlebotomiā, post retentionem hæmorrhoidū. Ad expurgandā vero & remouendā prolixā humorū dispositionem vtimur carthartico in paralysi, & apoplexia, & atrophia, & in pessimo morbo q caros dicitur, & in grauitate permanēte in aliqua parte corporis. Ad restaurādū vero corporis habitudinē, vtimur catharticis, & in prolixis febribus vel quotidianis vel quartanis, mania, melācholia, ecstasi, cachexia atrophia de malis humoribus facta, in elephantiasi, vel epilepsia quoq;, scabie, & lepra, exanthematibus, satyriasi in vlceribus multis spontaneis, & vix cicatrizantibus, & rheumatizantibus: & vt abundantem, & molestātem educamus humorē, vtimur catharticis in hydropico, & icterico. Hic quoq; ordinandum est de rheumatismis ventris, in quibus vtimur catharticis. Aliquando etenim acer & inutilis humor F insidet pelliculis ventris aut intestinorum, similiter vt acria suppositoria & acria clysteria com mouēs intestina, & ad desidendum conatum excitans. Vbi.n.est acredo, ibi attrahitur humor de membris in circuitu, vel de toto corpore. In his vero dignum est vti catharticis, vt talis humor expellatur à toto corpore, & venter, & intestina mundificentur. Vniuersaliter aūt catharticis vtēdum in robustis virtute, & prōptis ad exercitia, stomachumq; robustū hñtibus, & multā inutilem materiam in corpore cōgregantibus. Nimis vero pingues, nimisq; graciles ad purgandum incongrui, multo abundantes sanguine, & frequēter deficientes, & vix curabiles, & cito vomentes pro qualibet occasione, & pueri, & senes, & mulieres fortiter menstruosæ, & purum valde corpus habentes, & qui bene cauerint in diæta, & quibus valde restringitur venter ſm naturam, sed & etiā in dysenteria, & qui leuiter apprehēdūtur cœliaca, oēs.n.cœliaca passione grauati ad purgationem sunt incongrui. Nunc igitur incipiendum est à pharmacijs choleram purgantibus.

De Purgantibus Choleram Rubram.

CHolagoga dicuntur, quę choleram rubram expurgant: quibus vtendum est, si opus est, omni tempore, pręterq̄ hyeme: in ętate quidem adolescentię & iuuentutis: habitudine autē sicca & gracili, & nigra vel rufa: & in viris magis, q̄ in mulieribus: & in ijs, qui frequenter cibū cor- G rumpunt: & in habentibus ventrem constrictum, & amara cholera abūdātibus facileq; irascentibus, & vrinas modice egerentibus, cibisq; vtētibus calidis & siccis: in passionibus autem ictericis, hepaticis, spleneticis, pleuriticis, phreniticis, synanchicis, mania, cephalalgia, ophthalmia, erysipelate, lepra, febribus tertianis, & quibus cholera abundat. His ita dispositis, notādū quod cathartica non simplici aliqua qualitate euacuant, vt per calorem, nam si hoc esset, omnia calida purgarent, vt piper, sinapi: sed potius purgant proprietate quadam, eo quidem modo, quo magnes ferrum trahit. Sed catharticorum quædam, quæ ventrem molliunt, tantum malactica dicūtur, de quibus superius diximus. Nunc vero de fortiter educentibus sermo imminet: quibus vtimur aut vbi materiam per metathesim medicamur, aut induratum morbum commouemus, siue vt reficiamus corpus, & ad suam temperantiam conuertamus, aut humorem molestantem educamus. Sunt autem alij quidam modi misti & compositi adinuicem. Purgantibus vero tempus est aptum ver magis, & maxime autumnus.

De Aloe.

Vide Aetiū lib. eodē. 3.ca. 24. Itidéq; de subsequētibus ordine simplicibus penè omnibus.

Aloe totum corpus non euacuat, sed choleram in stomacho ventre & intestinis existentē educit perfecte & suauiter, cum suppositis scybalis, quæ nimis educit. Datur aūt capite grauatis pro- H pter fumigationes à stomacho frequenter ascendentes. Datur autem ophtalmicis propter eandē causam: & ijs qui propter choleræ abundantiam sitiunt: & quibus lingua & os facile desiccatur: & quibus stomachi fit subuersio, aut propter calorem, aut propter anxietatem, siue propter aliquam infirmitatem. Detur quoq; citrinis extra rationem factis: & vbi necesse est educere superfluitates: & clystere pro aliqua occasione intromittatur. Dentur aloes drachmæ duę, cum melicrato. Optimum autem erit siquis acceperit eū quotidie vespere, siue quod melius est, mane, quia vespere post cibum cibum corrumpit. Quibus vero insuauis est propter amaritudinem, cum succo corticis citri, vel brassicę, vel cum terebinthina & melle cocto, orobicas confice pilulas, & da ex eis secundum q; opus fuerit. Est autem eustomachicum plus omnibus catharticis.

De Scammonia.

Scammonia choleram rubram educit, stomacho maxime dolorem inferens, & insuauis, & grauiter olens, & valde sitim faciens: & cum omnia cathartica cacostomacha preter aloen sint, scāmonia est prę oībus. Abstinere igitur ab ea oportet debilem habētem stomachū: leuissima.n.existēs, facile ad corpus attrahitur, & de eo purgat, quod purgandū non est: sed impeditur eius euacuatio frequenter à calore febrium, vt de superfluitatibus parum educat. Danda est igitur infebriētibus

& eu-

A & eustomachis, & difficulter vomentibus, & non facile deficientibus. Dosis vero eius est † ʒ ij, siue plus, siue minus, secundum virtutẽ: cui admisceatur sal, aut thymi cymæ, aut pulegij, aut aloe magis: †{quibus forte absentibus} detur cum melle, vel succo ptisanæ.

De Peplio.

Peplij semen aut cymæ in vmbra siccatæ dentur ʒ iiij in melicrato modico aceto asperso: educit enim choleram rubram, & nigram, & phlegma, & ventositates. Et sm quod Isaac dicit, maxime cõuenit passionibus ex ventositate factis, †{& melancholiæ.} In vitio splenis quoq; prodest, inflationibus prolixis & matricis, & coli, {& profundis tumoribus, qui fiunt in ventre.}

De Elleboro Nigro.

Elleborus niger purgat inferius choleram rubram, maxime, & nigrã de toto corpore sine molestia aliqua. Ideo febricitantibus non grauiter, sed in circuitu, & p longũ tps, dat, & †{manẽtibus chronicis,} & in cephalæa diuturna: vtilissimus visceribus, & matricis passionibus. Maxime vero eius virtus est ad educendũ ex toto, si quid corruptiuum sanguinis est admistũ. Vnde vtilis est ictericis diuturnis, & exasperationibus circa supficiẽ, vt est lepra, & impetigines, & similia: ad elephantiacos quoq; facit. Dosis aũt eius est ʒ iij, siue plus, siue minus. Tenuibus autẽ radiculis prius B aquę infusis, deinde earum ablato cortice, & in vmbra desiccato, diligenterq; trito, datur cum sapa, aut cum oxymelite: cui adiungitur causa boni odoris modicum petroselini, vel dauci, vel pulegij, vel satureiæ. Quod si fortius volueris facere, scammoniæ modicum adiunge.

De Purgantibus Choleram Nigram.

CHoleram nigram educentibus vtimur in melancholicis, & scotomaticis, et furiosis, & ijs, qui atrophia laborant, & qui se abscondunt, & epilepticis. Detur autumni tempore maxime.

De Epithymo.

Epithymum igitur nigram choleram educit inferius. Dandum ergo perfectis ʒ † iiij, cum sapa vel oxymelite & sale modico. Conuenit autem passionibus ex ventositate natis, hypochõdriacis, & quibus hepar grauatur, & dyspnoicis. Similiter purgat illud superfluum, quod nascitur super satureiam, sed debilius est.

De Polypodio.

Polypodium choleram nigram maxime educit, & phlegma. Dentur autem radicis mundatæ ʒ vij. Elixã eas in melicrato aquoso, vel Sole siccatas da comedendas ante cibum. Purgat quoq; mediocriter in viscello gallinæ, vel ptisana cocta.

C *De Pulegio.*

Pulegium quoq; educit choleram nigram: & tragoriganum, et †panthemimum, quod leuitate modo dicitur & alixon, & alipon.} Dentur autem de vnoquoq; ʒ vi. Melius autem dantur cum aceto, & sale, modico & aqua, siccata & trita.

De Lapide Armenio.

Armenius lapis nigrã purgat cholerã, & oẽ pingue & viscosum. Ideoq; dat melancholicis, & elephãtiosis, & lisibus, & phreniticis, & asthmaticis. Dosis aũt eius est ʒ iiij, siue plus, siue minus.

De Centaurio Minore.

Centaurium minus choleram pinguissimam purgat, & mucilagines. Et ideo prodest spleniticis, & ischiadicis. Bibitur autem elixatura eius. Sumantur quidem cẽtaurij ʒ vi, aquæ cotyla vna, & bulliat ad medietatem.

De Purgantibus Phlegma.

PHlegmagoga dñr, q̃ phlegma purgãt: quibus vtẽdũ est i frigidis habitudinibus, & ætatibus, & egritudinibus, tpe quidẽ hyemis, vt in paralyticis, apoplecticis, tumẽtibus tumore frigidó, & qui multũ & frequẽter pinguia phlegmata mingunt, & quibus phlegmata abũdãt in ventre & D pectore & stõ, & mulieribus rheumatizantibus, & qui pinguia excreãt, & fastidiosis, & ischiadicis de mucilagine articulorum factis, elephantiosis, maxime aũt ijs, qui hydropem anasarca patiũtur.

De Colocynthide.

Colocynthis phlegma purgat maxime, & cholerã, & mucilagines. Vnde neruorũ eorũq; passionũ est purgatiua. Dat igit vtiliter oĩbus capitis passionibus, et orthopnoicis, et ischiadicis, et arthriticis, & ijs qui in renibus & vesica diuturnã affectionẽ habuere: est quoq; vtilis alijs passionibus, q̃ sunt ex materia vix extirpabili & dura. Dant autem ʒ ij de interioribus in melicrati cyathis duobus, debilibus aũt ʒ i dat. Eligenda est aũt alba & mollis interioris colocynthidis pulpa, nam sicca & denigrata inutilis est. Terẽda est aũt & soluẽda diligenter, & multoties cribellãda. Et quãdo vti ea volumus cũ melicrato diligẽter soluat: nã trita anteq̃ infundat, tenuissima videt, sed qñ in melicrato infusa fuerit, tumescit valde, vt non facile credat, quod cribellata fuerit: q̃ si sic bibitur, tumescunt eius partes recentes in ventre & stomacho, & maxime in intestinorum circulis et reuolutionibus propter mollitiem: quæ acres existentes natura & demordentes, intestina vlcerant quibus insederint, & passiones neruorum inferunt, et strophos, et fortes tortiones. Vnde cũ multa cautela cũ melicrato oportet eã soluere. Quod si mitius purgare volueris, colocynthidẽ desup aperi, & oẽ semen proijce, & solũ puipolum absq; semine in ea relinque, et reple eam elixatura, vel vino dulci, & ve-

& veteri,& sic infundatur per diem et nocte: deinde colabis vinum cum panno,et calefacies,et dabis bibendum. Optime quidem purgat ictericos,et habentes liuidas pustulas in superficie. E

De Tithymallo.

Tithymallus educit plegma & cholerã nigram. Danť aũt cymæ virides in vasculo quodam ad ignẽ delicatæ, et sic diligenter tritæ. Misceanť aũt carũ ℈ iij cum polẽta et aqua, et sic bibanť. nam siccæ comæ eius debiliores sunt. Cũ caricis aũt tithymalli radix siccata in vmbra reponať: & qñ ea vti volueris,corticis ablati diligenter triti ℈ iiij immitte in vino dulci veteri,et sic infundi permitte die et nocte: & p pãnũ colãs calefacies modicũ, dabis ad bibendũ cũ vino. optime purgat. Succus aũt tithymalli dať à quibusdã cũ caricis,vel cũ polenta, stagones i. guttę iiij aut v, sed multum vlcerãt linguã et quæ circa eã sunt,et ventri calorem inferunt maximum. Sed,si vis bene facere, in ficu matura & recenti, supradicti lactis iij guttas immitte, & de lacte eiusdem ficulneæ secundum vires sumentis, & sic da ad comedendum. Et si volueris seruare toto anno, poteris. Quacunq; hora dederis, facile purgat: sed tanquam de fortissimo cathartico obseruare, quoniam mirabiliter soluit.

De Isio.

Ision phlegma purgat, maxime. Cuius cortices siccæ & insusæ, vt prædictum est, in aliquo dulci vino da ℈ vi. Bene purgat quantumcunq; volueris, donec anum aqua non laueris: sed cum panno lineo illum absterge: & quando tibi videtur sufficienter purgasse, laua anum frigida aqua, & extrema manuum & pedum in aqua mitte, & restabit fluxus. F

De Elaterio.

Elaterium purgat nimis phlegma & choleram. Dabis autem obolos iij cum lactis confestim mulcti cotyla vna. Sed eligendum est quod viride sit in colore, & leue, & non vetus.

De Cocco Cnidio.

* serosos.

Coccus cnidius phlegma purgat & choleram mediocriter, sed magis crudos & aquosos humores: est enim igneus & acutus. Dantur autem grana xxx: si vero leuius purgare volueris, dentur grana xx vel xv. Dentur autem sic: quod interius est ex granis, cum polenta teres & vino, et da ad bibendum: & postea modicum olei rosei vel melini sorbere facias, ne fauces exuras. Ideoq; melius est ex eis cum melle cocto catapotia formare, quia aquosos humores magis purgat. Inter aquosos purgantia est magis habendum.

De Agarico.

Agaricum purgat phlegma & cholerã, sed mediocriter. Dabis ʒ ij cum melicrato vel oxymelite. Est autem cacostomachum: & quia leue est, superiora petit. Sit autem albissimum, & facile, & non valde lignosum, neq; robustum. G

De Cnico.

Cnicus idest semen croci hortensis siue hortulani, purgat phlegma, sed non fortiter. Tritum ʒ ij, & in viscello gallinæ, vel ptissana mistum et colatum, et sic bibitur. Quidam aũt quod interius est cnici accipiunt, & terunt cum amygdalis, & aniso, & melle: et catapotia formantes seruant, ictericis vtilia quidem, sed leuiora.

De Lathyride.

Lathyrides i. cataputia, purgãt phlegma magis. Dentur de maioribus grana xv, de minoribus xxx & amplius purgari indigentibus: diligenter, vt mandant præcipe. Iis vero qui multa euacuatione non indigent, integra da bibenda, maxime si patientes fuerint cacostomachi.

De Aristolochia.

Aristolochiæ rotundæ semen siccum, tritum ʒ i bibatur cum melicrato: phlegma purgat & choleram: est autem eustomacha.

De Linozostide.

Linozostis i. mercurialis, si elixetur, & sola folia comederis, sufficienter stercus expellit. H

De Cucumere Agresti.

Cucumeris agrestis radix, obolis duobus cum melicrato bibita, educit phlegma sufficienter sine molestia, & stomachum non euertit.

De Styrace.

† Al. ij.

Styrax pinguis & flauus datur ʒ † i cum terebenthina: mensura æquali in catapotijs: & phlegma satis educit.

De Thymo.

† Al. drach. iiij. aut iij.

Thymi cymas cum floribus teres cum oxycrato, et sale modico, †{ ʒ x aut minus: } & expurgat sine molestia satis phlegma & choleram.

De Cyclamino.

Cyclamini radices solutæ ʒ iij aut iiij secundum virtutem, cũ hydromelitæ bibitæ, purgãt phlegma & choleram, maxime autem per sudorem. Ideoq; bibentem oportet iacere, & cooperire, & calefacere corpus, vt sudoris exitum adiuuet.

* Al. scordio.

De Allio.

Allij drach. iij solutæ, & cum hydromelite bibitæ, phlegma educunt.

De Chame-

A *De Chamæpity.*

Chamæpityos tritæ ʒ ij cum ficubus vel cũ melle cocto ſumptę in catapotijs, educunt phlegma.

De Bdellio.

Bdellij arabici clari atq; flaui ʒ iij ſolutę cum hydromelite bibantur, & phlegma purgabũt. Proprium autem eſt oculis rheumatizantibus.

De Radicibus Oliuæ & Pyrethri.

Oliuæ radicum corticum ʒ i cum vino vel aqua ſumpta phlegma purgat. Similiter pyrethri radicum oboli viij cum aqua & ligdos ſemine ℈ iiij.

De Galla.

Gallæ quoq; grana xl excoriata comeduntur, & ſimiliter operantur.

De Hydragogis.

HYdragoga dicuntur quę aquoſos expurgant humores: quibus vtendum eſt in hydropicis, & mulieribus moleſtatis per longum tempus ab aliquo fluxu, & rheumatizantibus.

* Al. albo.
* Al. rheumatica vlcera habẽtibus.

De Squama Aeris.

Æris ſquamæ ʒ i ß in melicrato data, non ſolum aquoſos humores, ſed etiam phlegmaticos educit.

B Quædam vero prædictorum phlegma educũt aquoſum, vt coccus cnidius, & cnicus, & linozoſtis, & agreſtis cucumeris radix, quæ hydropicis eſt vtiliſſima.

De Euphorbio.

Euphorbium phlegma educit, ſed maxime aquoſum. Acutiſſimum autẽ eſt nimis igneum, ⟨et cholericum: ⟩ ideoq; colicis datur, et ventres frigidos habentibus: alios vero fortiter turbat, ſitimq; validam infert: ſed admiſce ei aliquod odoriferum ſemen. Dabis ex eo iij obolos cum melicrato: melius autem eſt cum melle cocto catapotia formare ex eo.

De Chamelæa.

Chamelæa cocta in mulſa & bibita, aquoſa magis expurgat: purgat quoq; phlegma & choleram. Mitte autem ex ea ʒ v in duabus cotylis aquæ, & coque ad quartam: in fine autem coctionis ſupermitte mel mediocriter, & parum coque, & colans da in potum. Quidam vero erunt valde chamelææ ʒ † i, cymarum abſynthij duplum, & cum melle conficientes formant catapotia.

* Al. dimidiũ.
† Al. ij.

De Ammoniaco.

Ammoniaci, thymi añ, miſtas ʒ iij in melicrato bibe: aquam educunt. Quidam ſpleniticis illud dant cum acetoſo melicrato.

C *De Sabuco.*

Sabuci radicis corticum ſuccus bibitus ʒ ij aquoſum humorem educit.

De Purgantibus Sanguinem.

SAnguinem vero purgãt, porri capitati ſuccus i. eius quod dicitur aratillum: mercurialis quoque, albæ violæ, agreſtis malua, & ſaluia.

Ratio Quorundam conficiendorum ac prius.

De Opio.

OPium ſic fac. Mẽſe Iulio papaueris viridis folia teras per linteolum extorquens: ſemen ipſius papaueris viridis teras, & ipſo iure miſcẽs coque vt ſpiſſum ſit, et ad Solẽ ſiccabis: et ſerua: illud eſt opium.

De Omphacomelite.

Omphacomeli ſic fac. Rec. botros mundos non maturos nec acerbos, & repone in vmbra, vt poſſint ſuæ humiditatis aliquantulum deponere: deinde exucca, & mitte de ipſo ſucco partes iij, & mellis deſpumati partem vnam, & mitte in vaſe fictili & gypſeo cum calamo perforato, & ſuſpende ad Solem per dies quadraginta. Valet ad craſſas ventoſitates rheumatizãtes, ad faſtidium & debilitatem ſtomachi, flaccida corpora confirmat, & maxime quæ ſyncopim patiuntur.

D *Alia Confectio eiuſdem.*

Omphacomeli ſic fac. Vuæ non maturæ ſucci partes ij, mellis partem i, in vaſe duplici coque, donec denſior liquor ipſe fiat, & vtere.

De Oeſypi Ceroto.

Oeſypi cerotum ſic fac. Ceram, axungiam ſine ſale, colophoniam, ius lanæ, vetus oleum, añ li. i, ius fœnugrę. ʒ vi, adipis anſerini et pullini añ ʒ i: coque oleum cum iure lanæ et fœnugręci diligentiſſime, donec ad menſuram olei veniat. Iterum pone ad focum, additis ſupraſcriptis ſpeciebus.

De Iure de Lana.

Ius vero de lana ſic fac. Lanam ſuccidam in aquã multã pone vt molliatur, diebus ſex: ſeptima vero die coque, & ipſam pinguedinem deſup collige ſupraſcripto penſo, et exinde cõfice cerotũ.

De Hydromelite.

Hydromeli ſic fac. Mellis optime deſpumati libras xx, ſucci cydoniorum libras v, aquæ fontis libras xl, miſce diligenter in vaſe fictili tenui et picato, recõde, et claude: et mitte ad Solem ſub tecto diebus xlv hoc eſt ex die calendarum Iulij vſq; in iiij idus Auguſti, ita vt intra quinos dies vas conuertas, vt partes quæ quinq; diebus fuerunt ſuperiores, fiant infimæ. Hoc genus poculi vino vetuſto melius redditur, vt neſcientes quid bibant, putent ſe optimum vinum bibiſſe.

De Garioph.

De Gariophyllato.

E

Gariophyllatum ad catharrum ſic fac. Gariophyllos zingiber & piper tere, adde vinũ, & pau cum mellis, & pone ad focum vt bene ferueat: deinde pone in cuppa lignea radicem apij, petroſelini, libyſtici, coſti, fœniculi: & ſuper iſtas herbas in ipſa cuppa mitte gariophyllatum feruentem: & tandiu ibi ſit, donec temperetur vt bibi poſſit: per dies tres, mane & ſero hoc facias.

De Chalcocecaumeno.

Chalcocecaumenõ ſic fac. Limaturã de cupro in ollã rudẽ mitte, adde acetũ in ipſa olla gypſea de argilla: et mitte in foco, vt intus & foris ipſa olla rubra ſit quaſi focus: tolle à foco, et mitte intus fuſticulos paruos, & ipſam ollã ad Solẽ mitte vſq; dum refrigeret: & illud eſt chalcocecaumenon.

De Amylo.

Amylum ſic fac. Mitte frumentum mundum in aqua per noctes, & dies tres, & per ſingulos dies aquam renoua: poſtea in pila macera: adde aquam, & per linteum extorque in concha, & dimittas reſidere: et tunc ipſam aquam diligenter expurga, vt imum non moueas: quod remanet ad Solem ſicca: & hoc eſt amylum.

De Cerusa.

F

Ceruſam ſic fac. De plumbo fac tenues laminas, & mitte in vaſe operculato aceti modium medium, & ſuper acetum mitte ipſas laminas plumbeas, ita vt acetum non contingant: tunc ipſum vas gypſa vt nullum ſpiraculum habeat: ibi maneat diebus xv: poſtea tolle laminas, & rade puluerem quem ibi inueneris, & erit ceruſa.

De Aerugine campanæ.

Æruginem campanæ ſic fac. Laminas de cupro tenues facias, & ſicut de plumbo diximus ad faciendam ceruſam, facias, & habebis æruginem campanæ.

De Medulla Ceruina.

Medullam ceruinam albam ſic fac. Frange os cerui, & tolle medullam, et dimitte manere in vino horis quatuor: de ipſo vino tolle, & in aqua mitte, & manibus macera donec alba ſit: fac tortellos inde, & repone, & vtere.

De Sapa.

Sapam ſic fac. Muſti de peculo ʒ xv tolle, cydonia integra, viij, caricas xv, dactylos iij, anethi ramorum M i, fœniculi ſimiliter, apij ſimiliter: coque ad tertiam: & quando refrigeratum fuerit cola, & repone in vaſe fictili & picato.

De Careno.

G

Carenum ſic fac. Muſti dulcis modios xx, mellis ℥ x, cydonia partita xx, poma ſimiliter, pulegij M v, canabis rad. M i, cyperi M iij, apij radi. & ſeminis M i, ſcariolæ ramorum & ſeminum, petroſelini ramorum & ſe. coſti hortulani, radicum fœniculi, radicum libyſtici, añ M i: hęc omnia coque ad medium, & refrigeratum repone in vaſe picato.

De Hydromelite.

Hydromeli ſic fac. Muſti dulcis modios x, balſamitę ſiccę M iij, cyperi radi. M iij, petroſelini radi. fœniculi radi. apij radi. lybiſtici radi. añ M iij, nuces pineas integras v, cydonia partita xij: coque ad medium, poſtea cola, & adde mellis cocti modium i: commiſce bene, & quando refrixerit, repone in vaſe fictili picato.

De Garo Cathartico.

Garum catharticum ſic fac. Polipodij pul. lib. i, piperis al. gra. 50, diagridij ℥ i, gariophyllorum cochlearium i: terens commiſce cum melle, & repone in vaſe vit. deinde accipe ad quodcunq; volueris coclear i, vel ij, ſecundum vires: maxime humorem educit melancholicum.

De Lycio.

H

Lycium ſic fac. Prunellas de caprifolio collige menſe Septembri, & tere, per linteumq; extorque, & ſuccum eius ad Solem in concha ſicca, & erit lycium.

De Acatia.

Acaciam ſic fac. Menſe Septembri prunellas ex nigra ſpina tere, per linteum extorque, ſuccumq; eius in vaſe argenteo ſiccabis, & erit acacia.

De Flora.

Floram ſic fac. Ceruſam tritam cum oleo & cera modica coque in vaſe cupreo aut æreo: cataplaſma vbi neceſſe eſt apponere, celeriter corium adducit.

De Ptiſſana.

Ptiſſanam ſic fac. Mitte hordeum pinſitum in ollam rudem, cum aqua bene coque, per linteũ extorque, condias de ſale, butyro aut oleo, cum pipere & cinnamomo modico: repone & vtere.

De Chalcidio.

Chalcidium ſic fac. Æris florem in aceto vehementiſſime ſubigito, ſicca ad Solem, fac puluerem & vtere.

De Opopanace.

Opopanacem ſic fac. Herbam virgultam, & radicem panacis ſiue meu, tere, extorque ſuccum eius, in Sole ſiccabis, & erit opopanax.

De Omphaco.

A *De Omphaco.*

Omphacum sic fac. †{Acinos expressos} accipias, carnes ipsas & nucleos in Sole siccatos tunde, fac in puluerem, & erit omphacum.

† Al. acidas oliuas.

De Diagridio.

Diagridium sic fac. Mense Augusti collige herbam tithymalli, & eius radices pinse: ius ipsius, id est lac in vase argenteo mittas, vt coaguletur sic ad Solem diebus vndecim: & pro necessitate quando opus fuerit vtere.

De Aphronitro.

Aphronitrum sic fac. Nitri partes ij, & saponis i, distempera cũ prima gutta saponarij: factisq; trochiscis ad Solem pone.

De Polenta.

Polentam sic fac. Hordeum quando cœperit habere quasi lac, mitte in furno: & quando desiccatum fuerit, paleis munda, & fac farinam.

De Elaterio.

Elaterium sic fac. Succum cucumerum agrestium non maturorum exprime, expressumq; su-B per plenum vas aquæ infunde, & quod supernatauerit collige, & ad Solem sicca.

De Resina frixa.

Resinam frixam sic fac. Rec. resinam pineam, in ollam missam durissime coque, & sic proba si est frixa: Gutta posita in marmore si infrigidata pulerizetur, tolle ab igne.

De Aqua ignita.

Aquam ignitam sic fac. Rec. salis lib. ij, sulfuris viui, tartari, añ ℥ † i, vinum forte, & fac ad disciplinam aquæ rosatæ.

† Al. ij.

De Hydrelæo.

Hydrelæon sic fac. Rec. partes ij aquæ, & iij olei.

De Hydromelite.

Hydromeli sic fac. Rec. partes ij aquæ, & iij mellis.

De Posca.

Poscam sic fac. Rec. aquæ partes ij, vini tres, & coquatur.

De Cephalæa.

SIquis cephalæam patitur, & vnum de brachijs tumuerit, vel caput, & ex vtraq; parte, seu sini-C stro oculo signũ apparuerit in modũ lenticulæ, moriturus erit. Si vero ex nullo alio signo moriturus est, demus ei hæc antidota, esdram s. vel philoniũ, hieram picram, blancam. Et puluis fiat ex spica nardi, & squinantho, & ammoniaco, & succo tithymalli virginalis & interioris: & opiũ, & semen papaueris, & flores centaurij addantur, ex nullo magis, sed æqualiter ex omnibus fiant: & diagridij ℥ i: his omnibus in puluerẽ redactis, dabis ℈ i cum vino calido: & anethino ac rosaceo oleo perfunde caput. Item Esdræ potio cum vino calido temperata & bibita, sine vnctione facta, dolorem capitis sedat. Item Theodoricon emperistõ magnum, ad omne vitium capitis facit: hoc idem facit diaolibanum. ℭ *Ad Dolorem capitis, & Calorem.* Accipe cymas salicum, & in fortissimo aceto ad ij partes decoque, & exinde caput & pedes foueas, & ex cymis caput fomenta. Item galbanum chartæ impone, & pone in parte illa qua caput dolet, et prodest. Item sauinam tere cum albumine oui, & cũ aceto fortiter distẽpera, & emplastrum fac super caput eius, & ibi dimitte iij diebus, & ambo crura eius vsq; ad genua mitte in aquam frigidam, et da ibi ei potum ad soluendum. ℭ *Ad Febrem capitis, quæ non permittit hominem dormire uel quiescere.* Tolle capita papaueris sicca vel viridia, & semen lactucæ, violas, & folia myrtæ, & pone in cacabo aqua pleno, & coquatur vsq; dum omnes herbæ dissoluantur: & ex decoctione ipsarum pedes & crura lauentur, & extergantur lin-D teo fortiter, deinde vngantur oleo violato: & sic somnum præstabis, & dolorem & angustiam auferes. ℭ *Potio ad Dolorem capitis.* Fœniculum, rutam, libysticum, mel, piper, vinum, totum commistum ieiunus bibat. ℭ *Item ad Somnum.* Succus papaueris agrestis cum farina hordei infictus dat somnum. ℭ *Item ad Dolorem capitis.* Folia hederæ terrestris cum albumine oui in fronte ligata prosunt. ℭ *Electuarium ad Capitis & Stomachi dolorem.* Rec. mastiches, anisi, fœniculi, polypodij, thuris, myrobalanorum indorum, croci, spodij, sandali albi & rubri portulacæ seminis, diagridij, añ ʒ iiij, zacaræ, amygdalæ, añ ℥ ß, tragaganthi ʒ ij, camphoræ ℈ i, musci ℈ ß, violæ quantum de alijs omnibus speciebus, tempera cum syrupo violaceo. ℭ *Vnguentum Laxatiuum, quod caput alleuat, stomachũ purgat, appetitum confortat, oculos clarificat.* Rec. succi apij ℥ ij, foliorum rubi succi ℥ iij, polypodij succi ℥ iiij, laureolę succi ℥ i, fœniculi succi ℥ xiij, mercurialis succi ℥ xiiij, olei lib. ij, adipis gallinæ et verris añ lib. v, resinæ ℥ i, thuris, mastiches, añ ℥ ß, casiæ fistulæ medullæ ℥ ij.

Ad Tineam.

Elleborum nigrum tritum cum vncto pone super totũ caput. *Ad idem.* Ficatum porcinum crudum & calidum cataplasma diebus nouem, postea laua de aqua frigida, & sanabitur.

Ad Furfures.

Accipe semen vrticarum, & trita parumper, & pone in aceto per diẽ & noctem, & postea laua caput

caput de qua re volueris, deinde vero de ipso aceto, ad vltimũ autem de pura aqua: hoc fac bis vel ter. *Ad idem.* Coque cyclaminum in vino, & caput ablue: deinde coque saluiam in vino, & caput ablue: & super hoc puluerẽ nepitæ asperge super totũ caput nocte, & mane iterũ laua cum saluia.

Ad Capillos Cadentes.

Apes quàm plures in olla noua include, & ibi eas incende, & cum oleo tere, & exinde in caput mitte, & scarificatum perunge.

Ad Diuturnam Alopeciam: & ad Renascentes Capillos.

Pyrethrum tritum mistum cum felle vituli sæpius perunges. Stercus etiam felis idem præstat cum aceto illinitum. Euphorbium cum oleo frequenter impositum idem mirabiliter operatur. *Ad idem.* Caprarum stercus, et vngulas ipsarum combustas, et cum aceto solutas adhibe. *Ad idem.* Testudinem viuam super sarmenta incende, & cinerem eius in cacabo nouo cum aluminis ℥ iij, & medullæ ceruinæ totidem, cum vino coque, & alopeciam inde frica. ℂ *Item ad Vriones in capillis.* Accipe fel terræ, & fel bouinum, seu taurinum, & acetum, et pone in cucurbita de creta, facq; fortiter feruere, & refrigerato, et colato: laua semel vel bis, deinde laua cum aqua calida si vis. ℂ *Ad idẽ, & vt Capilli citius crescant.* Olibanum cum stercore murium pari pondere tere cum aceto & perunge, sed ante loca nitro frica. Idem facit git ustum cum aqua tritum & illinitum. Item lathyris trita, & cum oleo cocta, & illinita mirabiliter capillos augmentare facit. Item fimum caprinum comburе in testa, & tempera cum oleo, & raso capite inunctum spissos capillos præstat. Flos agrimoniæ tritus cũ oleo & fricatus, nigros capillos facit. ℂ *Item ad capillos cadentes.* Agrimoniam tritam cum lacte caprino impone. *Ad idem.* Verbenam cum absinthio in lixiuio coque, & laua caput assidue. ℂ *Vt Capilli nascantur vbi volueris.* Panem hordeaceum, & chartam cum sale æqualiter cõbure, & tere cum adipe vrsino, & vnge locum. *Vt Capilli nascantur vbi vis.* Vnge caput oleo myrtino, quod sic fit: Rec. flores myrtæ, & coque cum oleo communi, & eo colato pone recentes alios flores myrtinos, & stet sub diuo xl diebus: sic fit omne oleum, vt rosatum, &c. Item corticem mediam de vlmo in aqua coque, & de ipsa aqua caput laua, deinde puluerem rutæ superasperge. ℂ *Item ad Capillos & pilos vt nascantur.* Pellem de capite vulpis calybitidis i. tugurialis excoriatam combure, & lacertæ viridis corpus eiecto capite vno die aut nocte suspende, & postea coque in oleo simul cum puluere, & vnge vbi volueris. *Ad idem.* Ex cortice capparis incenso cum melle inunge. Similiter ex puluere ranarum, & muris fimi cum pice liquida, & ex cinere quercus nouellæ vnge sæpius.

Ad Auferendum Pilos.

Ad pilos de facie vel alia parte corporis auferendos. Psilothri calcis viuæ lib. i in vase fictili ad ignem, sine aqua per diem & noctem dimitte: in crastinum autem aquæ quantum sufficit infunde, & diu agita: postea adde lepnias pulueris i. auripigmenti ℥ ij. Quando vero probare volueris, an perfecte coctum sit, penna immissa & abstracta si depilatur, coctum est: tunc in balneo antequam laueris vnge: post horam quando iam pili cadunt, de furfure absterge, & laua. ℂ *Vt Pili ita ablati nunquam renascantur.* Cicutæ semen, vespertilionis sanguinem, verbenæ succum cõmisce, vt multum spissentur, vnge nocte prius ablatis pilis.

De Hemicrania.

Siquis hanc passionem habuerit, & nullum cibum sumere quærit, & dormire nequiuerit, nauseare iterum non valuerit, & nullum suspirium fecerit, & potestatem in lingua nõ habuerit vt debet, sed hæsitauerit vt ictericus, ista signa mortem significant. Si vero nulla sint mortalia, dabis ei picram Galeni & sal catharticum. Vnguento thermantico seu calido vnge caput eius. Item succo foliorum hederæ cũ oleo & aceto vnge nares, et statim dolor sedat. ℂ *Pilulæ ad Hemicraniam.* Rec. myrobalanorum citrinorum, kebulorum, indorũ, añ ℥ ß, croci orientalis, mastiches añ ℥ ij & scrup. ij, scammoniæ ℥ i ß, aloes hepatici quantum pensat totum, tempera cum succo fœniculi, & da eunti dormitum. ℂ *Ad idem, & ad quoslibet alios morbos.* Baccarum lauri cum folijs ℥ i, bryoniæ ℥ i, mastiches ℥ i, aloes ℥ ij: tere & confice cum succo caulis, & fac inde pilulas, & da patienti post comestionem xi vel xij secundum virtutem, eunti dormitum. *Ad idem.* Herba quinquefolia in vino, aut in aceto trita perunge.

De Scotomia.

Qui villam iugiter circuit per gyrum, vel contra Solem respicit, seu in puteum seu in quemlibet locum manum mittit vt inde aliquid attingat, & statim cadit & spumat, mortale est. Si autem nullum mortale sit signum, abrotanum da bibere, & in capite pone theodoricon emperiston, & hieram, & anacardinum theodoricon. *Item ad Capitis Vertiginem.* Balsamitam cum oleo tritam & expressam, cerebro & fronti tepidam vngendo appone.

Ad Caput Fractum.

Aranea tela cum oleo & aceto, fracto capiti apposita, dolorem tollit & sanat.

De Epilepsia.

Qui ceciderit in hanc passionem, & contraxerit omnia membra in vnum, non tamen spumat, & postea libenter manet solus, & cum nemine propria voluntate loquitur, signa mortalia sunt.

Siquis

A Siquis lunaticus spumat, & oculos conuertit, & fremit, & mugit & cadit, & membra contraxerit, & colorem similem croco habuerit, moriturus est: si autem hæc signa desunt cum blãca aut san cti Pauli antidoto, aut Esdræ cũ scammonia, ei subueniatur. Item epilepsia nascitur ex tribus humoribus, i. phlegmate, cholera rubra, & melãcholia. Siquis cadens fecerit spumam multã & albã, & stridet dẽtibus, erit de phlegmate. Si vero qñ ceciderit, claudit oculos quasi dormiat, et nõ proijcit spumam, & cito resurgat, erit cholera. Si aũt vultum nigrũ habebit, & distorquebit os, & caput, & linguam, & manus strinxerit, & fecerit spumam paruam, et continebit se quasi ad mortẽ, de melancholia erit. Item per vrinã potest cognosci, ex quo horum trium æger patiatur, quia si fuerit alba & crassa, erit de phlegmate: si citrina & parũ nigredinis habuerit, de cholera rubra: si alba & nigra & crassa, erit de melancholia: hoc potest probari in sequenti nocte sui casus, vel præcedenti in vrinis. Patientes aũt melancholiæ causa vel phlegmatis, sic curari possunt. In primis talem diætã accipiant xv diebus vel xx: comedãt carnem ouillam non pinguem, coquinatã, & agnos paruos. De volatilibus, comedant gallinas, gallos, anseres, anates, pullos columbarum domesticos, phasianos. De oleribus, porros coctos cum oleo, buglossum coquinatum, pastinacas coquinatas, fœniculum, asparagos, ius cicerum cum oleo. De fructibus vero nullum, nec pisces. Bibant vinum subtile cum aqua. *Potio ad idem.* Rec. pœoniæ grana, saluiam, absinthium, vrticam, marrubium: secundum æstimationem in aqua frigida temperabis. *Item ad idem.* Lasar i. assæ fœtidæ, maluę, betonicę, abrotani, phu, cinnami, piperis albi, rhu pontici, euphorbij, salis, ficuum, opopanacis, saluiæ, origani, diagridij, scillæ, casiæ fistulæ, ammoniaci, mastiches, hyoscyami, costi, rutæ, castorij, añ ℥ i ß, sagapeni, mãdragoræ, mercurialis, sampsuci, thuris, añ ℥ iiij: da ei cum aqua calida in modum auellanæ.

* Al. suillam

B ℂ *Item puluis ad Caducos, & qui spumant, & Paralyticos.* Rec. olibani, mastiches, myrrhæ, sanguinis draconis, aspalathi, antimonij, æquali pondere, opopanacis ℥ i, oliuæ smaragdinæ, bdellij varij, petræ de capite corui marini nigræ † vnc. iij, crystalli, sadib i. folia nucellę, nascam i. fungum quercinum, carbones sambuci, petræ sancti sepulchri, nascam vitis, † pannum blattæ byzantiæ, nascam myrtinam, † crucem marinam, herbam occasionis, † cicerellum, furfura, matrissyluam, herbam hircinam, betonicam, maiorem maluam, marcoram i. marrubium, baccarum, † malum styracis, vngulam vrsinam, corium vituli marini, fel & ficatum vrsinum, fel & ficatum corui, fel & ficatum erinacei, cingulum de corio capreoli, os de corde cerui, sulfur, pallam maris, radicem de carduo albo, añ ℥ ij: puluerem fac & da cum aqua frigida. *Ad idem.* Oua coruorum comesta prosunt, expertum est. Qui perdit loquelam culpa epilepsiæ, succũ rutæ agrestis naribus inijcies: hoc sępe facto eam recuperabit.

† Al. drach. ij. † Al. carnem † A[illegible] † Al. cimiolã i. polium † Al. malũ terræ i. cyclaminum.

C ℂ *Vnguentum ad idem.* Centumneruiam, violam, brancã vrsinam, allium, farfaram, apium risus, batrachion, linguam caninam, sisymbrium, fœniculum, libysticum, aquilegiã, æqualiter, herbam fœtidam plus quàm de alijs: his oibus pinsitis cum axungia scrofæ recenti, & in axungia valde coctis, exprime fortiter per pannum in aqua frigida, & quod supercoagulauerit collige & repone, & vtere. Infirmus aũt secludatur diebus xxx: prius tñ accepta potione, quæ optime purgat, capite raso, & bene calefacto, mane totum caput hoc vnguento, & totum collum in circuitu vnge, et sero similiter eunti dormitũ: & hoc xxx diebus facto, Rec. castorium, & olibanum, & antimoniũ, æquali pondere, & pulueriza, & distẽpera cum fœniculi succo, & da ad bibendum mane ieiuno, et sero eunti dormitum, & hoc per xxx dies, et custodi à cibis cõtrarijs. *Item probatum Vnguentum Epilepsiæ.* Rec. linguam caninam, brancam lupinam, plantaginem de aqua sulfurea, sisymbrium, fœniculum, libysticum, centrum galli, violam, saluiam: hæc omnia æquali pondere cum recenti axũgia scrofæ in aqua decoque, & cola fortiter, & quod supernatauerit infrigidatum collige. Et quando operari volueris, cathartico patientẽ purga, prout res postulare videt: deinde abraso capite abundãter inunge, habens idẽ supra caput et circum amplã testam calefactã, vt affatim calorem ministrare possit: hoc per triduũ, vel quantũ opus fuerit fac. Et aquã aliquantulũ mellitã & calidã bibat. Antimoniũ, castorum, olibanum, linguæ caninæ radicem, fœniculi radicẽ, æquali pondere, & puluerizatis vtatur in supradicta aqua, vel eius succo expresso. *Item ad idem.* Fac bullire cẽtumneruiam idest barbaram syluanam in ix phialis vini, vt redeat ad tertiam: da phialam i per dies nouem.

D

De Apoplexia.

Qui ceciderit in apoplexiam, & de multis rebus desiderat sibi cibum afferri & potum, & statim quando videt hęc abominatur, siue masculus fuerit, siue fęmina, mortem sibi imminere significat: qui autem non habuerit hæc signa, curari poterit cum supradictis antidotis & vnguentis.

De Phrenitide.

Qui ex phrenitide multum alienatur, phlebotometur de media vena frontis, quantum oui testa capere potest. Si perdiderit loquelam, sternutamento vtatur, quod conficitur ex condisi herba. Si autem præ nimia angustia dormire nequierit, crura & pedes lauentur ex decoctione violarum, & rosarum, & semine lactucæ, & myrtæ, & sic colatis linteo, vngatur oleo violato: & si non alienatur, & desiderat balneum, sine aliquo timore detur. Si autem hoc totum non profuerit, radatur totum caput, & ex calido pulmone pecoris obuoluatur totum caput, et maneat ibi per totam noctem, et super folijs cucurbitę: & totus stomachus similiter obuoluatur de folijs: & matutina hora præ nimio fœtore auferantur. De cibis, vtatur cucurbitis & portulacis conditis cum pauco oleo

& aceto,

& aceto, & comedat far, ptisanam: de pomis aũt, mala granata, & mala syria, & pira. *Item ad phrenitin.* Succus hederæ in naribus infusus, & ruta mista cum aceto, cerebroq; superposita, nimis adiuuat. *Item ad somnum.* Semen hyoscyami fortiter tere, & cum lacte mulieris, & oleo violato, vel rosato tempera, & tempora & frontem inunge. E

De Melancholia.

Qui melancholiam patitur, semper vomit, & fastidium patitur, & nihil de cibo & potu accipere potest, tamen hoc tantillum quod sumit non proficit ei: & Solis vel ignis ardorem nequit sustinere: & dormire non potest, tamen quando dormit supinus iacet: & nunquã firmiter dormit: & post dormitionem pigritia ei sentitur: & ambo labia viridia sunt: moriturus est. Item si multũ sitit, & lateris patiat dolorem ex vtraq; parte, talis est ei curatio. Calami, nardi, casiæ fistulæ, euphorbij, costi, añ drac. ij, esulæ drac. iiij: hęc oĩa in puluerem redige, & cum vino bibat ieiunus valde diluculo, & tunc ieiunet ad horam nonam. *Item ad idem Potio.* Ireos tunsum & cribratum missum in vino ieiunus bibat mane. *Aliud Catharticum.* Tartarum, & farinam tritici mitte in vino in sero, alia die fac inde pilulas, & dabis ad manducandum ieiuno. *Item ad idem Medicamentum Purgatorium melancholiæ, quod hunc humorem proprie purgat, & liberat corpus.* Recipe anisi vnc. i, petroselini vnc. iiij, epithymi drac. iij, mel quod sufficit: dabis cum aqua, vel cum vino. F

De Lethargo.

Qui in lethargũ ceciderit, & libenter est solitarius, & multum comederit, & eo ꝙ amplius desiderauerit, & loquitur quod non decet, & iugiter saliuam suam foras mittit, moriturus est, maxime si sudor frigidus in facie & ceruice fuerit. Si vero talia signa defuerint, ita curabis. Ante diem tertium nihil est adhibendum: iacere debet in loco luminoso: frequenter pulsando, nomen eius vocetur. Quòd si præualeat plurimũ ei somnus, vngenda sunt ex oleo dulci & calido eius pcordia, & lana mũda & calida fascianda: cibo aũt dato, fricent illius manus & pedes. Quòd si iterũ dormiuerit, mulsam accipiat, & clysteria inijciantur, & caput pressius tundatur: ferulæ incensæ fumus eius naribus apponendus est: sicut ẽt lucernæ extinctæ odor olfaciendus est. Sic ruta in aceto trita eius naribus adhibenda est. Sisymbrium in aceto tritum infundimus in capite, aut testudinis sanguinẽ in fronte illinimus. Ptarmico cerebrum mundare conuenit: alij sanguisugam fronti & temporibus adhibent. Ex cornu ceruino & galbano fieri fumum eius naribus valde approbamus.

Ad Oculorum Vitia.

SVper panem hordei calidum & per medium scissum puluerem carui asperges, & ante oculos patientis tenebis. ℭ *Ad Sanguinem & Vulnus oculorum.* Primũ tere pinguedinẽ, & postea adde farinam milij, & distempera cum vino in modum vnguenti, & linteolo superposito, cui opus fuerit impone. Item tolle crocum orientalem, & lycium, & succum ocymi, & lac fœminæ marem nutrientis, & dactylorum carnes: oĩa tere fortiter, & cum aqua rosata vel cum succo ipso & lacte distempera in modũ vnguenti, & super oculos pone. *Item ad oculos Sanguinolentos.* Tolle pullum columbinum, & sub ala incide, & sanguinem qui inde exierit in oculos infunde. probatũ est. ℭ *Ad Lachrymas oculorum.* Tolle rapas syluestres, & tere fortiter, et cum aqua rosacea distempera, et super oculos pone. probatum est. ℭ *Ad Lippitudinem oculorum.* Atramentum, mel, albumen oui æqualiter teres, & oculis superpone, mane & sero lacte mulieris inunges. ℭ *Item ad Lachrymas oculorum.* Rutæ succum & mel commisce, & oculos vnge. certum est. ℭ *Item ad Sanguinem & Dolorem oculorum.* Aloen & opium tempera cum lacte mulieris quæ nutrit masculum. ℭ *Item ad Tumorem, & Caliginem, & Sanguinem.* Verbenam cum oui albumine tere, & tritam impone. optimum est. Item cynoglossi succus in oculis immissus, & herba trita & superposita oculis, mire prodest. *Item ad Caliginem oculorum.* Rorem qui cadit in matutino, & succum rutæ collige in vnum, & in oculis mitte. ℭ *Ad Pannum oculorum.* Puluis olibani cum melle & aceto ac stercore maiorum murium mistus, atq; inunctus, caput denudatũ capillis vestit: et pannum oculorum diluit: dysenteriæ obsistit cum aqua sumptus occasione frigoris: lumen amissum puluerizatus & iniectus restaurat. ℭ *Itẽ ad Pannum & Sanguinem oculorum.* Membranam oliuæ fortiter teræ, & misce cum albumine oui, & pone super oculos. multum valet. ℭ *Ad Vngulam oculorum.* Tolle anguillam viuam, & extrahe inde sanguinem, & mitte in oculum. multum valet. *Item ad idem.* Recipe nitrum, & mitte per ix dies in ignem: & postea fac tenuissimum puluerem, & mitte in oculum. expertum. ℭ *Item ad Sanguinem oculorum.* Rec. succum apij, & albumen oui, misce simul, et mitte in oculum sero eunti dormitum. probatum est. *Ad idem.* Rec. salicem siccum, combure fortiter in ignem, postea fac tenuissimum puluerem, mitte in oculum eunti dormitum. probatum est. ℭ *Aliud ad Pruritum, & Pinguem pituitam.* Succum vel folia apij misce cum bono vino & dimitte per vnum diem, postea vnge oculos, vel laua. mire prodest. ℭ *Ad Albuginem oculorum.* Succus agiolæ, fœniculi, instillatus eunti dormitum, multum valet. Stercus album tantum lacertę cum vino temperatum idem facit. Item succus hederæ terraneæ in nare eiusdem partis oculi, in quo fuerit albugo, immissus, capite vehementer reflexo manente, albuginem eijcit. ℭ *Item ad Clarificandum uisum.* Fel vulturis cum stercore humano mistum, & vino bene colatum, & oculis immissum mire facit. Fel arietinum immissum hoc idem facit. ℭ *Pilulæ ad Visum expertæ.* Rec. squinanthi, spicæ, xylocasiæ, xylobalsami, carpobalsami, G H

A sami, agarici, asari, rosæ, violæ, epithymi, absinthij, colocynthidis, terebinthinæ, cinnamomi, croci orientalis, stœchados, mastiches, an̄ ʒ i, diagridij ʒ iiij, aloes hepatici ℥ v: tempera cum succo absinthij, & fac pilulas.

Ad Aurium Vitia.

AD *Aurem percussam, vel vulneratam.* Calidi panis interiora cum melle tere: & frequēter pone. ℭ *Item ad Aurium dolorem.* Tolle cæpas, & tere fortiter, & adde cyminum, & mitte in frixorio, & fac in modum cataplasmatis, & tepidum pone super aurem. ℭ *Item ad Auditum.* Micā panis hordeacei impone calidam. ℭ *Ad Aurium dolorem.* Succum menthæ tepidum infunde. *Item ad Aurium dolorem.* Rutę cymam & cyminum tempera cum lacte mulieris, misce & cola: & succus inde extractus tepidus auribus instillatus valet. ℭ *Item ad Aurium dolorem, ventositatē, & surditatem.* Cępulam albam, & allium, simul tere, & exprime inde succum, & auribus instilla. Item tolle malum terraneum, & caua, & immisso oleo coque, & in auribus instilla: idem pręstat. ℭ *Item ad Diuturnos sonitus.* Euphorbium cum oleo cyprino tritū & calefactum in aure missum, singulare pręsidium est. ℭ *Item ad dolorem calidum & tumorem.* Succus cucurbitę cum oleo rosaceo calefactus & immissus sanat. Item lycium, & opium lacte mulieris admistum, & auribus immissum, nimios do B lores mitigat, si tamen opium vetus fuerit. Item oua formicarum tere, & per linteum cola, & adde polygoni succum, & auribus infunde: vetustissimū emendat surdum. ℭ *Si vulnus in auribus fuerit, aut auditus grauetur.* Vrinam puerilem tepefactam infunde: humorē desiccat, & celeriter sanat. Item hædere succum cum vino mistum infunde.

De Fluxu Sanguinis Narium.

AD *Narium sanguinis fluxum.* Testes ouorum, & maxillas cancri, & sanguinem draconis, & stercus bouinum siccum, & parum de psilothro vnguento sicco quod remanet in vase in quo conficitur: hæc oīa tere, & in puluerem redige: & quantum tres digiti leuare possunt, vel quantuncūq; pōt cum nare, vnde sanguis fluit, leuare, attrahat, & liberabitur. Hic puluis cum aqua frigida temperatus, in mane & sero potatus cum prædicta mēsura, scilicet trium digitorum, curat fluxus mulierum, dysentericos, & hæmoptoicos. *Item ad idem.* Gypsum cum aceto forti, aut argillā, fronti vel temporibus illine, & testiculos in aceto forti patiens teneat. Item lūbricos terrestres cū thure & tenui albumine oui contere, & fronti & naribus impone. Item bombacem aliquantulū vstum, & vino & oleo infusum, in nare, de qua sanguis exit mitte: eamq; exinde oppila. Item herba sanguinaria pinsita, & naribus imposita sanguinem sistit. Puluis vrticæ combustæ naribus in- C sufflatus idem facit. Item vitellus oui assatus & durus naribus immissus sanguinem stringit.

De Fœtore Narium.

Ad Nares male olentes. Rutæ semen, absinthij semen, vel pyrethri accipe: fac puluerem, & in naribus pone.

Ad Polypos Naris.

Recipe aluminis scissi, myrrhæ, sandaracæ, an̄ ʒ iiij, æris vsti, gallæ, an̄ ʒ i: diligenter tere: & calamo insuffla, prælotis tamen naribus bono vino: & bene valebit. Emplastrum Leneadi diapereon, solutum cum succo mali granati acidi idem præstat.

Ad Vitia Oris.

SIquis vlcerationem oris patitur intrinsecam, tolle oculum lucidum i. lycium, & cum aqua rosea distempera, & in ore tenere facias, & sanabitur. Si ex rheumate tn̄ fuerit, abrotanum tritū & cum melle mistum in ore clauso teneatur, & phlegma fluere sinatur. Singulare auxilium hoc est, & ad dolorem dentium valet. ℭ *Ad Fœtorem oris.* Folia frāgi* manduca pulegium & serpyllum simul: & quando perrexeris dormitum, aceto bono laua. Si anhelitus olet, quando perrexeris dormitum aceti boni cyathum i per partes bibe. ℭ *Vnguentum ad Vitium oris, vel Vulnus.* Ius D de chelidonio pleno ouo, mel pleno ouo piperis grana 51, coque ad medietatem, & vtaris. ℭ *Ad Linguæ vulnus.* Arundinem in melle missam & coctam pone: mirifice sanat.

* Al. fagi.

De Dentium Vitijs.

NAsturtij succus auribus infusus dentium dolorem mitigat. Sotira & Eucharistum potata dolorem dentium sedant & placant. Item tithymalli radicem coque in vino ad medietatē, & bis per mensem os lauetur, & dētes nunquam dolebunt. *Item ad idem.* Rec. radicem vrticarū, & coque in aceto: acetum tene in ore, de radicibus vero emplastrum facias super maxillas dolentes. *Ad idem.* Tolle membranum, radicem thapsiæ, & coque in aceto, & ablue dentes, prius tamē scarificatos, vt sanguis inde exeat: hoc etiam commotos dentes confirmat. Item rasura corticum oui* tene deforis, & cum aceto forti decoque, & tepidum in ore tene. *Ad idem.* Chamædryos cum aceto forti tene, & longe in ore tene: statim dolor deficiet. Item hederæ radicem in vino coque, & in ore tene radicem & vinum, multum prodest. Item quinquefolium cum radicibus in aceto aut vino coctum ieiunus in ore tene. Item vinum cum pipere miscebis, & parū bullies ad focum, & tepidū in ore tenebis. Item succus allij cum pipere triti, in aure alterius partis missus prodest. Vel sal combustum super dentem positum perfecte idem operatur. Item puluis olibani cum staphide agria tritus prodest dentibus, & linguam expeditam reddit. Item Rec. 55 grana piperis, & tere

* Al. orni.

fortiter, cum forti vino bullias: & teneas in ore, & reijcias, & iterũ bis vel ter, aut amplius sumas, E donec dolor cesset. Cortex pyrethri bene tritus, & super dentes positus prodest: puluis eius idẽ operatur. Hoc idem facit vena incisa, quæ retro est in media aure, vel alia ligata inter pollicem & indicem contrariç partis. ℂ *Ad Maxillas tumidas, & ad Dolorem dentium.* Bulli tithymalum in aqua & cola: herbam fascia leuando, & ponendo in gingiua. ℂ *Ad Dentes confirmandos.* Corticem pyrẽ*thri incende: & bolum armenicum, & mastichen, misce: & facto puluere vnge gingiuas. Idem faciunt piper, ℨ, calx cum melle prius mista & postea assata, & galla, & mastiche, & balaustia: omnia çqualiter pulueriza, & vnge gingiuas. ℂ *Ad Vuulam destillantem, & Fauces tumentes.* Succo absinthij sufficienti laua. Item sinapi in aceto gargarizatum cum melle multum iuuat.

*Al.piri.

Contra Vitia Faciei.

AD *Impetiginosam faciẽ & rubram.* Rec. succũ carduncelli albi, & morgellinæ, tantundẽ de olibano, & melle, & absinthio, & cerusa: & his cõmistis vnge: & laua faciẽ cũ mica panis in aqua infusa: deinde teneras cymas rubi cũ melle Luna decrescẽte, cõfice: postea inũge cerusam nouies ablutã: deinde cõmisce oleũ, & psimythiũ i. cerusam, & olibanum. ℂ *Ad Lentigines.* Rec. ouũ, & pone in aceto, donec testa maceret: & accipe sinapi, & pulueriza, & cum ouo cõfice: & vnge faciem eunti dormitum: postea laua cũ farina hordei. *Ad idem.* Succus bryoniç, & cucumeris agre F stis, añ ℥ i. gũmi hederæ ℥ ß, accipe: & faciem laua superiori modo: & si intumuerit facies, cũ succo strychni i. solani & albumine oui laua. ℂ *Item ad Impetiginem.* Rec. radicẽ plãtaginis, & sal, & acetũ fortissimũ, tere fortiter, & de illo aceto distẽpera, & laua. Item radix minoris lapathij in aceto cocta, & super impetiginem fricata liberat. Itẽ hieralogodion, & hiera Rufi, facit in initio impetiginẽ habentibus, & varijs alphis. ℂ *Vnguentum ad Impetiginem.* Lacertã viuã, & vitem albam pone in oleo, & coque ad tertiam: & colato oleo, adhibeatur cera purissima. probatum est. *Ad idem.* Rec. olei libram i, olibani, cozũbri, peguls, sulfuris, saponis, lycij, auripigmenti, cerç, añ libram mediam.

De Morpheæ curatione.

ℂ *Trochisci ad Morpheam albam vel nigram.* Rec. ellebori albi, piperis longi, careos i. carui, halcyonij i. spumæ maris, sulfuris viui, calami aromatici, andrachnes i. portulacæ, sandaracæ: omnia çquali pondere tere, & fac trochiscos cum aceto, & vtere. ℂ *Ad Maculas albas vel nigras.* Oua trita, & cretam, lithargyrum, & cerusam, ex æquo cum aceto & oleo rosato confice: & loca prius cum linteo perfricata vsq; ad ruborem perunge. probatum est. ℂ *Ad Maculas rubras.* Cũ melle, & absinthio inunge faciem. Item aloe trita cum melle inuncta faciem iuuat.

Ad Rugas de Facie tollendas, & Omnem Aegritudinem depellendam. G

Cucumeris agrestis radices siccas tere, & secerne, & misce cũ aqua: & faciẽ laua: hinc alia aqua frigida laua faciem: quod si per triduũ feceris, mirũ effectum videbis. ℂ *Vnguentum ad Morpheam.* Recipe staphidos agriæ, sulfuris, lithargyri: fac puluerem, & vade ad balneum & laua te: & postquam lotus fueris, laua te cum aceto, & vnge supradicto vnguẽto: & post triduum iterum laua te. ℂ *Aliud ad Morpheam albam, & nigram, & Serpiginem.* Rec. succi mali terranei i. cyclaminis vel panis porcini, succi hyari, succi draconteæ, viticellæ succi, saponis, sanguinis draconis, & aliquantulum capitelli: frica fortiter sicut vnguento, & vnge vbi opus fuerit. ℂ *Ad Scrofulas.* Rec. radicis raphani agrestis rotulas ix, & tantum de eadem radice, vt tantũ succi possit exprimi, quod sit ad mensurã trium digitorum in ampulla vitrea: & da vt bibat in die Martis Luna crescente, & in die Iouis Luna deficiente: & scrofas super scrofulas pone. ℂ *Vt tota Facies sit candida.* De sanguine tauri faciem linias: maculas de facie tollit, & lympidam reddit. *Item ad idem.* Aphronitrum, lithargirum, picem rufam, olibanũ, cimoliam, raphanum: cũ aqua pluuiali confice, & faciem linias. ℂ *Vt totum Corpus hilaris fiat coloris.* Vini veteris fæcem cum oleo tere, & totum corpus perunge. ℂ *Ad Faciem clarificandam.* Rec. crystalli, amẽti dulcis & salsi, dentalis & antalis, coralli albi & rubri, vmbilici marini, nitri, salis gemmæ, sarcocollæ, añ ℥: cerusam circa omnia supradicta contere: vbi ergo cutem H laueris, distempera paululum de prædicto puluere in manu tua, & inde tange cutem. *Item ad idem.* Olibani, †ceræ virginis, cornu ceruini, lithargyri, cerusæ, ana ʒ iij, terebinthinæ ℈ iij, confice & vtere. ℂ *Vt Facies albescat & mollescat.* Cerusam, & ceram albam teras valde cum roseo, & vnge. Theodoricon emperiston male coloratis, Anacardinum pallidis valde facit.

†Al.olei.

De Passionibus Gulæ.

POtio *ad Scrophulas.* Rec. ellebori nigri, mali terranei, herbe mauræ i. trifolij, matrissyluæ, caudæ lupinæ: has bene ablutas fortiter pinsito, & ad tertiam decoque: & patienti de tertio in tertium diem dabis. *Item ad idem.* Rec. radicem spathulç, & radicem herbç maurç, & testiculos agni, & nouies ablue & tere: & in vase pleno aquæ ad cœlum liberum suspende nocte vna: & singulis diebus bibe. Et frondes tritas herbæ mauræ in patientibus locis fascia, & dimittatur tota nocte.

Item ad idem. Rec. stercus porcinum, & fac puluerem ex eo, & laua prius vlcus de fortissimo aceto vel vino: & postea imple de puluere illo, donec sanetur. expertum est. *Ad idem.* Fabæ lupinæ radices vino nouies lauentur, & aqua in diuersa proijciatur loca: quarum radicum vna pars teratur mediocriter: alia pars dimittatur integra: & ix grana piperis integra, & cinnamomi integri ℈ ij, & mellis ℥ ii imponatur in olla cum vini cyathis ix: quæ omnia bulliant ad tertiam: & sic tribus diebus.

A diebus detur infirmo ad bibendum Luna deficiente. *Ad idem.* Recipe brusci radices, asparagi radices, radices fœniculi, radices violæ, cymas oliuę, cortices fagi, paululum radicum acori, cortices vlmi, flores stœchados, rosę agrestis, vel rosæ caninæ: quæ omnia lauentur nouies in aqua: & concoquantur in vino vsq; ad tertiam: & postea misceatur paululum mellis, & piperis, & ita bibat. Item vitis albæ radicem tritam cum axungia superpone frequenter. *Ad idem.* Succus capparis, & succus fumiterræ misti & bibiti valde prosunt.

Ad Glandulas.

Obuli cataplasma impone, & glandulas deficere certum est. Item folia persici cum sale tere, & superpone. mirifice prosunt. Sed si fuerint duræ ipsæ glandulæ, fimum caprinum tere cum aceto, & in panno inuolue, & superpone. ℭ *Item ad Scrofulas.* Tolle lacertam viuam, & mitte in olla rudi, olei libram vnam, & ibi se decoquant: penitus aquam non tãgat: postea vnge mane & sero, vel decies in die. *Item potio ad idem.* Enulæ radices, gladioli, asphodeli, folia lauri: omnia coque in vini fortis phyalis nouem, quousq; ad tertiam redeat: dabis Luna deficiente.

Contra Vitia Palati, & Gutturis.

B DIamoron de rubis, *quod facit ad Omnes causas palati, & gutturis: Vuulam subleuat cadentem, & humorosam desiccat.* Rec. succi mororum rubi libras duas, mellis libram vnam, sapæ libram vnam: quod conficiũ sic: Succum cũ melle & sapa in vase æneo stagnato ad leues prunas decoque, & ad pfectam decoctionem feruefacere desine: quando vero coctũ fuerit scies, quia posita de eo gutta super marmore, si se retinuerit vt mel, bene coctum est: tunc in vase stagnato reconde, & vsui reserua: quando opus fuerit, ex eo palatum & vuulam vnge, aut ad gargarizandum dabis. ℭ *Aliud ad idem, & ad Vulnera Faucium alba vel nigra.* Rec. balaustij, succi corticis granati sicci, amborũ, añ ℥ iiij, aluminis scissi, mastiches, añ ℥ i: tere, & in puluerem redige, & cum decoctione croci collige: & quando opus fuerit, locis dolentibus inunge.

Ad Vocem clarificandam Electuarium.

Recipe cymini assi ℥ ij, seminis sinapis, piperis, añ ʒ xv, calaminthes, pyrethri, cinamomi, añ ℥ i, mellis quod sufficit.

Ad Tussim veterem & nouam.

Sotira magna cum vino detur eunti dormitum. Simili modo Eucharistum datur cum sotira mistum tussientibus. Vtile ẽt est, diabutyrum pectori & tussientibus. Idem facit diacalaminthes. ℭ *Item ad Raucedinem.* Apij semen, cymini syriaci, seminis fœniculi, seminis anethi, seminis pulegij, añ cochleare i: in puluerem redige: & cum fœnigræci succo da ad bibendum per triduũ. res est nimis salubris. ℭ *Pilulæ ad Tussim probatæ.* Rec. styracis ʒ i, opij, galbani, sulfuris viui, terebinthinę, añ ʒ ij, piperis nigri ʒ xv: tempera cum succo apij, & da eunti dormitum aut iii aut v.

C

De Præcordiorum Passionibus.

QVibus color rubeus apparet in facie: & aliqñ post hoc in pallorẽ cõuertitur: & tunc vadit dolor inter scapulas, vel tibias, & tussit: & quod proiicit ab ore, saporem salis habet: & memoriam non habet: & vñr esse aspera, quę videt: hunc de vita, quia moriturus est. Sin minus, ita curabis: diaprasu vtile est, diaireos vitiis pectoris, sic diacalaminthes, aut clymax i. aristo. vel vitis alba, & diaolibanu catarrho, & tussi. ℭ *Electuarium expertum ad Vitium Pulmonis, & ad omne Rheuma descendens a capite ad thoracem, et qui Sanguinem expuunt, & ad Raucedinem vocis, & qui male Ructant ab ardore stomachi, & Synanchen quæ in faucem rumpit, & Stranguriam quæ ex phlegmate fit curat.* Recipe spicæ nardi, anisi, cinnamomi, tragaganthæ, gomphitæ i. styracis, hyssopi, petroselini, piperis albi, gariophyllorum, seminis fœniculi, dactyli, carui, rhu põtici, añ ℥ i, mellis quod sufficit: da mane & sero. ℭ *Item Aliud probatum ad Vitium Pulmonis, & Omnem tussim.* Rec. raphani, pyretri, enulæ, elenii, iridis illyricę, piperis, añ ℥ i: dabis mane & sero. ℭ *Electuarium dianthu, quod optime facit cõtra Cardiacos, Phthisicos Hepaticos: conforat illos, qui sunt Debiles natura, & ex Longa infirmitate curat.* Absinthii florum libras duas, & frondis eius libram vnam, sandali rubri & albi añ libram vnã, gariophyllorum, spicæ, galangę, ana ℥ ß, piperis longi, ʒʒ, mastiches, ana ʒ ii, liquiritiæ libram vnam, succi eius ℥ i, sachari libram vnam, rosæ ℥ iiii, mel quod sufficit. ℭ *Diapenidion magnum, quod facit Asthmaticis, Arthriticis, Sicce tussientibus: Vocem perditam ex calore perfecte reparat: Phthisicis, Peripneumonicis, & Pleuriticis subuenit.* Recipe penidiarum ʒ c, pinearum, amygdalarum purgatarum, seminis papaueris albi, oium trium ʒ xxx, cinnamomi, gariophyllorum, zingiberis, succi liquiritiæ, tragagan. gummi ara. amyli, seminis citruli, melonis, cucumeris, cucurbitarum purgatarum, añ ℥ xi, camphoræ ℈ iiii, syrupi violati quod sufficit. Conficitur sic. penidiæ cum syrupo, lento igne aliquantulum bulliant, & inde puluis terendorum temperetur: detur mane & sero cum tepida. ℭ *Diapenidion minus, faciens ad Vulnera, quæ intrinsecus sunt maturanda: omnes Putredines expurgat, & constipata pectora mollit.* Recipe zingiberis, tragaganthæ, pinearũ purgatarum, amygdalarum, anisi, seminis citruli, melonis, cucurbitæ, papaueris, omnium nouem, añ ʒ xii, spicæ, croci, añ ʒ vi, mellis ros. quod sufficit: detur mane & sero cum tepida. ℭ *Epithema ad Tumorem vel dolorem vel inflammationem Hepatis.* Recipe rosarum, trium sandalorum, farinæ hordei, æquale põdus: tempera cum succo solani, & cũ aqua frigida. ℭ *Tryphera magna, quæ facit ad Dolorem Stomachi ex frigiditate, sic vt quãdo accepta fuerit, sta*

D

rium patientem ad sudorem prouocet: Phreneticis, & Mulieribus quæ ex melancholia de matrice insomnia patiuntur, F *suauiter somnum præstat: Rheumaticis, & qui faciunt ventrem cum sanguine, vtilissima est: Ascaridas & Lumbricos educit: & Menstrua prouocat cum mulsa data.* Recipe opij ℥ ij, cinnamomi, gariophyllorum, galangæ, spicæ, zedoariæ, zingiberis, costi, styracis, calami aromatici, cyperi, iridis, peucedani, acori, mandragoræ, celticæ, rosæ, piperis, anisi, apii, petroselini, fœniculi, macedonici, dauci, hyoscyami, ocymi seminis, oium xxv ana ℥ i, mellis quod sufficit. ℭ *Ad Infusionem.* Rec. squamam ferri, & tere, & misce cum melle, & cum succo menthæ sanicenæ idest herbæ sanctæ mariæ, & succo abrotani, & pastillato, mitte in testa posita super caucam terræ: & sic coque, donec siccetur multum, & reserua: quando opus est accipe cochlearium vnum puluerizatum vsq; ad dies nouem, & bibe post acceptionem: vel misce in vase vini puluerem, & quassatũ bibat. similiter probatum est. ℭ *Triasandali expertum ad Dolorem Hepatis ex calore, Ictericorum colorem emendat potenter, & oẽm Calorem intraneorum visitatum extirpat, & Sitim intolerabilem temperat.* Rec. diagridij in cytoniis cocti ʒ xxvij, zaccaræ, spodij, rosarum babylonicarum, añ ʒ ix, sandali albi rubri & citrini, succi liquiritiæ, seminum portulacæ, omnium, añ ʒ iiii, rhu barbari, croci orientalis, amborum añ ʒ iii, camphoræ ʒ i & ℈ i, sirupi Galeni quod sufficit: dosis eius ʒ iii cum tepida. ℭ *Ad Ictericos.* Accipe virgam, quæ fit de ære, & intinctam in forti aceto pone in oculis. Itidẽ facies de succo pomorum granatorum amarorum, F *Ad idem.* Rosmarinus coquatur in vino optimo, & decoctione eius infrigidata, nocte & die vtatur. ℭ *Electuarium diaprasiu, siue sancti Petri, quod valet ad Causas pectoris, & ad Febres ex his natas, & ad Tussim maxime prodest.* Recipe hyssopi, serpylli, fœnigræci, anisi, añ ʒ ij, iridis illyricæ ʒ iiii, origani, pulegij, calaminthes, scyllæ, prasii syluestris, & domestici, añ ʒ iii: herbæ virides concoquantur in quindecim sextariis aquæ vt ad tertiam redeant: pinsantur, & exprimantur fortiter: ius aquæ decoctionis misceatur cũ melle ℥ v: lente super carbones bulliant, donec aqua consumat: deinde mitte pinearum, dactylorum, caricarum pinguium mundatarũ & pinsitarum, ana ℥ iii, tragaganthæ: postremo his optime expressis, addant pulueris liquiritiæ ℥ iii, galliæ muscatæ ℥ i, gariophyllorũ, galangæ, zedoariæ, spicæ, cinnamomi, rhu pontici, añ ʒ iii: confice, & vsui reserua. Sotira asthmaticis auxiliatur. Theodoricon anacardinum ictericis medetur: hiera fortissima idem facit. ℭ *Pilulæ probatæ ad Tussim.* Rec. myrrhæ, croci, castorii, styracis, galbani, piperis, opii, añ ℥ i, olei laurini ℥ xv, costi, casiæfistulæ, añ ℥ ß. *Aliæ ad idem.* Rec. myrrhæ, castorii, galbani, tragaganthæ, opii, styracis, añ ℥ ß, croci ℈ iii. ℭ *Ad Vocem meliorandam.* Accipe lardum recentem de porco multum crasso, cum aqua tepida depilato, & tantundem enulæ, facq; in olla bullire per totum diem: & carne consumpta fac iterum bene excoqui ius eius: quo excocto vtatur quilibet sicut voluerit. probatũ est. G

ℭ *Antidotum ad Splenem.* Recipe costi, spicæ celticę, pulegii, rhu pontici, aristolochiæ longæ, casiæ fistulæ, squinanthi, ana ʒ iii: dabis ʒ ii. Item accipe verbenam, & chelidonium, fac tortellos, & comede. *Item ad Splenem res probata.* Cortices fraxini excoque in vino, & bibat quotidie donec sanetur. Si vis probare, da porcello per triduum vt bibat, & in quarto occide ipsum, & non inuenies splenem. Item radix ebuli cum syluestri rapa decocta & superposita splenis duritiẽ valde remollit. *Item ad idem.* Tamarisci in vino decocti, & xl diebus continuis bibendo eius decoctum, mirifice prodest: Scypho etiam de eo facto, si cum eo assidue potetur, splenis duritia dissoluitur. Item potio Esdræ cum diagridio mirifice prodest. Item acetum scylliticum splenem cito extenuat: conficitur autem sic: Scillam sume, & eius durissima & tenerrima remoue, & mediũ per aliquot dies dimitte vt cõsenescat: & postea libram vnam & vncias sex sume, & in aceti lib. xii pone ad Solem per viginti dies: quibus expletis per sacculum diu exfrica: & proiecta scylla in vase vitreo conde & vtere. Facit etiam hydropicis & stomachicis.

*Al. capitis.

*Al. asthmaticis.

Contra Vitia Stomachi.

AD *Stomachi Dolorem & Rugitum.* Siler & cyminũ coque in vino falerno, & pone super stomachum. ℭ *Item ad Ventositatem & Dolorem non solum stomachi, sed etiam Ventris & Ilium ex frigiditate nata. expertum est.* H Recipe baccarum lauri partes duas, et tantundem rutę, & cymini partem vnã, & his tritis commisceantur: & mistis apponatur de melle quantum sufficit, & supponatur in frixorio super ignem, donec fiat calidum satis: & dolenti loco superponatur. Dia trion pipercon stomachis cibos non digerentibus, & postremo ad oẽm imbecillitatem stomachi valet. Idẽ facit diapepereon. *Ad idem.* Zingiber conditum, quod Recipit radices eringii bene mũdatas & purgatas atq; lauatas libras quinque: deinde immutata aqua bene coquantur: postea de aqua colãdo siccentur: sic puluerem illis libræ vnius zingiberis in aqua rosata per noctem vel amplius mollificati cum melle sufficienti bene despumato commisceas: ita tamen ꝙ radices ipsæ in prædicto melle prius bene bulliãt: & tunc demum omnibus bene iunctis aliquantulum, vel vsq; ad mellis spissitudinem coque: & sic repone. *Item ad idem, Confectio marmoridarum, id est penidiarum habentium duritiem marmoris.* Rec. saccari libras duas, solue cum frigida: quibus commisce pulueris cinnami, zingiberis, añ ʒ iiii, gariophyllorum, galangæ, spicæ, añ ʒ ii: pone super ignem, & tandiu coqui dimitte semper agitando, vsq; dum aqua consumpta fuerit, sed spathula nunquam recedat: deinde tres guttas olei super mundũ marmor mitte, quod sit in modum tabellę, & incide, & vtere. Sed si vis laxatiuũ facere, mitte ibi ℥ ii diagridii. ℭ *Ad Vomitum superius, & inferius.* Rec. thapsiæ lib. ß, cataputię lib. ß,

A agarici ℥ iii, atriplicis, rapę radicis, añ ℥ ii, croci ʒ iii, mellis quod sufficit. *Aliud.* Recipe thapsiæ ʒ ix, cinnamomi ʒ ii ß, mellis quod sufficit. ℭ *Vomitus suauissimus, & sine angustia purgans choleri Vitam.* Rec. thapsiæ libram mediam, castaneolæ, condisi, cinnami crassi, lathyridum mundatarum, croci hortulani, añ ℥ iii, mel quod sufficit: dabis in modum nucis cum calida. *Alius vomitus.* Recipe thapsiæ libras duas, croci libram vnam, condisi ℥ iii, cinnami ℥ iii, mel quod sufficit: datur vt supra. *Vomitus sine periculo.* Rec. succi cyclaminis, atriplicis seminis, spermatis geneſtellę, añ ℥ iii, cinnami ℥ ß, mellis quod sufficit. *Item alius, qui sic fit.* Rec. mellis cyathum i, aquæ cyathos duos, aceti cyathos tres: coque ad medietatem: deinde rafanum ibi intingas, & mãduca: & bibe de ipso oxymelite. ℭ *Ad Vomitum.* Mitte in vase fictili libram vnam aceti, & tantundem aquæ, & tãdiu bulliat donec aqua consumetur. ℭ *Ad Vomitum & Dolorem, & concussionem Stomachi cum ventris dolore.* Recipe sumac, mastiches, carpobalsami, añ ʒ ii, seminis bauciæ, carui, cardamomi, añ ʒ ii, spicæ† ʒ i: trita in vino mitte cum ʒ ß de croco: post addes corticum citri viridis, aut menthæ vnciam vnam, & succum menthæ, & succum turionis vitis: confice, durat per annum. ℭ *Ad Vomitum stringendum.* Nymphæam bibe cum vino distemperatam per tres dies. *Ad idem.* Nepitam coquas in lacte caprino: prodest si bibas per triduum. Item tolle olibanum, & succum menthæ, & parum aceB ti, & simul confice: & facto emplastro pone in furcula gulę, & super stomachum. ℭ *Ad Vomitum nimium, & Ventris solutionem.* Recipe ciminum, & fac bullire in aceto, & da patienti ad bibendum & manducandum. ℭ *Electuarium ad Vomitum prouocandum.* Rec. ellebori albi lib. ß: tritum sicca, cribella: fac tegulam calidam, & desuper pone puluerem modica hora: deinde mitte tres phialas mellis despumati in olla, & ipse puluis insimul bulliat in ipso melle, & repone: quãdoq; opus fuerit, da cochleare vnum: & facit vehementer vomere sine angustia. ℭ *Ad Venam ruptam interius restringendam.* Bibat parum nasturtij seminis, aut adrianum balsamatum cum mulsa calida, aut athanasiam cum succo plantaginis, aut trypheram magnam cum mulsa, quæ ẽt vomitum & dysenteriam cum calida mire curat. Similiter oleum muscellinum vomitum stringit, & angustiam tollit.

Ad idem. Boli armeni partem vnam, gummi saracenici partẽ alteram, & tragaganthæ tertiam: hæc oĩa tempabis cũ vino veteri: fac pilulas, & exinde dabis iii. *Ad idem.* Lac caprinũ coque simul cum tragagantho: & vtere vno die in modum lactis.

†Al. drach. ii.

*Al. electuarij.

De Stringendo Sanguine.

AD *Stringendum omnem sanguinem.* Folia enulæ tere & impone. Hoc ẽt cum sale & vrtica imposita fistulam stringit. *Aliud.* Corticem medium caprifici rasum impone. probatum est. Item C cæpam finde, & impone. satis probatum est. ℭ *Ad Hæmoptoicos.* Sanguinẽ draconis, aloen, symphytum, alumen, ex æquo trita dabis cum aqua frigida, vel cum succo arnoglossi. ℭ *Electuarium ad Stomachum, quod asthmaticis peculiariter prodest.* Recipe galangæ, gariophyllorum, piperis, zingiberis, costi, añ ʒ ii, spicæ, mastiches, añ ʒ iiii, xylobalsami ʒ iiii, gõphitæ, myrrhæ, añ ʒ ß, cinnamomi ℥ i, liquiritiæ ℥ ii, rosarum ℥ ii ß, croci ʒ ii ß, mellis quod sufficit. ℭ *Item ad eos, qui Sanguinem fundunt ex ruptura venæ.* Recipe symphytum, & bolum, añ ʒ ii: fac puluerem, & bibe cum aqua pluuiali per triduum in mane.

De Singultu.

AD *Singultum tollendum.* Mitte manus & pedes in aqua calida: & postea apprehende spongiam, & intinge in aceto, & superpone stomacho. Item tere rutam viridem, & cyminum in oleo frigido, & in stomacho fascia. Item aquam pluuialem & zingiber bibant, & cyminum manducent. Item in aqua calida sedeant, & aquam decoctionis zingiberis, & galangæ bibant. *Ad idẽ.* Sotira cum mulsa bibita mirifice prodest. Item accipe castorium, & tere, & fac puluerem: & da patienti ad comedendum. ℭ *Oleum ad Debilitatem Stomachi, ad Ventositatem: facit etiam Debilitati hepatis.* Recipe olei rosati ℥ i, mastiches ℥ iij vel ℥ i, ceræ albæ ℥ ij: hoc in æstate fiat. Si autem fuerit hyems, D adde laurini ℥ ij, costi ʒ i: hæc omnia concoquantur lento igne in testa: & bene liquefacto tepide, totus stomachus vngatur, & tegatur stuppa.

De Signis Hepaticorum, & Splenticorum vitæ & mortis.

QVi tussit nimiũ, & i latere dextro nequiuerit quiescere, et quod proiicit ex ore dulce est, hoc accidit ex iecore: et si nullã memoriã hẽt, & frequẽter nares eius sanguinent, & pes eius dexter tumuerit, et nihil sumere desiderauerit ꝑter aquã, post vesperã et circa vesperã pigritiã vel lassitudinẽ passus fuerit, qui ista signa habuerit, morieť. Quicũq; vero apostema patitur, & ista signa non habuerit, hunc debes curare ita cum antidoto apii, quod ita cõficiť: Succum apii cyathos duos coque in similitudinẽ mellis: tunc cũ pauco vino, & butyro, & terebinthina, añ ℥ i, pyrethri ℥ ß, cõmisce, & lẽto igne decoque: & da mane & sero in modum auellanæ. Super latus autem illud pone emplastrum oxyracroceũ: & da sibi hieram Gal. & picram eiusdem. Herbam artemisiam tritã cum vino, & cum ferro candente calefaciam, quotidie bibat, & sanabitur. Sed & alia superius experimenta & potiones scriptas, si hæc non plene profuerint, vt cures dabis.

De Splenitica Passione.

QVi in illa iugiter die noctuq; tristis apparet, et dolorẽ in sinistro latere patitur semper, & in eodẽ loco vbi dolet tumescit, & pedes & tibię eius tumescũt, & dormire neqt, & nihil delectat

ctat edere, & vrina sua croco similis fit, & fastidium habet, moriturus est: si aūt hæc signa non ha- E
buerit, suprascriptis medicinis curetur. ℭ *Ad Splenem probatum.* Recipe splenem erinacei terreni recentem vel siccum, tere, cum vino albo infirmo acum in manu sinistra tenenti in die Iouis Luna deficiente dato.

De Passionibus Ventris.

QVi in illa die multū nauseat: & siquid māducat aut bibit, illi non proficit: & pedes eius sem per calorē generant: et dolorē patitur, sicut de passione nescia: ista signa mortalia sunt. Sin minus, ita curetur. Eucharistū ei dabis. *Item Cataplasma tale fac.* Incende fustē caprifici, & fac cinerem, & tempera cum pice liquida, & pone calidum vbi dolor sentitur. Item portulacas siccas tere, & cum calido oleo desuper pone.

*Al. vesicę.

Medicinæ ad Laxandum.

Pilulæ ad Laxandum multum. Rec. aloes, scammoniæ, cocci cnidij, lathyridum, æquale pondus, mastiches quantum medietas scammoniæ: confice cum lacte tithymalli: dabis tres in modum ciceris, & postea dabis mulsam calidā, & ieiunet vsq; ad horā nonam. ℭ *Pannus ad Ventris Solutionē.* Succum ellebori viridis exprime, & ex eo totum vmbilicum perunge: & pannum de oleo linitum superpone. Et si de viridi elleboro habere non poteris, siccū in puluerem redigas, ipsumq; F cū succo polypodij, & †mercurialis, & cucumeris agrestis tēperes, & vt supra dictū est vmbilicum perungas: & si vis vt vomat, stomacho superponas doctrina prædicta. *Item ad Ventris solutionem.* Lac anabulæ in carica fac fluere, & ignorante patiente ad comedendū dato: vel cum prædicto lacte farinā tempera, & inde facias fritulas in frixorio cum adipe porcino frixas, ad comedendum dato. *Item ad idem.* Rec. cocci cnidij, euphorbii, croci oriētalis, æquale pōdus, mellis quod sufficit, purgat p superius & inferius. ℭ *Electuarium bonum ad laxandum.* Rec. esulę ℥ iii, gariophyllorū, epitymi, ana ʒ i, baccaræ helaterii, polypodii, mastiches, piperis, ana ℥ ii, mellis quod sufficit. *Item ad soluendum ventrem.* Fel taurinum inuolutum lana ad vmbilicū positum ventrē soluit, & infantibus lūbricos necat. *Ad idem Catapotia Galeni.* Rec. diagridii ʒ iii, colocynthidis, aloes, ana ʒ iiii, myrrhę ʒ ii, mastiches ʒ i: fac pilulas in modum ciceris. *Ad Ventrem laxandum.* Accipe sauinam, & mitte in cacabo, & bulliat fortiter: & postea extrahe, & pinse fortiter cū pinguedine porci: & iterum pone in caldario, & bulliat, & cola, & fac vnguentum, & vnge vmbilicū. *Ad idem.* Fel lupi pone ad vmbilicū. ℭ *Aliud Vnguentum mirabile adeo Secessum prouocans, vt stercora constipatissima in momento prouocet.* Fel taurinū, aloen, sal gēmam, & oleū cōmisce, & orificium ad ignem fortiter vnge. probatū est. ℭ *Clyster.* Rec. aloes lib. i, scāmoniæ ℥ iii, succi ebuli, succi betæ atque maluæ pa G lustris, & mercurialis semē, & oleū, & furfur coctū in aqua salsa: & sic super puluerē succi mittant, & tepefactū iniice. ℭ *Clyster ad Renum dolorem.* Rec. ellebori nigri ℥ i, radicis cucumeris agrestis ℥ iiii, caricas numero ix, aquæ alexandrinæ ℥ i, cucurbitæ mundæ ℥ ii, coque ad tertiam, & iniice. ℭ *Ad dolorem Ventris.* Stercoris porcini, baccarū lauri, seminis fœniculi, apii, ana ℥ i, rutę fasciculū vnum, mastiches ℥ ii: fac puluerem: bulliat cum olei libris duabus, & cum lana infunde, & in ven tre ligabis. ℭ *Ad Puncturam sub vbere.* Mitte mel in sartagine, & fac tepidū, & extende super stuppam, & desuper asperge puluerē cymini, & impone loco dolēti. probatū est. ℭ *Clyster quod facit ad Nimiam solutionem ventris.* Rec. cymas lentisci, cymas myrtæ, nepitæ, radices rubi, & cymas eius, coque omnia in vino, & iniice. ℭ *Antidotum ad Ventrē stringēdum de quacunq; distēperantia: valet Iliacis, Dysentericis, & ad Omnem solutionē.* Rec. myrrhę, opii, acatiæ, prunellæ, styracis, ana ʒ i, olibani, mastiches ana ʒ ii, stœchādos ℥ ß: confice cum succo cymarum rubi, aut arnoglossi: fac catapotia: dabis quinque aut septem, & est mirabilis effectus. ℭ *Pilulæ ad Omnem solutionem ventris.* Rec. balausti. corticum mali granati, gallæ, acatiæ, tartari, sumach, croci oriētalis, gallię, myrtillæ, æquale pondus, opii quantum pensat medietas vnius: & trita tempera cum succo myrtæ & lentisci, & fac pilulas in modum ciceris: & da v vel vii eunti dormitum. ℭ *Ad Nauseam vel Fluxum stringendum.* Pul H uerem mastiches tempera cum albumine oui, & fac velut emplastrum in purpureo panno, & stomacho imponas, & prodest. ℭ *Item ad Vomitum stringendum, & Tensionem stomachi, & defectionem.* Baccarum lauri ʒ iiii, cymini, rorismarini, absinthii, ana ʒ iii, pulegii ʒ ii, mastiches ʒ i, panis vsti ʒ ix: perunge stomachum de melle calido, & superasperge puluerem, & cooperi cum lana, & fascia. ℭ *Ad Lumbricos necandos.* Recipe folia herbæ mauræ, coque in vino, & misce parum mellis, expel let omnes mortuos. Item Rec. absinthii viridis, git, lupini, pulueris fellis taurini, medullæ cerui, anā ℥ i, ceræ † ℥ ß. ℭ *Contra Dysenteriam.* Sotira temperata cū succo sponsæ Solis, vel myrtæ, vtilissima est, vel athanasia cum succo plantaginis, seu solus succus semperuiuæ. *Ad idem.* Accipe cotonea, & munda interius & exterius, & gallas, & cyminum, & coque: coctis autem, accipe decoctionem, & misce cum saccaro & aqua, & bibe de tertia in tertiam diem, & liberaberis à fluxu. *Item ad idem.* Tryphera magna cum tepida potata omnem dysenteriam omnino sanat, & vomitum stringit. ℭ *Ad eos qui Sine voluntate egerunt.* Accipe succum symphyti & hypocystidos, & fœcem olei, & cerā, fac inde magdaleones, & postea mitte in anum. ℭ *Ad Sanguinem reprimendum, si alicui cum sanguine anus exierit foras.* Puluerem aspalathi & gallæ superasperge: si solus ānus exierit, aquam in qua cocti fuerint caules immitte. Item vnge ex aloe cum vino veteri distemperato.

†Al. morgellinæ.

*Al. cicli les. i. gallię alię magaę.

†Al. vnc. v.

*Al. sāguis.

Ad

A ℂ *Ad Dysenteriam, & Lienteriam probatum.* Poma syluestria in aqua coque, & calida super vmbilicum & super renes pone, more emplastri inducta: & illis refrigeratis, alia tepida assidue superponantur: in die vna vel nocte ēt desperatis cito subueniunt. Quod si hoc suppositorium adiungas, citius restringit: quod sic facies: Accipe porrum cum capillis suis de terra abstractum, non lauatum, sed à terra excussum: tere, & exprime succū, remotis prius folijs: & misce succum cum resina super tegulam calidam: & exinde cum lana succida fac suppositorium: & quādo frigidum fuerit, calefacito: & quando siccatum fuerit, renoua ter vel quater. certum est. ℂ *Ad eos quibus Anus exit foras.* Aquam vbi cocti fuerint caules tolle, & ano immitte. Item vnge ex aloe, & cum vino veteri distempera. *Ad idem.* Puluerem aspalathi, & gallæ superasperge. ℂ *Item ad Dysenteriam.* Calefac petram molendini, & frondes porri pinsitas superpone cum aceto forti: & homo in sella perforata sedeat circūquaq; inuolutus, & totum fumum per anum recipiat bis vel ter. ℂ *Item ad pondus.* Vinum coctum, cyminum coctum, cum nitro, & pice de romania fac bullire, & supersedeat. Sic etiam saluia iuuat. Tegula quando calida fuerit, si supersedeat patiens multum iuuat. ℂ *Suffumigium ad Lienteriam.* Spolium serpentis, aut carnē eius siccam suffumiga. ℂ *Pilulæ ad Dysenteriam probatæ.* Recipe opij, styracis, croci orientalis, galliæ, maceris, mastiches, myrtilli, rosæ siccæ, gummi

B de Babylonia, myrrhe, roris syraci, aluminis, gallæ, acaciæ, balaustiæ, æquale pondus: tempera cum aceto, & fac catapotia, & da mane & sero iij.

Contra Vitia Renum, & Ilium.

AD *Dolorem Renum.* Folia lauri pinse fortiter, & coque in vino optimo quousq; coaguletur, & superpone renibus modo emplastri. Adrianum balsamatū vtile est nephriticis, & turbulētam vrinā facientibus, & in vesica lapidem habentibus. Philanthropon ad idem valet. Sic diapepereon, & Euchariston. ℂ *Potio probata ad Ilium dolorem, & ad Frangendum lapidem.* Rec. dactyli mūdati intus & foris, saxifragiæ, radicis capparis, petræ lyncurij, ossis de corde cerui, *petræ de cor de ceruino, gariophyllorum, seminis citri, cucumerum, seminis apij, aluminis de Africa, seminis alexandrini, & petroselini seminis, radicis asparagi, ana ℥ i, mel quod sufficit, bibant in balneo cum vino vel aqua calida in modum auellanæ: vrinam enim mouet, & lapidem frangit. *Ad idem.* Cardui radicem cum oratione dominica collige: & laua nouem vicibus, & pinse fortiter: & mitte nouies nouena grana piperis: colabis, & succum ad bibendum dabis. probatum est. ℂ *Emplastrum ad idem.* Rec. lādani, adipis vrsini, olibani, saxifragiæ, petræ lyncurii, myrrhæ siccæ, *opopanacis, ana ℥ i, ceræ ℥ iiii, olei quod sufficit ℂ *Sorbitium ad idem.* Rec. gālangæ ℥ i, zedoariç, saxifragiç, *

* Al. lyncis.
* Al. sandali
* Al. galliç.

C granorum Solis, seminis apii, anisi, asari, squinanthi, omnium çquale pondus: pone in vi lib. aquç, bulliant ad medietatem, cola, & proiice species, & da vt bibat mediam phialam.

Ad Ilium dolorem, & Frangendos lapides, & Stranguriam, & Dysenteriam.

Diacissu. Recipe seminis hederæ, gummi eius, saxifragiæ, petroselini macedonici, apii, piperis, pyrethri, ana ℥ i, dauci, granorum Solis, cardamomi, myrrhæ, asparagi, agarici, cinnami, seminis citri, *spermatis cērui, an̄ ℥ i, sanguinis hirci de mense Augusti, galangæ, diagridii, an ℥ ii, aloes ℥ iiii, spicæ nardi ℥ ii, mel quod sufficit. ℂ *Sclirōsmon faciens Nephriticis, Dysentericis, Sanguinem vomentibus, ad *Dolorem stomachi, Arthriticis & Ischiadicis.* Rec. cinnamomi, styracis, spicç, zyngiberis, xylobalsami, castorii, costi, pyrethri, smyrnidis id est genus vernicis, terebinthinæ, sagapeni, opopanacis, chalbani, dauci, hyoscyami, piperis, petroselini ana ℥ viii, gariophyllorum, opii, ana ℥ iii, balsami ℥ s, mellis quod sufficit: datur in modum auellanæ cum tepida. ℂ *Item ad Ilium dolorem.* Tolle hederā terraneam, fac bullire vt fomentetur: & tolle grana caudæ vulpinæ, & laua ix aquis, & tere, & da succū patienti: & tolle tres cymas rubi, & tres vrticæ, pinse: & accipe lilii radices siccas, & tere vt puluis inde fiat: & accipe petram quam homo mingit, & fac puluerem, & misce cum puluere lilii: & accipe radicem pastinacç, & laua ix aquis, & cum aqua ipsius pastinacæ tempera oīa supradicta, &

* Al. carui.
* Al. sclirophiloa.

D da patienti. probatum est. ℂ *Fomentum ad Ilium dolorem, & ad Lapides proijciendos, & Vrinā prouocandam.* Furfur calidum infusum in aceto, vel arenam marinam cum sale calido, vel asphodeli frixi in oleo calido: hæc omnia singillatim missa in sacculo, dolenti superponantur loco. Dauitica potio iliacis efficaciter prodest. ℂ *Antidotū ad Lumborum dolorem, & Frāgendos lapides, vt & lubi pinguescat.* Rec. nucleorum mundatorum, amygdalarum, auellanarum, nucum, pisticorū, an̄ ℥ iiii, zingiberis ℥ iii, cinnamomi, aliptç, an̄ ℥ ii, croci orientalis, galangæ, gariophyllorum, an̄ ℥ i, anisi, mastiches, an̄ ℥ ii, mellis quod sufficit. ℂ *Potio probatissima ad Ilium dolorē, ad Petrā rūpendā, & ad eos qui Vrinat cū tormento.* Rec. gariophyllorū ℥ i, cinnamomi ℥ iiii, zingiberis ℥ iii, costi ℥ i, thuris ℥ ii, seminis asparagi ℥ vi, & radicis eius ℥ iii, galangæ ℥ iii, pyrethri ℥ ii, spicæ ℥ viii, croci orientalis ℥ iii, myrrhæ ℥ i, macedonici seminis ℥ iiii, peucedani ℥ ii, saxifragiç ℥ iiii, granorum Solis tantūdem, opii ℥ ii, seminis lapathii ℥ iii, hyoscyami ℥ iii, coriandri ℥ i, celticæ ℥ i, asari ℥ ii, petroselini ℥ ix, meu ℥ x, phu ℥ i, lithospermatis, libystici, ana ℥ iiii, piperis nigri ℥ i, mel quod sufficit. ℂ *Potio ad Petram frangendā probata mirabiliter.* Rec. petroselini macedonici, asparagi seminis, granorum Solis, seminis vrticæ, saxifragiæ, petræ lyncurii, serpylli, seseleos, chamædryos, xylobalsami, sisymbrii, ligni aloes, mānæ, rhu pōtici, an̄ ℥ ii, amomi, seminis anethi, seminis apii, seminis basiliconis, cinnamomi, aliptæ, galangç, gariophyllorū, zingiberis, zedoariæ, gomphitæ, carui, piperis, an̄ ℥ iiii, liquiritiæ, cassiæ fistulç, ma-

†Al'.drac.vj. stiches, spicæ, ana † ʒ ix, anisi ʒ ix, amygdalarũ ʒ xix, seminis citruli, melonis, cucurbitæ, ana ℥ ix: misce cum melle. Item scarabæum nigrum siccum potui dato. mire prodest. ℂ *Ad Lapidem frangendum.* Rec. radices fœniculi, apij, petroselini, macedonici: pinse, & succum cum vino in potu da. E

De Colica.

Ad Colicam. Rec. radicem lapathij, chamedryn, eupatoriũ i. saluiã agrestẽ, plãtaginẽ, trifolium, verbenam, gariophyllatam, violam, fœniculum, apium, hypericon, cyminũ, piper: fac potionem cum vino & melicrato. *Ad idem.* Succi foliorum rhãni ʒ ij, piperis grana vij aut ix, mellis cochlearia ij: da vt bibat in Sole, & miraberis: hoc etiam nephriticis valet. *Ad idem.* Hydrelęon cum mulsa temperata bibitũ, & iniectũ, mire valet, maxime si est obstructio stercoris. Item farinam seminis lini & hordei æquali pondere, cum oleo chamæmelino coque, & calidum impone. *Ad idem.* Cerę ℥ v, ouorum vitelli ℥ vi, farinæ fabæ ℥ iiij, olei chamæmelini, & rosati, ana ℥ ij, succi seminis lini quantum sunt vitelli ouorum, & farinam cum succo seminis lini bene commisce, & sic ceram & oleum adde, & bene infrigidari permitte: & quando opus fuerit circa loca dolentia impone.

Contra Vitia Hæmorrhoidum.

AD *Hæmorrhoidas.* Tolle cymas pulicariæ minoris, & pinse, & mitte in anum tribus vicibus, & postea puluerem de fungo, qui vesica lupina dicitur, superpone. ℂ *Ad Hæmorrhoidas, quæ interius sunt in intestinis, vnde æger facit sanguinem ad sellam die noctuq;.* Omne calidũ comedat & bibat, quia de frigiditate sunt: & vtat balneo calidæ aquæ, in qua sit absinthium, sampsucũ, & pulegiũ, & cæteræ calidæ herbæ: & calefac latã tegulã, & fac eũ sedere super sellam perforatã, & pone tegulam subtus, & asperge interdũ merũ desuper, vt fumus & calor sursum saliat: hoc fac quotidie. Et postea accipe zingiber & galangã, anisum, masti. & cortices mali gra. & gallas, & hypocysti. hæc oĩa coque in libra i vini vsq; ad ʒ iiii, & bibat: hoc quoq; faciat ter, vel quater, vel pluries: & de hac decoctione pone in prędicto fumigio super tegulã. Comedat gallinas, anseres, perdices, agnos nõ multum pingues, arietẽ infra annũ, non pisces, non fructum: oĩa prædicta assata comedat, & qñ assaueris, asperge merum super carnem porcinam guttatim: accipiat oĩa electuaria styptica, & bibat vinum album cum aqua. *Ad idem.* Piper, aloen, saponẽ spatarenticum, puluerem gallæ, vnũ vitellum oui assatum, nepitæ frondes, cymas rutę, stercus hoĩs recẽs incende, & fac puluerẽ: hæc oĩa simul tunde, & fac sicut cerotum, & confice cũ vitello oui, & succo saluię: & appone quousq; saneť. F

ℂ *Emplastrum ad idem.* Sume symphytum, auripigmentum, coria mali granati, ammoniacũ: fac puluerem, & distempera cum castorio, calaminthe, & therebinthina: induc in panno & impone. ℂ *Magdaleo ad idem.* Rec. Gummi hederę, saponem spatarenticum, panem siccum incisum, æquali pondere, fac magdaleonẽ longum v digitorũ, & immitte. *Item ad idem.* Semen tassi subtiliter pulucrizatum, & super pinguissimam caricam seminatũ, si cum eadẽ carica est immissum, vtilissimum est. Oleum etiam fraxini iniectũ mire prodest. *Ad idem.* Atramentũ, alumen, carbonem, corticem arboris nucis, separatim pulueriza: quę cribellata, in melle ad medietatem decoque, & calidũ distẽpera non nimis spissum: postea induc in panno lineo, & loco patiẽti ter vel quater superpone. Itẽ gũmi hederæ coctũ in oleo lini supponať hæmorrhoidibus, & intus mittatur. proculdubio liberabitur. Et puluis radicis tassi combusti idem facit. Et sanguisugæ prosunt positæ. G

ℂ *Vnguentum ad idem probatum.* Saluiã, rutã, olibanũ, cerã, oleum, & lac caprifici: liquefac, & cõmisce, & vtere. *Ad idem.* Aristo. ro. fellis terrę: fac puluerem, & liga in iii frustis panni, & olla plena aceto forti bulliat, & ista iii frusta desuper stent cũ suprascripto puluere: & calidum quantum durare poterit superipsas pone: & leuando vnam, aliam ponas. *Ad idem.* Lappam manducabis. Et castaneæ cortex, & galla coquantur in aqua, & dolentia loca frequenter inde abluãtur, & satis pficit. ℂ *Ad Hæmorrhoidas Intrinsecas, & Extrinsecas.* Rec. ciperi, millefolij, marrubij, mẽtastri, plãtaginis, centũneruię, ęquale pondus, sed minus ponatur de marrubio: hęc oĩa tere, & cum forti vino distẽpera, & bibat ęger octo diebus vel amplius mane & sero. ℂ *Ad Hæmorrhoidas.* Tolle corticẽ virginis nucis, & quercus, & aristolochię rotũdę, & marinã spongiã, & pone in testa noua calida calefacta ad ignem: induc in puluerem, & vnge ipsas hęmorrhoidas de calido melle, & postea superpone puluerẽ istũ. ℂ *Ad Ficus.* Rec. aristolochię rotũdæ, piperis nigri, ęquale pondus, fac puluerem, & sic vtere. Herba calendula trita & superposita multum iuuat. ℂ *Emplastrum ad Ficum, qui apparet.* Mel, stercus pullinum, saponem gallicum, cymas lauri, & baccas cõmisce, & superpone: tertia vero die solue, & inuenies sanum. *Ad idem res probata.* Plantaginis M iij, millefolii, mentastri, añ M iiii: hęc omnia tere, & succũ exprime: cui piperis gra. viii, mastiches grana vii commisce: & ieiunus bibe per triduum, & renoua potionem diebus ix. ℂ *Ad Ficum qui sanguinat.* Quinquefolium in lacte caprino decoque, & bibe per triduum. Item corallos, chelidoniam cum pipere & cerussa tere, & distẽpera: ieiunus calicem vnum bibat plenum. optimum est. *Ad idem.* Radicis rafani rotellas manduca ix ieiunus infusas in melle diebus ix. H

De Harenalis Mictus signis & cura.

SIgna eorum, qui lapidẽ patiuntur in vesica. Natura eorum subtumida est, pruriginẽ patiuntur in ano, & mingere nõ possunt: nascitur hęc causa magis infantibus, q̃ iuuenibus, q minores lapides mingunt. ℂ *Cura.* Petroselini semen, apij semen, betonicæ, saxifragiæ, gingiberis, elemi,

A elemi, radicem feseli, arteriacæ f. confectionis, baccarum lauri, vrticę maioris semen, asari radic. spicæ, roris marini, costi hortulani, radicem cardui, radicem agarici, marrubii albi, anisi, ana ℈ i mellis modicū: teres oīa: dabis quando non febricitat, mane & sero, cum vino. Item gallā anniculatā occide, & in grosserio eius inuenies albos lapides, quos cum vino tere, & da febrienti cum tepida.

De Mingentibus Furfures.

Signa eorum qui furfures mingunt, quia per vrinam in calice natant: signa hæc si videris, scias lapides maiores valde in vesica haberi: natura enim illorum si fuerit manibus fricata, intus redeūt lapilli, & ex confricatione in labiis vesicæ fit scabies, & emittunt per vrinam velut furfures. *Cura.* Dulcia comedant, & lac caprinum mox mulctum bibant: si non febriunt, cancros fluuiales dabis comedendos. ℭ *Antidotum ad hoc.* Rec. cymini, seminis apii, melanthii, seseleos, equo pondere: cū lacte & melle, et cochlearia singula, omnia commisce: dabis in mane ieiuno cochlearium. Item olera manducent, maluas, pastinacas, asparagos, oua sorbilia, succum hordei cum dulcore & pipere comedant quotidie, & vtantur balneis. ℭ *Antidotum ad Vesicæ Præclusionem probatissimum.* Recipe saxifragiæ, spicæ, betonicæ, squināthi, cinnamomi, carpobalsami, costi, absinthii, croci, suc. liquiri. acori, hyperici, rhu pontici, chamæleontis, petroselini, dauci, ireos, opopanacis, ana vnciam vnam: con B fice, & vtere. Item, petroselini, saxifragiæ, apii succum simul bibat, & sanabitur. Item saxifragiæ, asari, gummi, betonicæ, piperis, ana ℥ i, mellis libram vnam, vinum quod sufficit: hoc in balneo bibat. ℭ *Ad Vesicæ Dolorem cura talis est.* In initio oleum rutaceum per clysterem ægro frequenter inicias. Fœminæ vero matrix infundenda erit, & extrinsecus pectinem & inguen ex oleo cyprino calido, & cum lana succida fasciabis. Aliquando miscebis castorium si forte plus calidum fieri oporteat: item clyster ex decoctione fœnigræci aut radicum maluę cum oleo mista & calefacta: & si vesica stricta fuerit, subtili fomento relaxare, & vrinā adducere oportet. ℭ *Ad Frangendum Lapidem.* Succus radicis valet. Vesicæ vero patienti calculum, adrianum si dederis cum decocto radicum alexandrię, & semine ocymi, aut brusci, siue asparagi, aut pleni pugilli ciceris rubei. Similiter potio lustini cum vino calido, si dederis, facit. Philanthropos, calculos frangit. Mulsa lapidem in vesica frangit. ℭ *Ad Petram Vesicæ.* Recipe saxifragiam, grana Solis, petroselinum, quinquefolia, asparagū, bruscum, agrimoniam: & coquantur omnia in vino vt ad tertiam redeant: & postea cola, & adhibe paululum mellis, gariophyllorum drachmam vnam, petrę de lucubio drachmam vnam: da ad bibendum mane tepidum quasi phialam vnam: et si potest bibat succum erysimi et ipsam herbam comedat. ℭ *Diachryson ad Petram.* Recipe saxifragię, radicis brusci, asparagi, petroselini, apii, pipe C ris, ana ʒ i, grana Solis, alexandri, libystici semen, ana solidum vnum, mellis quod sufficit. ℭ *Ad eos qui Mingere non possunt.* Oleastri radicem, cyminum, & cepulas teras, & in oleo coquas, & super pectinem ponas. Item parietariam tere, & calefactam super pectinē fascia, & miraberis. Item sanguis hirci triennalis aut vetustioris cum decocto nardi, & cinnāmomi, & siccarum cicadarum puluere datus, mirabiliter & cum celeritate lapidem expellit.

* Al. [illegible]

* Al. [illegible]

* Al. cymini

De Genitalium Causis.

VNguentum album pro Mentula. Recipe olibani, mastiches, aloes, asse fœtidę, myrrhę, ana ℥ i, ceruse ℥ ʒ: temperentur cum melle, & sambuco, & ponantur in membro. *Aliud simile.* Pix gręca, & aloe, cum melle temperentur. ℭ *Ad Vuluam stringendam quasi Virgo sit.* Recipe myrrhę, olibani, mastiches, colophonię, picis nigrę, arsenici, boli, gallę, gypsi, cornu cerui[n]i incensi, aristo. longę & rotundę, omnia equali pondere: fac puluerem, & in vuluam inice. ℭ *Puluis ad idem.* Recipe symphyti, aluminis, balaustii, myrrhę, olibani, mastiches, colophonię, picis nigrę, boli, gallę, gypsi, cornu ceruini incensi, arist. rotundę, gallię, ana drach. v: fac puluerem, & in vuluam inice, quę prius fomentetur aqua pluuiali, in qua cocta sint grana vuę, cortex castaneę, & pulegium. ℭ *Confectio ad idem.* Recipe symphyti, corticum mali gra. & mespilorum, & quercus, foliorum ro- D sę caninę, hypocystidos, ana vnc. i, maceris, cinnamomi, gariophyllorum, nucis muscatę, anisi, antherę pulueris, ana vnc. v: ista omnia trita & puluerizata collige cum aqua ros. vel pluuiali in qua rosę decoctę fuerint: & inde trochiscis formatis ad Solē siccentur: & quando opus fuerit, vnū eorum in aqua ro. vel pluuiali resolue, & inde stricta vulua post balneum diutissime fomentetur. Symphyti decoctio idem operatur. *Ad idem.* Tolle symphytum, & galliam, & gummi pineę, & cinnamum, & amentum dulce, & fac puluerem, & misce cum pauca aqua, & laua locum, & miraberis. ℭ *Ad Menstrua prouocanda.* Recipe ammoniaci albi, galbani, opopanacis, aloes hepatici, colocynthidis interioris, myrrhę, cicutę seminis, ana drach. ʒ: tere, & cum succo porrorum cōnce, & fac pilulas ad modum pisi: et da drachmas duas vel tres in aqua tepida. *Item ad idem.* Ante dies iij venam de tibijs incide, aut tibias scarifica: aut in ambobus talis venam incide, ita vt in vna [illegible] vnam incidas & in alia aliam: & post hoc dabis tenues cibos: & sic post vij dies castorium cum pulegio ad bibendum dabis, aut calamento: educit enim menstrua pulegium, & calamētum coctum cum mulsa. Est autem tempus dandę decoctionis vel potionis vtile post balneum in labanis, quia sic data multū operatur: & plus his dictamus: & sauina data similiter. Vtiliter etiam datur picra, q̄ recipit aloes drachmam i. Quando autem ex plenitudine, & pingui superfluitate retinentur menstrua, centaurij maioris succo, & radicibus minoris excludantur. *Ad idem.* In duabus aquę partibus

tibus & vna vini,artemiſiæ,& ſaluiæ,brathyos, calamentæ, matriſſyluæ, ana M, allii quantum de E
omnibus aliјs,lento igne ad tertiam decoque: de quo ter in die fomentatio fiat, mane, & meridie,
& ſero eunti dormitum. Climax detur cum decoctione cymini: quæ Recipit cirmi ℥ iiij, fœniculi
℥ iij,piperis,ſeſami,ſyriaci,ana ℥ ij,erucæ,ſeminis ſileris montani, ana ℥ i, mel quod ſufficit. *Item ad
idem.* Artemiſiæ,rutæ,dauci,dictami,phu, meu, naſturcii,ana: trita in aqua fac balneum: & da ad
bibendam trypheram magnam cum aqua tepi. *Item ad idem.* Vrticæ maio. radicem,aſari,hyperi-
ci,epithymi,polypodiј, ana: hæc omnia coque in vino ad medietatem: da mane & ſero. *Ad idem.*
Baccas lauri xxxvij tritas cum vino bibat. Item accipe artemiſiam & rutam æqualiter,& adde oleũ
laurinum,& calefac parumper ad ignem,& facto ex panno peſſario intinge, & in os vuluæ iniice.
℄ *Ad Sanguinem ſtringendum.* Rec. myrrhæ ℥ iij, cinnami, maſtiches, ana ℥ ij: facto puluere accipia-
tur cum ſucco ſtrychni, vel morellæ. ℄ *Siqua Mulier post partum ſe Purgare non poterit.* Eldræ potio-
nem,aut Euchariſtum accipiat: vel ſolum ſuffumigium de fungis ſiccis,aut de aſſa, aut phiala ple-
na ſucco caulium. Sotira, & tryphera accepta menſtrua educit. ℄ *Ad Menstrua ſuperflua.* Alumi-
nis ſciſſi,myrrhæ,rubi,thuris,ana ℥ i: tere,& cum aceto confice peſſarium de lana munda: & intin-
ctum in eo ſuppone vuluæ. *Ad idem.* Recipe ſponſam Solis, & tere, & ſuccum da ad bibendum.
Paſtellum vero in vulua ſuppone,& athanaſiam dabis. ℄ *Ad Menſtrua prouocanda.* Ex ſagapeno, F
opopanace,myrrha, & felle fac peſſarium. ℄ *Ad Sanguinis profluuium.* Fæcem quæ ex quercu exit
da ad bibendam mulieri cum aqua calida pluuiali. *Ad idem.* Accipe lignum ſyluatici libyſtici, &
mediam corticem quercus, & teſtas marinas rubras, quæ inueniuntur iuxta mare: & pone in va-
ſe aliquo,& fac bullire ad ignem cum aqua pluuiali, & fomenta. Item tolle polygonon, & coque
cum aqua pluuiali, & da vt bibat. ℄ *Vt Mulier concipiat.* In nouem phialis optimi vini mitte no-
uem rotulas mandragoræ,& fœniculi radices tres, & ad tertiam bullire fac, & bene cola: & phiala
mellis addita, nouies nouem grana piperis ſparge in puluerem, & iterum aliquantulum bullire
permitte: quando autem infrigidatum fuerit, tempore menſtruorum per † vij dies bibat mane († Al. iij.)
phialam vnam: & in obſcuro loco iaceat, remotis amicis præter pediſſequam quæ eam cuſtodiat:
circa ſextam vero horam pullus gallinaceus elixus cum pipere,aniſo, & modico aneto conditus, ſi-
mul cum iure ſuo offeratur vt manducet, & de iuſculo ad ſatietatem bibat: vinum leue & modicũ
accipiat: & in nocte iaceat cum viro: & vir eius veſpere & mane diacameron, aut climacem, aut
alexandrinam ſumat. ℄ *Ad Concipiendum eadem die ſine periculo.* Myrrhæ ʒ i,piperis grana xl, ſtaphi
dis agriæ ℈ i: dabis in vino poſt balneum. Item nepitam cum vino coque ad tertiam, & mitte ibi
calamentum aromaticum,galangam,irim illyricam,ſpicam nardi, æquo pondere: coque ad tertiã, G
& da vt bibat per tres dies ieiuno. Item centauream cum foliis tere,& miſce cum aqua, & fac pilu-
las ad ſimilitudinem oſſis dactyli,& inuolue cum terebinthina,& deſuper mitte lanam, ne terebin
thina cadat,& iniice. Item viſcum qui eſt in arboribus tritum cum vino da bibere menſtruo inci-
piente aut deſinẽte. Item in phialis nouem optimi vini de radice herbæ barbæ ſyluanæ limi coque
ad medietatem: & decolato ſucco,mellis adde phialas duas,et pulueris cymi.℥ i,& modicum fac bul
lire: tempore vero menſtruali per quinque dies ſingulas phialas ieiunæ propina mane: & ſero
in decoctione illius herbæ ſedeat,diuq; calefiat, & ſic cum viro ſuo coeat. Item coaguli leporis cor
ticum mandragoræ,ana ʒ iij,opii ʒ ij, trita cum melle deſpumato confice: & mane ad modum auel-
lanæ maioris cum tepido vino ſumat non ieiuna. Item teſticuli cerui puluerizati, & in vino bibiti,
& fel capreoli ſuppoſitum, idem præſtant. ℄ *Item Vt Mulier concipiat.* Leporis vuluam aſſatam te-
re,& da cum vino in balneo † in ſabanis ſedenti vt bibat: & in ipſa die aut nocte ſi tacta fuerit à vi- († Al. cum)
ro ſtatim concipiet. ℄ *Potio ad eas quæ Non concipiunt, et quibus Menſtrua non apparent.* Rec. matriſſyl-
uæ,rutæ,artemiſiæ,cicutæ,radicum brancæ vrſinæ,ſingularum faſciculos: quæ pinſitę & mittę cum
vino albo vſq; ad tertiam coquantur: & eidem decoctioni cochlearia tria de cinere de corde cerui
adhibeantur prius,quàm ad tertiam redeat decoctio: deinde coletur cum panno,& colaturæ adhi- H
beantur tria cochlearia olei,& tragacanthæ drachmę tres de Conſtantinopoli, & ſimul omnia bul
liant: & vnaquaq; die mane accipiat phialam vnam illa cui neceſſe eſt. ℄ *Si Matrix deſcenderit.* Cũ
bonis odoribus nares ſuffumigabis: ſin minus,aſpalathum ſit inferius fumigatum ita, vt in vuluã (* Al. aſphaltũ)
fumus ingrediatur: & peſſarium de ſtyrace calamita cum lana ſuccida imponatur. Si vero volue-
ris vt concipiat, prius purgetur cum theodorico anacardino, & poſt purgationem balneetur. Et
coagulum leporis in balneo bibat, & etiam viro ſuo tribuat: & poſt cum ipſo iaceat: & ſi coagulũ
fuerit maſculi,maſculum: ſi fœminæ,fœminam concipiet. ℄ *Vt Mulier non abortiat, & Fœtum conti-
neat.* Cancrum fluuialem contere, & in vino veteri da ad bibendum. Aut leporem prægnantem
viuum accipe & tolle ei catulos de ventre,& coagulum eius cum vino potui dato, & vltra non eii-
ciet. ℄ *Vnguentum ad omnes Dolores Matricis poſt partum.* Recipe adipis pullini,ſampſuci, ana vncias
ſeptem, myrrhæ vncias duas, butyri, ceræ, ana vncias ſex, adipis anſerini, medullæ ceruinæ,
terebinthinæ, caſiæ, mellis, ana vncias ſeptem, aloes vncias duas: confice, & vtere. *Ad idem.*
Fac bullire oleum, & anethum, & mitte vnum birrũm de lana ſuccida: & calidum pone ad ma- (* Al. velum)
tricem. ℄ *Ad Apoſtema.* Succus frondium porrorum, ſuccus cichoriј, vel heliotropiј, ſuccus pe-
troſelini, æquali pondere, puluis ferruginis, puluis paleæ hordei: hæc omnia bulliant, & bibat.

A ℭ *Si Matrix foras exierit, aut tumorem habuerit.* Folia cicutæ, abrotani, herbæ camphoratæ, pinse fortiter, & pone desuper. ℭ *Ad Retinendum Partum.* Spolium serpentis cum mica panis dabis comedẽdum nescienti, mire prodest. ℭ *Ad Matricem reuocandam.* Testas ouorum gallinæ, ex quibus pulli excluduntur, incende: deinde superasperge picem nigram, & superextende, & reuocabitur ex toto. ℭ *Ad Excitandam mulieris Libidinem.* Sanguis vespertilionis in floccello lanæ collectus nescienti sub capite ponatur.

*Al. camphoratæ

De Paßionibus Genuum & Tibiarum.

CEntri galli succus, genibus, & cruribus ad ignem vel ad Solem illinitus oẽm dolorẽ extirpat, & neruorum contractionem penitus tollit. probatum est. ℭ *Ad Vlcera Tibiarum.* Fel caprinum cũ resina & cerussa misce, & pone sup vlcera. ℭ *Emplastrum ad Inflationem, quæ fit in Cruribus, & in coxis.* Stercus columbinum album cum forti aceto mistũ, & tritum, & in aluta inductũ suppone. ℭ *Aliud probatum ad Inflationem, quæ fit cum rubore & calore.* Farinam hordei & fabæ tolle, & in aqua coque, & superpone. ℭ *Ad omnem Vlcerationẽ Tibiarũ, Cicatricem, vel Maculam nigram vel albam.* Pulueris plũbi vsti facti cum ligno auellanæ aut lentisci ℥ viij, olibani, myrrhæ, aloes, mastiches, ana ℥ i: oleum viride, & modicum aceti exagita miscendo in corpus vnum, & in foliis hederæ inductũ su-
B perpone. ℭ *Ad Tumorem Genu.* Fac bullire, radicem brusci bene, & postea pinse cum axungia & pauco saluiæ, & infascia. oẽm tumorem tollit. ℭ *Vnguentum ad Tibias fractas de phlegmate salso.* Folia persici, hederæ terrestris, colophoniã, picẽ, oleum de spica, oleum commune, sepum, & ceram, & lithargyrum de auro. ℭ *Ad Dolorem Genuum.* Bibe succum rutę. ℭ *Pro Dolore Podagræ.* Tere, & fac puluerem de gith, & vnge vbi dolor est, & superpone stagnum, & insuper stuppam vnge de ipso puluere, & statim dolor recedet. ℭ *Vnguentum ad idem, et ad Qualemcunque Dolorem.* Rec. mastiches, olibani, ana ℥ i, adipem vrsinum, & albumen ouorũ insimul misce: & accipe cymulas virides lentisci, & tolle ex eis succũ: & adiunge vetus oleũ, & distempera: & fac vnguentũ theodoricon emperiston: ischiadicis, & podagricis subuenit: idem facit philanthropos. *Ad idem.* Rec. gariophyllorum, zingiberis, cinnamomi, ana ℥ ij, hermodactylorum ℥ v, costi, diagridij, ana ℥ ij, mel qđ sufficit. ℭ *Item ad Calidam Podagram.* Succus radicis filicis cum oleo roseo mistus, & inunctus prodest.

*Al. salis.

Ad Hominem Subtiliandum.

PVluis †ciricus vel ciricon, vtilis ad pinguem hominem subtiliandum, & crassitiem superfluã deponendam, ita vt ad temperiem tenuitatis et siccitatis patientem deducat: curat ẽt leprosos & herniosos, pruriginosos, & scabiosos: & siquis hoc vsus fuerit, podagrico, vel arthritico, seu alio
C aliquo dolore non molestabit. Quicunq; hoc puluere fricari voluerit, in balneo postquam sudare cœperit, fricet, & hoc tribus diebus vel amplius interpositis: diebus aũt quibus vtit, nullo alio vnguento patiens fricet: a pipere, & salsamentis, & acrimonijs caueat. Rec. †nitri assati, ℈ myrrhę assatę, sulfuris viui, opocissi id est succi hederę, iridis illyricę, añ ℥ iiij, baccarũ lauri siccarum, sampsuci, ellebori albi, pumicis marini assati, chamæleontis nigri, pyrethri, sinapis, gallæ alexandrinę, peucedani, pollinis fœnigræci, cimoliæ, tartari, aristolochiæ longę & rotundæ, gith, orobi, piperis nigri, caulis agrestis, struthij, cardamomi, marrubii, cãtharidũ, succi sicci elaterij, añ ℥ ij: cõfice sic: hęc omnia subtiliter tere, & in vase vitreo conde, & qñ opus fuerit, vtere. ℭ *Electuarium ad idem.* Recipe gariophyllorum, spicæ, galangę, zingiberis, añ ℥ ß, sacchari lib. ij & semis, musci ℈ i: saccharũ coque cum aqua rosata, & ipsa pigmenta pinse diligenter, & misce cũ ipsis saccharum, super ignem semper agitando: & qñ decoctum fuerit, infunde super marmor. ℭ *Ad Hominem nimis Crassum.* Imple patellam floribus auellanæ, & superfuso vino agita fortiter, & bulliat die ac nocte: & semper quando siccatur, funde vinum: & cola, & bibat ieiunus ℥ iij per dies quinq;, & comedat ad prandiũ: hoc faciat mense Februario. *Ad idem.* Tolle tartarum, & fac puluerem, & de omni cibo intincto in eo comede: desiccat enim pinguedinẽ. Hiera rufina scabiosis & leprosis vtilissima est. ℭ *Vnguentum*
D *ad Mala nascentia.* Aloes, olibani, mastiches, myrrhæ, arsenici, boli armeni, colophoniæ, sandarachæ, terebinthinæ, æruginis cãpanæ, spumæ argẽti, chalbani, ammoniaci, sagapeni, resinæ, gummi persici, picis naualis, ana lib. ij, tragacanthæ, aristolochiæ lõgæ, gomphitæ, castorii, floris plumbi, ana ℥ iiij, ceræ libras duas, sepi taurini ℥ iiij. ℭ *Oleum Frumenti ad Scabiem, & ad Herpetas, quod ita conficitur.* Pone frumentum inter duo ferramẽta calida, & exprime fortiter oleum. ℭ *Ad Sacrum ignem.* Accipe picem, & vitellum oui crudi, & fac emplastrum, & pone desuper. Vnguentum etiam de oleo frumenti, probatum est. ℭ *Ad Morsicam nigram.* Erysimon cum vino bibat, & sanabit. ℭ *Ad sanguinem stringendum vndecunque exeat.* Testiculos in aceto pone, pedes infrigida, & statim cessabit. ℭ *Ad Carbunculos.* In primis liga maluas coctas cum butyro vel sagimine, & appone, et mutetur in die: deinde appone emplastrũ istud, quod carbunculum cito aperit. Rec. ficuum pinguium passarũ, cępæ coctæ, chalbani, ammoniaci, lactis mulieris, maluarũ coctarum, carbonum, vel cinerum vitis vineæ, testudinis viuæ vnius, pinguedinis porci recentis vel veteris, æquale pondus: tere, & appone, vsq; dũ aperiat. *Ad idem.* Accipe cinerem pruni, & distempera cum vitellis ouorum, & pone super: & postea accipe ficus siccas, & parũ olei, & arsenici, & tempera totum simul, & appone: deinde appone terebinthinam, & chalbanum, quando putredo exire cœperit. Si multi carbunculi

† Al. assyricus.

† Al. nitri, assati

* Al. rotundæ

exierint

exierint, tolle sanguinem de brachiis, & da laxatiuum. ℂ *Ad Pustulas quas habet Infans in manibus & pedibus vltra modum.* Accipe scillam, & hyoscyamum ipsam herbam, & sambuci frondes, æquo põdere, & pinsito, & coque in aceto inde multum, et appone. ℂ *Ad omnia Apostemata exteriora, siue tumores.* Agrimoniam, verbenam, quinquefolium, æquis si teres, & impones, ponderibus, cum aceto coquas adiecta semperuiua sanabis. ℂ *Ad Rumpendum apostema.* Fermentum, olibanum, axungia, lac fœminæ. ℂ *Ad Apostema subtiliandum.* Libysticum feruefacias in aqua, pinsito cum pinguedine, & pone desuper. ℂ *Ad Sacrum ignem, vel Calorem membrorum, qui per aliquam occasionem nascitur.* Rec. Sisymbrii, rutæ, rubi, solani, oĩum quatuor cymarum M i, radicis lilii domestici ℥ i, aloes ʒ ij, cymini ℥ i, albumen oui vnum, aceti phialam vnam, olei phialam vnam: prædictas herbas tere fortiter, & succum earum cũ prædictis commisce, fortiterq; cola, & cum penna vnge loca languentia, et miraberis. ℂ *Ad Scabiem.* Radices lapathioli coque, et axungiam porcinam cum eis vehementer tere, & argentum viuum cum cinere & sputo distempera, & cum eis misce, & vehẽmenter cõfice: inunge, et miraberis. ℂ *Vnguentum ad Pustulas, vel Lepram, siue Pruritum.* Florem tithymalli cum aceto coque fortiter, & oleum modicum misce, & inunge vsq; dum sanus fuerit.

E

De Modo dignoscendi Cancrum à Carbunculo.

SIc poteris dignoscere cancrum à carbunculo in principio. Carbunculus quippe durus est, & rubens nimis & ardens, & dolet quamplurimum in ossibus & neruis, & cito facit caput. Sed cãcer non tantũ rubet, neq; tantum dolet, sed durior est, & non tam cito facit caput, & plus occupat: qui quando mollescere incipit perfora cum ferro quasi carbũculum: & nepitæ, apii, betonicę, agrimoniæ, chamædryos, trifolii, saturciæ, pimpinellæ, subtusillæ, cardui, fragifolii, millefolii, ana M vnum, teras, & cum vino & pipere dabis in potum mane & sero. *Item alia optima, sed valde grauior.* Aloes drachmas duas, aristolochiæ longæ drachmas quinq;, sanguinis draconis drachmas tres, castorii ʒ ij, pæoniæ ʒ v, thuris, mirrhæ, ana ʒ iiij, ammoniaci ʒ ij, succi saluiæ vel foliorum ana ʒ iiij: decoque vsq; ad dimidium lento igne, ipsumq; in vase picato mitte: & pigmenta in linteolo mũdissimo ligata in medium liquorem pendere facias: et de populo arbore puluerem facias: de supradicta potione calicem medium dabis quotidie, & de puluere populi quantũ tribus digitis leuare poteris in vino cocto distemperato. *Ad idem.* Accipe albi secessus canis, prasii, plãtaginis, ana ℥ ß, calcis viuæ ʒ ij: pulueriza totum, & supra malum pone: & postea pone vnguentum marciaton, mane & sero muta illud, & ablue in omni mutatione de vino calido. Si vero aliqua pars mortuæ carnis remanserit, abscinde cum ferro. Si autem longi temporis fuerit malum, & per prædicta sanari non poterit, oportet incidere circumcirca, & postea apponere prædicta. *Ad idem.* Lenticulæ, quę in stagnis nascitur, vel fontibus, vel aliis aquis, succus supra cancrum positus eum occidit. Similiter facit doliachę succus cum porcina pinguedine mistus: & ipsa herba pinsita & superposita cum succo & pinguedine dictis prodest valde. *Ad idem.* Succum ebuli, succum aristolochiæ rotundæ, aut puluerem eius, & albumen oui fortiter commisce, sed non vt durum sit, sed molle: & taliter totum cancrum ex eo penna linies, & de frondibus septemneruiæ illum cooperies: sed per singulos dies mane & sero mutabis, & quando mutare volueris, cum penna in vino infusa cancrum prius ablue, & vnge doctrina supradicta. ℂ *Puluis ad Cancrum.* Calcis viuę nouies ablutę, nouem grana piperis, auripigmenti, aceti, & mellis, & farinæ hordei: fac focaciolam, & sub testa coque vsq; dum incendatur: & pinsito, & fac puluerem, & vbi opus fuerit, mitte. ℂ *Vnguentum ad Serpiginem, et Carnem mortuam manducandam.* Rec. aristolochiam rotundam, radices enulæ, cortices caprifici, cortices alburni, lotium hominis: hæc omnia simul coque fortiter: postea pinse, & confice cum axungia, et vtere. ℂ *Ad Cancrum.* Vlcus primum forti & calido aceto bene laua: deinde cum pãno lineo detergendo exicca: quo facto, puluerem gallę subtilem superasperge: hoc fac bis vel ter in die, donec sanetur. *Ad idem.* Sume mentastrum, & eo siccato fortiter frica inter manus: cui mentastro tertiã partem salis misce, & simul omnia fortiter tere: quibus tritis super stipites ardẽtes pone, vt vtrunque bene comburatur: quod quando fuerit combustum, bene iterum teratur, quorum puluis ter in die aspergatur. ℂ *Pro Carne sananda.* Linguæ bouis radicem tere, succum cuius vt pastillum superpone. ℂ *Res probata ad Cancrosa Vulnera, quæ Depascuntur in circuitu.* Accipe quotquot habere poteris felliculorum, & scinde, & extrahe succum, vt sit dimidia phiala: sed prius laua plagam de vino tepido: & tunc accipe tres peciolas de panno lineo, & in succo illo infunde, & ad ignem calefactæ vna post aliam super vulnus apponantur: & postea de farina tenuissima panis hordeacei cum supradicto succo eidem plagæ superponatur. ℂ *Ad Cancrum res probata.* Caput gruis & ventriculum cum petris omnibus quæ in eis sunt sicca in furno, & fac puluerem, & superasperge: hoc non solum cancrum, sed omnia vulnera sanat. *Item aliud probatum ad idem.* Mustellam viuam mitte in ollam nouam, & bene cooperi de tegula & argilla, & mitte in furnum calidum: & ea combusta fac puluerem, & de ostreæ testa similiter, & asperge: & post diem tertium laua de vino. ℂ *Probatum ad Fistulam.* Accipe terram francigenam, & galetum idest gallam rotundam, & pulueriza, & pone desuper, & sanabitur. Cortice quercino siccetur fistula primo: Postea sanatur, si mumia sæpe bibatur. Maiorum pulchris hominum quę est rapta sepulchris.

F G H

* Al. centũfolij

* Al. non

ℂ Ad

A ℂ *Ad Scabiem probatum.* Accipe sigiam græcam,& olei cōis partem i,& duas aceti,& coque in modum vnguenti,& vnge in balneo. ℂ *Puluis ad Cancrum.* Rec.atramenti, sarcocollæ, amenti salsi & dulcis,salis gemmæ,olibani,mastiches,ana ℥ i, piperis ℥ vi. *Ad idem.* Brancam lupinā quæ inferius est rotunda tere cum sale & fuligine,& parum de sanguine,& pone eo mortuo. Ad sanādum,puluerem aloes pone. ℂ *Ad Carnem malam, vel ad Cancrum.* Pinse tartarum fortiter temperatum cum melle,& mitte in panno lineo,& liga cum licio, & mitte in foco vt ardeat: & fac puluerem, & superpone. Item testam allij,fabas,& panem frumenti incende in olla,& cum isto puluere misce puluerem gallæ,& salis: laua prius de vino,& postea sparge de hoc in die bis vel ter.

De Fistula.

AD *Fistulam.* Radicē lapathioli,qui rufum semen habet,in fistula mitte: & donec purgata fuerit,per singulos dies singulas radices mutabis: & quādo purgata fuerit, cognosces, quia nō vt aqua pus,sed quasi putredo fluit tantum: quando aūt hoc videris, hoc vnguento sanabit: Rec. picem,chalbanum,ammoniacum,aloen,sepum porcinum non multum,ceram,& parū olei: prędictas guttas,& gummi genera,& picē,& aloen æqualiter commista liqua ad ignem: et postea cerā, & sepum semotim liquefacta desuper addas, & agita donec conficiaī. *Ad Fistulam.* Raphanū pul B uerizatum,& quolibet modo fistulis immissum,antea tamen ex aceto ipsa fistula valde abluta, valet: & modo quocunq; superpositum: & infra, vel intra eam liberat. *Ad idem.* Sume herbam escuminatam nomine,et tere: cuius succum infirmanti mane,quando ieiunus fuerit,da ad potandum: & de ipso succo per ipsum foramen pone,donec sanus fiat æger. Item accipe costam folii raphani, et mitte vsq; ad profundum plagæ ita,vt sanguis egrediaī: aliquanto aūt spatio intermisso accipiaī fel taurinū,& calefacito ita,vt duriciē perdat: & ossa gallinarum cōbusta, & in subtilissimū puluerem redacta: ex his ellychnium cōponatur,& ad fundū plagæ mittaī: & interdū ellychnium de cō busto puluere saccharo aspergatur, & ipsum interdū minuas, donec sanetur fistula. *Ad idem.* Sepi arietis ℥ i,gummi ℥ ß,colophoniæ ℥ ij ß,opopanacis,aristolochiæ longæ,sarcocollæ,æris viridis, ana ℥ ij,ceræ citrinæ ℥ ij: terenda tere,& de oleo parum pone,vt possint ibi temperari: & super ignē pone donec sepum & gummi genera liquefiant: & vtere quando opus fuerit. ℂ *Ad Fistulas tollendas, & Vermes occidendos.* Succum plantaginis mitte sæpius. *Item ad idem.* Potentillam bibat per dies xxx.probatum est. ℂ *Ad Fistulam claudendam.* Thus masculum diligenter tere cum vino veteri, et inde perunge. *Ad idem.* Accipe in primis de carne salsa lardonem,et mitte ibi per iij dies,et postea emplastrum fac hoc modo: Accipe frondes libystici syluatici,& tere fortiter, & misce ibi de sale co C cto puluerizato tantum,quantū sunt frondes: deinde adde axungiam veterem sufficienter: et tere oīa hæc in simul,& fac emplastrum. *Ad idem.* Accipe tithymallum cum sua radice, & mitte in clibano vt exiccetur,& fac puluerem,& insuffla intus. Item accipe piper,aloen,chalbanum,ceram,et oleum,et fac emplastrū,& vtere. *Ad idem.* Pone emplastrum de farina,& alburno, & sinapi, & sale cocto,& de calce extincta,& de sapone spathulano, & de capitello per ix dies: deinde teres tres cymas rubi,et tres vrticę per tres dies. Item piper,allium,ficus siccas,radicem petroselini: misce,et tere simul,& fac emplastrum, & superpone, & statim interficiet. Item accipe marmor quod videtur esse sicut sal,& fac puluerem,& insuffla intus. *Ad idem.* Accipe farinā lupini,raphani, sinapis, mel arsum,alburni carbonem: omnibus tritis distempera cum sapone spathulano: & admisto de capitello fac tentam de licio torto ad mensuram fistulæ,& ablue eam mane & sero de capitello.

* Al. spataretico.

De Paralysi.

HIera fortissima G.theodoricon emperiston,potio sancti Pauli,& opopyri,paralyticis, arthriticis, & aliis diuersis causis succurrit. ℂ *Potio ad Paralysin Ioannis filij Ligurij medici.* Rec.mandragorę ℥ iiij,castorii ℥ iij,piperis grana ccc,nepitę manum plenā,vini optimi phialas xxiiij: bulliat ad medietatem,& ieiunus bibat phialam i,& vsq; ad nonam ieiunet. *Ad idem.* Rec.saluiæ,satureię, D dictami,sauinæ,menthæ nigræ,cerfolii,foliorū teneræ lauri,quinqfoliæ, betonicæ, febrifugæ,peucedani,agrimoniæ,pimpinellæ,artemisiæ,chamædryos,hyperici, millefolii,balsamitæ, pulegii,trifolii,hypocystidos,hyssopi, prasii, origani, ana M i: dabis cum vino.probatum est. ℂ *Vnguentum ad Paralysin.* Rec.sauinæ pulueris, saluiæ,menthæ, ocymi, pulueris vrticæ, balsamitæ pulueris, ana vnc.ij, olei lauri phialam i, ceræ lib.i, olei,ʒʒ, ana ℥ vi: omnia arbitrio tuo tere, & coque, & vnge. *Ad idem.* Herbam centumneruiam,idest barbam syluanam,laua cum nouem aquis, & tere, & in succo adde duo cochlearia mellis, & sic vnge digitos in phialis: da primo galli cantu, si laxat non euadet. ℂ *Item ad Arthriticum dolorem.* Accipe micam panis madefactam aqua, & tere: deinde distempera cum succo morgellinæ,vel solatri, vel portulacæ, vel semperuiuæ,vel alicuius refrigeratiuæ: deinde superpone loco dolenti, primum inuncto oleo roseo: postea vero ne nimis loca neruosa desiccentur,adde emplastrum hoc: Rec.radicem altheæ,atq; semē lini, & coque in aqua, atq; fomenta: ad vltimum accipe farinam lentis,& coque in quatuor partibus mellis, & aqua quātum sufficit,& sic superpone.probatum est. ℂ *Vnguentum ad Guttam.* Rec. radicis bryoniæ,corticis mediani sambuci, absinthii, rutæ,saluię,hederę,chelidonię,arnoglossi,saniicę,aloes,thuris,mellis,olei, ceræ quantū tibi videtur,& confice. ℂ *Emplastrum ad idem.* Absinthii,radicis ebuli, furfuris tritici, stercoris caprini: fac puluerē,acetum mitte in cacabo,et salis satis,fac bulliat fortiter, & superpone.

ℂ *Item*

¶ *Item Vnguentum ad guttam.* Rec. rutæ, hederæ terrestris, absinthii, abrotani, barbæ Iouis, omnium E añ M i, sauinæ M ij: simul tere, & coque in oleo, & butyro, & adipe taurino, vel veruecino æqualiter: cola, & vbicunque fuerit gutta vnge, & postea in albo panno induc, & pone.

De Ratione medendi ad Os fractum.

RΕcipe betonicæ, violæ albæ, panem mundum ad cernendum, melangiæ, hederæ terrestris, pilosellæ, agrimoniæ, sinimphæ, saluiæ, ne intumescat. Item betonica sanat & tollit dolorē: saluia aufert dolorem: hedera terranea curat & mundat: viola sanat: plantago soluit dolorem & mūdat: agrimonia & pilosella sanant: melangia iuuat vt non claudatur vulnus. Quod si ex oībus his habere non poteris, accipe saluiam, betonicam, hederam terraneam, violam, agrimoniam, plantaginem: contere, & succum vino mistum, donec sanus sit eger, solum accipiat potum. Foliis suprascriptorum deficientibus, radices indifferenter, aut puluerem, ad eundem accipies vsum. Abstineat vero patiens ne comedat herbas, caseum, lac, fructus, carnes nisi de castratis, oua, & panem nisi azimum, pultes. *Ad idem.* Rec. farinam de germano idest de siligine partes ij, absinthii partem vnā: tere, & misce cum melle, & panno impone, & de raso lardo superpone ei, & super plaga pone bis mutando per diem.

De Plaga. F

AD *Plagam.* Pilosellæ succum da bibere, si reiicit, morietur, si non, viuet: prima die plantaginē, & fragam in vino dabis: secunda die gariophyllatam adiunge prædicto vino: tertia die pilosellā: quarto die pimpinellam: quinto die hederā terrestrem: septemneruiā sexto die: trāsactis vero diebus septē, subtrahere debes singillatim, è conuerso incipiens ab hedera vsque ad primā quę est fraga. ¶ *Antidotum contra Plagas.* Angelicam, betonicam, agrimoniam, pilosellam, hederam terrestrem, septemneruiam, violam minorem de angelica, coque in vino, & potet tribus vicibus in die. Si sanguinauerit plaga, cum cultello minutatim incide vrticam: & intinctam in forti aceto, pone in plaga: statimque cessabit sanguinis fluxus. ¶ *Vnguentum ad Plagas.* Anguillas coque in aqua, & collige adipem qui supnatauerit, & de gallinis, & de anseribus, & de scrofino sine sale, saluiæ succū, rutæ, absinthii, hederæ terrestris, linguæ canis, artemisiæ, matriculæ, cicutæ, herbæ citri, hyoscyami, strychniboli, olibani, aloes, myrrhæ, ammoniaci, de speciebus añ ℥ i, farinæ de molendino collectæ in gyro, dactyli ossium, croci orientalis, sandali, acaciæ, ceræ quantum sufficit, vt albū fiat. ¶ *Tractum ad Aperiendum, Purgandum, Sanandum dolorem, & Carnem mortuam, & Carbunculum auferedum.* Rec. succi ebuli, absinthii, cymarum rubi, vrticæ, carui, apii, omnium æqualiter, mellis cochleare vnum, & albumen vnius oui gallinæ, farinæ siliginis, vel cuiuslibet eorum quæ sunt ad tenuitatem: confi G ce sic: Succos, & cætera pone in vase, & commiscendo exagita, donec spissum sit & tenax: si plaga profunda sit, pone ex hoc ellychnium perunctum: si vero patula i. plana, pone super pannum donec sanetur: si vero tractum nimiū desiccatur, renoua cū succo folius apii. ¶ *Vnguentum ad Plagam.* Rec. ceræ citrinæ ℥ ß, picis, colophoniæ, añ ℥ ij ß, sepi arietis ℥ ij: infunde cum oleo, & pone sup ignē donec vnguentum fiat. ¶ *Potio ad Plagatos.* Betonicam, agrimoniam, fragifoliam, asari, violæ, linguæ bouis, ambrosiæ, plantaginis minutæ, quinquefolii, hyperici, picis, linguæ ceruinæ, pimpinellę, añ M i: tere, & adde aquæ li. iij, mellis cochlear vnum: cola, & appone piperis grana c: & quanto frequentius biberit, tanto celerius sanabitur, sed à venere abstineat, & omnibus contrariis. *Ad idē.* Fac saginem de lardo, & accipe mel, & farinam de sigale, & vinum, & coque simul, & mitte super plagam. mire curat & sanat. Item succus apii, & albumen oui, quibus adde puluerem thuris, & tantum de farina frumenti vt satis spissum sit. ¶ *Ad Capitis Plagam sic fit.* Diligenter inquire vtrū longa sit, an non: an os fractum sit, an non. His præmissis, si profunda fuerit, & testa rupta, primitus capillos tunde: & deinde panni ellychnium absque vllo medicamine, vel lardi frustum excoriatum, iuxta plagæ quantitatē incisum, in ipso ossis hiatu, ne sanies irruens meningas sua putredine extēdat, vel aliquid morbi generet, pone: & post pone primo embrochā, quæ sic fit: Vinū & oleum, & H panem non ex toto arsum fac feruere in sartagine, vel aliquo vase: deinde vnguētum fuscum vnaquaque die in plagella pone. Memento tñ vt pdictum ellychnium semper adsit donec caro crescat. Quod si os ruptū non fuerit, sue cum acu in duobus vel tribus locis: hoc dico si plaga magna fuerit: deinde tunsis capillis, embrocham pdictam ad prædictum terminum, & vnguentum fuscū in plagella pone. ¶ *Ad Plagam profundam cum lancea factam in qualibet parte corporis excepto capite.* Primū pone lardum quantum tibi videtur, & vnguento fusco vnge: & tunc pultes hoc modo compositas pone: Vinum, farinam, oleum commune, mel, rotam, saluiam, absinthium: trita cum axungia porcina oīa æquali pondere fac feruere in sartagine: quo facto, cum panno suppone quousque plaga desiccet. Memento vt vnaquaque die bis mutetur, nisi prima die, & lardum impone semper ęqua quātitate vsque ad vij dies: deinde vnaquaque die, prout caro solidescet, paulatim minue, quousque plaga clausa videatur: & tunc impone emplastrum aliquod. In capite autem non oportet imponere pultem hanc, sed embrocham pdictam: quia non conuenit nisi pili nascant, propter constrictionem pororum. ¶ *Vnguentum Fuscum sic fit.* Recipe olei li. i, sepi, ceræ, añ ℥ vi, picis ℥ iij, saluiæ, sisimbrij, lentisci, sauinæ, allij, cymarum rutæ, ana M i: confice sic: Herbas cum seuo diu contusas cum oleo coque, & cola, deinde ceram adde, vltimo picem: quandoque liquefactū fuerit remoue, & vsui reserua.

*mimitę
* Al. vini

A reserua. ℂ *Potio ad Plagam sanandam.* Rec. agrimoniam, betonicam, saluiam, plantaginem folia hederæ terrestris, herbæ venti: pinsitis his, confice cum vino, da bibere quousq; sanus sit. ℂ *Emplastrum ad Plagam sanandam.* Rec. farinam siliginis, absinthium, oleum de oliua, axungiam porcinam veterem, mel quod sufficit. ℂ *Vnguentum album.* Rec. cerusæ ℥ iij, lithargyri ℥ ij, mastiches, condisi, añ ℥ i ß, olibani ℥, olei rosci & aceti quod sufficit.

Ad Ossa Fracta.

RAtio medẽdi ossa fracta hæc est. Primũ prouide vt leuissimis manibus aptes ad propriũ locum male incisas fracturas: quo facto, sal & mel in sartagine compone, & diutissime feruere dimitte, et prout pati poterit, calidũ superpone cum stuppa, aut bombace: deinde lignula recta plana adinuicem restibus concatenata circumliga: hoc per triduum fieri necesse est. Post triduum vero, reiectis his diu aqua calida fomenta, & facta fomentatione, agrippa, aut dialthæa, aut marciato circumlinies, & bombace vel stupa circumuolue: & sic vnguẽtum circumuoluere, & circumligare, & fomentare cõtemplata ætate bis in die mane et vespere oportet: vsq; ad xx enim dies solidanẽ, habita tñ diligenti cura: iuuenis vero vsq; ad xvij dies: senum autem vsq; ad xxi vel xxij, vel xxiij: puerorum itaq; expectatio vsq; ad xv dies. In his ergo diebus constrictorium iuxta prædictam ra- B tionem facies ita: Rec. olibani, mastiches, ceræ, boli armeni, æquali põdere: ceram solue, & horum puluerem triconizatum superasperge: & ad modũ ceroti coque, & tepidũ superpone. Memento tñ vt prius sapone, & aqua calida, vel aliquo tali optime lauet: & sic cerotum superpone: nõ enim adhæret appositũ, pp vnguentum. Oportet ẽt scire si vlcus affuerit: non enim debet apponi in vlcere. Quod si aliquo casu accidẽte disiuncta fuerit, ex vtraq; parte trahaẽ manibus, vt ad pristinum locum redeat iunctura: quo facto, palma vtrarumq; manuum locus constringatur, & postea fomẽteẽ aqua calida: deinde circũliniaẽ agrippa, & tabulæ superponantur. Huius autem mutatio fiat de tertio in tertium diem semper cum fomentatione, & post. suprascriptum constrictorium appone.

Si qua vero costarum hominis fracta fuerit & interius plicata, costam hoc modo reduces ad exteriora: Fac constitui ignem longum ad longitudinem hominis, & nudus calefaciat ventrem & costam: tunc vero habens mel coctum, vnge manus vtrasq; ex eo melle, & paulatim manibus perunctis blande tange locum, & trahe suauiter: sic sæpe facies trahendo, donec æqualis sit aliis costis: deinde marciato, cæterisq; vnguentis foueaẽ, & emplastrũ apostolicon, vel diachrysu, vel aliquod quodlibet, donec saneẽ, exterius ponatur. ℂ *Emplastrum Diachrysu, quod latine aureum dicitur, Ossium fracturam sanat: Parotidas, Glandulas sanat: Spleniticum, Callum pedis, & Hemicraniam mire curat: Apostemata & nascentias, & Carbunculos dispergit: Emprosthotonum, vel cui in capite, vel ceruice, vel scapulis nerui contrahuntur, & omnem Indignationẽ, vel Phrenitin infantium sanat.* C Rec. colophoniæ, resinæ, añ ℥ ij, olei ℥ iij, picis lib. i, olibani, auripigmenti, aluminis, añ ℥ ij, aceti quod sufficit. Parotidas, glandulas sic incidas: Cutem superincide ferro: deinde cũ hamulo ferreo subtilissimo glandulas ad te trahe: & tandiu abstrahe pelliculas circũcidendo cum spathula, donec omnes venulas earum habeas: & sic embrocham de panno incenso superpone, vel aliquod idoneũ, vt sanguis stringatur et sanies: embrocha tunc cauatura lauetur, deinde vnguentum fuscum apponatur.

De Osse Fracto.

Ad Os fractum. Cerebrum canis cum aceto calido distempera, et superpone in panno lineo: per tres dies dimitte. ℂ *Item ad Os Fractum vel Scissum.* In simul albumen oui cũ stuppa induc, & circunduc, & desuper liga. *Ad idem.* Ceræ nouæ, ammoniaci, rosæ, myrrhæ, croci, añ: malagma facito, & in linteolo apponito. ℂ *Tractum ad omnem Plagam.* Aloes, myrrhæ, olibani, mastiches, añ ℥ i, picis, ceræ, colophoniæ, añ ℥ ij: sicca tere, liquida solue, cola per linteolum, fac magdaleonem.

De Febribus, & Diebus timendis.

D RVbra ad *Febrem tollendam.* Rec. cymini, cozumbri, myrrhæ, anisi, croci, dauci cretici, hyoscyami, añ ℥ i, opii ʒ i, seminis apii ℥ i, mellis quod sufficit. ℂ *Hydropoton ad Febrem Quotidianam, Tertianam, sed maxime Quartanam, & ad omnes Accessiones & Angustias: Somnum facit, Fastidium tollit, Sudorẽ prouocat.* Rec. ameos, myrrhæ, anisi, croci, hyoscyami, opii, añ ʒ ij, chamædryos, apii, petroselini, spermatis mandragoræ, thuris, añ drac. i, mel quod sufficit: dabis cum aqua calida. ℂ *Ad Quotidianam.* Si cum typo fuerit, accipiat potionem rubram mistã cum hydropoto ante horas accessionis: post bibat aquam frigidam. Si vero frigus fuerit, magnum vinum bibat, aut aquam calidam. Si vero non profuerit istud, accipiat panchreston, post bibat mulsam. Si vero stomachus fuerit plenus humore, vt vomat, bibat oxymeli, quod Recipit aceti phialas ij, mellis li. i, seminis radicis, et atriplicis, añ ℥ i: quæ coquantur vsq; ad medietatem, & ante accessionem bibat, & ieiunet vna hora: postea si non vomuerit, accipiat aquam calidam, & bibat. De cibis, ius album manducet de gallina confectum cum oleo phár. porcellos, hœdos: de volatilibus, phasianos, turdos, perdices, ficedulas: de piscibus, saxatiles aut assos aut elixos: de pomis, mala cydonia, & vuas, & mala granata: de vino, album & leue. ℂ *Potio probata ad Frigiditatem, & Febrem.* Rec. seminis trifolij acuti, opopanacis, serpylli, añ drach. iij, anisi, fœniculi, amyli, apii, añ drach. ij, farinæ orobi ℥ i: hæc simul tere, & pone in vino bono paululum: & post colligantur in modum victorialis ponderis ℈ iij: dantur cum vino calido. ℂ *Electuarium Quartanarijs, & Quotidianarijs.* Rec. siler. piper. amyli, marathri añ ℥ i,

℥ i,ʒʒ,pyrethri,añ ʒ iij,gariophyllorum,galangæ,añ ʒ i,mellis quod sufficit. ℂ *Ad Quotidianam,Tertianam,& Quartanam.* Rec.rosarũ ʒ xx,facchari ʒ xl,costi dulcis, rheubarbari, arsenici, cinnamomi, nardi,masticHes,spodij albi,sandali citrini & albi,berberis.gariophyllorum,croci,añ ʒ ij: tere,& cõfice cum syrupo violato: dosis eius ʒ iij ante accessionem & post. ℂ *Epithema vt Sudor febris exeat.* Semẽ lini fac bulliat in aqua,induc in panno, & pone sup stomachum. ℂ *Ad Quotidianas acutas in æstate.* Si habuerint turbidã vrinam,ex sanguine est: prima, vel secunda die, vel vsq; ad septimam phlebotomabis. Si nimius feruor irruerit, hoc fac emplastrum, vel epithema, quod valet ad febrẽ acutam: Succũ solani tempera cum farina hordei, & induc in pãno,et pone super stomachũ. Item panem assatũ diu, ita vt fiat velut carbo extinctus, postea tere,& cribra puluerem,& tempera cũ vino,& fac epithema. Dieta vtant̃ tali: succo ptisanæ expurgato hordeo: nam hordeum positum in aqua vna nocte,tundatur,& ad mensuram vnius phialæ ponatur in phialis quindecim aquæ,et coquat̃ lento igne vsq; ad tertiam partem, & coletur per linteolum: & vtantur farre molli: & de pomis,malo serico,aut dulcibus amygdalis, & pane in aqua,& de electuario supradicto. Quòd si in tp̃e autumni venerit,& sine typo fuerit,similiter curabit̃. Si cum typo, vomitum prouocabis cum aqua calida & oleo, aut cum oxymelite suprascripto.Et si fuerit constrictus, oxymeli catharticum dabis,quod conficitur sic: Mitte acetum,& mel,& elaterij ℈ ß, vel ſm vires ægroti.De cibis, superius dictum est.Quod si fuerit solutus, cibos stypticos damus. Potu vtere vino græco. Si vero in suo tempore venerit cum typo,aut sine typo, primum catharticum dabis ad phlegma deponendũ i.diacalaminthes cum adriano,vel oẽs potiones calidas,vt picra,musa, athanasia,hydrocopiõ cum aqua calida: cibos suprascriptos: pannis autem,aut ceronium, aut oxyocroceum cum cerotis. Cataplasma recipit hæc: Micam panis,fabæ,absinthii, farinæ fœnigræci,omnia æquali pondere: confice cum ouo molli assato,& cum oleo laurino,aut cyprino,& induc in panno, & supra viscera impone.expertum est. Si autem in tempore veris,curabitur cum potione rubræ & esdræ.Cibos autem dabis,gallinas,carnes porcorum, & omnium volatilium: de leguminibus, cicer, far: de oleribus,fœniculos,betas,coctana: de piscibus,saxatiles: vinum album & leue. F

De Febribus Tertianis cum typo.

Ad Febres Tertianas cum typo. Musam potionem ante accessionis horam accipiat, & post bibat aquam calidam. ℂ *Ad Duplices tertianas.* Vtatur hydrocopio,et musa,& rubra quasi vna potione. ℂ *Ad Tertianam mistam quotidianæ.* Panchresto,& rubra,hydrocopio,quasi vna potione vtantur. ℂ *Ad Tertianas acutas.* Si vomitu egent,ponat̃ mel,& acetum,quibus adhibeantur atriplicis ʒ iij,& vtantur. Si constipati fuerint,accipias pulueris violæ ℥ ß,& bibant interpolato die cum aqua frigida: & vtãtur epithemate,quod Recipit farinę hordei ℥ iij, rosæ siccæ ℥ i,sandali albi ℥ ß,spodii ʒ ij,mastiches ʒ i, camphoræ ℈ i: tempera cum succo solani, & quasi vnguento vngantur, & vtantur desuper tegumento stuppæ: & bibant quotidie succum mali granati mane: & post vij dies, si vrina fuerit turbida & rusa, & nil superiora profuerint,balneo vtatur, & fomentetur ex aqua et oleo, & post fomentum phlebotometur de media vena dextri brachii. ℂ *Epithema ad omnes Acutas Febres.* Rec.ro.seminis portulacę,sandali albi & rubri,añ ʒ ij,tragacanthę parum: tempera cum aqua rosea,aut succo mali granati,vel vuę lupinę. Si vero volueris vt dormiat,vngantur frons,et nares, & aures,ex oleo violato,& lacte mulieris: & pedes loti in aqua, in qua papauer, & semen lactucæ, vel ipsæ herbę decoctæ sunt,vngantur. ℂ *Antidotũ ad idem.* Rec.sandali albi,citrini,& rubei,ʒ i,tragacanthæ ℥ ß,rosꝭ.℥ iij,facchari ℥ iij, syrupi quod sufficit. Cibos dabis succum oryzæ, aut alicæ, ius galli,pisces saxatiles,poma frigidissima: de oleribus,lactucas cum aceto,portulacas,solanum,oẽs cibos parum salitos: dabis aquam frigidã,& mulsam de hydromelite: & si fuerit solutus,dabis ei cydoniũ melle cõfectũ ita: Succi mali cydonii partẽ i,mellis partes ij: coque ad lentum ignem,donec veniat ad spissitudinem mellis: & dabis exinde mulsam. ℂ *Epithema ad idem.* Rec.mastiches, thuris,fœnigræci,seminis lini,farinæ hordei, croci, omnia æquali pondere: trita distempera cũ vitello ouorũ,& cũ oleo rosato hoc mõ confecto: Tolle oleũ,& rosas cũ rore suo,et mitte simul in puteũ, aut in aquã viuã p viginti dies: postea tolle exinde,& pone ad Solem vndecim diebus: postea habeas ad vmbrã.Hoc oleũ frigidissimũ est,et si vnxeris igneã febrẽ de hoc oleo,mitigat eam,& solet eam amputare. Hæc eadem febris si fuerit in autumno,curabit̃,si diatessaron temperabitur cum vino,cum rubra, cum mulsa. Cibandi sunt talibus vt est far, simila, & granum bene coctum,carnes pecudum,& pedes porcini,& gallinæ,vinum album & leue. In tempore hyemis, si fuerit cum typo,curabitur cum mulsa,& hydrocopio,& rubra: & si sine typo fuerit, prolongabitur: lixopericũ dabis cum aqua calida: cibos,carnes porcellorum,cerebella eorum,phasianos,& agrestia volatilia. Quod si fuerit in tp̃e veris,curabitur potione rubra,et rosata simplici,quę Recipit croci orientalis ʒ i,traga.℥ i,succi liquiritiæ ℥ i,seminis citru. melo.añ ℥ i, rosæ ℥ iiij: tempera cum melle rosꝭ.& aqua rosea. ℂ *Rhodosacchara ad idem.* Accipe rosarum albarum lib.i: minutatim incide rosas, & frica bene cum manibus ipsas cum saccharo, & pone in vase, & ligabis, ponasq; ad Solem lx diebus donec bene coquatur, & nocte auferes. ℂ *Diacydonion ad idem.* Coctana mundabis interius & exterius, & coques cum aqua bene: & in vna libra pomorum, pone ij lib.facchari, & iterum coques ad spissitudinem: postea addes pulueris sandali rubri, & citrini, añ ℥ ß, spodii ʒ vi, rosæ

G

H

* Al. molæ

* Al. laxatiuũ al. lexipyreton.

A ℥ x, seminis portulacæ ℥ iiij, succi liquiritiæ, succi rhu, traga. seminis cucu. añ ℥ ij, mannæ, casiæ fistu. añ ℥ vi, croci ℥ ij, mastiches ℥ i, camphoræ ℥ i, adde syrupi violati simplicis quod sufficit. Cibos dabis, succum oryzæ, aut alicæ, ius gallinæ, &c. sicut superius notum est.

De Febre Quartana cum typo.

Ad febrem quartanã cum typo, si fuerit in æstate, ante horam accessionis dabis potionem musam: si fuerit in hyeme, vtantur potione diasulfuris, & dialtheæ vnguento: de cibis, vtantur rapis, porris coctis, & farre, & ciceribus: de carnibus, porcina, agnina, pedibus porcinis, gallinis: de pomis, malis cydonijs: de vino, neque leui, neque forti.

Ad Duplicem Quartanam.

Ad duplicem quartanam, Adriano, & Panchresto temperatis vtantur cum balsamo. Quartana si fuerit tpe veris, curabitur potione Esdræ, mista cum potione sancti Pauli, & musa enea. Vnctionem talem facimus: sinapi vngimus dorsum ante vnam horam accessionis: cibos aũt calidos & stypticos damus, vt lepores, phasianos, perdices, anates, anseres: de leguminibus, granum bene coctum, cicer, fabam fractam: de oleribus, fœniculum, capita raparum, rutas agrestes coctas, vinũ rubrum & forte. In æstate vero, ru. mista cũ theriaca mundissima cum vino temperata damus: & B vnguento marciato vngimus totum corpus, ante vnam horã accessionis prope ignem donec sudet, & præterea hora accessionis: cibos aũt superius diximus. Si tpe autũni venerit, curabitur potione adriani, & diacalaminthes, & trochiscis probatis ad quartanã: petroleum dabis ad bibendũ: vngimus totũ corpus ante & retro dialthea, & quotidie damus origanũ ad bibendum, cibos vero vt supra. ℂ *Vnguentum ad Quartanam.* Rec. cinnamo. ℥ ij, croci ℥ i, myrrhæ, styracis, sagapeni, añ ℥ v, laseris ℥ iiij, gentianæ ℥ ij, mellis quod sufficit: da in modum lupini, cum aqua calida. *Ad idem.* Oleo pulegino vtere cũ nepita: purgat stomachũ, & thoracẽ, ceteraq; membra, ita vt prius vtatur commistione sancti Pauli, & calidarum potione, confricetur totum corpus cum vino austero.

De Febribus Ephemeris.

Ad Ephemeras febres. Si nascãtur ex calore, vtantur tenui balneo, & fomentẽtur ex aqua calida, & oleo: & bibãt aquam frigidam, vel tenue vinum: & vtantur frigida diæta, scilicet cucurbita, portulaca, malo matiano, vel syriaco, vel succo mali granati: de carnibus, pipionibus, syluaticis volucribus. Si autem ex frigore fuerint, vngatur stomachus oleo mastichino, quod Recipit olei ros ℥ ij, mastiches ℥ iij, costi ℥ i, rutæ viridis ℥ ij: simul in oleo coquantur, & ex ea vngatur stomachus, & detur potio diatriompepereon. Dieta: accipiant pecorinam carnem vnius anni & agninam, & pi C piones domesticos, & bibant vinum rubrum & subtile, & ferantur ad balneum calidum.

De Synocha Febre.

Ad Synochã. Si ex sanguine fit, vel ex cho. ru. phlebotoma in prima die vel secũda, aut ad summum in iij die: si masculus fuerit, in dextro: si fœmina, in sinistro. Si ventrem habuerit constrictũ, clysterizabis ita: Accipe succum cãtabri, & maluas tunsas, coquãtur cum oleo, deinde colato per linteum, & vtere. Si aũt desiderauerit balneum, concede sibi, & vtatur fomento ex calida, & oleo. Diæta vtatur tali: succo ptisanæ, & farre molli, & malis matianis, & syriacis, & pane in aqua.

De Homotono.

Homotonus curabitur sic. Potionem rosatam superius scriptam teneat sub lingua vsq; dum liquescat, & saliuam eius glutiat. Vnctionem talem facimus: Oleo roseo frequenter vngimus caput, & præcordia. Epithema tale facimus: Recipe croci orientalis ℥ ß, mastiches, olibani, añ ℥ i, ouorum assorum vitelli quantum tibi videtur: confice cũ oleo roseo, & pauco aceti: super præcordia ponas. ℂ *Item alia vnctio.* Oleum roseum, cum portulacæ succo, aut cũ succo verbenæ, aut cũ suc. cucurbitæ, super præcordia pone. Diætam talem damus: succũ alicæ & succũ oryzæ: à vino abstineat, sed mulsam atticã damus. *Ad idem.* Si ventrem cõstrictum habuerit, clysterizabis cum succo cãtabri: D aut bibat psylliũ in tribus aquis lotam: & vtatur mali granati succo, & malis, & pyris, & sorbis maturis: & vngatur vnctione, q̃ Recipit succi semperuiuæ, succi portulacę, succi rasurę cucur. olei ro. añ ℥ i: & vngatur ex his totum caput, præter loca vbi cerebrum est. Epithemate vtantur vt supra.

De Causo.

Causus nascitur ex cholera rubra nimiũ sicca circa subtiliores venas hepatis. Quæ his signis cognoscitur: sitis, & insomnietas est magna, & alienatio prosequitur, & surditas, aut muti fiunt: qñ hæc signa ante triduum habuerint, q̃ febris fiat, dolor capitis sentitur, & buccinę aurium, ipse dolor cum forti ictu & tremore conficitur. Mederi oportet phlebotomo in principio curationis, & frigida potione: & frigida adiutoria necessaria sunt his, quæ supra diximus. Euacuetur autẽ humor cholericus, extinguatur, & dissoluatur per sudorem, aut per vomitum, aut per ventris solutionem. Certissime autem extinguitur si biberit aquam multam & nimis frigidam: etiam hydromeli bibat: aut lauacrum intret vt sudet, sed non descendat in solium, nec diutius moretur. De escis vero nihil nisi ptisanam manducet.

De Nephritica Passione.

AD Nephriticã passionẽ, si fuerit ex cho. ru. in dextro latere, detur ei musa, vel iustinũ minus, post elixaturam apij, & fœniculi, quæ cõficitur ex corticibus eorum in aqua coctis. Si fuerit

in sinistro latere, ex phlegmate vel cholera nigra, detur ante adrianũ, & iustinum maius, cũ decocto apij, & petroselini macedonici. Si fuerit sine febre, vinũ bibat: si fuerit cũ febre, aquã. Et vtantur emplastro ceronio, & fomententur cum aqua calida, & succum crescionis per se bibant. Diæta vero, omnia calida & leuia: & vtantur crescionibus, & alexandris, & vrticis, petroselinis, & apio, & asparagis: de carnibus, porcina, agnina, hœdina: de volatilibus, phasianis, perdicibus, turdis, ficedulis: de leguminibus, cicere: de piscibus, nullatenus: de vino, claro & rubro vtantur. E

De Pleuritide.

AD Pleuritin. Si fuerit ex sanguine, & spuerit sanguinem, phlebotoma de brachio eiusdẽ partis: & cozumbrum coctum in patella cum mel. plagellæ imponatur ita, vt refrigerata altera calida imponatur. Si fuerit ex cho. ru. vtatur electuario, quod Recipit amygdalarũ ℥ ij, pineę mũdatę ℥ ij, gummi saraceni ℥ i, †tragaganthi albi vel rubri ℥ i, seminis cítruli, melo. cucu. cucur. mũdatorum, añ ℥ i: tempera cum decoctione epithymi: amygdalæ purgatæ terant, & ex suc. aqua inficiatur, & ita bibat. Si ex phlegmate fuerit, accipiat pilulas ex sagapeno factas, & bibat decoctionem hyssopi cum aqua, vel puluere facto de caprifico cocto in pice in modum emplastri vtatur. Diæta vero sit, pultes, far molle, & amygdalæ, & bibat aquam eorum.

†Al. sandali.

De Phrenitide. F

PHrenitis si fuerit tempore veris, curabitur sic. Venã, quæ in medio fronte est post septẽ dies tãgimus: & eos sternutare facimus cũ melle albo, & euphorbij puluere: quod si sternutauerit, bonũ. Vnctionẽ facimus talem: oleo roseo, vel oleo violato frontem, & præcordia inũgimus: & sæpius faciem eius aqua frigida irrigamus, vt non dormiat. Si fuerit tpe ęstatis, vngimus præcordia eius cum oleo rosato & succo semperuiuæ. ℭ *Antidotum Basilij, Hemitritæis omnibus.* Rec. costi, carpobalsami, celticæ, gariophyllorum, añ ℥ i, croci ℈, nardostachyos, meliloti, añ ℈ ij, casiæ fistu. foliorum, semperui. foliorũ, añ ℥ ij, mel. lib. i, aquæ lib. i & ß, aut ij: tere, & infunde. ℭ *Cataplasma ad oẽs Febres.* Rec. lini semen, hordeũ, fœnũgręcum, absinthiũ, anethum, apiũ, petroselinũ, libysticum, & lupinos: ex supradictis farina facta mittas oleũ desuper, aut axungiã veterem: & facto ita cataplasmate, indue in linteolo, & calidũ super stomachũ impone: oĩbus diebus mutãdo, & calefaciendo.

De Diebus Timendis.

QVisquis prima die cuiusq; mẽsis in infirmitatẽ ceciderit, sequẽs tertia dies est timẽda: quã si transierit, vsq; ad triginta dies euadet. Qui vero secunda die deciderit, xiiij timenda est: quã si trãsierit, diu euadet, licet ęgrotãs. Qui autem iij die deciderit, sine molestia liberabitur in ꝓximo. Et qui in quarta die inciderit in infirmitatẽ, grauiter vsq; ad xviij diẽ infirmus erit, sed euadet. Quinta die ægrotãs, licet grauiter patiatᷣ, euadet. Sexta die decidens licet sanari videatᷣ, quinta tñ die alterius mensis morietᷣ. Qui septima die deciderit, absq; molestia liberabitᷣ. Octaua die ęgrotans, si non fuerit factus sanus vsq; ad xv diem, morietᷣ. Nona die ægrotãs quãuis cum summa molestia, euadet. Decima die qui deciderit, ꝓculdubio morietᷣ. Vndecima die q deciderit, in proximo liberabitur. Duodecima die qui deciderit, nisi liberatus fuerit in xv die, morietᷣ. Tertiadecima die qui deciderit, infirmus erit vsq; ad xviij: quã si transierit, euadet. Quartadecima die siquis deciderit, manebit vsque ad xv diem, & sic euadet. Quintadecima die siquis deciderit, nisi intra xix dies conualuerit, morietur. Sextadecima die siquis deciderit, licet per xxviij dies molestetur, tñ liberabitur. Decimaseptima die decidens infirmus, vsq; ad xviij dies euadet. Decimaoctaua die decidẽs, subito sanabitur. Decimanona die decidens, euadet similiter. Vigesima die decidẽs, v diebus euadet, sed tñ sequenti mense morietur. Vigesimaprima die ægrotãs, nisi periculum mortis incurrerit, intra x dies alterius mensis liberabitur. Vigesimasecunda die decidens, licet x diebus patiatur grauiter, liberabitur. Vigesimatertia die decidens, quãuis cum molestia, altero mense liberabitur. Vigesimaquarta die decidens ægrotans xxvij die quasi liberabitur, attamen mense sequenti morietur. Vigesimaquinta die decidens, licet aliquantulum patiatur, euadet. Vigesimasexta die decidens non morietur. Vigesimaseptima die decidens, licet vsq; ad exitum patiatur, tamen in altero mense liberabitur. Vigesimaoctaua die decidenti mors minatur. Vigesimanona die decidens ægrotans, paulatim altero mense liberabitur. Trigesima die infirmus vtrum euadat, dubium est. Similiter, qui Trigesimaprima die ægrotauerit, vtrum euadet, ignoratur. G H

De Vrina & Pulsu.

QVoniam & causarum omnium, & non nullarum dimensiones, atq; imminẽtis spiritus prędere difficile est, vrinæ diuersitates, & varios pulsus arguto stilo conscripsi: ne confusa ratione medicinæ vel ordinata quærenti pernoscere fecissent errorem.

De Pulsu & Vrina, in Febribus Ephemeris.

Ephemeræ febris pulsus est simplex, nõ valde inęqualis, aut sordidus, aut difficilis: quarum ex vrina, si guttatim fuerit egressa, & patiens dolorem capitis senserit, hęmorroidas scias esse veturas. Si vero ex animi ægritudine i. tristitia, aut cupiditate, febris nata fuerit, pulsus eius est lassus, tenuis in principio, ita vt putes eũ multis tpibus ex longinqua infirmitate ægrotasse: vrina in his rufior inuenitur, quàm in ceteris ephemeris febribus. Si autem ex iracundia ęgritudo nata fuerit, & febris fuerit in magnitudine, & in nimietate, pulsus fit non minuens atq; desinens. Sicut in ijs, qui

A qui ex triſtitijs, & vigilijs, atq; cogitationibus laborant, vrina crocea eſt, & ignea, & extra conſuetudinē cholerica euenit cum morſu veretri exiens. Nā, qui ex multo labore ſudantes deficiūt & frigeſcunt, pulſus eorum mitior inuenitur, & laſſior: vrina viridis & turbulenta apparet. Quæ ſi ſubito aſperitatem, & rubei vini colorem aſſumpſerit, & calor defecerit: aut ſi fuerit verſa in album colorē: aut dolorē articulorū, aut auriū nūciat apoſtema, id eſt parotidas. Quod ſi cholerica ſupradicta vrina abundans fuerit, & non ſupradictum dolorem habuerit, eius ægritudinis ſolutionem oſtendit futurā. Vrina alba & ſpiſſa bonam ſignificat ſanitatem, ſi tñ capitis dolor nō fuerit. Si autē talis coloris vrina in initio ęgritudinis venerit, contractionem corporis futuram denūciat. Illi vero, qui nimia fatigatione fuerint laſſi, pulſum habent maiorem & laſſiorem, in hiſq; vrina rubra eſt & candida. Quibus vero indigeſtio ciborum febrem attulerit, pulſus eorum labentior & mitior ictu, & procedente tempore acrior fit: vrina vero eorum multū rubra eſt. Quibus inguinum dolor febrem mouerit, pulſus eſt maximus, & grandis ictu, & velox, atq; ſpiſſus: vrina his ſubalbido colore apparet, & communis vt in cæteris ephemeris.

*AF. colore.

De Pulſu & Vrina Cauſi, Synochi, & Synochæ.

Cauſus & ſynochus, hi ambo habent pulſum ſynochæ conſimilem, non horarum declinationes ſimiles: qbus ſi lingua fuerit arida, & vomitus cholericus, & vrina lucida, mors ſignificatur. B Vrina crocea & turbulenta cū nebulis nō bonis, & pluribus diebus in eis non egeſta, aut longinquam ægritudinem, aut mortem futuram dicit. Vrina crocea ſi guttatim ſtillando fuerit egeſta, ventris conſtrictionem malam cum animi turbatione, & anguſtia oſtendit. Vrina alba & aquoſa in augmento ægritudinis aut in ſtatu veniens, laborem corporis cum frigore, & maciem nunciat futuram: ſi vero pinguis fuerit, mortem ſignificat. Vrina ſimilis ſpermati hominis, imminentia nunciat. Vrina viridis critico die immutata, mortem oſtendit. Vrina viridis ſi ſe mutauerit in album aut aquoſum colorē, typicā ægritudinē venturā ſignificat. Vrina æruginoſa ſtranguriā ſignificat. Vrina nigra & tenuis, cū nebulis phrenitim oſtendit, maxime ſi odor vitioſus fuerit ei: quibus autem fluxus ſanguinis ex naribus venerit, ſolutionē eius ægritudinis ſtatim fore ſignificat. Vrina æruginoſum habens colorē, ſpaſmū ſignificat. Vrina nigra & tenuis cum auriū obtuſione, & inſomnia, & in ſe nebulam habens, tps longum eius ægritudinis nunciat, & ſanguinis fluxū imminere oſtendit. Vrina ſanguinea cum dolore capitis, & hypochōdrij dextrę partis, ſtatim ſubitaneam mortem ſignificat. Vrina pinguis ſine febre ſenibus eueniēs, apoplexiam facit: quæ cum ſoluta fuerit, caliginem oculorum cito tranſeuntem, & delectationem cibi oſtēdit. C Vrina turbulenta & non varia, criſim cum dolore aliquo venturam oſtendit.

*Al. liuida.

De Pulſu & Vrina in Homotono, Epacmaſtico, & Paracmaſtico.

Homotonus pulſum habet grauem, ſpiſſum & ſordidum. Acmaſticus vero pulſum habet vigentem, & ſordidum, ſine intermiſſione: quibus grauis eſt, per ſingulos dies & horas febris augmentatur, nullo ſtatu vel declinatione interueniēte, vrina rufa in his inuenitur. Paracmaſticus autem in ſecundo vel tertio die cum declinatione pulſum tenet mitiorem, quamuis in principio vehemens fuerit. In his ergo oībus præſcriptis paſſionibus ſi vrina fuerit colore liuida, & tenuis cōſtitutione, phrenitin futuram denunciat: quā longo tempore protrahi ſignificat. Vrina colore alba, & cōſtitutione tenuis, cū nebulis non bonis, renum & dolorem & indignationem ſignificat. Si in bono colore, & in die critico conuerſa fuerit, certum diſcuſſionis tempus denunciat. Si vero ex bono colore in malum die critico conuerſa fuerit, futuram mortem oſtendit. Vrina cholerico colore, nebulā albā hñs, & furfures ſupernatantes, aut longam ægritudinem, aut mortem ſignificat. Vrina tenuis cum nebulis non bonis, phrenitin, ſiue mortem, aut ſpaſmum ſignificat. Vrina alba ſi ſe mutauerit, apoſtema celerius venturum ſcias. Vrina turbulenta, & tardius reſidens, maxime ſi ſanitas interaneorum fuerit, & per multos dies perſeuerauerit, & nō ſe mutauerit, pro cer- D to ſcias acutas febres in tertianā conuerti. Vrina ſubalbida, & ſpumoſa, aut rufa, & ſi ex cholerico humore ipſa ægritudo nata fuerit, mortem ſignificat: ꝙ ſi eo tpe ſanguis de naribus fluxerit aquoſus ſubito, & a ſolito abundans: & tenuem ſe vrina fecerit, & diu perſeuerans non ſe mutauerit: frigus ſubitaneum demonſtrat venire: pro quo frigore fit ægritudinis ſolutio non bona. Vrina cum ſudore ſi in febrium augmento fuerit, & abundantia vrinæ fuerit, mortem cito venturā nunciat. Vrina rubra & ſpiſſa modo ſupradicto, mortem cito futuram ſignificat. Vrina rubra & ſpiſſa ſi fuerit egeſta frequentius, & ſi dolor capitis & ſcapularum affuerit, & auditum patiens obtuſum habuerit, & hypochōdriorum dolorem ſenſerit, futuram phrenitin denunciat: quod ſi infra ſeptem dies ſoluta fuerit, ictericum facit: & ſi non fuerit ſoluta, & in macronoxiam venerit, & nebulæ non bonæ in eadem fuerint, ex eadem phrenitide morietur. Vrina alba, & aquoſa, & nebulam bonam habens, & cum odore bono egeſta, ſupradictam phrenitin purgat. Vrina lactea ſi in initio ægritudinis iuuenibus euenerit, non bonum ſignificat. Vrina alba, ſpumoſa, & nebuloſa, non bonum ſignificat: & ſi in critico die, aut poſt criticum diem ſuperuenerit, ſolutionem ægritudinis oſtendit. Vrina nigra cum ſudore, non bona ſigna imminere oſtendit. Vrina puluerulenta, & maxime ſi frigus, & lippitudo oculorum fuerit, & caligo, & ſuperiores partes in ſudorem veniant, venturum ſpaſmum denunciat: ꝙ ſi ſe ſupradicta vrina abſtinuerit, & dolor capitis cum

*AF macronoſema.

sudore corporis fuerit, spasmum statim venturum ostendit. Vrina non bonum colorem habens, & si non fuerit digesta, vel constitutionem vrinæ animalis similem habuerit, & missa in calice cito resederit, & amens patiẽs fuerit, & insomniam senserit, spasmum significat aut mortem. Vrina sine nebula turbulenta, non bonũ significat. Vrina nigra, aut liuida, non sine periculo erit. Vrina crocea, & spissa, laborem, & dolorẽ, & grauedinẽ in hac ægritudine, siue mortem ostendit. Vrina tenuis, maxime si dolor capitis & scapularũ, & insomnia fuerit, phrenitin, & paracopen, & demẽtiã siue cardiacã significat. Mulieribus tñ hoc tale signum mortẽ significat. Vrina tenuis in critico die si aspera facta fuerit, statim sudorem venturũ demonstrat. Vrina suprascripta post crisim si se mutauerit, eius febris fiet repetitio. Vrina spissa & cholerica si fuerit in augmẽto febris, mortem significat. Vrina nigra, per varios colores frequenter mutata, cum nebulis non bonis, & velut concisis, & separatis, & frequenter in nigrum colorem conuersa, phrenitin cum morte significat. Vrina nigra, & lucida, cum sudore, & dolore hypochõdryorum, mortem nunciat. Vrina tenuis, & boni coloris, frequens, & multa egesta, macronoxiam, & solutionem ægritudinis ostendit: sed apostema scias esse futurum, & per ventris solutionem ægritudinis crisim demonstrari. Vrina alba, & turbulenta, & non cõposita, aliquem dolorẽ cũ periculo nunciat. Vrina nigra & spissa non boni coloris, si multus vesicæ dolor† fuerit, mortem significat. Vrina nigra, & tenuis, & æstuosa, si æstuatio fuerit cũ fastidio, & si turbatũ sensum patiẽs habuerit, & nõ recte intelligat, & loquatur, aut malefactio nõ defuerit, mortẽ ostendit. Vrina quæ veluti florem vini supernatantẽ habuerit, phrenitin aut paracopen venturam ostendit. Vrina valde lucida, phrenitin venturam ostendit.

† Al. nõ fuerit.

De Quartanæ Febris Pulsu & Vrina.

Quartana febris in initio pulsum rarũ, & segnẽ facit, & in alto positũ: declinãte aũt passione inuenitur pulsus† lassus, sordidus, & segnis. Cui causæ tpe accidente frigido, minuitur plus accenso calore. Vrina in his mistō calore apparet maxime pallida, vel fusca & indigesta videtur.

† Al. pulsus.

De Tertianæ Febris Pulsu & Vrina.

Tertianarijs pulsus est ingens, citatus, vehemens, creber. Vrina in eis crocea, aut satis rubra, quasi sanguinea videtur.

De Quotidianæ Febris Pulsu & Vrina.

Quotidianis febribus pulsus est minor, ꝙ quartanæ. Vrina eorũ cãdida apparet, aut spissa, aut turbulenta. Vrina alba si longo tpe perseuerauerit, frigora soluit. Memineris autem quanto quartanariorum pulsus à tertianarijs minor est, tanto quotidianorũ à quartanarijs inferiorẽ esse. Vrina nigra quartanã nunciat. Vrina cum nebulis scissis, macronoxiã significat. Vrina nebulas cholericas habens, in ęgritudinẽ acutã transire significat. Vrina q̃ velut rasuram habuerit, & arenam, & in nebulis quasi sanguinem, syntexin renum i. colliquationẽ ostẽdit. Vrina phlegmatica si apparuerit sicut Sol in lympidis coloribus, indignationẽ renũ denunciat. Vrina alba si se subito in malum colorem mutauerit, proximã nunciat mortem. Vrina tenuis si post crisim venerit, & longo tpe perseuerauerit, repetitio cuiuslibet ægritudinis fiet. Vrina tenuis si in malum colorem se post crisim mutauerit, & ij qui patiuntur prima ætate fuerint, contractionem corporis significat. Vrina aspera si post crisim fuerit, in eandem febrem reintegrari demonstrat ægrotum.

De Dolentium Caput Pulsu & Vrina.

Caput dolentibus si vrina liuida fuerit augmentum significat. Vrina rufa, vt superior demonstrat: quibus si sanguis de naribus fluxerit, huius doloris fiet solutio.

De Synanchicorum Pulsu.

Synanchicis pulsus est paruus, velox, & densus: qui qñ ad periculum veniunt, sine pulsu sunt.

De Cardiacorum Pulsu & Vrina.

Cardiacis pulsus est paruus, & densus. Quibus imminenti periculo pulsus fit catoryctus i. defossus, vel deciduus. Et quando creuerit, quasi iaculũ contrahit, & fit velox, & paruus, & minus clarus, & inanis, et velut creber. Ac vbi cœperit crebrẽscere* passio, incipit vibrans esse, non clarus, cum tremore, & formicatione, incognitus & se subducens. At vbi cœperit grauari, pulsus fit densior, & post defectior: quibus velut inclusus esse sentitur, quod est pessimum signum. Quę quãdo ad melius venerit, pulsus inuenitur exaltatus, & bene dispositus, & leuis ictus. Vrina eorũ alba & aquosa, cum nebulis albis, eorum ægritudinis solutionem ostendit. Vrina in eis spissa quando fuerit, quæ spissitudo si velut scissa apparet, paralysin significat.

* Al. crescere.

De Pleuriticorum Pulsu & Vrina.

Pleuriticorũ pulsus est spissus. Quę passio qñ facta fuerit grauior, pulsus plus cõspissatur, & fit velox, & validus, & veluti fluctuans, & inspicientium digitis velut vngues sentitur. Quando autẽ ad peripneumoniam conuertitur, pulsus fit spissior, quã supradictis. Vrina tenuis, & saniosa si in initio ægritudinis venerit, & per multos dies manserit, phrenitin futuram nunciat, maxime si eis tussis sicca, & insomnia fuerit: quibus si sanguis narium, & plurimus dolor venerit, solutionem ægritudinis huius futuram nunciat. Vrina pinguis, & rufa mortem futuram ostendit. Vrina alba, & subliuida, mortem demonstrat. Vrina tenuis habens veluti limum liuidum, indigestionem, aut mortem nunciat.

A *De Peripneumonicorum Pulsu & Vrina.*

Peripneumonicis pulsus est validus & spissus. Qui quãdo ad periculum venerint, pulsus fit tardus, & veluti non comparens, & formicans. Vrina eorum nigra, cum varijs nebulis, mortem futuram ostendit. Vrina sanguinea cum nebulis supradictis, vitæ periculum nunciat. Vrina indigesta in initio, & ante crisim, significat mortem futuram.

De Cachecticorum & Phthisicorum Pulsu.

Cachecticis, & phthisicis pulsus est lassior, & talis morituris imminenter efficitur.

De Dysentericorum & Iliacorum Pulsu.

Dysentericis, & iliacis est pulsus lassus, minus tamẽ q̃ cachecticis. Quibus si cum singultatione pulsus fuerit, mortem futuram ostendit.

De Hepaticorum Vrina.

Hepaticorum vrina alba, & spissa, & plurimũ egesta, sanitatẽ pmittit. Vrina sanguinea, mortifera est. Vrina nigra, & turbulenta, & velut capillosa, & aliquid rasuræ habẽs, mortem significat.

De Spleniticorum Vrina.

Spleniticorum vrina rufa, vel nigra, intemperata, & tenuis, periculum venturum ostẽdit. Vri-
B na lucida nimis, bonum signum significat: quæ si cum nebulis fuerit, quasi conglobatione instanti, bona imminentia ostendit.

De Ictericorum Vrina.

Ictericorum vrina intemperata etiam vt supra, protractionem in longum tempus significat. Vrina rufa, & spissa plurimum egesta, sanitatem, & solutionem ventris promittit.

De Hydropicorum Vrina.

Hydropicorum vrina intemperata, & pauca, & rufa quando fuerit, mortem annunciat.

De Iliacorum Pulsu.

Qui dolorẽ ilium patiunt, illis pulsus est densus: & si ad periculũ veniunt, fit eis pulsus mitior.

De Eorum, qui in Renibus patiuntur, Pulsu.

Iis qui in renibus patiuntur, pulsus pigrior in vna manu, maior, ac vehemens, plenus, vel siccus, aut celer inuenitur: In altera vero manu pulsus inuenitur paruus, aut imbecillis, aut inanis, dispari tempore respondens.

De Nephriticorum Pulsu & Vrina.

Nephriticorum pulsus lassus. Vrina in his rufa si fuerit, non bonum significat, si causa in peius
C protrahit. Vrina in his spissa, & color velut sperma hominis, mortem significat. Vrina vinosa, augmentum doloris significat.

De Apostematum Pulsu.

Qui eruptionem patiuntur apostematum, his pulsus est spissus, qui neq; in declinatione, neq; in augmento mutatur.

De Vlceris Renum Vrina.

Iis qui renum vlcerationem habent, vrina spissa apparet, habens velut carnes supernatantes, nimium dolorem ventris significat.

De Scabiei Vesicæ Vrina.

Scabiem in vesica habentibus vrina si spissa apparet cum furfuribus supernatãtibus, dolorem futurum ostendit. Vrina saniosa, & plurimum egesta, & velut coagulata, aut aliquam eruptionẽ in renibus, aut initium calculi in proximo venturum ostendit.

De Ischiadicorum Vrina.

Ischiadicorum vrina sanguinea, & tenuis, & intemperata, in dolorem si venerit, acriorem dolorem venturum ostendit.

D *De Arthriticorum Vrina.*

Arthriticorum vrina sanguinea, & tenuis, nimios dolores venturos indicat. Vrina rubra, & nebulosa, dolorem cessare significat.

De Opisthotonicorum, & Emprosthotonicorum Pulsu.

Opisthotonicis, & emprosthotonicis pulsus est in tenuitate deductus.

De Cognitione Vrinarum variarum.

In omnibus his infirmitatibus, i. phthisi, hydrope, apoplexia, epilepsia, peripneumonia, paralysi, cholica, dysenteria, si vrina rubra fuerit, mortem significat. In phrenitica vero vel pleuritica, synocha, causo, tertiana, si vrina alba fuerit, aut subliuida, mortem significat. Vrina alba sine febribus, in masculis, siue fœminis, dolorem laterum, & aliquando renũ significat, & prægnantem fœminam significat aliquantulum. Vrina asterica, idest habens quasi stellas, vbi fœmina est, multũ dolorem stomachi, grauitatem ue capitis: masculis scapularum dolorem significat. Vrina si superius claritatem habuerit, & inferius nebulosa & subliuida fuerit, dolorem renum significat & coxæ, & genu, & superius stomachi. Vrina si superius fuerit subnigra & plena, & inferius claritatem habuerit, inferius dolorem renum, & superius grauitatem capitis, obturationem aurium & narium significat, quod fumus stomachi facit. Vrina alba, & nuda in omnibus, debili-

tatem, & frigiditatem significat corporis. Vrina alba & pinguedinosa, vel iumentina, dolorem E renum significat, & vesicæ, & capitis aliquantulum. Qui sæpius ad vrinā vadit, infrigidationem vesicæ significat. Qui patitur vitium hepatis, vrinam rubram & obscuram habet. Vrina pulmonis pinguedinosa, & alba, peripneumoniam significat. Si vrina spumosa superius fuerit, significat stomachi ventositatem, & aliquando desiderium veneris, & tussim, & frigiditatem.

De Febrium Maiorum Vrina.

Vrina quasi ignea, significat tertianam. Vrina sanguinea synochum causon significat. Vrina sanguinea, & obscura, causon significat. Vrina de pleuritide quasi fæx est: Iuuenes raro moriunt̄ inde, & senes raro euadūt: sed qui quarta die solutionē habuerint, nō euadūt. Vrina in febribus rosea, & obscura, phrenitin significat: de synocho.n. incidit hō in phrenitin. Si fœmina habuerit vrinā velut iumēto similē, dolorē vuluę, seu matricis, & febrem significat. ℭ *Cura Fœminarū hæc est.* Si doluerit vulua, post balneū accipiat trypheram magnam, & sero mittat ℈ ij de eadem in vulua.

De Vulneribus sanandis, & Alijs.

M*istura ad Vulnera sananda.* Rec. pilosellā ꝑ vlcere, saluiā pro paralysi, violā pro dolore, agrimoniā ad curandum, hederā terrestrē ad sanandū, melāgiā ad aperiendū, opopanacē ne cōtrarij sint sibi cibi, tenericulam ꝑ pleuritide, dictamum quæ ēt irrōnalibus subuenit, morsus ser- F pentum curat, betonicam pro febre, quinquēfolia pro expellendo sanguine vel pure, ad constringendum plantaginem, ad consolidandum consolidam eiecta pilosella, & melangia.

*Al. pīpinellā.

ℭ *Mistura perfectissima ad Plagam.* Rec. buglum i. herbā venti maior. i. consolidā m. fœniculum, peplium, vel pimpinellam, pindemōtis. ℭ *Emplastrum ad Vomitum restringendum.* Rec. mastiches, cymini, añ ℥ i, baccarum lauri ℥ i: tere, & cum succo rutæ collige, & super stomachū pone, & mirabe ris effectum. *Ad idem.* Zingiberis ℥ iij: pinse, confice cum melle, in stomacho pone, statim stringit. ℭ *Emplastrum ad Febrem.* Tolle radices rafani, & frige cum melle, & fac inde tentam, & mitte intus: postea tolle agrimoniam, & pinse, & fac emplastrum, & superpone. Si vis scrofulas absque plaga curare, pone super eas corticem nucis valde pinsitam: & post ij vel iij dies aufer, & pone ibidem nepitam herbam, tunsam: & post tres dies tolle, & impone sanguisugas, & sanabitur.

ℭ *Emplastrum barbarum, quod facit ad omnia Vulnera recentia, propriè autem ad Neruorum & Musculorū contusiones: & Luxata intumescere non patitur: Articulos incisos iungit: & omniū hominum Periculosissima sanat mirifice: internus prius iniectum, postea extra appositum, Plagas veteres, & Fistulas sanat vel consolidat.* Rec. ceræ, resinæ frixæ, picis frixæ, bituminis, omnium añ ℥ iiij, opopanacis, aluminis, & vitreoli, croci, gallæ omphacinæ, olei veteris, ana ℥ ij, cerusæ, mannæ, thuris, aluminis scissi, æruginis cāpanæ, om- G nium añ ℥ iiij: confice sic: Puluerem terendorum cum sufficienti aceto in mortario sine intermissione tere: solubilia cum oleo & cera soluta medicamini adde, & sufficienter commisce: quando autem commistum fuerit, compositis magdaliunculis conde, & vsui reserua. ℭ *Ad Ficum.* Puluerem radicis philipendulę i. sisalidos dabis patienti interius, & exterius superpone.

ℭ *Medicamen ad Dolorem Dentium.* Succo hederæ terraneæ, aut herbę in aure misso, in ea parte, qua dolor est. statim mitigatur dolor. *Ad idem.* Senecionis succus in aure eiusdem partis missus mirabiliter tollit dolorem. *Ad idem.* Succus herbæ calendulæ per nares eius partis missus, quæ dolet, dentes putridos excutit, & dolorem sedat.

ℭ *Fumigium ad Destillationem Vuulæ, & ad Rheumatismum Faucium.* Rec. styracis, ficuū pingium, florum amygdalarum, hyoscyami seminis, oīum quatuor ℥ vij: fac sic: Hæc omnia trita in puluerem redacta, cum ficubus & styrace diu terendo commisce, & in trochiscos informa: quādoq; opus fuerit, positos super carbones lentisci, vt traiectorium superimpone: & patiens ore aperto fumū accipiat donec sustinere præualet: & hoc ter in die faciat, mane, & meridie, & vesperi: & interpositis tribus diebus aut quinque, iterum atq; iterum faciat, donec sanus erit. Accipe auripigmētum, & diu tere, vt multum tenuis puluis inde fiat, & album oui, & misce cū prædicto puluere: quibus be H ne mistis, accipe pannum subtilissimum, & infice in illo misto, ita ꝙ totum absorbeatur ab illo pāno: postea pone ad Solē vt bene siccetur: postea incide pannū, & recipe frusta ad minus demum vsque ad ix dies: ponat vnum frustum super prunas positas in tegula, & inueniat infundibulum, mittatq; super pannum, fumum, qui inde exhalauerit per cannellam infundibuli in ore recipiat.

ℭ *Ad Guttam probatissimum experimentum.* Accipe cornu ceruí, & incide per partes: quas incisas pone in lebete cum vino albo: & tandiu fac bullire, ꝙ solummodo sexta pars vini remaneat: & sic cornu proijce, & vinum in pyxide repone, quod coagulabitur: & de illo loca dolentia perunge. *Ad idem.* Accipe nouem folia laurus, & pone vnum in veru, postea lardi frustum: & sic facias pro vnoquoque folio vnum frustum lardi: quibus positis accende, & guttas lardi in paropside collige, & loca dolentia perunge.

ℭ *Ad Ficum destruendum.* Accipe puluerem herbæ capilli veneris, & cępe, & aristoloch. rotund. appone super ipsum, & sine dubio destruitur. ℭ *Ad hominem Loqui impotentē propter phrenitim.* Accipe lapillum de oche, & bene tere, & puluerem cum aqua tepida tribue, & sine dubio liberabitur.

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE SPERMATE

CENSVRA

Et hic quoque liber summis, & maximis erroribus refertus est.

De Ortu Fœtus ex Spermate.

SPerma hoīs descendit ex omni corporis humore, qui fit ex subtiliori natura quatuor humorū. Hoc aūt sperma hēt neruos, & venas ꝓprias, attrahentes se à toto corpore ad testiculos: qui nerui, & venæ, ex fricationis calefactione viri & mulieris emittūt illud, sicut ex collisione ferri & petrę elicit̄ ignis. Et hi nerui & venæ diuersi sunt à neruis & venis vrinæ: vrina.n. suos proprios meatus hēt, & istud suos. Sperma viri fortius est & calidius muliebri: muliebre vero, nutrimentū est spermatis virilis. Secundum igit̄ naturam spermatis, vt ex subtiliori natura quatuor humorū procreati in coeundo emittitur cōpletum et animatum, ac tūc spermati muliebri associatū recipitur cum quodam spiritu in matrice, & ibi impinguescit ex matricis calore & fomento, spiritu per arterias subtiles attracto. Alius.n. spūs est ille, qui venit per arterias subtiles, & fouet matricē exterius: alius est, qui cū vtroq; spermate in eā intrat. Et ille spūs, qui exterior est, non permittit exire spiritū interiorē, sed constringit eum ad fouendum infantē, & calefaciendū. Postea vero venit in matricē quidam alius spūs existēs ex subtiliori natura sanguinis: q iungens se spermati vertit illud in naturā carnalē per matricis calorem, sicut hepar vertit phlegma in sanguinē in duobus vasis: in quibus operatur fortiter operam suā cum virtute fellis. Nec mirū si hepar operatur illud fortiter cū opera fellis: quia indiget magna opera vt vertat illud, quod graue est, in sanguinem. Spūs vero, qui est ex subtiliori natura sanguinis, non indiget tanta opera: leuiter.n. vertitur in sanguinem per matricis calorem sperma, ꝙ ex subtiliori sanguinis constet natura. Quibus in sanguinem conuersis, illa substantia incipit suscipere figuram hoīs per calorem naturæ: & vnaquaq; die in sui fomentum sanguinem attrahit, & in carnem vertit, crescitq; in formatione hoīs per naturalem spūm, propriam naturam singulis dans membris & similitudinē, s. alias ex acutis acuta firmās, vt digitos, vel res acutas cum acutis, vt in iuncturis ossium, & sic in cæteris. Prius aūt formantur humeri, ex quibus caput, & latera, & brachia, & tibię: ex lateribus renes: ex renibus coxæ, prius simul iunctę, & postea vna formando separat̄ ab altera. Demum vero formātur nerui & venæ. Et post hęc interior natura semper mittit harmoniam suā ad nutrimētum totius corporis, intus & extra. Intestina vero ex spū efficiuntur. Et expletis diebus triginta apparet masculi figura, fœminæ vero figura peractis diebus quadraginta. Figura itaq; humana pacta crescit infans, impinguescit, et tunc aperit̄ os, incipiūtq; ossa crassescere ex calore veniēte à matrice per spūm naturalem: hic.n. calor hēt virtutē cōformandi totū corpus. Fiunt aūt ossa ex quatuor humoribus, principaliter tn̄ ex grauiori sanguinis natura, purgat.n. sanguinem: medulla vero ex subtiliori natura illius grauedinis. Ossa acuuntur in cōpositione digitorum, manuū, & pedum. Et peractis mēsibus tribus, in masculo venę incipiūt exire inguinum cōstitutionē: in fœmina vero post tres mēses. Et deinceps mouet̄ infans in vtero, & sanguis menstruus, qui quotidie ex cibo & potu in corpore matris auget̄ vel efficitur, agitatur in corpore, volēs exire: & subtilitate sua per poros, quos aperit, venit in māmillas, vbi ex carū calore & humiditate mutat̄ in album & dulce: sed maior pars illius menstrui descendit in matricē ad nutriendū infantem. Quod aūt infans ex sanguine ad matricē descendente nutriat̄, qui emitti solet menstruo tp̄e ante conceptū, testatur Hippocra. sic: Vidi fœminā prægnantē minuisse sanguinē per brachiū, & in tertia die abortū misisse. Viri aūt mēstrua ideo nō patiunt̄, quia poros habēt, per quos sanguis ille tēdens vertitur in pilos, quod patet in brachijs, & pedibus, & in cęteris partibus. Spūs quoq; per os, & nares fortiores emittunt, q̄ fœminę, per quę exiccant̄ humores illius sanguinis, qui p sudorem emittunt̄. Sicut.n. aqua exiccatur in vase ex ignis calore, & per fumum emittitur, sic ille sanguis à suo proprio calore exiccatus, fumū ex se generat, qui p os & nares exit, pilosq; & sudorem, qui per poros subtiles exeunt: fœmina vero non tantum, non enim tanti caloris est.

[Margin: B; C; D. — Al. crassum. — In lib. de natura pue i ad principium.]

De Natura Pueri secundum quantitatem, & qualitatem Matricis & Spermatis.

QVantitas autem infantis formatur ex quātitate matricis hoc modo. Si matrix longa & stricta fuerit, lōgus & gracilis puer erit, & sic in cæteris. Sunt aūt in matrice spermatis receptacula septē, & tot creant̄ pueri, in quot ex illis ceciderit sperma. In dexterā matricis partē

ſi ſperma cadet,maſculus fiet infans: illic.n.calor & humiditas p hepar,calor & ſiccitas ex felle vigent. Si aũt ſperma viri debile ſpermati mulieris fortiori aſſociatũ illuc venerit,infans licet maſculus,muliebris tñ eſt fragilitate mẽbrorũ, & animi moribus. Poteſtq́; fieri ẽt ex prædicta ſpermatis viri fragilitate cũ forti mulieris ſpermate infans vtriuſq; ſexus. Si aũt ſperma in ſiniſtrã matricis partẽ cadet, fit fœmina, ex ſplenis & phlegmatis qualitatibus. Et ſi ſperma virile ꝑualet, fit virilis ac fortis fœmina,q̃n̄q; pilos agranones habẽs: poteſtq́; vt diximus ſupra de virili, femineum ſperma hoc ſimiliter nimis fragile vtriuſq; ſexus infantem reddere. Et nota ꝙ ſi ſperma viri forte ſit, maſculus eſt,ſi debile,fœmina. Et fœtus ligat̃ in vmbilico matris: & per eundẽ locum recipit nutrimentum dum eſt in matrice, & non per os: vmbilicus.n.fœtus vmbilico matris continuatur. E

De Alteratione Sanguinis aliorumq́; humorum in Spermate.

ORgana ſpermatis ſunt arteriæ & venæ, in quibus ſanguis vertit̃ in ſperma hoc modo. Sicut enim in mãmillis mulierum p quãdam decoctionẽ ſanguis in lac vertitur,ſic & in arterijs & venis ad nutrimentum earum vertitur ſanguis in calidam & humidam ſubſtantiam, phlegmatis habentem figuram: & nutriendo venas & arterias vertitur illa ſubſtantia in ſperma, quod mox in caput aſcendit cum magna *venarum & pororum ſubtilitate. Et deinde deſcendit per duas venas & duas arterias ad teſticulos. Solet autem contingere,ꝙ ſperma deſcendens à capite poros narium & aurium obturet ita, vt vitalis flatus exire inde vel introire nequeat. Sperma retentũ ꝑter naturam idem operatur,quod venenum,creſcensq́; in venis & arterijs ſuis, dum nequit deſcendere in ſanguinis *maſſam, nimiam generat paſſionem in faucibus quandam, quæ græce lycoides dicitur, latine lupus, idest ſtrangulator. Quòd autem ſperma principaliter ex ſanguine,ſecundario ex alijs humoribus efficiatur,hac ratione probatur: quia in multo coitu ſpermate deficiẽte ſanguis emittitur. Si vero ſperma à capite deſcendens non impeditur, venit ad teſticulos, ad vnum per venam vnam & arteriam,ad alium per arteriam & venam alteram. F

*Al. ventorum.

*Al. infantib⁹.

De Teſticulorum Compoſitione.

TEſticuli vero quatuor habent panniculos: quorum duo calorem & humorẽ habent,alij duo habent acutionẽ,quę acutio ſperma adiuuaret. Habent quatuor vaſa ẽt i. ſupradictas venas, & arterias: quatuor *ſeminãria,quorum duo ex recto ſemine,alia duo ſunt adenes, quæ ſunt attrahentia & purgantia ſperma. Solet nãq; cum vero ſpermate deſcendere aquoſum phlegma, quod ab †infirmis retinetur,& emittitur vel dormiendo,vel vigilando,quod ſemper liquefit: ex quo liquore acuto teſticuli magnum pruritum & ardorem recipiunt,vnde generatur voluntas coeundi. Habent etiam teſticuli neruos duos pendẽtes,& deſcendentes à principali oſſe colli & fundamento corporis, per dorſum & renes: qui nerui alios habent neruos coniunctos alijs oſſibus totius corporis. Notandum aũt eſt, ꝙ vna vena eſt propria ſpermatis, vacua ab alijs, quæ recipit id ſperma à quatuor alijs venis: illæ vero recipiunt ab alijs venientibus ab omnibus partibus corporis,& ab oĩbus oſſibus medullam habentibus: quæ vena ducit illud ſperma ad caput, vt ſupra dictum eſt. Quarum quatuor prædictarum venarum talis eſt natura: vna eſt iuxta renes: altera eſt iuxta cor & ſtomachum: tertia in pectore, & extẽditur iuxta pulmonem: quarta eſt prope formoſitatem hepatis,in quo eſt poteſtas ſanguinis, vnde diffunditur per totum corpus: ex cuius ſuperfluitate naſcuntur ſpaſmus, apoplexia, diaphragmatis apoſtemata multimoda,& multæ aliæ paſſiones. In pectore vero eſt poteſtas phlegmatis, vnde diffunditur per totum corpus, ex ſuperfluitate cuius fit aſthma(primum.n.aſthma fit ex corruptione aeris intrantis ad pulmonem,ſecũdum vero fit ex fumoſitate phlegmatis ad caput aſcendente & inde ad pulmonem redeunte) & apoſtema diaphragmatis,& apoſtema multi generis,& alię paſſiones cõtrariæ muſculis pectoris,q ſunt organa ſpũs quem ad ſe trahit pulmo & à ſe remittit,†& omnibus corde verbum cõmittentibus, & multæ aliæ paſſiones. Cholera enim poteſtatem habet ſuam in renibus,vnde decurrit per totũ corpus: ex eius ſuperfluitate naſcuntur paſſiones in renibus, & petra, ſperma etiam inuiſcatum, & dolor in renibus generatur,& in veretro: ideoq́; aliquando non poteſt tenere vrinam, vel non poteſt emittere: & in omnibus neruis vſq; ad pedem patitur. Renum etiam ſiccatio inde prouenit: vnde ſi cum muliere iacuerit, poſt patitur ſolutionem ſimilem debili ſpermati ſuper renes, & generatur apoſtema: ex quo aliquando procreantur vermes,& ſimilia. G H

* Al. ex femunctoria.

†Al. illis.

†Al. in.

De Domicilijs Humorum Sperma deſcendens alterantibus.

HAbent aũt prefati humores ꝓprias ſedes,& ab illis diuerſas,de quibus diximus,in qbus ſuas habent poteſtates: propria.n.ſanguinis ſedes eſt hepar, phlegmatis pulmo, choleræ rubræ fel,choleræ nigrę ſplen. Ex poteſtate choleræ rubrę,q̃ habetur in ſtomacho,q̃dam fumoſitas in caput aſcendit,generans ibi dolores,diaphragmatis apoſtemata,& alias paſſiones. Inde etiã deſcendit catarrhus ad pulmonem,vnde naſcit̃ aſthma,& phthiſis,& puſtulæ in pulmone. Qñ aũt ſperma deſcendit à capite, & ſuſcipit̃ à duabus venis & à duabus arterijs ſupradictis, ducentibus illud ad teſticulos,anteq̃ ad teſticulos ꝑueniat,deſcẽdit per loca illa, in quibus ſupradicti humores ſuam exercent ꝑtãtem, & ibi accipit naturã humoris ibi manentis: in hepate, fit calidũ & humidum: in pectore,mutat̃ in frigidũ & humidũ: in corde & ſtomacho, in calidũ & ſiccũ: & in renibus, in frigidũ & ſiccum. Sic ergo ſperma quatuor humorũ qualitatibus formatum in renibus deſcendit in teſticulos,

A testiculos, ibiq; mundatum & completum recipit à matrice mulieris: sicq; homo ex quatuor constat humoribus. In coitu igitur cuius sperma superabūdat, illi similis, infans procreat. Similis matri etiam hac causa fit, quia sperma eius est nutrimentum spermatis viri. Aliquando tñ vno superante humore nō est similis illi infans, cuius est sperma: nam alij humores debilitantur propter superfluitatē alterius: aliqñ enim sanis genitoribus strabo infans, vel claudus, vel naso torto nascit propter superfluitatē humorum, vel minutionem: quia quam potestatem habet sperma in loco suo, eandem habet natura in matrice. Item genitorum quolibet passione aliqua occupato, infans similem trahit qualitatem: & aliquando ex lacte matris. Sicut enim sperma viri habet potestatē in toto corpore, ita natura potestatem habet in matrice. Sicut.n. sanguis, ex cuius subtilitate oīum fit sperma, habet potestatem eūdi per corpus, ita & sperma quod inde fit, habet potestatem exeundi sine voluntate hominis vniuersaliter, dormiendo vel vigilando. Sicut enim natura corporis sequēdo quatuor mutationes in die, mutat corpus fm illas, sic natura mutat sperma in matrice fm easdem mutationes. Natura humani corporis proprie dicitur subtilitas fumositatis principaliter sanguinis: secundario aliorum humorum: & etiam aeris agentis & commouentis ipsum sanguinem in venis & arterijs: ||quæ infixa in carne est temperamentum omnium membrorum, testante Hippocrate, q natura est medius gradus in caliditate & humiditate, & septem materierum. Vnde venit, q quidam sunt cholerici, & quidam melancholici, quidam sanguinei, quidam phlegmatici: quod nisi esset, omnes eiusdem essent naturæ, licet non semper. Ætas enim vel diæta, seu aliud naturas quandoq; reprimit: sicut qui est sanguineus, naturaliter est iracundus, tamen iram deponit à corde procedentem naturaliter, aliqua occasione superueniente. Sic ergo natura quiescit & mutatur, sed eius proprietas†est inconuertibilis: quia qui naturaliter est sanguineus, iracundus est, iram tamen deponit. Sicut enim ignis prius acuitur & postea quiescit, non tamen amittit naturā suam, sic ille naturaliter prius acuitur & postea quiescit, non tamen mutatur.

In lib. de natura hominis cō. 1. t. 18. & 19. t. 30. D

† Al' quiescit & mutatur secūdum eius proprietates.

De Natura Pueri Concepti in horis Sanguinis.

IN tribus horis sanguinis, sperma conceptum à muliere in sanguinis mutatur naturam, & informatur. Homo inde editus ruber est: supercilia eius grauia: venæ temporum graues & plenæ: oculi sanguinei, nebulosi, passionibus semper abundantes: facies rubra, labia tenera, gingiuæ sanguineæ: sæpe fluit sanguis à naribus: guttur sanguine impeditur: inde vox grauis, rauca, debilis: os, dentes, guttur, & caput sæpe dolent: capilli tendūt in rubedinem: ambulatio moderata. Passiones ex rheumate sanguinis, & synochus, & alia ex sanguine procedentia.

C *De Natura Pueri Concepti in horis Choleræ rubræ.*

In horis choleræ rubræ conceptus, rubens & citrinus, & capilli: venæ crassæ, latæ, & plenæ, et citrinę: color citrinus, aliquando viridis: guttur, & os, & sputum, amara semper, & sicca: genua, crura, pedes, & ossa dolent: rheuma siccum per corpus sæpe currit totum. Inde nascūtur gutta, passiones ventris, dolores, vt dysenteria, transuersio ventris, lienteria: fiunt in somnis pauor, in fronte dolor, ambulatio acuta.

De Natura Pueri Concepti in horis phlegmatis.

Si vero in hora phlegmatis concipitur, albus, sed sæpe pallidus: oculi crassi, delati, aliquando similes oculis accipitris: palpebræ graues, capilli flaui: vox grauis, crassa: grauiter dormit, & sæpe stertit: os abūdat phlegmate: ambulatio grauis. Passiones, nimia tussis, amphimerina, asthma, apostemata articulis, nephrópoma i. renum dolor, colica, voluntas vomendi aliquando, quartana, paralysis, solutio naturalis, & alia ex phlegmate procedentia.

*Al' nephropono.

De Natura Pueri Concepti in horis Choleræ nigræ.

Si in horis choleræ nigræ, vultus niger, partim albus: oculi nigri, sicci, acuti: capilli nigri: vox subtilis, non alta: risor propter splenem, à quo procedit risus: ambulatio acuta, non audax. Passio-D nes quartanę, quotidianę, mania, mentis obliuio, cardiaca i. verberatio cordis, nephrópoma paralysis, phātasiæ, stupor mentis, oīs ossium harmonia sibi dolet, & alia q̄ ex cholera nigra contingunt.

De Natura Humana, Cur cunctis sit Agilior.

PErscrutati sunt philosophi medici cur naturam humorum quatuor bruta animalia non imitentur, vt de sanguine fiant sanguinea, de phlegmate phlegmatica, secundum horas, signa, planetas, & in alijs: quod sic soluitur, quia corpus hominis agiliori harmonia præditum esse necessarium est, vt facile addiscat omnem, ad quæ anima intendit, phantasiam. Homo enim theologus in virtute sapientiæ cum vi rationis suæ ad vniuersalitatem progreditur: & ideo corpus subtile & agile suscipit, vt facile rationem speculatricem sequatur, & imaginetur omnia. Sic denique fit perfectum hominis organum in theorica & practica. Itaq; multa sua agilitate ex humoribus quando concipitur in ipsorum proprietates transfertur, & ex planetarum atq; signorū operatione existente varias sortitur proprietates, ad quæ brutorum corpus non sic mutatur: sed tamen ex prima illorum eis indicta proprietate omnia vnius complexionis sunt, nam breuis numerus est ei collatus: vnde, cum vnus sit velox alter piger, alius paruus alius magnus, & in hunc modum eiusdem tñ complexionis sunt semper. Si enim ita ad plenum sequeretur numerus, vt homines alijs alij præessent & stultitia, & prudentia, cæterisq; intelligentijs. Neq; sicut in hominibus hora præ-

† Al' id genus.

ualet

valet materiæ ſpermatis eorũ, vt conuertat illud & firmet in humorum proprietates, quibus horę E illæ deputatæ ſunt, ſed extra infirmitas & natura ſpermatis eorum trahit vim & dominium humorum in ſui materiã: quia adeo fixum & inconuertibile eſt ſperma eorum, vt nunquam oẽ, ſed aliquãdo ex parte mutari contingat: quod in oĩbus certum eſt, quia in tantum agile & conuertibile eorum ſperma eſt, vt vis horarũ, & dominium humorum potius pręualeat ſpermati ad illud cõmutandũ, quam vis ſpermatis illius. Nam & ſi in ſingulis horis ternis ſinguli dominentur humores in vnoquoque homine, horæ tamen illius ſemper pręualet vis, in cuius horis natus eſt: nam ex debilitate ſpermatis aliquando contingit, vt minus vigeat in homine vis humoris, in cuius horis natus eſt.

De Immortali Subſtantia, Qualiter viſibili & mortali copuletur.

PErſcrutati ſunt alij philoſophi porphyrici, quo modo ſubſtantia incorporea poſſit vel eſſe vel iungi in ſubſtantia mortali. Sed non ſicut quatuor elementa coniunguntur in conſtitutione alicuius ſubſtantiæ, ſed animę ſpiritualis virtus ſenſuum corporis, qui ſunt virtus corporis, iũgitur verbum. Et etiam hoc cauſa non eſt extranea à cognitione, quod ſubſtantia incorporea ſit humiliata ad conſtitutionem alterius ſubſtantiæ: poſt cuius completionem illa ſubſtantia tenet ſe in ſua proprietate: & eius differentia ſemper ſimiliter ſit per ſe: & eius altitudo nunquã eſt accidentalis, ſicut altitudo illius ſubſtãtiæ quam complet: & eius differentia † diffinit oẽm accidentalem differẽtiam F corpoream: & nulla differentia accidentalis poteſt eſſe firma in ſua ſubſtantia. Hoc dicit Porphyrius ad oſtenſionem coniunctionis animæ cum corpore: & per hoc affirmat verbũ Dei in ſapientia hominis eſſe. Ad quod oſtendendum fecit Iſagogas: in quibus oſtendit differentias animæ firmas & immortales, & differentias corporis eſſe mortales.

* Al. verbo Dei

† Al. deſtruit.

De Spiritu quid ſit: & Qualiter operetur in tota parte.

SPermatici ſpiritus virtutes ſunt tres: quarum prima, eſt neceſſitas: ſecunda, virtus: tertia, organum. Neceſſitatis duo ſunt opera: nam & calorem cuſtodit, & ſpiritum animalem nutrit. Virtus vero eſt complementum. Organum vero diſcurrit oĩa ex opere animæ. Spiritus aũt ille, cuius origo eſt à corde, porrigit ſe per arterias & venas, dans in venis ſanguinẽ, mutando ſe in calorem naturalem & ſpiritualem vitam. Fumus autem progrediens ex calore ſanguinis, eſt nutrimẽtum ipſi ſpiritui: qui fumus ſpiritualis mittit ſe à venis in arterias, exiſtens animatio totius corporis & nutrimentũ: quæ partim vertit in carnẽ, & partim per poros mittit ad procreationẽ pilorũ: nec ſolum eſt fumus ſanguinis, immo habet admiſtam ſibi ſubtilitatẽ ſpiritus, decurrens per totũ corpus. Sãguis purgat per hepar: ſpiritus vero in arterijs clarificat ex fumo caloris à corde venientis: cuius clarior pars aſcendit per quaſdam arterias ad caput: et ibi ſe ſecundario clarificat per calorẽ ſurſum pro- G cedentem à corde: & clarificatus vadit per duas arterias in neruos, qui ſunt harmonia triũ ventriculorum capitis vſque ad animã: cui ex nimia ſubtilitate ſui cõnexa eſt aĩa: per quam anima miniſtrat phantaſiam ſuam harmoniæ totius corporis: & harmonia illa pereunti corpori. Dicunt Ammonius, Democritus, & alij complures, quod ille ſpiritus eſt corporeus: & ipſe idẽ eſt anima, hac ratione, quod miniſtrando phantaſiã ſenſibus, & ſenſus corpori, findens ſe † in parte dat corpori ſenſum. Hinc ẽt accidentalis probat eſſe, quia harmonia capitis eo conſumpto neceſſario trahit alium ſpiritum per eaſdem arterias ad nutrimentũ animæ: quia ſi ſubſtantialiter ineſſet, nõ eſſet opus alium attrahi. Vnde per hunc & ipſa anima corporea probatur. Porphyrius non conſiderat quidem aĩam, ſed conſiderat ſpiritum animatum rationalem, oſtendens ſpiritum hunc in Iſagogis corporeum eſſe ad opus animæ, non ipſam animam. Sed Socrates, Plato, Ariſtoteles, & Theodorus Platonicus, & Andronicus peripateticus, & Porphyrius, & alij complures vnanimiter affirmãt, quod nec corporea eſt, nec lege loci tenet, nec ſcinditur: quia cũ totũ corpus virtute ſua illuminet ad quęlibet exteriora progreſſa, non tamẽ in ſubſtantia ſua aliquam ſciſſionem patitur. Et ſicut aer Sole illuminatur, ſic corpus anima. Et ſicut aer per Solis lumen propriam omniũ rerum confert oculis intelligẽtiam, ſic anima corporis harmoniæ per ſpiritualem ſuæ ſapientiæ lucem, & propriam & ſecundã in- H telligentiam confert. Et ſicut lux Solis, quę incorporea eſt, ſuum complens effectum, nullam patitur diuiſionem, ſic & anima. Sicut etiam lumen Solis, quod incorporeum eſt, ſeparatur ab aere & ab omni intelligentia oculorum ſine corruptione, ſic anima quæ incorporea eſt, ſeparatur ſine corruptione à corpore. Empernomos philoſophus dicit non eſſe mirum aĩam, que eſt ſubſtantia incorporea, poſſe ſeparari à corpore, cum ignis qui eſt ſubſtantia corporea, poſſit ſeparari à lignis, quibus eſt iunctus, & reuerti in primã & propriam materiam ſine ſui corruptione. Sicut etiã Solis lumen illuſtrandum hominibus ſola vi vtitur ſua, non indigẽs vi alterius quæ attrahat quaſi ad complementum prioris virtutis, ſic & anima. Dicit Ariſtot. in Phyſica eſſe quinque partes animæ, phyticon i. nutricem, eſtheticon i. ſenſualem, cineticon cata topon i. vim ad omnia loca progrediẽdi, noeticon i. intellectualem. Anima enim, quoniam generatur à natura corporis, cum natura ipſius corporis vadit ad quatuor elementa: inde ad ſubſtantias inanimatas, vt ad lapides, ferrum, aurũ, propter nutrimentũ: inde ad arbores, dehinc ad beſtias, inde ad homines: quemadmodũ enim aqua diuidit in partes, quę poſtea † redimit in homine: qui ſi bonus & purus ſit, eius aĩa in cœlũ clara redit. Sed Porphyrius non conſentiens Ariſt. dicit quod nulla harũ partium ſeparat à ſubſtãtia animæ, cum omnes phyſici dicant animã nouam de cœlo immitti, & aſſociari ſpermati in matrice, vel

* Al. diſcernit.

† Al. per poros.

* Al. primam

* Al. primam

* Al. naturam

† Al. redeũt ad hominem.

puero

A puero prius formato: vnde si malus fuerit homo, vadit in bestiam, & inde redit ad hominē: à quo si bonus fuerit, vadit in gloriam. Porphyrius vero negans hæc omnia, dicit animam potius de bestia in bestiam ire, de homine in hominem, deinde in cœlum.

De Natura Pueri secundum horas Humorum.

NOtandum aūt est, sperma non semper animatū ab hoīe venire in matricem, sed tunc tm̄ qñ à Deo statutū est gigni infantē: & tunc aīa sociaī spermati. Stoici dicebant animas quotidie creari, & corpori prius in matrice cōposito immitti, & oē corpus nouū, & tēporaliter creatū, esse mortale. Porphyrius renuit, ostendens sic opus Dei esse debile, cū sit necesse quotidie creari. Sed sciendū nobis est ꝙ animę semper suā vitam firmam habent & stabilē ab initio: & sic nō est opus Deo facere nouas vnaquaq; hora. Dicit Hip. ‖ ꝙ si mulier recipit sperma in prima, vel in secūda, vel tertia hora noctis vel diei, infans cōtrahit ꝓprietates sanguinis, quia horæ sunt eius: si in quarta quinta sexta, choleræ rubræ: si in septima octaua nona, phlegmatis: si decima vndecima duodecima, choleræ nigrę. Quod si in sinistra parte matricis in horis sanguinis conceptus maneat, pater vero & mater in horis choleræ rubræ cōcepti fuerint, nō trahit infans figurā ex cholera rubra patris ac matris pp fragilitatē sinistræ partis: & habet causas passionū ex phlegmate vel à cholera nigra plusq; ex cholera rubra, nō tñ tanti acuminis, quantum si esset in dextra parte. Licet aūt in ista parte sit virtus choleræ nigrę, & pp fragilitatem eius sit virtus phlegmatis ibi, tñ infans à sanguine suarū sumit initium passionū. Si vero in dextra parte sit cōceptus in horis sanguinis, pater vero et mater in horis choleræ rubræ, licet plus retineat figurā à patre & à matre ex cholera rubra, q̄ ex sanguine, tñ retinet ꝓprietatē passionū à suo principio i. ex sanguine: q̄ passiones sunt hæ: synochus, pleuritis, spasmus, apostemata, causus, & aliæ passiones hmōi: habet ēt sanguis acutionē à cholera rubra. Si infans cōceptus est in horis cholerę rubræ, & genitores in horis sanguinis, ex his trahit figurā: magis tñ à suis, à quibus ꝓprietatē passionum retinet: quæ sunt febris acuta, tertiana, synochus, dysenteria, cephalalgia, phrenitis, ictéritia, & similia. Si vero in sinistra cōceptus sit horis p̄dictis existētibus suis & genitorum, puella magis retinet figuram sanguinis à patre & matre, q̄ ex natura choleræ rubræ: frigiditas enim sinistri lateris superat proprietates passionū: tñ inhærent ei choleræ rubræ, quæ propter frigiditatē minus sunt acutæ q̄ in dextra parte. Si vero in horis choleræ nigræ concepti sunt pater & mater, & infans in sinistra sit parte, si puella est, naturaliter melācholica est, vel paralytica, splenitica, quartanaria, epileptica, stulta, & iners: similis est ēt patri & matri, nec alio modo potest tēperari natura eius. Si vero sperma est in dextra, non semper, nec ita p̄dictas habebit passiones, pp temperamentū caloris hepatis, & fellis: & quia hic calor accidentalis est ei, non potest prorsus pellere naturalia. Horæ autem choleræ nigræ, & cæterorum humorū determinanē per cursum planetarū. Quod si puella sit concepta in horis choleræ nigræ, pater & mater vero in horis phlegmatis, puella retinet figurā phlegmatis, magis tñ choleræ nigrę: & inde habet causas passionum. Si sit in dextra, magis retinet figurā patris ex phlegmate temperato à sanguine: sed passionū proprietatē habet à cholera nigra non ita acutarū, propter calorem dextræ partis.

Si conceptio oīum sit in horis phlegmatis, & sperma sit in sinistra, puella est phlegmatica, debilis, quotidianaria, lienterica, phthisica, cephalalgica, dolens in omni mēbro, dolens in renibus in matrice & similia: & partim habet passiones à cholera nigra, propter affinitatem phlegmatis. Si vero sit in dextra parte puer, eadem patietur, sed temperate, propter sanguinem & choleram rubrā.

Si pater & mater cōcepti sunt in horis phlegmatis, puella in horis sanguinis, trahit à phlegmate, sed non acutius, propter maiorē sanguinis proprietatem. Si vero pater & mater concepti sunt in horis sanguinis, & puella in horis phlegmatis, contrahit passiones à cholera rubra & sanguine æqualiter, magis tñ à phlegmate: quæ passiones temperantur per sanguinē. Quod si cōceptio sit in horis sanguinis, patris vero in horis phlegmatis, matris in horis choleræ nigræ, à sanguine passionē ducit: & figurā & partē à patre: nullam vero à matre figurā, sed tm̄ debilitatem & inertiā. Si in sinistra est, plus à matre minus à patre: proprietatē passionū à sanguine, q̄ ꝓpter frigiditatē sinistræ non sunt ita acutæ, sicut in dextra essent. Quod si puer cōceptus sit in horis choleræ nigrę, pater in horis choleræ rubræ, & mater in horis sanguinis, partē figurę retinet ex patre & matre: minorem partem ex cholera nigra: sed maiorem partē passionum habet ex cholera rubra, minorē vero accidentaliter à sanguine & cholera rubra: quę passiones aliquantulū sunt tēperatæ. Si in sinistra est puella, plus cōtinet ex cholera nigra: minus enim à matre, nihil ex patre: passiones ducit ex cholera nigra, & sunt acutæ. Quod si pater & mater concepti sunt in horis choleræ rubrę, et puer in horis sanguinis vel phlegmatis, plus retinet figurā p̄ris à cholera ru. mediocrē figurā à matre & minorē: passiones à cholera ru. & sunt tēperatę. Si p̄r & mater concepti sunt in horis sanguinis, puer in horis phlegmatis, & sit in sinistra, maiorē partem figuræ habet ex patre, mediocrē à matre, minorē à phlegmate, passiones à phlegmate et sanguine. Si vero est in sinistra, plus habet à cholera ni. & phlegmate, minus à matre, nihil ex patre, passiōes ex phlegmate et cholera nigra. Quod si oīum cōceptio est in horis sanguinis, habet figurā à patre: et si sperma matricis superabūdet et sit sanū tota est ex parte p̄ris figura: passiōes sanguinis & acutæ. Si cōceptio oīum in p̄dictis sit horis, & in sinistra sperma, & matris sperma sit debile, tunc filia maiorē partē figuræ retinet à matre,

minorem

Hip. ī li. d... nitura ad ... diū, alte... nem, cu... aliquando ... tri magis ... lis sit, q̄ ... & e contra ... de horis ... autē nulla ... tio fit. Ibi ... cur modo ... res, modo ... minę ... *Al. ...

minorem ex cholera nigra. Si sperma matris est debile, patris vero sanũ & forte, totã figurã habet à patre, debilitatẽ vero corporis à matre: passiones à sanguine, partum à cholera nigra accidẽtaliter. Si oĩs cõceptio est in horis choleræ rubræ, & spma patris est forte, & matris debile, totã figurã habet à patre. Et si sperma matris est forte, & patris debile, ęquã vtriusq; cõtrahit formã: & aliquãtulũ tñ habet à cholera rubra, & passiones acutas. Et si tũc fuerit in sinistra, partẽ figurę habet a cholera, et tantundem ab vtroq; passiones vero à cholera rubra. Si vero sperma patris sanũ est, matris vero debile, figurã habet vtriusq;: si vtrũq; debile, totã figurã habet à phlegmate, parũ à sanguine, & cholera rubra. Et si tũc in sinistra fuerit, parũ habet ab vtroq;, s. partim à cholera nigra et phlegmate, plus a cholera nigra pp frigiditatẽ illius partis. Quòd si æqualia sint & sana, ab vtroq; continet figurã æqualiter: & parũ vero à cholera nigra & accidẽtaliter. Quòd si sperma abũdet & sanũ sit, plus habet à matre q̃ a patre: passiones ex phlegmate. Quod si cõceptio oĩum fuerit in horis choleræ nigræ, & vtrũq; sperma debile fuerit, ab vtroq; partim figurã recipit: plus vero a cholera nigra, & aliquãtulũ à cholera rubra & sanguine accidẽtaliter: Si vero sana fuerint, vtriusq; figurã retinet parũ a cholera nigra, & ẽt à cholera rubra accidẽtaliter. Quod si sperma, abũdet matris, plus figurã habet à matre: & si sperma patris supabundet, plus habet à patre, & à cholera nigra passiones. Si sana fuerit, vtriusq; figurã retinet, sed plus à matre. Et ẽt si sperma matris est sanũ, patris vero debile, habet figurã à matre, minus vero à patre: si cõtra est, æquã habet ab vtroq; figurã, & cholera nigra. Si plus supabundat materia, plus habet à matre, passiones à cholera nigra plus, minus à phlegmate. Si spma oĩum fuerit in matrice matris eorũ in eisdẽ horis, magnę eloquẽtię erunt. Si pater & auus infans vel puer concepti sunt in horis sanguinis infantis, mater vero in horis phlegmatis: & sperma matris superet, sed tñ debile: à neutro trahit figurã, quia illius sperma minus est, huius vero debile est. Qñ vero habet puer principiũ ab horis sanguinis, sicut auus eius, retinet ab eo figurã. Si pater fuderit semẽ in horis sanguinis, mater vero cõcepta sit in eisdẽ horis, cuius sperma fortius & sanius sit spermate viri debili, non capit figuram patris, quia sperma est debile: sperma vero mulieris fortius & sanius vertit sperma viri in suam proprietatẽ: sed postea superueniẽte aliqua passione vel phlegmate vel cholera nigra vel alijs humoribus, debilitatur figura matris: & ideo puer nõ potuit eius retinere figurã. Et quia auia eius pueri est cõcepta in hora sanguinis: & sicut puer cuius sperma reduxit sperma viri sui ad naturã, sperma illud quia est materia pueri acuẽs se in septima, non potuit venire in figurã patris & matris pp supradictas passiones, venit aũt in figurã auiæ. Si vero fortius est sperma aui spermate auiæ, tũc retinet figuram aui, si concepti fuerint in eisdem horis. Ideo puer existẽs in tertio ab auo suo vel ab auia iuuamen habuerit suæ figuræ, & non à patre vel matre, qui sunt in secũdo loco, vel vtriq; sperma fuit debile: tñ quia opera planetarũ semper solẽt ministrare prosperitatem ƀm imparem visum, vel diuersitatem naturæ ƀm parem numerum. * Si vero sperma patris vel matris debile fuerit, tunc nec humores, nec secũdus locus impediunt quin recipiant figuram ab auo vel auia: & hoc propter naturam & vim loci & horarum.

De Conceptione Pueri Alterata à Stellis, & non à parentibus.

CONtingit ẽt aliqñ infantem nulli parentum esse similem, et hoc fieri per naturam planetarũ: nasciũ enim aliquãdo mutus, vel carẽs pedibus, manibus, oculis, &c. Philosophi vero indubitãter asserũt teste Hipp. q̃ oĩs substãtia corporea animata iũcta sit & ligata in planetis & signis, quatuorq; elementorũ nexibus. Et hoc approbo auctoritate Alexandri Imperatoris Macedoniæ sic dicẽtis, q̃ Natanabus Rex Ægyptiorũ pater eius ƀm opera planetarũ cũ matre sua Olympiade cõcubuit: & per suã mathematicam & astronomicã rationem p̃cauit, vt non cognosceret eam nisi in talibus horis, in quibus ex operatione planetarũ & signorum figuram traheret, nõ ex patre vel matre. Cõsiderauit enim proprie Solem venturũ in leonem, et Saturnũ in taurum, à quibus volebat filiũ suum nasciturũ figuram & naturã principaliter retinere. A leone igit̃ tenuit crispitudinẽ capillorum, citrinum colorẽ, & toruum, aspectũ & vultum, & irã, & robur. Et quia aquila retinet proprietatẽ a leone in hoc solo, q̃ aquila altius volat cæteris auibus, & acutius videt, ideo Alexander habuit ex proprietate sui signi oculũ vnũ aquileũ & nasum. Et vt Sol clarus est præ cæteris, et qñ est in leone fortior est, sic ille toti mũdo dominatus est. Ex tauro vero contraxit cornutam frõtẽ, & corpus altũ, & ferociã: taurus. n. terrã findit ingenio simplici, & opere pio. Et quia draco habet proprietatẽ in signo tauri & magnitudine & sensu, & draco supra habet dentes acutos, & alterũ oculũ, in similitudinẽ draconis oculos habuit. Et vt Saturnus altior est oĩbus planetis, & in humilitate & subtilitate superat opus cæterorum planetarum, sic Alexander totum orbẽ superauit.

In lib. de genituræ ad finem Hip. affert causam, cur part⁹ mutilati nascantur.

De Natura Duodecim Signorum.

SCiendum itaq; est de signis duodecim, tria esse calida & sicca. Aries. n. ca. est in secundo gradu, sic. in tertio. Leo calidus est & sic. in quarto gradu. Sagittarius ca. in primo, sic. in secundo gradu. Alia tria sunt fri. & humi. s. cancer, scorpio, & piscis: nã Cãcer est Lunę sedes. Scorpio hu. in primo, frigi. in secũdo. Piscis frigi. in primo, humi. in secũdo gradu. Alia tria sunt ca. & hu. Gemini ca. est in secũdo, hu. in primo. Libra ca. est in primo, hu. in secũdo. Aquarius ca. in primo, hu. in secundo. Alia tria sunt fri. & sic. Taurus fri. in tertio, sic. in secundo. Capricornus fri. in secũdo, sic. in tertio. Virgo frigi. in secũdo, sic. in tertio. Alij Philosophi dicũt q̃ Gemini sunt ca. & sic. in

tertio

A tertio gra.& virgo ca.& hu.in primo,& sagittarius ca.& hu.in principio secūdi: & aquarius fri.et sic.in tertio gra. Aries,leo, sagittarius, sunt orientales,ca.ignei,& sicci. Taurus, virgo, capricornus,sunt terrei,frigidi & sicci,meridionales. Gemini,libra,aquarius, sunt occidentales, aerei,calidi & humidi. Cancer,scorpio,pisces,sunt aquatici,frigidi & humidi,septentrionales.

De Differentia Septem Planetarum.

AB his oībus ducunt elementa rerū naturas suas & qualitates p̄dictas: & opera planetarū cōplent & perficiunt per signa p̄dicta. Et quia elemēta iuncta sunt signis naturaliter,ēt ex elementis cōstat ois substātia corporea animata. Ergo elemēta opus recipiūt planetarū a signis. & illud trahunt oī substantiæ animatæ corporeæ, & illud esse natura à signis habet, & aliud i.efficaciā & operationes à planetis. Naturā enim dicimus in calore,& frigiditate, & cæteris: operationē vero in valetudine,pulchritudine,pigritia,velocitate,& similibus: quæ contingūt infantibus, etiam si non fuere in genitoribus. Multa enim de hmōi materia dicturi sumus,sed in p̄senti omittamus.

De Alteratione Signorum & Planetarum.

QVatuor autem sunt elementa ac temporaneæ mutationes, quæ fiunt s̄m cursum & rōnem signorum & planetarū. Temporum quidē aliud est calidum & siccū, vt æstas: & hoc fit ex B natura signorum eiusdem cōplexionis,s.ca.& sic. Aliud vero calidū & hu.i.ver,sicut alia tria signa. Aliud frigidū & sic.s.autumnus s̄m sua tria signa. Aliud vero frigidū et hu.s.hyems s̄m sua tria signa. Et vnumquodq; tempus s̄m naturā suorum signorū acuit et mouet materiē elemētorum,q̄ sibi est conueniens,quod tñ aliqñ mutari solet. Nam cum ęstas debeat esse ca.& sic.naturaliter,tñ eius calor minuitur & temperat̄ ex frigiditate,non ex sua natura,sed signorū: nā si ex potestate capricorni & planetæ eius,generentur seu creentur res alicuius anni, ex eorū frigiditate tēperatur æstatis calor,& ex illa frigiditate innaturali æstatis currentis & cōtrariante,cōtrarię nascuntur passiones. Æstate vero transeunte venit autumnus qui frigidus & sic.naturaliter est,sed ex capricorni natura,qui potestatē habet anni,vt diximus,superuenit altera frigiditas, quæ auget frigiditatem & sic.autūni: quę res est contraria quatuor elementis in corpore existentibus: est enim in illo tēpore maxima grauitas & intēperies. Et ex affinitate autumni qui nimis est fri. & sic.superuenit hyemi magna intemperies, adeo vt superetur in oībus quatuor elementorū temperata natura: putrefacta.n.liquescit à sua proprietate. Aduenīēte aūt vere quod est calidum & hu. temperat̄ eius calor ex frigiditate capricorni atq; hyemis iam peractæ. Deinde calor veris & æstatis cōtemperatur hyemis peractæ & capricorni frigiditate, cuius potestas illo viget anno: sicut vnūquodq; C signum suam habet potestatem s̄m suam naturam & mutationem suā. Et mouetur natura temporis anni illius, qui pertinet ad signū illud: & ēt per frigiditatē præfatā natura veris mutat̄: qua mutata turbat̄ naturalis calor humanæ naturæ: & q̄ prius erat per frigiditatē hyemis & capricorni rupta & putrefacta, mouet̄ & acuitur: & generantur passiones q̄ sunt propriæ illorum temporum, quæ sunt mortiferæ. Si vero ex potestate læsionis & planetæ eius,qui sunt calidi & sicci,generentur res atq; creent̄,æstas erit magni caloris & siccitatis: veniente aūt autūno, ex calore leonis & Solis eius frigiditas temperat̄ & hyemis: ideoq; turbat̄ aeris natura & acuitur, tum propter naturam signi & planetæ,quæ sunt calidæ naturæ, tum propter naturā sui ipsius qui est calidus: & acuendo se,pugnat contra naturas illorum temporū,s.hyemis & autūni, quæ frigidæ sunt naturæ: sicq; natura humana putrida mortiferas generat passiones, quæ propriæ nō sunt illorum temporū. Nam si in anno leonis & eius planetæ, in æstate generentur passiones acutæ & graues, tunc sunt p̄priæ eorum: si vero hyeme,vel in alijs temporibus eorū, quæ non sunt propria, generantur passiones ad eorum proprietatem,tunc illæ passiones magis erūt proprię eorum leonis & Solis,qui sunt calidi & sic.q̄; eorum temporum in quibus generantur. Generant aūt aliquando passiones permutata natura vtrorūq; i.temporum signa planetæ: quæ passiones generant alias, q̄ non sunt signo- D rum vel planetæ vel tēporum. Quod aūt dictū est de p̄dicto signo et planeta,quæ in eis sunt propria & quæ non,de reliquis intellige signis & planetis & tēporibus. Sole.n.ascendente frigiditas, cum tñ potius ex Sole calor inesse debeat: quod cōfert potestas Saturni ex capricorno,cuius frigiditas terræ acuit frigiditatē quæ aduenit: fumus in aerē ascendit, ex quo color aeris turbatur. Æstatem vero ex Sole calor & siccitas, ex terræ fumositate frigiditas & sicci. aerem corrumpunt: vnde animalia & nos turbamur in illo capricorni anno: homines grauibus infirmant̄ morbis: sicut apparet in anno leonis descēdente Sole super terram. Et qñ frigiditas adesse debet natura hyemis redeuntis,acuitur aer igne: & acuendo turbatus generat graues passiones,quæ propriæ sunt temporis illius,vt dictum est. Similiter apparet in anno cancri,qui ex eius natura acuit̄ natura aquę: qua acuente, inde ascendit quædam fumositas in aerem, ex qua turbatur aer: inde frigidæ & humidæ fiunt passiones,non propriæ illius temporis,sed signi. Si vero annus est libræ,acuitur,& acuendo trahit ad se calorem ab igne: & tunc tempus est multum calidum & humidum, s.hyems: & inde fiunt graues passiones,quæ propriæ sunt veris & hyemis,sunt enim calidæ & humidæ.

De Alteratione Signorum, & Septem Climatum mundi.

POtestas tamen signorum & planetarum non eodem modo se habet in omnibus partibus totius terrę. Climata enim mundi septē sunt s̄m planetarum rationem. Anno igit̄ capricorni,

qui

qui est frigidus & siccus, est maior frigiditas & siccitas in partibus illius terræ, q̃ propriæ sunt sub planeta, i. Saturno, qui est frigidus & siccus. Nam cum aliæ partes terræ naturaliter sint fri. et sic. tñ ex natura & potestate capricorni, quam habet illo tempore, magis mouentur & perturbantur q̃ aliæ terræ, quæ non sunt propriæ eorum. Quod si annus eorum non fuerit, tunc terra non habet moueri causa eorum nisi in hyeme & vere, scilicet per naturam: sed quãdo planeta superponitur, est alia significatio. Illæ vero terræ, quæ propriæ sunt suppositæ Lunæ & cancro, propter affinitatem frigiditatis quam habent, inferũt commotionem in suo anno, non tantam quantã inferunt suæ propriæ terræ: quia terra illa frigida est & humida, sicut cancer & Luna. Alijs vero terris, quæ neq; frigidæ sunt neq; siccæ naturaliter, licet inferant contrarietatem et commotionem, tñ paruam inferunt. Similiter leo & Sol maiorem commotionem dant terræ sibi propriæ subiectæ q̃; alijs: illi tñ quæ subiecta est libræ & arieti, licet non dent tantam commotionem, quãtam dant suæ propriæ terræ, tñ propter affinitatem caloris dant ei maiorem commotionem q̃; alijs, cum quibus nullã habent affinitatem. Si vero fuerit annus leonis & Solis vt dictum est, tunc toto illo anno dant commotionem in æstate tribus mensibus, & hoc vt dictum est per naturam.

*Al. illę

*Al. ęstate

E

De Alteratione Quatuor Partium Mundi.

EST & alia in terris mutatio fm quatuor mundi partes, dispositas scilicet ad orientem, vel occidentem, austrum, & septentrionem: & secundum altitudinem montium Soli accedentium, et ima vallium à Sole remotarum. Consideret ergo medicus an sit mutatio temporum propria an accidentalis, vt supra dictum est: Ætates quoq; hominum, figuras, colores, terram, vsum, passiones terræ in qua sunt geniti, vtrum sint consuetudinariæ an propriæ: an veniant accidentaliter secundum mutationem temporum vel naturaliter. Si enim sunt passiones ex natura terræ, aliud exigunt medicamen, quàm ex mutatione temporum naturaliter & accidentaliter.

F

De Discrasia propria Naturæ temporis Passionum, vel non propria.

INtuendum est ẽt, an natura hominis suæ cõcordet passioni & temporũ mutationi, an passio sit accidentalis & mutatio temporũ, an mutatio sit substantialis & passio accidentalis. Solet enim passio cholerica & sanguinea mutationi temporum concordare, sed à natura patientis discordare, & è contrario. Pulsus quoq; videndus est, an cõueniat cum sua natura & passione & temporum mutatione: an tantum conueniat cum mutatione, & non cum passione nec cum natura: an cõueniat passioni, et nõ immutationi neq; naturæ: an naturæ, & non immutationi vel passioni: an nulli. Adhuc ẽt sciendum est, an tempus transierit, vel præsens sit, seu futurum, in quo pharmacũ dari infirmo debeat. His enim ignoratis nec bene euenientibus, miratur, & cito desperat medicus.

G

Oportet ẽt medicum nosse, vtrũ infirmitas debeat augeri: & hoc an sui natura, an tpis, an passione alia superueniente: & sic poterit dare medicamen tẽpore congruo, vt vel decrescentẽ deprimat & tollat ægritudinem, vel imminenti resistat, ne nimis ægrum tardet. Nam si leue dederit medicamen in morbo adhuc leui, credens paruam fore ægritudinem, nihil fecisse videbitur, qñ grãdis infirmitas superuenerit. Sciendum aũt est quasdam infirmitates quibusdam esse substantiales, alijs accidentales. In æstate enim synochus & causus sunt naturales infirmitates cholericis & sanguineis: phlegmaticis accidentales: & ideo non eodem modo curandæ. Nam quæ potio cõuenit cholericis, per naturam temporis & morbi naturalis eis, est contraria alijs, et causa alterius morbi, id est phlegmaticis: est enim tempus, vt diximus, & morbus ille illis accidentalis. Si ergo phlegmatico alicui prædictis morbis synocha & causo occupato, eandem dedit eiusdem mensuræ medicinam, quam & cholerico, æstate cito sanabitur: quia eius complexio non est cholerica & sicca, sed est his contraria: cholerici vero diu infirmi manebunt, quia calidi sunt & sicci, & tempus: vertitur enim accidentalis febris in substantialem scilicet frigidam, quæ est phlegmaticorum. Oportet etiam scire complexionem: quoniam idem experimentum & eadem potio non omni danda est infirmo: contingit enim vt q̃ potio vtilis ei fuerit in primo vel secundo vel tertio periodo, in alijs non conueniat: & ideo fm diuersas ægritudinum mutationes ad diuersos periodos, diuersa conuenit dari purgantia. Attende fm quas horas, scilicet an sanguinis, vel choleræ rubræ, vel phlegmatis, vel melãcholię, magis acuatur passio vel minuatur. Synocha enim in horis sanguinis si acuatur, scias eius originẽ esse ex accidentali mutatione sanguinis, non à principio choleræ rubræ. Mutatur. n. sanguis aliqñ ex cõmistione, aliquando ex Solis ardore, aliqñ ex itineris fatigatione, & generatur synocha: ex qua commotione sanguinis acuitur cholera rubra: qua acuente quiescit sanguis, et synochus & causus generantur ex acuitate choleræ rubræ. Si vero ephemera febris acuitur in horis sanguinis, scias esse ex phlegmate salso coniuncto sanguini: quod phlegma acuens ex affinitate sanguinis solet verti in choleram rubram, & inde solet generari febris tertiana. Quartana vero si in horis sanguinis acuitur, scias eius materiam, id est melancholiam generari ex putrido sanguine sub planeta naturę propriæ. Quod si synocha magis acuitur in horis cholerę rubrę, nõ est propria synocha, quia vel mutabitur in tertianam, vel in causum. Si vero tertiana acuitur in illis, vera tertiana est et propria: in illam. n. aliquando mutabitur febrem. Quotidiana vero si acuitur & mutatur in horis choleræ rubræ, cito vertitur in tertianã. Si vero quartana acuitur & mouetur in horis choleræ rubræ, cito vertitur in tertianam. Si vero quartana mouetur & acuitur in horis eiusdẽ,

H

scias

A scias principium eius nō fuisse ex putrido sanguine, sed ex cholera rubra perusta in melācholiam conuersa. Quod si synocha acuitur & mouetur in phlegmate, sicut in horis sanguinis, scias generari ex sanguine iuncto phlegmati salso: & proprie post terminum suum completum mutabitur vel in quotidianam, vel tertianam, licet magis affinis sit tertianæ, q̄ quotidianæ, propter calorem. Si vero tertiana phlegmatica mouetur, & acuitur sicut in horis choleræ rubræ, minus est periculosa: mutabitur enim in quotidianam: de quotidiana vero fiet quartana: & aliquando reddit tertianam. Quod si quartana moueat et acuatur in horis phlegmatis, principium eius fuit salsi phlegmatis, quod versum in choleram rubram incenditur, & vertitur in melancholiam: sicut viride lignum vertitur in viuum carbonem, deinde in cinerem. Quod si synocha mouetur in horis choleræ nigræ, †minus grauis passio, & æger est piger, & grauis, & illa infirmitas habet partem non solum ex bono sanguine, sed etiam ex putrido: & proprie post terminum suum completum veniet infirmus in quartanam. Si vero tertiana acuitur & mouetur in horis melancholiæ, subito vertitur in quartanam. Quod si quartana mouetur in horis illis, firma est & propria, nec mutatur in aliam propter prædictas passiones: omnes enim aliæ habent moueri & acui secūdum prædictas horas, & earum naturam & rationem: & secundum motum, & acutionem ipsarum, bene discernētur & B tactu, & pulsu, sicut ex prædictis horis.

† Al. magis est.

De Cognitione Aegritudinis secundum Planetam, Diem, & Horam.

SCire etiam medicum decet planetam & signum, in quo æger ægrotare cœpit, & tempus s̄m diem & horam. Nam si infirmitas fuerit s̄m signa & planetas, sed accidētaliter ex acutione signi & planetæ esset, habet aliam distinctionem. Si vero medicus nesciuerit infirmitatem per numerum, idest per naturam signi & planetæ, perscrutetur pulsum & horas, vt dictum est.

De Qualitate & Efficacia Planetarum in septem Climata.

ASserūt etiam physici omnia in terris firmari & compleri secundum cursum & operationem superiorum corporum: quorum operatio omnis summi Creatoris virtute consistit. Elemēta igitur quatuor, signis duodecim, & septem planetis iuncta sunt: & eorum causa, quatuor habēt temporum mutationes: secundum quas humana, & omnium subiectorū natura mouetur & acuitur: per quam motionem & acutionem passiones fiunt. Hæc autem mutatio est vniuersalis omnibus mundanis. Est & alia mutatio ex natura terræ specialiter & planetarum constans in diuersis regionibus. Quadrifidus enim orbis etiam in septem diuisus est partes secundum septem planetas, qui per astrolabium discernuntur. Sciendum est tamen partes illas septem non esse conti- C nuas, sed in toto mundo diuisas. Terra enim illa, quæ est frigida & sicca in quarto gradu, sub potestate est Saturni, qui eiusdem est naturæ. Quæ vero frigida est & sicca in primo gradu, sub Iouis imperio, qui eiusdem est naturæ, & qui etiam affinitatem habet cum natura rerum omnium maximeq; ad gaudium pertinentium. Sed quæ calida in secundo, humida in primo, sub Martis ditione est, & suæ naturæ conuenit eiusdem. Sed quæ est calida & sicca in quarto, Soli conuenit & concedit. Quæ autem calida & humida in primo gradu, sub Mercurio. Quæ vero humida, in primo, frigida in secundo, habens aliquantulum temperamenti calidi, Veneri subiacet. Sed quæ frigida & humida in primo gradu, Lunæ conuenit. Quæque autem singulæ terrarum partes sui retinent planetæ qualitates: accidentaliter tamen in naturam vertuntur planetę alterius: terra enim, quæ ex sui planetæ natura proprie frigida seu calida esse debet, in contrariam vertitur naturam & complexionem. In complexionibus ergo præfatis, deinde etiam in altitudine, & profunditate, & erectione, & casu, & harmonia cuiusque planetæ conuenire debet, ad cuius similitudinem composita est, & inde omne corpus sanum vel ægrum est. Vnde Andronicus peripateticus asserit nos esse secundum nostram voluntatem: & extra nostram voluntatem ambulamus: & etiam contra nostram voluntatem, quando nostra anima ducimur, vel quando accidentaliter ex natura corpo- D ris, aut iræ furore, aut alio impetu mouemur. Monet etiam secundario aut cogente natura corporis ad malum cognitionem reddere: sicut enim musicus nequit chorda falsa sonitum reddere, sic anima prauum corpus, scilicet libidinosum vel aliud, ratione sui nequit regere: & symphonia instrumenti artificis animæ, idest corporis displicet. Andronicus igitur commotiones planetarum, & compositiones merito asserit veras: & cætera vitia non esse naturalia animæ: nec animam ex natura corporis constare, quod quidam voluere. Si enim eiusdem esset naturæ, nil repugnaret quin anima rationibus spiritualibus subderet corpus, scilicet ieiunijs, & cæteris virtutibus corporis vitia subderet. Et ideo dicit Plato in logica, dum iuuentus est per sensum & rationem mundata ab omni prauitate corporis, cognoscetis omnem virtutem: omnis enim prauitas extra naturam. At alijs elementis corpore composito, ipsum corpus animam mouet: quod eorum contrahit qualitates. Dicit Hippocrates in Physica, ‖quod terra est apposita generare naturam corporum. Est autem vt terra alia dulcis & temperata, ita & homines eius dulces & mansueti. Et ideo anima mandat eis per phantasiam suam omnem bonam operationem. Est & alia terra per naturam planetarum acuta: vnde eius homines veniunt bellicosi. Et quia operatio corporeę materiæ ligata est quatuor elementis, ideo dicit Plato, quod ratio conuenit ex superioribus, & ministrat homini spiritualem intellectum, secundum quem discernit superiora & inferiora, vera & falsa in theorica,

In lib. de natu. hum. com. [illegible] t. [illegible] Idē fere in li. de natu. pueri ad medium, & [illegible] princip[illegible] bri 4 de mo[illegible]

rica,& practica,i.in diuina rerum consideratione,& operum faciendorum doctrina & instructio- E ne: praxis enim græce,operatio latine. Et quia sensus non fit cum imaginatione animæ, cito ducitur ad dissensiones rerum,vnde theorica efficitur: Deus enim omnia imprimit,& vbiq; est,& omnia implet. Inde dicit Plato ꝙ homines existentes ante suum tempus, non ex virtute rationis, sed ex natura corporis,suam praxim adimplebant. Et inde affirmat Isaac ꝙ terra per operationem planetarum generat naturam corporis: natura vero corporis mouet corpus in consuetudines malas, & mutationes malas. Et mutatio quatuor temporum fit per duodecim signa & septem planetas: maior est autem per Lunam & Solem. Luna vero vnoquoq; mense mundum perambulat, & dat motus quatuor elementis. Sol vero quatuor tempora anni conficit, s.ver calidum & humidum: quod si non esset,sed siccum, vt quidam volunt, siccarentur gramina, non autem augerentur vel fouerentur: & alia inconuenientia essent,si aer tunc siccus esset.

De Natura Coniunctionis & adiunctionis Quatuor Elementorum.

Hipp. in lib. de nat. hom. cō. 1. t. 14. 1ᵒ. 29. h. calidum ait secedere ad calidum, humidū ad humidum.

ASserebant falsò quidam philosophorum,|| quòd homine mortuo humores separarentur, & ad propriam redirent naturam,vt sanguis in aerem,cholera rubra in ignem,melancholia in terram,phlegma in aquam. Hippocrates autem & Aristoteles & alij philosophi asserūt destitutis & mortuis humores in terram redire. Dissentiunt etiam Socrates et Hippocrates à quibusdā alijs F physicis dicentibus,quòd quatuor elementa nullum patiuntur detrimentum à sua substantia, sed remanent integra,nec corrumpuntur in constitutione corporis humani: sed quædam differentia accidentalis egrediens ab illis quatuor elementis temperat & regit humana corpora, quæ perit cū illis corporibus: sicut albedo vel nigredo consistens accidentaliter, in corpore destructo perit: & aliqua differentia destructa non patiuntur illa elementa aliquod damnum, quia semper sunt fixa & integra in sua substantia. Dicunt enim Aristoteles & Hippocrates,ꝙ omnis creatura incorporea penetrat totam substantiam,cui aduenit intus & extra: vnde illa differētia, cum sit incorporea, est veniens ad humana corpora ab illis quatuor elementis ęqualiter intus & extra. Sed illa differētia tantum est extra & non in figura incorporea. Nam si illa differentia esset adiuncta corporibus humanis vt illi dicunt, tunc illa corpora per illam differentiam intus & extra essent vbiq; eiusdem naturæ & eiusdem coloris: sicut aqua vbiq; in tota substantia per calorem calida, per frigus frigida. Ergo sicut calor & frigiditas,quæ sunt accidentales differentię aquæ,possunt separari ab ipsa et destrui permanente substantia ipsius aquæ, sic illa differentia, quando accidit corporibus nostris, perit, remanente natura & proprietate nostrorum corporum: quorum differentia accidentalis apparet extra,& potest destrui,sicut ipsa corpora sunt mortalia. Dicit nāq; Hippocrates, Sicut nulla G substantia incorporea habet nutrimentum à differentia corporea,sic nulla substantia corporea potest nutriri à differentia incorporea. Vnde testante Hippocrate|| aer & aqua & ignis iunguntur et efficiuntur vnum: quibus terra propter suam nimiam ponderositatem nequit adiungi, sed mandat suam frigiditatem & siccitatem,quæ temperat illa tria, & sic complent naturam corporū: sicq; mortuis omnia illa rediguntur in terram. Et ideo sciendum est, ꝙ terra secūdum grauedinem suā non potest associari alijs tribus elementis in constitutione humanorum corporum: nam postea illa tria propter grauedinem terræ non possunt explicare suam operationem. Aqua turbulenta & commista terrę nō potest se mouere, nec in aliam partem suā vim emittere. Item,sicut videmus,ꝙ turbati sanguis & cholera vertuntur in melancholiam: melancholia vero in nullum supradictorum nisi in phlegma,& de phlegmate in alios: ita aer ignis et aqua vertuntur in terram,de terra in humiditatem,& de humiditate in alia elementa.

Fortasse illud quod ab Hip. dicitur in li. de dięta primo ad principiū, Constitui oīa animātia ex duobus differentibus facultate, cōcordibus verò vsu,igne inquā,& aqua:& hæc ambo sufficiētia esse tū alijs omnibus, tū mutuo sibi ipsis.

De Mutatione Elementorum qualiter fiat.

SVpradictam hanc mutationem vocant physici hoc modo. Terra enim crescens vnaquaq; hora ex mortalitate corporum vertitur in aquam: cuius subtilitas calefacta vertitur in aerē: subtilitas autem aeris calefacta vertitur in ignem. Sicut enim aqua mittens humiditatem suam,vertitur H in terram accidentaliter,sic terra inde crescens accidentaliter,amittit tunc siccitatem suam,et vertitur in aquam: & sic considerant naturam aliorum elementorum. Et ideo dicit Aristoteles ꝙ nullū difficile aut dissolubile nomen est fixum & firmum circa aliquam substantiam. Nam illud quomodo dicitur per supradictam creaturam ꝙ terra vertitur in aquam, aqua in aerem, aer in ignem, sic ignis ingrossatus & infectus vertitur in aerem,aer ingrossatus vertitur in aquam, aqua ingrossata in terram: quę,vt dictum est,iuncta insimul fiunt corpora nostra. Corpora vero nostra vertuntur in terram, & vnumquodq; vertitur in aliud. Et ideo dicit Aristoteles ꝙ hæ quatuor materiæ non habent hæc supradicta nomina fixa & stabilia sibi, sed proprie dicitur substantia: nā in quodcunq; vertitur aer vel aqua,tunc dicitur substantia.

De Mutuis Conuersionibus Elementorum.

COnueniunt autem & differunt elementa differētijs & qualitatibus. Sicut enim aqua frigida & humida cōtraria est igni,& mutat eius proprietatem,ignis vero calidus & siccus,terra frigida & sicca,aer calidus & humidus, aqua frigida & humida: & his qualitatibus ad se inuicem colligantur attrahentes semper consimiles qualitates,vt aqua terram siccam frigidam: deinde contēperant se in contrarijs,nam siccitas terræ per prædictam frigiditatem trahitur ad humiditatē aquę siccandam:

A siccandam: ita etiam humiditas aquæ ascendit ad ignem tracta per aerem illuc, & ita vel annihilat contrarium suum, vel attrahit. Aqua igitur per frigiditatem suam terræ iuncta à terra trahit frigiditatem & nõ siccitatem: aer aquæ per humiditatem conueniens attrahit illam: ignis vero aeri per caliditatem conuenit, & illam suscipit ab aere. Vnde dicit Aristoteles, quod duo sunt genera aeris, vnum ex fumositate aquæ, aliud ex fumositate ignis, qui suam caliditatem & siccitatem mutans vertitur in fumosam materiam. Hoc facto associatur supradictæ materiæ, quæ est fumosa, & calida: ex quibus duobus generibus iunctis efficitur aer, qui aliquando ex frigiditate & humiditate aquæ acuitur & inuoluitur: & inuoluendo amittit suum calorem, & sic vertitur in suam materiam ex qua fit, idest aquã: ex eius enim cõstat fumositate, vt dictum est. Aqua vero si de terra, inspissatur & amittit humiditatem: recipitq; aqua & terra siccitatẽ, & in eius redigitur naturã. Nascuntur ex his corruptelæ corporum: nã aer intra ignẽ & aquam stans tribuit calorem ignis, & in aqua acuitur, & calefit, & fumositas illa in aerem surgit, & inde aer turbat, & etiam frigiditate contrahente à terra, & calore desursum ab igne. Nouem autem sunt naturæ seu qualitates corporũ: octo intemperatæ scilicet, & quæ conueniunt omnia animali, scilicet calida, frigida, humida, sicca: calida & sicca, calida & humida, frigida & humida, frigida et sicca: nona vero soli homini cõuenit,

B & eius solam temperat naturam. Et ideo vtile est nosse, quæ harum octo sunt substantiæ, & quæ differẽtiæ. In igne ergo calor eius est differẽtia virtutis ipsius: quo calore amoto, attrahit siccitatẽ & remanet quędã fumositas calida, quæ est substãtia. Aeris vero defferentia est calor, qui designatur & reuertitur sępius, vt dictum est: substãtia vero eius est humiditas, quę aliquando desiccatur vt solet fieri quando vertitur in terram, illa enim siccitas est ei accidentalis: quæ & siccitas est accidentalis, si duret frigiditas: nã dum redit in suam propriam naturam, amittit siccitatem, semper autem est humida. Et sciẽdum est, ꝙ aquæ humiditas est idẽ, quod eius frigiditas, nec sunt habendæ pro duabus differentijs, sed pro vna tantũ: nam ex nimia frigiditate terrę fit nimia frigiditas aquę, vnde in aqua differentia est eius humiditas. Siccitas autem terræ est differentia: potest tamen remoueri à terra eius siccitas, licet videatur eius substãtia: est enim cum ipsa frigiditate, verum & ipsa potest remoueri à terra. Est igitur eius substantia humiditas: in primis enim terra fuit humida: & eius siccitate remota, & frigiditate, quæ est eius siccitatis, terra vertitur in humiditatem.

*Al. alterat.

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE NATVRA ET ORDINE CVIVSLIBET CORPORIS

CENSVRA

Liber ordine & iudicio carens.

De Quatuor Humorum Natura.

D Licet te sciam, charissime nepos, græcis literis eruditum ad hanc disciplinam posse pertingere, tamen nequid tibi poscenti ad memoriam denegetur, ex libris medicinalibus Hippocratis intima latina feci: quod quia dignus es fideliter trado, dę suturus tibi aui tui patris mei librum, ex quo mundi rationem cognoscas; vt nosse possis quanta fuerit generis nostri sapientia. Nunc verò tibi corporis vniuscuiusq; naturam & ordinem aggrediar exemplificare. Corpus igitur hominis ex quatuor humoribus constat: nam habet in se sanguinem, choleram rubrã, choleram nigram, & phlegma. Qui quatuor humores habitant vel dominantur in locis suis. Sãguis dominatur in dextro latere in hepate, quod iecur vocamus: sic & cholera rubra ibidem dominat: in sinistro vero latere, idest in splene cholera nigra dominatur: phlegma autem in capite, & alia pars in vesica: alia pars sanguinis dominatur in corde. Virtus autem ipsorum talis est. Sanguis est feruens, humidus, & dulcis: cholera rubra est amara, ignea, & sicca: cholera nigra est acida, frigida, & sicca: phlegma vero est frigidũ, salsum, & humidum. Hæc omnia crescunt suis temporibus. Sanguis enim crescit tempore ab octauo idus Februarij vsq; in octauũ idus Maij, & sunt dies xcij. Cholera vero rubra in æstate ab octauo idus Maij vsq; in octauum idus Augusti, & sunt dies nonagintanouẽ. Cholera autem nigra autumno ab octauo idus Augusti vsq; in octauũ idus Nouembris, & sunt dies nonagintaunus. Phlegma vero hyeme ab octauo idus Nouembris vsq; in octauũ idus Februarij, & sunt dies xciij.

Hi quatuor humores hoc idem patiuntur die ac nocte. Sanguis enim dominatur horis septem ab hora noctis nona vsq; in horam diei tertiam. Exinde dominatur cholera rubra vsque in nonam diei horam. Deinde cholera nigra dominatur ex hora diei nona vsq; in horã noctis tertiã. Phlegma autem dominatur ex hora noctis tertia vsq; in horam noctis nonam. Hæc omnia habent respirationes suas per singulas partes corporis, sanguis per nares, cholera rubra per aures, cholera nigra per oculos, phlegma pes os. Diuiduntur etiam hi quatuor humores per quatuor ætates, i. phlegma in pueris ab ineunte ętate vsque ad xiiij annos cum sanguine: exinde cholera rubra dominatur vsq; in annos xxv: & exinde dominatur vsq; in annos xlij maxima pars sanguinis cum choleris nigris: dominatur exinde vsq; in summam ætatem phlegma, sicut in pueris dominatur.

Præterea hi quatuor humores faciũt in hominibus tales mores. Sanguis facit homines boni voti, simplices, modestos, blandos, euchymos siue plenos. Cholera rubra facit homines iracundos, ingeniosos, acutos, leues, macilentos, plurimum comedentes, & cito digerentes. Cholera nigra facit homines subdolos cum iracundia, auaros, timidos, tristes, seditiosos, inuidiosos, habentes sæpius cicatrices nigras in pedibus, vel in alijs membris. Phlegma facit homines compositos, inuigilantes, inter se cogitantes, cito afferentes canos in capite, minus audaces. Omnia ergo, quæ calidas habent virtutes in superioribus locis corporis dominant̃. Pulsus autem suos hi quatuor humores habent vel faciunt. Sanguis enim pulsus facit plenos, humidos, æquales. Cholera rubra facit pulsum tenuem, citatumq;. Cholera nigra facit pulsum plus tenuem, sed tabentẽ, veluti percussum, & asperitatem. Phlegma facit pulsum minus plenum, humectatum, æqualem pondere. Hi humores sine se esse non possunt, & in omnibus ætatibus dominantur: sed quoties ex his humoribus aliquis excreuerit, tunc facit ęgritudinem longam, & causæ veteres pro sua vetustate. Et temperantiam, & æquitatem, & æqualitatem pro corpore ætatum omnium, hi humores singulis ætatibus faciunt, quoties quisque eorum augmentum acceperit. Et tunc longam ęgritudinẽ facit, si imperitum medicum habuerit, aut certe negligentem, aut qui causam non intellexit, aut ex quo humore ægritudo nata fuit. Et quidem tunc diligens & doctus ægrotanti potest succurrere: si vero negligens fuerit aut non intelligens, tandiu protrahit ægritudinem, quandiu transeat humoris ipsius tempus, & alius exterius humor augmentum accipiat, ita vt iste humor excludatur, ex quo ægritudo fuerat nata. Nam si sit ex causa sanguinis, qui sanguis est dulcis & calidus & humidus, occurrendum est sic: adhibeatur ei contrarium, quod sit frigidum amarum & siccũ. Si fuerit causa cholera rubra, quæ est amara viridis & ignea & sicca & acris, debet adhiberi quod sit frigidum & humidum. Si autem cholera nigra fuerit causa, debet adhiberi, cum sit frigida & sicca & acetosa illud, quod est calidum & humidum & dulce. Si ex phlegmate nata fuerit ægritudo, cum ipsum sit frigidum salsum & humidum, debet adhiberi, quod sit dulce calidum & siccum. Hæc quando adhibita fuerint, tunc & peritus medicus inuenitur, & ęger cito ad sanitatem reuertitur. Hæc tibi pro nostri memoria religiose nepos dedi maiora te putans adepturum.

De Dispositione Plasmationis Fœtus in Vtero.

EXpositionem membrorũ, quo ordine, vel qbus iuncturis, vel quo schemate, homo in vtero materno plasmetur, hic docemus, exordiũ à capite sumẽtes. Maioribus.n.nostris, Apollini, Hippocrati, Apollonio, & cęteris Santonicis placuit mortuorum viscera scrutari, vt scirent vnde vel quomodo morerentur: hoc autem nobis facere ipsa humanitas prohibet, eò ꝙ ipsis scrutantibus oĩa manifesta atq; aperta sunt. Et quid dixerunt? Caput nostrũ commissuras habet quinque angulosas se inuicẽ continentes, sicut summus anatomicus philosophus hic memorans dicit: masculus in galea commissuras habet quinq;: fœmina vero in circuitu commissuras habet: cui galea superposita est, quam Græci cranium appellant: quæ cohæret membranis, & superposita est cunctis, quæ habet causa decoris, scilicet vt ab æstu & frigore oculos custodiat. Vbi vero galea est, subiacent tempora, quæ continẽtur spiritualibus venis cerebri: quibus superposita sunt supercilia, vt si copiosus sudor fronti aduenerit, opposita statione pilorum contineatur, donec excussus ab oculo sudor auferatur. Oculi quoq; isto schemate continentur. Ex naso cerebri foramina orta sunt duo, per quæ tenuissimæ venæ dextra læuaq; alterius inuicem sibi continentur. Tunicæ sunt quatuor vel quinq;: prima tunica appellatur ceratoides, secunda choroides, tertia oroenomides, quarta tinsenoides, quinta crystalloides. Supposita sunt ossa oculi, quæ malas vocamus. Dentes etiam habent viri xxxij, mulieres autem xxx, auctor Apollonius memorat, dicens, Dentes vsq; ad caninos singulas habent radices: alij vero interius, qui molares dicuntur, habẽt ternas & quaternas radices. Palato lingua subiacet, quæ cooperit canalem spiritualem, quẽ Græci pneumaticum dicunt: quem canalem modo aperit, modo claudit: aperit.n.spiritualem canalem quando loquimur, claudit autem quando manducamus: Quod probare possumus, quando forti cibo vel potu vtimur, & currit ex supradicto cibo in spiritualem canalem aliquid, statim tussis consequitur, donec impellẽte spiritu illud repat, & in propria iterũ reuocet. Huic linguæ dextra leuaq; parte glandulæ suprapositæ: quod autẽ superpendet, vuula appellatur: post quam cauernæ sunt duæ, per quas fit infusio vel raptus, quod Græci anarrhophema vocant, naresq; cum supradictis cauernis inserunt, & per easdem vsque ad cerebrum tẽdunt. Aures vero vię sunt auditorię

A auditoriæ ſicut rerum natura compoſuit ad cerebrum, & à cerebro deſcendentes faciunt exhalationem. Coniungitur autem gula pulmoni. Pulmo vero in modum fabri ferrarij follis eſt conſtitutus, alter alteri ſpiritum tradens: & implet pectoris arcana. Stomachus autem ventri cõiunctus eſt, qui infra pennas pulmonis medium poſſidet. Cor vero venas habet quatuor: duas quæ ſpiritum continent, & duas quę ſanguinem trahunt: quæ ſpiritũ continent, pulmoni affixæ ſunt, quarum firma facta concatenatione totum per corpus ſanguis diffunditur, & ſic venæ pulſum reddunt. Pulſus ita nutritur, modo recipit ſanguinem, modo repellit. Cor vero, vt diximus, eſt coniunctum pulmoni: in ſiniſtra parte dominationem tenet. Id circa poſitum eſt, quod Græci pericardium vocant, attingens extremas partes pulmonis. Sed hic poſita ſunt præcordia, quæ Græci diaphragma vocant: continet aũt pulmonis ſubſtantiam, ventremq́;, & inteſtina: cui iuncta ſunt latera & ſpina. Venter autem orificia habet duo, vnum proximum membranæ, quod Greci pericardium vocant, in ſiniſtra inclinatum, hoc Græci ſtomachum vocant: aliud vero in dextra parte circa iecur poſitum eſt, extenſum vſque ad longaonem, quod Græci pyloron vocant. Inde ad vtranq; partem renes. Deinde vero ineſt follis veſicæ. In ſiniſtra parte poſitus eſt ſplen, oblõgus, ventri coniunctus, continens membranas tenues, habens pinguiſſimas venas, quæ inteſtina te- *
B gunt & calefaciunt: hoc Græci epiploum vocant, ab orbo extenſum vſq; ad renẽ ſiniſtrum. Subiacet autem ſub hoc inteſtinum, quod Græci colon vocant. Sub hoc autem eſt locus continens longaonem, qui iunctus eſt veſicæ habenti collum longum, quod veretro ineſt. Veſica vero renibus continetur media vtriuſq;: ex quibus renibus decurrit ad neruos, quibus teſticuli pendent, quos Græci vocant cremaſteras, à quibus iunctæ ſunt venæ tenuiſſimæ, quæ ſperma deducunt ex cerebro: oriturq́; ex ſpinæ medulla. Viris quoq; teſticulos ineſſe manifeſtum eſt: ſed alio ſchemate formati ſunt viris. Mulierum vero teſticuli breuiores & fragiliores ſunt: nam quæ maiores habent, viragines appellantur. Igitur manifeſtum eſt vnam eſſe viris & mulieribus interiorum viſcerum compaginatam lineationem. Sed multæ ſunt tunicę teſticulorum: prima cuſtrephes ideſt bene retorta: ſecunda pericochliades i. circũtortuoſa: tertia perizoma i. circuncinctorium: quarta vero tunica tenuiſſima arcys i. rete appellatur. Similiter & matrix habet ſubiecta membra quibus continetur, quæ Græci cyetica, ideſt genitalia vocant: nam vt eſt maſculo veretrum, ita eſt matrix mulieri columna. Matrix enim naturaliter fragilis & mobiliſſima eſt, conſtans ex neruis, & paruiſſimis venulis, & tunicis duabus: exterius neruis eſt firma, interius carnoſa & mollis, quæ eſt directa contra inteſtina: cuius ceruix tribus foraminibus erigitur vſque ad longaonem. Siniſtra vero eſt matrix, in qua ſperma miſcetur, quando conceptio celebratur natura volente, ideſt
C viri ſemine & mulieris ſanguine: quamuis & virile ſperma ſanguis noſcatur eſſe. Vnde & maiores noſtri conſanguineos appellauerunt ex cõſanguinitate paterna vel materna natos. Nũc dicitur ab imperitis, quo modo ſperma ſanguis eſſe poteſt, cum ſit album? Nos tamen certa ratione probauimus. Mare enim, vt ei natura tribuit, eſt colore viride: quando autem in tempeſtatibus mouetur, ſpumam albam emittit: vel ſi vinum nigrum in quolibet vaſe exagitaretur, ſpumam candidam faceret. Simili vero ratione & ſanguinis feruor concuſſus in albedinem vertitur. Dum enim coitio fit, non ſtatim formatur infans: nam ſi quoties coitus fit, toties conceptio fieret, innumerabilis eſſet multitudo filiorum. Certo enim tempore mulier concipit, aut in initio purgationis, aut in fine: nam purgatio ſperma corrumpit, plurimo vſu ſanguinis materia ſuperante. Temporibus certis infantem componi atque formari in vtero materno manifeſtum eſt: omnis enim figura formatur in quadraginta diebus, aliquando in diebus triginta. Qui vero quadrageſimo die formantur, nono vel decimo menſe impingente naſcuntur. Manifeſtum eſt enim infantes in vtero materno ita formari. Primo enim menſe iactu ſeminis congregatur in vmbilico, & fit rhyſis, ideſt congregatio ſanguinis. Secundo menſe expreſſio corporis animam tribuit. Tertio men-
D ſe vngulę atque capilli naſcuntur, & motum facit infans. Ideoq; & quarto menſe mulieribus nauſeæ fiunt, quas Græci nautias vocant. Quinto autem menſe facit catàrrhi ſignum, atque adulteria demonſtrat. Sexto menſe facit neruorum compoſitionem. Septimo menſe medullam confirmat. Octauo cum pelliculis oſſa confirmat. Nono vero menſe maturum mouet infantem. Infans vero maſculus in dextra matricis continetur, fœmina vero in ſiniſtra: nam & hæc ſigna præcedere ſolent. Quòd ſi maſculus fuerit in vtero materno dextro, robuſtior eſt: ſi fœmina, ſiniſtra. Dum ergo infans in vtero matris eſt, oculi genibus oppoſiti ſunt. Vnde hoc probauimus? quia genua tumentia, oculi autem concaui: ideoq; cognita rerum natura, ita natura impoſuit genua. Et genæ quoque cùm acri dolore vel nimium percuſſus homo fuerit, & genua curuauerit, oculi continuo lachrymantur: non enim vult natura eos obliuiſci ſocietatem genuum. Dentes autem noſtri organa ſunt quodam modo linguæ. Infans vero dum dentes non habuerit, vagit: dum vero duos vel quatuor dentes habuerit, muſſitat: dum vero os dentes repleuerint, loquetur. Dentes enim noſtri quos habemus, alij vocantur cynodontes, quos caninos dicimus, quos ad frangendum habemus. Dentes enim noſtri oſſa non ſunt, nec medullam habent: ideoq; omnia oſſa cõfringunt, ſed aſſiduo humore capitis veniente vitiantur. Sicut enim aſſiduus humor ex alto in naſum veniens perforat, ita dentes vitiantur à capite.

* Al. creſcere ſignum.

*

De Cognoſcendis Febribus.

E

DE cognoſcendis febribus omnibus ſuperius ſcriptum eſt: nũc illud ſciendum: Scito ꝙ maxime iam dixi primum cognoſcendas cauſas, & origines, & ſpecies febrium: & vt ſciamus, quæ ſunt generales, & quæ ſunt ſpeciales, ideſt quæ ſunt veræ, & quæ non ſunt veræ: & quæ ſunt tropicæ, & quæ ſunt acutæ: vel quæ ſunt ſimplices, & quæ ſunt duplices: vel quæ ſunt, quæ cum alijs febribus geminatæ fiunt: & quomodo accedant, & quomodo recedãt, ideſt qualiter moueantur, & qualiter declinẽt: & quibus horis, diebus, & noctibus, vel quot horis paroxyſmus ideſt cõmotio teneat: vel quãdo faciet paracmen, ideſt declinationem: quid'ue ſignificent, & quò ęgrum ducant conſiderandum eſt: & iterum virtus ægrotantis, qualitas, & impetus ægritudinis, & quantitas: ex hoc enim vitæ mortiſq; indicia maxime, & ex pulſu, & conſideratione vrinæ, ac genus febris præuidere poteris, ſi fuerit aſſiduus lectionis doctiſſimus vſus: nec non ex alijs ſignis, quæ noſter Hippocrates in prognoſticis probat: & futura ante pręd icit: ‖ Indicant enim & quaſi tacite loquũtur ægrotantis color, oculi, vultus, vox, taciturnitas, poſitio iacentis, ſchema, corporis habitudo: quæ omnia in ægris diligenter cõſiderãda ſunt, vt ſciamus manifeſte quid tenere, vel quid refugere debeamus, ne forte hoc ignorantes, ægros lædamus. Addas & illud in his, vt conſideres in omnibus ſemper ægritudinibus regionum qualitatem, poſitionem locorum, aeris temperantiam, temporum mutationem, ætatem, conſuetudinem ægrotantis, naturam corporis, animi vigorem, cauſas & originem: nec non & illud, ne aut animi aut corporis vitio ægritudo nata ſit, aut ne extrinſecus aduenerit ex cibo aut potu vel ex corruptela aeris. Quando enim hæc oĩa conſideras, tunc rationem bene & vere eſſe cognoueris, & optime facies quicquid ad hæc omnia facere conueniat: qm̃ tunc medici beneficia vincuntur, quando non in ſuo tempore adiutoria offerũtur, aut natura corporis à morbo fugata beneficia non ſentit. Itaq; præuidenti omnia diligenter perſpicienda, & præuiſis atq; cognitis cauſis, vt dixi, ſuis curis ſuiſq; temporibus curanda.

In libro prgno. cõ. 1. t. 5. & 6. & 7. 4[a]. 191. h

F

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE ANATOMIA PARVA

CENSVRA

Liber maxime deridendus.

QVoniam interiorum mẽbrorũ corporis humani paſſiones erant ignote, placuit veteribus medicis, & maxime Galeno, vt per anatomiã brutorũ animalium, interiorum partes manifeſtarent. Et cum quędã bruta animalia, vt ſimia, inueniãtur nobis in exterioribus ſimilia, ita ſm interiorum poſitionem nulla inueniuntur adeo ſimilia vt porci, & ideo in eis anatomiam fieri deſtinamus. Eſt aũt anatomia, recta diuiſio mẽbrorum, quæ ſic fit. Porcum debes inuerſum ponere, & per medium gutturis incidere. Et tunc tibi primum lingua occurrit, q̃ dextrorſum & ſiniſtrorſum quibuſdã neruis alligata eſt, qui motiui dicuntur: quia cum ipſi à cerebro veniant ad pulmonẽ, à pulmone vertuntur ad linguã, per quos lingua mouetur ad voces formandas. Ibi iuxta ſunt quędã carnes glanduloſæ, quæ dñr pharynges: qui colligitur humor, in eis facit branchos. In radicibus linguæ oriũtur duo meatus, ſ. trachea arteria, per quã trãſit aer ad pulmonem: & œſophagus, per quem immittitur cibus ad ſtomachũ. Et eſt trachea arteria ſuper œſophagum: ſuper quẽ quædam chartilago eſt, quæ dr̃ epiglottis, quæ eleuatur aliquando, vt cibus & potus per tracheã non deſcendat: & aperitur vt aer intret, & exeat. Inter tracheam arteriam & œſophagũ eſt locus, qui dr̃ iſthmos, i. inter duo principia, in quo aliquando humor colligitur ad apoſtema, quod dicitur angina: aliquando pars eſt intus, & pars extra, & dicitur ſquinantia: aliquando eſt totus extra, & dicitur ſynantia. Tunc debes ſeparare tracheam arteriam ab œſophago, & inuenies pulmonem & cor. Cor vero eſt in ſiniſtra parte, & pulmo in dextra: quorum quilibet in ſua capſula continetur. In capſula vero cordis colligitur materia, quæ facit ſyncopen: in capſula pulmonis colligitur materia, quæ facit peripneumoniã. Et tunc videbis quandam venam, quæ concaua dr̃, quæ ab hepate venit per medium diaphragmatis, & ſubintrat inferiorem auriculã cordis, & fit arteria: de qua ſunt oẽs arterię alię, quæ procedunt ad membra, in quibus fiunt pulſus: quibus mediantibus cor alligatum eſt pulmoni, & tracheæ arteriæ, & fiſtulis pulmonis, in quibus colligitur humor, qui facit ſanſugium: aliquando

* Al. reuerſiui.

H

colligitur

A colligitur extra eas, & facit anhelitum: & aliquando intus, & extra eas, & facit orthopnœam. Et quod pulmo sit cauernosus, potestis probare, si cum calamo intromisso inflietur. Sub illis membris est panniculus, qui dicitur diaphragma, qui diuidit ea à nutritiuis, qui coniungitur teneritatibus costarum, in quibus colligitur humor, qui facit pleuritin. Tunc debes reuerti ad interiora, & ad nutritiua: & computa longitudinem œsophagi vsque ad septimum spondylum, & ibi incipit os stomachi supra diaphragma, stomachus vero inferius. Sub stomacho est intestinũ, quod dicitur portonarium: sub portonario est duodenum: sub duodeno, ieiunum: sub ieiuno, orbum: sub orbo, saccus: sub sacco, longaon: & sunt ibi quędam gracilia intestina, quæ lateralia vocantur, in quibus est iliaca passio. Ex dextra parte sub fundo stomachi est hepar positum: in cuius substantia est quasi quædam vesica, quæ cystis fellis appellatur. Et super hepar sunt duo panniculi girbus, & sifac, qui sunt impliciti velut rete, quod apparet ibi pinguedo: & dicitur grossus girbus, quod autem subtilis, sifac: qui procedunt vsque ad splenem, per quos venæ transeunt, per quas melancholia ad splenem ex hepate mittitur. Est autem splen membrum oblongum in sinistro latere positum. Loca quæ sunt sub splene & hepate dicuntur hypochondria. Tunc debes omnia intestina extrahere, & tunc occurret tibi in medio spinæ arteria magna, sub qua & vena magna contine-

B tur: quæ arteria fit de omnibus arterijs capitis, quæ de recto condensantur in venam magnam, & arteriam quę descendit ad lumbos: & ad se varias arterias transmittit tam dextrorsum, quam sinistrorsum ad inferiora. Vena autem magna fit de venis capitis condensatis, quæ venit vsque ad renes, & bifurcatur, & ibi fit caua vena, in qua infunduntur capillares venæ, quæ præ nimia paruitate sua videri non possunt, per quas vrina cũ quatuor humoribus venit ad renes. Sunt inter ea autem & renes quędam membra oblonga & concaua, in principijs lumborum posita: & in renibus decolatur vrina à quatuor humoribus. Tunc inuenies ibi duos meatus, qui vreteres dicuntur pori: & per eos resudat vrina in vesicam, nam infiguntur vesicæ: qui etiam transeunt per quendam panniculum, quo omnia intestina præter longaonem clauduntur, qui vocatur epigomenon, quo aliquo erupto cadit intestinum in oscheum: supra quem est quædam pinguedo, quę vocatur omentum: supra omentum est sumen.

*Al. girbus.

Nunc de Anatomia Matricis dicendum est.

Sciendum est autem, quod natura hoc mẽbrum in mulieribus disposuit, vt quicquid in toto mense de superfluitate generaretur, ad hoc membrum in consueto tempore tanquam ad sentinam totius corporis mitteret: & inde mulieres naturaliter mẽstrua habuerunt. Est etiam hoc membrum

C ager naturæ, qui excolitur vt fructificet: in quem aliquando vt in bonam terram semen eijcitur, quod adhæret in ea, & per actionem cooperãtis naturæ calidæ, & spiritu mediante inferius scinditur more grauis: & à se ramusculos emittit per quasdam radices vel ora, quibus infigitur matrici, & per quæ nutrimentum sibi ministratur & futuro fœtui: & sic postea actione virtutum, vt sæpe à me vobis dictum est, si bene recolitis, futurus fœtus generatur, & augmentatur. Est autem posita matrix super intestina: & supra collum eius est vesica, & sub ea longaon est, & inferius est vulua. Tunc debes scindere matricem per medium os: vbi inuenies duos testiculos superpositos, per quos sperma mulieris mittitur ad matricem, vt ex eo & virili fiat fœtus. Habet autem matrix septem cellulas: & si prægnans est, in ea fœtum inuenies, supra quem videbis quandam tunicam, quasi quandam camisiam, quæ secundina dicitur: quæ rumpitur quando fetus recalcitrat ad exitum: quæ alligata matrici & fœtui venis per eam transeuntibus nutrimentum ad matricem, & ad fœtum transmittit: & illi meatus quibus fœtus alligatur, dicuntur cotylidones. Est etiam ibi quidam magnus meatus, qui vmbilicus dicitur, qui rumpitur iuxta matricem in quantitate quatuor digitorum, ex cuius ligatura fiunt phlegmone in vmbilico.

Nunc de Anatomia Cerebri videamus.

D Debes ergo in summitate capitis incidere, & remota cute inuenies pelliculas quasdam, quæ dicuntur musculi, sub quibus inuenies os, quod dicitur cranium: sub cranio est pellicula, quæ dicitur dura mater, sub qua est pia mater, deniq; cerebrum. In oculis est tunica, quę appellatur coniunctiua, & apparet alba: quæ est iuxta eam, aliquantulum est subnigra, & dicitur cornea: quæ sub illa magis est nigra & minor, & dicitur vuea. Tunc incide per medium: & humor qui prius exibit, dicitur albugineus: qui post eum est, clarus est, & coagulatus in modum crystalli, & dicitur crystallinus: & qui vltimo est, ipse vitreus appellatur. Neruus, qui ab interioribus venit ad oculum, qui est albus, & angustus, ipse dicitur opticus: & qui venit ad aures, dicitur auditorius neruus.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE ANATOMIA VIVORVM

CENSVRA

Liber, in quo multa vera & Galeno digna continentur, sed tamen longe ab eo differens, quem Galenus ædere proposuerat.

Partium Corporis Diuisio, Natura, Vsus, & Dignitas.

MEdicorum anatomicos necesse est præcognoscere, ꝙ humanũ corpus cum sit compositum, ad hoc vt sit sustẽtaculum motuum & operationum diuersarum, ex multis & diuersis componitur instrumẽtis. Coniungitur.n.nobilissimæ animæ, à qua influunt ei potentiæ nobiles, & virtutes multiplices, quarum ministerijs regatur, & saluetur in esse, & prohibeatur à corruptione, & à casu veloci. Sed cũ nullius virtutis ministerium compleatur nisi per organum conuenienter adaptatum, tũc exigitur adaptatio, & præparatio organorum multiformium, ad texturam corporis humani ordinandam, per quæ virtutes negocientur, & effectus quos intendunt attingant. Verum quia operatio quęlibet absque multiplici iuuamento non saluatur diu, neq; ẽt fit, tunc oportuit vt organa specialia haberent speciales texturas ex partibus diuersis. Et dico ꝙ tam ea, q̃ partes eorum à medicis membra appellantur: quarum generatio est ex humoribus proportionatis, sicut humorum ex cibis. Vnde membrorum alia simplicia, alia cõposita. Simplicia sunt, quorum quãcunq; partem sensibilem assumpseris, erit illa toti cõicans in nõie & definitione, sicut os & caro. Composita sunt, quorũ quãcunque partem assumpseris animalis, toti cõicans non erit nõie & definitione, sicut manus & facies. F G

Membrorum similium partium primum est os: quod creatum est durum, qm̃ corporis est fundamentũ, & motuũ sustentamentũ: tñ & ipsum ẽt & ẽm magis & minus in duricie diuersat. Post ipsum est chartilago in duricie mollior, ad flectẽdum humilis, sed oĩbus alijs durior. In cuius creatione iuuamentum fuit, vt per ipsam ossium cum pelliculis & carnibus facilior & melior fieret cõtinuatio. Si.n.molle cũ duro absq; medio componeretur, accideret ei passio vehemẽs apud percussionem, & coarctationem seu constrictionẽ: & ex casu ipsius supra durum immediate, & resistentia, seu repulsione duri cõstantis. Quare ordinata fuit positio mollis cũ duro: & inuestitæ fuerunt ossium extremitates bucellares, & cõcauæ, hoc corpore medio, sicut est in oculo, scapula, & in ossibus costarum, & in epiglottali chartilagine, & in osse suspenso in furcula, et in alijs pluribus. Nõ solum aũt hoc iuuamentum, sed ẽt alia in eis reperiunt̃ iuuamenta plura, sicut in osse, quod suspenditur in furcula ad defensionem oris stomachi. Et qñq; per ipsam melior vicinitas fit iũcturarum sese inuicem fricantium: alioquin sui duricie rumperentur. Et aliquando iuuat in sustentãdo mẽbrum molle extensum, & elongatũ in suo itinere: propter quod alio indiget, cui innitatur, & à quo confortetur. Postea sunt nerui, qui sunt tanquã virgulta orta à cerebro, & à spinali medulla, à substantia† nuncia seu vicaria in ipsis, duram & flexuosam habentes substantiam, ad separãdum difficilem. Et iuuamentum eorum est deferre virtutes sensibiles à cerebro, & motiuas ad partes alias: & corroborare totum corpus per quod incedunt: & dilatare quandoq; se in cinctorio membrorũ ceu carentium, sicut hepatis, splenis, & pulmonis. Ista.n.membra, & si sensum non habent, positũ est tamen super ea cinctorium neruosum cooperiens ea: quæ quando apostematibus & ventositate tensa fuerint, peruenit apostematis grauedo, seu pondus, aut ventositatis extensio ad cinctoriũ, & ad ipsius radicem, & sentit ipsam. Postea sunt chordæ ab extremitatibus musculorum ducentes originem, quarum substantia substantiæ neruorum similis est, ad membra tendentes mobilia: quæ quando retrorsum trahuntur, propter sui principij attractionem ea retrahunt quibus alligantur: & quandoq; laxant, quia eis accidit relaxatio ex eo, ꝙ relaxantur sua principia, & ad suos tendunt situs: & quãdoq; extendunt, sicut apud sui extensionem, quam habent ex suis principijs egredientibus mensuram suæ longitudinis consuetæ. Et substantia chordæ componitur ex neruo & ligamento ingredientibus musculum, in quo perficiuntur, & fiunt tanquam fila in eo, & vt plurimum penetrãt per medium illius, & ex altera parte egrediuntur, & aggregantur in vnum, & chordam constituunt: quæ quando separatur à musculo, ad iuncturam vadit, aut ad membrum mouendũ, & colligitur in se ipsa, & inchordat ipsum sicut chorda arcum. Postea sunt ligamenta: H

†Al.alba.

A menta,ſicut prędiximus ſimilia neruis. Et quædam eorum abſolute ligamenta vocant: & quędam ſunt,qbus appropriatur nomen alhacab. Illud aũt, quod ad muſculos extẽditur, non vocatur niſi ligamentum: quod aũt ad muſculum non extenditur,ſed continuatur inter duo extrema oſſium, aut inter alia membra,annectendo vnũ alij firmiter, & ligamentum & alhacab appellatur. Et ipſius extractio & origo eſt ab oſſe: vnde & ſenſu caret ſicut & os: & hoc prouiſum eſt ei melius, ne propter motuum ſuorum vehementiam & multam fricationem doleat. Iuuamentũ ipſius eſt nexio, & concatenatio iuncturarum, & corroboratio neruorum. Qñq; enim nerui ſeparant de ſuis principijs, & partiunt, & ramificant in membris: & propter hoc in ſuo proceſſu magis ſubtilian tur,quanto magis remouentur à ſuo motu,cum rami ipſorũ multo fiant ſubtiliores, quàm radix: quamobrem ne cadant in defectum & corruptionem, gubernauit eos Dei ſapientia miſericorditer agens: etenim ex oſſibus rem ſimilem ſibi extraxit, quæ connexio vel ligamentum appellatur, & ipſam neruo miſcuit, & ex eis quaſi rem vnam effecit: & ſic acquiſita ſibi craſſitie ſecurius incedit neruus ad membra longinqua, & non eſt timor de reſolutione virtutis eius. Et preterea non erat conueniens, vt nerui oſſibus continuarentur, quæ ſunt ſuſtentamenta & radices membrorũ mobilium: oſſa.n.ſunt ſolida & dura nimium, neruorum autem ſubſtãtia mollis & ſubtilis. Poſt

B ligamenta ſunt arterię,quę ſunt organa concaua,in longitudine extenſa,neruoſa,& in ſua ſubſtãtia ligamentalia, habentes motiones diuerſas & quietes,aſſimilatas ſeu proportionatas motionibus & quietibus cordis,quod eſt earum principium. Et ſunt compoſitæ ad hoc, vt per ipſas euentetur cor à ſuis fumis, & reſpiret calor naturalis,& ſpiritus diſtribuatur in membra,quæ ſunt poſt ipſum, propter partitionem & ramificationem, quam ſuſcipiunt. Et poſtea ſunt venæ,arterijs in aliquibus aſſimilatæ,non habentes motum dilatationis vel cõſtrictionis,ſicut & arteria: & hoc eſt ꝙ quietæ nominantur. Et ſunt creatæ ad hoc, vt ſint viæ per quas feratur ſanguis nutrimentalis, & membris partiatur ſm ꝙ neceſſarium eſt. Vnde de neceſſitate ad omne membrum inſtrumentale veniunt duæ venæ, pulſatilis & non pulſatilis, ad deferendum duo genera ſanguinis, quibus membra indigent ad ſui conſeruationem & nutritionẽ. Licet & aliam habeant vtilitatem iſtæ venę in corpore communem cum neruis in eo,ꝙ ſunt ligamenta carnium,ſicut poſtes in pariete. Et ſignificatio ſuper hoc eſt, ꝙ videmus, ꝙ in corporibus, in quibus liquefiunt membra & caro, apparent venæ craſſiores alijs membris magis diminutis. Et alia eſt neceſſitas ſuæ manifeſtationis vt per venulas paruas diuidatur ſanguis,& facilius accipiat alterationem, & conuerſionem: & iterum, vt ſanguis craſſus remaneat, & retineatur ab eis, & cohibeatur ab exitu: & in quibus relin-

C quuntur orificia ampla,non coercetur ſanguis ab exitu ſuo omnino: vnde in palato, naribus, & ano, fiunt multoties ſanguinis exituræ. Et poſt hæc ſunt panniculi, quorum textura eſt de filis neruoſis ſenſu nequaq̃ perceptis: quorum ſpiſſitudo eſt tenuitas quædam in ſuperficiem ſuſcitata,ad hoc vt ſint continentes conuenienter,& bene cooperientes ſuperficiem corporum aliorum, propter iuuamenta plura. Ex qbus eſt,vt ſemitam eorum, in quibus eſt,in ſua figura & factura bene cuſtodiant. Et hoc iuuamentum eſt in tunicis cerebrorum,& grandinis glacialis,& humorum ſuorum, quorum ſubſtantia de natura currens & mobilis eſt,indigent tñ vt figantur & ſtent ordinati in ſuis figuris, ne accidat error in operationibus virtutum perficiendis, quarum neceſſitate creantur & exiſtunt, vt ſuam exiſtentiam in conſequentiam contrahant. Et ex eis eſt, vt fiant ſuſpenſoria aliorum corporum, ſicut renum à dorſo: & vt ſint continentia quædam, ſicut ſtomachus & inteſtina,& vt per ea membra quędam ſenſum in ſuperficie ſolum habeant,ſicut pulmo, hepar,& ſplen,& renes. Et ex eis eſt, vt per eos diſtinctio, & diuiſio habeat ſuper membra diuerſarum intentionum, ſicut inter os & carnẽ, inter ſpiritualia & nutrientia propria daphragma: & vt inter duas concauitates cõpares,& hæc eſt intentio velaminis ſeparãtis thoracem. Et poſtea eſt caro: cuius iuuamentũ eſt vt adimpleat tunicas,& connectat ramos: quæ in ſuis complexioni-

*Aſſimanentiã.

D bus & coloribus diuerſa in diuerſis membris reperit: ſicut alba & mollis in coniunctionibus, & in glandulis oĩbus, & in mãmillis, & in ouis: rufa ſeu roſea in pulmone: rubra vt in pluribus: rubicunda vt in corde: purpurea vt in hepate: ſubnigra,ſeu nigra vt in ſplene,& ẽt in vua. Et membra alba albificant materias quas conuertunt, ſicut mãmillæ lac, oua ſemen: & rubra rubificant,ſicut hepar ſanguinem. Splen vero & renes ſanguinẽ rubrũ,quaſi ſimilem magis appetũt: ſimilem dico in colore & natura. Et verum eſt,ꝙ glandulę ſunt ſpecies carniũ diuerſorũ iuuamentorum. In locis.n.iuncturalibus, & etiam ſub lingua, ponuntur ad nutritionem humiditatis neceſſariæ, ad motũ facilem & velocẽ,& prohibitionem arefactionis ſuperfluæ aduenientis pp fortitudinem motuum: & qñq; ad recipiendum venas tranſeũtes ab vno in aliud, ſicut meſaraicas euntes ab hepate ad ſtomachum & inteſtina, q̃ indigent ſolo,cui innitant, ſicut res honoratæ in hora ſuæ laxationis,ne proſternatur virtus earũ. Et conſimile eſt iuuamentum glandulæ pinealis ſuppoſitę cerebro: propter quod replet interſtitia venarũ tranſeuntiũ ad diuerſas partes cerebri. Adipem & medullã nõ negat Ariſtoteles partes aĩalis eſſe neceſſarias: quarũ gñatio eſt ex eo, quod relinquit de nutrimento caloris innati,& coagulat pp ſuã imbecillitatem,cũ conſumi nõ poſſit: & eſt aeriæ ſubſtantiæ multũ: ad quod ſe cõuertit natura, & trãsfert in vſum neceſſariũ,& recipit ab eo iuuamentũ multiplex. Quorũ vnũ eſt, vt non dimittat calorẽ innatũ euaneſcere,imo retineat ipſum,

& coadunet & multiplicet: & hoc notum est in zirbo, & in pinguedine renum. Quare circa mẽbra frigida de natura, calore multo indigẽtia, propter humiditatẽ multam, quę solet in ipsis dñari, circundata est in aĩalibus, & plurima reti, & præcipue in locis distãtibus à principio caloris naturalis, & maxime in frigidis complexione & humidis. Medulla est supfluitas sanguinis in ossibus cõcauitatẽ habentibus: & hoc significatur per hoc, ꝙ oẽ animal abundans in sepo & pinguedine, abundat & in medulla: & puer qñ est puer, in osse.n.eius reperitur sanguis: & conualescẽte calore in ipso, & decoctione, albescit. Et ꝙ sit supfluitas sanguinis ossa nutrientis significatur, quia illa medulla est calida & humida: & ossa sunt frigida & sicca: & superfluitas est contraria ei, cuius est superfluitas: quare videt̃, ꝙ potius sit superfluitas ossis medulla, q̃ eius nutrimentum. Et hoc significatur per hoc ꝙ in ossibus aĩalium frigidorum multa reperitur medulla, quia calor ossium in eis non põt dissoluere pinguedinẽ siue medullam: propter quod leo nõ habet medullam, qm̃ consumitur ex calore in ipso osse. Iuuamentum medullæ ossis est, vt ipsum fomentet & humectet, & vt ipsum mollificet ne frangatur, & ideo quia motus ipsum exiccat, & vt os per ipsam forte sit & solidum. Post partes istas vltimæ in mollicie, & à duritie maxime elongatæ sunt humiditates visui deseruientes, & p̃cipue albuginea, q̃ clara est valde & subtilis: creata est.n. in facie glacialis. Clara igitur posita est propterea, ꝙ graditur delatio luminis super glacialem: si.n. spissa crearetur, obtegeret & velaret lumen ab omni eo, quod ipsum seqtur. Spinalis medulla ergo à qbusdam putabatur medulla, sed Aristoteles dixit, ꝙ non fuit medulla, qa in se habet duritiem, q̃ non accidit medullæ. Et dixit, ꝙ ipsius iuuamentum erat per spinã transire ad modũ tigni, iuuando remotionem spondylorũ, & spinæ, & oĩum q̃ ex eis oriuntur. Sed posteriores aliã inuenerunt ipsius vtilitatem: descendit.n. à cerebro sensificans virtutes, & mouens mẽbra sequentia caput. Et hæc sunt hominis simplicia membra, in quorum vnoquoq; sunt virtutes ad sui regendi custodiam & tutelam. Et sunt duæ res necessarię, s. motiua de loco ad locum, & digestiua, scit maturatiua. Et motiuã de loco ad locũ diuidunt medici in tres, s. in appetitiuam, q̃ trahit rem necessariam ad locum: & expulsiuam, q̃ expellit rem nõ necessariam de loco: & retentiuam, quę retinet, quod necessarium est in loco: licet eadẽ virtus sit apud philosophũ, ponentẽ principium motus & quietis ab illo motu esse indifferens. Et dico ꝙ materia vniuscuiusq; mẽbri similium partiũ aut est ex spermate, aut ex sanguine. Quæ gñantur ex spermate sunt oĩa mẽbra præter carnẽ & adipem: quorum gñatio est ex sanguine. Et ſm philosophum sperma masculi & fœminæ diuersarum est intẽtionũ: intẽtio.n. spermatis masculi est informare ad similitudinem eius, à quo sperma separatum est: & intẽtio spermatis mulieris est recipere formam ſm similitudinẽ eius, à quo seminatũ est. A spermate igit̃ masculi spiritus est, & artifex, et forma: & à spermate mulieris est fundamẽtum, generatio, & materia. Caro vero ad replenda loca vacua, ex sanguine solo gñatur ipsillo, quẽ caliditas & siccitas coagulauerat. Adeps vero ex eius aquositate & vnctuositate, quam coagulauit frigiditas: ideo caliditas eam dissoluit. Et ex sanguine generata renascuntur post perditionem suam: & illud quod est generatum ex sanguine, in quo adhuc est virtus ex istis spermatibus, si tollatur, iterum renasci potest, sicut dentes in pueritia. Item quæ complexioni sanguinis vicina sunt, non indigent multitudine conuersionis sanguinis ad sui nutritionem, immo statim in suo occursu in eo conuertuntur: quorum vero est materia sperma, & sunt à complexione sanguinis remota, necesse est vt multis conuersionibus sanguis in eorũ nutrimentum ſm ordinem conuertatur. Quapropter in quibusdam membris tanta sunt foramina sicut in ossibus, quatenus eorum nutrimentum sanguineum fiet in ipsis & moretur, vt ea procedant paulatim & paulatim conuertendo illud in sui similitudinẽ perfecte. A carne aũt separata est ista foraminũ diuersitas. Præterea licet plura prædictorum mẽbrorum simplicia nominentur à medicis, non suis tñ carent complexionibus, & texturis, sicut venæ, & arteriæ, & panniculi omnes. Componuntur enim ex villis seu filis, ordinatim in eorum textura positis, sicut qñq; videmus in artificialibus: & hoc propter necessitatem plurimã, nullus enim motus nisi per villos completur. Motus enim voluntarius per villos fit in musculis: & motus naturalis, qui est attractio, retentio, & expulsio, fit causa villorum, ex quibus vasa naturalia texuntur, sicut stomachus, & intestina, venæ, arteriæ, vesica, gula. Et sicut in artificiali textura tenduntur fila quædam in longitudine, quædam in latitudine, quædam in transuerso quandoq;, ita in naturali quæ protenduntur in longum, appropriantur attractioni: in latitudine vero tensa, expulsioni, & sunt constringentia: quæ vero cadunt secundum transuersum, proprie deseruiunt retentioni, & sunt tanquam frena secundum formam situum suorum in medio posita, ad prohibendum superfluam velocitatem motuum expulsiuorum & attractiuorum: neque sunt naturæ motus cum impetu, sed quadam successione & gradatione volunt fieri. Et quandoq; oẽs istæ species villorum in eadem tunica simul reperiuntur, & qñq; in diuersis: & in diuersis tũc reperiuntur, quę in latitudine tũc tendunt̃ magis in tunica extrinseca, & aliæ duæ villorum species in tunica intrinseca magis: veruntamen illi, qui in longitudine procedunt, ad superficiem magis declinant intrinsecam. Et ista separatio villorum nõ fuit facta nisi vt vterq; motus proueniret melius & magis expedite. Et in membris, in quibus exigitur multa mora & fixio longa, fortius cõmiscent̃ villi retentionis cum villis expulsionis, sicut in stomacho, matrice, vesica, & monoculo, q̃ omnia ampla sunt, & cõ

cauitatem

A cauitatem habentia: in membris autem in quibus non habet locū ista necessitas, vehementer, non ita, sicut in intestinis, quibus magis necessaria est attractio multa cū forti expulsione. Item membrorum substantiæ neruosæ & quæ proprie vasa sunt, quædam vnam tunicam habēt, quędā duas. Vnam tm̄ habent illa, de quibus non est timor vt accidat eis lęsio ex materia contenta, cū sit mollis & quieta, sicut sanguis quietus qui habitat in venis. Vnde nec venæ, nec vesica, indigēt multiplicitate tunicarum cooperientiū, nisi necessitate coacta: immo semper conanī corpus alleuare, quantum possibile est. Igitur multiplicatio tunicarū propter multiplicem necessitatem et magnā communitatē creata est cum prouidentia. Necessaria est. n. qñq; fortitudo & spissitudo vasis, ꝓpter bonā custodiā securā, ne forte findatī propter motū materiæ contentæ, cū fortis sit & continuus. Alia est necessitas plurima in custodia vehementi materiæ mobilis circundatæ ne soluatur & pereat, ex quo immineret periculum maximū, præcipue cum ipsa sit vehiculum proprium aīæ: & ideo studendum valde fuit in custodia eius: & hæc materia est spiritus & sanguis qui in arterijs repositus est. & est primus thesaurus, & melior, quē habet natura: & hæc est causa multiplicationis tunicarū in arterijs. Tertia necessitas est vehemens attractio & vehemens expulsio, quibus indiget membrum separatum. Vnde vtrunq; instrumentum factum est membrum singulariter & absq; permi

B stione: & hoc manifestum est in stomacho & intestinis. Quarta necessitas est operationum diuersitas, quæ à diuersis procedunt principijs, & diuersas habent intentiones, & complenī melius s̄m complexionum diuersarum naturas. Cū igitur hmōi operationes sint ineuitabiles in aliquo membro, & maxime necessariæ, voluit natura inter eas diuidere, & vnicuiq; operationi instr̄m propriū ꝑparare ad hoc, ꝙ vtraq; operatio s̄m ꝙ melius est, per se in actum procederet: sicut in stomacho, in quo fuit necessaria operatio sensibilis, quę melius complerī per membrum neruosum: & operatio digestibilis, quæ melius complerī in membro carnoso. Vnde ipsum natura tunica carnosa muniuit & neruosa, vt per neruosam fieret temperantiæ & distemperantiæ rei ingredientis ꝑceptio: & per carnosam, rei digerendæ s̄m ꝙ possibile est, maturatio accidit. Et natura situs istarum tunicarum cū prouidentia & discretione ordinauit: neruosam enim & sensibilem interius posuit: carnosam vero digestibilem exterius. Potest enim digerentis actio ad digerendum sine occursu prouenire: actio vero tangibilis absq; obuiatione rei tangendæ non fit. Et cutis quæ est totius corporis indumentum, ex duabus laminis constat: quare accidit eleuatio vnius laminæ absq; alia cum vesicula. Laminæ autem illę ortum habent ab extremitatibus venarum & arteriarum & neruorum, quæ terminantur in eis. Et creata est vna perforata vt cribellum ad hoc, vt per ipsam fiat respiratio *Aē cutis.

C vaporosarum substantiarum seu superfluitatum interiorum membrorum, ex quibus in pluribus partibus studet natura pilos multiplicare, vt eos obijciat rebus nociuis & permutatiuis: & vt sint tutamentum & defensio nobilis membri, in cuius regimine solicita est nimium natura. Et hæc est intentio in creatione palpebrarum & pilorum superciliorum, videlicet vt sint in defensione à lumine superfluo, à fumo, & à puluere, & ab omni eo quod ad oculum volat, aut descendit de capite ad ipsum. Et sensificatur cutis à diuersis neruorum extremitatibus procedentibus à cerebro, & à diuersis spondylis medullæ spinalis. Et ipsius sensus debilitas vel subtractio semper sequitur nocumentum nerui deferentis sensum ad ipsam: sicut sequitur mollicies cutis in posteriori parte capitis ex lęsione partis neruorum egredientis à foraminibus existentibus inter primum & secundum spondylum colli. Cutis itaque diuersatur in raritate & spissitudine: vbi enim est magis rara & pilosa, magis est aspera: vbi magis spissa, magis lenis & plana: & siccior, magis est aspera: humidior, magis est mollis. Et quandoq; multiplicantur tunicæ vel cortices in membro propter fortitudinem & tutelam, sicut in tunica dura seu cornea, quæ s̄m veritatem composita est ex tunicis subtilibus quatuor, quæ sunt cortices superpositi: et vt si excorietur vnus eorum, non fiat cōe nocumentum: & propter hoc ꝙ locus q opponiī foramini, est magis indigens fortitudine & tutela. Et hęc

D dicta sunt de partibus simplicibus pluralitatem in tunicis habentibus. Organorum vero alia sunt quibus fit seruitium, & sunt regalia, et alia sunt instrumentalia seruitia. Regalia igitur quibus seruitium fit, sunt ea super quæ est repletio vitæ, & sunt mineræ virtutum spiritualium animæ & spiritus & intellectus, & sunt officialia, & loca eorum. Membra vero regalia intrinseca sunt septē: & quædam eorum præeminent in sublimitate & principalitate eorum. Quorū sublimitas & principalitas magis notificantur, sunt quatuor, cor, cerebrum, hepar, stomachus: & ista creata sunt famosa in sublimitate, quoniam sunt mineræ virtutum spiritualium regentium corpus hominis: et post illa in celsitudine sunt testiculi duo, & renes, & vesica. Ista enim septem sunt diuersa secūdum septem orbes stellarum & centra earum. Et si istis addamus pulmonem & splenem, iam reperiemus nouem in dignitate famosa, comparata nouē sphæris, & diuisa iuxta nouē orbes mūdi. Regalibus seruiētia quædā sunt apparētia & extrinseca, vt oculi, aures, manus, & pedes: intrinseca vero quatuor epiglottis, gula, cāna, intestina, & silia. Et posuit Deus carnē, & neruos, & renes, & testiculos, & velamē cordis, & pectoris, vuulam, & epiglottidē, & duas amygdalas, & linguā ex parte sanguinis. Et dico ꝙ sanguis est emanans ab hepate: & locus eius sunt venæ & cor: & dominiū eius est in superficie corporis, & anteriori parte capitis: & ꝓprietates consequentes ipsum sunt risus, desideriū, gaudiū, coitus, multitudo somni. Et proprietates eius in stomacho, est velocitas digestionis,

gestionis, facilitas penetrationis, & in corpore toto facilitas alterationis substantiæ eius ad substan E tiam carnis. Et creauit Deus excelsus cerebrum, & pulmonem, & omne quod est in corpore ex mẽbris frigidis, & humidis, & phlegmaticis. Et ipsorum principium & elementum posuit phlegma: & diuisit ipsum sicut aquas, in diuisiones s. super faciem terræ: & in diuisiones aeris, quã deferunt nubes. Similiter pars phlegmatis, quę currit in cannalibus pulmonis, et continuatur aeri, adiuuat ipsum in properando ad cor cũ facilitate, & excitatur per ipsum: & confortatur virtus anhelitus in expulsione fumi calidi, cuius retentio posset esse causa combustionis cordis. Et est pars alia, quæ ascendit à pulmone ad cerebrum, & post sui compressionem descendit de cerebro, sicut descẽdit ros ex aere propinquo terrę. Et eius dominium est in parte posteriori cerebri, et in pectore. Et in moribus sequitur dominium ipsius id quod est castitas, pietas, paucitas desiderij coitus: In motu autem id quod est pigritia, grauitas, tarditas, & taciturnitas responsionis: In corpore autem id quod est paralysis, tremor, debilitas. Et proprietas eius naturæ in stomacho, est infrigidatio caloris & ex acuitate ciborum & potuum, & reliquarum materierum superuenientium stomacho & cordi: quod est quia virtus expulsiua confortatur, cum sit ei simile, sicut simile per suum simile, & compar per suum compar. Et creauit Deus excelsus & gloriosus fel, quod est calidum & siccum, & igneum, & domus choleræ citrinæ: & posuit ipsum annexum hepati, adiuuans hepar super de- F coctione cibi. Et posuit dominium choleræ citrinæ in vertice, propter suã leuitatem & sublimitatem, & eius altitudinem & eleuationem. Eius aũt respiratio est in vtrisq; auribus, quia sunt ex diuisione eius, & ipsius natura. Et assimilatur ei ex membris quod est calidum & siccum. Et ipsa quidem cholera currit in corpore cum sanguine, propter conuenientiam & combinationem eorum, sicut est conuenientia olei ad lampadẽ. Et de proprietatibus naturæ eius in stomacho est attractio cibi, & adiutorium super digestionẽ, & emundandi fæcem. Et hoc quod consequitur virtus moralis ex actionibus eius, est inconstantia, furor, & subtilitas, & acuitas, & solertia, & audacia, & eleuatio, & desiderium coitus, & memoria, & velocitas respõsionis: & totum corpus consequitur ex eo calorem & siccitatem. Et assimilauit Deus ossa, chartilagines, pilos, & vngues, & ligamenta choleræ nigræ. Omne enim membrum congelatum, terrestre, priuatum sensu, est ex melancholia. Et sedes ipsius est in splene, & dominiũ in visu, & in sinistro corporis. Et per eam accidit taciturnitas, & cogitatio, & grauitas, & fletus, & tarditas, & timor, & solitudo, & pusillanimitas, & aspectus: & in successionibus, & in stomacho proprietatem habet retinendi, & expellendi, & excitãdi appetitum: & corpus ex ea consequitur frigiditatẽ & siccitatem carniũ, & immobilitatem proportionatam sibi ẽm magis & minus. Posita sunt aũt quatuor principia regalia corporis aĩalis à qui- G busdã: ab alijs vero tria: ab alijs aũt duo: sed à sapiente verificatũ est vnum esse principiũ tm̃ in aĩali, & istud est cor. Anima. n. vna est virtus actu, potentia vero plures: tũc exigitur ꝙ alicui vni cõiungatur priuatio, à quo omnia sequentia suas trahant virtutes vitales, et operationes naturales: et descendat ab eo vt reducatur ad ipsum, sicut in particularibus reducimus ad sensum cõem oẽs sensus particulares. Quare in aĩalibus diuersa membra officialia necessaria fuerunt, contrahentia s. virtutem ab vno membro & vno principio, quod in perfectis aĩalibus est officiale, & in imperfectis consimile, sicut in ostreis, s. quę non habent sensum nisi vnicum s. tactum, & membris carent officialibus, habent tñ membrum cõsimile. Sed cum calor naturalis figatur & sustentẽt in corde, merito ipsum est principium oĩum aliorum: oĩa enim trahunt aliquid ab eo, ipsum aũt non de necessitate ab oĩbus. Item cum sit positum fundamentum spirituum & caloris vitalis: & cum spiritus sit vehiculum virtutum vitalium, sensibilium, & motiuarum: necessarium igitur fuit, vt viæ suę ꝑ ipsum calefierent & perficerent ab eo, & ita vt haberent spiritũ tm̃ apud suã radicẽ. Calor. n. & ipsius via, sicut effectus & causa, ab ipsius radice consurgunt, vt dicit Aristoteles. Sed Galenus dicit, ꝙ hepar est principium nutricationis, cerebrũ vero sensus & motus. Sed non videmus hoiem communitatẽ habere ad plãtas ẽm sensum et motum, sed ẽm nutritionem tm̃: quare cor cũ nõ sit prin- H cipium nutritionis, neq; sensus & motus, ẽm ipsum nõ erit principium. Sed si dicas ꝙ aliqua virtus habeat principium à corde, quę non pertinet ad nutritionem, neq; ad sensum, neq; ad motum, tũc illa virtus erit præter sensum & motum, & præter virtutem in qua animalia communicãt cum plantis, conueniet omnibus membris. Sed non reperimus talem in animalibus, neq; in mẽbris ipsorum. Et si dicas ꝙ sit principium motus quod est secundum pulsum, tunc oĩa membra cõicant cum eo in pulsu: aliter non esset principium vniuersale omnium membrorum animalis. Et si dicas ꝙ cor habet filum longum ad vnam operationem motiuam, & alia in latum ad operationem aliam, & in transuerso propter operationẽ tertiam, ẽm ꝙ attrahit, retinet, & expellit, quare non est voluntarius, iam iste motus conuenit alijs membris, vt stomacho, matrici: quare cor non est principium alicuius, quod falsum est: aut s. est principium nutrimenti, & sensus, & motus. Quod autẽ ita sit, signum est, qm̃ alius est pulsus in dormiente, qui coniunctus est cum digestione nutrimẽti: & alius in vigilante, qui coniunctus est cum operationibus animalibus. Ad idẽ quoq; alias proponit ostẽsiones Arist. dicens. Quoniã id ad quod nulla vena vadit, & à quo oẽs venæ tendũt, debet esse principium venarum: & nullum membrum reperitur tale nisi cor. Itẽ omne quod nascit̃ ab alio, debet esse principium ei id à quo nascitur: sed hepar cum sit totum carnosum, ab eo vena non

*Al. ꝑparando.

A non nascit, cum sit substantiæ venæ, ipsius substantia valde dissimilis: ergo non potuit esse principium venarum. Verum huic rõni instat Aristo. dicens q corallus nascitur in terra molli & lutea in mari, & tñ est arbor durissima. Præterea reperitur vena penetrare per medium ipsius substãtiæ hepatis, & in penetrando diuisiones & ramificationes suscipere: ergo in eo non habebit oriri: cor autem & quietam & pulsatilem in se terminat & iungit, & tam istius q illius materias, quas deferunt bene continuat, neq habet venam aliquã in se, nisi postq exierit, in se iterum reflectatur et redeat. Antecedit ẽt in ordine naturæ & creatione pparatio cordis præparationi hepatis. Non enim nutritur vel sensificat membrum animalis, nisi in quo est sustentatio vitæ cum calore naturali. Cũ ergo ita sit, necesse est præparationem & formationem membri pmittere, quod sit creatio & sustẽtaculum caloris & spiritus, ante creationẽ nutrientis ipsum & sensificantis. Sed hoc est cor: quare ipsum est antiquius & sublimius in corpore animalis, & non habet sibi compar, & omnia alia sunt post ipsum, & disposita ſm ipsum, & ei inclinata. Et Gal. mores, & virtutum naturalium operationes diuersas diuisit iuxta diuisionem complexionũ cordis: & posuit earum processum ordinatum & rectũ supra ipsius temperantiã, errorem vero & inordinationem supra ipsius distemperantiam. Consequens ergo est apud eũ, ſm rõnem & non ſm sensum diiudicantem, cor esse basim &

B radicem virtutũ moralium, & eis deseruientiũ: ad motum.n. radicum sunt motus ramorũ, & non conuertit. Cum.n. ipsius forma radicalis sit, supra quam mouent virtutes morales, & ipsum erit radix instrumentorum moraliũ: sicut.n. se habet perfectio vnius ad perfectionẽ alterius, ita se habet vnum perfectũ ad aliud perfectũ. In eo.n. quod Gal. dicit q hepar est principiũ sanguinis pp hoc, q neq in matrice, neq in stomacho, neq in intestino sequenti ipsum reperit primo sanguis, sed in hepate, pp hoc q hepar circunstant receptacula fœcis sanguinis, vt cystis fellis, splen, & vesica, videtur magis sequi semitã sensus vt medicus: qm̃ & si sanguis in prima sui perfectione appareat in hepate, & in venis post ipsum, non tñ est ibi in sua peroptima perfectione. Optimam enim & dignissimam perfectionẽ consequit sanguis in corde iterũ, vbi admiscet ei spiritus, & vbi fit spiritualis & vitalis summẽ. Quare postea in vasis, & magis securis ponitur a natura, propter timorem vehementem de perditione ipsius, cũ ipse sit melior thesaurus naturæ. Cor igit ſm Aristotelem, est primum mouens, & vltimum membrorum animalium, spiritu plenũ & virtutibus, q̃ alijs cõicant per influentiam ab ipso. Et cordis vna extremitas subtiliata est, & ad vnum punctum aggregata: & hoc punctũ est a quo incipit natura primo protrahere informationem totius corporis: & altera sua extremitas est in circulum. Et istæ duæ extremitates coniunguntur figura circuli median

C te: cuius initium angustissimum est apud punctũ, deinde multiplicat se continue ſm circulos crescentes, donec attingat extremitatem aliam, quæ est in circulo, maximus circulorum cordis. Et sic gradata est ipsius figura ad similitudinẽ pineæ, quatenus ipsa ingeniosa fabricatio superior & inferior sit conueniens & bona, & non sit in ea superfluitas euagans in angulos, in quibus lateat nocumentum & iuuamentum. In subtiliatione vnius partis ipsius est, vt sit minor pars partium ipsius quæ parata est lædi ex contactu ossium. Et facta est dura similiter hæc pars cũ superfluitate, vt melius obuiet, & minus lędatur seu patiatur a rebus sibi occurrentibus. Et dilatata est ipsius extremitas altera ad meliorem comprehensionem materiæ ingredientis sanguineæ seu aeriæ, & ad euacuationem faciliorem egredientium ab eo, & vt sit sufficientia in origine eis, quæ ab eo oriuntur. Et apud ipsius radicem prædictum est membrum, quod pro fundamento imponitur simile chartilagini paruum, vt sit ei basis fixa & firma. Et eleuata est ipsius pars superior, vt elongetur ab inhæsione super ossa pectoris, & vt facilius accedat calor spiritualis ad eleuationem virtutum vitalium, & perueniant mores boni: & elongatæ sunt a depressione, quæ est causa timoris & tristitiæ & auaritiæ. Et quandoque situs partium cordis, scilicet ante & retro, dextrorsum & sinistrorsum, sursum & deorsum, operantur situs partium corporis: & recessus earum a suis sitibus naturalibus

D est causa recessus ipsarum a suis sitibus naturalibus, ex quo accidit deformitas in exterioribus cum deformitate mentis. Substantia quidem cordis ex diuersis cõsimilibus composita est. Sicut enim principium omnibus alijs compositis & simplicibus partibus assimilatur, scilicet in sui compositione compositis, & in simplicitate suarum partium simplicibus: componentia vero ipsum sunt caro, villus neruosus, & chartilago vel simile chartilagini: In sua carne, carnibus: in villis suis neruosis, neruis, chordis, ligamentis, panniculis, adiutorijs: in substantia simili chartilagini, membris duris, vt ossibus, & chartilaginibus assimilatur, cum caro illius fortis sit, & solida, & sicca, & dura, vt sit difficile passibilis. Species etiam villorum fortium plurimæ diuersitatis in eo contentæ sunt, longitudinalium scilicet, attractiuorum: latitudinalium, expulsiuorum: & transuersalium, retentiuorum: vt sint ei sufficientes species motuum. Et apud ipsius radicem positum est ibi fundamentum membrum quoddam chartilagini simile, vt dictum est. Istæ igitur partes consimiles cum sint duræ & siccæ & terrestres, magis attinent complexioni terrestri: quare ipsum constans ex eis, est frigidum & siccum magis: & hæc est intentio sapientis. Quæ enim est comparatio fornacis ad ignem contentum, eadem est comparatio cordis ad calorem & spiritum contentum. Et sicut fornacis compositio exigitur esse ex rebus solidis, lapideis, & indissolubilibus coram igne, ita & cordis compositio ex duris, & compactis, & non liquabilibus esse exigitur,

propter

*AE. summa vel forma.

*AE maximo

*AE chartilagini.

propter calorem fortem quem continet: qm̃ aliter stare nõ posset in facie multitudinis sui caloris. E Signũ super hoc est, ꝙ confortatũ magis apud sui dissolutionem & remollitionem ex substãtijs duris lapideis, quales sunt coralli, margaritæ, sapphyri, hyacinthi, & similibus, sicut iuuatũ simile à suo simili, & compar à sibi cõpari: licet Gal. posuerit oẽ cor calidum et siccum, respiciens dispositionẽ, quam trahit ex spiritu calido contento, & ex suis motibus: cuius simile imprimit in alijs membris per exufflationem, & transmissionem caloris sui ad ea. Veruntamen est ita, ꝙ ista dispositio est naturalis ei ẽm ꝙ cor, & non impedit, quin partes primæ compositiuæ sui à principijs sint frigidæ & siccę, licet ipsum ex parte complexionis & perfectionis, quam trahit ex anima, sit calidum & siccũ, propter spiritum calidum, & motum quẽ habet ex parte animæ. Et corpus ipsius positum est in panniculo spisso & solido valde, cui non inueniũ compar in spissitudine in corpore hominis, vt sit clypeus & tutamen. Et in ipso sunt duo ventres, & fouea, quę est quasi meatus quidã inter vẽtres, & non est venter. Duo sunt ei ventres, vt sint receptacula nutrimenti duplicis quo nutritur, spiritualis & aerei s. & sanguinis crassi. Et fouea est minera generati spiritus in ipso, & sanguinis vitalis, & locus perfectionis, & mistionis eorum: & dilatatur apud dilatationem cordis, & constringiũ apud sui constrictionem. Et sinistra ventris basis eleuata est super ventris dextri basim: et basis vẽtris dextri depressa est multum descendens. Apprehensum vero à dextro, crassum est & terrestre: F comprehensum vero à sinistro, subtile & leue est: Leue autem facilius ducitur ad superiora: crassum autem ad inferiora. Temperatior ergo natura reperitur in ipsius medio. Et sunt duo orificia cordi, introitus duarum materierum, s. sanguinis, & aeris attracti, sicut duæ aures, quæ creatæ sunt neruosæ: rugosa & mollificata, dum constringuntur villi: in dilatatione vero, tensa. Subtiliata ergo & mollificata sunt, vt melius sint obedientia vtriq; motui: & facta sunt neruosa & extensibilia, vt remotiora sint à passionibus. Similiter ergo duo orificia ꝑdicta, sunt duæ arcæ recipientes à vasis, deinde remittentes receptum ad cor cum moderantia. Et à parte dextra egreditur vena magna, deferens nutrimentum ab hepate, quod est sanguis: & hæc est pars occupata in attractione ipsius, magis vicinans hepati. Sed arteriarum origo est à ventre sinistro: quæ omnes creatæ sunt cũ duabus tunicis: quare interior est magis dura, vt sit bene obuians percussioni & motui forti substãtiæ spiritus, præter vnam cuius via est ad pulmonem, quæ est habens vnam tunicam, ab oĩbus alijs arterijs diuersa, & nominaũ arteria venalis. Sicut in ventriculo dextro nasciũ vena, q̃ penetrat ad pulmonem, quæ sola inter oẽs venas habet duas tunicas: & inde eam arterialem venam vocant, cuius causa deinceps dicetur. Positum aũt est cor in loco medio medij pectoris, qm̃ locus ille tẽperatior existit. Sed eius declinatio aliquantula est ad sinistram partem, vt amplificet locum hepati: hepati G enim melius est cedere, q̃; spleni, qm̃ est sublimius. Et est alia ratio declinationis ad sinistram, vt nõ totus calor coadunetur in dextra: superflue enim calefieret, propter vicinitatem nimiam vtriusq; principij calidi, & pars sinistra superflue infrigidaretur propter eorum elongationem: & propter hoc fuit melior declinatio cordis ad partem sinistram, vt temperetur per ipsum latus sinistrũ, præcipue cum splen ipse non sit calidus valde. Et tertia ratio est, vt faciat viam venæ ventrem habenti, ascendenti ad ipsum ab hepate, vel descẽdenti ab ipso ad hepar. Et locus cordis in medio est corporis, vt magis vicinetur æqualiter omnibus circũstantibus, & facilius eis afferantur ab eo iuuamẽta: & alia famulantia ipsum circũstent vndiq;. Et mensurauit Deus quantitatem cordis in sufficientia absq; superfluitate & diminutione, vt non sit ei grauitas propter quantitatem immoderatam, neq; fractura vel angustia in suis extremitatibus propter diminutionem. Ab eo enim est origo arteriarũ, suspensio ligamentorum, & virtus omnis in vniuerso. Veruntamen excessus ipsius ẽm diminutionem & superfluitatem frequenter in diuersis particularibus reperitur. Et dico ꝙ ipsius quantitas superflua in compositione corporis eius, non est causa audaciæ vt quidã autumant: neq; quantitas parua causa timoris et pauiditatis. Animalia enim plura habent nimiam quantitatem cordis in comparatione sui corporis, & sunt cum hoc pauida plurimum & timida, vt lepores, H cerui: cuius causa est, qm̃ in eis calor paruus est, & extra fertur pars plurima ab eo ad mẽbra viuificanda, & sensificanda, & mouenda: quare non calefacit ipsum integrum, sed relinquitur frigidum & vacuum, vnde & pauiditas. Sed quædam sunt è conuerso parui cordis, & hæc sunt audacia, qm̃ in eorum corde est caliditas plurima, & coarctatur propter loci angustiam, & cũ vehementia ebullit: vnde illa, quæ plurimum sunt audacia, sunt ea, quæ sunt magni cordis, & plurimi caloris. Et cor nutritur cum suis virtutibus naturalibus & earũ motibus, qui sunt diastole & systole, & quietibus duabus inter ipsas: necesse est enim vt inter omnes duos motus contrarios quies interueniat. Et in his reperitur ars musicæ cum natura: quoniam quemadmodum ars musicæ completur per adiunctionem sonorum ẽm proportionem continuantem eos inter acuitatem & grauitatem per circulos casuum temporũ, quę sunt inter eorum percussiones, similiter est dispositio pulsationis cordis, qm̃ proportio suorum temporũ in velocitate & spissitudine, est sicut proportio sonorum eius: & proportio dispositionum eius in fortitudine & debilitate, & quantitate, est sicut proportio adiunctionis eius: & sunt motiones proportionatæ ad inuicẽ, & quietes similiter: & motiones quietibus, & è conuerso. Et cum oĩa ista concurrunt in conuenientia ẽm ordinem, tunc saluum est regimen corporis, & procedũt omnia cũ incolumitate & quiete vera. Et si prædicta cum suis

*Al. comparatione.

A suis dispositionibus proportiones naturales egrediantur, disturbationē naturæ portendunt: & ēt disturbationis quātitas est sicut quantitas egressa à proportione. Est ergo cordis passio, harmoniā principiorum complexionis corporis animati assimilans, vel eorundē discordiam natam pp occasionem ducentē ad superfluitatem et diminutionem, sicut manifestū est in passionibus, .i. timore, & spe, & letitia, castitate et luxuria, largitate & auaritia: et in egritudinibus corporalibus, calidis frigidis humidis & siccis. Et terminus ad quē se extendit cor maxime est in contactu tunicæ & panniculi sui exterioris, qui sibi datur ad tutelā & custodiam. & est spatium positū inter hoc et hoc, vbi oriunt ab eo: & similiter apud radicē ipsius, vt in ipso dilatari possit absq; præfocatione, & cōstringi sicut in spatio amplo. Et motiones ipsius efficiunt motiones in arterijs consimiles ita, q dilatatio dilatationem, & constrictio constrictionē: licet alij aliter ponant, inducentes exemplū de follibus, cui experientia contradicit: verbi gratia, si ponas manum supra cor alicuius, & alteram sup arteriam, videbis semp depressionem cordis & depressionem arteriæ simul fieri. Et verum est q pulsum rarū & tardum efficit tristitia: quod nequaq̄ fieret, si p compressionē cordis dilatarei arteria. Itē fm hoc magis deberet apparere facies inflata & rotunda in tristitia, q̄ in ira: et pulsus magis eleuatus in humili, q̄ in supbo: sed in oibus hmōi accidit oppositum. Quare oportet, vt ad eleuatio-

B nem cordis sequat eleuatio arteriæ, & compressionē cōpressio. Processio igit caloris vitalis incipiens est à cordis fundamento vbi orit, s. apud †principium monstratū, superius tendens in latū & amplum continue: cuius motus consequit figuram cordis, quoad exeat, & recipiatur à vasis & ferat in spatium amplū totius corporis, & spargat in eo, & terminet apud extremitates ipsius: quare motui suo se ipsum assimilat cor in figura sua. Et sicut motus iste est primus motuum in veritate, ita & figura ipsius, cum sit hmōi motum assimilans, est prima & mater figurarum in oī membro consequente. Intentio aūt Isaac multū est diuersa ab hac intentione. Erectio siquidē totius aīalis supra cor posita est à natura tanq̄ supra radicem vltimam: sed pp diuersitatem virtutum nobiliū ab eo egredientium necessaria fuit creatio diuersorum organorum absq; permistione aliqua, per quæ ferantur, & in quibus sustententur, propter separationem operationū suarum meliorē, & faciliorem prouentū earum: identitas enim organorū penitus confunderet, & earū permistio vehementer impediret. Melius ergo cū separatione certa sunt & diuersa naturæ receptacula, quatenus singulis singulæ specificentur & compleantur operationes nobiles, cum alleuatione & absq; impedimēto: propterea creata sunt cerebrum & hepar & pulmo & stomachus, & sunt tanquā nodi propinqui primæ radici, supra quos deinde & nodi alij eleuant, qui in eorum eleuatione sunt secūda-

C rij. Qm̄ sicut in terrę nascentibus radix est principiū supra quam figitur: & post ipsum sequuntur nodi ascendentes vt in pluribus, in quibus coadunat se natura, vt iterum fortius progrediat, & attingat melius quod intendit: ita & in aīali supra radicem ipsius, quæ est cor, eleuantur mēbra consequentia ipsum, quæ sunt in comparatione nodorum in terræ nascentibus, vt in ipsis efficiat natura operationes diuersas, fm q necessariæ sunt ex parte regiminis aīalis. Sed cū bipartita sit naturæ solicitudo, quarum vna consistit in restauratione resolutorum, & reliqua in custodia & protectione restaurationis, causa exitus ipsius à corde est duplex, & iter ipsius similiter bipartitū, & virtutes restaurantis, præter penetrationem ad exteriora corporis. Ipsa enim opera sua quærit cælari magis: quare cum suis fornacibus et nodis sepulta est interius in suis concauitatibus, quę sunt duo ventres sibi coniuncti, à natura prępárati, superior s. & inferior, quos separat diaphragma: licet superiorem separet panniculus, pectus per medium partiens: & superior est domus cordis & pulmonis, in quo est spiritus præparatio & rectificatio antequam cor ingrediatur: & attractio aeris ad hanc partem est per cannam magnā & per cannales nasi. Inferior vero venter domus est organorum, in quibus assimilatur nutrimentum, cuius ingressio est per gulā, & ad q̄ abijciuntur superfluitates eius. Ex parte igitur aeris siue viæ arteriæ exigit nodus quidam, qui est pulmo, super quē

D eleuatur canna cum cymbalari, & cannales. Et ex parte viæ sanguinis supra cor, exigitur nodus alius magnus, qui est hepar, in quo est prima apparitio sanguinis: & ipsi supponuntur & alij duo nodi parui in comparatione ipsius, qui sunt domus superfluitatis & grauaminis sanguinis, & vrinæ colatoria. Et supra hepar etiam eleuatur stomachus cum suis appendicibus, licet consimiliter sustentetur supra cerebrum, & super radicem primam, per aliam viam, propter quantitatem ipsius sanguinis superfluam, & suarum appendicum, & propter quantitatem sui ponderis in hora suę repletionis: & supra ipsam erigitur gulam, recipiens cibum ab ore. Virtutis autem posite in custodia & protectione nutrimentalis, & totius compositi processio, est magis ad exteriora. Eleuatur ergo, & ascendit in locum magis eminentem in toto: qui locus est magis dignus speculatori exercitus: & est magis dignus in custodia membrorum: & in loco isto coadunatur nodus, in quo complentur operationes mirabiles valde: & nodus iste appellatur cerebrum, super quod merguntur nodi plures: in quibus operantur quinque sensus, qui sunt exteriores speculatores, & in quibus operantur irascibilis & concupiscibilis: & isti nodi sunt musculi sparsi per vniuersum corpus tā in quibusdam intrinsecis q̄ extrinsecis ea cooperientibus, & in extremitatibus q̄ sunt rami mediorum, sicut in manibus, & pedibus, & capite. Et nodi, qui sunt principia generationis, eleuati sunt supra cerebrum fm Isaac: licet sapientes post ipsum crexerint & sustentauerint ab alijs pariter,

*Al. ecoctionem

†Al. terminum ...

*Al. creata.

*Al. restaurātis

riter, & per viam etiam spiritualem à radice prima. Et verum est quod est ramificatio ab vnoquoque nodo primo procedens ad alium, & virtutum diuersarum ad inuicem transmissio, quatenus vnusquisque sustineatur, & confortetur ex parte alterius virtutis. Et demonstratio per hoc est, quod omnes ab eadem oriuntur radice. E

De Anatomia Arteriarum.

A Sinistro cordis vētriculo duæ oriunt̄ arteriæ, quarū vna ad pulmonē tendit, & in ipso partitur propterea, vt aer attrahat̄, & vt ēt sanguis nutrimentalis pulmonis primo ad ipsum à corde deferat: & hoc est, qm̄ nutrimētū pulmonis primo defert̄ ad cor, in quo melioraт̄, & post ad pulmonem transmittit̄: & hæc est vnicam tunicam habens, in quo differt ab oībus alijs arterijs, quare appellat̄ arteria venalis. Et si cōparaueris inter duplicitatem tunicarum et firmitudinē seu soliditatem, & inter vnitatem tunicæ & lenitatem & raritatem, si magis est necessaria, & tunicæ vnitatem, propter hoc: lenitas enim & raritas faciunt ei dilatationem facilem & constrictionem, & resudationem eius, quod ab ea resudat ad pulmonem, qui est sanguis subtilis vaporosus, substantiæ pulmonis magis aptus & similis. Et hæc arteria venalis in interiori parte pulmonis spargitur, & in ipsa submergitur, et est deferens sanguinē subtilem, vaporosum, propinquum complete digestioni, & non complete digestum: & nō timetur super hoc propter propinquitatem ipsius ad cor, à quo ad ipsum venit virtus calida facile digerens & conuertens. Et est vena q̄ à dextro cordis ventriculo exiens subintrat pulmonē: & ipsa creata fuit duas habens tunicas, & ideo eam arterialem vocāt venam. Primum autem iuuamentū in hoc existit, vt sit sanguini, qui ab ea resudat, subtiliatio perfecta: qm̄ in eo nō est talis digestio, qualis est eius qui ad arteriam effunditur venalem: vnde oportuit vt vena eum portans incrassaretur multum cum suis tunicis. Et aliud est, vt non resudet ab ea sanguis, nisi subtilis & bene coctus, propinquus sanguini à sinistra concauitate exeunti inquantū possibile est, quasi spiritus subtiliatus, pulmonem magis iuuans in suo motu. Factus est igit̄ pulmo quatenus sit receptaculum aeris frigidi, qui veniens ad cor temperet ipsum: nisi enim esset aer iste, iam cor cremaretur ex calore in ipso. Vnde omne animal habēs calorem magnū, necessarium fuit habere pulmonē magnum: ideoque quadrupeda magnum pulmonem sunt habentia. Aues autem, cum sint frigidioris naturæ, habent paruum pulmonem, quia aer inspiratus sufficit eis ad nutrimentum caloris spiritualis: ita etiam quod quædam earum non potant, neque sitim habent, sufficit enim aer inspiratus calori earum. Et non dixit Galenus quod attrahebat̄ aer ad cor ad nutrimentum cordis, quia aer cum sit simplex, non transit in nutrimentū, sicut neque aqua simplex, propter remotionem similitudinis, & distantiam plurimam inter ipsa: vnde vtrunque eorum aut est pars nutrimenti, aut est faciens ipsum penetrare in eo quod dat ei lubricitatem. Et dico quod aqua est ad nutrimentum corporis, aer vero ad nutrimentum spiritus: & vnūquodque duorum, s. nutrimenti corporis, & spiritus, est corpus compositū, & non simplex. Modus autem, per quē accidit temperantia in corde & in spiritu eius per aerē, est euētatio superfluitatis adustæ spiritus, qui est fumositas propinqua adustioni & inflammationi, per motum sui introitus, precipue cū sit frigidus in cōparatione materiæ fumosæ calidæ egredientis. Et infrigidatio cordis per aerem attractū propinqua est infrigidationi stomachi, quæ euenit ei in hora suæ repletionis, propter motum & descensum ciborū. Vnde philosophus: Venter vacuus calefit, & repletus infrigidat̄, propter motum. Et est pulmo compositus ex partibus: quarum vna, canna est: secunda, est rami arteriæ venalis: & tertia, rami venæ arterialis: quas proculdubio coniungit caro mollis rara, causata ex sanguine magis tenui & magis subtili, ex quo nutritur & sustentatur in esse. Est ergo pulmo mollis, rarus, ad albedinē declinans, & plurimorum meatuum, quatenus in ipso capiatur aer, & digeratur, & expellatur superfluitas eius ab eo: sicut creatum est hepar fm quod melius in comparatione ad cibum. Mollis autē est, vt sit p̄paratus duobus motibus fm attractionē & respirationem, quos tn̄ motus consequitur ex parte thoracis. Carnis autem ipsius est iuuamentum, vt adimpleat rimas, & coniungat ramos. Declinatio autem ipsius ad albedinem, est propter dominium aquæ super illud quo nutritur, & propter illius plurimam frigiditatem: est enim sedes aquæ, vt per ipsam confortetur virtus anhelitus in expulsione fumorum calidorum. Et continuatur etiam aeri, adiuuans ipsum in festinādo ad cor cum facilitate. Sed raritas eius est, vt redeat ad attractionem aeris, & recipiat ipsum. Aeris enim penetratio non est solummodo in canna: immo plurimum euadit ad corpus pulmonis ex eo: & propter hoc est multiplicatio ipsius aeris in eo, apparens manifesta. Et est aliud iuuamentum raritatis ipsius, vt adiuuet in constrictione ad expulsionem. Præparatur igitur duobus motibus: & propter hoc aperitur pulmo cum inflatione, & clauditur cum exufflatione: ipsius tamen constrictio sequitur constrictionem thoracis, & dilatationem dilatatio, sicut dictum est: & hoc ne locus sit vacuus. Et est simile videre in spongia, quæ compressa manu coarctatur in spacio breui & angusto: quæ si explicetur, sequitur eam spongia, & ingreditur eam aer, & dilatatur, & redit ad locum amplum, sicut primo fuerat. Et pulmo est diuisus in duas partes, in quibus attenditur ipsius geminatio, sicut est geminatio cæterorum membrorum in homine: Licet dubitetur de hepate, vtrum geminetur in homine: licet in piscibus duplex sit hepar à duplici lacerto. Et quia homo habet hemicraniam, & patitur quandoque paralysin vnius partis & non alterius, ideo cognoscitur geminatio F G H

partium

A partium in cerebro. Iuuamentum vero partitionis pulmonis in duas partes, vt non cessent anhelitus, ꝑ nocumentũ vni duarum partium aduenieñs. Et vtraq; diuisio ramificatur in duos ramos: licet in latere dextro quasi non reperiatur ramus, cuius iuuamentum non est magnũ in anhelitu, sed est ibi tanquã lectus substratus venæ concauę ascendenti ad cor cũ nutrimento sanguineo cordis. Et secundæ diuisiones pulmonis sunt sicut primæ ipsius diuisiones: & vt sint tanquam digiti ipsius propter bonam compressionem cordis. Veruntamen additio sectionis in dextra est ad hoc, vt occupet spaciũ pectoris, et æquet ipsum, qm̃ declinatio cordis est magis ad sinistram partem. Et pulmo insensibilis creatus est in se, & immobilis per se, qm̃ ipsum non penetrat neruus aliquis: et omnis sensus & motus influens influit ꝑ neruum. Coopertimentũ tñ ipsius panniculosum & neruosum est, vt sit ei sensus aliquo modo in superficie, ſm ꝙ determinatum est. Et pulmo ipse substernitur cordi, sicut culcitra sustentans & leniens ipsum. Et gibbositas ipsius est a parte dorsi: & est duplex, vt melius recipiatur in concauitatibus a duabus partibus spinæ. Concauitas autem ipsius respicit anteriora magis, ad hoc vt amplectatur facilius cor & melius. Et spissitudo maior est apud exitum cannæ: postea descendit attenuando se gradatim vsq; ad sui terminum: & inspissatio eius est superius magis necessaria, ad subleuationem meliorem capitis cordis, magis lati & magis B spissi, quare indiget fulcimento spisso & molli superius. Sed consequenter cedit hæc spissitudinis necessitas: vnde postea attenuata est, ſm ꝙ proportionaliter cor ad acuitatem tendit & sublimitatem. Et comparationem etiam habet ad folium, quod positum est in custodia, & protectione fructus, sicut ipse positus est in protectione & custodia cordis. Iuuamentum autem quantitatis augmentatæ, quæ est supra ipsum, est multiplex. Et vnum est, vt sit continens pulmonis aeris, qui sufficiat pluribus pulsationibus cordis. Si enim numerus inspirationum, nõ pulsuum, propter paruitatem pulmonis cogeretur adæquari, iam cessarent plurimæ nobiles operationes, sicut emissio longæ vocis: quæ necessaria est in sermonibus, vociferationibus, & cantibus: & non posset detineri inspiratio coram se fœtida & corrupta, neq; etiam in hora deglutitionis: immo accideret vt superoccuparentur inspiratione & expiratione. Quare diu permanere non posset, quãdo necessaria est plurima quantitas ipsius, vt spiritui cordis sit materia sufficiens, dũ summergitur in aquis animal, aut quando necessarium est ei vocem prolongare cum continuatione, aut quando abhorret attractionem aeris propter corruptionem & fœtorem eius. Et etiam notandum ꝙ quædam animalia sunt habentia pulmonem, quędam autem non: quę autem sunt ambulabilia & sanguinea pulmonem habẽt. Et piscibus loco pulmonis sunt branchiæ. Et in quibusdam animalibus loco pulmo- C nis sunt canales. Delphinus quoq;, & lepus marinus, & animalia alia quæ sunt communia terrę & mari (quæ arabice cenalia dicuntur) & pisces respirant vaporẽ per branchias: paucus enim vapor sufficit eis, cum participent multum frigiditatis. Vtrum autem aliqui pisces respirent aerem, dubitatur propterea, ꝙ dicunt piscatores de delphino, quod quando dormit in superficie aquæ, sentiũt ipsum stertere: & Galenus promisit se tractaturum hoc.

De Anatomia Oculorum.

CReauit Deus caput animalis, & posuit ipsum in superiori parte animalis, ꝑcipue ꝑpter oculos. Et anteriorem partem capitis eleuatiorem fecit, vt oculi in illa parte siti essent in eminẽti, instar speculatoris vndiq; prospicientis aciem siue exercitum vndiq; in plano positum: sic & oculi compaginem inferius speculantur. Vnde q̃dam animalia paruum habent caput, & decliues habent oculos, positos in quibusdã neruorum extremitatibus, quos qñq; emittunt a se, qñq; retrahũt ad se, vt patet in limace, cuius extremitates vulgus cornua vocat. Quibusdam vero animalibus illę extremitates protensæ duriores sunt, neq; retrahi possunt, sed habent quædam defensoria supposita, quasi duos clypeos duorum oculorũ, vt patet in cancro. A cerebro aũt exeunt duo nerui, quorũ vterq; duobus panniculis est obuolutus, a duabus matribus siue meningibus ortũ habẽtibus: qui D panniculi ad duos orbes oculorum tãdem peruenientes ibi dilatanť ꝑ circuitũ, vt intra se deglutitionem humorum possint accipere. Est ergo crystallinus humor, qui grãdo glacialis ab Aristotele appellať, quia in forma & colore est similis glaciei, in profundo & medio positus duplici ex causa, quia mediũ dignior est situs in custodia, & vt a circunstantibus iuuamentũ accipiat vndiq;. Iste humor in posteriori parte sphæricam habet formam, in anteriori aliquantulum planã. & hac rõne, qm̃ si vndiq; haberet sphæricam, imago rei visæ quodã modo lubricaret sup ipsum, & tangeret in puncto. Item anterius planum est, vt parua corpora visa multã haberent in eo sectionẽ. Iste autem humor diaphanus & translucens est, vt sit susceptibilis omnium formarũ intra se. Post crystallinum humorẽ interius versus cerebrum positus est vitreus humor, qui sic appellatur, quia vitro liquefacto assimilatur: cuius color medius est inter rubrum & albũ similis vitro. Et est iste humor ad rectificandum nutrimentum crystallini humoris, & vt fiat gradatio sanguinis dum conuertitur in crystallinum humorem. Si enim perueniret sanguis in suo rubore ad nutrimentũ crystallini, inficeret ipsum, & faceret omnia visa apparere rubra. Et eleuatur iste humor ad maiorẽ circulum crystallini, faciendo semisphæram circa ipsum. Et se habet iste humor ad crystallinũ in comparatione stomachi ad hepar. Ex opposita autem parte vitrei humoris exterius ante crystallinũ positus est albugineus humor, qui similis est albumini oui. Cuius finis multiplex est, scilicet vt ex

humorositate

humorositate sua defendat crystallinum humorē ab arefactione aeris exterioris: qui quidē humor E est defensorium crystallini ex alia parte, & est superfluitas illius, sicut vngues, capilli, cornua sunt superfluitates animalis, & defensoria eiusdem. Item iste humor præponitur crystallino, vt fiat gradatio lucis & imaginis ad ipsum crystallinum, quia natura nō sustinet repentinas immutationes: vnde isto læso destruitur visus. Item iste humor liquidus est, vt ex liquiditate imago rei ingrediēs distinctionem suscipiat. Et est iste humor positus in foramine vueæ tunicæ, quod quidē foramen, pupilla oculi appellatur. Interior autem panniculus ad maiorem extenditur circulum crystallini humoris, claudens intra se ferè duos humores, s. crystallinum ferè, & vitreum ex toto: & vocat̄ tunica secundina, quia à secunda matre s. pia matre nascit̄. A qua quidem tunica, in eodem termino nascuntur aliæ tres tunicæ, s. vna quæ inferius reflectitur, interponens se crystallino humori & vitreo separatorium illorum ex vna parte, et vocat̄ retina instar retis: partes habet innumerabiles ex venis, neruis, & alijs. Ab eodem loco nascit̄ tunica alia, quę aranea nuncupat̄, perficiens sphęram cum retina, circundantem crystallinum humorem: & dicitur aranea, quia ad modum telæ araneæ subtilis est, ne impediat lumen ingrediens ad crystallinum & albugineū. Ex alia parte extra hanc tunicam, ab eodem loco, cum ea tunica nascitur alia tunica, cum secundina sphæram perficiens exterius: hæc tunica appellatur vuea, quia perforat̄ ad modum vuæ, suspēsorio eius ablato. Figuram F illius & colorem cœlestem habet, colorem s. medium, admistum s. nigro ſm maius, & albo ſm minus: quia si ex toto esset albus, nimium disgregaret visum: si niger ex toto, nimis cōgregaret. Tunica aliquantulum est spissa, intérius autē mollior, vt sit similis in mollitie crystallino: exterius durior, vt sit corneæ tunicæ similis. Rugosa autem est circa ipsum foramen, vt quando opus sit, constringi possit ad modum bursæ, & hoc quando virtus laxatur, & indiget recreatione: & qñ opus est dilatari, possit, qñ visus diffusione lucis indiget. In foramine huius positus est albugineus humor, qui illas replet rugas interius: qui quidē humor qñq; cōstringit̄, qñq; dilatatur, ſm dilatationem & constrictionē illius foraminis. Item ab exteriori pāniculo oritur tunica, proximo loco includens secundinam, procedens ad modum sphæræ, quæ sclerotica propter sui duritiem appellat̄, à qua nascitur tunica cornea, cum ea sphæram vnam perficiens, quæ assimilatur cornu lucido bene abraso & polito in luciditate & in duritie: vt ex illa duritie defendat interiora, & ex sua luciditate sit diaphanum siue peruium luci. Vnde ꝑ medium ipsius apparet circulus latus, foramen habens in medio de vuea tunica: qui quidem circulus, oculi corona appellat̄. Et hæc tunica in sui cōstitutione quatuor habet cortices: & si destruantur duo vel tres illorum, quartus remanet: quo destructo omnes destruunt̄. Vltimo loco superuenit coniunctiua, coniungēs omnes illas partes, quæ G nascit̄ à quodam neruo, & non à matribus. Et componitur hæc tunica ex carne alba & humida & tenera, & ex neruis & venis subtilibus: & habet foramen in medio, ꝑ quod apparet corona oculi, quæ est pars vueæ tunicę, quæ pupilla appellatur: quę propter suā profunditatem pretendit alium colorem album: quæ re vera cum ibi sit, sicut aqua nimis profunda, apparet nigra, cum tamē sit alba. Habet autem hæc tunica sex paria lacertorū siue musculorum, totum motum oculi perficientium: quorum vnus mouet oculum sursum, alius deorsum, alij ad duos angulos, vnus ad angulū domesticum siue lachrymalem, alius ad angulum syluestrem. Item sunt alij duo ex transuerso positi, qui mouent oculum circulari motu. Et de compositione oculi hæc sufficiant.

* Al. anterius.

De Anatomia Aurium.

CReauit Deus aurem vt deseruiret auditui. Cuius interior figura est anfractuosa, quoniā breue est cerebri ad aurem spatium: si autem recto tramite intraret aer ad cerebrum, ex sua qualitate & substātia lęderet cerebrum: propter hoc anfractuosus est eius meatus, vt per tam breue spatium prolongaretur. Et eius foramen à petroso osse incipit, quod medium est inter os & petram, sicut conchę piscium: et propter hoc vtriusq; suscipit denominationem. Et similiter anfractuosus est, vt in prolatione varię voces & varię ipsarum differentię percipiant̄, & cum ipso perficiat tinni H tus necessarios: quę non acciderent si directus esset transitus. Et eadē est causa, quare prolongatur iter aeris per aurem, cum causa quare prolongatur per tracheam, s. ne lędat cerebrum, ibi vero ne lędat cor ipsum. In interiori autem cōcauitate ossis petrosi, sine comparatione manet aer quietus: ibi autem discernuntur omnes vocum differētię. Et se habet illa pars ossis petrosi ea comparatione ad auditum, in qua se habet crystallinus humor ad visum. Residua vero pars ab osse petroso extra apparens, chartilaginosa est, non tamen mollis sicut caro, vt debitam figuram sibi retinere possit: neque tam dura sicut os, vt flecti possit, non frangi ad offendiculum. Posita est auris ad latus, non in anteriori parte sicut visus, quia immutatio visus directe procedit, sed immutatio auditus indifferenter. Item nerui audibiles procedunt à media cellula, propter hoc sub illa lateraliter posita est auris: & potius sub capite, quàm superius, ne propter ipsos impediretur auditus. Item quidam panniculus exit à neruo descendente à quinto pari neruorum cerebri, qui interius inuestit os petrosum, & totam præstat ei sensibilitatem quam habet: & est foramen ad ipsam aurem, in comparatione pupillę ad oculum.

De Anatomia Nasi.

NAsum creauit Deus pręcipue propter tria iuuamenta. Quorum vnum est, vt vapor deferēs odorem

A odorē rei odoriferę, recipiatur in cōcauitatibus ipsis, & ibi quodā modo tēperetur, & præparetur odoratui. Aliud est, vt aer recipiatur ibi in magna quātitate, pro parte trāsmittēdus ad pulmonem, pro parte ad cerebrum. Sicut.n.cor constringitur & dilatatur, & infrigidatur per aerē, sic & cerebrum suo modo: quod ne lædatur ab aere recepto, subito recipit ipsum tanq̄ præparatorium, mediante colatorio isto, sicut & trachea arteria. Tertium iuuamētum est, vt sit vnū emunctorium superfluitatum cerebri: vnde longam & eminētem habet formam, s. vt tegat mucilagines exeūtes à cerebro, & celet eas. In interiori autē parte iuxta duram matrē, est quoddā cōcauū os duo habens foramina, per quæ intrat odor, & exit mucilago. In ossis concauitate iacent duæ carunculæ spongiosæ, instar duarum paruarū māmillarū, à quibus sugitur fumus, qui est vapor deferens odorē. Sub quibus māmillis sunt duo ossa foramen triangulare habētia, quæ coniunguntur ad vnum latus eleuatum ſm foramen nasi, & duos angulos: à termino quorum inferiori adiungitur chartilago quædam, sicut in alijs locis, coniungens carnem cum ossibus, quasi inhæsio carnis pendentis circa foramina nariū. Itē in folijs narium sunt duo lacerti, quorum motus dilatatur & cōstringitur in horis necessitatis, vt in impedimentis diaphragmatis. Itē superius in radice nasi sunt duo foramina exeūtia ad angulos lachrymales oculorum, quibus exeunt lachrymę: signum huius rei est s.

*Al. formā.

B quando collyriū apponitur, eius odor sentitur: sed sapor lingua percipitur. Item ferè ab interiori parte nasi directè post palatum procedunt foramina duo quadam tela interposita vsq; ad radicem linguæ. Quorum iuuamentum est, vt intret aer ad cor refrigerandū, & pro parte exeat, ne totus cadat in offensionem vocis: vnde illi, qui habēt illa foramina strictа, vel oppilata, imperfectè & confusè formant voces. Sed quæritur, quare inter cætera organa sensuum, semper aures ac nares sint patulæ, alia qñq; aperta, cum continua operatio debilitet sensum: vt patet in oculis piscium, qui non discernunt inter medios colores, ꝑpter debilitatem visus ex continua apertione: & in hoīum odoratu, qui non discernunt inter medios odores, sed inter extremos tantū, scilicet inter fœtidum, & aromaticum. Ad hoc potest dici, ꝙ nares semper sunt apertæ, vt per ipsas continua fiat inspiratio aeris ad infrigidationem cordis, dum os clauditur, cum vehemens odoratus non sit necessarius hominibus, sicut quibusdam brutis, quæ mediante odoratu nutrimentum acquirunt.

*Al. inferiori.

*Al. descēsionē

De Anatomia Oris, & primum Linguæ.

CReauit Deus os tanquam necessarium instrumentum gustus. In cuius radice sunt duo foramina interius: vnū foramen ad ventrē inferiorem, per quod intrat cibus in stomachū: aliud ad ventrem superiorem, per quod intrat aer ad cor & pulmonem. Est ergo os vas vniuersale or- C ganorum locutionis in homine, & vociferationis in brutis, quæ sunt dētes, labia, palatum, & lingua, & vua, & duæ amygdalæ. Sunt autem linguæ multa iuuamenta: vnum, est decisio vocis & extractio literarum: aliud iuuamentum, est conuersio cibi masticati: tertium, est discretio gustus. Et ei præstat sensibilitatem quidam neruus descendens à quinto pari neruorum cerebri, qui circundat ipsam. Sub radice linguæ sunt duę concauitates, quæ fontes siue hauritoria appellātur, in quibus saliua digeritur. In istis concauitatibus sunt quædam carnes glandulosæ, quæ parant humiditatem organis oris, ne ex nimio motu arefiāt. Componitur autem lingua ex carne alba cum rubore, ex venis minutis & subtilibus, deferentibus sanguinem per diuersas partes eius. Propria figura est linguæ, vt sit mediocriter lata, longa, spissa, acumen habens in suo principio: vnde qui habent linguam nimis acutam, vel nimis obtusam, peccant in formatione vocis. Habet autem lingua ix musculos in sui compositione, varios eius motus perficientes: & habet binos & binos musculos singulis motibus deseruientes, non enim tanti & tam varij motus ab vno musculo poterant, perfici. Veniunt autem duo musculi ei ab additamentis sesaminis, i. quibusdam paruis ossiculis ad modum seminis sesami, & sunt supplementa spondylorum colli. Primi ergo duo à latere subintrant linguam, facientes motum dilatationis. Veniunt autem alij duo musculi ei à superori D parte lambdæ, directè subintrantes ipsam, facientes motum circūuolutionis. Veniunt vero ei alij duo ab inferiori mandibula, vnus ab vna parte, alius ab alia, facientes motum duplicationis. Venit iterum ei musculus vnus à superiori parte lambdæ, attingens vsq; ad medium linguæ, faciens motum retardationis. Et sicut cerebrum diuisum est in multas partes, vt si impedita fuerit operatio vnius virtutis & partis, vigeat altera pars: sic & lingua diuisa in duas partes cōsimiles, vt si forte paralytica sit vna medietas, reliqua motum suum & sensum non amittat.

De Anatomia Dentium.

CReauit Deus dētes propter multiplex iuuamentum, s. propter decisionem cibi ad præparandum stomacho, & meliorem decisionem vocis, & ꝑ arma in quibusdam animalibus, sicut in apris. Horum tres sunt species secundum tres speciales decisiones ciborum. Quidam.n.dicuntur incisores siue incisiui, qui lineare habent acumen ad modum cultelli: quorum officiū speciale, est frangere siue incidere. Quidam dicunt̄ canini, qui pineale hn̄t acumen: quorū speciale officiū est frangere siue constringere. Quidā latam habent figuram superius, & asperam sicut mola: quorum speciale officium est molere, & remollire, & in minutissimas partes cibos diuidere. Infigunt̄ autem dentes gingiuis in quibusdam caueis per fortia ligamenta, quorum radices teguntur quibusdam additamentis carnium. Maiores autem dentes per plures radices figuntur, parui dentes

per pauciores,vt per vnā vel duas. In brutis animalibus,sicut in hominibus, vnicus est ordo den- E tium,prætercß in quibusdam,vt piscibus,in quibus est multiplex ordo dentium,sed vna maneries tm̄, s.dentes tractores siue canini: non.n.est eis necesse, nisi vt frangant cibos,non.n.possunt molere & diu tenere in ore,& hoc aqua impediente,quæ subintrat: similiter in lupis multiplex est ordo dentium. Quibusdam ēt dantur dentes ad armaturam, sicut apris: & sicut cornua dantur alijs ad armaturam. Quędam animalia habent duas maneries tm̄, sicut incisiuos & molares, vt oues, & boues, & equi, & cætera alia multa. Dicuntur autem secundum cursum naturalem in homine & numerum xxxij dentes, xvi in superiori mandibula, & totidem in inferiori. Vnde superius in anteriori parte duo incisores, postea duo quadrupli, vnus ex vna parte, alius ex alia: qui duo dentes vltimo adueniunt, sicut postremo tempore crescunt ipsius crementa, s. in iuuentute.

De Anatomia Vuulæ.

VVula autem est quoddam membrum supra radicem linguæ situm: & apparet visui aperto ore & demissa lingua. Huius est iuuamētum duplex, scilicet vt detineat aerem, ne subito intret cum suis nociuis qualitatibus ad ipsum cor: aliud, ad meliorem formationem vocis, est enim quasi secunda canna vocis, epiglottis vero prima. Vnde illi qui habent incisam vuulam aut deperditam, plurimum habent raucam vocem. Vnde Hippocrates in prognosticis: ‖ Vuulam incidere E timendum est. Subiacent ei duæ pelliculæ, quæ galiamach dicūtur, iuuantes ipsum in suo officio. Duæ amygdalæ sunt, quasi duæ auriculæ ante os gulæ, quodam modo claudentes cibum: & vuula media inter has, ne declinet in hanc partem vel illam.

In libro prgno. cō. 3. t. 21. 4a. 209. e

De Anatomia Gulæ.

GVla est quoddam membrum compositum ex duobus panniculis, recipiēs cibum & potum intra se, qui fertur ad stomachum. Huius interior panniculus componitur ex villis longitudinalibus, ex quibus habet vehementem attractum: exterior vero panniculus componitur ex villis latitudinalibus, ex quibus facit compressionem eorum, quæ recipit: & componitur ex alijs villis trāsuersorijs, ex quibus habet aliquantulum retinere: propter hoc difficilis est vomitus. Procedit autem gula directe vsq; ad quartum spondylum pectoris. Vnde ibi incipit declinare versus dextram partem, donec coniungatur cum diaphragmate, cum quo alligatur fortiter. Postea declinat ab ipso, donec perueniat ad locum vbi coniūgitur cum ore stomachi, vt circa xij spondylum. Hac autem ratione declinat ad dextram partem ipsa gula, scilicet vt faciat venæ concauæ locum, transeunti ab hepate ad ipsum cor. Si quæritur, vtrum ipsa gula cum ore stomachi cōtinuetur, potest dici ꝙ continua est cum eo, tamen habens aliam compositionem, quoniam os stomachi ma- G gis est neruosum, gula vero minus. Continuatur vero gula superius cum palato.

De Anatomia Stomahi.

CReauit Deus stomachum, membrum cōcauum, & oblongum, rotundum in sua lōgitudine: concauum, pp meliorem receptionem: rotundum, ne si esset angulosus, colligeret in se nociuas superfluitates: oblōgū, quia si fuerit penitus rotundus, impediret ipsum diaphragma à motu suo, & ipsa spiritualia: vnde illi qui habent stomachum rotundū, post prandium difficulter inspirant & expirāt. De tali loquit̃ Galenus, Vidi quendā &c. Habet aūt stomachus duplex os, vnum inferius, quod clauditur quādiu celebratur digestio prima: postea aperitur, & exit massa in eo contenta ad intestina. Os vero superius neruosum est valde. Nam quidam neruus crassus descendit à cerebro, & intrat gulā, & per ipsam descendit ad os stomachi, in quo dilatat̃, vt ipsum efficiat multum sensibilem, vt ex sensibilitate sua sentiat suam inanitionem, similiter & repletionē. Membra enim inanita trahunt à venis, venæ vero sugunt ab hepate, hepar à venis mesaraicis, mesaraicæ ab intestinis & stomacho, stomachus autem inanitus appetit: vnde si prædicta patiuntur oppilationē, stomachus patitur fastidium. Componitur autem stomachus ex duobus panniculis, quorum interior est magis tener & magis neruosus, exterior vero spissior & magis carnosus. Interior vero H panniculus componitur ex quibusdam filis longitudinalibus, quibus mediantibus fortiter attrahit: & ex quibusdam transuersis. Exterior vero panniculus componitur ex filis latitudinalibus, vt comprimat & exprimat massam in stomacho contentam, quādo opus est. Sed quæritur cum virtus digestiua fundet̃ in exteriori panniculo, sensibilitas in interiori, quare neruositas sit magis interius, ꝗ exterius. Ad hoc dicēdum, ꝙ digestio viget secundū caliditatem: calor autem agit in partes remotas sicut in propinquas, sensus autem tactus in ꝓpinquas tm̄: propter hoc pāniculus deseruiens tactui, magis neruosus est. Ascendunt autem exteriorem pāniculum venæ & arteriæ, deferentes sanguinem ad eius nutritionem, quia carnosus est, & caro habet nutriri ex sanguine: quę tandem venæ & arteriæ dilatantur in tātum, ꝙ circundant totum stomachum & intestina in modum cuiusdam sacci, quod tegmē & girbus appellatur. Et est spissum, carnosum, pingue, vt intus detineat calorem naturalē stomachi. Pinguedo.n. extra circundans ipsum, claudit fumos calidos ne euaporent, sicut patet in cibis pinguibus: & sub pinguedine supernatāte diutius retinetur calor. Et talem habet situm & positionē stomachus. Et superior eius pars declinat versus sinistram, vt det locum hepati superiacenti sibi lateraliter in dextra parte. Secundum magis tamen declinat eius superior, ꝗ̄ inferior pars, quia maiorem locum occupat hepar, quam splen, cū in se contineat

hepar

A hepar materiam & nutrimentum totius corporis: Splen vero vnam eius superfluitatē, s. fecem, siue sanguinem melancholicum, qui transmittitur ad superiorem partem stomachi, vt ex sua stypticitate & acetositate prouocet appetitum: vnde styptica & acetosa prouocant appetitum. Et hoc est vnum iuuamentum splenis à superiori. Aliud autem iuuamentum inferius est, quia quanuis ex sua complexione sit frigidus & siccus, tamen ex calore actuali, quem habet in se, calefacit stomachum inferius. A cysti autem fellis trāsmittit cholera ex alia parte ad stomachum propter digestionem confortandam, & propter eius nutritionem. Vnde stomachus debet habere triplex nutrimentum, vnum à massa, quam continet in se, aliud à sanguine transmisso sibi ab hepate, tertium à cholera sibi transmissa à cysti fellis. Hepar autem in sua concauitate, quæ sima appellatur, amplectitur vnam partem stomachi, vnde illa pars cæteris calidior est.

De Anatomia Intestinorum.

CReauit Deus plura vasa fæcum, in longitudine sua inuoluta, & reuoluta, vt morā faciat in eis massa cōtenta, donec attrahatur ab hepate p venas mesaraicas id, quod subtilius est & melius ad nutritionem omnium membrorum. Si enim omniū vnū vas esset & breue ipsarū fæcū, statim separaretur fæx illa à corpore. Vnde duplex accideret incōmodum, resumptio cōtinua ciborum, B & continua desessio. Per primum impediretur homo à suis negocijs alijs, & oporteret eum semp vacare super acquisitionem victus: per secundum & turpe haberet nocumentum, & potius assimilaretur beluæ, q̄ creaturæ rationali. Item alia est ratio melior, quare sunt longa, & inuoluta, s. vt nutrimentum cōtentum in intestinis euadat, & elabatur à primo ordine venarū mesaraicarum, & reuolutione sequente redeat ad tertium ordinem. Quia multiplex est ordo venarum mesaraicarum: quarum quædam sugunt à stomacho, quædam ab intestinis: quę quidem venæ in multis locis subintrant ipsa intestina, quędam superius, quædam inferius: quarum venarum orificia contiguantur cum fæcibus ipsis. Sunt aūt sex intestina numero: quorum primum est duodenum siue portenarium, secundum ieiunum, tertium inuolutum siue ileon, quartum cæcum siue orbum aut monoculum, quintum colon, sextum extale vel extēsum siue longaon. Quorum intestinorū superiora tria sunt graciliora & subtiliora propter hoc, vt facilius penetret ad ea virtus delata ab hepate, quia massa in eis contenta & subtilior & liquidior est. Tria vero inferiora sunt crassa, quia massa in eis contenta crassior est & terrestrior, pungens & mordicans ipsa vasa, in quibus cōtinetur. Primum autem intestinū quod dictū est, duodenum appellatur, quia cōtinet xij digitos eius cuius est in longitudine: & coniungit ipsi stomacho inferius, sicut gula superius. Differunt, tum C quia largum est orificium gulę plus, q̄ illius intestini: & ipsa gula crassiorē & fortiorē habet compositionem propter massam crassiorē, quam in se continet, quæ est liquidior qn̄ descendit in hoc intestinum. Dominatur autē in hoc intestino neruus ſm latitudinē, quo mediante expellit cōtenta à se. Et componitur ex duabus tunicis sicut quodlibet aliorū, tamen debilem habet expulsiuam: attractiuam vero nō oportet vt fortem habeat. qa stomachus superpositus expellit à se quod continet ipsum intestinum: & inferius intestinum trahit ab ipso intestino: & massa ex sui grauitate se ipsam deprimit. Est autem hoc intestinum rectum & extensum duplici de causa: quarum vna est, vt det locū hepati à dextra parte, & spleni à sinistra: alia causa est, qa omnis penetratio per rectum & extensum facilior est, q̄ per nodosum & tortuosum. Post hoc intestinum sequit aliud, quod ieiunum appellatur, qa in aīalibus mortuis vacuum inuenitur: Cuius rei causa duplex assignatur: vna multitudo venarum mesaraicarum sugentium ab ipso fortiter massam in eo coadunatā: alia causa est multitudo choleræ descēdentis à cysti fellis ipsum pūgentis & mordicantis ipsum, & cogētis ad expulsionem. Sed quærit, quare non accidat idē de inferioribus intestinis. Ad hoc dico, q cholera in stomacho pura est, & sine admistione cum massa, & propter hoc magis violenta, q̄ in alijs intestinis, in quibus admiscetur cum fæcibus, & vires suas amittit. Hoc intestinum sequitur D aliud, quod ileon appellatur, ab ile, qm̄ cōfusum siue inuolutum appellatur, quia multas habet inuolutiones propter multiplicem ordinem venarum mesaraicarum ad ipsum descendentium: cuius inuolutionis ratio superius assignata est. Post hoc sequit aliud, quod orbum siue monoculum appellatur, quod crassum & gibbosum est absq; inuolutione, vt in eo tota fex colligi possit: quia in isto intestino primo fit putrefactio massæ, quia colliguntur ibi sordes, vt simul expelli possint, quia facilior est expulsio fæcis in summa, q̄ illius dispartitę. Item aliud est in causa, s. ne descendant in colon, & ibi ex crassitie & multitudine faciāt oppilationem. Item aliud est in causa, vt colligantur sordes siue fæces, vt excusetur homo à continua desessione: quod accideret, si statim qn̄ acciperetur, descenderet fæx illa. Item hoc intestinum declinat magis in dextram partem, vt conforte tur per calorem hepatis in illa parte existentis. Crassam & amplam habet compositionem, ne lædatur à crassitie fæcis contentæ in ipso. Habet autem vnum solum foramen, & hoc propter situm suum & positionem. Non dico, q sicut stomachus, quia stomachus protēditur in longum, vnde facta sunt ei duo orificia, vnum inferius, & aliud superius: istud vero eleuatur in gibbositatem, & latus versus dextram: & vt dictum est, vnū foramē habet à latere, cui iūgūtur duo foramina duorum intestinorum, quorum vni continuatur inferius, & alteri superius. Et decipiuntur quidam dicentes in stomacho crassari fęces propter nimiā suctionem venarum mesaraicarum ab ipso, cum

paucæ vel nullæ ad ipsum dirigantur. Post hoc intestinum sequitur aliud, quod colon appellatur E à colando, quia angustum est ad modum colatorij. Istud inuolutum est, vt fiat gradatio fæcis contentæ in orbo ad ipsum, ne simul tota fex ad vnum descēdat: vnde in ipso diuersę accidunt passiones propter eius angustationem, & fæcis crassitiem. Eius inuolutio incipit ab vna parte, & flectitur in oppositum, & tandem redit ad medium, vbi coniungitur cum ore vltimi intestini, quod longaon vel extensum appellatur. Et in sua extremitate quatuor habet lacertos, quibus mediantibus anus clauditur, vt teneat fæx & expellatur. Istud autem intestinum habet villos longitudinales, quibus mediantibus fortem habet attractionem. Sed quæritur, quare non habeat villos latitudinales propter compressionem, quæ ei necessaria esset. Ad hoc dicendum, quòd ab extrinseco habet iuuamentum fortis expulsionis, quia in mirach pellicula inuoluente intestina sunt octo lacerti, quibus mediantibus fit expulsio fortis ab isto intestino. Hoc autem vltimum intestinum, rectū & extensum est ratione superius assignata: sed proximum suprapositum s. colon, est inuolutum, ne si esset rectum & extensum, fæx tota descenderet in ipsum, quæ debet colligi in orbo paulatim & successiue. Et in illa comparatione se habet orbus ad stomachum, colligendo eius superfluitates, in qua comparatione se habet vesica ad hepar, colligendo eius superfluitates.

De Anatomia Hepatis. F

ET creauit Deus hepar, vt esset vas generationis sanguinis, & origo venarum: tñ in hoc dissentiunt Aristoteles & Galenus. Vult enim Aristoteles, ꝙ cor sit principium sanguinis, & probat ꝙ hepar non, his rationibus. Hepar enim componitur ex venis: componentia vero sunt priora composito: ergo hepar non est principium venarum. Item hepar carnosum est: & venę potius à neruo, q̃ à carne nascuntur, neruo. n. magis assimilantur. Item virtus vitalis influit à corde ad cætera membra: vita autem in calido & humido consistit, & ita in sanguine: quare sanguis à corde. Gale. dicit, ꝙ ab hepate, hac ratione. Sanguis generatur ab hepate: ergo hepar est principium sanguinis. Item alia rōne. Superfluitates rei, originem illius circunstant: sed vrina est vna superfluitas sanguinis, quæ continetur in vesica: item sanguis melancholicus est alia superfluitas, quæ continetur in splene: item sanguis cholericus est alia superfluitas, quæ continetur in cysti: omnes istæ superfluitates, & earū vasa, collocātur circa hepar: ergo in hepate est principiū sanguinis, cū superfluitates circunstent ipsum. Ad hoc dicit auctor, ꝙ nihil prohibet sanguinē ortum habere ab hepate, licet hepar carnosum sit, vena aūt sit neruo similis, sicut in luto crescit corallus. Potest autem dici, ꝙ tam cor, q̃ hepar, est principium sanguinis: sed primum & mediatum principiū est cor, ab eo enim est calor artifex: hepar vero est principium immediatum, & proximū. Hepar cōcauū est G ex vna parte, gibbosum ex alia, positum sub diaphragmate, declinans magis versus dextrā: Concauum, propter meliorē receptionem, recipit enim stomachū ex parte intra cōcauitatem suā: vnde habet plura additamenta, quædam minora, quædam maiora: quæ se habent ad concauitatem stomachi, in cōparatione digiti ad manum: membra enim bonæ comprehensionis debent esse, sicut volę manuum &c. Extrinsecus autem gibbosum est hepar, vt forma eius exterior sit similis formę corporis interioris: corpus. n. interius rotundum est. Et hepar coniūgitur spinæ dorsi: vnde ẜm formam rotundam ei assimilatur. Ponitur autem in dextra parte ex directo, vt directe suscipiat supra se insufflationem cordis ipsum viuificantis. Ab inferiori autem concauitate hepatis exit quædam vena, quæ post suum exitum in vna parte diuiditur in plures ramos, s. in quasdam venas subtiles, quæ mesaraicæ dicuntur: quarum quædam subintrant intestina, & sugunt ab eis: quædā vero subintrant stomachum, & ibi terminantur sugentes ab ipso quod melius est & subtilius. Prædicta autem vena ramificatur & diffunditur per totam ipsius substantiam. Ex parte quidem eius gibbosa rami hepatis iterum conueniunt, & cōstituunt quandam venam maximam à gibbo hepatis, quæ caua vena appellatur: & dirigitur ad ipsum cor, vbi ramificatur interius in concauitate, quæ lactea appellatur, quia quasi lacteus est humor ille, quem sugit ab intestinis, & à stomacho. H

De Anatomia Vesicæ, Fellis, & Splenis.

CReauit Deus singula vasa singulis superfluitatibus sanguinis, quia plura cōferunt iuuamenta naturæ. In secūda enim digestiōe tres superfluitates exeūt à sanguine, s. spumosa supfluitas superius calida & sicca, quæ cholera appellatur: & fæx inferius residet, quæ melancholia dicitur: & aquosa superfluitas, quæ admista sanguini phlegma appellatur, intrans autem vesicam vrina dicitur. Fecit enim natura duas cystes, i. vesicas, maiorem s. & minorem, sed maiorem, s. vesicam vrinæ: minorem autem, quæ cystis fellis appellatur scilicet folliculus cōtinens cholerā. Et supponitur ille folliculus, s. cystis fellis in concauitate hepatis, s. in loco generationis sanguinis, habens continuationem cum hepate, & habet tres meatus. Vnus dirigitur ad fundum stomachi, quo transmittit cholera in ipsum stomachū, propter digestionem confortandam. Alium habet meatum, qui ad intestina dirigitur per plures ramos, vt ad ieiunum, per quos transmittitur cholera ad mundificationem ipsorum intestinorum: vnde ex oppilatione cysteos fellis plures accidunt passiones in intestinis: cholera enim quæ transmittitur, mordicando & pungendo mouet intestina ad expulsionem. Habet autem meatum ad ipsum hepar, quo mediāte sugit ab hepate, quod calidum est ad sui nutrimentum, quia calidæ & siccæ complexionis est. Collum habet iste folliculus, in quo dominantur

A minantur fila longitudinalia propter attractionem fortem. Componitur autem filis latitudinalibus propter expulsionem: & filis transuersis, propter retentionem. Proprium autem vas superfluitatis melancholicæ est splen. Ponitur autem splen inter duo membra calida, cor s. & hepar, vt sua potentiali frigiditate inducat temperantiam in extremis, est enim melancholicæ cõplexionis. Et habet duos meatus: Vnum, qui dirigitur ad os stomachi, quo mediante transmittitur melancholia ad illam partem, ad prouocandum appetitũ: vnde ex oppilatione splenis accidit fastidiũ: sicut ex nimia apertione eius, & transmissione melancholiæ superflua, accidit bulimus, siue caninus appetitus: Alium autẽ meatũ habet, qui dirigitur ad hepar, quo mediante fugit ab ipso, quod melãcholicum est ad sui nutrimentum. Habet autem figurã linguæ aliquantulum oblongã, & ad modum cinguli cingit ipsum stomachum: ex altera parte coniũgitur hepati, vt fugat ab eo, quod melancholicum est. Et propter hoc in passione splenis patitur stomachus, qm̃ nõ trãsmittit ad ipsum melãcholiam in debita quãtitate: patitur etiam hepar qñ non attrahitur ab eo melãcholia in debita quantitate, qm̃ ex retentione eius in hepate infrigidatur hepar, & accidit error secundæ digestionis. Componit autẽ splen ex crassa carne & dura & melãcholica, rara tñ & porosa, vt possit suscipere intra se melancholiam ad sui nutrimẽtum, cum melancholica superfluitas generetur ex B sanguine, vt deportet sanguinẽ per mẽbra: neq; enim est necessariũ totã superfluitatẽ illã dispergi p mẽbra: necesse autem fuit illã separari à sanguine, & vno loco deponi, donec eijceret à corpore.

De Anatomia Renum.

CReauit Deus duo colatoria, qbus separet aquositas à sanguine, ne sanguis corrumpat per ipsam: quæ quidẽ renes appellãtur. Et sunt duo potius, q̃ vnũ, quia si esset vnũ solũ, oporteret esse amplũ, propter superfluitatem aquosam quã reciperet, & sua amplitudine impediret alia mẽbra vicina sibi: ꝓpterea sunt duo parui, vt suppleat officiũ vnius magni, quia non habet locũ alijs mẽbris sufficientẽ. Itẽ alia est ratio, quare sunt gemini, vt si impediatur vnus aquosam superfluitatem recipiẽdo, accipiat eã alter pro maiori quantitate. Habet autem sitũ vnus in dextra parte, alter in sinistra, vt directe sibi opponãtur: quia ille, qui est à dextra parte, superius collocat & coniungitur hepati: ille qui est à sinistra, inferius locat, vt amplificet locũ spleni. Sũt autẽ renes ex solida substãtia, ꝓpter multiplex iuuamentũ. Vnũ est, vt concurrant multa in paruo spatio, & recipiant multã supfluitatem in paruo spatio. Aliud est, vt sua soliditate resistãt humoribus, vt humori cholerico pungẽti & scindenti, q transit ad ipsos à stomacho. Tertium iuuamentũ est, vt ex sua duritie & soliditate cõprimant sanguinẽ cum superfluitate, ad modũ duorũ nodorum cõprimentium C aliquos meatus, rectificando sanguinem ad sui nutrimentũ, reprimẽdo aquositatẽ. Triplex enim est separatio sanguinis ab aquositate: prima in gibbo hepatis: secunda in caua vena, à qua transmittitur aquositas cum primo sanguine, quasi lotura carnium ad ipsos renes, quibus fit secunda separatio: in renibus vero tertia. Vnde si meatus renũ nimis aperiant, vt sanguis fluat in vesicam, sanguis tunc exit in vrina. Habent autẽ renes duplex os: vnũ superius, per quod trahũt ab hepate p quosdam canales: aliud per quod emittitur inferius ad vesicã. Dirigitur autem quædam arteria à corde ad hepar per medium hepatis ad renes, deferens eis spiritũ vitalem siue vitam. Itẽ quædam venæ diriguntur ab hepate ad ipsos renes exterius, deferentes sanguinis nutrimentum ad exteriores partes renum. Interius.n.non habent renes venas, sed nutriuntur à sanguine, quẽ attrahũt per cãnales cum aquosa superfluitate. Coniunguntur autem renes cum quibusdã spondylis dorsi: vnde transmittunt eis vestem, quæ vestit eos exterius, & dant eis sensibilitatem. Habent autem figuram intus concauam aliquantulum, exterius gibbosam & nodosam. Et circa orificia, quædã habent additamenta, quæ circundantur pinguedine, cuius ratio per similia alibi assignatur.

De Anatomia Vesicæ.

SIcut creauit Deus proprium vas superfluitatis primæ digestionis, ita creauit proprium vas D superfluitatis secundæ digestionis, vt vesicã vas vrinæ. Habẽt ergo renes duo emunctoria, quasi duos cãnales, per quos transuehitur vrina post separationem eius à sanguine in vesicã. Subintrãt ergo illi duo cannales exteriores tunicam vesicæ circa medium tumorem eius: & fluit vrina inter duas tunicas ex vtraq; parte vesicæ ad os illius: vbi tandem intrant per interiorem tunicam vesicę penetrando ipsam. Et dum intrat vesicam vrina transmissa à renibus, clauditur exterius os vesicæ, ne aliquid exeat: & è conuerso dum exit vrina à vesica, clauduntur duo prædicti meatus, ne aliquid subintret vesicã interim: & hoc per dilatationem interioris tunicæ, & comprehensionẽ eius cum exteriori. Contexta est aũt exterior tunica ex filis lõgitudinalibus, & viget in ea magis attractiua: Interior autem tunica contexitur ex filis latitudinalibus, & hoc propter cõprehensionẽ: & ex transuersis, propter retentionem. Os autem vesicæ constat ex quibusdam lacertis, quibus mediantibus constringitur & aperitur in horis necessarijs. Duplicatur autem eius interior tunica ad exteriorem, & in fundo vesicæ, quia necessarium fuit vt esset densa & fortis, ne acutis humoribus & sanguine melancholico scinderetur: quod accideret sibi, si subtilis esset compositionis.

De Anatomia Matricis.

CReauit Deus matricum radicẽ, vt esset instrumẽtum & locus generationis in muliere. Cuius collum est in cõparatione virilis virgæ: & eius siphac, s. interior cõcauitas, est in cõparatione

oscheí i. bursæ testiculorum: & hac comparatione se habet instrumẽtum generationis in muliere E ad instrumentum gñationis in masculo, in qua sigillum imprimẽs se habet ad sigilli impressionẽ in cera. Instrumentũ fœminę habet figuram inuersam & protensam i. fundatam intus: instrumentum hoĩs habet inuersam & protensam extra. Collum aũt matricis lacertosum est, multas habens pelliculas & inuolutiones ad modum bursæ, sicut & collum vesicę, vt possit dilatari & constringi, quãdo opus fuerit. Qm̃ ante horam partus ipsius fœminæ os matricis cõstringit̃ ẽm oẽs suas plicas ad modum rosæ, cuius folia complicantur anteq̃ expandatur ipsa: vnde ita strictus est meatus colli matricis, ꝙ solummodo viam habet vrina per ipsum. In prima autem defloratione dilatatur collum matricis, & rumpunt̃ quædam venæ subtiles, quæ sunt in dextra parte ipsius colli, & exit sanguis. Duplex vero est os matricis, vnum exterius, & apparet visui, ad quod terminatur collũ matricis: aliud vero interius, in quo inchoatur collũ. Istud vero os in hora conceptionis ita clauditur, ꝙ non posset etiam acus intrare: ita enim disposuit natura, ne post cõceptionẽ aliquid de spermate exeat, vel de alijs superfluitatibus subintret, & lædat fœtum. In hora autem partus ita dilatatur collum matricis, ꝙ eius amplitudo ferè concauitati interiori ipsius matricis adæquatur, ad modum rosæ, quæ tota expanditur ẽm oẽs suas partes. Interius aũt circa medium tumorẽ ipsius matricis sunt duo additamenta inuersa, siue protensa, sicut duo cornua vel duo capita mammillarum, F quibus adhærent duo fœtus, vnus à dextra parte s. masculus, alius à sinistra s. fœmina. Sicut enim natura exterius præparauit duo instrumenta nutritionis s. duas mammillas, ita interius duo suspẽsoria: & sicut plures sunt mammillæ extra & intra, & plura sunt iuuamenta matricis interius, quæ etiam visui apparent. Vnde quidã per simile dicebant decepti, in muliere esse quinq; cellulas, quidam septem, quia tot fœtus possunt simul esse in matrice. Ad hoc dicendum, ꝙ sicut in arbore plura pira apparent vel adhærent in stipite prouenienti ex arbore, à quo accipiunt nutrimentum, ita in matrice possunt plures fœtus adhærere vni additamento, à quo omnes accipiunt. Patiunt̃ autem ista duo additamenta duas distinctiones corporis mãmillæ: vnam, ꝑꝑ colligantiam vnius cũ dextra mãmilla: reliquã, ob alterius cũ sinistra. Dicit Hippoc. ꝙ si gracilescat dextra mãmilla, masculi abortum faciet. Ponitur inter longaonẽ & vesicam, & illi est illud intestinum, quasi culcitra sup̃ quã quiescit. In quibusdam collũ matricis est gracilius, & longius, & tortuosius: & in quibusdam breuius, & rectius, & crassius: sicut in quibusdam viris virga gracilis, longa, & tortuosa: in quibusdam, aliter disposita. Componitur aũt matrix ex duabus tunicis, quarum exterior magis carnosa est: interior vero magis neruosa aliquantulum, vt sensum possit habere, non tamen magnum, quia si nimium sensum haberet, matrix nimis læderetur in partu. Exterior aũt spissior est G ꝑꝑ hoc, vt seruaret naturalem calorem: interior autem ligamentalis est, idest ex ligamẽtis, & componit̃ ex omni genere neruorum, s. longitudinalibus, latitudinalibus, & transuersalibus. Alligatur autem matrix spinæ dorsi fortiter posterius, & duabus coxis. Similiter eius ligamenta descendunt ad genua: à genibus vsq; ad pedes. Superius autem alligatur diaphragmati, cuius ligamenta ascendunt vsq; ad mammillas & oculos. Sub istis autem additamentis extra ex vtraq; parte inferius prope os matricis ponũtur duo ianitores, quasi duo oua, s. testiculi, qui scilicet aliquãtulum sunt latiores, q̃; testiculi maris, qui aliquantulum sunt oblongi: Illi latiores propter humiditatem descendentem: isti oblongi, ꝑꝑ caliditatem. Creauit autem natura ista gemina, vt in eis esset locus digestionis ipsius spermatis, ad hoc vt ex ipso esset materia corporis humani. Sunt autem vasa seminaria antecedentia, & consequẽtia, quibus defertur sperma vel materia spermatis. Vasa autem antecedentia sunt quædam venæ, quæ prodeunt à cerebro vsq; ad testiculos, & deferunt sanguinem dealbatum, qui erat ad nutrimentum cerebri, ad ipsos testiculos, qui mediante sua virtute attractiua talem sanguinem attrahunt ad nutrimentum: residuum autem illius nutrimenti à testiculis transmittit per seminaria vasa consequentia in ipsa virga virili, & per illã in matricẽ ad generationem fœtus. Cuius quidem spermatis in homine strictus est meatus & tortuosus, & longus, vt H subtilietur & habilitet̃ per longum tempus: in muliere non est ita necessarium vt subtilietur, quia eius sperma debet crassius esse & humidius, q̃; sperma viri, maxime ab isto agente patiens. Propter hoc breuior est transitus à testiculis mulieris in matricẽ: statim. n. subintrat matricẽ sub inferiori ore à latere matricis ex vtraq; parte illius, & non ꝑ illud os: vnde non coniungit̃ cũ spermate maris anteq̃ vtriusq; sperma perueniat in matricẽ. Sub interiore autem ore matricis, illius iacet os aliud s. vesicæ, quod subintrat collum matricis, & ita exit vrina ẽm eandem viam, per quam intrat sperma. Conueniũt aũt spermata maris & mulieris in matrice ita, ꝙ sperma maris agit in sperma mulieris: sperma autem maris naturaliter intendit imprimere formam eius, à quo decidit, & sperma mulieris intendit suscipere. Illud autem facit sperma viri in spermate mulieris, vt dicunt alij in sanguine menstruo, quod facit fermentum in pasta, s. ebullitionem. Et Gal. vult, ꝙ vtrunq; agat in reliquum, & patiatur à reliquo. In principio. n. admiscentur spermata, & fit spuma in eis mediante ventositate eleuante ampullas. In ipsis. n. sunt tres spũs, s. naturalis, spiritualis, & vitalis, qui mouent materiã quolibet genere motus: quorum quilibet intendit ad generationem propriæ causæ materialis, s. spiritus vitalis ad generationem cordis, spiritus naturalis ad generationem hepatis, & animalis ad generationem cerebri. Subintrante ergo in profundum spermatis ventositate,

In Aph. sect. 5. Aph. 38. Ext. Gld. 41. a

actione

A actione trium spirituũ in medio nascitur vesicula quædã: superius aũt propè alia vesicula: à latere iuxta inferiorẽ alia. Ex prima vesicula formatur ipsum cor: ex secunda superius posita cerebrum: ex tertia hepar. Tamen maxima est dissensio inter auctores de ordine formationis. Hippo.n.in libro de natura fœtus voluit, ꝙ cerebrum esset primum in creatione, vt patet ex sensu, quia in ouo primo apparet caput pulli. Isaac videtur consentire, quia comparat hominẽ arbori inuersæ, & cerebrum radici arboris. Alij volunt ꝙ hepar primũ sit in creatione, quia illud membrum cuius operatio primo est necessaria, primo debet creari: sin minus, inordinate procederetur. Et ista ratione dicit Arist. ꝙ cor primo creatur, quia eius operatio primo est necessaria, & ideo primo debet creari: non.n.posset nutriri nisi primo vel prius fieret vita: vnde cum operatio vitalis primo sit in corde, primo creatur cor. In istis tribus membris, artifice natura petente exteriores partes, exterius terminatur vehiculũ, quo mediante alligatur fœtus vni partium capitum mãmillarum, per cuius vehiculi inferiorem meatum transmittitur de puro sanguine menstruo matris, vel alio, per quem membra, quæ prius erant alba, rubificantur. Illud autẽ vehiculũ alligat fœtũ matrici: & cum illud vehiculum posterius sit in conceptione, alijs tamen prius est in perfectione. Per sex autem primos dies in illa materia apparet spuma, & aliæ tres ampullæ principalium membrorũ. Postea per tres B sequentes dies inchoantur interius lineationes, & punctationes aliorum membrorũ. Per primos autẽ sex dies nihil attrahit̃ à matrice, quia parũ aut nihil deperdit̃ de illa materia: & si deperditur, nõ est vtilis restauratio, vnde nihil attrahit̃. Per sex autem dies sequentes penetrãte ventositate & spiritibus ad exteriora, perficiuntur ramificationes venarum & arteriarum. Per xij dies sequẽtes, subintrat sanguis per vniuersa mẽbra carnea: vnde in abortu apparent tunc temporis frusta carnea: & per ipsos diuiditur etiã spinalis medulla à cerebro p̱ spinam dorsi. Itẽ per ix dies sequentes distinguũtur membra à se inuicem, latera à collo, & collũ à capite, coxę à natibus, & ita de singulis alijs. Et ita in vniuerso erunt xxxv dies: tñ in quibusdã ista tempora formationis anticipant̃, & in quibusdã postponuntur partitiones totalis temporis formationis, tum p̱ vnũ diem, tum p̱ plures. Tripliciter ergo variatur totum tempus formationis: quoddã.n.terminatur in xxx diebus, quoddam in xxxv, quoddã in xl, ita ꝙ qnꝙ dies semper interueniũt & intercidunt. Causa autem huius diuersitatis est calor intẽsior in quibusdã, remissior in alijs: & materia magis, & minus obediens. Fœminę corpus tardius format̃, ꝙ̃ corpus maris. Tẽpus autem motus, i. illud, in quo apparet vel sentit̃ motus voluntarius ex anima sensibili, duplũ est ad tempus formationis. Tẽpus autẽ partus triplum ad tẽpus motus. Et propter istas diuersitates temporum formationis, etiã variantur tem C pora partus. Et ideo quidã nascuntur in vij mense, quidam in viij, & quidã in ix. Totum autem quod dictum est de temporibus formationis, experimento compertum est per diuersa tempora abortuum, in qbus apparent visui antiquorum medicorum successiuæ diuersitates formationum.

De Anatomia Panniculorum Fœtus.

IN quibusdam autem materijs calor est maior. Statim aũt declinãte calore, & penetrãte in profundum extremitatibus relictis, induit̃ pellicula ad modum corticis exterius, sicut patet in ouis, quæ vestiunt̃ extra tenuissima tela prius, & postea testa duriore. Silr̃ in arboribus, quæ vestiuntur triplici cortice: & in fructibus quarundam arborum, quæ duabus vel tribus tunicis tegunt̃. Silr̃ fœtus in vtero matris inuoluitur tribus pelliculis: quarum prima versus fœtum tenuissima est, & dicitur camisia pueri vel profundatio sudoris: ista.n.pellicula abstergit puerum à sudore, qui est quasi aerea superfluitas. Inter hanc pelliculam & sequentem recipitur secunda superfluitas, s. vrina: statim.n.qñ excolatur per renes, non intrat statim vesicã, sed per quendã meatum dirigitur ad vmbilicum, vbi exit, & subintrat istas duas pelliculas, & non expellit̃ inde ante partum, immo exit cum puero. Cuius retentionis hæc est causa, s. vt ex humiditate mollificet & p̱fundat matricem, vt sufficienter amplificet̃ ad exitum pueri, quia facilius excolatur p̱ humidũ, ꝙ̃ per siccũ. Interior D aũt tunica subtilior est cæteris: & componit̃ ex arterijs & venis, in quibus defertur sanguis ad nutrimentum fœtus, venalis sanguis hepati, arterialis cordi: & hæc est tunica similis retinę. Prima autem superfluitas non est in fœtu, quia nihil dum est in matrice intrat per os, & ita nihil in stomachum & intestina, quod postea exeat per secessum. Venit autẽ ei nutrimẽtum p̱ vmbilicũ de sanguine materno, qui transmittit̃ ad hepar, & ibi quandã suscipit digestionẽ. Inuoluitur ergo tribus pãniculis fœtus, sed non pp̱ dictas causas solum, sed vt fœtus firmiter adhęreat matrici: nõ.n.sufficeret illud vnũ solũ vinculũ p̱ vmbilicũ, nisi in pluribus locis p̱ pelliculas illas alligaret̃ matrici: habet.n.fœtus positionem & sitũ membrorũ naturalẽ ẽm diuersas sui plicaturas naturales. Ambas aũt manus habet positas supra duo genua, brachijs extensis ex vtroꝗ latere, & faciem positã inter manus, & nasum inter genua: & habet genua flexa, & pedes iūctos: processu aũt temporis crescit, & auget̃ vehementius, & fortius mouet̃. Et tendit ad exitũ triplici de causa: vna causa est propter angustiã loci in vtero materno: alia cã est pp̱ defectum nutrimẽti, non.n.sufficit ei, quod transmittitur à matrice: tertia causa est angustia inspirãdi, & expirandi, & paucitas aeris, qui quidem nimis calidus attrahitur. In matrice ergo tempore partus puer conuertit se ad exitum, s. caput inferius, & extremitates superius. Hic naturalis ordo est in exeundo, vt præcedat caput, & sequantur cætera membra: caput.n.ex sua crassitiæ & grauitate facit locum cæteris membris gracilioribus. Qñ

vero præcedunt pedes, timendum est ne brachia frangantur: qñ præcedit vnus pes, timendum est E de alio: idem dico de cæteris membris. Rumpuntur.n. cotylidones, & exit sanguis cũ aquositate, qui retẽtus inter pelliculas mollificat, & perfundit matricem. Matrix autem post tantam dilatationem cito redit ad propriam vel pristinam constructionem, & hoc nimia operatione naturæ.

De Anatomia Genitalis Virgæ.

HAbet autem virga virilis compositionem ligamentalem. Cõponitur.n. ex crassis venis, neruis, & arterijs, vt recipiat multũ intra se de spiritu & ventositate, quæ faciũt ipsam inflari & erigi, quando opus fuerit, & per ipsam deportari materiam sementalem. Longitudinem naturalẽ habet inter sex, & nouẽ digitos, vt possit attingere ad locũ sibi destinatum in proiectione spermatis. Item hẽt duos meatus, vnum in quo defertur sperma à testiculis, aliud in quo defertur vrina à vesica, qui tñ duo meatus conueniunt tãdem in vnum meatum. In ipsa.n. virga sic accidit, sicut in collo matricis: quia per alium meatum exit vrina, & per alium meatum intrat sperma viri, tñ ipsi duo conueniunt in ipso collo, & fit meatus vnus. Veniunt autem nerui ad eius compositionẽ ab inferiori parte spinalis medullę: veniunt ẽt quædam ligamenta à pubis ossibus. Virga habet duo paria musculorum, vnum par longitudinalium & protensorum, quibus erigiẽ & extenditur: & aliud par habet musculorum transuersorum, quibus mediantibus erigitur. Quare si vnus muscu- F lorum spasmetur, tunc declinat versus vnum latus: si alter, versus alterum declinat: si neuter, dirigitur. Istis etiam mediantibus post iniectionem spermatis retrahitur ad priorem mensuram.

De Anatomia Cordis.

CReauit Deus cor ex carne crassa forti & dura, vt esset longinquum à læsionibus, neq; nimis velox neq; nimis tardum esset ad motum, neq; nimis paruum propter multum aerem & sanguinem quem recipit. Figura autem eius est pineata, quia latum aliquantulum in rotũdum est in parte vna: & hoc vt locum haberent amplum venæ & arteriæ exeuntes & subintrantes in illa parte. Et in alia sua extremitate punctale hẽt acumẽ, vt in vna sua parte contingeret ossa costarũ, quibus vicinatur, ne lęderetur ab ipsis. Et pineatam hẽt figurã, & rotundã, quia nulla figura melius, q̃ ista, coniungit punctum cum superficie, cum à puncto per crescẽtes circulos gradatim perueniat ad vltimam superficiem. Inuoluitur aũt cor in quodam forti pãniculo ad sui defensionem, qui capsula cordis appellatur: inter quem & ipsum cor, tñ vacat spatium, quod sufficit ad plurimã cordis dilatationem, ne ex cõstrictione inducat suffocationem in ipso. Colligaẽ autem cordi in tribus locis, s. in punctali extremitate, vbi magis est chartilaginosa, propter defensionem illius partis à duritie ossium vicinorum: & in duabus auriculis similiter. Quę quidem auriculæ apparent extra, G quasi duo additamenta carniũ, per quarũ Inferiorẽ subintrat vena deportans sanguinem ab hepate ad nutrimẽtum cordis, & ad generationem spũum, & sanguinis vitalis: Superiorem aũt auriculam subintrat cãna pulmonis deportans aerem ad temperationem caloris inati: & ita leuioris, s. aeris, meatus est superior. Cor autem habet tres distinctiones, siue folliculos, ad modum quarũdam bursarum: in quarum parte suprema recipitur aer: in infima, recipiẽ sanguis: in media, quæ fouea appellatur, fit aeris & sanguinis commistio, & spirituum generatio. Vnde ille locus in corde dicitur minera spirituum. Componitur autem cor ex oĩbus generibus filorum, s. longitudinalibus, quibus attrahit: latitudinalibus, quibus expellit: & transuersis vtrorumq;, quibus retinet. Vergit autem cor versus sinistrum aliquantulum, vt det locum hepati posito in dextra parte, ne duo tam calida membra in vna parte corporis ponantur corpus calefacientia. Sunt autem duo subintrantia cor, vena concaua deferens sanguinem ad nutrimentum cordis, & generationem spirituum: & canna pulmonis deferens aerem, vt ex ipso & aere generetur spiritus. Duo egrediuntur, sicut est vena arterialis, vel arteria venalis, quæ sic appellatur, quia media est inter venam & arteriã, quæ deferunt sanguinem calidum & subtilem ad nutrimentum pulmonis. Et propter hoc dicũt quidam, q; pulmo calidam & siccam habet complexionem, quia nutritur calido & sicco sanguine, s. H cholerico: tamen ex accidenti frigidus est & humidus, vnde dicitur proprium vas phlegmatis: humor enim distillat à cerebro ad pulmonem, quasi pluuia, vnde ex accidenti abundat in eo phlegmatica humiditas. Ista autem vena vnã tantum habet tunicam, cum omnes aliæ ad minus duas habeant: & hanc mollem habet, & hoc multiplici ratione. Vna ratio est, quia intrat substantiã pulmonis, quæ tenera est & mollis: & si vena esset crassa & dura, de facili posset siccari, & suscipere rimam & fixuram, & pulmo per ipsam. Alia ratio est, quia mollis est, vt sequatur motum pulmonis: quod non faceret si esset dura: & est ad modum iunci in aqua, qui ex sua mollitie & flexibilitate sequitur motum aquæ. Alia ratio est, quia vena non procedit per longam viam, immo tantum per substantiam pulmonis: vnde iacet super pulmonem sicut super culcitram: vnde, si sanguis venam impleat, cum non habeat durum & resistens, non lædetur ex percussione. Alia vena egrediẽs à corde est illa, quæ dicitur aorta, quæ defert sanguinem vitalem per totum corpus: & habet duas tunicas, interiorem durã, & exteriorẽ mollẽ: Duram propter subtiliorem sanguinẽ & penetrantẽ, ne ille extra resudaret: defert.n. sanguinem pulsatilẽ ista: Exteriorem habet mollẽ, q̃a si haberet eam durã, cũ iste sanguis pulsatilis impleret illam interiorem, & ipsa exterior ex eius duritia repercuteretur, & læderet tunc: & propter hoc exterior mollis est, vt receptio ictus siue pulsus

sit

A sit tanq̃ in molli. Ramificat̃ autem ista per totum corpus: & eius rami interius superiacent venis quietis, vt tanq; volubile oino sustentet̃ ab illis: exterius vero iuxta superficiẽ corporis supponuntur eis, vnde habeant ea quasi scuta & tegmẽta. Et discernitur iste sanguis pulsatilis, qui vitalis est, ab ipso qui nutrimentalis est, quoniam hic saluando exit interpolate, alius continue & quiete.

De Anatomia Pulmonis.

VIuit cor cum suis dilatationibus & cõstrictionibus & quietibus intermedijs: cuius calor excellens, signum est audaciæ: supexcellens vero signum est maniæ. Non. n. magnitudo cordis causa est audaciæ, neq; paruitas est causa timiditatis, qm̃ lepus & ceruus magnũ cor habent s̃m mẽsuralẽ sibi proportionem, cum timidi sint: quædam similiter animalia paruum habent cor, sed calidum, & pp hoc audacia sunt, sicut serpens thirus, mustela &c. Et qm̃ cordi necessaria fuit cõtinua aeris attractio, vt in animalibus ambulabilibus: neq; potuit attrahi ab extrinseco, tum pp loquelã & vociferationem̃ siue cantum, tum propter corruptionẽ aeris exterius: necessarium fuit vt esset aliquod vas receptaculum aeris attracti interius, vt aer reseruaret̃ ad tempus, & rectificaret̃ a suis nociuis qualitatibus: quod quidẽ vas pulmo vocatur. Est igitur pulmo caro tenera & rara, vt recipiat aerem in magna quantitate. Vnde animalia, quæ magnum habent pulmonem & valde ra-
B rum, multum morantur sub aqua: quę paruũ, parum morantur: hęc. n. frequenter inspirãt & expirant, alia vero rarius. Habet aũt pulmo magnam quandam cannam, quę superius terminat̃ ad epiglottidem, per quam attrahitur aer: quę quidem canna ramificat̃ & dispergitur per multã substantiam pulmonis. Et iterum ex opposita eius parte est canna, quæ subintrat cor descendendo. Non aũt mouet̃ pulmo per se & suo proprio motu, sed potius motu dilatationis in inspiratione, & constrictionis in respiratione: qui quidem motus a corde sunt, qm̃ in sui compositione pulmo nõ habet neruum, a quo est motus cõis membro animalis. Exterius autem inuoluit̃ quadam pellicula, q̃ fit ex neruo dilatato circa ipsum: & ex ista pellicula totum sensum habet in se. Et est pulmo in illa comparatione ad alia ambulantia, in qua sunt branchiæ piscium ad ipsos pisces. Habet aũt pulmo quinq; distinctiones, pelliculas s. tres ex vna sua parte, & duas ex altera: duas maiores, & tres minores: vt si forte lędatur in vna vel duabus suis partibus, saluetur in alijs: qm̃ si esset cõtinuatio in sua parte, læsio vnius partis per continuationem totale membrũ læderet. Habet aũt pulmo distinctiones duas maximas, & quinq; subdistinctiones paruas, quas pelliculas nuncupamus, vt si forte vna earum lædatur, & impediatur a suo effectu & actione, altera suppleat, neque cesset ab officio suo. Tres autem illarum pellicularum magis vergunt versus dextram: quarum vna non mouetur si-
C cut cæteræ, sed tantum ad hoc est vt per eam transeat vena concaua, quæ ab hepate dirigitur ad ipsum cor: & illa vena est quasi lectus in quo iacet. Duæ vero pelliculæ magis vergunt versus sinistrum: cuius dictionis hęc est ratio, quia tres pelliculæ a dextris sunt, vt vna illarum sit vicinior venæ concauæ, quam vestit: alia ratio est, vt exeuntes ex æquo duo panniculi ex parte cordis, cum ipso corde teneant sinistram partem pectoris. Et tres pelliculę ex parte hepatis tenebunt dextram partem pectoris ex æquo, ne aliqua pars pectoris relinquatur vacua magis q̃ alia. Tibia autẽ pulmonis, instar stipitis habentis multas radices ramificatur s̃m substantiam pulmonis: qui quidẽ rami per totum pulmonem diffundunt̃ ita, q eorum capita siue orificia extrinsece sunt aperta, neq; aliquo tpe clauduntur, sed sugunt continue & attrahunt superfluitates pectoralium, descendẽtes a capite ad loca inferiora pectoris. Neq; solum per illos ramos cannæ pulmonis attrahũtur superfluitates cordis, sed etiam superfluitates a capite descendentes. Est autem pellicula quædã diuidẽs suos thoraces a se inuicem, transiens per maiorem diuisionem pulmonis, quasi distinguẽs eum in duas medietates, alligatas cũ spinis dorsi posterius, anterius vero pectori. Cuius causa finalis prohibet, ne transeat aliquod læsiuum ab vno thorace ad alium, si lædatur vel patiatur prius, q̃ alius. Canna aũt pulmonis superius componitur ex anulis quibusdam perfectis, inferius autem ex anu-
D lis imperfectis: quanto enim magis ascendit canna, tanto perfectiores sunt circuli, ita q in ascensu decrescunt, donec perueniat ad perfectionem. Gibbositas aũt ipsorum anulorum vergit exterius, & efficit gutturis tumorem: versus aũt interiorem partem vbi deficiunt circuli, est quædam pellicula fortis & spissa, quę supplet officium circulorum. Qñ autem cibus recipitur in gulam, illa pellicula cedit ipsi, & reflectitur interius hora deglutitionis, ne impediat illam, sicut impediret, si esset chartilago interius, sicut exterius. Superioris autem partis illius cannæ, & exterioris illius, duplex est iuuamentum: vnum, vt inspiratio & expiratio fiat per ipsum: aliud, vt sit primum instrumentum formationis vocis, et ita fiat instrumentũ virtutis voluntarie mobilis. Et est simile de pellicula cooperiente cerebrum, cuius duplex est iuuamentum: vnum, vt coniungat venas & neruos & arterias exeuntes a cerebro: aliud vt regat & inuoluat cerebrum, ne lædatur & dissipetur, cum sit teneræ substantiæ. Expiratur ergo superfluitas aerea, quę perueniens ad guttur, format vocẽ. Natura ergo format sibi superfluitates, & adaptat ad quædam sua iuuamenta, s. squamas in piscibus, & pilos in corpore. Componitur autem guttur ex tribus frustulis ad formandam vocem s̃m plures suas differentias, s. gracilem, & crassam, & ita de alijs: quoniã ad diuersos motus & cõtrarios alicuius membri, necessaria sunt plura frustula alicuius membri: sicut patet in digitis, qui ad varios motus aptantur: quorum primum frustulum est quędam chartilago composita ad modum aliarũ cannarum

* Al. thorace.

cannarum ambarum. Ipsius circulus est imperfectus, ad modum peltæ, cuius gibbositas extra apparet in gutture: eius vero defectus est versus gulã: vnde chartilago peltalis vocatur. Cuius quodã modo supplet defectum quędam chartilago supposita isti inferius, similiter circulũ faciens imperfectum: sed cõtrario modo se habet peltali, quia eius gibbositas interius est versus gulam, defectus vero exterius versus guttur est. Et ita se habet hæc chartilago, quod oritur seu collocatur super inferiorẽ chartilaginem: cuius opus est, ne impediat deglutitionem, quando gula dilatatur versus ipsam. Hæc autem chartilago cymbalaris, & coopertoria vocatur. Et est alia chartilago, quæ appellatur nomen non habẽs, cũ modo collocetur versus partem exteriorẽ, modo versus interiorẽ, quando opus fuerit: quia eius iuuamentum est, vt quando deglutitur cibus in gulã, interim tegat os tracheæ: & iterum cum formetur vox in gutture, interim tegat os gulæ. Si aũt accidat, quod loquatur degluticns aliquid, remouetur id operculum, & aperitur os tracheæ: & quando subintrat mica panis per tracheam, tunc natura per fortem tussim conatur expellere illam. Chartilago autem nomen non habens, duo habet additamenta, hac illa quæ subintrant illud cooperculum, siue cymbalarem chartilaginem, & tenet ipsam in debito loco & positione. In formatione autem vocis, quanto magis eleuatur peltalis & cymbalaris, tanto magis gracilescit vox, & trachea arteria tanto magis elongatur & arctatur: quando vero illæ chartilagines deprimuntur, vox crassescit, & trachea dilatatur intus magis.

De Anatomia Diaphragmatis.

Diaphragma est quædam pellicula diuidens regionẽ vitalium à regione nutritiuorum: vnde dicitur diaphragma, quasi duo frangens. Cuius compositio est ex neruis et ligamentis. Habet aũt illud iuuamentum, s. vt sit primum principium motus inspirationis, & expirationis: motu.n. diaphragmatis mouetur pulmo: pulmo aũt non mouetur ex se, vel per se, cũ non habeat neruum in se. Alligatur aũt diaphragma spinæ dorsi retro, & anterius pectori. Et annexum est circũquaque corpus corpori per circuitum, per musculos aũt habet motum circularẽ. Cum aũt motus dilatationis in circulo, à medio puncto incipiat, & terminetur in extremitatibus: & motus cõstrictionis incipiat ab extremitatibus, & terminetur in medio: necesse fuit vt principium motus diaphragmatis esset in medio illius. Descendit ergo à sexto pari neruorum quidam neruus directe & perpendiculariter per mediũ punctum ipsius diaphragmatis, præstans & sensum & motum, qui postea ramificatur, & diffunditur per totum diaphragma. Præterea veniunt alij duo nerui à quinto & quarto pari neruorum ab ipsa spinali medulla & spondylis, ferentes prædicto neruo principium: qui quidem vt adhæreat vestitur carne, vt in suo defectu subintret pelliculam illam, quæ est diuidens duos thoraces, facientes duas distinctiones pectoris: & quodam modo vestitur, & adhæret, donec perueniat ad diaphragma. Contingit autem quod diaphragma quandoque apostematur, & impeditur à suo motu: & tunc iuuatur à quibusdam musculis lateraliter ei venientibus, qui sunt 84 testante Galeno: & etiam iuuatur à folijs narium per vehementem inspirationem, & expirationem.

De Anatomia Cerebri.

ET cerebrum diuiditur in tres substantias, in velarem, medullarem, & ventres plenos spirituũ, qui sunt principia neruorum à cerebro orientium. Cerebrum aũt est frigidum, & humidum. Frigidum vero, ne inflammetur vapore fumorum ascendentium à stomacho: & ne inflammetur motu neruorum sensibilium, vel per operationes sensibiles, vt imaginationes & cogitationes: & vt temperet sua frigiditate spiritus vitales calidos ascendentes. Molle & humidum est, vt de facili suscipiat impressiones sensibiles: & vt possit esse nutrimẽtum neruorum, qui à principio suo molles sunt, & gradatim & successiue indurantur. Item leues sunt nerui, rari, & flexuosi: leues, vt suscipiant spiritus rari, vt præstent ei facilem motum, & directum, & velocem: flexuosi, vt deseruiant membris ad regendum se faciliter versus quamlibet partem. Item cerebrum in anteriori sua parte est mollius & humidius, propter neruos sensibiles inde orientes, qui molliores habent esse, quam nerui motiui. In posteriori sua parte durius est, propter neruos motiuos inde orientes, qui duriores habent esse, quam nerui sensibiles: & propter illam partẽ, in qua est thesaurus memoriæ & repositio formarum. Cerebrum autẽ secundum latitudinem diuisum est in duas partes, vt hoc membrũ vnum, sit sicut & cætera membra bina, vt si forte lædatur vna eius pars, altera seruetur illęsa. Descendit autem posterior pars cerebri cum suis velaminibus in concauitatem spinæ, & ex illa parte oriuntur nerui, ex vtraque parte lateraliter atque ad ambas partes corporis vicinas tendunt.

De Anatomia Neruorum à Spinali medulla orientium.

A Spinali medulla xxx paria neruorum oriuntur, & vnus neruus, qui caret pari. Quorum vij à spondylis colli oriuntur. Alia vero vij à superiorum costarum spõdylis oriuntur, quæ in rectitudine pectoris sita sunt. Alia vero quinque, quę sunt post ipsa, ab inferioribus costarũ spondylis nascuntur. Oriuntur & alia quinque à quinque spondilis renum. Ab osse vero, quod renibus supponitur, oriuntur alia tria. Post quæ alia tria ab osse caudæ nascuntur. A caudę autem summitate neruus carens pari oritur. Primi paris egressio est à duobus spondyli primi foraminibus, quod in capitis solum musculos spargitur: & est paruum, & minutum, quoniam melius videtur, cum locus, à quo egreditur sit angustus. Par secundum à foramine, quod est inter primum spondylum & secundum, oritur, cuius maior pars transuersa ad cutem capitis ascẽdit, dans ei motum. Et quod primum minus facit

A nus facit pp suã paruitatem, consequens ipsum complete emendat: musculoq; colli et maxillarum coniungitur, dans ei motum. Par tertium exiens a foramine inter fm & tertium spõdylum, statim in duo diuiditur ex vtraq; parte: quarum vna musculis qui maxillas mouent transmittitur, & est qñ musculis miscet temporum, & cum musculis aurium in bestijs, & qñq; in hominibus: alia vero pars ipsius per musculos dispergit, qui inter vtrasq; locant scapulas. Par vero quartum inter tertium & quartum spondylum exoritur, & partitur in duo sicut præcedens, sed pars ipsius ascendẽs est parua. Et quidam dixerunt iam, ꝙ ab ea penetrant rami sicut araneæ tela extensa super venam, donec ad diaphragma perueniat, separans super duo latera diaphragmatis, et pectus in duo media partiendo incedens: sed eius pars minor ad superiora reflectitur, & in fundo musculorum profundat, donec ad suprema vadat, & musculis mandat ramos, qui inter caput & collum sunt cões: & dixerunt quidã ꝙ ab eo ad dorsum descendit ramus. Quintum vero par inter quartum & quintum egressum, in tres diuiditur partes: & est vnus ramus, & est minor pars, perueniẽs ad musculos, qui caput anterius peruertunt, & ad alios musculos qui capiti sunt cões & collo: & alter ramus ad musculos scapularum dirigitur, & miscetur, et ad medium penetrat diaphragmatis. Par vero sextum, septimũ, & octauum, ab alijs fm ordinem egreditur foraminibus: sed octaui egressio est à forami-

B ne cõi inter finem spondylorum colli & primum spondylum dorsi. Et eorum rami vehementi miscent mistura: fm plurimũ eius ad scapulæ peruenit superficiẽ: & pars eius maior, quæ est ex quarto, & minori parte, quæ est ex tertio, peruenit ad diaphragma: & plurimum septimum peruenit in adiutorium: licet sint quidã qui ex ipsis ramis ad musculos capitis & colli & dorsi cũ ramis quinti associati vadant ad diaphragma: sed tñ ille, qui est ex quinto, ad partem manus tendit, & non transit scapulam. Sexti vero paris quidã ad musculos scapularũ dirigunt, & alij mouent adiutoriũ, alij vero à superioribus partibus dant sensum adiutorio, alij mouent brachium, alij per cutem adiutorij. Septimi vero paris quidam mandant musculis qui sunt in adiutorio, qui spargũtur dantes eis sensum. Octaui vero paris partes quędam per cutẽ hanc quidẽ partiunt, dantes ei sensum, alij vero ad musculos brachij tendunt motum manibus prestantes. Primum autem par ex paribus mẽbrorum pectoris, egreditur inter primum & fm spondylum pectoris, quod in duas diuiditur partes: quæ autem maior est, in omnibus musculis spargitur costarum, & in musculis dorsi super primas costas extensum procedit, & octauo neruorum colli obuiat, & similiter ad manus protẽditur, donec ad digitos & palmam perueniat & manum, & segregatur per eam, dãs ei motũ vel sensum. Par vero fm, à foramine egreditur, quod predictum sequit foramen, cuius pars ad adiutorij tendit

C superficiem, dãs ei sensum: & ipsius residuum cum alijs partibus q̃ remanserunt, aggregantur, & ad musculos scapulæ qui super eam positi sunt ascendunt, ipsius mouentes iuncturam: & ad musculos perueniunt dorsi, qui ex istis neruis spondylorum pectoris oriũtur. Et ramus, qui ad scapulam non protenditur, ad musculos dorsi vadit, & ad musculos qui sunt inter costas primas in posterioribus pectoris positas. Qui vero ex spondylis secundarum nascuntur costarũ, ad musculos veniunt, qui sunt inter costas & ramos, cum istorũ neruorum ramis: præterea à ramis neruorũ arteriæ & venæ aperte currunt, & spinalem medullam ingrediunt per loca vnde ipsi egrediunt. Nerui exeũtes à duobus spondylis pectoris in hoc cõicant, ꝙ pars eorum ad musculos dorsi peruenit: & pars ad musculos ventris, & ad musculos qui sunt in dorso pressi: tertia autem superior cũ neruis miscet, qui à cerebro sunt descendentes, & non alia. Et duo paria inferiora ad partes crurũ multos transmittũt ramos, cum quibus ramus tertię partis, & ramus nerui primi, ossibus alchatim miscent. Sed isti duo rami coxę non pertranseũt iuncturam, sed in ipsius spargunt musculis, & ita eos pertranseunt incedendo ad crura. Neruorum autem crurum & pedum forma, à neruis manuũ & pedum separatur in eo, ꝙ non iunguntur, & inclinant submersi ad cerebrum. Non est autẽ forma continuitatis adiutorij cum scapula, sicut forma continuitatis femoris cum coxa, neq; extremitates

D cum origine suorum neruorum. Et isti quidem nerui ex parte cruris, diuersis tendunt modis: sunt enim ex eis qui occultantur, sunt qui manifestantur, sunt qui submerguntur sub musculis cooperti. Et quia musculi qui ex parte femoris oriuntur, neruos ad vtrosq; pedes non habuerunt à posterioribus partibus, neq; ab occulto femorum, propterea ibi musculi multi & venæ factæ fuerunt, vt pars neruorum quæ est in pectine, curreret & penetraret in foramen, quod ad testiculos descẽdit, donec ad musculos vadat femoris, & descendat ad musculos poplitis. Primum autem par ex neruis sequentium spondylorum commiscetur cum neruis antecedentibus, sicut diximus. Alia vero paria, & vnum par, quod ab extremitate oritur caudæ, musculis sparguntur sphincteris, & ipsius virgæ, & musculo vesicæ, & matricis, & in panniculis ventris, & in partibus domesticis superioribus ossis femoris, & in musculis qui nascuntur ab ossibus alchatim.

De Anatomia Venæ Concauæ.

VEna ventrem habens ad cor, qñ venit in rectitudinem diaphragmatis, transmittit ramos ad ipsum nutriendũ: quæ postea, perforat diaphragma: per cuius foramen venę subtiles ab eis disgregatę panniculo, qui pectus in duas diuidit partes, & cordis capsulæ, atq; glandulę, q̃ à medicis vocatur mina, continuantur, & per prædicta sparguntur membra. Postea vero quidam magnus ramus ab eis separatur, qui vni duarum cordis auricularum, dextræ scilicet, continuatur, &

diuidit̃ in tres partes: quarum maior dextram cordis aurem intrat: secunda cordis superficiem exteriorem circuit: tertia vero ad inferiora ramos transmittit, & postea procedit ascendendo, & retorquet ad furculas, & transmittit à se ramos ad nutritionem oĩum partium vicinarum interiorum & exteriorum. Qñ autem ramificat̃ ex vtraq; parte, & venit in rectitudine axillarum, ramus quidam magnus exterius ab ea egredit̃, & ad locum qui est in alis axillæ protendit̃, quæ basilica appellatur. Sed ẽt prior, q̃ relinquit̃ circa furculas, quæ est stipes huius basilicæ, in duas diuiditur partes: quarum vna ad dextram, altera ad sinistram tẽdit. Et iterum vtraq; istarum subdiuidit̃: quarum Vna diuisio, humero superposita ad manum tẽdit, & vocat̃ cephalica: Alia vero diuisio vtrinq; in duas diuidit̃ partes: quarum Vna per interiores partes colli ascendit, quousq; cranium intret, & partes membrorum cerebri & suorum panniculorum ibidem irrigat: & in transitu eius per collum vsq; ad cerebrum diuiduntur ab eo rami subtiles, qui membra in collo humectant: & hæc vena gaudet cholera: Alia vero manifesta ascendit, quousq; per faciem, oculos, caput, & nares diuiditur, vt omnia membra nutriat: quæ ideo manifesta vocat̃. A vena aũt humerali, dum per cubitũ transit, rami quidam subtiles separant̃, à quibus ea quæ in adiutorio exterius manifesta sunt, irrigantur. Similiter sub vena axillarum aggregantur rami subtiles, qui rami adiutorij musculos nutriunt. Et quando humeralis vena & axillaris prope cubiti iuncturam veniunt, duæ partes ab eis separantur, vna s. ab axillari, alia ab humerali: & coniunctim ascendũt quousq; ex eis vna fiat vena, quæ purpurea vocatur. Alia vero humeralis pars protenditur ẽm diuersas adiutorij partes, & super arundine altera transit: & vocatur funis brachij. Axillaris vero pars altera, quæ vna est ex inferioribus partibus brachij, quæ est in profundo, vsq; adeo protenditur, quousq; ad caput inferioris arũdinis perueniat: & fit ex ramis suis vena vna, quæ est inter medium & auricularem, quæ saluatella appellatur. Pars aũt quæ ad corporis inferiora descendit, super spondylos costarum transit, descendendoq; inferius porrigitur: à qua egrediuntur rami, qui vadunt ad renum fascias, et suorum panniculorum, & ad membra quæ ex eis disponuntur, & ea nutriunt. A qua postea duo rami magni separantur, qui renum intrant cõcauitates: post quos reperiuntur duo alij, qui ad testiculos vadũt. Deinceps ab eodem in rectitudinem cuiusq; spondyli duo alij separantur, qui ad vtraq; procedentes mẽbra, quę circa ipsa sunt, vel quę sunt occulta vt vulua vesica, vel manifesta sicut venter ilia, humectant: quæ quando ad vltimum venerit spondylum, in duas separatur: quarum vna ad dextrum pedem, & alia ad sinistrum vadit. Et ab his segregantur partes quæ femorum musculos nutriũt: quarum quædam sunt occultæ, à quibus occulti nutriuntur musculi: quædam manifestæ, quæ manifestos humectant musculos. Quæ iterum quando peruenerit ad genu, in tres diuiditur partes: quarum Vna per molam transit, cuius rami, omnes cruris musculos nutriunt, qui interius & exterius inueniuntur: Alia vero ad partem cruris domesticam tendit: quæ similiter occultatur vsq; adeo taliter, donec partem super malleolum interiorem operire incipiat: & tunc ex ea, quæ saphena vocatur, fit vena: Pars vero tertia ad partem cruris syluestrem tendit, quę similiter occultatur, quousque ad malleolum veniat exteriorem, quę dicitur ischiadica. Ab vtraq; autem istarum, quando ad pedem perueniunt, separantur partes quæ per pedem spargũtur: quarum illæ quæ in partibus digitorum sunt, & si ab eo reperiantur, venæ ischiadicæ sunt partes.

De Anatomia Venarum Manus.

VEnę aũt manus, quę phlebotomant̃, sunt quinq;: nigra siue purpurea, basilica, funis brachij, & axillaris, quæ est ramus basilicæ, & scedem, & cephalica, quæ omnibus maior est. Basilica vero magni timoris est propterea, ꝙ arteria cadit sub ea: & neruus & musculus ẽt sub ea cadunt. In basilica quoq; phlebotomanda quanto plus ad brachium descenderis, erit sanius. Propterea sciendũ, ꝙ basilica axillaris & cephalica sup iuncturã phlebotomiæ approprianť, & non sub ea, neq; in ea, vt sanguis bene saliat, & sit securitas à nocumentis neruorũ & arteriarũ. Cephalica vero quod est ex collo supra ipsum partim, & partim sub ipso euacuat, & terminum partis hepatis non ptransit, neq; hypochondriorum. Basilica vero euacuat partes pectoris, & quod est à parte ventris inferius. Nigræ vero iudiciũ inter cephalicam & basilicam mediũ est. Funis vero brachij similis est cephalicæ. Scedẽ siue saluatella quidem, quæ in dextra, doloribus hepatis confert: & quæ in sinistra, doloribus splenis: & ꝙ sanguis phlebotomiæ dimittatur donec per se restringit̃: manus quoq; illius qui phlebotomat̃, in aqua calida ponitur, ne cito sanguis restringat̃. Sed arteria manus q̃ phlebotomat̃, est arteria quæ inter pollicem & indicem existit. Eius iuuamẽtum in antiquis doloribus hepatis & diaphragmatis est mirabile. Galenus hoc vidit somnians, & expertus est postea. Et ex venis pedum, quæ phlebotomant̃, vna est ischiadica, & est à parte syluestri calcanei: est alia sub eo, aut supra ipsum. Et ligatur in fascia, & inuoluit̃ quod est supra ipsum in summitate coxæ vsque ad calcaneũ fortiter: et melius quidem est vt balneet̃ ante. Et si ipsa fuerit occulta, aliquis suorũ phlebotomet̃ ramorum, qui inter minimũ & secundum existit. Et iuuamentum phlebotomiæ ischiadicæ magnum est in dolore ischij, & podagræ, & in varice, & elephantiasi. Et saphena, quę est versus inferiorem partem pedis, manifestior est quàm ischiadica, quæ phlebotomatur ad euacuationem sanguinis ex membris sub hepate, & vt sanguis à superioribus ad inferiora declinet: quare menstrua prouocat, & hæmorrhoidum orificia aperit. Et super calcaneum retro est vena, quæ est

saphenæ

A ſaphenæ ramus,& operatur quantum ipſa. Et ad ſummum phlebotomia venarum pedum cōfert ægritudinibus,quę fiunt ex materiebus ad caput declinantibus, & ægritudinibus matricis: et magis debilitat,ꝙ phlebotomia venarum manus. In venis capitis q̄ phlebotomanť,quedā ſunt quietæ,quædam pulſatiles. Quietæ ſunt vena frontis,quę inter duo exiſtit ſupercilia: cuius phlebotomia confert grauitati capitis,& proprie illi quæ eſt in poſteriori parte, & grauitati oculorū, & dolori capitis. Super cornu capitis phlebotomať pp hemicraniam,& vlcera capitis. Et duæ venę tēporum,quæ flexuoſæ incedunt: & duæ venæ,quę ſunt in angulis oculorū lachrymalibus: non apparent multū, niſi pp conſtrictionem ſuffocantē.Et in ipſis non eſt profundandus phlebotomus, qm̄ forte fierent fiſtulę: & nō egredit ſanguis niſi paucus. Iuuamentum phlebotomię harū exiſtit in dolore capitis,& hemicrania,& ophthalmia antiqua,& lachrymis,& panno,et ſcabie palpebrarum,et nyctalopibus. Et ſunt tres venę,quarum locus eſt poſt locū,vbi extremitas auris tangit,qn̄ peruenit ad capillos. Et vna earū eſt magis manifeſta, q̄ phlebotomať in principio aquæ,& qn̄ caput ſtomachi fumum recipit: & poſt hoc cōfert vlceribus crurū,& colli,et poſteriorum capitis. Et ex iſtis ſunt duæ iugulares: & minuunť in principio lepre,& fortis anginæ,& anguſtatione anhelitus,& in aſthmate acuto,& in raucedine vocis,& in apoſtemate pulmonis,& in ſpirandi difficul-

B tate,quæ ex multo ſanguine fit calido,& ægritudinibus ſplenis & laterū. Modus ligandi eas eſt, ꝙ oportet trahere caput ad contrariū partis phlebotomiæ,vt vena extendatur ſicut chorda. Et ex eis ſunt venæ labiorum,ſ.quatuor: ſuper vnūquodq; exiſtit par: quę conferunt vlceribus oris,& puſtulis,& doloribus gingiuarum,& earum apoſtematibus,& earū laxitati,& vlceribus,& fiſtulis,& ſciſſuris,quæ ſunt in eis. Et ex eis eſt vena,quę eſt ſub lingua: & pp grauitatem linguæ, quæ eſt ex ſanguine,minuiť. Et ex eis eſt vena,& eſt inter mentū & labiū inferius,quæ phlebotomať pp oris fœtorem. Et ex eis eſt vena furculæ, quæ phlebotomať in mordicationibus oris ſtomachi. Et ex venis,quæ phlebotomantur in corpore,ſunt duæ venæ ſupra ventrem, quarum vna ſupra hepar, altera ſupra ſplenē: & phlebotomatur dextra in hydrope,& ſiniſtra in ægritudinibus ſplenis. Ex arterijs vero quæ ſunt in capite,eſt arteria temporis,quæ quandoq; phlebotomatur, quandoq; inciditur,quandoq; extrahitur,quandoq; aduritur: & hoc fit, vt rheumatiſmi ſubtiles conſtringanť, qui ad oculos deſcendunt. Et duæ arteriæ,quæ ſunt poſt aures,quæ phlebotomantur propter ſpecies ophthalmiæ,& principium aquæ,& pannos,& nyctalopas, & antiquum dolorem hepatis.In earum tamen phlebotomia ſemper exiſtit timor,& tardatur conſolidatio.

De Anatomia Membrorum Conſimilium.

C OMnis operatio ab anima procedens,vt melius in actum procedat,in corporibus noſtris perficitur. Inſtrumētorum autem corporalium alia ſunt ſimplicia,alia cōpoſita. Simplicia ſunt, quarum quamcunque partem ſumpſeris, ſenſibilem communitatem habet cum corpore & diffinitionem. Compoſita vero ſunt illa, quæ non &c. Sed quoniam ſimplicia ſunt in compoſitis, & non conuertitur,de his prius dicendum.

De Oßibus.

INter ſimplicia primum eſt os,quod eſt fundamentum totius corporis,et erectio & ſuſtentamētum motus & ſenſus. Quædam oſſa ſpecialia habent iuuamenta. Quoddam enim propter fundamentum eſt,vt os ſpinæ,ſiue oſſa ſpondylorum.Quædam,vt ſint ſuſtentamentum ſenſus et motus,vt ſunt oſſa pedum,& tibiarum, & crurum.Quoddam ad tuendum, vt os cranij, nimirum ad tuendum cerebrum ab extrinſeco nocumento.Quoddam ad replendum, vt os quod ſupra ſpondylum excreſcit quaſi additamentum: & hæc oſſa ſeſamina vel ſimemia dicuntur. Huiuſmodi oſſa maxime reperiuntur piſcium, ſcilicet qui non habent medullam tranſeuntem per medium ſpondylorum: quare parum apparent huiuſmodi oſſa in eis.

De Chartilagine.

D Eſt autem chartilago membrum medi͡ocre in natura inter os & carnem: eſt enim mollior oſſe, durior carne: & eſt propter hoc in animali,vt ſit diuiſiuum oſſis à carne,ne nimis durum cōiungať cum molli immediate.Propterea vero caro qn̄ vulneratur & quaſſatur ab extrinſeco, magis læditť ab intrinſeco oſſe propter ſui duritiem. Quędam tamen chartilagines ſpecialia habent iuuamēta. Vnde quædam poſita eſt in animali,vt ſit iuuamentum extremitatum buccellarum ingrediētium vacuitates alterius oſſis,& concauitatum eiuſdem: qm̄ inter illa minor læſio eſt,ꝙ ſi durū ſupra durum fricaretur in motu.Quędam poſita eſt in extremitate ſcapularum & humerorum, vt in hora percuſſionis minor fiat læſio.Quædam ad defenſaculum nocumenti extrinſecus aduenientis, vt chartilago ante os ſtomachi poſita quaſi enſis protenſa.Quædam eſt ſuſcipiens & retinens muſculos à remotis partibus venientes, & dicitur chartilago epiglottalis.Quædam vt ſit ſuſpenſorium carnium inferiorum: quæ ponitur in extremitatibus coſtarum inferiorum & perfectarum.

De Neruo.

Neruus eſt membrum mediocre in duritia,dilatabile & extenſibile,ſolutionē continuitatis non de facili recipiens ſiue rupturam,ſuſtentaculum motus & ſenſus ad vniuerſa corporis membra.

De Chordæ.

Chorda eſt membrum ab extremitatibus muſculi ortum habens, ad ſimilitudinem chordæ

arcus

arcus effecta. Quemadmodum enim chorda arcus incuruata incuruatur arcus, & relaxata relaxat, E
sic musculo relaxato chorda impellitur à musculo, & relaxatur, quare membrum extenditur: musculo vero contracto contrahitur & chorda, quare membrum incuruatur.

De Ligamento.

Ligamentum est membrum insensibile, ortū habens ab extremitate ossis: insensibile per se, sensibile tamen per accidens, quoniam per musculum. Et est duplicis iuuamenti in corpore: vnū est, vt ipso medio iungatur os cum neruo: aliud est, vt cum neruo iungatur ad hoc, vt fortis sit, cū subtilis sit in eius ortu, à cerebro scilicet, vel à spinali medulla alba: & cum multiplicem suscipiat decisionem in eius processu.

De Musculo, & Tendone.

Musculus est membrum ex neruis, ligamentis, & carne, ligamentorum & neruorum interstitia replens: compositum, vt ipso tracto vel dilatato secundum suas partes, sequatur extésio vel incuruatio membri mediante chorda. Et est musculus idem quod lacertus, quasi laceratus, idest diuisus secundum diuersas suas partes. Tendo autem non est ligamentum, vt quidam existimant, sed est idē quod chorda.

De Arteria.

Arteria est membrum ortum habens à corde, concauum existens, vt per eius concauitatem con F
currat spiritus vitalis ad omnes partes corporis.

De Vena.

Vena est membrum ortum habens ab hepate secundum Galenum: concauum existens, vt per eius concauitatem sanguis nutrimentalis transmittatur ad omnes partes corporis.

De Panniculo.

Panniculus propter multam necessitatem in corpore creatus est. Quidam enim continēt membrum in sua forma debita & positione, vt panniculus inuoluens cerebrum, ipsum enim est molle: similiter panniculus inuoluens intestina. Quidā est diuidens nutritiua à spiritualibus, vt diaphragma. Quidam est cooperiens intrinsecam costarum superficiem. Quidam est sensificās, & tales sunt qui pulmonis, hepatis, splenis, renum habentur: vnde in profunditate substantiæ eorum non sensificatur homo extrinsecus, nisi secundum duos panniculos. Præterea renes mediante suo panniculo suspenduntur in fine dorsi.

De Medulla Oßium.

Medullam quidam existimant esse membrum, cum mihi dubium sit. Mollis est in substātia vnctuosa, quoniam mediante eius virtute sustentatur. G

De Carne.

Caro est propter hoc, vt repleat intērstitia neruorum & ligamētorum, venarum & arteriarum.

*Al. intrinseca

De Humore.

Est humor membrum molle, ad suscipiendum impressionem de facili.

Quæ'nam ex Spermate fiant: Ac multa de Corde.

EX his ergo potest elici, ꝙ membrorū simpliciū q̄dam sunt dura vt ossa, q̄dā mollia vt humor: quædā media inter mollitiē & duritiem vt media: quædā magis accedentia ad duritiē, quædā magis ad mollitiem. Item ꝙ oīum membrorum simpliciū siue consimiliū causa materialis est sperma, preter q̄ carnis, & adipis siue pīguedinis. Adipis.n.causa materialis est vnctuositas sanguinis: frigiditas & humiditas efficiens, & remotio à partibus à principio caloris s.à corde, et positio eius localis s.circa partes ventris & renes. Carnis vero, purior pars sanguinis est causa materialis: efficiēs, calor & siccitas, villorū à se decisione, venarum & arteriarū interstitia s̄m suam positionē debitam adimplens. Item carnis diuersæ sunt species: quædam enim dura, vt caro cordis: quędam mollis, vt caro pulmonis: quædam mediocris, vt caro hepatis. Item carnes differunt s̄m colorem: quędam.n.nigra, vt caro splenis: quædam alba, vt caro glandis, testiculorum: quædam albior, vt caro H
vberum: quędam purpurea, vt caro hepatis: quædam rubra, vt caro cōis: quædam rubicūda, vt caro cordis: quædam flammeola, vt caro pulmonis: quædam crocea, vt caro maxillarum. De spermate aūt dubitat, vtrum sit materia prędictorum, vt dictum est, propter diuersas opiniones Aristotelis & Galeni. Secundum Aristotelem sperma viri coagulo comparatur: sperma autem mulieris lacti. Quare in spermate viri est virtus coagulationis actiue: in spermate muliebri est virtus coagulationis passiue. Secundum Galenum vtriusque sperma coaguli est materia: sed virile fortius, muliebre debilius. Item pars spermatis transit ad glandulosam carnem in oscheum deposita, similis ex simili producta, ad similitudinem partis pastæ depositæ quasi fermentum alterius. Item glandularum quædam posita est in radice linguæ, humiditatis collectiua, vnde hauritorium saliuæ dicitur: quædam in locis iuncturalibus, similiter humiditatis collectiua, vt sub axillis & in inguinibus. Item quædam carnes sunt villosæ: quędam carent villis, vt caro pulmonis, hepatis, splenis, renum. Villosę, vt musculi, quibus deferunt sensus & motus per diuersa corporis membra. Mēbrorum aūt villos habentiū quędam habent villos longitudinales, & hi sunt attractiui: quędā latitudinales, & hi sunt villi expulsiui: quædam vero transuersales, & hi sunt retentiui. Quoddam autem membrū magis habet de villis lōgitudinalibus & latitudinalibus, vt gula: quoddā magis de transuersis

A uersis & latitudinalibus, vt stomachus: quoddam magis de latitudinalibus, quàm de alijs, vt intestina. Item membrorum villos habentium quędam habent vnam tunicam tantum, vt vesica, quia huiusmodi ratione mollis substantiæ contentiuæ: quædam duas, vt arteriæ, stomachus, & intestina, & hoc ne fiat fissura in his, qua exiret sanguis: quoniam nimia relaxatione, ipsius exhalarēt spiritus: & ad impedimentum vtriusque operationis, propter diuersas operationes descendentes à diuersis principijs diuersarum compositionum. Item inter omnia corporis membra septem sunt membra regalia & famosa, multam sublimitatem habentia, secundum septem orbes planetarum, & eorum contradistincta: quæ membra sunt mineræ spirituum animæ & intelligentiæ, scilicet cerebrum, cor, hepar, & stomachus. Reliqua minus principalia, scilicet renes, vesica, & testiculi. Secundum vero quosdam, quatuor sunt principalia tantum, scilicet cerebrum, cor, hepar, & testiculi. Secundum quosdam vero, tria sunt principalia, scilicet cerebrum, cor, hepar, & testiculi non, eo quòd non faciunt ad esse indiuidui, sed ad esse speciei. Secundum alios duo tantum, scilicet principium sensus & motus, scilicet cerebrum: principium vitæ, scilicet cor. Secundum Aristotelem vero vnum tantum, scilicet principium vitæ, idest cor. Vnde videndum est, quæ sit eius substantia, quæ compositio, quæ complexio, quæ forma, quis situs, qualis sit eis motus. Substantia vero

B ro eius est caro crassa, dura, & solida, vnde ratione soliditatis ponderosa. Quòd sit dura probo. Caro eius melancholiæ est generatiua. Item si cor distemperetur, reducetur ad temperantiam cum lapidibus, scilicet corallis, margaritis, hyacinthis, & similibus duram substantiam habentibus: quare non est aliqua pars humani corporis, sub æquali proportione ad ipsum, quæ ita pendeat sicut cor. Est frigidæ complexionis de substantia, & hoc secundum Aristotelem. Secundum vero Galenum est de calida & sicca complexione, eo quòd continet in se calorem totius corporis, scilicet materiam caloris, scilicet sanguinem & spiritum vitalem: quos per vniuersa corporis membra exufflat: quare ratione continentiæ & influentiæ secundum Galenum dicitur calidæ & siccę complexionis. Complexionem habet cor ex diuersis substantijs, aliorum membrorum substantijs similibus, scilicet ex carne dura vt prædictum est: & chartilagine extrinsecus in radice eius existente, quæ non multum differt à natura ossis: & panniculis fortibus & spissis ipsum cor inuoluentibus, nec etiam ipsum contingentibus in aliqua sua parte, præter quam in duobus ventriculis, & parte pineata extrinsecus: & hoc vt possit se dilatare, & constringere, secundum quod necesse est animali. Vnde secundum diuersas partes ipsum componentes, vniuersalius assimulatur alijs membris, quàm aliquod aliud membrū illi: quare est principium, & vniuersalius alijs. Item formā ha-

C bet ad modum pineæ aliquantulum rotundam: talis enim forma minus est superfluitatis collectiua læsionem præstituræ: Superius est lata, vt secundum eius latitudinem venæ & arteriæ competenter orirentur ab eo: inferius pineata & obstructa, vt secundum illam partem thoracem aliquantulum contingentem minus læderetur ab ipso. Item intrinsecus formam habet rugosam, quando constringitur: planam, quando dilatatur. Item intrinsecus ventres habet tres, scilicet dextrum, sinistrum, & medium. Dexter est inferior, & magis versus hepar dispositus, attrahens ab hepate, quod sibi necessarium est ad sui nutrimētum. Sinister est minor et superior versus pulmonem positus, attrahens ab eo de aere, quod sibi necessarium est. Inter hos ventres est medius, meatus quidam siue fouea ab auctoribus appellata, in profundo cordis sita, in qua sanguis cum aere attracto commiscetur, & fit ex his spiritus vitalis, quem per vniuersa corporis membra exufflat. Cordis vero positio est in medio, vt omnem corporis partem calefaciendo respiret, & ab omnibus attrahat ad sui iuuamentum: Declinans vero versus sinistrum magis: & hoc, vt hepar ampliorem habeat locum, quoniam valde regale est: Præterea vt vena concaua viam habeat ampliorem ab hepate ad cor, sibi deferens sanguinem: Præterea vt pars sinistra proportionetur dextræ in calore: quoniam splen membrum frigidum est, idest remisse calidum, secundum medicos: hepar vero

D membrum calidum est: & ita quod minus est ex parte splenis de calore, reperitur ex parte cordis. Item prædicta duo, habent additamenta, cordis duabus auriculis comparata, quasi coxæ deposita, materiam spiritus vitalis vtraque recipientia, & vsque ad profunditatem cordis transeuntia. Item huiusmodi additamenta in cordis constrictione sunt rugosa: in eius dilatatione, extensa: idest suis villis latitudinalibus, & transuersis, vt sit in ipso corde attractio, & expulsio: & ita in his tanquam instrumentis fit motus cordis. Motus autem cordis principium est virtus motiua: virtutis autem motiuæ causa est anima: caloris autem, motus: fortitudinis vero caloris, fortis motus & frequens: cor autem fortiter & frequenter mouetur. Motus vero cordis dilatatiui causa est attractio nutrimenti cibalis, cibatur enim spiritu & sanguine attracto. Fortiter autem mouetur, vt fortiter attrahat à membris, quæ prius hora constrictionis exiccantur. Preterea fortiter mouetur et frequenter, vt recuperetur in eo, quod ferè continue calore eius consumitur. Item motus cordis constrictionis causa, est superfluitatum collectarum expulsio fortis: motus causa, est fortitudo virtutis: frequentiæ motus causa est necessitas. Item motu constrictionis exufflatur calor à corde per totum corpus, sanguinē subtilians, cursibilem efficiēs ipsum, a putrefactione defendens: præterea à motu spiritus, subtiliatur sanguis, & cursibilis efficitur. Sunt enim coniunctę pulsatilis vena & vena quieta: sed quieta supposita, pulsatilis supposita, in interioribus mēbris, quia pulsatilis dignior est:

est: In exterioribus vero pulsatilis supposita, quieta superposita, vt sit eius defensaculũ à nocumen E to exteriori. Item cor non solum mouetur motu dilatationis et constrictionis, licet villos in sui cõstrictione habeat, sed etiam cerebrum, sed diuersimode: quoniam cor per se, cerebrum vero per accidens: id est per exufflationem spiritus vitalis à corde fit dilatatio cerebri, & per recursum eius fit constrictio. Similiter inferius orificium stomachi dilatando & constringendo mouetur, horis tamen determinatis. Similiter oris matricis in hora egressus fœtus, & hora ingressus spermatis, fit dilatatio: & tempore retentionis eiusdem, fit constrictio. Similiter omnes venæ mesaraicæ quandoq; aperiunt ea orificia, quandoq; claudunt. Item propter multitudinem materiæ contẽtæ in corde fit animal audax: propter paruitatem eiusdem, fit timidum. Similiter propter diuersas qualitates materiæ contentæ suscipit cor in se diuersiones, & non propter suam magnitudinem & paruitatem, vt quidam existimant. Item tres posuit Arist. rationes persuadẽtes cor esse principium venarum & arteriarum existentium in corpore. Prima talis est: principium caloris est cor: sed calore fit digestio nutrimenti: ergo cor est principium digestionis nutrimenti. Item, est principium digestionis nutrimenti: ergo & eorum in quibus fit digestio: sed sunt venæ & arteriæ: ergo est principium illarum: si principium verum, ergo vltimum. Contra dicit Galenus, q̃ caua vena vadit ad ipsum, deferendo ei nutrimentum ab hepate: Ergo à simili cum venæ exeãt à stomacho ad hepar, F similiter ab intestinis venæ exeant ad hepar, non erit hepar principium venarũ, sicut neq; cor. Itẽ contra Galenum sic. Omne quod trahit originem ab aliquo, assimilatur illi: sed venę trahũt ab hepate: ergo assimilantur illi. Contra, venæ frigidæ & siccæ complexionis sunt: ergo hepar: quod falsum est. Item hepar componitur ex venis & arterijs: sed componentia præcedunt compositum in natura: non ergo hepar est principium illarum. Item omnia membra perforata sunt ex venis & arterijs prętèr cor: quibus mediantibus exufflatur calor ad vniuersa corporis membra, sicut hepar, splen, renes, testiculi, stomachus, pulmo, & diaphragma, similiter & cerebrum: decurrunt enim venæ & arteriæ à corde ad anterius cerebri, ab anteriori ad medium, à medio ad posterius, & sic ad spinalem medullam, & ita ad neruos principium habentes à cerebro: arteriæ dico deferẽtes spiritum vitalem exufflantur à corde ad neruos: quare patet cerebrum esse perforatum: cor autem non est perforatum: sic ergo cor est principium illarum. Contra, Intra totam substantiam cordis contingit inuenire venas & arterias: ergo est cor perforatum sicut alia membra: non ergo erit principiũ illarum. Solutio. Tam venæ q̃ arteriæ originem habent à radice cordis: et egredientes, totam substantiam cordis ipsius intrinsecus perforant: vnde arterię venientes ad sinistram auriculam ipsius, in egressu reciprocantur in substantiam ipsius extrinsecus, & ita perforant extrinsecus. Similiter G venæ ad dextram aurem venientes, iterum reciprocantur in substantiam propriam: sed non aliæ venæ & arteriæ, trahentes originem ab alio principio præter q̃ ab ipso. Item à forma. Sicut ab anima, simplici in essentia, tanq̃ puncto existenti, effunduntur omnes virtutes ad vniuersas partes corporis, vt anima in suis operationibus perficiatur: sic à cono cordis & radice & puncto porrigũtur venæ & arteriæ ad suum circulum, & sic ad totum: in quibus defertur calor, qui exufflatur ad totũ corpus: sicq; anima est principium virtutum: ergo à simili, cor est principium venarũ & arteriarum: quod cõcedimus. Item dictum est Aristotelis. Omne quod habet ortum ab alio, assimilatur illi à quo oritur: quare venæ non habent ortum ab hepate. Contra hoc autem: ergo corallus, qui est arbor durissima, non habet ortum à luto & re molli in fundo maris existente. Solutio. Aristoteles intelligit, quod dixit, quantum ad manentem materiam: appositio autem est secundum materiam transeuntem. Item dicit Aristoteles, q̃ supra cor est reuolutio vitæ. Item supra communionẽ animalis ad plantas non percepit alias pręter sensum et motum. Sed secundũ Galenum cerebrum est principium sensus & motus, hepar principium digestionis. Sed cor aut est principium vniuersale, aut non: si primum, ergo ab eo sunt sensus & motus, similiter & digestio à principio: si non, contra, aliquam habet virtutem aliam à qua fit sensus & motus, et aliam ab illa qua fit digestio: illa H virtus quid erit, si virtus sit? quare fit pulsus? Cum cor sit principium vniuersale ad omnia membra, erit & eius virtus vniuersalis: et ita pulsus fieret in omni membro: quod falsum est, pręter q̃ in arteria solum. Item in corde fundãtur omnes virtutes morales: quod patet per hoc, q̃ ad complexionem cordis variatam sequitur variatio virtutum moralium: morales enim virtutes sunt dispositiones animalis interiores, virtus autem motiua & sensibilis exteriores: ergo cor erit principium illarum. Itẽ virtus motiua & sensibilis fundatur in corde: ergo et virtus vegetabilis: ergo vt prius, cor erit principium vegetationis. Itẽ, propter duas rationes posuit Galenus hepar esse principium. Vna talis: In hepate primo reperitur sanguis, & in eo fit digestio: ergo ipsum est principium digestionis. Et alia talis: In qualibet digestione expelluntur superfluitates ad sua propria receptacula, sicut ad vesicã fellis cholera, ad splenem melancholia, ad vesicam vrina: sed huiusmodi receptacula circunstant hepar, & non cor: ergo hepar est principium digestionis, & immediatum, vt à quo: & cor est principiũ mediatum, & proximum & immediatum est hepar. Et ita patet diuersitas inter Galenum & Aristotelem.

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE ANATOMIA OCVLORVM

Nicolao Rhegio Calabro interprete

CENSVRA

Liber ex Galeno ſed non admodum diligenter excerptus.

De Libri huius Intentione & Vtilitate.

B

QVia oportet ſecundum amorem ſcientiæ,& vtilitatem artis eos,qui co nantur paſſiones,quæ circa oculos conſiſtunt,curare,ſcire naturam & poſitionem oculorũ, qui in integritate & ſanitate ſunt (nam & vetus ait magiſter, naturam corporis eſſe principium eius, quod opus eſt ad medicationem) ideo neceſſarium putauimus exiſtere pauca de oculis ante vſum & initiationem operationum dicere, vt in diſpoſitionibus, quæ in oculis cõſiſtunt,vel à poſitione,vel à periptoſi aliqua ,& in doloribus qui ſequuntur, & cõſenſorijs paſſionibus(ſicut licet videre in punctione facta in cornea tunica,& cũ ea videlicet in ſecunda & tertia, nam magna ex parte in ſequenti die ſequit̃ alteratio)poſſimus,eã quæ ſm naturam ſcientes,cognoſcere ſtatim cauſam,& ita conuenientem & congruam curã adhibere.

De Tunicis & Humoribus Oculorum.

COnſiſtit igitur oculus ex tunicis quidem quatuor,humoribus vero tribus,& muſculis ſex ſecundum alterutrum oculum qui motus actum efficiunt, & alijs duobus qui cõprehendunt C radicem nerui optici, & tunicæ quæ dr̃ circũocularis: quæ à natura creata ſubſternitur toti oculo, circũtangens,& circũinduẽs os, vt oculus non applicet̃ vacuitatibus oſſium nudis. Accedit igit̃ illa circũocularis à craſſa meninge: pertrãſiens.n.ipſa ſuturas,& pericraniam, quam & circũoſſalẽ vocamus,ex eis peruenit ad frontem per ſpatia oculorum, & eorum quæ ſunt circa oculũ: & vſq; ad iridis quidem circulũ,vnde cornea incipit ſubtiliari,peruenit: prorſum aũt non procedens, ſed è conuerſo rediens,reſiduam induitionem operat̃ corpori. Hanc igitur tunicã dicimus oculo heterocraniacam paſſionem operari: ac ẽt chemoſes, quæ fiunt, illa ſuſcipit. Videmus.n.in huius diſpoſitionibus,circũſcripta ſm circulum iridis,reliquas partes phlegmone laborare, & in eleuatione exiſtere. Et quidẽ illi, qui de hac parte medicatiuæ diligẽtius tractauerunt, ita notificauerunt chemoſin,quæ eſt qñ album oculi tumefactum ſuperat circulum iridis, & vt nigrum oculi concauum videat̃: quo ſignificatur nobis, ꝙ in circũoculari habuit conſiſtentiã & nõ in cornea. Sequit̃ aũt ſemper vt & circulus iridis ſimilis eleuationi & æqualis fiat. Sed tñ non eſt poſſibile corneam per ſe talem ſuſtinere diſpõnem,ceu chartilaginoſam exiſtentẽ & denſam, ſed totã eius circũferentiam,præterq̃ ſi aliqñ toto oculo à baſi eius moto diſponat̃ ſimiliter toti corneæ. Manifeſte aũt & pterygia,quæ conſiſtunt circa oculos, oſtendunt iſtius naturã. Aucta.n.& modo quodã in dupli- D cata hac tunica efficitur pterygium: ita ꝙ aliqñ eius augmento procedente, & comprehendente partes corneæ,cooperiat̃ non ſolum iris ipſa, ſed & pupilla: & ſic aliquãdo comprehenſa tota pupilla,non ſolum inuiſibilitas ſequat̃,ſed & deformitas,& improperium,pulchritudine oculi cooperta à pterygio, & non apparente. Et de circũoſſali quidem tunica, vnde habeat principium, & quomodo perueniat ad oculos,moderate dictum ſit. De reliquis vero particulis conſequenter dicamus. A baſi cerebri pori duo oriũtur, ab vna radice habentes & ipſi principium, ſubtiliata meninge,quæ cerebrum comprehendit. In modum autem literæ lambda græcę diuiſi perueniunt ad concauitates oculorum,portantes per foramina, quę in eis ſunt,ſpiritum viſiuum. Vterq; vero ipſorum procedens,& figuratus anguſtationi oſſis, contexit tunicas,adimplens concauitatem, quæ eſt in eis: ſimul.n.atq; in poris incipit finem habere,incipit cornea ampliari,& inflata perficit prędictam tunicã. Iſta igitur tunica ab anguſtia quidem pori,vnde ipſa habet principium, vſq; ad circulũ iridis ſimilis eſt,& ſibi ipſi per totũ chartilaginoſa exiſtẽs,& craſſa. Inde aũt,ingeniãte natura vt poſſit ſpũs viſiuus procedere,& obiectum comprehendere,ſubtiliatur, & craſſitiem permutãs fit neruoſa magis: & ita cornu ſimilis cum fiat,præbet luciditatẽ ſpũi,qui venit à parte interna. Fides aũt eius ſubtilitatis,eſt cicatrix,quę conſiſtit in oculis. Si.n.quãdo poſt vlcus illius loci fiat cicatrix, craſſa accipiente tunica naturalem craſſi[illegible], quam & extra circulũ iridis habebat, in colore

 quidem

quidem talis apparet, qualis erat & ante iridem: operationẽ vero visus, quæ desuper veniebat impediens offuscat, non adhuc potente uisiuo spiritu pertransire, sicut quando naturaliter se habebat oculus. Secunda vero tunica a poro optico habet explantationẽ: proueniens autem & ipsa ſm propinquam positionem primæ tunicæ vsq; ad iridem, colorem suum ostendit per corneam: deinde circa medium oculum veniens finem accipit ex foramine derelicto, quod nominant pupillam: in qua & tui visus simulachrum vides: per quod spiritus pertingit ad id, quod extra est: & huius gratia foraminalis vocata est. Secundum intrinsecam vero partẽ cyanea est: gaudet.n.hoc colore visiuus spiritus. Neq;.n. nigram ipsam omnifariam fecit, ne tenebraretur visiuus spiritus: neque albam, ne dispersus fatigaretur quando aspicit: sed vt resumptio & reintegratio ei fieret, sic facta est. Cum hoc autem colore adhuc & hispida consistit tunica vuea: vnde & vuiformis vocata est consimiliter acinis vuæ. Habet autem & vasorum multum in forma retis, vnde & retiformis vocatur: quia est sicut & retiformis meninx, quæ est ex multis vasis complexa in modum retis, vt spiritus qui fertur desuper inhabitet: non quia præbeat reliquis particulis de visu, sed partiatur in toto oculo: & vt sustentatio fiat crystalloidi & sedes. Tertia vero tunica & ipsa a poro procedẽs, & perueniens secũdum propinquam positionem vsq; ad circulum, applicatur ad secundum vas palpebralium explãtationum, ad ipsam a cornea in circuitu explantatarũ: deinde inde reuertens, similiter reti super attracto, vnde & retina vocata est: sua.n.peluicula amplectit̃ vitriformem humorem: qui humor efficit molem oculi, premens per suam repletionem, & conuexum faciẽs oculum apud extrinsecam partem. Vnde & his a quibus euacuatur ab aliqua plaga, concidit & residet inferius, tanq; humore, qui figuram eius custodiebat, effuso & exciso: subtilis enim est valde tunica assimilans, & proinde araneiformis vocata est. De quarta vero tunica quęstio non parua facta est a medicis. Quidam enim aiunt esse tunicã, & continere humorem crystalloidem, qui effunditur in peluiculam tertiæ tunicæ, veniens quidem aduersus vitriformem, sustentata autem a tunicis, quæ sunt extrorsum. Et sicut circũocularis perueniebat ad oculum vsq; ad iridem, ita & araneiformis vsq; ad medietatem perueniens non comprehendit totum, ne impediat visum. Alij autem tunicam ipsam quidem non esse aiunt: neq; enim explantationem habere a poro, sed supernatare: membranam autem esse crystalloidis humoris in hominibus, raro autem aliquando in aliquibus animalibus, sicut in leonibus. Est autem & tertio humor aqueus, qui, sicut dicit Asclepiades, replet intermedium spatium humoris vitrei & tertiæ tunicæ, materiam prębens ad vidẽdum. Vt autem dicunt quidam, in medio primæ & secundæ tunicæ est, & simulachra, quæ apparent, facit videri: & hic humor coagulatur in suffusionibus.

De Musculis Oculorum & Palpebrarum.

MVsculi in oculis sunt sex secundum vtrunq; oculorum, habẽtes substratam pinguedinem: quibus actus commotionis spiritus commissus est, perficientis motus eius per ipsos. Facti sunt autem vt facile circunducantur oculi, quando volumus huc & illuc mouere. Et duos quidẽ aiũt musculos habere superiorem palpebram & inferiorem: quarũ superior fortioribus indiguit, vt quocunq; voluerit nuere oculus, cõtrahatur, & ad se attrahat̃. Vnum autem secundum vtrũq; angulum, vt per eos flexiones oculorum efficiantur: quorum rursus ille, qui est extra & apud paruum angulum, maior & fortior est, propter prædictam causam ingeminatus & ipse. Secundum alios vero, octo dicuntur esse musculi oculi, vtriq; parti duos distribuentes. Est autem & illorum fidem cõsiderare ex his. Si enim aliquãdo aliquis eorum patiatur offensam siue a generatione, siue a periptosi, strabismi causa fit, vel spasmi. Et a generatione quidẽ fortassis paralysis offendet oculum, augmentum suscipiendo, vt habeat spatium oculus declinandi ad alteram partem: quo modo efficiuntur strabismi, oppositis quidem musculis, trahẽtibus ad se oculum ſm naturam: eis vero, qui patiuntur, assentiẽtibus tractioni illorum: & strabismus quidem ita fiet a generatione. Ex periptosi autem, adueniente aliqua causa, quę musculo plagam infligat, & spasmi & tractus apud eum causa fiat. Ac etiam musculorum, qui secundum oculum, aliquis percussus, offendet oculum vel ſm lagophthalmum, vel ſm relaxationẽ. Si enim aliquis inexperte & inartificialiter hydatidẽ auferens fecerit appunctionem phlebotomi vltra medicinalem coniecturam, & percusserit musculum, si quidẽ a phlegmone spasmatice disponatur, passionis lagophthalmæ efficietur causa. Si vero relaxatio fiat, relaxabit palpebram, vt neq; conante patiente eleuare musculus palpebrã possit, aut aliquo modo oculos aperire, sed grauata palpebra propter relaxationem feretur semp deorsum. Quocirca oportet in chirurgijs huius pinguedinis, maxime quidẽ caute, & cum aduertẽtia, facere intromissionẽ phlebotomi. Maxime aũt in medio palpebræ oportet incisionẽ facere apud vẽtres musculorum: non enim ita ventres qñ vulnerantur anxiantur, sicut neruorum exortus, cauendo ab apostematibus, quæ accidunt: vt vituperia circa curam effugiens quis, sortiatur finem venerabilem. Hęc igitur de humoribus, & tunicis, & periophthalmio seu circũoculari, ac etiam musculis, ſm nostram possibilitatem, quæ non erant in memoria audientium, ad nostram vtilitatem, & amationem boni designauimus.

*Al. nuere.

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE COMPAGINE MEMBRORVM SIVE DE NATVRA HVMANA

CENSVRA

Aliqua & hic vera, aliqua deridenda, videtur continere.

De Cerebro.

B Cerebrum natura quidē frigidum & humidū est, & ideo, vt facillime ad susceptionē diuersorū cōuertatur, & vt mēbris mouēdis habilitatē præstet, & vt calido & sicco spiritui ad caput exhalāti tēperiē inferat. Cuius meninx frigida est, & sicca, & dēsa: & intra, quā sunt diuisiones tres: prima dicitur phātasia, secūda rationalis, tertia memorialis. Inter phātasiā, & rationalem est pannus quidam frigidus & siccus, densior eo, qui diuidit inter memorialem & rationalē, habens in se modicum tenuissime carnis. Ex memoriali vero procedunt duo cannales tenues & humidi, vt spinalis medulla, qui penetrant per totam compaginem, & veniunt vsq; ad phantasiæ cellulam, per quos possit phantasticus spiritus, & rationalis commendari memoriæ, & iterum memorialis duci ad rationem & phantasiam.

Qualiter Fiat Auditus.

Vnicuiq; auri supponitur vnum os frigidum & siccum, & sine spiritu quidem, inferius adhærens illi tenui panno, qui diuidit inter phantasiam & rationem: quibus sunt singula foramina in obliquo facta, habentia tenue initium ab ipso panno: quæ intrinsecus habent indumētum tenuissimum, frigidum tñ & siccum: per quod ducitur aīalis spiritus ab ipso interiori pāno, præstans auribus virtutem audiendi. Et est audibilis qualitas calida & humida, vt qualiscunq; sonus per aera C infertur auri, atq; ab humiditate suscipitur, à calore attrahatur ad cerebrum, vt sciat qualis sit. Siccitas vero ossium ad hoc est, vt sonitus in eis æque obseruetur secundum exteriorem euentum.

Qualiter Visus Oculis Adueniat.

Oculorum autem tres sunt humores interiores frigidi & humidi: primus est vt aqua coagulata lucidissima, in qua virtus visibilis est: secundus est vt tenue oui album: tertius vt vitrum, modicum habens citrini coloris ab ipsa. Sunt autem septem tunicæ, quarum nomina ad præsens tacemus. Dicendum aūt est, quo modo visibilis qualitas adueniat oculis, & vnde. Ab ipso s. tenuissimo panno, qui diuidit inter phantasiam & rationem, procedunt duo tenuissimi cannales frigidi & sicci, per quos fertur spiritus ab eodem panno ad humiditates oculorum calidus & siccus & tenuis: qui penetrans omnes compagines oculorum præstat eis visibilem qualitatem: quæ † progrediens longius prope album ampliatur: vnde quæ prope sunt, largius videntur, quæ vero longe, tenuius: quæ statim quando egreditur, si sint visibiles res, rursus reuertitur ad eosdem oculos, & præscriptis humiditatibus imprimit cognitam in se rei similitudinem: vnde producitur cerebro, & à cerebro cordi præstatur notitia. Est autem visibilis qualitas calida & sicca: calida, vt per eam D aperiat & exeat: sicca vero, vt per eam ad præscripta loca proprios habeat reditus.

† Al. progrediē longius prope album ampl.

Qualiter Odoratus Naribus Adueniat.

Naribus virtus odorabilis præstatur: quarū positio se hēt ita. Superius ossee sunt & foratæ, intrinsecus inuolutæ tenuibus tunicis, frigidis tñ & siccis: quæ principium à phātastico pāno habentes, ferunt ab eodem spiritum odorabilem, qualitatem naribus præstantem. Inferius autem ab osse, chartulaginosę & mobiles sunt, quarū natura frigida est & sicca: frigida est, vt prędictā virtutem intus obseruent: sicca, vt aereum odorem naribus applicatū intus attrahant, & cerebro ad discretionem ministrent. Sunt & alia duo foramina intra chartilaginosas concauitates sita, principiū à palato, & finē infra ipsas nares habentia: quibus duę virtutes sunt, s. attractiua, & redditiua: quarū vnam attractiuā à superioribus hñt partibus, & ideo qñ attrahunt, nares deponūt: alterā vero vt redditiuā, ab interioribus palato adhærentibus, & ideo quando reddunt, quasi replendo eleuant.

Quibus Partibus Gustabilem Qualitatem Præstent.

In toto autem ore præstatur gustabilis qualitas, gingiuis, palato, capiti gurgulionis & linguæ, sed magis omnibus linguæ, quoniam tenuissimæ carnis & spongiosæ est, habens tenuissimum intra se humorem, qui saporatis rebus intra os positis se admiscens, eodem ad se tracto, infert sibi varios sapores. Intra quos species sunt nouem, s. dulce, amarum, acre, salsum, conditum, acidum,

comprimens linguam, formicans, & sine sapore: quorum alios amicabiliter suscipit, scilicet dul- E ce, & conditum, & sine sapore: alios vero inuoluntarie. Gustabilis qualitas frigida, & humida est: frigida, vt obtineat: humida, vt saporum humiditatem excipiat.

*Al. diuersitatē

Quod Qualitas Tactibilis Toti corpori Præstetur.

Tactibilis virtus toti attribuitur corpori, sed maxime manibus: magis autem harum interioribus partibus, eo quod singulariter nerui lati & tenues spiritum tactibilem à cerebro ferentes, per medias plantas vsque ad digitos transeunt: ibiq; naturaliter manētes, ea loca sensibiliora cæteris reddunt. Natura vero tactibilis virtutis pene æqua est, media scilicet inter calidum & frigidum & siccum & humidum: vnde calidum & frigidum, durum & molle, asperum & lene, & cætera æqualiter sentit. Operationes autem cerebrum alias accidentales habet, alias naturales: accidentales vero amittit, quando ab aliquo vicino membro vicissim patitur: vt in epilepsia, sensus & intellectus & memoria perduntur: illud vero humidum, quod per spinæ medullam dorso, & cęteris mēbris, & per viam consimilem linguæ naturaliter ab eodem conceditur cerebro, inter ipsas omnes angustias præstare non cessat, & non amittit humiditatem.

Qualitas Vuulæ, & Organorum Respirationis.

Vuula propterea palato suspensa est, vt tenuiter consimilē linguæ humiditatē tribuat, eamq; F flexibilem prestet, vt cibum ori applicitum dentibus ad molendum subdat, & œsophago ad inglutiendū concedat, etenim aliter inglutire nō posset. Canna les ad interiora ferentes duo sunt, vnus pneumaticus, quem Latini spiritualem dicunt: alter œsophagus, cui nomen Latini gulam attribuunt: spiritualis autem ipse gulæ superponitur. Quorum capita quadam tenuissima chartilagine nectuntur, vt aperto ore, quando aliquid gulæ infertur, ex ipsa chartilagine spiritualis porus cō strictus quicquam ex eo suscipere non permittatur: quando vero os clauditur, eádem chartilagine œsophago constricto, spiritualis porus ad inspirandum aptus aut apertus reddatur. Eius constitutio non vt arteria vel vena continuatur, sed partibus quidem quibusdam lacertosis, & tenuibus vnitis carnibus, constituitur: quod ita factum ad hoc asseritur, vt quādo pulmo dextra læuaq; sequestratur ad suscipiendum aerem exteriorem, valeat ad superiora ascendere: quando vero ad expellendas superfluitates innati spiritus cōstringitur, facillimo motu ad inferiora descēdat. Eius inferior pars pulmoni affigitur: quæ diuiditur in duos cannales, quorum vnus per dextram pennam pulmonis, alter per sinistram deriuatur: quorum dexter dextræ auri cordis, sinister vero sinistræ suppositus adhæret: qui superius suscipientes frigidum & humidum aerem aliquantulū excoquunt, & excoctum auribus cordis ministrāt: ibiq; paulisper detētus iterum excoquitur: & sic G interiori cellulæ cordis ad temperiem, & extra & citrà cor intra marsupium, quo circundatur, ad euentationem faciendam præstatur.

*Al. circa.

Qualitas Cordis.

Cor uero in summo crassum est, & in fine acutum. Est autem spiritualium membrorum principalissimum: & naturalis caloris fundamētum: & omnibus membris corporis calidius: quia inde calor naturalis ad omnia membra viuificanda procedit, calidum enim est & siccum. De cuius interiori parte procedit arteria, quæ in simo hepatis coniungitur, per quam attrahat sibi nutribilē sanguinem. Et ab exteriore alia procedit, quæ in duos diuisa cannales, per vnum nutribilem sanguinem & spiritum cerebro præstat: per alium vero in multis subdiuisa cannalibus, naturalem calorem simul cum sanguine per totum corpus ad ministerium naturale infundit. Marsupium quo ipsum cor tegitur, duabus existit & constat membranis, vna interiore, & altera exteriore, manente tenui carne qua nutriuntur. Et propterea ita à natura factum asseritur, vt sit obstaculū contra ea, quæ exterius cordi nocere possunt: & obseruet frigidum & humidum aerem, qui cordi ad temperiem faciendam tribuitur, vt superius admonitum aut commendatum est: cuius natura similitudinem dat aut fert apiglottidis membranæ, quæ diuidit spiritualia membra, idest pulmonē H & cor in superiori cella manētia à nutribilibus membris in inferiori degentibus: Et de eorum natura in sequenti tractabo.

*Al. mediante.
*Al. nectuntur.

De Oesophago.

Oesophagus, per quem cibus & potus stomacho attribuitur, frigidus & siccus est. Et ex altera parte pneumatico cannali supponitur velatus: ex alia vero ceruici quibusdam tenuibus musculis nectitur, in similitudinem spinosæ camerę subleuatus, quousq; ad epiglottidis membranam producitur: quod penetrans ori circumplicatur stomachi, quod ipsi epiglottidi suspensum est.

Qualitas Stomachi.

Stomachus autem constat ex neruis tenuibus, & longis, qui lineares, & ex transuersis qui textiles, & ex obliquis qui vertentes dicuntur: quorum lineares helcticen idest attractiuam, & anelcticen idest retentiuam transuersi, apocreticen vero idest expulsiuam obliqui sibi vendicant potestatem. Qui intrinsecus quibusdam obtēguntur membranulis trino schemate consistentibus, breui scilicet & medio prolixiore, quibus potum & cibum naturali calore in lacteum succum conuersum, & ita quasi remis quibusdam ad portam impingit stomachi. Quæ ideo porta dicit, quoniam musculis in ea positis, ministerio naturali vsque ad perfectam decoctionem nutribilis materiæ

*Al. obtegitur.

A riæ constricta clauditur: qua decocta, eisdem mollificatis aperta redditur, quousque præscriptum succum duodeno intestino infundat, quod propterea duodenum dicitur, eo quod duodecim digitis spatietur: a quo accepta vice ieiunum intestinum succum ipsum suscipiens aliquantulum decoquit. Quod in duo diuisum, alterum, quod tenue est, in mesaraicis venis sibi spongiosis capitibus inhærentibus ab ipso subtrahitur: alterum vero, idest crassum, longo & patulo, cuidam axungiæ innexo intestino conceditur: a quo monomacum suscipiens aliquantulum decoquit, & sic crasso concedit intestino, quod manica dicitur: deinde ex tali diffusum, & ibidem a cholera decoctum coloratur: cuius translatione aut titillatione per pudicum circulum foras dimittitur. Monomacum enim ideo dicitur, quia vno aperitur foramine, quod insitũ est ori manicę, vt sibi quicquid a longo accipit, sine contrarietate reddere possit: nam manica eo quod largum magis cæteris est, nominatur. Subtilis vero pars per mesaraicas de ieiuno subtrahitur. Quæ in obliquum positæ, subtractum ad se succum decoquunt: & excoctum hepaticæ summę ministrant: quo ibidem moram faciente, adminiculo virtutis naturalis in sanguinem vertitur: qui in duas diuiditur partes, quarum quæ tenuior est, & vritis dicitur, arte conceditur hepatis: quę per duos vritides cannales renibus deriuatur, ibiq; manens decoquitur: de qua sibi renes, quod vtilius est ad nutrimen- *Al. alto.

B tum obseruant, cæterum vero de eisdem poris vesicæ dimittitur: †quæ cum ad collum vesicæ deueniunt, coadunata ruuntur.} Collum autem vesicę diuiditur quodam panno mediante, cui vritis porus ex vna parte, & ex altera superiori membranæ scimatico schemate conglutinatur: vnde vrina, & quicquid ex renibus affluit, fundo destinatur vesicæ. Per aliam vero, idest per inferiorem, cum virga quadam contiguitate coniungitur, & secundum naturam & extra naturam vesica ipsam vrinam existentem foras transmittit. Altera vero pars, quæ adicialis dicitur, cholericum rubrum felli, melancholicum spleni transmittit aut attribuit. Sanguinis vero quod vtilius est, ipsum hepar sibi ad nutrimentum obseruat: de quo quod tenuius est cordi, ipsum cor cerebro, vt præparatum est, ministrat. Cæterum vero diuersis corporis partibus per quasdam venas vnicuique proprie destinatas additionem largitur diuturnam, quod bene coquẽtes ad similitudinem suę naturæ a proprio esse mutantes, quod nutribile est sibi retinent: inutile autem, cum fortes sint, extrinsecus per hæc decenter expellunt, per capillos, per vngulas, per aures ceratas gummas, per lachrymas, per sputa, per egestiones, per vrinas, per sudorem, & per cutis sordes.

† Al. quod adit venit coniunctim vnitur.

*Al. diuinam.

De Sensibus Animalibus.

Per animales quinque sensus corpus fruitur nouem voluptatibus, sibi a cerebro illatis, scilicet C dilectione, odio, tristitia, gaudio, audacia, timore, verecundia, ira, & furore. Nam per visum auditum, gustum, odoratum, & tactum, diligit vel odit, gaudet vel tristatur, audet vel timet, verecundatur, vel irascitur, vel furit. Quando autem aliquis per aliquẽ horum quinque ad alicuius amorem erigitur, cor concutitur: & ex eius concussione duo quidem prodeunt spiritus calidi & sicci. Quorum vnus qui tenuior est, cerebrum adit: alter vero, qui densior est, subito per neruos diffusus ad virgam ducitur: qui inter neruos quibus cõstituit, & membranulas quibus inuoluitur, insiliens erigit eã, & tensione quadam eam inflexibilem reddit. Alter vero, quem cerebro adesse diximus, humidum quoddam ab ipso suscipiens, per spinalem medullam ad viam renum deducitur: per cuius duo foramina immissus, sibi substratum attingit membranulum, quod calefactum penetrat. Et sicut membranulum egreditur, & penetrat, sic venarum retinaculum prędicto membranulo annexum aggreditur: ex quo tenuissimum sanguinem secum a cerebro delatũ huinc misceet: & per duos cannales inde procedentes ad testiculos funditur, ibiq; paulisper permanens excoquitur: & in lacteum & tenacem succum conuertens, inde per geminos cannales virgæ applicitos completo communi opere secum foras educit. Nam pterygomatibus i. alis (& sunt orificia vasorum spermatis, ex quibus mulieris sperma ad fundum matricis mittitur) sugentibus, per col- D lum matricis subtrahitur, & sic ad inferiores cellulas eiusdem destinatur.

*Al. calefaciẽs.

*Al. huic.

De Communi Sapore Coitus.

Sapor igitur cõmmunis huiusmodi viris in tota virga, sed maxime in præputio est, mulieribus vero circa pectinem in confinio vuluæ. Mulierum testiculi duo sunt: quorum vnus sub dextro rene, alter sub sinistro tenetur: qui fundo matricis coniuncti per singulos ex se procedentes, incitata venere, ad cellulas eiusdem sperma ministrant. Quod si simul cum viri spermate conueniat, vel modicum ante vel post, prius q̃ prelatum frigescat, vnitur. Si vero in sinistra cellula matricis simul spermata conueniunt, fœmineum embryum generant: Si vero in dextra masculinum procreant: Si vero in media, quæ secundum calidum & frigidum æqua est, secundum plus vel minus vtriusq; spermatis, aut masculinum aut fœmininum procreant.

*Al. cõionis.

De Embryo.

Oportet autem in embryi dispositione aliquantisper immorari: & dicetur quid in vnoquoque mense a primo vsque ad nonum sibi naturaliter fiat: & qualiter a primo mense vsque ad septimum, & a septimo vsque ad nonum, si genitum fuerit, pereat: & in ipso septimo vel nono si æditum fuerit, salubre perduret. Cum ergo vtrunque sperma, viri scilicet & mulieris, in matrice conuenerint, si frigidum & humidum fuerit, omnino dissoluitur: si vero calidum &

ſiccum, conſumptionem incurret: ſi autem æqualitate perfruitur, nulla impediente concipiet qua E litate.

De Coniunctione Spermatis.

Spermate igitur vtriuſque coniuncto, in ſpecie conchulæ expanditur: & radice producta ſibi ſuperficietenus alligatur: ex cuius calore præfati ſpermatis ſummitatibus decoctis ab ipſa diuiditur, & ex ſola radice, per quam nutrimentum accipit, cum ipſo tenetur. Medium autem, quod infra decoctas ſummitates in modum nucis eminet, inter eadem ſpacia ſanguineam glebulam quadam frigiditate conſtrictam primo menſe obſeruat, nulla alicuius ſimilitudinis imagine in ea impreſſa. Secundo, in vermiculi longi ſcilicet & rotundi producitur ſpeciem. Tertio, in eo crura diuiduntur, & à lateribus brachia: collum caputq; perficitur. Quarto, formatur cor & hepar, & anima id ingreditur, & naturaliter mouetur. Quinto, omnis interior completur compoſitio, inteſtina ſcilicet quadam diſpoſitione formantur: digiti manuum pedumq; ſcinduntur: aures, nares os, veretrum, & ipſe pudicus formatur circulus. Sexto, oculi ſcinduntur, ſupercilia formantur, palpebræ creſcunt, capilli & vngulæ producuntur. Septimo, fiunt axungiæ, & caro perficitur: cutis & omnis humiditas ſecundum diuerſas vaſculorum compoſitiones conſtituitur: & completis ſecundum naturalem diſpoſitionem omnibus, laborat vt exeat: matrix autem nititur vt obti- F neat, & vt calore, quæ completa ſunt, confirmet & muniat: ſi vero debilis eſt, concedit ei vt exeat, & durat, eo quod naturaliter completum eſt: ſi autem matricis natura fortis eſt, nititur, vt id retineat. In octauo, embryo expugnato exitu non ſibi conceſſo, fatigatus quieſcit. In nono, matricis calore iam firmato & craſſitie confecto, natura concedente, patet ei aditus, & exire permittitur.

*Al. venter.

De Aetate Planetarum in Embryone.

Habēt autem ſeptem planetę aliquid in compoſitione embryonis ſpeciale. Saturnus quidē frigidus & ſiccus, ſua frigiditate primo menſe ſpermati grauedinem, & ſua ſiccitate compaginem parat: & ideo non creſcit embryo, ſed à ſuo calore in ſanguinem commutatus ſine augmēto permanet. Secundo, Iuppiter calidus & humidus, calefaciendo confortans, & humectando replens, in longi & rotundi vermiculi ſpeciem ſperma producit. Tertio, Mars calidus & ſiccus, calore roborans, & ſiccitate incidens, crura diuidit, à lateribus brachia ſeparat, collum & caput informat. Quarto, Sol minus Marte calidus & ſiccus, & animam & cor & hepar creat & cerebrum: & creatis animā ingerens, naturaliter embryoni motū pręſtat. Quinto, Venus frigida & humida, omnia interiora formát, aures nares os virgam & pudicum circulum format, pedum & manuum digitos diuidit. Sexto, Mercurius ſecundum calidum & humidum frigidum & ſiccum ęquus, in quo G manualis habetur ſcientia: & ponit ſupercilia, oculos ſcindit, palpebras creſcere facit, capillos & vngulas producit. Septimo, Luna frigida & humida, replens axungias, carnē & ſuperficiem complet: venis & arterijs humiditatem tribuens, toti corpori nutrimētum pręſtat: & quia omnia perfecta ſunt, ſi prægnans parturiet, ſalubriter perdurat: ſed quoniam adhuc in eo ſunt membra non bene firmata, indiget alio tempore ad id operis explendum. In octauo, Saturnus reiterata vice ſimiliter infrigidando embryonem, matrici grauitatem infert: ſuaq; ſiccitate humores extenuans, embryoni nutrimentum parcius tribuit: & propterea ægre prægnantes in hac tenuitate exiſtūt. Nono autem, Iuppiter calefaciendo infrigidata, & replendo tenuia, embryonem corroborat, & matricis aperit aditus, & ſic exitus omnibus naturaliter perfectis conceditur. A primo aūt menſe vſq; ad ſeptimum ſi genitus fuerit, non perdurat, eo quod naturaliter imperfectus habetur: à ſeptimo vſq; ad perfectum nonum, quāuis natura perfectus ſit, tamen ſi generetur non ſubſiſtit: quia Saturni infrigidatione ſtupidus, & eius ſiccitate minorato nutrimēto afflictus vel obſtrictus, corrupta matricis naturalitate, calore materno exuſtus, ſi excuſſus fuerit, diſſoluitur. Solet autem nō omnibus membris perfectus, vt in pluribus apparet, embryo generari: plerunq; vero craſſo capite, & tenui collo, vel magnis pedibus, & ſubtilibus cruribus, pedibus genibus applicatis, aut ma- H nuum ſingulis vel duobus digitis perditis, hac luce perfrui. Sed hoc dupliciter in embryonis compoſitione contingit: aut enim natura æquam habet materiam, & redarguentem ſpiritum, & ſecūdum horum duorum æquitatem, moderate vel perfecte informat: aut abundantia materiæ & ſpiritu moderato, eidem materiei abundantiam alicui addit membro, ex qua naſcitur maius cæteris: vel ampliato ſpiritu, & materia minorata, aut ex parte membra attenuat, aut ex toto non dimittit procreari: & hęc omnia aut ęquitate vtriuſq;, materiei ſcilicet & ſpiritus natura perficit, aut augmentatione vel minoratione horum vnius. Solet etiam in generatione quibuſdā viris illud muliebre, & quibuſdam fœminis illud virile, quo luxuriatur, adijci: ſed illud impedita vel oblita natura ſic perficitur. Nam quando aliquo euentu impeditur vel obliuiſcitur, illud materiei humidū ſuperfluum, quod ad naturalitatem vel ad numerum alicuius mēbri ſolet diſponere, ad alterius naturæ membrum ſine ratione mutat.

*Al. exteriora.

Galeno

GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE VIRTVTIBVS NOSTRVM CORPVS DISPENSANTIBVS

CENSVRA

Ex veris Galeni libris fragmentum.

B DE dispēsantibus corpus nostrum virtutibus, quot sint numero, & quæ sit vnaquæq;, & quem in animali quælibet locum obtineat, necessariū est scire omnes medicos, ad scrutandum de passionibus, & inuestigandum eam quæ patitur, & sanandum maxime ipsam. Scire igitur oportet ipsas ex tribus prouenire particulis: Ex capite quidem eam, qua ratiocinamur, & meminimus, & sentimus, & de loco ad locum permutamur: Ex corde vero eam, qua irascimur, & percalidi sumus, & adhuc pulsum habemus in ipso corde, & in omnibus arterijs: Ex hepate aūt eam, secundum quam nutrimur, & augemur, & cibum appetimus, & assumptum elaboramus cōcoctione, & digestione, & sanguificatione, & appositione, & prosphysi, & discretione, & excretione. Ad has autem suppositiones sequitur necessario desipientias quidem, & manias, & melācholias, & phreneses, & lethargos, & catarrhos, & apoplexias, & epilepsias, primiq; principij esse ægritudines: & omnino in eis pati caput, vel primum & solum, vel compatiens alteri particulæ: Febres vero alias, & epialas, & impulsatilitates, & malas pulsatilitates, & infrigidatiōes, & rigores, & syncopas, & marasmos, & quæcūq; alia talia, alterius principij esse passiones: & pati in eis ipsum cor, vel compatiens alicui alteri & maxime or- C torum ab eo, vel solo ipso secundum se male habente: Atrophias autem, & cachexias, & cacochymias, & discolorationes, & icteros, & diarrhœas, & vrinarū immoderatas excretiones, & elephantiases, & cancros, & vniuersos hydropas tertio principio fieri patiente, vel aliquo ortorum ab eo.

Spiritus autem, qui secundum arterias & cor, vitalis est & nuncupatur: Qui vero secundum cerebrum, animalis: non ceu existens substantia animæ, sed vt primum eius organum habitantis in cerebro, quicunq; sit secundum substantiam. Ignorare enim eam confiteor, cum à nullo demonstrationem euidentem didicerim: solum autem adinuenerim complexionem cerebri oportere custodire commensuratam necessario eos, qui meditari & viuere recte eligunt. Sicut autem vitalis spiritus secundum arterias & cor generatur, materiam habens generationis ex inspiratione & humorum vapore, ita animalis ex vitali amplius elaborato habet generationem: decēs enim fuit magis omnibus eum trāsmutatione certissima potiri. Quo circa & velut labyrinthum telam perquā variam condidit natura prope cerebrum, retiformem plicaturam, diuturnam eius moram in vasis ingenians. Omnes vero particulæ corporis, à cerebro habent sensum & motum, peruenientibus alijs quidem neruis ad organa sensuum ad dignotionem sensibilium: alijs autem mouentibus ea, quæcunq; mouentur motu, qui secundum impetum. Cerebrum quidem non sensibile or- D ganum à natura, sed sensuum, factum est. Hæc igitur sufficiant ad præsens. †Generatio vero animalis, dispēsatio à tribus principijs cōsistit: Vno quidem eo, qđ in capite seruatum est: cuius sunt opera secundum se quidem, phantasia, & memoria, & reminiscentia, & scientia, & intellectus, & excogitatio: in ad aliquid vero, sensus particulis animalis sentientibus, & eis quæ mouētur secundum impetum, motum præstare: Alio autem eo, quod in corde situatum est: cuius opera secundum se quidem modo est velut vigor animæ, & permanentia in ijs quæ ratio iusserit, & inuicta constantia: secundum passionem vero, velut ebullitio innatæ caliditatis, desiderante tunc anima punire eum, qui existimatur iniuriam fecisse, & hoc vocatur ira: in ad aliquid autem, principium caliditatis esse ijs, quæ secundum partem particulis, & arterijs motionis pulsatilis: Tertij vero principij firmati in hepate sunt omnia, quæ secundum nutritionem animalis: quorum maximum in nobis, & in omnibus ferè animalibus, est sanguinis generatio. Huius autem potētiæ est & delectabilium fruitio, in qua cum vehementius q̄ deceat mouetur, intemperantiam & incontinentiā efficit.

Ex libro 7. de dog. Hippo. & Plat. cap. 7.

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE VOCE ET ANHELITV

CENSVRA

Videtur & hic ex Galeni libris ad Arabes peruenisse.

DIxit Galenus, Si neruis, qui sunt inter costas acciderit scissio prope spōdylos, destruetur vox & anhelitus. Hoc aūt idem accidet si ossa costarū scindantur, aut spinalis medulla fm latitudinem inter finem colli & initium spondylorum, qui respiciunt ex opposito pectoris. Si autem spinalis medulla infra huius loci initium scindat̄, nec anhelitus oīno, neq; vox omnino priuabitur: sed tantum de vtroq; priuabitur fm numerū spondylorum, qui opponunt̄ pectori. Similiter accidit ex incisione costarum fm magis & minus. Musculus est organum motus volūtarij. Et ad vnumquēq; musculū peruenit neruus à cerebro, aut spinali medulla: qui si scindatur, nō mouebitur musculus. Interior aūt musculus, qui est inter costas, facit anhelitū: & tunc fit, quando aer expellitur vehemēter à pectore: & ex eodem anhelitu fit vox, & est ei quasi materia. Et voco collum illum locum, qui est inter superius epiglottidis, & superius oesophagi, vsq; ad radicem linguæ. In collo autem sunt musculi bronchorū. Et raucedo accidit quando musculi colli extendunt̄ & inchordantur, vt extēduntur in assumptione cibi & potus. Et q̄n epiglottis inchordat̄ ita, ꝙ constringatur, fit vox: & q̄n constringitur, inchordant̄ musculi ex quibus pendet. Et anhelitus quidem fit apud extēsionem musculorū pectoris, & solutionem musculorum colli, & epiglottidis, & tracheæ arteriæ. Raucedo autem accidit ex extensione musculorū colli, alijs omnibus remanētibus in suo statu. Vox etiam fit, si musculi epiglottidis extendant̄, licet non musculi colli. Epiglottis ex tribus componit̄ chartilaginibus inæqualibus & dissimilibus: quarū vna est anterius, scilicet maior: duæ vero posterius, quarum altera supponitur alteri: quarum superior est minor. Habent quoque duas iuncturas: quarum duę sunt inter primam & secundam chartilaginem: & duo capita primæ chartilaginis intrant in secundā: & sunt duæ iuncturæ inter secundam & tertiam, quas continent sex musculi. In vtraq; s. iunctura sunt duo musculi, qui attrahūt tertiam chartilaginem ad posterius, & aperiūt os epiglottidis. Ecōtrario agunt alij duo musculi, & sunt exterius: & q̄n ambo extenduntur, claudūt os epiglottidis clausura perfecta, ita ꝙ nihil ex aere egrediatur. Necesse est aūt ad hoc vt fiat vox, vt duo modi musculorum, qui mouent epiglottidem, sint fortes ita, vt neutrum par cedat alteri in actione. Et intellige per hos musculos, illos q̄bus aperitur & claudit̄: & sunt erecti, & positi in rectitudine: & continuant̄ ex inferiori, & non superius: & mouent iuncturam per superiorem extremitatem: & habent duos neruos proprios, vnum in dextra parte epiglottidis, & alterum in sinistra, qui mouent tertiam chartilaginē: quorum cōcursus est ex inferiori parte ad superius: qui si scindant̄, laxabuntur illi, scilicet musculi, qui mouent epiglottidem, & destruetur motus eorū. Dum vox est in epiglottide, agunt in ipsam duo modi musculorū, illi s. qui aperiunt, & illi qui claudunt: sed si illi, qui claudunt, soli agunt, tunc accidet retētio anhelitus: & si illi, qui aperiunt, soli agunt aut neuter, tūc accidet anhelitus. Destruitur autem vox, quādo musculi, qui claudūt epiglottidem, destruuntur: siue illi, qui aperiunt, saluant̄: non. n. addunt neq; diminuunt in destructione vocis. Quādo Creator voluit in nobis ponere instrumentum vocis, primo posuit aliquid, quo aer sit in nobis velociter, & est pectus: deinde posuit occursum aeris in ipso ex via ampla ad cannalē strictum, vt aer per stricturam cannalium velocius currat: velocitas enim facit ipsum fortiorem: qui quando percusserit chartilagines, tunc fiet vox: percutit etiam præter hoc tracheam arteriam, & vuulam, & superius palatum, & locum cursus aeris per nares. Sed ex hoc non fit simpliciter eadem vox, sed quasi vox, vt stertitio & azegiz. Vox autem non fiet, nisi quando aer percutit primam epiglottidem, & est posita supra caput tracheæ arteriæ ad modum instrumenti, quo musici vtuntur tibicines. Si epiglottis amplietur plus, quàm oportet, minuetur velocitas motus aeris: & sic diminuetur fortitudo venti tunc secundum diminutionem velocitatis, & debilitatem percussionis: tunc enim minus resistent chartilagines aeri: non enim ampliantur, nisi quando non extenduntur, & remanent laxatæ. Quando autem epiglottis constringitur plus, quàm oportet, tunc aer qui exit ex epiglottide, erit paruus, & tunc erit minor percussio, quapropter vox erit parua: vox enim non potest crescere, nisi crescant illa duo, quibus fit, aer s. & percussio cremento proportionali: quodlibet

F G H

*Al. quatuor. *Al. anterius. *Al. sex.

A bet enim creſcit propter crementũ illius, à quo conſtat in ſubſtantia. Egreſſio aeris violenta non fit niſi per extenſionem muſculorum ipſorum: hoc autem differt ſm magis & minus, ſm fortitudinem extenſionis, & ſm multitudinem & paucitatem muſculorum. In egreſſione aũt aeris violẽta nimis, neceſſe eſt vt oẽs muſculi pectoris extendantur nimis, & maxime muſculi coſtarũ. Anhelitus aũt & vox nunq̃ fiunt abſq; his muſculis: In quibus ſi aliquod impedimentum aut nocumẽtum acciderit, ſecundũ numerum nocumentorũ erit deſtructio vocis. Si.n. motus medij numeri illorum deſtruit, medietas vocis deſtruit: & ſi tertia pars motus deſtruetur, tunc deſtruetur & tertia pars vocis: & vniuerſaliter illa pars, quæ deſtruetur de voce, erit ſm partem deſtructam de numero illorum muſculorũ. Adiuuant aũt hos muſculos duo muſculi, qui ſunt apud radicem coſtarũ: & illi, qui ſunt ex duobus lateribus ſpondylorum: et ex duobus muſculis procedentibus in longitudinem, muſculi, qui ſunt ſub diaphragmate poſiti. Sermo eſt ex voce: vox eſt ei quaſi materia: cũ enim anhelitus occurrerit epiglottidi, ipſa epiglottide exiſtẽte æquali in amplitudine, fiet vox: nam quando percuſſerit illam, fiet illud, quod fit in fiſtula apud exufflationem.

Tractatus Secundus.

B EX duobus neruis ſexti paris ramificant̃ ex parte pectoris duo parui rami, qui reuertunt̃ aſcendentes ad collũ ex duobus lateribus tracheæ arteriæ, quouſq; perueniant ad epiglottidẽ: quorum vterq; continuatur cum quatuor muſculis epiglottidis. Et ſex ex octo muſculis omnino neceſſarij ſunt ad hoc, ꝙ vox fiat: duo autem alij non in omnibus animalibus reperiuntur: quorum actio eſt, dum epiglottis clauditur completa clauſura. Ex iſtis autem ſex, duo ſunt in ipſo cannali epiglottidis: aliorũ vero quatuor, duo ſunt à lateribus, & duo poſterius. Duo aũt muſculi, qui intrant in ipſum cannalẽ epiglottidis, attrahunt iuncturam, q̃ eſt inter ſecundam & tertiam chartilaginem: & aperiunt illam duo muſculi, qui ſunt in lateribus, attrahendo illam iuncturã ad latera: et aperiunt eam duo alij muſculi, qui ſunt poſterius, attrahendo eandẽ iuncturã retro. Et ſex muſculi* præter duos prædictos neruos continuantur cum muſculis epiglottidis: quorum duo nerui deſcendunt ſuperne: & ramificantur ex ſeptimo pari neruorum cerebri, quando illud par appropinquat collo: & ſubiũgitur* per omnes muſculos, qui ſunt extra chartilaginem ſcutalẽ. Et duo nerui ex illis ſex deſcendunt ex tranſuerſo, & intrant interius epiglottidis, & illic diuiduntur. Et ſunt duo nerui deſcendentes, qui occurrunt duobus neruis aſcendentibus de pectore. Cooperculum epiglottidis eſt locus ſtrictus, & eſt in medio primæ chartilaginis: in quo loco propriè fit vox. Et aer, qui venit ex pulmone, currit per tracheam arteriam: & primo †occurrit de ampliſſimo† loco, C & percutit ipſum: deinde occurrit orificio cooperculi epiglottidis, quod eſt ſtrictiſſimum ex illo coopertorio: & acquirit velocitatem motus, & fortitudinem: & illic fortiter percutitur coopertorium epiglottidis, & fit vox. Extenſio duorum muſculorum, qui ſunt intra epiglottidem, prohibet ne coopertorium claudatur apud vocem: nam quando aer vehementer eleuatur, & continet in circuitu partes coopertorij epiglottidis, conſtringit illud coopertorium, & claudit orificiũ eius, & ſic prohibet ne fiat vox. Cum enim hi duo muſculi ponantur circundantes coopertorium epiglottidis, tunc quando extenduntur, reſiſtent aeri, qui venit fortiter. Coopertorium epiglottidis, quando homo vociferat, & quando anhelat anhelitu, aperitur & ampliatur multum. Quando autem* anhelitus retinetur, aut quando aliquid comeditur, perfectè clauditur tunc, adeo ꝙ nihil ex illo tranſibit neq; ab interiori parte ad exterius, nec ab exteriori ad interius. Cauſa autem huiuſmodi clauſuræ eſt in ipſa ſubſtantia coopertorij epiglottidis: eſt enim neruoſa mollis & leuis, vt ſit conſtans, & apta motui. Voci & orationi poſita ſunt tria membra, lingua ſ. & epiglottis, & trachea arteria. Et vnicuiq; eorum eſt poſitum quoddam inſtrumentum glandulatum ad hoc, vt temperet ipſum conuenienti humiditate. Lingua autem habet duas glandulas, in quibus ſunt duę venę, in quibus currit ſaliua ad linguam, & ad totum os. Collum autem habet duas glãdulas, in quibus D generatur humiditas. In epiglottide vero generatur humor phlegmaticus viſcoſus ad hoc, vt humectet illa inſtrumenta. Sed ex duabus glandulis, quę ſunt in collo, & ex corpore, quod eſt in epiglottide, non proueniunt venæ, in quibus currit humor, ſicut proueniunt ex duabus glandulis linguæ. Sed illæ, quæ ſunt in collo, ſunt in natura ſpongiæ, ex quibus pertranſit humor ille, qui currit ſuperne deorſum, ſine hoc, ꝙ indigeat eis, aut ſint ei neceſſariæ venę, in quibus currat. Et poſuit in epiglottide duos dentes, & duo foramina tranſeuntia ad illos dentes, ad concludendum orificium coopertorij epiglottidis. Et ſunt ibi duo muſculi continui, continentes radicem tertiæ chartilaginis. Et neceſſe eſt ad hoc, quòd vox fiat, quòd aer exeat vehementer: & quod curſus eius in epiglottide ſit ſtrictus. Quando vero canna erit ſtricta, vox erit acuta: & ſi ampla, erit grauis: ſi curta, erit addens in acumine: & ſi longa creſcit in grauitate. Humiditas autem epiglottidis facit voci grauitatem: ſiccitas vero acuitatem. Initium generationis vocis, eſt ex orificio linguæ epiglottidis: quod orificium quanto magis extenditur, tanto magis aeris percuſſio creſcit. Exiſtente ergo amplitudine orificij in ſuo ſtatu, ſi longitudo creſcit, altitudo vocis †cadit: ſed magnitudo eius creſcit ſecundum extenſionem orificij linguæ epiglottidis. Amplitudo autem linguæ, dum percuſſio fit illa potentia, quæ erat ante, quàm creſceret amplitudo epiglottidi, minuit acuitatem vocis, & creſcit in craſſitie & magnitudine. Si vero lingua creuerit nimis, & intrãuerit* de potentia

*AP. nerui

*AP. ſubmerguntur.

†AP. occurrit ampliſſimo

*AP. ſtatim fert

†AP. erit cadi

*AP. minuet

tentia percussionis, tunc crescet crassities vocis, quantũ crescet in grauitate, sed non crescet in magnitudine: vox autem crassa fit ex multo aere sine potentia. Cæterа autem instrumenta facta ad vocem seruiunt huic instrumento, sicut illa quæ sunt anterius vsq; ad orificium linguæ, quæ facta sunt ad magnificandam vocem, non ad acuendam. E

Tractatus Tertius.

DVo sunt musculi eorum qui sunt epiglottidis, qui procedunt recte in longitudine: & continuant chartilaginem scutalem cum osse, quod est inter linguam & epiglottidẽ: & attrahunt maximã chartilaginem epiglottidis sursum & ante: & incipiũt à loco alto, deinde descẽdũt ad epiglottidem: ex quo habemus, ꝙ illi attrahũt scutalem chartilaginẽ ad suũ caput. Et silr vnusquisq; aliorum musculorũ attrahit membrũ cum quo continuat, ad partẽ sui capitis. Et si hi duo musculi incidant, accidet voci maximũ nocumentum: eradicabit enim scutalis chartilago, & amplificabit locus ille totus: & laxat multum ita, ꝙ non potest resistere aeri, non enim remanet in ipso nisi tela, quæ continet œsophagũ & cannam tñ. Si aũt neruus qui continuat cum illis, scindat, minus nocebit voci: diminuet enim magnitudo eius, & fiet raucedo. Et sunt quidam musculi, qui continuant inter hanc chartilaginẽ & secundam, quorũ motus si destruat, modicum accidet nocumentũ voci, s. duo musculi parui: qui si scindant parua erit remotio, quę fiet inter primã & secũdam chartilaginem. Et dixi de quatuor musculis, qui sunt super chartilagines epiglottidis, qm̃ cõtinent cannam & epiglottidem intus: nã caput vniuscuiusq; eorũ est superius. Non ergo possunt declinari ad posterius, quia spondyli colli hoc prohibẽt: nec ad anterius, pp hos musculos: neq; ad latera, pp musculos ex transuerso positos: & sic remanent in cãna & epiglottide extensi, hoc aũt multum iuuat in hoc ꝙ fiat vox: aer enim ex quo fit vox, indiget cursu recto & stricto. Si trachea arteria ex vna esset chartilagine continua, non posset fieri fluctuatio in aliqua parte eius in percussione aeris: sed facta est ex pluribus chartilaginibus, quas cõtinet quædam tela gracilis, & sic mouet & fluctuat, qñ aer occurrit: ideo necessarij fuerunt musculi ad hoc, vt adiuuent & coniungant ipsam. Et quia trachea arteria facta est & ad anhelitum & ad vocem, ideo posita est anhelitui tela, quæ ligat ipsam inter chartilagines: Voci aũt facti sunt cum chartilaginibus isti musculi, vt constringant & adiuuent tracheam arteriã. Sunt enim duo musculi in cannali vocis, quibus proprie fit vox: sunt et alij duo extra, qui continuant tertiam chartilaginem cũ œsophago: & duo musculi qui mouent cannam. Apud destructionem motus eorũ fit raucedo: & fit vox rauca pp hoc, ꝙ aliquod corpus non sonorum percutit anhelitum. Et ipsa canna est non sonora in radice, quia est carnosa humida: epiglottis autem est sonora acutæ vocis, cum sit chartilaginosa sicca, resistens aeri: ideo quando humefit, accidit raucedo. Et tela quæ est super cannam humefit propter multa humida, quæ p ipsam transeunt: vnde ante aut potum aut cibum vox est clara, post autẽ minus clara: quòd si potus fuerit pius, q̃ oportet, vox erit rauca. Et ideo magis accidit raucedo senibus, propter multas superfluitates quæ generant in eis. Et in omnibus corporibus illa quæ sunt sicca, sunt clarioris vocis, q̃ illa quæ sunt humida. Si omnia instrumenta vocis aperiantur, tũc exit multus aer subito, & est anhelitus: si vero constringant, tunc cum anhelitu erit aliquod audibile, quod diuersatur ẽm diuersitatem instrumenti quod constringit, adeo ꝙ fiet percussio. Si vero epiglottis fuerit illud quod constringitur, tunc ille anhelitus erit vox acuta. Si autem fuerit canna, erit quiddam inter anhelitum et vocem, & est raucedo: & hoc erit, si non moueris epiglottidem, & dimiseris eam ociosam. Si vero dimiseris cannam non motam, & moueris epiglottidem, tunc fiet vox sine raucedine. Cãna autem nullam habet actionem in voce, nisi in hoc solummodo. Origo autem duorum neruorũ qui sunt in collo † à parte duorum neruorum ab alis, ex ipso cerebro est: & hoc est, quia actio eorum est de nobilioribus actionibus animalibus, & subtilior. Genera autem actionum sunt tria, s. cogitatio, voluntatis conseruatio, et imaginatio rerum. Et mittuntur à cerebro sensus et motus voluntarius ad alia membra. Vox autem est nobilissima actio voluntaria: fit autem ex nobilissimo motu animæ, s. ex motu cogitationis & deliberationis. Vnde hi duo nerui descendunt ex ipso cerebro ad stomachum, vt quando cibus defuerit, sentiat homo: vnde orificium stomachi fuit maioris sensus q̃ cætera mẽbra: & ex illo ascendunt duo nerui ad musculos epiglottidis. Et non posuit Creator hos neruos ex medulla spinali, quæ est inferior, & propinquior his musculis, sed origo eorum neruorum fuit à cerebro, vt instrumenta vocis sint continua cum eo quod regit vocem, s. cogitatione, quæ est in cerebro. Reuersio autem horum duorum neruorum inferne fuit, vt continuẽtur cum musculis inferne, & motus fit superne s. ex capitibus suis. Et duo nerui qui oriuntur à cerebro, diuiduntur in quatuor ramos vnusquisq;: & currunt super radices costarum ex superiori ad inferius: & vnus eorum intrat cor & pulmonem, alius stomachum, tertius reuẽrtitur ad radicem musculorum epiglottidis, cæteri autem intrant alia membra interiora & cannales. Et apostemata musculorum epiglottidis dicuntur angina interior & exterior. Et si in superiori parte palati acciderit humiditas, tunc claritas vocis corrumpetur. Vox habet duos terminos in acuitate & grauitate, quos si excesserit, destruetur. Nam si orificium coopertorij epiglottidis post stricturam quã habet in acuitate vocis, amplius constringatur, abscindetur: si vero extendatur & amplificetur post amplificationẽ, qua vox fit in vltimitate grauitatis, tunc fiet anhelitus almacror: & secundum dimi-

Marginal notes: *Al. nimis. — *Al. continuat — *Al. exit. — † Al. ad partẽ — *Al. cognitio — *Al. intrat. — F — G — H

A diminutionẽ anhelitus, si fuerit medius ab anhelitu qui est in nimia velocitate, erit diminutio percussionis aeris in coopertorium epiglottidis à prima pcussione. Si vero anhelitus almacror medius iungať amplitudini mediæ in or ficio coopertorij epiglottidis, tunc vox in veritate erit media inter acutã & grauẽ, quia motus pectoris indiget potẽtia. Ideoq; qui multum debilitatur, tacet frequentius, nisi ex aliqua solicitudine, & tunc cum magna angustia loquitur, & tunc musculi debiliter constringunt pectus, & transitus aeris erit tardus. Cogetur ergo vt coopertoriũ epiglottidis ponat valde strictum, qñ voluerit loqui, vt quod deficit ex velocitate aeris, perficiatur ex strictura cursus eius in epiglottide. Nam si instrã vocis amplissima essent, tunc vox destrueretur.

Tractatus Quartus.

SI spinalis medulla abscindať in initio pectoris, & fine colli, & in initio dorsi, vbi septimus spondylus occurrit octauo, destruatur exufflatio totaliter, & vox omnino: nerui.n. veniunt ad omnes musculos, qui sunt intra costas, & intra hunc spondylum. Ad diaphragma veniunt tria paria neruorum, quorum maius oritur ex spinæ medulla post spondylum tertiũ spõdylorum colli: minus oritur ex spinali medulla post spondylũ nonum: tertium* ex medio} inter hæc quidem oritur ex ipso cerebro. Si ergo spinalis medulla abscindať apud tertium spõdylum, tunc diaphragma carebit duobus paribus neruorum, & remanebit ei motus tertij paris, quod venit ex cerebro. Anhelitus almacror fit per musculos qui sunt inter costas: & musculi qui sunt supra ventrem, augmentant anhelitũ, & tñ vox non ex actione istorum musculorũ augmentatur. Et si duo nerui, qui sunt ad partem duarum venarum pulsatilium destruantur, vox erit: & accidet musculis, qui sunt inter costas, aliqua occasio: & ramificantur ex his duobus neruis rami, qui continuantur cum canna & pulmone, & diaphragmate, & stomacho, & hepate, & splene, & omnibus intestinis. Ad musculos autem, qui sunt inter costas, non veniunt nerui nisi ex sola spinali medulla. Et inter musculos & neruos, qui sunt in epiglottide & canna, nõ est cõtinuatio. Et oẽs musculi, qui sunt inter costas, sunt xxij, qui totidem habent neruos: quorum si vnus abscindatur ab vno latere, destruetur medietas anhelitus, & medietas vocis. Quidam putauerunt ꝙ actio anhelitus sit naturalis, cum fiat in somno & vigilia æqualiter, & sine voluntate. Alij dicunt ipsum esse voluntarium, quoniam qñ volumus anhelamus, & quando volumus retinemus: & hoc est verum secundum nos, vt patet ex nostra anatomia. Alij dicunt ꝙ est medius inter voluntatem & naturam.

*quod est medium.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE VTILITATE RESPIRATIONIS

CENSVRA

Multa vera in hoc quoque libro insunt, sed magna ex parte Aristotelica.

CAlorem vitalem, qui est in corde, dicit Aristoteles nutriri à sanguine, pingui & vnctuoso existente, eodem mõ quo flãma nutritur ab oleo: Et eiusdem caloris extinctionem, quẽadmodum & flamæ, dupliciter fieri. Nam sicut flãma extinguitur dupliciter, siue cõsumpto oleo, siue addita ei maiore flãma, similiter calor vitalis extinguitur in morte aĩalis, aut ex defectu puri et pinguis sanguinis vt in consumptis, aut aquoso sanguine repletis, aut ex superuentu caloris maioris vt in febriẽtibus. Inuestigans aũt Aristoteles, quare maior flãma extinguat minorẽ flammam ei appositam, dicit maiorem flãmam cõsumere nutrimentum minoris flãmæ vsq; adeo cito, vt nõ possit æque cito nutrimentum succedere. Dico autem maiorem flãmam trahere ad se minorem cã similitudinis vsq; adeo cito, vt non possit æque cito minor flãma attrahere aliam flãmam, ex eo à quo nutritur sibi succedente. Nutritur aũt flamma non solum à pinguedine aliqua, immo ẽt ab aere vicino: & fit nutritio nõ vt quidam putant per alterationem nutrimẽti, neq; per assimilationẽ eius ad id quod nutriť, sed per attractionem partiũ nutrimẽti, similium ei quod nutritur: id.n. à quo nutritur ignis, necesse est vt in se habeat igneas partes. Quod aũt ignis nutriať ex aere, probať ex eo, quia si inter terrã fodiatur specus ampla angusti oris, & magna lignorum congeries intromissa incendatur imisso igne, obstruso quidem foramine, necesse est ligna eodem momento oĩno extingui. Exit.n. ignis per poros terræ superiectæ: & non potest aer subintrare ad reparationem ignis exeũtis, tum quia aer obstrusior est igne, nec æque mobilis est vt ignis: tum quia necesse est plus aeris influere, ꝙ sit ignis affluens,

qui

qui reparandus est ex eo, pro eo quod non ex toto aere, sed ex solis igneis partibus quæ sunt in aere fit E ignis: fitq; ex plurimo aere multo minor ignis: nã & similiter in omni nutritione fit ex multo nutrimento res modica p digestionẽ. Vir etiã quicquid fit ex alio, minus est eo à quo generat, quod tñ pleriq; negant: nã sicut, inquiunt, ex modica aqua fit multus fumus, similiter quoq; ex modica aqua fit multus aer, ita quoq; ex modico aere fit multus ignis. Dico autem quod fumus non fit ex sola aqua, sed habet plurimũ aerem, in quo disseminatæ sunt aqueæ particulæ: quod est videre hoc modo. Nam qñ bullit aqua in vase ad ignem, ignis quidem transit per poros vasis ad aquam, faciens illam tumescere & ampullas eleuari: fiuntq; ampullæ ex directo ignis, qui est sub vase: sicq; ad mediam aquam transit ignis ascendens in aerem, attrahitq; secum aqueas particulas, cum quibus aeri admiscetur: feruntur q; aqueæ particulæ sursum, donec deserunt à calore inferiori aere, quem frigidum esse constat, vt ostensum est alias. Amplius aũt nubes, cum sit fumus, congelata quidem fit nix, quemadmodum pluuia congelata fit grando: nix autem plurimum habet aerem, quemadmodum spuma: & est alba vtraq; pp aerem sibi commistum, quem Aristoteles esse albũ ostendit: sed hæc hactenus. Qm̃ aũt flamma in continuo fluxu est, & cõtinue generatur alia & alia flãma, succeditq; posterior flamma in locum prioris, immo in modum fluuij, putant quidam priorem flammam sursum ascendentem extingui ab aere. Dico autem eã admisceri aeri, disseminariq; in eo per F minutas particulas: nam & similiter disseminata fuerat prius, non solum in eo à quo generata est, immo etiam & in aere vicino, præsertim cum multo plus nutrimenti habeat flamma ex aere quàm ex aliquo alio. Sicut autem flamma in continuo motu est, & in modum fluuij alia alij succedit, & ita calor continue effluit à corde ad venas, & per venas ad totũ corpus, & inde continue effluit extra corpus: nam & vestes non ob aliud calefaciunt, quàm quia retinent calorem continue euaporantem à corpore per poros. Sunt autem pori venæ subtilissimę per quas effluit calor, & etiam sudor, qui nihil aliud est quàm aqua sanguini admista: qñq; poris amplius dilatatis effluit ipse sanguis. Quod autẽ pori sint venæ subtilissimæ, inde patet, quod quælibet vena producit ex se aliam venam minorem, & aliam iterum minorem, vsq; dum diuisio perueniat ad capillares venas. Accidit autem poros per frigiditatem, aut aliquo viscoso fumo oppilari: & tunc calor multiplicat in venis, non enim sufficienter euaporare potest: tum propter angustiam pororũ, tum quia fugit interius propter frigiditatem sibi contrariam, quæ est exterius. Dicit enim Aristoteles vltimã digestionem cibi fieri in corde, sanguinẽq; in ventribus cordis generari. Dicit quoq; Aristoteles: Primũ & vniuersale initium oium sensuum est cor, non aũt cerebrum, vt quidã asserunt: hoc aũt est indicium, quod impossibile est dolorem fieri in aliqua parte corporis, quin fiat passio in corde: & si multus fuerit dolor, facit syn- G copen cordis: nam omnes partes corporis colligantiam habent ad cor per medias venas, & pelliculas, & neruos. A duobus igitur ventriculis cordis procedunt magna vena & arteria ad supremum spondylum colli. Nam magna vena, quæ dicitur caua, procedit à dextro vẽtre cordis: & primo transit ad gibbum hepatis, & inde per dorsum ad caput. Magna vero arteria, quæ dicitur aorta, qñ procedit à sinistro ventre cordis, primo transit ad quintum spondylũ dorsi, qui cæteris spondylis vicinior est cordi: vnde qñ œsophagus spondylis innititur, declinat quidem in quinto spondylo dorsi, & in alteram partem dans locum magnæ arteriæ. Prædicta vena & arteria veniẽtes ad caput, coniunguntur duabus pelliculis cerebri, & etiam pelli quę per omnes spondylos protenditur, & tegit spinalem medullam. Dicũt aũt anatomici duplici pelle tegi spinalẽ medullam, quemadmodum & cerebrum. Ab his vero pellibus cerebri & spinalis medullæ procedunt omnes nerui corporis. Nihil igitur de corpore sensibile est præter venas, & arterias, & pelliculas, & neruos, cum sit ex eis vnum quoddam continuum cum corde: alia vero membra insensibilia sunt, vt ossa, & ligamenta ossium: Quorum duplex est genus: nam eorum quibusdam colligãtur ossa ad se inuicem, alijs vero colligantur ad musculos. Sunt autem & chartilagines omnes insensibiles, quemadmodum & ossa: nam & plerunq; ab ossibus procedunt, & si non omnes. Sunt autem maximæ H duæ chartilagines corporis, altera quidem ex qua constat trachea arteria, & altera quæ procedit ab osse puppis: & est maxima pars virgæ virilis, & colli matricis. Sunt etiam insensibiles oẽs pinguedines, & medullæ, & ipsum cerebrum, & est etiam caro pulmonis insensibilis: circundatur autem tribus pelliculis, quarum duæ procedunt à vena & ab arteria, quę à duobus ventribus cordis procedunt, & hæ duæ pelliculæ sunt sensibiles: tertia vero procedit à trachea arteria, quę est insensibilis, quemadmodum ipsa trachea arteria à qua procedit: fitq; per hanc inspissatio aeris ad cor ẽm fistulas ipsius, quæ à trachea arteria procedunt. Similiter aũt hepar & splen insensibilia sunt, quemadmodum & pulmo, exceptis etiam quibusdam venis, neruis, & pellibus quę in eis sunt, quę procedunt ad pulmonem, & hepar, et splenem, dilatanturq; in eis. Sunt autem glandulę omnes insensibiles, quemadmodum & pinguedines, cum sint de genere pinguedinis: quamuis quedã videantur sensibiles propter pelliculas sibi insertas. Sunt autem tam pinguedines quàm glandulæ omnes in corpore ad fomentum et conseruationem caloris naturalis: quamuis enim calor à corde ad totum corpus procedat, sunt tamen quædam corporis partes magis susceptibiles caloris, quàm cęteræ. Pinguedo enim quæ superposita est hepati, & spleni, & intestinis, calefacit ea, facitq; nutrimẽtum digeri in eis. Vnde cũ cuidam pugili pinguedo hæc in palestra rupta esset, & postmodũ liui-

da

* Al. vicinior fit.

* pubis.

A da facta, à medico erepta esset, cœpit pugil supra modum frigoris esse impatiens, & consueta cibi digestio in ventre mutata est. Glandulæ autem quæ à radice linguæ sunt, non solum generant saliuã, sed etiam digerunt sanguinẽ in venis, quæ ad meningas cerebri coniungunt. Cum.n. meninges cerebri constent & ex subtilissimis venis, quæ à crassis venis colli procedunt, non potest sanguis venulas meningum subintrare, nisi fuerit plurimũ digestus. Itẽ glandulæ sunt in mesenterio caloris causa, attrahentis succũ cibi ab intestinis ad venã hepatis. Itẽ testiculi, & mãmillæ glandulosæ sunt ad generandũ sperma & lac. Adiacent ẽt collo vesicæ glandulę, caloris causa attrahentis vrinam à renibus, & insuper sperma digerentis. Quidam ẽt inter glandulas annumerãt renes, qui vrinam attrahunt à vena quæ est in gibbo hepatis: quãuis Aristoteles dicat nõ ob aliud renes esse in corpore, q̃ vt per eos excolet̃ vrina: nã vasa duo deferẽtia vrinam à gibbo hepatis terminant̃ ad duos renes: & rursus ex alia parte renum oriuntur alia vasa vrinalia procedentia vsq; ad vesicam, perforata intra vesicã foraminibus pluribus atq; subtilibus, per quę fluit vrina vesicę: & hęc quidẽ foramina in mortuo animali non apparent, pro eo ꝙ frigiditate obtusa sunt. Dico autẽ calorem, qui est in sinistro ventre cordis & in arterijs, non solum nutriri ab aere influente ꝑ fistulas pulmonis, immo ẽt ab aere influẽte per poros corporis: quod probat̃ ex eo, quod accidit in passione qua-
B dam, quæ dr̃ suffocatio matris, in qua nulla fit manifesta inspiratio aeris. Dico aũt in hac passione cor comprimi à matrice sursum eleuata: modicumq; calorem remanere in eo, quod nutritur à modico aere influente per poros. Nam & similiter plura animalia viuunt, non habentia cor neq; pulmonem, quorum calor vitalis cum sit modicus, nutritur ab exteriori aere influente per poros: hęc autem sunt parua animalia, vt muscæ, & similia: & etiam in piscibus polypodes, & alij oẽs qui sanguinem non habent: quãuis etiã de cæteris piscibus sanguinem habentibus dubitetur, q̃uo spirẽt intra aquam. Constat autem maiores pisces spirare aerem extra aquã, quos etiam pulmonem habere manifestum est. Minores vero pisces, qui loco pulmonis branchias habent, spirãt intra aquã: spirantq; aerem, qui modicus est intra aquã, per poros branchiarum, qui sunt proportionales fistulis pulmonis: quemadmodum enim fistulæ pulmonis, ita similiter & pori branchiarum vsque adeo angustantur in ea parte, quæ terminatur ad cor, vt non capiant aquam, sed aerem solum, qui per poros excolat̃ ab aqua, trãsiẽs ad cor. Quòd autem aer sit intra aquã ꝓbatur ex eo, ꝙ q̃n congelatur aqua, fit minor, propter aeris expressionẽ: vnde Aristoteli visum est, ꝙ pisces qui branchias habent loco pulmonis, non attrahant aerem, sed aquã attrahant ad refrigerandum calorem cordis. Nam & similiter de habentibus pulmonem dicit Aristoteles, quòd attrahunt aerem ad refrigerã-
C dum calorem cordis, cum ostensum sit aerem inspiratum præstare nutrimentũ calori cordis. Hippocrates autem in libro de generatione animalium dicit aerem inspiratum refrigerare pariter ac nutrire calorem cordis. Aristoteles quoque in quodam loco affirmat, quòd omne nutrimentum influens, refrigerat id quod nutrit: & addit etiam, quòd deficiente nutrimento, fiat caloris augmẽtatio, ratione vacuitatis: & hoc ostẽdit per simile eius quod accidit in ventre & matrice, quæ postquam sunt vacua, calidiora fiunt, q̃ quãdo plena fuerint. Huius autem causam determinauimus in libro quem de spermate ędidimus. Et hoc quidem hactenus. His igitur pręmissis, postmodũ scire oportet, ꝙ cum in corpore sint vena, & pellis, & neruus, quæ sunt receptacula sanguinis, & spiritus, & pellis quidem mediam habet naturam inter neruum & venã: & manifestum est quòd ad omnem pelliculam coniungitur aliqua vena, quæ in ipsa pelle diuiditur in multas subtiles venulas, subtilem sanguinem capiẽtes. Habet autem & neruus venulas, ideo & findi potest in lõgum: sed habet eas plurimum subtiles, solum capientes spiritum. Dico etiam ꝙ instrumẽta omnia sensuum continentur pelliculis, fiuntq; sensus in ipsis pelliculis: vt est videre in oculo, cuius pelliculæ plenæ sunt humore aqueo, & originem habent à cerebri pelliculis: fitq; visus non in crystallino humore oculi, vt Aristoteli visum est, sed in pelliculis oculi. Quarum duæ procedunt à duabus
D pelliculis cerebri: & tertia à neruo, qui opticus idest visibilis dicitur: proceditq; ab ipsis pelliculis cerebri. Est autem pręter has pelliculas tres, quædam alia quarta, quæ est in oculo: quæ alba est, & continet omnes alias, ꝓceditq; à pellicula quæ tegit cranium, & est insensibilis: est autem hęc pellicula in piscibus valde dura, & ferè in modum ossis. Similiter autem & pellicula plena aere locata est intra aurem, in qua fit auditus. Et pelliculæ plenæ spongiosa carne locatæ sunt intra nares, in q̃bus fit olfactus. Et omnes hæ pelliculæ originẽ habẽt à pelliculis cerebri. Idem quoq; oportet intelligi & de pelliculis linguę, in qua fit gustus. De tactu autem dicit Aristoteles, ꝙ fit in carne totius corporis. Dico autem ꝙ non fit in carne, sed in pelliculis carni commistis: manifestũ est enim reticulatam carnem esse pelliculis valde subtilibus, quæ à crassis venis procedunt, & ab eis deportant subtilem sanguinem ad nutrimentum carnis. Probat autem Aristoteles, ꝙ principium motus, quemadmodum & sensus, est in corde, pro eo ꝙ omnis motio fit cum vi & conatu. Vim autẽ facit contentio spũs: origo autem spiritus est in corde: deinde ex contentione spiritus, fit in omni conatu inflatio venarum, & neruorum, & etiam pellium cerebri, & spinalis medullæ, & principaliter diaphragmatis. Constat enim vires corporis omnes esse ex neruorum tensione: causa autem tensionis nerui nulla est alia, quàm spiritus neruũ inflans. Sed quia origo spiritus est à corde, oportet prius diaphragma inflari, & postmodum venas, deinde duplicem pellem spinalis medullæ,

Fortassis in li. d corde ad mediũ: quo in loco inquit Hip. cor ipm ex toto ventilari, & ipm attrahere.

& ipsius cerebri, vltimo vero neruos. Spiritum aũt voco non solũ vaporem sanguinis, sed etiã aerem inspiratum, qui ei admiscet: transit.n. aer inspiratus à pulmone ad ambos vẽtres cordis, & inde per venas & pelles vsq; ad neruos. In omni igit conatu fit per contentionẽ anhelitus, conclusio spiritus inter diaphragma, & in ipsis fistulis pulmonis, q̃ procedunt à trachea arteria, pòst quã fit aeris inspiratio: & idem spiritus cõprehensione diaphragmatis transmittit per fistulas pulmonis ad ventres cordis, & inde ad venas, & pelles, et neruos. Contingit aũt oppilationẽ fieri in loco, in quo vena & arteria procedentes à corde, transeuntes per collum, coniungunt ad pelliculas cerebri & spinalis medullæ, ex humore, aut fumo, multo aut paruo, & tantũ crasso, aut subtili: fitq; ibi oppilatio per angustiam venularum, quæ procedunt ab illis venis, disseminanturq; in pelliculis cerebri & spinalis medullę. Dico aũt ex hac oppilatione fieri somnum, qñq; epilepsiam, & qñq; etiam apoplexiam. Fit aũt apoplexia ex humore plurimo & crasso. Epilepsia ex humore non tãto, neq; adeo spisso: et qñq; ex solo fumo crasso, ascendente à stomacho, aut pede, aut aliquo mẽbro alio: in his quidem videtur aura subtilis & frigida ascendere ad caput. Somnus autem fit ex multo fumo subtili, faciente diuturniorem, sed minorẽ, & facile solubilem oppilationem: vnde quidam in somno sentiunt, & mouentur, & etiam loquuntur, & imaginantur somniantes: nam & similiter imaginantur quidam in epilepsia, & etiam in syncope, quæ est passio cordis. Fit autem quibusdam in epilepsia spuma circa os, dum spiritus, qui fertur à corde in venas sursum, occurrit humori facienti oppilationem, & ei admistus spuma fit. Est.n. spuma admistio aeris & aquæ, aut humoris: ideoq; alba est vt aer: & ephialtes quædam epilepsia, quæ fit in somno, fit autem ex mistione tanq̃ epilepsia: ideoq; non in vigilante, sed in dormiente. Vt enim prædictũ est, somnus & epilepsia fiunt in eodem loco, & ex simili causa: vnde Aristoteles dicit epilepsiã esse somnum quẽdam: verũ ephialtes lõgo tpe perdurans in epilepsiã conuertit. Amplius aũt dicit Aristoteles, ꝙ quibusdam venis colli compressis fit homo insensibilis, & similis dormienti: vnde & antiqui venas illas vocauerũt carotidas propterea, ꝙ in eis fit caros, quod est insensibilitas & immobilitas totius corporis. Cõpressio diaphragmatis, quæ fit in respirando, causa est prolationis vocum, qñ vuula, quæ est in gutture, supponitur tracheæ arteriæ ita, vt respiratio fiat per angustum. Spiritus.n. exiens per angustum, qñ colliditur vuulæ sibi oppositæ, facit sonum: alioquin fit respiratio sine sono, quando spiritus liberum habet exitum: est enim diaphragma respirationis origo, & vocis, & omnium virium corporis. Est autem & ipsa vuula principium vocis, quia sensibilis ac mobilis, quemadmodũ diaphragma. Et insuper efficit vires corporis, quemadmodum & ipsum diaphragma: nam in oĩ conatu fit oppilatio omnimoda tracheæ arteriæ suppositæ vuulæ, vt compressione diaphragmatis spiritus qui est in fistulis pulmonis, non possit sursum per os exire, sed transmittat ad cor, & à corde ad venas, & inde ad pelles cerebri & spinalis medullæ, à quibus nouissime transmittitur ad neruos: quorum tensio vires corporis efficit: tendunt aũt modico spiritu eos subintrante & inflante.

*Al. per quam.

*Al. inde.

Pulmo autem est immobilis ẽm se ipsum & insensibilis, quemadmodum & ipsa trachea arteria: vnde & in peripneumonia non sentit dolor, sed grauitas sola. Mouet autem pulmo cũ diaphragmate, eo ꝙ colligantiam habet ad ipsum quibusdã pelliculis: & insuper ex eo, quia dilatatione diaphragmatis maior existit capacitas inter diaphragma, quam necesse est impleri ex aere in spirando, & inflante fistulas pulmonis, quæ intra diaphragma continentur. Quæritur autem de motu diaphragmatis, vtrum sit voluntarius. Si enim est voluntarius, quo modo igitur fit in dormiente: si autem non est voluntarius, quo modo ergo potest voluntarie retineri? nam & quidam leguntur tandiu continuisse, donec extincti sunt. Dico autem motum diaphragmatis voluntarium esse, fieri quidem voluntarie per neruos, nihilo minus etiam fieri propter aliam causam. Nam cum calor continue effluat à corde, necesse est continue influere aerem ad cor, qui inflat pulmonem, & propter hoc totum diaphragma, pro eo quòd pulmone inflato necesse est capacitatem diaphragmatis augmentari. Non solum autem inflatio pulmonis, quæ fit ab aere inspirato, causa est vt diaphragma dilatetur, immo etiam, quia aer inspiratus transit à pulmone per cor ad venas diaphragmatis, procedentes à corde, in quo est origo venarum omnium, non solum pulsantium, immo etiam & aliarum, vt alibi ostenditur. Non solum autem venæ diaphragmatis inflantur spiritu, immo etiam aliæ venę remotiores à corde, vt in forti conatu est videre: nam & venas pellium cerebri ab eadem causa accidit inflari, vt apparet in habentibus fractum cranium, si anhelitum cõtineant: nã & spiritus, qui neruos subintrat, procedit à corde ad neruos per intermedias venas: quod probatur ex eo, quòd quibusdam venis colli compressis, fit homo absq; omni sensu et motu. Non solum autem pulmo ministrat cordi aerem ad nutrimentum caloris vitalis, immo etiam communit & conseruat calorẽ, qui est in corde: cuius simile est in cinere videre, qui superponitur igni ad conseruandum ipsum. Habet autem pulmo, quemadmodum & cinis, plurimam raritatem, per quam habet ignis moderatam respirationem, & moderatam aeris influxionem: fitq; inspiratio, & respiratio per fistulas, procedẽtes à trachea arteria, ad cor terminatas, quę sunt in pelle circũtegente pulmonem. Manifestum est enim, quòd ad conseruationem ignis necessarius est aer, non vt quidam putant propter refrigerationem, sed nutrimenti causa: est enim aer nutrimentum ignis: omne autem nutrimentum, simile fit ei, cuius est nutrimentum: aer enim influens per poros cineris, ignit,

ad re-

A ad restaurationem euaporationis ignis: aer enim per digestionem fit ignis. Digestionem voco separationem ignearum aeris partium ab alijs partibus: est enim aer corpus dissimilium partium, habens caliditatis & frigiditatis particulas in se ipso: vnde nec aer est elementum, sed, sicut alibi ostensum est, duo tantum sunt elementa, calidum & frigidum. Dico etiam quòd ex aere fit aqua, euaporatione ignearum partium. Nam cum omnium fluminum origo sit à montibus, dicit Aristoteles non solum vapores aqueos ascendere inferne per venas quasdam ad crepidinem montium, & inde distillare, sed etiam in ipsis venis montium aerem per frigiditatem in aquam conuerti. Manifestum etiam, quòd nec aqua est elementum, nec aer: fit enim ex aqua glacies, expressione aeris, qui in ea erat: vnde minor est glacies, quàm fuerit aqua, propter aeris eductionem: nam & omne metallum maius fit, si liquefiat, quàm fuerit prius: ignis enim subintrans liquefacit aquam, quæ in poris metalli congelata est. Sunt autem pori in metallo adeo angusti, vt non possit aer, sed solus ignis subintrare. Rursus autem oportet scire, in omni nutritione id quod nutritur, attrahere & congregare particulas sibi similes, quæ disseminatæ sunt in eo, à quo fit nutrimentum, pro eo quòd naturaliter simile ad suum simile tendit. Fit autem digestio nutrimenti per calorem, pro eo quòd calor, vt ait Aristoteles, aggregat similia, & disgregat dissimilia. Quemadmodũ enim in B ventilatione adunatur per commotionem granum seorsum à palea, ita etiam similiter in nutrimento fit per calorem commotio omnium partium, & in ipsa commotione similiter in nutrimento similium ad se inuicem adunatio. Facit autem calidum commotionem, pro eo quòd in continuo motu est, vt est videre in aqua bulliente. Amplius autem calor inspissat nutrimentum, dum continua sua euaporatione partes aqueas secum trahit. Deinceps autem oportet scire solum diaphragma esse principale instrumentum respirationis, pulmonem autem fistulis plenum recipere multitudinem inspirati aeris in fistulis suis: & ob hoc receptaculũ spiritus appellatur. Subintrante igitur aere inflatur pulmo, & rursus paulatim detumescit, aere paulatim transmisso ad cor, ad nutrimentum caloris qui est in corde. Vnde quia colligitur multus aer in pulmone, qui sufficit aliquandiu ad nutrimentum caloris cordis, inde est, quòd aliquis potest aliquando absque spiratione perdurare, & aliquando absque interpolatione vocem protrahere. Insuper autem & aer breui aliquando tempore permanens in pulmone calido existente, ibiq; digestus efficitur competentius nutrimentum caloris cordis. Dicit enim Aristoteles, quòd pisces, qui branchias loco pulmonis habent, attrahunt interius aquam, ad refrigerandum calorem vitalem cordis. Dico autem calorem vitalem nutrimento indigere, non autem refrigeratione: nutrimentum vero ignis nullate- C nus est aqua, sed aer. Sunt enim in prædictis piscibus pori quidem branchiarum ad cor adeo subtiles, quòd non capiunt nisi aerem solum, per quos transit aer, qui est aquæ commistus. Dicit autem Aristoteles aerem non esse intra aquam, persuadens hoc ex eo, quòd cum aer leuior sit, aquæ supernatat, non autem admiscetur ipsi. Est autem sibi ipsi contrarius, cum alibi dicat glaciem fieri ex aqua per expressionem aeris qui est in ea. Verum pisces pulmonem habentes multo plus habent caloris, quàm cæteri pisces, vt delphini, & phoca, & canis, & cete omnia, & similia. Quoniam igitur multus calor qui est in eis multo indiget aere ad sui nutrimentum, inde est quòd spirant extra aquam. Scire autem oportet, quòd trachea arteria veniẽs ad pulmonem, facit circa eum pellẽ plenam fistulis pluribus ac subtilibus, quæ terminantur ad ventrem sinistrum cordis: habentq; foramina subtilissima, per quæ capiunt aerem solum, non autem sanguinem: fitq; per hæc foramina inspiratio aeris ad sinistrum ventrem cordis: sanguis autem qui est in sinistro ventre cordis, non potest per ea effluere, propter earum angustiam. Amplius autẽ vena et arteria procedentes à duobus ventribus cordis, perueniunt ad pulmonem, & faciunt circa eum pelles duas, plenas venis & arterijs pluribus ac subtilibus. Quoniam autem in conatu fit cõnclusio spiritus, non solum in fistulis pulmonis, sed etiam in venis & neruis, contingit quandoq; terminos venarum ex multo spiri- D tu dilatari, spirituq; exeunte trahere secum sanguinem: estq; sanguis hoc modo exiens spumosus, propter spiritum sibi admistum. Accidit etiam eadem causa sudorem exire per poros corporis. Est autem sudor, sanguini aqua admista. Pori vero sunt venæ subtilissimę, quę à crassis venis procedunt. Contingit autem poros ex multo aut feruido spiritu vsque adeo dilatari, vt etiam exeat sanguis per eos, fiatq; sudor sanguineus. Miror autem plurimum super eo, quod dicit Aristoteles se vidisse poros cordis in pulmone, per quos fit aeris inspiratio & expiratio, cum sint imperceptibiles propter suam paruitatem, quemadmodũ & pori vesicæ, per quos ingreditur vrina: maxime cum per frigiditatem obstruantur huiusmodi pori in mortuo animali. Dicit enim tres esse vẽtres cordis: cum sit patens visui esse tãtum duos, ab vno enim procedit magna vena, & ab alio magna arteria: in paruis etiam animalibus vnum tñ esse, à quo procedit magna arteria. Postmodum autem scire oportet, ꝙ pulmo, cũ sit spongiosus & calidus, habet vim attractiuã: attrahitq; aerem ad se, ad refrigerandum calidum cordis, quemadmodũ ventosa igne intromisso: exit enim ignis per poros ventosæ, & necesse est aerem subingredi. Idẽ quoq; est videre in hepate, quod spongiosum est et calidum: attrahitq; succum cibi ab intestinis per medias venulas cuiusdã pellis, quę media est per intestina & concauam venam hepatis, & continuata est vtrisq;: dicunt aũt venulę illæ mesaraicæ, hæc mesentericæ: pellis in qua sunt, mesenterium siue mesareum appellat: & protẽditur à me-dio

*A E cõculcatio

dio ventre per intestina. Dicit enim Aristoteles mesenterium vicem radicis obtinere: sicut enim E radix attrahit nutrimentum à terra, ita & mesenterium ab intestinis nutrimētum corporis animalis. Cor etiam, in cuius concauitate plurimus est calor continue effluens, attrahit continue à fistulis pulmonis: attrahit etiam succum cibi à concaua vena hepatis, quia, vt ait Aristoteles, in corde perfecte digestus sanguis fit. Rursus autem cor attrahit ab intestinis succum cibi aliunde quam per hepar, idest per mediam arteriam: arteria enim, quę protenditur à corde per dorsum, & coniungitur mesenterio, non transit per hepar, cū dicat Aristoteles, In hepate nulla est omnino arteria. Est autem sanguis arteriæ liquidior quam venę: & præ nimia sua aquositate non coagulatur, quemadmodū sanguis qui est in vena. Huius autem hæc est causa, quod hepar venæ suppositum maximā habet vim attrahendi: attrahitq; succum cibi multum ac spissum ab intestinis: ideoq; in vena multus est sanguis ac spissus, qui cito coagulatur euaporante aqua. E contrario vero sanguis arteriæ modicus est & aquosus, pro eo quod arteria habet vim attrahendi debilem ex solo proprio calore, & etiam ex corde. Dicit enim Aristoteles, quod in quibusdam animalibus sanguis ipsius venæ liquidus est, & nō potest coagulari, vt in ceruo, & lepore: suntq; huiusmodi animalia timida, pro eo quod habent sanguinē frigidum & aquosum. Rursus autem quędam animalia habent sanguinem valde spissum ac terrestrem, qui coagulatur statim, vt taurus: cuius etiam sanguis venenosus est. Et huiusmodi quidem F animalia habent pinguedinem quandam terrestrem, quæ sepum dicitur: & sunt plurimum ossuosa: & sunt etiam calida & audacia: nam sanguis terrestris plurimū calidus est, pro eo quod est receptaculum amoris: sed prius cōntingit calorem in eis egisse, vt est videre in calce, & cinere, similiter & sale. Nam sal genus terræ est, estq; sal terra incensa: quod probat Aristoteles ex eo, quod quibusdam calamis incensis & incineratis fit sal, si mistus fuerit aquæ, & eadem aqua bulliat ad ignem. Vinum etiam quanto fortius est, tanto terrestrius est: quod probatur ex eo, quod quanto fortius est, tanto pōderis plus habet, adeo etiam quod supernatat oleum in eo. Amplius autem vinum, & liquores alij, varios sapores habent ex terra sibi admista: vnde in quadam regione vinum suspensum ad ignem in vtribus, indurescit in modum salis, euaporante aqua. Dicit etiam Aristoteles, quod in sanguine spisso inueniuntur neruuli quidam: et quanto spissior est sanguis, tanto plures insunt: in liquido autem sanguine nulli possunt inueniri. Dicit etiam Aristoteles, quod homines liquidioris sanguinis, sunt timidi, sed boni sensus, ex eo quod molles carnes habent, suntq; passibilia maxime in eis instrumēta sensus. Vidēdum autem est deinceps, vtrum aliquis meatus sit à vena ad arteriam: quod quidē probatur ex eo, quod si scinditur vena aut arteria, effluit omnis sanguis, tam qui est in venis, quam qui est in arterijs. Quæritur autem quo modo sanguis intret arteriam, si verum est, vt plurimi putant, totum G succum cibi, ex quo fit sanguis, transire ad venam hepatis. Aiunt igitur quidā, quod cum vena & arteria habeant in corpore parietem communem fistulas quasdam habētem, sunt quidem in medio illarum fistularum quidam meatus angusti, per quos excolatur sanguis: & meatus illi in mortuo animali non apparēt, quoniam per frigiditatem sunt obstructi. Dico etiam mesaraicum, per quod transit succus cibi ab intestinis per totum corpus, non solum cōtinuari venis hepatis, immo etiam arteriæ cuidam procedenti à dorso, & non transeunti per hepar, sicut testantur omnes qui de anatomia scripserunt: ex quo manifestum est, succum cibi non omnino transmitti ad venam hepatis, immo etiam partim ad arteriam. Amplius autē vena & arteria simul in toto corpore sunt, præter quam, vt ait Aristoteles, in hepate & splene: iunguntúrq; adinuicem quibusdā pelliculis, in quibus sunt venulæ subtiles, per quas ab arteria ad venam excolatur liquidus sanguis. Scire etiam oportet quod non solum à vena hepatis, immo etiam ab arteria sunt meatus quidam ad renes. Dico autem quod ab omnibus venis & arterijs corporis mittitur vrina, quemadmodum & sudor: nā quemadmodum vrina, ita quoq; sudor nihil aliud est quam aqua sanguini admista. Dico etiam, quod quemadmodum hepar, ita quoq; & splen attrahit succum cibi ab intestinis per medium mesenterium, cui continuata est vena splenis, quemadmodum & hepatis vena: vnde splen, vt ait Aristoteles, recte hepar sini- H strum potest appellari. Item à corde protēditur vena ad splenem, quemadmodum ad hepar, per quam cor attrahit sibi succū cibi à splene, quemadmodum ab hepate. In splene autem, vt ait Aristoteles, nulla est arteria, quemadmodum nec in hepate. Dico autem, quod in curuatura hepatis & splenis inueniuntur tam arteriæ quam venæ: in gibbo autem hepatis solæ inueniuntur venæ, quæ conueniunt ad cauam venam: in gibbo vero splenis nec vena est nec arteria. Miror autem quam plurimos antiquorū ignorasse vsum splenis in corpore humano: alios autem opinatos nosse, penitus errasse. Solus vero Aristoteles in libro de particulis animalium diligenter supra hoc scripsit: qui fuit verus solus veritatis ostensor.

*AP. si prius cōtigerit.

*AP. ouum.

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIBER CVI TITVLVS EST
COMPENDIVM PVLSVVM

CENSVRA

Liber ieiunus,sed non omnino reijciendus.

HOc ei quod de pulsibus possibile est competētem modum circuit. Primum autem aiunt egenum antiquum de pulsibus: item non de pulsibus hoc intitulasse,sed de palmon i. de saltibus: ignorauit enim vt decens hic vir,quæ existat differētia pulsus & palmi idest saltus, sicut deinceps ostendemus,primum dicentes, quid sit pulsus.

*Al. forte Aegimium.

De Definitione Pulsus.

Pulsus igitur est diastole i.dilatatio,& systole i.constrictio,cordis & arteriarum: solæ enim hę eorum,quæ in nobis, pulsuali motu mouentur. Alia vero,quęcunq; videtur & ipsa pulsualiter moueri,vt meninges, quæ circa cerebrum sunt in pueris visæ, ſm participationem arteriarum mouentur: circa quas particulas fit palmos idest saltus,& tremor, & spasmus.

De Iis,quæ Pulsui simulantur.

Similia vero pulsui sunt,& palmos i.saltus, & spasmus,& tremor: etenim & hæc videntur quibusdam ita fieri,sicut & pulsus ex diastole & systole. Differētia vero in eis existit plurima. Igitur Praxagoras quidem existimauit hæc ad se inuicem differre quantitate, non adhuc autem qualitate: fieri autem ex pulsu,qui magis,eo circa motum extenso,palmon i. saltum: ex palmo vero, tremorem: & hoc quidem Praxagoras vir non liber neque in ijs, quæ ſm medicinam sunt, contemplationibus, neque in alijs secularibus. Herophilus vero diligentius insistens huic loco, in qualitate magis eas differentias inuenit: fieri.n.pulsum circa arterias solas, & cor: palmon autem i.saltum & spasmū, circa musculos & neruos: & pulsum similiter generari cū animali, & mori cū eo.

Fit autem pulsus ita. Quando cor attraxerit ex pulmone spiritum,primum quidem eum suscipit in sinistrum suum ventriculum: demum super concidens, deinde ipsis arterijs præbet. Contingit igitur in concisione, repletis ijs, quæ in corpore sunt, arterijs pulsum perfici: euacuatis autem, systolen. Igitur arteriæ quidem,sicut dixi, repletæ cursum perficiunt,assumentes spiritum: cor autem euacuatum, sicut deinceps demonstrauimus. Proprium igitur terminum i.definitionem dedimus eius,pulsum dicentes esse diastolen & systolen cordis & arteriarum.

Vnde Consłet Pulsus.

Consistit autem pulsus ex diastole & systole. Quia vero impari,& eodē tēpore,& cor & arteriæ pulsum perficiunt,& propterea existimant fere omnes, ꝙ repletis vtrisq; similiter fiat, volo repræsentare eorum errorem. Nam quod quidem impari tempore ex arterijs & corde pulsum, qui fit, assumimus, manifestum est: quod autem arterijs quidē repletis,corde vero euacuato, hoc fiat, volebā remittere eos, qui volunt discere, ad anatomiam i.ad incisionem: vt autē non videar inuidus esse, & liuorem habere, paucis repræsentabo. Corpus cordis i.substantia, pinea forma existit: & ampla quidem pars eius, in qua sunt ora ventriculorum eius, pulmoni vnitur, & in medio quatuor fibrarum iacet: vna.n.fibra breuissima reliquarum existens, tertium thoracis spatium replevit: Acuta vero pars eius & oblonga ſm sursum cū pectore, nō vt sit continua sicut est basis eius pulmoni,sed est absoluta. Continetur autem vndiq; cor membrano quod vocatur pericardion i. circa cor. Hoc autem non solum pulmoni vnitum esse inuenies à latioribus, sed & pectori in illis partibus, in quibus diximus cordis acutum absolutum iacere. Contingit autem ita, quandoquidem ex pulmone attraxerit spiritum, repletum vndiq; ipsum ad latera incedere, & multum spiritum à pectore auferre. Quando vero rursum euacuatum fuerit cor,& euacuatum in naturalem figuram recurrerit,tunc prosilit pectori & percussionem facit,& ita concidens pulsum perficit.

De Differentijs Naturalium Pulsuum Sequentium Aetatem.

HIs autem ita habentibus, dicemus prius differentias naturalium vnamquāq; ætatum sequentium pulsuum: demum eas,quę sunt in febribus: & postea pulsus,qui inueniuntur secundū passionem: in fine vero, pulsus qui ablati sunt denominati.

De Pulsu Puerorum nouiter genitorum.

Igitur mō genitorū pulsus puerorū existit breuis oīno,& indeterminatus & in diastole & systole. Hūc pulsum Herophilus alogō i.irrationalem consistere ait: Irrationalē vero vocat pulsum cū,

qui non habet aliquam analogiam i. proportionem. Neq; enim duplicem, neq; hemioliam, neq; E aliam quandam rationem habet hic, sed breuis est omnino, & magnitudine puncturæ acus nobis aduenit: ideo & primum Herophilus alogon idest irrationalem, eum competenter dixit.

De Pulsu Crescentium.

Procedente vero ætate, & corpore in augmentationem veniente & ad rationem, & pulsus augetur ad rationem, diastolen latiorem systole accipiens: quãdo de reliquo est eis logon idest rationem, adequare ad demonstrationem eius, quæ ex grammatica manuductionis. Nam primus quidem pulsus, qui in modo genitis pueris inuenitur, rhythmum i. tenorem eũ, qui breuis syllabæ existit, etiam in diastole & systole habet: & propterea ditonus intelligitur. Pulsus autem eorum, qui apud augmẽtationem sunt, proportionalis est pedi, qui apud eos theo: est autem hic tritonus, diastolen quidem in duo tempora accipiens, in vnum vero systolen. Pulsus vero eorum, qui in statu ætate sunt, in vtrisq; par existit, vt in diastole & systole, comparatus pedi vocato spõdeo, qui vtiq; dissyllaborum pedum longissimus est: constat igitur ex temporibus quatuor: hunc pulsum Herophilus per paria vocat his qui pedi. Declinantium vero & firme iam senum pulsus, & ipse ex tribus componitur temporibus, diastole duplo systolen accipiens lõgiorem. Et hi quidem sunt pulsus, qui secundum latitudinem ætates in sanis sequuntur. Deinceps autem sunt in febricitãtibus. F

De Pulsu in Febribus.

EOrum, qui incipiunt febrire, pulsus paruus omnino est, & subintrans, persecutionem patiens in vtrisq; & in diastole & systole, vt ferme quãdoq; & vix incidat tactui. In superadditione vero secundum parum adauget diastolen & systolen, accipiens & maiorem & prolixiorem, propter spiritus ascensionem. In statu vero in vtrisq; par existit, & in systole & diastole, ceu & febri parilitatem accipiente. In descensione vero, systolen quidem diastole accipit prolixiorem. Calor vero in ventre, superabundat magis, q̃ in extremis, quia in primis quidem fere vniuersus calor in medijs superabundat, vt multoties & infrigidari contingat extrema. Quãdo autem sunt in superadditionibus, circa media quidem amplior est calor, in extremitatibus vero paucior. Statum autem accipiente febri, & calor pariter inuenitur in extremitatibus, & in medijs. Et hi quidem sunt, qui secundum latitudinem sequuntur febrientes pulsus.

*Al. medijs.

De Pulsibus Passionum in generali.

PVlsibus autem, qui secundum passiones fiunt multis & diuersis existentibus, & de his pulsibus, qui in acutis passionibus sequuntur, dicemus.

De Pulsu Phreniticorum. G

Phreniticorum vero pulsus breuis, & erroneus, & non bene robustus, propterea, q; continue spiritus à vigilijs motus superaccidit tactui, ac si accideret motus ab arcu tensi nerui & chordæ: & omnino minimis periculis manuum nostrarum superacciderit, idest occurrerit.

De Pulsu Lethargicorum.

Lethargicorum vero pulsus est magnus & vacuus sm longitudinem & latitudinem, nobis superaccidens profundo intellectu: quare & quidam præsumpserunt dicere pulsum incorporeum.

*Al. intellecto.

De Pulsu Cardiacorum.

Cardiacorum vero pulsus est, minor qui finaliter est pulsu phreniticorum: robustior vero, & quasi morosior, vt & alijs partibus subaccidat, idest sentiatur tactu: hoc autem fit spiritu quandoq; quidem remissionem accipiente & retentionem, quandoq; vero intensionem.

De Pulsu Pleuriticorum.

Pleuriticorum & peripneumonicorum pulsuum, in paucis quidem est differẽtia, solum autem ijs, qui valde empirici idest exercitati seu experimentati sunt, comprehensibilis est: acutus enim & vehemens q̃ plurimum inuenitur, & immissiones inæqualiter multoties faciens.

De Pulsu Epilepticorum. H

Epilepticorum vero, eorum quidem, qui fiunt sine spasmo & contractione particularum, pulsus est magnus, & diacenus i. vacuus, & continuus, & fugatus, persecutionem patiens q; plurimũ. Et hi quidem sunt pulsus, qui sm hanc passionem, sm plurimum assequũtur, similes pulsui lethargicorum. Eorum autem, qui fiunt cum spasmis, pulsus est magnus, & diacenus idest vacuus.

De Nominibus Pulsuum.

SCciendum autem, q; omnis pulsus consistit ex magnitudine, & velocitate, & plenitudine, & rhythmo, & tenore. Et magnus, est sm longitudinem, & latitudinem, & profundum, digna ratione tactui accidens. Plenus aũt, est vehemẽs, & quasi neruiter tactum percutiens. Eurhythmos autem, idest bene tenoratus pulsus, qui in vnaquaq; ætate naturalem consequentiam seruat: dicitur autem hic pulsus eurhythmus. Pararrhythmus vero est, qui cito desilit à manu. Velocitas aũt à spissitudine differt, nam velocitas quidem secũdum vnam poterit arteriæ intelligi percussionẽ, spissitudo vero secundum plures. Ita deniq; dicimus quidem Velocem eum, qui in paruo tempore longitudinem explet: Spissum autem, qui continue per eundem locum deuenit.

De Generibus Pulsuum.

Genera pulsuum secũdum quietem spissitudo & raritas, in quo velocitas & tarditas: secũdum totum

A totum robur ideſt tenſionem, vehementia, & amydrotes ideſt obſcuritas: ſecundum corpus arteriæ, durities & mollities. Igitur hi quidem ita.

De Nominibus ſecundum Antiquos Quorundam Pulſuum.

Deinceps autē de his pulſibus, qui à veteribus ſcripti ſunt, & neceſſarij maxime ſunt, & in quiete exiſtūt, dicamus. Dicitur quis pulſus myurizon i. muris modo caudatus: cuius ſunt rurſus duę differentiæ: Hic quidem nanque attritis digitis magnus & vehemens, demum eas quæ deinceps ſunt diaſtolas longiores accipiens, in fine rurſus & citus & magnus & vehemens ſentitur: Alius vero paruus ſentitur, & eas, quę deinceps ſunt, immiſſiones magnas operās, rurſus & citus & paruus accidit: hic pulſus quidem quādoque inuenitur, & ſanos naturaliter aſſequens: quando vero inuentus fuerit in ægrotantibus in paruitate ſuperabundans, eos qui debent abire perindicat: qui vero in magnitudine, eos qui in lethargum. Dicitur pulſus & parempipton ideſt intercidens, quando plures diaſtolas & ſyſtolas operari dimiſerit, ſecūdam diaſtolen ſpiſſiorem attulerit: hic pulſus quidē quandoq; ſequitur & ſanos: quando vero in ægrotantibus inuentus fuerit, nihil irrationale ſignificat. Dicitur quidem pulſus dicrotus, qn̄ diſtans arteria maiorem vnam diaſtolē, alteram attulerit breuiorem: hic pulſus fit in ſanis quidem, à curſibus, vel exercitijs, vel aliud quid B cito nobis operantibus: in ægrotantibus vero, manibus maxime febrientium inuenitur. Dicitur autē pulſus & dorcadizon, quando magnus prius accidens, mox breuis accidit, vt putetur anteq̄ ſyſtolen faciat finaliter arteria, rurſus dilatari: hic pulſus inuenitur magis in ægritudinibus, quæ ſunt circa thoracem. Dicitur pulſus myrmecizon: hic autem eſt, qui cōtinue & ſubtiliter diaſtolen facit, vt videatur myrmecos i. formicę in manu fieri deambulatio: ferè ex omnibus deficiendo inuenitur. Vltimus vero omnium eorum, & breuiſſimus eſt, qui vocatur ſcolecizon, ideſt vermiculans: hic vero ita paruus, & languidus, & amydros i. obſcurus exiſtit, q̄ formiculante & breuiſſimo penitus exiſtente intelligatur diaſtole & ſyſtole, in hoc autem nequaquam, ſed velut deſinentia ſolum & reuolutio ſpiritus in arterijs perficitur in eo.

*Al. accidens.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE MOTIBVS MANIFESTIS ET OBSCVRIS

Quem Ioannitius de Græca lingua in Arabicam tranſtulit: Marcus autem Toletanus de Arabica in Latinam.

CENSVRA

Galenus huius libri ſui ſæpius mentionem facit: & in hoc etiam multos ſuos libros citat: ob varias tamen tralationes aliquæ mendæ in eum irrepſerunt.

De Facultate, & Primis Inſtrumentis Motus.

D INquit Galenus, Illi quorum propriū eſt anatomiā meditari per hoc, q̄ dicunt motus liquidos, eos qui videntur in corporibus animalium, ſenſui maniſeſtos intelligunt: veruntamen quo membro fiant penitus ignoramus: & quāuis hoc videamus, qualiter fiant non ſcimus: †ideo de his doctrinam oportet nos agere. } Principium autem inquiſitionis de motibus liquidis eſt, vt primo inſpiciamus, an ſint actiones mēbrorum, & an ex eo, q̄ ſint paſſiones ab eis. Et per actiones, intelligo motus agentes imprimentes: & per paſſiones, motus intelligo, q fiunt à motore agente, quando ipſe mouet aliquid aliud. Et tu poteris vnico exemplo duorum horum motuum naturam intelligere. Nam motus manuum & pedum, diſtendendo & complicando, vel inclinando, & mouendo ad vtranque partem, quæ quidem oſſibus eorum interiacent, iuncturis efficiuntur. Manuum autem fit iunctura, quæ eſt in compoſitione oſſis adiutorij, & hæc quidem iunctura vocatur mabit: & iunctura, quæ eſt in compoſitione duorum focilium, eſt cum oſſibus: & iunctura oſſium baſium, quæ interiacēt duobus focilibus, † & pectini, & vocatur raſceta: & iuncturis digitorum. Pedum vero motus fiūt iunctura genuum, & calcaneorum, & digitorum. Et ſi quis deſiderat motus iuncturæ humeri numerare cum motibus manus, & iuncturæ motus coxæ cum motibus pedis, non intromittit in

† Al. iō intētio nobis hic ē, vt eorum cauſas inquiramus.

† Al. & eſt pectē

*Al. iunctura.

significatione diuersitatem per hoc vel varietatem: veruntamē sufficit in hac significatione, vt di E catur, ꝙ pomum ossis adiutorij, in iunctura cōponitur humeri cum pyxide, q̄ est in osse scapulæ: & ꝙ summitas ossis adiutorij inferior, cōposita est in iunctura mabit cū duobus brachij focilibus: sicut duæ summitates duorum focilium, ab inferiori cum ossibus paruis rascetæ cōponuntur. Silr̄ in pedibus iuncturæ ex cōpositione ossium, q̄ sunt in eis, erūt. Quòd si res in hoc ita se habet, anatomici verum in hoc dixerunt, ꝙ motus manuum & pedum fiunt ossibus, nō tamē ab eis, q̄m hæc quidem est actio lacerti mouētis ea. Prouenit ergo ex hoc, vt motus lacerti sit actio lacerti: & motus ossium sit passio eorum: & passio eius quod fit, & actio eius quod agit, simul existant. Discrepant tñ in eo, ꝙ agens est principium sui motus ab ipso, & patiens est principiū sui motus ab alio. Sicut ergo qñ lacertus agit, mouet quidem primo vnū duorum ossium compositorum in iunctura, & est illud os, quod continuatur cum adiutorio: deinde mouet secundo ipsam iuncturam mouendo os: ita anatomiam considerantes inuestigauerunt, an oporteat dici, ꝙ lacertus ipse agit primo, aut recipit etiam virtutem motus ab aliquo alio. Vt aūt viderunt, ꝙ vnicuiq; lacertorum continuantur arteria & vena, & tertium quiddam i. neruus, vnicuiq; eorū intendentes vnumquodq; sigillatim vinculo constrinxerunt, considerantes in ipsa constrictione an motus impediretur lacertorum, aut mobiles permanerent. Postq̄ autem motū lacertorū strictis arterijs & venis in suo F manentem statu deprehenderunt, ipsumq; strictis neruis impediri, ꝙ ad lacertos quidem virtus dirigitur à neruis aliqua, per quam fit actio eorum, iudicauerunt. Deinde iuxta hanc viam inquisiuerunt diligenter, an hæc actio sit neruis ex sua natura & substantia, an supra neruos aliquod membrum sit, quod neruis virtutem motus exhibeat, sicut lacertis exhibere viderunt. Adhærentes aūt neruis eosq; præcidentes sectionem eorum superiorem in sua sensus & motus habitudine persistere deprehenderunt: inferiorem autem, à loco sectionis sensu priuari & motu. Ex hoc itaq; quod eis apparuit, virtutem motus etiam neruis ab alio membro eis superiori transmitti, coniecturauerunt. Prospicientes igitur primam neruorum originem, eamq; indagantes, quosdam eorum oriri à spinali medulla, quosdam à cerebro, deprehenderunt. Abscidentes itaq; spinalem medullam, deprehenderunt, ꝙ ab inferiori parte sectionis non transmittitur virtus ad neruos quidem, à quibus virtus oritur, quæ prius transmittebatur ante abscisionem: & à superiori vero sectione, quæ est super abscisionem, quæ prius transmittebatur virtus, transmittitur: ac tunc iudicauerunt virtutem quidem motus ad neruos à cerebro transmitti. Deinde postmodum inquisiuerunt, an sit hoc, q̄m illa virtus sit innata substantiæ suæ propria, an à corde sibi transmittitur: neq; ad hoc in isto loco necessitas vrget, cū nos inueniamus vtiq; neruos exhibere lacertis virtutem motus à ce- G rebro procedentem. Primū igit̄ mēbrū ac præcipuum, vniuersa quidē membra corporis aīalis mouens motu voluntario, est cerebrum: cætera vero, quæ quidem cerebro interiacent & vltimo mēbro quod mouet̄, mouent se ſm ordinem ita, ꝙ vnūquodq; eorū mouēs, ac motum existat. Restat ergo vt cerebrum moueat tm̄, nec aliud moueat ipsum. Silr̄ fit vt manus ac pedes moueant̄ tm̄. Et iam declaraui in tractatibus, quibus inuestigaui de virtute ordinatiua, de virtutibus aīæ, ꝙ cerebrū eget hepate & corde ad conseruandum substātiam suam: & ꝙ non trāsmittitur ab illis virtus, qua fit motus voluntarius. Hic aūt non est aliquid, quod nos cogat vt probationē ad hoc inducamus, cum sufficiat in hoc tractatu conclusione propōnis illius vti duntaxat: quia nō memoraui, quod apparet in anatomia, vt exponerem per hoc, ꝙ virtus ordinatiua transmittit̄ per neruos à cerebro ad lacertos: verum vt à me intelligeretur sufficiēter, in quo differāt motus & actio: q̄m significatio, quā significat nomen motus, generalior est: & significatio, quā significat actio, specialior est: cum nos appellemus actionem, motum agentem: & passionem, motum ab alio prodeuntem.

De Motu Respirationis, Qui notior est Visus Veteribus.

ET sermo iste, in quo nos sumus, est, quo intēdo inuestigare de vnoquoq; motu, quod sit mēbrum, quod ab eo patitur, & quod mēbrum operet̄ ipsum, verbi gr̄a de anhelitu: quia melius H est, vt ponam sermonem meum de ipso, vt exempli cā lucescat: cū non cōferat ex exempli quidem rōne duntaxat, verum cum ipso exemplo non est vtiq; modica pars, de qua inuestigare proponimus. Videmus.n.manifeste, ꝙ anhelamus: & hæc quidem actio animalis est cōposita ex aeris inspiratione ab exteriori ad interius, & expiratione è conuerso: & apparet etiam ꝙ id, quod mouet̄ in concauitate pectoris in anhelitu facili suauiter, concutitur inferius duntaxat: in anhelitu vero magno, non solum mouentur inferiora tm̄, verū etiam mouentur loca lateribus omnibus vicina.

Discordes etiā fuerunt medici in motu anhelitus, an sit ēt ex lacertis, vt sunt alij motus volūtarij, aut aliter. Et quidā iudicauerūt, ꝙ hęc actio naturalis sit, sicut pulsus arteriarū & cordis: alij vero iudicauerūt actionē esse voluntariā: alij aūt, ꝙ sit actio cōposita. Et hæc quidem inquisitio magis ad dialecticam, q̄ ad medicinam spectat. Inquisitio aūt quæ dignior est in operibus medicinæ, est qua quidem inuestigatur, quo instrumento mouetur clibanus i. concauitas pectoris, per quam fit anhelitus, quoniā hic quidē dilātatur, prout apparet in anatomia. Apparet quoq; in anatomia, ꝙ hic clibanus ex ossibus, quæ latera vocātur, & ex lacertis componitur interiacentibus. Merito ergo anatomiam cōsiderantes dixerūt, ꝙ illud mēbrum, quod diaphragma vocat̄, est vna pars istius clibani, nec tñ illud totaliter: & hoc quidem vsq; ad tempus magistrorum nostrorum homines arbitrati

*Al. summitas.

*Al. extrahitur

A bitrati sunt, q̄ membrum istud instrumētis anhelitus nobilius existat. In nr̄o vero tēpore factum eius patuit ex eo, quod de operatione huius membri declarauit, q̄ ī mouet partes clibani duntaxat inferiores: quēadmodum illud, quod mouet supiores eius, est lacertus à collo descendens. Mouet quoq; id, quod interiacet, lacertus quidem, q inter latera cōstituitur: nisi q̄a hic lacertus quidē nō dilatat clibanum tm̄, verum etiā ipsum constringit: cū vnusq̄sq; eorū habeat duas tunicas positione diuersas. Lacerti nanq; descendentes à loco, q est supra collū, dilatant, & distendunt clibanū tm̄. Et vidi sæpe plures hoīes in facto neruorum, qui mouent huiusmodi lacertos quos prædiximus, q̄n quidem vinculo constringebanī absq; clibani ruptura, q̄ vinculū illud eos motu clibani penitus priuabat: & discipulos meos instruxi qualiter hoc ipsum, quod declaraui, intelligerēt. Et snīa illorū, qui dicunt, q̄ anhelitus est motus volūtarius vel actio volūtaria, nullū argumētum inducit, quod maioris, q̄ hęc, existat roboris ad p̄bandū veritatē eorū: q̄m motus clibani impeditur statim, & aīal extinguiī subito ore aperto cupiēs anhelitū, cum nequeat clibanū mouere. Vnumquodq; horum fuit ab antiquis inuentum: & quædam præter illa, quæ ipsi inuenerunt, postmodū reperi.

Comparatur Cognitio aliorum Immanifestorum Motuum, & liquidorum quorundam, ad antiquorum cognitionem: & Ponitur Excusatio tractationis illius.

B ET quodlibet horum antiquitus reputabaī ignotū, q̄m de ipso nihil anatomiā inspicientes tetigerūt, cui posset aliquis acq̄escere, vel quo posset esse contentus, nedū sufficiēter probarent. Vtinam autē aliquis motuū, & aliqua actionum harum, quæ reputabaī esse ignota, reperirētur à quo mēbro aīalis prodirēt: & qualiter ab agente causa, q̄n quidem agit: multa quippe horū, quæ vltimo comperi, penes me prius erant ignota, quēadmodū de motu clibani retuli: Et in tractatu quidem tertio de motu pectoris & pulmonis quædam: siquidē mei docuerūt me doctores ad tem pora sua: quibus adieci postmodū in libro, quem de passionibus anhelitus edidi, quod adinueni, postq̄ à magistris meis didici. Confessus sum etiam in libro de iuuamentis membrorum ignoran tiam meam, quam habui de motu palpebrarum superiorum: deinde vero narraui postmodum, qualiter hoc fit, in tractatu decimo libri mei de cura anatomię. Eodem quoque modo ignorabam esse duorum neruorum ex vtraque parte arteriarum constitutorū, qui falso & sine ratione vocantur apoplectici, cum fuerit in eis ingressa malitia, qualiter vox impediī: demum quippe cum labo re maximo ac difficultate comperi hoc, cū nullus quidquā de ipsis tractauerit sufficienter. Et hæc quidem sign̄atio erat incognita: demum facta est nūc nota, quia reperi neruos mouentes lacertos epiglottidis à duobus neruis duabus arterijs vicinis, qui apoplectici vocantur, oriri. Ignorabatur C quoque, cur, ex spondylis dorsi medulla spondyli primi sēm latum tota abscidatur, donec extrema non sese cōtingant, vox impediatur illius aīalis: Et similiter si vnus spondylus locum deserit: quia spinæ medulla comprimitur fortiter. Inueni quoq; hęc, & alia quæ reputabāt illi, qui fuerunt ante me, ignota de anhelitu & voce: & eorū inuentio fuit ex eo, quod in anatomia apparebat. Et reperi quoq; lacertum, qui vtrāq; mouet genam, cum prius fuisset ignotus. Nec intelligo quidē in hoc loco per vtranq; genam duo mandibularum ossa, sicut Hippocrates intellexit hac appellatione in libro suo de iuncturis, quēm quidē è contrario nempe vocauerūt: sed intelligo per vtran que genam, corpora quæ duas continent mandibulas, quæ recipiunt, quod os implet de humiditatibus & cibarijs aut vento, prout in illo, qui vtres inflat, videtur. Specierū item lassitudinis, actio diuersitatis earum per anatomiam fuit reperta: quando in quibusdam, qui laborabant hac passione, vel membri quod lassatur sensus impeditur, vel in quibusdam motus, vel vtrunq; simul. Et in pluribus eorum nunquam in hac specie locus putabatur esse dubietatis, quoniam quidem nō dubitatur, q̄ in neruis, qui vadūt ad mēbra, in quibus accidit ægritudo, q̄n ingreditur malitia, noceat sensui & motui. Duæ vero species aliæ non putabantur, donec reperi, secundum quem modum erant in membris corporis, in quibus accidit illud, & non in alijs: quoniam hoc quidem nullatenus D nus accidit in omnibus membris, ob hoc, quod non reperitur in omnibus membris neruus, qui sensum tribuat & motum lacerto, qui est in membro patiente, præterquam neruus, qui sensum tribuit cuti, membrum scilicet illud includenti.

*Al. instrm.

*Al. lacertum.

In lib. de Articulis cō. 11. t. 4. 7ª. 262. h

*Al. quam.

De Motu Virgæ.

ETiam narraui oīa ista, quæ apparent ex istis rebus in libro meo de anatomia. Et qui indagat de istis rebus, remouet hęsitationē earū: & patet esse eius p̄ hoc, quod apparet in anatomia. Et quædam harum rerum, magis congruit, vt per dialecticam discurranī: nisi quia cū hoc ad hoc ana tomia iuuamur, Vtpote linguæ prolixitas, donec emineat ori: & satyriasis, quæ accidit in pueris: & in quibusdam est velocior, q̄n intuentur quā amant, aut imaginantur eā: quia causa augmenti ex vtroq; modo est difficilis, siue ex voluntate fiat hoīs, siue naturaliter sine volūtate. Et in omnibus motibus, qui fiunt ex voluntate, nihil obscurius & dubitabilius hoc. Q̄m in pueris ego video, nedum in alijs, q̄n ipsi volunt aliquod membrum ex membris suis replicare, aut distendere, aut in partem declinare, hoc quidem faciunt ex voluntate: & hoc quidem ipsi faciunt per lacertum, qui destinatur illi motui, & appropriatur, licet ipsi quidem lacertum illum ignorent, & non ipsi tantum, sed etiam multi medicorum. Et illud est, q̄m inuenio mēbra corporis moueri per lacertū, cui Creator, qui nos creauit & plasmauit, & in omni tēpore præsens est nobis, prudenter indidit po-

tentiam mouendi. Qn̄ igitur aliquē volumus motuum, mouet lacertum, quem ad hūc plasmauit E & creauit. Et declaraui in libro meo de iuuamento mēbrorum, ꝙ creauit nos non solum prudens scire quid oportebat melius agere, imo cum prudētia habuit potentiā, qua quidem nihil ei de hoc quod melius & cōpetentius prouidit esse, defuit agendum: & bonitatem ac largitatem, in qua nulla fuit auaritia creandi, quod melius est. Et imperscrutabile videt opus, Creatoris esse veraciter scire, et qualiter inest corporibus aīalium: veruntamē non est quidem licitū dicere eū non viuere vel non agere: imo vtiq; est summe prudens, & potens, ac benignus, sicut iam declarauimus. Et si notum est & publicum, ꝙ in oībus corporibus est animalium, sicut quidam putāt, verbum istud inducit ad hoc, ꝙ duæ sunt in corporibus animalium aīæ: quarū Vna creatur naturaliter, & plasmat oībus membris, & est præposita oībus quidem voluntatibus eius, ex quibus actiones procedunt per motum lacertorum, qui deputātur illis actionibus proprie: Alia vero est aīa, qua voluntas inest actionum. Quidam tn̄ hoc respuentes non fuerunt contenti hoc, & ab ipso fugerunt, dicētes ꝙ aīa, qua quidē voluntas existit, est illa, quæ p se & suā essentiam vniuersa corporis mēbra imaginatur, vt quod voluerit de actionibus cōpleat. Et huiusmodi quidē dicti apparet peremptio, propterea, ꝙ si nobis esset hæc aīa, ignoraremus cum ignorātia actionum inuenire, an illi quidem lacerti sint, aut non sint. Et ex eo, quod cōpetit ei quod diximus, est quidem, qm̄ illud quod diximus, non F solum est verum in animis hoīum, verum etiam in animalibus remotioribus intellectu, hoc est in brutis, vt sunt asini, oues, porci: adeo quidem vt animas habeant in summa potētia, & prudentia, & bonitate, ac largitate, iuxta quod exposcit natura corporum eorū, aut creatura exigit. Et si nos quoq; cætera dimiserimus animalia, & simus homine contenti, cui quorundam aīalium comparatione intellectus attribuitur† proprie infra illa, videbimus, ꝙ vita in actionibus, quę fiunt à voluntate consistit, nec in alijs liquet actionibus, & non nobilioribus atq; præcipuis. Congruit igitur vt dicatur, ꝙ non est actio quidē nobilior homini, nec conuenietior rōnali, q̄ ratiocinari ac loqui: & hoc quidem erit cū distinctione, quā lingua agit in voce expedita, ab epiglottide distinctā: Cū lacertos habeat lingua, quorū quidā ipsam sursum attrahunt ad partem palati ad oris suprema: alij vero in contrariā eius partē trahunt eam, donec ad inferiorem deponāt mādibulā: lacertos quoq; alios habet q̄ plures, qui ad vtranq; partem eā declināt. Neq; aliquis est puerorum, neq; adultorū, & eorundem, qui anatomiā inspiciunt, qui lacertos linguæ nouerint, qn̄ voluerit aliquod noīum pronunciare: verbi grā, si dicat Petrus, ꝙ valeat prius excogitare & intelligere, quo lacerto & quo motuum, illud nomē proferat. Cōuenit igitur & cōpetit, vt musculus, cui libido fuerit irrogata, ſm hāc rationem incurrat satyriasim, qn̄ libidinem autumat & imaginatur per aptitudinem rei ad G hoc. Et ꝙ membrorum corporis īmutatio imitat animæ immutationem, non in motibus tantum, sed in alteratione coloris erit instar huiusmodi. Et ante modos huiusmodi alterationum, quędam sunt alterationes quæ fiunt calore & frigore: & ex hoc est, ꝙ sepe contingit diminutio ei, quē arripit timor subitus, vel horror, vel angustia. Et ex hoc arguerunt quidam, dicentes, ꝙ animæ quidē non sunt aliquid per se existens, adueniens corpori, vt possibile sit absq; corporibus existere, verū animæ sunt quid ex corpore. Et qm̄ hi inuestigauerunt de loco quid sit, diuersificati sunt diuersificatione non modica. Quidam. n. dixerunt, ꝙ est spiritus: & quidam ipsorum dixerunt, quod est alia maneries de commistione elementorum, quā vnusquisq; eorum profitetur, aut ex cōpositione eorum: & quidam nempe existimauerūt, ꝙ virtus esset substantiæ, quæ vnicuiq; appropriatur animali: & quidā putauerunt ipsi eidē animali essentiam sibi propriā. Verum substātiæ, quæ sentiunt & mouentur volūtate, sunt illę, quæ animalia nuncupantur: operatio vero eorum, quæ operantur ex eis ſm epithetum substantiæ, quā habēt ex cōmistione elementorum. Et iam sententias in libro nostro elemētorum cæteras deteximus ſm sniam Hippocratis, cum vera sit istorum snia, qui dixerunt, ꝙ substātia generationi & corruptioni subiecta, qualitatibus quatuor calida frigida sicca & humida, & nō alijs, īmutatur. Inquirere aūt de anima an eius substantia sit corporea, neq; H cesset qn̄ corpus accidit alicuius rei aīalis descendere in ea: aut sit aliquid corpori continuū, quod cū corpore accidit: aut spermatis sit virtus et potentia aliqua, cui conueniant quidem cū creatione corporis accidentia aīæ: relinquo hoc illis, qui de se existimant, ꝙ hoc sciunt veraciter. Satyriasis aūt virgę scio manifeste ꝙ fit voluntate, & fortasse imaginatione tātum. Silr̄ scio ab ore cuiuslibet hominis egredi linguam, qn̄ hanc actionem vult. Causæ aūt propinquæ, hac appellatione appellantur à peritis & sapiētibus viris in hoc ca. & subtilis speculationis. Merito aūt dixerunt, ꝙ earū causæ duæ sunt simplices, & vna cōposita. Causæ duæ simplices sunt, ꝙ ab arterijs spiritus ad ista duo membra destinantur, cum sint rara & porosa interius, s. virga virilis & lingua: vel à se habent vt erigantur & dilatentur: & vtriusq; erectio sequitur & comitatur spiritum intra venas existentem vsq; ad exteriora vtriusq;: & pori, qui sunt inter vtranq;, necessitate vacuitatis implentur. Sic enim virgæ virilis impletio fit ab imaginatione & voluntate: & distensio quidem vehemens habitudine & valida, prout dicunt & testantur medici considerantes anatomiam, lacertis aliquibus attribuitur paruis, & spiritibus qui continentur in arterijs. Et eodem modo fit in lingua, qn̄ erigitur & dilatatur, ei quidem continue spiritus immittūtur, cum eo etiam, ꝙ aliqui lacerti in ea habitudine distenduntur. Veritati quidem huiusmodi dicti attestatur, ꝙ arteriæ in lingua & virga virili

† Al. circūscriptis illis.

*Al. destinata.

A virili confixæ maiores, q̃ in cæteris membris existunt. Caueho ergo eum, qui verbum meum hoc audit,†ne scilicet abhorreat verbum meum,existimando ꝙ arteriæ,spiritum quidem dũtaxat continent, sicut Erasistratus existimauit: sed sæpius dixi, ꝙ in arterijs sanguis subtilis continetur câlidus cum substantia quidem aerea: & extrema venarum orificia sunt adeo stricta, ꝙ id quod ab eis egreditur,spiritus est tm̃. Et poteris quidem præcognoscere,quod de duobus dictis propinquius existat veritati.Et magis elegi verbum illius qui dixit,ꝙ distensio virgæ virilis nõ est minor causa, q̃ illius, qui dixit, ꝙ ab arterijs quidem spiritus destinant ad virgã virilem & linguam per id,quod narrabo: Quod est, quia pręsumet aliquis & anticipabit dicere, ꝙ vnumquodque membrum,suo ipsius intendit commodo & reparationi: & hoc quidem non solum est sufficiens,sed & verũ: sed quod dicitur, ꝙ membrum,alterius intendat commodo, modum & quantitatem naturæ excedit, cum hoc quidem in hominibus cunctis nõ reperiatur, nedũ in brutis. Et hoc quidẽ declarauimus sufficiẽter in libro nr̃o de virtutibus naturalibus. Et quod hoc affirmat & asserit,est,quod stomachus nequaq; cibaria digerit, vt per hoc intendat omnia membra animalis reparare: neque hepar quoq; cibum alterat hac intẽtione,et immutat à stomacho ꝓgressum ad ipsum,vt conuertat in sanguinem,& ad cętera membra mittat: silr̃ quoque à corde non quidem pulsus actio prodit pro alio B membro,sed pro suo cõmodo. Quod autem dictũ est verisimilius sententiæ naturali, vt dicatur,ꝙ vnumquodq; membrũ attrahit sibi quod conuenit ei, vt ex ipso nutriatur: deinde illud immutat quod attraxit, & retinet, & assimilat sibi: & expellit à se, quod est sibi diuersum. Quod vero dicitur,ꝙ vnumquodque membrum non intendit quidẽ reparationi suę, sed quicquid operatur, operatur vt præstet obsequium alijs membris, non est verum. Cum ergo hoc sit vnum de ijs, quæ in libro nostro de virtutibus naturalibus declarauimus,oportet vt principiũ repletionis accidat quidem membris, quæ implentur,non ex arterijs,sicut quidam dixerunt: verum ipsamet membra cũ haebant erigi,& proprie dilatari,attrahunt spiritus ab arterijs, & implentur ex eis.

De Motu Linguæ.

Virga vero virilis augetur manifeste,& fit magna, suscipiendo augmentum non solum in longitudine,verum ẽt in circuitione. Sed linguã videmus in longitudine distẽdi, q̃n ab ore educitur, non tñ augeri in omne corpus suum, quemadmodum virga virilis. Similiter quoq; non videtur ab ore vniformiter egredi,quãdo fortius homo, q̃; potest, os suũ aperit,aut q̃n penitus extãt apertum,aut q̃n inter duas habitudines mediocriter se hẽt.Quoniam in ipso,cuius est os apertum fortiter, ac valde plus, q̃; possit, inuoluitur in inferiori labio intantum, ꝙ si conetur quantum potest eam eleuare,non valebit eam adaptare,vt ad figuram attingat mediocrem propter hoc,ꝙ mandibula quidem inferior concomitabitur eam,donec claudatur os: quoniam actio in aperiendo os C & in claudendo,est huius mandibulæ tantum, superiori quidem mandibula quiescente.Et maxime quando aliquis quæsierit linguam eleuare sursum cum conamine, donec exterius inuoluatur super labium superius,eam concomitatur mandibula inferior,donec concurrant labia,& os claudatur: & hoc fit,quia vinculum linguæ est ex parte inferiori anterius: deinde post ipsum est extremitas linguæ absoluta,qua fit proprie distinctio vocis, vt fiat pronunciatio & locutio. Et hæc extremitas est, quæ egreditur exterius ab ore, cum oris apertio quidem fiat, quãdo mandibula inferior inferius attrahitur,& lingua mandibulæ sigillatur,cum sit ei ex parte inferiori tota continuata. Oportet igitur,vt non extrahatur extremitas linguæ sursum in illa habitudine,cum vinculum ab inferiori attrahat ipsam, & prohibeat. Et ſm hanc rationem, si aliquis quæsierit violenter linguam suam sursum eleuare, videbit mandibulam suam inferiorem sequi eam, & appropinquare mandibulæ superiori: & attinget hoc quoq; conclusionem oris. Cumq; iam pręmisimus hoc, cõcludemus sermonem nostrum, sicut oportet conclusione sua: & narrabimus hæsitationem, quæ accidit nobis de esse linguæ. Et dignum fuit, & merito accidit nobis, cum non inueniamus cau- D sam, propter quam lingua prolixatur,donec ab ore quidem exeat: nec responsio quam videmus, egreditur ab illa ambiguitate. Scimus enim ꝙ lacertus mouẽs linguam,sumit principium ex partibus tunicę nodi gutturis,& ossis quod assimilatur lambda literæ. Ideo oportebat tũc necessario, vt si lingua attrahatur ad illas partes, ascẽdat interdum per lacertos, qui continuantur ei desuper: & humilietur per lacertum,qui continuatur ei deorsum,quando ipse ad se attrahit: et declinet interdum, deuiando ad aliquam partium per lacertum, qui circundat quidem in duas partes. Cum ergo anatomiam inspicientes in hoc conueniant, ꝙ nullus motus obedit voluntati,nisi motus lacerti tantum: nec aliquis lacertus linguæ continuatus distendit eam, donec adducat eam extra os: tunc merito in titubationem incidimus quãdo scire volumus qualiter actio fiat linguæ.Et si motus aliquis posset in corporibus animalis inueniri, qui voluntate fieret absq; aliquo lacerto, non incideret in hanc quæstionem aliquid ambiguitatis.

De Motu Vomitus & Deuorationis.

Oportet ergo de hoc inquisitione vehemẽti inquirere, donec ad veritatẽ pertingamus huius rei. Et inspiciamus si forte inueniantur in alijs quoq; mẽbris motus voluntates aĩalis imitãtes & non solum voluntates eius,verum id, quod imaginamur existimando, sicut in virga fit virili: quia impletur corpus rarificatum ex vento velociter,ac leuiter: deinde ad tantum attingit mo

† Al. ne scilicet credat.
* Al. clarus.
* Al. nõ existat.
* Al. hac.

tum, ꝙ impletione sui crescit. Et tu poteris scire manifestius ex aiali quod ruminat, ꝙ motus vo- E luntarius nō est solius lacerti: quia hoc animal postꝗ̃ implet ventrem suum herbis aut ex alio nutrimento, redit in idem, & erigit ipsum paulatim ex eo, quod transglutiuit ad os suum, vt molat ipsum & terat actione ruminationis. Quidam etiam hoīum intendunt euomere, quod potauerunt, præter conatum vehementē volentes expellere facile ac velociter, vt non oporteat eos caput conquassare, sicut alij faciunt: & non egeant membrorū prouocatione quibus euomit, neq; eorū distensione. Et manifestum est hoc procedere ex eis, quia instructi sunt in hac actione plus, ꝗ̃ alij: & consueuerunt omni die, qñ exeunt à balneo euomitare, & sumunt potum ante cibū. Quòd si aliqs dixerit, ꝙ œsophagus obedit volūtati in huius actionibus: & si dixerit, ꝙ stomachus obsequit voluntati: & si dicat, ꝙ vterq; ei obsequitur: nihil in hoc casu refert, in quo sumus inter hæc, nisi quia alio modo, ꝗ̃ oportet inquiritur, cū intenderimus inuestigare de motu membrorū: & nō sumus quidem contenti perspicere, ex quibus membris illi fiant motus, quin consideremus cū hoc, fm quem modum fiat actio illorū. Et video manifeste in lingua, & in generationis instrumentis, illa eadem membra, quæ mouent: & cum hoc quoq; video scientia manifesta, ꝙ actio linguę, quæ accidit qñ ducitur ab ore, voluntati quidem obsequitur: actio vero generationis instrumentorū non fit à voluntate tm̄, sed sæpius sine voluntate, obsequendo ei, quod anima format, & imaginat. F

*Al. cum.

In animali quoq; ruminante, & in euomente facile, merito quisquis fuerit quæsiuit, an illa actio fuerit solius œsophagi vel stomachi, & similiter habitudo in voluntate. Iam diuersificati sunt homines in hoc. Et quidam eorū actionem eius attractioni stomachi attribuūt. Et quidam eorū attribuūt eam compressioni quidem œsophagi, qua comprimit id, quod discurrit per ipsum, & coarctatur. Qui aūt in sermone suo distinxit, & perscrutatus est breuiter actionem membrorū, dixit ꝙ œsophagus ex duabus componitur tunicis: vna intrinseca, quæ quidem obedit stomacho, per quam ipse attrahit, quod transglutit, sicut quod per manum trahit aliquis: alia vero extrinseca impellit comprimendo circūquaq; rem, quæ transglutitur, donec ad stomachum perueniat, quemadmodum coqui faciunt, qñ manibus suis comprimendo id, quod continent intestina, emungunt. Et quidam viderūt, ꝙ vtraq; tunica œsophagi agit in transglutiendo, nisi quia maior virtus ac dignior in hac actione, est in interiori tunica: & exterior ei facile suffragat. Et iam quidem declaraui in libro meo de virtutibus naturalibus, ꝙ præcipua virtus, & maior, & dignior, quæ ad transglutiendum operatur, est quidem tunicæ intrinsecæ œsophagi: actio autem, quæ est in tempore vomitus, quæ est contraria transglutitioni, fit quidem per aliam tunicam s. extrinsecam. Oportet ergo, vt ponamus causam in maiori parte, virtutem quæ est in stomacho expulsiuam, quæ nō est vo G luntaria, sed naturalis: & fortassis causa in illa operatione virtus est voluntaria: & forte virtus naturalis in illa habitudine, virtuti suffragatur voluntariæ facile, & modicū. Sed quando vomitat homo sine volūtate cibum, quando eleuatur ad orificium stomachi, sicut accidit pueris dormiētibus, oportet quidem existimare, ꝙ causa in illa actione est virtus expulsiua: & hæc virtus etiam inuenitur in intestinis & vesica manifeste & matrice, & inuenitur etiam nō minus in cæteris membris animalis omnibus: nisi quia in istis occultius inuenitur adeo, vt probatione indigeat. Et iam adinuenimus in eis probationes, & fundauimus in libro nostro de virtutibus naturalibus.

De Motu Egerendi & Vomendi.

ET sicut quidam vomitus fit à virtute naturali sola, & quidā vel totus, vel maxima pars ipsius, fit prorsus à virtute volūtaria, ita reperitur in euacuatione per inferiorem regionē, i. per anū: & in euacuatione, quæ fit per vrinam qñ mingit, duplici quidem actione. Fortassis enim fiet hoc ab aliquo lacerti iuuamento, qui congruit ei, extrinsecus condensando, & comprimendo anū: vel forte absq; illius lacerti iuuamento fiet ab intestinis vt egrediatur egestio, vel à vesica per vrinam, & hoc fiet à dormiēte. Et prouenit hoc etiam propter vigiliam nimiam, vel propter multam materiam quam quidem continent illa loca, vel propter materiæ punctionem, vt demum dimittatur H absque voluntate: & illa loca non comprimantur à lacerto, neque in illa quidem habitudine quicquam habeant de actione voluntaria, nisi tantum vnicam, scilicet relaxationis actionem, & circularium impedimentum lacertorum, qui continent quidem extrema lacertorum illorum, qui ne fiat absque voluntate purgatio, solum virtutem prohibent naturalem in eo, qui permanet in suo cursu naturali. Quòd si quidem accidat lacertis illis laxatio, aut incidantur penitus, donec sectio totaliter appareat, & egestio quidem & vrina tunc progreditur prorsus absq; voluntate. Et iam quidam in hoc loco litigium induxerūt, vt vincere videantur, non ex eo, ꝙ sequerentur inde commodum, interrogantes an actionis lacerti laxatio, comprimentis orificia meatuum, & impedimentum eius, de actione computetur voluntaria: & dixerunt quòd actio quidem lacerti fit per distensionem eius & incuruationem, & non per relaxationem. Congruit itaque in hoc capitulo sententia eorum, qui sentiunt, ꝙ rerum virtutes æstimandæ sunt, cum in eis iam conueniatur inquirere de nominibus. Restat autem concordes simus, ꝙ lacerti quando meatuum extremitates comprimuntur, non egreditur quicquam ab eis: quando vero ab eius actione arcetur, quod in illis extitit meatibus, egreditur. Merito igitur dicit obiector, quòd illud, quod egreditur quidem ab illis meatibus, quando relaxatio vincit, illi quidem lacerto contingit actio non volūtaria, quæ

fit

A fit per virtutem tantum naturalem: & quod egreditur ab eis, eo in sua manente cõplexione, quando suffragatur lacertus illis conueniens instrumentis extrinsecus, actio fit volũtaria: veraciter erit secundum primam intẽtionem, vel viam, vel semitam primam, vel qualiter voluerit nominare. Et si quidem intendit voluntate sua, illorum lacertorum impedire vel laxare actionem, ipsis in sua natura non permanentibus, illud quod egreditur, actio voluntaria per secundam intentionem, & viam secundam, non primam appellatur.

De Membris, quæ Mouentur motu Voluntario.

ET sub hoc occupationis genere multa continentur alia dubia: immo quidẽ, si dignius est verum dicere, sub hoc capitulo oĩa, quæ quidem accidunt & arcentur à nostra voluntate, continentur. Qm̃ ambulare, currere, calcitrare, & cæteræ quæ pedibus actiones perpetrantur, volũtariæ dicunt actiones, per intentionem primam: similiter actiones, quæ manibus aguntur, voluntariæ dicuntur. Vox & locutio dicuntur esse à voluntate, prima quidem intentione: manuum autem et pedum quietudo, & cessatio à sermone, dicuntur actiones voluntariæ, intentione quidem & sententia secunda. Qm̃ sicut, qñ membra nostra volumus mouere, est illud, quod volumus, actio voluntaria: ita idem etiam, qñ nolimus ea mouere, erit quidem quod volumus, & hoc sequetur præcisionem consilij apud homines in aliqua actionum voluntaria. Nec hoc quidem currit in sermone duntaxat hominum, verum reperitur ad instar hoc in sermone Dei sublimis viro comminãtis, tempore necessitatis præsenti amico non subuenienti, in hunc modum dicentis: Nunquid tu præsens fuisti, ac amico quidem tuo in mortis articulo iam constituto non subuenisti, deinde me fraudulenter adijsti: egredere à meo sancto altari. Et quidam hominum non admittunt hunc sermonem: & existimant quidem, quod non est appellãda causa illius quod accidit, nisi quidem actio imprimat aliquid in accidentia illius rei, quæ accidit. Et cogitur, qui hoc dicit verbum, dicere quod qui se, ne in exercitum magnum vadat ex regis edicto ad pugnam & ad supponẽdum se periculo, occultat, nullam pœnam meretur: qm̃ pugnãtes illius exercitus si ceciderint, ipse cadet inter eos ratione cadentium, non quia ipse occultauit se ab eis. Et determinaui inter eos, qui dicebant verbum hoc, & inter illos, qui aliud verbum dicebant, hoc modo discordiam magnam & validam. Et iam orta fuerat sæpius inter medicos & philosophos discordia atq; altercatio, vtrum priuatio vel non factio esset quidem causa accidentiæ rei quæ accidit. Et doctores legum, & reges, eos qui se absentant à pugna, & eam subterfugiunt voluntarie, acrius puniunt, quàm illos, qui post victoriam hostium fugiũt. Illi enim qui existimant, quod non est aliquid priuatum causa accidentiæ rei, non possunt ratione defendere se in aliquo contra illum, qui dicit, quod illi, qui subterfugiunt pugnam timore cędis vel mortis, iuste puniuntur: sed contenti sunt hoc verbum dicere, & ipsum sæpius iterare, & successiue, cũ non possint declarare atque ostendere, quod nequit aliquis eis sufficienter probare, quod priuatum licet esse causam eius, quod accidit præsentialiter. Et quidam medicorum intendentes hoc fundamentum obseruare, fundauerunt se super ipsum, existimantes quod egressus egestionis & vrinæ, quando fit absque voluntate lacerti, qui est super orificia meatuum, actio est naturalis & non voluntaria, neque de actionibus animalibus prorsus. Sed qui sophistarum relinquit altercationes & contrarietates, & intendit in eis quæ in arte iuuant medicinæ, cõcedit ei, qui vult actiones istas appellare qualitercunque: & intendit inspicere qualiter ea, quæ iuuant & vtilia sunt, duntaxat inueniantur, quod est qualiter hæ fiant actiones: Exempli causa, quod in stomacho, & intestinis virtus viget naturalis, expellens quidem id, quod eis nocet quantitate sua vel qualitate nocua: & expellit etiam cum hoc interceptum in eis, licet non sit nocuum, quando non iuuat: & hoc quidem in membris in sua manentibus natura, quando consequitur ex hoc, quod continetur commodum per temperantiam. Et fortasse aliquid intendunt expellere membra in tempore indebito, & non opportuno: & imitatur ipsa lacertus, qui comprimit & coarctat illorum orificia meatuum, vt quid expellat, donec transiliat & egrediatur: & similiter quando tempus accedit, quo sentitur ille exitus superfluitatum, ille quidem lacertus relinquitur, ac remittitur: demum quiescit ab actione sua, de quo sermo præcessit. Nec huius negocij fecimus mẽtionem, nisi ob id quod sermo se ingessit ex continuo, non quidem principaliter ex prima intẽtione, quę proposito, quod intendebam, necessaria existeret præsenti. Nec est quidem absurdum cum eo, quod præcessit rememorari, quod sum narraturus: Quod est, quia qui videt ophthalmiam patientem insuetus hoc videre, oculi eius primo replentur humiditate: & si diutius inspiciat, ophthalmiam quoque incurrit & ipse, quia oculi formidantes ægritudinem, debilitantur ex illa: & euanescit virtus illorum essentialis adeo, vt aliquid ab oculis admittat vicinis, qui sibi continuantur, quando fuerit in eis superfluus humor atque prauus. Et iam quidem hoc innuit Hippocrates, & his similia ex eo, quod corpori communicat cogitatio, & compatitur in accidentibus, sermone quem scripsit in libro humorum huiusmodi. Et fortasse quidem videt homo serpentem subito, & in colore suo accidit pallor. Et fortasse quis incedens super apicem pinnaculi aut montis excelsi timet, & pedes eius tremunt. Similiter quoq; homo videt alium mingentem, aut egerentem, aut pãdiculationes agentem, & ad hoc prouocatur idem operari, quasi in membris ipsis visio sit intellectus, & inspectio. Et manifestius hoc declaratur ac liquidius sicut dixi in actionibus, quæ fiunt in lacertis:

In lib. de humorib. ad medium.

quoniam

quoniam illas actiones agunt pueri, nedum adulti, qn̄ voces imitantur, quales alios audiunt profe E rentes, cum ignorent ipsi lacertos linguam mouentes, adeo vt incidant vocem incisione locutionem formāte: similiter accidit inspiratio & expiratio, anhelante lacertum quo hoc operatur ignorante. Non est ergo mirandum linguam quidem moueri à lacerto voluntate duntaxat, sed in ea virtutem esse, qua quidem perpendit quod appetit intellectus, adeo, vt moueat se ipsam motu, vt ab ore quid educatur competenti. Et iam quidē prædixi qualiter hoc fiat, s. linguæ raritatem ac porositatem eius, sicut in virga virili. Sed quia porositates in virga virili ampliores existūt, augmentum virgæ virilis immensum, multam aeris comitatur substantiam: linguæ vero porositates modicæ, ideoq; non accidunt in ea raritates multæ vel magnæ. Et huius generis quidem est quod de dolore quæritur: quid nanq; est, q̄ illud quod quidem incurrit occupatus ex aliquo, & negociosus in loco in quo est, apostema est minus. Quādo ergo euacuatur, cum eo quoq; quod ab eo non desistit augmentatur. Quidam autem dixerunt, q̄ pars animę dispositiua et ordinatiua, qua fit ordinatio, quia causa motus existit voluntarij, & sensuum omnium membrorum sensibilium, qn̄ cogitatione detinetur & occupatur alicuius rei, retardat præuentionem. Et quidam dixerunt, q̄ in ipsis membris est quædam virtus: quando ergo illa pars ad angustiam peruenit ordinatam animæ, & debilitatur & euanescit & etiam laxatur: res autem debilitata & euanescens habet necesse, vt con- F tra id quod nocet ei, validius insurgat. Et hoc quidem excogitauit vir quidam philosophus, cuius philosophia atq; prudentia pura quidem & non turbata fuit, neq; inuidia ducebatur, veritatem secutus non verbo tantum, sed etiam opere. Percussionem sustinuit is in femore, ex qua sibi contigit apostema. Factum est ergo per hoc in quo dubitauit: & illud fuit, quoniam mirabatur ad plurimum, qualiter languor eius noctu magis intendebatur, cum etiam maioribus vteretur remedijs in tenebris, & pedes eius tunc magis ociabantur q̄ in luce, & totum corpus eius erat opertum & cale factum. Et ipse dixit, quod sicut reuelatum fuit, illud quidem non fuit nisi quia non erat de nocte alio negocio occupatus videndi vel audiendi, neq; aliquid agendi, neq; in aliquo prospiciēdi, nec cogitandi: sed eius cogitatio conuertebatur in apostema coxæ duntaxat. Et dixit, quod acciderat ei apostema prius semel in oculis suis, & dolebat noctu vehementius: & illud est, quoniam sicut quando oculus sanus aspicit alium oculum ęgrotum, & intēdit circa ægritudinem cogitare & imaginari, etiam ipse oculis ægrotat. Sic ita non est mirandum vt cogitatio operetur ac imaginatio illud: & quamuis sit in ægritudine femoris, quia dispositio eius, licet admodum sit modica, tunc tamen ægritudo intenditur & augmentatur. Harum autem rerum veritatem licet non attingamus perfecta probatione, quod tamen de eis dicimus firme, est sufficiens: & possibile est, vt non sit suf- G ficiens tantum, sed verum.

*AP. concepti

*AP. ordinatiua

De Motu Palpebrarum.

ETiam tempus est vt ad aliam speciem motuum liquidiorum redeamus, ac si sit conuersio eius quod narrauimus. Qm̄ sicut quædam membra reguntur in virtutibus naturalibus, & motus in eis apparent animales, vel actionibus permisti naturalibus, sic inuenio alia membra, quasi volūtatem sequentia: et voluntas eis prædominatur dominio manifesto. Et cum hoc inuenio, q̄ permiscentur eis motus naturales, sicut motus palpebrarum: qm̄ quidem hæc actio erit in pluribus hominibus absq; voluntate: & non reperies aliquē fere, qui sic arceat palpebras suas, vt non moueat eas, & apertis permaneat oculis, vsq; dum velit eos claudere, & claudat, nisi raro.

*AP. motibus

De Motu Clibani Pectoris in Tussi, Risu, & Sternutatione.

ETiam inuenimus quoq; in motu clibani pectoris totius in tpe tussis, risus, ac sternutationis, locum ambiguitatis. Et hoc quidem est, quoniam istud membrum animalis mouetur vtique semper per lacertum: & initium motus lacerti mouentis ipsum, procedit à fundamēto neruorum & origine illorum, adeo q̄ homo si intenderet illis neruis, & illos amputaret omnes, incontinenti præpediretur anhelitus illius animalis. Et si quis voluerit forti conamine tussi resistere, vt fortassis H valeat anhelitum arcere ac continere propter tussim paululum, si fortis fuerit virtus in arcendo & comprimendo anhelitum suum dominando ei, diuturniori tn̄ tempore non poterit resistere quin deficiat & vincatur, donec siue velit siue nolit tussiat. Similiter fit in sternutatione, quoniā nequit actor eius ipsam comprimere, qn̄ violenter inuadit. Eodem quoq; modo hoc quidem inuestigat & anhelitus. Et quidā existimauerunt, q̄ anhelitus esset actio naturalis, non voluntaria, ob id quidem quia viderunt eam in soporato & apoplectico. Etiam sufficiēter quidē exposuimus de anhelitu in tractatu secundo, libri nostri de motu lacertorum: & librum nostrū inspiciēti cōpetit quod ibi diximus de anhelitu, ad tussim reducere & sternutationem. Risus autem incitatus ex eo, q̄ superficialia tanguntur loca sub axillis, & volę pedum, nō quidem sub hoc capitulo comprehendit: neq; video quidem ad cognoscendam causam, propter quā si tangantur huiusmodi loca, huiuscemodi tactu moueantur motu huiusmodi, velut quando aliquid videtur risibile, vel auditur, secundum aliquam semitām penitus: nec ad cognoscendam causam propter quam, quando similia viderimus istis vel audierimus, corpus prorumpit in motum risus, etsi velimus arceri ab eo, & continere quanto possumus conamine soliciti. Tussis vero, sternutationis, oscitationis, singultus, pandiculationis habitudinem narraui quidem in causis accidentium.

*AP. scenicam

De

A *De Motu Gutturis in Deglutiendo.*

CONtentus sum aũt impræsentiarum ponere quidẽ exemplum ad inquisitionem aperiendam de actionibus ambiguis, de quibus hæsitat, quõ fiant. Et iam aliquid ex hoc narraui in tractatu secundi libri mei de anatomia viuorũ aĩalium: Nunc aũt narrabo modum in alia specie aĩalium, causa quidem exercitij, conscius inter oĩa nihil esse vtilius ei, qui voluerit acquirere ꝑm habitudinẽ & modum in arte medicinæ, vt in pluribus exerceteẽ exemplis. Cum in transitu eius quod transglutiẽ in œsophago plures discordent, oportet ad inquirendum diligenter intendere, qualiter rei veritas reperiaẽ. Et primo narrabo ex anatomia totã formam œsophagi qualiter sit, deinde postmodum oĩa alia membra, quę sibi continuanẽ. Et primum eorum q̃ sibi continuanẽ & dignius oĩbus est stomachus. At quidẽ si aliquis dicat œsophagum ipsius esse partẽ, non verebiẽ hoc dictum neq; verecundabiẽ. Secundũ aũt de ijs quæ continuanẽ œsophago, est nodus gutturis, demum lingua, atq; os. Et illud est, qm̃ vna tunicarum œsophagi s. interior, in sua natura neruosa, cuncta quę sunt in ore & nodo gutturis inuoluit. Et videẽ apparibiliter (qñ id quod trãsglutitur ad stomachũ per œsophagum transmittiẽ) de suo loco nodus gutturis moueri primo, & ad partem gutturis eleuari: qñ aũt quod transglutitum est residet in fundo stomachi, nodus gutturis incontinenti subtra-

B hitur, donec ad pristinum locũ redeat. Et ex hoc quidẽ, quod apparet in hoc capitulo, nobis aperitur initium inquisitionis: & oriẽ quæstio, an nodus gutturis tres habeat partes, quæ sint, nomen non habens, peltalis, & cymbalaris: & an nodus gutturis in aliquo suffragetur, semetipsum erigẽdo ad transglutiendum nutrimentum: an quidã moueatur motu aliquo, quem agit & operaẽ deuoratio. Postq̃ aũt cogitauit ille, qui magnę fuit inuestigationis in inquisitione huiusmodi actionis, ꝙ antecedit deuoratio transitum eius quod transglutiẽ in ore & gutture, indagauit an in motu nodi gutturis sit aliquod instrumentorũ, quod actionem opereẽ illam s. transitum nutrimenti in ore & gutture: an non sit ad hanc causam possibile, vt nodus gutturis attrahaẽ sursum, sed sequatur necessario motum membrorum, quibus fit transitus nutrimenti in œsophago. Deinde, nescio qualiter, discordauerunt, vt quidam essent quibusdam contrarij. Et duę illarũ sectarum † tanti quiores, à veritate fuerunt remotiores, quæ iudicarunt ꝙ nodi gutturis eleuatio atq; erectio motũ quidem linguæ contingit, qui mouet eam, immittendo quod transglutitur, donec ipsum ad œsophagum perducit. Et qui fuit ex illis in anatomia profundior, ipse quidem existimauit ꝙ lingua, quando magis flectitur in transglutiendo, sursum attrahit duos lacertos: & attrahunt sursum illi duo lacerti nodum gutturis per attractionem suam, qm̃ inter radicem linguæ & nodũ gutturis infigun-

† Al. præsumptuosæ.

C tur propterea quidem, ꝙ continuantur chartilagini quæ scuto assimilatur. Et assertores huius verbi existimant, ꝙ duæ duorum lacertorum extremitates horum desinant in chartilaginem. Cum omnes ergo, qui profitentur anatomiam, in hoc quidem communicent, ꝙ cuiusq; lacerti corpus, qñ operatur & agit, versus caput suum retrahitur, non est ergo mirãdum, si qñ lingua incuruatur in initio deuorationis totaliter illorum lacertorum versus caput, eorum corpora vnumquodque duorum sursum contrahit, & loca eorum iuxta linguam, & secum quoque chartilaginem sursum scuto similem. Cum ergo residuæ chartilagines duæ nodi gutturis, huic continuentur chartilagini, totus iccirco nodus gutturis eleuatur atq; erigitur. Quòd si res, sicut existimauerũt ꝙ apparebat in anatomia, se haberet, verbum quod dixerunt, omnibus quæ dixerant, sufficiẽtius esset. Sed quia duo lacerti qui chartilagini quidem continuantur scuto simili, non continuantur vtique cum lingua, sed capitum eorum origo existit à duobus ossis lateribus, quod lambda literæ græcæ assimilatur, eorum patet error, qui quidem existimauerunt, quòd chartilago nodi gutturis assimilata scuto mouetur, siquidem motu linguæ per attractionem duorum lacertorum, quos prædiximus, sursum. Et quamuis etiam cum hoc ꝙ existimauerunt, verum existeret quod apparebat in anatomia, non quidem cum chartilagine scutea sursum quidem attracta duæ chartilagines residuæ de char-

D tilaginibus nodi gutturis attraherẽtur, cum in eis distinctiones essent manifestæ valde inter quasdam chartilagines adinuicem. Quòd si quidem in animali intendas mortuo illos duos lacertos sursum trahere, videbis & chartilaginem vnicam sursum trahi parum: & non videbis ipsum mouere nodum gutturis totum per motum eius. Et hoc apparet in cæteris lacertis nodi gutturis: quoniam vnuiquisque eorum mouet quidem chartilaginem illam, quæ continuatur cum eo duntaxat, motu facili valde. Et manifestior quidem modus, quo deprehenditur error huius sententia, est quod in animali viuo apparet. Quoniam si tu duobus illis intendas lacertis, & amputes illos, deinde labia coniungas vulneris, & vinculo constringas, & dimittas animal agere quodlibet, videbis post modicum temporis ipsum transglutire cibum suum & potum, & mouebit nodũ gutturis sui sicut prius: neq; hoc faceret, si forte lacertus qui ipsum mouet, amputaretur. Et quòd non prolõgetur spacium temporis inter incisionem illius lacerti quam facis, & quod de hoc dixi oportet videre. Est ergo vt animal, quod incidis & scarificas, prius affligas fame vel siti: & quod de hoc dixi est superfluum, quo ad illud quod necesse habetur cum eorum ignorantia: cum quidem esse duorum capitum duorum lacertorum solum sufficiat ad errorem huiusmodi sententię & consilij detegendum. Quoniam quidem hos duos lacertos infixos esse video in duobus lateribus ossis lambda literæ assimilati: & duos alios lacertos video à summo vniuscuiusque literum illius

ossis

*Al. cōtinuatis

ossis oriundos, abinde versus linguam tendentes, duobus quidem lacertis cōtinuatos ad nodum gutturis discurrentibus. Et videt mihi q decepti sunt & errauerunt in anatomia simiarum: qm̄ in hoc quidē aīali reperiunt duo capita duorum lacertorū superiorum iuncta duobus duorū lacertorū capitibus inferiorū ita, q se contingunt, qn̄ aīal carnosum extiterit & delicatum: & hoc erit prę angustia duorū laterum ossis lambda literę gręcæ similis, & subtilitate vtriusq;. In animali vero cuius duo latera huius ossis fuerint lata, tu quidem capita istorū duorum lacertorum videbis adinuicem seiuncta manifeste, & maxime qn̄ aīal extiterit magnum, vt taurus & similia. Et inter illa capita, distantia quoq; longitudinis est sensibilis in oībus aīalibus dētatis. Studeas igitur exerceri quidem primo in huiusmodi speciebus animalis, vt inter capita lacertorū horum, de quibus fui locutus, bene distinguas: deinde hoc idem in equis, & in cæteris habētibus vngues, coneris. Qn̄ igitur hoc feceris, poteris inter vtrūq; bene distinguere. In simijs ēt facile: & maxime quidē si prius exercueris in simijs, quorum capita capitibus canū assimilant. Et qn̄ fuerit aīal antiquius & māturius, anatomiam oīum lacertorum melius perscrutaberis. Post aūt q̄ perfecte deprehendimus & vere scimus, q huiusmodi verbi professores quod perscrutati sumus, errauerūt in eo, cōsideremus igit, an ab alia re, q̄ sit in ore de membris, sit causa attractionis & erectionis nodi gutturis tpe transglutitionis: & aperiam inspectionem inquirens secundo, cum inter ipsum & œsophagū sit cōicatio non modica per tunicā quidem interiorē: in qua substantia carnis est modica valde: deinde cessat in ea caro annihilari paulatim, donec ea priuet penitus: & fit in modum pelliculæ spissę, qua totus nodus tegit gutturis, & os, & cum ea tegitur superior pars linguę. Et iam vidi semel quosdam brutorum aīalium medicos ac chirurgos volentes in œsophagum infundere quædam, quæ infunduntur animalibus: et tenebat eius lingua cū mandibula fortiter inferiori ita, q nō mouebatur: & memini quorundam, quæ infundunt hominibus, qn̄ apoplexiam incurrunt. Nos quoq; intendimus faucibus oris quidem, & ponimus quædā in eis cibaria humida liquida: & in radicem linguæ immitto & infundo quod est in vase in œsophagum: & video, q nodus gutturis tunc eleuatur. Et ex hoc patet manifeste, q eleuatio nodi gutturis est accidens ineuitabile transitus eius, quod transit p œsophagum. Et fortasse ponimus in œsophago grana modica rotunda, quò quidē transglutiantur narcotica, & quædam pharmacica, et quædam quidem quæ alia opera faciunt, retenta cū extremitate lingua, vel interius impulsa, ne prohibeat digitos nostros, quibus intromittunt grana, donec ad principiū perducantur œsophagi: neq; tn̄ ex hoc huiusmodi veritas patet verbi, verū etiam ex hoc quòd non est possibile, vt alius excogitetur modus q̄ iste, quem dixerunt quidam in lacertis, quo liceat linguæ quando mouetur ad se nodum gutturis attrahere. Et illud est, quoniam cum radix linguæ, & duo lacerti descendant ad ipsam † à duobus locis quæ prædiximus, oportuit illis duobus lacertis linguam, neq; aliquid aliud moueri: quoniam verbi illius quod auctor asserebat, quòd possibile quidem erat nodum gutturis illis duobus attrahi lacertis sursum descendentibus ad chartilaginem scuteam, error detectus est, & patuit falsitas. Cum ergo sit hic quidem existimare alium modum, quo possit hoc stare præter hunc, manifeste patet hoc esse falsum: neque aliquis aliud poterit dicere. Similiter etiam nullus poterit dicere, nisi q motus nodi gutturis erit cum trāsitu eius quod transglutitur in œsophago, non cum actione linguæ, cum actio quidem linguę trāsitum eius quod in œsophago transglutitur, antecedat: deinde quiescit & præpeditur tempore, quo cibus in œsophagum transit. Restat ergo nobis indagare causam, propter quā mouetur nodus gutturis cum transitu rei iniectæ in œsophago à principio vsque ad finem, donec incipiat eius motus quando iniectum inchoat in œsophago transire, & quiescit quando quiescit illud & residet. Et res etiam patet & manifestatur ei, qui non exercuit cogitationem suam multo exercitio, quòd non potest esse quin sit vno duorum modorum: siue quòd nodus gutturis innatum habeat intellectum, quo moueat seipsum, cum videat hoc esse sibi melius ac dignius: siue quòd eleuetur per attractionem. Cum ergo primum dictum sit absurdum, restat vt secundum sit verum, scilicet quòd nodus gutturis eleuetur, quando trahit ipsum œsophagus. Et approbat hoc esse verum & attestatur naturalis, quo declarauimus quòd in omni membro virtus est attractiua, qua quidem id quod est simile, attrahit sibi et assimilat: quemadmodum in vnoquoq; ipsorum est virtus expulsiua ad id, quod est contrarium ei & odit. Quod si est verum, est quod declarauimus, quòd desiderium est actio oris stomachi, & quòd œsophagus attrahit, quemadmodū res attrahit manus, quod competit ei, & desiderat quod est in gula. † Tunicæ vero alterius pellicula, quæ currit & inuestit in circuitu secundum latitudinem, vtilis est quidem & suffragatur, }-quando stomachus quidem ad euomendum aliquid mouetur. Similiter pellicula quædam, quæ est in intestinis omnibus, inuestit in circuitu in latū: nec aliqua pellicula in eis existit, quæ aliter, quàm hoc modo, inuestiat, quoniam natura non aptauit ad attrahendum aliquid conueniens, sed ad educendum quod in stomacho superfluit, sicut explicui in libro meo de virtutibus naturalibus. Probationes ergo secūdum hanc viam apud eum, qui cogitationem suam circa virtutes actionum exercuit naturalium, sunt veriores, & magis vrgentes, & ad credendum digniores, q̄ argumenta quæ sunt præmissa. Ille aūt cui non est insitum à natura, nec est aptus ad intelligēdum subtilia: neq; cogitationem suam circa doctrinam eorum, quibus vere comprehenditur cognitio, à puerita exercuit: nec postea in scientia

*Al. macrius

†Al. ab istis

†Al. Tunicę vero alterius, & villi q vestiūt, & ēt currūt in circuitu fm latitudinē, vtiles sunt quidem & suffragantur.

E F G H

tia

A tia rerum naturalium intentionem suam diu apposuit: probationes quæ fiunt sensui manifestæ secundum modum illarũ quas superius narrauimus, non erunt ei firmiores & magis vrgentes: non enim prospexit & sciuit, ꝙ natura nil operatur frustra & incassum. Et quia vna tunica, scilicet interior œsophagi sola videtur habere solicitudinem apparibiliter in œsophagi actione, non reputo quenquam ad tantam deuenisse ignorantiam, ꝙ dicat ꝙ stomachus attrahat id quod competit †ei, per pelliculam, quę disponitur circulariter in latum: & expellat per pelliculam, quæ tendit} lineariter in lõgum: nisi quis in hac vita nihil de hoc excogitauit: sed acquiescat quidem ei quod nouit sensu, donec ipsum veraciter comprehendat: veluti quidam ostendere volens cuidam volenti hãc viam in gallo, quod †pellicula quæ disponitur} in latũ, quæ est in tunica œsophagi exteriori, quando amputatur amputatione in lõgum, videtur illud animal traijcere. Et manifestum est, quod hac vtiq; anatomia debemus vti in gallo, fame prius afflicto: & illud est, quoniã postquam fueris vsus hac abscisione secundum rectitudinem facta in longum, cum non in aliquo sibi ad conseruandum vitam efficiat, ipse quidem comedit & bibit prius, quã locus vulneratus apostemetur & doleat: & tunc abstinebit ab esu & potu. Et non sic quidem declaratur ei, cuius hæc fuerit via sua scilicet de tunica œsophagi: †cuius villi transeunt} lineariter in longum, & non quia cum interiori parte no B di gutturis continuetur: hoc quidem modo factum, in quo sumus, magis declarabitur, ꝙ illo modo, quem prędiximus. Neq; declarabitur ei, cuius fuerit hæc via sua, id quod accidit quibusdam piscibus, scilicet chamæ, & illi qui vocatur sonedis, ꝙ stomachus vniuscuiusq; illorum, quando intẽsa fame conatur aliquod animal minus eo capere, & euadit illud, sæpius inuenitur erectus vsq; ad os suum: & hoc quidem, quia in his animalibus appetitus valde intenditur & superat.

† Al. ei p vil[...] qui dispon[...] circulariter in latum, & expel lat p villos qu[...] tendunt.

† Al. villi qui d[...] sponuntu[...].

† Al. cuius p[...] cula trans[...].

GALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE DISSOLVTIONE CONTINVA.

CENSVRA

Pleraque ex libris de Alimentis, & de Cibis boni & mali succi, in hunc librum ab aliquo longe post Galeni tempora tracta videntur: inest tamen in libro non nihil absurdi.

CAP. I.

Q Via corpora hominum sunt in continua dissolutione & propter calorem naturalẽ qui est in ipsis, & pp calorem aeris circundantis ea extrinsecus, fuit necessariũ restaurare in eis quod dissolutũ est de ipsis. Ideoq; fuerũt necessarij cibi & potus: & fuit infusa in ipsis virtus appetitus ad cognoscendũ horam necessitatis eorum, & quantitatẽ assumendam de eis, et speciem conuenientẽ eis. Verum quia non restauraẽ id quod dissoluitur, nec stat loco eius, nisi sit sibi simile: nec inuenitur in cibo et potu aliquod simile ei, quod dissoluiẽ de corpore: Ideo fuit necessarium naturam mutare cibum & potum, vt stet loco eius quod dissolutum est, et ingrediaẽ in locũ eius. Neq; potest virtus, quæ mutat & cõuertit cibum D & potum in corpore hominis, facere ꝙ mutetur & cõuertatur, nisi quod est simile corpori & proprium. Et quoniam non totum quod comeditur & bibitur assimilaẽ corpori, ideo non est dubiũ, quin remaneat ex cibis & potibus superfluitas in corpore: quam de corpore mundificare oportet & ab eo eijcere. Nam sicut ciborum & potuum, quando intrauerint stomachum, operatusq; fuerit in eis stomachus suas operationes, eorum pars transit ad hepar, & residuum fit egestio mundificanda de corpore, similiter faciunt organa corporis & loca, ad quæ peruenit nutrimentum, ad hoc facta. Oportet igitur penitus eum, qui vult custodire sanitatem, ad duas res intentionem suam dirigere: quarum vna est ad corpus, cum cibo conueniente, loco eius quod dissolutum est de ipso: alia est mundificatio ab ipso eius quod generatum est de superfluitatibus ciborum. Verum oportet te scire diuersitates naturarum ciborum, & diuersitates naturarum corporum, & nocumẽta eorũ, vt scias conuenientiam cuiuslibet specierum cibi, et cuiuslibet differentiarum hominis, propterea ꝙ naturæ ciborum sunt diuersæ. Nam eorum quidam sunt temperati, sicut ex quibus generatur sanguis purus & mundus: & quidam eorum sunt non temperati, sicut ex quibus generaẽ sanguis cum cholera aut phlegmate, aut cholera nigra superflue, aut vẽtositas crassa & inflatiua: & eorum quidam sunt crassi: & quidam subtiles: & quidã, ex quibus generatur humor viscosus: & quidã, ex quibus generatur humor sine viscositate nocuus: & quidã, qui iuuant proprie naturas alicuius membro-

membrorum & non alias. Et corporum quędā sunt temperata etiā, quibus dn̄atur naturalis sanguis purus & mūdus: & quædā sunt non tēperata, & dn̄atur eis phlegma, aut vna ex choleris, siue vna duarū cholerarum: & quædam eorū sunt rara, & velocis dissolutionis: & quædā sunt spissa & tardæ dissolutionis: & quædam, quæ in oībus membris sunt sana: & quædā sunt, quæ sunt læsa in aliquo membrorum, et non in alijs. Itaq; oportet, qn̄ dominans est ꝑm corpus sanguis mundus, ꝙ ministrent cibi æquales in quantitate & tēperati in naturis suis. Et qn̄ est phlegma dn̄ans, oportet ꝙ sint cibi calefacientes & exiccantes, & nutriat cum ijs, quæ addunt in caliditate, & consumūt humiditatem. Et qn̄ ei fuerit dominans cholera, oportet ꝙ nutriat cum ijs, quæ extinguunt cholerā, & addunt in humiditatem. Et qn̄ ei nigra cholera dn̄atur, oportet ꝙ nutriat cibis calidis & humidis. Et qn̄ corpus est spissum & tardę dissolutionis, oportet ꝙ nutriatur cibis paucis & subtilibus, & humidis, quia paucum est, quod dissoluitur de corpore. Et qn̄ corpus fuerit rarum, oportet ꝙ nutriatur cibis multis, crassis, siccis, & viscosis, propter multitudinem eius, quod dissoluitur de corpore. Et hoc regimē est conueniens de necessitate, nisi sit in aliquo membrorum corporis læsio, aut dolor: quia qn̄ fuerit læsio aut dolor in aliquo membrorum, oportet ꝙ fiat consideratio de cibis conuenientibus membro dolenti. Et si fuerit diuersum à necessitate residui corporis, sicut qn̄ hepar est frigidum & stomachus, & in vijs sunt oppilationes, oportet ꝙ administrentur cibi subtiles, et dimittat cibos crassos. Et si fit residuum corporis præter necessitatem eorum, propter maiorem tenuitatē & raritatem, vt nō faciant cibaria crassa oppilationē in hepate: aut si est aliqn̄ hepar calidum: prohibebis cibaria dulcia, & si ipsi corpori conueniant, propter velocitatē conuersionis eorū in cholerā rubram. Et qn̄ stomachus est debilis, oportet confortare ipsum nutriētibus. Et qn̄ est, ꝙ in ipso generatur phlegma, oportet ipsum lauare, & abstergere. Et qn̄ est, ꝙ in eo cholera generat velociter multa, conueniunt, quæ extinguunt acuitatē choleræ, aut ꝙ pretermittātur res generantes ipsam. Et si est aliqn̄ cibus remanens natans in orificio stomachi, ministrentur cibi crassi ponderosi, vt ponderositate sua descendant in fundum stomachi: & præcipias ei, ꝙ paulatim moueatur post cibū, vt declinet cibus de ore stomachi: & qn̄ hoc non fecerit, nō est necesse, quod memorauimus de cibo & motu. Et qn̄ est descensus cibi de stomacho ante digestionem suam, indigemus ijs quæ stringunt & retinēt. Et qn̄ est superfluitas cibi difficilis descensus de stomacho & intestinis, indigemus ijs, quæ descendere faciant, & ventrem mollificent. Et qn̄ caput est calidum, suscipiens vapores, pretermittamus cibaria calida & sicca, licet conueniant in reliquo corpore. Et oportet, ꝙ non sis contentus ijs, quæ memorauimus, sine consideratione s. quantitatis motus ante cibum, & somnū post. Nam qn̄ est motus ante cibum multus, ciba bene, non cibis multis, crassis, viscosis, ad siccitatem declinantibus, qui sint difficilis dissolutionis: neq; iniungas ei diætam, quia parum cōuenit ei. Et qn̄ non est ante cibum motus, vel est paucus, oportet ꝙ non sit cōtentus diæta, cum s. paucis cibis & subtilibus sine adiutorio, in purgando cum medicina laxatiua vel cū balneo illud, quod generatur in corpore de superfluitatibus: & qn̄q; cum prouocatione vrinæ, & cū minutione sanguinis. Et quando motus est conueniens, dabimus cibos temperatos in subtilitate, & crassitie. Et quādo est somnus post cibum multus, oportet ꝙ donemus cibos multos, et crassos: & hoc conuenit fieri in hyeme, propter longitudinem noctis, & multitudinem somni. Et qn̄ somnus est paucus & leuis, subtilibus nutriatur, sicut in æstate, propter breuitatem noctis, & paucitatem somni. Et dicamus, ꝙ oportet, ꝙ mensuremus in cibis quatuor modos. Primus est, ꝙ nutriatur corpus bonis cibarijs hora qua nutritur, sicut ante memorauimus: quia qn̄ est dominans ꝑm corpus caliditas, indigemus cibis frigidis: & quando dominatur ei frigiditas, indigemus cibis calidis: & qn̄ est temperatum, conueniunt ei cibi temperati similes. Et qn̄ est aliquis ciborum præter bonitatem, nec est ei cōueniens, oportet ne sit simplex, immo admisceas ei alios, & comedas cum eo cibos conuenientes, vt rectificetur, quod cum eo timet de nocumento ciborū malorum quibus vtitur cum eo. Similiter & modus secundus est mensura ēt ciborum ita, vt sint in mēsura virtutis digestiuæ: quia & si est cibus in se ipso bonus, & est corpori conueniens, & est virtutem digestiuā debilitans quantitate sua, generatur ex ipso nutrimētum malum. Et modus tertius est pretermittere ex cibarijs, quæ oportet prætermittere, & postponere, quæ oportet postponere: Verbi gratia quia aliquando aggregat homo cibos lenientes corpus in vna comestione, & cibos stypticantes ipsum: quod si præmisit lenitiuum, & secuti sunt eū alij, leuiter descendunt cibi post digestionem suam: sed quando præmisit stypticum, & secutus est leniens, non descendunt, sed corrumpitur totum: & hoc ideo, quia lenitiuus separat inter stomachum & inter descensum cibi styptici, & remanet in stomacho post digestionem suam & corrumpitur, & corrumpit corruptione sua cibum alium: sed quando est cibus leniens ante stypticum, leniens descendit post digestionem suam, & stypticum leuiter per vias descendit. Et ideo si aggregat aliquis in comestione vna cibos velocis digestionis, & alios duræ & tardæ digestionis, præponat cibos duræ & tardæ digestionis in fundum stomachi, propterea, quia fundus stomachi est calidior & potentior super digestionem, propter multitudinem compactionis eius, quæ est in eo de partibus carnis: & superius stomachi est neruosum, frigidum, debilis digestionis: & ideo quando natat cibus in stomacho, non digeritur. Et modus quartus est assumptio ciborum in hora sua. Et ideo, qui accipit cibum

A bum secundũ post descensionẽ primi, & pmisit motũ sufficientẽ, & secutus fuit somnus sufficiẽs, fit bona digestio. Et qui accipit cibũ, & remanserunt in stomacho aut intestinis reliquiæ in quantitate ex priori cibo pter digestionem, corrumpit cibus secũdus cũ reliquijs primi. Et qui comedit cibum post motũ sufficientem, & accipit sup mundificationem & super necessitatẽ corporis, inuenit cibus calorem naturalẽ, sicut ignis qñ ardet. Et qui sumpsit cibũ pter motum, & accipit preter mundificationẽ & præter necessitatẽ corporis, inuenit cibus secundus calorem naturalẽ submersum, sicut ignis qñ operitur cinere. Et in quo somnus sequit̃ cibum, reuocat̃ calor naturalis in ipso, & aggregat̃ in interioribus corporis, & digerit cibum. Et in quo motus sequit̃ cibum, descẽdit cibus de stomacho præter digestionẽ suam, & intrat venas sine mutatione, et adducit in hepate oppilationem & renibus & reliquis membris, & morbũ. Et aliqñ est membrũ debile vt stomachus, & natat in ipso cibus: & non iniungas somnum, donec non descenderit cibus de stomacho: & sumant immediate aliquid de vino, vt descendat cibus de stomacho aliquo descensu, donec deueniat in fundum stomachi: & ante præcipias eum mouere parum, sicut memorauimus iam. Nec oportet vnquam ꝙ accipiat ex vino multum in principio acceptionis cibi, ne descendat cibus cum vino & prohibeat digestionem, propterea ꝙ separet inter substantiam stomachi & inter cibum: &
B qñ non tangit stomachus cibum, non mutat in similitudinem corporis conuenientem, sed remanet in ipso indigestus. Et debent isti qui accipiunt cibum, cum ipso sumere de vino, quod solũ sedet sitim: & abstineant se cum quantitate, qua possint: & quiescant, donec digestio fiat: postea sumant de vino, prout optauerint, nam ipsum adiuuat ad descensum cibi, & subtiliat vt penetret & vt ingrediatur in venas subtiles. Et debet similiter esse acceptio cibi in hora motus appetitus, propterea ꝙ qñ mouetur appetitus, & non incipit accipere cibum, attrahit stomachus ex superfluitatibus corporis: quæ cum intrent stomachum, destruunt appetitũ, & corrumpũt cibũ, qñ admiscet̃ ei. Et melior horarũ in accipiẽdo cibum, est hora frigiditatis, pp aggregationem caloris naturalis in interioribus corporis: sed in hora caliditatis oportet ꝙ dimittat̃ acceptio cibi, quia caliditas aeris attrahit calorem naturalem ad exteriora corporis, & euacuat̃ ab interioribus, & debilitat̃ calor in interioribus corporis ad indigestionem. Et pp hoc est, ꝙ antiqui præferebant cœnam prandio, præcipientes ꝙ sumeretur plus in cœna, pp aggregationem caloris in interiora corporis frigiditate noctis, & somnum, quia caliditas in somno reuocatur, & calefacit interius corpus, & infrigidat extrinsecus: sed in vigilia accidit contrarium huiusmodi, quia calor extenditur in exteriora corporis, & debilitat̃ in interioribus. Et ideo necessariũ est ꝙ homo, cui est dñium complexionis calidæ:
C & cuius stomachus est calefactionis velocis pp generationem choleræ citrinæ: & cui generatur in stomacho, aut effunditur ei, multa cholera citrina: nutriatur cibis crassis duræ digestionis: & digeret eos, et non digeret cibos leues subtiles velocis digestionis, quia cholera est potentior super leuibus cibis, & corrumpit eos, & non est potẽs corrumpere crassos. Et ideo inuenimus homines, qui digerunt carnes bouinas, & non digerunt carnes pullinas, & quę similant̃ eis ex cibis leuibus. Et consuetudo in eis addit magnam partem, qm̃ qui consueuit prandere, & remouet̃ ab eo, & est contentus cœna, magnificat nocumentum sibi: & qui cõsueuit sumere cibum in aliqua hora determinata, & mutat̃ ad aliam præter istam horam, declarabitur sibi hæc pmutatio nocua: & si mutauerit cibum ex horis malis ad horas bonas. Et debet propterea imitari consuetudinem qñ est antiquata & longa, etsi sit non bona, qñ non adducit aliquid necessitatis ad mutationem suam: nam consuetudo est natura secunda, sicut memorat sapiens Hippocrates. Quod si eueniat aliquid vi ducẽs ꝙ mutetur ab ea, conuenientior rerum est in eis ꝙ mutet̃ ab ea paulatim. Et appetitus ẽt in opere digestionis cibi est maior pars, quia significat̃ super conuenientiã & bonitatem. Et qñ sunt cibi duo æquales in bonitate, & est necessitas appetitus de eis ad vnum eorum declinans, consentiemus dare rem appetitam præ alia, quia conuenientior est naturæ suæ, & leuior ea in digestione. Et qñ duo
D cibi sunt, & vnus eorum est melior altero, & necessitas appetitus in eo est ad peiorem declinans, eligimus eum super meliorem eorum, dummodo nõ timeamus ex ipso nocumentũ multo maius, ꝙ̃ eueniat ex ipso iuuamẽtum, propterea ꝙ libenter sumatur, & melius stomachus digerat ipsum: vt explanauimus in eo quod rememorati sumus, ꝙ oportet studere ministrare cibos bonos & electos ſm cognitionem diuersitatum naturæ corporum, & operationum eorum, & diuersitatẽ virtutum ciborum. Et declarauimus diuersitatem naturę corporum, & operationes eorum: & quod conuenit cuilibet vni eorum ex speciebus ciborum & potuum: & ego nominabo species ciborũ, & rememorabor quod est in qualibet specie, & nomina quæ sunt in qualibet specie ipsorum: & rememorabor in qualibet specie dispositionis corporis, & conuenientium eorum.

CAP. 2.

Ciborum subtiliantium tria sunt genera. Eorum enim sunt ex quibus generat̃ sanguis subtilis: & dicuntur ipsi subtiliantes, quia sanguis generatus ex eis quando commiscetur sanguini qui est in corpore, reddit totũ subtilius, quàm prius esset: sicut medulla panis frumenti fermentati, loti lotionibus pluribus, & carnes pullorum, & carnes aduragi, & phasiani, & starnę, & axillę auium omnium, & carnes piscium paruorum in quibus non est viscositas, & cucurbitæ, & almesci, & quod similatur eis. Et huius generis cibi conferent ei, qui non mouetur, & cuius labor naturalis in corpore suo est debilis, & qui non securatur quin in corpore eius generetur humor crassus: &

generetur

generetur in hepate aut in splene oppilatio, aut renibus, aut in pectore, aut in cerebro, aut aliquid in E iuncturis suis phlegmatis. Ciborum subtiliantium genus aliud est, quod subtiliat quod inuenit ex re crassa propter id, quod est in eis de caliditate & acuitate: sed ipsa sunt in substantia sua crassa, generantia humorem crassum: sicut pastinacæ, cępæ, raphanus, & rapæ, & quod similatur istis. Et huius generis ciborum, quando coquuntur & assantur, separatur ab eis caliditas, acuitas, & incisio, & remanet substantia mala. Et quidem possibile est, quod eueniat iuuamentum per incisionem istorum ciborum & subtilitatem eorum: & quod discedant à substantiæ suę natura secundum vnum trium modorum: Aut coquātur simul, & eius crassities attenuetur, sicut fit de cępis, aut exprimantur: aut coquātur, & post sumatur aqua sua, sicut fit de raphano: aut quod comedatur aliquid crudū ad incisionē phlegmatis, & vomatur cum eo, sicut faciunt cum eo omnes. Et tertium genus ciborum subtiliantium est, ex quibus generatur sanguis subtilis, & tenuat quod inuenit de humoribus crassis & viscosis in corpore. Huiusmodi generis ciborum subtilium sunt quatuor differētiæ. Prima eorum differentia est eius quod est sapidum, dulce, subtile, propter id quod est in eis de virtute mundificatiua, sicut aqua hordei, & batheca, & ficus siccæ, & amygdalæ, & fistici, & mel, & hæc ex his quæ abstergunt. Et hæc differentia est propinqua in iuuamento subtiliantibus cibis qui sunt ex primo genere, nisi quod illorum perfectio est in subtili corpore. Et secunda differētia est acutior, incisiua, sicut sinapi, nasturtium, allium, porrum, apium, eruca, origanum, ficus, menta, mentastrum, fœniculus, ruta, anethum, cyminum, carui, vinum citrinum clarum subtile antiquum calidum. Et hæc differētia F confert ei qui indiget apertione oppilationis splenis, hepatis, pectoris, & cerebri: & incidit substātiam & tenuat. Sed non oportet aliquis multum vtatur eis, nam sanguinem adurunt, & reddūt ipsum aquosum. Et hi cibi minuunt corpus, & postea ipsum debilitant: & postea calefaciunt sanguinem calefactione nimia, & redit plurimum eius cholera citrina: & postea, si continuus sit vsus eorum, ex ipsorum continua assumptione dissoluitur sanguis subtilis, & deducitur ad exiccationem & crassitiem, & plurimum fit cholera nigra: & quandoque generatur ex istis lapis in renibus nociturus. Et hæc differentia vehementius & perfectius operatur in eo, in quo est cholera citrina dominās. Et tertia differentia eorum quæ dissoluunt & tenuant cū salsedine sua, sicut muria, & pisces quando sunt saliti leuis carnis & paucæ pinguedinis, & sicla, & aqua casei saliti, & omnes cibi in quibus positū est sal, & muria, & baurach. Et huiusmodi differentię iuuamentum & nocumentum est propinquū iuuamento superacutarū, & nocumento earum, nisi quod hæc differentia in mundificando stomachum & intestina, & leniendo naturā, est perfectior. Et quarta differentia est eorū quę incidunt & tenuant cū acetositate sua, sicut acetum, & secaniabin, & acetositas citri, & aquę granatorum acetosorum, et G omnes cibi qui cum eis accipiunt. Et hæc differentia cōfert ei, qui est in stomacho & in reliquo corpore calidus, & quando generatur in eo phlegma ex crassitie ciborum assumptorum, aut ex multitudine eorum. Cibaria crassa quando inueniūt corpus calidum, multum laborant. Et somni multi post cibum, digerunt, & nutriunt corpus nutrimento plurimo adhærente, & confortant confortatione plurima. Et melius est quod sumantur hæc cibaria in hyeme, propter aggregationē caloris in interioribus corporis, & longitudinem somni. Et quando quis sentit in corpore suo diminutionem manifestam, et si comedat aliquid, & sit in corpore suo caliditas pauca, & proprie in stomacho, & labor ante cibum paucus, & somnus post paucus, non perficitur digestio, sed generatur in corpore humor ex eis crassus nimium, crudus, generans oppilationem in hepate & splene. Ideo oportet, qui comedit cibos crassos & præter necessitatem dominij appetitus eius, quod paucos ex eis accipiat & cōmistos, nec assuescat eis. Et sunt ex cibis crassis, qui cum crassitie & viscositate sunt multum nutrientes, quando digeruntur: sed si non digerantur, ipsi eorum multitudine generant oppilationem. Et cibaria crassa dominante eis siccitate duritie & viscositate, & simplicia & commista faciunt idem: & hoc est quod rememoramus: aliquando enim propter nutrimentum ex natura rei, & aliquando adducit eis ex contactu caliditatis & coctione. Et lenticulæ, & glandes, & lepores, & fungi, & fabæ assæ H sunt crassa, quia siccitas est dominans eis in natura eorum. Et hepata, & oua dura elixa aut assa, & omne quod est frixum ex eis, & lac coctum coctionibus pluribus, & vbera, & vinum vuæ quod est coctum, & specialiter quod est ex vua crassa in natura sua, omnia sunt crassa, quia caliditas in coctione acquisiuit eis siccitatem & coagulationem. Et caro cerui, & hirci, & carnes bouinæ, & ventres, & intestina, hæc sunt crassa, propter duritiem naturæ eorum: & eodem modo lupini, & grana pini, & rapæ, & fascoli. Et panis furni in exterioribus est crassus, propter id quod acquisiuit eis ignis ex siccitate: & in interioribus est crassus, propter viscositatem quæ in pane est de natura frumenti: & similiter omne quod non est bonum, vti assatum, & confectum, & fermentatum, aut nimis digestum ex pane, aut tenuius coctum: & omnis panis in testis cum oleo & sine oleo: & dactyli, & sesamum, & fungi, & similia. Et lagana, & cerebra, omnia sunt crassa, propter viscositatem quę est in natura eorum. Et pultes sunt crassi, propter coagulationem eorum et viscositatem acquisitas eis ex decoctione. Et melongianæ sunt crassæ, propter siccitatem & viscositatem, quę sunt in natura earum. Et pisces duri et viscosi sunt crassi, propter aggregationem duarum rerum ex tribus in ipsis rebus. Et caseus est crassus, propter aggregationem trium rerū in eo. Et aures, & labia, & extremitates musculorū, sunt generantia humorem viscosum non cum crassitie. Et

A etiã generatur accidentaliter ex cibis frigidis chymus crassus, propter debilitatẽ calidi corporis, & digestionis, & subtiliationis suę, sicut accidit ex comestione fructuum ante maturationem eorum, & ex comestione citrulorum, & cucumeris, & carnis citri, & lactis acetosi.

CAP. 3 Et ei qui est in corpore tẽperatus & sanus, nec labor eius est multus, nec est labor in virtute, meliora sunt cibaria media inter subtilia & crassa, qa ipsa ei conueniunt, & non debilitant sicut cibaria subtilia, nec generant cruditatẽ, et oppilationẽ sicut crassa. Et oĩs panis bene pręparatus arte, ouũ gallinarũ, caro hœdi anniculi, caput & caro agni, & pecudũ, oẽs sunt humidæ, & viscosę. Et caro pullorum columbarum, & paruarum auium, generat sanguinem calidiorem & crassiorem sanguine temperato. Sed hepata pullorum & anserum, & axillæ ipsorum, sunt tẽperata, & reliquum corpus est multarum superfluitatum. Et omnis auis, quæ est multi motus, & cuius pascua sunt in locũ boni nutrimẽti, mundi aeris & sicci, est melior multum, & subtilior: oĩs vero auis quietis, est opposita, & peior, & immũdior magis. Sed oĩa oua bene præparata, & maxime quæ sunt projecta in aquam calidã, & recipiunt ante, q̃ indurescãt, sunt temperatæ crassitiei. Et oẽs pisces nõ duræ carnis, nec multæ viscositatis: aut quibus nõ est viscositas, & sunt boni saporis: & quorum pascua sunt in aquis mũdis à sorditie, & aquis fluminũ: sunt tẽperati, & boni nutrimenti. Et de fru-B ctibus, vuę, & ficus, qñ sunt bene maturę sup arborem, & cito descendũt de corpore, & quod generat ex eis, temperatũ est in subtilitate: & si non cito descendũt, nõ sunt bonæ. Et de oleribus, endiuia, lactuca, & asparagi. Et omne vinũ cuius color est, color granati clarus, nec est nimis antiquũ.

CAP. 4 Cibaria velocis digestionis sunt vnius horum modorum. Primus modus est, qñ sunt naturæ non siccæ, sicut sunt lenticulæ: neque sunt durę sicut lupinus: nec sunt viscosa nimis, vt triticũ: nec aspera multum, vt milium & panicum: nec multum vnctuosa, sicut sesamum: nec abominabilia, vt vinum ponticũ nimis: nec sunt plurium superfluitatum, vt caro pullorum anseris: nec dñatur eis frigiditas vehemens, sicut lacti acetoso: nec caliditas vehemens, sicut melli. Et modus secũdus est ßm naturam digerentium ea: & hoc est vno duorum modorum: Modus primus est conuenientia cibariorum, & similitudo complexionis naturalis corporis, sicut q̃ appetunt & sapiunt cuilibet homini. Et iam inuenimus homines diuersos in appetitu eorũ: & quilibet tñ eorum melius digerit, quod appetit, & ad q̃ multum declinat eius appetitus, q̃ quę non appetit, & ad quæ nõ declinat. Et modus secundus est ex complexione accidentali corporis, in accipiẽdo cibos contrarios ei, sicut apparet, quòd cui dominatur caliditas ex aliqua causa, est cibos frigidos fortius digerere, quia extinguunt caliditatem corporis, & temperant eam, nec calidos digerit: & cui domina-C tur frigiditas, calidos digerit, sed non digerit frigidos: & cui est corpus humidum totũ, stomachus digerit cibos siccos, nec digerit humidos: & cui est actualiter siccum, est oppositũ isti. Et iam declarauimus, ꝙ cibaria subtilia & media, de se sunt velocis digestionis: & etiam aliqñ euenit, ꝙ cibaria crassa velociter digeruntur in aliquo corpore, sicut iam memorauimus. Et declarauimus, ꝙ panis bene præparatus, & caro gallinæ, duragi, & starnæ, & hepata pullorum anserum, & eorum axillæ, & omniũ auiũ pinguiũ, & iuuenum, velocius digerunt, q̃ꝫ axillæ macrarũ, & antiquarum, Et carnes auium omnium velocius digerunt, q̃ quadrupedũ. Et omne quod est ex aĩalibus siccis, paruum velocius digeritur, q̃ꝫ magnũ: & ideo caro vituli velocius digerit, q̃ꝫ caro bouis: & hœdi anniculi, & agni, velocius digeruntur, q̃ caro antiquorũ, & q̃ꝫ capra. Et omne quod est ex animalibus humidis maius, velocius digeritur ante, q̃ durescat, q̃ꝫ minus: & ideo anniculus ex pecude velocius digeritur, q̃ꝫ agnus. Et caro omnis animalis, quod est in augmẽto & cremento velocius digeritur, q̃ꝫ eius, quod inueteratum & antiquum est. Et caro cuius pascua sunt in locis siccis, velocius digeritur, ꝙ cuius pascua sunt in locis humidis, propter superfluitatũ paucitatem, quę sunt in eo cuius pascua sunt in locis siccis: & multitudinem eorum, cuius pascua sunt in locis humidis. Et omne cuius substantia est rara, velocius digeritur, q̃ꝫ cuius substantia est spissa: & ideo nuces velo-D cioris sunt digestionis, quã auellana: & oua non dura velocius digeruntur, q̃ꝫ dura: & omne quod leuiter & facile masticat. Et similiter lactucę, & endiuia, & citruli, & cucurbita, digestibiliora sunt, quàm apium, & carbthum. Et oĩs cibus, qui melius sapit est digestibilior abominabili: & ideo vinum dulce digestibilius est aspero. Quæ tarde digeruntur, tarditatẽ habent, qa in natura sua sunt aut sicca, aut dura, aut viscosa, aut spissa, aut multæ vnctuositatis, aut superfluitatis, aut abominabilis saporis, aut caliditas est in eis nimia aut frigiditas. Et quod est cõtrarium complexioni naturali, qñ non appetit. Et quod est conueniens accidẽtaliter diminuẽdo corpus, aut addẽdo in ipsum. Et caro bouis, & caro cerui, & venter, & intestina, & interiora, & aures omnium animaliũ, & caseus, & oua dura, tarde digeruntur, propter siccitatem & duritiem eorũ. Et eorũ quæ sunt ex auibus alcarasym, galfaguelut, & pauones, & ventres omnium auium. Et de granis, oryza, & lupini, & lentes, & milium, & glandes, & castaneæ, & caro hirci, & maiores capræ, sicut meminimus, propter spumositatem, & abominationem eorum. Et caro pecudum, & hepata omnium animalium, & pulli anserum, sunt tardæ digestionis, propter multitudinem superfluitatum eorum. Et lac acetosum, propter frigiditatem suam. Et frumentum coctum, propter eius viscositatẽ & spissitudinem. Et fabæ, & faseoli, propter multitudinem inflationis eorum. Et sesamum, propter multitudinem oleagineæ substantiæ. Et vuæ, & ficus, & reliqui fructus, qui non valde maturantur,

Et caro citri, & bedaruch, & rapæ, & pastinacæ, & oĩa olera, & radices, & vinum nouum crassum, E propter superfluitatem eorum. Cibi multarum superfluitatũ sunt caro pullorũ anserum præter axillas, & interiora omniũ aĩalium, & cerebra, & aues de paludibus & lacubus, & culturæ, & cicera recentia, & fabæ virides, & caro animalis lactentis, & omnis caro quiescẽs non velocis exercitij, & pisces, sicut meminimus, & istorum, ij qui sunt de aquis sordidis thermarũ. Cibi non habẽtes superfluitates sunt axillæ auium, & pedes quadrupedum, & genua: & animalia, quorũ pascua sunt in desertis, & in locis siccis. Cibi multi nutrimenti sunt oẽs cibi crassi, qñ digerũtur bene in multitudine: & omne quod est superfluitatum paucarũ, & est plurimi nutrimẽti. Sed oportet, ꝙ cibi multi nutrimenti sumantur ab eo, qui indiget cibis paucis nutrientibus cum nutrimento multo, sicut est conualescens: & hi cibi grauant stomachum propter multitudinem eorũ: & corpori conueniunt indigenti nutrimento multo. Et caro vaccina, & cerebra, & medullæ, & interiora, & vẽtriculi auium omnium: & pisces crassæ & viscosæ carnis, & similia: & fabæ, & cicera, & faseoli, & lentes, & lupini, & dactyli, & glandes, & castaneę, & rapę, nutriunt eum, qui digerit ea nutrimento multo crasso. Sed axilla pullorum anserum, & panis similæ, & vuæ passæ plenæ dulces, & ficus, & lac recenter mulsum, et vinum, nutriunt multum, propter paucitatem superfluitatũ eorũ, & plurimam conuenientiam eorũ ad corpus. Et nutrimentum lactis est crassum, licet subtilius minus nu- F triat: & crassum incrassat, sicut vaccæ. Et subtilius est lac asinæ lacte camelæ: & lac capræ est medium inter ista. Et nutribilius est vinũ rubrum crassum dulce: & post hoc nigrum, crassum dulce: & post hoc album, crassum dulce: & post hoc crassum, rubrũ asperum: postea nigrũ, crassum aspe rum: & post hoc vinũ subtile: et de istis ẽt omne quod declinat ad rubedinem & dulcedinẽ, est magis nutritiuum: & minus nutritiuũ, est album subtile. Oẽs cibi subtiles sunt pauci nutrimẽti: & oẽs in quibus est nimia siccitas et humiditas, aut multa supfluitas, sunt minoris nutrimẽti: sicut pedes, & venter, & intestina, & aures, & pinguedo, & pulmo, & caro oĩum auium, & aĩalium antiquorum, parum nutriunt, pp siccitatem, quæ est in eis. Et ideo panicũ, & milium, & papauer, & oliuę, & nuces, & amygdalæ, & auellanæ, & zarur, & caules, & cappares, & fructus lentisci, & vuę passæ ponticæ, & pira pontica, oĩa parum nutriunt, pp siccitatem eorum. Sed pisces, & cucurbitæ, & granata, & mora, & poma, & pruna, & chrysomela, parũ nutriunt, pp multitudinẽ humiditatis eorum: & nutrimentũ eorum neq; remanet, sed dissoluit cito. Vnde panis hordei, & furfur, & fabæ humidæ, & oĩa olera, velut caules, & sicla, & acetosa, & portulaca, & raphanus, & sinapi, & nasturtium, & pastinacæ, parum nutriunt, pp multitudinẽ superfluitatum eorum. Et cæpæ, allia, & porri, qñ comeduntur cruda, non bene nutriunt: sed qñ coquuntur in cibis, nutriunt nutrimẽ- G to pauco, bono, sicut memorauimus. Et medulla panis lota bene, & amylum, sunt nutrimẽti pauci, pp subtilitatem eorum: sed ficus, & vuæ passæ, sunt inter ea, quæ minus nutriunt & quæ plurimum nutriunt: & eorum nutrimentum est tenerum humidum: & similiter est nutrimentum fabarũ. Et oẽs cibi quibus hoc dñatur dominatione forti, amittunt id, qñ elixantur, aut assantur, aut infunduntur, & nutriunt nutrimento paruo. Cibaria boni chymi sunt oĩa cibaria temperata, in quibus non est nimia fortitudo: & in quibus non fit egressio in quantitate, generant sanguinem clarum, mundum, sanum: & omne, quod est simile istis, est conueniens omni corpori, & omni tẽpore, in corpore tẽperato, & in tempore temperato. Sed corpora, quæ egrediuntur temperamentum, indigent cibarijs, quorum virtus sit egressa tẽperamentũ, contrarijs virtuti dominanti sup corpus temperatum: & similiter ẽt corpora temperata in tempore non temperato. Ac cibariorũ temperatorum quædam sunt crassa, & quædam subtilia, & quædam sunt media horum. Et hæc cibaria temperata, media inter subtile & crassum, sunt meliora omnibus hominibus, & maxime tẽperatis, & in tempore temperato. Etiam quidẽ narrauimus cibos crassos, & subtiles, & medios: & nominauimus eos, qui sunt boni: & qñ quælibet eorum est bona species: & remansit vt nominemus cibos generantes chymum bonum, & diminutos, secundum quod diuisimus. H

CAP. 5.

Dico, ꝙ panis frumẽti mũdi bene factus arte sua, qñ comeditur in die suo: & caro gallinæ, & hœdi anniculi caput: & pisces non cũ duritie nec multæ viscositatis, qbus non est zinuma, nec malitia nec pinguedo plurima: & quorũ sunt pascua in aquis nõ sordidis, nec aquis thermarũ, qui non nutriuntur male, nec sunt velocis corruptionis, sed remanẽt tempore longo ante ꝙ̃ mutetur: & oĩa oua nõ dura, bene parata & cocta: & omne vinũ boni odoris, leue, in quo est dulcedo pauca: oĩa sunt boni chymi tẽperati inter subtile & crassum. Sed panis de simila bene paratus ex arte, & phasiani, & duragi, & pulli colũborum, & axillæ omnium auium: & pisces parui, qbus non est pinguedo multa, & sunt teneri, in quibus non est viscositas manifesta, & quorum pascua sunt secundum quod nominauimus: & piscibus paruis teneris sal remouet viscositatem: & furfur hordei, & vinum boni odoris, persicũ vel citrinum: omnia hec sunt boni chymi ac subtilis. Et lac recenter mulsum est boni chymi, nisi ꝙ ipsum est crassum: & ideo aliquando caseatur in stomacho, & propterea admiscetur ei mel & sal, et tenuatur cum aqua. Et melius lac & temperatius, est lac capræ, quia est subtilius, quàm lac pecudum, & vaccæ: & est crassius, quàm lac asinæ, & camelæ. Et debet accipi lac ex aĩalibus sanis, iuuenibus, bene nutritis: nec est accipiendum in tempore, quo lactant, quia tunc est crassum: & tenuatur post paulatim, donec sit aquosum. Et melius est recipere

lac

A lac statim mulsum, anteq̃ immutetur ab aere, quia velociter immutatur. Et lagana, & caseus humidus, & panis similæ bene paratus, & ex arte coctus, & panis frumenti, & caro vituli, & partes, et vbera & hepata & interiora, & de granis fabæ: & de vino id, quod boni est odoris, dulce: omnia hæc generant chymum bonum & crassum.

CAP. 6 Omnia cibaria, quę nō tēperata sunt, non generāt sanguinē purū, mūdum, clarū. Et cibariorum mali chymi tres sunt spēs. Eorum.n.sunt, quæ addunt in phlegma: & eorum sunt, quæ addunt in choleram: & eorū quædam sunt, quæ addūt in choleram nigram. Et oportet omnē hominem dimittere multitudinem eorū, & cōtinuationem assumptionis eorum: etsi.n. digerant ea, nec inferant nocumentū cito, tñ adunanī in corpore continuātis acceptionē eorū in longo tpe chymi generantes ægritudines malas. Et non dimittat omnē speciem eorū, quæ addit in eo id, quod dominaī in corpore eius, sed accipiat ēt id, quod est oppositū ei, quod dominaī corpori, quod est nocuū minus. Et ego finio rememorationem horū cibariorum. Et memoro, quod generaī ex quolibet eorū. Et dico, φ oē quod accipit ex pane, & farina multi furfuris, & frumēti antiqui aut farinæ, est mali chymi, addēs in cholerā nigrā. Et caro pecudis oīs addit aliquid in phlegma. Et caro capræ multorū annorū oīs addit in melāncholiā. Et mala est caro hirci, & caro bouis, & hirci syluestris: & post caro hirci maxime nō castrati: & post caro pecudū multorū annorū: & post caro bouina. Et ex istis caro castrati est melior multo. Et caro capreoli, cerui, & leporis, est pter malitiam, quā memorauimus. Et de membris aīalium, renes sunt mali chymi, pp spumositatem, & superfluitatem, quas acquisiuerūt ex malitia vrinæ. Et cerebrum addit in phlegma. Et oēs ventres adunt in phlegma, pp multitudinem superfluitatis eorū. Et oua cocta in tegamine vel in testis, generāt nutrimentū crassum & corruptibile: Et similiter caseus, & maxime antiquus. Fungi generāt chymū crassum & frigidū. Et fœnumgræcū, & cicera, sunt mali chymi, pp id, quod est in eis de caliditate. Et lentes addunt in melancholiā. Et milium, et panicū generant sanguinē crassum. Et pisces duri quibus dñatur viscositas, generant phlegma: & si fuerint saliti & antiqui, generant melancholiā. Et ficus siccæ, si multæ sumanī ex eis, generāt superfluitates putridas, & multiplicāt pediculos. Et pira, & poma, si comedanī matura, generant chymū frigidum. Et similiter cucumeres, et citruli, & aqua bathecæ, & cucurbitæ aliqñ ante, q̃ digerantur, adducunt in corpore accidentia mala: & aliquando faciunt in stomacho corruptionem: corrumpuntur.n. in eo, & generant chymum malū, & maxime si inueniant in stomacho malā superfluitatē: & ideo accidit indigestio illi, qui comedit bathecā. Et olera oīa sunt mali chymi, pp multitudinē superfluitatum in eis, & paucitatem nutrimenti. Et cæpæ, & allia, & raphanus, & rapæ, & pastinacæ, propter malitiam caliditatis, quæ est in eis, & acuitatis. Et qñq; addunt in cholerā, & qñq; in melancholiam, sicut meminimus iā. Sed quę coquunī, & effundunī ab aqua illa, et coquunī cū alia, remouet caliditas & acuitas ab eis. Et bedarus calefacit sanguinē calefactione forti. Et caules generāt melācholiam: & silr oēs herbæ similes.

CAP. 7 Cibaria media sūt panis de farina crassa, & caro castrati, & ex vacca, & pecude: Et ex mēbris, lingua, & intestina, & aures: Et ex fructibus vuæ, & batheca, & maximæ appensę & ficus maturę humidæ, & siccæ cum nucibus, & castaneæ: Et ex oleribus, lactuca, & post endiuia, & post citruli, & atriplex, & portulaca, & olus iamenum, & acedula, & olera quibus non est multa acuitas.

CAP. 8 Cibaria calida conueniunt ei, cui dominatur frigiditas: & in temporibus, & in partibus frigidis, & in ciuitatibus frigidis. Et vitare debet ipsa ille, qui est calidæ complexionis, & in temporibus calidis, & in ciuitatibus calidis. Ex quibus sunt frumentum coctum, & panis frumenti, & cicera, & fœnumgræcum, & dactyli, & sesamum, & cannabis, & vuæ dulces, & passulæ dulces, & apium, & ruta, & raphanus, & rapæ, & sinapi, & pastinacæ, & allia, & cępæ, & porri, & caseus antiquus, & vinum dulce & calidum, & vinum dulce antiquum citrinum.

CAP. 9 Cibaria frigida debent administrari ei, qui est calidi corporis, & in temporibus calidis, & in D ciuitatibus calidis. Et ex illis est hordeum, & omne quod fit ex eo, & milium, & panicum, & cucurbita, & batheca, & cucumeres, & citruli, & pruna, & persica: & quæ declinant ad acetositatem & ponticitatem, sicut vuæ, & passulæ, & fructus palmæ & radix eius: & lactucæ, & endiuiæ, & portulacæ, & papauer, & poma, & pira, & granata pōtica sunt frigida terrea: & ea quæ sunt acetosa, sunt frigida, subtilia: & acetum frigidum, subtile, nocens neruis: & vinum album ponticum est minus calidum vino albo, sed tamen hoc est crassum, nocuum & malum. *Al. nigrum.

CAP. 10 Cibaria sicca cōueniunt ei, in cuius corpore dñatur humiditas, & in tpibus, & in ciuitatibus humidis. Et ex his sunt lentes, & caules, & sauich sicca, & oē quod assaī, & oē quod frixum est, & omne in quo plurimū vini & murię ponit, et acetum, & sinapis, & caro oīs multorū annorū aīalis.

CAP. 11 Cibaria humida cōueniūt ei, q siccę cōplexionis est, & in temporibus, & in ciuitatibus siccis. Et ex eis est hordeū, & batheca, cucurbita, citruli, & cucumeres, & nuces humidæ & vuæ, & ficus, & pruna, & radix palmę, & mora, & lactuca, & olus iamenū, & cāthah humida, & faseoli humidi. *Al. atriplex.

CAP. 12 Iam memoramus, φ quādo est in aliquo mēbro corporis morbus, oportet sit plurimū intentionis tuæ in cybarijs, quæ cōueniunt illi mēbro: & maxime qñ morbus existit in stomacho, aut in capite, aut in hepate, aut in splene, aut in renibus. Et qñ stomachus est debilis & mollis, recipiant eū cibaria styptica, sicut cydonia, & oliuæ, & aquæ quę sunt salsę, & acetū, & oleū pōticum, & vuæ

ſepultæ in vinacijs vuarum,& agreſta,& vinum ponticum ſubtilis odoris. Et cortex citri, qñ acci E pitur de eo parum,cõfortat ſtomachum: & qñ accipitur de eo multum, grauat, quia ſubſtãtia eius ſola,eſt duræ digeſtionis. Et oĩs cibus & potus ſtypticus, ſi præmittat̃ ante alios cibos, ſtringit ven trẽ: ſi accipiatur poſt alios cibos & potus,lenit ventrẽ, nam pp duritiem eius adiuuat ſtomachum in deponendo cibũ. Et aliqñ aggregatur in ſtomacho phlegma viſcoſum,& adhærens,& auferẽs appetitũ ab eo: & rectificant eum cibaria,quæ incidunt phlegma,& mundificãt ſtomachum, ſicut ſinapi,& naſturtium,& raphanus,& vinũ calidũ,& nuces cũ ficubus. Et aliqñ eſt mollis, & debilis,in quo eſt phlegma adhęrens: & conueniunt,quæ amouent phlegma, & mũdificant ipſum,& corrugant ſubſtantiam eius & confortant,vt capparis pręparatus cũ aceto ſolum,aut cum aceto & melle,& fumus terræ qñ comedit̃ cum aceto,& vinum ponticum qñ miſcetur cum vino calido boni odoris. Et quando generatur in ſtomacho calido,tunc cuſcutæ & apium mundificant eum.

CAP. 13 Sicla eſt mala ſtomacho propter mordicationem,quã habet ex acuitate & bauracitate: & rapæ,qñ non valde coquuntur,pp mordicatiuum,quod eſt in eis: & olus iamenum, & cathaf, propter viſcoſitatem eorũ,& ideo oportet, ꝙ comedat̃ cum aceto & muria. Et fœnũgræcum eſt malũ ſtomacho, facit.n.incenſionem. Et ſeſamum eſt malũ ſtomacho,pp vnctuoſitatem & multitudinem oleaginoſæ ſubſtãtiæ: Et lac pp velocitatem immutationis eius naturæ: nã aceſcit in ſtoma F cho frigido, & conuertitur in choleram citrinam in ſtomacho calido. Et mel, qñ plurimũ accipit̃ de eo,pungit ſtomachũ,& facit incenſionem. Et batecha ſimiliter facit incenſionem,qñ non digeritur in ſtomacho: & generatur ex ipſa humor malus,& ideo generat indigeſtionem: & oportet, ꝙ poſt comeſtionẽ batechæ accipiat̃ cibus plurimus boni chymi. Et cerebra omnia ſunt mala ſtomacho: & ideo oportet,ꝙ comedant̃ cum origano,& mentaſtro ſylueſtri,& ſinapi, & ſale: & medullę. Et vinũ nouũ,craſſum,nigrum,ponticum,velociter aceſcit in ſtomacho,& facit incenſionẽ.

CAP. 14 Lac,& dactyli,& vua, quæ ſepulta eſt in vinacijs vuarum,& ruta, & fœnũgræcum,& ſinapi, faciunt dolere caput. Et vinum citrinum antiquum facit dolere caput, & inebriat plus, ꝙ̃ vinum põticum nigrũ. Et vinum album non facit dolere caput. Et oẽ vinum paucam ſuſtinens aquã nõ facit dolere caput: immo aliquando ſedat dolorem capitis, & eſt capiti melius, ꝙ̃ aqua qñ eſt ſola.

CAP. 15 Cibaria quæ inflant ventrem, ſunt cicera, & fabæ,& maxime quæ coquuntur integræ: ſed ſi torrefiant,minuitur earum inflatio: & poſt iſta faſeoli,& almeſci,& lentes, & hordeum,quãdo nõ bene coquuntur. Et foca,& ficus humidæ generant inflationem: ſed eorum inflatio deſcendit velociter. Et vuæ multum maturæ minus ſunt inflatiuæ. Sed ficus ſiccæ non inflant, & humidæ inflant. Et lac generat in ſtomacho ventoſitatem: Et mel, qñ non coquitur: ſed quãdo coquitur & G remouetur ab eo ſpuma eius,non inflat. Et vinum dulce,& ponticum,& vua.

CAP. 16 Oĩs cibus inflatiuus ſi ſit bene paratus ex arte,& bene paratus in coctione & maturitate, minuitur eius inflatio: & ſi miſcent̃ ei ſpẽs diſſoluẽtes vẽtoſitatẽ,ſicut cinnamomũ,aniſum,& alcheiſim,& ruta,minuit inflationẽ. Et acetũ miſtũ cum melle ſilr̃ tenuat ventrem,& expellit inflationẽ.

CAP. 17 De ijs,quæ mundificãt eſt furfur,hordeũ,& fœnũgræcũ,& batecha,& oleũ dulce,& fabæ. Et cicera nigra ſunt de ijs,q̃ mundificãt renes,& frangũt lapidẽ generatum in eis. Et cappares cũ aceto & melle,qñ comedunt̃ ante cibũ,abſtergunt & mũdificãt ſtomachũ & inteſtinũ, & aperiũt oppilationes. Et ſicla ẽt aperit oppilationes hepatis,maxime qñ comedit̃ cũ ſinapi. Et cæpæ,& allia, & porri,& raphanus,incidũt et ſubtiliãt humores craſſos: Et caſeus ſilr̃ ſubtiliat. Et ficus humidę & ſiccæ mũdificant & abſtergunt renes. Et amygdalæ ꝓprie amarę mundificãt, & tenuãt, & aperiunt oppilationes hepatis & ſplenis: & adiuuãt ad ſpuendũ humiditatẽ ex pectore & pulmone. Et fiſtici confortant hepar,& aperiunt oppilationẽ eius. Et mel apum tenuat & mũdificat,& maxime qđ colligũt apes de arboribus calidis et ſiccis,ſiue plãta ſicut eſt origanũ: nã mel tenuat ſputũ craſſum,& iuuat ad ſpuendũ. Et ſecaniabin tenuat & incidit humiditatẽ craſſam & viſcoſam: & aperit oppilationẽ hepatis & ſplenis: & mũdificat pectus, & pulmonẽ. Et vinũ ſubtile mũdificat H venas ab humore craſſo,qñ ei eſt acuitas,& inciſio: & cõfert ei,in cuius corpore eſt humor craſſus & frigidus. Et vinũ ſubtile aquoſũ adiuuat ad ſpuẽdũ humiditatẽ ex pulmone,cũ cõfortatione mẽbrorũ,& humectatione,& tenuatiõe craſſarũ ſupfluitatũ,q̃ ſunt in eis,& hoc ẽt operat̃ vinũ dulce.

CAP. 18 De ijs, q̃ oppilant eſt lac, qñ in eo fuerit aquoſitas pauca: & ſimiliter caſeus multus, qm̃ adducit oppilationẽ in hepate, & lapidẽ in renibus ei,q multiplicat aſſumptionẽ eius,& cuius renes & hepar parata ſunt recipere læſionẽ. Et oẽs cibi dulces ſunt mali hepati & renibus, qñ eſt in eis craſſities. Et lac ſi comedatur ſolũ, auget craſſities ſplenis, & hepatis: & ſi comedit̃ cum eo, quod ſubtiliat & mũdificat,ſicut eſt mẽtaſtrum ſylueſtre,& origanum,& piper,aperit oppilationem hepatis,& ſplenis: Et dactyli humidi,& oĩa q̃ accipiunt̃ ex frumẽto,pręter panẽ bene paratũ ex arte. Vinũ dulce generat oppilationẽ in hepate, & lapidem in renibus, & craſſum reddit ſplenẽ. Omne,quod tarde deſcendit,eſt ſicut quod accipitur ex medulla frumenti, & fabarũ, & lentiũ, & cerebra,& hepata,& interiora,& oĩa oua dura elixa,& aſſa,& oua frixa, & faſeoli,& ſeſamum, & glandes,& poma,& pira pontica,& vinum dulce,ponticum, craſſum,nouum,& omnes aquæ.

CAP. 19 De ijs, quæ velociter corrumpuntur in ſtomacho, ſunt chryſomela,& mora,& batecha: quę ſi cito non deſcendunt de ſtomacho, & obuiant humoribus malis, cito corrumpuntur. Et debent

iſta

A ista comedi ante cibum, amouenda de stomacho, propter velocitatem descensionis eorum, & lubricitatem viarum in eo, qui comedit prius ista: nam quando comeduntur post cibū, corrumpuntur propter remanentiam eorum in stomacho, & relinquunt corruptum cibum corruptione eorum: & quandoque taliter corrumpuntur, quod euenit sicut venenum perniciosum.

CAP. 20 De cibis, qui non velociter corrumpuntur in stomacho, melior est crassus, solidus, tardę digestionis, Sicut caro vaccina, & pedes, & maxime pedes vaccæ, & quæ similantur istis.

CAP. 21 Quando superfluitates ciborum tarde descendunt de stomacho & intestinis, debēt dari cibi lenientes & pungentes, in quibus sit dulcedo, aut acuitas, aut salsedo, aut nitrositas, vt aquæ caulium, & lentium: leniunt enim ventrem, & eorum substantia stringit ventrem: Et brodium galli antiqui, & panis multi furfuris, & fœnumgræcum cum melle. Et oliuæ cum aqua, quando comeduntur ante cibum cum muria, leniunt ventrem: & quando etiam comeduntur post cibum sine muria, & maxime quæ sunt ponticæ, cum aceto, confortant stomachum, & deprimūt cibum, sicut iam memorauimus de rebus stypticis confortantibus stomachum. Et lac subtile, & multæ aquositatis, & caseus quando maxime admiscetur ei sal & mel, & caro paruorum animalium, & sicla, & chātaf, & okis, & cucurbita, & batecha, & ficus, & passulæ dulces, & nuces humidæ, & siccæ quan- *Al. atriplex.
B do mollificantur in aqua, & mora, & pruna humida, & sicca quando infunduntur in aqua mellis, aut comedatur, aut bibatur vinum dulce, & differatur plurimum cibus, sunt lenitiua ventris. Et aqua mellis aliquando tendit velociter in venas, & vadit cum ea totum nutrimentum, & claudit ventrem, & prognosticat vrinam: & aliquando mundificat stomachum, & mordicat, & excitat ad deponendum cibum, & leniendum ventrem. Et mel quando non coquitur lenit ventrem, & si coquatur non lenit: & similiter aqua mellis, quando multum coquitur. Et secaniabin mundificat stomachum & intestina: & quandoq; facit in intestinis tinesmon. Et vinum dulce, et mustum, leniunt ventrem.

CAP. 22 Quando est descensus cibi de stomacho ante suam digestionem, debent ministrari cibi stringentes styptici: & ipsi sunt, in quibus dominatur stypticitas, aut ponticitas, aut crassitudo: Et tales sunt cydonia, & pira, & grana myrti, & fructus spinæ albæ, & substantia lenticularum, & castaneæ, & glandes, & vinum ponticum: & hæc stringunt ventrem cum stypticitate & ponticitate ipsorum. Et oriza, & panicum, & milium, & sauic hordei, stringunt ventrem cum siccitate eorū. Et caro leporis, & caules coctī post effusionem aquæ primę ab eis, cum aqua eorum secunda, & lac coctum, & caseus, stringunt vētrem cum crassitie sua. Et oportet q̃ lac coquatur, donec sit aquo-
C sitas consumpta, nam eius aquositas lenit ventrem: & etiam possibile est, q̃ lapides fluuiales, aut frusta ferri igniti, remoueant illam ab eo. Et quando separatur aqua eius, cōfert descensui superfluitatum acutarum, nisi sint multum crassę, quādo fit operatio cum eo. Sed aliquando caseatur, & glutinatur in stomacho: & aliquoties egreditur a stomacho, & generat in hepate oppilationes, aut lapidem in renibus: & oportet propterea mittere in ipso post cōsumptionem aquositatis aliquid ad sublationem ipsius, & vt non caseetur, nec generet oppilationem, nec lapidem. Et omnia acetosa, sicut poma acetosa, & granata acetosa, si inueniunt in stomacho humorem malum & crassum, incidunt & expellūt, & leniunt ventrem: sed si inueniunt mūdum, stringunt ventrem.

EX GALENO ET ALIIS PRÆSTANTISS. MEDICIS DE AQVIS

CAPITA SEX ORIBASII

Augustino Gadaldino Mutinensi Medico interprete.

Libri primi ad Eunapium, Caput xiiij: Et libri quarti ad Eustathiũ filium Cap. vltimum. De Aquis ex Galeno.

AQuarum præterea bonitatis ac vitiositatis experti esse debemus, nã hæ ad omnem victus rationem multiplicioris sunt vsus, q̃ cætera ferè omnia. Scire itaq; oportet illam aquam esse optimam, quæ nullã prorsus qualitatem gustu aut odore præseferat. Statim vero & hæc bibentibus iucundissima est, visuiq; pura: siq; ab hypochondrijs cõfestim descenderit, nullam aliam prestantiorem perquirito. Nam quæ in hypochondrijs diu morantur, ventremq; feriunt inflant ac grauant, licet prædicta bona adsint, semipraũæ iudicãdę sunt: quin et quę in eiusmodi aquis elixantur, tardissime ac deterius elixantur. Satius igitur est huiuscemodi aquam experimento iudicare. Quòd si quis ex indicijs discernere ipsas velit, ex ijs quæ dicentur, iudicet. Quæ.n. ad septentrionem spectant, ac Solem auersantur, illæ tarde permeãt, ægre coquuntur, tarde ẽt calefiunt & refrigerantur. Quæ vero ad orientem versæ sunt, ac per meatum quendam vel terram puram colatę, celerrime tum calefiunt tum refrigerantur, eas optimas esse sperandum est. Bonæ ẽt & quæ æstate frigidiores, hyeme calidiores existunt. G

Sunt qui pondere ipsas probent, ac quæ leues sunt, meliores esse arbitrentur. Sed hoc si cum prædictis alijs indicijs numeretur, laudandum est: sin per se solum sit, non erit sufficiẽs bonarũ aquarum argumentum. Leuissimę vero (vt ait Hippocrates) ‖ dulcissimę, limpidissimæ ac tenuissimę sunt ipsæ pluuiales, propterea, q̃ Sol, quod leuissimum ac tenuissimum est, trahit, idq; non ex cæteris solum aquis, sed & ex mari, & ex ipsis etiam humanis corporibus: vnde facillime omnium putrescunt aquæ hæ pluuiales, vt quæ varijs ac multis constent qualitatibus. Nemo tñ aquam quæ facile putrefit, pessimam esse autumet, nã q̃ facile alteretur, bonitati potius q̃ vitio tribuitur: quare vbi cæteras habueris optimæ aquę notas, licet facile putrescat, optima hæc censenda est: cũ vero iam mutari cœperit, ijs qui eam biberint, raucitatũ, tussium, grauitatumq; vocis causa est. Harũ aũt aquarum pluuialium præstantissima est temporaria seu ęstiualis, deinde tonitrualis, postremo nimbalis. Quę vero ex glacie niueq; conflantur aquæ, vitiosissimæ sunt: dum.n. aqua cõgelatur, quicquid tenuiorum partiũ inerat, exprimitur. Aquas palustres, fętentes, ac absurdis qualitatibus p̃ditas, expedit elixationibus ad melius reducere, sicq; bibere temperatas vino, acerbas quidẽ dulciori, alias aũt acerbiori. Aliquas ẽt colare bonũ est, vt limosas: † sed salsę polentis colentur.} Quę vehementer frigidæ sunt, post cibum bibantur, non tamen affatim aut inhianter, nec sine vino. H

Quidam cibos ac potus quosdam remedia aduersus aquarum vitia inuenerunt: ac alij quidem cicerum decoctum præbibunt, vel ipsa etiã cicera commanducant: alij caucalidas pariter cum pisce aliquo elixas, fœniculos itidem: alij betas & cucurbitas cum muria vinoq; diluto præmandunt.

In lib. de aere, aquis, & locis ad medium.

*Al. fæculẽtas.

† Al. salsas & bituminosas.

* Al. elixentur.

Libri quinti Collectionum medicinalium ad Iulianum Imperatorem. De Aquis ex Galeno, Caput 1.

AQua quæ optima est, omni prorsus carere debet qualitate non ad gustum tm̃, sed etiam ad olfactum. Fuerit aũt & hæc ipsa tum iucundissima bibenti, tum exquisite pura. Si vero etiam celeriter ab hypochondrijs descenderit, non est, q̃ prestantiorem aliam perquiras. Ita vt quæ purę quidem sunt, & splendidæ, & dum bibuntur non iucundæ, diutius tamen in hypochondrijs morantur, vel ventrem ferientes vel inflantes vel grauantes, semipraũæ censendæ sint. Enimuero multę etiam tales sunt, de quibus præcipue mihi videtur scripsisse discrimẽ ab optimis aquis Hippocrates, vbi inquit, ‖ Aqua quæ cito calefit ac refrigeratur, leuissima est. Neque enim in cœnosis, "

vel

Gale. lib. 1. de san. tuẽ. ca. xj. Gal. 4^a part. 6. epi. cõm. x. 5^a. Aph. 26. Ex. ord. 39. h. & in lib. de mor. popula. sect. 2^a. ad medium.

A vel maleolentibus, vel quid medicamentosum gustu præseferentibus, eiuscemodi dignotio ex vsu est, vt quę manifeste omnibus appareant: sed in quibus nihil quidem eiuscemodi insit, verum alia quædam ob praui aeris admistionem vitiositas circa aquam sit: vel etiam aliquod aliud insit vitium, ipsi aquæ connatum, quod latentem habeat causam. In his enim memorata hæc dignotio optimum est iudicandi instrumentum: neque enim celeriter aut calefiunt aut refrigerantur eiusce modi aquæ. Alia quoque huic similis est dignotio per ea quæ in ipsa elixantur, vel olera, vel legumina, vel fructus, vel radices, vel carnes: celerrime enim in optimis aquis, tardissime in prauis, elixantur. Hasq; tam prauas aquas veteres quidã ἀτέραμνα & ἀτεράμμνα idest indomitas ęgreq; coctibiles, seu crudas appellarunt: quo pacto & ipsa etiam legumina quæ difficulter elixantur. Tutissimum ergo est experimento talem aquam iudicare. Quod siquis etiam ex indicijs eius facultatem prænosse velit, Quarum fontes ex saxis scaturientes, ad septentrionem erumpunt, Solemq; aduersum habent, has omnes ægre coctibiles tardiq; transitus esse iudicandum est: statim etiam ipsis accidit, vt tarde tũ calefiant, tum refrigerentur. Sicuti contra, Quarum fontes ad orientem erumpunt, ac per meatum quendam ac terram puram percolantur, celerrimeq; tum calefiunt, tum refrigerantur, has præstantissimas esse sperandum est. Aquæ vero pluuiales (vt inquit Hipocrates) || sunt leuissimæ, dulcissimæ, limpidissimæ, ac tenuissimæ. Nam Sol leuissimam aquæ partem tenuissimamq; attollit, sursumq; rapit: attollit autem non ab alijs aquis tantum, sed & à mari, omnibusq; alijs corporibus: vnde celerrime omnium putrescunt. Maxime enim ea corpora quæ vnam in se ipsis habent qualitatem, difficilius putrefiunt, quàm quæ multas obtinent: quando non ob aliam causam corpori adsit, vt vel difficulter vel facile putrescat. Sanè animum attendere oportet, ne quispiam aquam quæ celerrime putrescit, deterrimam esse opinetur: eadem enim etiam præstantissima esse poterit, vbi omnia optimarum aquarum indicia superiore sermone tradita, habuerit. Nam quòd facile secundum qualitatem alteretur, id in bonitatem potius, quã vitiositatem aquæ referendum est. Signum autem bonitatis pluuialis aquæ est, quod à solari caliditate concoquatur: nam & cætera omnia quæ elixantur, se ipsis dulciora euadunt. Cum vero putrescere cœperit, penitus absurda est: qui enim aquam adhuc putrescentem bibunt, raucitatibus, tussibus, vocumq; grauitatibus, corripiuntur. Ex ipsis autem pluuialibus aquis, quæ æstate fit, quam horæan idest horariam seu temporariam Hippocrates vocat, nimbali præstantior est. Melior etiam est nimbali tonitrualis. Quæ vero ex glacie vel niue liquescenti fiunt, deterrimæ sunt: nam in ijs quæ à frigore congelantur, quicquid in ipsis continebatur, quod tenuissimarum C esset partium, id totum exprimitur. Sanè præstiterit, quæ fæculentæ sunt & maleolentes aquæ, & quæcunq; absurdas hñt qualitates, eas prius elixatione alteratas offerre. Et in alium ẽt vsum aquã præcalefacientes refrigeramus, quamuis neque gustum neque olfactum prauum habeat, exquisiteq; sit pura: quando ipsam diutius in ventriculo commorari, nocumẽtumq; aliquod inferre experti fuerimus. Nam caliditas aquam, quæ elixatur, totam æqualiter fundendo, eam aptam ad secretionem reddit. Dum enim refrigeratur, terrestres quidem partes ĩnata grauitate descendentes, ad vasculi fundum peruenient, aqua vero his supernatabit: qua sensim in aliud vas transfusa, citra noxam vti poterimus. Post elixationem vero quando aquam frigidissimam reddere voluerimus, niuem quidem si habeamus, aquæ prius calefactæ extrinsecus ipsam circumponimus: niue vero si careamus, ex puteis, vel aquæductibus, refrigerationem ipsi comparamus, ipsam nimirum prius calefacientes, vt alteratu facilis reddatur. Nam quicquid ante calefactum est, promptius in se ipsum totum, alterationem quæ à vicinis corporibus fit, suscipit. Cum vero vasculum in puteos demiserimus, vel aquæductibus subiecerimus, necessario operculum ipsi faciemus: ac vndique ipsum exquisite stipabimus, vasculum sanè non implentes, sed vacuum id aliqua ex parte facientes, vt nimirum aer qui inter operculum & aquam in vasculo positam medius est, prius refri-D geratus, ita contactu propinquam aquam refrigeret. Vbi autẽ nihil eiuscemodi adest, vt in Ægypto, vasculum suspendentes, detectum id, quò aerem suscipiat, relinquimus. Quoniam vero nec incidentis nec calidi quicquam habet aqua, iure optimo tarde meat, ægre cõcoquitur, ægre itidem subducitur omnis aqua, quamuis alioqui optima sit. Moratur enim multo tempore in ventriculo, fluctuationes ipsi ferè semper inferens: siq; ventriculus biliosus fuerit, simul & ipsa aqua corrumpitur: cumq; vix à ventriculo in ieiunum transierit, haud facile distribuitur. Quapropter nec ad mouendam vrinam, nec ad educendũ sputum natura apta est. Neque tamen sitim sedat, etiam si diutissime in ventriculo moretur: quandoquidem in totam profunditatem non immergitur, nec ariditatem irrorat. Quòd autem non nutriat, || sed vehiculum duntaxat nutrimentũ sit, dudũ ab Hippocrate alijsq; prę stantissimis medicis dictum fuit: quare nec vitalem virtutẽ potest roborare. Et hæ sunt causæ, cur Hippocrates relicta aqua ad melicratum, oxymeli, & vinũ, in ægrotantibus peruenerit. Ac quantum quidem ad hæc, nunquam ea quis vteretur: plerique tamẽ in alijs falsi, ad aquam confugiunt: in qua danda magnopere non potest aberrari, cũ nec vires etiam magnas ipsa habeat. Prauus autem fit vsus oxymelitis, vini, & melicrati, tum ob confertas mutationes, & tum ob acraton hoc est intemperatam meracamq; seu impermistam mistionem à medicis

Gale. lib. 1. de san. tuẽ. cap. 11.

In lib. de aere, aquis. & locis ad medium.

Gal. 4ª part. 6. epid. cõm. x.

Ibidem.

Ibidem.

Ibibem.

Gal. ĩ 3. de vict. rat. in morb. acu. cõm. 40.

Ibidem.

In lib. de alimẽto in vita. . .

Ibidem.

Ibidem. magna ex parte factam. Nam veluti manus quædam, quæ ad distributionem aquam rapiat, minimum omnino vini immiscendum est, quò nimirum aqua, syncera esse desinat: Sic sanè oxymeli illud quod aquosum est, laudo. Posset etiam quis eo melicrato quod aquosum est, citra periculum vti: nam quod impermistum est, nisi prius aluum subducat, maxime nocuum euadit, ac præsertim in picrocholis, & ijs qui magna habent viscera: in quibus sanè corporibus aqua etiam ipsa nocua est, quando in bilem versa fuerit, diutius in hypochondrijs morata: præter enim hæc omnia quæ habet mala, adhuc etiam cum sit stercoris expers, nullam alui subductionem facit. Quòd vero hæc ipsa, cum in accessionum initijs bibitur, lædat, omnibus sanè notum est. Quando ergo in potu vtilis erit aqua? quando sola potione pro diæta laborans vtitur, ptissanę cremorem nondum assumens. Tunc ergo in medio aliorum potuum aquam quis in tempore offerat, pręcipueq; quando laborans siticulosus sit: nã inundationẽ, gręce πλημμυρίδα, quandã, hoc est humiditatis multitudinem, ab ipsa fieri asserit Hippocrates: quare inter melicratum & oxymeli parum aquæ dat, quippe quæ ad expuendorum humiditatem conferat. Quin & vbi vinum maxime nocuum sit, tunc & aquam dat: nocuum autem est, cum vel delirat laborans, vel caput vehementer dolet.

Gal. 3. de vict. rat. i mor. acu. com. 41. Item lib. 1 de facul. simp. med. cap. 8.

Suam igitur propriã naturam humidam ac frigidam habet aqua: adscititiam autem acquirẽs caliditatem, calefacit quidem ac humectat propinquas sibi res. At non similiter ambo hæc facere natura apta est: verum humectat quidem summe, siue tepida, siue temperata, siue etiam calidior existat: calefacit autem non summe, nisi quæ extreme ferueat. Exploretur autem hic sermo in temperata natura. Si enim huic naturæ aquam temperate calidam offeras, siue lauando siue perfundẽdo quamcunque velis partem, hanc ipsam humidiorem ac calidiorem demonstrabis in ipso perfusionis tempore. Si vero posthac quieueris, vt qui frigida corpus nec coegeris nec densaueris, paulo post frigidiorẽ ipsam se ipsa factam comperies, caliditate innata immoderatius perspirata. Nõ tamen, quemadmodum frigidius deinceps, ita etiam siccius demonstrat corpus calidæ aquę vsus: quamuis certe & hoc fieri videretur, tum ob meatuum raritatem, tum ob corporis mollitudinem, tum denique ob substantiæ fusionem. Necesse est enim vt largior in huiuscemodi affectionibus fiat euaporatio: vapor autem humor est attenuatus. Verum nõ sic se habet rei veritas. Nam quæ in vasis ac alijs vacuis regionibus continentur humiditates, vniuersę vacuantur: corpora vero ipsa vasorum, ac vniuersum carnosum genus, humidius se ipso fit: & hanc solam facultatem, vt videtur, nunq̃ deponit aqua. Neq; enim cum feruens comburit, corpora quę vsta sunt, sicca euadũt, vt quæ ab igne assata sunt: neq; etiam cum summe frigida facta, toto die vel etiam longiori tempore super aliquam partem perfunditur, eam sicciorem reddit: Sed hæc quidem accidunt, propterea quod humiditas, quæ in vasis alijsq; regionibus continetur, vacuata est: innatæ autem ac solidæ ipsæ partes, hoc est τὰ πεφυκότα, nulla in re se ipsis sicciores fiunt.

Ibidem.

De Aquæ Frigidæ & Oxymelitis in ægrotantibus exhibitione, Caput 2.

QVoniam oĩs affectio corporis, quæ præter naturam est, à sibi ipsi contrarijs curari est ostensa, patet febrem quoq; ipsam à frigida extinctum omnino iri, quando ipsa sola fuerit sine villa affectione quæ à frigida lędatur. Nam si cum febre, alia sit affectio, quam frigida lædit, licet quæ ex hac ipsa affectione orta est febris, à frigida confestim extincta fuerit, alia tamen deinde grauior febris accendetur, aucta ea affectione, quam frigidæ potio læserat. Læduntur autem à frigida affectiones, tum quę sunt partium phlegmone laborantium, tum quæ sunt succorum inconcoctorum: quorum nota ac indicium est ipsa vrinarum inconcoctio. Si igitur vrinæ concoctæ sint, simulq; nulla pars principalis phlegmone vexetur, hæc satis erunt, vt ad frigidam dandam nos impellant. Quòd si æstatis tempore vehementia febris aliquando vrgeat, laboransq; iuuenis sit ac frigidæ potioni assuetus: si vnà cum aspectu ac consistentia vrinarum sublimamẽtum laudabile videas: frigidam dando, non peccaueris, quamuis aliqua particula phlegmone vexetur: sed malueris hoc in loco, febris quidem vehementiam quàm primum sedari, reliquias autem phlegmones pluribus diebus indigere: scirrhosiores enim solutuq; difficiliores vt ipsæ euadant, necesse est. Si igitur non admodum adurentes sint febres, frigidam dando in particulis phlegmone laborantibus, magnopere à coniectura aberrabis. Nam quæ vehementer flammeę sunt febres, phlegmonen erisipelatosam quoquo modo esse significant: ideoq; frigida etiam hanc iuuat, sicuti in exterioribus conspicitur. In ijs ergo, qui incipientes habent phlegmonas in iecore, ventriculo, alijsq; eiuscemodi particulis, exquisitiori determinatione est opus: magnopere enim hi omnes læduntur, licet in tempore assumpserint, si aliquantum potus ipse quantitate excedat. Q̃m autem principia earum phlegmonarum, quæ sine ictu aut vulnere consistũt, vel ob imbecillitatem particularum vel ob aliquam igneam caliditatem fiunt, Eas quidem quę ob imbecillitatem fiunt, semper frigida lædet: Eas vero quæ ob igneam quãdam caliditatem, ea ipsa moderate exhibita iuuabit: periculum enim est in largiori potu dando ne pars ad contrarium excessum transeat. Adhuc vero tales affectiones frigida potio iuuabit, si dum sani erant, ea ipsa vti solebãt. Considerandi igitur sunt, qui in thorace, ventriculo, iecore, ceruice, ac toto capite sunt validi morbi. Nam artus (quæ cωla græce hoc est membra longa dicuntur) haud magnopere fortasse lædentur: læden-tur

A tur etenim aliquantulum per quasdam affectiones, quas deinceps dicam. Quod vero horum eadem futura sit noxa, quanta prædictarum partium valide affectarum fit, ne id quidem idiota afferet. Si igitur erysipelatosa vel herpitica hoc est serpiginosa quędam affectio in hypochondrio sit, vel erysipelatosa phlegmone, vel aliqua alia affectio summe calida ex intemperie nimirum sine succis genita, tunc frigidæ potio iuuabit: Sicuti eadem maxime lædet, vbi abscessus, vel œdema, vel scirrhus, vel vlcus, vel intemperies frigida affuerit. Quoniam autē de artubus dicere sum pollicitus, sciendum est, quod quæ in his sunt phlegmonæ neruosarum partium, a quibus alioqui spasmorum imminet periculum, a frigidę potione maxime lęduntur. Si autem in carnosa artuum parte phlegmone gignatur, bibere etiam frigidā homo poterit. Et si extrinsecus membro phlegmone vexato obtulerit, lędetur quidem, non tamen insigniter nec omnino manifeste, præsertim si frigidæ potioni fuerit assuetus. Cum igitur febris fuerit sola sine vlla alia affectione quæ a frigida lædi possit, tantum frigidæ dandum est, quantum laborās ipse anhelitu non iterato haurire poterit. Oxymeli autem æstatis tempore frigidum datur, vt laborantis sitim non exacuat: quapropter etiam ante, quàm concoctus sit morbus, oxymeli frigidum dare audemus æstatis tempore, aquam certe in eiusmodi affectione ad saturitatem non daturi: nam tum phlegmonen densabit, si ob eam febricitent: tum succos seruabit inconcoctos, si ob hos ægrotent. At oxymelitis tunc parum damus, tanquam tepidum prius sit in ventriculo euasurum, quàm eius frigiditas vsq; ad costam distribuatur. Quod si exiguum quid distributum etiam fuerit, illud ab ipso oxymelite corrigetur, vt quod incidendi facultatem habeat.

Gal. 1. de vict. ra. in mor. acu. cōm. 9 j.

B

Ex Libris Rufi de Aquis. Et in Secundo libro de Diæta seu Potibus, Caput 3.

AQuæ, quæ resides sunt (voco autem eas quæ sunt ex puteis) cum minime sint fatigatæ, neque valde tenues sunt: siq; intro inierint, minus madefaciunt ac dissoluunt cibos, minus itē concoquunt, nec bene etiā per vrinam redduntur præ crassitie, & quia frigidæ sunt. Fiunt autem potabiliores tum crebro haustu ac si effluerent, tum expurgatione puteorum. Quæ vero fluunt, multo sunt tenuiores, atque ad madefaciendum præstantiores, ad concoctionem item, & ad vrinæ redditionem. Quæ vero sunt ex stagno, omnes pessimæ sunt: nam & odorem absurdum habent, sicuti putrefactæ: & æstate quidem calidæ fiunt, hyeme autem frigidæ: quod maximum signum prauitatis aquarum statuo. Æstate igitur ventres perturbant: tarde etiam in vesicam transeunt: sæpius item difficultates læuitatesq; intestinorum homini inferunt, à quibus res tandem in aquā intercutem cedit. Hyeme vero cum frigidæ sint, ventres quidem non admodum perturbant: rupturas autem, pleureses, & tusses faciunt: quin & ad lienem repunt, postea in aquam intercutem desinunt: ex liene autem & pedes vlcerantur, & ea ipsa vlcera celerem curationem non admittunt. Solæ autem quę in Ægypto sunt paludes, ex omnibus quas nouerim, sunt salubres, ꝙ & hyeme aqua non putrescat, neque enim supercalefit: & autumno Nilus paludes replendo, antiquam aquam extrudat, & aliam recentem in eius locum reponat. De aquis autem pluuialibus hęc cognosco. Aquæ pluuiales leues sunt, tenues, purę, gustantiq; dulces: & si quid in ipsis elixare volueris, celerrime id elixatur: siq; ipsas calefacias, celerrime calefiunt: vinoq; perexiguo temperantur: quare bonę sunt ad concoctionem: bonę ad vrinarum secretionem: bonę iecori, lieni, renibus, pulmoni, ac neruis: cum enim facultatem valde refrigerantem non habeant, merito hisce partibus fiunt benigniores. Vernales ergo ac hyemales opportunissimæ, ac optimæ sunt: quas sanè ego pręcipue laudo. Autumnales autem & æstiuales fuerint quidem alijs præstantiores, sed non omnes omnibus: nam viribus quidem eas quæ in terra sunt, antecellunt: quam vero sint vernalibus hyemalibusq; inferiores, dici sanè non potest, nam terra siccius vaporat æstate & autumno, {&} aer multas habet terræ sordes, quas pluuiæ purgāt. Tales igitur licciores nitrosioresq; vt sint necesse est, atq; ad abstergendum per intestinaq; descendendum idoneę: minime tñ sunt accommodatę renibus, pulmoni, & arteriæ: quin & plus vini tales aquas ferre necesse est, quò earum nitrositas vincatur. Differunt autem non parum etiam aquę penes flatus ventos ve aquilonares & australes. In aquilonaribus enim dulcior quidem pluit aqua, verum frigidior: in australibus autē minus quidem dulcis, calida aūt magis. Et in vniuersum tempora quæ imbribus pluuijs ve abundant, dulciorem: quæ eisdem carent, siccæq; sunt, nitrosiorem aquam præbent. Quęcunq; autem à niue & glacie fluunt aquæ, vniuersæ durę quidem sunt, frigiditateq; excedunt, dulces tñ sunt gustanti: aqua autem quę dura frigidaq; sit, neq; ad concoctionem neq; ad vrinę redditionem cōmoda est: quin & neruis, pectoribus, costisq; mala est, nam & spasmos tetanosq; infert, ruptionesq; in thorace facit, vt etiam non nulli subcruenta expuant ac suppurentur. Fontanæ aūt aquæ, quæ ad orientem vergunt, vniuersæ humiditate, tenuitate, odoris bonitate, quodq; tum moderate hūmectent, tum moderate calefaciant, cęteris excellunt. Quę ad septentriones, dulces quidem sunt, sed immoderatius refrigerant. Quę ad occidentem, violentæ sunt in refrigerando, violentæ item & duritie: vnde raucitatem, laterum morbos, ac spasmos inducunt. Quę ad meridiem, salsiores calidioresq; sunt, minimeq; vt per vrinam reddātur idoneæ: ad secessiones autem per intestina, prestantiores sunt. Atqui licet aquas quę sunt in meridie, non laudem, Nilum tamen ita laudo, vt pau

C

D

* [illegible] est in græco, vide & Aetiū [illegible] ca. [illegible] Aquis ex Rufo, qui vult ꝙ aqua coquat cibos ī ventriculo

cis ad modum fluuijs in bonitate aquę cōparādus videatur: nam et ventrem subducit, mulieribusq; E purgationes citat, et in puerperio bibitur. Plereq; vero meridionales aquę resides sunt, quibus duplex est noxa, altera à regione, altera quod non effluat. Pro terræ vero natura sic de aquis dignoscere oportet. Nam terrarum alia est plana seu campestris, alia colles & mōtes. Campestris ad aquarum effluxiones deterior est: multiq; hoc in loco putei fossiles, fontesq; resides sunt. Colles & mōtes sunt præstantiores, nā & puriores aquas, tenuiores, & meliori prędítas odore, dulcedineq; suauiores præbent. Rursus camporum non nullis salsugo & nitrum insidet æstate & autumno: non nullis nihil, verum terram hanc, dulcem appellant: hic ergo & aqua est præstantior potabiliorq;, illic salsa ac nitrosa. Ex montibus itidē alij terrei alij petrosi: ac terrei aquas habent præstantiores, quo ad mollitiem, & quia minus sint frigidæ: petrosi, quo ad duritiem & frigiditatem aquas habent deteriores, puriores tñ cæteris, sedimētoq; vacantes. Maxima autē ac notabilissima in aquis est differentia, tum ex metallis, tum ex herbis illic natis. Ac metalla quidem tum ad aliam habitationem, tum ad aquæ potionem nocua sunt. Herbæ vero non nunq̃ quidem admodum lædunt aquam, non nunq̃ aūt ipsam adiuuāt, vt sium, calaminthe, & adiantum: hæ.n. plurimæ in riuis seu canalibus nascunt, ac laudabilem quidem aquam lędūt: prauam vero alioqui iuuant, cum quoddam ab eis veluti medicamentum ipsi aquæ commisceat. Euadunt aūt præstantiores vt per vrinā F reddantur, eiuscemodi aquę. Non minima ergo habenda est consideratio, an ēt à terra vel aliunde aliquod aquis vitium adueniat: quod non satis sit fontes hic quidem præstantiorem aquam ac potabiliorem, illic vero salsam ac nitrosam præbere, nisi etiam quæ ad riuos attinent, similia existant.

Quæ igitur maxima sunt, in hoc sermone dicta sunt: dicātur autem & alia signa bonitatis aquarum. Quęcunq; aquæ hyeme quidem calidæ sunt, æstate vero frigidæ, quoquo modo videtur esse optimę: Quæ vero simili modo in calore & frigore, quo tempora se habent, pessimę. Nā æstate in terrę superficiē calor aduentat, hyeme in profundum immergit: ob idq; mihi videntur fontes, quicunq; à profundissimis partibus fluunt, & quęcūq; antra caua, omnia per hyemem calidissima esse, per ęstatem frigidissima: ideoq; omnia quę in superficie sunt, vna cū temporibus commutantur, quocūq; modo ea ipsa tempora in calore vel frigore se habeant. Mirabile aūt est quod alicubi aqua hyeme euanescit, æstate apparet, quamuis cōtrarium iure esse deberet. Verum etiam huiusce rei causam calor ipse habet, vt qui profundas aquas secum conuehat, nam & hę calorem ipsum sentiunt. Quicunq;.n. fontes profundi sunt, parumq; admodum ab externis imbribus suscipiūt, hyeme quidem ac per vehementissima frigora minimos, æstate vero maximos comperies. Quare & quod in Delo est stagnum, hæc ipsa eisdem de causis patitur, puteiq; qui in *Pythopoli sunt. Vna G ergo hæc ipsa est bonarum ac prauarum aquarū cognitio: si hyeme calidæ, æstate frigidę sint. Secunda vero, si in ore gustantis nihil notabile habeant. Ita vero nec multo vino pro temperando indigebunt, omniq; vino conuenient. Esto aūt & pura illa, quæ præstantior est, nec alioqui colore infecta, nec fęcem subsidentiamq; habens. Statim vero quę pura est, pondere etiā est leuis, nam quæ pondere leuis est, terræ semper impermista est: quæ vero est grauis, terræ ratione plus grauat.

*Gręc. cod. hic in margine hn̄t, Loquit' de fonte illo qui i Lycia ē apud Chimerā mōtem, quem Pegasus ictu vngulę aperuisse fingit.

Sunt & hęc non minime consideranda, vt si cito ipsa calefiat, ac refrigeretur: nam eiusmodi aquæ cæteris sunt præstantiores: Et quomodo ad concoctiones, quomodo item ad secessionem se habeat: nam quæ citius cōncoquunt, sunt præstantiores, & quæ secedunt, si per vesicam secedāt, sunt præstantiores: deterior autem est aquæ per intestina secessio. Quarum vero in nostra arte nō est opera perdiscere, ea ab incolis percōtari debemus: nequaquam autem facile sciri possunt quę præter rationem eueniunt. Ne diutius morer, Aqua in Leontinis est, ex qua si quis biberit, moritur. Huiuscemodi alia in Pheneo Arcadiæ conspicitur, quam Stygos hydor appellant. Huiusmodi item alia in Thracia, & stagnum illud quod apud Sauromatas est, quod nec auis transuolare potest. Et aliud etiam apud Medos est, cui ichorem nigrum supernatare dicunt, qui vbi igni admotus fuerit, accenditur: hoc medicamento Medeam tradunt Creontis filiam perdidisse. Est etiam H Susis aqua, quæ si bibatur, dentes excutit. Sybaris autem fluuius homines infœcūdos reddit. Quę vero in Æthiopia est aqua, rubra appellata, furorem inducit. Quæ in Ægypto est, bibentium capita depilat. Horum sane nihil sciri potest, cur qui illis inconsiderate iam vsi fuerūt, multi quidem mortem obierint, multi vero aliud quid inconueniens perpessi fuerint. Sunt & alię multę aquarum facultates, quæ non secundum communem naturam se habent. Nam quæ Lycestis est aqua, bibentes ad temulentiam adigit. Quæ in Clitorio Arcadiæ est, in ea si quis se lauerit, odorem vini amplius sustinere non poterit. Aqua Arethusæ in Chalcidæ, mulieres quidem iuuat: cætera vero animalia, si ex ea biberint, pedum doloribus afficiuntur. Cydnus pedum dolores sedare creditur, quamuis frigiditate excellat. Qui vero habitat, vbi praua est aqua, excogitare debet, vt ipsam potabiliorem efficiat. Optimum igitur erit, vt ipsa in fictilibus vasis elixetur: ac vbi noctu refrigerata fuerit, rursusq; calefacta, bibat. Si vero exercitui bonā aquā ex praua præparare fuerit opus, foueas ex ordine ab altissimis locis ad decliuia fodere, per illasq; aquam ducere oportet, terra dulci ac pingui quæ conficiendis fictilibus sit idonea, in foueas iniecta: semper enim hoc modo aquę viciositas in foueis remanebit.

Cod. greci hn̄t in margine, De Paradoxis quę sunt in aquis.

A *Aquæ Correctio ex libris Dioclis, Caput 4.*

Aquam imbecillissimam efficies, si tertiam partē decoquas, & ouorum alba similiter incoquas: * iniicere aūt in hæc ipsa oportet glebā argyllæ aridæ, quousq; maceretur: sit autem mēsura semisextarius in amphorā. Vbi autem decoxeris, bibat. Ita etiam odorem ab aqua extrahes, si calefactam manu ad ventum perfundas, & in vase immenso insoles, atque in multa vasa paulatim diffundas.

Aquæ Purgatio ex libris Athenæi, Caput 5.

Aqua defecatur partim vasis stillacidijs (quæ stacta à Græcis appellantur) partim colis (quæ ab eisdem hylisteres vocantur) quæ non nunquam quidem simplicia, non nunquam vero duplicia vel triplicia fiunt, vt purissima aqua per hæc ipsa excipiatur. Quin & foueæ tum iuxta mare tum iuxta stagna fiunt: illic quidem, cum aquam potabilem à mari secernere volumus: hic vero, vt si conturbatum fuerit stagnum, hirudinesq; in se vel aliqua etiam alia vitia habuerit, purissima maxime q; innoxia aqua per terrā transudans, in fossas colligat. Vbi vero multa aquę quantitas haurienda sit, vt in exercitibus, latera foueæ lapidibus vel lignis in orbem circundant: atq; vbi pauimentū eodem modo instrauerint, puras conseruare aquas nituntur. Porrò aquæ quæ defęcantur, tenuiores puriores q; fiunt, ob idq; etiam frigidiores: pleræq; vero, licet fuerint defæcatæ, vires tamen à B sordidis corporibus perceptas adhuc conseruant.

DE VINIS EX GALENO
CAPVT SEXTVM

Libri quinti Collectionum Medicinalium Oribasij ad Iulianum Imperatorem.

Augustino Gadaldino Mutinensi interprete.

C Vinum Aquosum nominant hoïes id, quod colore & consistentia aquæ assimilat: transparens.n.ac splendens est & purū, ac consistentia tenue apparet: tibiq; dum gustaueris, nullam forte habere qualitatem videbitur: dumq; temperatur, multæ aquæ haud sustinet mixtionem, vnde ab antiquis oligophoron i. pauciferū, vocatū est. Haud oïno aūt vinū hoc ab adstrictione est semotū, at eā exolutā penitus habet: si.n. ipsum aquę cōparaueris, manifeste ex ea cōparatione gustu persenties, id exiguam quandā adstrictionē assumpsisse. Est & viribus aquę simile, nec caput imbecillū, nec neruos imbecillos tangēs, qm̄ nec manifeste calefacit. Videtur ēt nullā aliam conspicuam qualitatē possidere, non austeritatem, non acerbitatē, nō dulcedinem, non acrimoniā. Idoneum aūt est hoc vinum ad eorum, quæ in pulmone continentur, eductionem, virtutem nimirum roborans, & humores humectans, ac incidēs moderate. Idem & febricitātibus minori cum periculo datur, quàm alia vina: nam huic vni ex oībus vinis inest, vt aquæ & vini malitias effugiat. Prȩterquam autem, quòd nunquam caput lȩdat hoc vinum, sæpius etiam iuuat, leues eos dolores, qui ab humoribus in ventriculo contentis exci- D tantur, sedans. Inuenies autem aliquando quosdam ob aquæ potionem capite dolētes, prȩcipueq; cum ipsa praua fuerit: quę dum corrumpitur, naturale robur ventriculi exoluit: quo iam imbecillo reddito, ichores biliosi ex corpore in eius spacium confluere consueuerunt, sicuti ijs, qui ieiunarunt, accidit: à quorū malitia & lȩsione prȩdictum vinum hominem liberat, primū quidem ac statim epicraseos i. contemperamenti ratione: post modum aūt, eo ꝙ roboratus venter, deorsum, quę sibi noxia sunt, pellit. Iis autem, qui admodum calidi sunt temperamēto, aquæ potio magis, quàm vini confert. Quòd si quandoque vino indigent, dandum ipsis est, quod tenue sit moderateq; austerum. Vina aquosa cum vrinas cieant, paucissimum corpori prȩbent alimētum: eaq; sola ex vinis tuto etiam recentia bibuntur, quemadmodum Gaurianum nominatum, & aliqua ex Sabinis. In vnaquaque autem natione talia vina gignuntur, in Italia imbecillum Sabinum, quod etiam febrientibus dant: in Asia Titacazenum, & Tibinum. At si eorum signa audieris, facilius in vnaquaq; natione talia vina inuenies. Apud nos cito potabilia euadunt Tibinum, & Arsyinum, & prȩter hæc Titacazenum. Dulce vinum, nec tenue exquisite, nec splendidum, sed plus minus à prædictis recedere, neutrum vero habere, comperies. Calefacit autem vinum dulce, crassumq; consistentia est. Ac particulares eius vires, quas dum potatur, præ se fert, has duas qualitates consequuntur: nam color ex sua ratione nullam, vel in iuuando, vel in lædendo vim obtinet. Quàm

*Al. ex ore ventriculi.

crassum

crassum autem consistentia est hoc vinum, tam etiam tarde meat, ita vt non solum aliquam ex obstructis particulis obstructione non liberet, verum et obstructionem adaugeat. Ob idq; iecori affectio maxime nocuum est, precipueq; qn phlegmone aliqua vel scirrhus in ipso sit: Moderatius autem lædit, qn à crassis obstructum fuerit humoribus viscus id: vel quando imbecillitate afficitur, sicuti in affectionibus, quæ proprie hepaticæ vocantur. Post iecur lien à dulcibus vinis leditur: nõ tamen pulmo, quando crassum humorem in bronchijs habet: dulce enim vinum in acutis morbis ad expuitionem confert, cum iam peripneumonia & pleuritis concocta fuerit, nec iam phlegmone vexentur particulæ. Quo autem magis à vehementi caliditate distant vina dulcia, eo minus capitis grauitatem mentisq; lesionem faciunt: at facilius, quàm alia vina deijciuntur, magnaq; reddunt viscera. Non sunt autem picrocholis idonea, materia enim sunt omnia vina dulcia flaue bili. Nec solum, quia multa caliditas tales humores amaros reddit, vina dulcia febricitantibus non conueniunt, sed etiam quia cum crassa sunt, neq; ad vrinam transeunt, nec secum vnà biliosos humores educunt, nec euacuant. Vnum autem duntaxat bonum hoc ipsis inest, quòd ventrem leniunt: quare ipsa præbibunt: nam si hoc non fecerint, omni sanè modo lædunt. Præter alia enim sunt siticulosa, hac ipsa re indicantia, quòd facile bilescunt. Sunt & talia vina flatuosa. Inferioribus tamẽ intestinis haud sunt nocua, quòd flatus ab ipsis genitus tarde meet, moreturq; in hypochondrijs, quousq; perfecte concoctus ac tenuatus fuerit. Dulce simul & austerum est vinum, quod in Cilicia est (Abates appellãt) contrarijs constans qualitatibus: quare prauum existit, quippe quod nec distribuatur nec descendat, sed diu in ventre permaneat ipsumq; inflet. Nigrum vinum, quod citra dulcedinem austerum apparet vel acerbum, replet, ac tarde meat: ambasq; deiectiones, tum quę per aluum, tum quæ per vesicam fit, cohibet: facileq; acescit, & vomitum prouocat: Solis autẽ ventris fluxionibus conuenit, nec in his ad saturitatem est bibendum. Album simul & austerum vinum nec ipsum vrinas ciet: sed si crassum est, in hypochondrijs moratur: si non crassum, nõ æque ad vrinas transit, sicut alba & mediocriter austera. Cirrhum idest fuluum, & austerum vinum, fluxionibus ventris & ipsum competit. Duplex autem fuluum sicut et nigrum, est, alterum dulce, austerum alterum. Sed fuluum caput & mẽtem magis ferit, quia nigro calidius est. Flauum vinum summe calidum est, quemadmodum & quod post ipsum est fuluum, post hæc rubrum, postea dulce. Album cęteris alijs minus nutrit. Ex albis vinis nullum est dulce, verum quædam austera, ac crassa sunt: quædam aquosa, ac tenuia. Ex flauis, & fuluis quædam sunt dulcia, vt Hippodamantium, & Faustianum Falernum: quædam omnino dulcedine carẽt. Rubra vina his sunt crassiora: quemadmodum rursus rubris alia, quæ iam proxime ad nigra colore accedũt. Atq; omnia hęc pro crassitudinis ratione nutriunt: ob idq; ijs, qui refectione indigent, vt vinum dulce bibant, concedendum est, præsertimq; cum eorum iecur, lien, & renes vitio careãt: Qui vero crassum humorem in venis collegerunt, ijs tenuis consistentiæ vina vtilia sunt: siq; humor ille frigidus fuerit, acria & vetusta: si non frigidus, quæ nec acrimoniam, nec vetustatem habeant, conueniunt. Ad probos autem succos gignendos odorũ præstantius est, sed caput ferit. Austeris ad roborandum stomachũ, ac sistendam aluum fluentem vtimur, alioqui sanè non vsuri, propterea, quòd nec alimento distribuendo, nec sanguini procreando, nec probis succis gignendis, nec vrinæ ciendæ, nec sudori prouocando, nec aluo subducendę, conferunt. Biliosis igitur corporibus nec Falernum, nec Tmolites fuluum & dulce, nec Ariusium, nec Lesbium illud, quod odorum ac fuluum æque, ac prædicta vina, est, conuenit. Calidiora enim omnia hæc vina sunt: facileq; qui ea biberint, caput dolent, ac febricitant, atque aliqua neruorum affectione tentantur. Igitur nec biliosis naturis, nec Sole exustis, nec ijs, qui in laboribus multis, aut penuria, aut mœrore, aut tẽpore, & cœli statu calido viuunt, danda sunt talia vina. Contra vero ijs, qui calefactione egent, pituitosis frigidisq; temperamento, ac humorum crudorum copia refertis, ociose viuentibus, in regione frigida, & hieme, & cœli statu frigido ac humido, bona sunt. Sanè omnium vinorum, quæ nec valde crassa, nec admodum dulcia sunt, vt Theræum, & Scybellites, commune est, vt cum in longum temporis spacium extensa fuerint, flaua fiant colore, ac quiddam more ignis coruscans acquirant. Nam nigra (quale apud nos Perperinium) si veterascunt, in rubrum quidem prius vel fuluum, postea vero in flauum colorem trãseunt. Et album, quale est Bithynum, quod cum inueteratum est, Romani Cecubum vocant, iam quando est tale, amarum est, & propterea potui inutile. Vitanda igitur & ita vetustorum potio est, ficuti etiam recentium. Maxime autem abstinendum est à vinis natura crassis, quãdo recentia sunt: tantum enim abest, vt ciborum concoctionibus quicquam conferant, vt vix etiã concoquantur. Præterea nec per aluum transeunt, nec distribuuntur facile, nec vrinas prouocant, nec sanguini procreando conducunt, nec nutritioni: sed diutius in ventre suspensa (vt aqua) remanent: siq; de ijs parum quis biberit, facile acescunt. Vetustissima vina ita ab albo simul & austero, & recenti & crasso differunt, vt alterũ quidem validissime calefaciat, alterum sensibiliter refrigeret. Gleucos autem, i. mustum, quàm flatuosum concoctuq; difficile, & crassi succi sit, omnes norunt. Solum hoc vnum bonum habet, quòd ventrem subducit: quo si forte aliqua aliquando priuetur, maxime nocuum redditur. Celerrime omnium vinorum alba et aquosa inueterascunt, idest prompte in veterascentium qualitatem transmutanẽ. Hæc autem est acrimonia quidem primum

A mum,q̃ plane calefacit: postea vero amaritudo, ad quam aliq̃n in decẽ annis peruenire cõspiciuntur, nisi primis tribus quatuor've annis prius acuerint. Potentia aũt simul & austera et alba vina, q̃ crassitudinẽ habẽt, ẽt post decimum annũ q̃nq; nisi rite fuerint reposita, acescere contingit: cõtingit aũt & ipsa plurimo tpe inueterari. Talia sunt in Italia Tiburtinum, & Signinũ, & Marsum, & Surentinũ, quod fermè ante annum vigesimũ adhuc est crudum: viget enim, dum tot annorũ est, diuq; potui aptum perseuerat, haud facile nimirũ amarescens: ac virtute cum Falerno contendit. Secus aũt patiũtur quæ aquosa sunt, Sabinum, Gaurianum, Arsyinum, Titacazenum, Tibinum, & id genus alia: facile enim ad contrarias qualitates transmutantur: ad acidã quidem in principio, ad amaram autem si perdurarint. Locus sanè in quo reponitur vinum, multum ad eius alterationem facit. In principijs enim optimus est frigidus, postea vero calidus, nã tepidus facile acida reddit vina. Q̃n vero vina in frigido loco reposita, duobus tribus'ue annis perdurauerint, exinde calefieri admodum desiderant, nec amplius locum tepidum ac temperatum requirunt. Quædam autem vsq; adeo sunt debilia & aquosa, vt ne à principio quidem frigidum ferant. Ex vasis porrò vina continentibus, quodcunque sinas sine obturamento, facile acescit: Sicuti sanè & ex ijs quę obturata sunt, minus patiuntur, quæ plena sunt: nam quæ subuacua sunt, quia in se ipsis aerem conti B nent, per illum medium citius ab ambiente extrinseco alterantur. Quæ vero vsq; adeo sunt repleta, vt operculum à vino tangatur, per illud solum alterationem habent, at tam imbecillam ac debilem, q̃; sanè est densum operculum. Quæ vero à pice vel gipso stipata sunt, magis perdurare comperies: quæ à corio solo, minus: quemadmodum & quæ à folijs obturata sunt. Vina autem fulua apud nos optima, tria sunt. Tmolites, Lesbium, & probatissimum veteribus Ariusium, quod in Chio prouenit: quo oẽs ad optima medicamenta conficienda ac præcipue ad antidotos vtebãtur.

GALENO ASCRIP. PRAESAGIVM EXPERIENTIA CONFIRMATVM

Georgio Valla Placentino interprete.

CENSVRA

Imitatur & hic liber veros Galeni libros, sed ieiuna admodum oratione.

Vicunq; præsciscere libuerit mortis nõ diem modo, sed etiam horam, considerare expedit, quo potissimum tempore languens ab accessione vehementer affligatur, num inter accedendum tum impensè obrigescat, & æstu conflagret, diuq; ea permanserit intensio, pulsusq; sit exiguus, & segniter somnum ceperit, somnolentusq; fuerit, vel id genus aliud subierit detrimentum, id omne tempus suspectum habere oportet, vel si etiam ita mediocriter habuerit. At circa vigorem si ægrotum deiectum, aut cedentem, aut mœrentem spectes, febris'ue magnitudi- D nem minime tolerantem, plurimumq; exæstuantem, & se tenebricum volutantem, & capite dolentem, & corde succumbẽtem, aut tali aliquo affectu vexatum, suspectum id tempus tibi esse maxime oportet, si etiam accessionis principio ac vigore sint mediocria. Verum id si circa vigoris decessum fuerit, anima consternetur, & sudores sint inæquales aut frigidi, aut circa caput aut circa pectus insurgãt, pulsusq; obscuros & debiles efficiat, aliaq; id genus, id tempus expedit suspicere, neq; tum definiendum quicq̃; neq; dies mortis proferenda. Nam secunda die si contingat & quarta accessionem vehementiorem esse prima, tertius & quintus & sextus diem mortis indicabunt. Quot de causis succenduntur febres? quandoq; aut ob additamẽtum idoneæ materiæ, aut ob motum, aut ob adstrictionem, aut putredinem, aut ob accessum caloris extrarij. Ac ob additamentum quidem, vt cum temperamentum nacto calidum, adiectum fuerit piper, sinapi, allium, & similia: horũ.n. qualitas si cordi fuerit inuecta et insita, succendet caliditatem, febremq; inflammabit. Ob motum autẽ dupliciter: nam is aut ab aĩa, aut à corpore suscitat: ab anima quidem, vt cupiditate, & cura: a corpore autem, vt in labore immenso. Ob adstrictionem, cũ ob glutinositatem, aut ob quãpiam crassitudinem, exaruerint obstructiq; fuerint incerti corporis meatus, aut extrema vasorum, & in profunditatis difflatione febris fuerit incensa. Verũ ob putredinem, vt cũ subiecta & redundãs materia putruerit introrsus, cordiq; fuerit

rit obiecta, ac febrẽ ſuccenderit. Ob acceſſum aũt caloris alterius, velut cum in Solis ardore caput E exæſtuauerit, præcipue tunicularis pituita per arterias cordi fuerit obiecta, febremq́ ſuccenderit.

Signa Febris futuræ.

IMminentis febris nuncius eſt hiatus, horror, oſcitatio, nauſea, ſomnolentia, tuſſicula ſubaſpera, extremorum membrorum infrigidatio. Atq́ hæc quidem extrinſecus præſagia. A pulſibus autem ex paucitate & inæqualitate deprehendit ẽt, quod deſiderat: ac iniectione quidem, cum impẽſior correptio, frigetq́ cũ aliquanta inęqualitate atq́ exiguitate: at in aſcenſu ferè ſunt improbi, aucta diductione ad perfectum vſq; vigorem: ſed calore intenſo, primũ magnitudo augetur, deinde celeritas aſſumitur. Nam cum ſatis ſuccenſa febris conflagrarit, tum ingẽtes ſimulq́ celeres efficit pulſus: ſin aũt impenſius, etiã crebros. Quo nempe pacto ante febres hiatus progignunt? hiant ante febres ægri ob concuſſionẽ, & vim ipſos intendentẽ. Nam quemadmodũ ex ahenis ad ignis violentiam poſitis vapor attollitur multus deferuente in ipſis aqua, ita etiam ex eis quæ introrſus in corpore ſunt, vapor exhalans intendit conuincitq́ corporis muſculos: ſolent nanq́ nerui tepefacti deſidere, atq́ ita fiunt oſcitationes. At quónam demum pacto capitis dolores febricitãtibus incitantur? nempe, cum venæ plenæ & à flatibus intumentes, interſectæ fuerint, in caput dolores aduehunt, vi ac tenore internorum flatuum, qui immiſſi diſperſiq́ ſunt. F

De Significatione Sudorum.

FEbrem vero ſudoribus diſſolutum iri cognoſcimus ex eo, quod lãguor ſit vigoris maximi, vt eſt qui cauſus nominat̃. Bilioſus nanq; is demum eſt morbus, qui cũ impenſius moueri oporteat, rigor efficitur. Et proinde ſi venter aſtrictus ſit vrináue, proxima ſubeunte criſi, rigor erit expectandus: Sin amborũ fuerit aſtrictio, nec vllus præſto eſt vomitus, aut ſanguinis eruptio, ſudor multus conſequatur neceſſe eſt, præſertim cum languentes prociderint, acceſſione incrementum capiente, vt ea de cauſa magis incaleſcant: non nullaq́ corporis ſit calida euaporatio, qualis antea non fuerit in dudum memoratis. Pulſus ingentes, & ſublimes, & celeres, in diductionemq́ potius properantes, ac velut vndoſi, cum arteriæ tunica atra humidaq́ apparẽt. Totius vero corporis extrema ſuperficies perpruriſcit ac remolleſcit, & q̃nq́ ad horas rufeſcit. Atq; hæc in critica acceſſione adueniunt, præeunte concoctione. Et ſi critica die bona exiſtente, ſalubrium ac reſoluentium ſudorum fuerint indicia, non dubium quin calorem eſſe expediat mediocriter ſudoris ſolubilem, & per vniuerſum corpus ſibi conſtare, exinanireq́ iuxta proportionem, atq́ habitiorem alacrioreq́ reddere hominem. At frigidi ſudores cum acuta febri erũpentes, mortem ſubeſſe minitantur: At cum ardore, morbi longitudinem coarguunt. Si à ſudoribus febricitantibus fuerit initium, boni G & tertiani, & quintani, & ſeptimani, & nonani, & vndecimani, & quartidecimani, & vigeſimiſeptimani, & trigeſimiquartani, hi nanq; ſudores morbos iudicant: qui autem ita non ſunt, laborem ſignificant, & longitudinem morbi, & ſubuerſionem. Ac vbi eſt corporis ſudor, ibi quoq́ dicito ſubeſſe morbum. Et vbi eſt corporis frigus aut calor, ibidem eſt quoq́ morbus. Et vbi in toto corpore mutatio, fueritq; refrigeratum corpus, aut rurſus incaluerit, aut color ex alio alius emerſerit, morbi longitudinem pronunciat. Sudor ex ſomno factus citra manifeſtam cauſam, corpus ſignificat cibum aſſumpſiſſe plurimũ. Quód ſi cibi plurimi cauſa non fuerit, ſignificat egere euacuatione febricitantium corpora. Sudor aduentante febri, nec deficiente febri, malum: longum nanq́ morbum, & humiditatis ſignificat copiam.

De Sanguinis Detractione ex Venis.

Vide in libro de Curandi ratione per ſanguinis miſſionem, ex quo totum ferè hoc caput extractum eſt.

IN omni die & noctis hora, vrgente neceſſitate, ſanguinem detrahito, Aduertendo tamen in febricitantibus vigorem ceſſantem acceſſionis. In alijs autem, ſiue ex lippitudine, ſiue ex alia ra- H tione citra febrim, vbi ſanguinis detractione ex vena opus ſit, doloris aut inflammationis conſiderato magnitudinem: qua enim hora mitigatum dolorem inſpexeris, ſanguinem de vena mittes. Re nulla vrgente quo minus fiat, ſatius fuerit matutino tempore de vena ſanguinem detrahere: nec ſtatim cum ex ſomno experrectus, ſed poſteaq̃ ad horam peruigilarint. Ac prius abluere aliquos præſtiterit, & alios prius obambulare. In quo autem præoccupata cuſtodię cauſa ſanguinem de vena detrahere permittitur, etiam poſt aliqua conſueta exercitia ſanguis è vena detrahendus.

Cæterum languoris magnitudo, & virium robur atque firmitudo, primæ ſunt ſanguinis è vena detractionis conſiderationes. Proinde perſpiciendum cuiuſmodi ea ſit naturalis hominis complexio. Ac atras habentibus venas & mediocriter tenues, neque albis, neq́ carne molliculis, ad euacuandum minus parcendum eſt: At contra parcendum, quãdo ſanguinis parum habent, carneq́ dilabilem. Hac de cauſa neq́ pueris ſanguinem ex vena detraxeris ad quartumdecimum vſq́ ętatis annum. At in maximis inflammationibus validiſſimiſq́ doloribus nullum noui maius adiumentum, q̃ ad deficientem vſq́ animam euacuare. Aduertenda ſanè eſt diligenter, qualis ſit pulſus eleuatio ab eo qui ipſum attineat ſufflutẽ adhuc ſanguine: quemadmodum in alijs vnde ſanguis detrahitur, ſiquid agere expediat: ne quid modo lateat deficientis animæ, quod ad interitum aduehat.

A uehat. Quod si tempus fuerit vernum, locusq; natura temperatus, & pueri natura concinna detrahito sanguinem. Et impensius, vbi pericula insideant aut pulmonis aut anginæ, aut lateris, aut cuiuspiam alterius acuti ac vehementis morbi, detrahendus, vt dictum est, sanguis, pulsu vsque explorato: omne nanque perculsum membrum aduerteris non annorum modo numero, sed etiam corporis habitudine. Formidanda vero frigidis temporibus larga euacuatio, ob consequentem refrigerationem. Neutiquam perscribi potest singulorum hominum definienda euacuationis mensura. Perspexi nanque in non nullis, nec plus quam sufficeret, sanguinis libras sex ablatas esse, & confestim extinctam febrem, neque vllam consecutam fuisse virium exinanitionem: Quibusdam vero libram dimidiam citra læsionem: quibus siquis duas modo exhausisset, impensissime offecisset. Vidimus vnam quoque aliquando auferri, & minus, ac profuisse. Reuulsionis gratia qui in rectum languentium secat venas, confestim perspicuam inspexerit vtilitatem: Si quispiam anularis digiti venam secet, vt non nulli mediam inter medium & anularem digitum venam, sinentes sanguinem effluere, quoad sponte cessauerit, lienem iuuari, vt in ancone venam secando interiorem: satis commode nanq; lieni prodest male habenti sanguinis detractio ex manu sinistra. Atq; adeo profecto in pleuriticis in rectum languentis ex vena sanguinis detractio vtilitatem frequen

B ter demonstrat euidentissimam: At ex opposita manu, aut prorsus obscuram, aut expectabilem. Ingentibus oculorum doloribus succurrit siue humeralis appellata vena, aut quæ ab ea deuiat in ancone secta, perspicuam confestim afferendo vtilitatem. In latere autem languente, aut pulmone, aut septo transuerso, aut liene, aut iecore, ac ventre paraxillę ad anconem distractionem peruenientem diductam secare quidem expedit, præcipue ad emissionem quæ per fracturam cui insidet humerali vena discreta pariter auulsa. Tres nimirum hi modi sunt ad anconem sanguinis detractionis, quæ extra, & intra, & quæ media. Quæ igitur intus, infra collum languentibus vtilis: quæ extra, in facie, aut in capite: at medius locus quandoque quidem ambas habet diductas venas ad partes anteriores manus protensas: deinde hic copulatus quandoq; statim in se inuicem existẽtes ad inflexionem distractionis. Incerta igitur existente sua languentis membri vena, ad mediam aliquam eundum: diductioq; potius, quam in sua, sectio facienda. Est etiam cum distractio infra anconem quę in brachio diducenda nihil prohibet, non apparentibus in ancone. Vt autem dicta omnia mẽbra in ancone sanguinis detractionibus adiuuãtur, ita in inferioribus his est, vt in poplitibus & talis. Sunt autem dictorum quæ ad coxendicem, & vesicam, & vuluam, & renibus alternantes. Ideo in ancone quandoq; sanguinis detractionibus obtemperant cum recens fuerit inflã-

C matio, & sanguinis vis multa. Sin affectio sit, quam proprie phrenitim appellamus, poplitem secare oportet, & in talis venas. Vt in vuluis inflammationes, sectarum in cruribus venarũ adiumento, non parum leuantur. Enimuero euacuationibus ab anconibus siquid sit infestum, & obseruandum frigus, expedierit alimentum exhibere mediocre ad tres aut quatuor modo dieculas.

Cum olim pestilentia ingens Asiam occupasset, qua cadebant innumeri, tum ego secundo die, nulla facta remissione, crus scalpendo, ad binas libras sanguinis euacuationẽ fieri permisi: & perinde deuitaui periculũ. Multi quoq; alij eo vsi adiumento conseruati sunt, pręcipue qui large sanguinem euacuarunt. At etiam mediocres capitis aufert dolores, fauciumq; inflammationes. At vetustiores tales casus scarificationum sectionibus dissoluimus. Oportet itaq; ex atrocibus morbis ad naturalem habitum perducere: neq; quicquam tam ad concinnam conuersionem agit, quam ex scarificatione sanguinis euacuatio. Inter indicem vero & pollicẽ secta vena & fluens sanguis, quoad sponte constiterit, vetustum dolorem, præsertim si ei membro insederit, curat. Purgatorum autẽ, & plus mediocritate euacuatorum, & refrigeratorum, & resolutorum, & cõuulsorum, cessare purgationem expedit: aquamq; tepidam exhibendo vomere hortabimur: at præstabit illinire calido oleo manus & pedes: sistit nihilo minus somnum & lauacrum. Cæterum nõ satis purgatis balnea

Ex ca. .. libri septimi Oribasij ad Iulianũ Imperatorem.

D congruentiora sunt, nam noctu purgantur: hos minus pascere conuenit: at tuto purgatis, oua, & alicam, & sorbitiones, & vinũ dulce exhibere expedit, quo intestinum purgatione moueatur per xẽsmum: conuenit etiam per posteriora lac immittere cum hircino adipe, dulci ue vino, atque ita suffluentia componere clysteribus admouendo omnifariam purgationem.

**Al. clysmum*

De Adhibenda Cautione in Sanguinis detractione.

QVi detrahere sanguinẽ velit, aduertere debet ne stercus multũ cohibeat inter intestina. Proinde molli clystere euacuãdus æger, ne venæ ab intestinis venenũ, attrahantq; putridã quãpiã superfluitatũ essentiã. Ex plenitudine igitur morbo qui sanguinis detractione eget, quouis tempore è vena sanguinẽ detrahemus, vigorẽ, & deliriũ in febribus particulariter custodiẽdo, & accessionẽ. Si cõtinua sit febris oĩno, matutinũ tps accõmodatius. Qui vero nõ plenitudini morbo occurrunt, sed cauẽdi cã, sanguinis exquirunt detractionẽ, his vernũ cõgruit tps. In ętatibus porro supra quartũdecimũ annũ detractio faciẽda, sicut intra annos sexaginta: nisi si qua mõ efflagitãs nos ingẽs vrgeat necessitas. In totũq; vires imbecillę obseruandæ sunt. Nec nõ sub lingua venas, vt in anginę morbo, oblique dissecamus, astrictionem obseruãdo: Quẽadmodũ & in capite & in oculis ex morbis vetustis eo modo dispescũt. In pede aũt, sicut in ischiadicis: aut ob anum, supra interiorem talũ vtiliter secant. Verũ per morbos acutos, detrahito ex vena sanguinẽ, si vehemens appareat ægritudo,

tudo,& occupati morbo iam puberes ſint,roburq; eis adſit. Si igiť angina fuerit,delige purgatione,vel ſiquid fuerit pleuriticū.Quod ſi debiliores appareāt,ſi ēt plus ſanguinis detraxeris,clyſteribus tertio die aluū exhauri: ac ſi tutus fuerit æger, ēt inedia vtitor. Detrahendus igiť ex vena ſanguis brachij dextri vena interiore: iuxtaq; habitudinē auferendus ſanguis: ætatiſq; plus minus've conſiderandum. Eueniunt iſtorū pluribus talia,rubores faciei,& oculorum vacillatio,diductioq; manuum,pandiculatioq;,ſtridores dentium,pulſus,maxillarū contractio,refrigeratioq; extremorum,flatuum oblationes per venas: quàm primū propè ſanguis de vena detrahendus ſublimibus cunctis exiſtentibus mæſtis flatibus,& fluxibus ad ferendam opem id accommodatius. Ferendum illud perpetuo eſt ad curam ſalubrem victum vniuerſum, quàm medicina longe præſtantius eſſe.

DE VRINAE SIGNIFICATIONE EX HIPPOCRATE

Georgio Valla Placentino interprete.

CENSVRA

Nulla hic methodo Hippocratis & Galeni verba excribuntur.

OPtima vrina eſt cum eius alba fuerit hypoſtaſis, quam ſubſtantiam dicere poſſumus,et lęuis et ęqualis ꝑpetuo,donec iudicatus fuerit morbus: ſignificat nāq; ſecuritatem nec diuturnam fore ægritudinem. Si vero intermittat,& puram qñq; mingat, qñq; ſubſidat album quoddā & leue, tum diuturnior efficiť morbus, & minus tutus. Si fuerit vrina ſubrubra,& hypoſtaſis ſubrubra & leuis,diuturnior hæc, ꝙ prima, verum multo ſalubrior. Craſſioris aūt farinę ſpecie in vrinis hypoſtaſes,malę: quibus adhuc peiores ſunt ēt folioſæ: at tenues & albæ, admodū malæ: quibus improbiores furfuraceæ. Nebulæ ſuſpēſæ, & mobiles in vrinis, albæ quidem bonę,nigræ vero malæ. Si erit tenuis & rutila vrina,ægritudinē ſignificat crudam, ac diuturnā: & ſine periculo eſſe non poteſt.Lethalis aūt male olens, & aquoſa,& atra,& craſſa. Virilis autem ſiue muliebris atra vrina, peſſima: infantibus autē, aquoſa. Quibus vrinę tenues & crudæ minguntur diuturnæ,ſi alia ſigna tanquam euaſuris adfuerint,hos abſceſſum ad ſepti trāſuerſi regiones infernas expectare oportet. Pinguedines quoq; ſuperne innatantes araneoſas licebit improbare: colliquefactionis.n.ſignum eſt. Conſiderandæ porro vrinæ,in quibus ſunt nebulæ,ſurſum'ne,an deorſum meent,quoſq; colores habeant: deorſum enim labētes cum coloribus iam memoratis,malas eſſe decet arguere. Nec te fallat veſica ipſa ægra,quæ huiuſmodi aliquam reddat vrinam: nec enim totius eſt corporis ſignum, ſed ipſius per ſeſe. Quibus vrinæ craſſæ,grumoſæ,paucæ,non febricitantibus, copia ex his tenuis aduenieſ prodeſt: præcipue tales adueniunt,quibus à principio,vel è veſtigio ſtabilitur hypoſtaſis. Quibus vrinæ ꝑturbatæ velut iumentorū,ijs cephalalgiæ aut adſunt,aut aderunt. Quibus vrinæ perſpicuæ albę ſunt, improbæ,præcipue in phreniticis apparentes. Quibus hypochondria ſublata,murmurātia,ilium dolore accedente,ijs alui humectanť, niſi flatus erumpant: vel vrinæ proueniat copia: hæc ſanè in febribus. Quibus ſanguis vel pus mingitur,renum vel veſicę exulcerationis eſt argumentū. Quibus in vrina craſſa exiſtente minutæ caruncule tanquam pili pariter adueniunt,ijs à renibus excernitur. Quibus in vrina craſſa exiſtente furfuracea eminguntur, eorum veſica ſcabieſcit. Quibus ſponte ſanguis mingentibus exit,eis à renibus ſignificatur venulę fractura. Quibus in vrinis arenoſa ſubeſt materies,ijs veſica calculeſcit. Si noctu mingatur multum, exiguum excrementum ſignificatur. Quibus bilioſæ hypoſtaſes, ſuperne autem tenuitates, celerem ægritudinem ſignificant. Quibus in vrinis inſident bullæ, ex renibus ſignificant ægritudinem, eamq; longam fore. Quibus febrium vertigines à principio ſunt,& pulſatus capitis, & vrina tenuis, eis expectāda eſt ad criſes febris acumine augeri: nec mirabor cum caput circūferri videbitur, ſi in amētiam deciderint. Quibus pinguis hypoſtaſis,& accumulata,ijs renum vitia,& acuta ſignificantur. Quibus ex renibus laborātibus prædicta ſigna ſint,laboreſq; circa muſculos ſpinales extiterint, ſi in locis ſint exterioribus,abſceſſus,quæ Græci apoſtemata vocant, foris expecta futuros: ſin in locis interioribus fuerint dolores,abſceſſus in interioribus fore expectato. Si ſanguinem meiat et grumos,ſtranguriaq; affligatur,dolorq; ad perinæum ac epigaſtrium incidat, ſignificat circa veſicam eſſe ægritudinem.

A tudinem. Quibus à principio vrinæ ſunt nebuloſæ, vel etiam craſſæ, purgandi ſunt, ſi cætera conferre videbuntur. Quibus à principio vrinæ ſunt tenues, ijs medicamen ne exhibeas: at, ſi videbit, clyſteribus vtere, ita nanq; ſi curentur, profuerit. Quod futurum quoq; eſt, ex vrinis licebit conijcere. Nam ſi denſior, vel pallidior, melior erit vrina: ſi tenuior et nigrior, erit deterior: ſalutē nanq; pronunciat. Hunc Hippocratis locum Galenus hoc modo interpretatur. Manifeſto nūc craſſiores tenuibus comparans dixit: non naturalibus autem tenues & nigras, peſſimas ad ſolas tenues effectas, minime concoctam ſignificans ægritudinem: integre nanq; tenuis aquoſa eſt, & perinde etiam alba. Quod ſi mutationes habeat, tempus ſignificat: & neceſſe morbum commutari ad inæqualitatem in deteriorem & meliorem. Ex febribus inquit porrò Hippocrates pręcipue morbis vrinarum ſignificatio colligitur vtiliſſima. Sed quoniam omne cōtra naturam ab eo quod eſt naturale inuenitur, à naturalibus ſumamus principium. Vrina igitur in ſanitate et habitu bono cōſtitutis hominibus, optima eſt, quæ ſubrutila, aut ſubflaua, craſſitudine mediocris, quæq; colorem non mutat, cumq; emicta fuerit, læuem & albam & æqualem perpetuo ſeruat hypoſtaſim iuxta bibentis rationem. In fœminis naturalis vrina colore albior ſit, q̃ in viris, ferè neceſſe eſt, maioremq; habeat hypoſtaſim. At infantium craſſa eſt hypoſtaſis, propter puerorum voracitatem, inordina-

B tumq; & intempeſtiuum motum. Læuem inquit Galenus hypoſtaſim vocat Hippocrates, continuam & indiuuiſam ſignificare volens, lęue ſiquidem opponitur aſpero: æqualem vero, vt in totum ſemper ſimilem mingat: nam quæ manet concocta, neq; deinde inconcocta, non vtiq; hypoſtaſim vel profuſionem totam habet inæqualem. Si quæramus igitur in naturali vrina colorem, vel profuſionis conſtitutionem, & quæ à profuſione inferuntur, vt nebulam, ſubnebulā, ſuſpēſam, & in fundo hypoſtaſim, non dubium quin ad hæc conuerſa vrina inconcoctionem indicet in venis eſſe. || Optima quidem, inquit Hippocrates, vrina eſt in ægrotantibus, quæ ſimillima ſanorum vrinæ, ſubuiridis vel ſubflaua, & albam & lęuem & æqualem habens hypoſtaſim: At deterior, eleuationem habens albam & lęuem & æqualem. Eſt porrò hac inconcoctior, quæ nebulam habet, quæq; eſt ſubternubilata. In qua enim flatus eſt in profundo craſſus & incōcoctus, ſi exiguus quidem ſit, extrudit reliquam materiam, vt ad fundum vaſis deferatur: ipſamq; diſpeſcendo dirimendoq; vniri non permittit. Quod ſi redundet incōcoctus in fundo flatus, attollit ad profuſionis medium hypoſtaſim, facitq; eam ſublimitatem appellatam. Quod ſi flatus impendio plus fuerit incōcoctus, ad extremum profuſionis agit hypoſtaſim, quæ nebula nominatur aut ſubnebula. Quanto igitur potuerit flatus diſtribuere, nec ſuſtollere hypoſtaſim, tanto inconcoctiorem eſſe vrinam

In prognoſticis cō. 2. t. 26. 4. d. 200. b

C arbitrator. Quod ſi neq; hypoſtaſim, neq; ſublationem, neq; ſubnebulam, neq; nebulam vrina habuerit, ſciendum eſt morbum facientes humores naturam concoxiſſe. Quod ſi quandoq; quidem habet hypoſtaſim, vel ſublationem, vel ſubnebulam, vel nebulam, quandoq; autem non, pugnam naturę oſtendit cum ægritudine. In puris nāq; tertianis & quotidianis nebula ſolum, vel ſublatio, ſæpenumero ad morbi ſolutionem ſufficit: quandoq; vero bene coloratam duntaxat eſſe vrinam. Plerunq; ēt color albus eius quod intus apparet illatum in profuſione, fallit ignaros, ꝙ hypoſtaſim vtilem quę non ſit, eſſe opinentur: euenit ſiquidem vt crudus humor & albus cum vrina excretus ſubſidat, præbeatq; videndam vtilem hypoſtaſim. Quandoq; etiam iecore aut renibus languentibus pus cum vrina excernitur, & ſubſidendo fallit etiam minus acutum artificem: ſed prius definiendum excutiendumq; eſt languere hominem aut ex renibus, aut ex iecinore, alio've membro, vnde per vrinam purgari cōſueuit: deinde etiam grauiter olens puris particeps inuenitur. At crudus humor per vtiles hypoſtaſes diſtinguitur ab inæquali ſubſtātia eius quod ſubſidet: neq; enim id ſibi continuum manet, ſed in minutas partes diſpeſcitur tanquam arenulas: neq; omnino lęue eſt, ſicut vera eſt hypoſtaſis. Subinde vtilium vrinarum primum quidem apparet nebula: deinde ſuccedens ſublationem facit: poſtremo reſidens in fundo vaſis hypoſtaſim facit, cum perfecte id

D concoctum fuerit. Verū in crudis humoribus ſtatim ab initio in vaſis fundo ſubſternitur vis multa, ꝙ non ſit vtilis ſed mala tota profuſio: deinde pedetentim concocta & attenuata ad medium ſuſtollitur profuſionis, facitq; ſublationem. Cum vero attenuatior ac concoctior euaſerit, ſubſidet in profuſione & nebulam facit: planeq; ignaros fallit, vt exiſtiment in deterius lapſam eſſe valetudinem. Si fuerit vrina magis biliosa, inquit Agrius Hippocratis interpres, & hypoſtaſis ſimilis, debes euacuare, ſiue per vrinas, ſiue purgamine. Si bilioſus fuerit color, hypoſtaſis autem alba, erit bilis cum pituita, vtrunq; euacuato. Si color albicans, & hypoſtaſis rufa, ſeu manifeſto, ſeu obſcure, vel plus fuerit, ſi potentia valida firmæq; ſint vires, mitte ſanguinem ex vena: ſin imbecillis ſit, medicamen adhibe, aut ei rei accommodatum exhibe cibum.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE SIMPLICIBVS MEDICAMINIBVS AD PATERNIANVM

CENSVRA

Liber cum multis rationibus, tum ea maxime omittendus, quòd hæc doctrina in proprijs Galeni libris verior & clarior habetur.

PRÆFATIO

CVm mihi proposuissem, charissime Paterniane, omnia Sinigmata tam metallica quàm aromatica, & oēm herbationem describere, optimum duxi, quia studiosissimum & peritissimū esse te probaui. Itaq; accipe, tibi exēplum voluntatis & ingenij offero. Igitur frater solicite exquire tota tua peritia hanc scripturam: ne autem calumniareris prospexi. Et nequis dum aut herbulam, aut aliquam aliam speciē siue aromaticam, siue metallicam requirit, diutius erraret & totum volumen euolueret, ordine primarū literarum a b c d &c. agam omnia sinigmata nominare: quæ in simplario tractātur, & in vsum medicinæ cadunt. Incipiemus igitur ab a, & sic deinceps ad extremam literam perueniemus.

De Aere Vsto.

Æs vstum fit maxime de clauis cupreis vetustis, qui in olla fictili cruda missi, in furno incenduntur, aspersi sulfure, vel sale, vel vtroq;, vel alumine, & coquuntur. Bonum autem æs, quod est optime vstum, vtpote rubricæ colorem faciet ad ipsa capitula in se, quod enim est fruitius, est combustum. Est ergo virtus & efficacia æris vsti similis squamæ, sed tamen fortior est. G

De Acacia.

Acacia fructus est arboris spinosæ, quæ maxime in Ægypto nascitur. Hic igitur fructus velut oliua exprimit, & succus illius in Sole siccatur, & in glebā redigitur. Erit ergo optima acacia quæ est penitus leuis, leuiter subrubra, suauitate odoris sui subacidas transit, & gustu valde styptica: hęc enim maxime de immaturo fructu premitur: nam nigra de maturo fructu premitur. Omnis autem acacia viscide stringere potest.

De Aerugine vel Vitreolo.

Ærugo circa aliqua metalla in quibusdā pelagis lente & veluti stillicidium manare perhibetur. Verum & conficitur hac rōne: Granula interiora vuæ, quæ quasi sunt, quęq; græce tritapta dicimus, valde substruunt in vase aperto: & asperguntur miua & aceto: deinde superponitur lamina ęrea & lata: & iterum operitur eisdem tritaptis similiter aspersis: & lamina alia superponit, & hoc vlterius fit, quandiu vas capit: deinde oppilat̄ diligenter, ne aliquod habeat spiramētum. Et sic die septimo aperit: & prolatis laminis, ęrugo, quam traxerint, leuiter abraditur: & rursus intingūtur: & hoc fit vsq;quo totæ consumant̄. Alij sup acetum acerrimum has ipsas laminas suspendunt, & diebus decem relinquunt: deinde perferunt, & æruginē quantam inueniunt abradunt. Alij massulas æris ligant, & eis quasi scobis ligamenta decidunt, in acetoq; mittunt: & quotidie bis aut ter commouent, vsq;quo ærugo euadat. Est ergo optima ærugo quæ est leuis, et tactu nullam asperitudinem habet. Vires autem habet quasi æris vsti, vel lapidis, & maxime acutiores. H

De Ammoniaco.

Ammoniacum est quasi lachryma herbę quę græce nartex i. ferula appellatur, similis altit, idest assæ, sed viscosior, & folijs veluti pinguioribus: quæ contrita, est glutinosa quasi gluten. Nascitur autem in terris Ammonis quōdam regis in vltima Cyrene. Colligitur autem ammoniacum sic: Maximis æstatibus huius herbæ radix & thyrsus inciditur, & sic lachrymam fundit: & postea in terra colligitur: vnde & sordem capit. Verum est optimum ammoniacum quod est mundissimū, & recentissimum, & colore candidum, & quasi pingue vt thus. Et, si frangatur, spissum & splendidum apparet: odore subsimile castorio. Potest igitur efficaciter remollire & relaxare.

De Aloe.

Aloe succus est herbæ quæ est similis scillæ, cuius radice incisa hic ipse promanat succus, & colligitur: vel tota herba contusa premitur, & siccatur. Aliqui enim dicunt de petris eam collectā in Iudæa, & Asia, atque in India. Verum optimam iudicamus, quæ est fragilis, gleba mūda, pinguis, splendida

A ſplendida,ſubruſa,& dum aliter facile exhumidatur odore,ſubuiſcoſa, & guſtu amariſſima. Effectum aũt duplicem habet. Si enim bibaĩ & deglutiatur,ventrem ſoluit, & purgat putredinem, & choleram & phlegma deducit: cum oxymelite datum ʒ ij,ſtomachicis & hepaticis magnum adiutorium eſt. Alij poſt cœnam bina vel trina grana ſicut ciceris magnitudine deuorant,qm̃ corpus procurat,& eſcas non corrumpit: &,ſi ſitis fuerit,extinguitur,qñ triueris cum ſucco caulium, & feceris ad ciceris magnitudinem. Alij miſcent colocynthidos interiora & ſcammoniam, & dant ad typos,vel ad varias infirmitates. Si vero corpus extrinſecus illiniatur,efficaciter ſtringit.

De Amylo.

Amylum omnibus notum eſt: eſt enim quaſi medulla frumenti, quod infundiĩ in ſportellam, & cum preſſura colatur. Cuius eſt optimum quidem, recentiſſimum & candidum & leue & ſine vllo acrore vel lutoſo aliquo aut inquinoſo odore. Poteſt autem leniter ſtringere: propter quod collyrijs ad lachrymam facientibus miſcetur: & ad profluuium ventris prodeſſe comprobatur.

De Alumine.

Alumen dicitur rotundum, & ſciſſum, & liquidum. Inuenitur autem omne alumen in inſula quæ Melos dicitur,ſed & in Ægypto, & in Macedonia, & pluribus locis. Verum eſt optimũ ſciſ-
B ſum alumen,quod græce ſchiſton dicitur, quiq; illius rotundi veluti flos eſt. Hoc igitur ſimile eſt albis capillis vexatis,& quodam modo carminatis. Liquidum deinde, quod eſt leue, perlucidum, & aliquid in ſummo in modum floris quaſi lactis habet, quod ipſum probamus ſiccum ad dulcorem. Syncerum autem ſi ſit, non inficitur ab illo. Rotundum eo ꝙ eſt ſubalbidum, & aliquo pallore velut pinguenatum,fragile,mundum: et colorem mutat aſperſo ſucco quem diximus. Poteſt autem omne alumen vehementer ſtringere.

De Auripigmento & Pſilotro.

Auripigmentum,quod aliqui arſenicum dicũt,naturale eſt. Intrinſecum colorẽ habet aureum: quod comminutum in laminas tenues comminutas funditur, quod in modum auri refulget. Inuenitur in montibus Aſiæ,& Armeniæ, Ponticæ,& Cappadociæ. Verum eſt quod de Amiſta & Diſponto affertur,hoc enim laminas habet latiores,& optimum eſt,& ſynceriſſimũ, & aurigeneo colore limpidiſſimum. Vires quoq; habet ſicut ignis,ꝙ vrere poſſit,& alienationes conſumere. Si cum calce viua miſtum fuerit & corpori illinitum,pilos tollit. Vnde græce hæc ipſa miſtura pſilotrum dicitur,latine acilea nuncupatur.

De Aphronitro.

C Aphronitrum optimum eſt quod eſt leuiſſimum, cãdidiſſimum, latum & fragile. Poteſt enim & calefacere,& cum aliqua mordacitate relaxare,& omnes ſordes de corpore abſtergere.

De Aloſardio.

Aloſardium eſt veluti pinguamen,quod aquis ſupernatat,ſtantibus prout ſtant alia,colore croceato. Cuius optimum eſt quod nullo fallimine colligitur: hoc enim coloratiſſimum eſt, & cum aliqua pinguedine,aquoſum,& penè putridum. Poteſt igitur acriter & incidere, & calefacere, & quaſi ſal aliena conſumere. Item collyria & malagmata colorare.

De Alcimonio.

Alcimonium ſpecies habet duas: videtur autem ſiccum, & liquidum. Aliqui aiunt vtrunq; lachrymam eſſe arboris, qui in Iudæa & alijs locis naſcitur. Alij quidem certius veluti pinguamen ſtagnorum eſſe dicunt, valde glutinoſum & in ſe cohærens, & aquis paluſtribus ſupernatare: hoc igit in ſcaphulis puſillis attrahi,& imponi,& impletis ſcaphis non aliter præcidi: & ſic in terra expoſitum ſiccari: & hoc ipſum maxime in Iudæa & alijs locis fieri: Liquidum autem quod in Babylone & Iacintho colligitur circa quoſdam lacus. Eſt igitur ſiccum aſphaltum,quod eſt optimum, frigidiſſimum,& colore rufo veluti purpura ſplendens: quod autem nigreſcit,pice adulteratur li-
D quida: deinde quod eſt lucidum et glutinoſum,vtrunq; odore grauiſſimo. Vires autem habet viſcidas,& efficaciter relaxantes.

De Aphroſelino.

Aphroſelinum in Ægypto tantummodo inuenitur: quod ita creatur: Ros cœleſtis poſitus ad Lunæ claritatem,in ſpecie lapidis,quem ſpecularem vocamus,coagulatus ſtringitur: vnde & nomen ſumpſiſſe videtur. Cuius eligimus quod eſt colore cœruleo & lucido. Poteſt autem omnia vitia capitis potatum emendare: & cephalalgicis,& epilepticis vtiliter prodeſſe.

De Argemone & Eupatorio.

Argemone herba eſt pluribus nota, cuius vires faciunt contra venena ad diuerſas compoſitiones. Huius igitur radicem Græci eupatorium dicunt,& eſt diuretica valde.

De Apio.

Apium herba eſt,quæ in hortis naſcitur,omnibus nota: & cuius ſemen facile nouerunt, magis tamẽ ad medicinam aptum eſt. Mittitur autem in purgatorijs, & in antidotis. Eſt autem viribus acrius,& excalfactorium,& diureticum certum.

De Aniſo.

Aniſum optimũ eſt Creticum, deinde Ægyptium. Gallicum incertiſſimum,verũtamen habet

vires

vires relaxantes,& excalfactorias,& diureticas, & ad vſum idoneas. Et eſt ſemen eius ſimile cicutæ. De nutrientibus,ſi bibatur,lac prouocat & auget,odore eius ſuaui. E

De Agarico.

Agaricum ab arboribus excreſcit,prout tubera vel boleti: & eſt fractu leue,& quaſi vanum: eſt pallidum valde, & aſpectu ſubrubrum,penitus ſubalbidum, non diſſimile furfuri: guſtu initio videtur dulce,ſed ex lento euadit amariſſimum. Quod autem eſt optimum, in Ponto maxime inuenitur: quod autem in alijs locis naſcitur, multum eſt ineptius. Vires autem habet acriter relaxantes, & venenoſis morſibus & potibus reſiſtẽtes. Sic & ventrem purgat aliquatenus: & choleram & phlegma deponit.Ideo nec dolorem,nec vomitum facit.

De Abſinthio.

Abſinthium omnibus notum eſt: & Sãtonicum,tam Gallicum & marinum,quàm Ponticũ, quod ipſum ex omnibus notum eſt. Hoc enim & in ſuccum redigitur contuſa tota herba: & ſuccus eius expreſſus ſiccatur, vel in aqua vſq; ad tertias decoquit̃: & ſic ipſa aqua recocta in mellis redigitur ſpiſſitudinem. Vſus quoq; & vires abſinthij,& quòd lumbricos expellit,nemo ignorat.

De Amurca, vel Fæce Olei.

Amurca fæx eſt olei quando premitur, nigra & aquoſa: quæ coqui ſolet in mellis ſpiſſitudinẽ. F Cuius eſt optima quæ de recenti coquitur: & ſic venuſtatem accipit. Vires habet ſtypticas, valde propinquas ei quod in emplaſtris inuenitur,& in alijs multis compoſitionibus.

De Ariſtolochia.

Ariſtolochia eſt rotunda. Et hoc ipſum quod non eſt vetuſtum & graue, ſiccum, & quodam modo ſpiſſum,& guſtu amarum,in emplaſtris mittitur,& caua vulnera comprendit et replet. Ad viperarum morſus,& ad alia venena intrinſecus facit.

De Aconito.

Aconitum herbula eſt,quæ folia habet à ſua radice duo vel tria ſiſia cucumeri, & thyrſulum nõ altũ,radicem oblongã,& ad vnũ magis tenuiorem & minutiorẽ, ſpeciem & colores ad ſimilitudinem ſcorpionis puſilli ſine pedibus. Vires aũt habet quaſi thapſia.Et valde venenoſa eſſe dicitur.

De Artemiſia.

Artemiſia herba eſt ſubſiſis abſinthio, ſed p oĩa vaſtior,i.folijs latior, ramis altior, & fortior,ſed aſpectu & colore humidis. Poteſt aũt relaxare,menſtrua & vrinã prouocare,& partum expellere.

De Aſparago.

Aſparagus,& ſemen & radix eius vrinam prouocat. Poteſt duritiem relaxare. Vires habet aliquatenus calefactorias,& diureticas. G

De Amygdala.

Amygdala eſt & ſuauis & amara: & vtraq; viribus ſtyptica. Magis tamẽ ſunt in vſu medicinæ & aptiores amaræ,eo quòd ſubtiles magis.

De Anagallide.

Anagallis eſt herba,quæ naſcitur in locis humidis. Et ipſa ſpecies habet duas, etenim vna cœruleo flore,altera quaſi roſeo,verum vtræq; ſunt in reliquo ſimiles. Sunt autem thyrſulo humili, folijs mollibus & puſillis & quaſi rotundis, habẽtes circa ramulos ſuos radiculas minutas & ſubdulces,viribus ſtringentes. Efficacior quidem eſt illa cærulea,quę in emplaſtris mittitur. Et ſuccus illarum cum melle attico ad oculorum facit claritatem.

De Ami.

Ami ſemen eſt Æthiopicum,cymino minutius quidem,& exalbius,et quodam modo ſpiſſum. Cuius optimum eſt quod eſt recens, & non furfuroſum. Vires habet acres, & excalfactorias, & relaxantes: vnde prorſus inflationem ſedat,& vrinam & menſtrua prouocat.

De Ardacha. H

Ardacha naſcitur in Gallia,locis humidis, circa calamos, quibus adhæret: & eſt ſpuma quæ eſt in ſpecie ſpongiæ,conſimilis halcyonio,ſed aſperior,& ſiccior,& leuis valde. Vires habet acres,et in modum ignis excalfacientes.Et ſi corpus de ea fricemus,cum magno calore punctionis denſat, & anathema facit.

De Amomo.

Amomum genus eſt herbæ odoratiſſimæ,quæ ramulos habet duros & ſiccos, virgulis aſſimiles,colore ſubrufo, circaq; folia habet iuncta & copioſa, & in ſpeciem racemorum implicata: flos eius,quaſi violę,tota guſtu acriter excalfaciens. Cuius etiam optimum dicitur Armenium: ſequit̃ Ponticum,quod ipſum aſperius eſt & durius: nam de Media, omnium eſt inertiſſimum, eo quòd locis humidis naſcatur. Vires aũt habet omne amomum calefacientes & ſiccantes. Eligere tñ debemus, quod ab vna radicula omnes ſuos ramulos excreſcentes & integros habet folijs & floribus, qualiter diximus. Item reprobare debemus quod gummi conglutinatur coniunctum cum amomo aut amomide herba,quæ eſt aſſimilis,ſed caret odore,& flores habet origano ſimiles.

De Aſaro ideſt Bacchare.

Aſarum radicula eſt minuta, & nodoſa, & tranſuerſa, ſuauiter olens: quæ & in Gallia & in

Phrygia

A Phrygia inuenitur. Verum optimum Asarum Ponticum, & huius quod est recentissimum. Vires autem habet excalfacientes, & cum acrimonia relaxantes. Vnde & vrinam, & mēstrua prouocat: & totum corpus calefacit, cum oleo & vino iunctum atque læuigatum.

De Acoro.

Acorus herba est, quæ & thyrsum emittit, & folia iridi similia, lata, & oblonga, & exalbida, & in summo extēsa, & acuta, quasi gladius. Florem aureū habet, radicē quoq; implicatā, & nigriorē, q̄ iris habet, nodosam, & gustu acrē, & aliquatenus ad odoratum. Semē plenū, spissum, integrum, & ipsum odore suaui perstringitur, q̄uo & meu: & per omnia est efficacius, & magis excalfacit. Et intra splenē videtur consumere potum. Et succus radicis illius claritatem oculis facit mirifice.

De Auena.

Auena crescit in segetibus: & est tota similis folijs, & culmo frumento: sed fructu differt. Hæc igitur vires habet efficaciter relaxantes, & ad omnem tumorem facientes.

De Portulaca.

Protulaca omnibus nota est. Ea viscide stringit: proprie tamen, masticata dentium offensam, quæ ab immaturis fit, quam græce hæmodiam dicimus, sanat.

B *De Asphodelo.*

Albucus, qui dicitur asphodelus, nascitur in molli terra: & habet folia similia porro capitato, & circa terram diffusa: thyrsum lenem, rotundum, & oblongum: in summo ramulos excrescentes, habentes florem exalbidum, fructiculum nigrum: radices quoque oblongas, & rotūdas, quę sunt potentiores: Combustæ enim & in cinerem redactæ alopeciam emendant, & albidas maculas. Item coctæ aqua ipsa bibita renibus dolentibus prodest. Vrinam & mēstrua prouocat: & ad tussim veterem facit: nam tunsa & im posita duritiem emollit.

De Abrotano.

Abrotanum omnibus notum est, & amaritudine, & acrimonia sua. Similiter vt absinthium proficit: sic & lumbricos expellit.

De Anetho.

Anethum vires habet acres & excalfactorias, & diureticas, aptas & idoneas rursus ad infrigidationes omnes intestinorum.

De Gramine, quæ dicitur Agrostis.

Agrostis herba est, quæ in campis nascitur: & habet folia quasi auena pusilla, & veluti vinculis C in terra repentia, nodosa, radiculas quoq; longas spissas nodosas, quæ faucium vulnera glutinat: potata vrinam prouocat. Canes etiam quando volunt purgari, hanc herbam manducant.

De Armeonio.

Armeonium vel minium optimum dicimus, quod est leue, æquale, cæruleum, fragile, sine lapillis. Vires habet chrysocollæ, & tamen inferiores. Proprietate genas siccat, & nutrit palpebras.

De Halosachne.

Halosachne est veluti spuma maris, quæ in petris insidet & remanet. Vires habet quasi sal, & omne nitrum.

DE BDELLIO

Bdellium lachryma est arboris, quæ in Arabia nascitur: quod in modum resinæ manat. Optimum est, quod perlucet cum aliqua pinguedine prout chrysocolla, et gustu est amarū, mundum, & nihil in se sordidum aut alienum habet, molle, & ab igne odorem suauem emittit. Potest tamen penitus & in instanti excalefacere, durities neruorum emollire, & stricturas relaxare, & ea quę sine collectione habet euaporare. Sed & adulteratur gummi ipsius: quod gustu & sapore deprehendimus, amittit enim suam mordicationem.

D *De Balaustio.*

Balaustium flos est syluastici mali granati: cuius floris aliquæ sunt species. Inuenitur autem & album, & purpureum, & simile rosæ. Et quidem ipsum vires easdem cytinis habet.

De Butyro.

Butyrum fit ex lacte bubulo & ouillo. Est aūt optimū ouillū, quod colore subrufo, & amplius est pingue: quod ita conficitur: Emittit.n. in capillam longā: et cum virga, quę habet in capite rotulam, quæ intra cupā capere possit, agitatur diutissime hoc ipsum lac: & fit vt quod est illius pinguissimum supernatet: quod colligitur, & in vasculo reponitur. Optimū est ergo butyrū, quod est pinguissimum, & ex ouillo lacte æstate factum. Vires autem habet leuiter relaxantes: vnde ad vuluæ dolores, & tumores, & loca neruosa, & delicata, & siccitatem pulmonis, proprie vr̄ facere.

De Batrachio.

Batrachium herba est in modum cicutæ, similis coriandro vel apio, arescens veluti ferula: & in summo florem habet aureum & splendidū valde: & radices subalbidas & longas. Nascitur in locis humidis. Vires habet causticas, & exulcerantes.

De Bryonia.

Bryonia, herbæ radix est plerunque habens vastitudinem rapæ, & longitudinem pastinacæ.

Viribus acris,& calefactoria: propter quod oleum, in quo est cocta,ad acopa,& malagmata facit, E naturaliter nascens in plurimis locis.

De Bulbo Erratico.

Bulbi erratici flos est rufus, & odoratus. Cuius est optimus, quod longitudinem & æqualem habet vastitudinem,& nimiã vastitudinem, in summo veluti apicem abijciente, recens,et aspectu prout succinum perlucens,& ad tactum non humidus,& ad gustum linguam submordens, & saliuã diu multumq; inficiens: huiusmodi enim erit optimus,licet cornetum,licet lium,vel ægeum, vel selgium, vel syriacum, & cyrenaicum, & centuripinum, siculumq; appellemus, vel liquid est aliud,a suo tractu taliter cognominatur. Vires autem habet omne crocũ leuiter stypticantes: mitigat enim omnes dolores commistum collyrijs, antidotis, & alijs quàm pluribus compositionibus. Verum adulteratur oleo rosaceo perunctum: atq; de fructu,leuigata cum ea spuma argenti, aut molybdæna, aut lapide sparto: sed dignoscitur, aliquid enim tactu bulluastrũ inuenitur: odor situosus & terrenus: & de fructu,austerus occurrit: & est entissimus.

DE CADMIA

CAdmia fit in metallis vbi ęs,cuprum,& argentũ,coquitur: & cõflatur,qñ prima terrea pressa sunt. Nã quod est terreũ,coctura ipsa separat, & quasi fuligo lateribus & cameris ex ipsa ple- F nitate furnorum agglutinatur: & sic tpe crassatum, & in speciem lati lapidis induratum auellitur. Est ergo optima cadmia,& quasi prima,quam Græci botrytin appellant: quæ extrinsecus, quasi racemulos habet,& intrinsecus subuiridicat. Secunda,quã onychiten appellamus. Tertia ostracitis,quę est tenuissima,& aspectu testę assimilis. Oĩs tñ cadmia styptica est,& vehemẽter stringere potest: propter quod collyrijs miscetur,& vulnera sordida expurgat,& ad cicatricem perducit.

De Cerusa.

Cerusa sic fit: Acetum acerrimum funditur in amphorã, vt faciat quasi dimidiam: deinde plũbum dilatatum,& extenuatum super acetum suspẽditur: & sic ipsa vi aceti remissa in soluto plum bo in amphora, veluti fæx subsidet: quam fęcem de limpidato aceto læuigamus, & in Sole siccatam terimus,& ex aqua tandiu lauamus vt nihil habeat asperum, & lęuigatam aquam in Sole siccamus. Cuius est optima, quæ est candidissima & non grauissima, & quæ lingua nõ denigratur. Vires autem habet stypticas: sed ex aqua,& vino potata,venenosa esse dicitur.

De Chitran.

Chitran lacticinium est q; plurimarum arborum: oĩbus notum est: Cuius quasi optimũ eligimus,quod est candidum,& mundũ,& glutinosum. Pręstat aũt,quod & dragantũ facere dicimus. G

De Chalcitide.

Chalcitis gleba est naturalis,quæ est in Cypro insula: quæ in metallis inuenitur, colore subaureo, intus venas habens diffusas prout alumen scissum, & in modum stellarum fulgentes. Cuius est optima,quæ est recentissima,& mundissima, & æqualiter fragilis. Potest igitur sine mora vehementer stringere: vnde ad profluuium sanguinis,humoris,& ventris,habetur vtilissima.

De Como.

Comum herba est omnibus nota,cuius semẽ est simillimum aniso,& ad vsum medicinalem colligitur. Refrigerat autem & stringit. Sed & succus illius expressus seruatur,nam & ipsum eadem præstat. Verum optimum comum habetur Creticum.

De Castorio.

Castorium animalculum quadrupes: & qui Castor appellatur,testiculus eius est: quod partim in aqua,partim in terra viuit,& circa aliqua flumina capitur. Verum optimũ castorium est ponticum: hoc enim plenissimum inuenitur, & cohærentibus suis testiculis positum, siccum colore cereo, odore grauissimo. Potest igitur firmiter excalfacere, & relaxare, & sic elimare longinqua vitia neruorum,quæ nimijs doloribus contrahuntur. H

De Chalcantho.

Chalcãthum in metallis inuenit. Cuius est, quod naturaliter fodit. Cuius quoq; optimũ dicimus,quod est colore cœruleo potius, q̃ pallido. Et aliud, quod ex hoc quidẽ fit. Admista.n.aqua copiosa coquit in plũbeo vase satis amplo: & sic ex partibus copiosis instãter compositis veluti laminæ insequunt: post quod ipsum chalcãthũ in glebulas dispartitũ spartitoris agglutinat. Verũ est optimũ,quod est colore prout diximus cœruleo,graue,mundũ,perlucidum,& viscide stringere potest.

Item de Chalcantho.

Chalcanthum in metallis fit. Quando enim æs remissum est, & purificatur,aqua frigida aspergitur subito,aut in fimo conficitur. Ipsum flos est in specie milij: & optimum est, quod est rotundum,graue,& aliquatenus splendidũ, siccum,fragile si læuigetur. Adulteratur tamen scobe æris, quæ frangitur. Verumenimuero æris flos vires habet viscidas, & stringentes: sic enim cicatrices deducit,& facias in gulis extenuat.

De Crocomagmate.

Crocomagma fit expressis aromaticis crocini vnguenti: & est quasi gleba lata,& oblonga. Cuius optimum dicimus, quod croci habet colorẽ, & similiter redolet vt myrrha, & gustu linguam submordet,

A submordet, dentes quoque & saliuam & manus inficit, graue, & minime asclosum. Vires quoque & ipsum croco repræsentat, idest stypticas: nam & hoc stringit. Plures aũt in compositione propter precij distantiam pro crocomagmate mittunt crocum.

De Cucurbita Syluestri.

Cucurbita syluatica nascitur maxime in Ægypto, magnitudine similis infantili pilę, gustu amarissima, nota quàm pluribus. Hęc igitur amaritudine & acrimonia sua viscide, & cum vexatione totum corpus commouet, sic & ventrem purgat, & in antidotis commiscetur.

De Centaurea.

Centaurea herba est origano assimilis, aliqua maior, & aliqua minor: verum folia habet magis oblonga, quàm rotunda, incisa quasi ferula: ramulos ab ipsa radice plures, & longos, in quibus summus flos illius est purpuratus. Vires quoque habet cum aliqua exasperatione laxantes: vnde totum ventrem purgat, & nigram bilem prouocat, & menstrua amouet, & partum expellit. Radix autem eius est vasta, ardens velut ignis, mollis, fragilis, succosa, acris cum magna amaritudine. Cuius succus est colore subrufo, & facit suspiriosis & tussientibus.

De Chelidonia.

B Chelidonia herba est omnibus nota: Quæ succum quasi croceum emittit: qui in icterítijs citrinis & in nigris bibitur: & collyrijs mista ad caliginem oculorum facit.

De Cedro.

Cedrum lachryma est arboris eiusdem nominis, solidum, viscidum quoque & ipsum efficaciter, & omni vexatione refrigerat, & stringit, propter quod maxime causticis admiscetur.

De Cinadar.

Cinadar non est sanguis draconis, quod aliqui putãt, sed fit de lapide, q̃ dicitur argyritis arena. Et est optimum, quod in Hispania fit: hoc.n. splendidissimum est, & coloratissimũ est colore sanguineo, veluti coccineo. Potest igitur leniter stringere, quapropter quidẽ collyrijs additur: sed & coloris grã, inficit.n. & colorat adhuc magis, q̃ hæmatites. Aliq dicũt ipsum esse miniũ cinnabar.

De Cera.

Cera omnibus locis inuenitur: Sed optimam dicimus, quæ aliquatenus pinguis est, munda, & odore suaui, & quasi melleo. Verũ omnis cera remollit & laxat durities, propter quod in emplastris, & acopis, & malagmatibus mittitur.

De Careo.

C Careum est semen oĩbus notũ. Cuius & vsus & efficacia ferè talis est, qualis & apij: hoc tñ aliquatenus virosius videtur esse, et magis ad compositionem idoneũ: verum in antidotis, & in purgatorijs mittitur.

De Cypero.

Cyperus radiculæ sunt pusillæ, non dissimiles oblongis oliuis. Quarũ eligimus, quæ sunt grauiores, & splẽdidiores, sed & duriores, & veluti lanuginem habẽtes ad silitudinẽ spicæ, & ipsę colore fusciores, redolentes suauiter, & gustu acres, & subamaræ. Viribus excalefacientes, & aliquatenus stringentes.

De Cocco Cnidio.

Coccus cnidius fructus est herbę, quæ in montosis crescit. Autumno colligitur, & in Sole siccatur. Duos habet veluti cortices, vnum extrinsecus rubrum: alium intra se, quasi nucleum albũ habentem. Verum purgat vehementer: & nimio suo calore prout ignis excalfacit.

De Cyclamino.

Cyclaminos herba est, quæ radicem habet nigro cortice, clausam in speciem rapæ, & thyrsulum pusillum: circa quam folia similia hederæ, sed nigriora, tria vel quatuor: & flosculum roseum in specie. Hæc igitur radix, quo tempore tota herba florescit, conciditur, & in pila tunditur: & sic in pressorio succus eius exprimitur: & in patella fictili siccatur, vel etiam coquitur, vsq; dum mel-
D lis habeat spissitudinem. Vires autem habet acres & excalfactorias: vnde & ventrẽ purgat. Hic ipse succus potatus, & commistus cum melle, aut cum lacte, aut aceto, per nares infusus, caput purgat: & suffusiones super oculos inunctus dissipat.

De Costo.

Costũ radiculæ sunt non ignotæ, & plenulæ, & spissæ, & siccæ, non vermiculosæ. Quod ducimus ex Creta, eo quòd sit recens, tale est enim optimum costum. Sed et gustu submordet, & excalfacit. Hæc omnia in se habet, quod ab Ægypto affertur: sequens est Arabicum, hoc enim leuius quidem, & odore suauius: deinde Indicum, quod est vastum, & nigrum, & leue, prout ferula: infirmius Syrium est, strictum est enim, colore buxeo, & graue valde, & odore graui. Verum omne costum vires habet acriter stringentes, & excalfacientes.

De Cantharidibus.

Cantharides animalcula sunt: Quorum sunt efficacissime, quæ in spicis frumenti adhuc florescentis inueniuntur, virides, & quasi districtæ circa papillas suas, violaceo colore, oblongæ, & vastæ: inertiores enim sunt & minores & latiores, quæ circa rosas colliguntur: & adhuc infirmiores quoque vt colore sunt. Hæc enim animalia momento à vapore aceti suffocantur, & in vas nõ picatum reponunt: Faciunt.n. ad aliquas antidotos, & ad aliqua caustica: sed venenosa esse dicunt.

De Chryſocolla. E

Chryſocolla eſt quaſi puluis viridis valde: Cuius optimam dicimus de Armenia, eſt enim leuis, & ſine vlla aſpredine, & omnium viridiſſima: ſequens eſt Macedonica: poſtq; Cypria, ærugini ſimilis. Verum omnis chryſocolla vires habet acriter ſtypticas. Vnde & collyrijs ad lachrymam facientibus miſcetur: & in cerotis poſita carnes luxuriantes ſtringit.

De Caliſiua.

Caliſiua fit de lapide, qui affectatim vritur: & eſt viſcidiſſima, quæ eſt recens, & non mundata. Mittitur autem in emplaſtris & in cauſticis, eſt enim & ipſa cauſtica, & vires habet acerrimas

De Coriandro.

Coriandrum notiſſimum eſt. Huius ergo ſuccus viſcide refrigerat & ſtringit: propter quod ad ignem ſacrum proprie facit, ſed & ipſa folia trita & impoſita. Item ſemen eius tritum & potatum cum oleo lumbricos occidit.

De Cymino.

Cyminum viribus præcipuis præditum videtur Æthiopicum: ſequens Afrum. Verum omne cyminum leuiter laxat, & calefacere poteſt: & ſic inflationibus, & tortionibus prodeſt: & viſcidedolorem placat: & ſi bibatur, pallorem facit. F

De Chamæleonte.

Chamæleon herba eſt non vna ſpecie. Inuenitur autem nigra & albida. Verum albida, eſt quæ folia habet circa ſuam radicem in terra diffuſa, varia, denſa, aſpera, quaſi ſpinoſa: & in medio velut ſurculum acutum ſtantem: florem purpurem, dēſum, & minutum, qui & albeſcit: ſemen quaſi anethum: radicem albam, & vaſtam, mollem, grauiter redolentem, guſtu ſubdulcem: Quę cum paſſione vrinam mouet, & hydropicos ſiccat, & lumbricos occidit. Nigra deinde quæ eſt, folia habet tenuiora, & pauciora, & ſubrubicunda: thyrſulum oblongum, craſſitudine digiti, & ipſum rufum: in quo ſummo cumulum, & florem ſpinoſum, hyacinthino colore: radicem vaſtam, & nigram, vel variam, ſpiſſam, ſubrufam, & ſubmordentem, ſicut aſſeritur: Quę facit ad maligna vlcera, quæ græce cacoethe dicuntur. Item maculas & lentigines cum alijs rebus commiſta tollit. Vtranque tamen quibuſdam locis circa folia ſua dicunt viſcum emittere.

De Cardamomo.

Cardamomum ſemen eſt, quod naſcitur in Arabia, & in alijs locis. Eſt optimum, quod eſt flauum, plenum graue, durum, & quaſi lentum, & non rugoſum, & totum concluſum, & ſi frangatur puluerosum, guſtu ſubamarum, excalfaciens, odore graue. Vires habet acres, & excalfactorias, relaxãtes: vnde tortiones & inflationes ventris ſedat, & vrinam & menſtrua prouocat, & partum expellit, & ad tuſſem veterem facit. G

De Chamæmelo.

Chamemelus herba eſt omnibus nota: Cuius virtus & efficacia eſt cũ ſuauitate calefactoria, & cum omni dulcedine temperata, & ſudorem prouocans.

De Calamo Aromatico.

Calamus aromaticus eſt, qui in India creſcit, & ſubrufus, & nodoſus maxime, & quaſi araneas habens, & qui frangitur in plura fruſta ſicca & minuta, & odore ſuaui, fructu & viribus ſtypticis, & glutinoſis, acris & excalfaciens. Reprobamus autem, qui aut exalbidus eſt, aut nigricans, & nodos raros & paucos habens.

De Chamædry.

Chamædrys herba eſt oblõga: cuius folia ſunt ſimillima quercus ſed minora, guſtu amara, thyrſulum & florem ex parte rubicundum habens & puſillum: naſcitur in locis aſperis. Vires habet acres, & relaxantes: propter quod ad tuſſim veterem facit, & menſtrua & vrinam prouocat, ſed & partum expellit, & hydropicis prodeſt. H

De Caſia.

Caſia cum plures habeat ſpecies, & aliquibus locis colligatur, Optima eſt, quę in Arabia inuenitur: eſt enim aſpectu grauiſſima, colore rufo, tenuis, leuis, longa fiſtula maiori, ad tactum leuiſſima. Hæc igitur ipſa certis eſt cum virgulis, quæ ſibi creſcunt tenues & oblongæ: quarum cortex tempore certo à virgulis ſuis recedit, & quaſi tribulus adducitur, prout dracones ſquammis ſuis ſe exuere dicuntur. Verum omnis caſia fiſtula vires habet acriter calfacientes & ſtringentes: vnde ad omnia vitia thoracis facit: & in antidotis mittitur, aliquando pro ſe, aliquãdo pro cinnamo duplicatis ponderibus eius.

De Chifien.

Chifien eſt quaſi ſuffimenti genus. Quod ex his rebus conficit, calamo aromatico, cinere aſpalathi, myrrha, primo cypero, iuniperis veteribus, & nuce elapidata: puluerizari quę poſſunt, tunduntur, & cribrãtur: & ſiccum reliquum in vino maceratur vna die: deinde aſpalathum comburitur, & læuigatum aſpergitur: & tunc mel decoctum admiſcetur: & ſic omnia in vnum diligenter commouentur: & in vaſe fictili reponuntur. Hæc antiqui, qui eis vtebantur. Medici quoque illud in aliquas compoſitiones mittunt. Poteſt autem acriter & efficaciter relaxare.

De

A *De Cinnamo.*

Cinnamum sunt quasi ramuli & virgulæ, quæ ab vna radice plures excrescunt rectæ, & minutæ, & non adeo longæ, & colore subrufæ, & extenso cortice, non rugoso, qui cortex vngue non facile abraditur: nodulos plures & interualla habẽt, & in medio leues: & si frangantur, quasi puluerem emittunt: odore oĩa vincentes: ferè.n. hæc maxima probatio cinnami est, ꝙ est omniũ rerum odoratissimum. Gustu vero & viribus est acre, & excalfactorium: & extẽsos stringit, & submordet: propter quod in multas compositiones mittitur: tamen in antidotis preciosum est valde.

De Cucumere Erratico.

Cucumer erraticus nascitur maxime in locis sabulosis: & est per omnia dulci cucumeri similis, sed pilosior ideſt asperior, & multo breuior & minor: radicem habet quidem vastam: Quæ læuigata, & pro fomento imposita, ad dolorem vel durities neruorum, & ad podagras facit: & siccata, & rasa, & cribrata, omnia mala de corpore tollit.

De Conyza.

Conyza est omnibus nota: Cuius folia præ acrimonia sua viperas & serpẽtes fugãt, & ad morsus earum faciunt: sed & vuluæ longinqua vicia remediant.

B *De Colchico.*

Colchicon vel ephemerum hanc ipsam herbam aliqui bulbum erraticum dicunt: effert autem florem album, deinde emittit quasi bulbi fructum in thyrsulo rubrũ: radicem subrufam, & nigricantem, intrinsecus albam & mollem, dulcem, lacte plenam: Quæ dicitur vicem fungi strangulatoris facere: & ferro præcisos sanare linita.

De Clematide, vel Vite Alba.

Clematis, hanc aliqui vitem albam dicunt, flexibilem, subrufam, & quasi circunflexam: folia habet acria & exulcerantia: fructum vuæ similem. Phlegma deorsum deducit & purgat.

De Cnico.

Cnicum thyrsos habet bene longos, spinosos, capitella & folia habentes oblonga, aspera, & vitiosa, & ipsa spinosa: florem quasi croceum: semen oblongum, & quasi angulosum, rubrum, & album: Quod totum ventrem purgat, & phlegma, & choleram deponit. Sed moderate tũditur semen eius: & expresso succo eius, datoq; in ptissana, aut in iure pulli, alumẽ, vel anisum, vel amygdalas miscent: & faciunt dysentericis magnum adiutorium drachmę sex.

De Corallo.

C Corallus est colore rubro, quasi arbustum. Vires aũt habet stypticas: vnde sanguinẽ excreantibus mire ꝓficit. *De Cuculo, i. Vua Lupina.*

Cuculus gręce cinenon dicitur, alij strychnon vocant: & est herba facile nota. Nascitur in hortis: ramos habet plures & diffusos, folia autem maiora & latiora: quæ facit grana rotunda & viridia primum, similia quasi granis vuæ: deinde quando maturuerint, nigra efficiuntur: & dicitur vua lupina. Vires igitur habet stringentes, & bene refrigerantes.

De Cano.

Canum optimum habet, quod validissimũ est, & est cœruleũ. Inuenit.n. in metallis, in quibus conflat, & quibusdã littoribus maris. Vires hẽt, verum acriter stringentes, & quodã mõ causticas.

De Cornu Cerui.

Cornu ceruinum Vires habet stringẽtes: vnde ad oẽ profluuium facit. Sed & limatur, & radit, & in ouo in potum datur, & lumbricos expellit. Item si suffumigatur, viperas, & serpentes fugat.

De Coagulo.

Coagulũ oẽ stringere & glutinare põt: vnde ad oẽ profluuiũ, aptissimum & vtilissimũ habet.

DE DICTAMNO

D Dictamnum herba est mollis, quæ quasi ramos emittit rotundos, & oblongos, nodulos copiosos habentes: circa quos foliola excrescunt similia menthæ, sed exalbidiora, & angustiora: & in summis ramulis flosculum roseum: & in hoc ipso veluti semen nigrum, & similiastrum: odore pene artemisiæ, sed suauiore, & gustu exlento excalfacit cum amaritudine. Vires habet excalfacientes, & leuiter stringentes. Et proprie tamen vrinam & menstrua prouocat: sed & fœtum mortuum expellit: & odore suo viperam & serpentes occidit.

De Diphrige.

Diphriges est veluti fęx, quę à cupro vero crescit: quod subinde calefacit: quod similiter vt calx viua vritur: quodq; primum in Sole siccat, deinde coquitur. Potest igitur viscidissime stringere, & in modum niuis refrigerare: vnde optimum dicimus, quod gustu validissime stypticum est, & similiter vt alumen exiccat.

De Dryopteride.

Dryopteris filix est, quæ in arbore crescit: quod Græci polypodium vocant: Per omnia iridi terrestri, & specie similis, & efficacia.

De Dauco.

Daucum optimum est creticum. Hoc igitur radiculam habet oblõgã, crassitudine digiti: thyr-

ſulum eadem longitudine: in quo ſummo floſculum exalbidum, & in medio ſemen, quaſi pilo- E
ſum, magnitudine milij. Eſt & aliud, cuius ſemen oblongum videtur, & cymino ſimile. Tertiũ ve
ro, quod cymulam habet quaſi coriandri. Verum oẽ daucum vires habet acres, & excalfactorias:
ſic protinus ad guſtum linguam remordet, & excalfacit. Vrinam quoq; & menſtrua prouocat: &
partum deijcit: & ad tuſſem veterem, & ad omnia vitia thoracis, quæcunq; fuerint, idonee facit.

De Dorycnio.

Dorycnium, & alicacabum aliqui dicunt. Folia habet colore ſimilia oliuæ, ſed longiora, & aſpe
ra: florem habet album: & ſemen quaſi orobi, & in folliculos: Quod aliqui quaſi amatorium de-
ſcribunt. Verum tota herba venenoſa eſt.

De Cridrio.

Cridrium radicula eſt plerunque puſilli digiti: colore humaceo, ideſt terreo maxime penitus.
Cuius eligimus, quæ eſt ſicca, & ſpiſſa, non vermiculoſa, guſtu excalfaciens. Vires habet acriter
relaxantes: & maxime ad oculorum claritatem facit.

DE EVPHORBIO

EVphorbium eſt lachryma arboris, quæ in Mauritania naſcitur, & vt aliqui volunt, & in par-
tibus Italiæ, quæ Galliæ adiacent. Optimum eſt ergo euphorbiũ, quod eſt recẽs, ſubalbidum, F
& guttulis ſuis aſſimile minuto thuri, guſtu exlento linguam vehementer mordens & excalfa-
ciens. Poteſt autem purgando humores ſtringere, & calefacere aquaticos humores, prout ſinapi
Alexandrinum, quod eſt minus acutum & igneum. Hydropicis maxime datur, & colicis omni-
bus, qui frigidi ſunt. Ventres autem cholericos turbat: & ſitim grauem facit, quia nimis exiccat.
Commiſcebis autem ei petroſelinum, aut aniſum, aut cyminum.

De Ebeno.

Ebenum genus ligni, quod in Æthiopia naſcitur: Cuius optimũ eſt, quod eſt nigrũ, & æquali
ter læue, ſimile ſua lenitudine cõruo. Eſt.n. aliud in India, quod aliqua in ſe adiectitia habet ſubru
fa: verum melius eſt ad vſum medicinalem, quod prius diximus. Vires autem habet ad guſtum
acres, & aliquatenus ſtypticas: vnde ſcobes illius in collyrijs miſcentur, & ad vulnera polyhema.

*AE. cornu.

De Ebea ſeu Oliuæ Lachryma.

Ebeãs drachi, oliuæ lachryma eſt, & gummi aſſimilatur: & ſiṙr ab ipſa matrice oliuæ manat: &
maxime in Æthiopia inuenitur. Cuius eſt optimũ, quod eſt recẽs, mundum, pingue, rufum, gu-
ſtu ſubmordens. Vires autem habet vehementer excalfactorias, & ad oculorum caliginem facit.

De Elaterio. G

Elaterium ſuccus eſt erratici cucumeris: quod hac ratione conficitur: Collectis quã pluribus
cucumeribus prius, q̃ in plenam maturitatem veniant, hos ipſos oẽs admordemus: & in colum
mittimus, ſuppoſito alio vaſe, quod ſuccum excipiat illorum: & ſic maxime illos ſupprimimus, vt
non ſolum humorem exprimamus, ſed etiam ipſius cucumeris quicquid eſt carnoſum: deinde ſi
fieri poteſt ſiccamus in patella fictili, nimiſq; probatum delimpidamus. Siquid aquoſum eſt ſup-
natat: & quod eſt admodum quaſi fęculentum, in mortario læuigamus, & in paſtillos redigimus.
Aliqui etiam aquam miſcent aut pluuialem, aut marinam, & rurſus delimpidant: deinceps cæ-
tera ſimiliter faciunt. Verum optimum eſt elaterium Ciruzaicum, hoc enim eſt candidiſſimum,
& leuiſſimum, & maximam habet amaritudinem, & guſtu aliquatenus excalfacit, & ſaliuam euo-
cat in modum veratri. Quod autem eſt quaſi pallidum, vel fuſcum, & aſperũ, & graue, peius eſt.
Vires quoque habet ſimiles elleboro, vel etiam vaſtiores. Totum enim corpus promouet: ſic &
ventrem, & viſcera depurgat, & vomitum ſuſcitat: & ſi plus modo ſumatur, venenum eſſe dicit.
Sed & adulteratur amylo, propter candorem, & leuitatem: Item cinere polinæ: Item farina oro-
bi, vel ſucco ipſius radicis. Hæc tamen intelliguntur eo, quòd amaritudinis, & candoris, quod dixi
mus aliquid amittat, & aliquid grauitudinis aſſumat, nec ad guſtum ſic excalfacit. H

De Erificio.

Erificium herba eſt, quæ in ſummis montibus inuenitur: quæ folia habet ſimilia apio, & thyr-
ſulum oblongum: in cuius ſummo floſculum, quaſi violaceum habet, & ſemen in medio: radicẽ
quoque ad magnitudinem & valetudinem in ſpecie cæpæ oblongæ, & veluti ad vnum extuatæ:
habetq; radices alias, quæ ſic radiculas minutas è lateribus emittũt nigro cortice clauſas. Hæc ipſa
viribus eſt aconito ſimilis & thapſiæ. Proprio guſtu omnes illas probare deuita.

*AE. eleuatę.

De Helenio.

Heleniõ herba eſt omnibus nota, nam & in hortis naſcitur, & eſt aſſimilis lapathio: folia habet
aſperiora & latiora: habet thyrſulum alium, in cuius ſummo flos eſt aureus: aliqui ſine thyrſulo
deſcribunt: radicem habet bene olẽtem, vaſtam, ſubrufam, amaram. Huiuſmodi igitur folia ex vi
no cocta, & impoſita renibus, coxioſos emundant. Item ſuccus florum cum ruta tuſſientibus &
ruptis prodeſt. Vrinam quoque & menſtrua prouocat, & partum expellit.

De Eruca.

Eruca omnibus eſt nota. Et habet vires excalfactorias, & diureticas: & coitum per ſuam virtu-
tem ad venas portitat.

A *De Edera.*

Edera nascit in diuersis arboribus, parietibus vel petris, & terra: est oibus nota. Huius trita folia dysenterias remediant. Itẽ trita & pro fomento ẽt posita, ad cõbusta, & vulnera cãcerosa faciũt.

De Elelisphaco.

Elelisphacos herba exalbida, vasta, & oblonga: virgam habet vastam, & quadratã: folia aliquatenus aspera, odore non insuaui: fructus in summis ramis quasi ormini syluani: nascitur locis aspe ris. Potest autem acriter stringere: propter quod ad dysentericos facit: & succus foliorũ eius denigrat, & vrinam prouocat.

De Epithymo.

Epithymum est flos herbæ assimilis setę, subuiridis, & nauseosus: Qui ventrem tẽperat, & vomitum facit. Nam verus epithymi flos exalbidus est, & asper: & plurimũ in Pãphilia inuenitur. Choleram nigrã soluit tritũ drach. vi, aut cũ vino dulci, aut cũ melicrato, miscendo & modicum salis: & his dabis quibus pręcordia ab inflatione vexantur, & hepaticis, & qui suspirium patiunt.

De Erpyllo vel Serpyllo.

Erpyllum herba est, quæ in hortis seritur, & in campis saudis & petrosis crescit. Iacens veluti B repens ramulis, et oblongis, foliolis densis, pusillis: odore suaui in modum sampsuchi: flosculum habens in summo rubicundum: inuenitur aliquando & stans. Potest igitur vrinam & menstrua prouocare. Et in fomentationibus capitis phreniticorum, & lethargicorum aliqui illo vtuntur.

De Erythrodano.

Erythrodanum ramulos habet tenues, & quasi nodosos: folia ex interuallo, & iuxta singula ve luti stellulas: fructum rotũdum, viride, deinde rubicundũ, & ad maturitatẽ nigrũ: radiculã tenuẽ, pusillam, rubicundam, diureticã: Cuius vsus ad eadẽ proficit, ad quę alias diureticas herbas facere diximus. Latos ramulos habet vi vel vij tenues, & oblõgos: folia quasi ex se pilosa, & styptica: vnde fronti imposita lachrymã oculorũ stringit: & cocta deinde & manducata ad dysentericos facit.

De Ebulo & Sabuco.

Ebulus & sabucus videntur quasi magnitudinem, & folia, & florem, & grana similia habere: & ferè easdem habere vires. Proprie tamen ebuli radix hydropicos & inanit, & purgat: sed & ipsa folia cocta & manducata, ventris sunt purgatiua.

De Erice.

Erice adsimilis hiricæ, sed multo breuior est, & acris valde: Propter quod & comula illius ser- C pentes, & viperas fugat.

DE FICV

FIcus fructus est arboris eiusdem vocabuli: Quæ nimium comestæ stomachũ cõburũt, ventrẽ deponunt, feruores nutriunt, sudorem prouocãt, sitim prohibent. Siccæ vero, quæ caricæ vocantur, stomacho vtiles sunt, sitim operantur, & ventrem stringunt: faucibus, arterijs, renibus, & vesicæ vtiliter prosunt: & eos, qui spiritum tarde recipiunt, iuuant: illos etiam, qui de longa ægritudine colore pallidi videtur, meliorant: hydropicis prosunt: thoracis sordiciẽ purgant. Decoctæ vero cũ hyssopo & careno, potui ieiuno datæ, tussibus antiquis prosunt, & pulmonũ vitia mundant. Cum aqua vero mulsa decoctæ, arterijs, & tonsillis tumentibus optimũ gargarismũ est. Duricies, & parotidas, & feruores soluunt sicut iris, & intra decoctæ imponantur. Crudę quoq; simi liter, nitro & sale permisto, duricies, & vulnerum rheumatismum emendant. In aceto coquant, & cum eodem succo permistæ coquantur, & imponantur: Impetigini & maculis vtiles sunt.

De Fœniculo.

Fœniculũ est oibus notũ: De cuius radicibus contusis in pila lignea, vt betæ succus exprimit: Idoneus est ad multa medicinalia: & maxime ad vitia oculorũ pmitur. Sitr & de semine & de ra- D mis illius adhuc viridibus. Verũ optimus est succus, qui de radicibus fit: leniter. n. calefacit, & remollit.

De Folio.

Folium folia sunt herbulæ, quæ in India nascitur locis humidissimis, & paludibus: colliguntur aũt hæc ipsa folia in aqua supernatantia. Verum est optimũ, qd̃ pilosum & hastile est, notissimũ, & integrũ leue, exalbidũ viscide, suauiter redolẽs in modum spicæ, & eundẽ odorẽ diu multumq; seruans, gustu subamarum. Potest autem vires habere similes, quas spicam habere diximus.

De Fæcula.

Fæcula fæx est vini vel aceti, quæ coquitur & reponitur: Cuius est efficacissima, quæ est recen tissima. Mittitur autem in caustica.

De Filice.

Filix herba est sine flore, sine fructu: ramulos habens longos, vastos, patulos, diffusos, & in spe cie alarum et pinnarum adapertos: vasta, extrinsecus nigra, penitus viridis: nascitur maxime in lo cis petrosis. Vires habet acres, & relaxantes, & aliquantulum ventrem mollientes: & proprie tineas, & lumbricos expellit ex mulsa aqua potata.

De Phu.

Phu herbæ genus est, quæ in Ponto nascitur, quæq; habet folia similia apij syluatici, thyrsum

rufum,mollem,cauum,leuem,ex interuallo nodos habentem: & flores maiores,quam narcissi,cum aliquo pallore purpurascentes: radiculam subrufam,vastitudine pusilli digiti, ex qua aliæ excrescũt minores in se implicatæ: Quæ tota radix vires habet excalfactorias, & diureticas. E

De Fimo.

Fimus omnis efficacissime tumorem lenit, & veteres duritíes remollit. Item podagricos in accessionibus mitigat. Caninus fimus albus,tritus,cum melle impositus, & tumores & vulnera delicate mundat. Asininus autem cum aceto tritus, vel succus eiusdem,dentium dolorem tollit.

De Felle.

Fel omne vires habet acres & thermanticas: vnde potest omnem sordem de corpore abluere et abstergere. Item caligines,& cicatrices oculorum eximit.

DE GLAVCIO

GLaucium succus est herbę eiusdem noĩs,humilis,et foliosæ: cuius folia similia sunt papaueri: nascitur autem locis planis & humidis. Hęc ipsa folia siccãt,& calido cinere opprimũt,vt sic succũ remittãt. Alij hanc herbam tantũmodo in olla noua addũt: & sic ollam luto vndiq; circũliniũt, & in furnum feruentem mittunt: & sic folijs maceratis succum eorum exprimunt, & siccatũ in Sole,in pastillos redigunt. Alij ex aqua dulci coquunt, quousq; aqua croci colorem habeat: & tũc colant,& sic siccant. Est autem optimũ glauciũ,quod recẽtissimũ,& tinctũ croci colore,quasi similiter inficiens croco mundo, odore graui & defrustrato,gustu amaro. Vires autem hẽt stypticas: vnde resolutum in aqua,& inunctum prius, impetus lippitudinis,& lachrymas stringit. F

De Galbano.

Galbanum est lachryma naturaliter manans ex arbuscula assimili ferulæ, quæ in Media nascitur: Cuius lachrymam eligimus,quę est mundissima & similis ammoniaco,non vda,nec dura,& quæ minime astulosa. Cuius vires hoc præstant,quod & ammoniacum.

De Git.

Git herba est, quæ in segetibus crescit, habens semen nigrum, & minutum,& odore nõ insuaui,pluribus notum. Hęc igitur relaxare & calefacere potest. Si potetur,menstrua et vrinam prouocat,& lumbricos expellit. Imposita tumores,& duritíes soluit.

De Galla.

Galla est quasi nux parua,vel malũ arboris assimilis quercus: quarũ sunt aliquæ perussæ: aliquę integræ, & extrinsecus asperę, quæ ipsę sunt viscidiores. Verũ oĩs galla vehemẽter stringit. Eligimus tñ quæ sunt nigriores, integrę,grauiores,& quodã mõ pleniores, quas Gręci cicidas appellant. G

De Fœnograeco.

Fœnumgræcum est omnibus notum. Vires autem habet leniter relaxãtes: vnde ad omnem rigorem,& tumorem idonee facit.

De Glycyrrhiza.

Glycyrrhiza herba est, quæ folia habet actu pinguia & gummosa circa virgulas oblongas, & flosculum quasi hyacinthi,fructiculum magnitudine similem pilulis: plantæ radices quasi buxeo colore oblongas,& in oẽm partem diffusas,in modũ viticularũ, ad gustum dulces: ex quibus succus coquitur similis glaucio: Nam habent vires suauiter relaxantes, & cũ dulcedine exhumectantes. Nascitur autem locis glareosis, & in campis. Vnde & sitim sedant,& renum & vesicæ dolorẽ mitigant, prouocant enim vrinam & menstrua: & omnem tumorem tunsæ & impositæ placant.

De Gentiana.

Gentiana herba est assimilis coctæ lactucæ: folia quidem in gyro habet incisa in specie serræ: & thyrsum oblongum, crassitudine digiti, cauum, mollem,ab imo rubicundum: semen in foliolis: radicem longam,similem aristolochiæ,sed nigriorem & lentiorem corticem: hæc igitur gustu est amarissima: Et habet vires acres,et excalfactorias,& relaxantes: & acrimonia,& amaritudine sua potest partum expellere: & omnem serpentem fugare: & aduersus venenosa prodesse. H

De Gladiolo.

Gladiolum omnes nouerũt. Huius igitur radix potata ex vino,& ad venerea percitat,& menstrua prouocat. Item trita,& in modum fomẽti posita,surculos,& spinas de corpore extrahit: etenim duritíes dissoluit,& euaporat.

De Ge seu Terra Samia.

Terra samia terra est naturalis,& genus cretæ: Cuius optimã iudicamus,quæ est leuissima,candidissima,mollis,& fragilis,& quæ solaria oblonga hẽt,& linguæ applicata vehementer adhæret: huiusmodi quoq; est, quã florẽ asterẽ appellamus. Facit aũt terra samia ad ea, quæ instãtius stringere volumus: sic & cœliacis,& dysentericis,& ad omne profluuiũ fortiter prodesse obseruatur.

De Gypso.

Gypsum lapidis genus est,simile vitro: Cuius optimum est,quod venas habet latas,lucẽtesq;: & hac ratione paratur: In clibano missum, vt calx candidum fit. Vires habet,quas & terra samia, & amplius stypticas, & refrigerantes fortiter: vnde illinitum fronti, sanguinis fluxum restringit: potatus vero,& dysentericis & cœliacis omne profluuium stitit.

De

A *De Ge seu Terra, Ampelitide.*

Terra ampelitis, terra est et genus cretæ, colore nigra: Cuius optimam dicimus quæ est nigerrima, splendida, leuis, et q̄ ab humore cito resoluitur, Stringens valde, & denigrans: propter quod capillos inficit. Sed & in calliblephara mittitur.

De Ge seu Terra, Erethria.

Terra erethria gleba est rubicunda: Cuius est optima quæ sine sabulo est & sine lapillis. Vires habet valde stringentes, & efficacius q̄ terra samia.

De Ge seu Terra, Chia.

Terra chia gleba est alba & lata, non valde candida: aufertur aliquando & in patellis rotundis aut quadratis: & ipsa efficaciter Stringens. Sed & cutem purgat, & extenuat, & splendidam facit.

De Ge seu Terra, Selinusia.

Terra selinusia vires habet quas & terra chia. Et est optima quæ est lucens, candidissima, splendens, & quæ ab humore cito remadet.

De Ge seu Terra, Melina.

Terra melina est colore spodij, & dura valde: ad gustum sapore aluminis, & linguā exiccat. Eligimus autem quæ est melior, & recens, & quæ ab humore cito resoluitur, nec in se quicquam lapidositatis habet. Hanc autem probationem in omni creta desideramus. Et hæc quoq; prioribus illis similiter proficit.

B

De Ge seu Terra, Cimolia.

Terra cimolia est aliqua candida, et spissa, & purpurea, velut pinguis. Et melior videtur & ad tactum frigida. Valde quoq; illinitur ad ignem sacrum & combusta, pustulas enim fieri prohibet.

DE HERBO

HErbum nascitur in lenticula: quod & serit̄: & aliud pallidum, aliud subrufum. Vires habet acres, & diureticas valde. Et si comedat̄ extra rōnem, caput grauat, ventrē soluit, p vrinā sanguinem educit. Boues saginat, si decoctum det̄. Fit aūt farina de illis quę albiora sunt, ita vt si aqua parum aspergant̄, & in patellis assentur, corium dimittant, & sic tundant̄, & tenuissime cribellentur. Ventrem vtiliter laxant, vrinam mouent, & colores malos emendant, ad mensuram trium cochlearıorum cū melle vel vino data. Vulnera quoq; similiter cum melle optime purgat et implet: lentigines vel maculas tollit, duriciem mammillarum soluit, carbunculos etiam malignos sanat, & contra canis & viperæ morsum vtiliter imponitur: cum aceto vero acceptum vrinam mouet, tortionibus prodest. Aqua vero vbi cocta fuerint, pruritum prohibet, si totum corpus inde lauetur.

C

De Herba Sauina.

Herba sauina omnibus nota, est inter Vires acres & excalfactorias: propter quod et in vino potata partum expellit, & super vrinam sanguinem inducit.

De Hasceg.

Hasceg, id est minium species habet duas. Est enim vnum lene, & plus venustum & valde cęruleum: quod inueniri solet †circa primitiam,}& quasi radiculas foliorum calamorum, qui in India* nascuntur. Est & aliud, quod maxime in Italia fit, quando †purpura tingitur:}nam quod est spumosum, & quasi supernatat, & lateribus vasorum illorum adhæret, colligitur: & cum ipsa argyritide terra mistum in similitudine digitorum formatur, vel in pilulas siccatur: Cuius est optimum quod vehementissime cæruleo colore fulget æqualiter, & fragile. Potest igitur siccare & refrigerare: vnde locis turgentibus & distensis impositum cito emollit, & quasi rugulas facit.

†Al. iuxta mineram.
*Al. Libya
†Al. sulfur v[illegible]

De Hustolige.

Hustolex est quasi collyrij genus subcæruleum: quod confringitur aliquatenus. Huius ipsius sunt genera duo: est enim, quod foditur & in terra inuenitur: est, quod potius præparatur ratione tali: Mortarium est cupreum cum pistillo, & sic læuigatur alumen liquidum, & sal vel nitrum eisdem ponderibus, ex aceto acerrimo (alij & aceti lutei vetustissimi duas partes commiscent) & hæc læuigant æstibus maximis & in Sole calidissimo, vsq; quo spissitudinem aliquam accipiat, & colorem cæruleum: deinde fingitur velut collyrium. Aliqui ex vrina infantis masculi hoc faciunt: & fit aurificibus idoneum valde ad aurum glutinandum. Vires autem habet viscide stringentes valde, & nimis cum magna exasperatione.

D

DE IRIDE

IRis ad similitudinem iridis, quam in cœlo videmus, dicit̄ et hęc cognominata: quo modo enim illa plures & dissimiles habet colores, sic & hæc varios & differentes emittit flores, aliqui enim purpurei sunt, aliqui violacei: verum folia sunt similia gladioli, sed maiora & latiora & pinguiora, ramuli quoq; ipsi: similiter radiculæ nodosæ & duræ, suauiter olentes in modum violæ: Quarum optima est iris Illyrica & Macedonica: est enim spississima, & breuis, & non fragilis, & subrufa, odore suauissima, & gustu linguam viscide excalefacit, & dum tunditur sternutare facit. Ab istis Africana laudatur: quæ est colore candidior, & gustu amara. Verum si tempore relinquantur & quasi senescant, fiunt quidem vermiculosæ, sed odore suauiores. Possunt igitur excalfacere leniter, & vulnera concaua replere.

De

De Ibiſco. E

Ibiſcus genus eſt herbæ ſimilis erraticæ maluæ, omnibus notum: Cuius radix & tota quidem herba lenit: & efficaciter omnem duritiem & rigorem mollire & relaxare poteſt.

De Iunipero.

Iuniperum fructus arbuſculę rubicundus & dulcis, omnibus notus: Cuius vires ſunt excalefactoriæ, & diureticæ, & ad digeſtionem facientes.

De Ichthyocolla.

Ichthyocolla eſt aliqua quæ conficitur coctis ex aqua corticibus quorũdam piſcium: eſt aliqua quæ ventriculus videtur eſſe piſcis: quæ in Ponto naſcitur. Verum omnis ichthyocolla ſtringere poteſt: vnde & cutem extendit, & ſplendidam facit.

De Inanthe idest Floribus Labruſcæ.

* Inanthe, flores ſunt vitis ſyluaticæ, qui ſolſtitio colliguntur, Idus viiij: nam qui ante hunc diem vel poſt eum flos colligitur, infirmus eſt. Vires autem habet inanthe bene refrigerantes, & ſtomacho præſtantes.

DE CHAMÆPITY

CHamæpitys ſpecies habet tres. Eſt aũt quæ ramulos emittit oblongos, & curuos in ſimilitudinem anchoræ, & fructiculum, tenuem comulam, flores tenues & aureo colore, ſemen nigrũ & odore plenum. Eſt & alia, quæ maſculus dicitur, quæ folia habet tenuiora, & quaſi piloſa thyrſulum aſperum, tenuem, molliculum, & ſubaureo colore: ſemen & ipſum pinum redolens. Eſt & tertia, quæ quaſi in terra ſerpit, folia habens ſimilia cardis, ſed quaſi pinguiora, veluti piloſa: floſculum aurei coloris: & ipſa ſimiliter olens prioribus. Verum oẽs vires habent acres & diureticas. F

De Chamædaphne.

Chamædaphne folia habet quaſi laurus, ſed leuiora, tenuiora, & in extremo ſpinoſa: fructum in ipſis folijs rotundum, & ſubrufum, & diureticum.

De Chamælea.

Chamælea ramulos habet oblongos: folia fortiora ꝗ̃ lapathij, in ſpeciem quaſi folijs oliuæ, denſa, & tenuiora, & ſpinoſa, & guſtu mordentia. Tota herba ventrem purgat tepida attractione.

DE LEPIDE IDEST SQVAMA

LEpis colligitur quando maſſæ cupreæ diu multumq; in igne calefactæ & in aceto luteo extinctæ ſuper incudem atteruntur, vt lamulę & veluti ſpumellę decidant. Has igitur colligimus: & Græco nomine lepidas appellamus: Quæ & ipſæ viſcide ſtringere poſſunt. Eligimus autem quæ ſunt vaſtiſſimæ, & colore ſubrufæ. G

De Lycio.

Lycium ſuccus eſt arbuſculæ puſillæ & ſpinoſæ: Cuius grana, & folia, & radices in vnum ex aqua dulci coquuntur: & diebus admodum quinq; relinquuntur: & iterum coquuntur, donec fæcis habeant craſſitudinem: & ſic in vaſcula defunditur: maxime Ponticum tale eſt. Aliqui diutius coquunt ſic, vt in glebam redigant. Verum eſt optimum lycium radicum: hæc enim gleba eſt extrinſecus nigricans, & intrinſecus ſubrufa, & aſſimilis aloę, guſtum habens amarum, & ſtypticum. Vnde adulteratur amurca, & abſinthij ſucco.

De Laſere.

Laſer lachryma eſt herbæ, quæ ſilphium appellatur: quæ in multis locis in ſpeciem & magnitudinem ferulę creſcit, folia circa ſe habens maiora ꝗ̃ apij, ſemen ſimile. Optimũ eſt ergo laſer quod Cyrenaicum dicitur: hoc enim ſubrufum eſt, & perlucidum, & intus exalbidum, odore viſcidum, & ab humore cito reſoluitur, & ad guſtum confeſtim humorem prouocat. Vires autẽ habet acerrimas: vnde cum magnis vexationibus excalfacit.

De Lybiſtico. H

Libyſticũ ſemẽ eſt herbæ eiuſdẽ vocabuli, acre, Vtile ſtomacho, & excalefactorium, & ad digeſtionẽ valde vtile: pp quod ad inflationis potũ facit: & in antidotis, quæ colicis proſunt, admiſcet.

De Lauro.

Laurus omnibus nota arbor eſt: fructus illius eſt, quem baccam lauri appellamus: Quæ bacca & tota arbor vires habet acriter calefacientes, euaporantes, & relaxantes. Lixiuium eius in cauſtica mittitur, & eſt ad vſum medicinæ efficaciſſimum. Quod eſt ex cinere quæ de quercu fit, non ſolum hominibus prodeſt, ſed & pecoribus: multis enim cauſis neceſſarium eſt in vulneribus. Sed & interioribus partibus vt potio datur, habet enim propriam rationem: quibus vero cauſis detur demonſtrabo: Pecora quibus pulmo tenſione vexatur, & quibus venenata aliqua res per cibum obrepſerit, ex hac ratione liberantur. Hac ratione multum & vulneribus pręſtat.

De Lixiuia.

Lixiuia Vires habet ſtypticas & acres: inurit. n. & exuulnerando inſtaurat: humectantia vulnera extaurando & exuulnerando ſiccat: ideo vix cohęrẽtia vulnera, & fiſtulæ, et his ſimilia quæ fuerint, lixiuia calida clyſterizantur ſępe. Facillime curam medicamẽti ſententia ad ſanitatem perducit. Difficilia ad ſanandum vulnera calloſa, longo tempore ſordida, quæ nullam medicamẽtorum

A virtutem pro longo tpe senserunt, vtile est lixiuia quotidie lauari: ex cuius virtute omnis limus & quecunq; pro vetustate stupida facta sunt auferunt, si quotidie fiat: & post hoc deinde curari oportet sicut ipsa vulnera dictauerunt medicamentis aptis: virtus enim lixiuiæ non sanat, sed ad sanandum vulnera disponit. Hoc idem superius in interioribus fieri partibus dixi. Ex quo cinere lixiuia facta, cui'ue necessaria sit, & qui cinis, & q̃uo tẽperatus, impositus quid p̃stet vide. Etenim ex sarmentis cinis, ex cinere lixiuia fit. Dicenda enim est res acris & styptica, cum tam solide curet, sed magis stringat. Sed & ipse cinis in recentia vulnera in profundũ positus sanguinem statuit à cursu: Ideoq; oĩbus pecoribus castratis cinis impositus prodest, oĩbusq; abscisis. De sarmẽtis tñ oliuæ cinis acerrimus est, & ex nucleo solo acrior est: & ex hoc lixiuia, vulnerũ cancerata aufert: etenim acriore lixiuia sordida vulnera lauanda sunt. Caprifici cinis omnibus superioribus acrior est.

De Lentisco.

Lentiscus arbuscula est similis myrto: corticem in cyma subrubrum habet, folijs pusillioribus. Virtutis, est stypticæ. Huius folia, aut extremitatem amaram, vel radicis corticem, in aqua vehemẽter decoques, quousq; mellis habeat spissitudinem, et sic vteris: facit autem eis qui sanguinem rejciunt. Ex posca frigida dato ℈ v vel vi, & ad fluxum ventris, & ad dysentericos similiter oblatum, B & ad veretri vitia tritum imponito. Fit aũt succus de folijs eius vel cymis contusis & expressis, similem in oĩbus habens virtutem. Aqua, in qua folia eius fuerint decocta, si fracturas freq̃ueter fomentaueris, aiunt celerius solidari. Facit & ad dentes se agitantes: si enim frequentius in ore teneatur, stringuntur. Fit quoq; de semine eius oleum similibus causis necessarium: Capillis cadẽtibus inunctum prodest, eo q̃ calidam & stypticam habet virtutem. Nascitur vero in Chio insula. Vtile sanguinem rejciẽtibus & tussibus antiquis in potatione sumptum. Prodest hæmoptoicis cum aqua frigida seu posca: tussientibus in mulsa calida. Est autem stomacho optimum, & ructuosis, & fœtori oris prodest manducatum. Pilos etiam qui iam in oculis nascuntur contrarij acu vel graphio calefacto optime colligat. Gingiuas tumentes impositum emendat & sanat.

De Lenticula.

Lenticula herbæ semen est, quod seritur locis sabulosis, lapillosis, & tostis: Quæ si sæpius fuerit comesta non cocta, inducit caliginem turbando: excoriata vero et decocta in aceto, ventrem stringit. Podagricis cum polline misita pręstat medelam: cum melle autem vulnera purgat et glutinat: in aceto polita cocta & imposita, durities & scrofas emollit. Oculorum doloribus vel tumoribus optimum adiutorium est. Si cum cydonio in aqua cœlesti fuerit decocta, & oleo rosaceo admista, C veretri vitia emendat: & si melle adiecto ponatur in succo mali granati, sanat. Et ad vesicas, & ad ignem sacrum, & perniones, simili modo decoctum imponito.

De Lupinis.

Lupinus herbæ fructus est, quæ seritur omnibus prouincijs. Virtus eorum est calida: nutriunt corpus: sunt indigestibiles, et ventrem temperant si cocti manducentur. Aqua vero vbi cocti fuerint cũ ruta & pipere, modice potui data spleniticis prodest. Scabiei maculis vel feruoribus apta, optima fomentatio est. Cum aceto vero in modum cataplasmatis impositus, scrofas, vstiones, & malignos humores accipit. Farina vero eorum cum marrubio pari pondere in vmbilico imposita lumbricos expellit. Radix eorum in aqua decocta, & in potu data vrinam mouet.

De Lipsianis.

Lipsiani comesti lupinis minores, sed virtute sides: Tñ optimi sunt qui maiores sunt: Nã possunt acriter relaxare, & sua amaritudine non solum lumbricos occidere, sed & partum expellere.

De Lapathio.

Lapathium herba est oĩbus nota: & inuiscatiuum esse dicit̃. Huius igit̃ radix, & radicis cortex intus, ex aceto vel alumine liquido, omnem maculam à sudore factam infricata in balneo tollit.

D *De Lilio.*

Lilium omnes nouerunt: Cuius vires possunt durities neruorum remollire: & ipsa folia cocta et imposita ad combusta proficere: sed & potata, aut ipsum semen mẽstrua prouocat, partum dejcit, & ad serpentis morsum facit.

De Ladano.

Ladanum hac ratione colligitur: Funiculi ligati circa hederam distrahuntur: et sic quicquid illis glutinosum in modum sordis adheret, abraditur, & in glebulas expansas redigitur. Aliquando etiam genibus & fœminibus caprarum, quæ hedera vescuntur adhærens, hoc ipsum ladanum inuenitur, & similiter abraditur hoc totum. Verum est optimum quod olet, & quod est subuiride, & pingue, & resinosum, sine vllo sabulo: maxime tamen in Cypro colligitur: quod enim à Cilicia vel Arabia affertur, infirmum est. Vires autem habet ladanum acres, & excalfactorias, & relaxantes: propter quod in malagmata & in emplastra mittitur: & ad tussem veterem facit. Item capillos fluentes cum oleo myrtino continet.

De Lonchitide.

Lonchitis folia habet rubicũda, florem nigrum, assimilem personis comœdorum, quorum orificia patent: semen album, oblongum in specie lãcearum: radicem quasi dauci, similiter diureticã.

De

De Lathyride.

Lathyris naſcitur circa aquam & ipſa: à qua foliola habentur puſilla rotundula: floſculũ exalbidum. Tota herba eſt acris, diuretica, acuta. Thyrſum habet oblongum, vaſtitudine digiti, cauum, & in ſummo quaſi ramulos diffuſos, folia longa, fructiculum in ſummis ramis triangularem & penè ſubrotundum quaſi capparis, in quo ſunt tria granula rotunda, & interſtrata tenui veluti membranula: Quorum ſeptena vel nouena ventrem viſcide purgant, aqua frigida ſuperbibita: quæ choleram rubram & phlegma deponunt.

*Al. octona

De Linozoſtide vel Mercuriali Herba.

Linozoſtis folia habet quaſi ocimum: thyrſulos binis nodulis & denſis & pluribus cauos: fructum fœmina quæ dicitur, habet copioſum, & quaſi racemoſum: quæ deinde maſculus, puſillum, & rotundum, combinatum quaſi teſticulos, folijs ipſis adhærentem. Verum vtrunq; ventrem ſoluit, ſimiliter & phlegma & humores calefaciendo deponit: & quaſi olus decoctum manducatur, & ſuccus idem & ius bibitur.

De Lapide Hæmatite.

Lapis hæmatites eſt naturalis qui ab Ægypto, & India, & Hiſpania affertur: durus eſt extrinſecus, & lenis, & veluti colore liuidus intus, deinde ſanguineus: Cuius maxime idoneũ iudicamus qui tritus in cote ex aliquo humore in modum ſanguinis inficitur. Verum poteſt viſcide ſtringere, & tamen ſine magna acrimonia.

De Lapide Schiſto.

Lapis ſchiſtus colore fuſco eſt, aliqua in ſe oſtendens ſubruſa, oblongus, & ſpinas habens directas prout alumen ſciſſum. Hunc quoq; optimum iudicamus, qui & ipſe viſcide ſtringere poteſt.

De Lapide Aſio.

Lapis aſius in Alexandria tantummodo inuenitur: Cuius eſt optimus ad vſus medicinæ, qui eſt colore candidus, fragilis, leuis in modum pumicis, & veluti puluis in manibus inſidẽs. Effectu autem viſcide relaxare poteſt: aliquid enim ſalſuginis & nitroſi ſaporis oſtendit. Vnde & corpora quæ in eo ſepeliuntur, tempore conſumit: quapropter Græci ſarcophagon appellant.

De Lapide Pyrite.

Lapis pyrites eſt puriſſimus & grauiſſimus, colore æris: & ſi ferro percutiaẽ, ſcintillã & ignem mittit. Vires habet acres, & ad ſimilitudinem cadmiæ, & proprie ad oculorum claritatem.

De Lapide Magnete.

Lapis magnes inuenitur circa littus Oceani, colore cœruleo, qui probatur. Hic quoque ferrum ad ſe trahit & tenet. Vires autem & purgatorias habet: propter quod hydropicis in potu datur, et omnem humorem per ventrem eminiſtrat.

De Lapide Gagate.

Lapis gagates colligitur in Lycia, circa ripam fluminis quod Gages appellatur: & eſt colore niger, & aridus, & quaſi latus, leuis valde: Cuius eſt melior qui ad lucernam accẽditur facile, & odorem aſphalti habet. Poteſt autem remiſſus ex aqua dentes qui agitantur reſtringere & ſtabilire.

De Lapide Thracia.

Lapis thracias eſt niger quaſi calculus: naſcitur in Scythia in amne quodam, qui Pontus dicitur. Vires eaſdem habet, quas gagates: & dicitur accendi ab aqua, & extingui ab oleo.

De Lapide Quadrato.

Lapis quadratus in Ægypto inuenitur, & eſt exalbidus. Vires habet viſcidas & ſtringẽtes: vnde conceptum vitare dicitur. Inuenitur & in Æthiopia.

De Lapide Phrygio.

Lapis phrygius in Phrygia inuenitur: Cuius melior eſt qui eſt pallidior, et aliquatenus grauis. Hic eo ꝙ nimium ſtringit, & exulcerare ſolet.

De Lapide Galactite.

Lapis galactites eſt quaſi cinereus, & dulcis ad guſtum, & humorem facit quaſi lacteum, leniter ſtringens: propter quod ad lachrymam oculorum facit.

De Lapide Melitite.

Lapis melitites per omnia priori ſimilis. Sed hic ſpernitur, ꝙ dulciorem humorem emittit.

De Lapide Morochtho.

Lapis morochthus ĩ Ægypto inueniẽ, & eſt pallidior. Vires habet et ipſe efficaciter ſtringẽtes.

De Lapide Phlogino.

Lapis phloginus & ipſe in Ægypto inuenitur, aureo vel flammeo colore. Illinitus ſenium facere dicitur.

De Lapide Cryſtallo.

Lapis cryſtallus eſt limpidus, & perlucidus colore. Vires habet ſtringentes, & lac ꝓuocare diciẽ.

De Lapide Thyite.

Lapis thyites, quẽ vidimus, in Æthiopia colligitur, colore ſubuiridis, & ab humore remiſſus. Habet vires acriter mordentes: propter quod caliginem & cicatrices oculorum extenuat.

De

A *De Lapide Batrachide.*

Lapis batrachides ab Ægypto affertur, colore ranæ rubræ. Vires habet lenientes & relaxantes.

De Lapide Smiride.

Lapis smiris potest viscide stringere, & pene nimie: propter quod in caustica mittitur.

De Lapide Misye.

Lapis misy prout chalcitis & ipse in Cypro insula inuenitur & in eisdem metallis: similiter & glebula est, & auro refulgens, ac fragilis. Cuius fragmenta sunt super minuta, et in modum sabuli. Optimum autem misy dicimus quod in aginem colorem maxime splendet, & dū læuigatur mol lis sentitur, & æqualiter fulget. Qui est idoneus non est pallidus, & ęqualem tractamus, et aqua tan tum cito denigratur. Verum effectu videtur exuperare chalcitin.

DE MELLE

MEl succus est roris cœlestis, qui ab apibus colligitur: Cuius sunt genera duo: Vnum quod in cupiliones ab apibus quæ sunt oblongæ colligitur: Aliud est quod sub terra inuenitur, & atticum appellatur, quod variolæ & lanuginosæ & fortiores apes reponunt: & habetur melius ad claritatem faciei & oculorum. Vtriusq; virtus est calida. Solum enim mel quasi compositionē B in se habet, quia ex multarum flore vel succo herbarum colligitur: propter quod omnibus valetudinibus pro occursu citato prodesse potest. Ideo omnibus antidotis commiscetur: vulnerum sorditiem adhibitus comedit adiuncto sale: illinitur extrinsecus faucibus exiccatis: deducendo humo res aperit. Mel solum fastidium tollit, orexin facit, nauseam prohibet: vnde pulmoni & interioribus omnibus per totum leniendo medetur, atq; ea relaxat.

De Myrrha.

Myrrha lachryma est arboris eiusdem nominis, quę maxime in Arabia inuenitur: quęq; aliquo loco incisa, hanc ipsam lachrymam emittit. Est ergo optima myrrha quę est mundissima, & tacta quidem aspera, & arida, & fragilis, & leuis, & glebulis pusillis, extrinsecus vno colore, intrinsecus deinde subrufa, & veluti venulas habens albicantes, odore suaui, gustu amara, & excalfaciens: hęc igitur in montibus inuenitur. Colligitur autem altera myrrha in planis, quæ & ipsa est melior & pinguior: quam exprimere in liquorem solent. Quod est illius quasi liquidissimum, in vascula re ponitur, & Græci myrrham stacten appellant. Verum est omnis myrrha styptica, & acris, & excalfactoria. Huius itaq; effectus vehementer commouere potest.

De Mandragora.

C Mandragora herba est pluribus nota: sic & aliqui herbam ipsam apollinarem appellant. Huius ergo succus colligitur, folijs ipsius herbæ penitus & improbe excisis, vt quasi concauus locus earum relinquatur: aut ipsam radicem, prout panacis, aut mala eius vel totam radicem in pila tundunt: & sic omnis illius succus organo exprimitur, quod græce mandragorochylon appellamus. Vires autem habet refrigerantes, & hac ipsa ratione stringentes: sed & grauem marcorem facere potest, vnde & somnifera creditur: compescit autem dolores & vigilias.

De Molybdæna.

Molybdena est quasi stercus auri & argenti. Est & alia q̄ fodit in Corintho. Verū optima est q̄ est colore quē diximus, nō lapidosa, fragilis, splēdida. Vires quoq; habet assimiles spumæ argenti.

De Malo Granato.

Malum granatum quod græce rhoea dicitur, fructus est arboris eiusdem vocabuli: Qui recēs et maturus manducat sine suo cortice, qui malicorium vel sidia dicit: & cum aliqua dulcedine sua vē trem stringit, et stomachum erigit. Magis tn̄ stringit quod est subacidum: cuius ipsius flos cytinus dicit. Vehementissime stypticus is est & efficacissime stringit: vnde dysentericos sanat, & vulne ra recentia glutinat. Eadem & cortex illius præstat, quem malicorium diximus nominari.

D *De Medulla.*

Medulla quidem omnis leniter mollire & relaxare durities & tumores potest. Veruntamen ef ficacissima videtur ceruina, sequenter vitulina, inde caprina numeratur.

De Menta.

Menta herba est, quam omnes nouerunt: Quæ est apta stomacho valde, valde sanguinis abundantiam stringit, & capitis dolorem sedat, item singultus & nimios vomitus reprimit, & conceptum vetare dicitur.

De Mastiche.

Mastiche genus est resinæ, quæ in modum gummi ab abore manat, quæ schinus dicitur: & in Chio insula nascitur, locis asperis & petrosis. Est ergo mastiche aliqua albida: verum optima est quæ cādidissima & perlucida: & quæ, dum maturatur, aliquatenus mollescit. Vires autem habet euaporantes, & cum suaui euaporatione laxātes. Adulteratur resina à cypresso, & à pino: sed ista odore suo deprehenduntur.

De Marrubio.

Marrubium herba est, quæ ramulos emittit oblongos vel minutos tres aut quatuor, circa quos folia mollia, & exalbida, quasi rotunda: flosculum rufum, & assimilem pulegio: nascitur in cam-

pis

pis saudis & petrosis, & est optimum creticum. Vires autem habet acres, & efficaciter relaxantes: E vnde succus illius cum melle ad tussim facit, & in partibus neruosis optimum est.

De Myrta.

Myrta genus est herbæ lignosæ. Duobus generibus est, & nigra, & alba: vtraq; est oĩbus nota. Vires habet stypticas valde: & nigra tñ illa stringit potẽtius, vnde & sanguinem excreantibus remedium est, & dysentericis, & omne profluuium stringit. Eius vero nigræ, quæ in montosis locis nascitur, grana sicca vel viridia commanducanda offerunt̃ ijs, qui sanguinẽ reijciunt, & uiscide tædia sustinẽt. Stomacho est conueniens: vrinam mouet: & scorpionum morsibus prodest, si imponat̃, aut potui detur, aut locus qui tactus fuerit ex eadem cataplasmet.ur. Et viridis myrta similiter operat̃. Coctura eius cũ vino mista capillos tingit. Et ex vino decocta, & in modũ cataplasmatis imposita, vulnera sanat. Cum polline tritici immista, tumores oculorum compescit, & ęgylopibus vtiliter facit: grana etiam contusa & expressa faciunt: & ideo parũ decoqui expedit, ne acescat: & vase piceo reseruatur. Facit aũt contra ebrietatem, & furfures capitis: & vulnera curat, si frequẽter inde lauentur: & capillis fluentibus prodest. Fit ẽt oleum de folijs eius contusis, & in oleo diu decoctis, quod in incuruationibus prodest: & articulis vel fracturis vtiliter imponitur: sed & maculas perfricatum emendat: aures prurientes curat, sed tepefactum immittatur. Ipsa folia trita cũ F aqua imposita vulnerum rheumatismum sanant, vel locis fluentibus prosunt, fluxum ventris emẽdant, & ignem sacrum vel tumores testium curant. Sicca autem & cribrata, panaritijs, & locis vrẽtibus prosunt. Commista autem folia eius tenuem cum ceroto ignem sacrum curant. Folia eius trita, pensus piperis medietate, acetum quantum sufficit, masculis prosunt.

*Al. vesicæ

De Meu.

*Al. anethi

Meu radiculæ sunt herbæ assimilis anisi, quæ radices inueniuntur in omnem partem exporrectæ, tenues, oblongæ, suauiter olentes, & gustu linguam excalfacientes: nascitur maxime in Macedonia. Vires habet ipsa radix relaxãtes: vnde potata omnem rigorem vesicæ, & renum remollit: & inflationes dissipat. Item vrinam, & menstrua prouocat.

De Malabathro.

Malabathrum qui putant esse folium spicæ, falluntur: licet autem sit similis odore, tñ certe alterius est naturæ. Inuenitur autem supernatans quibusdam paludibus in India in specie foliorum, et sic habetur leuis: lino trahitur & siccatur. Est ergo optimum, quod est recentissimum, odoratissimum, tenue, integrũ, nigricans, gustu non salsum, sed potius picem referens. Potest autem eadem præstare, quæ spica: & easdem vires habet, quas & cætera aromata habere diximus. G

De Marrubiastro.

Marrubiastrum est subsimile marrubio, et facile notũ: Cuius vires faciũt ad serpentum morsus, & ad suspiriosos. Itẽ strucinas i. scrofulas vel hæmorrhoidas cæcas dissoluit, & mẽstrua prouocat.

De Millefolio.

Millefolium thyrsum habet ex vna radice mollem, & subrufum, & quasi manu lineatum, folia quasi fœniculi, Quæ vulnera glutinant, & sine tumore custodiunt.

De Myrice.

Myrice fructiculum affert mollem, fragilem, & veluti florem, in Ægypto quidem, similem gallæ. Huius igitur succus, & aqua in qua fuerit coctus, pediculos occidit: & culices, & pulices fugat.

De Moro.

Morus arbor est spinosa, q̃ affert mora similia rubo, sed & fortiora, & albidiora: Quę & vẽtrem laxant, & digestionẽ faciũt. Succus eorũ cũ melle & careno, vel vino austero, pari mẽsura permistus, et ad spissitudinẽ mellis decoctus, synãche laborãtes curat. In Sole in vase ęneo positus vehemẽtior erit: & ideo vulnera & attritiones curat, vel putredines. Sed, vt supra dictũ est, synanchen cũ tumore veniẽtẽ emẽdat. Si cũ alumine scisso vel galla, croco, & pauco myrrhæ, cõmisceat̃, non H solũ his rebus prodest, sed et vitia oris abstergit. Cortex radicũ eius in aqua decocta, in potione data, ventrẽ soluit, & lumbricos eijcit. Folia eius quoq; trita & imposita, in igne combustum sanant.

De Moris Syluaticis.

Mora vero syluatica, ratione quæ de rubro colligitur, stringunt fortiter: & synanchicos melius curant. Succus eorum, vel alicuius rubi succus cum melle æquali mensura coquatur ad tertias, & sic gargarizetur frequentius: si enim bibatur, ventrem stringit apte.

DE NEPITA

NEpita est omnibus nota: Cuius sunt species tres: est enim quæ folia similia ocimo habet: & est, quæ pulegio assimilatur: est, quæ mentæ habet speciem. Verum omnia folia gustu sunt acria, et excalfactoria valde sunt. Igit̃ coxiosis genere sinapismi prodest: & regium morbum emenda: & lumbricos, & tineas, & partum expellit: & vermes in auribus occidit.

De Narcisso.

Narcissus thyrsum habet oblongum, folia quasi porri, sed breuiora, & plena: florem album, intercroceum, aliquando purpureum: fructum quasi quasdam membranas nigrũ, oblongum: radicem quasi bulbi, quę maculas in facie tollit, & suppurationẽ ponit, & intumescere non permittit.

De

A *De Nascaphtho.*

Naspcahthum affertur ab India: & est quasi cortex elamulæ, non odoratus, & viscide excalefaciens: Propter quod & in antidotis excalefactorijs mittitur.

DE OPIO

Opium succus est quodam modo erratici papaueris: quod sic colligi solet: Cum quidem hoc ipsum papauer flores suos amittit, & ampullulæ succrescunt virides & teneræ, harum ipsarũ capitella homines scalpello acuto leniter abscidunt sic, vt intrinsecus non lædant: & deinceps in gyrum scarificant: & sic lacticulum quod promanat digito conterunt, & in conchulis reponunt, & siccant. Meconium autem fit contritis in vnum folijs & ampullis viridis papaueris. Verũ succus organo pressus & siccatus in pastillos redigitur, & meconium appellatur. Erit ergo optimũ, quod est odore grauissimum, & colore subrufum, & gustu amarissimum, & quod humorem quo resoluitur ꝙ citissime candidum facit, & accensum splendidam & aliquatenus durãtem flammam emittit, & rursum extinctum pristinum odorem reseruat: maxime Hispanum tale inuenit. Adulteratur autem & lentis & lupinorum farina: sed & gummi nigro, & lactucæ erraticæ succo: item glaucio. Sed & adulteratum quod est, sic intelligimus, eo ꝙ non omnia coeant quæ synceritatem B illius comprobare diximus. Potest autem syncerum opium lachrymam stringere collyrijs admistum. Habet & circumlinitum refrigerare, & auricularum dolorem et totum corporis languorem mitigare, illa videlicet ratione, qua etiam somnum facere dicimus.

De Omphace.

Omphax succus est de radice moræ syluaticæ, & immaturæ vuæ: qui expressus siccatur in Sole: & in pastillis latis vsquequo fieri potest formatur, & sic reponitur. Optimum est illud quod est colore rubido, & fragile pistillo, & gustu styptico valde, & linguam submordens. Vnde potenter stringit, & omne profluuium confestim tenet.

De Opopanace.

Opopanax succus est herbæ, quæ panax dicitur, simillimæ per omnia ferulæ: quę nascit̃ in Cappadocia, Africa, & Macedonia, locis asperis & lapidosis. Colligitur ergo hic ipse succus hac ratione: Medijs æstatibus terra quæ est circa radicem & herbam foditur & cauatur, deinde folijs ipsius sternitur: & sic ipsa radix & ferula in oblongum et in gyrum inciditur: postq; humor lacteus emanat, & in folia supposita defluit, & siccatus quasi exalbidæ myrrhæ colorem accipit. Ergo optimus est opopanax qui ab Africa affertur: hic est extrinsecus veluti crocatus, intrinsecus lacteus, C mundus, odore graui equidem viscide. Potest igitur opopanax & laxare, & calefacere, & mollire stricturas & duritiës, fugare viperas & omnem serpentum accessum.

De Opobalsamo.

Opobalsamum lachryma est arboris, quam balsamum appellamus, similis malo granato, ramosæ ramis tenuibus & exalbidis, qui xylobalsamum dicuntur: quæ folia habet similia erucę. Hęc ipsa arbor in India tantummodo crescit, & fructum affert aliquatenus oblongum, circa medium vastiorem, & quasi ventrosum, ad capitula vtraq; subito deductum, rubicundum valde, graue, & plenum, & si frangatur mollem, & si masticetur similiter vt piper mordentem, & suauiter redolẽtem quen. carpobalsamum dicimus. Huius ergo arboris lachryma colligitur vere vsq; ad autumnũ. Inciditur autem ipse truncus in aliquot locis, & ipsi ramuli: & sic vascula supponuntur, quę lachrymam fluentem excipiant. Quod ipsum aliquot coloribus videtur. Verum est optimum, quod recens, & syncerum, & exalbidum est, & austerũ, & odore graui & acuto & non acri, & quod aliqua lenitudine linguam submordet. Sequens est quod est colore subrufo: & quasi glutinum se distillat à digito, leue etiam aspectuq; gratum. Tertium autem, quod est tenue valde, et perluciďũ. Omne autem opobalsamum quod vetustatem accipit, fit subrubrum & terrestre & siccum. Verũ optiD mum est syncerum, quod quando aquæ mundæ instillatur, non protinus diffundit, sed magis subsidet, postmodum totum aquam exalbidam facit: lacti autem admistum, in caseum illud adstringit vt coagulum. Item vestimento albo aut mundo instillatum, maculam non facit. Quod enim syncerum est, in summa aqua diffunditur & supernatat, & prout oleum quasi pilulas ostendit. Nam vires habet aliquatenus acriores, quæ viscide excalfacere & relaxare efficaciter possunt.

De Oleo.

Oleum vetus optimum est, quod cum bona pinguedine perlucet, odore & gustu simile vetusto pinguamini. Vires autem habet excalfactorias, quæ penitus relaxant. Sed & ad caliginem oculorum facit, si fuerit de pluribus annis: & ad diuturna & indurata vitia neruorum. In cibis vero admistum omnibus conuenit, & lenitiem stomacho & ventri reddit, & si qua strictura aut vulneratio intrinsecus facta est, leniendo relaxat. Accepta rosa refrigerans inuenitur. Nardo decoctum, metasyncreticam virtutem habere incipit: Chamæmelo vero, itidem metasyncreticum esse videtur. Cum bacca lauri decoctum, plus quàm oportet thermanticum esse certum est. Semini lentisci mistum, sicut rosaceum, per longum tempus, stypticam virtutem affert. Mastichæ admistum, colleticum esse videtur. Anethum illic per tempus madefactum, thermanticum comprobatur. Mala cydonia illic per tempora madefacta, paregoricum vel stypticum aliquantum inueniri faciunt.

faciunt. Cucumeris agrestis radice admista & decocta, catharticam, & thermanticam habet virtutem: & quidem proprie attritis inunctio facit. Iridi admistum, pluribus valetudinibus prodest. E

De Ouo.

Ouum partus gallinæ est, quod oẽs nouerunt. Effectum habet duplicem. Si semicoctum bibatur, virtutẽ stomacho præbet, & non permittit corpus debilitari, eo ꝙ naturæ fit animãtis: lenit.n. oĩa, quia lęuem vicem habet. Crudum aũt potatum, raucos emendat. Lachryma quoque tepida in oculis dolentibus inuncta salutem restituet. Vitellus vero eius extrinsecus in aliqua parte corporis illinitus, paregoricus, vel stypticus inuenitur. Coctum vero in aceto vt sit perdurum, dysentericis prodest. Virtute autem sua cibi & potus vicem præstat. Si crudum bibatur sitim prohibet.

De Ocimo.

Ocimum herba est omnibus nota. Vires habet acriter excalfacientes, & relaxantes, & vrinam prouocantes.

De Origano.

Origanum & ipsum omnibus notum est. Et habet vires acres, & excalfactorias, & relaxantes, & euaporantes. Vnde & suspiriosis, & tussientibus prodest, et serpentes fugat, item biles detrahit, ventrem detrahit, sed vrinam & menstrua prouocat. F

De Orobo.

Orobũ oẽs nouerunt. Huius igiť farina cum melle vulnera purgat, & maculas tollit, & alienationes tenet. Ipse autẽ orobus manducatus, caput replet & ventrem, & sanguinem per vrinã prouocat. Et est optimus Atticus: est enim colore violaceo, effectu viscide sistens, & in modum cani.

DE PONITIO

PONitium hac ratione conficitur: Chalcitidis partes duæ, & cani vna, in mortario læuigantur æstu calidissimo, infuso subinde feruẽte & acerrimo aceto: & hoc fieri habet, donec res rubro colore apparent. Habet igitur ponitium vires quàm chalcitis equidem vastiores.

De Pipere.

Piper fructus est arboris quæ in India nascitur: Quod qñ primum crescit, oblongum & rotundum apparet: & longo piperi assimilatur, quod ex minutis et ꝗ pluribus granulis veluti constipatis constat: & quæ tempore ipso accrescunt & dissipantur, maturata enim & nigra facta, nigrũ piper dicuntur. Eligimus.n. Longum piper, quod quando frangitur, strictissime granula sua con iuncta habet, & circa suam veluti medullam cohærentia, quodq; gustum viscide mordet & calefacit: Album deinde, quod sine ruga sit candidissimum, graue, & non minutum, et ad gustum simile lõgo: Item Nigrum, quod præter colorem in reliquis sit simile albo. Potest autem omne piper syncere stringere, & excalfacere, & totum corpus vehementer commouere. Sed adulteratur longum quidem, sinapi & gummi formatis in speciẽ piperis longi: & album deinde læuigatur cum spuma argenti, & excuditur in pilulas eiusdem magnitudinis redactum: item nigrum his ipsis pilulis denigratis, sed & leue, & cauum, & farinosum piper est, & lapillulis admistum. G

De Pompholyge.

Pompholyx est quasi flos spodij. Simul aũt vtraq; colliguñ circa metalla, vbi æs, & cuprũ, & argentum conflať. Verum pompholyx prout leuissima fuligo in ipsis cameris inueniť: spodium circa parietes. Et adulterať stellis siccis tenuibus combustis, item cannis quibuslibet, sed fiũt fuscidiora & non æqualiter lęuia. Est enim optima pompholyx, quæ est lęuissima, & candidissima, & ad tactum nullã habẽs asperitatem: easdem.n. & spodiũ vires habet, stypticas, & q̃ siccare possunt.

De Purpurisso.

Purpurissum quod & facum aliqui dicunt, glebulæ sunt quadratæ & pusillæ in modum tessellarum: quæ ab infectoribus tingũtur colore roseo: tale est maxime Canusinum, sequens Puteolanum. Vires habet aliquantulum stypticas. H

De Pyrethro.

Pyrethrum radix est oblonga, colore fuscior, intus exalbida, crassitudine digiti pusilli, gustu excalfaciens vehementer, & saliuam copiosam prouocans. Cuius optima est quæ est recens. Potest autem efficaciter relaxare, & calefacere acriter.

De Pumice.

Pumex lapidis est genus, qui in littoribus maris inuenitur, quiq; assidue à fluctibus illisus fit leuissimus & exalbidus, & vndiꝗ concauus in similitudinem spongię. Facit ergo pumex ad dentifricia. Et scriptores pennas vel calamos sibi in eisdem temperantes bene scribunt. Et mittitur hęc ipsa pumex in malagmata. Abradit autem, & sua asperitudine læuigat.

De Pulegio.

Pulegiũ herba est oĩbus nota: Quę cũ aliqua acrimonia excalfacit: & est diureticũ valde: sed & menstrua prouocat, & partũ expellit: & olim tussientibus prodest: & odor eius nauseã prohibet.

De Propoli.

Propolis circa fauos & circa aluearia apũ inueniť: & est quasi genus ceræ. Cuius eligimus quæ est colore subrubra, odore melleo, est autem quasi mum. Vires habet similes cerę, sed efficaciores.

A *De Psyllio.*

Psyllium semẽ est herbæ nigrum, & minutũ, pulicis magnitudine. vnde & cognominatum vr: herba tota assimilis fœno, longa & angusta: & calamũ minutũ, & oblongũ hẽt: a quo medio incipit quasi spicula oblonga, in qua ipsum semẽ inuenit: Quod efficaciter refrigerare & stringere potest: vnde oculis lachrymãtibus cito prodest. Itẽ dysentericos, & podagricos remediat: & capitis dolorẽ ex aqua leuigatum, & in fronte linitũ confestim sedat. Et hæc ipsa herba pulicaris dicit.

De Plantagine.

Plantago similiter herba est. Et huius succus & folia efficaciter refrigerant, & stringunt: quapropter succus illius sanguinem excreantibus vtiliter datur. Item folia contrita cum pane imposita, quæ stringere & siccare volumus, id vtiliter faciunt.

De Polio.

Polium herbula est oblonga, exalbida folia habens: & in summo quasi canitiem, & comulam semine plenam, odore graui & non suaui. Potest ergo omnem viperam fugare: potest & res venenosas extinguere. Laxat quidem stomachum, & caput purgat: sed & vrinam, et vẽtrem mouet.

De Pelecino, vel Cæpa Canina.

B Pelecinus herba est, quæ in itineribus nascitur: plures & tenues ramulos habet, folia pusilla: & granula in folliculis terna vel quaterna, subrufa, & amara valde: Quę possunt cum aliqua acrimonia viscide stringere: propter quod & in antidota mittitur, & menstrua prouocat.

De Panace.

Panax radix est herbæ, de qua opopanax conficitur: Quæ & ipsa etiam, & si infirmius, eadem præstat, quæ opopanax.

De Peucedano.

Peucedanũ herba est, thyrsum & ramos habẽs similes vt fœniculũ: radicẽ vastã, & nigrã, odore grauem, succi plenã: & circa illam comulã densam: florem aureo colore. Hæc igit radix aliqñ pp succum suũ exprimitur: & succus eius melior est, si sit colore subrufus, & ad gustũ excalfacit: aliqñ siccatur & reponitur. Facit aũt ad vulnera antiquata, & expurgat viscide: propter quod in aliquibus emplastris, & malagmatibus mittitur. Et radix eius incensa serpentes, & viperas fugat.

De Pastinaca.

Pastinaca omnibus nota est: nam sumitur in cibo, & in reliquis virtutibus. Vires habet acres, & excalfactorias & diureticas,

C *De Petroselino.*

Petroselinũ nascitur circa petras. Et est optimũ Macedonicũ: est.n. odoratũ, subdulce, diureticum valde, & excalfactorium: vnde & stomachi & coli inflationes & tensiones remediat.

De Peristereone, vel Verbena.

Peristereon herba est columbaria: folia habet modica quasi incisa, radicem mollem, thyrsulum stypticum. Tota herba vulnera glutinat, & alienationes stringit: & ad omnia venena potui data optime facit: similiter ad tertianas & quartanas disposita est. Huius succus in collyrijs mittitur. Hæc autem & columbina, & verbena, dicitur.

De Polypodio.

Polypodium herba est similis filici, quæ in petris, & circa radices arborum vetustarũ, & in quercis arboribus crescit: hæc melior habetur: cuius radix pilosa & hirsuta videtur, gustu styptica cũ aliqua dulcedine: in folijs vero habet binos ordines quasi pũctorum aureorum. Vires habet ventrem soluentes, & bilem distrahentes.

DE COLOCYNTHIDE

D Colocynthis similis est cucurbitę rotundæ, vel malo granato. Huius vero medulla, i. quod intus habet carnosum, & semen, viscide ventrem purgare potest: & in plura cathartica mittit.

DE RVTA

Rvta herba est oĩbus nota, vtilis valde. Hæc.n. stomachũ erigit, & tussientibus prodest, & coli dolorem sedat: item vrinam & menstrua prouocat: partũ quoq; si plus sumatur, expellit.

De Resina.

Resina est quasi lachryma herbæ: & locis q̃ pluribus colligitur. Verum sicca quæ est, inuenitur circa nuclipinum, & pityn: alia liquida circa terebinthum, & peucen, & cypressum: & quæ circa lentiscum, quam aliqui mastichinam esse dicunt, in Chio insula colligitur: aliæ, prout diximus, pluribus locis inueniuntur. Communiter vero omnis resina laudatur, si sit munda, perlucida, & si odorem suum pristinum seruet. Specialiter tamẽ liquidarum optima est terebinthina, habet.n. & candorem, & munditiem, & perlucet, & vitro assimilis esse debet: post mastichina recipitur, colore non dissimili ponticæ ceræ: Item siccarum receptissima est pityina: post quam numerat peucena & nuclipinea, quam grece strobilinam dicimus. Verum omnis resina efficaciter relaxare, & remollire potest: & in vsu aliquando crudæ accipiuntur, aliquando friguntur.

De Roremarino.

Rosmarinus herba, est fructiculus: & semen dicta cachrys, adsimilis spondylio: quę herba radicem

cem & folia habet quasi fœniculum, sed asperiora, & exalbidiora, & crassiora, & veluti thyrsum E oblongum, & ramosum. Huius igitur semen, quod est breuius, & vastius, cachrys dicitur: quod inde tenerius & oblongum, rosmarinus. Verũtamẽ efficaciter stringere, & relaxare potest: vnde & vrinam mouet, & antidotis contra maligna admiscetur. Et quidem cachry acrius, & viscidius.

De Rubo.

Rubum omnes nouerũt. Huius igitur, & folia, & flos, & mora leuiter stringũt: vnde ad vuulã & fauces euidenter faciunt: quamuis omne profluuium idonee stringant.

De Rhu.

Rhu, quod ab aliquibus radix dicitur, aliqualiter vasta, & nigricans, fragilis leuissime: odore & gustu amara, & leniter stringens: &, si fricetur, & masticetur, fit veluti glutinosa & croceato colore: Vnde optimum rhu est ponticum. Vires autem habet efficaciter stringẽtes: propter quod cum vino læuigatum, & quasi fomentum impositum, inflationem siccat, & vulnera glutinat, & sanguinis abundantiam reprimit. Mittitur & in antidotis.

De Rosa.

Rosam omnes nouerunt: Quæ & ipsa suauiter stringit, & refrigerat.

De Rapa, & Napo. F

Rapa omnibus nota est. Huius radix comesta inflationes facit, & multum carnis, sed inutilem nutrit humorem. Aqua vero in qua fuerit cocta, podagricis, & ad prægnationem optimum fomentum est: sed & ipsa contrita, & imposita idem operatur. Si excauetur, & accipiat oleum rosaceum, & ceræ modicum, & sic in cinere calido coquatur ita, vt cerotum faciat, vulnerosos promouet, & curat. Est etiam rapæ similis napus, qui similiter inflat: sed semen huius napi contra venena potui cum vino optimo datur, vel ex mulsa contritum.

De Raphano.

Raphanus oĩbus nota est, quæ radix appellatur. Radicem habet similem rapę, sed longiorem: Quæ comesta à ieiuno, prout antidotum, magnũ est adiutoriũ sanitatis, & tutamentũ corporis: sed inflationem operatur, ructus fœtidos facit, & vrinã mouet, ventrẽ relaxat: decocta aũt in cibo sumpta phthisicis prodest: & thoracẽ à phlegmate laborãtem emẽdat. Cortex vero eius cum aceto & melle acceptus, vomitus mouet: hydropicis & splenitícis prodest: si in modum cataplasmatis imponatur cũ melle cõmista, ẽt prodest. Putredines curat, & liuores tollit, & contra viperarũ morsus prodest. Alopecias capitis iuuat. Fungos malos, aut in potu, aut in cibo sumpta, compescit. Semen vero eius cũ aceto datum, splenem minuit. Si in aceto, & melle radix ipsa coquatur, & sic gar G garizetur, synanchen curat. Folia eius tunsa & imposita, omnibus articulis dolentibus prosunt.

DE SARCOCOLLA

Sarcocolla est, prout aliqui aiunt, lachryma arboris, quæ in Perside nascitur. Alij quidem fieri dicunt ex suffimentis æque similiter resinæ per parietes læuigado. Alij enim sarcocollam, argemonem herbã vocant: Quam optimam iudicamus, quæ est subalbida, fragilis, sine odore, flore subrufo, folijs quasi rotundis, radice longa: quarum sunt infirmiores, quæ subrubicant, & ad gustum commista dulcedine aliquam habent amaritudinem, & dentibus pressę agglutinantur. Potest igitur stringere lachrymam, & quodammodo hilarem visum facere. Adulteratur autem gummi, & resina, sed tactu facile deprehenditur.

De Spica Nardi.

Spica nardi ad similitudinem cognominata est: similis est enim spicæ frumenti: & hæc plurimas habet velut aristas, & quasi setarum vel capillorum fasciculus ad modũ patet: nascitur enim in India ex vna radicula sine folijs. Dicitur tamen & Syriaca, non quia in Syria legatur, sed quia montis illius in India, in qua plurima inuenitur, pars ad Syriã aspectat. Verum optimã diximus, quę est odoratissima, & colore subrufa, recens, et ad tactum non grauis, nec vasta, sed magis densa. H Hæc ergo vires habet suauiter stypticas, & leniter calfactorias.

De Syrico.

Syricũ fit de cerusa plurimũ siccata, & cribrata. Coquit aũt in patella fictili sup carbones vsquequo sandycis habeat colorẽ, qđ ipsum cerusæ vires repræsentat: est optimũ, qđ ignis hẽt colorẽ.

De Saluicula.

Saluicula herbulæ genus est, quæ radiculas & folia sub floribus similibus violæ, ꝙ plurima habet, quæ tota prodest: hæc refossa in modum stabularum stringitur: nascitur aũt in alpibus summis, & in Norica regione: Quam ipsam optimam iudicamus, quę est odoratissima: cui tamen, & hæc adesse oportet, vt recens, & sine sabulo sit, & quàm plurimas cum ramulis suis radices habeat: illæ autem sunt viscidissimæ. Potestas igitur saluiculæ est, quæ & spicæ, etsi infirmior.

De Sale.

Salẽ oẽs nouerunt. Colligitur aũt in quibusdam littoribus, & partibus maris, aut fodit, aut paratur, prout aliquibus in locis in Gallia, maxime tamen in Italia vel in diuersis prouincijs. Verum est optimus sal, qui ex mari fit mundus, & candidus, cuius virtus sapore ipso ꝓbatur, potens comedere, & purgare: multis ꝗdem rebus misceri præcipitur. Cuius salis virtus est, ꝙ omnibus cibis

A bis admiſtus conuenit, & orexim facit, faſtidium auertit, nauſeam prohibet. Qui aūt foditur, eſt velut vena alba & ꝑlucida: venas habet prout ſchiſtos, quem, & nos ſalem armeniacum diximus.

De Succo.

Succi virtus duplex eſt vel triplex. Hic eadem, & ſi incertius, præſtare poteſt, quæ & ouum diximus facere: vicem.n. cibi & potus præſtat. De hordeo ptiſanas faciunt, quæ frigidam & humidam habent virtutem, & relaxare poſſunt: ſi oleū roſaceum admiſceas, febricitātes refrigerat, & reparat. De hordeo immaturo ſuccus ventrē ſtringit, & infrigidat, & vires acquirit. Et alicę vel orizæ ſuccus ſimiliter operatur: Siligo enim tritici ventrem ſtringit, & ardorem, & corruptionem.

De Stibio.

Stibiū lapis eſt fulgēs, & ſplendēs, nulli lapidi ſilis, q in metallis inuenit, colore aſſimilis plūbo: Cuius eſt optimū, quod late refulget, fragiliſſimū, & qd eſt in ſe mūdū, lapidoſum vel terrenū non cōunēs. Vires aūt hēt ſtypticas: vnde & refrigerare, & ſtringere, & lachrymas velut oppilare pōt.

De Sandaracha.

Sandaracha affertur maxime à Ponto, & Cappadocia, & Cilicia: & eſt à primo lapis igneo colore, qui in minuta comminuitur. Eſt ergo optima ſandaracha, quam florem appellamus, quæ eſt B roſeo colore, munda, vel nihil exterum admiſtum habens: Effectu & ipſa fortiter ſtringens.

De Sagapeno.

Sagapenum eſt lachrymæ genus, quod in aliquibus locis colligit: Cuius optimū dicimus, qd eſt glebulis minutis durum, colore ſubſimillimū myrrhę, guſtu acri & quaſi glutinoſum, odore ce paſtrū, recēs, mundū, et intus albidū, & extrinſecus rubidum. Vires hēt, quę cū acrimonia viſcide laxare poſſunt. Hoc ipſum galbano aliqui adulterāt, formatis ex eo guttulis eiuſdē magnitudinis.

De Sepo.

Sepum omne mollire poteſt durities. De quadrupedibus optimum eſt leoninum: melius eſt leopardinum: nunc melius vrſinum, ꝙ taurinum, vel ceruinum: caprinum vero ſpiſſius eſt & ſiccius, & magis hircinum, vel aſininum. De volatilibus vero optimum eſt anſerinum, melius pullinum. Item melius phaſianinum, & omnibus melius vulturinum.

De Sanguine.

Sāguis oībus humidus eſt. Foris in corpe illinitus, ſtypticus iuenit: & oculis ꝓdeſſe cōprobat.

De Syricio.

Syricium herbulæ radix eſt, nota ꝙ pluribus, exalbida & ſpiſſula: Quæ acrimonia ſua, & aſperi C tate, vrinā et calculum prouocat: Sternutare copioſe facit tunſa, et cribrata, & in naribus impoſita.

De Staphide Agria.

Staphis agria ſemen eſt herbæ, quæ floreſcit ſimiliter, vt vites erraticæ: & fructum affert in folliculis viridibus quaſi ciceris, triangularem, album, ſubrufum, guſtu acerrimum, & amarum. Verum optima eſt, quę eſt recens, nigra, plena. Hæc ipſa cum maximis vexationibus viſcidiſſime relaxat. Pediculos quoq; ex oleo lęuigata, & corpori illinita occidit.

De Sepia.

Sepia eſt marinum animalculum, cuius teſta & item os ſiccatum, & repoſitum, leue, & candidum, & oblongum videtur, & ad vſum medicinæ facit. Admiſcetur autem collyrijs: & ſolum in mortario lęuigatum, dentifricium eſt optimum.

De Sulfure.

Sulfur optimum eſt, quod viuum appellatur, & eſt ſplendidiſſimum, & perlucidum, & veluti perunctum. Vires habet viſcide relaxantes, & plurima vitia remediantes.

De Silphio.

Silphium radix eſt, cuius lachryma laſer eſſe diximus: & eſt radix pluribus nota. Viroſe & acri D ter excalfacit, & veſicā lędit: verū admiſceſ antidotis, & purgatorijs: & ſale condita ſuauiter facit.

De Seſeli.

Seſeli ſemen eſt herbæ, quæ ſimilatur fœniculo & anetho: creſcit, & grauat, & grana affert vaſtiora & oblongiora, ꝙ vtrunq;. Verum & hoc eſt diureticum, & in plurima antidota mittitur: proprie tamen ad colicum dolorem facit.

De Scammonio.

Scammonium, quod & colophoniū vel diagridium dicitur, ſuccus eſt herbæ, quæ à ſua radice plures ramos intra ſe mittit: quæ naſcitur & in Myſia, & in Colophone: & ſilr, vt creditur, mandragorę aut quaſi panacis, radix illius inciditur, & folijs ſuis ſuppoſitis lachryma, quę emanat, excipitur. Verum optimum diximus ſcammonium, quod eſt medium, leue, perlucidum, intus nō ſpiſſum ſed magis prout ſpongia fiſtuloſum, & ſplendidum, & quod ſimul ac ſaliua tangitur humorem lacteum & amarum oſtendit. Hoc igitur ipſum ſtomachum quidem euertit, ſed ventrem viſcide purgat. Adulteratur autem tithymali ſucco, ſed ita deprehēditur, ꝙ tithymali ſuccus ad guſtum minime excalefacit, quodam modo, ſed vrit, quod abeſt ab ſyncero colophonio.

De Singibere ſeu Zingibere.

Singiber herbulæ radix eſt puſilla, exalbida, leuis, & veluti trunca. Inuenitur maxime in Tro-

glodytis,& Arabiæ partibus: & aliqui illam piperis radicem putāt. Hoc ergo optimum est, quod E est recentissimum,& sine fistula vlla, quod ἄτρυτον græce dicimus, odore suaui, gustu & sapore simile piperi. Cuius vires plurimæ sunt, sed proprie digestionem facit: & stomachum confirmat & corroborat: & ventrem laxat.

De Styrace.

Styrax est quasi lachryma arboris, quæ & ipsa styrax appellatur, filîs tota cydoniæ. Huius igitur arboris ramuli & virgulæ, vt vermiculi, circa ipsas medullas nascuntur: a quibus inciduntur, & foramina ipsorum scobem quasi furfur emittunt, quæ cū lachryma confiscatur: quod in modum resine pityinæ manat, maxime æstibus medijs,& Sole candidissimo. Verum optimum dicimus styracem, qui est subrufus,& qui multū resinæ specie permanet, odore suaui & quasi melleo, & subausterus, sine humore,& leuis dum fricatur. Viribus autem potest leniter relaxare: calefacit enim & lenit durities,& mollit. Sed adulteratur copiosa scobe ipsius arboris, vel etiam alterius, exinde tunsa, & cribrata, & cum melle decocta, subacta,& rursus cera & adipe reuoluta.

De Symphito.

Symphitum, quod aliqui anagallicum dicunt, herba est pluribus nota: cuius radix videtur oblonga, cortice nigra, ad gustum subamara,& glutinosa. Propter quod ad restringendum, sanguinem excreantibus datur: viscide autem stringit,& glutinat. F

De Spuma Argenti, vel Lithargyro.

Spuma argenti fit in metallis,& purgamentis argenti qn̄ conflatur. Itē ē scoria, quā Græci molybdenā dicunt. Aliqua ex plūbo, et ipsa coctura in speciē pusillorū tribulorū redigit̄. Verū optimā dicimus, q̄ est colore assimilis auro,& vsq; grauis. Potest autē aliquatenus stringere,& refrigerare: & eadem præstat, quæ & cerusam facere dicimus. Ab aliquibus vero lithargyrus appellatur.

De Sori.

Sori glebula est viridis, q̄ foramina habet quā plurima. Dicit̄ & aliud eius genus inueniri colore argenteo. Verum optimū iudicat̄ Ægyptium, i. quod ab Ægypto affertur: quod plurima habet foramina,& est fragile,& dum comminuitur infuscatur, gustu stypticum,& odore nauseosum sic vt & vomitum quibusdam moueat. Coquitur autem vsquequo fit colore rufum. Et habet vires valde stypticas & acres: vnde & alienationes continet: & vulnera, quæ luxuriantur, exiccat.

De Stœchade.

Stœchas herbula est, quæ ramulos emittit tenues & oblongos, circa quos habet folia oblongiora, q̄ thymbra, sed non dissimilia,& semē minutum: tota herba est odore suaui, gustu acris, & subamara. Vires habet relaxantes: vnde menstrua prouocat,& vitia thoracis sedat,& in antidotis miscetur. Nascitur plurimum in insulis, quæ stœchades dicuntur, G

De Sapone.

Al. hircino. Sapo conficitur ex seuo bubulo, vel caprino, aut veruecino,* & lixiuio cum calce: Quod optimum iudicamus Germanicum, est.n. mundissimum,& veluti pinguissimum: deinde Gallicum. Verum omnis sapo acriter relaxare potest, & omnem sordem de corpore abstergere vel de pannis,& exiccare similiter vt nitrum vel aphronitrum. Mittitur & in caustica.

De Sampsuco.

Sāpsucus herba est: folia & ramos hēt plures & pusillos, circa terrā diffusos, nō dissimiles nepitę: tota herba olēs est suauiter: Viribus acris, et excalfactoria, & ad oēm duritiē vel rigorem valde idonea.

De Sinapi.

Sinapi omnes nouerunt: Cuius efficacissimum est Alexandrinum: habet enim Vires acriter & viscide distinguentes: propter quod vitia loginqua eliminat, eo q̄ loca sanguine manātia exiccat,& extringit,& corroborat simul stomachum: quod ipsum sinapi mosano vidimus cōtingere.

De Sertula. H

Sertula herba est humilis, odore suaui, exalbida: flosculum habens subrufum: Cuius melior habetur, quæ est recens,& vastior,& non nimis exalbida. Vires autem habet leniter relaxantes: propter quod & oculorum tumorem sedat: & partibus neruosis, & delicatis, ex aqua multa cocta, in modum fomenti trita & imposita facit.

De Syro.

Syrū nascit̄ in Africa, & in India: Optimū tn̄ habet̄ Arabicū, & huius ipsius, quod est recētissimum,& plures & breues calamos habet: & si frangit̄, rubicundū intus apparet: redolēs suauiter, si fricet̄ inter manus: & gustu, linguā submordēs, q̄ Vires habet acriter relaxantes. Proprie quidem vesicam petit, & vrinam prouocat. Mittitur & in antidota, quæ aduersus venena faciunt.

De Scilla.

Al. allio. Scilla radix est herbæ pluribus nota: est enim colore & corticibus vasta,& cępæ vel bulbo assimilis. Vires habet acerrimas,& excalfacientes: vnde & tussientibus,& hydropicis vtiliter datur. Et si fricetur in corpore, magnam,& intolerabilem pruriginem facit.

De Scordio, vel Allio Agresti.

Scordium herbula est virgulas mittens quadratas, rectas, & oblongas: & folia stringentia, ad gustum

A gustum subamara, odore oleaginosa, flore rubicundo. Vires hēt acres, & diureticas, & ad viperas facientes.

De Scinco.

Scincus animal paruulum est, quod in India inuenitur, quadrupes, & simile lacerto, sed multo maius, & longius, & ventrosum: hoc igitur salitur. Et venerea facit drachma vna carunculę illius ex vini cyatho potata: si enim plus sumatur, affert periculum.

De Sedo.

Sedum herba est, quam aliqui senecionem vocant: quæ & in petra nascitur, & super tecta: folia enim habet viridia, densa, & quercui similia, sed crassiuscula, & pinguia: thyrsulum emittit oblongum & subrufum: capitella habet oblonga, in summo habens in modum verticilli. Vires habet stringentes, & refrigerantes: propter quod similis est plantagini, & ad eadem proficit. *Al. vmbil.

De Satureia.

Satureia fere easdem vires habet, quas & thymus, & eadem facit, etsi est aliquatenus infirmior.

De Spondylio.

Spondylium locis humidis crescit, & habet radicem albam, & assimilē radici, quā in cibos mittimus: & thyrsos oblongos quasi fœniculi: folia quasi platani: semē quasi seseleos, duplex, sed can B didius, & latius, & veluti piliastrum, florem album. Huius igitur semen potatum bilem detrahit, & ventrem soluit acrimonia sua. Regio morbo, & ad tussem, & suspiriosos videtur prodesse.

De Sisymbrio.

Sisymbriū est assimile mētę: latiora quidē folia hēt, & odore suaui: Et excalfactoriū est, & diureticū: & ad apicularū & similiū aīalculorū pūcturā cōfert p̄sidiū. Semē illius potatū ad eadē facit.

De Smyrnio.

Smirnium est assimile apio, sed folia hēt latiora, & subaureo colore, & quasi pinguia, & fortiora, redolentia cū aliqua acrimonia: ramulū & capitellū prout anethi: semen rotundū, nigrum, fere gustu mirastrum: radicem succosam, mollem, leuem, odore suaui, cortice nigro, intus viridem aut exalbidam, & ad gustum fauces mordentem. Vires aūt habet acres, & sudorem suscitantes: vnde & tussientibus, & suspiriosis, & hydropicis, & coxiosis prodest, & ad serpentum morsum facit.

De Satyrio.

Satyrium herba ęst, ramulum habens oblongum & purū: florē purpureū, exalbidū: folia quasi lilij, subbreuiora & subrufa, tria vel quatuor, ad terrā iacentia: radicem duplicem, quasi testiculos: Quæ radix potata venerea prouocat. Succus illius inunctus lippitudines optime curat. Est & C aliud satyrium erythraicum, quod assimilatur semini lini: vastius quidē est, & leue, & splēdidum: cuius radicis cortex tenuis est & rubens, ipsa penitus alba & dulcis. Tertium quidem satyrium aliqui herbam basilicam appellāt: cuius folia sunt priori satyrio similia, sed grauiora, & leuiora, punctis asperis, nigrioribus: radix eius, pedis vrsi habens similitudinem: flore aureo vel croceo: & si cum aqua vel vino fuerit trita, croceatum efficit colorem. Vires habet excalfactorias, & aduersus venena facientes. Quam herbam siquis secum habuerit, ab omni genere serpentum erit securus.

De Sisario.

Sisarium notum est omnibus. Et huius radix vires habet diureticas.

De Scolopendria.

Scolopendria similis est scolopendriæ animali: in petris humidis nascitur, nec florem habet: folia ipsius in superficie viridia sunt, sed rufa & limosa. Cum aceto potata splenem curat: & extrinsecus cum vino posita iuuat: & calculos expellit. Vires habet diureticas.

De Scopa Regia.

Scopa regia facile est nota oībus: et hēt radicem tenuē, & oblongā: & virgulas oblongas: & folia ex interuallo assimilia lactucæ, sed fixiora & fortiora. Vires aūt hēt & ipsa acres, & diureticas.

D *De Sinopide.*

Sinopis optima est, quæ in Lemno insula inuenitur: & huius ipsius, quæ sphragis appellatur. In terris autem sinopis in quibusdā speleis colligit̄: & caprino sanguine in modū fermenti subigitur, & in pastillos redigitur. Adhuc optima sinopis dicitur cuiuscūq; loci erit, si bene fuerit cocta, quæ est rubicundissima, & spissa, grauis, per omnia eodem colore, & sine lapillis: quę ex vna mica plurimum humoris in similitudine sanguinis inficit. Vires habet efficaciter stringentes.

De Sio.

Sium semen est, quod maxime de Assyria defertur, fusculum, oblongum: Acre, & viscide excalfactorium: propter quod ad inflationes, & rosiones stomachi, & choleræ proprie facit.

DE TRAGACANTHA

TRagacātha est lachryma herbæ lignosæ & spinosæ: cuius radix incisa hāc ipsam lachrymam emittit: q̄ aliquatenus siccata prius tñ q̄ indurescat, cultello in tenues laminas secat̄. Est ergo optima tragacātha, quæ mundissima cādidissima, tenuis, lucens, recens, & subdulcis. Vires autē hēt quales sarcocolla, & aliquatenus efficaciores: magis.n. stringit, plus & lachrymam reprimit.

De Thure.

Thus lachryma est arboris, quæ in Arabia & in India nascitur, quæ græce libanus dicit̄. Quod

ergo de Arabiæ arbore manat,candidius eſt: Quod de India, ſubrufum: verum vtrũq; maſculum E appellatur. Eſt & tertium minutũ valde & rufum, de quo maxime manna cõficit. Erit ergo optimum thus,quod maſculum diximus, ſubrufum, rotundum, & naturaliter lene, fragile: & ſi pinſat,in miculas minutas,et vt ſabulum diſſipat: & quod ad ignem cito accendit,odorem ſuauem et copioſum emittit. Vires autem habet leniter excalfacientes. Sed adulterat reſina pityina, & gummi, & thure cõmiſtis: & fit in ſpecie ſynceri thuris fortis. Itidem & mãna adulterãt aliqui,læuigata reſina pityina,vel farina,& cortice thuris,& cortice nuclei pinei. Sed deprehẽduntur ita: Thus.n. quod reſinam vel gũmi habet, ſi maſticet, fit quaſi maſtiche, & ad ignẽ non cito accendit, nec talẽ odorem habet. Silr & manna, & cortex,ſi ſyncera non ſint,tardius & fumoſius incenduntur.

De Tithymalo.

Tithymalus ferè tot habet vocabula,quot & ſpecies,ſed non refert: eadem autem omnium vis eſt. Colligitur ergo & quaſi lachryma,& quaſi ſuccus: quaſi lachryma ſic: Singulæ virgulæ prope ipſa capitella franguntur: & ſic lachryma veluti colum quod manat, in conchulas quaſi opiũ colligitur & ſiccatur: ſimiliter & hoc eſt uiridiſſimum. Succus deinde ab ipſis folijs contuſis & expreſſis excipitur, & eadem ratione ſiccatur: & eſt infirmior. Verum eadem facere tithymalus poteſt, quæ & elaterium facere diximus: & extra quaſi pſilothrum pilos tollit, etſi incidat cutem F qua causticum vrit, maxime quando eſt recens,& dum colligitur.

*Al. validiſſimum.

De Thapſia.

Thapſia ſuccus eſt herbæ eiuſdem vocabuli: quæ folia habet ſimilia fœniculo, ſed rectiora & vaſtiora: thyrſulum quaſi ferula: florẽ violaceum: ſemen latum: radicẽ albam & vaſtã,quam q volet effodere, aut ſuccũ illius exprimere, prius corporis ſui quicquid erit nudũ, ceroto liqdo perungere debebit: ſin minus,inflationes & puſtulas circa faciẽ & manus patiet. Exprimitur ergo ſuccus thapſiæ lota ipſa radice,& in pila contuſa, & ſic organo preſſa: qui ſuccus in mortario læuigatur,& in Sole ſiccatur. Aliqui & folia cum radice iungunt,& nimium tundunt, & exprimunt,qđ eſt inertius. Alij aũt, quod eſt optimum & viſcidiſſimum, ipſam radicem refoſſa terra nudant,ita tamen q vna in terra maneat: & ſic eam cum ferula ſua acuto ſcalpello incidunt, & veluti ſcarificant,& lachrymam quæ manat,colligunt. Vires aũt habet thapſia acerrimas, & in modum ignis cauſticas: prodeſt tamen longinquis vitijs,illa ratione,qua & ſinapiſmus.

De Thymo.

Thymus herbula eſt humilis, & ramoſa, & ramulis duris, & lignoſis: quæ folia habet puſilla, & anguſta, & oblonga, & ſubalbida: in ſummo capitula in ſpeciem formicarum in ſe implicitarum,& concurrentium. Vires habet acres,& excalfactorias, & ſtringentes: propter quod omnibus vitijs ſtomachi,& thoracis, aptiſſimum eſt. G

De Thlaſpi.

Thlaſpi herbula eſt,quę folia habet magnitudine digiti: thyrſulum ſubalbidum,tenuẽ,& oblõgum: ſemen aſſimile cartamo,& quaſi patulũ & dilatatũ. Vires quoque habet acres,& relaxãtes, & veluti mordentes: vnde aſperitudines oculorũ, & cicatrices extenuat.Et potatũ,ventrẽ ſurſum & deorſum purgat cum oleo læuigatum. Punctiones,frigora, & horrores in acceſſione diſcutit.

De Trifolio.

Trifolium herba eſt omnibus nota. Huius igitur folia & pota,& pro fomento impoſita,viperæ morſus remediant. Item ſemen illius in emplaſtrum mittitur, & radix in antidota: vtraq; ad venenoſorum ſerpentum morſus facientia.

DE VERATRO VEL ELLEBORO

VEratrum radiculæ herbæ ſunt eiuſdem vocabuli, exalbidæ, & oblongæ, & ab vno capitulo copioſæ & directæ,& quæ per ætatem maiores quidem,q̃ porri capitula,ſed non diſſimiles: Quarum optimæ ſunt, quæ aſpectu vnctulæ videntur,& non rugoſæ: & quæ medullam tenuem H habent,& guſtu magis excalfaciunt,& vomitum prouocant: tale nãq; eſt Creticum,nam Gallicũ multo eſt inertius. Verum omne veratrum eſt viſcidiſſimum medicamentum, & fortiſſimũ purgatorium in tãtũ, vt venenoſum eſſe dicatur. Eſt et aliud veratrum nigrum,quod magis purgat. Aliqui ſecundum ambo purgant veratra,& elleborum dicunt.

De Viſco.

Viſcum ſuccus herbæ eſt,quæ de ramis arborum excreſcit: quæ herba habet fructum rotundũ in ſpecie vuæ,pallidiuſculum: qui fructus tunditur, & cõmodatur ad aquam frigidã copioſius, & diligẽter,vſquequo nihil aſperum de cortice eius fructiculus habeat, ſic.n.euadit glutinoſiſſimũ. Alij quoq; in aqua coquunt,& eadem diligentia expurgãt. Verum optimum eſt, quod in quercu arbore creſcit: & quod eſt mundum,ſubuiride,purum: & quod ſi extendatur,non rũpitur, ſed in ſpecie membranæ extenuatur. Vires habet acres,& quæ durities remollire poſſunt.

De Viola.

Viola ſpecies habet tres: eſt.n.alba,& purpurea, & aureo colore: floresq; de radice eius excreſcũt: Quibus melior habet,q̃ eſt purpurea. Verũ oẽs viſcide relaxãt,ſicut et vrinã prouocãt aliqñ. Et ſemen illarũ partum expellit,& lumbricos occidit.Odorem vero habens eſt flos ipſe ſuauem.

A *De Vrtica.*

Vrtica est oĩbus nota: Et est calefactoria valde: quapropter attrita, cum oleo vel axungia inuncta, contra frigus facit. Item potata cum vino, morbum regium emendat: & antidotis, q̃ colicis quidẽ sunt ꝓpria, admiscetur. Itẽ trita cum melle singula cochlearia diurno potui data, tumorem ventris, vel frigus ex pulmonibus conceptum, sedat: & calore suo omnes humores dissoluit.

De Vella.

Vella herba est folijs quidem minor, q̃ eruca, sed non dissimilis: flore violaceo: semẽ habet velut in folliculis oblongis, ordinis stipati, prout nasturtij: & gustu calefactoria est, submordens, & Viribus relaxans: vnde ad tussem veterem, & ad regium morbum cum melle optime facit.

De Vetonica.

Vetonica herba est, quæ radices habet aliquatenus crassitudine digiti: & ramulos longos quadratos: folia quasi quercus, suauiter olentia: florem purpureum: semen circa ramulos in circuitu, in modum spicę, nigrum: nascitur in pratis & montibus. Vires habet leniter acres & diureticas.

De Vite.

Vitis est, quam omnes nouerunt, ex cuius fructu vinum exprimitur. Huius igitur folia viri-B dia in frontem frequenter exposita & immutata, oculis ex rheumate dolentibus prosunt, eo quod stypticum et austerum habent. Botrus vero eius maturus calidus est: infundit et procurat ventrẽ, & maxime si albus sit. Passa autem vua ardorem facit, & ventrem procurat. Immaturus vero botrus vuæ, frigidus est, & ventrem stringit: vnde & dysentericis facit.

De Vino.

Vinum omne calidum est. Vires atq; motum corpori p̄stat, eo ꝙ calefacit, & resumit, & reficit oĩa membra, quæ ex frigore & dolore constricta tenent. Vinum & oleũ si calidũ ex vnguento ponatur, oportet diu perfricare, quousq; totum corpus illud perbibat: silr & ijs quæ in humeris dolore tenent. Vinum recens, calidũ minus est vetusto: & ventrẽ procurat. Vinũ albũ, diureticum est, & toti corpori aptũ. Vinum nigrũ & dulce, sanguinẽ nutrit: & oculis contrariũ est: & capitis scotosin i. vertiginem, & corpori grauitudinem, & stomacho turbationem, & somnos graues infert. Vinũ, maxime si cũ modica aqua bibat, saluti corporis prodest, eo ꝙ nutrit, & custodire põt sanitatẽ. Primo quod albũ est, magnũ remedium corpori facit. Vnde & de ipsa aqua ratio est reddenda. Oĩs virtus aquæ frigida est, & dulcis, & humida: & febribus acutis aliquoties facit. Vulneribus cancrosis si sola abhibeat, perniciẽ infert: qa omne vulnus in corpore dulce esse videtur, & C tunc gaudet cancer, & crescit, dum sibi consentiens & amplius nutriens incrementũ acceperit: nã cum melle & aqua iuncta, aut ex lixiuia, cancer semper lauari præcipit, aut cũ vino & melle simul.

Vinum aũt acetum factũ, incipit frigidum esse, & stypticum: & non nutrit, sed magis compescit. Fiunt nanq; de vino diuersis modis proportiones corporibus aptæ. Vnde mel & vinũ solũ ventrem procurat, & calefacit: piper vero adiunctũ i. conditum plus calefacit & siccat: silr & vrinam deducit, & corroborat stomachum, maxime si crocus modice admiscetur: & infundit, & ventrem procurat. Sambucatũ similiter, & mastichatum, ventrem procurat, & choleram rubram temperat. Rosatum infrigidat, & vrinam & ventrem procurat. Absinthinum, vẽtrem & cholerã emundat. Violaceum, vrinam prouocat, plus stomachum corroborat, & lumbricos excludit.

DE XYLOBALSAMO

XYlobalsamum ramuli sunt arboris, quæ balsamus dicitur, tenues, exalbidi, suauiter olẽtes, gustu & viribus acres, & calefactorij, & relaxantes.

De Xylocinnamo.

Xylocinnamum est assimile aspectu cinnami, sed crassius, & longius, & quodam modo lignosum: sed viribus & odore infirmius: & ad eadem sumitur, & eadem præstat.

D DE HYOSCIAMO

HYosciamus est quem aliqui altercum dicunt, herba omnibus nota: Quæ species habet tres: est enim, quæ semen & florem albũ habet: quæ vtrunq; nigrum: quæq; vehementius velut purpureum maxime, quod eligimus: quod quidem folijs & cauliculis non multũ vires hẽt refrigerantes, & stringentes, & marcorẽ faciẽtes. Quapropter succus ex folijs & cauliculis dum adhuc sunt virides exprimitur, & siccatur: & similiter vt opiũ in antidotis & collyrijs mittitur: & eodẽ modo oẽm dolorem compescit. Aliqui vero eum interficere dicunt si bibatur, & esse venenosum.

De Hysopo.

Hysopus est quasi sordes et succus lanarum succidarum: qui hac ratione colligitur: Lanas succidas sordidissimas, et iam mox detonsas, mittimus in vas, quod habeat calidam aquam: & aquam succẽdimus vt aliquãtulum ferueat: deinde refrigeramus, & quod supernatat in modum pinguaminis, abradimus manu, & in vase stãneo absternimus: & sic ipsum vas aqua pluuiali implemus, & opertum tenui linteo in Sole ponimus, & rursus delimpidamus: & tũc hysopum reponimus.

Vires enim habet cum aliqua acrimonia mollientes, & relaxantes. Sed adulteratur ex pinguedine & ceroto molli: sed statim deprehenditur, eo quod syncerus hysopus reseruat succidum lanæ: & si manibus fricetur, in similitudinem cerusæ efficitur.

De Hyssopo herba. E

Hissopum herba est: est vero erraticum & hortulanum: verũ omne hyssopum facile notũ est: Et habet vires acres, & calefactorias: vnde tussientibus, & suspiriosis ꝓdest: & lubricos expellit.

De Hypocisthide.

Hypocisthis herba est, quæ nascitur subrufa. Huius succus exprimitur, & reponitur, non dissimilis acaciæ, sed mollior tactu, & effectu viscidior, stringit enim vehemẽtissime: vnde vẽtris profluuium, & sanguinis abundantiam reprimit, & sine mora præbet effectum.

De Hyperico.

Hypericum herba est, quæ ramulos habet plures, tenues, & oblongos, colore subrufo: folia similia rutæ: florem tenuem, & aureo colore, vel est similis violæ: semen nigrum, in forma hordei. Vires habet acriter stringentes, potatumq; ischiadicos emendat, & vrinam prouocat, ventrẽ stringit: & pro fomento positum, combusta sanat.

De Hyacintho.

Hyacinthus thyrsulum habet læuem, florem purpureum, folia & radices quasi bulbi. Tota herba viribus & effectu styptica est valde.

EPILOGVS F

HÆc sunt frater charissime Paterniane, quæ memoriæ nostræ subuenire potuerũt: & quę partim ipsi probauimus, & q̃ experti sumus, et apud antiquos et receptissimos auctores medicinæ inuenimus. Nunc pro tua examinantissima diligentia curabis omnia examinare, et etiã singulas res cum sua scriptura comparare, ideo, vt siquis post auctorum lectiones ad hanc fuerit conuersus scripturam, in nullo possit reprobus inueniri.

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE VIRTVTE CENTAVREÆ

CENSVRA

Liber, qui licet Galeni non sit, pleraq; tamen, quæ in eo continentur, ratione non carent.

De Intentione eius in hoc libro. CAP. 1.

EGo vidi frater mi Papia, sicut Themistius famosus magister narrabat de arnoglossa, quòd re vera incredibilia existimantur esse, quæcunq; de cẽtaurea volo narrare, ita multas & difficiles passiones curat. Sed si nõ credideris mihi, & probare volueris, quã virtutẽ habeat, non decredes sed miraberis de eius succo, sicut de nullo alio pharmacorum: nihil.n. est propè dixerim inuenire euidẽtius, & ad multa vtilius cẽtaurea. Fortassis aũt non erit iniustũ, illis qui liberaliter eius experientiã ostenderunt, prębere grates. Sic.n.à certa notitia veteris hoc pharmaco, cogitãs ꝙ non sunt solũmodo pronũciationes ea, q̃ dicũtur, cum sint iã ad actũ producta. Apollonius igit̃ senex vnus virorum, qui valde erãt approbati in Roma, cuius magister fuit expertus medicus, vtebatur hoc pharmaco in multis aduersitatibus: & per Deũ miratus sum de ipso in circũambulatione, plurimũ.n.propter hoc circũambulabam cũ ipso. Cumq; quendã morsum à cane rabido curaret ꝑsente me, & deridẽte, & dicente, nũc nõ habes vti cẽtaurea, conuersus ad famulũ ait, da mihi pyxidẽ: cũq; dedisset ei, videns eũ de pyxide accipiẽtẽ de pharmaco, primo quidẽ putabã & ipsum deridere, erat.n.maxime simplex homo: postq̃ aũt vidi curam facere de ipsa, multũ miratus fui de succo: & exinde diligẽs inquisitor factus sum de ipsa, vt dicta antiquorũ percurrerem: & eorum, qui ꝑm nos, plurimos medicorum interrogarẽ de ipsa si aliquod nouũ haberent dicere. Nihilo minus oĩa aggregãs, iudicaui scribere tibi de ipsa, vt nihil tibi deficeret eorum, quæ à nobis cognita sunt. Hęc quidem in tantum dicta sint.

De Speciebus Centaureæ, & Notificatione earum. CAP. 2.

CEntaureæ aũt sunt species duę: & ꝑm veritatem ita est, vt Crateuas dicit in tertio libro eorũ, q̃ eradicãtur: Vna quarum folia hẽt sicut lapathium hortulanum, minora tñ: in circuitu autẽ sunt scissa, sicut serra: caulem aũt habet sicut triũ palmorũ: opum vero habet rubrũ: in summitate vero eius caput laminiginosum cancro marino siñe: radicem aũt habet solidã, & crassam: & est in gustu dulcis & subacris: nascit̃ vero in locis altis, & aliqñ in planitie, & in locis, q̃ aspiciunt̃ à Sole:

hæc

A hec quidem centaurea solida dicitur. Altera vero, subtilis centaurea dicitur: nominatur autem ab aliquibus limnesia. Magna igit centaurea fructuosa est, et in pratis nascens. Parua vero est vnius palmi, ramos habens paruos, & flores paruos, radicem vero omnino subtilissimam & debilem, & in gustu est amara sicut absinthium: nascitur autem maxime in locis stagnosis & paludosis.

De Modo Succationis seu extractionis, & Conseruationis, succi centaureæ. CAP. 3.

Est autem sermo hic de vltima. Succatur aūt sicut & alia quæ pdicta est, modo tali: Lebes proponitur magnus, sicut qn̄ fit hepsema i. vinum coctum: & ponitur cētaurea minor, vt plurimum tpe quo vigent oporæ: & aqua superinfunditur tanta, quanta sufficit continere herbam: & tunc supponitur ignis, & coquitur herba sufficiēter. Demum postq; bene cocta fuerit, vt virtus tota sit emissa in aqua, aufertur centaurea, et exprimitur: & mensuratur decoctio: & tertia pars hepsematis i. vini cocti, superinfunditur ei, & coquitur quousq; habeat spissitudinem mellis. Ego autem, sicut prædictus senex, coxi eam in lebete, & auferens & exprimens incidi eā: & iterū coxi in aqua: deinde exprimens & colans mensuraui: & iunxi vini dulcis decocti optimi tertiam partem, & coxi quousq; habuit consistentiam: & feci valde fortiorē huiusmodi confectionem: & ille senex laudauit. Fit autem et absq; aqua huiusmodi herba incisa & expressa. Et fit etiam de flore eius succus, B inciso eo & expresso: & confert in ophthalmijs. Oportet vero attendere in decoctione, ne induretur: post hoc autem dimitte infrigidari: & repone in vase, & obtura diligenter.

De Natura Succi Centaureæ, & eius Conseruatione, & Vtilitate. CAP. 4.

Est autem huius succus, vt sensibiliter est dicere, stypticus, & siccatiuus, & calefactiuus, cum virtute immanifesta operans: quam non est possibile exponere verbo, neq; ad excogitationem venire, ita est vtilis ad multa.

Ad Passiones Capitis.

Confert enim dolori capitis, qui fit propter multam adustionem Solis, vel vini meri potationē, qn̄ permiscetur cum aceto & vngitur. Confert ēt ad sudores capitis, permistus cū vino, & vnctus abraso capite. Iuuat etiam vlcuscula, quæ fiunt in capite spissa & parua & rubicunda paruis papillis similia, & phygethla spissa & parua et rubicunda, permistus cum aqua & vnctus abraso capite. Confert etiam ad furfures cum aceto, abraso & prælauato capite cum aqua salsa.

Ad Passiones Oculorum.

Confert etiam ad cancros oculorum asperatos, & ad pruritum oculorum, & cicatrices albas, & caligines, & sycoses, & communiter ad omnes antiquas dispositiones oculorum. Mitigat etiam C phlegmonas oculorum & dolores, quando vngitur desuper: & rubicundos & sanguinosos oculos sine phlegmone, si vngatur cum aqua: & similiter approximata cum aqua curat hordeolum.

Ad Passiones Aurium.

Mitigat ēt aures phlegmone laborantes & dolētes, si apponatur in quantitate lentis cum aqua rosata vel vino. Sanat etiam vlcera quę sunt in auribus, cum vino. Et etiam confert auribus sanie manantibus, & humidis, & fœtidis, si cum vino austero colluantur, & postea cum vino solo. Confert etiam ad sonitus aurium, permista cum aceto & infusa: & ad difficultatem auditus cum succo raphanidis. Iuuat etiam ad pulices, & cimices, & consequenter ad omnia alia, quæ ingrediuntur ad porum auditus, cum aceto permista: proprie vero ad cimices cum oleo. Mitigat etiam phlegmonas, quæ fiunt in poro auditus in superficie, & rubores, & quassationes aurium, cum vino.

Ad Passiones Narium.

Confert etiam ad narium vlcerationes, & putredines, & fœtores, cū aceto. Et sistit fluxum sanguinis narium cum aceto permista, & cum lixiuio posita. Iuuat etiam fracturas narium, vngendo narem, quæ patitur, ab intra & ad extra.

Ad Passiones Oris & Partium eius.

D Confert etiam vlcerationi oris, si vngatur cum aqua: & alcolis tam albis quàm nigris, in pueris quidem cum aqua, in perfectis vero cum vino austero colluta. Confert autem putredinibus oris, & depascentijs malignis, si colluatur cum vino, & vngatur. Iuuat etiam os humidum & fœtidum, si colluatur cum aceto. Prodest etiam scissuræ labiorum: & gingiuis diu sanguinolentis, & tumidis, & phlegmone laborantibus, & vlceratis, & corrosis: & etiam eis quæ pungunt in productione dentium, si colluatur cum vino, & vngatur. Confert etiam ad parulidas & epulidas, quæ sunt tumores gingiuarum, & paristhmia phlegmone conflictantia: & communiter ad palatum, & radicem linguæ cum aqua generose. Iuuat etiam synanchicos, si vngatur cum aqua: & similiter confert ad escharas paristhmiorum, aliquando quidem cum aqua, aliquando autem cum melle. Curat etiam cionida seu vuulam dislocatam, vel relaxatam, vel phlegmone affectam, cum aqua. Confert etiam post chirurgiam cionidi, si vngatur cum aqua hoc pharmacum.

Ad Liuiditates Oculorum.

Tollit etiam hypopya i. liuiditates, quæ fiunt in oculis, & alias liuiditates recētes oculorum, seu sanguinem mortuum, permista cum aqua, & vncta, fascia superapposita.

Ad Pudenda.

Cōpetit etiam pudendorū & oschei vlceribus, vncta cū vino. Cōfert ēt rhagadijs, & thymis, et phlegmonen

phlegmonen patientibus pudendorum, vncta cum aqua: & annadibus pudendorum cum vino. E Generose etiam operatur & in depascentijs, & nigroribus qui circa pudendum & in extremitate virgæ, quæ dicitur glans. Visus autem in his est diuersus. Accipitur enim de succo tantum, quantũ est nux, & de vino cyathus vnus vel duo, & feruent simul: & de hoc colluitur locus quolibet die: deinde superapponitur ab extra hydromeli. Non oportet autem pudendum trahere deorsum vt fluant liquores, sed apprehendatur cum ligaturis, sicut multi medicorum apprehendunt & ligãt: ita enim valde multos vidi curatos ab illo sene, & ego ipse curaui non paucos.

Ad Anum.

Mitigat ẽt sufficiẽter & phlegmonas ani cũ vino: & vlcerationes eius cũ aqua: & quassationes eius, vel depascẽtias, vel putredines, cum vino. Cõfert ẽt exitui ani colluta cũ aceto, demum vncta.

Ad Vngues.

Confert etiam quassatis vnguibus & apostematis, superligata fascia.

Ad Sudores, Erysipelata, & Explorationes.

Totum aũt corpus iuuat ad sudores, cũ vino: & ad erysipelata cũ vino: & ad explorationes sĩr.

Ad Herpetem.

Sistit etiam herpetas depascentes seu ambulationes, cum aceto: eos autem qui non sunt depa- F scentes, cum aqua. Delet etiam impetigines, cum aceto.

Ad Combustionem Ignis.

Confert etiam combustis ab igne, cum vino, absq; superligatione, absterso prius loco cum spongia infusa in vino.

Ad Vlcera Chronica.

Confert etiam chronicis & antiquis vlceribus, vncta cum vino: in corrosis vero, cum aceto: & in putridis similiter. Visus autem fuit Apollonius in gangræna cum aqua, & circuncharaxauit locum, vt ipse dixit: ego enim non vidi, sed credidi huic viro, multum enim erat veridicus.

Ad Plagas.

Maximum aũt est hæc succositas pharmacum ad oẽs plagas. Plagarũ aũt aliæ sunt superficiales, & aliæ profundæ. At superficialiũ alię quidem sunt in diuisione sola, aliæ in quassatione, alię in aposyrmate, aliæ vero vsq; quo emittitur os. Ad hæc autem oĩa excellens pharmacum est centaurea: quia vero diuersus est visus eius, redeo ad eum. In omnibus igitẽ superficialibus, vngitur cum aqua: vel ponitur in corio, & superapponitur loco, & ligatur cum fascia. In profundis vero, cum ellychnio cum melle, & superappositione fasciæ: qui modus etiam confert qñ fuerit scissio vsque ad G ossa. Vidi enim ego tertiam partem cutis capitis aposyrma pati, & curari illo modo per dies septẽ, & aliquando nouem, & aliquando vndecim. Habet autem proprietatem hoc pharmacum non colligendi humiditates. Iuuat etiã per modum collyrij in plagis, in quibus denudatũ est os, & non est magna diuisio. Colligens.n. tu labia vulneris, immitte pharmacum, & ad consolidationem ducet: & si suturam feceris, fasciam de panno vel corio pone in septem vel nouẽ vel quatuordecim diebus, & fomentes cum spongia. In sagittis aũt, & aculeis, & calamis, oportet immittere hoc pharmacum superapposita fascia. In percussionibus vero gladij, sicut in duellãtibus, ponatur in fascia de corio, fomentato loco prius cum spongia infusa in oxalme, idest aqua salsa, & aceto: et tunc vtẽdo centaurea cum melle, dimittẽdo vsq; ad quatuor dies. Iuuat autem & in chirurgia, qñ consolidare voluerimus, posita in fascia, sicut in colobomatibus, & atheromatibus, & fauis, & adipiminibus, & scrophulis, vel aliquo tali: confert etiam & acrochordonibus, et similibus, venctis per fasciã. Consolidat etiam plenas plagas cum melle mista. Ego autem visus fui in cura duellionũ hoc pharmaco, proijciens fascias & ligaturas, & vtens hoc pharmaco solo vsque ad consolidationem.

Ad Apostemata Incisa.

Summe etiam cõfert in apostematibus incisis paruis & multis diuisionibus, propter decorem, H aut magnitudinem, vel loci ineptitudinem. Quando igitur vtemur in apostematibus vt dictum est multis aut paruis incisionibus, tribus aut quatuor diebus exungentes cum aqua salsa & aceto, diligenter inungimus centauream cum melle.

Ad Feras Venenosas.

Confert etiam & in feris venenosis interficientibus, & non interficientibus: In apum quidem & incisiuorum morsibus, vncta cum vino: In reliquorum vero sicut & hydri, & cerastæ, & aspidis, & araneæ, & scorpionis, & turturis marinæ, & mygales, & hammodytæ, & amphisbænæ, & basilisci, & dryini aquatilis, & prasij, & scolopendræ, & ascalabotæ, & canis omnis & proprie rabiosi, & leopardi, & crocodili, & similiũ, visus quidem est diuersus. Statim enim quòd plaga facta est vel mordificatio, scarificare oportet eum qui in circuitu est locum: & in ipso loco qui patitur facere vnam diuisionem profundam, et sic mulgere et educere humorem: deinde in plaga superponere collyrium, et desuper fasciam de corio: et soluere per dies octo aut quatuordecim ad plurimum, et vino abstergere infuso in spongia. Aquam vero non oportet adducere, et maxime in morsis à cane: quinimmo abstinere oportet à balneo vsque ad annum ex omni aqua. Vlcus autem in morsis à cane rabido custodimus inconsolidatum tempore multo, sicut multi medicorum faciunt.

A faciunt, secundum veritatem tñ permittendum est consolidari sicut & alia vlcera in proprijs tẽporibus. Ita enim & Apollonius curauit quendam genere Gallicum, morsum à cane rabido: & ego curaui quendam iuuenem, dans ei ad bibendum pharmacũ istud, & aliqñ ex superabundanti cum oxymelite. In oĩbus autem, quæ œdemate intumescunt, per excellentiam confert, si vngatur cum ouo: mitigare enim & replere natum est in omnibus extrinsecis. Tusses etiam mitigare vidi datũ in fabæ magnitudine cum aqua: & stomachicis similiter cum aqua. Purgat etiam choleram cum melicrato: & soluit crassos & viscosos humores, in quãtitate auellanæ cum aqua. Iuuat etiam asthmaticos, & orthopnoicos, in quãtitate auellanæ datum cum oxymelite. Confert etiam ad ruptiones, & vulsiones. Et similiter curat spleniticos, in quantitate fabę ægyptiacę datum cum aqua. Iuuat etiam empyicos, in eadem magnitudine datum cum aqua: & hydropicos in eadem similiter. Confert etiam dysentericis, in quibus requiritur stypticatio & retentio. Confert etiam in dysuria, in magnitudine fabæ ægyptiacæ bibita cum aqua: & in ischiadicis in quantitate auellanæ datum cum melicrato. Operatur etiam in hydropicis, si inungatur cum vino: & bibatur cũ aqua, vel hydromelite in quantitate modica. Iuuat etiam matricem, & orificium eius, qñ phlegmone laborat, si inungatur cum vino: & similiter vlcera eius: Si autem nigra fiant, & putrefiant, vel sint depascẽ B tia, oportet vt vino & alumine colluantur. Mundificat autem & matricem immundam, in quantitate vnius auellanæ cum aqua. Bonum etiam est in collutionibus mulierum quidem communiter, proprie vero matricis. Et hæc de centaurea quidem in tantum dicta sufficiant.

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE CATHARTICIS

CENSVRA

Liber corruptus, & adhibitis veris libris cum iudicio legendus.

C QVoniam cognouimus, qualiter Hippocrates de augmento humorum locutus est, nũc demum introduco medicum, qui de virtute catharticorum locutus est, vt pdictos humores possit examinare: & expellere, q̃ nocua sunt corpori: primum considerãdo quo modo Erasistratus Homeri versus cantabat: et Hippocrates libros, amore medicinæ per diuersas ciuitates, prouincias, et singulas regiones proficiscens, experimento cognoscitur collegisse: & artificiose vitã, et theoremata consummasse: & quo modo ordinando nobis medicinam derelictam, voluisset pquirere, vt posteris traderet. His omissis oportet nos commoderari ordinẽ disciplinæ, vt hi qui post nos hmõi artis fuerint rectores, correctius teneant ea, quæ ab eodem vident esse composita. Fuit igitur solicitudo non tm̃ mihi, sed etiã multis desiderantibus gloriam, vt de catharticis scriptis aliqua traderẽt, & propter senectutis obliuionem thesaurizarent sequentibus: purgationumq; genera, & virtutes, et vsus eorum, diligenti solicitudine traderent. Dicendũ est ergo in primis de cathartici virtute, & officio eius. Ait Hippocrates, " Graciles, & facile vomentes sursum purgare cõuenit, vitantes hyemem: difficile autem & " D medic crassos deorsum, æstatem vitantes. Melancholicum ergo humorem deorsum purgare eadẽ ratione contraria apponentes: transitoriam vitam opponentes mihi: quia multum laborauit ad explicandum artem medicinæ, sed de catharticis tacuit, & nihil inde exposuit: nam si salutare esse conspiceret, vtiq; de his nequaquam reticeret: quod ille se fecisse commemorat, sed eius bibliothecam Romæ arsisse cognouimus, & librum ipsum ibi crematum non dubitamus. Pro qua re liber de catharticis ab eo scriptus non inuenitur, quem vobis scriptum tradere conamur.

In Apho. cō.4. extra ordinem Apho.6.28.a

De Generibus Catharticorum.

CAtharticorum vero genera tria esse scripserunt physici: Primum trahendi, secundum euacuandi, tertium purgandi habet facultatem. Et ex his tribus definitionibus, vna quidem est à loco, altera à quantitate, tertia à qualitate. A loco quidem, declaratur locus ab eo, quod trahitur: quantitate, ex eo quod euacuatur: qualitate, ab eo quod purgat. Hoc igitur modo disposito, quærendum est de significatione trahentis. Habet nanq; genus tractionis, sicut à physicis dicitur, contemplatiuam esse suam similitudinem, cui comparari potest, sicut & euacuans & purgans. Trahẽs vero simile est magneti lapidi ferrum trahenti ad se: & sicut ceruus serpẽtem de cauernis naribus educit. Similiter purgatio à simili fit, et à contrario. A simili, quando lacticinia mucos aquosos, et tenue phlegma purgant: A contrario, quando colocynthis & elleborus phlegma purgat. Virtus

nanq;

nanq; quæ ad se trahit, dicitur græce helctice: quæ autem educit, epispastice vocat. Attrahēs adiu- E torium fit, qn̄ sanguis de naribus fluit, & qn̄ ventosæ hypochondrijs imponunt. Nunc quidē iam diximus oēm detractionem, medicinæ esse calidæ & humidæ, dicentes q dulcia sola, omnia secundum qualitatem suæ dulcedinis tanto plus calore participant, quanto dulciora fuerint: & quanto minus dulcia, tanto frigidiora. Et ideo phlegma aquosum & magis tenue educit detractio.

De Aloe.

Aloe igit in se habet aliquid cathartici, sed humorū non est purgatorium, sed stercus & cholerā purgat. Quare falluntur qui dicunt aloen non esse amaram & stypticæ virtutis. Apta est ergo stomacho, & choleram de ventre & intestinis educit, & non de alio. Hæc ergo iritationem ventris, et depositionem per naturalem meatum facit. Bene ergo antiqui ad similitudinem, cholerici de ventre vel intestinis, humores esse purgandos dixerunt, & eos stercora esse diffinierunt.

De Colocynthide, Scammonia, Epithymo, & Elleboro.

Colocynthis vero in tertio gradu est calida & sicca. Scammonia aūt in primo gradu ponit. Nihil ergo erit admirandum, si aloe frigidæ & calidæ tēperantiæ sit, & condensatoriæ, & extenuatoriæ. Veniamus igitur ad epithymum & elleborum. Ergo cathartica sunt, & melancholicū purgāt humorem, nam calidæ & siccæ sunt temperantię. Intelligere iam debes q duplex est siccitas in eis, F & vna pars ignea: & extenuatoria sunt natura, frangendi nanq; & incidendi pinguem habent facultatem. Etenim elleborus & epithymum tenui & calida natura consistunt, & frigidam & terrestrem habent substantiam, idest humorem purgant melancholicum, & à contrario medicinæ.

De Catharticis Purgantibus Superiorem Ventrem.

QVærendum est, q̄ qualitates medicaminū superiorem purgent ventrem, & quę inferiorem. Nam quęcunq; medicaminū calidæ & siccæ & ignitæ substātiæ vel spiritus compositæ sunt, hæc p vomitum purgāt ventrē: ex quibus primum est elleborus albus. Et q̄cunq; terrestri substantia participant, inferiorē purgant ventrē, vt sunt lepis, colocynthis, & elleborus niger. Et quæcunq; admista, s. aere spirituali & terrestri grauitate, hæc superiorem purgant ventrē & inferiorem. Et q colocynthis caput purget, experimento testamur: quia lenis est, & lanuginosa, & tumentiua: & ideo purgat superiora: & si dat ʒ i cum mulsa, ex capite purgat phlegma: & cadē ratione cætera cathartica perpendunt: quæ à multis per longum tempus inuenta sunt sapientibus.

Nunc aūt, quia de catharticis & purgatorijs disputare statuimus, in primis quæ purgant cholerā rubram quærendum est. Ergo purgat choleram scammonia, agaricū, aloe, succus herbæ heliotropij. Phlegma educit coccus cnidius, lathyris, euphorbium, colocynthis, elleborus albus. Nigrā ve G ro choleram purgat epithymū, polypodium, niger elleborus, & prasij succus. Sanguinem educit porri succus, malua agrestis, herba mercurialis, liliphagus. Et hoc ad exemplum proposuimus, vt quis amator bonorū operum, qui ad hęc arcana desiderauerit accedere, ex his quæ proposita sunt, cætera doceat cognoscere. Mihi autem tempus est ad alias passiones transire, idest locales: & per singula loca cathartici operationes exponere. Oculis nāq; adhibenda sunt purgatoria medicamina, & auribus, & naribus. Cathartica autem lateri, thoraci, ventri superiori, & intestinis superioribus, hepati & simæ eius parti, & spleni. Cæterum oculi purgantur per lachrymas, per nares, p mucos: Os, per phlegma & saliuam: Mammillæ, per lac: Thorax, per tussim & sputum: De stomacho vero educunt cibus, & phlegma, & oēs humores, & cibi indigesti, & lumbrici rotundi: Ex hepate & simo eius, humores per ventrem educendi sunt: ex gibbo autem, per vrinas: De splene vero, humor melancholicus, & sanguis fæculentus: De renibus, sanguinis, superfluitas, & lapidū imminens periculum: Ex matrice, sanguinis ichores: De vesica, vrina: Ex maioribus intestinis, scybala, & lumbrici lati: De extremo intestino, ascarides: De cute, corporis pediculi, & lendes, & sudores. Sed & sanguinis fluxum ex matrice factum vētosa in mammillis posita restringit, & phlebotomia in contraria parte facta. Et sæpius irrationabiles impetus sanguinis, ligatis coxis retine- H mus, & qui fiunt ex naribus. Purgare autem volentibus, per phlebotomiam adhibendum est adiutorium: & considerandum est quantum sit materia in purgandis. Sed hæc purgatio catharticorum pu*rgationi compaginatur, & compatitur quid modice, sicut herculeus lapis ferrum ad se trahit, & electrum fricatum paleas, & ceruus spiritu suo serpentem de cauernis, & serpens spiritu suo mures ad se trahit. Sed reuertamur ad propositum, & ostendamus non solum compatiētes rōnes extrahere, sed ipsa vtiq; medicamenta de capite, & thorace, & pulmone, & hepate, & stomacho, & renibus, & vesica, & arteria, & neruis, quæ optima sunt, extrahunt. Et siquis approximauerit naturæ cogitando, videbit non solū propriam in humoribus habere virtutē proposita medicamenta, sed in partibus membrorū corporis p̄dictum ministerium medicamentorū facere virtutes. Quidam aūt nos culpantes directo extenso supercilio, directi sunt ad fallaciam, vt dicant cathartica experimēta longa esse ab experimento. Etenim naturalē cognitionem admittētes facti sunt heretici male intelligendo: & nō discernentes virtutē & naturam splenis, & renum operationes, cōfitent vtiq; dicētes q esset talis materia medicaminum quæ has possit habere virtutes. Si autem verum est, sicut verum constat esse, vt aliqua expedientia credant esse localia medicamenta, in hepatis passiones festinanter adhibenda sunt adiutoria, & natibus similiter, & in collo, & in intestino, & vesica, &

*Al. tractioni

A ca,& splene quod ad hoc fuerit vtile: neq; medicamen ad patiẽtes locos adhiberi potest,sed æqualiter singula suum præbere beneficium. Ex quibus manifestum est quæ sunt medicamenta ad humores vel ad corporis membra expedientia. Nam si non est admirandum, ꝙ alia sunt coprotica, idest tantum stercora mouentia: alia hydragoga, idest humores liquidos et tenues & aquosos educentia, spissos humores non deponentia: alia vero choleram rubram: alia autem nigrã: alia phlegma: alia sanguinem sunt deponentia: Et cum alia caput purgent, alia thoracem, alia pulmonẽ, alia hepar, alia splenem: quædam etiam in ventrem purgent humores, quædam renes, quædam vesicã, quædam matrices, quædam intestina tenuia, & arterias, & neruos, & musculos: & quæ horum omnia sunt purgatoria, diuersas habent virtutes: Disce si potes species eorum quę experta sunt ad purgandum superiorem ventrem, & eorum quæ ad inferiorem.

De Simplicibus Medicinis.

VOlo igitur dicere de simplicibus medicamentis, quæ Græci hapla vocãt. Ergo colocynthis caput purgat, & phlegma. Scammonia autẽ, corpus superius & inferius, & caput, & phlegma cum cholera: quia natura eius calida & sicca tenuem habet substantiam, generans tractoriam virtutem. Siquis igitur simplicia medicamenta scire desiderat, requirat, & inueniet virtutem suam B in primo gradu esse calidam, & acutissimam ad purgandũ. Lathyris ẽ cõtra purgatoria est phlegmatici humoris: semen eius, moderate in gustu est dulce: et dictum est dulcia mediocriter esse frigida. ℭ *Oculorum cenotica, quæ ex oculis Lachrymas educunt.* Oleum amygdalinum, nucinum, & laurinum, & anethinum, opobalsamum, centaurea, succus rutæ, succus chelidoniæ, cæpæ, castorium, calcãthum, stypteria, sinapis, ammoniacum, mel, crocus, & alia plurima, sicut in dynamidijs diximus, oportet prius per catharticũ corpus purgare. ℭ *Aurium cenotica.* Aures purgat mel, vinum, oleũ nucinum, & amygdalinum, cæpæ succus cum adipe plurimo, aphronitrum cum melle & aceto, hydromeli & acetum, nitrum mistum cum vino, oleum roseũ, succus betæ. ℭ *Narium cenotica.* Purgat enim nares succus betæ, cæpæ, elaterium, piper nigrum, sinapi, pyrethrum, hyssopus, thymus, elleborus albus, struthium, euphorbium, cardamomum. Purgat caput per os staphis agria, piper, sinapi, pyrethrum, hyssopus, thymus, & alia plurima, quæ in dynamidijs scripta sunt, & gargarismata. Lac in mammillis reuocat ptisana, semen fœniculi.

De Purgantibus Pulmonem & Thoracem.

PVlmonis & Thoracis cenotica. Purgant pulmonem & precordia daucus, papauer nigrum, semẽ lini, thymus, anisum, piper, costus, sulfur, scilla, amygdalę, iris, mel, orobus, prasiũ, capita porri, C & alia plurima, quæ in dynamidijs possunt reperiri. Est autẽ confectio ad purgandũ experta: Styracis, terebynthinæ, sandarachæ, mastiches, medullæ ceruinæ, ana ʒ i: iuuat stomachicos, pleureticos, phthisicos, & omnem tussem. ℭ *Superiorum Ventris cenotica.* Vomitum facit cedri cortex cũ oxymelite: sinapi cum mulsa, elleborus albus, ireos puluis cum mulsa. ℭ *Intestinorum Tenuium cenotica.* Purgat nanq; in intestinis crudos humores, & indigestibiles cibos, & lumbricos rotundos excludit, semẽ tithymali: & opos eius cum caricis, aut cum dactylis comestus: iris, herba mercurialis, thymi decoctio, aloe, absinthium, abrotanum, & alia quæ in alijs commemorauimus. ℭ *Hepatis Simorum cenotica.* Purgat ea polypodium, lathyris, canubea cum absinthio et lupinorum apozemate. ℭ *Hepatis Gibborum cenotica.* Purgat nardus celtica, squinanthum, agaricum, gentiana, absinthium, peucedanum, opobalsamum, myrtus. ℭ *Splenis cenotica.* Purgat splenem elleborus niger, epithymum, polypodium, agaricum, capparis cortex, scolopendria. ℭ *Renum cenotica.* Purgat renes apij semen, fœniculi semen, daucus, asarus, squinanthum, sanguis hircinus, graminis decoctio. ℭ *Matricis cenotica.* Sanguinem educit pessarium cinnamomi, sabina, calamus aromaticus, absinthij decoctio, artemisia, dictamnum, elleborus niger, sicut in dynamidijs continetur.

D

De Prouocantibus Menstrua.

PEr impositiones prouocant menstrua calamus aromaticus, castorium, lupinorum decoctio, ruta, piper, melãthium, balsamum, pæonia, artemisia, dictamnum, lapathij radicum decoctio. ℭ *Vesicæ cenotica.* Euacuant & purgant vesicam asarum, apozema acori, amygdalæ amaræ, absinthium, ponticum, semen balsami, bryonia, pæonia, semen liquiritiæ, pulegium, dictamnum, dracõtij radices. ℭ *Renum & Vesicæ Lapidis cenotica.* Lapides frangit cardamomum, oleum amygdalinum, bdelium, semen fœniculi, amygdalæ amaræ, lapathij radicum decoctio, lini semen, saxifraga, electrum i. succinum, sanguis hircorum, semen oleris atri. ℭ *Scybalorum cenotica.* Scybala euacuãt mel, sal, fœnigræci decoctio, maluæ decoctio. ℭ *Ventris cenotica.* Aloen & salem cũ melle coquas, & subijce. ℭ *Aliud Mirabile medicamen.* *Myrthæ, cæparum succi, ana ʒ i, mellis ʒ ij: in truliones coquas, & subijcies vt pastillos. ℭ *Sudoris cenotica.* Sudorem educunt vinum cum oleo irino, et oleũ chamæmelinum, & anethinum, & sicionium, & alia. Per os data hæc prouocat sudorem, staphis agria, pulegium, sisymbrium, artemisia, costus, libanotides, casia, cinnamomum, agaricũ. Quæ per suffumigationem sudorem mouent, sunt castorium cũ pulegio, semen balsami, bdellium. ℭ *Quæ Pruritum mouent.* Sunt porrum, allium, caulis, asparagus, pastinaca, ruta, cardamomum, raphanus, omnia salsamenta. Et hęc de simplicibus, quę per longa tempora colligere potui, habeas experta.

*Al. myrrhæ

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE GYNÆCEIS IDEST
DE PASSIONIBVS MVLIERVM

Nicolao Rhegio Calabro interprete.

CENSVRA

Ieiuna prorsus & angusta tractatio.

DE passionibus mulierũ & matricum vtile p̄uidi vobis scribere. Superuenientium.n.diuersarum & pluriũ passionum in matrice, aliquæ periculosę & insanabiles fiunt: ob quã rem turpitudinẽ non p̄ferendam cẽseo, qm̃ abscondere periculosum est. Fit igiť in ore matricis dolor & symptoma forte: & si cito nõ occurrať, vulnera in ipsa fiũt. Et qñq; ad hypochondria supposita suffocationẽ facit: et ad cor dolor superuenit fortissimus: & nominata cõsequiť amara saliua, velut si aceto & aqua os adimpleať: & tibiæ frigidæ fiunt: & caput & lingua formicitant: & vox deficit. *Cura.* Sub matrice ponẽda est lana inuoluta balsamo, aut oleo amaracino, aut alio qualicũq; bene redolenti. Naribus vero offer asphaltum molle: & vomica cũ capillis nigriẽtibus, aut pẽnis coruinis in acetũ immissis pro vomica, offer naribus sternutamẽta: & soluto ore & lingua ad loquendũ, bibendum est castoriũ cum vino: & digitũ tinctũ in oleo naribus offer. Lana aũt supposita sit donec sanet: quia si tolleť, reuertetur passio. F

Si aũt matricis descẽsio in vesica dolores magnificet, & fiat formicatio tibiarũ, et vrina concludať, dũ vis sanare, huic offer bene olẽtem myrrhã, & oẽ suauissimi odoris quod inueneris: ad matrices vero appone inolentas suffumigationes vsq; dum restituať. *Fumigatio.* Ad matricũ suffocationes, si vox deficiat, & ad periculũ mortis deuenerit, vt per os potiones recipere non possit, suffumigatione succurriť. Rutam viridem frica, & confert. Item sulfur cum aceto naribus impone. Item asphaltum in carbones pone, & nares suffumiga. *Potio ad idẽ.* Succus vrticæ colatus datus in vino aut melicrato, mox iuuat. Itẽ in periculo castoriũ in vino bibat. Aut castoriũ, & anisum in oxymelite. *Sternutatio ad idem.* Elleborum album, asphaltũ, castoriũ tere, & offer naribus. *Pessarium ad idem.* Ruta cũ melle bono linias os matricis. *Ad idem.* Lenticulas infunde in vino, & postea tere, & vellere calefacto collige, & appone: mirificum est. *Item quæ in Pectine habent dolores quasi vespam incidentem.* Apium tere cũ castorio & adipe anseris, & pessarium impone. *Itẽ ad Eas quibus facta est Aphonia de Suffocatione matricis.* Picem in lanam mollẽ inuolue, & pessariũ impone. *Ad dolorem Matricis propter Abstinentiã viri, vt contingit sæpe viduis, & virginibus, & quarũ viri diutius absunt.* Fit aũt illis dolor, nausea, saliua, tibiæ frigent, & q̃ in matricum suffocatione contingunt patiunť (ad eius curam, adhibẽda sunt quę in genesia Cleopatrę leguntur capitulo decimo) item febris acuta, eleuatio ventris & duritia, dolor renum & stomachi, anaptæ, nausea phlegmatica aut quasi acetosa aut cholerica, vrinæ detentio, strictio vẽtris, fastidium, sitis aspera, lingua nigra quasi atramento tincta, dolor ceruicis & in genis, tempora saliunt & oculi, dolẽt extremitates digitorum & vngulæ: & si in natura deponent digitum, sentiunt magnũ calorem, & siccitatem, & duritiam, & strictum os matricũ. Axungiam porci virginis cum melle aduna, & post balneum suppone: hoc etiam ad oẽm passionem matricis prodesť. *Item ad Illas quæ Tumorem habent, nec faciunt aliquid sanguinis.* Adipem anseris misce in lana, & suppone. *Item ad Eas quæ ante & retro patiuntur in coxa, & per totum ventrem, neque surgere neque dormire possunt.* Butyrũ medullæ ceruinæ misce, & vtere. *Ad Dolorem Matricis.* Ceræ citrinæ, ceruinæ medullæ, terebynthinæ, adipis anatis, opij obolos ij: cum oleo cyprino vtere in pessario: facit ad ignem sacrum, & febrem, in fistulis apostasim, atque caliginem, & punctionem, & vlcera, & alia multa. *Item ad Pectinis Dolorem, dorsi, & ventris, & frontis, & quandiu stare non potest.* Adipem anserinum & myrrham cũ mero vino teres, & in linteo pones. *Ad Eas, quæ Dolorem Matricis patiuntur.* Si cũ viro dormiunt, si hæc passio p̄seuerat, colicæ fiunt. Vniuersaliter aũt hę latas venas habent, penitus libidinosæ, natura tumescit plus intus q̃ foris, patent palpebræ oculorum quando concumbunt: curabis sic: Lac mulieris quæ masculum lactat, & cerusam misce, & calefac, & pone pessarium in ore matricis. Item galbano cum rosis simul vtere. Item oui assi inure modicũ & roſ. impone pessario. *Ad Inflationem & Apostemata Matricis.* Butyrum cum opio & rosis aduna, & in melle pessario appone. Suffumiga sic: ceram, terebynthinã, G H

vel

A vel sagapenum carbonibus appone, superposito emmoto. ℭ *Si Lumborum dolor, & circa Matricis Prurigo, in natura & in Ventre humidior, tunc nanque iam patet se rheumatizare [illegible].* *Cura.* Ireos radicem succo mali granati misce: & ecligma facies postquam vrinam fecerit. ℭ *Ad Cancrum Matricis, cuius hæc sunt signa, dolor in Ventre & sexu, Vt putet se spinam Vel lignum in corpore habere: aliquando effusio sanguinis cum Vrina.* Betam syluaticam, & alumen scissum, & nitrum in ligno tere, & cataplasma impone. Item succum solatri cum adipe anserino in pessario. Item raphanum tempera cum eo, & vtere. ℭ *Ad Vlcera Matricis.* Ceram, myrrham, & adipem porcinum, cum melle in lana suppone. Item oui testam assam, siselon cum rosis misce & impone. ℭ *Ad Matricem Frigidam.* Si frigida fuerit dolet & sanguinem profert, frigidus sudor superuenit. *Cura.* Terebinthine, mellis, adipis anserini, añ: misce et vtere. Item artemisiam, adipem anserinum oleo rosarum misce & impone. ℭ *Signa Ventositatis Matricis.* Renum amotis & intestinorum, conducit ei ventrem & clausa dolorem concitant. *Cura.* Myrrham in nigro vino bibat, s. temperate. Item medullam ceruinam tere, & misce rosis ad crassitudinem mellis, & fac pessarium. ℭ *Matricis Hydropicæ signa.* Nares muscusæ, oculi nigri, torpet per loca calida. *Cura.* Cyminum, vuam passam, sal modicum pinse, & misce, & pessarium appone. Item rubi radicem coque, & bibat ieiuna. ℭ *Ad Matricem Clausam.* Bdellium tempera, &

B appone, ac suffumiga. ℭ *Si matrix Exiuerit, & tardauerit, et foris Vulnerata fuerit.* Terebinthinæ, medullæ vitulinæ, opij, croci, rosarum, cicutæ pessarium impone. ℭ *Ad Hæmorrhoidas in Ore matricis.* Coronam spinæ teræ, & superasperge. ℭ *Ad Rheumatismum album, Vel aquosum, Vel rubrum, Vel sanguineum, aut nigrum, sine dolore, aut cum dolore.* Sanabis sic: Papauer cum vino nigro bibant: & testam oui contere, & appone in capite funium ceræ cum olibano, & impone. Item acaciam tere cum aceto, & appone in lana. ℭ *Signa Matricis Plenæ humoribus.* Vlceribus nimis impletur: extrema oculorum fiunt sanguinea, febres assiduæ, & acutæ. *Cura.* Ciperum & rutam cum vino albo temperata ieiuna bibat ad cotylam vnam, & non plus. ℭ *Ad Effusionem Sanguinis Matricis.* Grana vuæ siccæ tere, & cum vino da: aut folia viridis maluæ. ℭ *Si ex Partu contingit Sanguinis fluxus.* Corion basilicon incende, & tere, & cum aceto inuolue, & impone in pessarium. Item lapathij succo intinctum pessarium appone. ℭ *Si ex Partu Natura Plagata fuerit.* Testiculos tauri etiam solue cũ aqua frigida, & cum rosis liquefactis lineo in panno cum modico croci impone. ℭ *Si Vero consuetudine super menstrua Venerit.* Cineres vitis teras, & in linteo imponas: vel calcem teras, & similiter apponas. *Potio ad idem.* Radicem myricæ & corticem tere, & cum vino bibat. ℭ *Si Matrix ex Partu Vlcerata fuerit.* Helenium butyro veteri misce, & fac pessarium, & suppone. ℭ *Ad Consuetudinem pro-*

C *uocandum.* Piperis grana commisce staphidi agriæ, da post balneum cum vino, & cito subueniet. Item centauream tere cum folijs in aqua, & fac pilulas, & impone ori matricis. Item rubiam, nigellam, & myrrham, ana, cum vino bibat. ℭ *Ad Rhagadias in Ore matricis.* Coronam spinæ gallas omphacinas tere, & vnge adipe anserino, vt adhæreat puluis, & super sparge: facit & ad condylomata. ℭ *Ad Eas quæ Non prægnantur.* Castorij, piperis grana xij, vino communi simul temperata cũ pulegio bibat. ℭ *Vt Non conceperit.* Nitrum in ore matricis in modum ciceris post concubitum mittat. ℭ *Vt Cognoscat Si sua culpa, aut culpa Viri est quòd non concipiat.* Vasa fictilia duo ligna, intus posito hordeo, & ibi fac eam & eum vrinare, & pone in loco frigido per xij dies: cuius hordeum ingerminauerit, eius culpa est. ℭ *Vt Cognoscat an Prægnans Masculum Vel Fœminam in Vtero habeat, & Cognoscat, si sua culpa aut culpa Viri non concipiat.* Apium cum radice sua capiti eius appone, ipsa ignorante: & si primo nominauerit dum loquetur masculum, masculum: si fœminam, fœminã pariet. ℭ *Vt Fœmina Concipiat.* Vuluam leporis siccam tere, & ambo bibant & edant. ℭ *Vt Cognoscat si Conceperit.* Si collum calidum habet, dorsum frigidum, cõcepit: si vero æquale corpus, nõ. ℭ *Ad eam quæ Prius fœcunda fuerit, Postea sterilis facta est.* Folia mali granati sicca tere, & cum melle fac pessarium digitorum quatuor: & post purgationem impone diebus tribus, vt non tollatur. Et vuam

D passam cum granulis suis tere, & fac pessarium vt dictum est: & quando coagulata fullauerit, cognoscat virum. ℭ *Ad Violatam Vt non cognoscatur.* Alumen scissum, gallas omphacinas cum vino aminæo tere, & fac encathisma. Item cum succo pastinacæ collige, & fac magnitudinem orobi, & apponatur per vnam horam ante, quàm coeat. ℭ *Ad Tumorem Vberum.* Betam oleo coque, donec soluatur, & sic tere, & simul ceram solue, et cataplasma impone. ℭ *Item ad Vbera Vlcerata.* Portulacam tere cum oleo rosæ, & linteo impone. ℭ *Ad Duritiem Vberum & inflationem, & Vlcera, & Crassitiem, & Omnem passionem.* Caulem viridem tere, et cataplasma fac. Succum autem eius spissum line. ℭ *Item ad Vlcera, & Cancrum, et Diatasin.* Folia hederæ coque fortiter, & cataplasma, & ex apozemate fomenta. ℭ *Ad Lac augendum.* Lumbricorum viuorum ʒ i tere, et cum melle bibat, vt nõ cognoscat. Item lac vaccinum aqua calida salsa vel marina fomenta, et postea cum vino calido bibat.

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIBER SECRETORVM AD MONTEVM

CENSVRA

Secreta hæc vt Galeni non sunt, ita non omnino inutiliter legi possunt.

Rogasti me, amice Montee, vt describerem tibi librum in medicatione ægritudinum ſm experimentum medicinale, & considerationes rationales ex eis, quæ expertus sum in multis sapientum & bonorum in cultu legis. Feci igit illum, & posui ipsum ex secretis, quę non est necesse propalare vnicuiq; hominum, timendo ne fiant pigri, confidēdo in ipso, & dimittant quod necessarium est in scientia radicum & ordine capitulorum, super quam est fabricatio artis. Et ego quidem scripsi tibi in illo ſm mensuram virtutis, & fideliter. Dico igitur, ꝙ substantia subiecta generationi & corruptioni mutatur in qualitatibus suis: quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas: quæ adinuicem agunt & patiūtur: & eorum æqualitate, complexionis existit bonitas. Quod est, quia complexio est factorum substantiæ cuiuscunq; membrorum animalis propria. Complexio igitur est substantia corporis, & natura eius. Et postea sunt res sequentes complexionem necessario, & sunt odores, & sapores, & colores, & durities, & mollities, & lenitas. Natura vero de tribus dicitur rebus: quarum vna est complexio, secunda est virtus rectrix, tertia est compositio. Et quamuis ars, quæ solicita est de corpore, sit vna, sicut verificatum est iam in libris alijs, tamen partes eius sublimes sunt duæ: quarum vna est regimen sanorum: & altera est curatio ægrorum. Et sunt ambæ in operationibus suis diuersę, quia ambarum prima intendit ad conseruandum corpus ſm dispositionem in qua est: & secunda intendit ad permutandum ipsum ab eo secundum quod est. Et quoniam sanitas antiquior est ægritudine, & sublimitate & tempore, tunc necesse est nobis vt acquiramus in primis, qualiter conseruemus sanitatem: & post illud, qualiter sanemus ægritudines sanatione bona. Via autem communis ad inueniendum eas ex rebus duabus est, vt sciamus dispositionem, quam nominauimus sanitatem, quæ dispositio sit: quia non possumus seruare ipsam, quando existit, nec reducere ipsam, quando corrumpitur, nisi sciuerimus quid sit. Nos vero iam processimus, & ostendimus, ꝙ sanitas similium partium est æqualitas: & ꝙ sanitas membrorum compositorum completur positione membrorum similium partium, & eorum numero. Illud vero, quod surgit per conseruationem horum membrorum, est post conseruationem sanitatis: sicut si corpora nostra nunq; finirentur, nisi per dolorem communicantem eis, non esset nobis ars necessaria, qua sciremus læsiones eorum omnes. Genera autem ægritudinum corporum nostrorum, & corruptiones eorum, sunt duo, quæ eis sunt necessariæ, quæ sunt ex operatione caloris innati: & sunt eis corporibus à principio esse corporum radices. Et ex eis sunt, quæ non sunt necessariæ, & nos non sumus eas mouentes, quæ quidem corrumpunt corpora nostra non minus illis necessarijs. Et ego quidem sum distinguens vnumquodq; duorum generum ſm se. Dico igitur, ꝙ principium nostri esse est ex sanguine & spermate: veruntamē sanguis est materia properans in receptione eius, quod descendit. Et nos quidem intelligimus per materiam hylen, sequentem formam in omni parte: sperma autem stat loco Factoris. Et vnumquodq; istorum duorum est compositum ex elementis, ex quibus compositum est alterum (& nos quidem demonstrauimus ita in libro, quem edidimus de elementis secundum sententiam Hippocratis) veruntamen in mensura mistionis specierum diuersificantur, quia plus est in spermate. Et iam nos quidem demonstrauimus secundum quod diximus, et testificati sumus illud in libro de morbis & accidentibus. Et mihi quidem videtur, vt vadam ad fundamentum sermonis in arte medicationis per experimentum, & considerationem, & copulationem, & abbreuiationem sermonis, et appropinquationem locutionis. Frater Montee, iste magis iuuatiuus liber est, quem composui in medicina: omnem nanq; descriptionem eius expertus sum multoties in complexionibus comparibus. Descriptiones autem quas diximus in almemiri, idest pharmacorum, & est liber qui nominatur de medicinis compositis, non sunt nisi compositiones quorundam quos dixi, sicut Archigenis, & Archelai, & Seueri, & aliorum: quibus si vteretur aliquis secundum quod dixerunt, non fieret iuuamentum per eas, immo generarēt ægritudines. Verum ego rectificaui eas, & exercitaui super errorem, qui est in eis. Prima ergo descriptionū eius, quas ego composui, est descriptio medicinæ huiusmodi.

F G H

Ad Stuporem

A *Ad Stuporem, & Frigus, & Paralysin.*

Vir quidam sexagenarius fuit, super quem vincebant humiditates superfluæ, & ventositates phlegmaticæ, & erat mollis corporis. Et ipse quidem conquerebatur de stupore in corpore suo, & frigore addito, & inceptione paralyseos. Composui ergo hanc confectionem, quæ est medicina multorum iuuamentorũ. Et ego qdem iuuamenta ipsius dicam, post artem eius ℂ *Confectionis Permistio.* Rec. euphorbij, croci, casiæ lig. cinnamomi, apij, acaciæ, costi, amari, spicæ, gũmi arabici, seminis vrticæ, granorum alkerua, bdelij, olibani, sumach, ellebori, sulfuris citrini, styracis calamitæ, piperis albi, oĩum ana ʒ vi: rosarum siccarũ, pyrethri, arthanitæ, sethesuliæ, seminis apij, oĩum ana ʒ iiij: seminis albedarogiez i. ammeos, seminis taraxacon, amborum ana ʒ: medullæ cartami, zingiberis, amborum añ ʒ iiij: tere & cribella: deinde infunde in vino antiquo tribus diebus, donec fiát sicut mel: deinde fundatur super ea mel crassum despumatum: deinde misceat̃ & fundat̃ super ea ex oleo balsami mensura vnciæ vnius: deinde ponatur sup ignẽ leuẽ, & bulliat ebullitionibus duabus leuibus, & fundatur in vase vitreo: & dimittatur sex mensibus: & quãto plus antiquatur, tanto est melius ei. Vsus est ea vir, & cõualuit vsque ad quartã hebdomadẽ. Et dosis qdẽ eius est ex aureo vsque ad ʒ iiij. Quo'd si ille qui vtitur ea fuerit adolescẽs, sumat ex ea ʒ i & ß. Hæc B autem medicina cõfert morsui facto à cane rabioso iuuamentũ manifestũ statim: & dolori qui fit in acumine verticis antiquo, & cui raduntur pili capitis, deinde accipitur de hac medicina pondus aur. vnius, & soluitur cum aceto vini, & linit̃ cũ eo caput. Et ad dolorem dentium fricatur cũ ea. Et ad dolorem auris soluitur cun oleo balsami, & colatur, deinde destillatur in aurem. Et ad anginam datur in potu cum aqua, in qua cocta sunt sebesten & anethum: & deglutitur post ipsam butyrum tepidum. Et similiter ad asthma, & splenem ʒ i & ß cum aceto, in quo decoctæ sunt radices capparis & tamarisci. Et ad renes, & ad dolores eorum cum aqua, in qua decocta est calamintha fluuialis. Et ad serpentes in vẽtre ʒ i et ß cũ aqua in qua decocti sunt cortices granati dulcis. Et ad hæmorrhoidas aur. i cum vino antiquo. Et ad dolorem hepatis, & stomachi, & ad hydropem: Itaq; quando est complexio decliuis ad frigus. Ad vltimum vero serua à me secretum magnum in omni medicatione tua. Caue igitur multiplicationem calefactionis, et inclina ad frigidationẽ, per comparationẽ & nõ absolute: & incipe in propinquitate complexionis hominis: & hic qdẽ est locus considerationis. Serua igitur hũc modũ curationis, & intellige ipsum. Et fac medicinam, immittẽs species boni odoris aromaticas: est. n. electuariũ magnũ: & nõ errabis, si Deus voluerit. Et fuge à stupefaciente oculum, nisi raro, & apud necessitatem: nam faciet festinare ad eum qui C vtitur ipso debilitatem tunicę corneæ. Et hoc iterum considerandum est, intellige ergo ipsum.

Ad Phrenitim, & Tussim siccam, & Febrem conclusam.

Medicina autem Austri qui est ex illis de Luca: qm̃ conquestus est mihi de phrenitide & apostemate in cerebro suo ita, q; permiscebatur: & fuerunt cum eo calor, & tussis sicca, & dolor capitis intolerabilis, & febris conclusa. Et iam medicati fuerunt ei qdam medicorum, & errauerũt sup eũ. Incepi ei vti huiusmodi medicina, & sanatus est vsq; ad hebdomadã vnã. ℂ *Medicinæ permistio.* Rec. psyllij infusi in aqua cucumeris indi: deinde extrahatur, & coletur cũ cribro, & coagulet̃ cũ rob vuæ leui igne: & sumatur tragacanthæ albę, gummi arabici, medullæ se. citruli, & medullę cucumeris, & medullæ se. cydonij, medullę se. cucurbitæ, medullæ amyli, sandali, seminis portulacæ, se. maluauisci, omnium ana partem i: terantur contritione bona: deinde misceantur coagulato i. rob. Et administrentur de eo omni mane ʒ iiij, & apud somnũ similiter. Et cibus eius sit aqua hordei, in qua decocti sint cancri fluuiales & sebesten. Hoc enim medicamen est, cui non est par.

Ad Dolorem capitis, & Lachrymas oculorum, & ad Insomnietatem.

Et conquestus est mihi adolescẽs vicenarius (cuius complexio erat calida, & cuius color erat fuscus, & erat multæ quietis & trãquillitatis, & erat vincens semper complexionem regionis eius D caliditas) de dolore capitis superfluo inquietante, lachrymis in oculis suis, & dolore in eis, & non dormiebat. Cõposui ergo ei hoc caputpurgiũ: conualuit ergo ex vice vna. ℂ *Modus confectionis.* Rec. croci danik ij, ladani ʒ ß, conditi ʒ i, lache kirat i, camphoræ kiratã mediam, lubue, ambrę, ana ʒ iij, opij ʒ ij, terantur, & aggregentur cum melle medicinæ siccæ, & soluantur humidæ cũ sambucino, terantur & aggregentur cum melle despumato. Qñ igitur necessitas eius est, sumatur sicut milium, & soluatur in lacte mulieris, & fiat cum eo caputpurgiũ. Vir autẽ cuius corpus est forte, sumat pondus sex granorum: huiusmodi. n. medicina est vltima. Primũ autẽ quod oportet præmittere in curatione ægritudinum, qñ vides repletionem, & tempus non longinquum phlebotomiæ, est vt præmittas phlebotomiam in cephalica, si ægritudo est in superioribus corporis: & in basilica, si ægritudo est in inferioribus corporis. Noster aũt sermo in hoc iã pmissus est in multis nostrorum librorũ. Qui autem vult esse prudens in arte ista, legat libros meos, & tunc vtatur istis medicinis, quas ego composui, & expertus sum, postq̃ cognouerit complexiones vtentium eis.

Ad Dolores Oculorum, & Ophthalmiam.

Quia dolores, qui accidũt oculo, sunt multi & diuersi, & ex eis est dolor q vocat̃ ophthalmia, q̃ multoties accidit oculis in multis dispositionibus, videtur mihi vt pmittam causam eius super reliquos dolores oculi. Quia cuidã viro q nominat̃ Fisulus, aduenit dolor inquietãs, & ophthalmia

calida per causam : & erat quadragenarius: & erat quietus , crassi corporis. Leniui ergo ei naturã E cum infusione myrobalanorum: & firmabo vel ostendã eam in hoc libro. Deinde præcepi ei, vt aperiret cephalicam. Et cõposui ei hoc sief: & nominaui ipsum iuuatiuum, quia iuuatus est per ipsum ipsa vice prima. ℂ *Modus Sief.* Rec.cerusæ de plumbo,amyli,amborum ana partes ij & ß, sarcocollæ, croci, opij, omnium ana quartam partem illius: teratur cerusa, & cribelletur cum orali: & addatur super ipsam de aqua dulci, quantum necesse est: & teratur in mortario diebus x in hora quieta à vento, & in loco in quo nõ sit puluis: deinde infundatur gummi post illud in aqua dulci in vase mundo. Quando ergo soluitur, & fit sicut aqua, coletur cum panno lini super medicinam in marmore: deinde teratur cũ ea. Quando ergo facta est medicina sicut pasta, proijciantur super ipsam reliqui pulueres, & terantur cum ea, donec inspissentur: deinde fac ex ea sief, & exiccentur in vmbra in loco tecto: deinde proijciatur super ipsam pannus sabini, aut pannus subtilis, defendens ipsa à puluere: postea reponantur, & medicetur cum eis. Et sumatur ex eis vnum, & soluatur in aqua rosa, & lacte mulieris: & sumatur in venera, & distilletur in oculum. Hoc autem sief est conueniens vel conferens apostematibus, & inflationi, & vuæ, & vlceri nigro, & vesicis accidentibus in oculo, & pluribus ægritudinibus eius.

Ad Albuginem Oculi. F

Alchohol autem, quo vsus est Ebinus monachus ad albuginem, quæ erat in oculis suis: & oẽs medici conuenerunt, quòd non sanaretur: & posui ipsum ei, & conualuit vsque ad triginta dies. ℂ *Modus Alchohol.* Rec. spumæ maris quæ natat super aquam, stercoris lacertæ, sachari, massacumiæ, baurach, omnium partes æquales: terantur, & cribellentur: & sumatur ex memirẽ media vncia, teratur, & decoquatur cum libra aquæ, donec consumatur medietas: & coletur, & imbibatur cum hac aqua in marmore: deinde continuetur cũ contritione in Sole diebus aliquot, donec consumatur aqua: deinde fiat puluis: Hoc enim est vltimum, & secretum magnum.

Ad Conseruandum Sanitatem Oculi Alchohol.

Alchohol autem , quod conseruat sanitatem oculi, Montee amice , ego vsus sum ad sanitatem amicorum meorum: & nulli qui eo vsus est, accidit nocumentum in oculis suis dum remansit. Et ipsum quidẽ conueniens est omnibus hominibus propter subtilitatem suam . ℂ *Modus Alchohol.* Rec. alchoroniæ & est thutia Inda , antimonij, hematitis, rubiẽ & est sepia abluta, & sit marina nec aduratur, thutiæ, ęris combusti, corticũ æris, aloes, folij, croci, omnium ana partem vnam: piperis, macropiperis, salis ammoniaci, oĩum ana partem mediã: margaritarum minutarũ, myrobal. kebulorum, spumæ maris, cadmiæ aureæ, sachari, musci, camphoræ, oĩum ana quartam partem: teranẽ, G & cribellenẽ, et fricentur in marmore diebus aliquot, donec fiãt sicut atomi: Hoc enim est vltimũ.

Ad Impetiginem & Pruritum.

Medicina, cuius descriptionem incepi pro Sertato, pro qua ipse proiecit medicinas multas aua rus de ea vsquequo accepit illam: & rectificaui ipsam, & curaui cum ea multos homines ab impetigine, quę in capite, & cruribus, & baras, & pruritu, & casu capillorum, tebal, & alopecia, & lendibus, & pediculis, & scabie vlcerosa: & est certa. ℂ *Modus Vnguenti.* Recipe gallarum ℥ iij, granorum armenij baurach aureum i, sulfuris citrini aurei ij, arsenici rubri, aristolo. amborum ana aur. ß, salis ammoniaci, frusti testudinis, fimi veteris, amygd. amararum excorticatarum, colocynthidis, æris vsti, venarum citrinarum, merdasengi, radicis capparis, foliorum fici siccę, radicum cannę siccarum, & ziniar, aluminis iameni, sief memithe, myrrhæ, aloes, olibani, omnium ana ℥ ß, kitram, foliorum oliuæ, fellis vaccini, omnium ana aur. i: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aceto vini, donec permisceantur: deinde leniatur cum eo: Est enim bonum ad tineam, & assafati, & ad ægritudines antiquas.

Ad Vermem Auris.

Ingenium in extractione vermis de aure , quod ego feci multoties. Distilletur in aurem quod H distillat caro vaccina, s. quando assatur cum aqua almarmacur: deinde præparetur cannula cũ mensura quæ ingrediatur in aurem: & sugatur cannula à superiori parte eius vehemẽti suctione: egredientur enim vermes, si Deus voluerit.

Ad Extractionem Aquæ cadentis in Aurem.

Pro extractione aquæ cadentis in aurẽ sumatur virga iunci triangulata, & est planta quę oritur super flumina: & inuoluatur eius extremitas cũ coto , & liniatur cum oleo: deinde intromittatur extremitas eius secunda in aurem cũ mẽsura, q̃ possibilis est: & incedaẽ extremitas in qua est cotũ cum igne. Quanto igiẽ plus cõburitur, aqua cadet de aure: & itera illud, donec egrediaẽ aqua tota.

Ad Extractionem Spinæ de Gutture.

Ingeniũ in extractione spinæ, qñ adhæret in gutture aut trãsuersaẽ. Elixetur frustũ carnis vaccinæ, & ligetur cum chorda, & deglutiaẽ: deinde extrahatur extractione subtili, egredieẽ. n. spina.

Ad Dolorem Auris.

Ad dolorem aũt in aure factũ res magis iuuatiua est, vt sumanẽ vermes inuenti sub vrceis aquę, & decoquantur cũ oleo ro. & mandragora, & distilletur in aurẽ postq̃ tepet. Quod autem dicitur amice de ægritudinibus aurium, iam ostendi illud in libro de ingenio sanitatis, & in alijs libris.

Ablutio

A *Ablutio Capitis Cerebrum confortans.*

Dico igitur, ꝙ qñq; accidunt naribus ægritudines, quæ prohibent ab olfactu & inspiratione. Dico ergo, ꝙ prohibens ab illo, non est ex ægritudine neruorum: qm̃ duę extremitates anterioris cerebri, q̃ sunt similes duobus capitibus mammillarũ: & sunt illæ, quas diximus in eo quod præterijt de sermone nostro, ꝙ sunt lenes, & ꝙ ipsæ non numerantur in numero neruorum: complent inspirationem & expirationẽ sine medicatione neruorum: & ad ipsas ascendit odor ex foramine, quod est in chartilagine intra coronam. Cuius medicinæ descriptionẽ scripsi Costę monacho, & fecit ipsam: et similiter scripsi descriptionem eius Chilichedeo & Festito, & excusauit eos ab omni cura. Et abscindit nocumenta attracta ad caput, & confortat cerebrum, & cauterizat ipsum, & expellit nocumẽtum ab ipso, & separat inter ipsum & vapores & humiditates, ex quibus prouenıũt coryzæ, & delet sodam. ℭ *Modus Ablutionis Confortans Cerebrum.* Rec. salis gemmæ, salnitri cõbusti, spumę maris, baurach albi, oium añ partem vnã: ellebori albi partem mediam: cõdisi, staphidis agriæ, sinapis, fæcis vini i. tartari combusti, oium añ partem vnam: sulfuris, rof. gallarum, sumach, alchannæ, squinanthi, prasij, gummi arabici, olibani, gariophylorum, xyloaloes, lycij, arsenici, aluminis, folij, spicæ, nucis muscatæ, oium añ partem ß: terant̃, & cribellent̃, & soluant̃ in aquæ saponis communis part. iiij, cũ aceto vini antiqui: & conficiant̃ cum eo medicinæ, & percutiat̃ in mortario: & sit acetum bulliens, qñ soluis ipsum cũ sapone: & fiãt trochisci, sitq; vnus trochiscus ℨ v: & exiccentur in vmbra. Qñ igitur necessarij sunt, teratur vnus trochiscus, & soluatur cum aqua calida, & abluatur caput cum eo, & caueatur ne cadat aliquid ex eo in oculum: et sit natura lenis.

B — Al. drach. ij.

Ad Fluxum Sanguinis Narium.

Et conquestus est mihi vir ex illis bonis de Roma, in primis quãdo hospitatus fui in ea: & erat quadragenarius, & erat delitiosus, teneri corporis, complexioq; eius decliuis ad caliditatem & humiditatem (& hęc est complexio Romæ) ꝙ ipse fluxum sanguinis narium patiebatur superfluum. Et medicati fuerunt ei multi medicorum, & non contulerat eorum medicina. Composui ergo ei hanc medicinam, cuius descriptionem acceperam à patre meo, & iuuaui eum statim. Et ego quidem permutaueram me à domo eius, sed ipse permutauit me ad eam: & hæc fuit prima domus in qua quieui. ℭ *Modus Medicinæ ad Fluxum Sanguinis Narium.* Rec. chartæ Indæ i. de papyro, cucurbitæ siccæ combustæ, atramenti viridis cõbusti, olibani, opij, aluminis vsti, omnium ana ℨ i: terantur, & puluerizentur, & cribellentur super ellychnium, quod submersum sit in aceto, & supponat̃ in nares ex eo deforis. Et ponatur super tempora & frontem lutum armenum tritum, cõfectum cum aceto: & ligentur stricte manus & pedes, & duo adiutoria cum ligamentis, & testiculi etiam: & sugatur cum ventosis supra hepar sine incisione & super splenem: et cephalica phlebotometur ex parte sanguinis: & embrochentur pedes cum aqua calida, vt attrahatur sanguis ad inferiora: & dormiat supra dorsum suum: & fundatur super faciem eius aqua frigida cum aceto: hoc. n. est secretum magnum: serua igitur ipsum. Hæc quidem medicina abscindit sanguinem à quocunq; membro: & si submergantur in ea pili leporis carminati, erit mirabilis.

C

Ad Mollificationem Linguæ.

Et cõquestus est mihi vir senex mollis corporis de mollificatione in lingua sua: & fuit de quadam villa ex villis Romanis. Composui igitur ei hãc medicinã, & sanatus est vsq; ad paucos dies, qui fuerũt minus tribus septimanis. ℭ *Modus Pilularũ ad Accidentia Phlegmatica.* Rec. albotiz, opopanacis, altit dulcis, nucis muscatæ, omnium ana partem vnam: terantur, donec fiant sicut pasta: & fiant sicut cicer pilulæ. Et ponatur sub lingua vna post vnam, & sugatur: & assiduetur gargarismus cum sinapi: & balneatio cum aqua non dulci. Et sanatus est.

Ad Nauseam, & Malitiam digestionis, & Combustionem in stomacho, & Retentionem Vrinæ.

D Et conquestus est mihi vir quadragenarius, cuius complexio erat decliuis ad caliditatem et siccitatem (fuit in Alexãdra regione) de nausea & malitia digestionis, & combustionis in stomacho, & retentione vrinæ. Composui igitur ei hanc medicinã, & iuuatus est ea statim. ℭ *Modus Syrupi de Fructibus.* Recipe succi basilici, succi granati dulcis, & succi granati acetosi, aquæ tamarindorũ, aquæ casiarum, aquæ citrulorum, aquæ melonum, aquæ cydoniorum, omnium ana lib. i: rob vuæ vere dulcis, & est carenum, lib. iiij: decoquantur, donec fiat ei spissitudo, eius malitiam securans, i. ne putrefiat. Et sumatur de ea omni die cochlearium vnum cum aqua frigida.

Ad Debilitatem stomachi, & Vomitum, & Solutionum Ventris.

Rob de fructibus conferens debilitati stomachi, & vomitui, & solutioni ventris superfluæ, & angustiæ, & adustioni quæ fit in stomacho. Composui quidẽ hanc medicinam Rufo propinqui temporis, qui fuit Persa. ℭ *Cuius Permistio.* Recipe granati acetosi, cydoniorum, amborum ana xx numero: pirorum, iuiubarum, amborum, ana c numero: sumach aur. xl: granorum myrti, centaureæ: terãtur omnia, & ponantur in vase bireno s. lebete, & fundãtur super illud aquæ xx chist: & decoquatur decoctione bona, & exprimatur fæx & proijciatur: & sumantur lib. tres mellis, & ponatur ipsum cum illa aqua, & accendatur sub ea ignis donec fiat sicut mel spissum: & coletur, et reponatur: Cuius dosis sit cochlearium vnum cum aqua frigida.

Ad Febrem Adustam, & Sitim, & Adustionem in Stomacho. E

Et conquestus est mihi vicenarius adolescens de febre adusta, & siti, & de adustione in stomacho. Composui ergo ei hos trochiscos. ℂ *Modus Trochisc. Febris Adustæ.* Recipe seminis citrullorum excorticati, se. portulacæ, liquiritiæ decorticatæ, oīum añ ʒ viij: tragacanthæ ʒ iiij: terant, & mollian, & conficiantur cũ mucilagine psyllij: & fiant inde trochisci, sitq; omnis trochischus ʒ i.

Ad Febrem Tertianam Trochisci.

Trochisci boni (quos ego sum expertus, & quos composui viro ex bonis, qui habebat febrem tertianam & medietatem quotidianæ, & iuuatus est ex eis cito iuuamento veloci) ad febrem tertianam, & febrẽ incensiuã, et febres permistas calidæ causæ: & sunt nobilis quantitatis: serua ergo eos. ℂ *Modus Trochiscorum Febri Tertianæ.* Rec. rosarum ʒ xx, spodij ʒ v, amyli ʒ iij, tragacãthæ ʒ ij, croci danich ij: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua, & fiant inde trochisci: sitq; omnis trochiscus ʒ i. Et sumatur in potu cum aqua & syrupo acetoso.

Ad Stricturam anhelitus, & Dolorem stomachi, & Dolorem duorũ laterum, et Malitiam digestionis, & Eructationem acetosam, & Dolorẽ hepatis & splenis.

Et conquestus est mihi Herodes religiosus de illis de Roma de strictura anhelitus, et dolore stomachi sui, & dolore duorum laterum, & malitia digestionis, & corruptione hystimbræ, & eructatione acetosa, & dolore hepatis sui & splenis, & dilatatione anhelitus magna, & fuit infrigidatus ætatis quadragenarius. Composui ergo ei hãc medicinam, & iuuatus est ea multum vsque ad hebdomadem. ℂ *Modus Syrupi Iuuatiui.* Recipe scyllæ lib. ij, zz, se. fœniculi, petros. anisi, pyrethri, hyssopi, se. ocimi gariophylati, costi, asari, oīum añ ℥ i: se. apij, piperis, cymini carmeni, oīum ana ℥ ij: dauci, ammeos, libystici, cardamomi, oīum añ ℥ iiij: ocimi hortulani, saturcli i. aceti acetosi chist i, mell. chist ij, rob chist i: tere medicinas, & infunde eas in aceto tribus diebus: deinde coq; ipsum, donec cõsumatur medietas aceti: deinde proijce sup ipsum vinũ, & coque ipsum donec cõsumat quantitas medietatis vini: deinde remoue ipsum, & cola ex ipso medicinas, & dimitte ipm, donec infrigidet bñ: deinde infunde sup ipsum mel despumatũ, & accẽde ignẽ sub ipso donec fiat sicut mel subtile, & repone ipsum. Sitq; potio eius cochlear vnũ cũ aqua frigida. Et si volueris ipm solutiuum, tũc bibat ex eo cochlear vnũ cũ aqua tepida & duobus danich scãmonij, est. n. mirabile.

Ad Frigus stomachi, & Corruptionem eius.

Et conquestus est mihi vir, qui erat in ætate & complexione, sicut ille qui præcessit ante hunc. Composui ergo ei hanc medicinam ad frigus stomachi eius, & ad corruptionem eius, & ad malitiam hystimbræ eius, & febrem quartanam quæ erat à putrefactione phlegmatis, propter debilitatẽ quæ euenerat in corpore eius, & in manibus eius, & ipsius renibus. ℂ *Decoctio ad Febrẽ Quartanam.* Recipe vini antiqui boni odoris albi lib. iij, mellis lib. i, zingiberis ʒ v: heyl, cardamomi, omnium ana danich ij & ß: croci ʒ ij: musci, piperis macropiperis, omnium ana danich i & ß: terantur, & cribellentur, & puluerizentur super syrupum: & dimitte cum in Sole diebus multis. Deinde vtere ex ipso cochleari i cum aqua frigida.

Ad Corpus Infrigidatum, & Humectatum, & Alia multa.

Et conquestus est mihi vir infrigidati & humectati corporis: mutati coloris ex fluxu sanguinis superfluo, qui accidit ei propter syncopen & frigus in hepate suo, & suo corde: & debilitate in suo stomacho, & corruptione in venis suis, & solutione ventris superflua, & vomitu multo. Composui igitur ei hanc medicinam sublimem. ℂ *Modus Confectionis.* Recipe costi, folij, calami aromatici, gariophylorum electorum, omnium ana ℥ ij: casiæ ligneæ, salis romani, amborum ana ℥ i: galliæ, acaciæ, foliorum ro. spodij, fausel, †thuris masculi, omnium ana ʒ ß: terantur, & cribellentur: & conficiantur cum rob cydoniorum, & reponatur. Et sumatur, ex ea ad magnitudinẽ nucis, quando necesse fuerit: est enim vltima primaria valde.

†Al. piperis visualis.

Ad Tristitiam, & Cogitationem, & Debilitatem, & Angustiam. H

Et conquestus est mihi vir adolescens ex filijs regũ (& erat teneri corporis, & delitiosus) de debilitate nimia, & subtilitate eius, & angustia, & tristitia, & cogitatione: & erat cõtinens nos aer autumnalis corruptus, alteratus: & locus in quo conuenerat, erat horizon ciuitatis Lucæ, super cuius aerem vincebat caliditas & humiditas. Composui ergo hanc medicinam, & exiuit ab ægritudine sua velociter. ℂ *Modus Confectionis magnæ.* Recipe se. ocimi, buglossę siccæ, foliorum propriẽ mentæ siccæ, lapidis lazuli adusti abluti, margaritarum paruarum tritarum, karabi marini abluti, coralli albi, lapidis armeni, setæ combustæ, omnium ana ʒ x: galliæ, spicæ indæ, myroba. epithymi Cretensis, cinnamomi, thuris, masticches, zedoariæ, doronici, been albi & rubri, folij, cardamomi, gariophyl. electorum, vsneę, castorij, liquir. excorticatę. croci, se. lactucę, se. hyoscyami, ozanorsi i. squinanthi, mandragoræ, xyloaloes bonæ, pæoniæ, rauedsceni, se. armel, nucis muscatæ, darsessaham, carnub, seliniafelias i. agni casti, se. coriandri, ana ʒ v: limaturæ argenti ʒ iiij, limaturæ auri ʒ ß, camphoræ ʒ i: rosarum, spodij, amborum ana ʒ vij, musci aur. i: terantur omnia, & cribellentur, & leniantur cum vnc. i olei ros. & quarta vnc. olei balsami: & adiũgatur ei tantum sacchari triti & cribellati, quantum sunt omnes medicinæ: & conficiatur totum cum miua, & reponatur sex mensibus in primis. Et sumatur ex eo omni die sicut abundachari assidue.

Ad

A *Ad Tussim, & ad Asthma.*

Et conquestus est mihi vir quinquagenarius (cuius complexio erat æqualis, declinis ad calidita tem & humiditatem, crassi corporis, & erat regio eius multorũ ventorũ meridianorũ) de tussi, & anhelitu latitudinis, & asthmate antiquo. Cõposui ergo ei hãc medicinã, & iuuatus est ea in hebdomade vna. ℭ *Modus Medicinæ.* Rec. hyssopi sicci, ocimi, capilli veneris, prasij, liquir. decorticatę, omnium añ ʒ vi: funde desuper mensuram sacraiati vnius de aqua, & coque ipsam donec perueniat ad medietatem: deinde cola, & funde super ipsam cochlear i mellis: deinde da ei in potu.

Ad Sputum Sanguinis, & Solutionem Ventris.

Et conquestus est mihi Iesas, qui erat ex Armenis, de sputo sanguinis, & ventris solutione: & erat adolescens trigenarius, extenuati corporis, & calidi: & eius regio calida valde. Composui ergo ei hanc medicinam. ℭ *Trochisci nobiles.* Recipe carabi marini adusti, acaciæ ablutæ, gummi arabici, spodij, rosarum, therathit, omniũ ana drach. x, opij drach. i, mastiches drach. iij, coralli drach. iiij: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum mucilaginibus granorum cydoniorum: & fiant trochisci, sitq; omnis trochiscus eius drach. i. Cuius dosis sit trochiscus vnus cum aqua frigida apud somnum. Et si dimiseris hos trochiscos, donec aggregentur partes eorum diebus aliquot,

B erunt completiores ad operationem suam.

Ad Retentionem Menstruorum, & Multa alia.

Et conquesta est mihi mulier cuiusdã amicorũ meorũ, quæ erat ex sapiẽtibus mulieribus: & pepererat, & retẽta erãt ei mẽstrua, & minoratum fuerat lac eius: & acciderat ei sputũ sanguinis, & sanici, & tussis, & anhelitus dilatatio. Cõposui ergo ei hãc medicinã, & iuuit eã. ℭ *Modus Electuarij.* Recipe succi prasij vnc. vi, boni vini vnciam vnã, mellis vnciam vnam: piperis albi, thuris, myrrhæ, omnium ana drachmã vnam: coniungatur aqua prasij & vinum in olla, & coquantur donec consumantur duæ partes tertiæ: & tunc proijciatur super ipsum mel: & accendatur sub ea ignis donec coaguletur, & fiat sicut mel: terantur ergo medicinæ & puluerizentur super ipsum, deinde misceatur super ipsum: quando igitur permiscentur, tunc repone ipsum in vitreato. Et lambat ex eo infirmus cochlearium i ieiunus. Iuuata est ergo hac medicina in spacio breui.

Ad Sputum Sanguinis, & Solutionem Ventris, & Sanguinis.

Emplastrum quod ego composui: & ponitur super pectus, & abscindit fluxum sanguinis: & super ipsum stomachum ex solutione ventris: & super caput ex fluxu sanguinis narium. ℭ *Cuius permistio.* Recipe myrrhæ, thuris, aloes, omnium ana ʒ iiij: balaustiorum, sanguinis draconis, aca-

C ciæ, sief memithe, feluzaharagi, & loco eius chohol caubem, omnium ana ʒ viij: opij, radicis spicæ, hyoscyami, omnium ana ʒ iij: aluminis abluti, lacunæ sigillatæ, atramenti, omnium ana ʒ ii: sumach, gallarum, granatorum summitatum s. balaustiorum, omnium ana ʒ vi: tere illud, & cribella ipsum cum cribello subtili: & confice ipsum cum vino passularum bono, aut cũ aceto vini permisto, donec fiat sicut mel spissum. Deinde line super pectus ex sputo sanguinis: & sup caput ex fluxu sanguinis nariũ: & super omnem locum, ex quo egreditur sanguis: & line ipsum super stomachum ex solutione ventris. Et hoc vltimum est in eo, quod diximus: serua ergo ipsum.

*Al. fellis zaharagi.

*Al. laccę.

Ad Ventositatem Ventris, & Apostema in Hepate, & Hydropem.

Et conquesta est mihi mulier de ventositate in vẽtre suo, & apostemate in hepate suo in superioribus eius, & inceptione hydropis: & erat mulier tricenaria, aut quasi tantum: & erat causa eius retentio menstruorum: & erat vincens continens nos aer calidus & humidus. Cõposui ergo ei hanc medicinã, & iuuata est ea vsq; ad xxx dies. ℭ *Confectio, quæ Prouocat Menstrua, & Expellit Ventositatem.* Recipe eupato ii, spicæ, corticum casiæ ligneę, croci, seminis apii montani & domestici, liquir. squinanthi, carpobalsami, rubiæ, omnium añ ʒ iiii: reuetseni ʒ iii: mastiches, laccæ quæ non est operata, spodii, rosarum rubrarum, aristolo. omnium añ aur. i: terantur omnia, & cribellentur:

D & conficiantur cum melle despumato. De quo sumatur omni die pondus ʒ ii.

Ad Icteritiam Nigram.

Et conquesta est mihi mulier, religiosa, quam extenuauerat religiositas & abstinentia, de icteritia nigra multum apparente: & erat corporis macri, quæ iam transierat l annos: & erat eius regio romana: & erat tẽpus autũni, in diebus in quibus ego fui ibi. Cõposui ergo ei hãc medicinã: & accepit ex ea aur. i. & exiuit ex ægritudine sua exitu bono. ℭ *Medicina ad Extrahendum Melancholiam.* Recipe aloes pondus ʒ vii, masti. ʒ viii: agarici, polypodii, cartami, epithymi, omnium ana pondus drach. ii: folii, casiæ ligneæ, spicæ, omnium ana drach. ii: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato. Sitq; dosis eius aureus i cum vino, si non fuerit febris.

Ad Icteritiam Citrinam.

Et conquestus est mihi vir tricenarius, qui erat monachus bonus, multæ lectionis in libris: & erat calefactus de icteritia citrina multum apparente. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea velociter. ℭ *Medicina ad Extrahendum Choleram.* Recipe amygdalarum amararum, amygdalarum dulcium, spodii, folii, rosarum, absinthii, mastiches, spicæ, anisi, omnium ana ʒ iiii: seminis scariolę drach. x, coriandri syluestris drach. ix, aloes drach. vi: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum vino. Et sit dosis omni die drac. ii pondus.

Ad Duritiem Splenis, & Apostema in Hepate, & Aquam citrinam, & Dolorem Stomachi, & Renum, & Tussim cum Icteritia.

E

Et conquestus est mihi vir ex amicis meis ex bonis religiosis de duritie in splene suo, & aposte mate in hepate suo, & aqua citrina, & dolore in stomacho suo, & dolore renum, & ex tussi cũ icte ritia. Composui ergo ei hanc medicinam. ℭ *Confectio ad Aegritudinem Ventris, vel vacuitatis.* Recipe spicæ Indę, costi, corticum casiæ lignee, omnium ana pondus drach. ij: fœniculi drach. iij: pipe ris, seminis apij, acori, andachocę, ireos, xylobalsami, omnium ana drach. iiii: venarũ cappar. drach. quinque: passularum mundatarum à granis suis, drach. x: terantur donec fiant sicut medulla: & te rantur medicinæ, & cribellentur: et conficiant omnia cum melle despumato. Et sumantur ex eo omni die drach. iii cum aqua capparum, & calaminthes, & secaniabin pauci aceti. Iuuatus est ergo ea iuuamento manifesto in spacio paruo. ℭ *Emplastrum conferens Duritiei Splenis & Hepatis.* Reci pe ammoniaci, bdelij, ireos, sepi vaccini, omnium ana drach. *x: ficus, thuris, opopanacis, galbani, omnium ana drach. viii: piperis c & l grana: ceræ, picis siccæ, amborum ana ℥ xx: aluminis iameni, sulfuris, myrrhæ, omnium ana ℥ x: pyrethri, radicum capparis, amborum ana drach. v: visci, ari stolochiæ, croci, cordumeni, amomi, olei nardini, omnium ana drach. iii: terantur bene cum aceto, & conficiantur cum eo donec permisceantur: & liquefiat cera, & permisceantur omnia terendo in mortario, donec fiat corpus vnum: & ponatur super splenem.

*Al. xvj.

F

Ad Febrem Quotidianam, & Fluxum ventris, & Tenesmon, & Tussim.

Pilulę quas ego composui viro oratori, qui habebat quotidianam, & fluxum ventris superfluũ, & punctionem, & tenesmon vehementem, & tussim: & iam erat desiccatus: & desperauerat se, et sperauerat mortem. Iuuatus est ergo his vice vna. ℭ *Pilularum permistio hæc est.* Recipe castorij, myrrhæ, amborum ana aur. i & ß, seminis hyoscyami albi ℥ iii, seminis apii ℥ viii: tere illa, & confice cum vino, & fac inde pilulas sicut piper, & sicca eas. Sitq; dosis eius grana v cũ rob myrti, et aqua.

Inquit Galenus nõ est nobis necessarium rememorari in hoc libro radicum ægritudinum, quoniam iam eas diximus in aliis libris: hunc autem librum non fecimus, nisi ad descriptionem proprie. Et quamuis nos confortemus per ipsum rationes Empiricorum, tamen quando ego cogito, ratione certa agnosco, quia est vnũ de secretis medicinæ, & thesaurus ex thesauris eius. Et omnem medicinam eius iam expertus sum vicibus multis in eo, qui aptus, & cui conuenit, & est conueniens cõplexio eius.

*Al. modum.
*Al. cõplexioni

G

Ad Dolorem Ani, & Tenesmon, & Ventris solutionem, & Puncturam.

Ellychnium quod supponitur in ano, & efficit opus pilularũ, immo melius. ℭ *Eius permistio.* Recipe myrrhæ, thuris, mastiches, croci, omnium ana partem vnam: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum vitellis ouorum, aut cum succo alchinis i. psyllii: & fac inde, quod sit simile glandi, & pone in vnoquoque eorum filum. Quando ergo facis illud, inunge ipsum ante oleo rosato, & pone ipsum in ano, & præcipe vt teneat ipsum nocte tota. Quando igitur voluerit extrahere, trahat filum, & extrahat ipsum. Hæc autem medicina est sublimis ad dolorem ani, & tenesmo san guineo, & solutioni ventris, & puncturæ. Scias ergo bonitatem eius.

Ad Colicam, & Vomitum, & Dolorem Stomachi.

Medicamen ad colicam, quod composui adolescenti trigenario, cui acciderat colica, quę dicitur ileos, & vomitus, & exiccatio fortis, & dolor stomachi. ℭ *Cuius permistio.* Rec. myrobalanorum citrinorum, & nigrorum, masti. anisi, ammeos, seminis apii, corticum thãpsiæ, medullę seminis car tami, omnium ana partem vnam: salis Indi partem ß, aloes scotrensis ad pondus omnium medicinarum: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua foliorum citri humidorum: & fiat inde pilulę. Sitq; dosis eius aur. ii cum aqua calida ante cibum: est enim bonum ad digestionem cibi, & lenit ventrem, & ad colicam, & ventositatem, & dolorem dorsi, & crudum humorem.

*Al. casię li gneę.

H

Ad Lapidem Renum.

Et conquestus est mihi vir de lapide, quem habebat in renibus suis, & quandoq; exierat in vrina: & narrauit quia egessit eum: hoc autem longinquum est, veruntamen ego audiui, quod Archigenes in quibusdam libris dixit hoc, sed nescio causam eius. Composui ei hanc medicinam: et iuuatus est ea vsque ad xxx dies. ℭ *Confectio ad Lapidem.* Recipe aristolo. dauci, floris squinanthi, carpobalsami, spicæ, croci, meu, phu, apii, casiæ, chamędryos, scorodi, ammeos, prasii, dragaganthi, enulæ, ireos, origani montani, carui, seseleos, corticum radicum cappar. gariophylorum, cymini, seminis fœniculi, scillæ assatę, sinapis, myrrhæ, seminis erucæ, condisi, omnium ana partem vnam: pinearum decorticatarum ex cortice suo, quantum est pondus omnium: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato. Sitq; dosis eius omni die ℥ iii.

*Al. dixi.

Ad Debilitatem Coitus, & ad Dolorem Vesicæ, & Lapidem, & Dolorem in vtrisque lateribus.

Et conquestus est mihi adolescens teneri corporis ex filijs Regum philosophorum ex amicis meis, de coitu, de vesica, de dolore in ea, & lapide, & de dolore in vtrisque lateribus. Composui

ergo

A ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea velociter. ℂ *Confectio ad Coitum.* Recipe pinearum excorticatarum de cortice suo libre vnius quartam: medullæ seminis melonum, medullæ seminis cucurbitæ, been ru. & citrini, sesami decorticati, galangæ, zingiberis, secacul, seminis alphagdi, sepi scinci, omnium ana drach. x: seminis vrticæ, seminis sinapis, seminis cæpæ albæ, anisi, seminis papaueris albi, liquir. decorticatæ, seminis bauciæ, omnium ana drach. vij: penidiorum quantum est pōdus omnium: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato. Et accipiatur ex ea mane, & apud somnum, quantum est nux. Et præcipe ei, vt fiat hoc sibi cibarium diebus, quibus accipit confectionem. Recipe bauciarum mundatarum ex venis suis & cortice suo medietatem libræ: elixetur ergo, donec dissoluatur: & proijciatur in eam oleum omphacinum & mel: formetur cum vitellis v ouorum. Et quandoque decoquuntur cum eo passeres. Et coloretur cum croco & zingibere: & aromatizetur cum musco.

Ad Satyriasim.

Medicamen cui non est simile super terram in satyriasi, & est velocis sanationis. ℂ *Cuius permistio.* Recipe olei sambucini vel de zambach i. de iesemino, libram vnam: formicas habentes alas, mille: nemeresin vnam & est fœmina parua vulpes, quæ in Sabano moratur: cum formicis B misceantur: & inungatur cum hoc vnguento mirach, & duo testiculi, & virga, postquàm suspenditur in Sole duabus hebdomadibus,

Ad Dolorem Testiculorum, & Apostema, & Ventositatem in eis, & Pruritum.

Et conquestus est mihi vir ex bonis religiosis ex amicis meis de apostemate in testiculis, & ramice, & ventositate in eis, & dolore eorum. Composui ergo ei hoc emplastrum, & iuuatus est eo iuuamento magno. ℂ *Cuius permistio.* Recipe mastiches, setæ, thuris, sarcocollę, omniū ana drachmas vi: terantur, & cribellentur, & incorporentur cum vino: & liniatur super apostema, & annectatur super ipsum cotum: & dimitte ipsum donec exiccetur: deinde accipe pannum, & liga duo oua ad duas ancharum pyxides. ℂ *Ad Pruritum Testiculorum.* Ad pruritum in duobus testiculis, sumantur cerusæ drach. vi, sulfuris citrini drach. ij, opij drachma vna: terantur omnia cum aceto vini permisto cū aqua, & pone ipsum tribus vicibus. ℂ *Ad Apostema Testiculorum.* Et ad apostema in duobus testiculis, sumantur ciceris partes ij, altheę pars i: terantur cum aceto, & liniantur super apostema: est enim bonum.

Ad Dolorem Juncturarum.

Et scripsi ad Glauconem philosophū, qui erat ex bonis & puris amicis meis: & erat eius ætas C adolescentia: & erat teneri corporis delicatus: & ipsius regio Beneuentum: inuaseratq; eum dolor iuncturarum & carnium quæ super dorso in directo ancharum sunt, & podagra, & dolor ancharum. Composui ergo ei hāc medicinam, & est vna ex illis quam accepi ab Archigene: & addidi in ea, & rectificaui eam. Iuuatus est ergo ea vsq; ad lxx dies, & non redijt ad ipsum: & est secretum magnū ex secretis medicinæ. ℂ *Pilulæ ad Dolorem Juncturarum.* Rec. myrobalanorum kebul. & indorum, et corticum cucumeris asinini, buzaram loco cuius ponitur zingiber, colocynthidis interioris, salis indi, hermodactylorum, aloes scotrensis, omnium ana ʒ i, sagapeni ʒ ii: terant, & puluerizentur, & conficiantur cum aqua foliorum kekengi, & aqua albuzaran: & fiant pilulæ sicut piper, & desiccentur in vmbra. Et bibatur ex eis omni nocte tertia ʒ iii cum aqua calida. Et sumatur post illud hæc medicina, cuius modus est. Recipe buziden i. satyrionis partem i, hieræ picræ partes ii: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle. Et bibantur ex ea ʒ iii.

*AL. zedoariæ.

Ad Ischiadem.

Et conquestus est mihi vir ex vna villarum romanarum, supra cuius aerem erat vincens humiditas, & vincens super complexionem viri simile illi de ischiade. Purgaui ergo corpus eius semel cum hac medicina: & excusaui ipsum à cauterio & vnguēto. ℂ *Medicina ad Ischiadem.* Recipe her D modactylorum, turbith carnosi, buziden i. satyrii, sanæ, medullæ seminis cartami, pulpæ colocynthidis, medullæ seminis citruli, omnium ana drach. i: terantur & cribellentur: & conficiātur cum butyro & melle. Et est hæc potio vna.

Ad Humorem Crudum lapidosum, & Mollificationem crurium, & Debilitatem Corporis.

Et conquestus est mihi Abyn, qui erat exiccatus (cuius erat ætas adolescentia, mediæ habitudinis, delicatus) de humore crudo lapidoso, qui faciebat eum sedere, & mollificatione crurium suorum, & debilitate corporis sui, & stupore in vtrisq;. Composui ei hāc medicinā: & vsus est ea per mensem, & rediit ad sanitatem suam naturalem. ℂ *Medicina ad Humorem Crudum.* Recipe myrobal. kebul. & emblicorum, & indorum, & satureiæ, ammeos, apii, origani persici, hermodactylorum, turbith gummosi in duabus extremitatibus, omnium ana ʒ i: buzaran, loco cuius ponitur zingiber, drach. ii: senæ arabicæ lib. i tertiam: spicæ, hehel, amomi, omnium ana drach. viii: cinnamomi, neremisch, piperis, macropiperis, spodii, ro. salis naptici, omnium ana drach. iiii: nasturtii vnc. ß, salis ammoniaci aur. i, acori drach. iiii: berengi, doronici, zedoarię, tertiam aur. i: terantur, et cribellentur, & leniantur cum butyro vaccino, præparato cū clississia tritici i. simila, donec eneiat

*AL. ex siculi.

Spurii. N v iiij ipsum.

ipsum: & adiungatur media libra penidiorum, & conficiatur cum melle despumato. Et sumatur E ex eo omni die ʒ ß cum aqua, in qua decocta est acorus. Et vtatur hoc oleo, est enim vltimum in ægritudinibus iuncturarum, & mollificatione earum, & corruptione complexionis earum, & ipsarum dolore. ℂ *Oleum Probatum, Cuius permistio.* Recipe costi, carpobalsami, corticis casiæ, oīum ana ʒ xxx: calami aro. buzaran loco cuius ponitur zingiber, abrengi loco cuius sagapenum, omnium ana ʒ xx: macropiperis ʒ vij: cordumeni, zingiberis, staphidis agriæ, omnium ana ʒ vi: cyperi ʒ xi: venarum squinanthi, ireos, amborum ana ʒ xij: cyperi, blactæ byzantiæ, foliorum myrti, sampsuci, omnium ʒ x: tere medicinas contritione crassa, & infunde eas in vino boni odoris, secundum mensuram qua cooperiat eas, die ac nocte: & pone ipsum in olla, & infunde super eam ex aqua quantum est mensura vini: deinde infunde super illud oleum sesami, & oleum lentiscinū, de vnoquoquo x asacraiati: deinde accende sub ipsa ignem lentum quantitate viij horarum: dein de tolle eam ab igne, & permitte illud infrigidari, & funde oleum ab aqua: Deinde accipe in decoctione eius secunda, assari, spicæ, amomi, ana ʒ x, folij ʒ vi, myrrhæ vnc. i: tere omnia, & infunde ea die ac nocte: deinde cola eam in ollam, & funde super eam oleum: sitq; olla, in qua decoques vice prima & secunda & tertia, olla limpida, in qua ponantur medicinæ & oleum. Et accipe ollam magnam à loco masiam, & funde in eam aquam: deinde pone ollam, in qua sunt medicinæ & oleum F in concauitate eius: & accende sub ea ignem lentum, donec decoquatur oleum & medicina per calorem aquæ. Quando ergo decoxeris ipsum secundum terminum quem narraui, & peruenerit ad finem, remoue ipsum ab igne, & permitte ipsum infrigidari. Deinde cola ipsum oleum, & coque ipsum tertio. Et accipe gariophyl. blactæ byzantiæ, nucis muscatæ, omnium ana ʒ iiij: bdellij ʒ iii: mellis, styracis calamitæ, ʒ xxx: olei balsami †ʒ ß: tere medicinas siccas, & infunde eas in vino die ac nocte. Deinde cola eas in ollam: & funde super eas oleum: & accende ignem sub eis secundum quod narraui tibi: deinde cola oleum, & repone: Ipsum enim est vltimum in ægritudinibus iuncturarum. Et in læsione fiat inunctio ex eo, & bibatur: soluit enim naturam, & extrahit humorem crudum: & confert colicæ, & ægritudinibus viscerum.

*Al. maraxil.

†Al. vn. semis.

Ad Caninum Appetitum, & Singultum, & Eructationem acetosam.

Electuarium dia trion pipereon quod ego cōposui Hedino, qui fuit ex bonis: & erat intra Romam, & erat septuagenarius: conquestus est de frigore in complexione, & humiditatibus superfluis, & canino appetitu, & singultu, & ructu acido. Composui ergo ei hanc medicinam: & iuuatus est in hebdomade. ℂ *Cuius permistio.* Rec. piperis albi, piperis nigri, macropiperis, omnium ana quartam libræ: xylobalsami ʒ i: spicæ, amomi, amborum ana ʒ iiij: se. apij, zingiberis, seseleos, G keisim, casiæ mundatæ, enulæ, asari, omnium ana ʒ iij: tere omnia, & cribella, & confice cum melle despumato, & repone ipsum. Et sumatur ex ipso quantum bundacha.

Ad Tremorem Cordis, & Inquietudinem, & Cogitationem.

Syrupus quē composui Demicrathi, quę est mulier bona, multi ieiunij: cui accidit tremor cordis, & inquietudo, & cogitatio, & stoliditas, & mentis ablatio, & qñq; egrediebat̄ à ratione sua: & erat quadragenaria, cōstrictę carnis albæ. ℂ *Cuius permistio.* Rec. buglossę exic cat, foliorū rosarum, foliorum citri, foliorū ocimi citrati, capilli veneris, ocimi gariophyl. oīum añ hosmatū i, qđ est quarta libræ, & tria grana: malorū mādragorę incisorum ʒ viii: frustū panis, karabe cōtriti, setæ crudæ incisæ, lazuli loti abluti contriti, nucis muscatę contritæ, zedoariæ, doronici, been albi & rubri, sandalorū alborū & rubrorū, margaritarum minutarū, coralli, spodii, berberis, xyloaloes boni, crudi, mastiches, thuris masculi, oīum ana aur. i: teranť, & decoquantur oīa in xiiij libris aquæ fontis, donec consumanť duæ tertiæ: & comprimať manibus pānus, in quo sunt species, & colenť: & aggregenť duæ libræ aquæ cum x libris boni vini, & x libris mellis despumati, & coquatur, donec fiat spissitudo: & infrigidetur, & aromatizetur cum ʒ i musci contriti. Et bibatur septimanis iiij.

ℂ *Ad Tremorem Cordis Linimentum.* Rec. thuris, ro. xyloaloes, gariophyl. spodij, sandalorū rubro- H rū, karabe marini, sandarachæ, oīum ana ʒ i: aluminis iameni ʒ ß: teranť, & cribellenť, & conficianť cum aqua ros. aut cum aqua malorum: & ponatur super cor & stomachum: est enim vltimum.

Ad Dolorem Hepatis, & Splenis, & Multa alia.

Et cōquesta est mihi mulier deuota magnæ quātitatis nobilis (cuius complexio decliuis erat ad caliditatem, & eius anni xl erant) de dolore stomachi, & hepatis, & splenis, & duritie in ventre, & apostemate, & inceptione hydropis, & dolore amborū renū, & pulmonis, & amborum laterum, & vesicæ, & matricis, & dolore in oībus mēbris suis, & sputo sanguinis, & pleuritide. Composui ergo ei hoc emplastrū. ℂ *Cuius permistio.* Recipe cerę, helkalimbat i. terebynthinæ, bdellij, thuris, ammoniaci, cordumeni, fructus myrti, fructus vitis, tortellarum de feni, amomi, spicæ, croci, myrrhæ, mastiches, oīum ana ʒ viii: olei violati, olei sesamini, amborū ana ʒ xl: vini boni odoris quātitate qua infundať, donec fiat emplastrum: & accipe ammoniacū, bdelliū, et thus, et myrrhā, & tere, & in vino ea infunde, & contere ea, & liquefac cerā cum duobus oleis, & bulliat. Qñ ergo liquefiunt, depone ea desuper ignem, & tere reliquas medicinas, & pulueriza super ea, et moue ea tādiu donec permisceanť adinuicē. Deinde line ea super loca in qbus durities est, & apostema, & dolor.

A *Ad Vomitum immoderatum, & Fluxum Ventris.*

Emplastrum quod composui mulieri religiosæ deuotæ, cui acciderat vomitus immoderatus, & solutio ventris superflua, & febris conclusa, & sitis, & adustio vehemens: & erat trigenaria: & erat tempus æstiuum. ℭ *Cuius permistio.* Rec. cydoniorum mundatorum decoctorum cum aceto lib. i: galliæ, seminis myrtæ, sumach, acaciæ, fructus vitis, myrrhæ, mastiches, omniũ ana ʒ iij: tortellarum de seni ʒ viij, aromatici ʒ i: tere illud bene donec permisceatur: et funde super illud oleum rof. & acetum vini, & aquam ro. tali mẽsura ꝙ humectetur, & line stomachum. Et iuuata est ea statim.

Ad Febrem Quotidianam Trochisci.

Modus trochiscorum ad febrem quotidianam quando maturatur. ℭ *Quorum permistio.* Recipe rosarum, spodij, eupatorij, seminis cuscutæ, berberis, seminis endiuiæ, omnium ana ʒ iij: xyloaloes, tragaganthi, absinthij, anisi, doronici, omnium ana ʒ i: terantur, & cribellentur, & conficiant cum aqua calida: & fiant inde trochisci, quorum vnus sit drachmæ duæ. Et bibatur cum syrupo acetoso septem diebus, & eradicabitur.

Ad Febrem Tertianam Decoctio experta.

Decoctio ad febrem tertianam post tres accessiones experta. ℭ *Cuius permistio.* Recipe terenia B bin i. semen album habens saporem mannæ, medullæ cassiæ, tamarindorum, omnium ana ℥ ß, myrob. ℥ i: decoquantur cum lib. i ß aquæ, donec consumantur duæ tertiæ, & coletur. Et bibatur cum media ℥ olei sesamini: ipsa enim eradicatur statim.

Ad Febrem Quartanam Trochisci.

Modus trochiscorum ad febrem quartanam. Inquit G. iam narraui in multis librorum meorũ, ꝙ quartana q̃n inuadit in autumno, pertransit in vere: & quando inuadit in æstate, dimittit in sex periodis, quando medicus est prudens: nam quando maturatur, & vtitur hac medicina, tunc facit eam redire tertianam, deinde medicatur tertianæ cum eo quod dixi. Quare eradicatur febris tertiana hoc regimine, ante horam quam determinauerunt medici qui fuerunt ante me: & ego quidem determinaui illud. Verum ego iam ingeniaui cum hoc, & est secretum magnum: veruntamẽ nos non vtimur nisi in corporibus fortibus. ℭ *Quorum permistio.* Rec. eupatorij, absinthij, costi, zurũbet, doronici, ammeos, aristol. scorodi, myrrhæ, euphorbij, oĩum ana aur. i: aloes, bdellij, pyrethri, sagapeni, opopanacis, harmel, acori, amomi, omnium ana ʒ i: infundantur sagapenum et opopanax in vino, & moueantur: & terantur medicinæ, & cribellentur, & conficiantur omnia: & fiant inde trochisci, sitq; trochiscus ʒ i: & bibatur cum aqua raphani.

C *Ad Hydropem Pilulæ.*

Et conquesta est mihi filia Nicolai Regis, & ipsa quidem monacha erat deuota: & senserat de hydrope horrida, & aqua citrina (in qua fatigati erant medicantes) & strictione naturæ. Præparaui ergo ei hanc medicinam: & conualuit vsq; ad septimanas quatuor, & exiuit ab ægritudine sua egressione bona & sana. ℭ *Pilulæ ad Hydropem.* Rec. spicæ indæ & romanæ, amborum ana ʒ iij: agarici, aristol. amomi, croci, æris combusti, epithymi, mastiches, hyperici, costi, chamædryos, omnium ana ʒ iij: myrrhæ, kerse medicinalis, squinanthi, tithymali, oĩum ana ʒ i, aloes ʒ viij: tere illud, & pulueriza ipsum: & cerne eum, & confice cũ aqua, & fac de ipso pilulas, & inunge manus tuas in cilini. Sitq; dosis earum ʒ ij, cum vino misto.

Ad Icteritiam Sparsam.

Medicamẽ ad icteritiam sparsam scilicet super totum corpus, quod ego composui. ℭ Rec. euphorbij, epithymi, aloes, sulfuris, omnium ana partem i: tere illud, et da in potu ex eo ʒ ij, cum aqua casei: est enim vltimum quando non est calida. ℭ *Ad Icteritiam Causæ calidæ, Medicamen, quod ego cõposui.* Rec. aquam lactis caprini coagulati cum tamarindis lib. i, succi endiuiæ lib. i, succi solatri libræ quartam, aquæ absinthii humidi ℥ ß: berberis, sandalorum alborũ, & machoziri i. citrini, aloes, D omnium ana ℥ i: spodii, spicæ, rauedseni, omnium ana ʒ i: terantur, & cribellentur: & permisceant omnia, & permaneant in nocte. Et bibatur ex eo omni mane lib. ß colato cum ℥ ii iulep. Postea ponas ipsum in loco frigido, aut sumatur cum geleniabin.

Ad Descensum Aquæ in Oculum, & Vertiginem, & Ischiadem.

Modus medicinæ ad descensum aquæ in oculum, quam ego composui viro qui erat ex viris religiosis, qui multiplicauerat comestionem hordei, & assiduationem vigiliarum: quare euẽnit super eum malum ex descensu aquæ in oculum suum: & acciderat ei vertigo & ischias: iuuatus est ergo & conualuit. Et ipsa quidem confert omnibus ægritudinibus melancholiæ, & phlegmatis, & anginæ, accidentibus ex crassitudine humorum: & ad morsum canis rabidi, & habẽtium venenum, & præfocationi matricis. ℭ *Cuius permistio.* Rec. epithymi aur. x: scammoniæ, prasii, stœchados, myrrhæ, ellebori nigri, ana aur. iiii: scillæ assatæ, euphorbii, aloes, croci, gẽtianæ, petroselini, ammoniaci, opopanacis, omnium ana aur. i: polii, cinnamomi, sagapeni, myrrhæ, spicæ, floris squinãthi, calaminthes fluuialis, aristolochiæ longę, omnium ana aur. ii: teratur illud & cribelletur: & infundantur gummi in vino boni odoris, & conficiantur cum melle despumato quod sufficit, & dimittatur donec antiquetur. Sitq; dosis eius aur. iiii.

Ad

Ad Inquietudinem, ideſt Gueſſegues. E

Modus medicinæ quam ego compoſui religioſæ mulieri, cui acciderat inquietudo vt & ſola loqueretur ſecum, & ſylueſtritas: & medicati fuerũt ei multi medicorum, & non valuerat eorum medicatio in ea ita, φ iam deſperauerat de ſe. Compoſui ergo hanc medicinam, et iuuata eſt per eam. ℂ *Cuius permiſtio.* Rec. ſcammoniæ, aniſi, karabe, coralli combuſti, xyloaloes puræ, ſeminis coriandri ſicci, margaritarum minutarum, foliorum roſarum, ſpodij, maſtiches, omnium ana ʒ iij: myrobalanorũ indorum, citrinorum, kebulorum, omnium, poſt mundificationem ex nucleis ſuis, ana ʒ x: turbith albi aur. xij: agarici aur. viij: zedoariç, doronici, omnium añ aur. ij: ſacchari tabarzet ad pondus omnium medicinarum: teratur illud totum, & cernatur cum orali, & permiſceantur. De quo ſumant ʒ v in puluere, & ſumant diebus multis, & bibãtur cũ aqua frigida. Cibus aũt ſit illud quod lene eſt, ſicut pulli: & alteretur aqua cum ſyrupo myrtino, aut cũ ſyrupo de roſis recentibus.

Ad Obliuionem, & Frigus in Renibus, & Dolores in Iuncturis, & Alia multa.

Et conqueſtus eſt mihi vir Aburoſus religioſus, qui erat amicus mihi: & iam cõſecutus fuerat de oratione ſua quæ alius in ſuo tpe conſecutus non fuerat: & de ętate cõſecutus fuerat annos lxx: & erat propinquus mihi: & partes quidem frigoris iam vicerant ſuper eũ, quare acciderat ei obliuio, & frigus intenſum, & dolores in iuncturis. Compoſui ergo ei hãc medicinã, & iuuatus eſt iuuamento ſufficienti, & exiuit ab ægritudine ſua vſq; ad duas hebdomadas. Et ego quidem probaui eã in multis, & inueni eam conferre ægritudinibus veſicæ & humori crudo: & ſanatio eius eſt ex oĩbus ægritudinibus iuncturarũ & ſoda, generatis ex humoribus frigidis, & eo quod eleuabatur ad cerebrum ex vaporibus ab illo humore, & à tuſſi phlegmatica: & præparat ſtomachum, vt coria ꝑparant galla, & rectificat ipſum: & fugat ventoſitatẽ craſſam ex eo, & digerit cibum, & excitat appetitũ: & reſoluit qđ ex phlegmate incraſſat̃ in ſtomacho: & aliqñ abſtergit viſum, & acuit mentem, & delet obliuionem: & clarificat vocem, et tardat canitiẽ, et diſſoluit podagrã frigidę cauſæ: et quicunq; ſenex vtit̃ ea, nõ indiget alio in cõſeruatione ſanitatis. ℂ *Confectio Diatrion pepereon Secunda.* Rec. piperis albi & nigri, macropiperis, galangæ, caſſiæ ligneæ, calami aromatici, croci, ſpicę Indæ, gariophyl. cardamomi, carpobalſami, aſari, zingiberis, ſeminis myrti ſiccę, oĩum añ partem i: maſtiches partes v: terãtur medicinæ, & cribellẽtur, & conficiãtur cum melle deſpumato: & ponatur in vaſe vitreo læuigato. De quo ſumat̃ aureus i apud ſomnum: & eſt ex ſecretis magnis. F

Ad Dolorem Iuncturarum, & Complexionem corruptam.

Et conqueſtus eſt mihi Arſatus religioſus (qui erat amicus, & erat orator: & iam cõſecutus fuerat annos lxx: & dicebatur de eo, φ nunquam iraſcebatur, neq; cõtrarius fuerat alicui: & erat multæ taciturnitatis, & dilatatæ ſcientiæ) de dolore in omnibus iuncturis ſuis: & vidi complexionem eius corruptam, & alterata erat ei mẽs. Præcepi ergo ei, vt vteretur hac medicina. ℂ *Hiera magna.* Recipe chamæpityos, ſcorodi, amborum ana ℥ ß: ſeminis apij, ammeos, haſce, agarici, omnium añ ℥ i: gentianæ aur. iiij: centaureæ minoris ℥ ß: myrrhæ, ſpicæ, calaminthes montanæ, ſpodii, petroſelini, praſii, omnium ana ℥ ii: ſeminis rutę, hyperici, hyſſopi ſicci, phu, omnium ana aur. iiii: chamędryos ℥ iii: folii ℥ i: terantur omnia, & cribellentur cum orali, & leniantur cum ii ℥ olei balſami, & conficiantur cum ſufficientia mellis origani deſpumati: & repone in vaſe leni interius: & dimittatur ſex menſibus: ipſa nanq; iuuat, hæc enim medicina eſt melior. Montee, ſi ſciueris mẽſuram eius, excuſabit te ab aliis: ego enim vidi ipſam conferre ei: & eſt cõplexio eius ſicut theriaca. Huic quidem viro rediit ſanitas eius. Deinde poſui vt experirer ipſam. Inueni ergo in qbuſdã iuuamentum eius, quia excitat virtutes naturales & præcipue digeſtiuam: & extrahit melancholiam cum vapore: & ſubtiliat phlegma, & attenuat ipſum, & alleuat exitum eius ex corpore: & refrenat choleram citrinam: & confert omnibus ægritudinibus hepatis & ſplenis, quoniam aperit oppilationem: & ſi profundatur in venis, mirabiliter valet, ita quo'd forſitan eſt ex mundificatione ſanguinis: & conſeruat ipſum ad ſubſtantiam ſuam, ſi fuerit ſeruans ſanitatem, quoniam vadit in venas & arterias, & conſumit quod inuenit in eis de ſuperfluitatibus craſſis, & mundificat meatus: propter illud frangit lapidem: & mundificat fæcem humorum ex corpore, propter ſubtilitatem ſuæ operationis, deinde non ſoluit ſuperflue propter ſuam frigiditatem. Et eius potio integra eſt aureus i cum aqua calida. G H

Ad Maciem, & Diſpoſitionem Senectutis.

Et fuit mihi ò Montee amicus ex bonis, qui erat æqualis complexionis ſubtilium humorũ, extenuati corporis: & ipſe quidem multiplicauerat lectiones librorũ, & ieiuniũ, & orationẽ, & laborabat multũ: & erat parũ obuiãs cibo: & vigilabat plurimum noctis: & erat trigenarius die, qua cognoui eum: quare minorata eſt humiditas corporis eius, & addita eſt ei macies & ſiccitas cõplexionis: et nõ cõſecutus fuerat xl annos: & iã ſuperauerãt ei modi ęgritudinũ, & albificatũ erat eius caput, & debilitati erant motus eius innati, & factus erat in diſpoſitionibus ſenectutis vltimę. Pręcepi igitur ei comedere: quare humectatus eſt hora poſt horam, & paulatim ſm gradationẽ. Cõpoſui ergo ei hanc confectionem: & pręcepi vt vteretur ea. Excitauit ergo eius caliditatem innatam: & rectificauit ex diſpoſitionibus eius multũ: & ambulabat ſuper pedes ſuos, & cõfortata eſt

*Al. ſuperuenerant

A quidem virtus. Et est bona senibus multũ, qm̃ aperit oppilationes, et confortat caliditatẽ innatam in eorũ corporibus: & resoluit humiditates corruptas, & cõfortat digestionẽ, & confert ventositati, & resoluit phlegma à stomacho & à iuncturis: & cõfortat, & expellit nocumentũ frigoris, & prouocat vrinã. ℂ *Modus Confectionis.* Rec. piperis, macropiperis, cinnamomi calidi i. acuti, floris squinanthi, spicæ Indæ, galangæ, ammeos, cymini carmeni, oĩum ana aur̃. v: masticbes, seminis fœniculi, anisi, zingiberis sicci, calaminthes fluuialis siccæ, omnium ana aur̃. x: folij Indi, cyperi, croci, asari, casiæ ligneæ, costi dul. seminis apij hortulani, oĩum ana aur̃. iij: gariophyl. cardamomi minoris, cubebæ, nucis muscatæ, maceris, xylobalsami, carpobalsami, pyrethri, foliorum agni casti, zarneb i. rorismarini, acori, omnium ana aur̃. ij: terantur medicinæ, & cribellẽtur, & ponatur cum eis sacchari tabarzet libræ tertia: & conficiantur omnia cum duplo sui cum melle despumato: & reponatur in brumati leni. Et sumatur ex eo ab aureo i vsq; ad aureos ii, ante cibum, & post cibum.

Ad Anginam Emplastrum optimum.

Iste autem est modus emplastri, quod accepi ex libro antiquo, & rectificaui secundum sententiam meam, & probaui ipsum in apostematibus gutturis, & inueni ipsum mirabile, & non vidi, quod velocius conferret ipso: & est ex magnis secretis. ℂ Rec. ℥ merdasengi idest plumbi vsti, su B per quod proiiciatur ex oleo sesamino, & oleo violato, quo coaguletur: postea accipiatur mucilaginis psyllii, mucilaginis seminis lini, & seminis altheæ, seminis almaru, omnium ana ℥ ß: ouorum trium, gummi amygdalarum ℥ i: infundantur in aqua coriandri die ac nocte: deinde colẽt, & proiiciatur in ea chamæmeli, meliloti, amborum ana ℥ iii: aggregentur, & percutiantur percussione bona: deinde fiat corpus vnum, & fiat ex eo emplastrum.

Ad Omnes Aegritudines Emplastrum.

Emplastrũ mirabile cõferẽs oĩ ægritudini. ℂ *Fit hoc modo.* Rec. olei, aceti vini, amborũ ana lib. iiii, merdasengi lib. i & ß, chalcu cecaumenu ʒ xx, ziniar ʒ xvi: colchotar quod est atramẽtum albũ, chalcanthi, corticũ æris i. batitura, oĩum añ ʒ xvi: decoquatur acetum & oleũ, & remoueaẽ ab igne, & proiiciatur in eis lithargyrus & reliquæ medicinæ: deinde reducatur ad ignem, & decoquat donec inspissẽt, & rubeant. Deinde vtatur in omnibus vulneribus, & vlceribus, & apostematibus.

Ad Morsum Canis rabidi.

Illud autem, quod sanat à morsu canis rabidi, est id, quod dico tibi: et est ex medicinis nobilibus, & secretis magnis: & est medicina, quam faciebat Alinius senex antiquus, qui vituperabat medicinas pẽr eam. Et ipse quidem non vidit aliquem, quem momorderit canis rabiosus, & biberit eã, *Al. super C mori: & si non consequebatur ipsum in principio, quando momorderat eum canis. Dabat ergo in potu ex ipso cochlearia duo, & potabat ipsum ex ea xl diebus integris: & emplastrum faciebat loco morso, quod dicam post medicinam. ℂ *Modus Medicinæ morsus Canis rabidi.* Rec. cineris cãcrorum partes decem, gẽtianæ partes vii, thuris partem vnam. Dosis eius est cochlear vnũ magnum: & puluerizetur super aquam, & bibatur: & non bibaẽ ex ea minus ʒ iii. ℂ *Modus Emplastri.* Rec. aceti vini kist i, opopanacis ℥ ii, picis lib. iii: aggregetur illud, & fiat emplastrum ex eo. Et emplastretur ex eo locus morsus: est enim mirabile.

Ad Strangulationem prouenientem ex Fungis.

Quid aũt sanat ex comestione fungorũ illũ, cui accidit præfocatio? Dixit Gal. ego vidi medicũ de terra Alexãdriæ, qui vtebaẽ stercore gallinæ in medicatione strãgulationis eius, qui comederat fungos: vsus fui isto, & probaui ipsum: Quod fuit, quia exiccaui ipsum, & cõtriui ipsum, & dedi in potu ipsum in aceto, et aqua, & melle, et vino: & vomuit statim humorẽ crassum, & phlegmaticũ: & sedatus est, & quieuit, & inuenit trãquillitatẽ integrã: & eualit ab accidẽte, quod ei acciderat.

Ad Petram Medicamen.

Medicamen ad petram, quod ego composui viro ex Regibus Alexãdriæ, cui euenerat lapis: et D lassi erant medicantes, donec desperauerat de se ipso. Composui igitur ei hanc medicinam, & iuuatus est per eam, & exiuit ab ægritudine sua egressione integra. ℂ *Et eius modus est.* Rec. opii ʒ iii, acori danich i & ß: pyrethri, euphorbii, castorii, corticis radicum capparis, seminis hyoscyami, galangæ, omnium ana ʒ i: cinnamomi, seminis bauciæ syluestris, seminis apii, costi, petroselini, casię ligneæ, mentæ, myrrhæ, chamæpityos, calaminthes fluuialis & montanæ, gentianæ romanæ, radicis liquiritiæ, enulæ, chamædryos, prasii, scolopendriæ, aristolochiæ rotundæ, seminis ammeos, mastiches, radicem lilii cœlestis, cymini carmeni, gariophylorum, seminis fœniculi, scillæ assæ, sinapis, granorum pini, anisi, carpob. seminis erucæ syluestris, cordumeni, seminis rutę syluestris, seminis agni casti, aniuden nigri, ana danich i & ß: terantur omnia, & cribellentur, & liniantur cum oleo balsami, quantitate quartæ vnius vnciæ: & conficiantur cum melle despumato. Dosis eius est kist i & ß vsq; ad ℥ ß. Deinde probaui illud post illud, & inueni ipsum frangere maiores lapides, & extrahere omnes eos. Quod autem dicunt omnes homines de lapide iudaico, iam expertus sum, & non inueni in lapide vesicæ operationem: verum ipse in lapide renum est fortis, & valde mirabilis operationis. Et ipse quidem est lapis valde albi coloris, in quo sunt fila nigra: qui lapis inueniẽ in Palæstina. Et modus dandi ipsum in potu, est vt fricetur super cotem viridem, donec ex eo resoluatur aliquid: deinde aggregetur limatura illa, & abluatur: et detur in potu cum aqua calida.

Ad

Ad Aegritudines Phlegmaticas, & Melancholicas, & Morpheam. E

Decoctio mirabilis, quã cõposui ad ægritudines phlegmaticas, & melãcholicas, & ad morpheã sparsam, & icteritiã, & ventositatẽ, & humorem crudũ, viro quinquagenario. ℂ *Cuius hæc est permistio.* Rec. specierũ triũ myrobal. ablinth. epith. cum semine stœchados, suchaa, bedeguard, floris violarũ, seminis anisi, seminis fœniculi, polypodij, turbith carnosi, cartami, agarici, centaureæ, chamæpityos, chamædryos, oĩum ana ʒ ß: capilli veneris, fumi terræ, oĩum ana cabdati vnum: tamarindorum quartam libræ vnius: sebesten quinquaginta, iuiubas totidem: contundanĩ medicinæ, & infundantur in x lib. aquæ bullientis die & nocte: & decoquanĩ lento igne, donec consumantur duæ tertiæ: & confricenĩ digitis, & colentur cum æquali pondere de rob, & reponatur. Dosis eius est quarta lib. vnius cum quarta libræ aquæ calidæ, & guttis olei sesami, & pondere duorum denariorum scammoniæ antiochenæ. Cibus eius sit caro ouis annualis, & potus sit syrupus de melle.

Ad multam Infrigidationem & Humectationem corporis, & Ventositatem.

Electuarium Dia trion pepereõ, quod ego composui Fortuno, qui iam processerat in ætate: & erat magni corporis humectati, multæ ventositatis, infrigidati corporis. ℂ *Cuius permistio.* Rec. piperis nigri & albi quod est leuius ex eo, macropiperis, cinnamomi, zingiberis, seminis fœniculi, anisi, asari, mastiches, oĩum ana ℥ i: xylobalsami, carpobalsami, spicæ, corticis casiæ ligneæ, amomi, omnium ana ℥ i: cardamomi minoris, seminis apii, ammeos, croci, gariophylorũ, costi, mastiches, omnium ana quartam ℥ i: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato. Et sumatur ex eo omni mane pondus ʒ ii cum aqua mentæ & mastiches, & anisi: & sit cibus tenuis. F

Ad Dolorem Frontis, & Acetositatem in Stomacho, & Punctionem.

Tryphera, quam ego cõposui Monteo, qui habebat dolores frõtis, & acetositatẽ in stomacho, & punctionẽ. Vsus est ergo ea diebus aliquot, & sanatus est ea ab ægritudine sua. ℂ *Cuius permistio.* Rec. specierũ trium myrobalanorũ, & emblicorũ, & fitarabegi & est butyrũ conditum cum melle & lacte, oĩum añ aureos x: teranĩ, & cribellẽtur, & lenianĩ cum oleo de amygdalis dulcibus: Deinde sumaĩ zingiberis, mastiches, cinnamom, i piperis, asari, croci, omnium ana aur. x: costi dul. macropiperis, setaragi Indi, cortic. casiæ ligneæ, omnium ana aur. iii: nucis muscatę, maceris, cardamomi, xyloal. indæ, cubebarum, calami aro. oĩum ana aur. ii, penidiorũ ℥ ii: teranĩ, & cribellenĩ, & leniantur cum oleo balsami: & conficianĩ cum melle despumato. Et sumatur ex ea oĩ die aureus i.

Ad Anxietatem & Humectationem.

*Al. annosus.

Tryphera, quã cõposui filio Regis, qui erat religiosus, ãnxiosus, humectatus. ℂ Rec. myrob. kebul. bell. emblicorum, oĩum ana quartam libræ vnius: coquantur in x lib. aquæ, donec cõsumantur tres quartæ: & coletur, & proiiciatur illa aqua sup myrobal. & bell. & emblicos: & ponatur in sufflatione venti septentrionalis, donec bibatur aquositas: deinde exiccentur, & puluerizentur, et cribellentur, & leniantur cum oleo bal. Deinde addatur turbith gummosi pondus ʒ xxx, postquã teritur, & lenitur cum oleo de amygdal. dul. masti. bdelii, hoch i. mororũ celsi, ammeos, granorum neræ, cinnamomi, asari, xyloaloes Indæ, setaragi Indi, ligni pæoniæ, omnium ana ʒ iiii: terantur omnia, & conficiantur cum melle origanali despumato. Et sumantur ex eo omni die ʒ iii cum aqua mentæ: est enim vltima ad epilepsiam, & melancholiam, & colicam quæ est ileos. G

Ad Diabetem.

Conquestus est mihi vir de ægritudine quæ nominatur diabetes. Composui igitur ei hanc medicinam. Iuuatus est vsque ad hebdomadem. ℂ *Medicina ad Hanc Læsionem.* Rec. spodii, xyloaloes vstæ, sandali, seminis portulacæ, tragacanthæ, gũmi arabici, turbith, berberis, seminis endiuiæ, boli armeni, omnium ana ʒ iiii: mastiches, cinnamomi, origani, omnium ana ʒ iii: sachari ℥ i: terãtur, & cribellentur, & conficiantur cum geleniabin, & reponatur. Et sumãtur ex ea omni mane ʒ viii. Cibus autem eius, sit aqua hordei, & robub fructuum: & emplastretur dorsum eius taratit trito et confecto cum aqua rosarum. H

Ad Retentionem Menstruorum, & Dolores.

Conquesta est mihi mulier, cuius ætas erat xxx annorum, de retentione menstruorum cum doloribus: & erat æqualis complexionis per comparationem. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuata est ea cito. ℂ *Medicina ad Prouocationem Menstruorum.* Recipe spicæ Indæ & Romanæ, et corticem casiæ ligneę, & rubię tinctorum, asari, anisi, omnium ana quartam ℥ i: medullę seminis melonum, medullę seminis cucurbitarum, medullę granorum faseolorum, seminis apii, rutę, ciceris nigri, seminis endiuię, berberis, & euberberis i. costi, omnium ana aur. i: terantur, & cribellẽtur, & leniantur cum melle despumato. Et sumantur ex eo ante aduentum mẽstruorum octo diebus ʒ iiii omni die cum aqua, in qua decoquuntur cicera aut faseoli.

Ad Dolorem Iuncturarum, & Podagras, & Ventositatem.

Et conquestus est mihi Aflius (qui erat ex Manchara: & habebat corpus strictum, ad æqualitatem propinquus) de doloribus iuncturarum, & ęgritudine podagrę, & ventositate. Composui ergo ei hanc medicinam, quę est mirabilis medicina ad podagram. ℂ Rec. acori, dactyli albi recentis ʒ i: ossium vetustorum, lentis excorticatæ, turbith, senę, omnium ana ℥ i, sachari ℥ i: terantur, & cribellentur. Et bibantur ex ea omni die ʒ iii cum aqua calida.

Ad Varices

A *Ad Varices.*

Et conqueſtus eſt mihi vir prædictus nuper de quo iam dixi, qui erat de illis de Manchara, de ægritudine varicum in cruribus ſuis. Compoſui ergo ei hanc decoctionem. ℂ *Modus Decoctionis ad Varices.* Rec. epithymi cretenſis, myrobalanorum kebulorum, amborum ana ℥ i: polypodij excorticati, ſucchaha, bedeguad, floris violarũ, tamarindorum, abſinthij romani, ſquinanthi, cẽtaureæ, herbæ eupatorij, oĩum añ ℥ ß: paſſularũ enucleatarũ quartam libræ vnius: contundant̃, & decoquant̃ cũ tribus libris aquæ, donec conſumant̃ duæ tertiæ: & confricent̃ manibus, & colent̃. Et bibat̃ ex ea tertia libræ cũ ℥ olei amygdalini amari in oĩ die tertio: & fiat emplaſtrũ ſup crura cum emplaſtro de adipibus. ℂ *Emplaſtrũ de Adipibus, cuius iſte eſt modus.* Recipe adipis agni, adipis porci, adipis vrſi, vituli, cerui, hirci, aſini ſylueſtris, anatis, gallinę, vulturis, ana omnium ℥ i: olei ſeſami, olei de kerua, olei lentiſcini, medullæ cruris vaccini, olei amygd. amararum, ceræ albæ, omnium añ ℥ ß: ceræ rubræ, butyri vaccini amborum ana libram vnam: liquefiat, & coletur, & adminiſtretur.

Ad Hæmorrhoidas.

Et conqueſtus eſt mihi vir, qui mecum cõuerſabatur, & erat multi ieiunij, ſicci corporis: ſuper quem viciſſim eueniebant hæmorrhoides, quæ erant in interioribus eius & ipſius exterioribus, et B illud erat propter multitudinem ciborum ſuorum frigidorum, ſicut eſt farina hordei, & comeſtio lentis: & acciderat ei cum illo tremor vehemens. Compoſui ergo ei hanc medicinam, & euaſit ab ægritudine ſua vſq; ad decem dies. ℂ *Confectio ad Hæmorrhoidas.* Recipe myrobalanorum kebulorum, citrinorum, belliricorum, ſeremblegi, oĩum añ ʒ i: terantur, & cribellent̃ cum ij ℥ olei amygdalarum dulcium, donec proijciant ipſum: deinde adiũgatur ei bdellij Indi quarta lib. i: foliorum roſarum, ſpodij, granorum myrti torrefactorum, ſcoriæ ferri infuſæ ſcilicet in aceto, karabæ, maſtiches, xyloaloes, neruik, abrengi, plũbi vſti cum ſulfure, omniũ ana ʒ iiij: terantur cum rob coagulato. Et ſumatur ex eo omni die ʒ vi cum aqua calida: & vtatur hoc emplaſtro. ℂ *Modus Emplaſtri ad Hæmorrhoidas.* Recipe plumbi vſti cum ſulfure & ceruſa, lithargyri, cineris vitis, cineris corticum nerigil, balauſtiorum, omnium ana ʒ i. ceræ albæ, olei ſeſami, butyri, omnium ana quartam libræ vnius: adipis porci ℥ ij, medullæ cruris vaccini ℥ ij: liquentur, & colentur dum calent in mortario de plumbo nigro, & ſit manica eius ex ipſo: & ſiccent̃ in Sole diebus aliquot, donec accipiat ex plumbo virtutem. Emplaſtrum autem de adipibus nuper prædictum eſt magnorum iuuamẽtorum ad ventoſitatem gibboſitatis, & dolores iuncturarum & ægritudines earum, & ad vẽtoſitates, & ad ſpaſmum qui nominatur tortura, & ad omnem ſpaſmum in neruis, & paralyticos ſiccoC rum corporum: Et ſimiliter hoc emplaſtrum in quo diximus plumbum, confert omnibus ægritudinibus ani, & ægritudinibus neruorum, & vlceribus melancholicis: & adminiſtratur in ægritudinibus multis, quando medicus eſt prudens.

Ad Cogitationem & Timorem.

Deſcriptio electuarij diapepereon, quod compoſui viro ex regibus qui erat Carõn: & erat ſeptuagenarius, & erat magnus, & acciderat ei cogitatio & timor. Compoſui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus eſt ea plus alijs medicinis. ℂ *Cuius permiſtio.* Recipe piperis albi, & nigri, macropiperis, nerẽmisk, galangæ, zingiberis, ſpicæ Indæ & Romanæ, keiſim, amomi, carpobalſami, xylobalſami, corticum caſſiæ ligneæ, maſtiches, xyloaloes, gariophylorũ, aſari, cinnamomi, keſſati, abrengi, corticum citri ſiccorum, oĩum ana ℥ i: been albi & rubri, zedoariæ, doronici, ammeos, radicum liquiritiæ, margaritarum minutarum, karabi, coralli, lazuli abluti, ſandarachæ, croci, nucis muſcatæ, ariſtolochiæ longæ, ſeminis portulacæ, ſeminis apij, coriandri, ſetæ crudæ inciſæ, oĩum ana ℥ i & ß: maceris, fauſel, galliæ, omnium ana quartam partem ℥ vnius: muſci ʒ ij: terantur, & cribellent̃, & leniantur cum duabus ℥ olei amygdalarum: & cõficiantur cum melle de fauis, poſtquam aufert̃ ſpuma eius. Et ſumantur ex eo omni die ʒ ij: hoc enim ſtat loco confectionum magnarum, cum D medicinæ ſpeciales ſint velocioris iuuamenti alijs medicinis, propter ſuſceptionem à natura.

*Al. neremiſin

Ad Torturam, & Inclinationem, & Spaſmum in Facie.

Et compoſui hanc medicinam puero paruo, cui acciderat tortura, & inclinatio, & ſpaſmus in facie ſua, à caſu virtutis mouentis lacertos, exeuntis à ventriculis cerebri. ℂ *Medicina ad Spaſmum, & Inclinationem Faciei.* Recipe calaminthes, roſarum, cinnamomi, zedoariæ, gariophylorum, omniũ añ aur̃ i: ſandalorum, xyloaloes, amborum ana ʒ i: muſci ʒ ß: terantur, & cribellentur, & leniantur oleo balſami: & conficiantur cum melle deſpumato. Et bibatur ex eo omni mane quarta ʒ i, vſq; ad ʒ vnam cum ſyrupo de calaminthe, cum quo ſigillatur liber iſte. Iuuatus eſt ergo ea vſq; ab hebdomadẽ. ℂ *Odoramentũ quod eſt Caputpurgiũ, Spaſmo cõferens, & Inclinationi quæ dicitur uentoſitas torturæ: & ipſum confert ſtatim.* Rec. caſtorij, doronici, been albi & rubri, cõdiſi, opopanacis, abrengi, ſpicæ, baurach, oĩum añ partẽ vnã: terant̃, et cribellent̃, et aromatizent̃ cũ muſco: & fit ſternutatio cũ ipo.

Syrupus Acetoſus, quo Conſeruatur Sanitas corporis.

Syrupus acetoſus purus, quo conſeruatur ſanitas. Rec. aceti albi libras x, mellis deſpumati libras decem, rob libras decem: decoquãtur oĩa donec fiat eis ſpiſſitudo mellis: hoc eſt. n. vltimum.

Syrupus de Calaminthe, qui eſt iuuatiuus Spaſmo, & Alijs pluribus.

Syrupus de calaminthe, cuius deſcriptionem conditionauimus in fine libri: qui eſt iuuatiuus

ſpaſmo

ſpaſmo accidenti pueris,& decrepitis,& medijs,& hydropicis, & aſthmaticis, & anhelitui dilatationis, & ægritudinibus phlegmaticis & melancholicis, & eſt glorioſioris quantitatis medicinis omnibus in hoc modo. ℂ *Cuius permiſtio.* Recipe calaminthes fluuialis, calaminthes montanæ, venarum,radicis liquiritiæ,radicis ſquinanthi,radicis endiuiæ,radicis ſcariolæ,radicis lilij cœleſtis, polij,centaureæ,omnium ana quartam libræ vnius: contundantur, & decoquantur cum xx libris aquæ,donec conſumantur duæ tertiæ,& remaneat tertia: & fricetur manibus,& coletur. Et ſumatur pannus lenis,& ponatur in eo ſpicæ Indæ & Romanæ,& rauedſeni,croci,maſtiches, ſquinanthi,gariophylorum electorum,nucis muſcatæ,cyperi,arakieri,cubebæ,omnium añ aur̄ i: terantur & ponantur in panno præparato ad modum burſæ, & ligentur ligamento mollificato: & decoquantur cum eo quod clarificatur ex aqua: & ſit ſicut aqua mellis deſpumati: & ſit medietas eius de rob: & decoquantur donec fiat ſpiſſitudo, & coletur, & reponatur: & adminiſtretur, quando neceſſe fuerit,ad omne quod narrauimus. Inquit Hunayn filius Iſaac, Iſtud eſt quod inuenimus ex libro religioſorũ Galeni: & eſt glorioſioris benedictionis ꝙ libri eius alij,& iuuamenti: Quod ſi acciderit alius liber ab ipſo,transferam ipſum.

E

GALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE MEDICINIS EXPERTIS
CVI TITVLVS EST
MEDICINALIS EXPERIMENTATIO

CENSVRA

In huiuſmodi Arabum experimentis iudicium & ratio adhibenda eſt.

IGnis qui de cœlo deſcẽdit ſuper altare,combuſſit libros Regis: & cum his combuſſit plurimos libros medicorum. Mihi autem cõbuſſit plurimos libros: quorum quidam erant completi,& quidam quos inceperã componere. Et non doleo de illis libris,quantum de quibuſdam experimentis medicinæ, quæ erant ibi: quæ acquiſiueram à quibuſdam bonis viris experimentatoribus: & forte pro vno experimento acquiſito dabam multa bona experimenta,& forte dabam pecuniã. Et ſcio vnũ qui curabat lapidẽ in veſica pfecta curatione, & hoc in multis hoibus: & lucrabatur infinitam pecuniam per hoc: & ſolummodo ꝑ hanc medicinã acquiſiuerat ſibi nomen optimi philoſophi. Et ſcio aliũ, qui curabat ficũ in ano pfecte: & lucrabať infinitam pecuniam: & aliquem docere nolebat. Et ſcio aliũ, qui curabat morſum rabidi canis perfecte: & alij medici vocabant Bezar, id eſt à morte liberantẽ. Et forte medicus ex iſtis medicinis poterit congregare multa. Et bonus medicus ex Græcis, qñ ſciuit aliquem hoĩem ſcire aliquod experimentũ, tribuit illi magnam pecuniam vt ab eo doceretť. Et Thamor de regione Æthiopia,qui fuit ex bonis experimẽtatoribus,habebat bona experimẽta experta: q̃ ſic cuſtodiebat,ꝙ nullus in tpe vitæ ſuæ potuit ea habere: & poſtquam mortuus fuit, peruenerunt illæ medicinæ in manus Satyriorũ,qui per ea, mirabilia faciebant: & exultauit eis nomen inter medicos. Et nos non laudamus hominem ignorantem artem, vt habeat has, qm̃ vellet prodeſſe forte,& nocebit. Et ꝑꝑ hoc oportet hominem ſcire cõplexiones, cauſas, et accidentia, vt cognoſcat ægritudines,et earum accidentia: qm̃ qui ignorat hæc, non eſt ſecurus, quin noceat plurimum,et pro maiore parte: et ſi aliqñ proderit etiã, hoc erit ex fortuna. Et fortaſſis eſt aliqua medicina,compoſita ex magna ſcientia experti viri,aut ad fluxũ ventris,aut colicã paſſionem,aut ad ſedandum dolores, aut ad alias ægritudines: et qm̃ vteť illa medicina non in ſuo tpe, nec in ſuo loco: ideo nocebit. Verbi gratia, ponatur ꝙ aliquis patiatur fluxum vẽtris iam diu, donec corpus extenuetur, aut ex humore,qui alterat cibum: aut ex frigore interiorum membrorum ita, ꝙ nõ attrahant cibum: aut ex debilitate cyſteos fellis in attrahendo choleram ita, ꝙ cholera impellatur ad inteſtina,et faciat fluxum: aut ex apoſtemate duro, ex genere apoſtematum melancholicorum, in concauitate hepatis ita,ꝙ cibus non poſſit peruenire ad ipſum,ſed ad inteſtinum faciat fluxum vẽtris: videatur tibi,quod cura ſit eadem, tamẽ nõ eſt. Ego autem dico, ꝙ medicina experta laudata,

H

quando

A quando vsurpata fuerit vbi non conuenit, cum eo ꝙ non prodest, etiam nocet. Quare nos laudamus medicos altarium, qui curant cum cibis sacrificiorum, quoniam error velociter corrigitur, error autem medicinæ, forte ducit ad mortem. Quare oportet vt medicus consideret complexiones & curationes cõsideratione perfecta. Et ego composui hunc librum ex medicinis expertis, quas ego probaui, & acquisiui ex bonis medicis, & magnæ solicitudinis. Et non ponam in hoc libro id quod notum est iam medicis, sicut hieræ, opiatæ, & theriacæ, & aliæ medicinæ, quæ sunt notæ omnibus hominibus: et non ponam in eo nisi medicinas, quas ferè omnes ignorant. Hunc etiam librum fecimus vnius tractatus. Et si accidat postea, quòd experiar aliquas medicinas, scribã eas.

¶ *Prima compositio ex eis est Medicina, quã accepi ab Astorone experimentatore, qui erat de ciuitate Tereste: & curabat cum ipsa Febres antiquas: & Valet ad Complexionem corruptam: & Aperit Venas, & Prouocat Vrinam, & Adiuuat digestionem. Cuius hæc est confectio.* Recipe cinnamomi drach. i, spicæ nardi drach. ij, xyloaloes drach. i ß, mastiches drach. i, anisi drach. ij, spatanæ, gariophylorum, ana drach. ß: conficiantur cum melle optimo. Et accipe ex eo quantum auellana vna, cum aqua calida: & qui est frigidæ complexionis, & habet oppilationes, cum aqua fœniculi & anisi. Et iste Astoron, quando aliquis patiebatur dolorem acutum, coquebat chamæmelum, & dabat aquam ad bibendum, & cu
B rabatur: & nos experti sumus multoties, & inuenimus esse verũ. Et experti fuimus medicinam primam sæpe, & non fefellit ex eis quæ nominata sunt in laude. Et testificatur hoc ratio ex compositione eius: Quoniam cinnamomum cõtra operatur putrefactioni: illi autem est bonus odor, quare confert membris interioribus, et subtiliat. Et spica nardi habet bonum odorem, & stypticitatem: & operatio eius est quasi propinqua operationi cinnamomi, sed cinnamomũ est subtilius. Lignum aloes cum eo ꝙ valet ad hoc, ad quod valet cinnamomũ, est vtilissimum ad frigiditatẽ stomachi, purgans id quod est in humiditatibus per mirabilem eius proprietatem. Et mastiche dol. sedat in stomacho, & digerit humiditatem. Anisum prouocat vrinam, et aperit oppil. est enim valde subtile: & liquefacit superfluitates: & facit dol. quiescere. Spatana aperit oppilationes, & valet spleni vtilitate magna. Gariophyli desiccant humiditates extraneas, & confortant membra interiora. Et dabat ad potandum aquam, in qua decocta fuerat radix iridis, patientibus oppilationem crassam, & prima hora curabantur. Et ego dico ꝙ decoctio absinthij, & centaureæ minoris faciunt hæc, sed radix iridis fortius operatur. ¶ *Alia Medicina, quam accepi ab aduena Aegyptiaco, qua curabat Oppilationes antiquas, & Febres, & Asthma antiquum: & non est ei similis. Et iste aduena acceperat ab Vno medicorum altarium. Cuius hæc est confectio.* Recipe radic. iridis, aristolochiæ longæ & ro. succi marrubij,
C ana drach. iiij: succi gafit, myrrhæ, chamædryos, & camphoræ, ana drach. i: spicę nardi, spatanæ, añ drach. ij: granorum balsami, ligni aloes, ana drach. ij & ß: puluerizentur, & conficiantur cum syrupo mel. *Qui fit secundum hunc modum.* Rec. gariophyl. cinnamo. carda. myrrhæ, ana drach. i & ß: liga has medicinas in panno raro, & pone in i lib. aquæ die & nocte: deinde cola, & colaturæ admisce lib. i mellis boni: & coque super prunas sine fumo & flamma, & coque, donec fiat syrupus: postea confice cum oleo alias medicinas, & serua. Et da ex eo in ægritudinibus quas diximus, in modum auellanæ vel castaneæ. Hoc electuarium est de melioribus medicinis quas vidimus. Et vidi hũc medicum curare multas ægritudines per medicinas simplices. Et ex eis quas dabat est drach. i aristolo. ro. asthmatico. Et dabat decoctionem epithy. epileptico ex melancholia: & accipiebat ʒ i ex eo, & ponebat in aqua calida per noctem: mane colabat, et apponebat à sexta parte ʒ scamonię, vsq; ad octauam partem ʒ: nos aliqñ addidimus agarici ʒ i. Et dabat ad bibẽdum decoctionẽ agar. contra dolorem capitis. Et dabat ammoniacum cõtra dolorem iuncturarum ex humore crasso: et sæpe curabat taliter. Ego autem semper soleo dare de succo marrubij et stœchados, mistis cũ aqua, in qua decoctum fuerit marrubium viride & chamædrys, & dabã asthmatico: & ex eo sanaui multos. ¶ *Aliud Medicamen, quod accepi ab aduena, cui non est simile: Valet Epilepticis, & Anhelosis, & Tussientibus: & est expertissimum ad Epilepsiam.* Rec. hyssopi sicci, ireos, myrrhæ, piperis nigri & lon. carda.
D sed in loco eius ponitur nastur. & carui, ana ʒ ij: spicę nardi, costi, ammeos, añ ʒ i: confice cum aqua, in qua decoctum sit squinanthum: et si volueris ꝙ purget, cum melle confice: et da ex eo tantum à ʒ ij vsq; ad iij: et vltimum est ad hoc. ¶ *Et dicamus Decoctiones quas probauimus, & lucrati sumus ab isto medico.* Decoctio squinanthi, et granorum balsami: quando biberit ex ea epilepticus, et qui habet hu. crassos, quotidie, confert ei. Aqua in qua decocta est assa: quando biberit tristans, curabit. Decoctio agarici: quam siquis biberit, qui habet dolorem antiquum capitis, sanabitur. Decoctio carui, et seminis apij, prouocat vrinam et menstrua fortiter, et subtiliat humores crassos. Decoctio centaureæ curat ischiadem. Decoctio corticis fistici confortat stomachum, et mundificat cannales pulmonis et hepatis. Decoctio asari prouocat vrinam, et menstrua fortiter. Decoctio mastiches confortat stomachum debilem valde. Istas ergo decoctiones accepimus ab aduena Ægyptio expertas: et probauimus eas, et inuenimus esse veras. ¶ *Medicamen, quod accepi à quodam sene, curat splenem durũ. Et si positum fuerit super Scrofulas, dissoluit: & est sublime Valde.* Recipe ammoniaci ʒ quatuor, dissoluatur in succo chamæmeli, aut in succo anethi, aut in decoctione floris chamæmeli: et misce cum eodem radi. capparis: conficiatur, et da ad bibendum ʒ ij cum decoctione carui. ¶ *Medicamen expertum, quod habui & accepi à quodam Viro experimentatore, Valens ad Splenem.* Recipe scolopendriæ, granorum

granorum balsami,granorum tamarisci,rubiæ, ana ʒ ij: confice cum melle: & dentur ex eo ʒ iij: & E
postea bibat acetum in quo cocta fuit spatana i.acorus,ita q̃ de spatana ʒ ij mittant̃ in octo ʒ aceti: & coque vsque ad iiij ʒ. ℭ *Medicamẽ quod accepi ab eo etiam,& Valet Stomacho frigido, Prouocat Vrinam, Aperit oppilationes, & est minus forte.* Recipe cinnamomi ʒ i, folij, corticis fistici, cardamomi, absinthij,agarici,squinãthi,granorum balsami,ana drach.ij: succi stœchados,seminis fœniculi,anisi,asari,ana ʒ iiij: myrrhæ,aristolochię rotundæ, radic.iridis,masticheses,ana ʒ i: cõfice cum melle bono: et sume ʒ ij cum aqua, in qua decoctum sit asarum & semen fœniculi. ℭ *Aliud medicamen, quod recepi ab Agargeo,cõfortat Membra frigida: & Valet Spasmo, & mortificationi membrorum: et Generaliter omnibus Passionibus Cerebri frigidis,& neruorum.* Recipe agarici, ammoniaci, succi stœchados, piperis trium generum,squinanthi,carui,ana ʒ ij: castorij, asari, scillæ assatæ, ana ʒ i: radic.iridis, & mastiches,& seminis apij, ana ʒ ß: spatanæ,scorodi,zingiberis,ana ʒ i ß: confice cum melle bono: & sumat ex eo ʒ ij cum aqua calida. Et iste Agargeus fuit de sapientibus qui fuerit tempore suo. ℭ *Et erat qui habebat Vnam Medicinam, quam neminem docere volebat. Dabat enim eam habentibus fortem Dolorem, & statim prouocabat Vrinam,& Ventositatem expellebat ita,quod mox auferebatur dolor. Cuius confectio hæc est.* Recipe iridis,chamędrios,seminis fœniculi,anisi,apij,asari,ana drach.ij: cinnamomi, zingiberis, carui, *Al. florum. foliorum chamæmeli,ana ʒ i: succi stœchados,gentianæ,marrubij,ana ʒ ij: pulucrizentur,& confi F ciantur cum decoctione asari, squinanthi, seminis fœniculi: fac pilulas ʒ i: & da cum aqua, in qua decoquitur flos chamæmeli. Hęc etiam medicina est fortis valde, & non est ei similis in prouocando vrinam,& subtiliãdo humores: & aperit oppilationes,& stomachũ frigidum temperat & confortat. ℭ *Aliud Medicamen quod accepi ab eo,& Valet ad Febres compositas,& Digerit humores crudos.* Recipe seminis apij,seminis fœniculi,radicis iridis,aristolochię longæ & rotundæ, fol.chamæpityos, meu,phu,ana: cõfice cum oxymelite scillæ: & sumat ex eo cum aqua calida, in qua decoquitur semen apij. ℭ *Aliud ad Febres Compositas & Chronicas expertum, & iam probaui multoties.* Recipe assæ fœtidæ bonæ,piperis nigri & longi,& seminis apij,anisi,fœniculi: pulucrizentur,& conficiantur cum vino antiquo: & da de eo cum aqua decoctionis fœniculi. ℭ *Aliud expertum Prouocans Vrinã.* Recipe asari,seminis fœniculi,rubiæ,costi,ana ʒ i: satureiæ,hyssopi sicci,ana ʒ ij: pulucrizentur,& formentur pilulæ: & det̃ ex eis ʒ i cum aqua decoctionis fœniculi & anisi. ℭ *Aliud ad Puncturas scorpionis.* Recipe assæ fœtidæ,scorodi,centaureæ minoris,ana ʒ ij: seminis rutæ,castorij,ana ʒ iiij: pulucrizent̃,& conficiantur cum vino antiquo. ℭ *Experimẽtum probatum quod Laxat humores viscosos: & est optimum contra Ischiadem: & est de experimentis Irini Romani.* Recipe satureiæ, mastiches, radic. ireos,succi stœchados,zurungem,ana ʒ i: agarici,turbith,ana ʒ iiij: conficiantur cum succo fœnicu G li: fac pilulas, & da secundum virtutem patientis. ℭ *Aliud Constipans naturam Arostrocamet, valens ad Fluxum ventris, quando fit ex debilitate virtutis retentiuæ: Confortat intestina & membra interiora.* Rec. ro.pul.granorum myrtę,sumach,luti armenici,ana: conficiantur cũ succo plantaginis,et fac pilulas ʒ ij: & da cum aqua decoctionis granorum myrtę. ℭ *Aliud valens ad Fluxum ex debilitate hepatis: & est expertum.* Recipe ligni al.ros.spicæ nardi,cinnamomi,berberis,ana ʒ ij: laccæ,rhu barbari,gariophil. añ ʒ ß: conficiantur cũ aqua decoctionis rosarum: & da ʒ ij. ℭ *Aliud, & est ad Fluxum prouenientem ex causa frigiditatis membrorum. Et iste modus fluxus quando accidit, vix separatur: & ista medicina est nimis vtilis ad hoc.* Recipe cinnamomi,ligni al.gariophylorum,anisi,carui, chamædryos, aristolochiæ rotundæ,spatanæ,ana ʒ i: pulucrizentur,& conficiantur cum aqua decoctionis ligni al.

ℭ *Medicamẽ aliud,quod accepi ab Acostror,qui fuit socius Astrocani: & vocabat ipsum, Electuarium ligni al. & non est ei simile: & iam probaui id sæpe. Et valet ad Debilitatem membrorum interiorum, & ad Fluxum hepatis: & Aperit cannales,& subtiliat humores,& Confortat hepar valde.* Recipe rhu barbari, laccæ, spicæ nardi,asari,chamępityos,galangæ,gariophil.anisi,añ ʒ iiij: rosf.maioranæ,mastiches,granorũ balsami, phu,meu, ana ʒ i: squinanthi ʒ i & ß: ligni aloes,chamædryos, succi stœchados,ana ʒ i: conficiant̃ cum aqua decoctionis ligni aloes & spicæ nardi: postea misce mel quod sufficit, & malaxa: H & sume ex eo ʒ ij vel iij cum aqua decoctionis ligni aloes & spicę nardi. Et hęc medicina est de nobilioribus medicinis ad ea quæ diximus,quoniam prouocat vrinam,& confortat membrũ,& aperit cannales, & valet ad lapidem. Et iste Acastror dabat ad potandum decoctionem chamæmeli ei, qui patiebatur dolorem fortem ex frigida causa: & ponebat patientem in balneo eiusdẽ herbæ. Et dabat decoctionem vtriusque aristol.asthmaticis, & ad prouocationem menstruorum. Et dabat saccharum rosf. habẽtibus flammam in stomacho. ℭ *Medicinæ Breues quibus vtebatur Casion, qui erat ex Armenia anteriori: & fuerunt expertæ, & bonæ inuentæ sunt. Medicamen valens ad Morsum Scorpionis.* Recipe assæ fœtidæ,galbani: conficiantur cum decoctione scorodi, & aristolochiæ: & accipe ex eo auellanam cum aqua calida. *Medicamen valens Asthmaticis.* Recipe marrubij, aristolo.ana ʒ ij,laccæ ʒ iij: conficiãtur cum melle: & da ʒ iij. *Aliud Subtilians humores: & valet contra Putrefactionem.* Recipe spicę nardi,cinnamomi,gariophyl.aristolochię longę: conficiãtur cum vino odorifero,aut cum aqua decoctionis aristolochiæ rotundę,& gafit. *Aliud valens ad Hepar, & cannales eius: & Extenuat pingues homines.* Rec.aristolochiæ ro.laccę,rhu barbari, spicæ nardi,ana ʒ ij: conficiãtur cum melle: & da ʒ iij. *Medicamen Prouocans Vrinam fortiter: & est valde bonum contra Febres phlegmaticas & melancholicas.* Rec.casiæ,laccæ,anisi,apij ana: conficiantur cũ melle: & da ʒ iiij cũ aqua calida, in qua

A in qua coctum fuerit anisum. ℂ *Medicamen Dissoluens naturam cito, & Dissoluens ventositates.* Recipe masticħes, anisi, zingiberis, ana drach.j, turbith drach.iij: puluerizentur, & cōficiantur cum melle bono: & da drac.ij. ℂ *Aliud huiusmodi expertum.* Recipe turbith, agarici, ana ʒ j: mastiches, anisi, ana ʒ j & ß: conficiantur cum melle: & da ʒ iij. ℂ *Aliud Purgans cholerā: & datur in qualibet hora: & dissoluit cito.* Accipe scammoniæ ʒ ij: mitte in coctano, & assa sub cinere calido: postea extrahe, & mitte cum scammonia in cydonio drach.j mastiches: postea pinse, & fac trochiscos à drach.j vsque ad iij: & da j. Istæ ergo sunt medicinæ confectæ: & sunt valde bonæ, & expertæ.

De Medicinis Catilinæ.

CAtilinæ medicinæ, qui fuit medicus Lithois Regis. ℂ *Medicamen expertū valens Hydropi, dissoluens Vētositates crassas, & confortans Stomachum debilem: & est sicut Bezahar ad has ægritudines quas diximus.* Recipe anisi, iridis, laccæ, spicæ nardi, ligni al. gariophyl. agarici, ana drach.iij: carui, hermel, fœniculi, ana ʒ ij: aristolochiæ longæ & rotundæ, centaureæ minoris, satureiæ, ammeos, myrrhæ, origani, ana drach.iiij: mastiches rosarum, ana drach.viij: rhu barbari. gentianę ana drach.v: squinanthi, † myrrhæ siccæ, ana drach.vj. Conficiantur cum melle bono: & sume drach.ij, vsque ad iij, cum aqua decoctionis carui & aristolo. Et hæc medicina est nobilis ad ea quæ diximus, & eius B compositio hoc ostendit. ℂ *Electuarium expertum valens Febribus antiquis, & Ventositatibus crassis: & purgat Vrinam.* Recipe floris chamæmeli, anisi, laccæ, aristolochiæ rotūdę, ana drach.iiij: mastiches drachmam, rosarum drach.ij, rubiæ drach.j: cōficiantur cum melle, & vtere. *Aliud.* Recipe floris chamæmeli, anisi, rubiæ, fœniculi, asari, ana: conficiantur cum melle: & sume ex ea drach.ij cum aqua decoctionis anisi. ℂ *Aliud prouocans Vrinam.* Recipe asari, rubiæ, seminis cucumeris & cymini, seminis apij, ana: conficiantur cum syrupo facto ex marrubio & melle. ℂ *Medicamen expertum valde Hydropi: dissoluit enim Inflationem.* Recipe iridis, aristolochiæ, agarici, ana: conficiantur cum syrupo facto ex asaro, carpobalsamo, & melle: & sumat drach.ij cum decoctione fœniculi. ℂ *Aliud prouocans Vrinam.* Recipe amygdalarum dulciū, seminis cucumeris, assari, aristolochiæ longę, ana drac.j: conficiantur cum aqua decoctionis rubiæ: & detur cum aqua decoctionis fœniculi & apij.

ℂ *Aliud ad Hydropem & Asthma.* Recipe iridis, succi marrubij, aristolochiæ longæ & rotundæ, laccæ, ana: conficiantur cū decoctione iridis: & detur cū aqua calida decoctionis gentianæ. ℂ *Aliud prouocans Vrinam.* Accipe saliuncæ, seminis cucumeris, * laccæ rubrę, ana: confice cum melle: & dentur ex eo drach.iij. ℂ *Aliud confortans Hepar confortatione magna: & valet Complexioni frigidæ & humidæ, & est mirabile.* Recipe rhu barbari, laccæ, gariophyllorum, ligni aloes, rosarum, rubiæ, ana: con C ficiantur cum aqua decoctionis corticis fistici & gafit: & dentur drachmæ duæ ex eo cum aqua decoctionis aristolochiæ, rosarum, & gafit. ℂ *Aliud expertum ad Splenem.* Recipe scolopēdriæ ammo* niaci, radicis capparis, ana: confice cum melle & aceto: & dentur ex eo ʒ iij cum decoctione aristolochiæ rotundæ. ℂ *Aliud valens contra Lapides.* Recipe sanguinis hirci sicci, lapidis iudaici, saliuncæ, lapidis qui inuenitur in cysti fellis vaccę, asari, amygdalarum amararū, seminis cucumeris, bdellij, costi, ana: conficiantur cum aqua & melle, in quibus sunt decocta rubia & costus: & dentur drach.ij cum aqua decoctionis asari, & floris chamæmeli. ℂ *Aliud expertum contra Lapidem Renum.* Recipe sanguinis hirci sicci, lapidis citrini qui inuenitur in cysti fellis vaccæ, fœniculi, saliuncæ, amygdalarum amararum, ana: cōfice cum vino antiquo, vel aqua decoctionis radicum apij & fœniculi: forma trochiscos vnius drachmæ: & da vnum cum syrupo de saliunca.

† Al. mentæ

* Al. lactucæ.

* Al. rotundę

De Medicinis Socionis.

SOcionis medicinæ. Iste fuit maximus medicorum Græcorum, qui habebat experimenta plurima in fine nobilitatis: quæ nos acquisiuimus à discipulis eius, scilicet Teranoz & Hargemez & Harcoz. ℂ *Medicamen magnæ nobilitatis & vtilitatis, laxans & dissoluens crassas Ventositates, & non est ei simile: quod etiā iam probauimus.* Accipe agarici drachmas tres, ellebori nigri drachmas duas D & semis, mastiches drachmas decem: folij, ligni aloes, asari, radicis iridis, turbith, squinanthi, ana drach.ij: anisi, carui, fœniculi, ammoniaci, ana drach.j: scillæ assatæ drach. quatuor, rosarū drach.vj, scammoniæ drach.j: confice cum melle bono: & da de eo quasi auellanæ pondus. ℂ *Decoctio purgans Matrices mulierum, & dissoluens Ventositates, & prouocans Menstrua.* Recipe florum ammeos, harmel, asari, florum chamæmeli, fœniculi, gentianæ, spicæ nardi, squinanthi, chamæpityos, chamædryos, anisi, rubiæ, ana drachmas decē: coquātur in tribus libris aquæ, donec remaneat libra vna: deinde amoueatur ab igne, & dissoluatur in eadem aqua calida drachma vna ammoniaci: & detur de eo, quoniam est mirabile. ℂ *Decoctio valens nimis in declinatione Febris Quotidianæ.* Recipe gentianæ, radicis apij, radicis fœniculi, rubiæ, agarici, turbith, asari, rosarū, spicæ nardi, ana drachmā vnā: ponantur in caldario cum tribus libris aquæ: & coquātur super ignem leuem sine fumo & flamma, donec remaneat libra vna: & soluatur in ea calida drac.j laccæ, & vtatur. ℂ *Aliud prouocans Vrinam cito.* Recipe phu, rubiæ: terantur: & dentur ex eis drachmæ duæ & ß cum aqua decoctionis hyssopi & satureiæ calida. ℂ *Aliud dissoluens omnes Durities: curat & Duritiem Splenis, & Scrofulas.* Recipe tragacanthæ, floris chamęmeli, & picis liquidæ, ammoniaci, medullæ cruris vituli, galbani, ana: conterantur, & dissoluatur ammoniacum in aceto antiquo, liquefiat medulla & pix, & cōficiantur pulueres, & misceantur: & super locū ponantur. *Aliud huiusmodi.* Accipe foliorum cap-

paris,ammoniaci,galbani,capillorum veneris,floris chamæmeli,medullæ cruris ceruini,ana: con E ficiantur,& ponantur super locum durum. ℂ *Aliud quod cito Laxat & dissoluat Inflationem, & prouocat Vrinam,& valet Hydropicis.* Recipe turbit,agarici,fœniculi,anisi,ana drach.j: scammoniæ octauam partem drach.j: radicis iridis,laccæ,spinæ romanæ,rubiæ,phu,ana drach.j & semis: conficiantur cum syrupo facto cum melle,hyssopo,& origano,satureia: & vtatur. ℂ *Aliud valde bonum, Subtilians humores: bonum contra Asthma,& laxat humorem viscosum.* Recipe aristolochiæ rotūdæ,rhu barbari,succi marrubij,laccæ,turbith,ana drachmā vnā: masticbes drachmas duas,agarici drachmam vnam: conficiantur cum syrupo facto ex melle & marrubio: & vtatur. ℂ *Aliud valde bonum,& dicitur Electuarium Iridis: & est multarum vtilitatum: & est valde mirabile contra Hydropem,& contra Debilitatem hepatis: & prouocat Vrinam & Menstrua: & Laxat humores diuersos.* Recipe aristolochiæ rotundæ, laccæ,squināthi,marrubij,ana drachmas tres: ligni aloes,rosarū,ana drach. iiij: agarici drach. viij, radicis iridis vnc.j: conficiantur cum bono melle: & detur secundum virtutem cū aqua decoctionis spatanę & satureię. ℂ *Aliud electuarium,& dicitur Electuariū Rhu barbari: & confortat Hepar: & est nimis expertum: & nos iam probauimus ipsum sæpe.* Recipe aristolochiæ rotundæ,ligni aloes,laccæ,spicę nardi, folij rosarum,ana drachmas decem: rhu barbari drac.xx: conficiantur cum syrupo facto ex melle: & detur ex eo quasi auellana cū aqua calida decoctionis folij & gariophyllorū: est enim F optimum in cōfortatione hepatis,& omnium membrorum interiorum. ℂ *Aliud electuarium Aristolochiæ ad remouendum Typum in febribus chronicis.* Recipe assæ fœtidæ,zingiberis,folij, chamæmeli, piperis nigri & longi,centaureæ,harmel,ana drach.j: aristolochiæ rotundę,ad pondus omnium: conficiantur cum syrupo facto ex melle, & aristolochia: & vtatur secundum virtutem patientis à drach.j vsq; ad drach.ij. ℂ *Aliud dissoluens Ventositates.* Recipe assæ fœtidæ, rutæ, satureiæ, castorij, ana drach.ij: anisi,fœniculi,ana drach.j: conficiantur cum melle: & vtatur cū vino puro. ℂ *Aliud dissoluens Ventositates,& prouocans Vrinam fortiter & Menstrua.* Accipe anisi,laccæ,aristolochię rotundæ,rubiæ,gentianæ,meu,phu, spicæ nardi, costi: conficiantur cum melle: & dentur ex eo drac.iij cum aqua calida decoctionis fœniculi.

De Medicinis Azariconis philosophi.

AZariconis medicinæ. Iste vir quamuis non habuerit nomen inter medicos, recepi tamen ab eo quatuor medicinas nimium expertas. ℂ *Primum medicamen valet ad Febres chronicas,quæ fiūt ex humore crasso, & aufert Typum: & soluit Ventositates: & Laxat humorem viscosum: & valet Paralysi.* Recipe iridis drach.x piperis nigri & longi & albi,assæ fœtidæ,scorodi, castorij,folij, seminis rutæ,asari,ammoniaci,galbani,satureiæ,sanguinis anseris sicci,sagapeni,xylobalsami, carpobalsami, G ana drach.ß: spicæ nardi,croci,ana drach.iij: chamæpityos,chamædryos,ammeos,mentę,maioranæ,foliorū rubi agrestis,carui,gariophyllorū,ligni aloes, cinnamomi,anisi, ana drach.iij: turbith, ad pondus omnium,agarici drach.x: terantur, & cōfice cum syrupo facto ex melle: & detur ex eo drach.j & ß cum aqua calida decoctionis gentianæ & asari. Istud enim medicamen est valde expertum contra infirmitates frigidas iuncturarum,& asthma,& dolores frigidos,& dissoluit ventositates,& sępe probauimus ipsum. ℂ *Medicamen confortans Membra interiora: & est valde bonum ad Fluxū chronicum: & confortat Stomachū,& aufert Vomitū.* Recipe nucis cypressi, ligni aloes, tamarisci, ana drach.iiij: rosarum,mastiches,laccæ, cinnamomi,ana drach.ij: cōfice cum aqua decoctionis rubiæ & myrtæ: & da cum aqua decoctionis cypressi. ℂ *Tertium medicamen valet ad Lapidem renum & vesicæ: & aperit Oppilationes: & expellit Fæces per vrinam: & est expertum.* Recipe capil. veneris, cineris scorpionis,gentianæ,vitri adusti,lapidis iudaici,seminis cucumeris & cucurbitæ, anisi, radicis lilij cœlestis: puluerizentur,& conficiantur cum aqua decoctionis chamæmeli vel meliloti, & melle: & sumatur cum decoctione agarici. ℂ *Quartum medicamen valet Hydropicis,& Frigiditati hepatis, & Citrino colori.* Recipe agarici,lilij cœlestis,laccæ,aristolochiæ longæ & rotūdæ, succi stœchados,succi marrubij,olibani,phu,chamædryos,chamæpityos,cinnamomi, ana drach.ij: folij, gariophyllo- H rum,ana drach.v: rhu barbari, anisi, ana drach.iij: ligni aloes,ad pondus omnium: puluerizētur, & conficiantur cum melle: & dentur ex eo drachmæ iij.

De Medicinis Gereonis.

GEreonis medicinæ Græci. Ab isto viro habuimus vndecim medicinas expertas ad diuersas ęgritudines: quas nos probauimus, & inuenimus ipsas esse mirabiles. ℂ *Primum medicamen valet ad infirmitatem Stomachi frigidi,& confortat ipsum: & est nimis mirabile.* Recipe trium piperum,spicæ nardi,zingiberis,ro.ana drachmas decem: ligni aloes ad pondus omnium: cōfice cum melle: da cum decoctione ammeos,& mentę,& gariophyllorum. ℂ *Secundum valet ad Dolorem fortem: & iam probauimus ipsum.* Recipe floris chamęmeli,squinanthi, centaureę, aristolochiæ rotundæ: confice cum melle: & da drachmas quatuor cum aqua calida. ℂ *Tertium huiusmodi est, sed præcedens securius est.* Recipe croci,spicæ nardi,opij thebaici,ana drachmas duas: chamæmeli drachmas duas: cōfice cum melle: & da drach.ß cū aqua calida. ℂ *Quartum huiusmodi, & est mirabile.* Recipe succi coronæ regię,chamęmeli quando fuerit viridis,ana drachmas quatuor. Et si istæ herbæ non fuerint inuentæ virides,accipe earum decoctiones: & pone octauam partem drachmæ croci, & squinanthi ℥ iij: & bulliant vsq; ad medietatem: & da bibendam colaturam. ℂ *Quintum valet ad Dolorem ex oppilatione.*

A *oppilatione.* Recipe radicis lilij cœlestis,agarici,ana drach.iiij: aristolochiæ longæ & rotũdę, chamæ pityos,ana drach.v: coquantur,& ponantur in lib.iij aquæ,& bulliant super ignem leuem donec remaneat lib.j: & appone laccæ drach.j & ß: & da ad bibendum tepidum. ℂ *Sextum dissoluit Ventositates,& valet Colicæ ex Ventositate.* Recipe cymini,fœniculi,carui,anisi,ana: terantur,& cõficiantur cum syrupo facto ex melle & ammi & satureia & origano: & sumatur ex eo cũ aqua decoctionis radicis apij,& cum drach.j agarici. ℂ *Septimum huiusmodi.* Recipe anisi,cumini,agarici,absinthij,centaureæ: terantur: & dentur de illis ʒ iij,quando ventositates fuerint multæ,& passio fortis.

ℂ *Octauum Laxat humorem Viscosum: & est nimis bonũ contra Epilepsiam & Paralysin: quo ego semper utor.* Recipe agarici,absinthij,colocynthidis,ana drach.j: anisi,ligni aloes,mastiches,ana drach.ij: spatanæ,ammoniaci,sagapeni,assæ fœtidæ,radicum lilij cœlestis,ana drach.j & ß: aggregentur,& cõficiantur cũ aqua decoctio.anisi,aristol.longę & rotundæ & melle,& sumatur ex eo quasi auellana.

ℂ *Nonũ valet Tristibus & Timidis.* Recipe radicis aristolochiæ rotũdę,gariophyllorũ, ligni aloes, ana drach.iij: conficiantur cum melle & aqua maioranę: & da de eo ʒ iij. ℂ *Decimum valet Lapidi renum & vesicæ: dissoluit Ventositates,& Laxat diuersos humores: & est Bezahar.* Recipe turbith,agarici,vitri vsti,zingiberis,lapidis iudaici,sanguinis hirci sicci, anisi, fœniculi, trium piperũ,chamædryos,

B chamæpityos, bdelij, ana ʒ iij: confice cum bono vino decoctionis agarici & carui. ℂ *Vndecimũ valet ad Asthma.* Recipe turbith, agarici, aristol.ro.ana ʒ j: confice cum decoctione marrubij: & da cũ decoctione asari. Istæ sunt medicinæ,quas probauimus sæpe,& inuenimus eas optimas.

De Medicinis Betarnem.

BEtarnem Siciliæ medicinas modo dicam,& sunt tres, quas probauimus sæpe, & inuenimus eas esse veras. ℂ *Primum valet contra Medicinas mortiferas, & est nimis experta.* Recipe laureolæ, luti sigillati,phu,meu,apij,cinnamomi,ana drach.j: rutæ,xylobalsami,carpobalsami,ana drach.ij: confice cũ melle: & da drach.j & ß debilibus, vel drac.ij fortibus. ℂ *Secundum valet ad morsum Scorpionis: & Calefacit corpus: & aufert Tremorem in febribus.* Recipe castorij drac.j,scorodi drach.ij, costi amari drach.j & ß, zingiberis ana drach.j: conficiantur cum melle: & detur drach.j & ß cũ vino.

ℂ *Tertium prouocat Vrinam & Menstrua.* Recipe pulegij,cymini,radicis lilij cœlestis, aristolochiæ rotundæ: conficiantur cum melle: & dentur drach.iij. ℂ *Medicamen quod composuit Amaloz de Macedonia: valet ad Febres phlegmaticas, & dissoluit humores,liquefacit eos: & est bonũ Duritiei splenis.* Recipe scolopendriæ,squinanthi,chamæpityos,castorij, trium piperum, spicæ nardi, folij, asari, ana drach.j: turbith,radicis lilij cœlestis,carpobalsami, xylobalsami: puluerizentur,& conficiantur cum melle

C decoctionis asari,squinãthi,opopanacis: & detur de eo quasi auellana. ℂ *Medicamen Squilita, quod valet morsibus Scorpionis.* Recipe aristolochiæ longæ,& rotundæ,ana aur.j: cymini drach.j: assæ fœtidæ,carui,seminis rutæ,ana drach.ij: castorij drach.iiij: cõfice cum melle: & da drach.ij cum aqua calida decoctionis gentianæ,vel aristolochię,vel cum bono vino. ℂ *Medicamen melius,quod valet ad Dolores fortes: & iam probauimus ipsum,& inuenimus melius quàm theriacã.* Recipe cymini, carui,assæ fœtidæ,aristolochiæ,chamæmeli,coronæ regiæ,absinthij, agarici, ana drach.x: trium piperum, opij, ana drach.j: croci,carpobalsami,squinanthi,cinnamomi,ana drach.ij: asari,gẽtianæ,ana aur.j: pulueriza & confice cum syrupo facto ex melle & squinantho & chamæmelo & corona regia & aniso: & da cum aqua decoctionis anisi.

De Medicinis Achaasos.

AB *Achaasos experimentatore Athenarũ,sumptæ medicinæ.* Ab isto nobilissimo medico accepimus tres medicinas cõpositas,quibus semper vsi sumus, postquam nouimus eas: sunt enim mirabiles. Et ab eo acquisiuimus triginta medicinas simplices expertas in diuersis ægritudinibus.

ℂ *Primum Medicamen compositum valet ad Asthma antiquum, & aperit Oppilationes.* Recipe asari aureũ vnum: succi marrubij,hyssopi,styracis sicci,castorij,ana drach.ß: trium piperum, anisi, ana aureos

D duos: conficiantur cum oxymelite scillitico: & detur ex eo à drach.iij vsq; ad iiij. ℂ *Medicamen Secundum valet ad Fluxum antiquum, qui contingit ex frigiditate membrorum.* Recipe nucum cypressi, folij, ligni aloes, spicæ nardi, rosarum,ana drach.ij: confice cum aqua decoctionis ligni aloes: & da de eo drac.iij cum decoctione rosarum. ℂ *Medicamen Tertium confortans Virtutem Retentiuam.* Recipe gallarum,sumach,berberis,ana aureum vnum: gummi arabici vsti,ligni aloes,ana drachmã j: rhu barbari drach.iij: confice cum decoctione seminis lapathij acuti, & granorum myrti: & detur cũ decoctione cypressi. Iste vir curabat ægritudines multas cum medicinis: ex quibus elegimus triginta medicinas veraces. Primo dabat mastichen ad dolorem stomachi. Secundo dabat drach.ij assæ fœtidæ contra morsum scorpionis. Tertio dabat drach.iij aceti fortis calidi contra morsum viperæ: & est fortis operationis. Quarto mittebat succum iari,* & intromittebat contra maculam oculorum: & sæpe hoc faciebat. Quinto dabat ad purgandum pectus drach.iij radicis lilij cœlestis. Sexto dabat drach.j asari,& curabat stranguriam. Septimo dabat chamæmelum pulueriza- tum,& malaxatum cum melle,ad dolorem vẽtris & renum,propter frigidos humores existentes in illis instrumentis:* et prouocabat vrinam,et curabãtur. Octauo dabat drachmas duas laccæ contra oppilationes hepatis. Nono dabat drachmas iij ammoniaci splenitico, et curabat eũ omnino in paucis diebus. Decimo dabat lac leprosis, et curabat multos. Sed in hoc requiritur scientia in

* Al. aristolochię.

* Al. vesicæ.

cognoſcendo cauſam lepræ in qua lac conueniat. Vndecimo dabat rhun barbarum ad debilitatẽ E hepatis de frigida cauſa, & curabat omnes omnino. Duodecimo dabat drachmas duas cubebarũ ad aperiendum oppilationes quæ accidunt in membris interioribus. Tertiodecimo dabat drachmas tres maioranæ cum † drachmis duabus rubiæ ad prouocandũ menſtrua. Quartodecimo dabat drachmas duas aſari ad prouocandum menſtrua. Quintodecimo dabat carui romanum cõtra iſchiadem cum calida, & curabantur. Sextodecimo dabat caſtorium contra lapidem renum. Decimoſeptimo dabat drach.iiij laureolæ cum aceto, & curabat morſus ſcorpionũ. Decimooctauo dabat drac.iij zingiberis ad infirmitates frigidas, & calefaciebat: & eſt nimis forte. Decimonono dabat drach.ij aloes contra triſtitiam, & ad confortandum os ſtomachi, & curabantur vſitando. Vigeſimo dabat centauream minorem ad iſchiadem, & curabantur. Vigeſimoprimo dabat puluerem garyophylorum contra debilitatem virtutis digeſtiuæ. Vigeſimoſecũdo dabat decoctionem cafith contra debilitatem hepatis, & oppilationes, & curabat omnes. Vigeſimotertio dabat oleum viride contra ſpaſmum ex ſiccitate. Vigeſimoquarto dabat decoctionẽ agarici cõtra ęgritudines cerebri & hepatis. Vigeſimoquinto dabat alfenid ideſt penidias, contra infirmitates pectoris, & curabat aſthma. Vigeſimoſexto dabat decoctionem centaureæ & rutæ contra morſum rutelæ. Vigeſimoſeptimo dabat decoctionem iuniperi ad prouocandum menſtrua. Vigeſimo- F octauo dabat decoctionem ſquinanthi ad dolorem mulieris * poſt partum. Vigeſimonono dabat decoctionem gentianæ ad frigiditatem membrorum, & ad fluxum prouenientem ex ea. Trigeſimo dabat galbanum ad prouocandum vrinam, & ad extrahendum embrium. Nos autem non ſcripſimus has medicinas, quamuis plures earum cognoſcãtur ab omnibus, niſi vt non negligantur ab eis: quoniam ſi vtatur de illis vt oportet, erunt mirabiles. Et quoties vſus fui decoctione facta ex hyſſopo, & aſaro, & duabus ariſtolochijs, curaui de epilepſia: Et cum decoctione folius hyſſopi, ex aſthmate. Sed oportet medicum ſcire, quãdo oporteat dare has medicinas, & in quo tempore, & in quibus complexionibus valeat: aliter non valent.

† drach.j rhu barbari.

* Al. matricis.

De Medicinis Andrezeos.

ANdrezeos medicinæ ſunt hæ. Iſte fuit philoſophus in tempore ſuo, & habebat multas medicinas compoſitas: ex quibus elegi quinq; expertas, & dimiſimus alias quæ cognoſcuntur à pluribus. ℭ *Primũ medicamen valet Hydropicis, & frigiditati Hepatis: & prouocat Vrinã generaliter & fortiter: & dico quòd nulla medicina eſt ei ſimilis in apertione hepatis.* Recipe radicis lilij cœleſtis, agarici, calami aromatici, laccæ, aſari, roſarum, ſpicæ nardi, cinnamomi, ligni aloes, ana drach.j: gafit, fiſtici, ana drach.j: maſtiches, aniſi, ana drach.ij: pulucrizentur, & miſceantur cum vino & melle: & dentur G drach.iiij cum decoctione radicis lilij cœleſtis, & gafit. ℭ *Secũdum medicamen valet ad Aſthma, cuius cauſa eſt humor craſſus.* Recipe gentianæ, hyſſopi, agarici, ana drach.ß: maſtiches drach.ij: confice cũ melle: & da drach.v. Et non eſt ſimilis iſti medicinæ: laxat enim humorem craſſum, & ſcindit humores craſſos. ℭ *Tertium valet ad Dolorẽ membrorum interiorum: & liberat à Colica paſſione quæ fit ex craſſis humoribus in inteſtinis.* Recipe agarici drach.viij: radicis lilij cœleſtis, ariſtolochiæ rotundæ, hyſſopi, maſtiches, ſquinanthi, carpobalſami, aniſi, ana drach.j: turbith ad pondus omnium: confice cũ decoctione agarici: & da drach.iij cum calida. ℭ *Quartum valet ad extrahendum Embryum: & eſt valde forte.* Recipe ariſtolochiæ longæ & rotundæ, aſſæ fœtidæ, ana drach.v: ſpicæ nardi, agarici, ana drach.iij: myrrhæ drach.j: confice cum decoctione ariſtolochiæ rotundæ, & da drach.ij. ℭ *Quintum eſt Laxatiuum diuerſorum humorum.* Recipe turbith, agarici, maſtiches, lilij cœleſtis, ana drach.j: ellebori nigri, maſtiches, ſcillæ aſſatæ, ana drach.j: colocynthidis drach.ij: ſcammoniæ drac.ß: confice, & da ʒ j & nõ plus. ℭ *Electuarium quod valet ad morſum Scorpionis.* Recipe rutæ, ſulfuris viui nõ poſiti ad ignẽ, ana aur.vj: caſtorij aur.j, aſſæ fœtidæ aur.ſemis: pyrethri ſtyracis liquidæ, ana aur.j: confice cum melle: & da drach.j & ß cum vino puro. ℭ *Electuarium bonum ad Dolorem membrorũ interiorum: quod habui à quadam muliere, quæ acquiſiuerat illud à medicis altariũ.* Recipe croci aur.v, opij aur. H ij, ſpicæ nardi aur.iiij, ſpatanæ aur.ij, radicis lilij cœleſtis aur.vj, floris chamæmeli aur.ij: conficiantur cum bono melle, & vtatur de eo. ℭ *Aliud optimum ex compoſitione Games, & eſt nimis forte.* Recipe cinnamomi aureos vj, croci aureos quatuor & ſemis, piperis albi aur.iiij & ſemis, galbani aur. quatuor, coſti aur.ij & ß: confice cum melle: & da drachmas duas, vel tres in maiori fortitudine.

ℭ *Electuarium Zacharonis de Babylonia contra Ventoſitates, & paſſionẽ Colicam, & frangit Lapidem, & Laxat Ventrem: & iam probauimus ipſum. Et eſt valde bonum, quando dubitamus in ægritudinibus, vtrum ſit Lapis vel Colica, quia commune eſt ambobus.* Recipe turbith, ſpatanæ, ana aur.vj: cymini, carui, aur.j: agarici, radicis lilij cœleſtis, ariſtolochiæ, ana aur.vj: origani, hyſſopi, ana aur.j: ſquinanthi, maſtiches, ana drach.† j: confice cum melle, & da quaſi auellanam. ℭ *Theriaca valens ad Dolorem capitis chronicum, & Vẽtoſitates, & eſt mirabilis.* Recipe ſucci ſtœchados, ſucci marrubij, abſinthij, maſtiches, rhu barbari, chamædryos, chamæpityos, ana ʒ viij: hyſſopi aur.j, agarici ad pondus omniũ: pulueriza, & confice cũ melle: Et da de eo ad infirmitatem cerebri, cum aqua calida decoctionis ſtœchados: & ad aſthma, cũ vino bono: & ad prouocandum menſtrua, cum ſucco iuniperi & fœniculi: & ad dolorẽ forte, cum aqua decoctionis chamęmeli: & ad oppilationẽ, cũ decoctione abſinthij: & ad epilepſiam, cũ decoctione pyrethri: & ad iſchiadẽ cũ decoctione centaureæ minoris: & ad lapidẽ cum

† Aliter viij.

A cum decoctione radicis lilij cœlestis. ℭ *Electuarium laccæ, valens contra Oppilationes chronicas, & prouocans Menstrua: & est bonum valde. Est etiã vtile ad Asthma chronicũ, & ad tussim chronicam.* Recipe laccæ aur.xx, piperis longi, & nigri, centaureæ minoris, aristolochiæ rotundæ, costi, galbani, ammoniaci, ana aur.x: marrubij, asari, ana aur.iiij: folij, radicis lilij cœlestis, liquiritiæ, ana aur.vij: puluerizza, & cum bono melle: & da quasi auellanam cum aqua calida. ℭ *Electuarium Laccæ magnum, quod habuimus ab Aridione filio Meliz: & est expertum, & est multæ vtilitatis. Valet Asthmati, & Tussi, & prouocat Vrinam: & sedat Dolorem fortem, liquefaciendo phlegma: & aufert Tristitiam, & dissoluit Ventositatem: & est mirabile ad Tremorem cordis, & Melancholiam, & Aquam oculorum, & contra morsum Canis rabidi, & cõtra puncturam Viperæ. Et generaliter dico, quòd valet Omnibus puncturis mortiferis.* Recipe aristolochiæ, rosarum, radicis lilij cœlestis, ana aur.x: squinanthi aur.ix, asari aur.xv, piperis nigri, & albi, ana aur.vij: chamæpityos, succi marrubij, succi stœchados, ana aur.viij: spicæ nardi, spicæ romanæ, mastiches, ammoniaci, galbani, scillæ assatæ, ana aur.x: rosarum, iuniperi, ana aur.ij: turbith, agarici, cyperi, ana aureos decem: folij, ligni aloes, rhu barbari, croci, olibani, centaureæ minoris, ana aureos viginti: laccæ, aur.j: conficiantur cum melle rosato: & detur ex eo secundum quòd conuenit ægro. Et est hæc medicina nimis mirabilis ad dolorem fortem: & laxat humores sine labore: & confortat cor, B hepar, & stomachum. ℭ *Electuarium Assistri, Calefaciens corpus, valens Oppilationibus hepatis, & splenis.* Recipe aristolochiæ rotundæ aur.xx: marrubij, chamædryos, gasit, ana aur.v: assæ fœtidæ, costi, trium piperum, ana aur.decem: mastiches aur.viij, pyrethri aur. quatuor: cõfice & da cum vino. ℭ *Decoctio Squinanthi, Valens ad Febres chronicas, & aperit Oppilationes, & prouocat Vrinã, & Soluit ventrem.* Recipe squinanthi drachmas octo, marrubij drachmas duas: absinthij, radicis lilij cœlestis, ana drachmas tres: aristolochię rotũdę aur.vj, agarici aur.iij: radicis fœniculi, carui, ana aur. decẽ: costi aur.ij, mastiches aur.quatuor: ponatur in caldario, & cum libris tribus aquæ decoquãtur donec remaneat tertia pars: & dentur de eo drachmæ tres. Hæc decoctio est valde mirabilis habentibus ægritudines phlegmaticas, & debilitatem interiorum membrorũ ex causa frigida. ℭ *Decoctio Asari confortans membra debilia ex frigore, & auferens Dolores, & scindens Humores crassos, & aperiens Oppilationes: & est expertissima.* Recipe asari aur.iiij, anisi aur.viij: absinthij, gentianæ, ana aur.iij: seminis fœniculi, centaureæ minoris, ana aur.ij: ponantur cum tribus libris aquæ, & bulliant donec remaneat tertia pars: & da de eo drachmas iiij. ℭ *Decoctio Aristolochiæ valens ad Lapidem.* Recipe aristolochiæ aur.x, asari aur.ij, marrubij aureum vnum, radicis lilij cœlestis aur. quatuor: saliuncæ, seminis cucumeris, anisi, ana aur.vj: coquãtur cũ duabus libris aquæ, donec remaneat tertia pars: C & da de eo drachmas quatuor. ℭ *Decoctio Agarici, valens ad Epilepsiam, & purgans Matrices, & prouocans Vrinam.* Recipe agarici drach.x, turbith drach.j, anisi drach.iij, armel drach.ij, radicis apij ℥ v, radicis lilij cœlestis drach.iij, mastiches drach.ij, radicis pęoniæ drach.vij: coquantur cum tribus libris aquæ, donec remaneat medietas: Et dentur qualibet die tribus drachmæ: vtilis enim est valde, & in epilepsia expertũ est. ℭ *Decoctio Assæ fœtidæ, valens ad Oppilationes aperiẽdas: & est vtilis valde.* Recipe assæ fœtidæ, radicis lilij cœlestis, radicis apij, radicis fœniculi, aristolochiæ rotũdæ, ana ℥ x: coquantur cum libris quatuor aquæ sufficienter: & dentur de eo drac.iiii. ℭ *Decoctio Pæoniæ, quæ aperit crassas Oppilationes, & est valde experta.* Recipe pęoniæ drach.x, radicis pentaphylli drach.v, aristolochiæ rotundæ drach.vj: coquantur cum libris tribus aquæ sufficienter: & dentur drach. iiij. ℭ *Decoctio perfecta Aristolochiæ & est mirabilis Hydropicis, & cito curans eos.* Recipe duarum aristolochiarum, centaureæ minoris, chamædryos, squinanthi, laccæ, ligni aloes, rosarum ana aur.x: spicæ nardi, phu, meu, apij, anisi, radicis lilij cœlestis, radicis apii, fistici, cubebarum, hyssopi, gariophyllorũ, marrubii, stœchados, cinnamomi, ana aur.viii: ammeos, myrrhæ, ana aureos v: costi aur.ii: coquantur in libris tribus aquæ sufficienter: & dentur drachmæ quatuor cum drach.iiii istius electuarij. Recipe aristolochiæ rotundæ, granorum iuniperi, centaureę, ana drac.ii: ligni aloes aur.i, D spicæ nardi drach.i, marrubii drach.iiii: conficiantur cum predicta decoctione. ℭ *Decoctio Chamæmeli prouocans Menstrua, & auferens Dolorem fortem.* Recipe chamæmeli aur.ix, aristolochiæ aur.iiii, laccæ drach.ii: spicæ nardi, cinnamomi, radicis lilij cœlestis, ligni aloes, ana drach.i: coronæ regiæ drach.x: decoquantur cum libris decem aquæ in igne lento & sufficienter, donec remaneat tertia pars: & dentur drachmæ quinque. ℭ *Decoctio Hyssopi, contra passiones Pectoris, & Tusses chronicas, & ægritudinem Asthmæ, & Anhelitũ malum.* Recipe hyssopi, agarici, radicis lilij cœlestis, liquiritiæ, squinanthi pęoniæ, asari, aristolochiæ rotũdæ, ammoniaci, seminis fœniculi succi stœchados, succi marrubij, laccæ, ana aur.ii: decoquantur in libris tribus aquæ sufficiẽter: & dentur drachmæ quatuor in mane. ℭ *Electuarium optimum contra Aegritudines diuersas: & valet Scotomiæ & Vertigini: & scindit Phlegma viscosum, & purgat ipsum: et aufert Dolorem frigidum. Et est bonum contra Venena: et aperit Oppilationes: et prouocat Menstrua, et Vrinam: et Calefacit corpus: et valet ad Febrem chronicam: et purgat Matrices.* Recipe agarici, aristolochię rotundæ, succi marrubij, laccæ, ana drachmas quinq;: assæ fœtidę, galbani, rhu barbari, spicæ nardi, phu, seminis fœniculi, radicis apij, trium piperum, ana drachmas vj: ligni aloes drachmas quatuor, turbith aur.decem: confice cũ syrupo facto ex melle, & asaro, & agarico, & spica nardi, & lacca. Et dentur drachmæ quatuor cum aqua caliqua. ℭ *Electuarium expertũ contra Oppilationes matricis.* Recipe aristolochiæ, laccæ, radicis lilij cœlestis, ana: confice cum deco-

ctione gafit: & dentur drachmę quatuor cum aqua calida. ℂ *Electuarium curans Lapidem in Vesica: et est expertum.* Recipe squinanthi, stœchados, ana drachmā vnā: sanguinis hirci sicci drach. vi, lapidis iudaici drachmas duas, anisi drach. iiii: pulucrizentur, & confice cū decoctione radicis apii. E

ℂ *Aliud ad Lapidem.* Recipe sanguinis hirci sicci, anisi, aristolochię rotundę, de lapide inuento in felle tauri, vitri combusti, saliuncę, agarici, lapidis iudaici, amygdalarum amararū, ana: pulucrizentur & conficiantur cum melle. Et dentur drach. iiij cum aqua decoctionis seminis apii. ℂ *Aliud mirabile contra Ventositatem fortem.* Recipe anisi, cymini, saturcię, carui, ana: cōficiantur cum melle: & dentur cum decoctione agarici, quę sic fit. Recipe agarici, cyperi, folii, radicis squinanthi, aristolochię longæ, & rotundę, radicis apii drach. vi: ponantur in caldario in libra vna aquę super ignē leuem. Et dentur drach. iiii cum duabus drachmis medicinæ prędictæ. ℂ *Medicamen bonum contra Asthma chronicum.* Recipe laccę aur. x, aristolochię longę aur. vi, succi marrubii aur. vii: conficiantur, & dentur quasi nux cum aqua calida. ℂ *Medicamen quod accepimus ab Acritone contra Frigiditatē stomachi, et contra humiditatē eius.* Recipe ligni aloes, cinnamomi, rhu barbari, spicę nardi, mastiches, cardamomi: confice cum decoctione rosarum & nucum cypressi: & detur quasi nux. ℂ *Aliud valens ad Colicam ex Ventositate et humore crasso.* Recipe anisi, cinnamomi, absinthii, cymini, florum chamæmeli, ana drach. x: agarici drach. xx, scammoniæ drach. i, mastiches drach. v: conficiantur cum decoctione carui: & dentur drach. iii cum aqua decoctionis gafit. ℂ *Aliud ad Dolorem capitis, et contra Cephalæam, quod est expertū.* Recipe succi stœchados drac. viii: gafit, spatanę, ligni aloes, ana ʒ iiii: mastiches drach. vi, agarici ad pondus omnium: conficiantur cum decoctione rosarum & mastiches: & detur à drach. ii vsq; ad tres drachmas. ℂ *Aliud quod valet in principio Descensionis aquæ ad oculum, quo sæpe curaui multos: et est expertū, et velocis curationis.* Recipe spicę nardi aur. x, cinnamomi aur. octo, agarici aur. ix, mastiches ad pondus omnium: conficiantur cum bono melle: & sumātur de eo quotidie drachmę duę, est enim mirabilis operationis. F

De Medicinis habitis à Zenone.

ZEnonis de Athenis medicinæ. Iste fuit vnus de magnis medicis. Ego autem nō vidi ipsum, quia non fui temporaneus eius: sed magister meus vidit ipsum. Et ille habebat experimenta bona: ex quibus discipulus eius dedit nobis viginti experimenta experta. Et nos probauimus ea sæpe, & inuenimus ipsa optima. ℂ *Primum medicamen quod dicitur Electuarium Spicæ nardi, confortat Hepar debile & Cor, & valet contra Vomitum chronicum.* Recipe spicæ nardi aureos centum, spicæ romanæ aureos decem, absinthij aureos octo, cinnamomi aureos quindecim, laccæ mundatæ aureos nouem, gariophyllorum aureos quinque, gafit aur. xvj, marrubij aureos duodecim: aristolochiæ rotundæ, rhu barbari, ana aur. xvj: confice cum melle: & da aureos duos cum aqua calida. G

ℂ *Medicamen Secundum, quod dicitur Electuarium Centaureæ, valet ad Podagram, & ad omnes passiones Iuncturarum, cui non est simile in hoc. Nam prouocat Vrinam, Laxat crassos humores & diuersos, & sedat Dolores, & aperit Oppilationes: & est optimū ad Lapidem, & Liquefacit phlegma: & mundificat superflua à Pulmone & pectore. Hoc medicamen dedit Zotion de scriptis Zenonis, qui composuerat id per versus.* Recipe centaureæ minoris aureos centum, zirūngen aureos decem: anisi, fœniculi, apij, ana aur. vj: olibani, gariophyllorum ana drachmā vnā: agarici, radicis lilij cœlestis, ana aureum vnum: cubebæ, galbani, ammoniaci, castorij, trium piperum, spicæ romanæ, ana aur. xx: spicæ nardi, turbith, ana aureos triginta: aloes succotrinæ aur. xvij: carpobalsami, xylobalsami, scillæ assatæ, ana aure. xvj: mastiches, croci, ana aur. x: scammoniæ aur. viij: pulucrizentur, & conficiantur cum melle: & submittantur in hordeo per sex menses: & dentur ex eo drachmæ quatuor. Et hoc medicamen est de maximis medicinis quas habebat ille medicus. ℂ *Medicamen Tertium, quod dicitur Electuarium Colocynthidis, quod Laxat humores aquosos, & phlegma, & melancholiam: & cum hoc prouocat Vrinam. Et vere dico quòd non est ei simile ad acuendum Visum, quia est in hoc mirabile.* Recipe colocynthidis, scillæ assatæ, asari, trium piperū, ana aur. vj: spicæ romanæ, anisi, apij, fœniculi, carpobalsami, gafit, croci, ana aureos duos: spicæ nardi, chamædryos, chamæpityos, aristolochiæ rotundæ, gentianæ, ana aur. vij: pulucrizentur, & cōficiantur cum melle: & submittantur in hordeo per sex menses: & detur à drachmis duabus vsq; ad tres. ℂ *Medicamen Quartum, quod dicitur Electuariū Squinanthi, valet ad Dolores fortes, & prouocat Vrinam, & aperit Oppilationes, confortat Hepar confortatione maxima, & frangit Lapidem, & valet ad Febras chronicas.* Recipe squinanthi, aureos ccc, aristolochiæ rotundæ aureos sex, ligni aloes aureos tredecim, gafit aureos tredecim: croci, spicæ nardi, carpobalsami, opij, ana aureum vnum: mastiches aur. iij: trium piperum, folij, chamæpityos, ana aureos septem: conficiantur cum bono vino: & detur de eo quasi auellana cum eo quod conuenit tali ægritudini. ℂ *Medicamen Quintum, quod dicitur Electuarium Capillorum veneris, ad purgandum quod est in Pectore ex humore crasso: & est nimis expertum.* Recipe capillorū veneris aureos vigintiquinque: radicis lilij cœlestis, liquiritiæ, pęoniæ, carpobalsami, marrubij, floris chamæmeli, aristolochiæ rotundæ, ana aureos quindecim: pulueriza, & confice cum syrupo facto cū melle & capillis veneris: & dentur drachmæ quatuor cū decoctione chamæmeli. H

*Al. gentianæ

Al. rosarum

ℂ *Medicamen Sextum, quod dicitur Electuarium Folij, valet ad Aegritudines fortes, quæ accidunt mulieribus in matricibus earum: et prouocat Menstrua, et valet ad Dolorem matricis: et calefacit Renes.* Recipe folij indi, aureos viginti: cinnamomi, spicæ nardi, spicæ romanæ, rubiæ, castorij, trium piperum,

A piperum, gariophyllorum, ligni aloes, ana drach. xx: rhu barbari, masticheS, thymi, ana aur. xvj: confice cum melle: & detur quasi auellana. ℭ *Medicamen Septimum, quod dicitur Electuarium Aristolochiæ, valet contra Dolorem matricis, valde prouocat Menstrua, & confortat Stomachum debilem, & intercipit Fluxum chronicum, et est mirabilis operationis, et non est ei simile: et sæpe probauimus ipsum: et iste Zenon* * *vtebatur ipso.* Recipe aristolochiæ longæ & rotundæ ana aureos viginti: radicis lilij cœlestis, laccæ, squinanthi, marrubij, ana drach. ix: rhu barbari drach. xxv: spicæ nardi, ligni aloes, ana aur. xx: puluerizentur, & conficiantur cum melle: & dentur drachmæ quatuor cum aqua calida: & ad fluxum intercipiendum cum decoctione xyloaloes: & ad menstrua prouocanda, cum decoctione aristolochiæ rotundæ: & ad dolorem matricis, cum decoctione chamæmeli & asari. ℭ *Medicamen Octauum quod dicitur Electuarium Olibani, quod est valde vtile contra Humiditatem stomachi, et Liquefacit phlegma: et conuenit Senibus, quia confortat calorem naturalem in corporibus eorum.* Recipe olibani aur. x, mastiches aur. quatuor: squinanthi, aristolochiæ, ana aur. ij: ligni aloes, laccæ, ana aur. j: radicis lilij cœlestis drach. j: rosarum, rhu barbari, ana aur. v: anisi aur. vj: puluerizentur, & cum melle conficiantur: & detur ex eo quasi auellana. ℭ *Medicamen Nonum, quod dicitur Electuarium Gafit, valet ad Hepar, quia confortat ipsum, et aperit oppilationes eius: et valet Hydropicis, et contra corruptionem complexionis.* Recipe ga-

B fit aur. xx, laccæ aur. x, ligni aloes aur. vi, gariophyllorum aur. ij, cinnamomi aur. xxi: squinanthi, cubebæ, rhu barbari, ana aur. xvi: rosarum aur. xviii, aloes non abluti aur. ij, agarici aur. iij, mastiches aur. x: puluerizentur, & confice cum syrupo facto ex melle & agarico: & est medicamen valde nobile. ℭ *Medicamen Decimum, quod dicitur Electuarium Rhu barbari, maxime valet Fluxibilitati stomachi, et confortat Hepar, et valet Hydropicis: et non est neq; fuit aliquod simile in hoc: et Zenon nemini uolebat dare. Cuius compositio non lateat medicos, quoniam eius compositionem acquisiuit eius compositor cũ magna solicitudine.* Recipe rhu barbari aureos centum, laccæ aur. xx, ligni aloes aur. xxxvi, cinnamomi aureos xi, aristolochiæ longæ & rotundæ aureos triginta, fistici aureos quinquaginta, squinanthi aur. lxxx: maioranæ, anisi, luti sigillati, ana aur. xx: agarici, folij, ana aur. vi: gafit aureos triginta, spicæ nardi aur. xvi: trium piperum, zingiberis, ana aur. decẽ: stœchados, origani, ana aur. ix: radicis lilij cœlestis, radicis endiuiæ, ana aur. vi: hyssopi sicci, mastiches, croci, ana aur. vij: carpobalsami, xylobalsami, ana aur. xvii: puluerizentur, & conficiantur cum melle: & detur à † drachmis tribus vsque ad quatuor. ℭ *Medicamen Vndecimum, quod dicitur Electuarium Capparis, valet ad Duritiem splenis, et aperit oppilationem eius: et est optimæ operationis.* Recipe capparis aur. xx: opopanacis, scolopendriæ, marrubij, ana aur. quinq;: gafit aur. xvii, ammoniaci aur. decem, sagapeni aur. octo: puluerizentur, &

C conficiantur cum bono aceto: & da drachmas duas cum decoctione carui & capparis & gafit. ℭ *Medicamen Duodecimum, quod dicitur Electuarium Scolopendriæ, valet ad Duritiem splenis, et est expertum.* Recipe capparis drach. xx, marrubij drachmas quinq;, scolopendriæ aur. xvi: confice cum aceto, & fac trochiscos: & da drachmas duas cum decoctione tamarisci & gafit. ℭ *Medicamen Decimumtertium, quod dicitur Electuarium Turbit, valet ad Febres chronicas, et Laxat humores viscosos, et calefacit Renes, et est optimum ad Passionem colicam ex ventositate, et prouocat Vrinam: et est mirabile.* Rec. turbith aur. quinquaginta, agarici aur. xvi: croci, mastiches, ana aur. vi: squinanthi, aristolochiæ rotundæ, stœchados, ana aur. viii: confice cũ melle: & detur à drachmis duabus vsq; ad tres. ℭ *Medicamen Decimũquartum, quod dicitur Electuarium Ellebori, valet contra Vertiginem.* Recipe ellebori nigri aur. xx, ligni aloes aur. i & ß, croci aur. j, anisi aur. ii, mastiches aur. iiii, maioranæ aur. i, agarici aur. vi: radicis lilii cœlestis, stœchados, ana aur. viii: turbith albi & gummosi aur. iiii: confice cũ melle, & da drac. iiii.

ℭ *Medicamen Decimumquintum, quod dicitur Electuarium Agarici, valet contra Cephalæam veterẽ: et Stomachum confortat et Hepar.* Recipe agarici aur. xvi, pæoniæ, centaureæ minoris, ana aur. vi: laccæ, ligni aloes, ana aur. viii: gafit, anisi, chamædryos, chamæpityos, squinãthi, floris chamæmeli, mastiches, ana aur. vii: rhu barbari, spicæ nardi, ana aur. ii: turbith aur. iii: confice cum melle, & da drac. j & ß

D vsq; ad drach. ii cum aqua calida. ℭ *Medicamen Decimumsextum, quod dicitur Electuarium Scillæ, valet ad Asthma, et ad Oppilationes, et Ventositates: sed non debet dari habentibus vulnus in membris interioribus.* Recipe scillæ assatæ aur. vi, † stœchados aur. iii, agarici drach. † xvi, mastiches ℥ ii: gafit, costi, triũ piperum, ana aur. x: radicis lilii cælestis aur. v, capillorũ veneris aur. iii, floris chamæmeli aur. iiii: confice cum decoctione agarici & melle: & da ℥ ii cum aqua calida. ℭ *Medicamen Decimumseptimũ, quod dicitur Electuarium Gummi, et valet contra Passiones frigidas, et Ventositates crassas, et ad Dolorem iuncturarũ, et Ischiadem.* Recipe ammoniaci, sagapeni, opopanacis, ana aur. x: sarcocollę aur. ii, mastiches aur. iiii: anisi, cymini, assę fœtidę, ana aur. iii: euphorbij † ℥ ii: aristolochiæ longę, & rotũdę, radicis lilii cælestis, ana aur. iii: pone gummi in succo fœniculi, vel in decoctione eius: & reliqua terantur, & conficiantur cũ melle: & da à ℥ ii vsq; ad tres cum aliquo quod cõueniat passioni. ℭ *Medicamen Decimumoctauum, quod dicitur Electuarium Luti: et est vtile contra Venenum.* Rec. luti sigillati, anisi, salis indi, agarici, ana ℥ ii: rhu barbari, auellanarũ, radicum pęonię, ana aur. iii: puluerizã, & confice cum melle: & detur quasi auellana. ℭ *Medicamen Decimumnonum, quod dicitur Electuarium Assæ fœtidæ, valet contra morsum Scorpionis, et contra Febres chronicas, et Liquefacit phlegma viscosum, et dissoluit Ventositates.* Rec. assę fœtidę, costi amari, & dulcis, ana aur. v: aristolochię rotundę, zingiberis, asari, ana aur. ii: castorii, cinnamomi, aloes, ana ℥ iii: radicis lilii cælestis, sarcocollæ, ana ℥ i & ß: aristolochię, gẽtianę,

Spurij. O ℥ iiii ana

* Aliter Zeno
* Al. longæ.
† Al. drachmis duabus vsque ad tres.
† Al. aloes aureum vnum
† Al. aur. vj.
† Al. aur. j.

ana drachmas vj: pulueriza, & confice cum bono vino & melle rubro: & dentur drachmæ tres. E

ℭ *Medicamen Vigesimum, quod dicitur Electuarium Rosarum, valet in fine Quotidianæ, et Hydropicis, et dissol uit Ventositates.* Recipe rosarum drach. lx, radicis lilij cœlestis drach. j & ß, agarici aur. ij, marrubij drach. iij: laccæ, rhu barbari, ligni aloes, cinnamomi, anisi, seminis fœniculi, cymini, absinthij, mastiches, ana drach. vj: spicæ nardi, aristolochiæ rotundæ, ana aur. j: cõfice cum melle: & da drac. iij. Istæ ergo sunt medicinæ Zenonis: & iam probauimus ipsas. Nunc volumus scribere medicinas quas multoties experti sumus, & deinde abscindetur tractatus. ℭ *Medicamen Subtilians humores, et præparans ad exitum, in principijs ægritudinum frigidarum ante acceptionem laxatiui.* Recipe absinthij, anisi, seminis fœniculi, aristolochiæ rotundæ, squinanthi, carpobalsami, folij, cyperi, agarici, radicis lilij cœlestis, ana: pulueriza, & confice cum melle: & detur quantum auellana. ℭ *Electuarium quod dicitur Euadens, valet ad Dolores chronicos, et confestim.* Recipe spicæ nardi aur. xvi: myrrhæ, opii, laccæ, opopanacis, castorii, olibani, ana aur. septẽ: galbani aur. vi, mastiches aur. v, folii aur. vi, piperis lõgi ii, croci aur. x, squinãthi aur. ix: ammeos, cinnamomi, ana aur. iiii: scorodi aur. ii, bdellij aur. i: radicis lilii cœlestis, agarici, ana aur. xvi: pulueriza, & confice cum melle. Istud electuarium expertum est multoties, & confestim aufert dolorem: Sed non debes dare plus, quàm drachmas duas.

* Aliter xij.

ℭ *Medicamen Amoronis Regis, valet contra Podagram, et Dolores iuncturarum ex phlegmate viscoso, quo destruitur motus: et valet ad Repletionem, et ad Debilitatem neruorum: et est optimum Mulieribus in quibus abundant superfluitates phlegmaticæ: et etiam valet contra Lapidem. Et generaliter dico, quòd compositio huius electuarij est per adiuuamen diuinum: quod infinitis vicibus probaui, et a me non separaui nec in ciuitatibus, nec in villis.* F
Recipe radicis lilij cœlestis aur. xx: galbani aur. vi, & danich. iiii: ammoniaci aur. x, & drac. ii: ellebori nigri aur. vi, aristolochiæ longę aur. v, rosarum aur. xx, turbith aur. vi, liquiritiæ aur. x, stœchados aur. viii: satureiæ, centaureę minoris, ana aur. viii & ß: squinanthi aur. viii, croci aur. i, meu, aur. vi, phu aur. iiii, gafit aur. i, eupatorii aur. xvi: zirungem aur. xx, & drach. viii: xylobalsami, carpobalsami, ana aur. viii: olibani aur. ij, chamępityos aur. xvi, chamædryos aur. ij, mastiches aur. vi: anisi, asari, granorum iuniperi, ana aur. v: spatanæ, hyssopi, ana aur. v: harmel, cymini agrestis, maioranæ, scillæ assatæ, ana aur. viii: sagapeni, ammoniaci, aloes succotrinæ, ana aur. v: costi, gentianę, ana aur. ii: origani aur. vii: nasturtii, calami aromatici, ana aur. iiii: confice cum melle: & submittatur in hordeo per sex menses: & detur quasi auellana cum aqua calida decoctionis satureiæ & duarũ aristolochiarũ. ℭ *Medicamen Asiritæ Romani, valet ad Lapidem vesicæ, et prouocat Vrinã.* Recipe amygdalarum dulcium, seminis cucurbitæ & cucumeris, lapidis iudaici, agarici, floris chamæmeli, gentianæ, ana drach. iiii: aristolochiæ, capillorum veneris, saliuncæ, sanguinis hirci sicci, vitri combusti, lapidis qui inuenitur in felle vaccæ, anisi, radicis apii, bdellii, myrrhę, ana aur. v: pulueriza, & cõfice cum melle: & dentur drachmæ quatuor cum aqua decoctionis radicum apii & fœniculi. G

Dixit Galenus, iam dicimus in hoc libro nostro, quem vocamus librum experimentationis medicinarum, quas probauimus, & accepimus à sapientioribus hominibus, & habentibus solicitudinem erga artes: & nos iccirco composuimus hunc sermonem, vt semper medicus habeat considerationem ad ipsum. Scias autem ꝙ medici altarium curabant per cibos sacrificiorum: vnde nobiliores probantur alijs medicis. Optime enim debemus laudare virum, qui illa facit per cibum, & plus quàm illum qui curat per medicinam: quia corpora quæ curantur per exhibitionem diętæ, reducuntur melius ad temperantiam, quàm quę curantur per medicinam. Et medicus pro virili sua debet considerare, vt cibus & materię quæ debent propinari, sint proprię naturę patientis vel accipientis: Et sint boni saporis, vt ęger delectetur in ipsis & diligat. Et non debet vti eadem medicina diu, ne fiat ei quasi naturalis. Et caue ne præbeas medicinas mali saporis, quoniam medicina, quam infirmus habet in odio, plus nocet quàm prosit. Vnde & medici dignum duxerunt cũ medicinis miscere res dulces, & res saporitas, sicut nos fecimus in rob nucum, quod accepimus ad anginam. Et similiter ingeniati fuerunt in medicinis laxatiuis ponere aliqua quę stomachum cõfortant. Et debes cauere in curatione malitię complexionis sine materia, ab euacuatione, & è conuerso. Et debes laxare naturam à leuioribus consuetis generaliter, sicut diximus in libro interiorum. Sed semper quando volueris euacuare, primo subtilia, post euacua parum, deinde mediocriter, deinde fortius. Et caueas à medicinis non expertis, sed vtaris expertis & vsitatis à bonis physicis & expertis. Et scias quòd omnes istę medicinæ sunt bonę in locis suis, scilicet vbi conueniunt: & sunt venena in suis contrariis. Nos autem iam diximus in hoc tractatu de istis medicinis plures expertas: & si postea acquisiuerimus alias, scribemus eas in fine huius tractatus. H

Galeno

DE MELANCHOLIA EX GALENO RVFO ET POSSIDONIO

Caput Nonum Libri sexti Aetij.

Iulio Martiano Rota Interprete.

SIcut in apparentibus corporis membris interdũ eadem omnibus tẽperatura cõspicitur, velut in deprauato corporis habitu, vocata q; elephantiasi, & aqua inter cutem: interdum vnũ aliquod membrũ vel biliosum vel melancholicum vel pituitosum humorem suscipiens, ipsum suã tñ B temperaturã immutat. Ita contingit & cerebrum lædi, quandoq; totius ratione, quia sanguis qui in omnibus venis continetur, melancholicus effectus est: quñq; partis, quia reliquo sanguine illęso permanente, is qui cerebro continetur, solus immutatur: hoc q; duobus modis, aut quia talis in cerebrum aliunde fluat, aut quia melãcholicus in cerebro reddat: redditur aũt ab eius caliditate, vel flauam bilem, vel crassum & nigrum sanguinem, adurente. Fere semper aũt partes quæ in præcordijs sunt, ita prius affectæ cerebrũ tacito quodã consensu in eundẽ affectũ trahunt, atq; ita desipere hominẽ faciunt, vel atra bile cerebrũ occupante, vel melancholico vapore in idem ascendẽte: quemadmodũ fieri consueuit in eo morbo quem flatuosum & hypochondriacũ nominamus. Neq;.n. propositæ tractationi quicquã obstat, aliunde, atq; ex alio membro, huiusce affectus initiũ originẽ q; esse, cũ facile ostiolũ ventriculi quiduis patiens in similẽ affectum cerebrum ducat, nimirum ob conuenientiã quã cum eo habet, propter duos neruos qui desuper à cerebro ad ipsum maximi descendunt. In eosdem affectus cor quoq; idem trahit propinquitatis ratione: itẽ & septũ trãsuersum, cui adnatũ est. Conuenit quoq; ventriculi ostiũ cũ spinali medulla, qua parte ipsi adhęret & colli vertebris adnexũ est. Principiũ C aũt hmõi melancholiæ vtplurimũ ex cruditate consurgit: nã flatus plurimi consequuntur, & quocunq; cibo assumpto, sublimes, & ferè semper in præcordijs obuersantes: ructus insuper acidi, fœtidi, ac veluti piscẽ olentes subsequuntur, quãuis eiusmodi nihil comederit: aluus vtplurimũ ipsis est sicca: somnus exiguus atq; diuulsus, & p somnũ visa perturbãtia enormia q;: saltus toto corpore alij atq; alij: capitis vertigines, & in auribus ventorũ sonitus: putãt q; se alij caput repletũ aggrauatũ q; habere: cõtra alij vacuũ & leue: quidã ne caput quidẽ prorsus sibi esse, cui Philotimus ad alia remedia, plũbeã galeã imposuit, qua oppressus caput sibi adesse intelligeret. Euadunt pleriq; melancholici in venerẽ proniores, obliuiosi, timidi, misericordes, ad fletũ prõpti, solitudinũ amantes. Dæmones ab inimicis veneficis immissos sibi quidã suspicanť. Alij noxiũ quippiã se deuorasse credũt: quã opinionẽ id ipsis confirmat, ꝙ mox abominabilia & mõstrosa vomunt. Videntur aũt alijs alia: prorsus q; morbus hic varius ẽ & inexplicapilis. Velut ecce, vt de timore loquar, qui dã amicissimos formidat, alius oẽs ẽt alios hoĩes metuit: hic in lucẽ prodire timet, ille tenebrosum aerẽ sectatur, alius eundẽ refugit: ferè oẽs tñ in obscuris locis versari gaudẽt sepulchris q; & solitudinibus. Non nulli ẽt vinũ, oleũ, aquã quoq;, & oĩa liquida metuunt, vt qui à cane rabido demorsi sunt. Atq;, vt paucis me expediã, melãcholiæ & insaniæ multas spẽs habent, siquis vniuersas earũ D imaginationes consectari velit: verũ ex eis oĩbus duæ communes sunt, timor & mœstitia: mæsti nanq; sunt oẽs præter rationẽ, nec si percõteris causam ob quã tristes sint, reddere valent: metuũt enim nõ pauci mortẽ, & quędã alia, quę metu digna nõ sunt, quãuis non nulli mortẽ ẽt vehementer appetãt. Cęterũ cũ rationalis animi sedẽ atra bilis occupauerit, mirandũ nõ est si metus, si tristities, si mortis expectatio obnascatur: cũ ex ijs quę extra corpus nostrum posita sunt, nihil adeo nobis formidolosum sit vt tenebræ: quãobrẽ, cũ veluti obscuritas quædã rationalis animæ sedem occupauerit, necesse est semper hoĩem terreri, eo ꝙ terroris cãm secũ quocunq; deferat: nã vt in tenebris pueri timent, & ex adultis nõ cõsueti, sic & atræ bilis color, tãquã nox quædã rationalis animę sedem obumbrans metus procreat. Oẽs itaq; causas accidentium quę cuiq; contingunt explicare nemo põt, cũ pleraq; dubitationes haud paruas contineãt, vt cur aliqui quędã fugiũt tãquam molesta, cũ tñ molesta nõ sint, & quędã quę bona non sunt tanquã bona sectantur: item, cur alius domesticos timet, alius omnes hoĩes, atq; id genus alia. Medico tñ pluriũ accidẽtiũ causas exponere difficile nõ ẽ, velut is q se figulinũ vas arbitrabať, ob siccitatẽ arbitrabať: frigidus.n. & siccus est melãcholicus humor, qua de causa & alius cutẽ suã pellẽ siccã opinabatur. Nã qui caput se non habere putabat, fortassis ob leuitatẽ capitis id arbitrabať: leuitatẽ aũt capitis, flatus qui attollebať, efficiebat. Sed cur melãcholici plurimos cibos appetunt? an ꝗa frigidũ os vẽtriculi habẽt? Cur vinũ

eorum aliqui plurimum hauriunt? an quia calefieri frigidus humor desiderat? Cur se ipsos perimunt? an quia putant se à maioribus malis explicare? nisi talis opinio pridem ipsis indita sit, vt mortem sibi inferre pulchrum existiment, qua in opinione pleriq; barbari perstant. Cur aũt assiduecruditate laborant? an quia turbulẽtũ plenũ q; excremẽtis corpus habent? atq; ideo eorũ ventriculus male temperatus semper ob humorem melãcholicum friget. Cur ipsis ferè semper aluus astricta est? an quia flatus ipsis circa precordia vagatur, nec deorsum admodũ inclinat, atq; idcirco eorum aluos astrictas esse oportet? interdum tñ ex longa detentione multa repente & colliquata remittunt. Conniuent aũt, oculis q; prominẽtibus & labris crassis sunt vtplurimũ, ob spirituum crassitiẽ. Fusci sunt, qm̃ humor ad cutim effundit. Pilosi euadunt istorum plurimi, quia multis & crassis excrementis abundant. Linguam velocem ferè semper habent, sed & balbe & exili voce loquuntur ob linguæ incontinentiam: nam vehementes linguæ motiones à spiritu crasso fiunt, omne aũt quod vehementer mouetur, celeriter quoq; motũ suum absoluit. Sed finẽ faciamus, nã hisce excitatus poterit quisquis voluerit aliorũ quoq; accidentium causas indagare. Nigret aũt humor iste quandoq; calefactus plusq̃ deceat, qñq; frigefactus magis q̃ cõueniat. Quod.n. carbones accensi patiuntur (nã lucidissimi cũ sint extincta flãma nigri fiunt) id hilaris sanguinis color patitur, frigiditate sublatus: cuius rei exemplum habere possumus in quibusdã membris quæ frigore liuida primum, tum nigra fiunt. Nimia quoq; caliditas cum exiccet & consumat humorem, quo naturalis calor nutritur, humores nigrefacit, non aliter atq; Sol fructus & hoĩum corpora.

Hactenus quæ medicũ scire oportet prius, quã curationẽ aggrediatur, diximus: Nũc quę nosce re debeat is qui hoc morbo laborantibus succurrere velit, subiungemus. Non minimũ aũt interest scire vnde morbus originẽ ducat. Nã cum vniuersum corpus, totum sanguinem melancholicum habet, principium curationis à missione sanguinis auspicandum est: cum autem solum cerebrũ, sanguinis missione æger non eget, modo plurimo sanguine nõ abundet, & præseruandi cã sanguinem detrahere nolimus. Ex his aũt cognosces, vtrum totum corpus melancholicũ sanguinem contineat, an in cerebro tm̃ is sanguis aceruatus sit. Nam qui nigri & hirsuti sunt, venas q; latiores habent, facile melancholicum humorem gignunt. Interdum tñ & homines rubicundi repente in melãcholicam temperaturam deueniunt. Et ab ijs, qui fuluo colore sunt, præsertim si vigilijs, laboribus plurimis, solicitudinibus, victui tenui, melancholicis cibarijs, se diu exposuerint: Insuper si se vena aliqua in sede suppresserit, aut aliqua alia consueta sanguinis euacuatio, velut in mulieribus menstrua. Non parum quoque ad hoc facit anni tempus, aeris constitutio, regionis situs, ęgrotantis ętas, & eiusdem ars. Hæc omnia ubi perspexeris quoties in omnibus venis corporis sanguinem melancholicum contineri dubitabis, firmissimam dignotionem conficies, si cubiti venam secueris: mediam vero secare melius est: quam statim supprimes, si sanguis qui effluit melancholicus esse non videatur: sin erit, tantum detrahes quantum laborantis habitum expostulare censueris. Tertia melãcholię species, quam principium à ventriculo habere dicebamus, quã q; hypochondriacam, hoc est precordia infestantem, appellabamus, ex antedictis plerunque dignoscitur. Primo nanque superius dicta accidentia circa ventriculum incipiunt, inflationes dico, gurgulationes, ructus acidos & virulentos, astrictam aluum, atque id quod egerendo vel euomendo excernitur supernatans: tum ipsi ęgrotãtes in præcordijs turbari omnia & commisceri sentiunt. Quemadmodum igitur plerũque vapore quodam fuliginoso fumoso' ve aut crasso sursum ad oculos eleuato cæcutire sibi nonnulli videntur, vt qui suffusionem patiuntur: ita & nunc in cerebrum ascendente melancholico vapore tanquã fuligine quadã aut fumo, melancholici casus menti obuersantur. Quoties igitur melancholicæ dementię propria signa magna non apparebunt, & circa ventriculum aut nihil turbulentum affuerit, aut parum admodũ, existimãdum erit cerebrũ primo affectum esse, quemadmodũ dictũ est. Quæ igitur cerebro primũ affecto melancholia consistit, assiduis balneis, victu boni succi & humido, nec flatuoso, procuranda est, omisso quouis alio potenti remedio, qñ noxius humor diuturnitate tẽporis non dum euacuationi rebellis erit: tũc.n. varias & valentes magis conuenit adhibere medicinas. Oportet aũt incipiente morbo mederi, nam inueteratum & auctum medentis manus respuit. RVFI. Cõmunia aũt remedia siue cerebrum, siue præcordia primum patiantur, sunt quæ aluum subducunt. Sed in primis studiũ adhibere oportet, vt cõcoctio probe fiat, postmodũ purgare epithymo & aloe: siquidem ex his vel exiguũ quiddã singulis diebus sumptũ plurimũ iuuat, & leniter aluum subducit. POSSIDONII. In quibus sanguis abundare videbitur à principio statim venam cubiti incidere conuenit, presertim in quibus consueta aliqua sanguinis euacuatio retenta est: in mulieribus aũt quibus mẽstrua defecerunt, tali venam aperire confert. Quisq; vero pro habitus sui ratione inaniendus est. In quibus autem mali succi potius abundãt, vbi prius ægrotantem recte cibaueris, vtere Rufi hiera vel Archigenis aut Iusti. Quòd si & sanguis & praui succi abundauerint, primum venam incide: tum purgationem exhibe: postea diebus aliquot interiectis, clysteribus aluum subducas, primo cremore furfurum, spuma nitri, & melle: deinde filiculæ radicem contusam vel epithymum surfuribus incoques: ab hoc clysteri diebus tribus interpositis hieram dabis amaram, quæ aloen recipit, & præ cæteris omnibus epithymũ habet. Conficies aũt ipsam, sicut Themison docet: impones q;

A pones q́ꝫ aloes ʒ centum: masticħes, croci, spicæ nardi, cinnamomi q́ꝫ, & casiæ duplum: assari vero & carpobalsami, singulorum ʒ i: addes q́ꝫ epithymi duas vncias. Ex aqua mulsa hanc dabis quantum magnum cochlear capit bis aut ter, ex modicis interuallis. Hinc vbi laborãtem rursus victu conuenienti recreaueris hieram Rufi denuo exhibebis, aut Archigenis, aut Iusti. Quãtitas autem quę exhiberi debet, sunt drach. ij, ex aqua mulsa, & salis cochlearium paruum. Melius est autem aluum inanire ijs quæ leniter vnius diei spatio subducunt. Nigram autẽ bilem ducunt amaracus, & quam cunilam vocant, inspersæ mulsę, & ebibitę duûm drachmarum pondere. Confert etiam sero lactis aluum inanire, sed non id quod è caseo fluit dandũ est, melius est enim quod feruefacto lacte seiungitur ab alio. Sit autem potus lac equinum, sin minus, bubulũ: imponatur q́ꝫ nouę ollæ, agitetur q́ꝫ ramo ficus: ac dũ efferuescit, ter aut quater aqua mulsa irroretur: postea colatum exhibeatur, melle primum admisto: tum vbi venter fluere cœperit, non amplius addito melle: sumatur autem ad cotylæ mensurã, nec minus quinq́ꝫ cotylis. Post omnes autẽ alui subductiones maluæ semen valde lęuigatum ex aquæ cyathis tribus dandum est, duarum drachmarum pondere: summopere nanq́ꝫ ad rem facit: quamobrem eo frequenter vtendum est. Optimum est etiam pulegij decoctum crebro bibere, tam ante quã post purgantia medicamenta. Idem & centaurij mino

B ris decoctum potest. Nam absinthij decoctum & frequenter & subinde præbebis, cum & aluo & ventriculo æque prosit, ac pręter hoc multam in ventre ventositatem gigni prohibeat, nec in totum siccari aluum permittat: lotium insuper prouocat, & concoctionem impẽsius adiuuat, adeo vt hoc solo quosdam viderim ipse liberatos. Exhibẽda sunt etiam quę vrinam mouent, anisum, daucus, petroselinum, nardus, & asarum, atq́ꝫ præ omnibus his hippomarathri semen & radix: quãquã chamæpityn & trixaginem sumere promptius sit: quodcunq́ꝫ vero ex istis aut ex aqua elixum dabis, aut cõminutum poculis aridum insperges. Bonæ sunt etiam inanitiones quæ per sudorem fiunt, siue laboribus, siue balneis procurentur, siue inunctionibus in Sole factis, veluti ex oleo chamæmelino, nitro oleo admisto. Quibus peractis, vbi ægrotantis habitus melior esse videbitur, ad hieram denuo redi. Curam quoq́ꝫ præcordiorum habere conuenit cum eum qui curare quempiam incipiat, tum eum qui in curatione multum processerit. Fomenta itaq́ꝫ conueniũt quæ ex oleo fiunt, in quo rutę, anethi, serpilli, absinthij, artemisiæ, pulegij, viticis q́ꝫ semen & lauri baccæ aut folia tenera bullierint: hoc enim & dolores mitigat, & inflationes minuit. In ventositatibus autem quæ ventriculum mordent, cuminum & pulegium aceto incoquenda sunt & spongijs admouenda: aceto quandoq́ꝫ alumen inspergimus. Cataplasmata oleo constent, in quo deco

C ctum sit vel anisum, vel apium, vel cuminum, vel cyperum comminutum, irim q́ꝫ & libanotidem adijcies: conferunt autem vt plurimum tam ante quã post cibum facta. Cataplasmate autẽ ablato præcordia contegenda sunt, vel lana quã latissima, vel agnina pelle leuissima & pura, vbi prius nardino pigmento locum inunxeris. Vnctionibus cucurbitulas adijcies, aduersus inflationes quidem leues: aduersus inflammationes autem & tumores duros, scarificatas: quibus ablatis cyprino ceroto vteris, & polyarchio, & eo qui ex styrace constat, & alio præcipue qui è feminibus conficitur, atque alijs id genus. Procedente vero curatione proderit admodum vti rubificante quod è ficubus & sinapi componitur: concoctionem enim reuocat, ventriculo q́ꝫ robur addit: & siquis dolor in pręcordijs remanserit, ipsum aufert. Vtemur & acriter abstergentibus præcordia, medicamentis q́ꝫ picem recipientibus, hoc est pice sicca per se ipsam liquefacta, vel cum modico oleo: calida vero cuti imponitur tam ante, quàm in dorso, quoad sponte decidat: quare & cum ea lauetur, & siquid parum à cute recedat, auferendum est forfice. Summe autem iuuantur qui siccum bouis stercus aceto mulso commistum sibi indiderint: bulbi q́ꝫ cum nitro vel alumine lęuigati magnopere prosunt: hæc q́ꝫ bubulo stercori commista vtilia sunt, maxime cum mordicationis sensus in ore ventriculi ipsis aderit: nam quibus corpus frequenter conuellitur, expedit bibere casto-

D rium, & eodem in oleo sicyoneo dissoluto corpus inungere. Conuenit etiam ipsos ante cibũ ambulare, & exerceri quantum vires tolerant: nam balnea bene concoquenti non admodum sunt necessaria, nisi lassitudinem quampiam sedare velis: quicunq́ꝫ vero ventriculum habet ad concoquendum non idoneum, huic frequenter balneis vti prodest, vel ieiuno, vel peracta iam concoctione. Post balnea dabimus cibaria concoctu facilia, nõ inflantia, bonam aluum faciẽtia: diligenter q́ꝫ obseruabimus, quomodo à singulis ægrotus afficiatur: neq́ꝫ enim omnes eodẽ modo, ijsdẽ cibis afficiuntur. Verum qui ferè omnibus cibi cõueniunt, sunt panis recte confectus in furno coctus: aues quæ nec pingues sint, nec edaces, & in mõtibus degant: oua gallinacea leuiter cocta. Pisces saxatiles, qui q́ꝫ carnes teneras habeant: echini vero marini plurimum excellunt cũ gratia, tum vtilitate: reijcienda sunt, quæcunq́ꝫ in cœno & paludibus viuunt. Carnes hœdinæ cõueniũt, & lactentium animalium: horũ præcipuæ partes sunt, quæ multam carnem non habent, elixę: inutiles quoq́ꝫ non sunt vuluæ, sumen, & pedes porcini. Ex oleribus quo ad cõem victũ prosunt dulcia: nã quę acria sunt, vt medicinæ exhibeãtur, velut palustris asparagus, petroselinum, & similia. Quantitas omniũ quæ assumuntur moderata sit. Vinũ autem album, tenue, nec valde antiquum. Non oportet autem inter cibũ repẽte multum bibere, neq́ꝫ plurimum sit id quod bibit, ne cibus in ventriculo fluitet. Placet etiam, vt præter hæc omnia aceti acidissimi cochlear vnum post cœ-

nam

nam ſorbeat,cum dormitū vadit,& eo inter comedendū obſonia intingat. Præſtat aūt aceto ſcillæ E parū & rutę & ariſtolochię tenuis admiſcere. POSSIDONII. Ad inflatiões Oxyporiū tale cō-uenit: Liguſtici, ſeminū apij,zingiberis,thymi,ſingulorum vncia: mellis deſpumati quantū ſuffi cit: dato cochlearis dimidium,tā mane quā veſperi. Quod ſi mellis dulcedinē auerſent,aliud quod concoctionē iuuat ita cōficies: Scillæ toſtæ ℥ i,ſalis ammoniaci ℥ v: ſeminum apij, fœniculi, thy-mi,petroſelini,aniſi,ſiſonis,zingiberis,ſingulorum ℥ iiij: panis ſicci & puri ℥ v, piperis ℥ i & ʃ: ex hoc dato ad comedendum quantum cochlear capit,cum cibo, quo pacto vult ægrotus. Dandum eſt inſuper per quædam interualla quantum cochlear cōtinet theriacæ,præſertim hyeme & veris initio. RVFI. Vomāt ex lōgioribus interuallis à cibo & ieiuni preſumpto raphani origani've aut thymi decocto: nequaquā vero ſumant quæ vehemētius vomitū concitant,noxia ſunt enim eiuſmodi,ventriculo q; & eius ori debilitatē addunt,in ijs qui iādiu morbo laborarint: nā quidam ob vomitum acrius cōcitantia,viſi ſunt melācholia capi. Illud quoq; nouiſſe conuenit, pleroſque hoc morbo infeſtatos,quo tēpore curabātur,nihil profeciſſe,ſibi dimiſſos conualuiſſe, propterea, quia recte prius à medicis tractati,poſtea vires aduerſus morbū maiores acceperint,cum antea re-medijs attriti forent. Quāobrē naturę quies cōdonāda eſt: quā pluribus auxilijs affligi,quiete refi-ci, videmus,atq; iā extenuatos morbos ſuperare. Qui canina lupina've melancholia tenentur, Fe F bruario menſe noctu domos exeunt,in cunctis q; lupos & canes imitantur, vſque ad diluculū va-gantur,ſepulchra q; præcipue recludūt. Ita affectos his notis dignoſces. Pallidi ſunt, ſegniter aſpi ciunt,oculos aridos habent,concauos,nō lachrymantes,linguam ſiccā proferunt,ſalivam nunquā reijciunt,ſiticuloſi ſunt: in tibijs vlcera geſtāt,quæ ſanari non poſſunt,& quia crebro offendūt & quia à canibus mordentur. Hęc eorū indicia ſunt,eſt q; hoc morbi genus melancholię ſpecies. Quā curabis cū ſe cōſtitutio aereis immutabit, ſi venā incides, & vſq; ad animi deliquium ſanguinem effluere ſines,ægrotantē q; boni ſucci cibis ales,in balneas dulces adduces: & vbi tribus diebus ſe-ro lactis vſus fueris,ægrotātem hiera quæ colocynthim habet purgabis, Rufi, Archigenis,aut Iu-ſti, bis aut ter ipſam per interualla prębens. A purgationibus theriacā propinabis,quæ viperas ha bet. Alia quoq; remedia,quorūcūq; ſupra meminimus,admouebis. Veſpere demū aduētāte mor bi violentia ſoporiferis medicamentis caput irrigabis: odoramēta ſomnū procurātia porriges,na res q; papaueris ſucco inunges: & interdū aliquid quod ſomnū conciliet,bibendum exhibebis.

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE CVRA ICTERI

CENSVRA

Multa hic vera & ex Authoribus doctis ex ſcripta.

AD Icteri curā prima quidē duo ſunt maxime neceſſaria auxilia,ſ. phlebo tomia & purgatio. Sed purgatio quidē eſt propinqua,eo q cholera & nō ſanguis abūdat in ictericis. Fiet aūt & aliqn̄ phlebotomia ꝓpinqua, qn̄ ſimul cū cholera abūdat ſanguis,& qn̄ hepar vel ſplen ab inflamma tione tēdit & dolet, ſicut multoties accidit: nihil.n. eſt aptius phleboto mia in dolore viſcerū. Alius aūt & phlebotomās curabat,ſicut & Praxa goras: ſed nō diſtinguebat qui erat phlebotomādus,& qui nō. Purga- H tiones vero magis appropriatæ ſunt huic ægritudini: & plus iuuant pa tiētes,qn̄ purgant iuxta pricipia. Ego aūt euphorbio miſcēs epithymū, & aloen,& petroſelini & dauci ſemen,& piper albū,purgo ictericos: & vt plurimū qdē ſolū hoc ſufficit. Bene vero purgat & ſcāmonia cū aloe,& ſicyoma,& qcqd aliud acutius euacuat,maxime aūt quæcunq; cholerā ducūt. Debiliora vero ſubductoria fortaſſis nō cō ferūt,eo q nō curātur facile icterici ꝓpter vētris ſiccitatē,nec omnino deſcēdit cholera ad inteſti-nū. Quibus aūt in impedimēto eſt aliquid vt purgent,his cōfert vomere ꝑ raphanidas frequenter, aliqn̄ aūt & poſt cœnā: etenim hepar ad ambas euōnes,cā ſ. quæ ꝑ ſubductoria,& eā quæ ꝑ vomi-tus,nō improprie ducēdū eſt. Et hypochōdriū,vt vtiq; mollius exiſtēs,cataplaſmādū, miſcēdo fa-rinæ hordei de rore marino,& ſcico,& artemiſia,& abſinthio,& abrotano,& gramine, & ruta,& cardamo,& chamæpitye,& allio,& cētaurea: hæc.n. alterutra vrinas mouēt,qđ ægritudini ē maxi mū bonū,& cōtrahit viſcus. Vētoſarū aūt appoſitionē vidi prę manibus exiſtere in medicis,q̄ ca rēt eis quæ propria ſunt ægritudini: non tn̄ valde laudo neq; vitupero eā, ſed ſm tēpus. In eis.n. ſ. icteris qui à ventre, poſt eos qui ab hepate, puto cōferre: ſecūdario vero eis qui ab hepate quan-do tumorem aut dolorem habet. In eis autem qui à ſplene,nihil prodeſt vētoſa: hepar.n. & vēter

applicata

A applicata phrenibus, possunt euacuari per ventosam versus hypochondrium, propter continuitatem: splen aūt nullū cōe habet cum phrenibus, sed multum ab eis distat. Nequaquā igitur oportet eos qui à splene icteros curare ventosis. Mitigatis vero febribus, cerotum apponere, primum quidem cerā & resinam coquendo cum cyprino i. alcāna, & meliloto, & bdellium & ammoniacum miscendo. Ignita vero hypochondria nequaquā lædes & farinā hordei cū floribus vitis albę & meliloto cataplasmans: coquere autem oportet melilotum in dulci, & terere cum farina, effundendo de ipso dulci: fit autem id & absque farina per panem mollem. Bibere autem oportet pharmaca in hac ægritudine, succum absinthij infundens in aqua cum nardo. Fortius aūt oportet coquere absinthium in aqua, & colatum dare ictericis: optimum.n. est pharmacū si quis animose offerat, non attendens ad amaritudinem. Et nimirū apparebit tibi magis dulce, quā amarū, esse absinthiū, amariora.n. noui hoc aristolochiam, gentianam, centaureā, & alia multa. Nēpe & pretermittere quid iuuatiuum propter gustum, ingenerosum est: sicut & assumere quid nocuum propter delectationem, nefandum. Et nimirum patiuntur icterici quid inconueniens: amara enim eis apparent quæ sunt dulcia: vnde amaritudo quæ inest absinthio, a passione obtusa erit. Bonum autē est bibere ad icterum & hoc, Calaminthen: peristereonem, vocant aūt sacram herbam: acetosu-
B lam: lapathium acutum, quod est rubrum in stipite & frondibus, & stipes est quardangularis, plenus semine, radix vero eius est lutea: hoc autem per se comestum, & decoctio radicis bibita, cito iuuat. Iuuat autem & domesticum lapathium similiter: comedere autem oportet & de ea in prandio, & de decoctione radicum bibere. Nullo autem minus est anchusa, & silphium & chamæpitys, & erythrodani radix, & rosmarinus, & vocatum hemionium, & subtilis aristolochia, & adiantum, & serpyllum, & hypericon, & struthion: horum enim singulum bibere licet coquendo in aqua vel cum vino: vel incisum permiscere cum melicrato, vel vino antiquo: vt plurimum vero pondus vniuscuiusq; est ʒ i. Bonum autem est & terere ipsa in aqua, vt in magnitudine fabæ. Expurgant autem bene in icteris & sulfur cum ouo sorptum: & allia, assa & cruda comesta, & cæpæ, & raphanides: & melicratum per se est optimum, & cicerum decoctio, & cichorium cum vino, & caulis succus, & staphylini radices, & cornu cerui abrasum & in vino bibitum, & amygdalæ amaræ coctæ in ptisana, & petroselini & smyrnij molles radices, & anisum, & meu, & acorus, & radices de ponto odoriferæ, maximè autem asarum, & nardus: & solatri succus, & chamæmelū, & mercurialis, & tamariscus. Hæc enim omnia sunt pharmaca ictericis purgatiua: & offerre ipsa oportet sicut ego cum multa experientia scripsi. Non autem in solis pharmacis faciebam curam,

* Al. amaracus.

C sed diætans quàm maxime: aliquibus enim sola diæta præbuit quod quærebatur. Optimum autem est post exurrectionem mane à somnis, tentare fricari moderate cum oleo puro. Coquatur autem in oleo saluia, vel amaricinum, vel artemisia, vel bacca lauri, vel chamæmelū, vel iris, vel nardus, vel casia lignea, vel costus: expurgant enim prædicta colorationes, & sudores mouent. Deinde absterso suauiter, vt remaneat pinguis, apponere hypochondrio cerotum vel malagma Amathonis, vel Polyarchi, vel alicuius talium, quæ primo quidem remittere habent: deinde cyprinum cerotum: & tecto hypochondrio, & superaccincto patiente, ad deambulationem oportet exire: modicum vero moto bibere de predictis pharmacis. Supra potum autem, modico motu quiescere: deinde ire ad balneum: & ibi prius moto & vocitante balneari cum aqua multa & calida, simul enim sudores sic conferunt: simul autem & pruritus cessant, & maxime si nitro & fæce vini vsta abstergatur cutis. In balneo autem & melicratum bibitum confert. Cibaria vero ictericis & pulmenta, sunt panes bene fermentati, & non multum puri, ad secessiones enim ij conferunt. Pulmenta vero, præsuccum gaziricum, vel byzanticum antiquum, & raphanides, & capparis cum oxymelite: & pisces mollium carnium, & petrini assi, & cum cocco cnidio & coriandro & aniso cocti, & ericio, & cum melicrato: hæc autem & vt pharmacum prosunt, ducentia ad vrinas. Quan
D do autem & terrestris fuerit ericius, non oportet abstinere. Quando autem pisces non adsunt, cicera coquendo, bibere oportet aquam: comedere autem salsuginosa, & bibere vinum album odoriferum. Neq; ab oleribus oportet abstinere, sed & horum proprie quàm maxime oportet sumere, quæ suauissime mouent mictionem: sunt autem talia, pastinaca, & cartamum, & struthij germina, & scandix idest endiuia, & cyminum, & sesamūm, & molles cardui, & fœniculus, & eryngij radix, idest vitiale porrum, & asparagus, & smyrnij stipites, & mercurialis, & omnia talia: bonum est autem & origanum viride. Domesticorum vero olerum, aptissimum est caulis & orinibum eius, & siclum, & raphanis, & rapa, & cæpa hortēsis, & germen sinapis, & tritio quæ est de semine eius & de allio. Carnium autem, syluestres sunt meliores domesticis: & elixæ magis, quàm asse: appendant autem selini semen, & anēthi, & cymini. Domesticas vero assas oportet comedere, quę sint iuuenescentium. Excipere autem oportet omnia paludosa, & aquatilia, & gallos, nisi moderate carnosi fuerint. Fructuum vero vētosi quidem omnes non sunt apti, sed qui sunt visceribus familiares, & vrinas prouocant, absque quod sint bene cibabiles. Dactylorum vero balani id est fructus, ita sunt diuretici, vt si quis virides comederit, sanguinosas vrinas copiose faciat. De tragematibus autem, frixa cicera sunt optima. Vinorum autem, alba, & substyptica, & subtilia, & non valde antiqua. Et iuuenum melius est oblationem facere post labores & balnea, cauendo à repletione,

* Al. sisarum.

* Al. anisi.

tione,ſicut & ab indigentia:ambæ.n.ictericis ſunt peſſimæ,repletio quidem, propter indigeſtiones,& eo ꝙ obſtruit hepar: indigentia vero,propterea ꝙ chołericiores oſtendit humores,& propter inanimoſitates quæ ſequuntur ægritudinem ſecundum multam neceſſitatem. Vniq; igitur quod eſt moderatum eſt optimũ: hoc autem magis,vbi & exceſſus & defectus nocumentum non paucum infert,ſemel aut bis aſſumpti. Oportet autẽ & tardante ægritudine peregrinationes tentare,& appenſiones,& equitationes,& in Sole nudari,& per ſe natis balneis vti: maximum enim eſt ab vnoquoq; eorũ iuuamentum. Venerea vidi quoſdam quidem medicorum laudantes in hac ægritudine: manifeſtum autem eſt,ꝙ ſi quidem vtendum eſt eis, in vltimis declinationibus competunt. Melius vero eſt magis ſobrie diætari in alijs,& in venereis: non enim poſſunt tãtum iuuare remiſſione & lætitia mentis,quantum nocent imbecillitate & infrigidatione corporis: vltra autem ꝙ infrigidant,triſtiores faciunt. Omnino autem bonum animum & manſuetudinem ſiſtunt, excitando quod contriſtat. Hæc quidem eſt diæta ictericorum. Scire autem oportet timendum eſſe,ſi hoc te faciente,& pharmacis & adinuentionibus,nihil ad melius addunt,ſed magis fiunt pe iores habitibus,hi quidem aquoſati,alij autẽ exiccati. Duę enim ſunt euerſiones malignæ & difficile tractabiles ſm ægritudinem: iccirco & alonge prohibere oportet,& obuiare eis, & obſiſtere,humidiores quidem per purgationes quæ per diuretica,& labores,& ſolares ſtationes, & per ſudorum eductiones ſiccando: ſicciores vero, per bonam nutricationem humectando. Si autem quid remanet in vultu de ictero,quod fieri ſolet,effuſionibus quæ ad nares, oportet vti. Fortiſſimum autem eſt ad hæc elaterium & cyclamini ſuccus permiſti cum lacte, vt non moleſtent repleto ore aqua: debilior autem eſt anagallis,& ſiclum,& nigella, non tamen ſunt inutilia. Eligat vero medicus quæ conueniunt ægritudini. Purgentur autem primo quidem mucilago,deinde cholera craſſa,ſicut vitellina. Licet autem his & poſt balneum vti: citius enim euacuant, & ſimul balneum conſolatur,& eſt minus mordax. Et hæc eſt cura ictericorum.

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE CVRA LAPIDIS

CENSVRA

Vtilia etiam & hæc eſſe poſſunt,quæ hic Arabs ſcripſit,ſi cum iudicio legantur.

CAnon quem ſcripſit Alguazir Albuleizor filius Abumelech Filuzer Imperatori Saracenorũ Anly filio Ioſeph filij Reſaphin de curatione lapidis. Accidentia à quibus cõuenientius eſt cauere,& à quorũ tractatione cautela eſt adhibenda, ſunt dolores, propter timorem, qui eſt in eis: debilior nãq; eorũ ꝓſternit virtutẽ,& ſoluit inter hoiem & inter ſuas ſalutes. Et ipſi quidẽ non ſunt ſicut accidẽtia,in quorũ curatione interuenit latitudo. Et ego iã multoties eo præſente dixi,ꝙ hoc accidẽs eſt ſicut inimicus. Et oportet licet det ĩducias,vt abſcindat̃ in ipſis ſuis inducijs, propter ſuam debilitatem in reſiſtendo: & nõ ſit contẽtus in debilitãdo ipſum, ſed abſcindat ipſum cũ eo ꝙ acquirit ei vires, aut pręparationẽ. Et canon conferens in ſegregatione cauſæ hmõi accidentis, per cuius aſſiduationem confido ꝙ ſecurabitur ab eo, eſt iſte. Dũ tẽpus ęſtatis perſeuerat vſq; quo pertranſeat plurimũ tẽporis autũni & deſcẽdat pluuia multa,tũc acceptio ℥ j ſ de ſyrupo acetoſo,facto cũ aceto expreſſionis vuę puræ: & medietatis eius de ſyrupo violato cũ ℥ v aquę, in qua bullierint cortices radicũ fœniculi ʒ i ſ, & cubebæ cõtritæ ʒ i, donec cõſumpta ſit aquæ pars quinta,& colata, eſt conuenienter: ſumat hoc omnibus modis in oĩbus xv diebus. Et acceptio aquæ ciceris ſecũdũ quod dixi, eſt bona & benedicta. Et ſi inueniatur aqua,& miſceat cũ ea in decoctione eius acetũ,quod deſtruat ipſius caliditatẽ,& roboret eius inciſionẽ,& ipſius abſterſionẽ: & ad vltimũ qñ inuenit̃ in acuitate cõplexionis, exquirat ſtudium in infrigidando: ſumat hũc ſyrupũ,ſiue medicinas decoctas in aqua quã narraui,& vtatur ſyrupo endiuiæ,& ſyrupo acetoſo,& ſyrupo nenufaris. Et ponatur in oĩbus tpibus in aquã cibariorũ factorũ ei aqua ciceris nigri,niſi apud vehementiã caliditatis aeris: decoquatur ergo cũ aceto quod decoquatur cũ aqua ciceris,& ſit cũ aceto cucurbita: verũ in cibarijs de cucurbita multiplicetur origanũ. Qñ ergo aduenerit autũnus (& nõ intelligo per autũnũ illud de quo abſolute dr̃ hoc nomen,qñ tota autũni natura eſt ex natura tp̃is æſtatis,ſed volo per ipſum qñ cõpleċt̃ cõplexio aeris gradatim ad frigus,& aſſociat̃ ad illud vt humectet̃ aer per deſcenſionẽ pluuiæ) ſumat de cõfectione quã feci ei nũc quatuor drachmas cũ decoctione ciceris nigri,cõdita cũ ſale & pauco piperis,die vna,& interpolet diẽ,quatuor vicibus,aut quaſi illis. Qñ ergo vehemens

fit frigus

A fit frigus aeris & figitur hyems, accipiat de theriaca magna oĩbus decẽ diebus aut quasi illis ʒ i, cũ tanta aqua calefacta, quãtã capit os semel, pmisto ei de syrupo de corticibus citri. Et quãdo possibile est vt vtatur cibario facto ex olere vrticæ, fiat ei cibarium olerum, decoctũ factũ cũ carne hœdi, quod sumat in principio suæ comestionis. Hoc regimen sufficit ad auferendas causas hmõi accidentis. Et de illis quę oportet ipsum in cibo sumere, est lepus, postquã cõfirmatur hyems, & defectus pluuiæ: & in vere die aliquo in diebus. At vero adolescens est multo melior quã aries binus in istis duobus tpibus proprie. Et de illis, quibus oportet conseruari sanitas ab oĩbus accidentibus, quę de proprietate caloris est vt faciat accidere, aut vt accidant causa eius in tempore autũni, est vt sumat in mense Maij circa finem eius, & in principio Iunij, istud: Hordei ex corticati & con triti, & florũ nenufaris, & oculorum vaccę mundatorum ex suis interioribus, omnium añ ʒ viij: seminis scariolę, & volubilis exiccatę, & medullę seminis croci hortulani, & medullę seminis melonis, omnium ana drach. iiij: florum violarũ, & capill. veneris, corticum radicis apij recentis, omniũ ana drach. ij: rhu barbari electi recentis, quartam ʒ vnius: terantur quæ sunt terẽda, & infundãtur omnia nocte vna in mensura librę aquę feruentis, & in mane ponantur super ignẽ leuem: qñ q̃ꝫ in ceperint bullire, confricentur manibus calida, & colentur: & cõfricẽtur manibus in colatura de cõ

[Marginal note: *ALhmõi.]

B dito rosato ex saccharo drach. xij, & de medulla casiæ fistulæ mundatę à suis interioribus & suis tunicis drach. iiij: & coletur, & misceatur cum eo tertia ℥ de syrupo iuleb, ex saccharo: & sumatur mane alto: & quiescat die assumptiõis eius, & secũda. Illud vero quod aufert esse lapidis, & eius prohibet generationẽ, est esse contentũ in cibo, pane fermẽtato spongioso, cuius farina molita fuit in proximo, cum auibus laudabilibus, sicut pullis, & perdicibus, & interpolatione lepore, & asparago, quando possibile est: & cibariũ olerũ ex vrticis, & sicla est benedictũ. Et nõ repleat comestione multũ, immo dimittat de saturitate sua parũ: & nõ laboret post comestionem penitus. Et si est necessarium vt frangat illud quod generatũ est ex eo, & extrahat illud, sumat de hac confectione,

Recipe corticũ radicũ asparagi exiccatarũ, & corticũ radicum fœniculi exiccatarũ, & polij, & scolopendrię, & cubebę, omnium ana ʒ v: ebeni, & gũmi prunorum, & lapidis iudaici contriti super cotem, & casię, & cyperi de harach, & bdellij varij, & ammeos, oĩum ana ʒ ij: terãtur singulariter, & cribellentur, & conficiãtur cũ syrupo de saccharo: & sumatur ex ea ex tribus ʒ vsq; ad illud quod est quasi illud, cum aqua calida in qua bullitum fuerit parum fœniculi. Et sisr ad ventositatem & dolorem lapidis, & dolorem capitis, & stricturã anhelitus, & dolorem brachiorum cõfert ei. Ad ventositatem sufficit regimen quod ego pręcepi ad prohibendã eorum generationem penitus.

C Ea vero ex quibus generantur sunt permistio in cibo, & intromissio cibi super residuum cibi & labor post comestionem. Illud autẽ quo est vtendũ apud vehementiã doloris, nã dolor prędictus nõ accidit nisi à gñatione lapidis stãtis in aliquo meatuum vrinę, & quod ego determinaui ei prohibet eius generationẽ, si ei alligetur ita, vt de eo nunquã cõqueratur: & nõ accidit aliquid ex eo, si alligato ceciderit iteratio mundificationis renum: veruntamẽ nõ est possibile, nisi impediti in mundati auditur administratum in hmõi dispositionẽ, & est istud. Rec. fœnugręci ʒ iiij: seminis apij, seminis dauci, amborũ ana duas tertias ʒ i: bulliat totũ in ℥ vij aquę, donec redeat ad medietatẽ: deide confricetur manibus, donec aliquantulum viscosum fiat: & in colato fricetur manibus de condito violato ex saccharo ℥ i ß, fricatione vltima, & coletur: & sorbeatur in hyeme super medietatem ʒ i de theriaca magna, & in æstate & suo simili de temporibus aereis calidi, sine theriaca penitus. Et vaporetur locus totus cũ hoc: Olei anethini ℥ iij sumantur, in quo liquefiat adipis gallinæ ℥ i: demũ submergatur in eo lana succida, & vaporetur cũ ea tepefacta locus multis vicibus post potum medicinę præcedentis: demum administretur sternutatorium bis vel quater. Dolor vero capitis qñ inuenitur, tũc si fuerint in tẽpore caloris, sumat istud quod narro: Conditi rosati ex saccharo ʒ xij, medullæ casiæ fistulæ mundatæ a suis interioribus & à suis tunicis drach. vi: fricentur ambo in

D ℥ v aquę calidę, & colentur: & addatur colato syrupi violati de saccharo ℥ i ß: sumatur in mane. & vngantur frons & anterior pars capitis cũ oleo rosato, concusso cum tertia parte sui ex aceto forti, & infrigidetur: & sit effusio eius super caput cum vase stricti oris ab altitudine mensuræ palmi, quoniam est melius & velocioris iuuamenti. Si autem accidat in tempore frigoris, sumant hanc medicinã: Agarici vehementis albedinis drach. i & tertia, raued seni drach. i: terãtur ambo, & cõficiãtur cũ syrupo acetoso de saccharo: & sumat super illa duo, istud quod ego narro. Casię contritę, & anisi, vniuscuiusq; drach. i: ferueant cũ ℥ vi aquę, donec consumatur ex ea mensura tertiæ, & coletur: & misceatur in ea syrupi acetosi ℥ i ß, & sorbeatur. Et bulliant chamæmeli & meliloti vniuscuiusq; ma. iiij, in aqua quæ cooperiat ea donec vehemens fiat eius calefactio: demum inclinentur frons & tempora super illum vaporem ascendentem ex ea. Cum ergo tepuerit aqua in qua bullitum fuit illud quod dixi, submergatur in ea pannus lenis, & vaporetur cum eo vbi inuenitur dolor in capite. Stricturę vero anhelitus nõ est causa nisi additio carnis, & dimissio exercitij in ieiuno, & cõseruatione illius eleuatur. Illud vero quod accidit de dolore brachijs & membris, inũgantur quando inuenitur illud, cum oleo anethino, quoniam destruet illud.

Ad Lapidem.

Et est ei iterum descriptio Suffuf ad Lapidẽ. Rec. gũmi prunorũ, & cubebę, & lapidis iudaici, ana

añ.drach.iiij: corticis radicis asparagi, & ebeni, añ.drach.ij: seminis dauci, drach.ß: terant, & cribel E letur, & adiũgatur ei media ℥ sacchari: & bibatur de eo omni die ex drach.ij vsq; ad circuitũ eius, cum aqua in qua misceatur syrupus acetosus. Et sit cibus tafea ex lepore, aut fœniculum, & cibarium olericum ex vrticis. Et est ei descriptio infusionis illa ad illud. Recipe corticum radicum apij, corticum radicum fœniculi, ana drach.ij: corticum radicum asparagi, drach.iiij, rubię tinctorum drach.i: terantur omnia, & bulliant in vi ℥ aquæ, donec minuatur medietas eius, & coletur: & misceatur cum ea de syrupo acetoso scillitico ℥ i ß, & bibatur.

Ad Lapidem in Vesica.

Valet lapidi in vesica, i. frangit illum in vesica, hoc modo. Accipe cortices radicum petroselini, fœniculi, semina eorũ, milium Solis, semen maluæ & maluauisci, fœnigræci: omnia vniuersaliter habere poteris: & bulliant in aqua, & colabis. In parte istius colaturæ pones ℥ j prædicti olei: & totum tepidum dabis ad bibendum, siue in balneo: & hoc ieiuno stomacho post aliquam horã post cibum: & hoc frequenter, quousq; totũ lapidem emittat. Veruntamen si fuerit iuuenis, & siccus, aut macilẽtus, & in æstate, dabis ei cũ decoctione seminis melonis, citruli, cucumeris & cucurbitæ, lactucæ seminis, maluę vel maluauisci, omniũ ęqualiter. Valet ęgritudinibus vesicę qñ impeditur vrina ex humore frigido oppilante collũ vesicæ: quod percipies, qñ non sentit calorem circa partes illas, nec ardorem in vrina: & ꝙ calidis iuuatur, & frigidis lęditur: & qñ sentit frigiditatem circa pectinem, certior eris. Item quando sanies vulnerata, vel sanguis congelatus est in vesica, dabis cum aqua mellis: sed caue ne vulnera recentia sint in renibus: de antiquis ne timeas. F

Ad Incontinentiam Vrinæ.

Item si vrina præter voluntatem emittatur, da ad bibendum de vino, vbi decocta sint ruta, castorium, cupulę glandium, semen myrti, & thus: ista eadem facias si mingat lente, partes illas frequenter vngens. Prouocat vrinam ex humoribus frigidis, vel sanie, vel sanguine congelato, aut lapide in collo vesicę, meatus vrinales aut ipsum collum vesicæ oppilantibus: vniuersa curabit, sicut scriptum est. Item valet doloribus frigidis, passionibus auriũ frigidis. Valet paralysi, tremori membrorum, & torturæ oris bibitũ: debes vngere membrum lęsum in his tribus prędictis passionibus, sed primo & pręcipue principia membrorũ patientium, s. occipitium, & totam spinam dorsi frequenter. Sed in paralysi, non in principio, sed post iiij vel quinque dies: tunc pręsumitur, ꝙ humores non sint superflui. Verum in paralysi sanguinea nequaquã fiat nisi in declinatione: & tunc cum cautela, ne sanguis aduratur, & febricitet infirmus, & periclitetur: in alijs duabus in ipso principio vsque ad finem. Aut bibitur in hunc modum. Mentam, saluiam, calaminthen, nucem muscatam, galangam, facies bullire cum pingui gallina: & in ipsa bullitione pone de oleo: si copiam non habes olei, ad medietatem ponas olei cõis. Postea de illo iure bibe ieiunus: & differas prandium per duas horas: deinde ipsam gallinam comedas cum suo iure: si tantam copiam non habes olei, in parte illius iuris si quod habueris facias bullire, & haurias. Prędicta disciplina poteris cum piscibus vti, addens cum prædictis herbis & speciebus origanum & pulegium: si etiam piscem eo vnctum assaueris, vtile erit. Item hoc idem oleum cum aceto calido sumat in ore qui patitur torturam oris vel paralysin & colluat os frequenter: maximum enim consequitur iuuamentum. Valet etiam ischiadicæ passioni, quando frequenter locus lęsus vngitur, & per clystere mittitur. Valet etiam podagricis, & arthriticis, ex frigida causa, cum quo fiat frequens inũctio pedum vel articulorum, addito modico aceti calefacti, & postea in fine ęgritudinis sine aceto. Valet dolori dorsi emplastrum ex eo: & ammoniacum in eo dissoluitur, & dorsum emplastretur cum eo: hoc etiam emplastrum apostema splenis & eius duritiem dissoluit modico spacio temporis, & omnes duritias, & omnia apostemata dura. Iniectum naribus, valet epilepsiæ: & quando epilepticus cadit, destilla in aures eius cum penna aliquas guttas, & apprehende nares cum manu tua, & agita caput, & si agitatur, sinatur post vnam horam: in tempore interpolationis iniectum, multum confert. Valet oppilationi narium, quãdo nares oppilantur ex frigido humore, quod intelligas per absentiam caloris: & ipse infirmus sentit nares frigere, & asserit istud sibi accessisse. Et calefacit cerebrum quando ex eo vngis pollicem, fricans palatum, vel coronam & tempora eo inungis, aut cum cibo sumis, aut cum iure parum ex eo vsque ad ij drach. bibas. Valet contra obliuionem, i. delet eam, quando tu radis occipitium, & vngis frequenter illud: & etiam sumptum per os, siue in cibo, siue in vino, in quo bulliat castorium & saluia & olibanum. Ista frequentare debes quousque iuuamentum sentias: & hoc intelligas in omnibus operationibus istius olei. Et sedat dolorẽ dentium, quando est ex frigido humore, vel ex frigiditate cuiuslibet rei: & inungendo dentes vel gingiuas eo, parum calefacit. Et iniectum in matricem prouocat menstrua, quando in matricem cum pessario immittitur, prius ad ignem calefactum. Aperit orificia venarum, sumptum scilicet per os, sicut superius diximus. Et dissoluit sanguinem congelatum in stomacho & in vesica, quando sumitur sicut diximus, vbi locuti sumus qualiter iuuat renes, & soluit vrinam, & frangit lapidẽ in vesica. Valet anhelosis ex frigidis humoribus in pulmone contentis, sumptum cum decoctione hyssopi & ficuum siccarum & liquiritiæ, aut alicuius istorum ad pondus drachmarum duarum ieiuno stomacho. G H

Galeno

GALENO ASCRIPTA QVAESITA IN HIPPOCRATEM

CENSVRA

Ex Prognoſticorum & Aphoriſmorum commentarijs, ſed ieiune pleraq; deſumpta ſunt.

QVid ſignificat tenuis & pallida vrina? nempe incoctam ſubſtantiam, colore concoctã, imbecillitatem q; naturæ: colore nanq;, quod facilem concoctu concoxit: non vtiq; ſubſtantia, q̃ ſit collatu difficilis. Quod ſi ita diu feretur, à periculo immunis perdurare homo non potuerit, quoad morbus concoquatur: admodum nanq; tenuis vrina pernicioſam ſignificat cruditatem, quatenus calor quod tenuium partium eſt, depaſcitur. Quid ſignificat tenue & fuluum? nempe tenue ſubſtãtia, & fuluum colore, melius eſt pallido: ſed tamen ſubſtantia inconcocta. Quid ſignificat rufa vrina? nempe inconcoctionem, non interitum: ſed non tam cito concoquitur, eſt nanq; ex ſanguine putrido, qui nec dum perfectam accepit concoctionem, nec etiam ſuum colorem: ob hoc morbum ſignificat diuturniorem. In continuis autem febribus vi multa ſanguinis excitatis excernitur vrina rufa & craſſa cum hypoſtaſi rufa: manifeſtum q; ex colore & profuſionis ſubſtãtia quod aſſiſtit incoctũ eſſe: ægritudinis certe incoctæ vrina flaua quidem colore, ſubſtantia vero tenuis. Quid ſignificat tenue mictum, & foris turbulentum? vtique inconcoctum ex circunfluentia craſſi flatus: ſignificat vero naturam incepiſſe concoquere. Quid ſignificat craſſa mictura & permanens craſſa? talis mictura ita permanens eſt vt iumentorum: pubeſcere ac vigere ſignificat craſſos humores & ſpiritus vt feruorem. In his capitis dolor aut iam præſtò eſt, aut mox affuturus, propter perturbationem, ac fumidas exhalationes, quæ ſunt in humoribus. Quid ſignificat craſſum emictum, & dein de perdurans? quieſcere quidem in humoribus ebullitionem & attenuari: moderatã enim ſignificat quantitatem: hinc diſcernendi eſſe principium. Quid ſignificat mictum tenue, & idem perdurans? extremam inconcoctionem id ſignificat: nam ſi natura ad concoctionem inclinare tentaſſet, neutiquam tale excreuiſſet. Hoc autem fit aut virium imbecillitate, aut obſtructione oppilatione q;, aut ob ægritudinis longitudinem. Nam quoniã longa quartana eſt, in principio ob multitudinem & materiæ difficultatem, vrina directu difficilis tenuis mingitur: verum tenuis mingitur ob oppilationem iecoris, aut renum: cæterum ex loci dolore dignoſcitur. Mingitur ſanè tenuis & alba etiam in æſtuoſis febribus, quæ cauſi nominantur: ſignificat q; amentiam imminere. Cauſus nanq; febris, copiam ſignificat bilis: at diuturna vrina non eſt: manifeſtum q; facit in vaſis bilem non manere, ſed ſua ad cerebrum euolui ac volitare leuitate: ac ſi amens non ſit, hinc noris fore: quod ſi iam eſt, mingit q; tenuem & albam cum intercluſa febri, mortem proximam fore prædicito: neque enim cerebri vires ſuſtinebunt per febrim æſtuoſam immiſſæ bilis acorem & diſcerptionem putreſcẽtis. Vnde nam oleoſæ gignuntur vrinæ? Conſueuit febris primo quidem pingue liquefacere, deinde carnem, poſtremo ſolida exurit corpora: pingui ergo exuſto, oleoſæ excernuntur vrinæ: ſenſim autem eliqueſcit pinguedo: inde principium habet, & aſcenſum, & vigorem. In principio itaq; colliquefactionis oleoſi coloris vrinas facit, vt ambiguum ſit aquoſę ne ſint an oleoſæ. At in aſcenſu oleum eſſe apparet, vt olei miſtionem iam habere videatur. Verum in vigore iam tam colore q̃ ſubſtãtia oleum eſſe dixeris: Id q; renum eſt duntaxat, aut totius corporis: ac ſi renum ſit duntaxat, aceruatim huiuſmodi excernitur multitudo, cum multo caloris ſenſu circa renes: ſin totius corporis, pedetentim ſumit incrementum. Quid ſignificant eruoſæ hypoſtaſes? cum iam depaſta pinguitudo eſt, & reliqua eliqueſcit caro, etiã eruoſas in vrinis excernit hypoſtaſes. Cæterum aut renum eſt, aut totius corporis: ac ſi ex renibus fuerit, vrina etiam concocta eſt, & eruoſas excernit hypoſtaſes: ſi cruda, totius corporis eſt malum. Quid ſignificant furfuraceæ hypoſtaſes? cum febris depaſta fuerit pinguedinem ad vaſorum profundum in putrefactione, tum tales euadunt, anguſtiores folioſis, eis tamen craſſiores excernuntur quandoq; ex veſica: at ſi febris affuerit, totius corporis eſt malum: ſin minus, veſicæ ſolius. Ac ſi vrina fuerit inconcocta, morbus totius eſt corporis: ſin concocta, ſolius veſicæ: verum locum ſuum obtinet dolor. Quid pronunciant folioſæ? cum ſolida oblangueſcunt, primo nanq; multum abraduntur: ac ſi

cum febri, vniuersum affligitur corpus: sin secus, sola vesica. Ex vesica quidem sunt concoctæ: ex E toto autem corpore, crudæ. Quid portendunt in vrinis hypostases crimnodes, idest farinæ crassiori similes? cum febris profundum vasorum comprehenderit, & maiorem latitudinem assumpserit, & longitudinem ampliorem, fiunt furfurum hypostases, vocantur q; crimnodes. Cæterum crimna duo significant: aut enim sanguinis torridam vim pronunciant, aut solidorum corporum validam colliquefactionem: Ac si alba sit hypostasis, solidorum est corporum languor: sin rufa, id à sanguine est. Quid significat grauiter olens? tabem, & naturæ futurã extinctionem. Quid atræ significant vrinæ? cunctæ profecto hæ & crassæ omnino sunt & perniciosæ. Rarissime, aut prorsus nunquam atra inuenitur tenuis vrina. Nigrum certe corpus aut propter tostum efficitur sanguinem, aut ob totius corporis refrigerationem, aut melancholico humore purgato. Trinę itaq; hæ sunt differentiæ, quæ crassissimas obtinent substantias: ac crassæ inueniãtur atræ vrinæ, necesse est. In acutis profecto ægritudinibus perniciosa vt plurimum atra vrina est. Cum male olens, & hypostasis atra fuerit, in ægritudinem acutam lapsum talem vrinam emingentem, non mori impossibile est. Si sublatio sit atra, minus malum: similiter si nebulam, vel subnebulam habeat similem, mitius est malum. Siquidem atrum quandoq; frigiditatem ostendit, quandoq; caliditatẽ, seu quoquo modo vim torridam. Si igitur liuidum prius mingat, deinde ita fiat atrum, frigiditatem F obtinet. Si fuluum antecesserit, inde in atrum conuertatur, tostum ex nimio calore ostẽdit sanguinem atrum euasisse. Nos vtiq; ne prætereat, quartana & melancholica dissoluta amentia, atras excerni vrinas & crassas: lienosi nanq; tales frequenter emingunt, cum languens ita lien apparet: nullam nanq; digestionem & apparitionem intendit in redundantiã melancholicam. At nos ista perniciosa esse pronunciamus in acutis ægritudinibus: cùm tam viris q̃ fœminis atræ vrinæ existunt, esse pessimas: at infantibus, si aquosæ. Minus vero erunt perniciosæ atræ vrinæ lienem habentium inualidum: ac nõ ex ęstuatione, at ex frigiditate, atratus liuescit quodam modo sanguis, sicut aliorum quorundam: at id ex humoris melancholici refusione.

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE HVMORIBVS

Augustino Gadaldino Mutinensi interprete.

QVod in mundo elementum, hoc in animalibus humor: sicuti sanè & in tempore tempestas: non absolutam omnino identitatem vel similitudinem habentia: sed eadem quidem actiuis & passiuis qualitatibus, quibus ea habent ipsum esse, componẽtia q; sunt & principia eorum quæ sunt in nobis: differentia vero inter se tum multis alijs, tum ipsis etiam nominibus. Etenim elementa (ex quibus mundus) aer, ignis, aqua, & terra: Tempestates (per quas tempus) ver, æstas, hyems, & autumnus: Humores, bilis, sanguis, pituita, & atra: ex quibus animalia H constituta sunt, & homo. Humiditate autẽ omnia contemperata sunt, caliditate, siccitate, & frigiditate. Sanguis enim & aer, & sanè ipsum etiam ver, humida & calida. Bilium, quæ flaua est, & æstas, & ignis, calida & sicca: Atra, & terra, & autumnus, sicca & frigida: Pituita, & aqua, hyems q; etiam, frigida & humida. Vniuntur autem & inter se mutuo humor, elementum, & tempestas, distant q;. Aer enim & ignis, siccitate & humiditate differunt, caliditate vniuntur. Ignis & terra, frigiditate & caliditate discrepant: sicca vero omnino ambo. Sicuti terra, & aqua, frigida: distant autem siccitate & humiditate. Aqua etiam & aer humida quidem sunt, caliditate autem & siccitate differunt. Ita etiam humores & tempestates inter se constant, & distant: ac mixtionem illam φιλεχθρον quam vocant, hoc est ex amore & odio conflatam, perficiunt. Verum elementa quidem eadem omnino sunt, & in eodem singula manent loco: transmutatione q; mutua permansionem habent, proportionali q; nutrimento, quippe quæ, prouisoria quadam ratione, nutriantur. Eodem etiam modo tempestas motibus Solis ad Notum & Borrheam, & fit & dicitur. At humores non eodem modo, nec ijdem penitus sunt: sed inter se differunt loco, colore, consistentia, & qualitate. Ac transmutari quidẽ necesse est

inter

A inter se humores, sicuti etiam elementa inuicem transmutantur: non semper tamē eundem transmutationis modum seruare, nec æqualiter ipsos augeri, necesse est: sed non nullis quidem à terreo in aqueum ordine quodam, & ab illo in aereum, à quo in igneum fit transmutatio: non nullis vero inordinate à pituita in flauam, & à sanguine in atram. Testimonia autem huius rationis sunt, terreus sanguis & atribilarius, salsa pituita, quæ proxima est bili isatodi, facile q; in eam transmutatur. Conspicitur autem & pituitosa bilis & mucosa, & sanguis eiusmodi, veluti nimirum in hyderis & cachecticis: sicuti etiam sanè in calidioribus & siccioribus, impermista flaua: atque si ij ipsi non concoxerint, porracea euomi & deijci cōspicitur. Ordine itaq; transmutationū ordo quoq; exuperationis progreditur: contrarium vero, ijs quæ secundum ipsum transmutantur. Augetur autem in alio atque alio alius atque alius subinde humor, temperamento, hora, regione, ætate, & victus ratione generascens: sicuti in omnibus omnes ordinatis circuitibus & suis ipsorum tempestatibus generascētes, & incrementū habentes. Æstate enim augetur Amara bilis, ætate quoq; & temperamento & victus ratione eiusmodi, adhuc q; etiam externis rebus: nam & curæ, & iracundiæ, & tristitiæ, & labores, & exercitationes, & vigiliæ, & inediæ, & indigentiæ, largiorem flauæ bilis humorem congerunt: Sicuti sanè somni, & aquę potiones, & marinorum humidiorū q; B omnium, & crassorum & viscosorum esus, Pituitosum: Carnes vero, & volucrium pulpę, & oua, & concoctu facilia omnia, & bono succo prædita, Sanguineum: nisi forte aliquando proprietas aliqua oblatum cibum inuertat: Similiter quoque & Atribilarium. Quin & complicate quoq;, prout etiam complicatis vtimur alimentis, & consentanea sequuntur. Augetur autem adolescēti quidem Sanguis quare & gratiosi ij sunt, insane q; ad ludēdum animati: Bilis vero iuueni, iracundum ipsum, & animosum, & amarum reddens: Declinanti autem, Atra pessimus hic humor, & quocunque impetum fecerit, difficilis contentu, difficilis q; permutatu existens: ac subdolam suā ipsius ætatem, mali q; memorem, ac quoquo modo difficulter corrigibilem efficiens. Est autem & seni Pituita: segnis ipsa ętas, & obliuiosa, & comatosa, humida enim & frigida: sicuti declinans, sicca & frigida: & adolescens, calida & humida: & iuuenum, ea quæ est humoris proportione respondentis & vincentis. Loci vero ipsorum tum generationis, tum permansionis, tum motionis: Sanguinis quidem iecur, venæ, & ambæ nares: Flauæ vero, vesica ipsa propria, & circa iecur, & per aures, quod & conspicitur: Pituitæ autem, stomachus, & lumbi, & per os: sicuti Atræ, sub iecur & lienem, & per oculos, vt dicitur. Color vero ipsorum: Sanguinis quidem, ruber: Pituitæ autem, albus: Flauæ vero species septem: nam alia quidem est flaua, quę & elemētaris dicitur: C alia, pallida: alia, rubra: alia, porracea: alia, vitellina: alia, æruginosa: alia, isatodes. Atræ autē, oleosus color peculiaris, & hic, qui μέλαινα idest atra dicitur. Est autem & gustui Sanguis, dulcis: amara, Flaua: acida, atra: pituita vero qualitatis quidem expers primo, postea salsa, postea acida, ac præterea dulcis. Sunt autem Atrę, quatuor differentię: nam alia est à fęce sanguinis, alia ex superassatione flauæ, alia bituminosa, quòd bituminis instar splendeat: alia autem * *

Ex his autem Sanguis & Pituita, & Atra, crassa sunt consistentia. Tenuis, & leuis, & sursum tendens, Flaua: sicuti alij duo humores, graues. Sanguis vero medium tenet, quòd caliditatis sit particeps. Videtur autem charactere obsignari sanitas, horum æqualitate & symmetria. Deficientibus vero his vel redundantibus præter modum, vel quantitate, vel qualitate, vel locorum mutatione, vel complexu inordinato, vel putredine vitiatis, morbi contingunt. Sicuti etiā dicitur morbos accidere humorum ametria: Quemadmodum etiam sanitatem reuerti ablatione, & adiectione, & tenuitate, & crassitudine humorum, & breuiter eucrasia & symmetria ipsorum. At in sexto « Epidemiorum ab Hippocrate optime dicitur, ‖ Humores, hos quidem expellere, hos vero exiccare, hos vero imponere, tenuare, incrassare, contemperare, partim quidem sic, partim vero non. « Pro affectuum enim causa, remediorum sequelam comparant. Oportet autem vt humores exqui-D site sint tum qualitate temperati, tum quantitate æquales, vt & sanitas præsens permaneat, & absens reuertatur: vnde etiam denominationem sortiti sunt, vt qui χυμοὶ παρὰ τὸ χεῖσθαι ἅμα, idest liquores à liquescendo simul dicantur. Manifestum enim est, si hoc sit sanitas, id quod non eiusmodi est, morbum vtique esse, sicut etiam ostensum est. Quoniam vero morbus genus, in diuersas species diuiditur, necesse est differentias à quibusdam differentibus causis prouenire. Causæ vero, humores & symptomata, hæc quidem, extrinsecus superuenientibus: hi vero, incrementis & decrementis, & ætatibus, & tempestatibus, & victus rationibus, & temperamentis permutati, vt prius dictum est. Hoc autem & Hippocrates significare videtur, ‖ alios in alia hora florere dominari q; in corporibus humores asserens, colores q; differentes esse dicens corporibus pro exuperantia eorum humorum, qui in temperamento dominantur: Morbos q; pro redundantis humoris natura gigni solere. Quin & in procemio libri de Humoribus, Color ait) humorum, vbi non est eorum turbatio, sicuti florum. Pro exuperantia enim humorum, solet in ætatum successione hominibus immutari: Sicuti sanè & mores animi: moratum enim animum faciunt humores. Ac sanguis quidem hilariorem reddit: Flaua, iracūdiorem, vel audaciorem, vel terribiliorem, vel etiam vtrunque: Pituita, pigriorem & stupidiorem: Atra, iracundiorem & impudentiorem.

6. Epid. com. 2. t. 2. 3ᵈ. 160. f

Lib. de Humo. com. 2. t. 26.

Immutantur autem animi mores & in morbis ad speciem redundantis humoris, vt in vacillationibus. Quæcunque enim ipsarum à Sanguine fiunt, cum cantu accidunt & risu. Quæcunque vero à Flaua, audaciores & amariores: ob id etiam Hippocrates dicit, [a]|| Quę cum risu fiunt delipientiæ, securiores: quæ vero cum studio, periculosiores: studium, audaciam intelligens. Quæcunque vero ab Atra, toruiores, & taciturniores, & fixiores. Quæcunque autem à Pituita, nugatoriæ, & instabiles. Et alicubi ipse testatur, qui in primo Epidemiorum ait, [b]|| Silenum quidem cum cãtu & risu vacillasse: In [c]|| Philistę vero in tertia Epidemia audacem fuisse vacillationem: vehemẽter enim insaniuit (inquit) circa meridiem: Flaua enim erat morbi occasio. [d]|| Mulierem autem, quæ Cyzici gemellas filias difficulter pepererat, insaniuisse ait, vacillationis vero speciem tetricam fuisse ac mœstam: tacita enim erat mulier, ac neminem auscultans: Atra autem, erat causa morbi. [e]|| Pithionem vero, qui propter Telluris ædem habitabat, nugacem factum esse insanum: Pituitosa autẽ illi erat ipsa occasio passionis. Post hæc oportet, vt, qui morborũ varietates curaturus sit, eorum causas præcognoscat.[f]|| Si enim quis (vt Hippocrates ait) causam morbi nouerit, poterit sanè conferentia adhibere corpori, ex contrarijs morbo obsistens. Et in primo de morbis: [g]|| Qui de sanatione vult rectè & interrogare, & interroganti respondere, rectè q; contradicere, eum hæc animaduertere oportet. Primum quidem à quibus omnes morbi omnibus fiant &c. Noscuntur igitur morborum occasiones, primum quidem ab ætate. nam si ægrotans sit adolescens, præcipue sanè à sanguine ægrotabit, sicuti tum superius ostensum est, tum deinceps quoque ostendetur. Secundo ab horis: si enim vernalis fuerit hora, sanguis præcipue est, qui molestat. Tertio à victus ratione: nam esculentorum & poculentorum aliud alium humorem procreat: & vinolentias & edacitates, sanguineæ affectiones insequuntur. Sic agnouit Hippocrates: [h]|| Silenũ, ex potu edoctus ipsum ægrotasse: & [i]|| olitoris vxorem, suborta illi mensium suppressione, nimis enim largiter cibis se repleuerat. Quarto à regione: siquidem calida calidiores passiones inuehit. Quinto ab exanthematis: nam rubra & rotunda, sanguinea: lata, pituitosa: & alio modo alia, vt in Aphorismis ostendit. [k]|| Sudamina vere & æstate euenire inquiens, tanquam à sanguine & bile existentia. Et sanè etiam à colore, sicuti humoris exuperantia, sic & morbi, dignoscitur. Est autem hæc ipsa, nihil minus quàm maximę dignotiones, exquisitissima: ac à Diogene alijs q; eius seculi sapientibus tanquam diuinatrix quædam iudicata est. Multum enim viri illi de coloribus sermonem fecerunt: qui eorum differentijs morbos etiam partiuntur, rubicolores q; sanguineos: ruficolores, quibus amarus abundat humor: atricolores, quibus ater: albicolores, phlegmatias ipsos, idest pituitosos, nuncupant: rubicolores q; & ruficolores, morbos ab his perfectos, & atricolores, & albicolores, dicunt. Nescio tamen quomodo multa artis testimonia omittentes, ea q; magis, quę morbi exquisitum discrimen præbere possunt, coloribus solis perfectum infirmitatis discrimen tribuerint.

Marginal notes: A 6. Aph. 53. Ext. or. 53. a — B 1. Epi. cõ. 3. t. 19. 3ª. 121. e — C 3. Epi. cõ. 2. t. 1. 3ª. 135. c — D 3. Epi. cõ. 3. t. 85. 3ª. 151. c — E 3. Epi. cõ. 1. t. 2. 3ª. 127. c — F 2 li. de Nat. huma. t. 1. 7ª. 181. e — G In prĩcipio libri. — H 1. Epi. cõ. 3. t. 19 3ª. 121. e — I 5. Epid. historia prima. — K 3. Apho. 21. Ext. ord. 24. c

Margin letters: E, F, G

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE PLANTIS

Et est de Medicinis Occultis, quas noluit propalare, nec consignare in libris suis alijs: quæ sunt experimentatæ, & probatæ.

Per Dominum Grumerum Iudicem de Placentia, & per magistrum Abraham medicum, de Arabico in Latinum Marsiliæ translatus.

CENSVRA

Licet Spurius videatur, tamen Iacobus Forliuiensis, & Gentilis de Fulgineo, inter Galeni opera, vnà cum Humain, recensent.

Glossa Humain, idest Ioannitij filij Isaac.

C DIxit Humain, Velle Galeni in hoc libro est repetere, quæ aggregauit in vita sua de medicinis mirabilium proprietatum: & ego pluries sum expertus, & nunquam fefellit experientia. Ideo q; occultauit vt plurimum gentibus, ne alicui certificarentur, nisi speciali homini digno sapientia & sapienti cognitione: & ideo non sunt notæ cõmuniter omnibus. Et venit ad meam notitiam non translatio vna: & aggregaui ex eo solummodo quod verũ est, & quod expertus sum: & curaui ex eo plurimos. Et quia iam me præcessit alius Glossator huius libri nõ intelligẽs ipsum, propterea, quòd addebat & imminuebat quod non intelligebat in libro, cum proposui glossare hunc nobilem librum, fui valde sollicitus & frequens in addendo ipsum secundum posse meũ, postquàm ipsum examinaui cum alijs multis translationibus ante me factis de lingua Græca in Arabicam adhabi.2. ia iafar Maomet filium Moisi: & à Domino habeamus auxilium. Glossa tãtarum & medicinarum occultarum, & proprietatum ipsarum. Et sunt quadragintasex plantæ.

Prima, *Dixit Galenus,* Arbor, quæ appellatur Alatelis zinzi nomine loci. Confert epilepsiæ, & tristitiæ cordis quando suspenditur in collo hominis, nec redit epilepsia penitus. Et multũ confert venenis mortiferis & morsibus venenosis: & quando quis morsus est vel venenatus, & ex ea bibit, cõfert ei. *Pæonia.* ❡ *Dixit Humain.* Intẽdit Galenus dicere in dicto huius plantæ, Alatel zinzi, quę est illa planta quæ inter nos appellatur Pæonia, quòd sicut planta ista eius quæ bona vna est, quacunq; forma frangatur, crux interius reperitur, sic crux quæ reperit in planta Alatel, nisi q Pęonię D est nigrum lignum deforis sicut ebanus, & ideo appellatur Alatel zinzi: & istud lignum Pęoniæ appellatur Salcanebe. Et dixit Galenus, quòd quando istud lignum appenditur personæ habẽti epilepsiam, confortat. Et dicit quòd est multum magni iuuamenti, & fortis odoris, & cinerosi coloris deforis, & intus multæ albedinis: & melius ex eo quod intus habet cruces. Et dixit Galenus per veram experientiam hominis empirici, cuicunque cito in collo suspẽdit, cessauit paroxismus eius. Et quando amici infirmi crediderunt eum curatum remouerunt appensum, & statim redijt ægritudo. Et tunc cum ægro redierunt in eadem nocte ad Galenum, & iussit appendi iterum dictam pęoniam super ægrum, & statim iterum recessit accessio: & iterum remouerunt, & redijt: & reposuerunt, & recessit. Et ego Humain hoc opus sum plurimum expertus, & repperi verum quod dicit Galenus. Et Ruffus de hac planta fecit librum.

Secunda planta, *Dixit Galenus,* Planta quæ fluit sanguinem menstruorum, confert dolori stomachi, & matrici, & ventositati grossæ, quæ est in matrice: & confert impetigini. ❡ *Dixit Humain.* Intentio Galeni in dicta planta quæ fluit sanguinem menstruorũ, est quædam planta, quæ est appellata Hygailem: & est planta multum spinosa, & suæ spinæ sunt satis maiores spinis plãtæ rubei, idest rumicis: & multũ nascitur in locis petrosis. Et habet rosas rotundorũ capitum aggre- *Hygailem.*

gatorum non expansorum confectorum: & sua rosa habet pediculum, i. gambum, subtile sicut pe E diculum violæ, sed est breuius pediculum pediculo violæ: & habet odorem odoriferũ vinosum & mirabilem odoratus huius rosæ delonge: & fit inde puluis odoriferus quem tenent apotheca rij in Yrac. Et habet gummam rubeam, quod appellatur adendam, & est menstrua suę plantę. Et multoties contingit quod fluit super stipitem suæ plantæ quoddam rubeum, quod assimilatur sangui ni, quod restringit fluxum sanguinis vndecunque sit.

Cicuta. Tertia planta, *Dixit Galenus*, Planta quæ nascitur in fossatis. Confert dolori iuncturarum & ventositatibus frigidis: excitat partum: & confert ventositati matricis, et dolori dentium, & poda grę antiquæ. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus plantã quæ nascitur in fossatis, & est quæ appellatur in arabico Harmel id est cicuta maior: in Catalonia vocatur Stacoranzi: & intrat in magnis confectionibus, & in magnis pilulis.

Barba hircina. Quarta planta, *Dixit Galenus*, Planta, cuius semina comedunt columbi agrestes, & caret folijs. Restringit fluxum sanguinis, & incarnat vlcera statim, & nõ indiget cum ea alia medicina, & fortificat mẽbra fluxibilia, & confert veneno. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus cum dixit planta, cuius semina &c. est planta quæ appellatur barba hircina, & in græca lingua appellatur Ciosatos: & eius radix appellatur in Arabico Carapit. Et quando pistatur carapit, & miscetur cum pul F ueribus competentibus circa fluxum ventris, confert fluxui ventris, & fluxui sanguinis.

Gentiana. Quinta planta, *Dixit Galenus*, est Planta, quæ quando cum ea lauantur manus cum alcanarle, stringit fluxum menstruorum: & confert morsibus venenosis: & aperit oppilationes, & specialiter splenis: & abstergit visum. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta, quæ est Gentiana appellata.

Anacardus. Sexta planta, *Dixit Galenus*, Arbor quæ nascitur in India, quam non audent appropinquare scarabei. Augmentat intellectum & etiam memoriam, & rectificat colorem, & augmentat coitũ, & erigit virgã si ex ea epithimetur virga. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta, quę appellatur Anacardus, quam si scarabei appropinquent, statim moriuntur. Et eius mel, si ex eo fiat epithima super virgam, fortificat eam, & clarificat semen.

Lignum Balsami. Septima planta, *Dixit Galenus*, Arbor quę quando inciditur, confert eius granum & lignum, et quod inde exit, venenosis, & morsibus venenosis, & doloribus auris, & epilepsię: & facit descendere superfluitates de capite: & confert omnibus infirmitatibus frigidis & humidis. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus, dum dixit arbor &c. est arbor quę ante quam euellatur, inciditur, est balsamum. Et cum inciditur, fluit oleum: & quando scinditur & oleum inde exit, statim moritur arbor. G

Arbor Salicis. Octaua, *Dixit Galenus*, Arbor longa quæ nascitur in ripa fluminis, & habet folia aliquantulũ pilosa. Euellit verrucas, & cõfert quartanę succus eius, & aperit oppilationes. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus dum dixit, arbor longa &c. est arbor salicis. Si ex salice fiat aqua sublimata, & detur quartanario, eius elongat accessionem paroxismi: probatum est.

Arbor Derdelis. Nona, *Dixit Galenus*, Arbor qua vtuntur pictores, confert morbillis: & fortificat stomachum, & gingiuam: & stringit fluxum ventris: & quando fluxibilia cum ea emplastrantur, confert exituræ longaonis. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit, dum dixit arbor qua vtuntur &c. de arbore Derdelis.

Agnus castus Decima planta, *Dixit Galenus*, Planta quæ nascitur in riuis, amputat sperma & ipsum desiccat: & acuit visum: & confert fluxibilitati membrorum. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus in hoc suo dicto, arbor &c. quæ vocatur Agnus castus, & quandoque appellatur arbor Mariæ, & arbor Abraham.

Planta Xillo carapte. Vndecima planta, *Dixit Galenus*, Arbor quæ habet fætentem odorem, cuius grana non assimilantur faseolis. Cum mulier capit ex ea vnum granum integrum, toto illo anno non impræ gnatur: & si plus capit, tot annorum differtur impręgnatio quot granorum facit captionem. H ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus, dum dixit, arbor &c. est planta Xilocarapte.

Arbor Ellebori albi. Duodecima planta, *Dixit Galenus*, Planta, quæ in medio continet racemos, sicut arbor pomorum paradisi. Occidit vermes, & alia animalia: & quando colligatur cum vno grano ex suis granis, confert ophthalmiæ, & hemicraneæ: ferenda aufert lachrymas oculorum. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore Ellebori albi.

Granum Iuniperi. Decimatertia planta, *Dixit Galenus*, Cum qua curantur iumenta. Quando ex ea capit quis tria grana, & ligat in aliqua ligatia, & suspendit in suo collo, facit hominem sibi obedientem de eo quod petit: & istud granum cõfert epilepsiæ, & malę memoriæ. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore quę appellatur Aratir, & vocatur lingua romana Ymbralicas, & vocatur grana Iuniperi.

Solatrum. Decimaquarta planta, *Dixit Galenus*, Planta quæ nascitur in vineis, cuius lignum est quadrangulatum. Cum pistantur eius folia, & pistantur cum aceto, & patienti tenasmonem datur in potu, curatur: & qui biberit de succo huius arboris, nullo vino quod bibat inebriabitur: & similiter si prægnans inde bibit, abortit. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore Solatri, quam vocamus Maurellam.

Decima-

A Decimaquinta planta, *Dixit Galenus*, quæ nascitur in fossatis ciuitatum. Quando appenditur collo epileptici, curat eum: & si ex ea fiat suffumigatio epileptico, dum adest paroxismus, statim recedit. Et quando decoquitur cum sapa & melle habenti retentionem vrinę, & dolorem lateris, curatur ægritudo. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore quæ vocatur Yringnis, & est appellata lingua romana Archanus. *Yringnis.*

Decimasexta Planta, *Dixit Galenus*, Planta super quam quando cadunt aues masculi, cadunt inde statim mortui. Confert morsibus venenosis, & ventositatibus frigidis, & apostematibus duris: & dissoluit podagram: & augmentat sperma, & fortificat virgã: & quando ex ea fit suffumigatio, confert febri quartanę. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore, quæ est Albeam in lingua Græca vocata dorsogiara, & est species Iusquiami indici, & in lingua persica vocatur Alsmear, & est arbor indiana. *Species Iusquiami.*

Decimaseptima planta, *Dixit Galenus*, est planta, quæ quando eam mulier prægnans videt, statim abortit, & moritur in eius ventre fœtus. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta in lingua Arabica appellata occidens patrẽ: & significat in græca Aconiton: & dicit Iudeus quod eam vocamus herbam Lupanariam. *Herba Lupanaria.*

B Decimaoctaua planta, *Dixit Galenus*, Arbor quæ quando eam comedunt scarabei, si eius odorem sentiunt, statim moriuntur. Confert apostematibus calidis: & eius cinis cõfert vlceribus antiquis. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore Fusteci. Dicit Iudæus quod est lignum glaucum, quo tingunt tinctores. *Arbor Fusteci.*

Decimanona planta, *Dixit Galenus*, Arbor quę appellat̃ Portulaca agrestis. Et aperit oppilationes, & tollit superfluitates humorum, & confert quartanæ, & apostematibus calidis. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore Cuscutę: & habet nomen lteroc, quod non habet radices: & habet venas quę circumuoluuntur alijs arboribus, sine radice. *Arbor Cuscuta.*

Vigesima planta, *Dixit Galenus*, Arbor quę quando aues super eam sedent, adhęrent ita quod eleuari non possunt, & vocatur Digil. Dissoluit apostemata & desiccat vlcerationes, & confert dolori aurium, & augmẽtat sperma, & fortificat membra. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta visci, & vocatur lingua græca alifcat. Et hoc nomine vocatur, quia quãdo interius fructus est attriuntur, & inde tingitur lignum vel planta, si postea super sic tincto sedeant aues, capiũtur: & ea multum vtuntur aucupes. *Planta Visci.*

Vigesimaprima planta, *Dixit Galenus*, Plãta quæ vocat̃ Amidela indica. Augmentat virtu C tẽ membrorum, & augumentat coitum & memoriam, & confortat neruos, & confert cerebro. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta quæ nascitur in India, & vocatur in lingua Arabica Asel: & Sel est fructus interior mali granati indici, et exterior pars dicti mali granati vocatur Bel: in Auicenna reperies, vt dicit Iudęus. *Fructus Mali granati.*

Vigesimasecunda planta, *Dixit Galenus*, est planta quæ dicitur Planta crepatorum. Desiccat humiditatem, & confert apoplexiæ calidæ. Et vocatur planta crepatorum, quia quando pistatur & superponitur loco crepato, consolidat, & ei confert. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore quæ vocatur nux Cupressi. *Nux Cupressi.*

Vigesimatertia planta, *Dixit Galenus*, est planta quæ vocatur Rubicundam, virtutis magnę. Confert apoplexię calidę & retinet fluxum ventris, & incipit materiam cholericam, & vtimur ea in pluribus cibarijs. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore, quæ vocatur Coriandrum humidum. *Coriandrum.*

Vigesimaquarta plãta, *Dixit Galenus*, est planta quæ vocatur Lingua loquens, & verbum trãsiens. Quando comburitur, & ponitur super venam fluentem sanguine, restringit fluxum cito: & confert prurítui dentium, & desiccat vlcus: & retinet fluxum menstruorum, quando ex ea fit pes D sarium in vulua. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta quæ vocatur arabice Burdi. Dicit magister Abraham quod est intus super palea, quo papiri loco vtuntur apothecarij in Alexandria: quæ quando comburitur prodest, vt dicit Galenus. Et ideo habet dicta nomina, quia per papirum loquimur, & verba transmittimus, scilicet in epistolis. *Burdi.*

Vigesimaquinta planta, *Dixit Galenus*, est planta quæ vocatur planta menstruorũ. Confert retentioni vrinæ, & morsibus venenosis confert, & confert sciaticæ, & dissoluit sanguinem compactum in vesica. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore quæ vocatur Mederat, i. planta deaurata, quia eius folia habent colorem auri: & vocatur planta menstruorum, quia quando pistantur eius folia, inde fit pessarium in vulua, & confert fluxui menstruorum. *Planta Menstruorum.*

Vigesimasexta planta, *Dixit Galenus*, Planta est, quę vocatur Palpebra oculi. Confert dolori dentium, & desiccat vlcera, & incidit superfluitates, & incarnat, & est mirabiliter abstersiua, & ideo multum facit macrescere. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta quæ vocatur Arabice Mamiren idest Chelidonia, quæ habet virtutem curãdi oculos proprie: quę quando pistatur curat omnes egritudines palpebrarum, siue sit ibi scabies, siue lippitudo, siue grauitas, vel quid simile. *Chelidonia.*

Vigesimaseptima planta, *Dixit Galenus*, est planta quæ vocatur Lampas oculi. Et est de mortiferis *Cicuta?*

tiferis medicinis, qñ homo non vtitur ea sapienter: & est de medicinis, quę faciunt vomere: & nõ E vtuntur ea nisi pauci medici. Et expellit omnes humores phlegmaticos de stomacho: & inde fiũt caputpurgia. Et quando traditur in potu, prouocat vrinam, & menstrua, & si inde aliqua quanti tas sumatur. ℂ *Dixit Humain,* Intelligit Galenus de planta quę vocatur Condisi. Ideo appellata Lãpas est, quia sua plãta translucet de nocte, ita quòd quãdo itinerantes eam de nocte vident, non indigent alio lumine: & cum plus appropinquant ipsi plantę, ipsius minuitur lux, adeo quòd quando illuc venerunt vbi est, defecit lux.

Vigesimaoctaua planta, *Dixit Galenus,* est planta quę vocatur Deceptor hominum. Confert cardiacę vel tremori cordis, & fortificat cerebrum: & confert epilepsię, & paralysi, & torturæ oris, & ęgritudinibus antiquis, quando miscetur cum alijs medicinis temperantibus eam. Et quando sola capitur in magna quantitate, occidit: & si in parua, inebriare facit. ℂ *Dixit Humain,* Intelligit Galenus de Iusquiamo, ideò quia deceptor aliquis cum discurrit per orbem, ingeniatur miscere cum suis cibis: & quando obuiat mercatori in itinere, inuitat eum ad sua cibaria, & ad potandũ secum, quousque inebriatus est, & postea depredatur eum: & propterea vocantur ea vtentes aues quia * mancos.

Papauer nigrum.

Vigesimanona planta, *Dixit Galenus,* est planta, quæ vocatur insipidi odoris. Confert omni F bus, quibus proxima superior: & oportet quòd debeas adæquare super æqualitatem, quia malitiosa est, sicut superior. ℂ *Dixit Humain,* Intelligit Galenus de planta Papaueris nigri, de cuius succo fit opium. Sed appellatur hoc nomine, quia quando eius succus qui est opium, datur in potu vsq; ad quantitatem quæ occidit, & superuenit medicus sic potato, inuenit potatum impotentem ad loquendum, & ad membra mouendum. Et si medicus est subtilis intellectus, faciat inungi membra & fricari forti fricatione, quousq; palma fricantis sentiat membra fricata calefieri: & dein de tradat ad odorandum odorifera: & cum multum fricauerit, odoret palmas proprias, & sentiet odorem Opij: sic q; cognoscet infirmum opio potatum: & tunc curet eum cum medicinis remouentibus malitiam opij: & ita facit bonus medicus.

Granum indicum.

Trigesima planta, *Dixit Galenus,* est planta quæ reperitur inter alia sata. Retinet fluxum sanguinis, & desiccat vlcera: & quãdo pistantur eius folia, & supponitur apostematibus, dissoluit ea: & est de fortibus laxatiuis. ℂ *Dixit Humain,* Intelligit Galenus de planta cuius granum vocatur Granum indicum. Et eius sunt duæ species scilicet syluestris quę non est bona ad vtendum, & alia domestica: & vt plurimum nascitur inter alias arbores, & propterea dicto nomine vocauit eam Galenus. G

Qualula.

Trigesimaprima planta, *Dixit Galenus,* Auis est quæ appellatur Auis quę occidit à tonitruo. Et est auis cuius fel confert quinto de i. cephalicæ: & eius sanguis confert dolori auris: & quan do comeditur confert cordi, & lætificat ipsum. ℂ *Dixit Humain,* Intelligit Galenus de aue quę dicitur Curue, quę nunq̃ est foris quando sentitur vel audit tonitrua. Et quando est tempus pluuię, hęc auis cum alijs suę speciei venit ad ripam maris, & abscondit se in conchis ne audiat sonũ tonitrui, quoniam si audit statim moritur: & quando tempus pluuiæ & imber recedit, exeunt, & remanent, & morantur in locis humidis. Credit Iudeus, quòd sit qualula.

Lapis Aquilæ.

Trigesimasecunda species, *Dixit Galenus,* Lapis qui vocatur generans aquileum. Ligatur coxę parturientis, vel cum ipsum in manu tenuerit, facile educit partum sine labore. ℂ *Dixit Humain,* Intelligit Galenus de lapide qui intus habet lapillum paruum ad instar armillæ, & sentitur cum vibratur, & est grossitudinis vnius nucis. Et cum aquilæ fœminæ non possunt parere, masculi portant de terra Indiæ hunc lapidem de loco ignoto, & ipsum supponunt aquilę, & parit statim oua. Et hic lapis non reperitur nisi in nidis aquilarum: & vocatur lingua Romana Immarion, cre do quod sit lapis prægnantis.

Caminar.

Trigesimatertia planta, *Dixit Galenus,* est planta quę est appellata Infrigidatrix inflationis. H Confert Sodę i. cephalęę quę est ex fumositate choleræ: & quãdo supponitur loco dolenti, statim curatur, & aufert dolorem: & cum ponitur in camera alicuius febricitantis, statim tollit febrem.

ℂ *Dixit Humain,* Intelligit Galenus de planta quę vocatur in lingua græca Cominar. Et appel latur hoc nomine quia refrigerat inflationem. Cum homo capit ex ea, & intrat in balneum bene calidũ, videtur ei, quòd nullus ibi sit calor, immo quòd aer sit frigidus. Et vocatur Darseni Desen.

Lapis Adamas.

Trigesimaquarta species, *Dixit Galenus,* Lapis dæmoniacus. Cum apponitur alicui parti corporis, nunq; sinit illud corpus pati apoplexiam, paralysim, vel torturam oris: nec operabuntur in tali corpore medicinę venenosæ, nec patietur minutionem sensus. ℂ *Dixit Humain,* Intelligit Galenus de lapide qui vocatur lapis demens, qui incidit alios lapides: & artifices nõ possunt scul pere alios lapides sine isto. Et de his lapidibus multi inueniuntur, & maiores ipsorum non excedunt magnitudinem vnius barat. Sed ideò appellatur lapis demens quia in ea parte, vbi est, nemo est epilepticus: & est lapis, qui non cedit ferro, nec comburitur igne. Et vocatur in lingua grçca Catidion: & est Adamas vt dicit Iudeus.

Auis quæ nũquã satiatur.

Trigesimaquinta species, *Dixit Galenus,* Auis est, quę vocatur in lingua græca Aaron, & lingua persica Exquicobion. Est talis naturæ, quòd qui comedit de eius hepate, inuenit augmẽtum magnum

A magnum virtutis appetitiuę,& fortificatur corpus eius. Et ideò comedũt eam pugiles ad eorum corpora fortificanda,& idem faciunt mulieres. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de hepate auis quæ sua natura nunquã satiatur propter fortitudinem suæ digestionis: quæ bene egerit,quic quid comedit & citò. Et de natura eius est quòd vult quietẽ,& stare in locis altis,& non vult stare prope terrã, immò super arbores vbi sunt boni fructus: quibus fructibus deficientibus recedit.

Trigesimasexta species, *Dixit Galenus*, est Cerebrũ auis quæ facit vigilias. Quando de suo cerebro sicco,& puluerizato capitur ʒ j, & inde fit caputpurgium cum oleo ex amygdalis,non sinit hominem dormire de nocte. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de aue quã Græci appellant Anron, quæ auis nunquã dormit de die vel de nocte: nam de die sibi quærit victum suum, & de nocte vigilat: & habet magnam vocem,& non sinit de nocte cantum vsq; ad matutinos, deinde aliquantulum quiescit: & vocatur Alchigar. *Auis, quæ nũquam dormit.*

Trigesimaseptima species, *Dixit Galenus*, est planta quæ nascitur in ripis fluminum. Multum cõfert tenasmoni, & extinguit caliditatem hepatis,& lenificat siccitatẽ palati cõtingentẽ ex fluxu cholerę, & confert apostematibus calidis. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta psillij. *Psillium.*

Trigesimaoctaua planta, *Dixit Galenus*, est planta quę vocatur Honor exercitus. Augmentat B sperma,& rectificat erectionem virgæ,& frangit lapidem qui est in vesica,& confert dolori dorsi, & dolori neruorum,& paralysi,& torturæ oris. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta, quę appellatur Alasat,idest tribuli marini,vel cicerum Imperatoris. Et vocatur hoc nomine quia sternitur circa barbas exercitus,ad fortificandum exercitum contra inimicos. *Tribuli marini.*

Trigesimanona planta, *Dixit Galenus*, quæ vocatur Arbor cantharidum. Purgat phlegma, & humores grossos,& mundificat corpora repleta.Et nominatur arbor cantharidum ratione qua alibi in alio libro dicemus. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta Turbit,& vocatur arbor cantharidum, quia cantharides morantur iuxta turbit. Et cum homines volunt incidere & euellere turbit,incidunt & proijciunt ad partem,& sinunt siccari ad Solẽ,& tunc cantharides intrant in suis cannulis: & ideò turbit non est bonum nisi cannulatum. Et propterea cum peruenit in manus periti medici,non vtitur eo in suis medicinis vsq; quo aperiat cãnulas,& ipsas mundet à cantharidibus.Et cũ peruenit ad manus imperiti medici,pistat ipsum sine dicta apertione & mundificatione,& eo vtitur in suis medicinis,& tũc facit magnas tortiones,& damnum magnum: & ex tunc peritus medicus tales curat cum ijs, quæ curant malitiam cantharidum. *Turbit.*

Quadragesima species, *Dixit Galenus*, Lapis Iudaicus,qui expellit aquam citrinã hydropico- C rum. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de lapide Indico qui appellatur Arlas,& est cognitus inter sapientes. Et nomen huius lapidis est quòd quando superponitur hydropico, desiccat aquã citrinam & eam tollit, ita quòd si homo ponderetur, anteq; ei superponatur, & post iterum ponderetur, inueniet manifeste diminutum,quantum de aqua citrina diminuit: & subtiliat corpus quousq; de dicta aqua nil remaneat. Et est hic lapis de sua natura leuis,natans super aquam. Et cũ hic lapis desiccauit dictam aquam,& postea ponitur ad Solem,& ibi relinquitur, Sol trahit inde quicquid ibi est de aqua,& sic redit ad pristinum statum. *Lapis Iudaicus.*

Quadragesimaprima planta, *Dixit Galenus*, Planta quæ appellatur Occidens pulices. Dissoluit humiditates ex corpore: & cũ ex ea fit gargarisma,purgat paulatim caput ab humiditatibus, & calefacit corpus. Et intrat in multa vnguenta vtilia paralysi & torturæ oris. Et quando epitima fit ex ea virgæ,tempore quo quis vult coire,facit appetitum coeundi,& statim adiuuat ad spermatizandum. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta sic nominata,quia quãdo pulices super eam cadunt,statim moriuntur. *Herba pulicũ*

Quadragesimasecunda species, *Dixit Galenus*, Planta basilitonica. Augmentat sperma, & augmentat voluptatem coeundi,& erigit virgam. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta D Vntar,i.vrticæ. Et quando ex ea tangitur corpus humanum,rubefit & ampullatur, & facit pruritum,qui tollitur post cum vnguentis frigidis. Et illud quod tollit hanc suam malitiã,est iusquiami quarta pars ʒ j, cum ʒ xx secani abiy,i.sirupi acetosi: & habet magnam amaritudinem. *Vrtica.*

Quadragesimatertia species, *Dixit Galenus*, Piscis, qui vocatur Prouocator menstruorum. Confert fel eius epilepsiæ,quando ex eo fit caputpurgium ad quantitatem vnius grani hordei.Et quando pistatẽ hepar eius,desiccat,& inde fit caputpurgium: & confert hæmorroicis, & stringit fluxũ sanguinis vndecunq; fluat. Et nodus medius nodorum spinæ huius piscis quando sumitur in ore,tempore,quo quis appetit coire,statim desinit appetere coitum. Et vocatur sic,quia prouocat menstrua,vt prædictum est. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de pisce,qui vocatur Caras, & dicitur quod est cete. Sed ideò sic vocatur,quia est magnus piscis: de quo nauigantes timent, ne rumpant nauigia. Et propterea nauigantes secum deferunt pennas tinctas de sanguine menstruorum,quas proiciunt in mare,cum perpendunt hos pisces,& statim pisces sentientes pennas fugiũt,& nauigia relinquunt. Et dicitur quod est piscis qui vocatur Alchautias: & dicitur quod est tinham, qui reperitur in flumine babilonico. *Piscis cere.*

Quadragesimaquarta species, *Dixit Galenus*, Gummi caudarum. Mollificat dura apostematã, & membra dura,& omnem duritiem remouet vesicæ,& confert dolori pectoris,& superponitur in locis *Hyssopus humida.*

in locis conquaſſatis, & ſtatim cōfert. ℭ *Dixit Humain,* Intelligit Galenus de hyſſopo humida, E i. vnctuoſitate quæ aggregatur in caudis ouium tam diu, donec aſſimiletur nigro gummi: & propter ea hoc nomine vocatur.

Mumia. Quadrageſima quinta ſpecies, *Dixit Galenus,* eſt planta quæ vocatur Menſtrua montium. Et confert ad mollificandum duritiem, & omnem conquaſſationem & dolorem neruorum, & rupturæ oſſium, & quod de oſſibus rumpit iuxta coſtas, & mollificat corpora. ℭ *Dixit Humain,* Intelligit Galenus de mumia ideò, quia mumia defluit de iſtis altis montibus ad minus altos: & defluit paulatim ad inſtar menſtruorum. Et dicitur quòd exit de vna Crotta inter duos lapides ab altiori loco ad minus altum: & aggregatur in terra ſuper vas, quod ei paratur ad ipſam recipiendā. Et illis crottis ſuperſunt cuſtodes magnatum, qui cuſtodiūt quod ex ipſa aggregatur propter magnam penuriam. Et quando ex ea bibit ruptus vel conquaſſatus, conſolidatur inde vſq; ad viginti tres horas. Et ex ea quando datum fuerit in potu multis animalibus ruptis & conquaſſatis, per veram experientiam repertum extitit medicamen accedere ad locum rupturæ, & circumuoluere ſe ei circa rupturā in modum filorum ligatorum. Et dicitur, quòd quando ex ea quid modicū diſſoluitur cū axungia porcina recenti & bene incorporatur, & ponitur in aurē ſurdā, curat eā.

Aſphaltum. Quadrageſimaſexta ſpecies, *Dixit Galenus,* Filius aquæ. Mollificat duritiem, & exiccat vlcera, & confert morſibus venenoſis, & mollificat membra dura. ℭ *Dixit Humain,* Intelligit Galenus de Aſpalto Iudaico. Et ideo hoc nomine vocatur quia reperitur in marina ferēte in terra Iudeorū. F


ℭ *Dixit Humain,* Hæ ſunt ſpecies plantæ, & gummi, & animalia, quæ Galenus occultauit, & etiam abſcondit in ſuis libris medicinalibus. Et ſunt in numero Quadragintaſex.

FINIS

Aα Bβ Cγ Dδ Eε Fζ Gη Hθ Iι Kκ Lλ Mμ Nν Oξ Po

Omnes ſunt quaterniones, præter Kκ quinternionem & Po ternionem.

VENETIIS APVD HAEREDES
LVCAE ANTONII IVNTAE.



GALENI
LIBRORVM
PRIMA CLASSIS

NATVRAM CORPORIS HVMANI, hoc eſt elementa, temperaturas, humores, ſtructuræ habitudinis q; modos, partium anatomas, vſus, facultates & actiones, ſeminis denique fœtuuḿque tractationes, complectens:


QVARTA HAC NOSTRA EDITIONE, *denuo innumeris penè emendationibus, ex quàm plurium Græcorum exemplarium collatione exornata,*


Locis etiam Hippocratis, quos ſubinde citat Galenus, nunc primum in margine indicatis.

Librorum numerum, ac diligentiam, verſa pagina indicat.


Τὸ Φυσιολογικόν.

VENETIIS APVD IVNTAS M D LXV.















QVÆ IN PRIMA CLASSE CONTINENTVR

GALENI De Elementis secundum Hippocratem libri duo, à Victore Trincauelio trãslatus, & ab eodem recognitus. fol.2
De Temperamentis libri tres, Thoma Linacro Anglo interprete, multis in locis emendati. 10
In Primum Hippocratis librum de Natura humana cõmentarius, à Victore Trincauellio translatus, & ab eodem recognitus. 25
De Atra bile liber, Bartholomæo Syluanio Salonensi interprete, recognitus. 34
De Optima corporis constitutione libellus, Ferdinando Balamio Siculo interprete, denuo ad fidem codicum græcorum emendatus. 37
De Bona habitudine libellus, Ferdinando Balamio interprete, emendatus. 39
De Ossibus liber, Ferdinando Balamio interprete, quàm pluribus in locis ab Augustino Gadaldino expurgatus. 39
De Musculorum dissectione liber, ab Augustino Gadaldino versus, & ab eodem exquisite recognitus. Græce desideratur. 44
De Neruorum dissectione liber, ab eodem Augustino Gadaldino translatus, & nunc recognitus. mutilus græce legitur. 53
De Venarum Arteriarum'que dissectione liber, ab Antonio Fortolo Ioseriensi latinitate donatus, & post Andreæ Vesalij Bruxellensis castigationes, plerisque in locis ab Augustino Gadaldino ad exemplarium græcorum fidem emendatus. 55
An Sanguis in arteriis natura contineatur liber, à Iulio Martiano Rota conuersus. & ab eodem recognitus. 60
De Anatomicis administrationibus libri nouem, ab Iohanne Andernaco olim latinitate donati, & post diligentissimas Andreæ Vesalij Bruxellensis & aliorum quoque castigationes, ad græcorum exemplarium fidem aliquot in locis denuo expurgati. 63
De Vocalium instrumẽtorum dissectione fragmentum, ab Augustino Gadaldino translatum. Græce desideratur in impressis codicibus. 106
De Vuluæ dissectione liber, ab Iohanne Bernardo Feliciano translatus. 108
De Instrumẽto odoratus liber, Ludouico Belisario medico Mutinensi interprete, recognitus. 110
De Vsu Partium libri XVII, Nicolao Rhegino Calabro interprete, nunc ab Augustino Gadaldino plerisque in locis, mendis expurgati. 113
De Vtilitate respirationis liber, Iano Cornario medico interprete, nunc recognitus. 223
De Caussis respirationis libellus, ex duobus fortasse, quos Galenus composuit, excerptus, eodem Iano Cornario interprete. 226
De Vsu Pulsuum, Thoma Linacro interprete. 227
De Substantia Facultatum naturalium fragmentum, Bartholomæo Syluanio interprete. 230
Breuis Denotatio dogmatum Hippocratis ex sermone XCIX Iohannis Stobæi, Conrado Gesnero Tigurino medico interprete. 231
De Hippocratis & Platonis decretis libri nouem, Iohanne Bernardo Feliciano interprete, nunc demum ab Alexandro Iustiniano Chio medico ad vetustorum exemplariũ græcorum fidem accuratissime castigati. 231
Fragmentum ex quatuor commentariis, quos Galenus inscripserat, De iis quæ medice dicta sunt in Platonis Timæo, ab Augustino Gadaldino translatum. Græce in impressis codicibus desideratur. 286
De Naturalibus facultatibus libri tres, Thoma Linacro ĩterprete, aliqbus in locis expurgati. 290
De Motu Musculorum libri duo, Nicolao Leoniceno interprete, nunc recogniti. 308
De Motu Thoracis & Pulmonis, fragmentum fortasse eorum trium librorum, quos Gal. de hac re composuit: quod ex antiqua tantum translatione legitur. nam grece non habetur. 316
Quòd animi mores corporis temperaturam sequantur, liber à Iunio Paulo Crasso Patauino interpretatus, & ab eodem antiquorum exemplarium ope diligentissime recognitus. 317
De Fœtuum formatione liber, Iohanne Bernardo Feliciano interprete, ex antiquissimi exemplaris collatione emendatus. 322
An Omnes particulæ animalis, quod in vtero est, fiant simul, Nicolao Rhegino interprete. Græcum exemplar non habetur. 326
An Animal sit id, qđ in vtero est, Horatio Limano ĩterprete, nũc plerisq; ĩ locis expurgatus. 326
De Semine libri duo, ab Iohanne Bernardo Feliciano interpretati, & nunc ex veterum exemplarium collatione recogniti. 328
De Septimestri partu, eodem Iohanne Bernardo interprete. 340

GALENI
DE ELEMENTIS EX HIPPOCRATIS SENTENTIA LIBER PRIMVS
Victore Trincauelio interprete

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Quatuor esse prima Elementa ostendit, veteres confutat, ac de quatuor Qualitatibus primis pertractat.

Quid sit Elementum. CAP. 1.

A. f. 1. d. 2. c. 1. h

QVum elementũ minima sit rei particula cuiuscunq; fuerit elementũ: nec id ipsum deinde quod sensui videtur, sit ẽt re vera minimũ, siquidẽ multa vel prę tenuitate sensum effugiũt: manifesto sanè liquet, sensum eorũ minime fore iudicẽ, q̃ vera & ex ipsa natura sunt rei vniuscuiusq; elemẽta. Nã si eruginẽ, cadmiã, spumã argẽti, & misy, vna omnia optime trita in puluerẽ redegeris, & mox sensui discernẽda cõmiseris: tibi ꝓfectò ea vniuersa vnũ esse videbuntur. Nec mõ hæc quatuor, verũ & alia lõge ẽt plura, si eadẽ tñ rõne omnia inuicẽ cõmisceas, tibi vnũ esse videbuntur quantumlibet vnũ minime sint. Quã ob rẽ & Hippocrates quũ eiuscemodi humanæ naturę elemẽta considerãda instituisset, neglectis his quæ prima sensus iudicio simplicissima q; habentur, illa statim q̃ vere & secundũ naturã talia sunt, inuestiganda ꝓposuit: quippe quũ ea nihilo minus (vt alibi à nobis monstratũ est) curandis morbis nihilo minus vsui sint, ꝗ̃ hæc q̃ sensu huiuscemodi apparent. Itaq; cõcesserit fortasse quispiã, hęc sensilia videri elemẽta, existere vero, nõ itẽ. Neq; enim si quippiã visum fuerit prima rei cuiusuis simplicissima q; particula, illud statim est etiã verũ elementũ, sed quod ex ipsa rerũ natura habet vt tale sit. Qm̃ si id statuerimus vel natura esse elemẽtũ, quod cuiusq; rei minima videatur atq; simplicissima particula, alia nimirũ aquilæ & lynci, aut si quis homo sit, alterũ ve quodpiã animal, quod visus acumine maxime pręstet: & alia nobis ipsis videbũtur elemẽta. Ne igit̃ sic agamus, sed ea ingramus (quotiescũq; naturæ, aut humanæ, aut cuiusuis alterius rei exactã scientiã asseq voluerimus) q̃ natura prima & simplicissima sunt, quæ q; in alia nõ amplius dissolui possint.

D

Vnicum non esse forma & potestate hominis elementum Hippocratis ratione, & experientia, demonstratur: & Epicuri, Democriti, atq; Leucippi sententia refellitur. CAP. 2.

A. idem. h

AT quę nam erit via illa, qua hæc ex rõne possint inueniri? Nulla, vt quidẽ mea fert sententia, pręter eã quę ab Hippocrate est instituta: nẽpe vt primũ sit disquirendũ, an elementũ vnum qppiã specie sit, vel plura potius, varia, & sibi inuicẽ dissimilia. Quòd si nõ esse vnũ, sed multa varia q; & dissimilia visum fuerit, q̃rendũ erit secũdo loco, quot illa sint, & q̃, & qualia, & quã tãdẽ inter se habeant cõmunionẽ. Quod igitur primũ id elementũ, ex quo tũ nostrũ, tũ aliorũ omniũ corpora cõstãt, nequaquã sit vnũ, ex his mõstrat Hippocrates: & melius forsitan sit illius dictionẽ primũ ascribere, ac ita mox illã exponere. Ego aũt statuo ꝙ si hõ esset vnũ: neutiquã doleret: neq; .n. si vnũ foret, esset ex quo doleret. Prestantissime pariter (mea quidẽ sententia) ac breuissime vniuersę suę demõstrationis momentũ exposuit. qua monstrandũ erat fieri non posse, vt elementũ sit specie & potestate vnum. Iam.n. satis patet esse extremæ cuiusdã absurditatis, et hoĩs p̃terea q nullã rerũ euidentiũ rõnẽ habeat, statuere ens esse numero vnũ, vt tñ inueniri facile possint aliq, q affirment, oĩa potestate ac specie esse vnũ, quẽadmodũ Epicurus & Democritus indiuidua ea corpora, q̃ atomos appellãt. In quo itẽ ordine reponẽdi sunt illi, qui minima q̃dam & incõpacta & impartibilia introducũt elementa. Itaq; aduersus hos oẽs, Hippocrates cõmuni opposita rõne, demõstrat

1. de Nat. hum. t. 5. 1. 2. & c

Ibidem.

elementũ nõ esse vnũ, vnũ, inquã, tum forma tũ potestate: alioqui.n. eorũ ne meminisse quidẽ voluit, qui oĩa etiã numero esse vnũ autumant, ꝙ id videatur hominis esse oĩno stupidi. Perpẽdamus ergo recte ne ille ratiocinatus sit, atq; nõ merito illis cõtradicat, qui asserunt elemẽta esse vnũ natura, vt illis deinde liceat id, vel atomũ appellare, vel minimũ, vel (vt gręce aiunt) ἄναρμον, quasi incõpactũ dixeris, vel impartibile, vel quod tãdẽ ipsis magis gratũ fuerit. Qm̃ si illud quod his oĩbus sectis in vniuersum cõmune est euerterimus, nõ erit amplius nobis opus particulatim eorũ differẽtias persequi. Nẽpe subijcitur ab his oĩbus primũ elementũ vsq; adeo esse omni penitus qualitate vacuũ, vt nullã vel albedinẽ innatã habeat, vel nigredinẽ, vel aliũ quẽpiã colorẽ: nõ dulcedinẽ, nõ amaritudinẽ: sed neq; calorẽ, neq; frigus: & tandẽ vt cuiusuis alterius qualitatis sit oĩno expers. Lege.n. dicebat Democritus color est, lege amarũ, lege dulce: atomus vero et vacuũ vere est, ipse ἐτεὴς dixit. Credidit.n. ille sensiles qualitates ex indiuiduorũ illorũ corpusculorũ conuentu per solã ad nos, qui sentimus collationẽ, gigni: ipsa vero natura nihil esse albũ, aut nigrũ, flauũ aut rubrũ, amarũ aut dulce. Quippe hoc illi lege seu νόμῳ, vt ipse græce inquit, significabat, ex nostra nimirũ existimatione, nõ ex ipsa rerũ natura: ita ẽt illi ἐτεὴς nomẽ ab ἐτεὸν deductũ est, quod verũ, significat: vt vniuersi sermonis illius is sensus sit: Arbitramur quidẽ nos hoĩes quippiã esse albũ, vel nigrũ, vel dulce, vel amarũ, & q̃cunq; alia huiusce generis sunt. Sed re vera oĩa vnũ sunt & nihil: nã & ille hoc loquitur mõ, qui atomos vnũ appellat, vacuũ autẽ nihil. Itaq; atomi oẽs, q̃ exigua q̃dam corpuscula sunt, omni prorsus qualitate vacant. Vacuũ vero spaciũ quoddã est, in quo ea oĩa corpuscula sursum atq; deorsum agitata, perpetua motione, quandoq; simul ẽm aliquẽ modũ complicantur, non nunquã mutua inter sese collisione resiliunt: quo fit postea vt ex huiusmodi eorũ conuentu, & mutuę cõcretiones fiãt, atq; iterũ secretiones: vnde voluit ipse, cũ aliorũ omniũ, tũ nostrũ quoq; ipsorũ coagmẽtari corpora, atq; eorũ cum affectus, tũ sensus. Statuunt autẽ prima hæc corpora impatibilia esse. Sed non nulli deinde ex ipsis, vt Epicurei, ea præ duritie infringi non posse autumant: alij, qui magis Leucippo addicti sunt, in exilitatẽ referunt, ꝙ nullã admittant sectionẽ. Negant ꝑterea quoquo mõ ea posse quapiã ex his alterationibus alterari, quas tñ cæteri ferè oẽs fatentur vel ab ipsis sensibus edocti. Quippe qui nolint eorũ quicquã calefieri aut refrigerari, pariter q; nec humectari vel siccari, atq; adeo longe ẽt minus nigrescere aut albescere: vt tandẽ contendant nullã prorsus ex vlla mutatione qualitatẽ suscipere posse. Iure ergo illis cõtrarius est Hippocrates, "dum ait, Nunquã hominẽ doliturũ, si hæc esset illius natura. Quũ mehercule necesse sit, vt id quod doleat, duabus his ꝑditum sit facultatibus: porrò vt sit cũ sensus, tum alterationis, capax. Quia si ab omni penitus sit alteratione alienũ, eundẽ oĩno statũ, quẽ à principio sortitũ est, ꝑpetuo seruabit: at eundẽ id quod dolet, minime seruat. Quòd si trãsmutetẽ ẽt, in quẽ tñ modum lapides & ligna, q̃ quidẽ & calefiunt & refrigerantur & scinduntur, sed nulla sit illis innata vis sentiẽdi, nihil propterea magis affectiones, si quæ in eo gignantur, sentire poterit, ꝙ̃ lapides sentiãt. Quũ igitur vtrunq; horũ in illis istorũ elementis desideretẽ (nã neq; eã naturã cõsecuta sunt eiuscemodi indiuidua corpuscula, vt vel alterari vel sentire possint) si ex his atomis, vel quapiã alia simili ac vniformi natura essemus concreti, nõ vtiq; doleremus: dolemus aũt: quare iã manifestũ est, ꝙ nequaq̃ simus ex vlla simplici vniformi q; substãtia cõstituti. Hæc est huiusce rõnis summa, q̃ vt est admodũ his qui in logica disciplina exercitati sunt, aperta, ita ꝓpositũ ẽt hoc ferè mõ cõcludit. Sed qm̃ ij qui talia introducunt elemẽta, nõ mõ sunt disciplinæ disserendi rudes, & ꝑterea cõtẽtiosi: verũ et sibi malo fore existimant, si vel in melius sñiam mutauerint: cõem hanc rõnẽ particularibus aliq̃bus exemplis illis exponamus. Nimirũ siquis cutẽ acu tenuissima pũgat, dolebit aĩal: acus vero vel vnã tm̃ attinget atomũ, vel duas, vel ẽt plures. Sed ponamus primũ vnã tetigisse: at nulla atomus est penetrabilis sensus ve capax: nõ igitur ab acu quicq̃ patietur: neq; ẽt si pateretur, illatã noxã ꝓpterea sentiret. Quum.n. ex his duobus imprimis ꝓueniat vt aliq̃d doleat, nẽpe vt quod patibile est patiatur, atq; vt impressas affectiões ꝑsentiat: vtriusq; vero istorũ sint atomi expertes: ꝓfectò si acus vnam tm̃ atomum pupugerit, nequaq̃ aĩal dolebit. Fingamus ergo nõ amplius vnã, sed duas tetigisse. Atqui statim illa eadẽ quę nuper de vna, de duabus ẽt poterimus pronuntiare. Nã si earum neutra ex acu fuerit vulnerata, aut si ẽt vulneretur: et nulla alioquin illis vulnus id sentiendi vis insit: is qui pungitur oĩ ꝓrsus sensu, atq; dolore carebit. Queadmodũ.n. nihil habet acus cur magis sentiatẽ, quũ duobus ĩpingitẽ ossibus, aut duabus cartilaginibus, aut totidẽ ẽt vel capillis, vel q̃busq; alijs particulis sensu vacuis, duo siq̃dẽ capilli æque sensu carent ac vnus: ita ẽt (vt equidẽ arbitror) nihilo magis acus, q̃ duobus illis indiuiduis corpusculis infigitur, si ne alterũ quidẽ ipsorũ sit sensu ꝑditum, vllũ excitabit dolorẽ. Eadẽ vero sequentur incõmoda si tria dixerimus vel quatuor tetigisse: q̃ppe quia nullã maiorẽ operã ad patiendi vel sentiendi rõnem hæc cõferre possunt, ꝙ̃ totidẽ calculi, vel lapides vel villi: quũ fieri nequeat, vt siquid ex impatibilibus & sensus expertibus cõponatur, sensus particeps patibile q; tandẽ euadat: mirũ etenĩ esset, si totũ & pati & sentire posset, cuius tñ pars nulla aut sentiret, aut pateretẽ. Quũ.n. duo sint instrumẽta q̃bus huiuscemodi ꝓnuntiata inueniẽda sunt, experiẽtia, inq̃, et rõ, neutrũ horũ vnquã ita illis inseruiet, vt aliq̃d sint reperturi cõcretũ ex his, q̃ pariter impatibilia et sine sensu sint, qđ ipsum deinde patibile sit, atq; sensus particeps. Porrò si multos adamãtes, aut alia q̃uis corpora minus ẽt ad patiẽdũ idonea in aceruũ coacta

Ibidem.

ferire

A ferire volueris: nunquam sanè vel aceruo ex his constituto plagam infliges,aut illatam ille sentiet: nempe nec perpetuis etiã seculis tale quippiam poterit vnquam experientia reperiri. Atqui oste dimus paulo antea ꝙ ratio quoque huic sententiæ minime consentiat.Iam.n.quis non admiretur si caro dum pungitur, dolet: cuius tamen nulla vel minima particula aut perforatur aut dolet? vel quæ vnquã ratio reperietur quæ hoc admittat? Immo hoc equidẽ affirmauerim, ꝙ quantumlibet illæ omnes atomi insitum haberent sensum,sed essent impatibiles atq; impenetrabiles, ita,vt tantũ modo ex mutuo earũ complexu caro gigneretur: nihil propterea magis impactam acum sentiret. Vt enim si duos digitos simul iungas,qui tamen sentiendi facultate pollent, ac mox eosdẽ disiungas,id absque vllo prorsus dolore feceris: ita etiam (vt arbitror) si acus atomos dissoluat aut diuellat,modo ex illis nullã vulneret, nullũ vnquã in animante dolorem excitabit. Vel illi nobis hoc ostendant,quando ex mutua solũmodo aliquorũ sentientiũ corporum cõmissione, ac eorundem deinde separatione vllus vnquã subsequatur dolor: nunquam profectò tale quippiam poterunt ostendere, si quæ euidẽtia sunt sequi voluerint: atq; etiã si rationẽ: nihil sanè ostendent,quod hoc ipso minus fieri posse videatur. Quũ igitur tum ratio tum experientia testetur, ꝙ quantũlibet atomis sensum concesserimus,eorũ tamẽ separatio sit absq; dolore futura: qui fieri quæso poterit,vt si B eas præterea sensu orbatas ponamus,dolere possint? Necesse.n.est, vt paulo ante testati sumus, duo hęc simul cõcurrere vt aliquid doleat,alteratio inquã & sensus: vtroq; autẽ carent atomi. Rationi igitur consonũ est, quamuis eorũ alterũ atomis cõcesseris: adhuc tñ eas indolentiã seruare. Etenim si eas impatibiles quidẽ,sed sensus participes,ponas: nequaquã dolebunt,propterea quia non patientur. Quòd si pati etiã,verũ ita,vt sensus sint expertes: minime dolebunt,quũ minime sentiant: quũ opus sit,vt iã diximus,corpus quod doliturũ sit, pati atq; affectionẽ persentire. Quare fieri nequit vt corpus facultate sentiendi præditũ,ex elementis ortũ habeat,quæ pariter impatibilia sensus q; expertia sint: sed neq; impatibilibus quidẽ, verũ sensu præditis. Nam neq; hoc esse in dolore vnquã poterit,quũ nõ patiatur: erit.n.forsitan potestate sentiens,sed actu nunquã. Quẽ admodũ sanè & nostrũ corpus videmus,quod quantumlibet manifesto etiã vim habeat sentiẽdi: attamen minime sentit, nisi ab aliquo prius patiatur. Vnde & ex hac eadẽ ratione clare eorũ sententia euertitur,qui inter elementa omœomerias (quasi similaritates dicas) introducũt. Quãuis.n. in his ipsorũ elementis aliqua sint q vim sentiendi habeant: tñ quum prorsus sint impatibilia: nescio quo modo sentiet corpus quantũlibet sensu præditũ sit,quod semper futurũ est extra omnẽ patiendi occasionẽ. Reliquũ igitur erit,vt sentiẽs corpus vel ex his sit quæ pariter vim habeant sentiendi C & patiendi, vel ex his quę pati quidẽ possint,sed nullũ deinde sensum habeãt. Nos autẽ mox perpendemus vtrũ horum verũ sit. Porrò aperte iã monstrauimus,ꝙ nequeat corpus vllũ vi sensitrice donatũ,ex elementis gigni simul impatibilibus & sensu carentibus, vel sensu quidẽ præditis, verũ impatibilibus. Habẽt hoc nimirũ ambæ hę sectę cõmune,ꝙ elementa impatibilia statuunt. Quòd si elementũ non potest esse impatibile: nõ erit etiã specie vnũ: nam neq; lõgiori egemus demõstratione ad ostẽdendũ,vnũ esse impatibile: quippe quia quotiescunq; vnũ fuerit elementũ: nihil prę terea reliquũ erit in quod transmutari, nihil à quo pati possit. Quicquid.n.transmutatur,in alterũ quippiã transmutatur,& quod etiam patitur ab altero patitur. Sed quomodo quęso vnũ deinde seruabit? Probe ergo Hippocrates ratiocinatus est,nõ esse vnũ elementũ: si res vlla futura sit q doleat: nihil.n.erit(ait ille)ex quo doleat, si vnũ fuerit. Quo fit deĩde vt elemẽta oĩno sint plura vno.

Elementa siue sentiant, siue non sentiant patibilia omnino esse. CAP. 3.

A.1.f.1.d.1. c.4.a

VErũ quę ipsa numerũ obtinuerint,hactenus incõpertũ est. Quare id ipsum deinceps exquiramus. Sed satius forsitan erit,de reliquis duabus sectis,quarũ meminimus prius, disserere: qbus cõmune erat,corpus quod dolere possit, ex his primis elemẽtis cõstituere q sint alterationi obnoxia. Ex diuisione.n.reperies oẽs opiniões in quatuor redigi posse: ita vt prima ea sit q ex sen D su vacuis,pariter & impatibilibus: altera q sensu quidẽ præditis,sed impatibilibus. Quæ ambę in hoc cõsentiunt,ꝙ ex impatibilibus statuunt: atq ostẽdimus ꝙ hoc esse minime possit,& ꝓinde eas vtrasq; missas fecimus. Vnde duæ supererant: altera q corpus sentiẽs ex primis elementis facultatẽ cũ patiẽdi,tum sentiẽdi habentibus cõstituit: altera quæ ex patibilibus,sed sensu expertibus, inter quas itẽ ea est cõmunio,ꝙ ambæ ex patibilibus aiunt. Iã igitur inspiciamus,an harũ sectarũ impossibilis sit altera: an potius ęque vtraq; aliquid ꝓferat quod possibile sit,vt tñ mox inqramus,vtra earũ,pręter id ꝙ cã proferat sententiã q sit possibilis, veritatẽ ẽt maxime cõtineat. Itaq; si animũ diligẽter aduerteris, ambas inuenies id quod possibile sit,proferre. Si nanq; ipsas particulas explorare volueris,rõne q; examinare,eæ q corporũ sunt vim sentiẽdi habentiũ,oẽs & patibiles sunt & sentiẽdi facultate ꝑditę,vt in carne paulo antea exposuimus. Quòd si prima respexeris elemẽta,facile fieri poterit,vt quãuis ea nullũ habere sensum supponať, mõ possint in se mutuo multifariã q; & agere & pati, aliquod inde multis intercedẽtibus particularibus alterationibus,corpus sensu ꝑditũ gignať. Quotiescũq;.n.ex pluribus quippiã cõponitur,si ea q in cõpositionẽ veniunt,qualia sunt,talia ad extremũ vsq; durauerint: nunquã id ꝓfectò nouã vllã aduentitiãq; adipisceť formã, q in his nõ ꝓfuerit,ẽ qbus cõstituebať. Quòd si ea multifariã varienť trãsmutẽtur,et alterẽtur: poterit tũc in cõposito aliqd suboriri,quod ab his q prius in primis illius elemẽtis reperiebãtur,sit generis alterius. Sed erit forsitã operæpretiũ,vt ꝑspicuitatis gratia,hãc exẽplo rõnem explanemus. Aedes

nimirū q̄ ex lapidibus lateribus, lignis, tegulisq́; cōstructæ sunt: nihil, esse adeptas dicimus, quod E
nō eodē genere cōtineret, quo ea q̄ illis pereant, vnde ipse fabricatę sunt. Durities q̄ppe illis vniuersis sigillatim aderat grauitasq́; & magnitudo, p̄terea figura & color, q̄ oīa nec in ipso ēt ædificio desiderant. Nā duritiē quidē ac grauitatē, colorē q́; eundē ꝓrsus cū his habet, è q̄bus cōstitutū est, neq́;.n. id molle est, quū tn̄ illa dura fuerint: aut leue hoc, illa vero grauia: aut hoc atrū, & illa candida. sed figurā & magnitudinē ob id q̄dē hn̄t ædes: q̄a prius ea habebāt, vn̄ illę cōpositæ sunt. Verū nō eandē oīno aut figurā aut magnitudinē hēt totū ædificiū, quā partes id cōponētes habuerūt. At neq́; hoc est id, quod q̄rimus, an inquā, domus sit lateribus maior, vel an ea sit oblonga, quū lateres sint quadrati. sed potius an hæc, ꝓpterea sit figuræ particeps ac magnitudinis, q̄a hæc in his vn̄ cōstituta est, p̄erant. Alioqui.n. quis est, qui nō norit rectā lineā ab angulo ad angulū ductā, in duos triangulos secare quadratū spatiū? q deinde duo trianguli si itē in vnū coeāt, quadratū iterum absoluunt, vt tn̄ tā triāgulus, q̄ quadratū figurę sint. p̄terea si duo semicirculi simul iungant, integrū circulū cōplent. Et ꝑinde cōcedimus posse quidē ex aliis aliud quippiā gigni, verū nō quod ab illis genere diuersum sit, figurarū.n. figurę effectrices sunt, minoresq́; magnitudines maiorū, at figuræ magnitudinū, vel magnitudines figurarū nequaquā. Quare neq̄t ex elementis q̄ suas qualitates vsquequaque immutatas seruent: quicquā generis diuersi gigni: sed si trāsmutent, sanè po- F
terit. Poterit.n. quod hactenus nigrū fuit per multas trāsmutationes medias iterū albū fieri, & qđ nūc albū, mox fieri nigrū, quod p̄terea sensus expers est, illius fieri particeps. Vnde qui ex igne, aqua, aere, & terra inuicē transmutatis, atq; alteratis, & ad tēperamentū quoddā redactis gigni corpus volunt sensitrice facultate p̄ditū, hi cōsentanea ꝓnunciant. Qui vero ex illis ita vt sunt p̄manētibus, & p̄mixtis tantūmodo perinde ac triticū, hordeū, ciceres, & fabæ, in aceruo, hi nimirū ea, q̄ fieri nequeāt sectant. Nā nec ꝓrsus quicquā interest, si dicas ex solo ignis, aquæ, aeris, terręq́; couentu corpus sentiēs nasci, aut si ex atomis, quod prisci illi affirmabāt. Iā.n. nullū corpus qđ sensum habeat, pōt ex pluribus elementis cōstitui simul coeuntibus, q̄ tn̄ impatibilia sint, quū sit mōstratū nihil in his simul cōpositis oriri posse generis alterius. Sēsus vero est oīno è genere diuerso à figura, grauitate, & duritie, q̄ atomis inerāt, & ab aliis quoq; q̄ igni & terræ, aeri q́; & aquę, est.n. sensus alterius cuiusdā generis à colore, sapore, & odore, & cæteris tandē, q̄ (vt oīa in vnū colligā) corporibus insita sunt. Nō ergo aut ex atomis corpus aliquod qđ vim sensitricē habeat, ꝓcreari poterit, aut ex igne & terra, aere & aqua, q̄ immutata p̄maneant, & talia semp̄, qualia ex sua ipsorū natura sunt, nihil q́; vnquā patiantur. Quare vel ex elementis primis quibus vis sentiendi insit, vel ex illis q̄ licet hac careāt, ea tn̄ natura sunt, vt alterari & trāsmutari possint, erit necesse corpus cōstitui, qđ G
sensu p̄ditum sit. His igitur, & q̄ vno plura sint oīno elementa, atq; ēt quod pati possint, mōstratū sit. An vero ex his primis elementis quibus oībus vis insit sentiendi, an ex illis potius q̄ ea careant quū & vtrunq́; horū fieri posse affirment: nondū monstratū est. Porrò nonnulla quidē oī carere sensu, inde ꝑspicuū est, q̄ q̄dam ēt concreta hm̄oi sint. Sed quum hoc iā sit demōstratū, quantū possit iis sufficere qui didicerunt demōstrationibus aquiescere, operæpretiū sanè erit, vt mox id exponamus qđ non semel sed multis in locis cōmentariorū Hippocraticorū ostendimus: ille.n. si aliq̄n vnū quippiā ex eorū numero ꝓferat, q̄ eandē naturā continent: reliqua deinde q̄ eandē vim hn̄t, nobis ad rōnem addēda relinquit. Quod mihi hoc quoq́; loco seruasse videtur, vtpote qui ab vno quidē apparenti ducto argumento, opinionē hanc nequaq̄ possibilē esse ostenderit, mox q́; nobis locum reliquerit, vt id ipsum multifariā ex his q̄ eandē cum hoc vim tenent, demonstraremus. In his.n. q̄ in nobis apparent, id vnum est, q̄ nos dolemus, hoc vero monstrauit minime fieri posse, quin ēt patiamur. Ex quo sequebatur postea elemēta esse plura vno, siquidē vnū pati nequit, quū nihil p̄terea relinquatur, quod ipsum afficiat. In quē igitur modū ille ex dolētibus corporibus, in eundē tu ex his q̄ in voluptate sunt, ad hoc idē demonstrationē depromas: & vt ex his, ita ex illis quæ sentiūt. Nam & hoc ita à me dedita opera identidē in hoc libro factitatū est. Vnde si nulla vo- H
luptas cōsequi poterit, vbi impatibilia fuerint elemēta, nullus q́; dolor, ac nullus p̄terea sensus: nulla etiā aderit vel memoria, vel reminiscentia, vel imaginatio, quū horū oīum sensus sit quasi radix & fons. At si nihil horū, nulla quoq́; animi functio, & tādē nec ipse ēt animus. Quis igit nō admiretur priscorū uirorū breuitatē in sententiis? En q̄ hæc oīa Hippocrates quibusdā vel paucis verbis p̄strinxerit & ualide admodū mōstrauerit, elementū nō esse vnū. Verū vt hæc exposita sunt: transeamus ad alia, & inspiciamus quo mō ipse priori rōni sequentē annectat. vniuersa vero suorū verborum series hoc se habet modo‖. Ego autem statuo quòd si homo esset vnum, neutiquam » doleret: nihil enim preterea esset ex quo doleret, si esset vnum. Si tamē doleret, esset necesse & me- » dicamentum fore vnum. Si vnum (inquit ipse) esset homo, minime doleret: quòd si doleret, id » etiam quod illi remedio est, vnum esset. Secundum eundem figuræ syllogisticæ modum, rationem ex curatione interrogat, secundum quem et ex dolore depromptam prius interrogauit. Assumit enim secundum quod est primi consequens, cui deinde adiiciens oppositum consequenti, tandem concludit oppositum antecedentis. Nam si vnum homo esset, non doleret: dolet autē: non igitur est vnum. Pari etiā modo rationē ex curationis conditione desumptā interrogabimus. Si homo esset vnū qui etiā doleret, modus illi medēdi esset vnus: sed medēdi modus nō est vnus: ergo si est vnum hō non dolet. Erunt itaq́; partes nostræ, vt hunc ēt locū illo tractemus mō, quo & priorem:

1 de Nat. hum. t. 5. ibidem.

quippe

A q̃ppe vt ostendamus ſm primo cõſequens eſſe, atq; ẽt ꝙ pbe oppoſitũ cõſequẽtis ſit acceptũ: vt ſic & rõnẽ exponamus et fidẽ illi, prout res ipſa poſcere videť, afferamus. Quũ autẽ ſatis in ſupioribus monſtratũ ſit, ꝙ hõ ſi vnum eſſet, nunquã doleret: nunc ꝙ poſito ẽt ꝙ ipſe doleret, vnica tñ ſit futura curãdi rõ, facile intelliges, ſi cogitaueris, ꝙ ſi qd a nulla re externa pati põt, reliquum eſt vt tñ interne a ſua ipſius natura patiať. At vero quũ vnica fuerit ipſa rei vniuſcuiuſq; natura, vnicus ẽt ſtatim futurus eſt affectus. Hoc vero ex neceſſitate ſequiť, ꝙ rõ redeundi in naturalẽ ſtatũ, vnica ſit: at hoc qd aliud eſt, quã ipſamet curatio? quare quod ipm per ſe patitur, vnicã habebit qua curari poſſit rõnẽ, ſicut vnicũ ẽt eſt id quod curãdũ eſt. Quæ oĩa quã aperte falſa ſint, nulla noſtra expoſitione pterea egeť: ſed ea primã ſuppoſitionẽ ſequunť, quã Hippocrates ex abundanti, quãuis ea ipſa oẽs limites excederet eorũ q̃ quoquo mõ eſſe poſſint, introducere voluit, vtpote qa nihilo minus ex hoc ẽt ſuppoſito id cõficiať, quod ab initio fuerat ꝓpoſitũ. Nã ꝙ nos nõ doleremus, qñ vnũ eſſet elementum, veriſſimũ eſt. Sed nõ ita deinde eſt verũ, ſi vnũ ſupponatur elementũ, ꝙ nos doliturí ſimus. Attñ ob id & ipm ſupponiť, vt ex illiſmet q̃ hoc ipm ſuppoſitũ ſequunť, oſtẽdat pricipiũ illud euerti: quũ vnicus tunc futurus ſit morbus, atq; etiã vnica medẽdi forma, & vnicũ p̃terea remediũ: ſed nõ vnicũ eſt remediũ: erit ergo hypotheſis falſa, in qua ſubijciebatur vnũ eſſe elemẽ-
B tũ. Satis.n.euidens eſt, nõ vnicũ eſſe remediũ: quũ multi dum caleſiunt ſanitati reſtituantur: nec minus ẽt reperiantur, qui refrigerati ex morbo conualuere vel humectati: nec deſunt ẽt quos exiccantia iuuerint: nec p̃terea quia aliqui ſint acerbis aut amaris medicamentis curati, idcirco ẽt oẽs, ſunt.n.qui dulcibus vel ſalſis: atq; ẽt vt multi his vſi q̃ aluũ aſtringunt, ita alij his q̃ eandẽ ciẽt, ſani euaſere: & ſicut alij denſantibus, ita nõ nulli rarefaciẽtibus: vt tandẽ in vniuerſum hoc affirmare liceat, nullũ vnquã reperiri curandi modũ, quin & alter illi contrarius ſtatim reperiať. Recte igitur aſſeruit, remediũ nõ eſſe vnũ. Atqui ex hoc ipſo ꝓnuntiato, & altero quod ex ſuppoſitione deſumptũ eſt, efficitur nõ eſſe elementũ vnũ: vt tãdẽ vniuerſam rõnẽ hoc fere mõ interrogare oporteat: Si hõ & eſſet vnũ & ẽt doleret, modus quoq; quo eſſet curandus, vnus foret: modus vero quo curatur, nequaquã eſt vnus: igitur nec hõ, ſi eſt vnũ, dolet. Itaq; nihil amplius, aut ea q̃ circa huius operis initia inducta ſunt inquirere, aut p̃ter hæc q̃ nunc a nobis dicta ſunt, alia quapiã expoſitione erit opus, quũ ex his facile huius viri ſñiam habere poſſimus. Ipſe vero ait, ‖ Quicũq; eos cõſueuerunt audire qui de natura humana diſſerũt, ꝓcul ab eo qđ ad medicinã attineat, illos minime expedit hunc audire ſermonẽ: neq;.n.dixerim hoĩem eſſe oĩno aerẽ, neq; ignẽ, neq; aquã, neq; terrã, neq; aliquid aliud quod nõ in hoĩe vnicũ eſſe appareat. Grece vero ſic, ὅτι μὴ παντελῶς ἐστιν ἓν ἐὸν ἐν
C τῷ ἀνθρώπῳ, q̃ nõ eo legẽda ſunt mõ vt ἓν ἐὸν ſimul, ac leni ſpiritu ꝓferať, quaſi vnica ſit pars orõnis, quẽadmodũ multi ex Hippocraticis legere ſoliti ſunt, ſed potius aſpirantes, & in partes duas diuidẽtes, ac ſi ita dixerit: Neq;.n.dixerim ipſum hoĩem eſſe vſquequaq; aerẽ, neq; ignẽ, neq; aquã, neq; terrã, neq; aliqđ ẽt aliud, quod nõ appareat vnũ ac ſolũ in hoĩe exiſtens. Nã ꝙ vniuerſus is ſermo quẽ ipſe priorẽ habuit, ob id factus ſit, vt ꝓbaret elementũ minime eſſe vnũ, tũ ex his oſtendiť q̃ ipſe paulo antea dixit, tũ vel maxime ex his q̃ ſtatim circa initia ſubiungit p̃cedenti ſentẽtiæ, quũ ait, ‖ Dicunt.n.vnũ eſſe id quod eſt, atq; hoc & vnũ eſſe & oẽ: ſed inter ſe nõ cõueniunt deinde nominibus: nã ex eis aliqui id vnũ atq; oẽ ſtatuũt eſſe aerẽ, alij aquã, alij terrã, alij ignẽ. Itẽ paulo poſt, ‖ Ex medicis quoq; non nulli hoĩem autumant eſſe ſolũ ſanguinẽ, quidã vero ipſorũ bilẽ arbitranť eſſe hoĩem, aliqui pituitã. Poſtmodũ illos refellere aggreſſus, eã dictionẽ protulit, quã ego priorẽ expoſui, q̃ in vniuerſum efficax plurimũ eſt tã cõtra medicos, q̃ cõtra naturales philoſophos. Mox vero ſeorſum medicos his ẽt verbis inſectatur: ‖ Ego vero cẽſeo opus eſſe illũ q affirmet ſolũ ſanguinẽ eſſe hoĩem, nec quippiã p̃terea aliud, oſtendere ipm nec formã tranſmutare, nec alio ẽt mõ variari: & vt vel tẽpus aliquod anni, vel ætatis monſtret, quo vnus ſolus q; in hoĩe ſanguis cõſpici poſſit. Nã conſentaneũ rõni videtur, vt aliquo ſaltẽ tpe id quod in ipſo vnũ eſt, repræſentet: & ea-
D dem ego illis oppoſuerim qui volunt hoĩem ſolã eſſe pituitã, nec nõ & illis qui ſolã bilẽ. Ac tandẽ finẽ huic rõni facturus hæc iterũ ſubinfert: ‖ Neceſſe igitur primũ eſt generationẽ minime ex vno fieri, qui.n.poterit quod vnũ eſt, niſi alteri cuipiã cõmiſceatur, aliquod aliud gignere? Atq; iterũ deinde: ‖ Quo vnquã mõ rõni conſonũ eſt, quicq̃ ex vno fieri, qñ nec ex pluribus ẽt poſſit q̃cquã cõſtitui, niſi ea ex mutuo tẽperamẽto ꝓbe ſe habuerint? Et rurſus poſtmodũ: ‖ Quare neceſſe eſt, ſi hmõi ſit natura cũ hoĩs, tũ aliorũ oĩum, hoĩem non eſſe vnum. Denuo q; in ſequentibus: ‖ Neceſſariũ igitur eſt, quũ adeo inter ſe & ſpecie & poteſtate differant, ea non eſſe vnũ, niſi ignis quoq; & aqua vnũ fuerint. Itaq; in oĩbus his, & præterea in ſequentibus etiã, nihil aliud agit preterq̃ ꝙ eos aperte inſectatur, qui vnũ eſſe elementũ decernũt. ‖ Quare patet ꝙ idẽ ẽt agit, dũ ſtatim circa principia huius ſermonis, q̃ nos ẽt expoſuimus, ea ꝓfert: hoĩem, inquã, non eſſe ſolũ aerẽ, neq; ignẽ, nec quicquã aliud quod non in corpore vnũ eſſe appareat. Nã & ea parte qua ipſe ait, ‖ Mihi videnť hi qui hoĩem eſſe vnum autumant, in hãc veniſſe ſententiã: explicat vnde nõ nulli inducti ſint, vt dicerent hoĩem eſſe vnũ. Quos quũ mox ẽt refellit inquiens, ‖ Atqui primũ nullus vnquã ex ſuperfluente purgatione mortuus ſolã bilẽ excreuit: nec nõ cũ de cæteris ſuccis, de quibus mox diſſerit, eadẽ ẽt profert, humanã nimirũ naturã non ex vno penitus ſucco, hoc eſt elemento, ſed ex quatuor conſtare: nihil aliud oĩno agit, niſi quod id cõcludit quod erat pollicitus ſtatim ab ipſo prin-

Marginal notes: 1. de Nat. hum. t. 1. f. 27. a — Ibid. tex. 2. h — Ibid. tex. 3. fol. 28 d — Ibid. t. 5. e — Ibid. tex. 7. fol. 29. a — Ibid. t. 9. b — Ibid. t. 11. e — Ibid. t. 13. f — Ibid. t. 26. fol. 30. h — Ibid. tex. 1. fol. 27. a — Ibid. t. 28. fol. 31. e — Ibid. t. 29. f

cipio, vnum nō esse ipsum hoiem. Porrò fatua est hæc tam naturalium philosophorum, quàm me E dicorum opinio, qui vnum vel hominis vel ipsius etiam vniuersi esse elementum asserunt.

In quo conueniant differant've, qui vnum esse elementum posuere. CAP. 4.

ET sanè mirandum est, quo vnquam pacto illi qui talia introducunt, aliqua à quibusdā hoibus existimatione digni habeantur, quum tñ neq; sit arduum illos cōfutare. Aggressus attñ Hippocrates est illis contradicere, non q̄ se magni aliquid facturum arbitraretur, sed magis celebritate eorū motus. Nullas.n. vel probabiles, vel q̄ solui facile non possint, rationes hi afferunt, qui vnū esse elementū ponunt: sed eas tantummodo, quæ fallaciā oībus expositā, quę q; facillime deprehendatur, habeant. Qui etenim aquam esse elementum censent, ob id hoc arbitrātur, q̄ ea densata & quasi coacta in terram vertatur: rarefacta vero, ac veluti fusa, in aerem: quæ si præterea magis rarescat ac fundatur, in ignem transit: & proinde eam esse elementum affirmant. Sed & qui aerem, ipsi quoq; aiunt illū rariorē factum, ignē effici: densiorem vero, aquam: qui si etiā densetur magis, terrā gigni. Alij autē quum terram intuerentur, quæ si aliquantulum & moderate rarescit & funditur, in aquam transmutatur: si magis, in aerem: si maxime, in ignē: hoc argumento probant terram ipsum esse elementū. Nec secus etiā agunt qui ignē esse elementū statuunt: quia.n. si is densetur, & quasi in se ipsum cogatur, in aerē vertitur, si id ipsum magis patiatur, magis q; densetur, in F aquā: si quàm plurimū densetur, in terram: ideo efficere volunt & isti hoc ipsum esse elementum. Attamen hæ istorū rationes perquàm apertam & in promptu absurditatem hñt. Porrò hi oēs de mutua elementorū transmutatione verba faciunt: nec tñ se id demonstrare arbitrantur, sed potius id quod vnusquisq; eorū appellat elementū. Non autē idē est de aeris ignis q;, & præterea terrę, & aquæ inter se inuicē transmutatione sermonē habere, ac de elemētis: vtpote qm̄ non eò q̄ possint inuicē ex natura transmutari, vnumquodq; ipsorū elementū est, sed q̄ primū atq; simplicissimum sit. Vnde & Plato in Timeo ostensurus his oībus cōmunē materiam esse subiectam, de mutua illorū transmutatione disserit: erat.n. ipse peritus methodi demōstrandi, & proinde primorū corporū transmutatione probe vsus est. At Thales, Anaximenes, Anaximander, nec nō & Heraclitus ex eorū mutua transmutatione vnū quodpiā ex illis esse elementū demonstrare conantur, ita tñ vt alius aliud introducat. Qui mihi videntur oēs cōem illam somniasse materiā, oībus elemētis subiectā: quā vt vnicā videre, ita etiā vnū esse elementū arbitrati sunt. Sed par quidem deinde erat vt dicerent, hoc'ne, quod cōi quadā ratione oībus subiectum est, aeri inquam & igni, terrę q; & aquæ, esset id elementū: at illi hoc pretergressi, vnum quodpiā ex his quatuor id elementū esse promulgauerunt: & quidē hi oēs cōmunem hñt in demonstrando sententiā, non tñ idē postea elementū G cōstituunt: quos & Hippocrates statim inter huius libri initia carpit, dum ita ait: || Omnes quidē eadē vtuntur sñia, nec tñ eadē deinde dicūt: mox q; hæc ēt addit: Et ad id quidē quod ipsi sentiūt, eundē afferunt ratiocinij modū, nec eadē tñ pronuntiant. At quis'nā erat, quęso, is ratiocinij modus? is qui superius à nobis expositus est. Qui.n. terrā esse elementū posuit, inde ratiocinatur, q̄ ea fusa, in aquā vertatur: quę si magis insuper rarescat, in aerē: & ex hoc tandē in ignē, si magis adhuc fiat rarior: & ex hac rōne colligūt terrā esse elementū. Et eisdē innitunt q aquā aiunt, aut ignē, aut aerē, sicuti prius à nobis expositū est. Hi igitur oēs quātumlibet in varijs versentur, positionibus, eodē tñ vtuntur epilogo. Et sanè primā non eā inferunt conclusionē, q̄ illi ꝓpria peculiarisq; sit: ꝓpria.n. ea erat, vt dicerent, vnū est ergo subiectū, vna q; substātia q̄ oībus pari rōne primis corporibus subijcitur. Deinde nec id animaduertunt, q̄ oēs vnā eandem q; demonstrationē ad quatuor materias accōmodare volunt. Et nimirū hęc ambo illis obijcit Hippocrates, dū ait. Et astruit suā eorū vnusquisq; rōnem testimonijs ac coniecturis quibusdā, q̄ tñ nihili sunt. Aperte insinuat illos ꝓcul ab oī demōstratione nugari, potius q; se ipsos fallere, q̄ q̄ aliquid cōficiant. Et quū ꝑterea addit, quòd in eadē sentētia oēs versantur, nec tñ eadē dicunt, nempe neq; id cognoscunt, hac ēt parte indicat eos latere, se rebus diuersis ac pugnantibus velle vnā eandē q; aptare demonstrationē. Vnde H ait deinde ipse, Cuiuscunq; lingua magis soluta fluens q; turbæ visa fuerit, is in ea disputatione superior iudicatur. Turbā porrò rudē imperitorum hoium multitudinē appellat, qui nec ēt quid sit demōstratio nouerunt vnq̄: vnde recte quidē hæc ipse deinde intulit: Sed (vt mihi videt̄) hi hoies ipsi suis ipsorū, qbus in disserendo vtuntur, verbis, se ipsos prę imperitia in errorē detrudūt, Melissi q; sententiā erigunt. Is.n. habito sermone de vniuersitate, absurda qdam pronuntiauit, oīa nimirū esse vnū, & id intrāsmutabile & infinitum. Vnde ex qua parte aerē aiunt, aut ignē, aut aquā, aut terrā esse vnum & oē, ex ea etiā rō Melissi firmari videt̄. Data nanq; optione vt ex his duobus decretis, adeo tñ absurdis, alterum eligatur, res periclitari videtur, ne Melissi sententia sit præfereda: neq;.n. ipse id quod à principio supposuerat, procedente disputatione euertit: quod tñ illi cōmittunt, qppe qui ponunt qdē vnum esse rerum oīum elementum, mox vero de eius transmutatione agūt ita, vt tandē quatuor entia cōstituāt: at melius foret id unum intrāsmutabile fecisse, si sit re uera unum, qm̄ si trāsmutetur, quo mō erit amplius unū? Merito igit̄ autumat Hippocrates eos oēs qui uel aquā unū esse elemētū inquiunt, uel aerē, uel ignē, uel terrā, Melissi rōne erigere: quæ tñ eò est absurda & ab oī prorsus euidētia semota, ut neq; mereat̄ q̄ illi quisquā contradicat. De eius tñ absurditate ab Aristotele quoq; in primo naturalis auscultationis libro plenius disputatū est.

Marginalia: 1. de Nat. hum. t. 2. 1[a]. 27. h — Ibidem. — Ibidem. — Ibidem. — Ibidem.

Eodem

A

Eodem pacto Hippocratem & Aristotelem, veteres confutasse, & quatuor dixisse prima elementa. *CAP.* 5.

IMmo videtur ille in suarum rationum forma Hippocratem imitatum fuisse. Præfatus etenim ab ipso statim initio, quod considerare quidem si ens vnum sit & immobile, nõ est de natura cõsiderare, atq; hoc deinde ẽt demõstrato, & proinde quod neq; sit opus rationibus Melissi & Parmenidis contradicere, vtpote quia vtræq; sint manifesto absurdę, attamen mox in illius libri processu eos insectari dephendit. Nec secus etiam Hippocrates ac ille egit, vt pote quẽ (tametsi primum innuisset illos qui aiunt vnum esse elementum, eò medicinam labefactare, vt neq; operæpretium sit eos hũc audire sermonem) eorum sñias postmodum refellere comperimus. At vero, quod ij qui ens pnuntiãt esse vnum, philosophiæ naturalis principia tollant, vt ait Aristoteles: atq; ẽt medicinæ, vt Hippocrates: est sanè q̃ manifestũ. Naturalis etenim scientia corpora q̃ generant ac intereunt, quæq; prorsus sunt exposita transmutationi, cõtemplat̃: ea vero si vnum tantummodo ens fuerit, omnino delent̃. Quibus deinde ablatis pariter & medicina tollit̃, primũ quidẽ ob id, quod ea sit quasi generationis & interitus ministra, & proinde nisi hęc cõcedant̃, illa ẽt tollit̃, deinde vero quia ab ijs ipsis qui ens

B esse vnum opinant̃, tot variæ multiplicesq; tollunt̃ medendi rationes: nam vel nihil corpora nostra tunc paterent̃: vel si paterent̃, vnus tm̃ foret patiendi modus, & proinde vnica ẽt esset medelæ ratio. Quod si fuerit, vniuersa porrò medicina ruit: quippe quia, si multa sint remediorũ genera, ad medicũ mox ptinebit ea excogitare q̃ vnicuiq; morbo cõducere possint: at quum vna tãtummodo fuerit vt morbi, ita ẽt remediorum ratio, nullum relinquit̃ amplius aberrandi piculum. Recte

« igit̃ Hippocrates, ptinus inter initia ‖ ita ait: Quicunq; eos cõsueuerunt audire, qui de natura hu- 1. de nat. hum. tex. 1. 27. a

« mana pcul ab eo qd' ad medicinã attineat differunt, illos minime expedit hunc audire sermonẽ. Et

« deinde subinfert, Neq;.n. dixerim hominem esse vsquequaq; aerem, hoc est penitus vnum & solũ. Quia si quis id ipsum affirmare velit, is fertur vlterius q̃ ratio medicinæ exposcat, & artis principia subuertit. Nã hoc medico in primis cõcedi opus ẽ, multas nimirum esse morborum, multas ẽt psidiorum species: quod nisi concesserit, statim è medio tollet ipsa medicinæ principia. Procul igit̃ erit is sermo à finibus medicinæ. Iam.n. nullus est artifex qui illis cõtradicat qui suæ artis principia destruit, immo hoc ad alium pertinet. Quod facile vel ex ipsius Aristotelis verbis perdiscas, q̃ se in

« hunc modum hñt. Vt.n. nequit Geometra cõtra eos, quia sua tollit principia disputare: verũ hoc

« vel alterius scientiæ munus est, vel pariter oĩum: ita nec philosophus naturalis. Nam illi qui ea de

« C struunt q̃ pspicuo apparent, iure essent coarguendi ab oĩbus in vniuersum hoĩbus, vtpote quia vi-

« tam subuertant: aut saltẽ ars aliqua pter has oẽs particulares, instituẽda est, cuius sit p principijs ar-

« tium oĩum ppugnare: etenim particulariũ vnaquæq; artium ex principijs q̃ p cõfessis habentur,

« pgredit̃. Vñ videnĩ tam Aristoteles q̃ ẽt Hippocrates suum eodem ferè mõ digessisse sermonẽ, quem tñ expositores intelligentia non consequuntur. Siquidem Hippocrates non ea propter dixit, hunc sermonem illis non conuenire qui de humana natura audire cõsueuerunt secus ac in medicinam illis conducere possit, quòd eos contemnat qui ignem & terram, & aquam & aerem in elementis ponunt, immo ab initio statim ad extremum vsq; eos increpat, qui vnum tantum ex his ponit, quodcunq; modo sit illud. Id nanq; esset prorsus ab omni ratione alienũ, si propterea quia nullum ex his quatuor solum sincerum q; conspiciatur in corpore, velit etiam negare ea omnia simul reperiri. Esset.n. hoc perinde ac si quis credere nollet medicamẽtum quod tetrapharmacum appellatum est, ex cera, resina, pice q; & adipe componi, qm̃ eorum nullum integrum sincerum q; contineri videat. Sed cur de his quæ inuicem per tota miscentur & temperantur amplius loquimur? quum neq; sicciora medicamenta, vt ea quæ ex cadmia, ære vsto, stimmi q; constant, si illa sint optime lęuigata, videantur vllum ex his simplex purum q; seruare: nec vllam vnquam possis quã

D tumlibet vel minimam accipias particulam, inuenire vbi quodpiam ex his sincerum alteri q; impermixtum inspicias. Igitur, tametsi nullum etiam è quatuor elementorum numero integrum sincerum q; in animantium corporibus reperiatur, tamen non est propterea dubitandum, quin illa ex his sint contemperata: neq; eam ob causam si mundum ex quatuor elementis constare concedimus, deinde ab hac horum compositione animalia eximamus, ac si illa minime sint in eo procreata, sed huc extrinsecus & aliunde introducta. Vel cur est, quæso, quòd tu à me velis terram in corporibus animantium ostendi, quæ sincera sit atq; impermixta, quũ eiuscemodi ne in vniuerso quidem à te ostendi queat? quancunq; enim illius particulam acceperis, ea statim erit alicuius caloris, ac humoris cuiusdã aereæ q; substantiæ particeps, quum tamen ea terra, quã etiam esse elementum opinamur, sit quàm maxime densa, grauis q; & sicca, & præterea frigida. Quòd si tu in mundo mihi lapidẽ ostenderis terreum sanè corpus, ego tibi illi simile in animantibus ossium cartilaginum pilorum'q; genus ostendam: ad quod etiam in testaceis animalibus id spectat qd' testa appellatur, quod iam exacte est in speciem terræ concretum & exiccatum. Quare si cupis in animante terram intueri, eandem habes qualem in vniuerso: eam vero quę sola sit, & cuiusque mixturę expers, neq; in illo facile reperias, quemadmodum neque aquam puram, quæ aliorum nulli commixta sit, nec ignem, nec aerem: sunt etenim hæc omnia quasi adulterata, & alijs mixta quæ sunt diuersi generis: semper'que alterum alterius tum magis tum minus particeps est: vt tamẽ in ipsa mixtione,

illius

illius (siquis animum intendat) forma appareat quod alia excedit. Ne igit amplius impmixtum E quicq̃ in animalium corporibus exquiras: sed quotiescunq; aliquam videris particulam frigidam siccam q; & densam: ea satis sit ad reuocandam tibi terrã in memoriam. Satis etiã preterea sit humidum aliquid vidisse & rarum atq; fluens: ad aquam mente concipiendam. Calor quoq;, qui plurimus in corpore animantis reperit, tibi ignis memoriam repræsentet: necnõ & spiritus natura, citra quẽ aĩal, nequaq̃ constare põt, aeris in primis, ac mox ẽt ignis tibi afferat memoriã. Iam ne me poposceris terram, q̃ ipsa p se sit, nec aliorũ vllum sincerum: aut tu mihi prior in tetrapharmaco ceram ostende. Nã ego non possum sanè nõ admirari, si tu non arbitraris triticum, ordeum, glandes, fagos, ficus legumina q; oĩa, ac fructus ex terra & aqua gigni, quum tñ ea manifesto videas suũ inde ortum habere. An ne igit eorum substantia dum gignitur, ignis est & aeris expers? Atqui si terram aqua maceraueris, nihil inde nisi lutũ habebis: legumina tñ & eiuscemodi fructus non id ipsum sunt, lutum inquã: vtpote q̃ ab igne & aere simul p tota temperatis partem habeant. Cõcedes forsitan tu glandes quidẽ ficus q; ex totius vniuersi elementis constare atq; etiam stirpes his ipsis priores: quippe qui videas cuiusq; eorũ semen pexiguum, quod terræ mandatũ est, neq; millesimã esse particulam totius plantæ, quæ aliã vel vniuersam deinde substantiã à totius vniuersitatis referant elementis. Sed mox de animãtibus dubitas, perinde ac si hæc ab illis nõ alant: oues. n. herbas F depascunt, sues nõ eas mõ, sed & glandes, capræ vero pter has arborum quoq; teneros ramos. Vñ illis sanguis gignit, atq; corpori alimentum accedit, ac preterea fœtus inde & cõstant & augentur. Nunquid igit capræ, oues, sues q; ex vniuersi pcreatę sunt elemẽtis, cætera vero quę his ipsis vescũtur, aliunde primum hñt ortum, aut nutricationem, aut incrementum? Porrò hæc oĩa & ab omni ratione aliena & absurda sunt, atq; ẽt multa rerum inscitia referta. Legumina etenim fructus q; oẽs ex elementis vniuersitatis suã hñt originem, è quibus oĩa animalia gignuntur, aluntur, & augent. Audacter q; profitendum est terram, ignem, aerẽ, & aquam, prima esse cõiaq; rerum oĩum elementa, quum ipsa sint inter ea corpora quæ rerum vniuersitate comprehenduntur, oĩum prima atq; simplicissima vsq; adeo, vt alia deinde oĩa, stirpes inquam & animalia, sint ex his concreta. Atque Hippocrates ‖ in processu libri de natura humana, non modo pronuntiat quòd hæc sint omnium elementa quæ mundo contineantur: ‖ verum etiam primus ipse eorum qualitates definiuit, per quas inter se natura agere & pati possunt.

1. de nat. hum. tex. 15. fo. 30. a
Ibid. tex. 11. f. 29. d

Aduersus Athenæum primas qualitates non esse prima elementa. CAP. 6.

QVòd dũ nõ assequunt quam ‖ plurimi multiplici verborum significatione cõfusi, turbãtur, quẽadmodũ Athenæo Attaleo cõtigit, qui vt calidũ, frigidũ, humidũ, & siccum hoĩs esse ele G menta statuit: ita elementa vsq; eo esse euidentia pdicat, vt nullã præterea demõstrationẽ exposcant: qui ea ẽt qualitates nonunq̃ ac potestates appellat, nunq̃ vero esse corpora cõcedit, nec audet hæc fateri esse ignẽ, aquã, aerẽ, & terrã: qui, & si nullus è iunioribus æque vniuersam rei medicæ rationẽ, ac ipse literis mandauerit: in hoc tñ & in multis præterea alijs, vnà cum reliquis ferè oĩbus errasse deprehenditur. Nemo enim, quod equidem nouerim, antiquã medicinã accurate tractauit, aut methodos à priscis illis nobis traditas absoluit. Quin ẽt, si verũ ingenue fateri liceat, dixerim multa ex his quæ ab illis pstantissime dicta sunt, hos detraxisse. Siquidẽ Athenæus ait elementa eò esse euidentia, vt nulla egeant demõstratione. Sed libẽter ab eo sciscitarer, hanc ne euidentiã assecuta sint ea ratione qua elementa sunt: an potius ex ipsis eorũ substantijs, quibus deinde accidit, vt elementa ipsa sint: qm̃ si ex substãtijs: cur nõ ẽt affirmat, salubria morbosa q; esse oĩbus hominibus manifesta, quæ nulla pp eorum euidentiam disciplina, nullaq; demonstratione egeant? Iam. n. nemo est qui panem lentem q; non agnoscat, necnõ & ptisanã, & carnem, alicamq; & mulsam: sed quos deinde hæc sigillatim possint vel iuuare vel lædere, nõ est æque oĩbus compertum: inde tñ habent vt hæc salubria sint, illa vero morbosa. Norunt igitur oẽs panem, ptisanam q;: salubria tñ & morbosa ignorant. Et idem de medicamentis dixerim, nemo ferè est qui veratrum, elate H rium, scamonium, epithymum, irim, & heleniũ tractare non possit, nõ possit etiam olfacere, inspicere, & gustare: qui tñ quũ ignorẽt postea quid cõmodi, quidve incõmodi ea possint afferre: ignorant etiã quid salubris contineant, & quid insalubris. Atq; pari etiã passu, quis est qui euidentissime, & ope sensuum oĩum terram nõ norit aquam q; & ignem & aerem? sed q ea sint elementa, adeo est plerisq; hoĩum occultum, vt nonnullos quoq; ex philosophis lateat. Dicet forsitan quispiam ex sectatoribus Athenæi, se quoq; de his nihil pnuntiare, quippe q limites artis medicæ excedant: sibi vero satis esse calidum, frigidum, humidum, & siccum, q̃ etiam in animalibus possunt perspicue ostendere, corporũ etiam ac medicinæ vniuersæ elementa supponere. Verum enimuero quàm sit ab omni ratione procul, velle vt aĩalium, ita medicinę elementa statuere calidũ, frigidũ, humidum, & siccum: nihil arbitror esse opus vt à me in præsentia amplius explicetur, quũ idipsum dogma à quampluribus palàm, & perinde ac in scena taxetur, iam q; & derisioni atq; infamię sit, & non parum præterea de fide detraxerit sermoni antiquo. Nam quis est qui vnquam magis illũ prodiderit, q̃ qui elementa ait nulla ob eorum euidentiam demonstratione egere, quiq; censet deinde hæc esse supponenda tam animantiũ quàm medicinæ esse elementa? Ego vero mõstrare statui, quòd hominis sit quasi stupidi, & quẽ omnino verborũ multiplicitates lateant: vereri qdẽ nominare aquã, ignem, terrã & aerem: malle aũt calidũ, frigidum, humidum, & siccum appellare.

A. l. t. f. 1. d. 1. fol. 4.

Nec

A Nec id agam vt Athenæum erroris damnem: verum potius vt in cā sim, ne alij in eundem cum illo errorem labantur. atq; vt interim etiam ostendam vel ex ipsismet rebus, neminem vnquā posse decretum aliquod accurate constituere absq; ope ipsius logicæ disciplinę. Deos autem testor me non secus hęc narraturum ac mihi euenerint: iam ergo narrationem aggrediar. Quo primum tempore ille qui hæc profitebatur dogmata, me Athenæi sententiam docere nitebatur: ego in primis ab illo requirebam, vt nominum multiplicitatem exquisite distingueret: quippe quum me profectò lateret, quando ille calidum, vel frigidum, vel humidum, vel siccum, vel aliquod aliud huiusce generis nomen proferret: in quam subiectam rem illud foret referendum: dicebam etenim albus non modo color ipse dicitur, sed corpus quoq;, quod eo colore imbutum est. nam vt colorum dicimus hunc album esse, illum nigrum, alterum rubeum, alterum vero flauum, alterum pallidum: ita etiam de corporibus quæ istis coloribus infecta sunt, loquimur. cygnum enim & lac album dicimus, coruum vero & ęthiopem nigrum. Et eodem, inquam, modo sæpe audio qui corpus ipsum, vtpote ignem, calidum appellent, nonnunquam solam qualitatem eam quæ illi indita est. Vnde quum album profers, non etiam percipio quid tu mihi velis significare, solamne qualitatem, vel prætereа & corpus ea affectum. Ille autem statim ad hæc prompte admodum B respondit, fassus q; est se non qualitatem solam: sed vniuersum hoc, corpus inquam calidum, sic appellare. Verum quum iterum deinde illum percunctarer: Tu ne igitur elementum solum id corpus ais, quod summe calidum est, aut potius nec illa alioquin ab elementorum numero eximis quę moderate calida sint? & hoc idem de frigido quærebam humido q; & sicco. At ille cœpit hæsitare, nec amplius ita expedite respondebat. dixit attamen. Ecquid tibi hoc tandem refert? Plurimum inquam: tanti nimirum, quanti, vt vel infinita sint elementa constituenda, vel finita. Quoniam si quis in elementis vel mediocria calida, aut frigida, aut humida, aut sicca posuerit: cogetur statim fateri infinita elementa. sed qui id tantum quod summum est: non amplius infinita, quum id in vnoquoq; genere vnicum sit, vt demum finita quatuor q; futura sint elementa. Igitur ait ille: Tu quoq; hoc modo accipe finita quatuor q; elementa. Tum ego, iam ita satis constat ea & prima esse, & simplicia, atq; sibi qualitates summas vendicare. Tum ille, & tu cur tandem hoc vel etiam q̃ par sit curiosius scrutaris? vt id quod dicitur (inquam ego) exactius apprehē dam. Ille vero, ita equidem dico & tu quoque ita intellige. Sed quum mox iterum interrogassem: tu, quæso, quo pacto iubes me elementum intelligere summe calidum aut humidum? ipse non parum perturbatus, ac ira incitatus respondit: Corpus id calidum appello, in quo calor supe- C rat, & eodem etiam modo frigidum & humidum, & siccum, vbi vnumquodque eorum quæ nūc recensuimus, excellit & exuberat. Nihil sané vetat (dicebam ego) quin ita loquamur. nam & panis, & lens, atque etiam ptisana, & balneę calidę dicuntur: attamen nūquam putarim te hoc à me exigere, vt existimem vnumquodque horum esse elementum, sed id potius quod summe calidum est, & humidum, & pari modo quod summe siccum & frigidum est, quum sit opus vt simplex sit elementum, & cuiuscunque mixturæ expers. Qui ait, sic tu quoque intelligas, neq; enim is sum qui velim asserere lentem aut ptisanam esse elementum. Atqui, inquam ego, quotiescunque existimauerim id corpus esse elementum quod summe calidum sit: quid aliud putauerim ego quam ipsum ignem? Esto dixit ille, ignem puta. Vis ne igitur, dixi, vt ratione eadem quod summe humidum est, aquam arbitrer? vix tandem ille assensit. Quare, inquam, ad ignem, aerem, aquam, & terram, vnde maxime inter initia aufugiebamus, demum deuoluimur? Ille vero inquit, tu es qui istis rationem conturbas: statim q; ad alios discipulos conuersus ait: Hic in dialecticis studijs educatus, ac inde quadam veluti † scabie repletus (ita enim ipse loquebatur) omnia distorquet, peruertit & confundit, nos fallacibus quibusdam rationibus petens, vt quam ipse sit dialectices peritus ostendat. Accessit igitur ac postulauit nos arbitrari calidum multiplex habere significatum, pri- D mum vt qualitatem significat, quemadmodum album, colorem: deinde vero corpus id quod ea qualitate summa affectum est: tertio loco illud in quo hæc qualitas alias superat, calidum nuncupatur, sicuti balneum. Verū nos qui nunquam istius modi sosphismata diluere didicimus: illi qui ea cōtexuit soluēda relinquemus. Porrò hęc mihi ęuenere quū annū agerē decimū nonū. Post modū aūt ne cōtētiosus viderer, plurima silētio p̄teribā, mecū tn̄ ipse cū alia multa, tū vel maxime elemētorū rationē meditabar. atq; ēt nō parū admirabar. Athenæū nō animaduertere q̃ se ipsū cōfūdat, dū calidū, frigidū, humidū, & siccū nominare audet, & ea ignē, aquā, aerē & terrā dicere recusat. Equidē, ait ipse: q̃ppe quū ꝓxima sumere velim aīalium elemēta, nō q̃ corporū oīum cōia sint. ꝓxima vero propria appellat, ita nimirū vt nullius alterius sint. Ego vero inter huiusce libri initia p̄fatus sū, plurimū inter ea q̃ videnť, iteresse, & ea q̃ vera sunt elemēta: nō erit tn̄ ab re, vt mihi q̃dē videť, si de re hac i p̄senti quoq; lōgiorē habuero sermonē. Etenim si elemētū minima sit simplicissima q; rei particula, atq; hoc si sensu deinde metiri oporteat: ꝓfectò os, cartilago, ligamentū, vnguis, capillus, adeps, caro, neruus, medulla, filamēta, mēbrana, & tandē (vt oīa vno simplici q; verbo cōplectar) similaria cūcta erunt humanorū corporū elementa. Est ne igitur quispiā locus vbi Athenæus reperiatur posuisse hæc in elementis? Atqui ille ipse scriptū reliquit, similaria quæq; ex primis esse cōfecta elemētis, alias post modū animantis particulas ex similaribus cōstitui. Qui si ēt interrogaretur, quænā essent carnis, exēpli gratia, aut pinguedinis elemēta: calidū procul dubio respon-

† male leg. in præl.cod.græ. χώρας pro ψώρας.

respondisset frigidũ q́ȝ, humidũ, & siccũ. Quare pari passu ossis ẽt & cartilaginis, nec nõ & capilli, E diceret ille calidũ, humidũ, frigidũ & siccũ esse elemẽta. Iã ergo tẽpus esset ab eo percunctandi, qua lẽ nã sibi vellet humidũ vel siccũ, calidũ vel frigidũ: humidũ etenim ẽm exuperantiam, caro est: sic cutim vero, cartilago, sicut os frigidũ & siccũ: adeps, calida & humida, atqȝ ẽt cætera similaria ex aliquorũ simplicium dominatu sigillatim talia erunt vel talia: & proinde siquis illud esse elemẽtum statuerit, quod aliquo istorũ excessu calidũ sit aut frigidũ, aut humidũ, aut siccũ: porrò os, & cartilago, & neruus, nec nõ & reliqua huiusce generis, prima erunt humano corpori elemẽta. At noluit Atheneus illa esse elementa: sed ea quæ hæc ipsa constituunt. Liquido itaqȝ constat ꝙ ille sensum transgreditur, ad ea q́ȝ ꝓgreditur quæ vere & ex ipsa ratione prima sunt & simplicia, & quæ nequaq̃ amplius ꝑ alicuius in eis dominationẽ talia vel talia sunt. siquidẽ essent tunc & hæc ipsa concreta & à proposito bifariã aberraremus. Nã & propterea sensilia missa fecimus: vt quippiã ꝙ simplicius esset, inquireremus, & tñ nihil deinde in his additis ꝙ simplicius esset assecuti sumus. Etenim in illis euidẽtibus, si nõ aliud hoc saltẽ habebaẽ: ꝙ cõperta hęc nobis erãt cõfessa q́ȝ, quũ nemo non fateaẽ cartilaginẽ, mẽbranã, & adipẽ, cætera q́ȝ similaria primas esse, si sensui attẽdamus, simplicissimas q́ȝ particulas. Quòd si hæc ob id aliquis dimittat, quia natura cõposita sunt, quantũlibet sensibus simplicia videanẽ, nec postmodũ aliud quicquã ꝙ simplicius sit, introducat: nescio profectò q̃ F possit ille honestã proferre excusationẽ, ne inaniter & superuacanea nugari videaẽ. Quotiescunqȝ .n. voluerit calidum frigidumve, similiter humidũ & siccũ nominare, quod ẽm dominationẽ tale est: iam elementa habet & satis ẽt perspecta: neruum inquam, membranam, cartilaginem, carnẽ, & ligamentum, & reliqua ẽt illa quæ nuper recensuimus. At si illud inquiris quod natura simplex sit: oportet statim id haud esse mixtum temperatumve, & pręterea summa esse qualitate affectum. Rursum igitur ad ignẽ remeas & aerem, aquam q́ȝ & terrã, quippe quod in his solis qualitates reperire possis absq́ȝ vlla mixtura temperie q́ȝ. In igne nimirum, calorem summum, summam q́ȝ siccitatem: summum frigus cum siccitate in terra, & in reliquis reliquas, prout sua cuiusq́ȝ natura postulat. Porrò si quatuor elementa nolueris ponere, sed ex his vel duo vel tria: possis forsitan huius aliquã afferre rationem. At affirmare esse elementum, quod summe humidũ est, simulq́ȝ mox arbitrari illud esse quippiã ab aqua diuersum: extremæ cuiusdam ineptiæ est, nisi forsan solas velis qualitates, nec ipsa illis affecta corpora, esse elementa. nã tunc non aqua, sed humiditas elementũ erit, nec ignis, sed summus calor. Quòd si ita fuerit, primum quidem iã vltra ignem aerem q́ȝ, & aquã, & terram, tuam profers rationẽ, qui ne ea quidẽ attingere audebas, vtpote quia medicinam excederent. deinde vero facile cõuinceris ꝙ ignores q̃ ab elemẽto principium differat. Iam.n. ꝙ summus G calor sit igne simplicior, atqȝ ẽt ꝙ illo ad materiam accedẽte ignis gignaẽ: pro cõfesso ab omnibus philosophis habeẽ, quos ipse imitari studet. Et fatẽtur ẽt oẽs ꝙ materia quædam, quæ omnibus elementis subiecta est, quæ q́ȝ omni caret qualitate, necnõ & summus calor in ea procreatus, sint igni suæ generationis principium. & præterea ꝙ hęc eadem materia sit semper ab omni penitus generatione & interitu immunis, qualitas vero ea sit, quæ in illa gignatur & intereat. & quòd opus sit, vt elementũ sit eiusdẽ generis cum illo, cuius est elementum. Eo.n. elementum à principio differt, ꝙ minime sit necesse principia in eodem esse genere cum his, quorũ sunt principia, sicut elemẽta ad idẽ semper genus pertinent. Simplex nanqȝ qualitas, compositæ qualitatis: & simplex corpus, corporis compositi est elementũ. Quòd si calidũ frigidum atqȝ humidũ & siccũ dicunẽ tripliciter: nã vel sicuti qualitas, vel sicut corpus impermixtũ, vel sicut illud quod mixtũ est: nec ipsa deinde qualitas elementũ esse videtur, neqȝ ẽt mixtum temperatum q́ȝ corpus: relinquitur ꝙ elementum sit id corpus, quod est cuiusq́ȝ temperamenti ac mixturę expers, quod q́ȝ qualitatibus sit simplex, & tandem ad ipsum ignem, & terram, & aerem, & aquam deueniẽdum est: in quibus primis summus est calor, & summum frigus, atqȝ ẽt humor & siccitas. Quòd si quis ea non audeat fateri elementum, ea ꝑꝑ, ꝙ ex ipsis nullũ aut è corpore detrahimus, aut eidem imponimus: is summã quandam præfert stoliditatem. Iam.n. quum ea quæ ex elementis constant, nostris offerimus corpori- H bus: eisdem quoqȝ elementa omnino adhibemus. At non sincera, aiunt, neqȝ sola. Igiẽ peruerse ẽt dictum est, non detrahi, neqȝ apponi elementum: nam nec ita absolute proferendum erat: sed potius, quòd non solũ, aut non sine mixtura, aut per se. Verũ enimuero nec quid tandẽ illi velint conficere videre possum: neqȝ.n. ideo elemẽtorũ contemplatio iure inutilis habenda est: quia nullum eorum quod quidem mixtum cum altero non sit, nostris offeramus corporibus. Atqȝ etiam non ob id perperam pronuntiatũ est, ignẽ, aerem, aquam & terrã esse elementa: ꝙ illa, quæ ex his composita sunt, nobis in vsum veniant: nullũ vero ipsorum seorsum ab alijs, solum q́ȝ, & per se nobis vtile sit. At vero & ipsis propemodũ sinceris huius vniuersi elementis sæpe vtimur, quem ad modum aqua quotidie cũ bibimus, aut lauamur, vel alio etiam aliquo modo: & aere qui nos vndique ambit, dum illum inspirando attrahimus. igne quoqȝ interdum quum frigemus, ut caleamus vtimur. Vt tandẽ minime videã, quid ipsi cõficiãt, quũ aiunt: nunquã ignẽ, aut aquã, aut aerẽ, aut terrã vel detrahi è corpore nostro, vel illi apponi. Etenim ego facile affirmauerim eũ qui alget, & ad ignẽ vt calefiat, accedit, ignẽ corpori adhibere, & aquã illũ qui bibit, illũ ẽt q respirat, aerẽ. Atqui animantia quoqȝ quæ vel arena vescuntur, vel terra, vel lapidibus, vel luto, vel ossibus, terrã manifesto in corpus introducũt. Quòd siqui ob id putẽt nullũ nos corpori offerre elementũ, qa nemo

catenus

A eatenus calefiat, donec vratur, vel bibat quoad rumpaẽ: erít nempe horum hominũ mirabilis ſapiẽtia, qui eouſq; deuenire nequiuerint, vt intelligerent q̃ ſi vel vnũ elementum intereat omnino: ſit ẽt ſtatim animal interiturum. Interibit aũt frigidum elementum, ſi comburatẽ: calidũ vero, ſi nimis refrigeretur. ſimiliter ẽt ſi nimis areſcat corpus, perit humidum: & ſiccũ, ſi nimis humectetur. Vnde è contrario ſe habet hæc res, ac illi ſentiunt. Quia ſemper aut eximitur elementum aliquod, aut apponitur. Verum id fieri moderate oportet ab his qui animal incolume eſſe volunt: ſiquidẽ immoderatus eorum vſus ad interitum ducit.

Egere nos medicamentis & cibis ob ſubſtantiæ noſtræ alterationem ac diſſlationem. CAP. 7.

IAm autem id omnino aperire aggrediar, quod in hoc ſermone cõſequẽs eſt, quodq; iſtos imprimis latet. Omnia nimirum corpora quæ generantur & intereunt duplici tranſmutationi ſunt obnoxia, vtpote quorũ ſubſtantia tũ alteretur tum diffluat. Alteratur quidẽ quum calefit, vel refrigeratẽ, vel humectatur, vel exiccatur: hę.n. qualitates ſolæ poſſunt vniuerſam (vt paulo poſt expoſituri ſumus) ſubſtantiã, ac illam per totũ tranſmutare. Diffluiẽ vero partim per ſenſiles excretiones, partim vero p̄ eam q̃ latens diſſlatio appellatur. Quo deinde fit vt duplici egeat ꝓcuratione, ſi incolumis ſit ſeruãda: altera, qua quicquid in qualitatibus modũ exceſſerit, reprimatur: altera, qua B loco illius quod euacuatur, reſtituatur aliquid. Porrò excedẽtis immoderationẽ oppoſita qualitas emendat: quod vero deperdiẽ, nequaqua per oppoſitã qualitatem reparatur, quum opus, ſit, vt id quod reparatur, ſit priori deperditæq; ſubſtantiæ q̃ ſimillimum, ſiquidẽ in illius locum reficiendũ eſt in animante. atq; hoc ipſum, nutriri inquã corpora, ex quadã nimirũ ſubſtantia fit illi ſimili q̃ prius fuerit euacuata. Vnde ẽt (vt equidem arbitror) ea ſubſtantia alimentum appellata eſt. At uero quum ſolam eam tranſmutationem in ſubiecto quærimus, q̃ p̄ qualitates fit, nõ amplius illa p̄ q̃ idipſum agimus, alimentũ, ſed medicinas potius appellamus. Sanè quum nulla qualitas ſeorſum à ſubſtantia reperiri queat: proinde cogimur eas vnà cũ ſubſtãtijs aſſumere, ac ita corporibus illis egentibus offerre: q̃ ſi ſummas eas expoſcãt, ipſum elementum adhibemus, ignẽ inq̃, aut aquam, aut terrã, aut aerẽ: vbi vero mediocri ſit opus, mixto ex elemẽtis vtimur. vnde ſi excalfacere voluerimus, eiuſmodi medicamentũ eligemus, in quo maior ſit ignis q̃ alicuius illi contrarij portio. cõtra vero, ſi refrigerandũ ſit. Nõ nunq̃ vero ſi vtrunq; horum procurare inſtituerimus, alterare inquã & alere, eã tunc ſubſtantiã exquirimus, q̃ poſſit vtranq; operã pręſtare, eã nimirũ quam cibus, & eã quã medicamentum. Itaq; non amplius hoc expoſcant, vt vnumquodq; animal ignem ingerat, aut terrã, aut aquã, aut aerẽ, aut tandẽ, illud elementum, quod ſolum & per ſe ipſum ſit, & abſq; C vllo aliorũ cõſortio: quippe quum nihil nos illud vel tanquam medicinam, vel tanquam cibum offerre cogat: ſiquidẽ cibus rei nutriendæ ſimilis eſt. Et ſimile compoſito corpori, atq; ex elemẽtis contẽperato, eorum q; participi, id corpus eſt (ni me mea fallit opinio) q̃ itidem ex illis eiſdẽ cõſtitutum ſit. Nec ſanè ſemper elementum, vt medicina, vſui eſt, niſi eo fortaſſe tẽpore tantummodo quo corpus ſumma eget qualitate. Hæc igitur à nobis aduerſus eos prolata ſint, qui perperã Hippocratẽ intelligunt. Iam q; id ẽt præterea cõſpicuũ eſt, elementa in noſtros vſus ſemper venire, vt tamen ea nonnunquã ſola & ſimplicia veniant, quandoq; vero vt in mixtione vincentia, & tandẽ prout corpus id conſtituunt, quod poteſt nobis vel alimenti vel medicamenti vſum pręſtare.

Sæpe Hippocratem qualitatum nomine appellare omnium corporum elementa. CAP. 8

QVòd aũt Hippocrates ab ipſis qualitatibus, in libro de natura humana, ſæpius elementa nominet, atq; calidũ non ſolã ipſam qualitatem appellet, neq; illud etiã in quo vna quæpiã qualitas alias in mixtura ſuperat, hoc vocet modo, ſed potius corpus id quod eſt ſummo calore affectum, & frigidũ id in quo ſummũ ſit frigus, & ſiccum, in quo ſiccitas: ipſa tibi horum verborũ ſeries facile poterit apertũ reddere. Quũ.n. ait: ‖ quũ interit homo neceſſe eſt vnũquodq; rurſus ad ſuã ipſius naturã redire, ſiccũ ad ſiccũ, humidũ ad humidũ, calidum ad calidũ, frigidũ ad frigidũ: D non ſolas profectò qualitates, ſiccum, humidũ, calidum & frigidũ vocat: ſed eas ſubſtantias in quibus hæ reperiunẽ qualitates. Ipſę.n. ſunt quæ animali vita defuncto, abeunt, quę q; elemẽtis vniuerſitatis permiſcẽtur. Qualitates vero, poſſis forſan dicere, animãte mortuo interire, ad ꝓpriã aũt eas naturã redire, nõ itẽ. Sed præterea hæc quoq; tradit Hippocrates. ‖ Talis aũt eſt tũ animaliũ tũ aliorũ oĩum natura, oĩa q; ſimiliter oriunẽ, atq; ſimiliter occidunt. quippe quorum natura ex his oĩbus q̃ diximus, ſit conſtituta: & vnde vnum quodq; ortum habuit, in idipſum etiam (vt dictum eſt) pariter deſinit, & proinde ad idipſum tandẽ redit. Quo loco patet nõ ſolas illum qualitates appellare calidum, frigidũ, humidũ, & ſiccum: ſed ipſa elementa, quum ab his vniuerſa corpora ſuã trahant originẽ, & tandem in hæc ipſa etiam oĩa diſſoluanẽ. Quod vt attendas, quàmaxime te monitum velim, quum id quàm plurimos medicorum latuerit, qui credãt Hippocratem p̄terijſſe, quò minus ſtatuerit oĩum quæ gignantur & intereant corporum hæc eſſe elementa. In iſta.n. nuper à nobis recitata ſnĩa, quater reperies id vocabulũ, oĩum repetitum: ſed & ſuperius ‖ quum dixit, neceſſe eſt ſi talis ſit cũ aliorum oĩu m tum etiam ipſius hominis natura, hominem non eſſe vnum: & etiã in ſequentibus eodem viſus eſt vti modo. Multi attamẽ ex his qui Hippocratici appellari volunt, hoc conniuentibus oculis prætereunt: qui præterea etiam putant Hippocratem aliud per calidum, frigidum, humidum, & ſiccum voluiſſe præter communia rerum omnium elementa.

Nam

A 1.f.2.d.2.c. 1 col. 36.f

1. de nat. hum. tex. 14. 1ª 29. h

Ibi. tex. 15. 16. & 17.

Ibid. tex. 13. 29. f

1.de nat.hum. tex.1. 1ª. 29.d

Nam quòd ipse nunquã senserit ipsas istorum qualitates esse corporũ elementa: monstratum esse E existimo ex illis verbis quæ iam à nobis proposita sunt, atq; etiam non minus ex his dum ait. Item » nisi calidũ cũ frigido, & siccum cum humido se moderate & æqualiter habuerint, sed alterũ quod » valentius, alterũ quod imbecillius est, plurimũ superet: nulla vnquã futura est generatio. Quò loco nunquã velim mihi persuadeant, illũ arbitrari ex qualitatibus quæ ne seorsum quidẽ à corporibus consistere possint, animalia gigni: sed ex corporibus potius, quibus illæ qualitates summę insint: ea quippe sunt communia omniũ elementa. Quæ vero calidũ, frigidum, humidum, & siccũ ob aliquam horũ dominationẽ dicuntur, propria sunt vnicuiq;. Agedum, vt de homine nostrũ sermonẽ habeamus, is ex primis simplicissimis q; his sensibilibus elementis constat, quæ similaria appellant: nẽpe fibra, mẽbrana, carne, adipe, osse, cartilagine, ligamẽto, neruo, medulla, atq; ẽt omnibus alijs, quorum vniuersæ particulæ eandẽ omnino formã retinent: q̃ & ipsæ quoq; ex alijs quibusdã ipsis proximis gignunt elemẽtis, ex sanguine nimirũ & pituita, & bile vtraq;, pallida & atra. quæ itẽ ab illis ortum hñt quibus vescimur, quæ q; potamus: at hæc ex aere, igne, aqua, & terra gignuntur: ipsa vero hæc ex nullo amplius corpore alio cõstituta sunt, nisi quod ex materia & qualitatibus, & proinde has principia quidẽ esse ignis & aquæ, aeris q; & terræ concedimus, elemẽta vero nequaquã: illa aũt cæterorum omnium elemẽta esse dicimus, vtpote quum rerum omnium primæ sint minimæ q; ac ẽt simplices particulæ. F Itaq; nullus vnquam qui sanè mẽtis sit, dubitauerit ꝙ herbę oẽs stirpesq; & fructus geniti sint ex igne, aere, aqua & terra, neq; ẽt quod hæc animantibus omnibus sint alimenta: sed neq; de eo ambiget quispiã, ꝙ succi qui natura in nostris cõspiciuntur corporibus, ab his ipsis ortũ habeãt. Qui vero sint hi & quot, siquis ex nobis percunctet, ad ẽm librũ hanc huiusce rei inquisitionem distulimus. iam.n. coronidẽ primo libro imponere ꝑperamus.

Calidum frigidum humidum, & siccum elementa, ac cætera quæ alterantur corpora constituere, atque primas esse qualitates, quæ totam substantiam alterant & transmutant. CAP. 9.

EX his nimirũ succis similaria quæq; gignunt: ipsis vero simul coeuntibus, primũ id atq; simplicissimũ instrumentũ absoluitur, quod vnius functionis gratia à natura procreatũ est: mox aũt quũ hæc item vnà componuntur: aliud maius instrumentum perficitur. Et deinde ex his alijs simul coagmentatis, vniuersi tandem corporis integritas constituitur. Quibus de rebus in dissectorijs administrationibus actũ est. sed seorsum ẽt in alio quodam opere, quã habuerit Hippocrates de rebus q̃ per dissectiones corporum apparent, opinionẽ, literis mandauimus. At impræsentia de supremis elemẽtis sensum effugientibus, de quibus Hippocrates in libro de natura humana sermonẽ instituit, disserere proposui, qui asserit quidẽ eos succos quatuor propria ac proxima esse G nostri corporis elementa: cõmunia vero omniũ, humidũ, calidum, frigidum & siccum: ex qualitatibus quippe elemẽta nominat, ex quibus ẽt hñt, quòd elementa sint. Quũ.n. materiæ summus accedit calor, iã id vniuersum elementũ est: & eodem mõ quum summum frigus, aut humor, aut siccitas: nã nec quod album sit, aut nigrũ, aut leue, aut graue, aut pari ẽt ratione quod densum sit, vel rarũ, quodve premat, vel incidat, vel frangat, & (vt tandẽ in vniuersum loquar) ex nulla alia qualitate, nisi ex enumeratis illis quatuor, elemẽtũ esse iudicat. Solæ etenim hæ quũ materiã subiectã alterant, in cã sunt mutuę inter elementa transmutationis, sunt q; præterea stirpiũ ac animaliũ opifices. Porrò Thaletis ẽt sectatores ab ipsa huius euidentia coacti, tametsi id suis (vt iã ostensum est) decretis aduerset: mutuæ tñ elementorũ transmutationi assensere. Hoc aũt concesso, statim ea sequebatur conclusio, nẽpe vnã cõmumem q; elementis omnibus esse subiectam substãtiam. Quod » quidẽ & Hippocrates quoq; ea ipsa dictione quã priorẽ ascripsi, mõstrauit, quũ inquit. Nos neu » tiquã dolituros, si homo vnũ sit. Qua (quantũlibet ea breuissima sit) dicebamus doceri vtrũq; eorum, nimirũ & elementa plura esse, & natura ad alterationẽ habilia. Hoc ergo vt aptũ priori libro finem imponamus: iterũ repetendũ venit. Quũ substantia suapte natura alterationi exposita sit: mox quænã illæ sint qualitates inspiciendũ est, quæ hoc efficere possint. Hippocrates itaq; solita H antiquorũ breuitate vsus, vt præfatus est hominẽ, si vnũ sit, nunquã doliturum: statim calidum, & frigidum, & humidum, & siccum, ad omnes adhibet alterationes. Hoc ex euidentia accipiens, quòd corpora quę inter se vicina sunt, nata sunt sese mutuo transmutare calefaciendo, vel refrigerando, vel exiccando, vel humectando. At vero nec ipsum latuit, quòd si prius demonstratum sit, vniuersam alterari substantiam: statim subuertitur eorum sententia, qui aiunt apparentem corporum alterationẽ quandã esse concretionem, & secretionem: quemadmodum sensere Epicurus & Democritus, necnon, quanuis alio quodam mõ, Anaxagoras & Empedocles: horum enim alter similaria, alter quatuor quidem elementa, verum ea intransmutabilia introduxit. Nos vero eam rationẽ explicabimus, vt illã clariorẽ, & proinde probabiliorẽ reddamus: quæ talis erit. Si nos dolemus, neq; specie vna erit, neq; impatibilis nostra substantia: dolemus autem: quare non vna secundum speciem, neq; impatibilis erit substantia nostra. Atqui si patitur, oportet vt calefacta frigefactave, humectata aut exiccata patiatur: quum nulla alia qualitate possint, quæ sibi inuicem proxima sunt, alterari tota per tota. Nam nec graue si propè rem leuem accedat: propterea aut graue leue, aut contra leue graue reddetur: nec asperum si leni fiat vicinum, aut densum raro, aut crasso tenue. nullum enim horum id quod illi proximum est, totum potest,

& per

A & per totum immutare. Sed reliqua prӕterea sunt, durum & molle, viscidum & friabile: verum ex his molle quidem, & viscidum, ad humidorum: durum vero & friabile, ad siccorum naturam pertinẽt: porrò nullæ aliæ preter istas sunt tactiles qualitates. Quòd vero materię alterationes minime visiles sequantur qualitates, nec etiam eas quæ ad auditũ, gustum, aut olfactum attinẽt, iam oĩbus satis cõstat: verum & hæ quidẽ sunt e genere tactilium qualitatum: sed ab illis quæ proprie tactiles sunt, hoc differunt, ꝙ hæ neq; in omnibus animalium generibus consistunt, neq; substantias omnino transmutant. Quòd si hæ quibusdam tantummodo animantibus peculiares sunt, illæ vero vniuersam substantiam transmutant & alterant, & natura primæ sunt, & rerum oĩum cõmunes, & elemẽtorum constitutrices, manifestũ est ꝙ calor & frigus, humor q; & siccitas, cuiusq; rei substantiã constituunt. Et proinde recte Hippocrates | non hoĩs modo, sed aliorum etiã omnium naturam ex calido, frigido, humido, & sicco, esse constitutã pronunciauit. Si quidẽ hæc (vt pro confesso ab oĩbus habetur) mutuo inter se manifeste agunt: neq; a secretione & concretione habent, ꝙ agant, sed ex eo potius ꝙ ipsa substantia per se ipsam totã patitur & alteratur. Et equidẽ non possum non Athenęũ admirari, qui nec ista quæ nunc exposita sunt, nec ea ẽt, quæ ab Aristotele & Chrysippo addita sunt, proferre voluerit: sed cẽsuerit potius absq; vlla demonstratione elementa esse pro cõpertis accipienda. Attamen vbi aduersus Asclepiadẽ differit, horũ, etsi nõ prorsus oĩum, quoquo modo meminit, neq; tñ sub disceptandi formula: nã nec ordinem adhibet, nec logica vtitur methodo, dum illi aduersatur, eorum.n. meminit, sine vllo ordine illa discerpẽs. Vnde & hac parte dãnandus est, ꝙ rerum naturalium disciplinam ab Hippocrate institutã ipse prodiderit. Mihi vero iam opportunum videt, vt primo libro finẽ imponamus: nam alia quęcũq; his sectis, quæ impatibilẽ statuunt substantiã, cui intermiscẽt ẽt vacuum, obijci possunt, ea partim ab Aristotele & Theophrasto explicata sunt, partim à nobis, quo loco particulatim cõtra vnãquãq; sectam contrauenimus, quãuis id ex superabundãti fecerimus. Quantum.n. ad demõstrationem sciẽtijs congruentẽ attinet, hęc ipsa quæ hoc loco diximus, abũde satisfacere poterãt: siquidẽ neq; aduersari quisquã potest, quin substantia per se tota non alteretur, quippe quia statim e medio dolorem tolleremus voluptates q; preterea, & sensum, & memoriam, & rõnem, atq; etiam tandẽ ipsum animũ: sed neq; ꝙ alia sit qualitas, his quatuor exceptis, q̃ possit aliquid per totũ trãsmutare. Quare si res se ita habeat, primus profecto oĩum Hippocrates | videtur naturæ rerum oĩum elementa excogitasse, atq; quantum satis esse possit, demonstrasse. Neq; vero nos moueat, ꝙ ille suũ cõmentarium non inscripserit de elementis, quemadmodũ Asclepiades medicus: nihil enim hic refert, quũ veteres ferè oẽs videamus sua monumenta literarũ de natura inscripsisse, vt Melissus, Parmenides, Empedocles, Alcmęon, Gorgias, Prodicus, ceteri q; omnes. Sed & Aristoteles in libris de cœlo, & in libris de generatione & interitu, agit de elementis, Chrysippus in libro de substãtia: nec istorũ quispiam libros de elemẽtis inscripsit: verũ ipsis vocabulis non est plurimũ insistendum, uis.n. sermonis potius perpẽdenda est. Et equidẽ nihil ego interesse putauerim, si quis opus hoc de natura inscriberet, vel de elemẽtis, vel ẽt de generatione & interitu, vel de substantia. Quum tñ hac tempestate inualuerit hæc cõsuetudo ferè apud oẽs, vt huiuscemodi cõmentaria de elementis titulũ habeant, nos ẽt operæpretium duximus, vt de elementis ex Hippocratis sentẽtia inscriberemus. Iam q; videor primum hunc librũ ad calcem deduxisse: nam si particulã quãpiam ex ijs quæ ab Hippocrate scripta sunt, preterijmus absq; expositione, facile id poterit ex his vnusquisq; assequi quæ nos iam explicauimus, sicut illud: | ꝙ oporteat generationẽ non esse ex vno: et id etiã, ꝙ nisi calidum, & frigidum, & humidum, & siccũ, inter sese moderate ac æqualiter habuerint, sed alterum nimis alterũ excellat, fortius, inquã, id quod imbecillius est, nulla vnquã futura est generatio. Hoc.n. loco de eorum agit moderatione, atq; virium ęqualitate, quæ nos tum in libris de temperamẽtis, tum ẽt mox in alijs exponemus: & præterea quo pacto ea quę miscent, per D tota temperẽtur, solis ne qualitatibus, vt Aristoteles sensit, an potius ipsis etiam corporis substantijs, in sese mutuo penetrantibus: quę tamẽ non est opus medicum sciuisse, & proinde nihil de his Hippocrates pronunciauit: satis enim ipse habuit, si monstraret elementa per totum temperari. Quippe qm̃ hæc non parum vsui futura sunt, partim ad librum de tẽperamẽtis, quem paulo post prosequemur, partim ad librum de medicamentis, sed & in libro de curandi methodo de horum vsu abunde sumus sermonem habituri. Quantum vero ad præsens negotium attinet, hoc præterea dixisse satis fuerit, ꝙ ea quæ ab Asclepiade in libro de elementis contra illos proferuntur, qui totas substantias per totas misceri statuunt, minime eos attingit, qui solas aiunt qualitates temperari. Vnde ex hoc saltem capite si non ex alio, hoc decretum esset recipiendum, ꝙ tutius nimirum sit: dicendum que proinde est, ꝙ si vinum, exempli gratia, aquæ immisceatur: particulæ horum vtrorũq; in minima infringuntur, mox que inter se mutuo agunt & patiuntur: & eo facilius sibi inuicem qualitates impartiuntur, quo fuerint in minutiora redacta: & propterea qui id genus res permiscent, diutius eas commouent, eo commento diuisionem in minima molientes. Atqui & ipsa ratio dictat, qualitates eorum melius simul vniri, quæ magis & diutius fuerint commixta. Nam tempore opus est, vt eorum quæ commiscentur mutuæ particulæ inter se inuicem exacte agant, & patiantur, atque ita totum id, vnum & sibi vndiq; & penitus simile euadat. Et hac de causa

Ibid. tex. 15. fo. 29. f

Ibid. tex. 17. fo. 30. c. Ethi... de carnibus principio.

Ibi tex. 9. 10. & 11.

de causa non nulla possunt statim post mixtionem segregari: quæ si diutius permanserint, & tantisper, donec totum factum fuerit vnũ, nequit alterum ab altero amplius diuelli. Nos tñ iterum in libro de medicamentis, non nulla adhuc de ratione temperaturæ quæ per totum est, dicemus.

GALENI DE ELEMENTIS
LIBER SECVNDVS
Victore Trincauelio interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

De Quatuor Humoribus agit, qui sunt proxima sanguine præditorum elementa.

Quæ sint proxima Animalium sanguineorum Elementa. CAP. I.

1. de Natu. huma. tex. 18. 1a. 30. c

SEd iam opportunum fuerit, vt ad secundum librum accedamus. Vt enim Hippocrates demõstrauit calidum, frigidum, humidum & siccum, esse cõmunia rerum omnium elemẽta, mox ad alterum transit ‖ elementorum genus, non amplius quidem primum, aut commune, sed animalium sanguineorũ proprium. Sãguis etenim, pituita q; & bilis vtraq; flaua ac atra, sunt non modo generationis hominum, sed cæterorum etiam animantium sanguine prędıtorum, elementa. Hominis vero propria sunt ipsę particulę minimæ, quæ similares appellantur: quãuis & in his aliquam habeat cum nõ nullis sanguineorũ animalium, cõmunionem, sicut cum boue, cane, equo, & quibuscũq; alijs huiusce generis. Siquidem hęc oĩa venas habent, & arterias, & neruos, & ligamẽta, & mẽbranas, carnes'q;, attamen non oĩa vsquequaq; humanis similia: immo quædam etiã sunt alterius cuiusdam generis, qualia vngulæ, cornua, aculei, rostra, squãmæ, & cortices. Vnde, quẽadmodum cõmunia omnium elementa erãt calidum, frigidum, humidum, & siccum: ita rursus propria vniuscuiusq; animalis sunt particulę illę, quę sensu primæ habẽtur, de quibus in dissectionum ptractationibus sermo habetur: inter has vero, & illa mediũ in nobis quidem humores quatuor locũ obtinent: in alijs vero aĩantibus quicquid vnicuiq; illorũ proxima fuerit generationis materia: nam hoc sanè modo id cõsueuerunt appellare, ex quo primũ fit aliqd, nulla pręterea media egẽs trãsmutatione.

Constare ex quatuor Humoribus Animalia sanguinea, qui in sanguine natura continentur. CAP. 2.

AT vero q̃ omnes sanguineorum animantium partes ex matris sanguine gignantur, iam satis omnibus constat. Et quum is sit pituitæ, necnon & vtriusq; bilis, particeps, non absq; ratione ex hoc capite dissidium ortũ est: quippe q̃ non nulli fuerint, qui ex solo sanguine assererẽt nos esse genitos, alij vero ex succis quatuor. Nec ęque est deinde in his facile veritatẽ mõstrasse, ac in primis elementis: siquidem vtraq; horum sentẽtia probabilitate nõ vacat. Ego vero conabor ea explicare, vnde adductus est Hippocrates, vt sentiret, humores quatuor materiam esse generando homini, hinc tñ sumpto, exordio. Similaris quidẽ & caro est & neruus: verũ caro sanguinea & mollis est, atq; etiam calida: at neruus in his omnibus contra ac illa se habet, vtpote qui exãguis sit, durus, ac frigidus. Verum enimuero nec illa oĩno mollis & calida est, neq; durus ac frigidus est neruus: sanguis quippe carne mollior ac calidior est, os autem neruo durius & frigidius: & ita cæteræ particulæ sigillatim se habent, nã hæc quidem altera frigidior est, illa vero calidior, atq; hæc mollior, illa durior. Ecquid ergo ex eadem omnia procreata sunt substantia: vel potius sagax rerum opifex natura, quo primum tpe ex sanguine ab ipsa matre in vterũ delato, fœtũ procreabat atq; efformabat, quod in eo crassius erat, ad solidiora corpora constituenda attraxit, quod vero tenuius, ad molliora, & simili ẽt modo, quod calidius erat, ad calidiora, & etiam quod frigidius, ad frigidiora? Et sanè mihi videtur quidẽ longe esse magis naturę consentaneũ, & statim ab ipsis initijs formari fœtum, ac subsequenti etiam tpe vniuerso vnamquãq; particulam suũ habere alimentum augmentũ'q; ex propria peculiari'q; materia. Nam sanguis, vt lac etiam, vna quædam res videtur, ratio tñ docet illum non esse vnum, sicut nec lac. Nã in lacte aliquid est, quod oĩno serosum ac tenue est: aliquid ẽt quod penitus casei speciẽ refert, crassum'q; est: & dum hæc simul erant contemperata, lac constituebant, quod inter caseum mediũ erat & serum: simul aũt vt discernuntur, & propria eorum forma inde ostendit, & præterea docetur lactis naturam vnum non esse vsquequaq;, sed ex contrarijs atq; ẽt differẽtibus concretũ. Quẽadmodum igitur in lacte & serũ reperitur & caseus: sic & in sanguine liquor quidã est, qui sero in lacte ex proportione respondet: est & id quod veluti limus quidã ac fex sanguinis est, & caseo in lacte assimilat̃. Sed & fibras in sanguine deferri nemo est qui videre non possit: quę si ex eo detrahantur, iã non concrescit amplius sanguis: qui deinde non parum, illis exẽptis, colore ac substantia differt: quippe quũ ex eo pars quędam omnino rubra videatur, alia vero potius flauescat, quædam etiam magis ad atrum vergat, nõ

nunquam

A nunquã vero & aliquid albicans se in illius superficie aperte offert, interdũ tamen totus ferè videtur liuẽs, sæpe adeo nigricat ut, me hercle, purpurã admodũ plenã referre videatur. Vnde sanguis minime vnũ erit. Quia si esset re vera vnum: esset nimirũ (vt mihi quidẽ videtur) in omnibus cũ animantibus tũ hominibus vsquequaq; similis, attamẽ qñq; quod crassum nigrum q; est adeo alia in eo superat: vt vniuersi corporis color nigrior videat, cicatricesq; nigriores reddantur atq; venę in cruribus varicosæ fiãt, & liuenti quodã colore suffusæ. Quandoq; vero quod flauũ est, ea superabundat: vt id facile & ex capillis, & ex corporis colore, & præterea ex vomitu, & alui deiectionibus conspicere possis. Non nunq̃ etiã id quod aut rubrũ est aut albũ, quæ & ipsa tum in colore totius corporis, tũ in vomitu & alui excremẽtis notari possunt. Quod si ipsas etiã venas seces hominibus qui prospera adhuc fruũtur valetudine: ab his quidẽ flauus profluet sanguis, ab alijs ruber, ab aliquibus nigrior, ab alijs albior. Sed si medicamentũ insuper exhibeas, quod vim habeat corpus purgandi: illud eiusmodi quidem humorẽ euacuabit, qualẽ attrahendi vim insitam habet: verum non tantundẽ in quacunq; corporis natura, siue sanum id sit, siue ægrotet. Nã (vt à morbidis exordiar) si laboranti morbo regio medicamentũ dederis ex his ínq̃ quæ bilem eam quæ flaua aut pallida appellatur, educunt: plurimam ille bilẽ deijciet. Si vero idipsum ei dederis, qui aqua te B netur intercute, quam leucophlegmatian græci vocant: bilis admodũ parum educes. Si rursus medicamentũ obtuleris quod vim habeat soluendi pituitam: id quidem exiguã ab eo qui morbo arquato arreptus est, pituitam detrahet nec sine ingenti illius noxa: plurimũ vero ab illo qui ea intercute aqua laborat, quã nuper nominauimus, & absq; vllo incõmodo. Atqui & eis qui morbo elephanti obnoxij sunt, medicamentũ purgatoriũ quod atram bilẽ purgat, tradidimus sæpissime, & sub inde copiosam facilem q; & cũ vtilitate maxima euacuationẽ consequentem vidimus.

Aduersus Asclepiadem medicamenta purgantia proprium humorem vacuare. CAP. 3.

AT Asclepiades, qui optima quæq; huius artis ꝓpter illos admirabiles tumores meatus q; sua oratione euertere sibi proponit: conatur nos dissuadere, ꝙ medicamentũ quodcunq; peculiarẽ sibi humorẽ detrahat, sed illũ potius transmutat, conuertit, alterat, ac tandẽ in sui ipsius naturam id quod ipsum trahit, qualecũq; fuerit, corrumpit, nec deinde iuuamentũ, quod purgationem consequi videmus, ait ipse euenire propterea ꝙ id vacuetur quod infestabat: sed ex cõmuni potius euacuationis ratione. Sic igitur Asclepiadis sermo apparẽtibus impudẽter aduersatur. Porrò quod apparet, vt Hippocrates ceteri q; medici qui rẽ hanc experientiæ examine indagãdo didicere: ita, vt nos antea diximus, se habet. Nã si bilioso homini medicamentũ quod pituitã purgãdi facultatẽ C habeat, exhibere tentaueris: sanè nõ dubito quin sis hoc illius decretũ nõ sine damno experturus. Præterea, si purgatoria medicamẽta, ea tantũ ratione iuuãt ꝙ euacuãt: cur nõ oĩbus venas secamus hominibus, qualescũq; illi sint, graciles, aut crassi, siue regio morbo teneãtur, siue bili atra vexẽtur? Atq; ex his plurimi, q graciles erãt, ex purgatione humoris, à quo infestabãtur: nõ parũ præsidij reportarũt, à qbus si sanguinẽ detrahere auderes: interitũ protinus inferres. Sed Asclepiades ab illis tumoribus meatibus q; ac incõpactis elemẽtis cogit̃ hæc ꝓferre: qppe quũ hoc sequatur, vt nulla sit qualitas nostrę naturæ aliena, adeo vt neq; etiã eorũ excremẽtorũ q̃ quotidie ꝑ aluũ vacuãtur: & proinde quũ aluus supprimitur: nos ratione multitudinis lædemur, illiq; remedio erit vel parce vesci, vel omnino à cibo se cõtinere. Et plurima suis sermonibus Asclepiades cõmentus est, q̃ cum his pugnãt quæ euidentia sunt. Et sanè hęc illis quidẽ occasionẽ dubitandi præstãt, qui ea ignorãt quæ apparent: at illi qui horũ periti sunt, istius hominis impudentiã admirãtur & stupent. Cæterũ nos cõtra Asclepiadis audaciã in alijs plura afferemus: nũc ad ea quę manifesto apparent redeuntes, Hippocratis verba sequamur: qui ne vaticinari quidẽ potuisset, fore vnquã medicũ quẽpiam adeo imperitũ, et impudentẽ, sicut fuit Asclepiades vt vel ignoraret ea q̃ sunt in arte ita exigua, vel si calleret ea, neget se nouisse: quod (vt reor) in causa fuit cur nostra, dũ horũ impudentiam insectaD mur, lõgior q̃ par sit, euadat oratio, Hippocratis vero, breuis & cõcisa, vtpote q id quod euidenter apparet, absque vlla probatione scripserit, quum ne suspicatus quidẽ, vnquam sit, vllum fore qui hæc ignoraturus, aut etiam negaturus esset.

Hominem vnum humorem non esse, sed quatuor humores necessario in se continere. CAP. 4.

NAm aduersus eos, qui autumãt hominẽ esse solũ sanguinẽ, vel quoduis aliud quod vnũ sit: illi hoc tantũmodo dixisse satis fuit, vt nimirũ cẽseret eos ostẽdere hominẽ qui nec formam mutaret, nec alioquin varietur, & tũ in aliquo anni tẽpore, vel aliqua sui ętate videretur ipse vnus « solus q; sanguis. Na cõsentaneũ rationi videtur (ait ipse) vt aliquo saltẽ tẽpore, id quod in ipso vnũ « est, repræsentet. At deinde, vt mõstraret bilẽ duplicẽ sanguini semꝑ esse permixtã, flauã (inquã) & atrã, et pręterea tertio loco pituitã: quæ ex natura in ętatibus et tẽporibus vidẽtur, explicauit. Si n. « (inqt) homini medicinã pituitã purgantẽ exhibueris: ille tibi pituitã euomet: ꝙ si medicamẽtum « dederis quod bilẽ ducat: vomitu bilis reijcietur, si particulã quampiã corporis ferias ita, vt vulnus « infligatur, profluet ab eo sanguis. Hęc vero (ait) tibi euenient quotiescunq; id effeceris nocte, aut « die, hyeme, aut æstate. Deinde ostẽsurus his eius naturã cõstare, hoc est ꝙ ex his oĩbus partes ipsius « & ꝓcreatæ sint & alantur: hæc ꝓfert. Primũ quidẽ homo semꝑ donec vixerit, videt̃ manifesto ha- « bere in se ipso hęc oĩa: sed & ex hoĩe, in quo sunt hæc oĩa, genitus est, & in homine, vbi ea sunt oĩa

Ibid. t. 7. f. 19. a
Ibid. t. 27. fol. 31. a

quotquot ego affirmo & mõstro nutritus eſt. Hæc, quotieſcunq; voluerit quis è medio temeritatẽ E Aſclepiadis auferre: ſatis ſunt ad monſtrandũ id quod propoſitũ eſt. Quia, ſi vnumquodq; purgãtiũ medicamentorũ humorẽ quempiam attrahit, nec aliquo tempore illud dabis quin proprium humorem euacuet: liquido iam cõſtat nullũ fore tempus, quo homo expers ſit humorũ quatuor. Eius etiã ortus ex ſanguine materno fuit, non quidẽ puro, ſed cui eſſent tum pituita, tũ duplex intermixta bilis. quũ ſit oſtenſum hominẽ quolibet tempore hæc in ſeipſo cõtinere. Itaq;, ſi & ex his homo genitus eſt, atq; etiã ab his ſuũ habet & alimentũ & incrementũ: hæc ipſa illius quoq; natura erũt. Porrò hęc ſunt huius ſermonis capita. Sed eorũ q̃ particulatim in hoc libro dicuntur, nõ nulla eò ſpectant, vt de tranſmutatione per ætates agant, & anni tẽpora: alia vero fidẽ faciunt, nec eã exiguã, ꝙ vnumquodq; purgantiũ medicamentorũ humorẽ ſibi peculiarẽ attrahant, atq; etiam ꝙ homo egeat quatuor his, iã ſæpius dictis, humoribus. Iam.n. ea quæ, dum purgationes modũ excedunt, fieri videmus, oſtendunt quã propriũ humorẽ pharmacũ quodlibet attrahat. Quotieſcunque.n. quis medicamentũ hauſerit, quod vim habeat bilẽ vacuandi: vomitu huiuſcemodi humorẽ eijciet, mox pituitam, poſtmodũ bilẽ atram euomet, & poſtremo ſanguinẽ purum. Et hoc idem (ait ipſe) patiuntur à medicamentis q̃ pituitã euacuant: nam primũ pituitam euomunt, poſtea bilẽ flauã, deinde atram, tandẽ vero purũ ſanguinem, ac inde intereunt. Hæc quidẽ eſt eius dictio, ex F qua licet manifeſto ẽt inferre, ꝙ vnũquodq; medicamẽtũ, cui vis purgatoria ineſt, propriũ attrahit humorẽ. Quum.n. animal ſe ipſo imbecillius factũ fuerit, & à vi medicamenti omnino victũ, vt iã mors inſtet: tunc prioris humoris euacuatio deſinit, ipſam q; alterius mox ſubſequitur. Atqui (ſi Aſclepiadi aſſentiamur) ex duobus alterũ neceſſe eſt, aut nullũ prętercà humorẽ euacuari, aut eum ipſum qui à principio ferebatur: quia medicamẽto quidẽ, quod iã exhibitũ eſt, imbecilli facto, nullũ: eo vero vigente, & proinde id agente quod ex natura habet vt agat, illũ ferri oportebat, quod purgari ſtatim ab initio cœperat. Nam ſi prius quidẽ dũ corpus eſſet adhuc robuſtius, poterat medicamentũ colliquare & tranſmutare illud in id quod ſua fert natura: an nõ poterit hoc idẽ agere etiã nunc, poſtea q̃ imbecillius factũ eſt? ꝙ tamen agat patet, quippe quũ nihilo minus in præſenti euacuetur, diſſoluatur, ac corrũpatur corpus. Vnde igitur eſt hoc, ꝙ humor qui nũc euacuatur, nõ amplius priori ſimilis videtur? nulla ſanè alia de cauſa, prętereq̃ ꝙ vniuerſus propemodũ humor ille è corpore detractus eſt, vt deinde neq; incolume animal eſſe poſſit, vtpote quod vnũ omnino ex ſuis amiſerit elemẽtis, ſed diſſoluatur potius ac intereat: mox autẽ ex reliquis profluit humor ille, qui aptior eſt, vt euacuetur. Ob id igitur ſemp medicamẽtũ, ſiue atrã bilẽ vim habeat attrahẽdi, ſiue pituitã, quũ euacuatio modũ excedit, flauã bilẽ educit, quippe quæ & tenuiſſima ſit & calidiſ- G ſima. Quòd ſi medicamen id ex his ſit quæ flauã bilẽ cient: poſt eam ſtatim in excedentibus purgationibus pituita conſequitur, deinde vero atra bilis, ꝙ ea grauiſſima ſit craſſa q;, & ad motum inepta: omnium autem ſanguis poſtremus, is enim naturæ maxime affinis eſt.

1. de Natura hum. t. 29. & 30.

Ex quatuor humoribus gigni, augeri, atq; enutriri animalium ſanguineorum corpora. CAP. 5.

VNde & eorũ tam philoſophorũ q̃ medicorũ laudanda eſt ſententia, qui ſtatuerunt animal ex ſolo ſanguine & gigni & nutriri: vtpote ꝙ cõſentanea rationi pronuntiauerint. Hippocrates tñ propius ad rerũ naturã acceſſit, qui in ortũ & alimentũ incrementũ q; noſtrorũ corporum quatuor retulit humores. Nam (vt prius dictũ eſt) plurimã in his qui bene valent formæ corporũ conſpiciebat varietatẽ: quæ alioquin ſi vnus tantũ eſſet elementaris humor, nulla eſſet & prętereà etiã particularum naturas adeo diuerſas eſſe animaduerterat, vt minime videretur cõſentaneum, ipſas vel inter initia ſtatim ex eadẽ ſubſtantia fuiſſe procreatas, vel deinde vnico vſas alimento. At Hippocrates hęc omnia quæ ego modo expoſui: ipſe breuiſſima oratione complexus eſt, his nimirũ verbis. Quemadmodum enim ſtirpes & ſemina terrę mãdata, inde eorum vnumquodq; id H quod ſuæ naturæ congruum & affine in ipſa reperitur, attrahunt (terrę autẽ ineſt & acre, et dulce, & amarulentũ, & ſalſum, & cuiuſcunq; alterius generis). Sed id plurimũ ac primũ trahunt, quod maiorem habet cum ſua natura affinitatẽ, mox vero & alia quoq;: nec ſecus etiã in corpore agunt medicamẽta. Porrò hoc ſermone quæ ad nutritionem ſpectãt & euacuationem, quæ fit dum purgamur: exacte nos docuit, quæ tamen opus erit vt nos fuſius in noſtris commentarijs de naturalibus facultatibus explicemus. Verũ enimuero non erit forſitan ab re, nunc quoq; rem hanc ſummatim exponere. Sanè naturalis quædam vis rei vnicuiq; ineſt ea attrahendi quæ ſibi conueniũt: ſicuti in magnete vis eſt attrahẽdi ferrum. Atq; per hanc facultatẽ cum nutritiones tum euacuationes fiunt: ipſa quidem ſemper id quod conuenit attrahente, ſi illius copia ſuppetat: nonnunquam tamen cum hoc, aliquid eius quod illi non conuenit: quod etiam purgantibus medicinis euenit. Quippe quæ vbi vniuerſum id bilis, aut pituitæ quod in corpore fluitat (ſic enim dixerim de his quę in uenis continentur) attraxerint, ipſum peculiarẽ ſolidarum humorem partium vi & labore attrahunt, eas quaſi diſſoluentes & ad elementa deducentes, & animal internitioni tradentes. Violentiam vero illius attractionis alius quiſpiam humor conſequitur illi affinis, qui primum vi attrahebatur.

Ibid. t. 31. fol. 31 g

GALENI DE TEMPERAMENTIS LIBRI TRES

Thoma Linacro interprete

Rursus adhuc diligentius recogniti.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Declarat rationem inueniendorum Temperamentorum: ac in primo quidem libro in Antiquos inuehitur: & Vsum nominum, ac Numerum temperamentorum ostendit.

Propositum operis, ac de Nominum significatione. CAP. 1.

COnstare animalium corpora ex calidi, frigidi, sicci, humidi'q; mistura, nec esse horum omnium parem in temperatura portionem, demõstratum antiquis abunde est, tum philosophorum, tum medicorum præcipuis. Diximus autem & nos de ijs ea, quæ probabilia sunt visa, alio opere, in quo de ijs, quæ Hippocrates constituit, elementis egimus. C Hoc autem opere, quod illi ordine succedit, omnium temperamentorum differentias, quot hæ, quales'q; sint, siue generatim quis, siue membratim diuidat, inuenire docebo: sumam'q; ab ipsa nominum interpretatione principium. Cum nanq; ex calidi, frigidi, sicci, & humidi temperatura cõstari corpora dicunt, de ijs, quæ summo gradu sic se habent, ipsis scilicet elementis, aere, igni, aqua, terra, intelligendum aiunt: cum vero animal, stirpem ve, calidam, humidam, frigidam, vel siccam esse, non item: Neq; enim vllum animal aut calidum in summo esse posse, vt est ignis: aut in summo humidũ, sicut est aqua: pari modo nec frigidũ, siccum ve in summo: sed ab eo, quod in mistura præpollet, appellationẽ sortiri, vocantibus nobis id humidũ, in quo maior est humiditatis portio: siccũ, in quo siccitatis: ita vero & calidũ, in quo calidũ frigido plus valet: frigidum vero, in quo frigidum calido præstat. Atque hic quidem nominum vsus est.

A 1. f. 2. su. 1. c. ... 3. a

Rationes quibus non nulli duo tantum Temperamenta, non nulli quatuor posuere. CAP. 2.

NVnc de temperamentis ipsis agendum. Eorum igitur, qui tum medicorũ, tum philosophorum maxime illustres fuere, plurimi sanè opinati sunt humidum aliquod calidum'q; temperamentum, ab humido & frigido diuersum esse: ac tertium ab his, siccum & frigidum, diuersum à D sicco & calido. Non nulli tamen eorum, humidum simul ac frigidum temperamẽtum quoddam esse affirmant, atq; etiam ab hoc alterum, calidum siccum'q;: non tamen aut humidum simul & calidum, aut frigidum pariter & siccum, temperamentum esse: neq; enim posse aut humiditatem cum abundante calore consistere, aut cum frigiditate siccitatem: quippe absumi a calido, cum superat, humiditatem, itaq; fieri, vt calidum simul & siccum corpus euadat: eandem, vbi imbecillus in corpore calor est, incoctam, imperfectam'q; manere: quo fieri, vt calido vincente, sequatur siccitas: frigido superante, humiditas. Atque hi quidem his rationibus nixi, duas tantum esse temperamentorum differentias opinantur. Qui vero ea quatuor autumant, bifariam his contradicunt, alij statim primũ axioma negantes, nempe quòd necesse sit humorem à calido superante digeri: alij contra, id quidem assentiuntur, sed alia ratione dissentiunt. Ac priores quidẽ calidi munus esse, vt calfaciat, asseuerant: sicuti frigidi, vt refrigeret: rursus autem sicci, vt siccet: & humidi, vt humectet: Proinde corpora, quæ calida sicca'q; natura sint, quemadmodum ignis, ea, quatenus calida sunt, excalfacere, quatenus sicca, siccare: quę humida calida'q; sunt, velut calens aqua, hęc nõ humectare modo, sed etiam calfacere posse semper, vtraq; qualitate hic quoque vnum opus, id'q; inseparabile, obtinente: Haudquaquam igitur concedere se, si quid calfaciat, idem protinus & siccare, immo, si calori humiditas sit adiuncta, non calfacere modo, sed etiam humectare, quemad-

modum balnea dulcium a quarum: sin, sicuti calidum, ita etiam siccum corpus sit, veluti ignis, statim id, nõ tantũ calfacere, verum etiã siccare: non tñ id calori referendũ acceptũ, sed siccitati, quę simul est coniuncta. Admonent aũt hoc loco nos de ijs, qui sub æstiuo sole diutius sunt versati, atq; ita, vt credibile est, arefacti, ac totum corpus siccũ squalidũ q; habent, intolerabiliterq; sitiunt: quippe remedium his expeditum, & facillimum dicunt, non modo si biberint, sed etiam si calidæ & dulcis aquæ balneo vtantur, tanquam humiditate, siue ea cum frigore sit, siue cum calore, suum munus obire {semper} valente, quippe humectare ea, quæ contingat. Ad eundem modum & siccitatem semper aiunt siccare: Boream enim, qui siccus & frigidus sit ventus, omnia siccare ac refrigerare: id q; esse dictum ab Homero: Vt vero humentem desiccat protinus agrum, Autumni Boreas. Pari modo & papaueris lachymam, & alia sexcenta pharmaca siccare pariter & refrigerare: Itaq; non esse necessarium, si quid frigidum est, idem protinus & humidum esse: nec, si quid calidum, idem statim & siccum: Neq; igitur calidum temperamentum necessario esse siccũ, immo posse aliquando in animalis temperamento calidum quidem plus valere, q̃ frigidum: & humidũ, q̃ siccum. Quinetiam tum generationem, tum alterationem, tum mutationem, ex contrarijs in contraria fieri. Quis enim est, qui, si dixerit album alteratum demutatum q; esse propterea, q factum sit calidum, non sit ridiculus? cum postulet ea oratio, non eam, quæ est in calido & frigido, oppositionem, sed, quæ est in colore, mutationem: mutatur enim, quod album est, in nigrum, & quod nigrum est, in album: rursus, quod calidum est, in frigidum, &, quod frigidum est, in calidũ: ad eundem modum, & quod humidum est, in siccum, &, quod siccum est, in humidum. Quippe, si dicas alteratum corpus esse propterea, q, cũ prius esset humidum, nunc sit album: vel, cum prius esset siccum, nunc sit nigrum, parum compos mentis videaris: Sin, quod prius erat humidũ, nũc factum esse siccum: aut, quod prius erat nigrum, nunc effectum album: aut etiam ex calido frigidum, aut ex frigido calidum, vtique sapere & conuenientia dicere censearis. Quod enim mutatur, quatenus mutatur, eatenus cedere in contrarium debet: siquidem, factus est hic aut fit musicus ex non musico, dicimus, & grammaticus ex non grammatico, & rhetor ex non rhetore: ex musico vero grammaticum, aut ex grammatico musicum, aut ex alio, quod diuersi sit generis, fieri aliquid dicere, sane est absurdum. Potest enim, qui prius erat grammaticus, nunc musicus esse, vtique si musicen grammaticæ adiecit, nec grammaticen abiecit: atqui, si quid acquisiuit priore etiam manente, cui non patet non esse alteratum in eo, quod manet? Ita non ex grammatico factus est musicus, quippe nunc etiam, grammaticus est, sed ex non musico musicus: non enim potest post, quã musicus est factus, etiam non musicus manere. Cum igitur omnis mutatio & ab contrarijs & ex contrarijs fiat in contraria, manifestum est, etiam humidum, si, quatenus humidum est, aliqñ mutetur, tum ipsum siccatum iri: tum, quod id siccet, siccum dicendum esse. Desinant igitur, inquiunt, dicere, non posse calidum simul & humidum temperamentum esse. Quippe calidum simul & frigidũ esse idẽ temperamentum, aut humidum simul & siccum, nõ potest, cum fieri nequeat, vt in vno & eodẽ corpore contrariæ qualitates vna consistant: humidum vero simul & calidum, præterea frigidum simul & siccum, profecto in eodem consistere possunt: sicuti tum ratio ipsa demonstrauit, tum quæ paulo supra proposita sunt exempla. Ac talis quidem est, prioris propositarum partium oratio. Altera pars negat alienum a ratione esse, etiam si calidum efficacissimum e quatuor sit ita, vt non in frigidum modo, sed etiam in humidum agere possit, esse tamen temperamentum, quod calidum sit & humidum: vtiq; cum in primo statim animãtis ortu, humoris simul caloris q; copia in idem coeant. Ratio vero horum non illud efficit, q nequeat aliquando in eodem corpore humidi plus esse, quam sicci: & calidi, quàm frigidi: sed quod sub eiusmodi statu durare perpetuo non possit: Quippe digesto semper per calidum humore, spatio etiam siccum corpus effici: atque ita pro calido & humido, calidum siccum q; reddi: Iam hoc ipsum, quod calidũ & siccum est redditum, procedente tempore frigidũ siccum q; fore: vbi enim omnem eiusmodi corporis humorẽ calor absumpsit, ipse quoque, inquiunt, marcescere inde incipit, destitutus scilicet alimento, quod ipsum accẽderat. Neq; igitur mirum putant, tum inter initia statim, vt gignitur animal, conuenire in idem, aut humidũ plus sicco, aut calidum plus frigido: tum tẽporis processu, quod prius erat calidũ & humidum temperamentũ, postea posse calidum esse & siccum: æque vt postea, quæ sicca erat calida q; tẽperies, vbi calor ipse extinctus est, frigidã siccam q; euadere. Ergo esse quidem aliquod temperamentũ, quod calidũ sit simul & humidũ: ac rursus aliud, quod frigidum sit & siccum, ex istis confirmant. Non posse autẽ temperamentorũ differentias plures esse, quã quatuor, ex his docere conantur. Cum.n. quatuor statuuntur qualitates, quæ in se agere inuicẽ pati q; possint, nempe calor, frigus, siccitas, humiditas, oppositiones existere duas: alteram, in qua calidũ aduersatur frigido: alteram, in qua humidũ pugnat cũ sicco: eo q; quatuor, non amplius, effici coniugationes: Quippe sex fieri ex quatuor inter se copulatis coniugia, quorum duo subsistere non posse, cum neque humidũ pariter & siccũ, nec calidũ simul & frigidũ dari corpus possit: reliquas igitur esse quatuor tẽperamentorum coniugationes, duas humidas, & duas siccas, atque has calore frigore q; diuisas. Hæc sunt, quæ elegantissimi eorum, qui ante nos fuere, tum medicorum, tum philosophorum, de his dixere. Quæ vero mihi prætermisisse videntur, nunc adijcienda reor.

Perperam

A *Perperam antiquos Temperatam naturam omisisse, eamq; non esse calidam & humidam.* CAP. 3.

VNum igitur & primum id est, quod temperatam naturam, quæ tamen non virtute modo, sed etiam viribus, reliquis præstat, non aduerterunt, immo, tanquam nulla sit, prorsus omiserunt: quanquam ne loqui quidem de reliquis aliquid sine hac potuerunt. Quippe, quod vel in calida temperie calidum præualeat frigido: vel in frigida temperie frigidum præstet calido, id ne intellexisse quidem est, nisi prius ponatur eucratos siue temperata: neq; enim aliò, quàm ad hanc tẽperatam naturam sunt intenti, cum sanitatis tuendæ victum inuestigant, calidius iusto corpus iubentes refrigerare, vel frigidius excalfacere, vel rursus humidius siccare, vel siccius humectare: scilicet quo temperatum quendam mediocrem q; statum efficiant, id quod minus est, ei quod exuperat, semper æquantes. Ergo, quem assidue sectantur, & quò semper respicientes intemperatos status corrigunt, hunc ego quidem primum omnium statum cẽsuerim ab ipsis dici. † Hi vero, tantũ abest, vt eius vel meminerint, vt etiam totum prætereant. At non prętermimus, inquiunt ex his alii qui: in calido enim & humido comprehenditur. Et quomodo non quinq; esse in totum temperamenta dixistis, sed quatuor, si modo optimum nõ omisistis? quippe duorũ alterum, aut ex intemperatis statibus necesse est vnum esse omissum, aut ipsum temperatũ. Atq; ego quidem ex ijs, quę statuunt, temperatum ipsis prætermissum certo scio: vbi enim calidum & siccum, vel frigidum & humidum, vel aliud quoduis temperamentum nominant, non vtiq; summas à nobis intelligi qualitates postulant: immo ex ijs quæ superant, fieri appellationes volunt. Quòd si temperatum statum omitti nolunt, certe reliquorum aliquem omisisse conuincentur. Sit enim, sicut ipsi volunt, temperatus status is, qui calidus est & humidus: omissus igitur illis planè est is, qui frigido in temperamento aduersetur & sicco, nempe in quo humidum præpollet & calidum. At idem, inquiunt, is est. At qui fieri potest, vt simul exuperet calidum, & non exuperet: & superetur frigidum, & non superetur? si enim temperatus status est, neutrum alterum immodice exuperat: sin intemperatus, necesse est exuperet altera oppositionum pars. At hoc ipsum, inquiunt, temperati status proprium est, vt in eo calidum pręstet frigido, & humidum sicco: quippe, si frigidum modice quidem vincat, non esse commodum temperamentum: sin amplius exuperet, iam vtiq; morbum existere: æque vt, si vehementer exuperet, mortem: Ad eundem modum in sicco contingere: in principio quidem existere intemperiem: si amplius augeatur, ægritudinem: si plurimum exuperet, mortem: Ceu vero in calido & humido non idem contingat: quis enim non dicat, vbi C vel calidum frigido, vel humidum sicco paulo quidem plus valet, intemperiem ita fieri: vbi amplius exuperat, morbum: vbi plurimum, mortem? siquidem eadẽ est vtrobiq; ratio. Alioqui nec, qui calidi humidi q; immodice status sunt, eos vitio demus: nec, qui calidi morbi cũ humore immodico consistunt, eos esse morbos fateamur. Has quidem et eiusmodi obiectiones diluentes quidam Attalensis Athenæi sectatores, negant aut calidum humidum q; statum vitio dari, aut morbum vllum inueniri, qui calidus sit & humidus, sed omnino, qui vel calidus sit & siccus, vt febris: vel frigidus & humidus, vt aqua intercus: vel frigidus & siccus, vt melancholia. Faciunt hic & de anni temporibus mentionem: quorum hyemem, frigidam esse atq; humidam dicunt: æstatem, calidam & siccam: autumnum, frigidum & siccum: ver autem, tum temperatum, tum vero calidum humidum q; appellant: Ad eundem modum & ex ætatibus puerilem quidem temperatam esse, tum vero calidam humidam q;: porrò indicari autumant eorum temperiem ex naturalibus actionibus, quæ illa ætate maxime sint firmæ. Sed & mortem aiunt animantium corpora ad frigidum siccum q; perducere: quippe mortuos ἀλίβαντας vocari, quasi nihil humecti in se habentes, vtpote tum caloris abitione eo exhaustos, tum frigore rigentes. Quòd si, inquiunt, mors talis est naturæ, certe vita, cum sit illi contraria, calida est & humida: at vero, si vita calidum quiddam atq; D humidum est, omnino, quod illi simillimum temperamẽtum est, id optimum necessario est: quod si est, neminem latet, idem quoque temperatissimum esse: sic in idẽ recidere calidum humidum q; statum cum temperato, nec aliud esse temperatum siue eucraton statum, quàm caliditatem simul & humiditatẽ pollentes. Atque Athenæi quidem sequacium hæ sunt rationes: videtur q; & Aristotelis philosophi, & post eum Theophrasti, & Stoicorum, eadem esse quodammodo sententia. Ita testium quoque numero nos territant. Ego vero, quemadmodum Aristoteles de calida humida q; temperie senserit, in progressu, si res postulet, fortasse explicabo: videntur enim eum non recte accipere.

† *Addendum est ex Græcis.*

Ver non esse calidi & humidi temperamenti. CAP. 4.

NVnc id primũ agam, vt eos, qui sic sentiunt, in quo se ipsos fallant, doceam: mox rem totã in vnum coactam caput demonstrem. Cum enim calidum & humidum atq; etiam eucraton existimant ver esse, hic se manifeste decipiunt: nam neque humidum est, sicut hyems: neque calidum, sicut æstas: quare neutrum immodice: cum tamen ipsis authoribus excessum quendam indicet quoduis talium nominum. Bifariam autem sunt decepti: primũ quidem, quod in quatuor anni temporibus quartam temperamẽtorum coniugationem inuentam omnino volunt: deinde,

quod id ea ratione concludunt, quod sit ver hyeme quidē calidius, æstate vero humidius. Verum E nec quartam in temporibus anni statuere temperamenti coniugationem est necesse, nisi etiā talis appareret: & contulisse id cum temporibus vtrinque positis, non magis id humidum & calidum, quàm frigidum probat & siccum. Si enim calidum humidumq; excessus cuiusdam nomina sunt, non potest, nec ipsis quidem authoribus, verum esse, quod ver in omnibus mediocre sit: si autem eo, quod æstate humidius est, hyeme vero calidius, idcirco humidum est & calidum, quid causæ est, quo minus frigidū id siccumq; putes propterea, quod æstate frigidius, & hyeme siccius: vel quam sibi facit sortitionem, vt vnam partem oppositionis ab hyeme, alteram ab æstate, accipiat? quippe, cum ab vtroq; in vtraq; oppositionum parte dissideat, non ex dimidio collationem, sed ex toto, habere debebat. Atqui, si ita fiat, contraria illi inesse dicemus: nam calidum erit & siccum, si conferatur cum hyeme: frigidum & humidum, si cum æstate. Ex neutra igitur collatione, si modo integra est, calidum & humidum erit. Sed, si illis licet ex vtraque oppositione sumpto dimidio, calidum id humidumq; asserere, nobis quoque ad alterum dimidium transire, atque id frigidum & siccum dicere, quid ni licebit? scilicet siccum, vt ad hyemem: frigidum, vt ad æstatem. Omnia igitur hac ratione ver erit, humidum, siccum, calidum, frigidum: atqui illorum ipsorum sententia, non possunt quatuor qualitates in vna eademq; re præpollere: ergo neque æstati, neq; F hyemi ver comparare est æquum, sed potius ipsum per se æstimare. Neq; enim hyemem ipsam ea de causa humidam esse & frigidam dicimus, quod reliquis temporibus humidior frigidiorq; sit: immo id illi alia quoque ratione accidit: sed, quod humiditas in ea superet siccitatem, & frigiditas calorem, propterea frigida dicitur atque humida. Ad eundem modum & æstas, cum in ea humor vincatur à sicco, & frigidum à calido, ipsa quoque calida dicitur & sicca: siquidem æquum censeo quatuor anni temporū quodlibet ex suapte æstimatum natum natura, non autē ex alterius comparatione, calidum, frigidū, humidum, siccum've nominari debere. Quin etiam, si ad hanc formulā æstimes, apparebit tibi ver esse omnis excessus planè in medio: cum neque, sicut in hyeme, plus valeat in eo frigidum quàm calidum: neque, sicut in ęstate, minus: Ad eundem modum, siccitatis humiditatisq; æquabilitatem in eo species, neque scilicet in eo, sicut in æstate, præualente sicco: neque, sicut in hyeme, exuperante humido. Proinde rectè ab Hippocrate est dictum, Ver esse saluberrimum, ac minime morbis, qui mortem afferant, obnoxiū. Est & autumnus vtiq;, quàm ęstas, » minus calidus: sic vtiq;, quàm hyems, minus frigidus: quare hac ratione nec calidus absoluto sermone est nec frigidus, quippe cum ambo sit, ac neutrum ad summum: cæterum alterum in eo est incommodum, quod etiam Hippocratis illa sententia significauit, qua dixit, Cum eodem die mo G» do nos calor vrget, modo frigus afficit, autumnales expectandi morbi sunt. atque ea res est, quę » maxime autumnum morbiferum facit, inæqualis ipsa tēperies. Itaque non rectè frigidus siccusq; dicitur: non enim frigidus est, si ipse per se spectetur, vt hyems est: sed, vbi cum æstate confertur, vtique illa frigidior: Sed nec æquabiliter temperatus, sicut ver: immo in hoc maxime ab illo tempore dissidet, quod mediā temperiem & ęqualitatem perpetuo parem non seruat: quippe meridie multo est calidior, quàm mane aut vesperi: Nec in humido & sicco medium omnino statum obtinet, quemadmodum & ver, sed ad siccius deuergit: Ab æstate vero etiam in hoc vincitur, non tamen tanto interuallo, quanto in calore. Ergo patere arbitror nec autumnum absoluto sermone & citra exceptionem, frigidum & siccum (sicut illis placet) dicendum esse, cum neutrum ad summum sit, sed vincat in eo siccitas humiditatem: qua ratione merito siccus appelletur: in calore vero & frigore, mistum quiddā ex ambobus & inæquale statuatur. Proinde, si quatuor temperamentorum coniugationes in quatuor anni tempora distribui volunt, sciant se non solum veri calidum humidum'que statum male assignasse, sed etiam autumno frigidum & siccum: quanquam, si hoc quoque concedamus, frigidum & siccum esse, non erit statim necesse ver humidum calidum'que esse. Non enim, si quatuor intemperaturarum coniugationes in totum sunt, iam omnes H eas in quatuor anni tempora dispensari necessum est: sed, si quis hoc in mundo est ordo, ac, prout melius est, non prout peius, omnia sunt disposita, probabilius sit plura quidem ex anni temporibus temperata esse facta: vnum vero, si modo aliquid, intemperatum. Hi vero contra ostendere conantur nullum eorum esse temperatum, sed necessario in ipsis exuperare, aliàs calidum, aliàs frigidum: & nunc, si ita fors tulit, siccum, nunc humidum. Ego vero, tantum abest, vt aut ver humidum & calidum pronunciem: aut, siquid temperatum est, calidum atq; humidum concedā, vt, quod planè contrarium est id affirmem, omnium aeris nos ambientis temperamentorū pessimū id esse, quod humidum est & calidum: Quod sanè temperamentū in quatuor anni temporibus inuenire prorsus nequeas: in morbido & pestilenti aeris statu interdū incidit, veluti quodā loco Hippocrates cōmemorat his verbis: Pluebat per æstum imber largus assidue. Id nanq; est humidi & calidi status proprium, vt in æstu assidue pluat: quod, si vel tantum æstus sit, quemadmodum in naturaliter se habente æstate: vel pluat, sed in frigore, veluti hyeme solet: fieri nequit, vt is status calidus sit & humidus. An igitur sine morbis erat æstas illa, in qua pluisse dicit in caloribus assidue largum imbrem? Atqui carbunculos in ea fuisse narrat, putrescentibus scilicet in corpore excrementis: ac saniem quandam, quæ calida humida'que immodice fuerat, gignentibus,

[Marginalia: * Ex antiquis legitur, plus valeat siccū, quā humidum. — 3a. sect. Aph. 9. Ext. or. 20. g — 3a. Aph. 4. Ext. or. 20. c — A I. 1. f. 1. 1. fu. 1. ca. fol. 32. b — 2. Epid. sect. 1. à principio.]

A bus. Intelliges id ex ipsa dictione, si totam tibi ascripsero: ea sic habet: Erant in Cranone carbun- « culi æstiui. Pluebat per æstum largo imbri, id q; assidue: accidebat autē hoc magis austro. Ac sub- « erat quidē sub cute sanies, quæ conclusa incalescebat, ac prurituū excitabat: mox pustulæ veluti am « bustis oboriebantur, vri q; sub cute videbantur. Verum hic minus, vtpote vno tantum è quatuor tēporibus mutato, malū fuit. Quòd, si duo tria'ue sint mutata, aut etiam totus annus calidus humi dus'que fuerit, necesse est magna pestilētia succedat: cuiusmodi in tertio Epidemiōn, id est grassantium publice morborum, narrat. Apponam autem primum, quæ de temporum intempestiuo statu scripsit: deinde de hominum, quæ subsecuta est, corruptela. Aduertas autem animum in omnibus diligenter, velim: æstimes q; primum, cuiusmodi res sit calida humida q; temperies, quam q; veri (quod temperata res est) dissimilis: deinde quàm necessario in ea omnia putrescant.

Ibidem.

« Incipit igitur Hippocratis narratio in hunc modum: Annus Austrinus, pluuius, à vētis in totū silens. Deinde totius status particularem rationē his subijcit, crebros imbres in calido & austrino « statu fuisse scribens: mox vniuersum sermonem in vnam summam sic conferens in fine, inquit: « Cum fuisset totus annus austrinus, humidus, & mollis, hæc & hæc inciderunt: quæ vtique omnia in hoc libro scripsisse sit longum: licet autem, cui libuerit, in tertio Epidemiōn membratim ea le- B gere, ac in vnum caput omnia redacta videre, nempe putredinem maximam: cuius etiam ipsius « Hippocrates non raro nominatim meminit, aliàs sic scribens: Erat autem & fluxio ipsa collecta « haud similis puri, sed alia quædā putredo ac fluxio multa varia q;. Aliàs sic: Et in pudendis carbun « culi æstiui, tum alia, quæ putredines appellantur: & quòd ex hac putredine multis quidē brachiū « & cubitus totus deciderit: multis femur vel sura est nudata, totus q; pes: quin etiā magni ossium, « carnium, neruorum, articulorum q; prolapsus, inciderunt. Denique nullum ex affectibus, quos scripsit, inuenias, qui merito soboles putredinis non sit: quippe cum nec à sicco putrefieri quicq̄ sit aptū, nec à frigido. Intelligas id, si carnes & reliqua, quæcunque asseruari ab hominibus solent, obserues hæc sale, hæc muria, hæc aceto, hæc alio quopiam ex ijs, quæ siccant, commode præparari. Deprehendas & Borea (qui siccus natura & frigidus ventus est) omnia quàm diutissime imputria durare: contra, putrescere facillime austrino statu: est enim is ventus calidus & humidus.

3. Epid. sec. 3ª. t. 1. 3ª fol. 140. f

Ibi t. 2. t. 142. d
Ibidem t. 2. &
50 fol. 144 h
Ibidem t. 25.
142. e

A 1 f. 1. d. 2. c fol. 31. c

Itaque nos in totū cōtra, quàm ij, qui calidum & humidum ver autumant, decernimus: cum neque tale sit: neque, si esset, vtique salubre esset. Hi autē & tale esse volunt, & propterea etiā salutiferum, vtrobique peccantes, tum in ijs, quæ sensu percipere, tū quæ ratione est intelligere: cum sensu id manifeste liceat planè temperatum aduertere: nec minus ratione illud inuenire, quòd pro- C pterea est aptū sanitati, quòd è quatuor nulla in eo qualitatū exuperet. Quòd, si vel caliditas eius frigiditatem multo excederet, vel humiditas siccitatē, tum varijs putredinibus obnoxiū, tū hac ratione omniū anni temporū, morbis esset maxime opportunum: nunc quatuor qualitatum mistionis æqualitas, & mediæ temperaturæ eius & salubritatis est causa. Quid igitur medicis, ac philosophis quibusdam persuasit, vt calidum humidum'que ver esse iudicarent? nempe quòd quatuor temperamentorum coniugia quatuor anni temporibus adaptare voluerunt. Porrò id inde accidit quòd primum omnium temperamentorum, id est medium ipsum, prætermiserunt. Quinetiam victuum, medicamentorum, omnium denique rerum differentias, in has quatuor coniugationes reducunt.

Veteres errasse, quòd rectam Nominum significationem perspectam non haberent. CAP. 5.

EX quo manifestum est, quantopere parū rectæ fallaces'que de hominis natura rationes medicationibus obsint. Satius'que erat duorum alterum: aut prorsus eiusmodi rationes non attigisse, sed totum experientiæ concedere: aut prius in logica speculatione exercitatū fuisse. Quippe, qui nec experientiæ est attentus, & naturalē speculationē aggreditur prius, quā rationē, qua D hæc inueniat, conuenienter exercuit, necesse est, in eiusmodi cauilla sit perductus: ac de euidentibus, ceu is, qui sensu careat, disputet: tum Aristotelem testem aduocet, male scilicet accipiendo ea, quæ præcipit. Hic enim calidum, frigidum, humidum, & siccum, multipliciter dici nouit: illi, non quasi multipliciter, sed quasi ad eundem perpetuo modum dici velit, accipiunt. Quin etiā is, quòd aliquid suo & naturali calore, aut alieno & acquisititio, calidum sit, non esse idem indicauit: illi hoc quoque perperam accipiunt. Ad hæc Aristoteles, item'que Theophrastus, quo respicientes temperatam intemperatam've naturam esse, iudicare oporteat, diligenter prodiderunt: illi ne id quidē intelligunt: sed, cū hos audiunt animal calidum humidum'que dicere, aut puelli temperiē humidā calidam'que esse, nec, quemadmodū ea dicta sint, intelligunt, & stupidi ad quatuor anni tempora sermonem transferunt: ceu vero idem sit, ac non longo interuallo dissidens, propriam alicuius temperiem humidam calidam'que esse, aut circundati nobis aeris. Neque enim aut idem est, aut similiter dicitur animalis temperies calida & humida, sicut aeris temperamentum calidum dicitur & humidum. Quæ igitur sit omnium horum causa, iam dicam: clare q; ostendam, ijs præsertim, qui intenti esse volunt, exiguum errorem in ijs, quæ inter initia logicæ speculationis traduntur, maximorum errorum causam fieri: fortasse que omnia, quæ vel in cunctis artibus, vel in vitæ actionibus, perperam geruntur, sophismatibus succedunt. Atque hæc

quidem sophismata illi vitio succedunt, quod vtique non recte definitum est de calidi significatio E nibus, sed duobus tantum modis dici id putatum: quorũ altero significetur, quod syncerum, immistum, & simplex est: altero, quod in mistione cum suo contrario, id superat: quòd autem & alteram temperiem cum altera conferentes, subinde alteram earum calidam, pro eo quod est calidiorem, pronunciamus, id non meminerunt. Atqui ad eum modum animantia veteribus calida & humida sunt dicta, non propriæ temperaturæ gratia & sermone absoluto, immo ad stirpes & de mortua collata: quippe demortuis & stirpibus animantia calidiora humidiora'que sunt. Quinetiam ex animantibus ipsis speciatim inter se collatis, canis siccior est, homo humidior: at, si formicæ vel api canem conferas, illas sicciores, hunc humidiorem inuenias. Ita idem animans, præut homo, siccum: pręut apicula, humidum fuerit: rursus ad hominem collatum, calidum: ad leonem, frigidum erit: nec mirum, si ad aliud atque aliud comparatum, contraria simul dici de se patitur.

Neque id alienum est, si idem corpus simul calidum frigidum q; dixeris, nisi ad idem conferens, sic dixeris: quod enim incommodum, si eundem hominem dextrũ sinistrum q; dicas, nisi ad eundem conferens, ita dicas cum ad alterum dextrum esse, ad alterum sinistrum, nihil sit absoni. Sic igitur & canis humidus pariter & siccus, pręterea calidus simul & frigidus est, non tamen ad idem collatus: quippe, ad hominem si conferas, siccus est: ad formicã, humidus: rursus hominis respe- F ctu calidus est: leonis, frigidus: quinetiam calidus est, vt viuens, cum mortuus non amplius sit calidus: non calidus, vt ad alterum (si ita vis) canem comparatus. Atque hæc quidẽ omnia per collationem inter se dicuntur: quæ vero vt in animantium genere conferuntur, alia ratione: sicuti etiã quæcunque in aliqua animalium specie. Canis nanque ad formicam & apim, est humidus: in animantium genere, est siccus: rursus ipsorum speciatim canum, hic siccus, ille humidus, alius (vt fas est cani) temperatus.

De recta Nominum significatione, quæ temperamentis adhibentur. CAP. 6.

AT dictum quidem à nobis est in secundo de pulsuũ agnitione de tali nominũ vsu vniuerso diffusissime: necesse tamen videtur, nunc quoque summatim aliquid de his, quod ad rẽ propositã vtile sit, dicendum. Quod absoluto sermone, nec ad aliud vllum collatum, siccum vocatur, id in solis elementis est, igni terra'que: sicut humidum in aqua & aere: Ad eundem modum & de calido, frigido q; sentiendum: nullum enim cæterorũ corporum prorsus calidum frigidum've esse, sed sola elementa. Quicquid pręter hæc ceperis ex his mistis constat: eo q; secundo significationum genere, calidum, frigidum've est, non amplius absoluta ratione, veluti syncerum & à mistione alienum: immo, veluti vel calidum largius, frigidum parcius: vel frgidum largius, calidum par G cius sit sortitum, reliquorum quiduis calidum frigidum've dicitur. Ac duo quidem significata calidi, frigidi, humidi, & sicci, hæc sunt: alterum absoluto sermone loquentium mistura carens & syncerum: alterum ex contrarijs quidem mistis constans, cæterum ex prępollentis in mistura nomine appellatum. Hoc genere, sanguis, pituita, adeps, vinum, oleum, mel, quicquid his simile est, humidum dicitur: os, chartilago, vnguis, vngula, cornu, pilus, lapis, lignum, harena, later, minorẽ portionem humidi sunt sortita, maiorem sicci: eo q; eiusmodi omnia sicca dicuntur. Formica vero sicca est, & vermis humidus, scilicet vt sunt animalia. Rursus inter ipsos vermes, alius siccus, alius humidus: id q; vel absolute loquendo, vt vermis: vel alteri cuipiam vermi comparatus. Cæterum hoc ipsum, quod dicimus, vt vermis, siccus: vt homo, calidus: vt canis, frigidus, nisi quis recte accipiat, & prius intelligat, quid sibi velit, necesse est, omnem sermonem confundat. Est autem recte accipere, (id, quod in secundo de pulsibus agnoscendis dicitur,) vnumquodque secundum genus vel speciem non modo calidum, frigidum, humidum, siccum've: sed etiam magnum paruum, celere, tardum, alia q; id genus, tunc nominari, cum supra mediocre, medium'que sit: verbi gratia, animal calidum, cum supra medium temperie sit animal: equum calidum, cum supra medium temperie sit equum. Porrò in quoque genere specie've, media sunt ea, quæ symmetra di- H cuntur: quippe quæ à summis in eo genere & specie finibus æqualiter distant. Ac genus quidem est animal: species equus, bos canis. Medium temperie in toto animalium genere homo est: id enim in sequentibus demonstrabitur. Medium vero, vt in hominum specie, est, quem Græce eusarcon vocant {Latine, puto, quadratum:} is porrò est, quem nec gracilem dicere nec crassum possis, sed nec calidum nec frigidum, nec alio quouis nomine ex ijs, quæ excessum defectum've indicant, appellare. Quisquis super hunc fuerit, is prorsus calidior, frigidior, humidior, siccior've est: nominatur autem talis partim absoluto sermone, partim non absoluto: absolute quidem loquenti, quoniam calidus, frigidus, siccus, humidus've esse dicitur, minime vni alicui priuatim collatus: altero autem modo non absolute, quoniam symmetro id est coęquali, & medio omnis speciei, confertur. Ita autem & canis absolute quidem (prout videlicet cuipiam opinio est) animal siccum dicitur, non dum alicui comparatus, verbi gratia formicæ: altero autem modo non absolute, quoniam symmetro & temperie medio omnis animalium speciei, quæcunque illa sit, comparatur. Ergo iam palàm fit, quòd vnumquodque eorum, quæ sic dicuntur, nos id, vel vni cuicunque comparantes, calidum, frigidum, humidum've, aut siccum, vt ad illud, dicimus: vel, in quocunque genere specie've sit dictum, ad eius medium referentes: in

*Al. eucraton, i. bene têperatum.

specie

A specie quidem, vt equo, boue, cane, plano, cupresso, ficu: genere vero, vt animali, vel planta: his accedit & tertium significatum, eorum scilicet, quæ absoluto sermone dicuntur, quę impermistas summas q; habere qualitates diximus ac elementa vocari. Quinetiam qualitates ipsas, est, quando corporibus ijs, quæ affecta qualitate sunt, similiter appellamus: verum de hoc mox agetur. Sed ad rem propositam: cum qualitate affecta corpora trifariam dicantur, considerandum arbitror in quaque dictione, quemadmodum vtamur appellationibus: vtrum'ne vt simplex aliquid & immistum indicantes: an veluti ad symmetron eiusdem generis vel speciei conferentes: an veluti ad rem quamlibet: sicut cum os siccum dicimus aut frigidum, absoluto ita sermone nominantes, non adiecto leonis, aut canis, aut hominis: palàm nanque est, quòd ad vniuersam naturam omnium, quę sunt in mundo, corporum respicientes, aliquid concipimus medium, cum quo conferentes, ipsum siccum dicimus. At, si quis leonis, vel canis, vel hominis os, siccum esse dicit, liquet hunc rursus ei, quod in ipsis animalium ossibus medium est, id comparare. Est'que, quoniã vniuersorum animalium, alijs magis alijs minus, sicca ossa sunt, hic quoque os aliquod in aliquo animalium genere intelligendum, quod media temperie sit, verbi causa hominis: atque huic reliqua collata, alia humida alia sicca appellanda. Iam in ipsis hominibus alius os siccum, alius humidum B habere dicetur, vtique ei, qui medius est, vt in hominibus, collatus. Quòd vero in omnibus, quæ sunt, quod medium inter extrema est, id symmetron atque in illo genere vel specie temperatum sit, in omni mihi sermone subaudiendum perpetuo est, quanquam sit in dictione non nunquam omissum. Atque, cum hæc quidem sic se habeant, vbi aliquis hanc vel illam humidã calidam'ue temperiem affirmat, rogandus est, quemadmodum dixerit: vtrum'ne hunc quempiã vni definito comparans, Platoni, verbi gratia, Theophrastũ: an secundũ genus quodlibet speciem'ue collationem faciens. quippe vel vt hominem, vel vt animal, vel vt substantiam absolute: tertiũ enim significatum cuiusuis talium nominum, quod simplex esse impermistum q; diximus, id in mistis substantijs non est, sed in ipsis primis, quæ etiam vocamus elementa. Ita, cum quodque affectorum qualitate corporum trifariam dicatur, nobis ad propositam de temperamentis tractationẽ duobus tantum est opus, vt qui vel ad vnum quodlibet, vel ad medium eiusdem generis, comparemus. Quoniam autem multa genera sunt, quemadmodum vtique & indiuidua, poterit multis modis idem corpus & calidum, & frigidum, & humidum, & siccum esse: verum, cum vni cuilibet comparatur, admodum manifestum est contraria de eodem dicere licere, veluti Dionem Theone quidem & Memnone sicciorem, Aristone & Glaucone humidiorem. At, cum ad medium eius-C dem generis vel speciei fit collatio, hic iam confundi conturbari q;, qui parum exercitati sunt, solent. Idem nanque homo humidus simul & calidus esse potest, sed non minus siccus & frigidus: verum siccus quidem & frigidus, ad mediocris temperamenti hominem collatus: humidus autem & calidus, ad aliud quoduis animal, stirpem'ue, aut substantiam, comparatus: verbi gratia ad animal, vt apem, & formicam: ad stirpem, vt oleam, vel ficum, vel laurum: ad aliam vero quampiam substantiam, quæ nec animal sit nec planta, vt lapidem, ferrum, vel æs. In his vero collationem, quæ ad hominem fit, ad rem eiusdem speciei dixeris: quæ ad apem vel formicam est, ad aliquid eiusdem generis: simili modo quę ad stirpem sit quamlibet: est enim supra animal stirpis genus: quemadmodum sanè superioris, quàm stirpium, generis sunt lapis, ferrum, & æs. Vocetur tamen pro docendi compendio ad homogenes, id est rem eiusdem generis, omnis eiusmodi comparatio, illud modo in ea determinantibus nobis, q vbi simpliciter substantia quæpiam eucratos siue temperata dicitur, tum hac alia siccior, alia humidior, & alia frigidior, alia calidior, eo loco eam, quæ ex contrarijs æqua prorsus inter se portione coeuntibus constet, eucraton siue tẽperatam nominamus: quęcunque vero ab hac deficiunt superant q; aliquo, eas superantis nomine vocamus: vbi vero stirpem animans'ue vllũ eucraton dicimus, nequaquã in ea dictione sim-D pliciter contraria inter se cõparamus, sed ad naturam vel animalis vel stirpis referimus: ficũ, verbi gratia, temperatã dicentes, cum talis sit, qualis maxime ficus esse natura debeat: rursus, canẽ, suẽ, equum, & hominem, cum eorum quisque pro sua natura optime se habeat. Optime vero se habere aliquid pro sua natura, ex ipsis functionibus intelligitur: quippe animal ac stirpem quãlibet tũ optime se habere dicimus, cũ optime suã functionẽ obeunt: ficus enim virtus bonitas q; est, optimos plurimos q; ficus afferre: ad eundem modũ vitis, plurimas optimas q; vuas pendere: equi verò quàm velocissime currere: canis, ad venationes quidem & tutelam quàm animosissimum, ad domesticos quàm mitissimum esse. Hæc igitur omnia (animalia dico & stirpes) optimam mediam q; habere in suo genere temperiem dicemus, non vtique absoluto sermone, cum paritas exacta contrariorum in ijs non sit, sed cum ea mediocritas, quæ ad potestatem refertur, ijs adsit. Eiusmodi aliquid" & iustitiam esse dicimus, non quæ pondere & mensura, sed quæ eo, quod pro dignitate conuenit, æqualitatem explorat. Est igitur temperaturæ æqualitas in omnibus temperatis animalibus stirpibus q;, non ea, quæ ex pari elementorum commistorum spectatur mole, sed quæ tum animalis tum stirpis naturæ conuenit: conuenit autem aliàs, vt humidum sicco, & frigidum calido, præponderet: Neque enim similem habere temperaturam debent homo, leo, apis, & canis. Ergo ad quærentem, cuius sit temperamenti, homo, equus, bos, canis, aliud'ue quodlibet,

A. .f. 1. d. 3. c. ; ol. 4. c

quolibet,non est absoluto sermone respondendū: non enim fieri potest, vt, qui ad ea, quæ multis E modis sunt dicta & inter se diuersa, vno modo respondet, non coarguatur. Oportet igitur duorum alterum,aut omnes percensere differentias: aut percontatum prius,de qua rogauerit,illam solam dicere. Nam,si,vt in animalibus,cuius esset temperamenti,rogabat,ad id, quod medio est inter omnia animalia temperamento, respicientes, respondere ei oportet: Si absolute, atque vt ad omnem substantiam,sic iam contraria,quę sunt in eo, comparare inter se oportet atque æstimare, haudquaquam ad actiones temperiem referentes,sed ad elementorum portiones: Sin huic cuipiam membratim comparans rogabat, vtique ad illud solum conferendo est respondendū. Iam minus etiā,si indiuiduorū cuiuslibet,Dionis verbi gratia, vel huius canis,rogemur,quęnā sit substantiæ tēperatura,est simplex danda responsio: dabitur.n.hinc sophistis ad calumniā occasio non parua. Nā,si calidi esse temperamenti & sicci Dionē dicas, facillime licebit illis partim hominem quemlibet,qui calidioris, quàm Dion sit, & siccioris temperamenti proponentibus, vt ad illum, humidum frigidum q; Dionem dicere: partim aliud quoduis animans stirpem'ue, verbi gratia leonem aut canem, atque his humidiorem ac frigidiorem asserere Dionem. Quisquis igitur nec ipse sese fallere, nec ab alio falli volet, huic opus est ab his substantijs, quæ simpliciter calidæ, frigidæ,humidæ,siccæ dicuntur,incipere,atque ita transire ad reliquas: ac primum quidem illud ip- F sum in his exploratum habere,ne has quidem, tametsi maxime videntur absoluto sermone dici, quo minus ad mediocre eiusdem generis comparentur,effugere. Veluti enim canem medio temperamento esse omnium canum dicimus,cum pari spatio distat ab extremis, ita substantiam medio esse temperamento dicemus,cum pari modo ab extremis abest,quæ scilicet & prima omnium sunt & elementa: porrò aberit pari modo ab extremis,cum ea continebit æqualiter inter se mista. Ergo,quæ supra citra'ue hanc temperies erit, eam calidam, frigidam, humidam,vel siccam dicemus,simul ei,quæ media est,conferentes,simul contrariorum elementorum examen in ea facientes: qua nimirum ratione simpliciter eam calidam, frigidam, humidam, siccam'ue pronunciabimus: vbi vero cum medio tēperamento conferimus,non simpliciter, sed quòd ad mediocre eiusdem generis sic se habet. Porrò genus earum substantia est,omnia enim sub hac, vt superiori sunt genere,tum animata,tū inanimata: est q; hæc hominis, canis, platani,ficus,æris, ferri, aliorū denique omniū commune genus. Sub ea vero sunt alia genera permulta,animal quidem,auis, piscis: stirps,arboris & herbę: auis,aquilæ & corui: piscis,lupi & rhombi: simili modo oleæ & ficus genus est,arbor: anagallidos & pæoniæ,herba. Iā hęc vltima sunt genera, eo q; species appellantur, coruus,rhombus,ficus,anagallis,similiter homo,& bos & canis. Ac superne quidē descendenti- G bus,hęc vltima sunt genera,proinde species dictæ: inferne vero ascendētibus,ab indiuiduis scilicet substantijs,prima sunt: indicatū q; alio opere est,merito omnia,quæ media sunt inter prima genera & indiuidua,simul genera & species à veteribus nominari.

Idem non nunquam Nomen suscipienti susceptæ q; rei accommodari. CAP. 7.

ERgo,cum definita significata iam sint,ac clare indicatum, quemadmodum tum absoluto, tū non absoluto sermone calidum,frigidum,humidum,siccum'ue corpus aliquod pronunciandū sit,quærendæ nobis deinceps eorum sunt notæ: quanquam hic quoque decernere prius de nominibus oportet, quę in habendo nobis sermone, necessario incident: simul explicare rem quandā,quæ potestate iā monstrata prius est, non tamen ab omnibus, qui hos cōmentarios euoluent, facile saltem, intelligi potest. Itaque de nominibus prius locutus, mox ad rē reuertar. Quòd calidū,frigidū,humidum,siccum'ue non vnū aliquid simpliciter significent, vbi de corporibus dicuntur, prius est indicatū: quòd autem & solę ipsæ in corporibus qualitates citra corpora, quæ eas suscipiunt,sic interim nominentur, id quidem, vt non dum est dictū, ita nunc dici est tempestiuum. Quēadmodum nomen albi tum de colore enunciant,cum ita loquuntur, contrarius est al- H bus color nigro: tum de corpore,quod colorem suscepit, cū scilicet oloris corpus album dicunt: ita & calidi nomen tum de qualitate affirmant ipsa,tanquam si caliditatem appellarent: tum vero de corpore,quod caliditatem sustinet: quippe qualitatem à corpore, quod eam suscepit, diuersam habere naturam quandam propriā, existimare oportet, veluti in opere de elementis est indicatum. Et caliditas quidem qualitas est, eadem vero & calidum dicitur, veluti & albedo album: ipsum vero corpus calidum,vnum hoc nomen tantūmodo obtinet,calidum, sicuti album: nunquā tamen caliditas,vel albedo, corpus ipsum dicitur: Ad eundem modū siccum,frigidum,& humidum nominantur tum ipsum corpus,tū qualitas: non tamen corpus, frigiditas, humiditas, vel siccitas appellatur,quēadmodum quæ in eo est qualitas. Hæc cū sic se habeant,æquū est, cum vel caliditatem,vel frigiditatem disputās quis profert,nullā exoriri captionē,quòd solæ qualitates his indicentur nominibus: at,calidum frigidum'ue cū dicit,quando & qualitas ita, & quod eam suscepit corpus,nominatur,facile fit ei, qui redarguere studet, vt,quod à loquente non significatur, id,quò possit reprehendere,accipiat. Eiusmodi.n.rem faciunt & qui sententiam illam, qua dicit Hippocrates Augescentia corpora plurimum habere innatum calidum, oppugnant: neq; enim esse corpus aliquod,ipsum innatum animali calidum,ab Hippocrate dici intelligentes: neque id, quid

1. Aph.14.Ext, or.7.a & 2. de Nat hu.t.13. 7.185.a

A quid sit vsquam, quærentes: sed de sola qualitate, quam scilicet caliditatem appellamus, nomen id dici præsumentes, sic dictum eius refellere parant. Et iam apparet, quod de homonymia distinguere, tametsi sit res parua, tamen in rerum vsu non leuis experitur momenti.

Quot sint numero Temperamenta. CAP. 8.

a.l.f. 1. d.3. 2.1.5.abe

VErum, cum hoc quoq; abunde sit definitum, rursum id, quod superest, repetamus. Cum humiditas, & siccitas, & caliditas, & frigiditas, syncere quædam & impermistæ qualitates sint, quæcunq; has suscepere corpora, ea calida, & frigida, sicca, & humida, prorsus exacte q; sunt. Atq; hæc mihi genitorum omnium, & pereuntium, elementa intellige: reliqua corpora vel animaliũ, vel stirpium, vel inanimorum omnium, veluti æris, ferri, lapidum, lignorum, in medio primorum illorum collocata esse: nullum enim horum vel ad summum calidum, vel ad summum frigidum, vel ad summum humidum, vel ad summum siccum est, sed vel medium prorsus contrariorum ita, vt nihilo magis sit calidum, quàm frigidum, aut humidum quàm siccum: vel ad alterum contrariorum est propensum ita, vt magis sit calidum quàm frigidum, vel magis sit humidum quàm siccum. Ac, si quidem medium planè sit in vtroque contrariorum genere ita, vt non magis sit calidũ B quàm frigidum, aut humidum quàm siccum, eucraton id siue temperatum omnino dicetur: sin alterum contrariorum superet, siue in altera oppositione, siue in vtraque id sit, non etiam dicetur eucraton. Ac, si calidum magis sit, quàm frigidum, quod magis est, id appellabitur: idem statuendũ de sicco & humido: ad eundem modum si frigidum magis sit, nominabitur frigidum: at, si in vtraque oppositione alterum superet, siue calidum vnà cum humido, siue calidum simul cum sicco, siue frigidum simul cum humido, siue frigidum vnà cum sicco, vtique pro vincenti sortietur id corpus appellationem. Et has quidem quatuor intemperies, vt supra diximus, plurimi norunt tum medici, tum philosophi: reliquas quatuor, quæ ex dimidio harum constitutæ sunt, nescio, quomodo, derelinquunt, sicut etiam eam, quæ prima omnium optima q; est temperies. Ceterum, quod superante calido liceat nihilo magis humidam esse, quàm siccam temperiem (quod vtiq; ad hanc spectet coniugationem) id vel ex ijs, quæ iam dicta sunt, manifestum arbitror: facile q; est etiam, si nihil esset prædictum, id colligere, concedentibus semel illis saltem, alteram esse temperiem humidam & calidam, alteram siccam & calidam. Si nanque necessarium omnino non est siccam esse, quę calida sit, sed licet eam & humidam esse, licebit vtique & mediam esse: propior nanque siccæ temperaturæ media est, quam humida. Ad eundem modum est & frigida quædam temperies altera, C in qua nimirum frigidum prępollet: hanc tamen nec humidam esse, nec siccam, est necesse, sed potest inter has & media esse. Rursus enim hic quoque eandem afferes rationem, nempe, si necesse non est frigidam temperiem esse humidam, sed licet & siccam eam fieri, manifestum est mediam quoque esse posse, quippe quæ vicinior humidæ est, quàm sicca. Ergo, veluti duæ intemperies in altera oppositione sunt monstratæ, altera calida tantum, altera frigida: sic in altera oppositione duæ aliæ statuantur, altera sicca tantum, altera humida, mediocriter scilicet sese habentibus calido & frigido. Iterum nanque dicemus hic quoque, sicuti necesse non est, siqua temperies sicca est, hanc protinus calidam quoque esse, sed fieri posse, vt etiam frigida sit, ita fieri potest, vt quæpiam nec calida sit nec frigida, sed in hac quidem oppositione eucratos siue temperata in altera sicca. Simili modo nec humidam temperiem necesse est calidam frigidam'ue esse, sed eam mediam esse inter huius oppositionis extrema licet. Si igitur necesse non est, vt vel intemperiem, quæ in calido est & frigido, sequatur ea, quæ est in altera oppositione intemperies: vel hanc, quę in illa: licebit aliquando & naturam, quæ in caliditate & frigiditate temperata sit, vel siccam esse, vel humidam: inuicem q;, quæ in his temperata sit, vel calidam esse, vel frigidam: ita vt sint & hæ ab ijs, quas priores tum medici tum philosophi nobis tradiderunt, quatuor diuersæ intemperies, meD dio q; loco positæ inter temperatos habitus & eos, qui in vtraque oppositione sunt intemperati. Qui nanque in summo est temperatus, is neutram oppositionem habet superantem: qui vero aduersus hunc est intemperatus, vtranque habet vitiosam: medium sortitur locum, qui in altera quidem est temperatus, in altera intemperatus: qui vtiq; & ex dimidio temperatus, & ex dimidio intemperatus cum sit, merito medius dici potest inter eum, qui ex toto est temperatus, & eum, qui ex toto est intemperatus. Et, siquidem hæc sic se habent, sicut certe se habẽt, cur nouem dicere vniuersas temperamentorum differentias dubitemus? temperatam quidem vnam, non temperatas octo: quarum quatuor simplices sint, humida, sicca, calida, & frigida: quatuor compositæ, humida simul & calida, sicca pariter & calida, frigida simul & humida, frigida simul & sicca.

Quo pacto media Temperatura cæteræq; dignoscantur. CAP. 9.

IN quolibet vero iam dictorum temperamentorũ permagnus est, excessus defectus q; modus, non in ijs modo, quæ simplicia sunt, sed etiam in compositis: id q; tum in tota substantia, tum vero in vno quoq; genere. Sicut igitur agnoscendorum temperamentorũ cura est, incipiat exercitationem, oportet, ab ijs in quolibet genere naturis, quæ temperatæ mediæ q; sunt: quippe qui, si his alias comparet, facile, quod in quauis superet deficiat ue, inuenerit. Ergo primum de ijs, quæ simpliciter

ſimpliciter loquentibus,temperata intemperata q; dicuntur,agendum: quæ ſcilicet in omni generata ſubſtantia,non in ſolis animalibus & ſtirpibus,diſquirenda diximus. Porrò hic quoq; tantillum ſaltem diſtinguere de nominibus conueniet,vt calida temperies,alia iam energia (ſiue, vt loquuntur,actu) ſit,alia poteſtate: tum vt poteſtate ea eſſe dicamus,quæ,quod dicuntur,id non dũ ſint,ſed facile id fieri poſſint,quoniam naturalem,vt id fiant,aptitudinem ſint adepta. Igitur primum de ijs,quæ actu calida,frigida,humida,& ſicca ſunt,diſſeramus,auſpicati ab vniuerſa ſubſtantia,mox ad animalia & ſtirpes deſcenſuri: ita enim conſummationem habebit,quod inſtitutũ nobis eſt. Quonia igitur,quod in omni genere,maximeq; in vniuerſa ſubſtantia, medium eſt, id ex miſtione extremorum conflatur,vtiq; conueniet,vt tum notitia eius tum agnitio ex illis ſumatur. Ac notitia quidem facillima eſt: quippe à calidiſſimo omnium,quæ ſub ſenſum veniũt, veluti igni,aut quapiam aqua,quæ ad ſummum ſit feruens,ad id,quod omnium,quæ nobis apparent, eſt frigidiſſimum,veluti glaciem & niuem venientes,æſtimato inter ea interuallo, ad vnguem id in medio diuidimus: ſic enim ſymmetron, quod ſcilicet ab vtroq; extremorum pari abeſt ſpatio, intellectu comprehendemus. Quin etiam id nobis preparare licet,miſcentibus aquę feruenti parem modum glaciei: quod enim ex ambobus eſt miſtum, pari interuallo ab vtroq; extremorum aberit,& eo quod vrit,& eo quod frigore ſtupefacit. Non eſt igitur difficile ei, qui ita miſtum tetigerit,medium vniuerſæ ſubſtantiæ in calidi frigidi q; oppoſitione habere,eius q; meminiſſe, atq; alia omnia illi veluti normæ adaptata iudicare. Quin etiam,ſi terram,quæ ſicca ſit,vel cinerem, vel tale aliquid quod planè ſit aridum,pari aquæ modo imbueris medium in ſicci humidi q; oppoſitione corpus effeceris. Ergo ne hic quidẽ difficile eſt, vbi viſu pariter tactuq; eiuſmodi corpus noueris,memoriæ id infigere,eo q;,ad humidorum ac ſiccorum,quæ deficiant ſuperent'ue, agnitionẽ pro norma exemplari q; vti. Porrò corpus,de quo iudicandum eſt,mediocriter calens eſto: nã hoc ipſum humidi ſicci q; medium corpus,ſi ad ſummum calorem frigus'ue ſit perductum, falſam interim imaginationem excitabit: videbitur q;,quàm ſit mediocre,aliquando humidius, aliquando ſiccius: quippe,ſi liberalius calefiat,liquatum iam ac fluens,humidioris ſubſtantiæ phantaſiam de ſe præbebit: contra,refrigeratum plus iuſto,conſiſtit, ac cogitur, immobile q; redditur, & durum tangenti apparet: vnde etiam falſam ſiccitatis imaginationem exhibet: quod ſi, veluti humidi ſicci q; parem modum habet,ſic caloris ac frigoris ſit in medio,nec durum nec molle tangenti apparebit id corpus. Atque tota quidem eiuſmodi corpora per tota ſe miſcendi,calidum, inquam,frigidum ſiccum & humidum, homini facultas non eſt: terra enim aquæ confuſa, miſcetur quidem (quatenus ſcilicet videri cuipiam poſſit) atque ita tota toti contemperatur, cæterum appoſitio exiguarum partium ea eſt,nequaquam totorum per tota miſtio: ſed ambo ea per tota miſcere,Dei,vel naturæ eſt opus: magis q; etiam,ſi calidum ac frigidum inter ſe tota per tota miſcenda ſint. Attamen appoſitionem eiuſmodi efficere, vt ſenſum effugiant ſingula ſimplicium corporum,non ſolum naturę opus Dei'ue eſt,ſed etiam noſtrum: neque enim difficile eſt tali miſtione,lutum, quod mediũ ſicci humidi q; ſit, moliri: ſimili modo & quod calidi & frigidi ſit medium: videbitur q; tibi eiuſmodi corpus in calore & frigore temperatum, immo etiam in duritie mollitie q; medio ſtatu eſſe. Id autem genus " eſt hominis cutis,vtpote omnium extremorum, calidi frigidi humidi ſicci, vere media, maxime q; ea,quæ eſt in manu: hæc enim omnium ſenſibilium veluti norma futura erat, tactus nimirum inſtrumentum prudentiſſimo animalium proprium ab ipſa natura pręparata: quo magis eam ab omnibus extremis, calido, inquam, frigido ſicco & humido,pari abeſſe interuallo oportuit. Iam vtiq; & conſtat ex horum omnium æquis portionibus, nõ compoſitis modo,ſed etiam per totas ſe miſtis: quod noſtrum planè nemo efficere poteſt, ſed eſt naturæ opus. Quęcunq; igitur partes cute ſunt duriores,veluti oſſa, chartilagines, cornua, pili,vngues,ligamenta,vngulæ,calcaria,in his omnibus ſiccum præualet: quæcunque vero molliores ſunt,ſicuti ſanguis,pituita,ſeuum,adeps,cerebrum,medulla tum ſpinalis, tum altera, in his humidi plus eſt,quàm ſicci. Quinetiam,quanto ſicciſſima omnium,quę ſunt in homine, pars,cutem ſiccitate ſuperat,tanto rurſus à cute ſuperatur, quæ eſt humidiſſima. Porrò videtur nunc diſceptatio noſtra,ea,quæ vtiliſſima ſunt,attingere: ac docere ſimul, quòd tum animalium tũ vero aliorũ omniũ corporũ temperatiſſimus ſit homo: ſimul quòd omnium,quę in eo ſunt, particularũ,cutis,quæ intra manũ habetur,omnis exceſſus planè ſit expers. Inſiſtentes igitur hoc loco,æſtimemus,quis'nã ſit optime tẽperatus homo, quẽ ſcilicet totius ſubſtantiæ, vel potius tum hominum,tum reliquorum animalium, medium,veluti regulam & normam,ſtatuentes, reliquos omnes huic collatos,calidos, frigidos,humidos,ſiccos'ue dicere oporteat. Concurrant ergo,oportet, in hoc homine multæ notæ: quippe & cũ vniuerſa ſubſtantia collatus medius apparere in ea debet,& magis etiã cũ hominibus & beſtijs. Ac medij quidẽ in vniuerſa ſubſtantia communes notæ dictæ iam ſunt: quę vero in animaliũ ſpeciebus notantur,actionis perfectione, quę cuique ſit, conueniens,iudicantur. Conuenit autẽ homini, vt ſit ſapientiſſimus: cani, vt mitiſſimus pariter ſit & fortiſſimus: leoni, vt tantũ ſit fortiſſimus: ſicuti oui, vt ſit tantũ mitiſſima. Iã vero,quòd corporis actiones conſentientes eſſe animi moribus oporteat,tum Ariſtoteli in ijs, quæ de partibus animalium ſcripſit: tum vero nobis alibi nihilominus eſt monſtratum: ac methodus quidem hæc eſt:

" Al. enecat.

A.l.1.f.1.d.3. c.1.fol.4.d h

A est: Exercitari vero, vt non in singulis modo animalium generibus, sed etiam in vniuersis mediũ prompte quis noscat, id cuiuslibet hominis non est, sed diligentis in primis, & qui per longam experientiam & multam omnium particularium peritiam, inuenire medium queat. Quippe ad eum modum plastæ, pictores, statuarij, alij denique fictores, quæ pulcherrima in omni specie sunt tum pingunt, tum fingunt, veluti hominem, equum, bouem, leonem formosissimum, ad id, quod medium est in illa specie, collineantes. Laudant q; homines quandam Polycleti statuam, canonẽ appellatam, inde adeo id nomen sortitam, quòd partium inter se omnium competentiam ad vnguem habeat. Habet autem, quẽ nunc quærimus, plus aliud, quàm canon ille, cũ non solum humoris ac siccitatis caliditatis & frigiditatis in medio consistat is, qui ita eusarcos siue quadratus est homo, sed etiam optimam formationem sit adeptus: quæ fortasse bonam quatuor elementorũ tẽperiẽ ẽ comitata: fortasse diuiniorem aliquam superne originem habet. Cæterũ prorsus eucraton esse eiusmodi hominem, id vero est necessarium: quippe mediocritas in carne ex mediocritate temperamenti prouenit. Protinus autem adsequitur tale corpus, vt optime ad actiones sit comparatum: tum in mollitie & duritie, præterea calore ac frigore, mediocriter se habeat: atque hæc omnia insint cuti, huius q; maxime illi parti, quæ est intra manum, scilicet quæ callũ nullũ eiusmo B di contraxit, qualis in remigibus & fossoribus cernitur. Cum enim gemini vsus causa manus sint factę, tactu discernendi, & rem quampiam comprehendendi, vtique, quę molles sunt, ad exquisitius tangendum: duræ ad aliquid maiore vi capiendum, magis sunt idoneæ. Quinetiam cutis, quę non solum omnium hominis partium, sed etiam vniuersæ, quæ generationi corruptioni'que subijcitur, substantię media est, ea nec callosa nec dura lapidea'ue est, sed secundum naturam se habens, quo scilicet cutis genere maxime perfectum esse tactum censemus. Ac, quòd in duritie & mollitie medium omnium particularum locum sit sortita, abunde liquet: quòd autem & in calore ac frigore similiter se habeat, ex eius substantia maxime intelligas licet: est enim veluti sanguine præditus neruus, qui sit inter neruum & carnem quiddam planè medium, vt si ex mistis vtrisque constitueretur. Cæterum neruus omnis exanguis & frigidus: caro multi sanguinis & calida: media inter vtrunque est cutis, nec planè exanguis, vt neruus, nec sanguine abundans, vt caro. Si igitur hanc omnium animalis partium veluti normam iudicem q; proponens, reliqua illi conferas, atque ad eã examines, octo diuersas intemperies in eis inuenies. Iã'que membratim tibi de omnibus deinceps disserã. Humidissimum frigidissimum q; in corpore pituita est: calidissimum, sanguis, non tamen est is perinde humidus, vt pituita: siccissimum ac frigidissimum est pilus: minus C eo & frigidum & siccum est os: hoc vero minus siccum est chartilago: proxime hanc sequitur ligamentum, & quem Græci composito nomine Chondrosyndesmon, id est chartilagineum ligamentum, vocant: post hunc tendo: deinceps membrana, & arteria, & vena, ipsa scilicet corpora vasorum: succedunt deinde nerui duri. Molles autem nerui in humiditate & siccitate mediam naturam, sicuti cutis, obtinent: nam in altera oppositione, quæ est calidi & frigidi, neruus mollis in medio non est, sed tantum ei deficit de calore, quantum de sanguine. Ita vero & reliqua omnia prius dicta tanto sunt cute frigidiora, quanto minus habent sanguinis. Etiam tunicæ ipsæ, maxime sanguineorum vasorum, arteriarum dico & venarum, non solum exangues sunt, sed etiam frigidæ natura: contactu tamen sanguinis calefiunt, atque ad mediũ temperamenti statum veniunt. Sanguis vero ipse à corde suum accipit calorem: quippe id viscus natura tum omnium animalis particularum maxime sanguineum, tum vero calidissimum est: proximum illi iecur est: verũ cor paulò, quàm cutis, minus est durum, iecur multo. Itaque etiã humidius, quàm cutis, cor est, quanto scilicet est mollius. Iam vero caro humidior cute est, eadem tamen calidior: spinalis autem medulla cute est humidior, atque etiam frigidior: sicuti hac rursus humidius est cerebrum: cerebro autem ipso adeps, cui concretio contingit propterea, quòd membranis adiacet: crasso nanq; oleo D est similis, eo'que congelatur, vbi cum frigidis & exanguibus particulis coniungitur. At neque circa iecur coire adeps potest, neque circa arterias, venas'ue, aut cor, sed nec circa aliam vllam præcalidam particulam. Quoniam autem cogitur per id, quod valde est frigidum, idcirco calefacta liquatur, cæterorum coagulatorum ritu: at cerebrum calfactum minime liquatur, eo q; adipe minus est humidum. Porrò minus humida, quàm adeps, est & pulmonum caro, vt quę nec ipsa calfacta liquescat: iam longe etiam adipe minus humida est, tum lienis, tum renum caro. Omnia tamen hæc cute sunt humidiora. Harum rerum demonstrationes proximo libro tradam, sicuti omnia, quæ ad vniuersam de temperamentis disputationem desunt, duobus deinceps commentarijs exponam.

* AL eucratos.

l.1.f.2.d.3.c. fol.5.e

l.1.f.i d.5.c. fol.5.d

GALENI DE TEMPERAMENTIS
LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

De Temperatura Hominis multis medijs dignoſcenda pertractat.

Quid actum ſit ſuperiore libro, ac de Homine temperatiſsimo. CAP. I.

QVod multifariam quidem dicatur humidū, ſiccum, calidum, & frigidū corpus, in proximo definitū eſt libro. Demōſtratū præterea eſt nouem eſſe temperamentorū differentias, vnā quidē, quæ mediocris ſit & eucratos, quā etiā tēperatā vocemus: reliquas omnes intēperatas, quatuor ſimplices, vnica ſcilicet in quaq; prepollente qualitate, vel calore, vel frigore, vel ſiccitate, vel humiditate: quatuor ab his diuerſas, in quibus vtriuſq; oppoſitionis altera qualitas exuperat: dico aūt duas oppoſitiones, alterā quę eſt calidi & frigidi: alterā quæ eſt humidi & ſicci. Ab his ad notas earū digreſſi, de temperata natura diſceptauimus, quoniā hæc omniū prima, virtute, potentia cognitionis q; ordine ſit. F At, cū tēperatū aliud abſolute dictū inueniatur in vniuerſa rerū natura, aliud in ſingulis generibus, principio viſum eſt de eo cōſiderandū eſſe, quod cōmuniter in vniuerſa natura æſtimatur. Huius norma iudiciū q; erat elementorū portionis æqualitas: ob quam extremorū omniū mediū ad vnguē redditū, eucraton & ſymmetron (ſiue tēperatū & mediocre mauis) dicitur. Reliqua, quę in ſingulis generibus tēperata dicuntur, proprijs corporū functionibus, vſibus q; iudicantur: eo q; fit, vt idē animalis cuiuſpiā ſtirpis'ue corpus, omniū, quæ in eodē ſunt genere, mediū eſſe poſſit, id eſt in illo genere eucraton & mediocre: alteri vero cuipiā cōparatū vel ſtirpiū, vel animaliū, vel inanimorū generi, dyſcraton ſiue intēperatū. Quippe viuētis corpus cum demortui corpore collatū, humidius eo calidius q; eſt: verbi gratia, leo viuens leone mortuo, tū ipſe ſe ipſo, tū alter altero, calidior humidior q; eſt. Atq; inde adeo dictū veteribus eſt animal calidū & humidū eſſe, non abſoluto ſermone, quòd humiditas in eo calor'ue exuperet (ſic enim inuenire eſt animalia ſicca frigida q; cōplura, veluti culices muliones, culices vinarios, muſcas, apes, formicas) ſed vt ad mortua collata. Viua enim apes calidior humidior q;, quàm mortua eſt, & formica viua, quàm mortua: cū homi- G ne tamen, equo, boue'ue collata, tum alijs ſanguine præditis animalibus, omnia id genus frigida ſicca q; temperie ſunt. Quin, ſi ad vniuerſam naturam ſpectans ea expēdas, ne ſic quidem, quo minus frigida, ſicca q; ſint, elabantur. Veluti enim in vnoquoq; genere, vbi quid à mediocritate receſſit, ab eo, quod vincit, nomen accipit: itidem in vniuerſa ſubſtantia, cū aliquid mediū tranſierit, non amplius eucraton, ſed vel calidū, vel frigidum, vel humidum, vel ſiccū nominabitur. Mōſtratum. n. ſupra eſt hominem non ſolū animalium ſtirpium'ue, ſed etiam reliquorum omnium, maxime eſſe temperatum. Quoniam aūt ex multis & diſſidentibus is cōditus eſt partibus, manifeſtum eſt, quæ pars medio omnium ſit "temperamēto, eam eſſe maxime eucraton, ſiue temperatam: quæ nāq; animalis eius, quod medij ſit temperamenti, media particula eſt, hæc omnium ſimpliciter eſt temperatiſſima. Monſtratum vero eſt, id eſſe "in homine vocatā cutē, atq; huius eā maxime partē, quæ in manu eſt interna: ſi tamen, qualem eam natura eſt molita, talis perſtiterit. Iam vero, quòd nec cuiuſque hominis cutis, medium abſolute ſit vniuerſæ ſubſtātiæ, ſed eius, qui maxime eſt temperatus, dictum prius eſt: plurimam enim eſſe ipſis quoque hominibus inter ſe differentiam. Verum maxime temperatus is eſt, qui corporis habitu medius horum extremorum apparet, gracilitatis craſſitudinis, mollitiei, duritiei: item q; caloris & frigoris: inuenias enim cuiuslibet hominis H tangendo corpus, vel mitem & halituoſum calorem, vel igneum & acrem, vel horum neutrum, immo frigiditatē quandā præpollentē: frigiditatem aūt præpollere, vt in animalis corpore, intelligere oportet, eo q; tū ſanguine prædito, tū humido. Ac corpore quidē talis homo eſt tēperatiſſimus. Idē animo quoq; medius omnino eſt audaciæ & timoris, cūctationis & præcipitationis, miſericordiæ & inuidiæ: fuerit vero talis alacer, amicorum amans, humanus, & prudēs. Et temperatiſſimus quidē homo ex his primū potiſſimum q; agnoſcitur: his accedunt nō pauca eorū, quæ ex neceſſitate ſequuntur. Quippe edit, bibit q; moderate: & nutrimēta non ſolū in ventre, ſed etiam in venis & tota corporis mole, probe cōcoquit: omnes q; (vt ſemel dicam) tū naturales, tū animales dictas virtutes inculpatas habet: cū & ſenſuum facultatibus, & membrorum motibus optimis, ſit præditus: tū viuido colore ſemper ſit: tum ad perſpiratū excrementorum bene comparatus: idem medius iter ſomnolentum & peruigilem, inter glabrum & hirtum, inter nigrum colorem & album: pilos q; habeat, cum puer eſt, magis rufos q̃ nigros: cum in flore eſt, contra.

A.l.1.f.1.d. fu.1.c.4.f.45

A.l.1.f.1.d. c.1.fol.4.h

De Aetatum temperamentis. CAP. 2.

AT, quoniam differentiarum, quę ex ætate eius ſpectantur, mentionem feci, non alienum ſit aliquid iam de his quoque apponere. Porrò volebam vniuſcuiuſque prædictarum notarum

A tarum causas persequi: verum,cũ ad ea, quæ nunc sunt proposita,magis vrgeat ætatũ considera-tio,quæ etiã maximã nobis ad causarũ inuentionem facultatẽ suggerit, huic primũ nunc insista-mus. Intelligamus igitur recens formatũ animal in vtero matris,quo sciamus qua ratione humi-dissimũ calidissimũ q; sit. Prima enim eius constitutio ex sanguine & semine est,quæ humidæ & calidæ res sunt. His autẽ magis semper siccescẽtibus, primũ quidẽ formantur mẽbranæ,tunicæ,itẽ viscera,& {sanguinis} vasa: vltima vero perficiuntur ossa, & vngues, & chartilagines, concreta scilicet eorũ substantia: ante enim,quã vel tendi possit subiecta substantia,vel concrescere,nihil fie ri memoratorũ potest. Et tunicæ quidẽ,ac mẽbranæ,arteriæ q;,& nerui,& venæ,tensa ea: ossa,char tilagines,vngues,vngulæ,& viscera,coagulata ea perficiuntur. His vero in vtero perfectis, ita de-inde paritur infans. Est vero adhuc in summo humidus, veluti † maris alga: } id q; non {san-guinis} vasis modo,& visceribus,ac carne,sed etiã ipsis ossibus,quæ .s. siccissima sunt omniũ, quæ in nobis sunt,partium. Verũ tũ hæc,tũ reliqua tota vnà cũ his mẽbra,quasi cerea sint, infantium nutrices fingunt,formant q;: tanta est in toto puellorũ corpore humiditas. Quin,si recens editum porcellum vel esse, vel dissectum inspicere velis,carnẽ quidẽ eius mucosam, præhumidã q; inue-nies: osseũ vero genus vniuersum caseo, qui modo sit coagulatus, assimile: adeo, vt nuper nati

B animalis corpus propter redundantem in eo humorẽ libens non comedas. Quod maxime tum suilli,tum ouilli fœtus,corporibus accidit propterea, quod ea maxime sunt humida: caprinũ, quòd siccius sit,& melius esui est,& iucundius. Contra vero,quã in nouellis porcellis, quæcunque iam senuerunt,hæc ossa quidẽ omnia & ligamenta vniuersa præsicca,sine succo,& insipida possident: carnem vero neruosam & duram: arterias quoque,& venas,& neruos,ætatis culpa lori instar,in-suaues,& sine succo. Quæ medio statu horũ ac nuper natorũ sunt, quæ vtique iã ætate processe-runt,quantũ à senio absunt, tantũ & ab extrema siccitate sunt remota. Quæ minora sunt, atque adhuc augescunt, tantũ ea quoque ab gestati etiãnũ fœtus humore absunt, quantũ processerunt ætate. Florescens vero ætas omnium animalium, maxime in medio extremorum est,neque,sicut senium,ad summam perducta siccitatẽ,neque, velut infantiũ ętas, in humore & multo vuido mer sa. Cur igitur aliqui celebrium medicorũ humidum esse senium prodiderunt? an videlicet, quòd excrementorum abundantia sunt decepti? quippe tum oculi his, lachrymis suffunduntur: tum nares destillatione manant: tum in ore eorum saliuæ copia exuberat: ad hæc tũ tussiunt: tũ ex-creant pituitã,scilicet pulmones quoque hac esse refertos indicantes: venter quoquè illis pituita est plenus: tũ singuli articuli quodammodo mucosi. Cęterũ nihil horũ obstat, quo minus senũ

C corpora sicca censeatur: vt quorũ neruos,& arterias,& venas,& mẽbranas, & tunicas instrumen torũ omniũ, multo,quàm prius erant,sicciores, inuenias,circunfundi autẽ illis extrinsecus intrin-secus q; aut pituitosum quendã humorẽ,aut mucosum. Verũ tantũ abest, vt eiusmodi signa vni-uersa senilẽ ætatem humidam confirment, vt etiam siccam esse propè testentur: iccirco nanque particula quæuis siccior,quàm ante,euadit,quòd per caloris imbecillitatem similiter non nutritur, foris siquidem illi copia humidi excrementi superfluitat,corpus autem cuiusque intrinsecus siccũ est,vt quod nec trahere intro nutrimentum valeat, nec eo sufficienter frui. Est ergo humidus senex,non proprijs suis particulis, sed excrementis: rursum siccus,non excrementis, sed particulis ipsis: ita nimirum alio genere siccus, alio humidus. Verum non est ad præsens de excrementis eius,sed de proprijs partibus disceptatio, quarum secundum naturam actiones vitam eius com-plent. His igitur siccus senex est, quibus scilicet puer erat humidus, ipsis nimirum solidis corpo-ris particulis,ossibus,membranis,ligamentis, arterijs, venis, neruis, tunicis, carnibus'que. Me-rito'que Aristoteles senium marcenti stirpi assimilat. Quippe stirpes, nouellæ dum sunt, molles humidẽ'que cernuntur: senescentes,assidue magis siccescere videntur: ad postremũ aridæ pror-sus redduntur, id'que ipsis mors est. Ac, quòd siccissima ętatum senilis sit, ex iam dictis liquet:

D quòd autem & frigidissima sit, id vel magis est euidens ita,vt de eo nemo dubitauerit. Nam & tan genti senes frigidi apparent,& facile in frigidum statum mutantur: & nigri, & liuidi fiunt: & fri-gidis morbis facile capiuntur, apoplexia, neruorum resolutione, stupore, tremore, conuulsio-ne, destillatione,raucedine. Porrò perijt eorum omnis, paulo minus, sanguis: eo'que vnà perijt & coloris rubor. Iam vero concoctio ijs, & digestio, & sanguificatio, & appositio, & nutritio, & appetentia, & sensus,& motus, oblæsa omnia sunt, vitiose q; affecta. Et quid, quæso, aliud est senium,quàm via ad interitum? Itaque si mors,naturalis caloris est extinctio,vtique senium velu-ti tabes quædam eius fuerit. Verum non "perinde de puerorum, & florentium ętate,inter medi-cos conuenit. Sed nec dirimere inter eos litem est promptum: probabiles enim sunt vtrorumque rationes, tum eorum, qui pueros calidiores esse, quàm florentes ætate,censent: tum eorum, qui contra,florentes calidiores pueris esse contendunt. Alteri nanque ex eo,quòd sanguinis "humor omnium,quę in animalis corpore secundum naturam continentur, calidissimum sit: tum quòd fœtus in vtero propemodum sanguis tantum sit, post autem fingendis vtique iam particulis aliud os efficitur, aliud arteria, aliud vena, aliud diuersum ab his aliquid,omnia tamen rubra: tum quòd † sanguinem syncerissimum, calidissimum'que obtineant: colligunt calidissimum esse, gestatum in vtero fœtum: quod si est,etiam pueros, quanto gestatis in vtero propiores sunt,

Marginal notes: † bryon, id est muscus. — .1.f.1.d.3. fol.5.g — ibidem.h — † Addendum ex græcis, plurimum.

sunt,tãto esse florentibus ętate calidiores. Alteri vero,quod ēt plurimus sit in florentibus sanguis, ac copiosior,quã in pueris,ita,vt eius occasione crebro his sanguis profluat: quin ēt quod flauę bilis succus,qui sanguine multo est calidior,plurimus his sit,propterea calidiores esse florentes, quam pueros, confirmant. Rursus illi ab ipsis functionibus, quod tũ augeãtur, tum plura,quàm pro corporis sui portione,alimenta tum appetant,tũ conficiant, validum esse in pueris calorem asserunt. Hi contra,humiditatis occasione potius,quã caloris vi,augeri illos contendunt: at concoctione non modo florentes non vincere,sed etiã longe ab ijs pueros vinci: nam & vomitiones ijs ex incoctis cibis accidere,& deiectiones,cũ ipsi cibi adhuc humidi sint asperi q;, nec adhuc in succum mutati: Quòd,si appetunt plura,nihil id facere ad caloris robur: primũ enim id non accidere caloris copia,vt animal appetat plura,immo contra,refrigeratis.s.his partibus,quibus appetentia debetur: deinde,quoniam non tantũ ad nutritionẽ,sed etiã incrementũ,alimẽta dispensantur,iccirco ēt pluribus nutrimentis ijs esse opus: Iã vero reliquis functionibus vniuersis, etiã non obscure inferiores esse pueros ijs,qui florenti sunt ętate,vt qui nec ingredi,nec currere,nec portare, nec quicquã in summa functionũ actiuarũ similiter obire queant: cũ florẽtibus tũ sensum omnẽ,tũ intellectũ,ad summã perfectionẽ bonitatẽ q; peruenisse dicant. In summa,puerũ adhuc imperfectũ esse, florentem animal perfectum: in perfectis rationabile esse,maxime actiuũ maximè'que princeps elementum praepollere: quin somno quoque plurimo deditos pueros videre licet, contra,minimo florentes esse contentos, quanquã hunc quoque aliter accidere,ne vel insanum quidem hominem censere aiunt,quàm calido victo quodã modo,grauato'que humoris copia,veluti tũ ex temulentis intelligere licet,tũ ijs,qui balneo liberalius sint vsi: ita vero & papauer somnificũ esse, & mandragorã, & lactucã,& omnia,quę humidiore frigidiore'que temperie sunt. Ac tales quidẽde propositarũ aetatum temperie rationes vtrinque afferuntur: omnes enim recensere superuacuum videtur, cũ formula ipsa epichirematum vel ex ijs, quae retulimus, satis clare perspici possit. Eminus enim vtrique ferme'que à secundis priora colligunt: ac,tanquam iam sciat auditor,quemadmodum auctio,quemadmodum concoctio,& queamdmodom nutritio fiat,verba faciunt. Simili modo de sensu, de intellectu, de functionibus tum naturalibus, tum actiuis disputant: de somni quoque generatione,& ciborum natura, mentionem faciunt: quorum nullum simplex, promptum'que cognitu est,sed & multam disquisitionem requirit,nec potest fortasse vlli compertũ esse, nisi qui prius humidã, siccã, calidã, frigidã q; tẽperiẽ sciat agnoscere. Quicquid enim eorũ veluti scientes dicunt,id si demonstrare eos cogas,prorsus disputationẽ de temperamentis, hanc scilicet, cui nunc insistimus,desiderabunt. Quare per mutua & ex mutuis fiunt ijs demonstrationes: ex ijs quidem,quae nunc quęrimus,ceu iam sint cognita, cum de actionibus disputant, & ciborũ ac medicamentorum facultates inuestigant, ac de somno & alijs id genus disserunt: rursus autẽ, quae nunc sunt proposita,per illa,veluti prius iam nota,demonstrant. Ego vero eiusmodi demonstrationes non probo: quin,si fateri verum oportet,nec demonstrationes eas censeo, veluti diffusius in alijs ostendi,satius q; esse in omni docendi genere existimo ordinem conceptionum definire.

Si igitur principium omnis, quae de tẽperamentis suscipitur,disputationis,tractatio de elementis est,sint'ne ea impatibilia prorsus q; mutationis expertia,an alterari mutari q; potentia: ab illorum vero cognitione secunda deinceps est proposita nunc disputatio: non vtique sumenda est istorum fides ex ijs, quae non dum sciuntur,sed,sicuti tum rectum est tum vero iustum, quod sumendum ad demonstrationem est,vel euidens aliquid sit oportet, vel quod prius fuit demonstratum. Non est igitur neque de somni generatione mentio facienda,neque de concoctione,neque auctione,neque de alio id genus vllo,sed ab ipsa sola nuda q; subiectarũ rerũ substantia disquisitio ineunda,sicuti in primo libro fecimus. Quippe statuentes aliud esse, quod energia siue actu sit: aliud,quod potestate: de eo,quod actu iã calidum,frigidum,humidũ, siccum'ue sit,prius disserendum esse diximus: subinde ad ea,quae potestate sint,veniendum. Porrò eorum quae actu calida,frigida,humida,sicca'ue sunt,obuia prompta q; omnibus cognitio est,vtpote quae tactu discerni queant, qui scilicet & ignẽ ipsum calidum esse docuit,& glaciem frigidam. Quòd si alia quapiam ratione notionem agnitionem q; calidi frigidi'ue habent,dicant hanc nobis: inauditã enim sapientiã promittunt,immo,si verum fateri licet, stuporem potius, si rerum sensibilium aliũ quẽpiam habere se iudicem meliorem putant, quàm ipse sit sensus. Atqui,si eorum, quae actu calida sunt,alius esse iudex, quàm tactus,nullus potest, tangant iam deinceps multos viros tum senes, tum adolescentes, tũ pueros, tum infantes: ita enim inuenient,qui magis minus'ue calidi sint. Sin de rebus sensibilibus rationales demonstrationes quaerunt,iam de niue ipsa inquirendum est, censenda'ne sit, sicut omnibus hominibus apparet, candida: an, sicut Anaxagoras asseuerauit, non candida. Iam vero de pice simili modo, coruo q;, ac reliquis omnibus aestimandum: neque enim,si non habenda est oculis fides de albo, quod vident, de nigro sine demonstratione fides est habenda. Omnia igitur,quę sensui apparent,si iam fide carere dicunt,nec olorem album esse dicant,nisi prius id viderint ratione,immo nec calcẽ,nec diẽ,nec ipsum Solẽ: ad eundem modum & de voce auribus fidem abrogent,& de odore naribus, & de omni tangibili ipsi tactus sensui. Et non'ne haec sunt Pyronis haesitatio,& nugae immensae? Sanè ęquum fuerat eos,qui optimam se-

ctam

A.ibidem.

A.ibidem.

E F G H

A ctam in philoſophia elegiſſent, quæ ſcilicet calidum, frigidum, humidum, & ſiccum principia & elementa ſtatuit, non in tantum deſciuiſſe à viris, qui hæc poſuerunt, vt, ꝙ omnis demonſtrationis principia ſunt, quæ q; ſenſui, quæ q; intellectui ſunt manifeſta, non cognoſcerent. Et profectò quiſquis de his addubitat, fruſtrà de alijs inquirit, vtpote ne quidem, vnde ſit incepturus, quicquam ſibi relinquens. Vnde igitur in tam diuerſam viam diuerterint, ac ſenſibilium rerum cognitionem ratione conſequi tentarint, ego ſanè ne cogitare quidem poſſum. Et ideo quod actu calidum eſt, tactu iudico: ſiquid autem adhuc calidum non eſt, ſed, vt tale fiat, eſt idoneum (quod vtique poteſtate calidum appellamus) id ratione inueſtigare conor. Hi vero omnia, neſcio quo pacto, ſubuertunt, & in argumentis prolixe rhetoricantur. Sed hos mittamus, illius tamen nunc minime obliti, ꝙ vnum prauorum dogmatum principium ſit, nihil de demonſtratione prius meditatum ſimul res ipſas inquirere: ſimul veluti ſcientē, quid'nam demonſtratio ſit, demonſtrare tentare. Denuo igitur ad propoſitum reuerſi, calidum, quod in ætatibus cognoſcere cupimus, primum & maxime tactu iudicemus. Erit autem optimum iudicium in vno eodem q; vnius infantis corpore: poteſt enim, & qualis calor illi ante bienniū fuerit, in memoria reponi, & qualis nunc ſit poſt duos forte vel tres interpoſitos annos. Si nanq; mutatio omnino vlla ad calidū frigidum've infanti facta vi-
B debitur, nullum præterea negocium erit, qui vſq; ad florentem ætatem futurus exceſſus, ſit colligere. Quòd ſi plures puellos pluribus conferre florentibus ætate velis, graciles gracilibus, quadratos quadratis, & craſſos craſſis conferes: æque vero & qui colore, & reliquis omnibus, quoad fieri poteſt, ſimiliter ſe habeant: quippe, ſi differentiam in ætatibus inuenire ſtudeas, in ſimilibus, quàm maxime licet, naturis eam inquiſitionem tutius facies. Porrò in contrarijs naturis hanc diſquirere non parui erroris eſt occaſio, cum interim non tam exploratorum corporum ætatis, quàm naturalis temperamenti gratia, differentia exiſtat. Ad eundem modum, tum victu vniuerſo, tum temporū, quibus exploratur, ſtatu, pari modo ſe habentia corpora eliges, non exercitatum requieto comparans: non balneo vſum ei, qui eo non ſit vſus: nō ieiunum ſaturo: non ſitientē ebrio: non eum, qui ſole incaluit, ei, qui ex frigore riget: nō eum, qui vigilauit, ei, qui dormiuit: nec deniq; eos, quibus contraria eſt vel natura, vel victus ratio, vel quælibet rerum circunſtantia: ſed reliqua omnia ſint, q̄ fieri licet, paria, vna ætate excepta. Pari modo, ſi vnum eundem q; puellum cum ſe ipſo conferes, oēs eius externas circunſtantias ſimiles ad vnguem ſeruabis: quò ſcilicet, ſiqua, harum alicuius cauſa, in calore & frigore differentia contingat, ætatis mutationi non imputetur. Longā tibi experiendi rationem fortaſſe tradere videor, ſed planè veriſſimam, atq; ex ipſa rei quæſitæ eſſentia
C deſumptam: ſicut in ijs, quæ de demonſtratione ſcripſimus, à nobis eſt proditum: tu vero fortaſſe cōpendiariam voles, minime curans, ſi falſa ſit. Scito ergo non ſolum falſam te, ſed etiam longam ingreſſurum viam, neq; tribus quatuor've annis, quod requiris, inuēturum, ſed tota vita ignorantia verſaturum: quantum enim accipi ex memoratorum virorum controuerſia licet, non eſt ꝙ putemus clare aliquid demōſtrari poſſe: ſed nec rationabile oīno eſt ex ijs, quæ poſteriora ſint, ea probari, quæ ſunt priora. Ergo calidum frigidum q; corpus, quod ſaltem actu, nec adhuc poteſtate tale ſit, ſenſu iudicemus, miſſo nunc tum priorum iudicio, tum reliquis omnibus notis: & te iam, ceu recte iudicaturum, ad ipſam experientiā remitto: meum autem iudicium ipſe interpretabor. Complura enim deinceps corpora non puerorum modo, vel infantium, verum etiā, adoleſcentiū, & ætate florentium curioſe tangens, neutros vera locutos inueni, nec eos, qui abſoluto ſermone calidiorem: nec eos, qui frigidiorem eſſe florentem ætatem, q̄ puerilem, dixerunt. Si enim reliquis omnibus, quæ extrinſecus adueniunt, alterationibus circuncisis, eas, quæ ex ſola ętate proueniunt, differentias æſtimaueris, neuter abſolute loquenti videbitur tibi calidior: quippe diſſident eorum calores qualitate, quæ ex imparitate diſſlatus creatur: cuius rei occaſione non nulli vel eos, qui ſecū verſentur, vel ſe ipſos fallentes, alij puerorum, alij iuuenum, valentiorem eſſe calorem autumant.
D Eſt enim puerorum calor magis halituoſus, & copioſus, & tangenti blandior: florentium calor ſubacre quiddam habet, ac non ſuaue. Hæc igitur tangenti occurſus differentia plures inducit, vt florentium corpus calidius eſſe pronuncient: res vero aliter ſe habet. Quippe, qui in varia materia tactum ſuum ad calorem tum valentiorem, tum imbecilliorem, tum parem diſcernendum exercuerit, huic non dubito puerorum calorem florentium valori vel parem vel ampliorem viſum iri. Eſt porrò exercendi ratio hæc: incipiendum enim ab eo, quod euidens maxime eſt. Balnearum aer ita eſt aliquando calens, vt nemo eum ferat, ſed vri in eo verſatus videatur: aliquando ita eſt frigidus, vt ſudare in eo non ſit: iam tertium quoque quendam eſſe & ab his diuerſum, quem vtique maxime requirimus, temperatum aeris ſtatum quid refert dicere? Iidem tres caloris ſtatus in ſolij quoque apparent aqua: quippe quæ & calida adeo, vt vrat: & frigida adeo, vt ne calfaciat quidem: & temperata adeo, vt calfaciat modice, ſæpe offenditur. Ergo, ſi te, vter ſit calidior, perconter, aqua'ne temperata, an aer temperatus, neutrum dicere poſſis: cum enim ambo ſimiliter corpori blanda ſint & mediocri temperie, alterum eorum dicere calidius eſſe, alterum frigidius nulla dici ratione videtur. Iam, ſi intelligas aquam labri ea eſſe caliditate, vt ferueat, aut aerem balnei prorſus inflammatum, ab vtroque te pari modo deurendum conſtat. Rurſus, ſi aquam ita intelliges frigidam, vt procul à glaciando non abſit: aut aerem prorſus refrigeratum, ſicut, cum

ningit,conspicitur,patet,quod vtriusuis occursu pari modo refrigeraberis rigebis que. Ergo summum E tum calorem, tum frigus, similiter in aqua, similiter que in aere finge: præterea medium amborum extremorum statum simili modo in vtroque constitue: hoc casu, quod in medio interuallo extremorum & medij status, tum in aqua est, tum in aere, easdem excessus distantiæ que rationes habebit: tanto que dices alterum mediocri esse calidius, quanto alterum: ad eundem modum & frigidius, quam mediocre, tanto esse aquam aliquando dices, quanto & aerem, tametsi suus vtriusque occursus tangenti idem non sit vtrique: neque enim simili modo aqua temperata, sicut aer temperatus, tactum afficit. Et quid opus est, in tam dissimilibus exemplum proponam? cum ipse aer, qui simili sit colore, varie tangenti occurrat, prout aliàs veluti caliginosus & halituosus, aliàs veluti fumosus & fuliginosus interim purus omnino est. Igitur in pluribus ijsdem que differentibus æqualitas caloris consistit: quæ inconsideratis, quasi inæqualis sit, imponit, propterea scilicet, quod non vndequaque similis apparet. Cæterum homo, qui rationes, quas proposui, expenderit, & sensum in multa particularium experientia exercuerit, is nimirum æqualitatem caloris in pueris florentibus que inueniet: nec eo falletur, quod alter in humida, alter in sicca substantia repræsentetur: quippe lapis aliquando pari cum aqua calore esse potest, nullum eo faciente discrimen, quod lapis siccus sit, aqua humida. Ita igitur mihi, cum pueros, iuuenes, adolescentes millies considerassem: præterea eundem, infantem, puerum, F adolescentem que factum, nihilo calidior visus est nec puer, quam ætate florens: nec ætate florens, quam puer: sed tantum (quemadmodum dixi) in pueris magis halituosus, & multus, & suauis: in florentibus exiguus, siccus, nec similiter suauis esse caloris occursus: siquidem puerorum substantiæ, vtpote humidæ, multum foras effluit: florentium substantiæ parum, vtpote siccæ. Itaque neuter eorum simpliciter videtur altero calidior, sed alter multitudine eius, quod difflatur, alter acrimonia: quippe insiti caloris puer plus habet, eius que blandioris, siquidem ex sanguine & semine ortum habet: in florentibus ætate exiguus & siccus, nec similiter suauis calor tangenti occurrit.

De Particularum corporis Temperatura, ratione & tactu dignoscenda. CAP. 3.

Ergo calidi frigidi que corporis solus tactus est iudex: humidi autem & sicci vnà cum tactu ratio. Quippe quod siccum est, durum prorsus est, at hoc tactu omnino dignoscitur: non tamen, si quid durum est, idem statim & siccum est: etenim inseparabilis à sicco corpore duritia est, non tamen eius vnius propria: nam, & quod à frigore concretum est, durum cernitur, sicut glacies. Quo vtique minus sicci humidi que adeunda statim discretio est, ante scilicet, quàm æstimatum sit quemadmodum se in calore habeant & frigore. Neque enim, siquid cum summo frigore repræsentatur durum, id etiam siccum est: nec, siquid cum vehementi calore est molle, idem statim est humidum: verum, cum mediocriter est calidum, tum æstimare, durum ne, an molle sit, oportet: si enim molle sit, humidum est: si durum, siccum. Verum, si hæc ita se habent, partium, quæ in humano corpore sunt duræ, nulla est humida: neque enim tanta esse in eo frigiditas potest, vt aliquid in ipso concrescere in duritiem queat. Potest quidem, quod prius fuit fluxile, aliquando concrescere, veluti adeps: quod enim oleosum in sanguine fluxile que & pingue est, vbi in frigidum venit locum, cogitur: durum tamen ne sic quidem efficitur. Commode igitur dictum veteribus est humidissimam esse adipem: secundo post eam loco carnosum genus. Eius autem plures sunt species, prima quidem, quæ proprie caro appellatur, quam scilicet nusquam in corpore per se inuenies, sed est perpetuo musculi pars. Ab hac cuiusque viscerum propria substantia est: eam Erasistratus parenchyma vocat, quasi que pro re parua leui que habet, parum intelligens cuiusque visceris actionem huic carni acceptam referri: sed horum non est nunc tempus. Quòd autem ipsum cerebri pulmonis que proprium corpus proximum adipi humiditatis ratione sit, ex mollitie eius coniectare licet: non enim à frigido congelatur, cum nec calore fundatur. Propinquam his naturam habet medulla: non est tamen eiusdem generis cum cerebro & spinali medulla, ea, quæ in quolibet habetur osse: sed cerebrum & spinæ medulla eiusdem sunt generis, reliquæ omnes medullæ alterius naturæ H sunt. Est tamen humidius ac calidius cerebrum, quàm spinalis medulla, eo quod etiam mollius: præterea ipsius cerebri priores partes tanto sunt humidiores, quanto molliores. Omnia tamen hæc cute non humidiora modo sunt, sed etiam frigidiora: vno que verbo, omne exangue frigidius sanguine prædito est. Proxima cuti est mollium neruorum natura: duriores autem in humido & sicco secundum cutis naturam se habent: calore ab eius natura tantum absunt, quantum consentiens est exangue corpus à sanguine prædito abesse. Lienis autem, renum, & iecinoris caro tanto cute est humidior, quanto est mollior: calidior autem, quanto magis abundat sanguine. Iam cordis caro omnibus his tanto est siccior, quanto est durior: calidior vero non modo his, sed etiam omnibus planè corporis particulis: quod etiam sensu clare deprehendas, licet, in pectoris animalis dissectione, si digitos in sinistrum eius sinum immiseris, inuenies enim locum hunc omnibus, quæ in animali sunt, non paulo calidiorem. At iecinoris, lienis, renum, & pulmonis caro simplicis cuiusdam naturæ est, circa cuiusque visceris venas, arterias, & neruos crescens. Cordis simplex carnis natura non est, sed sunt in eo fibræ, quales in musculis cernimus, quibus caro circumhæret: cæterum non est idem fibrarum genus: sed, quæ in musculis habentur, neruorum & ligamentorum sunt particulæ: cordis propria quædam fibrarum est species, æque scilicet, vt venarum

A.l.1.f.2.d.3. fu.1.c.3.fol 44 13.

A.l.1.f.1.d.5. c.1.fol.10.b

A venarum tunicæ, atq; arteriarum, item q; intestinorum, ventriculi, vteri, & vesicæ vtriusque: licet enim in his quoq; omnibus instrumentis propriam quandam videre carnem, suis ipsorum fibris circumnatam. Atq; hæ quidem carnes cute sunt calidiores: fibræ vero, quàm cutis, partim paulo magis, partim paulo minus, tũ frigidæ, tũ siccæ sunt: partim similes omnino cutis substantiæ. Porrò omnes mẽbranæ cute sunt sicciores, veluti cerebri, & spinalis medullæ inuolucra, {quæ menynges dicuntur,} sunt enim hæ quoq; membranæ. Iam ligamenta omnia quanto cute sunt duriora, tanto sunt & sicciora. Tendones quoq;, tametsi ligamẽtis sunt molliores, attamen cute luculenter sunt duriores. Chartilagines vero post ligamẽta deinceps sunt. Præterea medium quoddam inter ea corpus: appellant id anatomici quidam νευροχονδρώδη σύνδεσμον, {quasi vero chartilagineũ simul & neruosum ligamentum dicas: } est autem id durum chartilaginosum q; ligamentũ. Os vero omnium, quæ cutis operit, durissimum est. At eorum, quæ ex cute extant, siccissimus est pilus: deinde cornu: mox vngues, & vngulæ, & calcaria, & rostra, quæ q; his in singulis animalium ratione carentium similes sunt partes. Succorũ optimus, & maxime proprius, ac domesticus, sanguis est. Huius veluti sedimentum ac fex, atra bilis est: quæ idcirco tum frigidior, tum crassior sanguine est: sicut flaua bilis longe calidior. Frigidissimum vero ac humidissimum omnium, quæ in B animali habentur, pituita est. Instrumentum autem, quo id cognoscitur, ipse est tactus: veluti Hippocrates in libello de hominis natura monstrauit. Cæterum, quòd frigida sit, vnus tactus discernit: quòd verò humida quoq;, pariter tactus, visus, & ratio iudicant: & tactus quidem ac visus, q talis his cernitur: ratio vero, vbi non caloris copia, sed naturali humore, talem esse definiuit. Ac particulæ quidem & succi corporis ad hunc modum se habent.

De Dignoscendis Temperamentis per crassitiem & gracilitatem. CAP. 4.

DE ijs, quæ temperamenta comitantur, deinceps agendum. Comitantur enim ea & quæ dicta iam sunt: immo potius inseparabilia omnino sunt, à sicco quidem corpore duritia: ab humido mollities, si tamen cum tepido calore est. Sed & crassitudo habitus, & gracilitas, temperamenta sequuntur, non ea modo, quę naturalia sunt, sed etiam siqua ex longa cõsuetudine sunt contracta. Multos siquidem, qui natura graciles fuerant, pingues redditos vidi: contra q;, qui pingues fuerant, graciles: illis quidem ex ociosa & delicata vita toto temperamento ad humidius mutato: his vero multa tolerantia, & curis, & tenui victu persiccatis. Dicemus vero & horum discernendorum notas: satius enim est, talis'ne quispiam natura sit, an ex consuetudine redditus, nosmet prius per aliquot signa discernere posse, q̃ ab alio id quærere. Sanè eiusmodi signorum author C æque, vt reliquorum omnium, mirus est Hippocrates. Siquidem, qbuscunq; latiores venæ sunt, hi " calidiores natura sunt: quibus angustiores, cõtra magis frigidi, caloris nanq; opus est has dilatare, " flatu q; extendere. Ita rationabiliter in idem ferè recidit venarum angustia cum habitu pingui & crassiore: habitus gracilis cum venarum laxitate. Quòd, si quis simul pinguis crassus'q; est, ac venas laxas habet, is consuetudinis alicuius occasione, non natura, pinguis est redditus: sicut è diuerso, siquis angustas habet venas, & gracilis est, ne hunc quidem talem esse natura necesse est. Quin, cum fames vrget, mediocritatem ex laxitate venarum & angustia, non à cætero totius corporis habitu, spectandam esse ait: quippe qui angustas habent venas, exigui sunt sanguinis, nec longam inediam ferunt: quibus latæ, his copia sanguinis est, & citra noxam cibo abstinent. Causæ horum, euidentes iam sunt ijs, qui animum aduerterint, tametsi à me non referantur: sed, quoniã non omnes aduertunt, necessum fortasse erit aliquid eorum causa dixisse. Quicquid in sanguine pingue, leue, & tenue est, id in calidioribus corporibus alimentum quoddam calido fit, in frigidioribus seruatur: cum q; id venæ extra se transmiserint, vbi in frigidas particulas incidit, quod genus membranæ sunt, circum eas concrescit: in partibus vero natura calidioribus, cuiusmodi carnosæ sunt, à calore ipso absumitur ac digeritur, nisi sicubi frigiditati temperamenti etiã vita indul-D gentior accedens ipsis carnosis particulis adipis aliquid allinat. Qua ratione etiam, quæ hyeme delitescunt animalia, non raro inueniuntur adipe obesa. Et fœminę viris sunt pinguiores, quòd scilicet fœmina mare est frigidior, & plurimum domi versatur. Ac, quicunque corporum habitus & temperati natura sunt, & mediocri exercitatione vtuntur, hos necesse est eusarcos esse, id vero est mediocri omnino corporis habitu. Quibus vero humidum abundat, & calor à mediocritate summa non longe abest, hi corpulenti siue carnosi fiunt. Corpulenti rursus fiunt, qui natura sunt temperati, cæterum desides & ociosi viuunt: quippe dictum à veteribus commodissime est consuetudinem acquisititiam esse naturam. Nec fortasse oportebit, cum id iam semel dixerimus, in quouis etiam capite definire, natura'ne frigidior, an ex consuetudine, quispiam sit redditus: sed illud legentibus remittere, me autem compendij causa proprios cuique temperamento corporis habitus persequi. Sunt igitur non nulli, qui & graciles sint, & venas paruas habẽt: sed, si ex ijs quẽpiam incidas, adeps excidet, quã constat cuti ad internam eius membranam esse subnatã. Et raro id quidem in viris conspicitur, in fœminis sepissime inuenitur: est nanque tum frigidioris naturę, tum vitæ magis desidiosæ, eiusmodi nota: siquidem adeps ex habitus frigiditate semper gignitur: corpulentia, siue carnis *abundantia, ex sanguinis copia nascitur: mediocritas temperatę naturę est nota. Et corpulenti quidem omnino plus adipis habent, quàm temperati: nec tamen pro carnis

2.Epid. sect. 5. & 6. à prĩcipio. Et sect. 1. versus finem. Et lib. 6. sect. 2. tex. 44. 3ª. 169. a. Et sect. 4. tex. 25. 186.b

A.l. 1. f. 1. d. 3. su. 1. c. 3. fol. 44.c

A.l. 1. f. 1. d. 5. c. 1. fol. 10. a.

* Al. eusarci.

carnis semper portione adeps simul augetur: sed alios habere plus carnis, alios plus adipis videas, E alijs ambo pari modo sunt adaucta. Et, quibus quidem ambo pari modo sunt aucta, ijs tantum supra temperatam naturam humoris est, quantum & frigoris: quibus autem plus est adipis, in ijs frigidi plus est, quàm humidi: æque vt, quibus caro est plenior, ijs humoris plus iusto est, non tamen etiam frigoris: cum enim calori intra debitos fines manenti boni sanguinis accedit copia, necesse est, corpulentia sequatur. Quantum autem supra mediocritatem esse sanguis debeat, id quidem mensura & pondere ostendere non est: ratione tradere licet: quippe, vbi nullum adhuc morbosum symptoma crassato corpori incidit, humoris abundantia intra sanitatis interim est fines. Monstratum enim nobis & in alijs est non paruam in eo statu, quæ sanitas dicitur, necessario statuendã esse latitudinem: quin id nunc quoq; in omni ferè sermone nostro apparet, qui temperatã mediam q; naturam reliquarũ veluti canonem semper statuamus: quæ vero ex huius vtraq; sunt parte, intemperatas censeamus: quod vtiq; nõ faceremus, nisi in sanitatis statu, maioris minoris q; ratio inueniretur. Est enim alia sanitatis, alia morbi intemperies: morbi quidem ea, quæ à media temperie longissime abest: sanitatis, quæ paulum. Definire autem modum ne hic quidem mensura & pondere licet: cæterum intemperamenti, quod intra sanitatem habetur, sufficiens nota est, quòd nulla functio animalis manifeste sit adhuc læsa. Quantum igitur interuallũ est inter id, quod F perfectissime functionem obit, & id, quod manifeste actionem aliquam habet oblæsam: tanta est profectò & sanitatis, & distemperantiæ quæ intra sanitatem consistit, latitudo. Ab hac proxima est intemperies morbosa, cum scilicet animal intemperamenti vitio ægrotat: non enim huius tantũ noxa laborat, sed etiam alijs affectibus non paucis: de quibus in ijs, quę de morborum differentijs scribemus, diffusius agetur. Nunc autem redeundum ad diuerticulum est. Sicuti enim naturali calore optimam seruante temperiem, humidum, quod intra sanitatis terminos est auctum, non adipem modo in homine, sed etiam corpulentiam gignit: & adipem quidem parcius adijcit, carnem vero multo liberalius auget: ita rursus, si humidum & siccum mediocritatem ad vnguem inter se seruent, calor autem in homine sit minor, necesse est, huius corpus adipe, quàm carnis copia, magis abundet. At vero, si calor augeatur, seruet q; mediocritatem altera contrarietas, minus erit ei animali adipis, q̃ carnis: sicut è diuerso, siquando pollet siccum altera contrarietate medium modum seruante, & gracilius & durius corpus euadet. Hęc à me dicta sunt, patet q; non solũ ratione monstratum esse, q; simplices in animalium corporibus intemperies habeantur, sed etiam quòd singularum manifestæ sint notæ: nec eæ modo in calore, frigore, mollitie, & duritie, sed etiam in reliquis omnibus habituum totius corporis differentijs: quarum de ijs, quæ ex gracilitate & crassitudine G spectantur, mox diximus. de reliquis nunc dicamus.

De Dignoscendis Temperamentis ex pilosis & glabris. CAP. 5.

CAlida "igitur & sicca intemperies hirsuta est, verum ea in summo: mediocriter autem, quæ calida quidem est, sed in altera contrarietate mediocritatem habet: similiter & quę sicca quidem est, sed in calido & frigido media est temperie, est enim ea quoque modice hirta. Nuda pilis sunt frigida omnia temperamenta, siue ea mediocriter se habent in humiditate, siue immodice: cæterũ ad summum glabra est frigida temperies & humida: minus hac, quæ frigida est, sed in altera contrarietate temperata: adhuc minus, quæ frigida est & sicca. Quanquam putet aliquis, sicut fieri non potest, vt in terra sicca herbæ nascantur, nutriantur, & incrementum capiant, sic nec pili in sicca cute: est autem secus, quippe terra, vt terra, sicca dicitur: cutis, vt cutis. Itaque siccitas, quæ in terra est, maxime sine humore est: quæ vero in hominis est corpore, & eius similium animalium, nec humoris est expers, & maxime omnium ad pilorum generationem est idonea. Si quidem nec ex ijs, quæ silicea testa tecta sunt: nec crustatis, veluti ostreis, locustis, cancris: sed nec ex ijs, quæ in cauernis delitescunt, quales sunt serpentes: nec quæ squamata sunt, cuiusmodi sunt pisces, oriri pili possunt: sunt enim horũ cutes vere & in totum siccæ ritu testæ, vel petrę: Cæ- H terum ex ijs, quæ molli sunt cute, vt homo, quanto vtiq; siccior calidior q; cutis fuerit, tanto magis potest pilos gignere. Nam (vt ab exẽplo terræ, quod illi pręponunt, nõ recedamus) herbæ nec in sicca & squallente admodũ terra nasci possunt, nec in humida & lacustri: verũ, cum absumi cœperit redundantia humoris, tum enascuntur è terra: augentur autem largius, vbi hæc quoque siccescit, modice quidem in vere, celerrime vero & plurimum ineunte æstate: siccantur autem omnino arefacta terra æstate iam media. Licet q; tibi, si placet, nunc quoq; (sicuti in priore libro demonstratum est) ver ipsum propterea, q; ex temporibus anni maxime temperatum est, temperati corporis id assimilare cuti, potissimum q; eius temporis medium, tum enim terra quoque ipsa medio quodam statu humoris siccitatis q; est: quod aũt veris æstati est proximum, id iam sicciorem iusto habet terram: hoc etiam amplius æstas inchoata. Quam igitur dico calidam & siccam cutem, hanc maxime terræ statui assimiles, qui abeunte fit vere, vel ineunte æstate: nam media æstate in summo est sicca, perinde vt testa intectorum animalium tegmen, non vt hominum, suum, asinorum, equorum, aut alterius cuiusquã eorum, quæ pilis vestiuntur. Quare, si cutem terræ comparare volunt, hactenus quoque rem consentire cum ijs, quæ prius diximus, inueniẽt: ipsi vero sese ex homonymia nõ animaduersa fallunt: in sicca "enim & calida cute multos magnos q; nasci pilos diximus,

A. l. 1. f. 2. d. 3. fu. 1. ca. 3. fol. 44. c

A. ibidem. d

A diximus, nimirum vt de homine vel animali pilis prædito, non de ostreis aut cancris, verba facientes. Quippe per omnem cutem difflatur semper aliquid a calido, quod secum etiam interni humoris non parum aufert. Verum, in quibus humida cutis est, & plane mollis, qualis modo concrescens caseus, in ijs eorum, quæ exciderunt, viæ per cutem non manent, partibus scilicet eius, quæ prius dissidebant, rursus inter se vnitis. At, in quibus dura est, non absimilis caseo iam coacto, perforatur quidem eorum, quæ exeunt, impetu: cum autem rursus vniri per siccitatem nequeat, meatus ipsos immutatos seruat, qui etiam perpetuo transfluentium ictu assidue magis fistulantur. Si igitur, quod trāsfluit, vel halitus vel humor purus sit, halitui certe celer minimeq; impeditus transitus est: humor in exilioribus spiramentis non nunq̄ hæret: aliquid etiam intro recurrere ad profundum cogitur. Sin veluti fuliginosus crassusq; & terreus vapor sit, subinde contingit, vt in angustis spiramētis impactus nec facile rursum intro redeat, nec vacuari possit: hunc igitur alius rursum è profundo subiens ferit, prorsumq; impellit, tum hunc rursus alter, atq; illum alius: ac multos mihi eiusmodi vapores fuliginosos alium super aliū impactos tempore cōplicari, coniungiq; intellige, ac vnum eiusmodi efficere corpus, quale est ea, quæ foris cernitur, fuligo: nisi q hic quantum spissatum est, tantum etiam per transitus angustiam stipatum, in angustam prorsus redactum

B est formam. Vbi autem tale corpus totum obstruxerit meatum, deinceps iam violenter ictum à similibus sui, quibus exitus non est, excrementis, totum interim propellitur adeo, vt cute exire cogatur iam lori formam adeptum. Assimiles autem, quod in meatu est impactum, herbæ stirpis've veluti radici: quod vero ex cute iam extat, ipsi veluti stirpi. Fit autem niger pilus, cum deusto vi caloris vapore excrementum in exactam fuliginem mutatur: flauus vero, cum vapor minus torretur, quippe, quod tum est impactū, flauæ bilis, non nigræ, fæculentū excremētum est: albus vero pilus ex pituita nascitur: rufus, sicuti coloris flaui albiq; est medius, sic eius generatio ex pituitosæ biliosęq; fæcis media quadā natura prouenit. Crispi pili fiunt vel ꝓpter siccitatē tēperamenti, vel propter meatum, in quo radicantur. Et propter siccitatem quidem, ad eum modum quo corrigię, quæ igni plus iusto siccantur: & quid corrigiarum meminisse est opus, cum ipsos pilos, vbi igni propius sunt admoti, protinus intorqueri videas? atq; ita quidē omnes Æthiopes sunt crispi. At propter meatuum, in quibus radicantur, naturam ad hunc modum: exhalatio quidē sæpe imbecillior existens, q vt rectam viam sibi moliri possit, pro modo, quo inflectitur, etiam meatum suum figurat: interim vero exhalatio satis valens est, sed duriore, q̄ par est, cutis natura recta ferri regione prohibita in latus flectitur ita, vt extrinsecus videre licet non halitum modo, aut fumum, sed etiam

C flammam ipsam, cum sursum agi vetatur, diuisam vtroq; versus in obliquum agi. Sic igitur corporis exhalatio, vbi in aliquo loco remoratur, prorsumq; agi prohibetur, obliquum sibi transitū sub cute molitur, donec longiore tēporis spatio collectā aliquid eam vrgeat, & foras efflatu agat. Est, quando ambobus coeuntibus, & primæ exhalationis, quæ meatum finxit, imbecillitate, & cutis duritie, obliquitas pilorum radicibus contingit: quales autē in radice finguntur, tales rationabile est perpetuo fore, neq; enim durorum & siccorum corporum quippiam, nisi prius molliatur, fingi in rectum potest. Atq; hæc quidem est pilorum generatio. Sequens est, vt causas omnium, quæ tēperamentis in pilorum pro ætate, regione, & corporis natura differentijs contingunt, dicamus.

Ergo Ægyptij, Arabes, & Indi, oēs deniq;, qui calidam & siccam regionem incolunt, nigros, exiguiq; incrementi, siccos, crispos, & fragiles pilos habent. Contra, qui humidā frigidamq; regionē habitant, Illyrij, Germani † Dalmatæ, Sarmatæ, & oīs Scythica plaga, modice auctiles, & graciles, et rectos, & rufos obtinent. Qui vero inter hos temperatū colunt tractum, hi pilos plurimi incrementi, & robustissimos, & modice nigros, & mediocriter crassos, tum nec prorsus crispos, nec omnino rectos edunt. Et in ætatibus ad eundem modum. Infantium quidem pili, Germanis: florentium ætate, Æthiopibus: epheborum, & puerorum ijs, qui temperatum locum incolunt, in robo-

D re, crassitudine, magnitudine, & colore ad portionem se habent. In corporum quoque naturis ad ætatum & regionum portionem pili se habent. Pueri enim admodum parui, nudi sunt pilis, quòd vtiq; nec meatus adhuc vllus illis in cute est, nec fuliginosum excrementum: incipiētes autem pubescere, paruos, & imbecillos exigunt: † at, qui iam florent, valentiores, & multos, & magnos, & nigros habent, quòd & frequentes iam meatus ijs sint facti, & fuliginosis excrementis præ siccitate & calore abundent. Cæterum pili, qui in capite, superciliis, & ciliis habentur, etiam pueris nobis innascuntur: siquidem generatio ijs est, non qualis herbis, sed qualis stirpibus, prima ratione à natura conditis, non tempetamentum ex necessitate sequentibus: sicuti in libris de vsu particularum est monstratum. Verum hi quoq;, q quidem sint, id naturæ arti acceptum ferunt: q nigri, rufi ve, vel alio quouis sint colore, id ætatis temperamento omnino debēt. Subrufi enim fere sunt, quoniam, quod in meatibus est impactum, non dum totum est nigrum, quippe cum humiditas multa sit, & transitus facilis, & deustio imbecilla. Boni vero incrementi, & modice crassi sunt propter excrementorum, quibus aluntur, copiam: quippe ipsa pars corporis, in qua fiunt, sicca est, tota nanque calua ossea est, cutis vero, quæ illi est circundata, tanto reliqua totius corporis cute est siccior, quanto etiam est durior: ascendit tamen tum ab ijs, quæ circa cerebrum sunt, tum vero ex toto corpore, fuliginosi excrementi non parua vis: Quo fit, vt, quale ætate florentibus totum

† Additur ēt in Græcis.

† Antiquus interpres hīc, At cū sequuntur finē pubertatis. vt Gal. cōparet extremum pubertatis cum principio.

est corpus, eiusmodi iam infantibus fit capitis cutis: eo q; rationabilius nõ nulli procedente tempore calui redduntur, qbus scilicet à primo ortu siccior cutis erat: quippe monstratũ prius est senescentium partes omnes siccescere. Fit aũt cutis non paucis veluti testacea, vbi supra iustum fuerit siccata: in ea vero, sicut ex prioribus constat, nihil nasci potest: etenim etiam interna manuum, & inferna pedum, semper glabra & pilorũ expertia sunt, q; siccissimus densissimus q; sit tendo is, qui sub cute habetur. Quibus aũt ad summã siccitatẽ cutis capitis nõ puenit, imbecilli his albi q; omnino pili fiunt, quos vulgo canos appellant: imbecilli qdem, conuenientis alimenti penuria: albi vero propterea, q; alimentum, quo aluntur, veluti situs est pituitæ, quæ temporis spatio computruit. Vbi enim meatus etiamnum manet, excrementum vero exiguum est & lentum, ac languide à calore propellitur, non dissimiliter putredini afficitur. Iam calui fiunt homines, cũ senescunt, à sincipite magis, canescunt magis à temporibus: quoniã illud omnium capitis partium est siccissimum, hęret enim cutis illic ossi nudo: tẽpora vero humidiora sunt, quòd in his musculi magni sub cute habeantur, omnis autem musculus carnosus sit, caro tum osse tum cute humidior. E

De vniuersi Corporis Temperatura dignoscenda. *CAP. 6.*

Est autem ei, quod dicimus, diligenter attendendum, ne imprudẽtes nosmet ipsos fallamus, sicuti se fallunt multi ex ijs, qui optimi visi sunt medici: qui, si quem caluum viderint, statim huic siccum esse totius corporis temperamentum putant. Neque enim simpliciter ita coniectari oportebat: sed prius illud definire præstiterat, humanum corpus, in alijs æquabili per totum temperamento esse: in alijs nec ijs paucis, inæquabiliter esse affectum, cum eorum aliæ particulæ mediocri & iusto sint humidiores, aliæ frigidiores, aliæ sicciores, aliæ calidiores, aliæ prorsus temperatæ ac mediocres. Porrò huic maxime esse attentos conuenit, vbi corporis temperiem æstimamus. Quippe, si totum corpus æquabiliter conditum sit, omnem q; partium inter se competentiam in longitudine, latitudine, & altitudine seruet, potest vtique æquabiliter attemperatum esse id corpus: at, sicui corpori thorax collum & humeri maximi sunt, lumbi parui angusti q;, & crura gracilia atque sicca, quomodo id dixeris omnibus particulis similiter affectum? Quin, si crura ei crassa sint, & lumbi lati, thorax vero angustus, ne id quidem omnibus partibus æquabiliter est tẽperatum. Sunt alia corpora, quibus maximum est caput, alia, quibus paruum, quale passeribus: iam crura alijs blæsa, alijs vara: artuum quoque extrema alijs gracilia sunt, alijs crassa: & thorax alijs (vt dictum est antea) latus, alijs tabulæ ritu angustus, quos σανιώδεις vocant: vbi vero opertæ scoptulæ illis sine carne nudæ q; planè sunt, & alarum more pronæ, nominantur à medicis eiusmodi naturæ πτερυγώδεις. Quantopere hæ sint vitiatæ deperdito his, paulo minus, omni interno thoracis spatio, quo pulmo & cor sunt sita, neminem latet. Innumeræ vero aliæ particularum corporis planè affectiones sunt, vbi id à naturali analogia protinus in vtero matris ad inæqualem intemperiem est mutatum. Minime igitur in corporibus id genus ex vnica particula coniectandum de toto est. Neq; enim ij, qui † mores ex ingenio corporis docere ⅃ profitentur, simpliciter de omnibus pronunciant: verum ipsi quoq; experientia docti, si quis impense hirto est pectore, hunc animosum iudicant: sin cruribus est hirtis, salacem: non tamen causam etiam adijciunt. Neque enim, cum pectus habere leoni simile dicunt, crura vero hirco, iam primam causam inuenerunt: siquidem, cur leo quidem animosus, hircus vero salax sit, ratio etiam inuestigandum exigit: hactenus enim, quod in re quidem fieri cernitur, dixere, causam tamen eius omisere. Cæterum is, qui naturali speculatione est exercitatus, sicuti aliorum omnium, ita horum quoq;, causas inuenire tentat. Propterea enim, q; inęquali partium temperamento sunt non leo modo & hircus, sed etiam cæterorum pleraq; animaliũ, idcirco ad alias actiones aliud est pronum. Ac de his quidẽ Aristoteles commode fusissime q; tractauit. Sed, quod ad rem propositam est vtile, id iam apparet, hominũ scilicet temperamenta considerantibus singulas partium per se examinandas esse. Nec, sicui thorax solũ hirsutus est, huic totum corpus calidius siccius q; ex necessitate putãdum, sed plurimũ in corde caloris esse, eo q; animosum: posse vero aliquando etiam huius ipsius rei occasione accidere, quo minus totum his corpus similiter calidum siccum q; sit, q; scilicet plurimũ caloris sursum huc spirauerit, atq; in ambientem abierit. Nam, si tota corporis temperies est æqualis, erit his statim thorax ipse vniuersus latissimus, venæ amplæ, arteriæ magnæ, eædem maxime vehementissime q; pulsantes: tum plurimi per totum corpus pili, atque ij quidem in capite plurimi incrementi, nigri, & crispi vtiq; in prima ætate: procedente vero tempore caluities excipiet. Quin etiam eiusmodi hominibus, cum æqualiter sunt attemperati, & robustum, & † exacte deliniatum, ⅃ & musculosum totum corpus erit: tum cutis durior, nigrior, atq; hirsutior. Ad eundem modum, si contraria omnia in thorace sint, ac æqualis in toto corpore temperies vigeat, id est si humidiores & frigidiores vniuersæ corporis partes sint, thorax quidem angustus & glaber erit, sicuti etiam totum corpus pilis nudum: cutis vero mollis & alba: capilli subrufi, potissimum in iuuentute, & in senectute non caluescunt: timidi'que statim, & ignaui, & segnes: adde etiam, paruis venis ac minime conspicuis: & adiposi fiunt: ijdem neruis musculis'que imbecillis, † & artubus parum exacte deliniatis, ⅃ & blæsis. At, vbi varia partium temperies est, ex vna earum pronunciare de toto corpore non licet, sed adeundæ singulæ sunt: æstimandum q;, quo temperamẽto ventriculus,

F G H

† φυσιογνωμονεῖν.

† διηρθρώμενον.

† ἀδιάρθρωται τὰ κῶλα

A ventriculus,quo pulmo,quo cerebrũ,ac reliquarũ per se vnaquæq; seorsum sit. Atq; hæc quidẽ ex functionibus noscenda,cum nec manuum contrectatione,nec oculorum inspectatione,inuenisse temperiem eorum sit. Simul autem pensitandus & continentium ea partium affectus est, quarũ omnium extrema est cutis. Hęc in nostra regione, quæ vtique temperata est,subiectarum partiũ naturam prodit,quanquam nec in ea simpliciter loquenti omnium,sed duntaxat earum, quę simi lem habent cuti temperiem. At in ijs,quę sub Vrsa,& sub meridie sunt,locis,quoniam quidẽ corporũ,quæ in altero sunt,calor in altum à circundante extrinsecus & vincente frigore est fugatus: eorũ autẽ,quæ sunt in altero,in cutẽ is ab externo calore attractus prodijt,non potest ex eo affectu, qui in cute cernitur,internarũ particularũ temperies clare discerni: quippe corporis temperies in regionibus ijs,quæ à temperie recesserunt,inęqualis visitur,externis scilicet internis'q; partibus ad eundem se modum non habentibus. Celtis enim,& Germanis,& omni Thracio, ac Scythico generi frigida humida'q; cutis est,ideo'q; etiã mollis,alba,& pilis nuda. Omnis vero naturalis his calor in viscera vnà cum sanguine confugit: vbi dum agitatur & premitur & feruet,animosi auda ces & pręcipitis consilij redduntur. Æthiopibus vero, & Arabibus,omnibus deniq; ijs,qui ad meridiem incolunt,natura cutis ex ambientis æstu & naturali calore foras acto, vsta,dura, sicca, & ni-
B gra redditur,toto corpore naturalis quidem caloris exiguam obtinente portionem,sed alieno atque adscititio incalescente. Quippe id quoq; optime ab Aristotele in multis est traditum. est q; illi,si alteri vlli,attendendum: ac in singulis corporibus æstimandum,suo'ne & proprio, an adscititio calore,incaleant: quæ enim putrescunt,oĩa adscititio calore sunt calida,proprio frigent. Qui meridianam plagam incolũt,adscititio calore sunt calidi,proprio frigidi. Iam apud nos quoq; naturalis calor hyeme est vberior,adscititius minor: æstate contra adscititius maior,naturalis minor. Omnia igitur hæc definiat,oportet,qui recte temperamentum est cogniturus. Neq; enim omnino,si cutis nigrior apparet,iam totus homo calidior est,sed si ita est cæteris omnibus simili modo se habentibus. Siquidẽ,si alter in feruido sole versatus diutius est,alter in vmbra: illi nigrior, huic albidior cutis erit: verum hoc ad totius temperamẽti alterationem nihil facit. Ipsa nanq; cutis sub sole diutius habita siccior,in vmbra humidior euadet: non tamen naturalis temperies, vel iecinoris,vel cordis,vel alterius cuiusq̃ visceris, statim mutabitur. Optimum igitur fuerit (sicuti prius est dictum) cuiusq; seorsum particulæ temperamenti notas cõparasse: Verbi gratia, ventriculi,si is bene concoquit,q temperatus sit,si non bene concoquit,intemperatus: si nidorosos quosdam, vel fumosos edit ructus,q immoderatus et igneus in eo calor sit,sin acidos,imbecillus et infirmus:
C Simili modo, si qui bubulam & omnia, quæ concoctu difficilia sunt, concoquunt, eorum calor immodicus sit: si qui vero hæc concoquere non valent, sed saxatiles pisces & talia concoquunt, infirmus. Videndum autem hic rursum,num succi alicuius,qui aliunde confluat,culpa, eiusmodi symptoma ventriculo accidat. Alijs enim ex capite pituita: alijs flaua ex iecinore bilis in vẽtriculum confluit, rarum tñ hoc cernitur & paucissimis contingere: at compluribus à capite defluit pituita, atque id maxime Romæ,ac locis perinde humidis. Cæterum &, quod raro accidit, considerandum,nihil'q pro superfluo habendum aut negligẽdum: siquidem ipse vidi, quibusdam perq̃ pituitosis hominibus, multam tamen in ventriculo colligi flauam bilem: quam cum ante cibum aqua vino've epoto euomere debuissent,si quid ciborum prius, q̃ vomerẽt,gustassent,& hos corrumperent,& capite dolerent: & hos qdã natura biliosos esse credebant,quanq̃ essent toto corpore molles,& candidi,& glabri, & adiposi,& venis ac musculis parum conspicuis, prætera exangues, nec tangentibus admodum calidi. Vidi & qui flauã bilẽ nunq̃ vomuerũt,qui tñ & graciles, & hirsuti,& musculosi,& nigri,& venosi fuerunt,affatim'q; calidi, si quis tangeret, videbãtur: cuiusmodi habitu Eudemus philosoph us erat. Sed incidit' hoc loco speculatio quædam anatomica,quam aliqui medicorum ignorantes, ex symptomatũ dissonantia magnopere anguntur, dum
D parum intelligunt meatum illum, per quem iecur bilem in ventrem euomit, alijs geminum esse, alijs vnicum: id quod in quadrupedum dissectionibus videre licet. Ac plurimum quidem vnicus is est,in id intestinum,quod pylori id est exitus fundi ventris,& ieiuni medium est,insertus: Græci medium id γαστρὸς ἔκφυσιν, quasi quiddam è ventre enatum, vocant: Vel, si geminus meatus sit,in ecphysin illam maior inseritur,minor in fundum ventriculi paulo supra pyloron inuenitur: sed tamen in paucissimis superior pars maior, inferior minor. Cæterum, quibus est maior, ijs in ventrem quotidie non exiguum bilis effunditur: quam & euomant ante cibos,oportet: &, nisi id faciant,læduntur: Quibus autẽ vnicus est omnino meatus,ijs tota bilis confluit in ieiunũ. Qua' nã igitur ratione dignoscere hos licebit? neque.n.dissecandos esse viuos homines censeo: Primum certe totius corporis temperamento,veluti paulo supra est propositum: deinde ijs, quæ infra excernuntur. Eudemus enim biliosa mera perpetuo per sedẽ excernebat,vtpote qui multam colligebat bilẽ, cuius nihil in superiorem vẽtrem perueniebat: reliquis,qui scilicet & pituitoso sunt corporis habitu,& bilem euomũt, his haudquaq̃ est aluus biliosa,quippe qui & minimum flauę bilis gignunt, & eius plurima portio in superiorem ventrem peruenit. Tertium indiciorum genus in ijs est quæ euacuantur. Nam,quibus in 'ventre biliosum excrementum gignitur, id porri virorem pręfert: at,quibus ex iecinore descendit,ijs vel plane flauum est,vel omnino saltem pallidum.

A.l.3.f.15.t.1.
.1.fol.3 25.c.d

A.l.1.f.1. d. 4.
.1.fol. 7.e

Præterea quibus in ventriculo bilis illa gignitur,quæ porri colorem imitatur,debet omnino ijs ci E bus fuiſſe nō panis, non ſuilla caro,ſimile'ue aliquid,ſed neceſſario aliquid, quod his calidius fuit, neque id boni ſucci: quibus autem ex iecinore in ventrem defluxit, ijs flaua ea,pallida'ue euomitur,etiam ſi boni in primis ſucci fuit,quod ſumpſerunt,etiam ſi ad ſummum fuit concoctum: immo vero magis ipſis,qui ad vnguem concoxerunt,flaua vomuntur,atque etiam magis ijs,qui diutius cibo abſtinuerunt: quæ vero bilis porrum refert,ijs ſolis gignitur in ventre,qui vtique concoxerunt male. Quin etiam ſolicitudo,ira,dolor,labor,exercitatio,vigilia,abſtinentia, & inedia, ſucci flauæ bilis plus accruant propterea, quòd plus eius ſucci in iecinore gignunt. Sunt igitur tum hæc certa indicia: tum ad hæc,ꝙ,vbi ſiccum & igneum ventriculi calorem conuerſio ad biliosum ſequitur,panis & ſuilla & bubula caro commodius,q̃ ſaxatiles piſces,concoquentur: cum, ſi ex iecinore bilis affluat, ex comeſtorum mutatione nulla ſecutura ſit concoctionis diuerſitas. Atque his quidem diſcernitur,ꝙ non temperamenti,ſed alterius cuiuſquam gratia prouenit. Ad eundē modum,ſi defluens à capite in ventrem pituita acidi ructus cauſa eſt,conueniet ſimili ratione hic quoq; à ventris proprio affectu hanc diſcernere. Æque vero & capitis dolores,ex propria'ne eius intemperie, an propter ventris aliqua excremēta incidant,diſcernendi. Iam "cerebrum ipſum cuius ſit temperamenti,per ſe æſtimare eſt ſatius,q̃ ex corporis totius affectu: ipſius autem per ſe con F ſideratio,ex canitie,catarrhis,tuſſi,deſtillatione,& ſaliuæ copia initur,quippe quæ omnia id frigidius humidius q; eſſe doceant: atque his amplius,ſi ex leui qualibet occaſione in hos de'uenit affectus. At caluities ex ſiccitate prouenit: nigrorum autem,& frequentium pilorum prouentus boni in cerebro temperamenti nota eſt. Ergo ad hunc modum de temperamentis ineunda ſemper nobis cōſideratio eſt,quanq; ſcilicet particulam ſeorſum perpēdentibus,nec auſis ex vna pronunciare de omnibus: Quod vtiq; no.: nulli fecerunt,qui reſimos,humidos: aduncos,ſiccos eſſe dixerunt: et,quibus parui ſunt oculi,ſiccos: quibus magni,humidos. Atq; de hoc quidē parū inter eos cōuenit: alij nanq; eorum,qui ſcilicet humidis particulis oculos annumerant,in quibus eos maiores vident,in ijs humiditatem temperamenti pollere exiſtimant: alij caloris vehementia,qui in prima formatione ſurſum confertim magis,copioſiorq; ferebatur, nō oculos modo,verū etiam os ipſum et reliquos oēs meatus ampliores factos aiunt: ita non humiditatis id,ſed caloris indicium eſſe. Verum ambo à veritate aberrāt,vno modo,ea q; communi,ꝙ vnius particulæ occaſione de toto corpore pronunciare ſunt auſi: altero, ꝙ formatricis in natura virtutis,quæ artifex facultas eſt, & particulas ſecundum animi mores effingit,parum meminerunt. De hac nanq; Ariſtoteles dubitauit,nunqd diuinioris originis ſit,atq; à calido,frigido,humido,& ſicco res diuerſa: quo mihi mi G nus recte facere videntur,qui tam temere de rebus maximis pronunciant, & ſolis qualitatibus formādarum partium cauſam aſſignant: rationabile.n.eſt hæc organa eſſe, formatorem alium. Sed & citra tam arduas quæſtiones inuenire licet,ſicut oſtendimus, humidam,ſiccam, calidam q; frigidam temperiem. Errant igitur,qui proprijs indicijs neglectis,ad ea,quæ longe poſita ſunt, & magnæ quæſtioni fuerunt,atq; ad hunc vſq; diē optimis philoſophorū dubitata ſunt, conuertuntur. Neq;.n.propterea,ꝙ pueri naſis magis ſunt reſimis,florentes ætate magis aduncis,idcirco rationabile eſt reſimos omnes humidos cēſere,aduncos vero ſiccos: ſed fieri poteſt, vt formatricis virtutis eiuſmodi opus ſit potius,q̃ tēperamenti. Quòd ſi tēperamenti eſt nota,at certe eius,quod in naſo tm̄ habetur,nō eius,quod in toto corpore,nota fuerit. Quare fruſtra illud prædicant,in ſiccis natura tēperamentis naſum acutū,oculos cauos,tēpora collapſa: ꝙ ſcilicet in affectibus ijs,quæ corpora liquant,atq; ſupra,q̃ par eſt,inaniunt,hæc contingant. Sæpe nanque ſic accidit,ſæpe nō ita: ſed videre licet totius corporis habitum & mollem, & pinguem,& album,& carnoſum,cum tamen oculi ſunt parui,& naſus acutus: rurſus ſiccum,macilētum,& nigrū, & hirſutum, vbi magni ſunt oculi,& naſus reſimus. Præſtat igitur,ſiquidem de ſolo agitur naſo,vt ex eo reſimo humiditatē,ex eo adunco ſiccitatē coniectes,nec de totius aīantis tēperie ex his particulis ꝓnuncies. Pari modo H oculorū & alterius cuiuslibet partis ꝓprium tēperamentum ex ꝓprijs indicijs æſtimare eſt ſatius, non de totius corporis tēperie ab vna quapiam particula indicium ſumi: ſiue enim humoris vincentis,ſiue caloris,ſiue etiam amborū,cæſios oculos indiciū ſtatuere oporteat,vtiq; ꝓprij ipſorum ſic,non omnium totius corporis partium,temperamenti documentum fuerint. Neq; enim,ſi ſicca & macra crura ſunt,omnino ſiccum eſt totius corporis temperamentū,aliqui nanq; affatim carnoſi,& pingues, & craſſi,& prominenti ventre, & molles, & candidi,etiā cū eiuſmodi cruribus cernuntur: verum, ſi totius corporis temperies pari ratione ſe habeat, ſicci oīno ſunt quibus macra ſunt crura,humidi qbus craſſa. Præterea,quibus acutus eſt naſus aut aduncus, hi ſicci: quibus reſimus,humidi. Ad eundem modū de oculis,tēporibus,cæteris deniq; oībus particulis iudicandū. Quibus vero impar tēperamentū eſt,nec oium particularum idē, alienum à ratione eſt ex vnicæ particulæ natura de oībus ſentētiam ferre. Porrò tale quippiā plurimis eorū impoſuit,cum nō de hominū modo,ſed etiā aliorū animalium totius corporis tēperamēto, ex indicijs, quæ in cute tantum ſpectantur,iudiciū ferre ſunt auſi. Neq; enim,ſi dura cutis eſt, neceſſario ſiccum eſt animans, ſed fieri poteſt,vt tantum cutis ſic ſit affecta: ſed nec,ſi nigra hæc,hirta'ue eſt: Simili modo nec, ſi mollis hæc,depilis've eſt,humidum ex neceſſitate totum eſt animal, verum, ſi per totum æquabiliter

A.l.3.f.11.t.1 c.2.fol.181.c

liter

A liter est attemperatum, ratio est, vt, qualis sit cutis, talis sit & reliquarum partium vnaquæque: sin inæqualiter, non item: quippe ostrearum totum corpus humidissimum est, cutis ipsa siccissima. Est enim ijs, qua tegunt, testa, cuiusmodi est nobis cutis, atq; hinc illis est Græce nomẽ: ὀστρακόδερμα. n. nominant omnia eiusmodi animantia propterea, q cutis eis ostraco .i. testæ assimilis est. Iam μαλακόστρακα. i. quæ molli testa integuntur, veluti marinæ locustæ, & gãmari, & cancri, cutem quidem habent siccam, reliquam vniuersam tẽperiem humidã: immo vero illud ipsum humiditatis in carne non nunq̃ animalibus causa est, q siccam terrenam q; portionẽ natura his vniuersam circa cutem reponit. Non est igitur putandum nec, q cutis ostreis sicca est, illico carnem quoq; esse siccam: nec, q hæc perhumida mucosa q; est, iam cutem quoq; eiusmodi esse: quippe æquum est quanq; particulam ex se ipsa dignosci. Ergo tũ in his peccant ij, qui cõmentarios de temperamẽtis nobis reliquerunt: tum q id omittunt, quod Hippocrates || rectissime admonuit spectandum esse, ex quibus in quæ mutationes fiant: fit. n. non raro, vt prǽsentes notæ prioris temperamẽti sint, non eius, quod in corpore nunc habeat: veluti si quis annos natus sexaginta denso pilo sit, non q calidus & siccus nunc sit, sed q antea talis fuerit. Consistunt aũt ei prius geniti pili, ad eum modũ, quo herbæ, quæ vere sunt enatæ, non nunq̃ perseuerãt ǽstate. alijs. n. spatio & paulatim contingit à plurima illa hirtitate mutari, labentibus. s. præ nimia siccitate pilis: alijs diutissime pili permanent, vtique qui nec in processu tẽporis admodum siccantur, & à principio valentẽ habuerũt originem arborum ritu, quarum radices in terra valenter comprehenderunt. Ne igitur, si quem pilosum admodum videas, hunc statim melancholicum putes: sed, siquidem floret adhuc ætas, nondum esse talem: sin iam declinat, melancholicum existima: at, si senex est, non item: fiunt nanque melancholica temperamenta ex sanguinis adustione, cęterum, cum id pati incipit, non statim est percoctus. Verum hirtus abunde, qui calidus & siccus est, celeriter erit (si modo eorum, quæ proposita sunt, meminimus) non ilico melancholicus: quippe cutis densitas crassiorum excrementorum transitum remorans, in temperamentis, quæ calida in summo sunt, comburi ea cogit. Ita fit, vt tale ijs nunc sit excrementum, quod pilos creat, quale olim procedente tempore in vasis {sanguinis} est futurum. Tum hæc igitur omissa prioribus sunt: tum præter hæc quòd ex natura excrementorum indefinite de temperamentis pronunciãt: putant enim particularum temperiem similem esse cum excrementorum natura. Id vero vsquequaq; verum non est: sed fieri interim potest, vt pituitosa excrementa colligantur, nec tamen humida sit particula, immo frigida omnino, humida vero non omnino, quippe cum siccam quoque esse liceat. Quod autem eis imposuit, facile animaduertitur. Non enim norunt, quòd ex cibis, nequaquam ex ipso corpore nostro, pituita fit. Quare "nihil miri est, si, vbi ingestos cibos, qui humidi fortasse natura sint, corpus nõ vincit, simile his ipsum quoq; excrementum creet. Non est igitur, quòd opinentur, tanquam corpus siccum est, itidem excrementum quoq; esse siccum. Etenim, si quis ab initio, sicciore frigidiore q; temperamento statim fuit, is non melancholicus est, sed vtique pituitosus, ab excrementis. Quòd si ex habitus mutatione frigidus siccus q; est redditus, necessario hic talis iam etiam melancholicus est: verbi gratia, si quis ante calidus & siccus ex sanguine vrendo plurimam generauit atram bilem: est enim is, præterquàm quòd siccus est & frigidus, protinus etiam melancholicus. Sin à principio frigidus "& siccus fuit: habitus quidem corporis eius albus, mollis, depilis, venis articulisq; parum expressis gracilis, & tangenti frigidus, animus vero minime audax, & timens, & tristis: non tamen excrementa huic melancholica sunt. In his igitur omnibus peccant pleriq; medicorum ex eo, quòd proprias notas respuunt, atq; ad ea, quæ non perpetuo, sed frequenter accidunt, conuertuntur. Eiusdẽ erroris occasione, & quod excalfacit, id etiam siccare omnino putant: hoc. n. adhuc veluti coronide summa q; vniuersi sermonis addito, secundum iam librum finire statui. Quippe phlegmone obsessas partes calida frequẽter perfundẽtes aqua, atq; ita vacuari ab ijs humorẽ cernẽtes, clare indicatũ arbitrantur siccitatem omnino calori succedere: neque id modo, vbi cum siccitate is, verum etiam vbi cum humore est coniunctus. Cæterum nõ est idem vel vacuasse ab aliquo humorem, qui locis quibusdam sit dispersus, vel propriam particulæ alicuius temperiem sicciorem reddidisse. Siquidem inæqualis quædam in ijs, quę phlegmone laborãt, partibus, intemperies est, similaribus scilicet corporibus à propria natura non dum amotis, sed assidue adhuc in mutatione atq; alteratione versantibus, omnibus nimirum interpositis inter eas spatiolis fluxione refertis: quęcunq; igitur calida humida q; temperie sunt, cum sic affectis admouentur, ipsa quidem superuacanea, quæ media similarium spatia occuparunt, euocant: corpora tamen ipsa, tantum abest, vt siccent, vt etiam illis humorem adijciant. Ac ipsa quidem veritas ita se habet, demõstratio tamen euidens dictis requiritur: verum eam, cum & longiorem existimem, quàm vt huic libro inseratur: & auditorem desideret, qui medicamentorum facultatis sit non ignarus, in præsens differo. Cæterũ, vbi in tertio sequenti libro de omni temperamentorũ genere tractauero: ac de ijs, quæ potestate calida, frigida, humida, sicca q; sunt, omnem methodum indicauero, mox integrum alium libellum scribere de inæquali intemperie decreui. Quippe sic absoluetur à nobis vniuersa de temperamentis disceptatio, tum ad libros de medicamentis, tum ad medendi methodum non parum allatura commodi.

Lib. de humo. circa med. & 6. Epid. sect. 7. post medium.

A.l. 1. f. 1. d. 4. 1. fol. 8. f

A. ibidem.

Galeni

GALENI DE TEMPERAMENTIS
LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

De medicamentorum temperamentis agit, quæ intra corpus assumuntur, vel extra applicantur.

Quot modis aliqua res talis esse potestate dicatur. CAP. I.

QVód quidẽ energia siue actu, calidorũ, frigidorũ, humidorũ, & siccorũ vnũ quodq; tale esse dicatur, vel ꝙ summã habeat eiusmodi qualitatẽ, vel ꝙ vincat in eo id genus qualitatũ aliqua, vel ꝙ ad cognati generis mediocre aliqd, vel ad vnũ quodlibet à nobis sit collatũ, prius est traditũ. Monstratũ prætere a est, queadmodũ ea quis agnoscere exactè possit. Reliquum est, vt de ijs, q̃ talia potestate sunt, disseramus, si tñ prius explicuerimus, quid ipso potesta- F tis nomine significet. Est autem breuis eius & facillima & clara explicatio. Quippe, quod, quale dr̃, tale nõdũ est, sed põt tale esse, id hoc esse potestate dicimus: hoiem, verbi gratia, qui mõ natus fuit, rõnalẽ: & auẽ, volatilẽ: & canẽ, venaticum: & equũ, celerẽ: scilicet, quod eorũ vnũquodq; futurũ oĩno est, si nihil id extrinsecus impediat, hoc, ceu iam id sit, appellantes: vñ, arbitror, hæc esse potestate, nõ actu, dicimus. Perfectũ nanq; aliquid est, ac iã p̃sens ipsa energia siue quod actu est: quod vero potestate est, imperfectũ, & adhuc futurum, atq;, vt fiat quidẽ id, quod dicit̃, veluti habile, non tñ adhuc est. Siquidem nec infans rationalis iam est, sed talis futurus: nec, qui modo editus est canis, iam venator, qui. s. adhuc non videat, sed, ꝙ venari queat, si ad iustũ perueniat incrementum, sic nominatur. Ac maxime quidem proprie, sola ea potestate esse dicimus, in quibus natura ipsa suopte impetu ad absolutionẽ venit, vtiq; si nihil ei extrinsecus impedimento sit: præterea quæcunq; fientium (vt sic dicam) continentes materiæ sunt. Nec refert cõtinentes, an cõuenietes, an proprias dicas, quippe cũ ex his omnibus indicetur, quod propinquum est, quod q; nec alia intercedẽte mutatiõe sic dicitur: verbi gratia, cum sanguinem potestate carnem appellas, quoniã minimam mutationem ad carnis generationem requirat. At non, qui in ventriculo habetur concoctus cibus, continẽs carnis materia est: sed prius, fit sanguis, G oportet. Longius etiam absunt maza & panis, quippe quæ, vt caro fiant, tres sui mutationes requirant. cæterum hęc quoque omnia potestate caro dicuntur: etiam ante hæc ignis, aer, aqua, & terra: etiam horum ipsorum communis materia. Atq; hæc quidem omnia magis minusue, abusiue loquentibus nobis dicuntur. Primus autem modus eorum, quæ potestate esse aliquid dicuntur, maxime est proprius. Proximus huic est eorum, quæ sunt propinqua materia, veluti si fumidam exhalationem flammam esse, aut halitum aerem, potestate dixeris. Dicitur autem aliquando potestate esse, & quod ei, quod ex accidenti dicitur, est ex aduerso positum, vt si carnosi quis iuuenis in frigida lauationem corpus eius ex accidenti, non ex propria potestate, calfacere dicat. Ergo tot modis etiã potestate calida, frigida, humida, & sicca dicentur. Dubitabitur quoq; nõ absurde, cur castoreum, vel euphorbium, vel pyrethrum, vel struthion, vel nitrum, vel misy, calida esse dicamus: rursus lactucam, vel cicutam, vel mandragorã, vel salamãdrã, vel papauer, frigida: vtrum'ne sub prædictis iam modis comprehendantur, an alia quapiam ratione dicantur, quæ dicta non dũ sit. Bitumen nanq;, resina, & seuum, & oleum, & pix, calida potestate sunt, ꝙ vtiq; energia calida celerrime fiant, etenim celerrime inflammantur: præterea, cum corporibus nostris admoueantur, ea manifestissime calfaciunt. at chalcitis, misy, sinapi, nitrum, acoron, meon, costus, & pyrethrũ H cum nobis sunt admota, calefacere apta sunt, alia magis, alia minus: non tamen sunt idonea, quæ in flammam vertantur. An igitur se ipsos fallunt, qui id solum æstimant, nunquid aliqua non facile in flammam transmutẽtur? quos vtiq; non sic, sed an non vertantur in prunam, æstimare oportebat, cum sit pruna ignis non minus, quàm flamma: hoc tamen discrimine, quòd aere vel aereo quopiam in ignem mutato, flamma: terra vel terrea re aliqua accensa, fit pruna. Atq; hactenus quidem consentire secum sermo omnino videtur: siquidẽ videntur medicamenta ea, quæ, vbi ignẽ attigerint, facile accenduntur, nos quoq; excalfacere, nisi si quod propter crassitiem intra corpus non facile assumitur: (differetur enim de his latius in libris de medicamentorum viribus:) quæcunq; tamen medicamenta nostrum corpus excalfacere videntur, ea prompte vertuntur in ignẽ. At quomodo igitur, inquiunt, tangentibus non sentiuntur calida? Hoc, haud scio, cur dicãt: nam si energia ac iam nunc, calidum esse prędictorum quidq; diceremus, profectò mirari liceret, quomodo tangentibus non appareant calida: nunc, quòd possint facile calida esse, idcirco ea potestate talia vocamus: Itaque nihil miri, si eos, qui ea tangunt, non dũ calfaciant? Veluti enim nec ignis ipse augetur prius, q̃ victa ab eo ligna sint mutata, quod aliquo tp̃is spatio omnino fit, ita nec animantiũ calor à medicamentis, nisi illa prius ab ipso sint mutata. Quippe alio genere calefit is, q ab

igne

A igne vel Sole intepescit, alio is, qui à prędictorum quouis medicamentorum: illa nanq; actu sunt calida, medicamenta nequaq̃: itaq; nec calfacere nos valent prius, q̃ actu talia fiant: ac, ꝗ actu talia sint, id à nobis accipiunt, veluti sicci calami ab igne. Ita vero & ligna ex sua quidem natura frigida vniuersa: sed, quę sicciora sunt & gracilia, ea facile mutatur in ignem: quæ humidiora sunt & crassa, spatio egent maiore. Nihil igitur miri est, si medicamenta quoq; primum quidem in parua & tenuia frangi postulant: secundo loco, vt tempore aliquo, tametsi ēt minimo, corpori nostro, quò calida fiāt, sint adiuncta. Tu vero, si ea nec comminuta nec prius calfacta, calida tñ iam fieri censes, quid significet, quod potestate calidũ dicimus, parum mihi meminisse videris: sic.n. ea exploras, tanquã energia sint calida. Sed nec illud mirum, si, quò recalfaciant, calefieri ipsa prius postulēt, cũ idē fieri cernat & in lignorũ exēplo: quippe hæc vanescētem aliàs morientem q; flammã tum seruant tum vero augent, dũ ab hac ipsa prius calefiunt. Non est igitur alienum, calorem, qui in animantibus habeť, eiusmodi medicamentis quasi alimento quodã vti, queamadmodum ignis vtitur lignis, quippe id ita quoq; fieri cernimus. Si vero perfrigerato corpori eorũ quoduis quãtumuis diligenter cōminutũ inspergas, prorsus non calefit. Proinde, q̃ refrigeratæ partes sunt, eas eiusmodi medicamentis plurimũ perfricamus, vnà calorē perfricando excitantes: vnà rarũ, quod prius frigore fuit densum, reddentes, quo.s. tum introrsum pharmacũ penetret, tum naturali animantis calori coniunctum muteť ac calefiat: quippe cuius si particula quæpiam vel minima calorē energia concipiat, hunc deinde in totum per continuitatē porrigat, perinde ac si ex parua scintilla tedam summo tenus accendas, siquidem hanc vniuersam facile depascitur ignis, nihilo amplius scintillã requirens. Ac, quicquid quidē potestate calidum est, huic non dũ in natura sua calidũ frigido præpollet, sed in propinquo est, vt præpolleat, adeo, vt breuem opē, quò vincat, extrinsecus requirat: hanc illi modo frictio abunde præstare pōt, modo vel ignis, vel corporis alicuius natura calidi contactus. Non est igitur tam arduum rationē reddere, quid causæ sit, cur alia protinus, vt corpus nostrum contigere, recalfacere id possint, alia post longius id efficere spatium: quippe ex ijs, quæ igni appropinquant, alia statim accenduntur, veluti elychnium, & tenuis teda, & pix, & siccus calamus: alia, nisi diutius sunt admota, non vincũtur, sicut viride lignum. Illud potius definiamus, cuius vtiq; demonstratio, cum de naturalibus potentijs agemus, tradeť: ex hypothesi nunc quoq; propositorum causa eo vtemur, quatuor nimirũ dicentes totius corporis proprias facultates esse, vnam idoneorum tractricem, alteram eorum omnium retentricem, tertiam alteratricē, & quartam post has, quæ alieni sit segregatrix: easdem q; facultates effectus esse totius in quouis corpore substantiæ, quam ēt constare ex calido, frigido, humido, & sicco inter se mistis dicimus. Vbi igitur corpus vna qualibet earum, quas in se habet, qualitatum, corpus, quod sibi admouetur, demutat, nec ipsum hoc casu tota substantia existimandum est agere: nec, quod ab ipso mutatur, posse ei assimilari: quare nec vnquam nutriet, quod ita mutatum est, id, quod se mutauit: &, si illud admodũ mutet, id est si tota substantia operetur, vtiq; tum sibi assimilabit id, quod mutatur, tum ab eo nutrietur: neq; enim aliud nutritio est, quàm assimilatio perfecta.

Rerum Differentia, quæ intra corpus nostrum assumuntur. CAP. 2.

.l.1.f.1.d.4.c. .fol.8.a

QVoniam autem hoc definitum est, inde rursus incipiendum. Omne animal conuenienti sibi nutritur "alimento: conueniens autem cuiq; alimentum est, quicquid assimilari corpori, quod nutritur, potest. Oportet igitur, toti nutrientis substantiæ cum tota nutriti natura cōio aliqua similitudo q; sit, prorsus hîc quoq; non paruo excessus defectus q; subsistente in ipsis discrimine, cũ alia magis cōsentiētia similia q; sint, alia minus. Proinde ēt alia cōficiendi ope valentiore ac diuturniore, alia minore ac breuiore egent: auiũ caro minore, suilla maiore, bubula etiam hac maiore. Vinũ vero, vt assimileť, mutationē desiderat minimã: quo fit, vt tũ nutriat tũ roboret celerrime: porrò id quoq; in cōcoquēdi instrũis, ventriculo, iecinore, & venis, prorsus aliquã diu morã traxerit, oportet, in quibus.s. ꝑparatũ, nutrire corpus iã queat: ante vero, q̃ in his sit demutatum, fieri non pōt, ut aïalis corpori sit nutrimentũ, etiã si per totũ diē ac noctem extrinsecus sup corpus sit impositũ. Multo q; minus panis, vel beta, vel maza, foris imposita nutriat. At, q̃ quidē

.l. 1. f. 2.d.2. .1. c. 15. fol. 5.f

assimilantur, oïa nutrimenta vocantur: reliqua oïa medicamenta. Est porrò & horum "natura duplex: Quippe vel, cuiusmodi sunt assumpta, eiusmodi ēt ꝑmanentia vincunt mutant q; corpus ad eum modũ, quo id cibos: atq; hęc prorsus tũ venenosa, tum naturæ aïalis corruptricia pharmaca sunt: Vel mutationis initiũ ab aïalis corpore consecuta, deinceps iã putrescunť, ac corrũpunť: deinde corpus quoq; vnà corrũpunt ac putrefaciunt: sunt autē hęc quoq; venenosa. Est his etiã amplius tertia medicamentorũ species, eorum nimirũ, quæ corpus recalfaciunt quidem, mali tñ nihil afferunt. Est & quarta eorũ species, quæ & agunt & patiunť aliquid, sed tandem vincunť plane q; assimilantur: accidit porrò his, vt tam medicamenta sint, q̃ nutrimēta. Nihil aũt miri est, si exiguũ consecuta momentũ aliqua maximam à priore natura mutationem habent: cernuntur.n. eiusmodi multa in ijs, quæ extra nos sunt: siquidē in ea Mysia, q̃ est Asiæ pars, domus hac aliqñ ratiōe conflagrauit. Erat proiectũ colũbinum stercus, cui iã putri, & excalfacto, ac vaporem edenti, & tangentibus admodum calido, in propinquo fenestra fuerat ita, vt iam cōtingeret eius ligna, quæ large nuper illita resina fuerant. Media igitur æstate, cum Sol plurimus incidisset, accendit tum resinam,

sinam,tum ligna: hinc autem & fores quædam aliæ,quæ prope fuerant,& fenestræ,nuper etiã resi E na illitæ facile ignẽ conceperant,atq; ad tectum vsq; submiserant: vbi autẽ excepta semel à tecto est flamma,celeriter in totam domum est grassata. Hoc(arbitror)modo,aiunt & Archimedem hostium triremes vrentibus speculis incendisse. Porrò succendit his prompte lana, stupa, elychniũ, ferula,quicquid deniq; similiter his siccũ rarum q; est. Flãmã edunt & lapides attriti,atq; hoc magis, siquis sulphure illos illeuerit. Eiusmodi erat medicamentũ Medeę,quippe quod, quibus est illitũ,omnia,vbi in id incidit calor: accendit: constat id ex sulphure & humido bitumine. Iam illud ceu rem mirandã quidã ostentauit: extinxit lucernã,ac rursus muro admouens accendit: alter lapidi eam admouit: fuerant autem tum murus tum lapis sulphure contacti: quod vbi deprehensum est,desijt mirum videri,quod ostentabat. Ergo oĩa id genus medicamina perfecte calida adhuc nõ sunt,aptissima tñ,vt calida fiant,atq; idcirco potestate calida dicunt. Ac de his quidẽ nulla est dubitatio: sed nec cur vinum bibitũ quidẽ valenter corpus calfaciat,cuti aũt impositum non calfaciat: monstratum.n.superius paulo est,id non simpliciter vt calidũ medicamentũ,immo vt conueniẽs nutrimentũ,calfacere animal. Tanq̃.n.idoneum ignis alimẽtũ ignẽ ipsum auget,ita,quicquid corporum natura calidorũ proprium & naturale est nutrimentum, id ea semper nõ solũ roborabit, sed ẽt in ilitum eorum calorem augebit: atq; id quidem omnis nutrimenti communis effectus est. F Vino autem præter cætera proprium ac suum est mutationis celeritas, ita vtiq;,vt tedæ, elychnio, stupæ,pici. Iam vero ab ignis exẽplo non digressi admoneamus rursum de lignis humidis: quæ ipsa quoque ignis nutrimentũ sunt,cæterum non statim aut continuo: eo q; sæpenumero multa igni iniecta non solum flammã quasi sopiunt,sed ẽt,si imbecilla est & parua,corrũpendæ quoque eius periculum afferunt. Sic profectò & in animalibus cibi,qui, vti prorsus assimilent & corpus nutriant,spatio egent,ij frigus vniuersi potius,q̃ calorẽ,afferre in præsenti vident: cæterum calfaciunt" hi quoq; tandem non secus,ac reliqui cibi,si semel,vt corpus nutriant,sint consequuti: omne enim nutrimentum,quatenus nutrimentum est, animalis calorem auget. At,si deuoret quidẽ vt nutrimentum nec tamen superetur neque assimilet,id erit, quod Hippocrates || dixit, nomine quidẽ nutrimentũ,re autem minime: quippe cum trifariam nutrimẽtũ dicat,sicut ipse docuit his verbis. Nutrimentum est,& quod nutrit,& quod veluti nutrimentum est, & quod futurum nutrimentum est. Quod vtiq; iam nutrit & corpori adiungit, nec amplius futurum est, id proprie nutrimentum nominatur,idem vero & corpus,quod nutrit,oĩno excalfacit: quod reliquorũ neutrum facit,quòd scilicet proprie nutrimenta non sint,sed alterum eorum veluti nutrimentum, alterum tale futurum. Proinde nec vinum ipsum semper animal calfacit, ęque, vt nec oleum flam- G mam accendit,tametsi aptissimum est ignis nutrimentum: immo,si imbecillæ & exiguæ flammæ confertim multum oleum infundas,suffocabis eam,prorsus q; extingues potius,quã augebis. Sic igitur & vinum,vbi plus bibit, quàm vt vinci possit,tantum abest,vt animal calfaciat, vt etiam frigidiora vitia gignat,quippe apoplexiæ,& paraplexiæ,& quæ gręce caros & comata vocamus,& neruorum resolutio,& comitiales morbi,& cõuulsiones,& tetani,immodicum vini potum comitantur: quorum vnumquodq; frigidum est vitium. Generatim enim,quæcunq; assumpta in corpus,vt nutrimentum,calfaciunt,hæc interim frigefacere deprehendas,æque scilicet,vt flammam ab eadem materia non augeri modo,verum etiam aliquando extingui. Atq; hæc quidem omnia tum ijs,quæ de elementis: tum ijs,quæ de temperamentis sunt prodita,consentiunt.

A.l.1.f. 2.d.1 su.2.c.1.f.40.

Lib.de alimento circa princ.

»
»

De Differentijs medicamentorum ex varia permixtione, & vario adhibendi modo. CAP. 3.

ILlud "fortasse dissonare videbitur,quòd ex ijs, quæ vt nutrimentum comeduntur, aliqua cuti imposita hanc erodunt atq; exulcerant, sicuti sinapi,muria,allia cępæ. Verum hoc quoq; cum positis à principio hypothesibus concordat: etenim fit propterea,quòd mutant alterãtur q;, dum & in ventre concoquunt, & in venis in sanguinem vertuntur: præterea quòd vno loco non permanent,sed in multas partes diuisa quoquouersus feruntur: adde & quòd non solum multis succis miscentur,sed etiam cibis,cum quibus sumuntur: ad hæc quòd celeriter eorum & concoctio & partium separatio perficitur ita, vt,quod conueniens in eis est, assimiletur, quod superuacaneum & acre,per aluum vrinas & sudorem excernatur. Propter hęc,inquam,omnia,quod foris impositum exulcerat,id comestum non exulcerat: &, si vel vnum quodlibet prædictorum illis accederet, satis esset ad ea,quæ foris sunt, integra seruanda, verbi causa mutatio ipsa,prima. Si nanque non maneat sinapi, quale extrinsecus fuit,cum est assumptum, manifestum est nec vim eius manere censendum quòd, si tum dirimuntur eius partes, tum purgantur, multo vtique magis sic censendum. Iam satis erat,quòd nec eodem loci maneret,cum nec circa cutem aliquid efficere posse videatur,nisi diutius immoretur. Sed nec mistio ipsa cum multis cibis parum momẽti habet: si enim id citra alium cibum solum assumas, facile intelliges, quantum molestiæ & mordicationis ventriculo afferat: quinetiam , si plurimo dulci succo admistum cuti id imponas, quàm nihil afferat incommodi. Cum igitur prędictorum vnum quodlibet per se satis prohibere possit , quo minus sinapi, quod foris facit in cute, idem facere intus possit, multo (arbitror) magis , vbi omnia simul coierint: nam & coquendo alteratur, & secernitur, & expurgatur, & cum multis alijs miscetur, & varie distribuitur, & in omnem partem fertur, nec in vlla moratur.

A.l.1.f. 2.d. su.1.c.18.f.3.

H

Quòd

A Quod autē, si acrimoniā suā seruaret, interna quoq; oīno exulceraret, ex ijs, quę sponte accidunt, vlceribus intelligas. Gignitur.n. non raro alijs ex vitioso cibo, alijs ex quapiā in ipso corpore corruptela & putredine, vitiosus succus, quā cacochymiā vocant. His aliqn̄ interiorū quoq; aliquid exulceratur: magna tn̄ ex parte cutis, qm̄ in hanc excrementa, quæ in habitum corporis colligunt, natura expellit, multis & assiduis vlceribus afficitur: quippe cancri, phagedænæ, herpetes erodentes, carbūculi, & quæ chironea & telephea vocantur, mille q; aliæ vlcerum generationes ab eiusmodi cacochimia nascunt. Nec igit taliū quicq̄ est dubitandū: sed nec cur medicamentorū non nulla, cū nihil nos extrinsecus offendant, intro assumpta magnū afferant malū: aliqua rursus intro assumpta non nunquā lædant, non nunq̄ conferant: aliqua nō solum intro assumpta, sed etiam extrinsecus applicata, offendant: quippe, vt semel dicā, nihil foris intus q; parem agendi facultatem habet. Neq;.n. aut viperæ venenū, aut rabidi canis spuma, aut aspidis virus (quæ tn̄, si extrinsecus† corpori occurrant, offendere creduntur) parem vim habent vel soli cuti applicata, vel intro assumpta. Sed nec illud est mirandum, si certorum medicamentorum vis ad profundum non peruenit: neq;.n. necesse est, vt omnia parem habeant vim. Quòd si ex ijs, quæ intro sumunt, non pauca certo tempore, & certa quātitate, & in mistura cū cæteris accepta conferūt: intēpestiue aūt, & largius,

† *Additur in Græcis, etiam sine vlcere.*

B nec cū alijs admista, lędunt: ne id quidē dubitationē vllā disputationi pariat, siquidē id tum cibis, tū igni, tum vero oībus (vt sic dicā) q̄ corpori occurrunt, accidere solet. Nā & mediocri nobis flāma non nunq̄ opus est, ea q; vti, plurimū ex ea iuuamur, cum tn̄ immodica flāma nos vrat: ad eundem modum & frigidæ potio. q̄ mediocris est, confert, quæ immodica est, maximā affert læsionē. Quid igit miri est esse medicamē aliquod adeo calidū potestate, vt, si multū eius sumatur, ac in vacuum corpus inferat, erodat prorsus, vrat q;: sin vero exiguum sit, & cū ijs, quæ vehementiam eius remittant, coniunctum, non mō nihil incōmodi afferat, verum etiā calfaciendo iuuet? Lachrymā.n. vel cyrenaicā, vel medicā, vel parthicā, ipsam quidē per se citra incōmodum sumere non est: at, si oīno exigua, vel cum alijs, in tēpore congruente sit sumpta, magnopere conducit. Atq; ad hunc quidē modum, quęcunq; corpus excalfaciūt, vbi mutationis principium in ipso, sicut dictum prius est, accepere, recalfacere illud sunt apta: quę vero refrigerant, veluti papaueris succus hæc à nostro corpore ne vel paulum quidem demutant, sed ipsum statim vincunt ac mutant, etiā si calfacta prius dederis. est.n. eorum natura frigida, quēadmodum aqua. Quare illud recte Aristoteli, sicut alia multa, dictum est, calidorum, frigidorū, siccorum & humidorum corporū quædā esse talia p se, quædā ex accidēti: sicut aqua per se qdē frigida est, ex accidenti vero aliqn̄ calida: verum acquisititius eius

C calor breui perit, naturalis frigiditas manet. Tāquā igit calida aqua flāmæ iniecta eā extinguit: sic, meconium si quatumuis calfactum dederis, & calorē animalis perfrigerabis, & necis periculum afferes. Oīa igit id genus medicamenta, si exigue sint data, & vnà cū ijs, quæ vehementiam frigoris eorum castigare valeant, non nunquā vsum aliquē corporibus nostris præstant: quemadmodū in opere de medicamentis dicet. Siquidē medicamen id, quod cantharidas recipit, hydericis prodest, tametsi cantharis ipsa vesicā omnino exulcerat: verum, vbi per ea, quæ admiscentur, castigata est, ac corpori, quod plurimo humore grauat, tum offertur, illum per vrinas expellit. Maxime igitur est attendendum in omnibus, quæ potestate calida frigidaue dicunt, sint ne ex natura eorum, quę nutrire corpus possunt: an eiusmodi, quæ ex iguū alterationis momentum nacta, deinde secundū propriam naturam alterata corpus ipsum aliquo modo afficiunt: tertio loco, an nullo pacto ab eo quicquā alterentur. Si nanq; ex nutriētium sunt genere, si quidem vincantur, calfaciunt, si nō vincantur, refrigerant: sin ex ijs sunt, quę exiguum quippiam alterantur, omnino calfaciunt, si vero ex ijs, quę omnino non alterantur, maxime refrigerant.

l. 1. f. 2. d. 2. 5. fol. 37. b

De Actione medicamentorū in corpus: & quo pacto non nulla ab ipso nequeant, nō nulla queant mutari. C A P. 4.

ATtendere autem (vt dictum est) quàm maxime oportet ac discernere, quæ per se sunt, ab ijs,

D quę per accidens, non in calidis & frigidis modo, sed nihilo etiam secius in siccis & humidis. Quippe aliqua talium, cum siccam substantiam sint sortita, vbi largo calore sunt liquata, humiditatis phantasiam præbent, veluti ęs, & ferrum: quædam per se humida, vbi in syncero frigore sunt morata, apparent sicca, sicut glacies. Minime igitur de his omnibus faciendum absolute & sine vlla exceptione iudicium est (sicut in superioribus monuimus) sed cum eo, vt, quemadmodum sese in calore frigore q; habeant, considerent. Siquidē, si exiguo prędita calore nihilo minus humida cernuntur, talia esse ex propria natura sunt censenda, tametsi cum copioso calore sint sicca: quę vero vel sub feruenti calore fluunt, vel sub puro rigore sunt concreta, ne horum quidē altera p se humida, altera per se sicca, sunt existimanda. Ergo tum ad hunc modum distinguere conueniet, quæ per se sunt, ab ijs, quę per accidens: tum ad hæc ipsa spectantibus, eorum, quæ potestate calida, frigida, humida, siccaue sunt, iudicium faciendum. Non.n. ad id, quod secundum accidens est, respicientibus, sed ad id, quod secundum se est, id, quod potestate est, iudicari debebit. Porrò cōis in omnibus vna q; iudicandi ratio est alterationis celeritas. At, cum calidum, frigidum, humidum, & siccum dicantur ὁμωνύμως, q; scilicet alia per id, quod exuperat, sic nominentur: alia, q; eā qualitatē, à qua sunt denominata, summam habeant: in vtrunq; horū prōpte id vertit, de quo iudicium agitur, tale potestate fuerit. Oleum nanque calidum potestate est, nimirum quod flamma facile fiat:

eodem

eodem modo resina, bitumen, & pix: vinum autē, ꝙ facile fiat sanguis: pari modo mel, & caro, & E lac: atq; hæc quidem totis ipsorum alteratis substantijs nutrimenta sic alterantium sunt. Quæ vero vna qualibet qualitate alterantur ac mutantur, ea medicamenta tantum sunt: medicamenta itidem sunt, & quæ nulla substantiæ suæ mutata parte, sed tota seruata integra, corpus ipsum afficiunt, cæterum grauia & naturæ animalis corrumpentia: vnde & totum eorū genus deleteriō {& pestilens} dici reor. Quippe hæc non propterea genere deleteria nō esse dicendū est, ꝙ, vbi plane minima exhibent, nullā inferunt sensibilē noxā: sic nanq; neq; ignis ipse calidus sit, neq; nix frigida, nā horum quoq; siquid prorsus exiguum est, nullum euidens in corporibus nostris excitat affectum: quippe centesima vnius scintillæ pars est quidem omnino genere ignis, cæterum adeo nos non vrat excalfaciatu'e, vt corpori incidens ne sensum quidē vllum sui excitet: ad eundem modū frigidæ asperginis centesima portio non modo nihil offendat, aut refrigeret, sed nec sensum sui vllum prębeat. Nequaq̄ igit sic iudicanda deleteria sunt, immo totius naturę suæ contrarietate. Porrò iudicabitur contrarietas ex ea, quæ media intercedit, mutatione. In elementis, verbi gratia neque aqua mutari pōt in ignē, neq; ignis in aquā, sed ambo in aerē, is vero in vtraq;, at illa in alterutrum nullo modo. Ergo continens & sine medio est aquæ mutatio in aerem, itemq; ignis: non continens, ignis & aquę in alterutrum: hæc igitur inter se contraria pugnantia q; sunt. Nō dissimili ratione papaueris succus hominis corpori prorsus est contrarius, vt ꝙ in eum quicq̄ agere ne vna quidē qualitate possit, multo minus ēt tota sua substātia possit: atq; vnū quidē deleteriorū genus eiusmodi est. Alterum est eorum, quæ ex nostro calore momentū aliquod mutationis accipiunt, ac deinde in multifarias alterationes vertunt, quibus corrūpi naturam nostram accidit: eiusmodi .n. omnia deleteria genere sunt, etiā si propter exiguitatem non nunquā nihil, quod sentiatur, efficiant. Ac q̄ corporis nostri naturā rodunt, putrefaciunt, & liquant, merito potestate calida nominātur: contra quæ refrigerant, & sensum auferunt, torporem q; notabilem afferunt, frigida. Et priora quidem nihil non rationi consonum, nec ipsa pati, nec in corporibus nostris efficere videntur: siquidem calido corpori applicata, & mutationis momentum aliquod hinc adepta, alia quidem ad summam caliditatem, alia vero perueniunt ad putredinem. Iure igitur pro affectu, quem ipsa consecuta sunt, etiam corpus animalis afficiunt. At, quæ corpus, tametsi ipsa calida sunt applicata, tn̄ refrigerant, non paruam dubitationem afferunt, vtrius potius naturæ sint. Nam, si energia semel calida sunt reddita, cur animal non calfaciunt? si nō dum sunt calfacta, quomodo apparent calida? Soluetur dubitatio, si distinguatur, quod per se frigidum est, ab eo, quod est ex accidenti, ita, vti Aristoteles docuit: perit nanq; celeriter eorum, quæ ex accidenti sunt calida, acquisititius affectus, G ita, vt in priorem naturæ suæ statum facile reuertant. Porrò in applicandis ijs nobis, quæ natura quidē sunt frigida, sed per accidens calida, duo hęc contingere est necesse, & vt acquisititius eorum calor pereat: & propria eorū temperies, à nostra nihil immutata, frigida perstet. Et quid miri, si papaueris succus, mandragora, vel cicuta, vel similium aliquid, q̄uis exhibeantur calfacta, paulo post euadunt frigida, cū idē patiant ptissana, & lac, & far, & panis, vbi in imbecillū ventrem demissa, ab eo non superant? euomunt .n. non raro abunde frigida. Et, quod his maius est, quod q;' Hippocrates ‖ notauit, pituita ipsa, q̄uis iā succus sit, atq; ex cibis in ventre iā cōcoctis frequēter nata, nihilo minus frigida tāgentibus sentit: neq; id mō, dū in ventre consistit, sed post, q̄ à venis ipsis purgantis cuiuspiā medicamenti vi est detracta: tametsi .n. q̄ tenacissima natura est, ac p vim ducit, attamē ne ipsa qdē tractus violentia calfieri pōt. Quid igitur miri, si ēt papaueris succus, quod naturæ nostræ tā cōtrariū medicamentum est, q̄ celerrime refrigeret, ēt si calfactus sit exhibitus, refrigeret aūt vnà secū & corpus (quippe acquisititiū calorem nō seruat propterea, ꝙ natura frigidus est) at, quia eius substantia à nobis nō alterat, immo potius nos alterat & mutat, idcirco nec à nobis quicquam recipit caloris, & pro sua natura nos afficit: itaq;, cum frigidus natura sit, & nos vtique refrigerat.

A.l.1.f.2.d.1 su.l.c.15.f.37.i

1. de nat. hum. tex.32.r°.31.h

F

Nihil igitur in dictione nostra est dubitationis reliquum. Enimuero, ꝙ horum omnium, quæ frigida per naturam sunt, quicquid plus iusto calfeceris, ex propria id natura recedat, præterq̄ quòd nullam dubitationem habet, etiā prædictis à nobis affert testimonium. Sicut enim salamandra ad certum vsq; terminum ab igni nihil patitur, vrit aūt, si longiore spatio igni sit admota: sic & mandragora, & cicuta, & psyllium, breui spatio igni admota proprium adhuc temperamentū seruant, largius aūt excalfacta, ilico corrūpunt, nec quicq̄ eorū amplius efficere, q̄ prius poterant, valēt. Ac H talium quidem oīum natura hoībus maxime est contraria (sanè, naturam cū dico, vniuersam substantiam, ac temperiem, quæ ex primis elementis conflatur, significo, calido, frigido, humido, sicco:) eorum vero, quæ celerrime nutriunt, conuenientissima: reliqua omnia media inter hęc sunt, quorum alia magis alia minus, agere ac pati à corpore nostro possunt. Siquidem castoreum & piper agere magis in corpus nostrum, q̄ pati ab eo, valent: vinum, & mel, & ptissana, pati magis, q̄ agere. Ergo hæc oīa tum agunt circa corpus aliquid, tum vero patiuntur. Omnino enim, vbi duo, aliqua corpora inter se cōmissa, multo tempore pugnant certant q; inuicem de alterando, vtrunq; eorum tum agere tum pati est necesse. Fortasse autem, & si non multo tempore id fiat, attamen agit etiā id, quod vincit, in id, quod vincit, verum ita exiguum, vt sensum effugiat: neq; enim, si acutissimo ferro mollissimam ceram toto die ac nocte incidas, fieri potest, vt non fiat manifeste obtusius.

A obtusius. Ita nimirum illud commode dici videtur, Assiduo illisu durũ cauat vndula saxũ: quippe ita quoq; fieri cernitur: cæterum ex vno aut altero ictu nihil adhuc euidens videre in talibus licet: ex quo factum arbitror, vt nõ nulli q̃dã ab admotis sibi nihil prorsus pati opinati sint. Et cedendũ quidẽ est ita loquentibus: sæpe vero nobis quoq; ipsis, eodẽ pacto plerũq; loquendũ est, ni si sicubi ad vltimũ examẽ disputationẽ perducimus, queadmodũ in præsentia facimus. Sic igitur ἀειπαθείας id est nunq̃ deficientis affectionis, dogma, ijs vtiq;, qui solũ id ratione ipsa æstimant, valente demõstratione nõ caret: nõ est tñ eius ad priuatas singulatim obeundas actiones vllus vsus. Si nanq; adeo exigui affectus sint, quibus assidue afficimur, vt nulli actioni sensibile & manifestũ incõmodũ afferant, facile profectò cõtenẽdi sunt: atq; ei, qui affectus id genus nullos esse dicit, nõ repugnãdũ. Perinde igit̃ habet & in ijs, q̃ nutriunt, propè dixerim, oĩbus: quippe q̃ ipsa quoq; in corpore hoĩs aliquid faciunt, sed nec sensibile aliquid ꝓrsus nec euidens: diuturna tñ eorũ exhibitio magnopere alterat mutat q; manifeste iã corpora. Sunt.n.& q̃ primo statim vsu manifestã alterationẽ suã indicent, veluti lactuca: q̃ eos, quibus venter quidẽ æstuat, manifeste refrigerat, atq; à si ti vindicat: quibus aũt refrigeratus est, manifeste lædit? Cõducit vero & ad somnũ non parũ, neq; id alia ratione vlla, q̃ ꝙ frigido tẽperamẽto & humido est: verũ sic est humida & frigida ad hoĩem

B & alia q̃ ab ipsa nutriri sunt apta, sicut viridia ligna ad ignem. Quare rationabiliter cibi id genus vtrunq; præstant, & ꝙ veluti medicamenta corpus nostrũ afficiunt, & ꝙ nutriunt: toto quidẽ con coquendi sui tẽpore, vt medicamẽta: vbi iã nutriunt ac ꝓrsus sunt assimilata, vt q̃ nõ amplius quic quã in nos agant, naturalẽ calorẽ augent, ceu prius est dictũ: quippe id oĩum, q̃ nutriunt, cõe est. Nec est quod miremur (si modo exẽpli viridiũ lignorũ nõ sumus immemores) esse aliqua, quę pri us, q̃ assimilent̃ & nutriant, dum adhuc concoquunt̃, refrigerent: cũ assimilata sunt ac iam nutriũt, calfaciant. Itaq; vsus quoq; talium oĩum duplex medicis suppetit, tũ vt ciborum, tũ vt medicamen torũ. Fac nanq;, mutata sit alicui optima ventriculi temperies ad calidiorẽ, is profectò, quandiu lactuca concoquit, refrigerabit̃, & mediocritatem temperamenti assequet̃: vbi vero ex ea iã nutritus est, insiti caloris substantiam augebit. In eo igit̃ vel maxime sese fallere vr̃ iuniorum medicorum vulgus, ꝙ ignorat in nobis aliqñ qualitatem caloris intendi, aliqñ substantiam eius augeri: tum vtroq; genere veteres calidius factum animal dicere, qñ ẽt calidius fit, siue calorem eius intendas, si ue substantiam, in qua prima consistit, inaugeas. Finge nanq; ex ijs, quæ in animalis corpore con tinentur, sanguinẽ esse per se calidũ, aut, si magis placet, flauam bilem: reliqua omnia ex accidenti esse calida, vtiq; ꝙ horũ aliquam habeant partẽ: nũquid nõ necesse erit animal bifariã calidius esse,

C vel ꝙ plus calidorũ succorum sit sortitũ: vel ꝙ calidiores eos habeat, q̃ ante? mihi planè ita videtur. Ad eundẽ modum, arbitror, & frigidius erit bifariã, vel ꝙ plures illi succreuerint frigidi succi, ceu pituita, & nigra bilis: vel ꝙ eorum omnium modo non mutato, sola qualitas sit intensa. An igitur miri quicq̃ est, si corpus, quoad concoquit̃, qui frigidus natura cibus est, sicut portulaca & lactuca, frigidæ qualitatis nõ parum ꝑcipiat: ꝑcocto autem ac iã in bonum sanguinẽ verso, calidi succi accessione calidius, q̃ prius, euadat? Atqui, si nihil horum aut eiusmodi est, quod fieri nequeat, aut ẽt adhuc mirum, desinãt iã obstrepere, qui vnum eundem q; cibum tum nutrimenti tum medicamenti vsum corpori prestare negant: tanq̃.n.si omnino non percoqueretur, perpetuo maneret medicamentum: sic, cũ iam est percoctum, ambo efficitur. Pone enim, prorsus non concoquatur lactuca, vel, si mauis, succus ipsius: qñ is, si liberalius sumatur, similem in homine cum papaueris succo effectum habet: non'ne hoc casu medicamentum tm̃ erit, nec aliud quicq̃? nemo (arbitror) de ea re dubitet. Ergo habet omnino lactuca & medicamenti facultatẽ: at vero habebat & nutrimenti, quippe q̃ persæpe nutrijt: ambas igitur facultates simul in se continet, non tamen similiter ambas ostendit: verum, vbi plus egit in homine, q̃ sit passa, medicamenti potius indicat facultatẽ, vbi passa plus est, q̃ egit, nutrimenti. Nec mirum illud est, si lactucæ tum agere tum pati contingit:

D qñ ensi quoq; (ceu paulo ante diximus) non solum in ceram agere, sed ẽt ab ea pati accidit, cæterum, quia multo amplius est, quod ille agit, q̃ quod patit̃, alterum latet: at, si durissimum illi ferrum admoueas, contra magis pati, q̃ agere, tibi videbitur, tametsi agit aliquid tum quoq;, sed vis eius negligitur præ exiguitate. Itaq; de omnibus prorsus cibis illud pronunciare non dubitemus, ꝙ non solum à nostris corporibus pati, sed ẽt agere aliquid in ea possunt: iam vero & de quibusdam (quæ planè.s.& luculenter videmus agere) ꝙ nõ tantum cibi sint, sed ẽt medicamenta. Et lactuca quidem tam cibus, q̃ medicamentum frigidum est: eruca tam cibus, q̃ medicamentum calidum. Quòd si, castoreum quoq; spatio concoquitur, erit id quoq; simul nutrimentũ, simul medicamentum calidum: ad eundem modum sinapi & piper: ex herbis quoq; anethum, & ruta, & origanum, & pulegium, & calaminthe, & thymbra, & thymus: quippe hæc omnia tum cibi tum medicamen ta calida sunt: prius enim, q̃ in sanguinem sunt mutata, dũ.s.adhuc cõcoquunt̃, medicamenta: mu tata vero in sanguinẽ non vtiq; iam medicamenta, sed nutrimenta, secunda nimirum nutrimenti significatione, qua id significat̃, quod non dũ est alimentũ, sed veluti alimentum. Ergo, sicut de lactuca paulo supra fecimus, cũ duos ventres, alterum iusto frigidiorem, alterũ iusto calidiorem finxi mus: ita nunc quoq; in omnibus ijs, quæ potestate calida sunt, proponamus eosdẽ ventres. Ergo eum, qui frigidior iusto est, quoad in eo continentur ac concoquuntur huiuscemodi omnia, calfaciunt,

faciunt,atq; tẽperamenti æqualitatẽ reuocabunt,ꝑderunt q; vt medicamẽta: alterum vero,qui calidus eſt,inflãmabunt,ac magnopere lędent: atq; has quidẽ alteratiões qualitate ſua inducẽt,nã oĩno ꝑcocta,& mutata,ac in ſanguinẽ bonũ iã verſa,naturalis in aĩali caloris ſubſtantiã augebunt,non qualitatẽ intendent. In totũ enim,ſiue frigidus,ſiue calidus poteſtate cibus ſit,poſtea,q̃ i ſanguinẽ cõuerſus eſt,naturalẽ calorẽ ſimiliter augebit: quoad aũt ad ſanguinis formã tẽdit,nec dũ planẽ ſãguis eſt redditus,refrigerat excalfacitve aĩal medicamenti ritu. Sanè oĩs hęc diſceptatio ab vno,vt videt̃,principio pendet: quò magis ſeruandũ ſemꝑ id: memoriaq; tenendũ ꝑpetuo eſt cuiuslibet corporis ꝓprietatẽ quandã temperamenti eſſe,q̃ huic quidem naturæ ſit cõſentiens,ab hac vero ſit diſſentiens. Tũ,ſi,qđ cõueniens ſibi eſt,in ſuã naturã tranſmutet,eo pacto caloris ſui ſubſtantiã augere: ſin ipſum ſit mutatũ,duorũ alterũ illi cõtingere,vel vt calorẽ quendam cõquirat, vtiq; ſi id,à quo mutat̃,calfacit: vel ꝓprium calorem amittat,ſi id nõ calfacit. Liquet igit̃ ex his,ꝙ hmõi oĩa ex eorum ſunt numero,q̃ relata ad aliquid dicant̃,cum ad ꝓprietatem mutantis naturæ,quicquid aſſumit̃,vel nutrimenti,vel medicamẽti,vel vtriuſq; rõnẽ ſortiat̃: verbi gratia,cicuta ſturno nutrimentũ eſt,hoĩ medicamentum: rurſus coturnici veratrũ nutrimentũ eſt,hoĩbus medicamentũ,ſiquidẽ coturnicum temperies aſſimilare ſibi veratrum poteſt,quod hominum temperies non poteſt.

A.l. 1. ſ. 1.d. ſu. 1. c. 15. & 3.c

De Medicamentis experimento dignoſcendis. CAP. 5. F

Ergo manifeſtũ iã arbitror factũ,ꝙ iudiciũ eius,qđ reſpectu noſtri calidũ, frigidũ, humidũ, & ſiccũ dr̃,non ex ijs,q̃ extrinſecus ſunt poſita,ſed ex ijs,quibus ipſi afficimur,certũ exactũq; fieri poſſit: atq; id tanq̃ primũ,ac maxime ſit ſpectandũ: deinde,ſi res exigit,ẽt qđ ab externis petit̃. Nã,ſi euidens ad ſentiendum & clarus ſit adhibiti medicamenti effectus,huic reliquis notis oĩbus poſthabitis credendũ: ſin debilis,& obſcurus,aut ẽt miſtus,aut vllã oĩno dubitationẽ ſit exhibens, tũ vtiq; ad externa oĩa cõferendo,de eo iudicãdũ,ac neq; horũ quidẽ ad ea,q̃ lõgius abſunt,ſed q̃ ab ipſa q̃litę rei ſubſtantia ſunt deſumpta. Verbi gratia,ſi oleum calidũ eſt,nõ id inde ſpectabit̃,ꝙ glutinoſum,aut pallidum,aut leue eſt: ſed ꝙ facile inflãmat̃: id nanq; erat illi calidũ poteſtate eſſe,ꝙ celeriter in energia calidum mutat̃. Ad eundẽ modũ & in corꝑibus noſtris nõ vtiq; id expendendũ, an craſſarũ partiũ,aut tenuiũ,aut humidũ,aut leue,aut glutinoſum,aut pallidum,ſed an calfaciat admotũ: æque vero nec,an dulce ſit,an aluũ deijciat,an ſanguinẽ,ſi inſtillet̃,faciat in miſſiõe fluxilẽ: quippe hæc quoq; ſuꝑuacua ſunt,cũ æſtimare liceat,an calfaciat,cũ admouet̃. Ergo, ſi notabiliter id valenter q; faceret,quẽadmodũ piper,vtiq; clarũ id ꝓculq; dubio eſſet: nunc,cum minime valenter id p̃ſtet, merito in q̃ſtionẽ venit. Multo vero magis de roſaceo & aceto dubitat̃ à medicis atq; ambigit̃,calida'ne hæc an frigida,poteſtate ſint. Agendũ igit̃ id eſt,vt in oĩbus,q̃ poteſtate calida, frigida,humida,ſiccaúe dñr,exactas aliqs claras q; diſcretiões iueniamus,ſicut ante de energia ſic dictis fecimus. Porrò incipiendum arbitror ab ijs,q̃ euidentiſſima ſunt,qñ in his exercitatus facile cõſequet̃ ea,q̃ minus ſunt euidentia. Ergo ſtatim, vt corꝑi hoc vel illud medicamentum cibusúe admouet̃,expers eſto oĩs acquiſititij caloris vehementis & frigoris: quã.n.in ſuperioribus determinatiõem inuiuimus,cum ſicca & humida corꝑa dignoſcẽda ꝓpoſuimus,eadem nobis nũc quoq; in ijs,q̃ poteſtate calida frigida q; ſunt,nõ minus erit vtilis: nam,ſiue poteſtate frigidum,cum id applicas,vehementer calfacias: ſiue calidum,refrigeres,corpus primo occurſu qualitatis acquiſitę,nõ eius,q̃ ꝓpria eſt rei admotæ ſenſu afficiet̃. Vt ergo admotæ rei vera ſincera q; natura exploret̃,tepidum,quoad fieri maxime põt,eſto: nec vllã extrinſecus notabilẽ alterationem valentis caloris frigorisúe cæperit. Ac prima quidẽ admoti medicamenti p̃paratio talis eſto. Applicet̃ aũt, cum eius vim exploras,nõ cuilibet corꝑis affectui,ſed ſimpliciſſimo,quoad fieri maxime põt,& ſummo. Si igit̃ ſummi quidẽ caloris affectioni admotũ,frigoris ſenſum excitet,erit ꝓfectò ſic frigidum: pari mõ,ſi frigido affectui applicatũ,calidũ ſtatim appareat,id quoq; erit calidũ: ſin vel calidæ affectiõi calidũ,vel frigidæ frigidũ ſentiat̃,nõ eſt,ꝙ hoc calidũ,illud frigidũ oĩno ꝓnuncies. Eſt.n.aliqñ ſummi caloris affectus,quem mediocriter frigidũ medicamen adeo nõ alterat,vt refrigerando denſando q; ſummũ extrinſecus corpus,calorem intro cõcludat,ac difflari vetet,inde q; affectũ magis accendat. Ita vero,& ſi,quod frigido affectui admouet̃,nullũ afferat calorẽ,videndum eſt, nũ id,cum ſit aliquid mediocriter calidum,nihil egit in affectum,qui ſummi indiguit caloris. Ergo nec ſic admoti medicaminis exploranda vis eſt: nec ſi ex accidenti aliquid efficiat,nõ ꝑ ſe. Iudicabis aũt,qđ ex accidenti aliquid facit,tũ ex affectu ipſo,tũ tp̃e: ex affectu,ſi is ſimplex eſt,& vnus: at à tempe determinabit̃ iudiciũ ad hunc modum. Quod ꝓtinus,vt admotũ eſt,calfacere vel refrigerare manifeſte cernit̃,id vtiq; & ex ſe & ꝑ ſe tale fuerit: quod tempore id facit,fortaſſe ex aliquo accidẽti hoc eſt actum. Veluti,iuueni quadrati corporis tetano æſtate media laboranti, frigida liberaliter affuſa caloris repercuſſum facit: cæterum,ꝙ aqua frigida per ſe nõ calfaciat,ex primo eius occurſu patet,ſenſum nanq; inuehit frigoris: præterea cutim,quoad ei affundit̃, frigefacit: tum calorem nec in omni corpore,nec dum affundit̃,inuehit,immo tantum in iuuene quadrati corporis, & æſtate media,& poſt,q̃ à perfundendo eſt ceſſatum. Sicut igitur frigida,quibus incidit,hæc ilico perfrigerat,ſiue animata corpora ſunt ſiue non animata, ſiue calida ſiue frigida: ita, ſiquod eſſet tempus, vel corporis natura,vel affectus vllus,in quo frigida primo ſtatim occurſu caloris ſenſum inueheret,iure quæri poſſet,calfacere'ne an frigefacere per ſe nata eſſet: nunc autem, cum omnia tum

G

H

animata,

A animata tum inanimata, protinus & perpetuo frigefieri ab ea cernamus: quibus autem insitus calor, veluti fons quidam ignis, in visceribus est, iis adhibita repercussum aliquando caloris faciat, rationabile arbitror ex aliquo accidenti, non per se, talia calfacere. Sed nec latet, qua ratione illud accidat: siquidē stipata, clausa q; corporis summa facie, repercussus refractus q; fit caloris eius, qui à profundo ascendit: qui quidē simul propter difflatus inopiam est aceruatus, simul propter frigidi circunstantis violentiam in altū recedit, simul ex succis illic habitis nutritur. Quippe, vbi collectus nutritus q; calor ad summa corporis violentius ruit, fit quidē caloris repercussus, indiciū vero ac documētum, q frigida haudquaq̄ per se calorē auxit: nam per se quidem cutim perfrigerauit, eius vero perfrigerationē densitas, & reditus caloris ad profundū, sunt consecuti: Rursus horū densitatem quidem difflatus prohibitio: reditum vero ad interiora, cōcoctio consumatio q; qui istic sunt, succorū, est assecuta: Horum vero, difflatus prohibitio, caloris colligendi: succorū concoctio, eiusdem generandi fuit causa: porrò horum vtrunque natiui caloris sequitur auctio. Ergo intercedentibus medijs vtrisque frigida in animalis corpore caloris aliquando excitat incrementum, per se nunquam. Sed non minus calor, est, quando ex accidenti perfrigerat, vtiq; intercedente vacuatione, sicut perfusio phlegmonen. Cum enim ex calida fluxione phlegmone consistat, propria quidem

B eius curatio vacuatio superuacui est: vacuationi autem particulæ, quæ per phlegmonen excalfacta est, omnino succedit refrigeratio. Ergo, cum duplex in ijs, quæ phlegmone laborant, particulis affectus sit, vnus quidem in quantitate, ex superuacui, naturæ modum exeuntis, abundantia: alter in qualitate, qui ex caloris spectatur ratione, sequitur prioris eorū curationem etiam posterioris curatio: fiunt q; ex accidenti ea medicamenta, quæ calentem materiam vacuant, inflammationis particularum refrigeratoria. Ergo tum hæc discernere oportet, tum id agere, vt pro modo simplicis affectus, etiam virium medicamēti inueniatur modus: Verbi gratia, si calidus in summo affectus sit, frigidum quoq; in summo medicamentum paretur: si affectus à summo paulum recedat, medicamentum quoque à summo paulum declinet: si plus à summo calore absit affectus, ad portionem absit à summo frigore medicamen: quippe, si auspicatus à tali coniectura examen eorum sis, facilius propriam cuiusq; inuenias vim. Ad summam enim in omni simplici affectu calido, quodcunq; adhibitum medicamen primo statim occursu frigoris sensum intulit, id frigidū potestate est: ac multo profectò magis, si post primam exhibitionem tale perpetuo manet: quod, si calidum affectum prorsus sanet, frigidum id ex necessitate fuerit. Adhibendum vero est, cum exploratur, omnino tepidum, vt prius testati sumus. Vbi iam cognitum est tale esse, deinde curatio-

C nis causa assumitur, rectius frigidū adhibetur: nisi si medicamen summi sit frigoris, morbus in summo caloris non sit. Atq; hæc quidem diffusius tum in opere de medicamentis, tum curandi methodo tradentur. Ad presens illud saltē nouisse oportet, quod si calido & simplici affectui aliquod adhibitum medicamentum, tum protinus tum toto deinceps tempore frigoris sensum, ac facilioris tolerantiæ iuuamenti q; laboranti affert, id frigidum necessario est, tametsi in alijs non nunq̄ videatur calidum: deprehendetur enim in illis, si diligenter exploretur, non vtique per se, sed ex accidenti aliquo excalfacere. Cum autem per se dicimus, vel primùm, vel nullo intercedente medio, omnibus huiusmodi verbis idem potestate significamus. In quibus omnibus lectorem in opere de medicamentis proprijs exemplis exercitabimus.

Epilogus Operis vniuersi. CAP. 6.

NVnc recensitis ijs, quæ ante iam dixi, proposito libro commodum imponere finē tentabo. Cum nanque calidum corpus multifariam dicatur, nam & quod summam eiusmodi habet in se qualitatem, ipsum scilicet elementum: & quod propter eiusmodi qualitatem pollentem nomen est sortitum: ad hæc, quod collatum ad aliud dicitur, vel ad id, quod mediocre eiusdem sit generis, vel quicquid sors tulerit: sic & quod potestate calidum est, energia vero non dum dici po-

D test, intelligi probari q; multis modis oportet. Quo vtiq; minus rectè, si quid non statim inflammatur, id aliqui ne, vt ad nos, quidem, esse calidum potestate putant: nam, siue facile concoquitur, & cito nutrit, erit, vt ad nos, calidum: siue admotum, veluti medicamentum, calfacit, erit id quoq;, vt ad hominem, potestate calidum. Sic nimirum & per singulas animalis species ipsum potestate calidum, siue est vt medicamentum, siue vt nutrimētum, ad illud tantum animal collatum dicitur: est enim ex ijs, quæ ad aliquid referuntur, quicquid potestate dicitur: quare & probatio, quæ propria est, melior vtiq; est, quàm quæ ab externo petitur: propria vero est vna in singulis, vtiq; si celeriter tale fieri appareat, quale id esse potestate diximus. Est enim potestate ignis, quicquid celeriter in ignem vertitur: potestate vero calidum est, vt ad hominem (quæ est vna ex speciebus eorum, quæ ex eo, quod in ipsis præpollet, calida dicuntur,) quicquid homini applicatum, naturalis eius caloris vel qualitatem auget vel substantiam. Eadem mihi & de alijs censeri dicta velim, quæcunque scilicet potestate frigida, vel sicca, vel humida vel calida dicuntur: cum hæc quoq;, partim veluti ad ipsa elementa: partim veluti ad ea, quæ ex præpollente sunt nominata, tum intelligi tum explorari tum doceri conueniat. Patet vero eum quoque, tactum qui iudicat, omnis acquisititij caloris & frigoris expertem esse debere, sicuti de medicamentis ipsis prius est dictum.

GAL. IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE NATVRA HVMANA COMMENTARIVS PRIMVS

Victore Trincauelio interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Quatuor esse elementa naturæ, quatuor in corpore humores, qui sanitatem & morbos efficiunt, & pro ratione temporum euariant.

COmmentarium de elementis ex sententia Hippocratis olim amico cuidam peregere proficiscenti, illius conijciens eruditionis facultatem, scripseram, atque etiam tradideram: & proinde quæcunq; illum probe tenere noueram, eorum inter operis illius initia neq; memini, neq; demonstrationes attuli: quod tamen alioqui facere consueueram, si quando esset mihi omnibus qui legere voluissent, sermo cõmunis instituendus. Sed quum mox (nescio quo modo) commentarium id in multorum manus incidisset, statueram alterum preterea non cõponere: quin & expositionẽ libri de natura hominis propterea distuli, quod omnia quæ ibi continerentur, in eo iam ædito libello, cui titulus est de elementis iuxta Hippocratẽ, manifesto essent monstrata. Verum quibusdã amicis nostris nuper à me huius etiam Hippocratici operis expositionem, vt haberent, efflagitantibus, nec vt priori illo egerã, earum modo sententiarum, quæ huic decreto necessariæ sunt, sed subinde omnium: Ideo statim in huiusce expositionis exordio ea in primis explicabo, quę in initijs libri de elementis secundũ Hippocratẽ à me fuerant omissa: quũ sanè amicũ illum ea nõ ignorare intelligerem. Itaq; inter prima quæ à nobis referenda sunt, id erit: quid hoc vocabulum, natura, significet, vnde suam nonnulli ex priscis illis philosophis qui physici, hoc est naturales, dicti sunt, appellationem traxere. Cur vero hoc ego protulerim, maxime apertum fiet, si eorum monumenta, quæ de natura ab ipsis inscripta sunt, legerimus. Videntur enim primam eam substantiam, qualis nam sit exposuisse, quam ingenitam atque perpetuam affirmant, quam q; esse omnibus quæ generantur & intereunt corporibus subiectam, & preterea quæ generabilibus ac interituris quibuslibet ex ipsorum propria ratione insunt: quibus equidẽ cognitis, cętera quæ particulatim substantiæ vnicuiq;, non per peculiarem aliquã ipsorum rationẽ accidunt, consecutione quadam noscuntur. In hunc igitur modum perfecta erit naturę rei vniuscuiusque doctrina. Vnde consueuere mortales, quotiescunque quispiam vnum ex his quæ rei alicui insunt, vel duo etiam explicauerit, affirmare aliquid de rei illius natura fuisse expositum: id quod poeta quoque obseruasse videtur ita inquiens. Sic ait à Maia genitus, medicamen & offert Euulsum terra, naturam q; edocet eius: mox subdit: Radix nigra erat, flos lacti concolor ipsi. Sic etiam qui de herbis vel in vniuersum de plantis scripsere, earum sensilem naturam docent, dum exponunt qualis harum vnaquæque sit tangenti, qualis etiam gustanti, aut inspicienti, aut olfacienti: & quas præterea vires habeat, quum vel interne in corpus ingeritur, vel externe adhibetur: his etenim sensilis cuiusque rei natura constat. Antiquior tamen est & prior ea naturæ acceptio, de qua & ego prius loquutus sum, & Plato esse sciendam illi consuluit, qui methodo rem quampiam voluerit disquirere: sed & ipsa equidem illius verba hic ascribam. Putas ne igitur naturam animæ quantum ipsa ratio poscit, absque ipsa vniuersi natura posse intelligi? sed si aliqua Hippocrati vni ex Asclepiadis fides est adhibenda, nec corporis

A ris etiam poterit ſine hac methodo. Recte ò amice ait. Operæpretium attamen fuerit, vt præter Hippocratem rationem hanc examinemus,& num illa conſonet,cõſideremus. Aſſentio. Sed quid tandem Hippocrates dicit,atque ipſa etiam recta ratio,non ne ſic? De rei cuiuſcunque natura,cuius vel nos volumus ſcientiam aut artem aſſequi, vel etiam alios docere,id primum inquirendum eſt,ſimplex'ne illud ſit,aut potius multiplex: et ſi multiplex fuerit,mox inſpiciendum eſt quam habeat naturalem facultatem,vt in alterum agat,& in quod: quam prẹterea vt ab altero patiatur & à quo. Si plures vero ſpecies habuerit,illis enumeratis, id ipſum quod in vno diximus, ſingillatim in illis omnibus erit inueſtigãdum,quam inquam habeat naturam vt ipſum agat,quam ut ab alio patiatur. Nempe hæc tibi eſt Platonis ſententia ex Phædro deprompta,quæ & quid nomen naturæ ſignificet,& quo pacto eius ſubſtantia methodo ſit diſquirenda,exponit. Hoc idem etiam inuenias,ſi,quæ de natura inſcripta ſunt, volumina omnia perlegas priſcorũ philoſophorum, Parmenidis, Empedoclis, Meliſſi, Alcmæonis, Heracliti. Porrò ex illis non nulli non modo vnum, ſed multos etiã huiuſce argumẽti libros edidere: alij longe etiam plures: id ipſum & Epicurus factitauit. Nã & ille,quẽadmodũ & cæteri omnes,ab ea inquiſitione exorditur,vnum'ne ſit & ſimplex id cuius naturam inuenire inſtituimus, an vero ex aliquibus ſimplicibus illo prioribus cõpoſitũ:

B q̃ mox ij qui priſcis illis ſucceſſere,elemẽta nominare cõſueuerũt.In quem modum grãmatici ꝑ ſitẽtur quatuor & viginti eſſe vocis elemẽta,hoc eſt ſimplices & primas particulas,q̃ nõ ita amplius in alias,vt ſyllabæ,diuidi queant: ſi nanq; ab hac ſyllaba,ſtra, elementũ primũ demas, ſ inquã, reliquũ tibi tra erit,quod & ipſum ſyllaba permanet: à quo tra deinde ſi t primã eius literã detrahas, adhuc q̃ppiã ex ea relinqueĩ,quod itẽ diuidi poterit,ra nimirũ, a vero ſicut & plures alias literas nunq̃ diuides ita,vt poſſis oſtendere ipſum ex duplici,aut triplici ſono cõſtare: ſed vnicus eſt atq; indiuiduus eius ſonus, nõ q̃dẽ ſimpliciter ꝟm quantitatẽ,verũ,vt tũ nos alias,tũ ẽt alij philoſophi plures mõſtrarũt,ſolũmodo ꝟm ſpeciẽ. Sic quoq; illi q̃ quatuor ea,ignẽ aerẽ,terrã,& aquã, eſſe aiũt elemẽta corporũ q̃ generantur & intereunt, ob id illa ſcientiæ naturalis principia ſtatuũt,q̃ ſigillatim amplius in plures ſpecies ſecari nequeant. Prima ſiquidẽ minimorũ corporum notio eſt penes quantitatẽ: altera vero(vt in elementis vocis mõſtratũ eſt) penes qualitatẽ. Et naturales quidẽ philoſophi inter ſe diſcrepant: quidã.n.corporũ q̃ generantur & intereunt, minimas quantitate particulas elementa ponũt: alij vero qualitate. Verũ de ſignificatione huius nominis,elementũ,in primo libro de medicis noĩbus,vt in quinto de ſignificatu noĩs,natura, plenius diſſeruimus. At in pſenti nõ amplius de appellationibus ſignificationibus've ſermo eſt à nobis inſtituendus, ſed de re-

C bus ipſis,ex q̃bus ſanè minimis,an ꝟm quantitatẽ,an potius ꝟm qualitatẽ generabiliũ corporum,q̃ nos cũ Ariſtotele ſimilaria vocamus,ſit prima cõpoſitio. Mox vero ex his altera ſit cõpoſitio,eorũ, q̃ inſtrumẽtalia appellamus,veluti ſunt manus,tibiæ,oculi,lingua,pulmones,cor,iecur,lien,renes, vẽtriculus,vterus,& id genus alia. Horũ etenim inſtrumẽtorũ natura ex primis illis & ſimilaribus, q̃ Plato primogenea ſolitus eſt nominare,coagmentatur. De horũ vero differentia in alio quidẽ libro à nobis eſt habitus ſermo: clarioris attñ doctrinæ gratia,nunc quoq; id ipſum per capita repetemus. Nẽpe ſimilare eſt os, cartilago, ligamentũ: eſt ꝓterea ſimilaris mẽbrana,adeps,& caro, tam ea q̃ fibris muſculorũ adhæret,q̃ & ipſæ ſimilares ſunt,q̃; illa q̃ in viſceribus eſt, quam Eraſiſtratus parẽchyma ſolet appellare,quaſi adfuſionẽ dicas. Nos autẽ ſtatim ab initio illius operis,quo inſinuauimus,qualis'nã ſit vera medendi methodus,oſtendimus fieri non poſſe,vt q̃s recte per indicationes rationẽ curandi ſimilaria corpora inſtituat,niſi teneat prius,an eorũ vnumquodq; ſimplex ſit, an vero ex pluribus conſtitutũ,item q; num ea per ſe tota temperata ſint,vel ſe ſolummodo cõtingant. Monſtrauimus prẹterea non nullos medicos, in q̃bus ego poſuerim Eraſiſtratũ, ex parte tñ dimidia eſſe dogmaticos,qui quidẽ morbos partiũ inſtrumentaliũ ex ratione curent: ſimilariũ vero,aut nequaquã,aut empiricorũ more: immo eorũ quàm plures quę'nã ſit differentia inter mor-

D bos inſtrumentaliũ particularũ,& eos qui in ſimilaribus hñt ortũ,minime norũt: quemadmodum neq; eorum vtrorumq; numerũ. Vos vero ò amici in noſtris cõmentarijs vnũ habetis de morborũ differentijs,& alterũ inſuper nec exiguũ de remedijs, cui titulus eſt, medendi methodus. Sed tũ hæc,tum etiã multa alia,expoſcunt ſermonẽ illũ,qui de natura noſtri corporis habeĩ, is in hoc nũc nobis propoſito opere continetur. Vnde mirum eſt profectò,fuiſſe quoſdam, qui librũ de natura humana iudicauerint excludẽdũ eſſe à legitimis libris Hippocratis, et inter nothos (vt ipſi vocãt) reponendum: decepti quippe ſunt ex ijs, q̃ in eo conficta & illi appoſita fuere: de q̃bus in hiſce cõmentarijs abunde loquemur. Nunc vero ſatis fuerit explicaſſe,quęcunq; in parte legitima,& illegitima contenta ſint: q̃ ad verbum ita ſe habẽt. Prima huiuſce voluminis pars q̃ primo libro cõprehenditur,ad ducentos & quadraginta verſus accedit: in ea demonſtratur animantiũ corpora ex calido,frigido,humido,& ſicco eſſe cõflata,& prẹterea humorũ natura explicatur. [a] ‖Quę vero hãc excipit,multiplex eſt: eius.n.prior particula morbos diſcernit,quos ſporadicos græci appellarunt (nos vagos poſſumus dicere)ab epidemicis,quaſi popularibus dixeris ac peſtilentibus,& prẹterea communi quadam ratione vtriuſq; propriam curationem inſinuat: [b] ‖altera ab hac venarum diſſectionẽ tranſigit: [c] ‖mox varia eſt de morbis doctrina: [d] ‖poſt quam ſequitur victus ſalubris ad priuatos homines delegatus: [e] ‖poſtea modus aperitur,quo homines q̃ craſſiori ſunt habitu,attenua-

A 2. de Nat. hu. t. 2. 3. 4. 7^a. 182.
B Ibi. t. 6. 183. b
C Ibid. a t. 10. vſq; ad finem.
D De Salub. diæta. a t. 1. ad 4. 2^a. 40.
E Ibi. t. 5 & 6. vſq; ad 14.

ri possint, vel illi qui graciles sunt, carne repleri: cui parti annexa sunt q̃dam ad vomitum attinen- E tia præcepta: || postea habetur breuis q̃dā descriptio victus infantiū, deinde mulierū, & || tertio eorū q exercitantur, || postremo addita quædā pars est, q̃ non transcendit decē versus: ea vero est de morbis cerebri, casu quodā, vel potius temere ibi interposita. Manifestū itaq; est vniuersum hoc volumen ex multis esse coagmentatū & cōstructū, ad sexcentos fere versus, aut paulo minus protēsum. Huius primus liber, in quo tū de elemētis, tum de humoribus agit, vsquequaq; Hippocraticę arti, congruens est: quēadmodū & secundus, q populares vel epidemicos morbos à vagis distinguit. At pars ea q̃ venarū dissectionē aperit, manifesto quidē ab alijs interiecta est, nec boni quippiā cōtinet, vtpote q̃ ab apparentibus dissentit, & cum his q̃ in secundo epidemiorū libro habentur, pugnat. Eorū autē q̃ sequuntur nonnulla interposita fuere, de quibus cū ad illarū expositionē peruenerimus, exacte tractabimus. Alia merentur, vt eorū aliqua habeatur ratio: quippe q̃ breuibus quidē, sed recte exposita sunt, & cū arte Hippocratis cōsentiunt, sicuti & ea, q̃ de victu salubri scripta sunt. Is vniuersus igit̃ liber ex his cōstat. Pars eius prima totius Hippocraticæ artis quasi fundamēta cōprehendit. Vnde me nō parū eos admirari ꝓfessus sum, q eā ab Hippocratis sñia esse alienā censuerunt. Nā illorū quamplures, qui artis Hippocraticæ gnari sunt, in legitimis illā ꝓculdubio ponunt, arbitranturq; cōmentariū hunc magni illius fuisse Hippocratis. Aliqui tñ Polybo ascri- F būt illius tū discipulo, tū etiā in docēdis discipulis successori: qui nunquā vlla ex parte decreta Hippocratis in aliquo suorū librorū immutasse visus est: quemadmodū nec Thessalus illius filius, vir et ipse admirabilis: is tñ in patria nō est, vt Polybus, diu moratus: Archelao etenim Macedoniæ regi adhæsit. Sic igit̃ alij ferè oēs medici, vt testati sumus, paucis q̃busdā exceptis, sensere librū de natura humana fuisse Hippocratis. Sed & Plato illū recognoscit, q ꝓscriptā paulo ante sñiam in Phædro literis mandauit, eius initium est: Putas ne igitur aiæ naturā, quantū ipsa ratio poscit, intelligi posse absq; vniuersi natura: sed si Hippocrati vni ex Asclepiadis est aliqua adhibēda fides, neq; de corpore etiā poterit sine hac methodo. Porrò operæpretiū fecissent qui ita temere garriunt, si hæc legissent: & ꝑterea recte perpendissent, in quo'nā Hippocratis libro methodus hæc, quā sic Plato approbat, tradita sit, neq;.n. in alio id inuenias, nisi in eo q est de natura hominis, quē præ manibus habemus. Deinde etiā alia quæcunq; Plato prosequutus est, q̃ nos quoq; tum in libro de elementis iuxta sñiam Hippocratis docuimus, tum etiā in præsentia, posteaq̃ sic vobis visum est, docturi nihilominus accedimus. Exponere autē huius libri dictiones statim aggrediar, vbi sermoni huic id preterea addidero: Quum liber, quē olim de elementis sm Hippocratem conscripserā, in multorū manus excidisset, & eruditis oībus probaretur: pauci quidā & rudes, nullā vnquā (quamuis id G etiā maxime conati sint) ex his quę ibidē scriptæ habebant, euertere demonstrationē valentes, prę inuidia discruciati, hoc sibi tandē satis fore ad illas calumniandas duxere, si hoc ipsum opus fuisse Hippocratis abnuissent. Sed esto, non sit Hippperatis: non sit etiā Polybi, immo si velint, fingamus quoq; nullū vnquā fuisse æditū cōmentariū de natura hoīs, cuius institutū sit monstrare ꝙ ex calido & frigido, humido & sicco nostra corpora cōstituta sint: etenim si illis & hoc cōdonemus: adhuc tñ Hippocraticū est decretū, nostra corpora ex his esse cōflata. Quippe ꝙ in quā maxime illius legitimis libris, nedū morborū differentias ex consecutione ad hæc principia ponere, verū & curandi modos inde excogitasse videtur. Morbi.n. inter se calido, frigido, humido, & sicco, differunt. Curantur autē si calentia refrigerentur, siccentur humida, item ꝙ si frigida calefiant, sicca humectētur. Insuper etiā ante hæc ipsa naturas hominum, has quidem calidas illas vero frigidas, alias humidas, alias siccas existimat. Ætates quoq; pariter et regiones eodē modo inter se differre arbitratur: quum tñ nec Erasistratus vnquam, nec alius quispiā, qui calorē non esse natura insitū, sed aduētitiū putarit, ex his quicq̃ ꝓmulgauerit. Sic ēt particulatim cętera oīa refert Hippocrates ad hęc principia quę nunquā obseruat Erasistratus: & proinde nōnulla opera naturalia absq; vlla ꝓrsus expositione reliquit: quod nos mōstrauimus in cōmentarijs de naturalibus facultatibus. Sed qm̃ H ij qui optima quæq; criminantur, nobis obijciunt sermonis prolixitatem, aiunt q; nos quodcunq; aliud potius q̃ cōmentaria scribere: statui hāc quoq; eorū amouere calumniā, scripto, peculiariter alio libro, quo ostendam me illā eandem tenere sententiam, quam Hippocrates tum in libro de natura humana literis mandauit, tum etiam in alijs suis commentarijs. Porrò rursum noui ꝙ inuidi, in oībus quæ à me demonstrata fuere, cauent quidem ne ea quę omnibus probantur, ipsi criminentur, mox tamen non nulla quæ cum illis communionem habent, theoremata damnant: ita nunc etiam facturi sint. Assentient enim in libris suis Hippocratem scopis elementaribus vti, calido, frigido, sicco, & humido, vt tamen postea non recte ipsum sentire dicant. At vbi demonstratum fuerit nostra ex his coagmentari corpora: subinde negabunt Hippocratem id sensisse: quod neque liber de natura hominis Hippocratis vnquam fuerit. Iam ergo quemadmodum illi nunquam desinūt perperam agere: ita & nos meminerimus, semper illos ea monere quæ in vnoquoque libro à nobis proposita sunt: ne, quum à nobis monstratum fuerit Hippocratem in omnibus suis commentarijs illa suæ artis iecisse fundamenta, quæ in scientia hac continentur, quæ est de repertis elementis: id ipsi statim deferentes, horum veritatem reuocent in quæstionem. Neque si de eorum veritate fuerit instituta inquisitio, mox'que id demonstrauerimus, confugiant ad di-

Ibid. t. 15. fol. 41. e
Ibid. t. 23. fol. 42. c
Ibid. t. 24. d
Ibid. t. 25. 42. e
Ibid. t. 33. fol. 43. d

A ſquirendum num ea fuerit illius ſententia. Sed ſeorſum diſcutiant, an ſermo de elementis inſtitutus verus ſit: ſeorſum vero an hæc Hippocrates elementa poſuerit. Vnde quum hæ duæ ſint q̃ſtiones: prima tũ in libro de elementis iuxta Hippocratis ſententiam diſcutiatur, tum vero in hoc qui nunc nobis in manibus eſt. Ijs autem qui iudicio non carent, abunde videtur illũ ſemper cõſecutione quadã eadem ſtatuiſſe elementa, atq; etiam hunc nobis nunc propoſitũ librum ſcripſiſſe.

1 *Quicunque eos conſueuerunt audire, qui procul ab eo de natura humana loquuntur, quod ad medicinam attinet: illos non expedit hunc audire ſermonem. Neq; enim dixerim hominẽ omnino eſſe aerem, neq; ignem, neq; aquã, neq; terram, neq; aliud quippiã, quod in homine vnicum eſſe nõ appareat. Ego vero eos qui hæc dicere voluerint, dimitto.*

Quantum ad hanc verborum ſeriem ſpectat, videbitur forſitan non poſſe ita aperte ſenſus authoris haberi: Eos enim increpat, qui ſermonem de natura humana longius proferũt q̃ medicinę vſui ſit. Poterit autẽ quis cogitare eos longius proferre, quicunq; ignem, aerem, aquã, & terrã aiũt eſſe hominis elementa, †niſi ipſa commiſceant: itẽ illos quoq; qui vnũ quodpiam ex iſtis elementum ſtatuunt. Et quo ad id quidẽ quod in prõptu magis eſt, primoq; intuitu videt̃, in priorẽ ſñiam B inclinamus: ſed ſi rem exactius perpendamus, alteri potius adhærebimus. Nam perperam ſanè poſtulauerit aliquis ab his qui arbitrantur corpora noſtra ex aqua, & aere, igne, & terra inuicem contemperatis eſſe conflata: †vt excreta hæc in nobis oſtendant, aquam nimirum, vel ignẽ, vel terram, vel aerem: qui ſi deinde id non oſtendant, eos cõuictos velit pronuntiare. Simile enim id eſſet, ac ſi exigas in medicamento tetrapharmaco ſincerã tibi ceram oſtendi, vel picem, vel ſeuũ, vel reſinã: quod ſi nõ oſtẽdatur, nolis etiam concedere illud ex iſtis fuiſſe cõpoſitũ. Vbi enim ea quatuor temperari ſimul affirmamus, nullum eorũ ſincerum permanere inſinuamus. Quamuis ergo propoſita dictio in vtranq; poſſit ſñiam trahi: ea tñ quæ ab authore mox dicenda ſunt, ſecundam aſtruere videntur. Immo & in hac quoq; parte (ſiquis diligenter aduertat) vbi ait. Neque hoĩem eſſe aerẽ oĩno dixerim: non enim ibi aſſerit ꝙ aer penitus in nobis non ſit: ſed ꝙ non ſit aer oĩno, ſicuti neq; ignis, aut aqua, aut terra, ex hac vero voce, oĩno, ſignificatur ꝙ nõ ex toto, nõ autẽ ꝙ nullo modo: nam neq; res ipſa de qua loquimur, per eã dictionẽ ὐδὲ τὸ πάμπαν, id eſt non oĩno, prorſus negatur, ſed de perfecto & ſincero aliquid illi detrahitur. Atqui & Poeta voce hac πάμπαν i. oĩno, in eo videtur ſignificato vſus, quũ hæc protulit. Omnino noluit ipſe pro Troiæ muris ſic gentem perdere achiuũ. Itẽ & Hippocrates ipſe, vbi ait: Acutorũ morborũ non oĩno certę ſunt prędictio C nes neq; ſalutis, neq; mortis. Poeta ſiquidẽ Iouẽ inquit in gratiam Thetidis velle quidẽ multã inferre grecis perniciẽ, non ita tñ, vt illos penitus tollat. Item Hippocrates multas vult prędictiones eſſe firmas (quem ad modum in libro cõmentariorũ in præſagia expoſuimus) non autẽ oẽs, & ita melius eſt locum hunc intelligere: quod itidẽ in his quæ ſequuntur, oſtenditur: Hippocratem nimirum illis non aſſentiri, qui aſſeuerant ſolum aerem eſſe humani corporis elementũ, ſimiliter nec qui ſolam terrã, vel aquam, vel aerẽ: quippe quũ nequaquam vnũ tantũ ex his, ſed hæc oĩa ſint elementa. Vnde & vox illa, quæ in fine iſtius orationis appoſita eſt, vt q̃ anceps in eo ambiguitatis genere ſit, quod à diuiſione & compoſitione habet occaſionẽ, rectius diuiſim legetur, vbi ipſe ait: ὐτ᾽ ἄλλο ὐδὲν, ὅτι μὴ φανερὸν ἐςιν ἓν ἐὸν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, id eſt neq; aliud quippiam quod non in hoĩe vnicũ eſſe appareat: vbi illud ἓν ἐὸν nequaquam (vt illi putant, q priori inſeruiunt expoſitioni) vna eſt orationis pars: eã inquã, quã alij gręci duabus ſyllabis proferunt, ἐνὸν, Iones vero tribus ἐνεὸν: ſed duæ potius ſunt orationis partes, quarũ prior vnica ſyllaba cõſtat, vt quando numerando dicimus, ἓν, id eſt vnum, duo tria: altera vero ea eſt, quã nos quidem dicimus, ὂν, id eſt ens: ſed Iones duabus ſyllabis ἐὸν proferunt. Mox enim in ſequentibus demonſtrabitur, Hippocratem non his aduerſari, qui arbitranturquodcunque horum quatuor elementorum noſtro comprehendi corpore: ſed D illis, qui vnum ex his ſolum putant eſſe hominis naturã. At dicet aliquis, quonam pacto procul ab eo quod ad medicinam pertinet, hic ſermo progreditur? quo ſtatuunt nonnulli vnũ quodpiã ex his elemẽtis eſſe naturam hominis? Quoniã, ſicuti paulo poſt dicet ipſe, ex hac opinione ſequitur, nuſquam hominem doliturum. Quod vt aliquis etiam cõcedat: ſtatim conſequens erit, vnicũ fore remedium. Videmus autem reperiri qui doleant, item q; vario curari modo, quare falſa planè ea eſt. Sed iam ſigillatim ea inſpiciamus, quę ſubinde in ſubſcriptis verbis continentur, quo modo ille probauerit. Neque enim dixerim hominem eſſe omnino aerem, neq; aquam, neque terram, neque aliud quippiam quod in homine vnicũ eſſe appareat. Ego vero eos qui hæc dicere voluerint dimitto. Artemidorus cognomento capito Hippocratis libros ædidit, q̃ ędítio nõ modo Adriano imperatori probata eſt: ſed ab alijs quamplurimis nunc etiam ſummo ſtudio cõquiritur, vt etiam illa quæ eſt Dioſcoridis, qui iſtius fuit cõtemperaneus. Plura itaq; vterq; correxit, veteres q; immutauit ſcripturas, quas tamen ſolas agnoſcunt Hippocraticorũ librorũ expoſitores. Et capito præter alias multas, hanc quoque nunc propoſitam immutauit, atq; in hunc modum ſcripſit. Neque enim in totum (ipſe græce τὸ πάμπαν dixit) hominem eſſe aerem dixerim, neque ignem, neque aquam. Quum enim nuſquam antiquioris alicuius authoris librum repererit, in quo ſcriptum ſit terram ſolam eſſe elementum, vt ne apud peripateticos quidem viros, qui alioqui huic diſciplinæ

† In ant. exemplaribus hæc non habentur, & forſan rectius, ſi ſequentia attẽdamus.

† In impreſ. legitur κρίνεσθε alibi tamen ἐκρίνεσθε legimus.

1. Aph. 19. Ex. or. 14. b

diligentissime operam nauarunt, aliquid de hac ipsa opinione relatum reperiatur: audacius hanc E ipsam dictionem immutauit. At satius fuerat eis succensere, qui nimis anxie inquirunt, cuius nam ea fuerit opinio, quod terra sola sit elementum. Siquidem hoc absimile non est, ac si quis quæreret quis nam is fuerit qui volebat, manum luxatam supinā ligari, qui quod ille, ‖ qui calcaneum ligari secus præcipiebat, quàm voluerit Hippocrates: item quis, ‖ qui clauiculā, & qui pręterea ‖ fracturas cum vlcere iunctas in ipso non ligabat vlcere, sed vtrinque: aut quis ille sit, qui ‖ humeri articulum inurens, crustas non qua parte opportunum est excitabat: aut qui illi erant, ‖ quos taxat vbi de spina agit. Multa nanque eius generis in libro de fracturis atque articulis ab Hippocrate literis mandata sunt, nunc quidem contra vnum, aliàs vero cōtra plures medicos ‖ aberrantes: sicuti & in libro de victu acutorum morborum ‖ medicos multos damnans sic ferè scripsit: Multos noui medicos, » qui contra quàm res exposcat, faciunt: quippe qui inter morborum initia, posteaquam homines » fame cruciauerint duos vel tres, vel plures etiam dies, sorbitiones potumque offerunt. Itaque ostendant nobis expositores, qui fuerint qui huiusmodi victum instituerint, qui've qui putauerint hominem solam esse pituitam, aut qui flauam bilē, & qui atram, subinde enim in hoc ‖ ipso de natura humana libro fuisse quosdā ait, qui ita senserint. Quare melius egissent expositores, si dixissent quod forsitan ij omnes ne scripserint quidem suas has opiniones: fieri tamen etiā potuit vt scripserint F quidem, eorū tamen monimenta nō extent: quod multis de causis potuit euenisse: nam vel quod nullos habuerint doctrinæ suæ successores, vel quod eorum quidam dū viuerent, libros edere noluerint: post obitum vero, quum vnum vel alterum tantum exēplar reliquerint, facile periere. Potuit etiā hoc esse, quod tandē cōmentaria interciderint, quia nullo habita sint in pretio. Sed & inuidi sæpe veterū authorū opera, aut abscōdunt, aut delent: quod ob id agunt, vt possint ea sibi vendicare, quæ in illis conscripta fuerant. Vel quid mirū est, quod huiuscemodi ineptę opiniones interierint, quum apud Athenienses aliqui reperti sint poetæ tum comici, tum tragici, qui magno cū applausu in certamē descenderint, quorum nullæ fabulæ superstites sunt. Sed vt cæteras præteream causas, duarum tantum quæ nuper Romæ cōtigerunt, meminerim. Sæpe templa incendio absumpta, sępe terræ motu, aut alia de causa collapsa occasionem præstitisse vt libri quamplurimi perierint. Non igitur se recte Capito gessit, quum ausus est antiquam inuertere scripturam, neque id præterea addidit, potuisse primum librarium aberrasse, alterum que pro altero scripsisse. Et male etiam expositores qui dam de Xenophane mentiti sunt, inter quos est Sabinus, qui his ipsis verbis scripsit. Neque » enim dixerim hominem esse omnino aerem, vt Anaximenes, neque aquam, vt Thales, neque ter- » ram, vt alicubi Xenophanes. Nullibi enim Xenophanen inuenias hæc ita promulgasse. Sed & G » ex suis met verbis aperte deprehenditur Sabinus mentiri, non ex ignorantia deceptus, alioqui enim librum nominasset, vbi hæc ille pronunciauit. Nunc vero sic ipse scripsit: aut terram, vt alicubi Xenophanes. Theophrastus præterea si ea esset Xenophanis opinio, in compendio naturaliū opinionum id scripsisset. Porrò potes tu, si harum rerum historia delectaris, libros Theophrasti quibus ille naturales opiniones redegit in compēdium, legere. Quemadmodum si tibi cordi esset cognoscere priscorum medicorum opiniones: libros de medica congregatione inscriptos, Aristoteli que ascriptos, à Menone tamen eius discipulo (vt creditur) conditos, vnde & nonnulli Menonios eos appellant, habes quos possis legere. Constat enim quòd Menon ille, conquisitis diligenter libris omnibus veterum medicorum, qui eo tempore superstites adhuc erant, inde eorum collegerit opiniones: nam quorum non amplius extabant, vel si extarent, nondum tamen, vt videri potuerint, editi fuissent, eorum ille opiniones descripsisse non poterat. In hisce igitur libris nunquam reperias ne ab vno quidem dictum, quòd bilis flaua, vel nigra, vel etiam pituita sit naturæ hominis elementum. Fuerunt attamen multi Hippocrate etiam posteriores, qui visi sunt putasse in nobis solum esse sanguinem, ita vt noster etiam primus sit ex illo ortus, atque etiam incrementum in vtero, ac mox quoque editorum in lucem absolutio. Verum Hippocrates sic H paulo post scripsit, ac si aliqui fuerint qui putauerint & bilem & pituitam esse hominem: qui id nunquam scripsisset, nisi extitissent suis illis temporibus, vel forsitan prioribus, qui sic essent arbitrati.

1.de Fract. 13. 7ª.226. d
Ibid. 2ª. tex. 19. 234. f
1. de Artic. 62. 260. b
3. de Fract. 5. 242 g
1. de Artic. 41. 258. a
3. de Artic. 2. 270 d
Sect. 2ª. tex. 18. 7ª. 118. h

11 *Mihi vero qui hæc aiunt, non recte sentire videntur: eadem enim sententia vtuntur omnes, verum non eadem dicunt: sed mox eundem inferunt sententiæ illius epilogum. Nam quod est, vnum esse dicunt, & id & vnum esse & omne: nominibus vero deinde discrepant: hic enim aerem esse ait hoc vnum & omne, ille aquam, alius vero terram, & eorum vnusquisque suæ rationi testimonia & coniecturas inducit, quæ tamen nihili sunt. Quòd autem in eadem versantur sententia, nec tamen eadem dicant, manifesto indicat illos ea ipsa ignorare. Quod facile cognoscas, si eorum interfueris contentionibus: nam ipsis disputantibus, nunquam ter subinde homo idem ratione superior euadet: sed modo hic vincit, modo ille, ille inquam cui lingua fluxibilior contigerit ad turbam. Atqui par erat, vt qui profitetur se de rebus aliquid recte nouisse, rationem eam afferat, quæ semper superior sit, si re vera illa nouit, & si recte pronuntiat. At vero hi homines videntur mihi se ipsos suismet verbis, quibus in suis rationibus vtuntur, demoliri præ imperitia: & præterea Melissi rationem constituere. Sed de his satis.*

Quasi

A † Quasi illos alloquatur, q norunt q̃ illi dicant, qui vnū ſtatuunt elementū, ita hūc hēt ſermonē. Etenim qui ignem eſſe elementū dicunt, ex hoc denſato coacto q̃3 & cōpreſſo cætera fieri volunt, ita vt ſi ille parū denſet, in aerē trāſeat: ſi magis, in aquā: ſi plurimū et abſolute, in terrā. Pari ēt rōne qui aquā & q aerē & qui terrā, pro eo ꝙ vel denſent vel fundātur, alia gigni affirmāt: aiunt.n. aquā ſi denſeſcat, verti in terram, ſi fundatur, in aerem: ſicuti & aer ipſe quum denſatur, in aquā: quū fundītur, in ignē. Sic igitur ex mutua inter hæc quatuor tranſmutatione eorū ratio deprōpta eſt, qui quodcunq; vnū elementū ſtatuūt. Et proinde ipſos eadē vti ſnīa affirmat, nō tñ eadē dicere. Itaq; aperte eos in hoc vniuerſo ſermone inſectat, qui ex his quatuor elementis, vnū quippiā tantūmodo eſſe putant hoīem: quos ēt aberrare autumat. Quū.n. nihil demonſtrent, ſumme † improbabilis eſt eorū ratio. Nam neq; hoīem eſſe vnū tm̄ modo ex his quatuor conficiunt, & pterea Meliſſi rōnem erigūt, qui & ipſe opinatus eſt id ipſum eſſe vnū, quāuis nō vnū ex his quatuor, aerē inquā & terrā, aquā & ignē. Videtur autem vir hic vnā excogitaſſe cōmunem ſubſtantiā oībus his quatuor ſubiectā, & interitus & generationis expertē, quā mox poſteriores materiā appellarūt, nec potuiſſe poſtea diſtincte hoc ipſum monſtrare. Porro hanc ipſam ſubſtantiā, ens & oē nominat: ſed is neq; etiā ſermo verus eſt, quū nec vnicū & ſolū ſit (vt credidit Meliſſus) eorū corporū q̃ gene-

B rationi & interitui ſunt obnoxia, principiū: ad id enim quatuor accedūt qualitates, frigus ſummū, & ſiccitas, calor, & humiditas: vt tñ hæ minime ſint vel alterius cuiſpiā rei, vel etiam naturæ ipſius hoīs elemēta, ſed potius principia. Hæc ſane apud veteres, qui nunquā intelligentia aſſequi potuere, quę nā inter principiū & elementū ſit differentia, cōfundebantur: quū poſſint ipſa quoq; principia elementi nomine appellari. Atqui hæ duę res ſunt, q̃ plane inter ſe mutuo diſcrepant, quippe ꝙ altera quidē ſit minima totius particula: altera vero id, in quod intelligentia hanc ipſam minimā particulā diuidas. Neq;.n. vnquā ipſum ignē diuides in duo corpora, e quibus illū eſſe contēperatum poſſis oſtēdere, ſicuti neq; terrā, neq; ignē, neq; aerē: cogitare tñ potes alterā illius eſſe ſubſtantiā, quod tranſmutatur: alterā vero, eius eſſe tranſmutationem: idē.n. non eſt quod tranſmutatur, & tranſmutatio, quæ in eo fit. Subiectū ſiquidē eſt quod tranſmutatur: tranſmutatio vero viciſſitudine qualitatū fit. Etenim, quū in illo ſummus oboritur calor, ignis gignitur: quēadmodum aqua, quū ſummū fuerit aſſecutū frigus. Eadē etiā rōne terra fit, quū ſubiectum id, quod ex ſua quidē natura omni qualitate vacuū eſt, oēm in ſe ſiccitatē abſq; vllo calore receperit: aqua vero, quum humiditatē. Nam non parua extitit quæſtio de primo frigido, q̃ tñ nihil nobis nunc vſui eſt, quū nihil ad medicæ artis operā cōducat. Nobis nimirū vtile eſt, vt inquiramus, corpus hoīs vnum ne

C ſit ſimplex q̃3, an potius ex quatuor ſimplicibus cōcretum: quod tum Platonis ſnīa nos monuit, tum vero in medēdi methodo ſtatim a primis libris nos etiā docuimus. Sed de hoc poſterius iterū dicendum erit. Nunc ad memoriā reuocabimus, ꝙ in hac nobis propoſita orōne nō eos oppugnamus, qui aiunt quatuor hæc eſſe hoīem: ſed illos, qui vnum ex his quatuor ſimplicibus illum eſſe ſtatuunt. Longe igitur melius legetur in prima illa oratione, ſi illud ἓν ἐὸν in prolatione, prima aſpirata ſyllaba pronuntietur. Hippocrates etenim demonſtrat non vnum eſſe ſed plura, q̃ hominis naturā conſtituant: non autē ꝙ nullū ex his quatuor ſincerum in corpore ſit, quū neq; id principes huius opinionis afferant, ſed potius ꝙ ſit vnū qd præter ea quatuor, quod tñ ex illis concretū ſit. Quē ad modum & medicamentum, quod tetrapharmacum appellatur, neq; cera eſt, neq; pix, neq; reſina, neq; ſeuum, ſed aliud quippiā vnum præter hæc ipſa, quod ex illis omnibus ſimul temperatis compoſitum eſt. Rurſus hęc etiam opinio bipartita eſt. Quidam enim ſolas quatuor qualitates per ſe totas inuicem temperari, alij vero & ſubſtantias promulgarunt. Primæ opinioni pſunt Peripatetici, Stoici vero ſecundæ. Immo & Empedocles ante hos arbitratus eſt compoſitorum corporum naturam ex quatuor elementis & eis quidem immutabilibus conſtitui, mutuo ita inter ſe miſtis illis primis, vt ſi ærugo, chalcitis, cadmia, atq; miſy exquiſite lęuigata, & in puluerem

D redacta ſic commiſceantur, vt nullum eorum poſſit ſeorſum & abſque altero pertractari.

3 *Porro ex medicis quidam ſunt, qui aſſerunt hominem eſſe ſanguinem: alij bilem, non nulli pituitam.*

In priori parte philoſophos refellit, qui vel ſolū ignem, vel aquam, vel aerem eſſe arbitrantur noſtri corporis naturā: nunc autē ad medicos conuerſus, oſtendit hos nō ſecus ac illos errore detineri: hos inquā, quicunq; aut ſolū ſanguinē putant eſſe hoīem, aut bilem, aut pituitā. Iam igitur conſpicue definitū eſt id, quod in principe huius libri parte ambiguū videbat, nēpe ꝙ nō eos inſectetur, qui quatuor ponunt elementa, ſed illos ſemper qui vnū aliquod ex illis, & id ſolū. Verum hoc in loco quandā medicorū opinionē, Meliſſi opinioni reſpondentē pretermiſit, qui dicant hominē eſſe quippiā vnum, quod dum mutatur, fit quodcunque illorum, quorum eſt habita mentio.

4 *Eundem vero & iſti omnes epilogū faciunt. Eorū enim vnuſquiſq; id ipſum vnū eſſe ait, quodcunq; ipſi nominare voluerint: atque etiam quod iſtud, ſic vnum exiſtens, coactum a calido, frigido, humido, & ſicco, mutata forma & facultate, dulce fiat & amarum, & album & nigrum, & cuiuſcunque alterius generis. Sed mihi hæc non videntur ſic ſe habere. † Itaque plurimi talia, atque etiā alia his proxima pronuntiant.*

Medicos quoq; inqt, quicunq; vnū tm̄ modo ſm naturā humorē eſſe affirmarunt, eundē tū in-

† In impreſ. habetur, ὡς προσειδότας alibi tamen legitur ὡς προειδὼς i. quaſi pręuidens.

† In ant. legit ἀπίθανος nō πιθανός.

† Hæc in antiquiſſimo exēplari græ. reperimus.

ter se,tũ cũ philosophis facere epilogũ: demõstrant qppe hunc ipm vnũ humorẽ,quẽ vnusquisq; E eorũ ponit, in alios mutari. At vero q̃ quisq; vt suã astruat opinionẽ,assumit, nequaquã probat quẽquã ex his quatuor humoribus esse ẽm naturã,sed aliũ potius ꝑ his, his ipsis antiqorẽ, ẽ cuius mutatione hi gignuntur.Nullum tñ hmõi decretum potest in medica contemplatione constitui, quod Melissi sñiæ in naturali scientia respondeat. Iam ergo vbi hi aiunt id vnũ coactũ à calido & frigido transmutari,& dulce fieri amarum q; & album & nigrũ: nullũ ex his quatuor insinuare videntur. Sic ergo istis opponit illud non fore ẽm naturã,sed quippiam aliud quod in hæc vertitur. Porrò rationi cõsentaneũ est,in præsenti dulce appellasse sanguinẽ: amarã vero,flauam bilẽ: albã, pituitã: nigram,atram bilẽ,in quæ illud vnũ à calido & frigido adactũ transmutatur. Quod vero circa istius sententiæ finem additum est, & cuiuscunque alterius generis, † virus indicat, quod in morbis grauibus suboritur.Conspicitur pręterea non nunquam & ęruginosa,& fusca bilis,quam ab isatide herba,cuius succi colorem refert,isatodem appellant: & rursus rubra quædam, & porracea: item & aliæ quæ nomine carent,& id maxime vbi morbus sit ex putredine.

† ἰχῶρας.

5 *Ego vero statuo,quòd si homo vnum esset: neutiquam doleret. Nam neq; foret propter quod doleret,quum vnum esset: quòd si etiam doleat,erit necesse & remedium esse vnum.* F

Rationes illas quas afferunt,qui hoiem putant esse vnũ,non mõ nihil demonstrare,verũ & esse improbabiles ostendens,impugnauit. Nunc vero istorũ etiã ipsorũ qui existimãt hoiem esse vnũ, opinionẽ euertit.Nam nec idẽ est productã rationẽ refellere,& opinionẽ tanquam nõ verã increpare: fieri etenim potest vt ipsa quidẽ opinio vera sit,quæ tñ ab aliquibus non rectè defendatur,vt nõ propterea illa,sed magis hi qui eã tuentur,sint redarguẽdi.Itaq; in præsentia, illorũ rationibus omissis,eã ipsam opinionẽ solũ & per se insectatur,ratione tum validissima tum etiam breuissima. Homo nanq;,si vnum esset,nequaquam doleret. Diximus rationẽ nihilo minus eos etiã conuincere,qui indiuidua,qui q; incõpacta,& qui minima statuunt elementa: quippe quum iuxta horũ quoq; sñiam vnum sit specie id quod vere est.Porrò sic primum illud corpus,quod cuiuscunq; generationis atq; interitus est expers appellant. Ab eo siquidẽ cætera oĩa, ex illius sanè cõpositione, suum hñt ortum. Inde.n.illa istorũ opinio suboritur,q̃ generationẽ nostrũ in quadã eorũ sempiternorũ corporũ cõpositione statuit: quẽadmodum hæc Hippocratica,cui mox Aristoteles Stoici q; subscripsere,in quatuor elementorum tẽperatura. Quòd vero nunquam, si elementum vnũ simplex q; esset,corpus inde constitutum doleret,id argumento esse dicit,ꝙ nullum præterea aliud reliquum esset,quod in ipsum agere posset. Nequit enim fieri, vt id vnum corpus,ipsum à se ipso G possit pati. Sed si quis præterea concedat,illud doliturũ,ex se nimirum patiens: statim sequetur cu rationẽ illius simplicẽ fore: nam multiplex nequit esse curandi ratio, in quo minime multa sunt.

6 *Nunc vero multa: nã multa in corpore habentur,quæ vbi à se mutuo præter naturã calfiant refrigerentur ve,siccentur,aut humectentur,gignũt morbos: Vnde multæ sunt morborum species, & multiplex quoq; eorum curatio.*

In priori quidẽ dictione,eos qui hoiem asseuerant esse quid vnũ, quod perinde est, ac si dicant vnum esse elementũ ex quo ipse cõstituitur,ex his absurdis quibus istorum opinio obnoxia est,redarguit: nequaquã.n.doleremus: quippe qđ nihil aliud pręterea esset quod id vnũ posset afficere. Deinde vero id si concedatur: tunc simplex erit,non varia eius curatio.In hac autem nobis in præ senti ꝓposita dictione recensuit ea q̃ ipse mox ostẽdet esse,ẽ qbus cætera oĩa primũ gignantur. Ea sunt,calidũ,frigidũ,humidũ,& siccũ: q̃ si fuerint simul moderate contẽperata,sanũ erit aĩal. Vbi vero se mutuo calefecerint,infrigidauerint,exiccauerint,& humectauerint: dolores suapte natura excitant,qui nõ vnica deinde rõne curantur.Eorũ etenim nõnulli refrigeratis particulis dolentibus, alij illis calefactis,aut humectatis,aut exiccatis tollunt: de qbus plenius egimus in libris de simpliciũ medicamẽtorũ facultatibus,& in libris p̃terea methodi medendi.Non erit tñ ab re, si aliqua hic H ẽt breuiter exposuerimus.Manifestã sanè hẽt indicationẽ, nos ex calido,frigido,humido,& sicco, & dolere & curari. Quis enim est, qui non nouerit ꝙ dolor suboritur,vbi quis vehementi hieme domo exeat? quis etiã valido æstu ob sitim non dolet? vel qui dum nimis potu repleatur? At sitis nobis siccescentibus fit: nimia vero repletio in oppositum affectum perducit. Inflãmationes quoque,ac omnes tandẽ præter naturã,dolorificos q; tumores nonnunquam influxus in aliquam partem exuberantis humoris,nonnunquam humores aut calidiores aut frigidiores quàm ratio naturæ poscat,pariunt. Atqui & corporum,quæ nimio sint humore repleta,curatio per euacuationẽ absoluitur: eorum vero quæ supra naturæ modum exiccantur,per rerũ humectantiũ administrationẽ. Sic quæ præ gelu dolent,si calfiãt: q̃ calore immoderato,si refrigerentur. Monstrauimus autẽ & oĩa medicamenta calefaciendo,vel refrigerãdo vel humectando, vel exiccãdo agere. Hæ qppe sunt primę qualitates,quæ vt in libro de elemẽtis ẽm Hippocratem docuimus, corporum sunt tum effectrices tum alteratrices.Has alię omnes sequuntur tã q̃ ad gustum attinent,quarũ nomina sunt astrictio,austeritas,acerbitas,amaritudo,salsedo,acrimonia,acor,dulcedo,vnctuositas: ꝗ; ẽt q̃ ad colores,vt albedo,nigredo,rubor,& reliqua eiusce generis: & quę ad tactum,vt durities,mollities,friabilitas, lentor. Sed quæ olfactum afficiunt ęquali ferè numero constant cum gustatorijs,

speciatim

A speciatim tñ nomine carent. nam ea dña quæ penes bene vel male olere attenditur, recte quidem dña existimabitur: verum dicere possumus ꝙ multas consequatur species. Porrò hæc sunt summa huius orationis capita: quorum alia in libro de elis ẜm Hippocratem, alia in commentarijs de simplicibus medicamentis demõstrata sunt. Multi tñ demonstrationes quidem addiscere negligũt: his vero, quorum ignari sunt, prompte aduersantur: contra quàm faciunt disciplinæ veritatis q; studiosi, qui demonstrationes omni cum diligentia addiscunt, alijs vero contradicere negligunt.

7 *Ego vero æquum esse censeo, vt is, qui asserit hominem solum sanguinem, nec quicquam aliud esse, ostendat illum nequaquam formam commutare, aut fieri omnimodum, sed quodam anni tempore, aut ætatis ipsius hominis, quo solus in homine sanguis inesse appareat. Nam alio qui consentaneum est tempus aliquod esse, quo illud in se vnum esse appareat. Eadem quoque ego illis opposuerim, qui pituitam aiunt, aut bilẽ hominem esse.*

Nũc quoq; illis contrarius est, qui hominẽ vnum esse aiũt, quod vsq; ab initio dicebamus illius fuisse institutum. Primum q; illos reprehendit, qui ipsum esse sanguinem dixere. Nã si natura solus in corpore sanguis haberetur, oportebat in primis (inquit ipse) vt hoĩes qui integra essent valetudine, solũ in corpore sanguinẽ seorsum a bile vel pituita cõtinerent. Et si ẽt illis concedaẽ qñq; & bilẽ atq; pituitã cõtinere, mox aliq̃ vnã reperiri ætatẽ, aut tẽpus aliquod anni, quo sãguis solus B absq; succis alijs in corpore inueniretur. Eodẽ pacto eos redarguit, qui vel bilem affirmauerint esse hominem, vel pituitam: quod idem est ac solum id esse secundum naturam. putant siquidem ex hoc ipsum humore primum habuisse ortum.

8 *Ego quippe quæcunque secundum legem, & secundum naturam esse hominem dixero, illa ostendam semper eadẽ esse pariter in iuuene, & in sene, frigidiori anni tempore, & calidiori: cõiecturas præterea afferam, & causas insinuabo propter quas ex necessitate quodlibet eorum in corpore increscit ac contabescit.*

Pollicetur se monstraturũ, sẽp ea q̃ ab ipso ponunẽ, elñta in corpore cõtineri, p ætates oẽs, ac ẽt p oĩa tẽpora, & pterea quũ augeẽ & cõtabescit, hoc ẽ quũ decrescit. Secũdũ legẽ vero ẽ id, ꝙ ĩ hoĩum opiniõe & existimatiõe ẽ. mos. n. priscis illis fuit sic loq: sed ẽm naturã, id ꝙ ẽ ẽm ipsã rerũ veritatẽ.

9 *Primum itaq; necesse est, vt eius generatio non sit ex vno. Quo modo. n. quod vnum est poterit aliud gignere, nisi alicui commisceatur?*

Sẽp sanẽ Hip. ea sectaẽ, q̃ euidentia sunt: vñ nunc ẽt ait, nihil posse ex vno fieri absq; ope alicuius alterius externi, quod & ipsum cum eo moderatione tẽperamẽti cõueniat. Et equidẽ nescio quo vnq̃ mõ illorũ philosophorum, qui naturales appellanẽ, aliqui ausi sint opinionẽ adeo absurdã promulgare, vt naturalẽ cõtẽplationem penitus euertat. Qui nanq; vniuersum vnũ esse ait, omC nem ea ratiõe generationẽ aufert: qm̃ si vnum est qđ genitũ est, id neq; prius erat, neq; paulopost futurũ est. Nã neq; Thales, neq; Melissus, neq; Heraclitus erant antea, aut nunc sunt. Num igitur quispiã vere dicat viros hos nõ fuisse? aut fuere quidẽ, & eorũ qlibet annis vixit pluribus: sed quo tẽpore viuebant nõ erãt? aut concedemus illos eo tẽpore fuisse, vt tñ postea dũ erãt, eos nõ fuisse dicamus? Porrò siquis eos esse fateaẽ, fatebiẽ & factos fuisse. Quo mõ vero platanus, lapis, & leo, q̃ ortum hñt & interitum, quondã nõ erant? Qđ si generatio rei est quę antea nõ erat: eam esse necesse est ex subiecta quadã substantia. Hanc aũt videmus ipsam per se solam minime posse generare. Nẽpe aliquo externo tũ humore, tũ calore & eo moderato, vt aliquid inde genereẽ, egent plantarũ semina. Quia si semẽ ea esset natura, vt solũ posset generare, nullo q; externo indigeret: ne minimo quidẽ tpe staret quin generaret, immo statim germinaret. At vero sæpissime quam plura semina non menses mõ, sed & annos perdurare videmus: quippe ꝙ à seipsis tm̃ non hñt vt generent, sed externo egent auxilio. id quod non ex simplici ꝓuenit cõtactu, sed potius ex vi quadã, q̃ introrsum per totũ id, quod tangiẽ impertiẽ. siquidẽ semẽ, dũ generatio fit, in arboribus & herbis, atq; ẽt plantis per totũ vr̃ alterationis fieri particeps, atq; adeo longe ẽt magis hoc in animantibus appa-D ret: quum neq; ex solo mare, neq; ex fœmina, nisi ea commisceantur, fieri quicquam possit.

10 *Deinde, nisi ea misceantur, quæ eiusdem sint ordinis, quæq; eadem vi prædita sint, neque generabunt, neque ea vnquam absoluentur, quæ cum nobis eadem sint.*

Nõ mõ fieri nõ posse ait, vt quicq̃ ex vno gignaẽ: verũ nec ẽt ex duobus nisi ea eiusdẽ fuerĩt ordĩs, id ẽ nisi substãtiæ affinitatẽ habeant. Quod in aĩaliũ genere diuersorũ generatione manifesto fieri videmus: vt in equis & asinis, atq; ẽt in vulpibus & canibus. Ex horũ. n. mixtiõe aĩal gigniẽ, quasi ex vtrisq; mixtũ. Quæ vero naturã hñt plurimũ dissentiẽtẽ, nunq̃ poterũt, quantumlibet cõmisceanẽ, generare aliquid. Porrò huius libri expositores ea q̃ in fine huius cõtextus adiecta sunt, tanq̃ aperta ptereũt. Neq; ea vnq̃ absoluenẽ, q̃ sint cũ nobis eadẽ: quũ tñ obscura sint, vel ꝙ perperam sit ab authore interpretatũ, vel ꝙ illi qui transcripserunt, aberrauerint. Hoc aũt mihi vr̃ voluisse insinuare. Nisi aĩmal qđ misceẽ alterũ alteri similis fuerit speciei (qđ ipse naturæ quãdã cõionem appellat) neq; ea vnq̃ gigni poterunt, quæ cũ nobis eadẽ sint: hoc est nunq̃ ex eo cõgressu gigni poterit animal suis genitoribus simile. Sed fortasse neque dictio hæc se in hunc modum habebat. Neque ea vnquam absoluentur quæ cum nobis eadem sint.

† In ant. nõ ita legitur καὶ τὰ λ.ιν ει μη, sed sic ĩcipit εἰ γὰρ μὴ

11 *† Item nisi calidum cum frigido, & siccum cum humido mediocriter mutuo & æqualiter se habuerint, sed alterũ altero plurimum præualeat, validius nimirum imbecilliori: nulla vnquam generatio fieri poterit.*

Dixerat prius nullã gñonẽ absolui posse, quæ ꝓlifica sit, nisi eorũ cõgressus fiat, q̃ sunt ordinis eiusdem:

eiusdē: vt tñ nec eorū ēt coitus, q̄ eiusdē sunt ordinis, semper generet. Ipse vero in aphorismis ra- E tionē hanc exquisite ꝓsequutus est, vbi ait, Quæcunq; vteros frigidos hñt & densos, nō cōcipiūt: & quæcunq; humentes vteros hñt, nō cōcipiunt, genitura siquidē extinguitur: ac ēt q̄ siccos magis & adurentes, nā alimenti inopia semen corrumpit̄: qui vero tēperiē inter hæc vtraq; mediocrē obtinēt, fœcundi euadunt. Hoc sermone docet quibus de causis mulieres infœcundæ reddant̄. Insinuat ꝓterea & id qđ hoc ipsum consequit̄, de quo tū nos alibi, tum alij multi ante nos scripsere, Plato q; indicauit, quū inquit nō esse artis exiguæ, vt quis norit viros atq; mulieres tēperamento inter se ad liberos ꝓcreandos apto, copulare. Eadē etenim q̄ ipse de vteri tēperie retulit, de seminis quoq; tēperamēto intelligēda sunt. Nā & id nō nunquā frigidius est vel humidius q̄ par sit, qñq; siccius vel calidius. Est autem ficciori vtero humidius semen cōuenientius, humidiori vero siccius: queadmodum & calidiori frigidius, frigidiori calidius. Sed de his plenius ī libro de liberorum ꝓcreatione disseruimus. Ad pñs aūt hoc satis sit nouisse, q nequeat ex vno quicq̄ gigni vel ēt ex duobus pluribus've, si ea absq; vlla mutua naturæ affinitate coeāt: quod q; præterea id ipsum nunquam sine temperamenti, quod ex illis coeuntibus conflatum sit, moderatione gigni queat.

5. Aph. 62. Ex. or. 43. c

12 *Quare quo vnquam pacto rationi consentaneum esse potest, vt aliquid ex vno fiat, quando ne ex pluribus quidem, nisi bene inter se quod ad temperamentum attinet, illa se habeant, gignatur?* F

Huius dictionis nō nulla quidem sanè iā ex superioribus patent. Verū & meminisse nominis illius oportet, qđ in ea ꝓlatum est, temperamenti inq̄, quod ipse κρήσιος dixit. Primus .n. Hippo. oīum quos nouerimus, elementa contemperari, sicuti etiam paulo antea à nobis monstratum est, pronuntiauit, atq; hac ratione ab Empedocle dissentit: nā & ille ex eisdē elementis voluit tū nos, tū alia ēt corpora gigni q̄ terrā incolunt, ex quibus Hippocrates, illis tñ nō mutuo cōtemperatis, sed potius per minimas portiones iuxta se positis ac contingentibus. In cōmentario autem de elementis sm Hippocratem, vbi de omnibus ferè opinionibus naturalium philosophorum, quæ dè primis fuerint eīs meminimus, monstrauimus q easdem hęc opinio patitur reprehensiones, quas illę, quæ volunt corpus sensile ex primis corporibus impatibilibus & sensus expertibus fieri.

13 *Necesse igitur est, quum talis sit, vt aliorum omnium, ita etiam hominis natura, hominē non esse vnū: sed vnumquodq; eorum, quæ quippiā ad generationem conferant, talē aliquā habere vim in corpore, qualem etiam contulit.*

Præfatus Hip. q nisi calm cū frigido. & siccū cū humido, mediocriter fuerint cōtemperata, generationes corporum generabilium fieri nequeunt, porrò nunc palàm nō mō hoīum corpus, sed & cęterorum oīum q̄ generationis & interitus participant, ex eisdē gigni autumat, oīa siquidē ex G calido frigi. humi. & sicco ortū habuere: & ꝓinde q hæc sint cōia oīum elementa. At naturæ hoīs propria, sunt sanguis, pituita, bilis flaua, & nigra. quanuis nec ista ēt quis recte ꝓpria dixerit, quippe quæ oībus animātibus sanguineis cōia sint. Sanè manifestū ē q istorum vnumquodq; ex primis illis quatuor cōstat, quę nos ex ipsis qualitatibus sumpta appellatiōe, dicimus humidū fri. sic. & calm. Propria vero substantiæ eorum noīa sunt, ignis, aqua, aer, & terra: apertū etenim est, q elementa qualitatibus simplicibus mixturæ q; expertibus nuncupationē sortiunt̄. Summus nāq; calor quū igni īsit, vt humiditas aeri, frigus aquæ, terræ vero sūma cū dēsitate & frigore siccitas, quo'nā igit̄ mō adduci potuere vt putarēt ab Hipp. poni humidū sic. frig. & cali. esse elementa, eo q in hoīe appareant: ignem vero, aerem, & aquā minime admisisse, ꝓpterea q ex his in humano corpore nullū cōspiciat̄: intelligentia id minime assequentes, q q̄ circa corpus apparent ad ea ēt quæ apparent † quem ad modum corpora * calida, frigida, sicca & humida. * Quis ergo hæc audeat affirmare esse coīa oīum corporum elementa? nemo sanè si vel parum sit eruditus, quū dicat Hipp. Necesse igit̄ est quum talis sit vt aliorum oīum, ita hoīs natura. Quare nequaquā arbitrari oportet Hipp. ea nunc quæ in humano corpore cōspiciunt̄, calida nimirū, frigida, sic. & humi. sed H quatuor elementa, quæ summis ac impermixtis qualitatibus prædita sunt: quibus simul contemperatis, cætera intermedia gignunt̄: & hęc nō quidē ꝓprie calā, frig. sic. & hu. appellant̄ nisi ex dominatione. Quo'd si hæc ipsa iam contēperata statuerimus, ignoro ꝑfectò quid'nā nobis dicendū relinquat̄. At sequenti oratione euidentius suā exponit sententiam, ad quam iam trāseundum est.

Aliqua in omnibus quæ vidimus exēplaribus desiderant̄, nō parū facientia ad integrā huius loci sententiā. reliqui vero interpretes somniarūt potius, quàm verā Gal. sententiam ex verbis eius potuerint assequi.

14 *Rursus etiam necesse est, vt, intereunte humano corpore, vnumquodq; ad suam redeat naturam, humidū ad humidum, siccum ad siccum, calidum ad calidum, & frigidum ad frigidum.*

Homine ait mortem obeunte, vnumquodq; prædictorū elementorū excretū ad suā ipsius redire naturā q̄ ipse calm, vocat, frig. humi. & sic. nunq̄ asserens sanguinem ad mundi sanguinem, pituitam ad pituitam, bilem ad bilem, arteriam ad arteriam, carnem ad carnē, venam ad venam, neruum q; ad neruum reuerti: sed quod in his habetur calidū, frigidum, humidum, & siccum, in cōia omnium abire elementa. Neruus siquidem ex calido, frigido, humido, & sicco, ipsis nimirum elementis, non autem ex alio vnquam neruo componitur: quem ad modum neq; vena ex alia vena: quando ne cogitari quidem potest, q hæc mutuo per tota contemperentur, caro scilicet & vena, os'que & arteria, & aliæ præterea particulæ. At ipse calidum, frigidum, humidum, & siccum, si eorum meminerimus, quæ paulo superius sunt exposita, mutuo per tota contemperari sensit. Et proinde non illæ calidæ, frigidæ humidæ, & siccæ particulæ, quæ aperte in corpore humano

A non conspiciuntur, sunt elementa naturæ humanæ: sed ea potius, quæ has constituunt & gignũt. Ea vero sunt aqua, ignis, aer, & terra. de quibus in libris de el'ntis iuxta Hippocratem disseruimus.

15 *Huiuscemodi autem est & animalium, atque etiam cæterorum omnium natura.*

Nõ mõ hoĩs, ingt, huiuscemodi ẽ, verũ & alioꝝ oĩum natura, nẽpe ex calido frigido, humido, sicco summis atq; simplicibus cõtẽpata. q̃. n. sunt ĩ medio sita, suũ ex his tpamẽtũ assecuta sunt. hoc siqdẽ cogitatione capi neqt, vt dicamus q̃ in medio sunt, tẽperiẽ suã hẽre ex his q̃ in medio sunt: id qd' se affirmare minime aĩaduertũt q nr̃ã naturã ex his humidis, siccis, cal'is, & frigidis. q̃ ĩ nr̃o ĩspiciunt corpore, cõstitui aiunt. Sed & id ẽt ab oĩ intell'u remotius ẽ, vt cæterorũ aĩantiũ stirpiũ q; naturã ex his cõstare dicamus. Hippocrates etenim apte ĩ hac orõnis serie ꝓmulgauit hãc eẽ & oĩum aliorũ naturã. qd vero ad hoc illi dicturi sint, equidẽ nescio. Porrò fici semine in terrã iniecto, si ingẽs inde arbor enascit, absurdũ ẽ dicere aliũde q̃ ex terra & aqua tãtã illi accessisse subam. At vero terra sua ipsius rõne summæ frigida est, quũ tñ ficus plurimũ, quo viuit, calorẽ hẽat: ꝓinde q; quãtũlibet refrigeret ĩ valida hieme, nõ tñ emorit. Vñ manifesto cõstat nõ mõ ex terra & aqua fici corpus cõstitutũ, verũ, & igneæ naturę eẽ particeps atq; ẽt aereę, vt patet: qñ eius lignũ nõ solũ terra, B sed & aqua cõspicue leuius sit. Ex his ergo quatuor ficus cõposita est. ꝙ si hæc, nẽpe & eius fructus, & cæteri ꝑterea fructus oẽs, at triticũ, ordeũ, faba, & reliqua frugũ semina sunt fructuũ ptes: quare erũt & illa ex his quatuor coagmẽtata, terra inq̃, igne, aqua, & aere. humores vero q ĩ nobis sunt quũ ex fructuũ stirpiũ q; esu gignãt, hẽbũt & illi primũ sui ortus initiũ ab aqua, aere, terra, & igne. Verũ & idipsum ĩ lib. de el'ntis ẽm Hipp. demõstratũ ẽ. Iã igit ad aliã partẽ trãsire erit opportunũ.

16 *Atq; omnia eodem oriuntur modo, eodem q; intereunt.*

Neq; si quis vaticinatus esset, fore quosdam homines, qui illũ adeo obaudirent, toties idipsum dogma ab illo fuisset repetitum, quoties fecit Hippocrates, non homines tm̃, sed omnia, inquiens, eodem oriri atq; etiam interire modo, è quatuor nimirum, vt dictum est, elementis, non aũt ex illis particulis calidis, frigidis, humidis, & siccis, quæ in corpore sunt. Reperiuntur attamen nonnulli adeo literarũ grecarum ignari, vt existiment calidum id frigidum q; & humidum & siccum, quæ in humano sunt corpore, ac sensibus percipiuntur, esse communia generationis elementa.

17 *Ex his etenim omnibus, quæ à nobis exposita sunt, ipsorum natura constat, atque etiam iuxta ea quæ diximus, in* C *idipsum desinunt. Vnde igitur orta sunt, eo abeunt.*

In eodẽ decreto ꝑsistit, ꝙ oĩum natura ex quatuor iã dictis cõstet, ac in eadẽ desinat. Nã inquit, vnde cõstitutũ vnũquodq; est, eò quoq; abit: ad cõia nempe mũdi elementa, terrã, aquã, aerem, & ignem. Hippocratis igitur sñiam oĩno haud intelligũt, neq; etiã id quod ipse inter initia dixit, Neque. n. dixerim hoĩem esse penitus aerem, neq; aquã, neq; ignem, neq; terrã: quum illud πάνταν pro nulla ex parte exponunt. Apparet etenim Hippocratem nequaquam negasse cõia omnium elementa in humano haberi corpore, sed eos accusasse, qui vnũ tm̃modo ex ipsis ponere voluerit.

18 *Corpus autem hominis sanguinem in seipso continet, pituitamq;, & bilem duplicem, flauam ac atram. Et hæc est sua ipsi natura: atque ob hæc tum dolet tum sanum est.*

Postea q̃ finẽ fecit sermoni, q de cõibus el'ntis habẽdus erat: in hac nũc nobis ꝓposita orõnis serie, ad el'nta sanguineorũ aĩaliũ, in qbus est ẽt hõ, trãsit, statuẽs nos ex sanguine ortũ habere pituita q; & bile duplici, flaua & atra: & ab eisdẽ quoq; ꝙ in vita oĩno ꝑmaneamus: & tãdẽ ꝙ hęc ipsa sint vniuersa hoĩs natura. Humores siqdẽ in solidis cõtinent mẽbris: Solida vero, in prima fœtus formatione ab his constituuntur. Omnes nanq; particulæ suam ex sanguine menstruo generatio- D nem habent, & illo quidem nequaq̃ sincero sanguine, vtpote q duplicem bilem, atq; pituitam secũ hẽat. nã & hoc ipse paulopost monstrabit. & ex his quoq; in nobis suboritur, vt & doleamus, valeamus q;, atq; ægrotemus. fiunt hæc eo quo ipse sequenti parte explicabit modo.

19 *Sanũ igitur imprimis est, quum hæc mediocriter tum viribus tum multitudine mutuo inter sese habuerint præsertim si commixta fuerint.*

Ex oĩum tã philosophorũ, q̃ medicoꝝ, q exacte dogmatici sint, sñia, el'ntorũ moderatio sanitatẽ parit. At vero quũ duplex gñe sit apud eos, qui rõnali sectæ iseruiũt, el'ntorũ rõ: alijs siquidẽ volẽtibus, cõpositorũ corporꝝ gñatiões, primis corporibus tm̃modo iuxta positis ac sil' cõplicatis fieri: alijs eoꝝ tpatura. priores itaq; moderationẽ ĩ meatuũ cõstõne ponũt, ipsi grece πωσοτσίαν dixere. Alij vero ex ꝓba el'ntoꝝ tpatura nos bñ valere autumãt. Porrò huius opinionis princeps fuit Hippocrates. At vero quũ duplex sit ea moderatio, altera penes vires eoꝝ q̃ tẽpãtur, altera penes subæ q̃titatẽ: Hippocrates meminit vtriusq; dũ ait, tũ viribus, tũ multitudine. Qd' aũt in extrema huius dictiõis pte dcm̃ ẽ, Præserti vero si cõmixta fuerint: exactã isinuat eoꝝ p totũ tpaturã. In eo n. corporis statu, qui omni prorsus culpa vacat, non modo elemẽtorum moderatio, verum & eorundem tẽperies per ipsa tota ad vnguẽ absoluitur. At in deterioribus corporũ tpaturis nil vetat humores in vnoquopiã mẽbro qñq; non equaliter, nec similiter, nec per totum inuicem tẽperari.

Verum

Verum enimuero vbi nõ dũ cõspicue lædit̃ functio, culpata qdẽ sanitas ẽ, nõ dũ adhuc tñ morbus. E

20 *Dolet aũt, quũ horũ quodpiã aut minus aut amplius fuerit, vel ab alijs seorsum cõstiterit, nec oĩbus sit cõtẽperatũ.*

Vt in sanitate exquisitam illam moderationem in quantitate & viribus ac etiam in tempie per tota illa statuit: ita quoq; in morbo his contraria ponit, minus siquidem plus've ad substantię tum quãtitatem tum vim referens: id vero, q cum cæteris temperata non sint, in intemperiem aut tem peraturæ inæqualitatem, aut quomodocunq; voluerit quis hoc nominare.

21 *Necesse enim est, vbi horum quicquam per se & ab alijs excretum constiterit, non modo locum vnde exierit morbosum reddi, verum & eum vbi steterit influxerit q; & impactum fuerit, dolore tentari labore q; .*

† ἴσχηται legitur ĩ antiq́ ἐγχηται in impressis cod.

Quoties ex humoribus quatuor aliquis perse solus in aliqua † fuerit receptus} particula ab alijs secretus, nec totus sit per totos illos contemperatus, dolet animal, intemperie iam occupante particulam vtranq;, & vnde delatus est, & in quam ẽt migrauit. id vero in primis euenit in illis humoribus, qui validas hñt vires, hi siquidem non solum multitudine particulam in quam declinarunt aggrauantes, sed & qualitate dolorem inferunt, quum excalfaciant, ac refrigerent insigniter.

22 *Nimirum vbi horum quid è corpore defluxerit plus eo quod supernatat, eu acuati o dolorem excitat.* F

Intelligendũ est hoc loco, qđ supnatat dictũ esse ꝓ eo quod supfluit: q si quis hoc nolit admittere, putandũ erit supernatans posuisse ꝓ eo quod alijs tẽperatũ nõ est, nã vtrunq; horũ ꝓbabile est.

23 *Rursus q; si intro euacuetur, sedem q; mutet & ab alijs secernatur, erit necessarium vt duplicem, sicuti iam dictũ est, dolorem inferat, & vnde egressus est, & vbi redundat.*

Quòd hoc superius dictum sit, ipse etiam testat̃, vbi ait/sicuti iam dictum est/. illa nanq; q̃ paulo ante hanc descripta est sententia, ab ista verbis tantum, non potestate differt, vbi sic ait: Necesse enim est vbi horum quodpiam per se, atq; ab alijs seorsum constiterit, non modo locum vnde exierit, morbosum reddi, verum & eum vbi steterit, atq; etiam influxerit, & impactum fuerit, dolore & labore tentari. † At vero quia pollicitus est ipse se ostensurum, ea quæ dicit esse hominem, semper eadem esse, tam secundum legem q̃ secundum naturam: per legem quidem hominum insinuans opinionem, quam de his habent: naturam autem, ipsam rerum veritatem: ideo sequentia attendamus, vt videa mus, num id quod ab huius operis initio promiserat, nunc præstet.

24

† *In exemplaribus Galeni, hæc videntur esse verba Galeni: at in exẽplaribus Hippocratis, videtur esse Hippocratis, qui dicat, Dixi sanè, quæcunq; esse hominem dixero demonstraturũ eadẽ semper esse & secundum legẽ & secundum naturam. vt sit textus 24.*

25 *Affirmo autẽ sanguinem esse, & pituitam, & bilẽ tum flauam, tum atram: horum q; nomina primum ex lege fuisse distincta asseuero, nulli q; ipsorum idem inditum esse nomen: Mox vero & secundum naturam species esse diuersas vsq; adeo, vt pituita minime sit sanguini similis, neq; sanguis bili, neq; bilis pituitæ. Nam quo modo hæc poterunt inter se mutuo esse similia, quæ neque ex inspectis coloribus similia esse videantur, nec etiam si manibus tractentur, vtpote quæ nec similiter calida sint, nec similiter frigida, nec humida, nec sicca?* G

Et apertus est vniuersus is sermo, atq; ẽt qđ instituerat, demonstrat. Hac etenim parte quatuor esse in corpore humores à se mutuo differentes ostendit: in sequentibus vero q nõ vnũ eorũ, sed oẽs sint ẽm naturã. In hac aũt nunc nobis ꝓposita orõne, humores ait mutuo inter se colore, cõsistentia, calore, frigore q;, differre: id qđ liquido apparet. Offendet forsitã aliquos, q humor ab humore siccitate differat, vtpote q oẽs humidi sint. At nõ minus negent ẽt isti eos humiditate differre: quia si cõcesserint aliũ esse alio humidiorẽ, coget eos necessitas fateri, illũ qui minus humidus sit, talẽ esse ex mixtura sicci elementi, qđ in oĩbus humoribus manifesto videmus. Nã sæpe flaua bilis plurimũ humida reddit̃, quo tẽpore nõ amplius flauum, sed pallidũ colorẽ refert: sæpenumero ẽt eò crassescit, vt oui vitellum imitet̃, vñ & à nõ nullis illi vitellinæ nomen inditũ est. Iã vero & bilis atra semꝑ est crassior q̃ sit flaua, & pallida, q̃ & ipsa nõ parum huius diuersitatis, q̃ est ẽm magis & minus, est particeps: sicut & sanguis, quippe qui adeo interdum humidus efficit̃, vt fluat, interdum affatim crassus ẽ. Sed & pituitã in hoc cum his ipsis humoribus rationẽ eãdẽ habere videmus: mutato.n. crassitudinis & tenuitatis modo, qñq; aquosa est, qñq; ita crassa, vt puri assimilet̃. Id vero humoribus contingit, quia non sunt re vera elementa, sicuti sunt aqua, terra, aer, & ignis: sed quisq; ipsorum ex quatuor illis, alio in alio vincente, suum, vt sępius didicistis, ortum habet. H

26 *Quum itaq; tãtum inter se tum forma, tum viribus distent, necessum est vnũ nõ esse: nisi ignis & aqua vnũ sint.*

Quanuis absurda sit hæc istorũ snĩa, qui hoĩem esse vnum arbitrant̃, vr̃ tñ Hippocrates serio illos impugnare, ob id forsitan q p id tẽporis essent viri aliqui clari, qui eam defenderent opinionẽ. Nũc aũt, quũ plurima antiquorũ virorũ scripta interciderint, par est vt lõge minus incolumia sint ea illorũ decreta, q̃ literis nunq̃ fuere mandata: fuere.n. multi qui nullos vnq̃ cõmẽtarios ediderĩt, in quibus ẽ Socrates, & Pythagoras, atq; ẽt nostris his tẽporibus Quĩtus, celebris medicus. Præterea vero & hoc q̃maxime credibile ẽ, multos fuisse viros illustres dũ viuerẽt, q vbi iteriere, secũ vnà ẽt decretorũ suorũ authoritas perijt: qñ & Platõis, cuius habemus tot cõscripta volumina, eius discipuli alia qđã ꝑter ea q̃ literis sũt tradita, fuisse decreta referũt, q̃ nullis fuere literis obsignata. Itaq; vt fidẽ discipulis ꝑdicãtibus fuisse illius decreta qđã nõ scripta, adhibemus, sic ẽt Hippocrati adhibenda

A benda ē, quū ait quosdā extitisse, qui dicerent solā terrā esse cōe oīum elementū: hoīs aūt bilem, vel pituitam. Porrò nonnullos ēt hoc tempore noui, quorū scripta vel iā vnà cū eis interiere, vel paulopost sunt interitura: quod & illi euenit, qui dixit terram oīum fuisse tū matrem & alumnam, tū originē & elementum, vtpote quę cælū quoq; (vt author est Hesiodus) genuerit, & omnia insuper aīalia, quæ in ea degunt. Sed quidam ex Archigenis sectatoribus vir sanè non admodum improbus, persuasum sibi habebat, neq; in inspirando spiritum introduci, neq; in expirando egredi. Alius ēt volebat pituitam esse primū, & elementarē humorē. Tandem itaq; finē inquirendorū nominū eorū, qui primi absurdas has opiniones promulgarūt, faciamus. Quòd.n. Thales pnūtiauerit solā aquā eē elemētū, & si ex ipsius scriptis ostendere nequeamus: id, tñ oēs habent p confesso.

Tex. 1. fol. 27. a. te. 3. fol. 28. d

27 *Quod vero ea omnia haud vnum sint, sed suam quodcunq; eorū habeat tum facultatē tum naturā: inde facile perdiscas: Quia si homini medicamentum quod pituitam educit, offeras, ille pituitam tibi reijciet: at si medicamentum dederis quod bilem cieat, bilem euomet. Pari modo atram purgabit bilem, quum ei medicamentū, quod bilem atram vacuet, exhibueris. Sin autē in aliqua corporis parte vulnus infligatur, sanguis inde illi effluet. Quæ omnia tibi tota die atq; etiam nocte, hieme, ac æstate tandiu faciet, quandiu facultatē attrahendi ac vicissim reddendi spiritum habuerit, & quoad aliquo horū, quæ cognata sunt, priuetur.* B *At cognata sunt, quæ diximus: quo.n. pacto cognata non sint, quū hoc primū cōpertum sit, hominem donec vixerit in seipso ea omnia cōtinere, deinde ex homine genitū esse, cui insint hæc omnia: insuper ab homine sua habuisse alimenta, qui ea omnia habuerit, quæ diximus, quæq; monstrauimus.*

Aperte pariter ac vere ab Hippocrate in supiori oratiōis cōtextu demōstratū ē, hoīem oīā in se habere, biles, pituitā & sanguinē. Nunc aūt præter id, hoc ēt ostendit, ex naturæ instituto ita factū esse, & nō, vt nō nulli dñt, ex eis vnū. Verū cæterę quidē istorū opiniones, qui vnicū tm̄ humorē ex natura in corpore haberi autumāt, im̄pbari facile pñt: at eorum sñia, qui sanguinē statuunt, nō ita facile cōtemnenda est. immo nō leui erit opus certamine, vt illa deijciat. Sed tēpus est vt ad eam nos accedamus, vt tñ initiū ab his faciamus q̄ ab ipso superius dicta sunt, q̄ sic hñt: Ego vero æquū esse censeo vt qui asserit hoīem solū sanguinē, nec quicquā aliud esse, ostendat illū nequaquā formā mutantem, aut fieri oīmodū alio quodā anni tēpore, vel ætatis hoīs quo homo appareat vnus ac solus esse sanguis. Nā alioquin cōsentaneum est, aliquod esse tēpus, quo illud in seipso vnū esse appareat. Si itaq; huic sermoni id addideris, quod in hac q̄ à nobis nunc exponit̄ parte demonstratū est, vndequaq; decretum Hippocratis absolutum reddes. Hic nanq; ostendit̄ nullū anni tēpus, aut ætatis, tale esse, vt in eo ostendere quis possit, hoīem aliorū humorū non esse participē. Et p ipsas C præterea purgationes. qm̄ si medicamentū, qđ vim habeat bilem vel pituitā ducendi, cuipiam dederis, sanè videbis ab eo id vacuari, cuius euacuandi ei facultas à natura indita est, vtpote quod nullum tempus sit, quo non oēs in corpore humores cōtineant̄. Huic rationi occurrunt nōnulli, qui negant purgatoriū medicamentū e corpore peculiarē sibi humorē detrahere, immo illū in eā formā transmutare, q̄ illi natura insita est. Sed q̄ falsa sit hęc horum sñia, nos in eo cōmentario, cui titulus est De medicamentorū purgantiū facultate, patefecimus: tñ hic quoq; loco exēpli vnū ex his afferamus, q̄ ibi explicata sunt. Sępe etenim in ipsis artis operibus eos cōuictos inspexistis, qui assentiri nolunt humorē vacuatū à purgante medicamento attrahi. Nā qui aqua tenent̄ inter cutē, q̄ ascites appellat̄. hausto medicamento vi aquā educēdi pdito, multā excernunt aquosam humiditatē, vt eis inde venter detumescat. Quòd siquis dare his voluerit medicamentū bilē vel atrā vel flauā cientē, & modicū quid illius humoris educet, & præterea nō mō venter nō residebit, sed in maiorē ēt tumorem attollet̄. Cōtra vero laborantibus regio morbo ex iecinoris obstructione euenisse vidistis. Reserato.n. prius eo viscere ex medicamētis id agēdi facultate pditis, si subinde det̄ medicamen bilē expurgans, excretio plurima redundantis humoris fit, atq; affectus ille cōfestim delitescit. Nec pterea vos latet similiter atq; in his, in illis factū fuisse, qbus aut pituita molesta erat D aut bilis atra. nā & plurimū noxij humoris vacuatū ē, & laborātes nō parū eo incōmodo leuati sūt. Itaq; si talia a purgatorijs medicamentis trahunt̄, atq; medicamenta oī ætate, ac omni tēpore purgant: in humano sanè corpore ppetuo quatuor reperiunt̄ humores. Nā, sicut paulo ante diximus, consentaneū pfecto esset, vt vel vnū saltē anni, vel ętatis tēpus ipsius hoīs videremus, quo solus haberet̄ sanguis, si tāquā vera esset eorū recipienda sñia. qui statuunt vnū sanguinē esse hominis naturā: quod pinde est. ac dicere oīa eius mēbra ex illo fuisse cōflata, & ex solo sanguine vsquequaq; ali. Quū vero sanguis dicat̄ bifariā: alius quidē, quē vel secta vena vel vulnere īflicto pfluere videmus, qui & vtriusq; bilis, vt ostēdimus, & pituitæ particeps est: alius purus & integer, & cuiusque mixturæ alterius humoris expers: porrò ex sanguine priore significatu fœtū formari fortasse verū est: nō ita tñ verū est, quòd ex eo iuxta alterū significatū: neq;.n. is solus vnq̄ in prægnantibus gignit̄. Cur aūt, fortasse, in sermone adiecerim, nequaquā vos fugere puto. In cōmentarijs siquidē de semine mōstrauimus plures nr̄i corporis partes ex semine gigni, quū solæ carnosæ ex sanguine efforment̄. Qm̄ vero exigua est seminis in vterū iniecti moles: nutrimētū ac incremētū illi ex sāguie accedit. ob id ergo pōt aliqs dicere, parū abesse, q̄n ptes ex sāguie vniuersæ forment̄. Quo āt & semē suū à sāguine ortū hēt, eo & q affirmauerit ex sāguine fœtū gigni, nō videbit̄ mētiri: vt tñ nō ex sincero qdē sāguine & alijs humoribus vacuo, sed ex eo potius, q̄ sāguis p excellētiā dr̄. Is itaque ē vniuersæ huius orōnis sensus. Vt aūt ad pticularia accedamus, oīum primū id monuisse par

l. 1. f. 1. d. 5. 1. fol. 9. h

erit, in vsu esse nō apud medicos solū, sed oēs ēt græcos, vt bilē absq; adiectione dicāt quoties flauā, E aut pallidā indicare volūt. Sed pauloantea diximus, ambo hæc nomina eandē humoris speciem significare, sola intercedente humiditatis ac siccitatis dña. Reliquas vero biles oēs nō absq; aliquo adiunctio pferunt, æruginosam appellantes, aut atrā, aut rubrā, aut porraceam. Secundo vero loco hoc ēt aduertēdū in hac parte est, vbi ait: Quādiu facultatem attrahendi, ac vicissim reddendi spiritū habuerit. Clarū.n. est ipsum sentire, aerē intro inspirari ex tractu mēbrorū q̄ spūs instrumenta sūt, expirari vero, dum ea illum reddūt. Tertio item, quum inquit, Quoad aliquo eorum quę cognata sunt, priuetur. Nam vult, quod animali nedum sanguine, sed pituita quoq; aut bile tam atra quàm flaua priuato mors immineat.

28 *Qui vero vnū esse hominem autumāt, in hāc mihi sententiam iccirco deuenisse videntur, quòd eorū, qui sumptis medicamentis ex immodicis purgationibus periere, alios pituitā reiecisse viderunt, alios bilem. Vnde quod quisq; eorū in purgatione vomēdo interysse intuitus est, id etiam esse hominem existimauit. Nec qui sanguinem hominem esse autumant aliunde adducti sunt, nisi quia iugulatis hominibus sanguinem profluere cernentes, id esse homini animam arbitrabantur. huiuscemodi testimonijs hi omnes in suis vtuntur sermonibus.*

Qui vero (ait ipse) q͏ vnum sit homo autumant, quasi plures hi fuerint qui hoc dicāt, nec vnus F tantum. Vnde autem isti qui ex elementis quatuor vnum putāt posse esse satis ad hominē gignēdū, ad hoc persuasi sint, ipse exposuit Hippocrates. Porrò hæc quanuis, vt dixi, nobis absurda, illis tn̄ verisimilia visa sunt. quippe qui dū in immodicis vacuationibus alius aliū, alio atq; alio humore excreto vitā profudisse inspexissent, illum vnum humorem esse homini naturā arbitrati sunt.

29 *Atqui primum quidem nullus vnquam ex immoderatis purgationibus mortuus est, cui sola fuerit bilis expurgata: immo epoto medicamento cui facultas sit bilem ciendi, primum bilem vomitu eyciunt, mox pituitam, deinde ab ipsa bile atram etiam bilem euomunt vi coacti, postremo vero sanguinem purum reiectant.*

Hic rursum græcorū vsum aperte insinuat, qui sæpe bilem sine aliqua adiectione flauam appellant: atram verò nunquàm absq; adiunctione. Et sanè totius huius dictionis sensus patet. Nullū vnquam vno tantum excreto humore emori ait, quin alij vnà cum eo semper effundantur.

30 *Id ipsum & illi patiuntur, qui medicamenta assumunt, quæ pituitam vacuant. Nam primum pituitam vomunt postea flauam bilem, tertio atram, demum vero sanguinem purum, in quo moriuntur.*

Ab eo euacuato humore qui medicamento familiaris est, primus subinde ille consequitur qui G præ alijs facilior est ad eductionē: quem deinde excipit, qui secundū in hoc ordinem obtinet: omnium postremus sanguis, vtpote qui maxime sit naturæ familiaris: de quo id audacter pronūtiauerim, q͏ quātumlibet ipse solus non sit homini natura, supra tamen alios omnes familiarissimus est.

31 *Vt enim medicamentū fuerit corpus ingressum: id quod sibi maxime omnium quæ in corpore sunt, ex natura est, agit: mox vero reliqua trahit purgatq;. In quem modum stirpes & semina postquam in terram iacta fuerint, attrahit vnumquodq;: quicquid in terra repererit, quod ei naturali affinitate congruit: (At vero terræ inest acidum, dulce, amarum, salsum, & omnimodum: primum itaq; illius plurimum attrahit, quod natura maxime sibi proximum est: subinde autem alia.) Sic & medicamenta in corpore faciunt. Nā quæcunq; vim habent vt bilē detrahāt, primū sincerissimā bilē expurgāt, inde eam mixtā. sed & quæ pituitam: primum eam sincerissimā, postmodū commixtam cient. Iugulatis quoq; sanguis primū erūpit qui & calidissimus & rubētissimus ē, postea pituitosior & biliosior effluit.*

Aperta ē hæc oratio. ipse eteni testimonijs ꝓpositā sñiam cōfirmat, qua dixit: medicamētū, vbi corpus īgressū fuerit, humorē in primis attrahere q̄ sibi affinis sit, postea & alios. Sed & plātarū meminisse oportet, quas itē ait ipse attrahere vnāquāq; id q͏ sibi natura maxime cōgruēs est. Cōtineri nāq; in terra acidū, dulce, amarū, salsū, & oīmodū: quo sanè mō & ī hoīe acidū qdē atrā bilē: amarū, H flauā: dulce sanguinē: salsū vero, pituitā. aliqua eteni eiuscemodi est, sicut & alia acida, alia aūt insigni aliqua qualitate caret: quo factū esse arbitror, vt extremę orationi ipse addiderit illud, & oīmodū, nēpe q͏ pspexerit nō mō in pituita, verū in alijs quoq; humoribus plures haberi differentias. Nā vt acidū, dulce, amarū, salsumq;: ita acerbū, austerum, acreq; & pingue sunt inter humorū species, tā in animalibus q̄ in plantis. nec minus in terra ea sunt, quæ istis ex proportione respondent.

32 *Et pituita quidē in homine augetur per hiemē, vtpote quæ natura maxime cū hieme consentiat: est.n. humorū omnium, quibus corpus præditum est, frigidissima. cuius rei id testimoniū habeas, quod si pituitam tetigeris sanguinemq; atq; etiā bilē, pituitā omnium inuenies frigidissimā, tametsi ea viscida quāmaxime sit, viq; maxima post atram bilē trahatur. at quæ vi cientur, à violētia coguntur incalescere: his tamen omnibus non obstātibus, pituita suapte natura frigidissima esse videtur. At vero quòd hiems corpus pituita repleat, inde noueris: Hieme expuunt, atque per nares pituitosissima hoīes emūgūt: sed & tumores albi hoc maxime tēpore exoriūtur, & reliqui præterea morbi pituitosi.*

Clara est oratio, & q̄ lectorē potius exposcat, qui animū adhibeat, quàm expositorem, qui illam aperiat. Id tn̄ quod in vltima eius parte ascriptū est, Et reliqui morbi pituitosi: ex his q̄ ab illo scripta sunt, hunc sensū habet, Hieme in primis albi excitanē tumores, & alij ꝓterea morbi pituitosi hoc suboriunt tēpore. Porrò & febres vt ęstate in vniuersum biliosiores sunt, ita hieme pituitosiores.

At vere

33 A *At vere pituita, quidem in corpore adhuc pollet, & sanguis accrescit: frigora siquidem remittuntur, & aquæ accedunt, & proinde sanguis augetur, nempe ob imbres & calidiores dies. Ipsi enim ex anni temporibus hæc maxime sunt secundum naturam. Nam & humidum & calidum est, id quod his cognosces indicijs: vere ac æstate maxime dysenterijs homines arripiuntur, sanguisq; è naribus defluit, & sunt præterea calidissimi & rubicundissimi.*

Huiusce ẽt dictionis sensus apertus est. Nos tamen in primo libro de temperamentis diximus, prẹstare vt ver temperatum appellemus, non autẽ calidum & humidum, & qua etiam de causa adducti sint philosophorum & medicorum quidam, vt dicerent ipsum calidum & humidum esse. Comparatione enim temporum anni id aiũt esse calidũ & humidũ in generis ratione, quẽ ad modum in ipsis corporibus, animantia: vtpote quum stirpibus comparantur. Ver autem autumno collatum optimum est, & quasi id quod (vt ita dixerim) solum exquisite secundum naturam sit, ei quod est præter naturam. Quòd autem vere sanguis exuberet, præter alia argumẽta est hoc, ꝙ maxime eo tẽpore dysenteriæ illæ infestæ sunt, quæ cruentæ appellantur, non aũt quæ ex bile intestina erodente ortum hñt. Porrò de hac cruenta dysenteria in quarto cõmentariorũ in librum de articulis, egimus: vbi ostendimus hunc affectum frequentissime fieri, quũ in venis sanguinis copia multa affuerit, quem natura per venas confertim excernit, perinde, ac in mulieribus per vterũ, in alijs vero ꝑ nares, aut mariscas, aut per vomitũ. Veri aũt ẹstatẽ addidit, tũ ob dysenteriẹ, tũ ob ruboris cutis rationẽ. Suo.n. calore sanguis vere genitus, vt cutim rubicundã reddit: sic aliquibus ꝑ sedẽ excernit. Sed & hoĩes tangẽtibus tunc calidi apparent cũ ex sanguine, tũ ex ambiente aere.

B

34 *Aestate aũt sanguis adhuc viget, & bilis in corpore assurgit, quæ ad autumnũ vsq; protẽditur. Autũno exiguus efficitur sanguis, quòd naturæ eius autũnus aduersetur. Bilis vero corpus æstate & autumno occupat. quod his indicijs cognosces, nimirum hoc anni tempore homines bilem spõte euomunt, & biliosiora medicamentis purgati deijciũt: idipsum & febres indicant & hominum colores. Est vero pituita æstate imbecillior. est enim tempus hoc naturæ illius aduersarium, quippe quum calidum & siccum sit.*

Æstate, ꝑcipueq; inter eius initia sanguis exuberat, vt qui vere sit auctus, nec dũ à calore ambientis aeris fuerit digestus. Augeẽ aũt eo tpe bilis, quũ ꝑter naturã corpus excalfiat. Bilẽ hic itẽ absq; coloris appositione, flauã inquã nominauit, qui atrã nunquã sic absolute appellarit, sed semp ꝑ appo sito coloris noĩe. Cetera vero q̃ particulatim in hac oratione habẽtur, attendentibus ꝑspicua sunt.

35 C *Autumno sanguis in homine fit paucissimus. nam siccus est autumnus, & qui iam hominem refrigerare incipiat. Porrò atra bilis autumno plurima est, atque plurimum viget.*

Dictum est in superi orationis serie sanguinẽ autumno paucũ gigni, vtpote quòd illi natura autumnus cõtrarius sit. At nos quo sit cõtrarius mõ, iã edocuimus. Quia si sanguis perinde ac ver calidus & humidus est, & autũnus (vt ipse dixit) siccus est, & hominẽ iã refrigerare incipit: erit sanè autumnus veri contrarius, humorẽ q; sanguini contrariũ exuberantẽ habebit. nempe siccum & frigidũ, qui etiam merito hmõi redditus est, ob id, quia æstate humores exusti sunt, & quod ex illis exustis residuum est, simul ac calor extinctus est, siccum ac frigidũ euadit: frigidum quidem ob extinctum calorem: siccum vero ex eo ꝙ dum torreretur, vniuersus consumptus sit humor.

36 *Hieme aũt inuadente, bilis refrigescens imminuitur: pituita vero rursum, & ex multis pluuijs, atq; etiam ex longis augetur noctibus.*

Humorem qui in singulis anni tẽporibus dominatur, illi tempori assimilari vult: & ꝑinde frigida & humida appellatur pituita, quẽ ad modũ & hiems: calidus & humidus sanguis, vt ver: bilem vero calidã & siccam, vti & æstatẽ, esse ait, ita atram bilem iuxta ac autumnum frigidam & siccam. Itaque ꝙ singuli humores illis quibus dixit anni tẽporibus incrementũ habeant, iã ipse exposuit: nunc vero causam refert ob q̃ in hieme excrescat pituita, ex multis ait pluuijs, lõgis q; noctibus: quasi dicas, propterea quia tẽpus id humidũ & frigidũ est: humidũ siqdẽ esse ex pluribus indicat pluuijs, frigidũ vero, ex prolixioribus noctibus. Caloris enim, quo aer nos ambiens æstiuo tẽpore est affectus, Sol in cã est tũ ad verticẽ nostrũ propius accedens, tum ẽt longiorẽ diem efficiẽs. Queadmodũ idem cã est frigoris per hiemem, dũ obliquus & humilis, & breui tempore supra terrã ferẽ. Sensit autem Hippocrates pro aeris circunfusi cõstitutione animantiũ corpora affici: quæ quidem siccãtur in sicciori illius temperie: humectanẽ vero in humidiori: sic ẽt in calidiori incalescunt, vt in frigidiori refrigeranẽ. Vñ si hiems humida & frigida est, cõsentaneũ est, in ea pituitã, q̃ item frigida & humida est, redundare: nã & id ipsum ab eo antea mõstratũ est. Huic ratio in alijs ẽt anni tẽporibus cõsentiens esse videẽ. Æstate etenim flaua bilis dominaẽ, vt q̃ facultate calida & sicca sit: vere sanguis, humidus & calidus humor, nam & ipse ver item calidum dixit atq; humidum: autumno atra bilis, quæ quum frigida & sicca sit, cum eo tempore congruit. Est attamen nõ leuis quæstio de veris temperatura, quo modo calidum & humidum dicatur. quod dum de eo agerem, monstraui satius esse vt temperatum dicatur: immo & sanguinem eadem ratione non esse calidum & humidum constat, sed temperatum. Porrò & alia prẹterea quẹstio hac etiam longe maior,

D

ior, quam tamen omnes expositores huius libri præteriere, introduci pōt de pituita, cuius natura E frigida est & humida, quæ q̃3 hieme gignitur. Vnde autem adductus fuerim, vt dicerem non esse leuem eam quęstionem, iam tibi exponam. Hippocrates nimirum in aphorismis ipsemet hæc tradit: ‖ Ventres hieme & vere natura calidissimi sunt, & somni lōgissimi. His tēporibus plura sunt » exhibenda alimenta: innatus.n.calor tunc copiosus est, & proinde pluri opus est alimēto: indicio » aūt sūt ętates & athletę. Rursus etiam, ‖ Æstate & autūno cibos difficillime ferūt, hieme vero facil » lime, mox vere. Quod si hęc sunt vera: nouimus autem pituitam humorem esse frigidum & humidum, nec vt sanguis temperatum: quo modo pōt in hieme copiosior gigni? nam cōueniens vtique erat, vt ex alimento exacte cōcocto sanguis magis q̃ pituita generaretur. Quę nam igitur erit huiusce dubitationis solutio? Vt ego quidē reor, vētres hieme natiuo calore calidissimi sunt, hoc est temperatissimi: reliquę attamen particulæ corporis hieme magis refrigescunt, immo nō nullis ēt ventriculus ipse, vel ex itinere, vel ex indumentorum penuria, vel ex vitæ studijs, vel ex alia qua piam simili re. Itaq3 aeris ambientis vniuersum frigus ad penitiores vsq3 partes penetrat, ita vt in aliquibus (vt iam diximus) ad regionem secundum ventriculum pertingat. Vnde & si probe assumpti cibi in vētriculo conficiantur, non tñ in iecinore, dum in sanguinem mutātur, illius exquisite cultum assequuntur, sed ab eo aliqua ex parte aberratur. Præterea longe etiam magis venæ per F vniuersum corpus dispartitæ, vt quæ refrigeratæ sint, nequeunt illum similiter trāsmutare. Ad id accedit ciborum copia hieme oblatorum, qui suis qualitatibus pituitosiores sunt. Multis enim leguminibus hieme vescuntur, & pane quoq3 amplius quàm cæteris tēporibus, & similagine, & ijs quæ rhyemata græce appellantur, oleribus q̃3, & rapis, & multis carnibus, quarū aliq̃ manifesto pituitosę sunt, vt ouillæ: aliæ vero nisi ꝓbe fuerint confectæ, vt suillę, in primis vero porcinę: bulbis preterea, cochleis, † & caseo, & id genus alijs, quæ per totam hiemem in vsu habent, sunt q̃3 parata vt in pituitam vertantur: quin & nouum pleriq3 vinum bibunt, quod & ipsum pituitæ generandæ aptum est. Et his igitur de causis hieme plurima excrescit pituita.

1. Aph. 15. Ex. or. 8. a

1. Aph. 18. 9. e

Alibi legit κῶ ὠᾶ.i. & ouis.

37 *Itaque hæc omnia perpertuo in humano habentur corpore: quæ tamen pro ratione instantis temporis particulatim & ex natura singula nunc augentur, nunc imminuuntur.*

Omnia (inquit ipse) prędicta, humores nimirum quatuor, corpus humanū cōtinet, quoad vixerit: id.n. Hippocrati, significat / perpetuo hæc ex temporum anni vicissitudine crescunt ac decrescunt /. Nā & illud / pro ratione instantis temporis / id ipsum ei significat, quod mutato & verso in aliud, quod subinde illud consequitur. Quod vero augeri hæc & imminui ait particulatim & secū G dū naturam, non nulli sic accipiunt, ac si illud ad corporis partes referendum sit: alij vero, tanquam contrariū illi, quod est secundum naturam, vt eius sermo in hunc se habeat modum: Humanū corpus semper quidē prædictos habet humores quatuor, vt tñ eos aut copiosiores aut pauciores pro anni partibus, & natura habeat. Quod si id commutata oratione dicas, verum iuxta ac vtilem sensum habebit. Humorum enim copia pro anni temporibus, cum ille secundum naturam habuerit, euariat: attamen penes totius anni partes, quanuis ille minime etiam secundum naturam habuerit, humores quantitate differunt. Potest vero partes hic de anni temporibus intelligi.

38 *Porrò vt annus, vniuersus omnium particeps est tam calidorum & frigidorum, quam humidorum & siccorum. Nam nihil vllo vnquam tempore sine his omnibus quæ in hoc mundo sunt, consistere posset: immo si vel vnum quippiam desit, cætera etiam omnia aboleantur, quia omnia eadem necessitate constituta sunt, mutuo q; ab se aluntur.*

Quod calidum, frigidū, humidū, & siccū, nō id quod per excellentiā sic dr̄, atq3 ēt intelligit̄, verū id quod elemētare est, dixerit, in hac ēt nunc proposita oratione indicauit, dū ait annū vniuersum oīum esse participē. Neq3.n. eorū oīum quæ per excellentiā dicuntur, annus particeps est, sed elementariū: tota siquidē hiems, humidi & frigidi: at ęstas, contrariorū sicci & calidi: reliquorum ve H ro duorū tēporū, singulū ꝑm oppositionem, alterum.n. humidi & calidi, alterū frigidi & sicci. Sed & planius hoc ipsum ēt insinuat, quum dicit, horū vno abolito, reliqua abolenda fore. Nā si vnū ex elementis interierit, vere quis dixerit id quod ex illis constat interiturum: vt falsum tñ id sit de his quæ per excellentiā dicūtur: contrarium etenim potius verū est, nempe, quum aliquod ex his quæ ita ex vnius victoria dicuntur perierit, quod ipsi aduersatur incolume erit. Etenim vbi æstas nō sit, erit hiems: & vbi nō sit hiems, ibi æstas: atq3 vbi ver absit, aderit autūnus: vbi autūnus abest, ver adest. Quod si oīno calidū tollatur elementum, mox humidū concrescet, propterea quia calor omnino desit: & Sol etiā auferetur: vnde nulla amplius plāta reliqua erit, nullum deniq3 animal. Nec secus si elemētū frigidū intereat, ignis erūt oīa: si vero siccū, oīa erūt aqua: vt tādē oīa in vniuerso genita corpora sic interitura sint. & ob id dixit corpora q̃ ī ipso elemētaria sunt, ex se mutuo nutriri, quū exquisitū elemētū mente potius cogitari possit, q̃ existat: quod vero parū abest vt id ipsū cū eo sit, ex eorū numero est q̃ existūt. Porrò si aquā cogites exacte frigidā & humidā esse, iam nō ꝑmanebit vlterius aqua: quippæ q̃ mox cōcrescet subsistet q̃3 nec amplius fluet. Terrā quoq3 pari pacto si oīno siccā & frigidā esse fingas, erit huiuscemodi corpus adamāte durius. Quę si ꝑterea hmōi fiat, stirpiū genitura desinet. qua desinēte aīalibus alimēta deerūt. ꝙ si fiat, nēpe & aīalia interibunt.

A interibunt. Sed si per excellentiam intelligatur siccũ & frigidũ elementũ: terra quæ vniuersitate continetur, corpus frigidum & siccum dicetur: aqua humidum. Ignis quoque aereæ cuiuspiam substantię particeps est, nec minus etiam fumosæ: immo & humore vt alatur planè, indiget, quod lucernarum flammæ ostendunt. Ex sese itaq; mutuo vniuersitatis elemẽta nutrimentum habent: & ob id Plato quoque dixit. Vt idem sibi ipsi tum alimentum tum tabem subministret, vt q; omnia in se ipso & à se ipso & agat & patiatur, ex arte comparatum est.

39 *Sic autem, si aliquod etiam eorum quæ cognata sunt in homine deficiat, fieri nequit vt ille viuat.*

Cognata appellauit sanguinem, pituitam, atq; etiam biles: quum fœtus primum concretus sit è materno sanguine, qui omnium particeps est, incrementum q; pariter & alimentum habeat. Quare si penitus in nostro corpore pereat vel humidũ, vel siccum, vel calidum, vel frigidũ: illico & humores interibunt, qui humidi & sicci, calidi & frigidi per excellentiam sunt, non autem exquisite & sincere. Pituitã siquidem frigidam & humidam dicimus, non quod contrariorũ particeps non sit, sed quod hęc in ea prępualeant. Porrò si ea frigida tantũmodo & exactè esset: quasi glacies esset coacta. Quemadmodum si exactè esset humida, omni careret crassitie & lentore. Idipsum etiam de vtraq; B bile dicas: flaua enim sicca est: atra sicca & terrea esse dicitur, vt tamen non sit omnino humiditatis expers: nam alioquin neque humor esset, sed durum vt adamas corpus: & frigida quoq; eadem ratione dicitur, quod plus in ea frigoris sit q̃ caloris: quia si omnino frigida esset, quasi glacies concresceret. Sed quid tandem in hac re verbis opus est? sanguis etenim qui temperatissimus videtur, talis propterea dicitur, quia in eo nullum ex contrarijs alterum superet plurimum, ita vt neq; calidũ frigido superius sit, neq; frigidũ calido, neq; siccũ humido, nec humidũ sicco. Vbi ergo & ipse sanguis quatuor qualitatum indigens est, humiditate, siccitate, calore, & frigore: iam satis constat illũ egere quoq;, vt cũ alijs misceatur humoribus. Et proinde temperatissimus sanguis, pituitæ & bilis tam flauæ q̃ atrę non erit expers. Sed & altera existit ratio naturalis, quę non parum probabilitatis assecuta est, qua monstratur quatuor humores non parum facere ad gignendos probos mores. Hic vero prius demonstrasse necesse est, quod animi mores corporis sequantur temperaturam, de quo alibi à nobis scriptum est. Hoc itaque sic constituto, animi quidem acumen & dexteritas a bilioso humore prodibit: ab atra vero bile constantia & stabilitas: à sanguine simplicitas ac stoliditas: vt pituita ad formandos mores inutilis sit, sed necessariũ ex prima ciborũ transmutatione ortũ habet.

40 C *Vt autem in anno quandoque hiems maxime viget, aliquando ver, nonnunquam æstas, aliàs vero autumnus: sic & in homine, semel pituita multum valet, postea sanguis, mox bilis, & prius flaua, deinde atra.*

Perspicua est viri oratio, qui ostẽdere nitatur, quod sicut in anno quandoq; humidum & frigidum dominatur, & hiems appellatur: quandoq; humidum & calidum, quo tempore ver est: quandoq; siccum & calidum, quæ ęstas vocatur: postremo vero omnium in atumno frigidum & siccum: Ita in homine, hieme quidem pituita viget, humor frigidus & humidus: in vere sanguis, qui calidus est & humidus: flaua vero bilis facultate calida & sicca prædita, in æstate: atra, quæ frigida & sicca est, in autumno, sicuti & ipse autumnus.

41 *Huic clarissime attestatur, quòd si eidem homini idem medicamentum quater in anno dare volueris, hieme pituitosissima ille tibi euomet, vere humidissima, æstate biliosissima, autumno nigerrima.*

Præcedẽtis sermonis, quo dictum est singulis anni temporibus singulos humores dominari, id testimoniũ clarissimum esse ait, quod si eidem pharmacum quod vomitum cieat, exhibeatur quater in anno, pituitosior hieme vomitus erit, vere humidior, ęstate biliosior, & nigrior autumno.

42 D *Porro his ita se habentibus, conuenit vt morbi qui hieme augentur, æstate finiantur: qui vero æstate inualescunt, vt hieme desinant, præter quàm quæ dierum circuitu soluuntur (dierum verum circuitum aliàs explicabo) à morbis qui vere oriuntur, autumno expectanda est euasio: at ab autumnalibus, vere liberari necesse est. Id autem nouisse oportet quòd necesse est vt morbus, qui hæc anni tempora excesserit, iam annuus euadat.*

Initium huiusce orationis contextus duplicem gręce inuenitur habere scripturam: alij siquidẽ ὀφείλει, alij vero φειλει γοῦν τυτέων ἔτως ἐχόντων quod idẽ est quod προσήκει, hoc est cõuenit: nam quandoq; eo vocabulo pro eo vtuntur, quod est conuenit, aut par est, reliqua vero in hac oratione aperta sunt. Vult enim ipse quod morbi qui inueterascunt, nec per dierum circuitus sed mensiũ fiunt, tempore illi cõtrario, in quo inuasere, solutos iri: vt id sit mense septimo: qui vbi neq; sic soluãtur, in annuũ morbũ transire ait. Id autẽ vocabulum annuus potest eum indicare, qui post annũ à primo suo ortu soluendus sit: potest & illũ qui per septẽ annorum circuitus, quemadmodũ & alij per septẽ mensiũ. In aphorismis|| quoq; ita retulit. Plurimi puerorũ affectus iudicantur, alij ad quadragesimum diem, alij ad septimum mensem, alij ad septimum annũ, nonnulli ad pubertatem vsq;.

3. Aph. 28. Ex. or. 25. h

43 *Medicum quoque sic morbis instare opus est, quasi horum singula in corpore plurimum pro † anni tempore, quod maxime ex natura se habet, vigeant.*

In antiquis pro ἔτει ὁ legitur αὐτῷ.

Quicquid vtilitatis continet vniuersus qui de anni tẽporibus habitus est sermo, totũ id docuit E hac parte Hippocrates: insinuans præterea ꝙ eundẽ vsum ille præstat qui de ętatibus, regionibus, vitę studijs, quotidiano q; victu habendus est. Nẽpe his oĩbus prospectis, conijcere medicũ oportet, quis'nã sit humor qui aut quantitate, aut qualitate, aut viribus dominetur, & qua etiã in corporis particula præsertim redundet. Sic etenim, vt in medendi methodo docuimus, curationẽ præstantissime adhibuerit. Quũ Hippocrates in hoc libro instituisset nostri corporis naturã inuenire: ad istiusce rei indagationẽ hac ipse methodo vsus est. Primũ simplex ne illud sit, aut multiplex inuestigauit: quod vbi reperit esse multiplex, mox simpliciũ q̃ illi inerant substantia qualis'nã esset, inquirebat, id est, quã vim habeat vt ab aliquo patiatur, vel vt ẽt agat. Et ob id quoq; temporũ anni mẽtio facta est, videlicet vt cõsideraret quã habeant repta elemẽta ad ea relationẽ. Sed & soluendo rũ morborũ pręsagia, atq; eorundẽ curationes in hos eosdẽ scopos referendas esse inuenit. In inuestigandis pręterea elementis quæ nostrũ cõstituunt corpus, in mentionem eorũ etiam incidit, quæ vniuersitatis sunt, quæ q; vera sunt elementa. Sępe. n. nos per abusum simplices & primas cõpositionis cuiusq; rei particulas, illius elementa appellamus. Quo modo harmonica dixere elementa, rhytmica, geometrica, arithmetica, orationis, vocis, demonstrationis q;: ita & Plato ait Hesiodum dixisse centũ esse plaustri elementa, vbi inquit, centum ligna q; plaustri. F

» Quę tñ singularũ rerum dicuntur ad hunc modũ elementa, ea oĩa neq; simplicia sunt exacte, neq; prima. At quę oĩum rerũ cõmunia sunt, vt re vera prima & simplicia sunt, ita & proprie elementa nominantur. Quę Hippocrates ex qualitatibus calidũ, frigidũ, humidum, & siccũ appellauit: non quæ extremorũ media sunt, sed extrema ipsa, ignẽ nimirum, terrã, aquam, & aerẽ. Hanc methodũ censuit Plato, eũ sequi debere, qui aĩæ naturam disquirere voluerit: quippe quũ absq; exquisita naturę vniuersi notitia quicquã particulare cognosci minime queat. Porrò & locũ Platonis describã qui ita habet: » Putas ne igitur naturã aĩæ quantũ ipsa ratio poscat, absq; ipsa vniuersi natura posse » intelligi? Sed si aliqua Hippocrati vni ex Asclepiadis fides est adhibẽda, nec etiã corporis sine hac » methodo poterit. Recte o amice ait: operępretiũ attamen fuerit, vt rationẽ hanc pręter Hippocra » tem examinemus, & vtrũ illa cõsonet, consideremus. Assentio. Sed quid tandẽ Hippocrates dicit, » vel ipsa etiã recta ratio: non'ne sic? De rei cuiusq; natura, cuius nos scientiã artem'ue assequi, aut » alios docere volumus, id primũ inquirendum est, sit ne simplex illud, aut potius multiplex. Quod » si fuerit multiplex, mox inspiciendũ quã habeat naturalẽ facultatẽ vt in alterũ agat, quam præterea » vt ab alio patiatur, & à quo. Si plures etiã species habuerit: illis oĩbus enumeratis, id ipsum quod in » vno diximus, sigillatim in illis oĩbus erit inuestigandũ, nempe quã naturã habeat vt ipsum agat, et G » quam vt ab alio patiatur. Quũ itaq; Plato hæc in hunc modũ litteris tradiderit, ostendat nobis qui » spiã librũ aliquẽ Hippocratis alium ab hoc de natura hoĩs, in quo hæc methodus sit inueniẽda: ꝙ si ostendere nequeat, testem Platone digniorẽ, cui fides adhibenda sit, minime q̃rat, qui librũ hunc illius esse legitimũ affirmet. Nam pręter alia Plato tẽporibus illis proximus fuit, quibus floruere Hippocratis discipuli: vnde si eorũ cuiuspiã fuisset liber is, illius quoq; nomẽ haberet inscriptum: quũ ante regũ Alexãdrię & Pergami tẽpora, qui plurimũ in cõparandis libris veteribus contendebant, nullus liber falso inscriptus circũferebatur. Vbi vero qui alicuius antiqui authoris volumẽ aliquod illis obtulissent, pręmijs donari cœperunt, tum demũ multi allati sunt libri sub falso titulo. At hi reges post Alexandri mortẽ extitere: Plato autẽ, paulo ante q̃ Alexander imperaret, hæc scripsit: quũ nulla adhuc fraus in librorũ inscriptionibus esset introducta, sed cuiusq; libri titulus suũ authorẽ referebat. Plato igitur fatetur se de natura aĩę cõtemplationẽ iuxta eã methodũ instituisse, quã Hippocrates in corporis natura adhibuit: neq; aliter hoc fieri posse ait, ante q̃ ipsius vniuersi natura cognita fuerit. Fuere tñ nõnulli qui tm̃ aberrauere, vt hãc adeo mirabilẽ methodũ, alterius cuiusdã esse arbitrati sint, ꝙ qui rem tam grandẽ atq; etiã tã grauẽ inuenisset, illius demonstrationẽ ascribere non dubitasset. Qui enim magnũ graueq; non sit, omniũ corporũ, quę ortui ac interitui H exposita sunt, elementa inuenisse? Qui etiã non longe maius id demonstrationibus firmasse, id q; nõ totis trecentis versibus, sed multo paucioribus cõplecti posse? Nam nec cuiquã erit verisimile Hippocratem in oĩbus suis inuentis tum ad medendi, tum ad pręsagiendi rationẽ pertinentibus, vti elementis, & eis tanquã demonstratis, quorũ tñ alioqui nullã vllibi demonstrationẽ scripserit. Hęc ex super abundanti à me relata sint, vt hunc ostenderem legitimũ esse Hippocratis librum, vt tñ in hoc non sit præcipuũ ponendum studiũ, sed potius vt veritatẽ eorum quę inibi scripta sunt, disquiramus. Quod nos in libro de elementis ex sententia Hippocratis prosequuti sumus: quem inuidi vt ab eruditis viris probari viderunt, frigidam illius calumniam commenti sunt, vt dicerent librum non fuisse Hippocratis. Verum pro confesso habetur, quòd hęc ille posuerit, quodq; in alijs omnibus particulatim conscribendis, hęc ipse semper prospexerit. Sed quoniam pre impudentia inuidi his etiam quibus omnes & assentiunt, & consentiunt, aduersantur: iccirco & aliud opus confeci cui hanc indidi inscriptionem. Quòd eandem Hippocrates sententiam in alijs libris, quam in eo qui est de natura humana, habuerit.

Galeni

GALENI DE ATRA BILE LIBELLVS

Bartholomæo Syluanio Salonensi interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Quot sint Humorum species, de Necessitate generationis atræ bilis, ac de Morbis, qui ab humore melancholico oriuntur.

Propositum Operis. CAP. 1.

DE atra bile nõ nulli longius, q̃ operibus medicę artis expediat, sermone prouecti sunt: aliqui vero & de iusta mensura quidquam detraxerũt: quemadmodum alij nihil sunt prorsus locuti, quos sanè magis accusare queas, quàm eos, qui aliquid inutile addiderunt: facilius.n. superfluum demere est, q̃ vt ipse id, quod dictum nequaq̃ est, vniuersum inuenias. Hippocrates igit vt primus id, quod ad artis officia ptinet, prodidisse, sic cõtra Erasistratus totũ mihi omisisse videtur. Nam Plistonicus, & Praxagoras, & Philotimus, cum in humorũ ratione explicanda plurimum operæ studij q; contulerint, non nulla quidem vtiliter definiuisse eorum, quæ Hippocrates indistincte scripta reliquit: quædam C vero vel falso pronunciasse videntur. Cæterum inter recentiores optime de melancholia scriptum est ab Ephesio Rufo, in quo nihil sanè desiderari iure dixeris ijs, qui secundum naturam audientes, non contentiose obloqui in primis volunt: id quod non pauci iuniorum medicorum plus nimio affectarunt, atque ij præsertim, qui se ipsi Erasistrateos, & Asclepiadeos, & Methodicos vocant: è quorum numero quidam & cauillamenta sophismatáve composuere, quibus sermonem de humoribus ad munera medicæ artis inutilem conarentur ostendere. Itaque primum nos, vt solemus, vbi id, quod vtile est, dixerimus: tum ad ea, quę dehinc sequuntur, quærenda transierimus: haud postea pigebit interrogatas rationes diluere ijs, qui artem humoribus addictam nullo vsui esse arbitrantur. Verum, nequa in disputatione obscuritas obrepat, vno pro cuiusque humoris natura nomine posito, sic ipsum interpretari perpetua nomenclatura tentabimus. At recte id fieri minime potest, nisi eorum species percenseantur. Hoc igitur iam agamus, à notissimo hominibus omnibus humore exorsi.

De communi Humorum differentia. CAP. 2.

VIdetur porrò is, siue arteria aliqua, siue vena vulnus acceperit, illico ex ambientibus ipsum va D sis effundi, rubrior ex venis, ex arterijs ferè flauior. Verum statim vterq; concrescit, non solum si è corpore excidat, sed in ipso etiam quouis loco contineatur: demum q; eius coagulationem in thrombum hoc est grumũ, spissari videmus, sic.n. Gręcis mos est concretũ sanguinem vocare. Cõcrescere autem nõ solum in ventriculi atq; intestinorum regionibus videtur, sed etiam in vesica, quò lotium congeritur, & pulmone & aspera arteria, sicuti inter thoracem quoq; ac pulmonẽ, in'que vteris in mulieribus. Superat igitur in hoc humore color magna ex parte ruber: sanguis q; optimus prorsus eiusmodi est. Quandoque vero & flauior eo apparet & nigrior, quemadmodum consistentia crassior, atq; tenuior. Interim quoq; sanguis, in quibus vena secta est, tenuem humiditatẽ continere deprehenditur: quæ, cum inter concrescendum discernatur, eius superficiei locum occupat: sanè.n. rationi consentaneum est vel ex potu simul ferri quidq̃ cum sanguine in iecore genito, quod postea non per vrinas modo excretionem capessat, verum per sudores quoque, ac eam, quam incompertam sensui transpirationem vocant. Sed interdum quoque pituitosus humor sanguini supernatans visitur: sicuti sanguis quoq; vniuersus abũde crassior & nigrior, vt sæpe liquidæ pici similis videatur. Qui ergo ex venis arterijs q; effunditur, qualiscunque sit, is vna sanguinis appellatione censetur, vtiq; nulla eius differentiarum, quas recensuimus, proprium nomen habente: confestim q; omnis concrescit, vel si in partem carnosam ad ima vsque diductus

effusus sit. Porrò similis crasso, atro q; sanguini humor conspicitur alius, quem vomentes, & deijcientes sæpe excernunt: nec tamen, quamuis multo tempore in ambiente aere moretur, gelascit. Atq; huius quidem ipsius interdum sensus vomentibus prouenit acidi simul atque acerbi: quandoque vero nullam, quæ percipi queat, qualitatem habentis: nempe neq; dulcedinem, vt sanguis: neq; salsedinem, vt interim sanguis, & pituita, neq;, vt flaua bilis, amaritudinem refert. Ergo salsum sanguinem, salsam q; pituitam, morbosos humores esse perspicuũ est. At vero sanguis, dulcis maxima ex parte videtur, pituita autem qualitatis expers, perinde ac aqua: quæ, si à naturali qualitate diuertat, nõ modo salsa, verum & acida redditur: non nunq̃ vero, & dulcis particeps fit qualitatis. Sed hunc quoque humorem, qualiscunque fuerit, si modo albus existat, pituitam appellant: habet q; omnium humorum commune indicium, nimirum non gelascere. Nihil autem referre, salsum quemuis humorẽ, ἁλμυρὸν, an ἀλυκὸν voces, cũ vtrunq; nomẽ rem eandem significet, dilucidũ plane est. Est vero & alius quidam humor, qui quidem nunq̃ non ipsum vomentibus amarus sentitur, cęterum flauus nõ perpetuo, sed interim pallidus, semper q; flauus pallido crassior videtur. Quo fit, vt ex his haudquaq̃ absurde, qui de humoribus optime sentiũt, tenuis humiditatis admistione, & consistentia aquosę, bilem flauam pallidam videri certo indicio colligant. Hanc porrò humiditatem quidam aquosam, non nulli vero serosam nominant, eius sanè generis, ex quo vrina, sudor q; proueniunt. Bilis autem flaua, vt tenui mista humiditate, & colore pallidior, & consistentia humidior redditur, ita, cum difflata ipsa admodum fuerit, crudorum ouorum vitello similis apparet, atq; ob id vitellina vocatur. Ipsa ergo bilis, seu pallida, seu flaua, seu vitellina visatur, generationem in vasis obtinet. In ventriculo autem alia quædam porracea gignitur: sic enim eam à porrorum colore denominantes vocant: sicut ęruginosam quoq;, q̃ ęrugini similis conferatur. Est & quædam isatodes bilis dicta, ab isatide cæsium colorem referente. Hæ omnes commune id habent, q̃ permaneant inconcretæ. Sic igitur & rubram non nulli bilem nominarunt, quæ ad tenuem sanguinem consistentia proxime accedit: sed, quoniam non concrescit, iccirco bilem eã appellãt. Hęc latius fortasse dicta sunt, q̃ propositum negocium postulet, tum sermonis communitate, tum cognitionis vtilitate, præterea doctrinæ compendio, qua quidem adductus sum, vt de ipsis dissererem. Sed ad atræ bilis sermonem redeamus.

De differentijs atræ bilis à cæteris humoribus. CAP. 3.

QVoniam igitur non concrescit, ab atro quidem sanguine distincta est, non tamen iam & ab ijs, quæ proprie nigra nominantur. Nam & talia sæpenumero vomuntur, & deijciuntur, quæ ab atra bile quàm plurimum, non solum facultate, sed qualitatibus quoq; sensilibus differant: quippe hæc neque acerbitate, neque acore manifeste participant, cum bilis atra tum gustu ipsam vomentibus, tum olfactu non illis solum, sed alijs quoq; innotescat: quin ne terram quidem fermentant, vt illa. Sed, quamuis hæc ipsa atra bilis in hoc quoque, aceto similis acerrimo sit, ob crassas tamen substantiæ partes ei maxime contraria est. Proinde, quibus corporis partibus pura impermista q; adhæserit, eas prorsus exedendo vlcerat. Acetum nanque, vt quod tenuium partium est, permeat: atræ autem bilis crassitudo, cum sedem ipsi stabilem firmamq; prębeat, erosionis fit causa. Sicuti autem è nigris siue humoribus, siue deiectionibus, siue edulijs dicere malis, bilis atra expositis notis plane dirimitur: ita in eo quoq;, q̃ ne musca quidem, aliud've quoduis animal gustare eam velit, vti neque meram salsedinem: neque.n. in ea degit animal, vt mare, quod mortuum vocant, argumento esse potest. Atque iccirco exitialis eius generatio esse videtur, vt quæ atro humore superassato contingat. Multo vero hac profecto perniciosior censenda est ea bilis atra, quæ à flaua bile superassata progignitur: quanto nimirum & humor humore efficacior est, nempe flaua bilis, quàm ea, quę sanguinis veluti subsidentia existit: quam amurcæ, fęci q; similem obtinere generationem prodiderunt ij, qui circa artis opera studiose versati sunt. Verum, quemadmodum rebus in alijs compluribus, quę ęquiuocæ quidem inter se sunt, sed natura contrariæ, quosdam communitas appellationis fefellit, ita in duobus quoque dictis humoribus quidam decepti, aliquid atræ bilis vomi ac deijci, sæpius boni consuluere. Ego vero, cum ab adolescentulo apud Pelopem præceptorem notas vtriusque humoris didicerim, tum eas per totam vitam meam ad hoc vsq; temporis obseruauerim, semper exactæ bilis atrę humorẽ letaliter excerni, nigrorum autem euacuationem non infrequenter bonis auspicijs fieri conspexi. Satis igitur & hoc tantum sit, ad munera artis, cognosci: eo q; maxime, si cum certorum temporum discretione, in quibus excernitur, rationem percipias, quam ego post hac explicabo. Ei vero, qui longo vsu rem non dum nouit, de vtraque euacuatione admirari fortassis, aut minus credere par est, si prauissimo humore excernendo corpus lędatur: siquidem contra ratio dictare videbitur, si lædentia egerantur, ipsum saluberrimum reddi: ergo hac ratione & euacuatio nigrorum. Verum is, qui longo vsu persuasus est ita fieri, vt à me modo dictũ est, facile euentus causam inueniet: præsertim q; vbi, quę bilem atram generent, cõperire volet: quorum inuentionis initiũ iam dictum est. Sed pręstat & vniuersum sermonẽ adijcere. Cibi.n. liquamen, chylus've, quod ex vẽtriculo atq; intestinis in iecur trãsmittitur, partim tenuioribus portionibus, partim crassioribus consistit: sicut ipsorum quoq; esculentorum substantiæ differunt. Cum autem nos naturam corpus gubernantem, omnia pro salute animalis

A animalis agere intelligamus, videamusq; etiam meatus ad inutiliores cibi ac potus partes excernendas paratos, haudquaq; esse mirũ videtur eam sanguinis quoq; subsidentiæ euacuationem aliquam artificiose adinuenisse: quæ qualis nam sit, & per quas fiat partes, alias perscrutabimur.

De vnius partis morbis, qui ob melancholicum humorem fiunt. CAP. 4.

NVnc vero prius, quæ per experientiam nouimus, principium futuræ in hoc sermone disputationis statuẽtes, ea, quæ nobis ipsi persuademus multo tempore scrutando examinandoq; comperisse, dicemus. Sanguis igitur in vena secãda crassior, & nigrior in siccorum calidorumq; corporum naturis conspicitur: sicuti & per anni eiusmodi tempora, & loca, & cœli status, & artiũ studia, & victum in cibis crassis, siccisq;, quales sunt lens, & cochleę, & carnes taurinæ & hircinæ, magisq; si sale conditæ asseruatæq; fuerint: eiusmodi materiæ est & nigrum vinum crassum & austerũ. Sic vero, & quicũq; per calidã siccamq; intemperiem fiunt morbi, vt ardores causi ve, crassum atrumq; sanguinem reddunt. Simile quoq; ijs effecit longa hæc prolixiore æstate pestilentia orta: nec paucis eorum, qui seruati fuere, nigrorum dictorum excretio per inferiorem ventrem fiebat die, maxima ex parte, nono, vel septimo, vel vndecimo: Quorum etiam ipsorum complures differentiæ apparebant, quippe cum aliqua ad atram bilem proxime accederent: quædam vero ne mor-
B dicationem quidẽ, nec fœdum odorẽ in deiectionibus haberẽt: multa quoq; inter hæc, media cõsisterent. Quibus vero ægrotantibus excretio per inferiorẽ ventrem haud talis fiebat, ijs corpus totum pustulis, quæ nigris exanthematis similes essent, circũ vndiq; scatuit. Interim quoq; & veluti squama decidebat, siccescentibus nimirum ipsis, euanescẽtibusq;, cæterum paulatim, pluribus post crisim diebus. At, qui puram exactamq; atram bilem deiecerunt, omnes periere: talis nanq; assatum sanguinem esse indicat. Sed & alia quoq; pluribus non febrientibus exanthemata per cutem crassescentem siccescentemq; oriri videmus, vtiq; natura melancholici humoris redundantiã foras extrudente: cuius generis est is, quem elephantem nominant. Vbi autem simul cum febre quidquam tale fit, carbonẽ appellatum gignit melancholicus humor, qui in cutẽ decubuit. Quod si citra febrem abscedat, cum sanguini admistus est, elephantem parere suapte natura solet: cum autem solus impermistusq;, principio nigrum tumorem efficit, deinde in cancrum nominatum spatio temporis desinit, vtiq; cum cutem exedendo, acrior cõtumaciorq; fuerit: cum mitiusculus est, sine vlcere cancrũ latentem, vt vocant, producit. Dilucide.n.oẽs id genus affectus, & cancer præsertim, à melancholico fiunt humore, cum venæ, quæ in partẽ affectam perueniũt, crassum atrũq; humorem continere aperte visantur. Etenim sanguinem defęcare expurgareq; nunq; non tentat
C natura: quod vitiosum est, ab eo secernens: tum à partibus pręcipuis modo in ventriculum atque intestina, modo ad extrariam superficiem depellens. Sed, quæ eius generis tenuioris substantiæ sunt, ea partim per difflationem, quæ sensum refugit: partim sensibiliter, vt per sudores, cutẽ perrumpunt. Quæ aũt sua crassitudine per cutis densitatẽ traduci non possunt, sed intus coercentur detinenturq;, si calida sint, carbones: si minus talia, cancros progignunt. At, cum ater humor qualitatibus mitis remissusq; est, ac sanguini commistus, subrubros elephantes parit: q si vel hi spatio temporis perdurent, nigriores redduntur. Sæpenumero aũt natura, vasorum sedis venam recludens, talem permistum sanguini humorem excreuit: vnde & græci hæmorrhoidi nomen symptomati indidere. Oportetq; ex ea perdiscere, qualis sit is, qui excernitur sanguis: vtrũ qualẽ gymnastici, & athletæ, & inter vulgares ij, qui integra sanitate fruuntur, quiq; succis bonis præditi sunt, habent: an nigrior eo crassiorq; existat: Quinetiam, vt sæpe talem sanguinem natura in crurum venas deponat relegetq;, à quo distentæ atq; ampliatæ, varicosæ reddũtur: cutisq; venis eiusmodi obtẽta, tractu temporis nigrescit: Tũ, in quibus sanguinis tantũ copia, nempe qui melancholicus non sit, illabitur, venas ibi desitas natura imbecilliores decũbendo dilatet, nullo sanè eius generis eueniente, vt in quibus melancholicus sanguis varices procrearit: nam periculum in his est, ne, si
D affectas resecueris venas, melancholia corripiantur: etenim hoc crebro fieri visum est, non solum in varicibus, sed in hęmorrhoidibus etiã, quæ ab eiusmodi humore proueniunt. Porrò, cum in tibia diu quidam vlcus haberet, vena superposita, quæ varicosior erat, excisa, ilico quidem ex vlcere antiquo curatus est: sed, quod ex incisione vena exempta est cõsecutus, insanabile permansit. Deinde vero aliquando post annum, cũ vnus pręceptorum meorum, quos Pergami habui, Stratonicus nomine, Sabini Hippocratici discipulus, venam in cubito hominis secuisset, spectassetq; sanguinem crassum atrumq; excerni, postero die rursus parum detraxit, tum tertio & quarto similiter parum: cumq; ab his tribus, medicamine atrum humorem euocante purgasset, atque ei victum boni succi præmolitus esset, ad vlceris curationem descendit.

Atræ bilis generationem esse necessariam. CAP. 5.

QVod igitur in venis arterijsq; humores omnes vnà cum sanguine contineantur, & coloris consistentiæq; ipsorum varietas indicio est: & ea, quæ nunc diximus, declarant: ad hæc etiam, quæ in commentario de natura hominis ab Hippocrate prodita sunt: de quibus in libro de elementis ad eius mentem conscripto latius disserui. Sed & nunc quoque necesse
« est recensere, ab his ipsius verbis || initio sumpto. At corpus hominis in se ipso sanguinem, & pi-
« tuitam, & bilem duplicem, nempe flauam, atramq; obtinet: atq; hæc ipsi sunt corporis natura: ob

1. de Natura hum. à t. 18. ad 23. fol. 30.

ea q; dolet,& bene valet. Ergo sanitate tum maxime fruitur,cum mediocri hæc inter se tempera- E » tione,& facultate,& copia constant,præsertim q; si promiscua sint: dolet vero, cum horũ aliquod » plus minus've iam semotum in corpore est, neq; omnibus permistum. Nam,vbi horum quodpiã » secretum est & per se stat, non eum locum modo, vnde discessit,morbo grauari necessum est: ve- » rum cum quoq;,vbi substiterit hæserit q;,cum supra modum refercíatur,dolorem laborem q; præ- » bere. Etenim,cum horum aliquod superfluẽs,largius è corpore effluit,vacuatio dolorẽ affert. Rur » sum,si intro vacuetur,traducatur q;,& ab alijs segregetur,necesse admodum est,duplicem dolorẽ, » vti diximus, pariat,nempe & vnde prodijt, & vbi exuperauit. Ergo tunc sanum animal esse,cum » hæc commodam inter se temperaturã obtinent: ægrotare autem,cum ex eis redundantia quędam in corpore toto, id est vasis omnibus, aut in parte aliqua vna sit,is,q in artis operibus versatus est, vera dicere Hippocratem affirmabit. Cum.n.paulo ante vnius partis morbos,qui ob melancholicum humorem fiunt,percenserem,alios declaraui melancholia correptos ex varicum quoq; sublatione aut hęmorroidis. Sed in partibus quoq; nõ conspicuis in corporis profundo similes ijs,qui in cute consistunt,affectus gigni ratione non caret. Ita.n. sane,si bilis flaua in partẽ quãpiam vnã decubuerit,erysipelas fiet: si nigra, carbunculus, & cancer: Neque vero profecto intima corporis adamantis constitutionem obtinent, sed ea quoq; ijsdem affectibus obnoxia sunt. In quibus itaq; F causam,quæ euidenter efficit,certo dignoscere licet, in ijs plane & flaua bilis atra q; intestinorum erodere alia's aliud videntur: nimirum in quo potissimum hæserint sese q; firmauerint: interdum quoq; insanabilem prorsus dysenteriam reddere. Proinde Hippocrates in aphorismis || scriptum reliquit, Dysenteria si ab atra bile inceperit,lætale. At ego supra incurabilia ea omnia esse dixi, quæ vlcus ex atra bile contraxere: nisi quis curationem vocare velit,cum partem affectam totam circũcisam vndiq; ad incolumes vsq; absciderit. Vt igitur ab atra bile intestinum omni prorsus negato auxilio,à flaua autem ægre impetrato vlceratur,sic aliarum quoq; partium quamlibet vlcerari constat,quæ latent in imo,longe q; sunt intestinis prestantiores. Adde,quòd intestinorum curatio facilior est,medicaminibus per sedem immissis ad ipsa affecta se protinus applicantibus: cum in partibus alijs ne id quidem fieri facile possit. Ij ergo,qui nihil de atra bile considerarunt,non contemnendam,neq; exiguam partem artis immeditatam reliquerunt: magis vero etiam,qui nec de flaua prodidere. Sed,qui neque de ijs,neque de pituita considerarũt,haud facile enumerare queas, quot & quàm necessaria speculamina artis omiserint. Itaque Erasistratus de atra bile nihil omnino scriptum reliquit: de flaua pauca,eaq; simul nec vera omnia tradidit. Nam sic quidem de ipsa ait, Biliosa porrò humiditas quòd necessario excernenda sit, testes sunt affectus complures adoriẽtes,nem- G » pe regij morbi,& phlegmonæ circa iecur genitæ, alij q; non pauci. Vtrum autem in cibi confe- » ctione,quæ circa ventriculum fit,talis ea gignatur: an mista in ijs, quæ ingeruntur,deforis immi- » gret,nihil medicinæ prodest considerasse. Hæc quidem de flaua bile Erasistratus in primo sermo- » num vniuersalium scripsit. Qui autem aduersus eum disputãt,si ipse,inquiunt,flauam bilem, quæ supra modum creuit,noxam ingerere fatetur, eam nequaq̃ gigni præstaret: quod si hoc nequeat fieri,saltem q̃ minimam. Atqui nec potest,quo minus gignatur,à quoquam prohiberi: neque, si hoc liceat, certe non scita rei generationis causa, vt perquam exigua gignatur, prouideri potest. Huius ergo substantia humoris in cibis & potibus continetur. Sed,cũ in ipsis videlicet discrimen omnino sit,alij plus eius,alij minus,alij nihil fortassis obtinent. Quòd si creetur in corpore,in quibus potissimum id partibus fiat,& qua causa ipsam efficiente,scire medicos oportet. Est vero hęc disputatio communi sermoni de humorum generatione coniuncta : de quibus nihil prorsus literis mandauit Erasistratus. Quamobrem nec quantum in ipso est,nouimus,qui boni,qui mali succi sint cibi, quæ vitæ instituta,tum vel magis quæ ipsa hominum natura: tametsi non nullos videamus,quacunque victus lege regantur, vel amaræ bilis humorem multum, vel melancholiæ, vel pituitæ colligere. Quòd enim is quoque causa fiat non paruis morbis committendis, alio li- H bro demonstratum est. Sed & Erasistratus ipse quosdam affectus ab eiusmodi humore fieri confessus est. Atqui, cum culpam in prauos humores reijcere modis omnibus caueat,tamen lentos crassos q; humores ipse neruorum resolutionis paralyseos've auctores fieri declarauit,ad hunc modum scribens, Accidit igitur affectus,vbi intercalatio fit humorum in spiritus vasa,in neruis de- » sita,quibus voluntarij motus complentur. Et paulopost, Intercalatio fit, inquit,cibi, à quo nerui » aluntur: cæterum is lentus,tractitius q; est,nec facile excernitur. Quòd autem apoplexiam, & le- » thargum,& comitialem morbum,alios q; complures pariat eiusmodi humor collectus, non pręterea dixit.

4.Aph. 24 Ex. or.29.h

De Causis,quæ Atram bilem augent vel diminuunt. CAP. 6.

SEd propositum mihi nequaq̃ nunc est aliorum humorũ vires explicare, cum scribere de atra bile instituerim,quam Hippocrates || necessariam quidem habere generationẽ dicit: quo modo autem vberior non fiat,docuit, à liquidò apparentibus auspicatus. Nam & in animantibus, quę temperaturis calidiores sicciores q; sunt,in ijs plus generari videtur: in q; calidioribus simul & siccioribus anni temporibus, locis, cœli constitutionibus, studijs lassitudines & curas & vigilias exigentibus,edulijs" quoque crassis atq; siccissimis. Quin & corporis color totius nigrior est ijs,qui

de Nat. huma. t.27. & 35. fol. 31.& 32. Et 4. de morbis non longè à principio..

À.l. 1. f. 1. t. c. 2. fol.8. e

A ijs,qui bilem eiusmodi aggerere natura sunt apti: Item in morbis ardentibus causi've naturam referentibus, quicunque sine humiditate generationem obtinent: in quibus & sanguis, si quando erumpat,destillet've,ater profluit. Causas igitur, à quibus melancholicus gignitur humor,eiusmodi apparentia indicant. De eorum autem purgatione hæc euidentia inuentionis præmonstrant viam. Lien diu suo munere vitiose fungens, siue ob phlegmonen, siue ob scirrhum, siue ob imbecillitatem,coloris vitia magis ac magis ad nigrum declinando toti corpori impertit. Sed & ipse iecore semper nigrior est,prętertimq; in calidæ & siccæ temperaturę animalibus,qualia sunt ea omnia,quæ dentes pectinatim inserunt iunguntq;: sicuti contra omnia temperaturam,quàm illa, frigidiorem ac humidiorem nacta,vt sues,liene sunt non admodũ nigro. Nigrior autem bubus lien est,si secundum naturam sese habeant: cęterum,vbi cõsenuerint,multo quadantenus nigrior redditur. Sed & huius quoque visceris gustus,licet elixi,acerbum quidpiã habere videtur,minime q; iecori simile. His igitur adducti veterum tum philosophorum tum medicorum optimates purgari iecur à liene pronunciarunt,cum ad se,quidquid in sanguine limosum est, trahat. Tale autem id est,vt dixi,qualis in vino fęx,in oleo amurca. Verum iuniores,qui in sectis condendis nihil sibi reliqui faciunt,sicuti complura alia falso prodiderunt,ita & nil egere medicum ad munera artis hu-
B morum contemplatione: Ad hęc quoq; primum omnium,purgantia medicamina frustra vocata purgantia, cum humores æqualiter omnes in corpore contentos, nedum eos, qui lædere videntur,educant. Hippocrates vero, ‖ quòd ea purgent, pro re confessa vsus,in vniuerso vitæ tempore quatuor in corpore hominis contineri humores demonstrat: neq; ętatem,in qua omnes non sint, vllam esse,neq; anni tempus,neq; corporis naturam. Nam eo, ꝙ flauam bilem trahentia medicamina regio morbo correptis prosunt: quę autem aquam educunt,hydragoga dicta,vtricularios ascitas've exhauriunt hyderos: quæ item extrahunt nigra,elephantum, & cancrorum incrementum prohibent,compertum videbatur veteribus quoduis purgantium medicaminum peculiarem sibi trahere humorem. At,si verum esset omnes,qui in vasis continentur,humores trahi à medicamine,pro illius facultate alterascentes,vtique perinde esset aliquo eiusmodi medicamine purgari, atque per venam sanguinem mitti. Quid ergo aquam euocans medicamen in hyderis præbemus, cum vena secta haurire sanguinem liceat? cur aquosi plurimum in ijs, biliosi minimum exigitur humoris: contra vero in regio morbo affectis biliosi plurimum, aquosi minimum? Quamobrẽ vero à medicamentis aquam educentibus iuuantur, vbi euacuati commode fuerint: nemo autem ex ijs,qui per purgatoria factas vacuationes cum venę sectionibus tantundem obtinere digni-
C tatis credunt,sanguinem ipsis demere est ausus: sed non nulli quidem & aquam educentibus medicamentis euacuationes moliuntur, omnes vero vrinas mouentibus vtuntur? tametsi in ijs quoque oportebat,dicentes ex sanguine,dum à renibus alteratur, vrinarum fieri generationem, venã magis hydericis pertundere,quàm vrinam cientibus medicamentis curare. Superfluum nanque vno aggressu amouere satius est, ꝗ id sępius multos dies paulatim agere. Itaq; seorsum à nobis & aduersus hãc sententiam scriptum est vno commentario,qui inscribitur,in vanam opinionem de vrinarum discretione. Tum non'ne recte bona pars hominum sese ijs credit, qui artem administrant magis vsu ratione carente,quàm rationali peruersione? Nam,quod non nulli eorum dicere solent, verissimum est,multo melius se & sanorum & ęgrotantium victus rationes nosse,quàm qui sophistice deblatterant: qui,vt alia missa fiant,vitam pręterea nostram terunt,dum ea primum legimus quæ sectę suæ proceres perscripserunt: tum audimus,quæ opitulantes illis dicant,tum demum eorum sophismata soluere cogimur.

1.de Nat.hum. t.8.fol.29.b

Contra Erasistratum de Lienis vsu. CAP. 7.

HIppocrates ergo vir quidam honestus bonusq; videtur fuisse,non honoris aut glorię,sed veritatis amator. Quòd,siquis etiam gloriam ipsum vel honorem affectasse dicat, profecto &
D eam consequi illi viro fuit facillimum,vt qui cum illustribus sectis se ipso antiquioribus, verbis cõtendere nequaquam voluerit: neque enim vlla satis fuit pręclara. At eo posteriores insatiabiliter immeritæ gloriæ libidine vexati,contradictionibus aduersus se vetustiores adductis proprias sectas prauas constituerunt: quanꝗ eorum non nulli morum probitate ac modestia non ineleganter pręditi essent: inter quos vel Erasistratum censeas. Sed & hũc aduersus Hippocratem lis, pugnantia sibi ipsi compulit scribere. Nam quo pacto pugnantia non dixeris, animalis naturam partibus omnibus non sine prouidentia formatis, frustra inter eas totum lienis viscus fabricasse? Quis non norit quosdam eiusdem cum eo factionis,viri dicta de liene aperte damnasse,& propterea hoc viscus affirmasse succum,qui ex cibis fit,ad frugi sanguinis generationẽ pręparare iecori? deinde omentum, veluti mesenterium quoddam aliud, fecisse suo sermone, haud intelligentes opotere venas ex omnibus intestinis, non è solo ventriculo, ad id succum alumnum referre? Quòd autem peruicax Erasistratus nequaquam persuasus contemplationem de humoribus inutilem medicis esse, nec qua in parte animalis sanguis gignatur,expresserit,nec qua de causa, nec quo pacto,perspicuum id argumentum est, ꝙ nullius affectus ab atra bile,aut prorsus melancholico humore facti meminerit: quanꝗ priores eo non solum philosophi,& medici,sed omnes vulgo affectum quendam melancholicum nominant: purgationeq; albi veratri curationem aggrediuntur.

* *nigri forte legendum vide Diosc.*

Nemo.n.inter Græcos altus,adeo rudis,indoctus q; est,quin legerit,vel audierit Prœti filias furo- E re percitas,sic à Melampode purgatas,curatas q;.Quo fit,vt non supra ducentos,aut trecentos an nos, sed multo plures celebris hęc purgatio fuerit, oĩbus quoq; inter id tẽporis medicamine vsis. Itaq; satius erat Erasistratum minus tuto digladiantem pede collato demonstrare,neq; melancholiam,neq; insaniam alioquin vllam ab atra bile proficisci: vti nec cancrum,nec elephantem,nec fe rina in phrenitidibus deliria,nec varices,nec hęmorrhoidas,neq; multos ablatis ijs in melancholiã incidisse. Sed dicere nihil eiusmodi est ausus,taxari ab ijs veritus,opinor, qui in artis operibus accuratius versantur: in quibus demonstrationes,non in rationibus sophisticis, medici veteres facti tabant. Causam igitur quisquam mihi eorum, qui ab ipso denominantur,exponat,cur in temperatura calidis siccis q; animalibus lien niger visatur,vt neq; comedi possit. Nam in suibus,cui nõ pariter,ac iecur,edendo est, non tamen cibo ineptus. In leonibus autem,& leęnis,& pantheris, & leopardis,& vrsis, & lupis qui eorum carnibus non insuauiter vescuntur,abstinent liene, vti nequaq̃ esculento: quanq̃,si ijs,quæ comeduntur, & bibuntur, fruatur primus, cum maxime, si fieri potest,vel iecore ipso,ad vsum edendi magis idoneũ esse oportebat: sin minus,profecto non oĩno deteriorem. Ergo,cum ipse Erasistratus,vt ratiocinationes de eiusmodi rebus sibi mutuo consentiant, opus esse affirmauerit, haud scio, quo modo refellendas ab euidentibus rationes,quas ne earum quidem patribus auctoribus q; ipsis perpetuo tueri fuit integrum, quidam admittere patian- F tur. Reticens igitur Erasistratus de succi substantia neruos alente,eam describere coactus est,vsu ad paralyticorum curationem exigente,lentum inquiens & tractitium nec facilem excretu cibum esse, à quo nerui aluntur: & quidem neq; id aliunde collegit,q̃ ex ijs, quę circa neruos apparent. Etenim,si elixentur,si putrescant, in eius generis humorem dissolutionem habent: sunt q; in naturali habitu prorsus exangues. Verum, nisi concessum sit partem quamlibet proprio germano q; humore suæ substantiæ ali, fides sermoni abrogabitur. At, si partes singulas nutrit familiaris humor, fieri non potest, vt animalium, quæ serratis dentibus sunt,lien dulce alimentum obtineat. Quòd si lienis forma potissimũ in ijs manifesta apparet,vt pote acerbam acidam q; aperte qualitatem habentis, humorẽ quoq;, quo is alitur, talẽ esse liquido constat.Quapropter id genus animalium opifex, è sanguine,quidquid limus & fęx eius est,expurgare non neglexisset: quemadmodũ nec biliosum,serosum q; excrementum.Ergo,si in corpore humores oẽs contineri videmus (demonstrauit hoc nimirũ Hippocrates‖ex eo,quòd excernantur in sanis oẽs, cum à proprio medica mine quilibet trahatur)non vtiq; ars,quę animalia format,instrumentũ aliquod fabricare melancholici humoris trahendi neglexisset. Neq; vero partem quãpiam aliam posthabito liene excogitare queas eiusmodi humori addictam. Forte igitur etiamnum quæres, per quod vas crassitudo G sanguinis ad ipsum feratur: neque credes per vnã venã non solum lienem,sed ventriculũ quoque, in longioribus inedijs proprium attrahere humorẽ. Si memoria tenes ea, quę in cõmentarijs de facultatibus naturalibus demonstrauimus, nec horũ quidq; exquires, nec quo'nã pacto per easdem venas ex ventriculo in totũ corpus alimentũ feratur, rursum q; ad ipsum per easdem deferatur & cõmeet. Nam tũ in purgationibus à medicamine factis: tũ vbi natura in morbis decernendis corpus expurgarit: sicuti in sanis quoq; sæpenumero per lõgiora ieiunia,sanguis optimus ad ventriculum nutriendi eius gratia fertur: nec pauca interdũ excrementa per easdẽ venas affatim ex toto corpore excernuntur. Sed de his omnibus in naturalium facultatum commẽtarijs demonstratum est: oportet q; contradicentem non ad conclusiones demonstrationum, rationes sciscitari,quas in libris illis confutauimus, sed euidentes probationes nostras falsas demonstrare: aut,si horum nihil prestiterit,verecunde silere: id quod fecit Erasistratus,nihil de humorum generatione & facultate vsquam locutus.

i.de Nat.hum. t.18.25.27.

Contra Erasistratum de nigrorum excretione. CAP. 8.

AT, vbi paralyseos curationẽ scribere aggressus est, nutrientis neruos humoris meminit,ne- H cessitate cõpulsus: queadmodũ & in secundo de febribus adstipulatus veteribus est, cum mẽ sium excretionem nõ simpliciter euacuationẽ,sed purgationem nominarit,perinde ac eã quoque, quã purgatoria medicamina moliũtur. Sic.n.& λοχείαν i.proluuiem in partu,purgationem antiq medici,non absolute euacuationẽ,appellauere.Cum.n.natura,q̃ fœtum "format auget q;, vteri ge rendi tempore optimum sanguinem trahat,relinquitur portio in venis deterrima,quæ post partũ excernitur: vti singulis mensibus superflua & inutilis, non solũ quantitate,sed etiã qualitate: quæ sanguine secundum naturã habente magna ex parte nigrior est. Erasistratus ergo in secundo de febribus ita scripsit ad verbum. Itaque operæprecium est, vt is,qui recte curare velit,in re medica » exerceatur: neq; symptoma vllum, quod in morbo eueniat, inscrutatum relinquat,sed accuratius » contẽpletur: nec,in qua quodlibet eorũ fiat dispositione, paruo negocio perpẽdat. Siquidem vsu » aliqñ euenit mulieri, dum febre conflictaretur, videretur q; & leuiter & tuto se habere,nigrarum » vrinarum excretionẽ fieri,quales inter signa deterrimæ describuntur. Cum q;, excretio qua'nã in « dispositione facta esset,quæreretur,tunc mulieri purgationis dies aduentare videbantur: verum, » cum hæc nequaquã excretio fieret,in vesicam,quæ collecta erant, iter arripuisse, ex ea q; excretio- » ne leuitatem magis,quam difficultatẽ, quisquam fieri mulieri existimasset: id quod vel in eo spe- » ctaculo

A.l.1.f.1.d. c.1.fol.10.a

A ſtaculo contigit. Quod igitur nigra, nõ facta purgatione mẽſtrua, ſæpe mingãtur: quod q; mulie res ſic ægrotãtes leuari ab ijs magis, q̃ exacerbari, cõtingat: & itẽ purgatio euacuatio per vterũ ſit, declarauit Eraſiſtratus, recte narrans vtilem eſſe, quẽ habuit ſermonẽ, tum ad propoſitã diſpoſitio nẽ dignoſcendam, tum ad futura etiã præſagienda. In omnibus igitur, quæ citauimus, melancholicum humorem atteſtatur in humano corpore gigni, vti ſanè & billioſum, & pituitam. Porrò à nobis demonſtratum eſt pituitoſum humorẽ ex pituitoſis cibis, in prima, hoc eſt vẽtriculi, cõcoctione fieri, vti bilioſum & melancholicũ in iecinore. Mutatur & in cõcoctione, quã obit in ipſo, pitui toſus in ſanguinẽ: proinde nullum ei peculiare datũ inſtrumẽtũ eſt ad ſanguinis purgationẽ, quẽ admodum vtraq; veſica, & lien: nam hæ bilioſi humoris ſunt, & ſeroſorum excrementorũ, liẽ melancholici humoris. Quod.n.in ventriculo generatur, ac cum humoribus, qui ex cibo & potu in iecur digeruntur, perfertur, dũ cum ijs vnà concoquitur, ſanguis euadit: quod aũt in regionibus ventriculi eſt reliquum, à defluente ex iecinore in ipſas bile exterſum, per inferiorem ventrem egeritur. Cęterum, & hæc norit Eraſiſtratus, proditur ex ijs, quorum in curandi rationibus, propter eius vſum coactus eſt meminiſſe. Cũ vero taceat in plurimis, obumbrare occultare q; ea deprehenditur data opera velle, quæ de humoribus recte veteribus ante ipſum medicis prodita ſunt. Vt.n. B cæteris omiſſis, id, de quo verbis nuper in mediũ adductis obiter quodã mõ meminit, deinceps cõ « memoremus, haud ſanè quis habeat ipſius reticẽtiæ rationabilem cauſam aperire, cũ ſcribat, Siqui « dẽ vſu aliqñ euenit mulieri, dum febre conflictaretur, videreturq; leuiter & tuto ſe habere, nigrarũ « vrinarum excretionẽ fieri, quales inter ſigna deterrimæ deſcribũtur. Nigram igitur vrinã ſcriptã eſſe ſuperioribus medicis inter ſigna inauſpicatiſſima ſcire ait, quaſi, quæ ab ipſis de vrinis ſunt ſcripta, perlegerit, magnã ſanè vim in ijs obtinentia, qui acutis febribus laborant. Oportebat itaq; ipſum in libris de febribus, atq; in hoc ſecundo potiſſimum, in quo hęc ſcripſit, rationem de vrinis « enucleatius explicaſſe. Hippocrates quidẽ in prognoſtico ‖ ita ſcriptum reliquit, Vrina aũt opti- « ma eſt, cum ſedimẽ album, & leue, & æquale extiterit perpetuo tẽpore, vſq; dum iudicatus fuerit « morbus: nam & in tuto rem eſſe, & morbum breuem fore ſignificat. Quòd ſi intermittat, & mo- « do purum mingat, modo album, leueq; ſubſidat, morbus prolixior euadit & minus tutus. At, ſi « vrina ſubrubra, & ſedimen ſubrubrum leueq; fuerit, fit quidem is diuturnior priore, ſed impẽdio « ſalutaris. Sedimina aũt confracti hordei fruſtulis ſimilia in vrinis, mala: ſed ijs etiam peiora folio- « ſa: alba aũt, & tenuia, admodum praua: verum adhuc deteriora ijs furfuroſa. Nebulæ aũt, quæ in « vrinis feruntur, ſi albæ, bonæ: ſi nigræ, malæ. Quoad vero rufa, tenuisq; vrina eſt, incoctum mor « C bum ſignificat. Quòd ſi multo tpe talis perſtet, periculũ eſt, ne vſq;, donec maturuerit morbus, per « durare homo poſſit. Pernicioſiſſimæ autem ſunt vrinarum aquoſæ, & fœtidæ, & nigræ, & craſſæ. « Sunt porrò nigræ vrinæ mulieribus, & viris peſſimæ: pueris vero aquoſę. Qui autem multo tem « pore tenues & crudas mingunt vrinas, ſi cætera, vt euaſuris, adſint indicia, hos ad regiones infra « ſeptum tranſuerſum abſceſſum expectare oportet. Pinguedines quoq; per ſumma innatantes ara « neoſas dãnare: colliquationis enim indicium. Contemplari vero oportet & vrinarum, in quibus « nebulæ, num in imo, num in ſublimi ſint, & colores quales habeant: tum, quæ in ima ferũtur cum « ijs, quales diximus, coloribus, probas eſſe, & commẽdare: ſublimes autem cum coloribus, quales « dicti ſunt, malas eſſe, & criminari. Te vero ne decipiat, ſi quo veſica ipſa morbo laborans, vrinarũ aliquam harum edat: non enim corporis totius, ſed ipſius de ea ipſa, eſt nota. Hæc cum ſcripſerit Hippocrates, & poſt hunc his ſimilia Diocles, atq; Praxagoras, ratio poſtulabat, vt verum ne, an falſum afferant, Eraſiſtratus diceret, ſententiæ ſuæ ratione adhibita, vti etiam de ijs, quæ vomũtur, & deijciuntur: inter quæ nigra dicta habentur, præterea exquiſita bilis atra. Quinetiam cõfuſum quidpiam diſtinguere in vocis communitate melancholicorum humorum erat neceſſe: id quod ego ſuperius diſcreui. Eraſiſtratus ergo totam artem de humoribus reliquit. Ego vero nõ de om D nibus, ſed de ſola bile atra, dicere hoc loco propoſui. Quæ ſermonis quidem communicatione de cæteris ſcripſi, alijs libris explicui.

Lib. 2. à tex. 16 vſq; ad 37. fol. 200. & 201.

Experientia indicatur atræ bilis generationem eſſe neceſſariam. CAP. 9.

CÆterum de atra bile, quæ longa experientia mihi certo cognita comperta q; ſunt, nũc addã, ſanè profutura ijs, qui medicę artis nõ ſophiſticis ſermonibus, ſed operibus ſtudent. Oẽs.n. quotquot ex melancholico humore fiũt affectus, ſtatim inter initia ſtrenue purgãs, talem humorẽ euacuãtibus, creſcere, phibebis, vel vſq; ad cancros. Operæ vero pciũ eſt admirari eos, q, ſiue inuiti ſiue libentes, cauillamenta ſcripſere, vt melancholicũ humorẽ de medio tollerẽt. Aiunt.n.in ijs, qui ſe præter naturam habent, dũtaxat gigni: cum nemo, qui prorſus boni ſucci ſit, bilẽ in corpore atram concipiat. Si igitur, inquiunt, Athletæ cuiquã optime diſpoſito medicamen, quod bilẽ atram egerere dicitur, dederis, euacuari eam videbis: veluti, ſi ea quoq; ingeras, quæ flauam bilem expurgare credita ſunt, euacuari illam ſpectabis: (quo etiã argumento conſtare dicũt, ſanguine vi medicaminis alteraſcente fieri in biles mutationem:) quemadmodum, vel ſi, quod pituitã exciat, præbeas, tũc quoq; pituitam reddi conſpicies. Similiter, ſi tenuem ſaniem vacuare credita optimi ſucci hominẽ ſumere coegeris, tũc quoq; ſaniem quandã aquoſam tenuẽ exhauriri videbis. Prius igitur, q̃ ſit demonſtratum purgatorium quoduis medicamen vnum certum trahere humorem,

quem

quem educere natum est,eorum ratio quiddam probabile habet: at hoc demonstrato mendacium E ipsorum deprehenditur. Ostensum enim est proprium à quolibet trahi humorem,ex eo,quod data hydericis medicamina tantam quandoq; euacuationem moliuntur, vt totas impleāt matellas, eius vero,quod euacuatum est,proportione venter compescatur, & leuentur manifeste ægri, faciliusq; spirantes fiant. Quæ autem in regio morbo exhibentur,bilem flauam educūt,plurimā,& laborantes iuuantur. Quòd si contra ictericis medicamina, quæ aquam educunt, dederis: quæ bilē hydropicis,proprium humorem euacuabis parcissimum: tātum vero abest, vt languentes iuues, vt etiam grauiter lædas: perinde ac etiam,si ijs sanguinem mittas. Quanquā ex eorum sententia, qui à purgantibus medicaminibus humores in corpore putant alterari pro sua cuiusque trahentis natura,venam incidere,ei,quod est purgare,parem vim obtinebit. Nos igitur,quēadmodum medicamine aquam eliciente,vtriculario hydrope laborantibus dato, & humorem redundantē euacuamus,& ægrotum iuuamus,ita ipsi quoq; phlebotomiam assumentes, quo desinat remedium, cernunt. Ridiculi quoq; ex eo sunt,q,cum nullum in corpore bilis atræ capax instrumentum sit, vt flauæ bilis vesica,q̄ iecori inhæret,locupletissimum argumentum id esse existimant melancholicum humorem in corporibus integra sanitate fruentibus nequaquam esse. Neq; enim vel pituitam in nobis esse concedent: vti nec flauam bilem in columbis: cum vesicam iecinori adiunctam, F perinde ac aliæ quędam animantes,non habeant. Et sanè se ipsi,non enim nos profectò, ęquiuocatione fallunt,cum melancholicum humorem,quē in sanis generari dicimus, semper de atra bile appellari putent: quā in corpore præter naturā habente asserimus procreari. Non.n. in exacte sanis bilis atra eadē est,atq; in nō nullis,qui è naturali habitu excessere: verum vtranq; melancholicum humorem nihil prohibet vocare. Diximus iam & supra de his. Sed & nunc quoq; eorum gratia qui falsis rationibus & se ipsi decipiunt,& eos,qui Hippocratis sententiam ad amussim perdidicere,haud ab re fuit ea breui summa ad memoriam reuocasse.

GALENI DE OPTIMA NOSTRI CORPORIS CONSTITVTIONE LIBER

Ferdinando Balamio Siculo interprete.

Ad Græcorum exemplarium fidem castigatus.

ARGVMENTVM LIBRI

Quid sit optima corporis constitutio, quo pacto dignoscenda sit, ac lædentibus rebus resistat.

CAP. I.

QVænam optima nostri corporis constitutio est? Vtrum temperatissima, vt complures veteres & philosophi & medici senserunt: an necesse est, vt quę optima sit, eadem temperatissima habeatur, non autem,quæ temperatissima, eadem necessario optima existimetur? Nā, cùm moderata calidi, frigidi, humidi, ac sicci temperatio,partium nostri corporis similarium sanitas existat: commoderata vero ex his ipsis similaribus totius animalis conformatio,quæ situ, magnitudine, figura,& numero constat,compositarum sit, fieri quidem potest, vt corpus aliquod ex plurimis bene temperatis particulis constitutum,ipsarum tamen vel magnitudine, vel numero, vel formatione, vel quadam inter se ordinatione læsum deprehendatur. Itaque de his omnibus, nobis deinceps disserendum est sumpto initio à nominibus ipsis, quibus in hoc opere vti necessarium est. De ijs enim inter non nullos controuersia est: alij nanque optimam constitutionem, dispositionem alij, alij habitudinem, habitum alij naturam've corporis, aut alio (vt libet) nomine appellant.

A lant. Nos vero neque eos damnamus, qui eam interpretationem faciunt, quę aptior sibi videtur: neque eos accusandos esse, qui alijs vtuntur nominibus, approbamus: cum multo maius studium curam q́; rebus ipsis, de quibus sermo est, q̃ nominibus adhibendum esse existimemus. Quã ob rẽ, siue optimã corporis constitutionem, siue dispositionem, siue habitum, siue habitudinem, seu naturam, seu aliter quispiam nominare voluerit, dũmodo à rei notione, quæ apud oẽs in confesso est, auspicetur: mox ad substantiã ipsam inuestigandã, ordinẽ & viã quandã (methodon greci vocãt) adhibeat: is profecto multo magis laudandus est, q̃ si in nominibus nimium sit curiosus. Igitur & nos ita faciamus, à communi notione initium sumentes: eam q́; determinantes, via quadam ad id, quod huiusce speculationis continuum est, accedamus.

CAP 2. De optima itaque corporis constitutione, quæ nam communis est hominum sententia? Nam, cum vnum idem q́; omnes intelligãt, inter se se tamen ipso sermone dissentiunt. Cuncti enim corpus, & quod saluberrimum, & quod optimi est habitus, pariter probant, in idem q́; & oculos & mentem intendunt: sed sane neq; distincte illud intelligunt, neque aperte explicare didicerunt. Expetunt enim cunctarum corporis partium actiones illæsas, & validas, causis q́; morborum haud facile obnoxias: quorum illud, in actionibus secundum naturam est sanitas: alterum cum robore quodam bona habitudo est: com-

B mune vero vtrisq; est, vt non facile morborum offensis pateant. Quapropter probatus omnino habitus, status saluberrimus censetur: is q́; ab hominibus omnibus expetitur. Cõtingit sane huic, vt rectissimas actiones habeat, & quæ auferri non nisi difficulter possint. Itaq; non sine causa bona habitudo dicitur, cum habitus ipsius nomen, constans quippiam & amotu difficile prę se ferat. Id q́; multo etiam magis ex ipsiusmet euexias, hoc est bonæ habitudinis, nomine significatu, qua si hæc optimus quidam habitus esse intelligatur. Quo fit, vt minime decipiamur, si optimam corporis constitutionem eam esse statuamus, quæ vel saluberrima sit, vel probatissimę habitudinis: eã q́; rectarũ functionum firmitate atq; constantia iudicemus. De hoc itaq; cum iam definitum à nobis sit, consideremus deinceps, quæ nam sit huiusce habitus corporis substantia. Principium autem & hic inuentionis erit, si videlicet prius quęsierimus, quo nã in corporis statu optime actionibus perfungamur. Ad hoc ergo, eorum meminisse oportet, quæ ostendimus in alijs commentarijs: atq; eius in primis, ex calido, frigido, humido, ac sicco constare nostri corporis temperamentũ, qua de re in ea tractatione ostensum est, quæ de elementis ex Hippocratis sententia inscribitur: deinde particularum temperies definitas esse, de his enim in libris de temperamẽtis disseruimus. Illud præterea sciendum est partem quamlibet corporis instrumentariam, ex ijs, quæ in ea conti-

C nẽtur particulis, vnam habere, quæ suę ipsius actionis sit causa: reliquas vero vniuersas, quę instrumentum quoduis conficiunt, illius gratia constitutas esse: ea q́; abunde etiam à nobis explicata sunt in libris, quos de vsu particularum scripsimus. Sit itaq; ea optima corporis constitutio, in qua tum partes similares omnes (sic enim haud dubie, quæ sensui simplicia apparent, appellamus) propriam temperiem sortiuntur: tum, quæ ex his instrumentariæ partes constant, magnitudine, numero, formatione, ordine q́; inter se moderatissime sint constitutę. Quòd vero eiusmodi corpus optime ad vnamquanq; se habeat actionem, difficilius q́; quàm cætera omnia corpora, morbis corripiatur, id facile à quouis deprehendi potest: pars enim, quæ suas optime functiones exercet, bonæ quidẽ similiariũ tẽperiei, moderatæ vero instrumẽtorũ cõstitutionis, soboles existit. Eius generis ẽ corpus, qd̄ antea diximus: cuius actiones plane cõstat lõge prestãtiores fore, q̃ q̃ in cæteris corporibus dep̄hendunt. Quòd vero difficillime incidere in morbos possit, ex his p̄cipue intelliges.

CAP. 3. Læsiones nostri corporis alię quidem à causis exterioribus, aliæ vero ab alimenti excrementis oriuntur: ab exterioribus quidem causis, veluti si calefactus est quispiã, vel frigefactus, vel humectatus, siccatus'ue præter modum, inter quæ curæ etiam ac mœstities, labores q́; & vigiliæ, atq; alia eiusdem generis connumerantur: ab alimenti vero excrementis duplices quidem genere fiunt,

D quoniam & ipsa excrementa duplicia sunt, quorum alia quantitate lædunt, alia qualitate: specie vero sunt multiplices. Quòd igitur moderate constitutum corpus ab exterioribus causis haud facile corripiatur, ipsius eucrasia, hoc est bona temperies, plane ostendit: cum eò, quòd ab ipsis extremis vndequaque plurimum distat, in temperaturæ ametriam, id est à iusto modo declinationem, vix ægre q́; dilabatur. Præterea ob actionum præstantiam, cum minime à lassitudine lędatur, erit morbis ipsis difficillime obnoxium. Est autem corpus huiusmodi, inter alia omnia succi probatissimi: propterea q́; facilius, quàm cætera corpora, tristitiam, iram, vigilias, curas, imbrem, squallorem, pestilentiam, atq; (vt paucis rem complectar) vniuersas morborum causas sustinebit: sed quę vitiosi sunt succi, prædictis à nobis causis facillime succumbent, tanquam per se ipsa proxime ad morbos accedant. Hac quidem ratione quæ extrinsecus nobis occurrunt causę corpus q́; infestãt, eam, quam diximus, corporis constitutionem difficillime corripient: quod vero ab alimenti excrementis haud facile sit morbis obnoxia, ex ipsius natura præcipue discas, in qua neque copiosi vitiosi'ue vlli succi facile redundant: neque, si exuperans quicquam congestum sit, idcirco læsio aliqua ipsis animãtibus infertur: naturalium enim inter se actionũ symmetria, singularũ q́; ipsarũ virtus, excremẽta quidẽ gigni non sinit: si qua vero gignantur, paruo negocio expellit: sin aũt aliquãdiu itus vnq̃ remãserit, minimũ ab eis accipit detrimẽtũ. Imbecilles. n. ac itẽperatę naturę a causis morbo-

sis morborum facile capiuntur: temperatæ vero ac validæ, cuiusmodi esse optimam constituimus, E plurimum resistunt. Habes autem de ipsa, tanq̃ quidem temperata, in libris de tẽperamentis, notas: tanq̃ vero exactũ in instrumentarijs partibus cõmẽsum habente, in decimoseptimo de vsu partium volumine: quæ & ex ijs, quæ modo dicenda sunt, tibi quoq; in mentẽ venient. Sed, quoniã sanitas neq; angustum quidpiam est, aut omnino simplex, aut insectile (id q; in libris, vbi de ea scripsimus, explicatum est,) verum extẽdi ad idoneam latitudinem potest, haud ab re mihi videtur (si his, qui artem exercent, frugem aliquam sermo noster afferre debet,) non modo id corpus in hoc opere effingere, quod rarissimum est, & tanquam imago quædam normæ Polycleti, verum & ea etiam referre, quę ab hoc in aliquo deficiunt, non tamen euidentem iã ac magnũ lapsum obtinẽt: ea nãq; potissimum ratione, tum optima corporis constitutio, & si raro admodum contingat: tum aliæ omnes, quas præ manibus quotidie habemus: nõ magno negocio dignosci possunt. Corpus nanq;, quod recte in cũctis ad amussim se habeat, vt neq; similares neq; officiales eius partes vllæ reprehendi possint, haud sane frequenter, sed lõgissimo tẽporũ interuallo gigni solet: quod vero ab eo parũ deficit, assidue spectari põt.

CAP. 4.

Qua de cã, quod exactissime temperatum est, medium sane est inter molle ac durũ, inter pilosum & glabrum, atq; itẽ inter illud, cui latæ sint venæ vel angustę, aut magnus sit pulsus aut paruus. Id vero, cuius instrumẽtariæ partes exactum cõmensum F habent, simile esse (vt summam rei complectamur) normæ Polycleti traditum est. Sed, quæ paulo plus iusto fuerint calidiora, non tñ multo: frigidiora ẽt, humidiora, ac sicciora moderate: partẽ'ue aliquã minus recte ẽt formatã habuerint, oĩa hæc excedere interdũ moderatũ corpus & plus posse videntur: Verbi gratia, q̃ moderato duriora sunt, ab oĩbus quidẽ exterioribus causis, molliora vero ab interioribus: pari mõ & quæ densiora ab extrinsecis, q̃ rariora ab intrinsecis, difficilius lędentur. Quæ. n. ab Hippocrate in libro de alimento ‖ scripta sunt, raritatẽ. s. corporis, quibus plura ꝑspirationis cã per cutim ferunt, salubriorẽ: quibus pauciora, morbosiorẽ: dicta ab eo sunt de alimẽti ipsius excremẽtis, q̃ ad sanitatẽ aut morbũ ptinent. Non. n. salubria simpliciter, aut morbosa corpora in eo libro sibi inuestiganda proposuit: sed de cõmodis oĩbus atq; incommodis scripturus, q̃ ab alimento proueniunt, non ab re de salubribus atque morbosis corporibus, quatenus ad ipsoru alimẽtorũ excremẽta attinet, meminit. Etenim, si ad excremẽta respicias, rariora corpora salubriora sunt, densiora vero morbosiora: rursus q; rariora à cunctis externis causis facilius affici, dẽsiora difficilius, possunt. Quamobrem præter alia bona moderatum corpus, neq; rarum aut densum dici debet: sed, sicuti inter alios, sic quoque inter hos excessus, medium constituendum est. Excedentium vero vtrunque aliqua in re plus posse videtur: dẽsius nanq; à causis externis, rarius ve- G ro ab internis, minus læditur: quod autem ab vtraq; causa tutum omnino illæsum q; sit, deprehendi non potest. Quod vero medium inter exuperantias omnes possidet, mediocriter resistit: idẽ q; inter vniuersa corpora saluberrimum censemus. Similiter & humectantes causæ omnes, quod siccius est moderato corpore: siccãtes vero, quod humidius, ægre admodũ corripiẽt. Quapropter (sicuti à nobis paulo superius explicatum est,) quod mediũ dicitur, haud sanè videtur plus omnino, quàm cætera corpora, morborum offensis aduersari: sed singulis quidem corporibus aliqua in re inferius est, ante omnia tamen potissimũ deligendum. Quòd vero eiusmodi corpus nec magnũ, nec paruum, nec mediocre, necessario statuendum sit, dictum à nobis est in libris de temperaturis. Sed in proposito etiam opere dicetur, gigni quidem magnum corpus ob exuperantem materiã, ob exiguam vero paruum: sicuti multo ex ære grandis statua, ex pauco parua conficitur: nihil tamen obstat, quin duo hæc corpora particulas obtinere possint moderate constitutas. Nam corpus, quod nec densum euidenter sit aut rarum, neque durum aut molle, neque item pilosum aut glabrum, quantæcunque magnitudinis extiterit, temperatissimum est: quod, si instrumentariæ eius partes commensum quendam inter se sortiantur, erit profecto visu sanè pulcherrimum, cum absolutissimæ constitutionis existat. Corpus autem vel maius, quàm deceat, minusu'e, fit duplici H quidem ex causa: maius ob humiditatis vel materię redundantiam, minus ob ipsius materiæ defectum vel immodicam siccitatem: incrementum enim eò vsque se extendit, donec ossa firmum robur adepta sint: obdurescunt firma q; redduntur in parua magnitudine vel ob materiæ penuriã, vel ob ipsam siccitatẽ. Ob id q; neq; simpliciter magnitudo humiditatis indiciũ est, neq; paruitas siccitatis, sed singula quidem corpora duplici ex occasione maturius aut serius ab incremento desistunt. Quòd, si in magno corpore mollitiem, duritiem in paruo, protinus deprehendes, erit proculdubio illud humidum, hoc siccum. Quæ si disiungi queunt, magnitudinem aut paruitatem respicere superuacuum est: sufficiunt enim temperamentorum propria indicia: dictum est autem de ipsis abunde in libris de temperamentis. Quæ si ita se habent, optima corporis cõstitutio, in his duobus, bona scilicet similarium partium temperie, ac officialium symmetria, collocanda est.

circa medium.



GAL. DE BONA HABITVDINE.

Ferdinando Balamio Siculo interprete.

ARGVMENTVM.

Quid bonus habitus simpliciter, quid cum appositione: ac quid differat bonus simpliciter ab habitu athletarum.

HAbitus nomine in re omni vti solemus, quæ constans est ægre q; amouetur, neq; idcirco quicq̃ magis vel vituperamus vel laudamus: cum vero bonum aut malum habitum dicimus, qualis tunc ipse sit habitus, describimus. Habitus itaq; simpliciter bonus in optima corporis constitutione deprehenditur, non autem simpliciter in singulis corporũ naturis. Sed mala habitudo in quauis corporis cõstitutione statuitur, siue illa simpliciter sit, siue ad aliquid referatur. Quare, quæ de optima constitutione priuatim diximus, memoria is teneat, qui bonæ simpliciter habitudinis exactissimã notitiã quęrit. Nã, cũ sanitas, sicuti sępe alibi recensuimus, amplã satis latitudinẽ habeat: cũ illa intenditur, bona habitudo à priscis philosophis ac medicis nuncupať: cũ vero deficit ac remittiť, peculiare nomen C nõ habet, sed sanitatẽ pariter, atq; ipsum genus, appellamus. Quo fit, vt bona habitudo optima q̃-dã sanitas existimeť, propterea q; in corporibus ꝓbatissimę cõstõnis gignitur. Nã, si quodpiã corpus, eiuscemodi nõ sit, optimã certe sanitatẽ minime adipisci põt, quare nec bonã ipsam habitudinẽ. Quæ vero ad aliquid est, ad singulorũ naturam accõmodatur: nec bona simpliciter habitudo sed cũ appositione quadã, vel Dionis, vel forte Milonis, bona habitudo dicitur. Herculis vero & Achillis, bona simpliciter habitudo absq; vlla additiõe erit: sicuti & formosus Achilles simpliciter: simia vero haudquaq̃ simpliciter, sed quatenus simia, formosa. Inter hæc quoq;, q̃ dici cum appositione debent, & boni athletarũ habitus connumerandi sunt: quos quidem admodũ bonos, minime tutos esse non immerito ab Hipp. ‖ dictum est. Neq;.n. bonã simpliciter habitudinẽ, vbi ad summum deuenit, periculosam esse scribit. Hæc.n. ob id, q̃d ad summũ euecta est, inter oẽs corporis dispõnes tutissima hť: Sed athletarũ, quos siue ab exercitatiõibus gymnasticos, siue aliter aliquis appellauerit, bona habitudo, cũ nec bona simpliciter habitudo nec optima corporis dispõ sit, haud ab re, vbi ad summũ accesserit, piculosissima est. Dispõ.n. (inquit ‖) athletica nõ natura, salubris habitus melior. Huius nanq; summa pfectio, bona habitudo cẽseť: athleticus vero habitus nõ simpliciter, sed cũ additiõe ẽ, sicuti ppulchra simia, & cubitus magnus, atq; itẽ statera iniusta, & dra D chma non recta. Etenim cubitus magnus, non cubitus quidẽ simpliciter, sed totũ hoc, magnus cubitus: & statera iniusta, nõ statera simpliciter, sed totũ hoc, statera ĩiusta. Inde quoq; ĩ cæteris oĩbus q̃d simpliciter absq; vlla additiõe dř, nõ est eiusdẽ naturæ cũ ijs, q̃ cũ appõne dicũtur: sed illud iterdũ ad summũ attingẽs laudãdũ, hoc vero, si ita acciderit, dãnãdũ est, sicuti bona athletarũ habitudo: q̃ tm̃ abest, vt laude digna cẽseatur, vt nõ mõ ab Hippocrate alijs q; veteribus medicis, sed à p̃stantissimis quoq; philosophis merito vituperetur. Hãc.n. Plato ad naturales actiões inutilẽ, tũ ad sanitatẽ minime tutã eẽ, libro tertio de republica ostẽdit: non.n. bonã simpliciter corporis tẽperiẽ, sed grãdẽ ẽt quãdã corporis molẽ insectatur, q̃ nisi ĩmodice quispiã se ĩpleuerit, gigni nõ põt. Atq; ita nec tuta est, neq; vsum vllum ad ciuiles actiones affert. Quibus de causis, vt bonã haud dubie habitudinẽ omnino agnoscamus, bonã athletarũ habitudinẽ æquiuoce se habẽtẽ, cũ hac ipsa cõferamus: scrutemur q;, quidnã idẽ in vtraq;, quid cõtrariũ insit. Etenim bona cunctarũ partiũ corporis tẽperies cõmunis vtrisque est, sic & actionum virtus: quòd si hæc, succorum etiam probitas: hæc sanè communia sunt. Contraria vero, symmetria quidem sanguinis ac totius molis solidarum partium in ea est habitudine, quæ re vera bona est: ametria vero horum ipsorum, ac præcipue carnosi generis, in athleticis est: quæ vbi ad summum deuenerint, necesse est tutas esse non posse. Cum enim ad necessitatem edant, valide que ventriculus concoquat, ac facile post concoctionem

1. apho. 3. Ex. or. fol. 3. c

Lib. de alimento circa med.

ctionem

ctione distributio fiat, mox sanguinis generatio, appositio, agglutinatio siue adhęrentia, ac nutri- E
tio subsequantur, periculum est, ne admodum impleantur, nullus q; naturæ ad appositionem locus relinquatur: propterea q; venis immodico sanguine oppletis, innatus calor perspirationis inopia suffocetur ac restinguatur. Quòd si calor ipse adhuc obstiterit, quædam vel ex pulmonis, vel iecinoris, vel pectoris præcipuis vasis scindũtur. Hæc enim & molliore sunt tunica, quàm quę habent in longis mẽbris: & prius quidẽ hauriunt nutrimentũ, atq; ob naturalis caloris, qui est in ipsis, copiã, & assiduas actiones, sanguis ob feruorẽ bullienti similis, non secus ac mustum dolia, conceptaculorum tunicas abscindit. Hæc itaq; omnia hoc pacto se habent, ac necessario ex immodica repletione proueniunt. Quibus de rebus demonstrationes ex naturalibus rationibus sumendæ sunt. Quòd autem in venis nimio sanguine refertis innatus calor extinguatur, in libro de respirationis vtilitate: quòd vero venæ ipsæ scindantur, in his, quæ de anatome scripsimus: explicatum est. Quod etiam Hippocrates ‖ cognoscere videtur, nõ modo cum bonos athletarum habitus, vbi ad summum deuenerint, nõ tutos eẽ scribit, sed etiam alibi, cum inquit, Siquis repente obmutuerit, venarum interceptiones corpori molestiam inferunt. Subitas enim actionum omnium resolutiones per vnam admodum præcipuam indicauit: sed immodicas repletiones, venarum interceptiones dixit, cum perspiratione careant, qua refrigerari possint. F

i aph. 3. Ex. or. 3. & 4. de Rat. vic. in ac. te, 23 7ª. 137. f

GALENI DE OSSIBVS AD TIRONES LIBER

Ferdinando Balamio Siculo interprete.

Ad fidem codicis græci ab Augustino Gadaldino emendatus.

EX Ossibus singula per se qualia sint, tum quam inuicem structurã habeant, nota (vt arbitror) medico esse debent, si recte ea, cum vel frangun tur, vel sua sede dimouentur, curaturus est. Etenim in omnibus, quæ ad medicinam pertinent, perspicuum est, id, quod secundum naturam est, tanquam scopum habendum esse: cui vero id ignotum est, minime intelliget, neq; vbi à sua natura læsa loca distrahũtur: neq; qua ratione ad id, quod secundum naturam est, adduci debeãt: quare nec morborum notitiam assequi, nec rectam illorum curationem poterit. Sunt autem ossa ex animantis partibus durissima & aridissima, maxime q; terrestria. Hæc tanquam fundamenta quædam ad vniuersam corporis substantiam sustentandam subijciuntur, ijs q; omnia adnascuntur, stabiliuntur q;. Ex ossibus quædã grandia & ampliter concaua sunt, ac medullosa: quędam parua ac solida & sine medulla, nec ca- H
ui quicquam, quod sensu dignosci queat, in se habent. Grãdibus, magna ex parte in extremo, aliorum ossium appendices adnascuntur, vtpote humero, superius: cubito, inferius: radio vero ac femori, item q; tibiæ ac suræ, infra supra q;. Maxilla inferior medullosa est, & adnascentis appendicis expers: sed ex eius extremis partibus, quæ infra est, per symphysin, quasi coalitum dicas, vnitur. Supra, in duos processus, in corωnen videlicet, quæ in acutum tendit, ac ceruicem tantum, desinit. Apophysis enim, quasi processus, ab Epiphysi, hoc est ab adnata appendice, differt: nanque Epiphysis est, vbi os cum osse ad vnionem coit: Apophysis vero, totius ossis pars est. Fortasse autem oportet de alijs, quibus in hoc opere vsuri sumus, nominibus differere, ne, dum hęc enarramus, vel obscuriora reddãtur, noĩbus nobis sine declaratiõe vtentibus, vel series cõtinuata doctrinæ interrumpatur, quicquid occurrerit, explicare semper volentibus. Sed meo iudicio hinc quãoptime initiũ sumẽdum est. HVMANI corporis ossium inuicem cohærẽtium vniuersa compactio Sceletos appellatur. Iã q; nõ nulli, qui de ossibus disseruerunt, libros suos ad hunc modum inscripsere, περί σκελετοῦ. Modus aũt, quo ossa cõponũtur, genere quidem duplex. Alia enim per Articulum, alia per Symphysim coniunguntur. Hęc vtraq;, species differentias q; plures habẽt. Ar ticulus enim naturalis ossium compositio est. Ossium vero naturalis vnio, Symphysis appellatur.

A latur: vtriusq; aũt diffinitioni dictio hęc naturalis, indita est, qñquidem q̃ parũ vel oĩno sunt luxata, inter se cohęrent, fractaq; superinducto callo vniuntur, sed nõ per naturã. Ab Hippocrate alterius ex cohęrẽtibus ossibus extrema pars, articulus frequẽter nuncupaẽ, ea.s. quæ orbiculata est, ac in proximũ cauum inseritur. Articuli autem differentiæ duæ sunt, Diarthrosis videlicet, (quę de articulatio) ac Synarthrosis, (quæ coarticulatio dici potest): eæq; inuicem pro motus quantitate discrimen recipiunt. Dicitur.n. Diarthrosis ossium structura, quorum motus euidens est. Synarthrosis, ossium quoq; compositio est, quæ neq; calidum, neque manifestum, sed obscurum, difficile q; habent motum. Quòd autem nullum discrimen sit, siue ossium structuram, siue compositionem, siue cohærentiam dixeris, perspicuum est. Diarthroseos triplex est species, Enarthrosis videlicet, Arthrodia, ac Ginglymos, sic enim à recentioribus medicis appellantur: priscis autem non fuere admodum consueta, verum τὸ ἐνηρθρῶσθαι καὶ τὸ ἀρθρῶδῶς καὶ τὸ γιγγλυμοειδῶς ἀλλήλοις συμβάλλειν. præter hæc etiam has voces, arthrodes ac ginglymoeides, in illorũ scriptis deprehendimus. Quamobrem minime forsitan absurdum fuerit, si ad euidentiorem doctrinã nomina confingamus, ea ipsa videlicet ab ijs, quę iam posita sunt, deriuãtes. Est ergo Enarthrosis cũ excipiens cauũ altum admodũ est, caput q;, quod in id inseritur, oblõgum. Arthrodia vero, quæ cauũ

B leniter & in superficie, & caput etiam depressum habet. Oblongum autem, & depressum caput voco, vtrumque ad ceruices, quibus adnascitur, referens. Ceruices, tenues ossium sunt processus: earum extremum, quod crassius & orbiculatum est, Caput nominatur. Cum vero in mucronem processus desinit, non ceruix, sed Corone seu Coronon nuncupatur. Ex cauis capita excipientibus, quod altius descendit, Cotyle, hoc est acetabulum, id enim nomen medici omnes vsurpare sunt soliti: Quod in superficie situm est, ab ocularis sinus similitudine, Glene à non nullis appellatur. Tertia Diarthroseos species, quam Ginglymon vocant, ea est, qua ossa sese inuicem ingredientia coniunguntur, quemadmodum vertebræ inter se, ac humerus cubitus q; alligãntur. Quanquam in his quædam est differentia. Nam in vertebris, media in vtranq; supra infra q; appositam subit: humeri vero ac cubiti mutuus ingressus est. Synarthroseos quoq; triplex est species, Sutura, Gomphosis, & Harmonia. Sutura compositio quædam est ad consutarum rerum (vt in capitis ossibus habetur) similitudinem. Hanc non nulli dum explicare student, serratam compagem structuram q;, alij in vnguem commissuram, esse definiunt: sed illi nobis, vt puto, patefaciũt, atque in memoriam reuocant, cum serræ inter se contrario occursu congrediunt, vbi scilicet dentatæ alterius partes in alterius sinus inseruntur: hi vero, quæ in vnguem committi dicuntur, cum

C gibbæ videlicet partes ad vnguium figuram structæ, in sinus, quibus apte excipi possunt, subeũt. Harmonia vero ossium [a] structura est per simplicem lineam: [b] † sunt autem non nulla maxillæ superioris, & quædam etiam capitis ossa, ad hunc modum inter se iuncta. Gomphosis est, cum ad instar claui os ossi infigitur: verum id iam quoquo modo ambigitur, prope q; ad symphysin accedit, ita vt cum quidpiam penitus infixum est, ne tantillum quidem, veluti dentes, dimoueatur. Quòd autem dentes haudquaquam suis alueolis adnascantur, planè indicant, cum vel eruũtur, vel sua spõte decidũt. Sed, quoniam species differentiasq; omnium, quæ ad articulum pertinent, declarauimus, de Symphysi deinceps dicendum est. Hæc autem primo dupliciter differt. Nanq; alia inter se inuicem ossa, alia aliorum interuentu connascuntur. Quę fungosiora molliora q; sunt mutuo inter se,(s)icciora vero densiora q; aliorum interuentu, coalescũt. Huius autem coalitus, qui aliorum interuentu fit, tres sunt differentiæ, quæ priscis nominibus carent, at, qui recentioribus vti volet, symphysim, quæ chartilaginis interuentu fit, Synchondrosim: quæ nerui, Synneurosim: quæ carnis, Syssarcosin, appellare poterit. Cũ vero nominis neruorum mẽtio à nobis facta sit, iure quidem fiet, si de his quoq; distinctè agemus. Tria itaq; eẽ neruorũ genera dixerunt, ea q; nihil impedit vel species vel differentias nominare. Ac eos quidem, qui ex cerebro dorsi q; medulla oriuntur,

D voluntarios: qui ex ossibus, ligamentales: qui tertio loco ab his differunt, atque ex musculis originem ducunt, tendones vocant. Ne vero æquiuoca nomina obscuritatis aliquid afferant, Qui ex cerebro item q; ex dorsi medulla ortum ducunt, voluntarij nerui: qui ex musculis, tendones: qui ex ossibus, ligamenta à nobis appellentur. [c] † His itaq; explicatis nominibus } iam tempus exigit, vt de singulis per se ossibus verba faciamus, à cranio scilicet .i. caluaria (sic enim os capitis vocant) incipientes.

De Capitis Ossibus. CAP. I.

QVòd os capitis Caluaria appelletur, quod q; in ea suturę quędam sint, ante diximus: Sed quot quales q;, & quæ cuiq; sit forma, cũ non antea exposuerimus, nunc explicabimus: Primum q; pro capitis figura suturarum numerũ positurã q; variari. Naturalis enim capitis figura, ad oblõgę sphæræ potissimum similitudinem structa est: [d] † Alia vero eius, quod ...ov vocant, deprauata est, & acuminato vertice. Quòd sm̃ naturam habetur, priorem ac posteriorem partem prominentiorem habet: in eo q; tres suturę sunt, ac duę quidem transuersæ, quarum altera in occipitio est: in sincipite altera: tertia a medio posterioris, per capitis longitudinem, ad mediam vsq; anteriorẽ extenditur. Anteriorẽ Coronalẽ vocant, qñquidẽ coronæ in ea potissimũ capitis parte collocant. Posteriorẽ Lãbdoeidẽ noĩant, ppterea, q tota ipsius figura Λ literę assimilaẽ.

Harum

Marginal notes (left): l. 1. f. 1. d. c. 4. c. 2. 11. a. b — A. ibidem. b. c

Marginal notes (right): * ... i. captu difficilem. — * ... — A * ... — B † ... inter ... tum et supe... capitis ... harmo... — C † ... — D † ...

Harum trium suturarum figura H literæ præcipue similis est. Naturalis caluariæ structura suturas, vti diximus, habet, † In ea vero, quæ fastigiato est vertice} suturę ad hunc modum cōstitutæ sunt. Vbi posterior eminentia perit, sutura quoq; lambdoeides aboletur: vbi anterior nō adsit, coronalis ēt sutura deperditur, fit q; vtraq; remanentium suturarū figura T literæ similis: ambabus autem eminētijs deperditis, geminę, quæ seruantur suturę, ad rectos se inuicem angulos inter secantes, X literæ similitudinem referunt. Nāq; altera quidem transuersa per medium potissimū caput extenditur: altera à parte posteriore per longitudinē in priorem, vti in cæteris caluarijs omnibus, tendit, nanq; hæc semper seruatur: reliquæ cum totius capitis figura variantes intercidūt. Duæ quoq; ab hac æquidistantes lineæ per capitis longitudinem à posteriore in priorem partem super aures feruntur. Hæ autem fiunt duobus inter se ossibus cohærentibus non per suturam quidē, sicuti quæ superius dicta sunt, sed paulatim sincipitis os instar squamæ attenuatum descendit, atq; in id os, quod infra ab auribus ascendit, subintrat: propterea q; eas non nulli non suturas simpliciter, sed à squamæ similitudine Lepidoeides suturas vel Lepidoeides conglutinationes appellarunt: à nobis autem, euidentioris doctrinę studio, suturę iuxta aures eiusmodi, Lepidoeideis nuncupentur. Ita vt quinq; peculiares capitis suturæ sint: lamdoeides, coronalis, & quæ recta per longitudinem fertur: duæ item ab hac æquidistantes, quæ in ossibus ad squamæ similitudinem structis habentur: duę autem aliæ, communes superiori maxillæ sint, ei q; etiam ossi, quod à nō nullis inter capitis, ab alijs inter maxillæ superioris ossa (cum inter vtrunq; sit medium) numeratur. Id autem cuius' nam formę, quantę q; sit magnitudinis, quem' ue potissimum locum obtineat, iam tibi recensebimus. Extrema lambdoeidis suturæ ab vtroq; latere inferiora, ad basim vsq; capitis protenduntur, per medium q; lapidosorū ossium, & qua caput primæ vertebræ adnectitur, deorsum feruntur, ibi q; exigua quadam linea transuersa iunguntur. Hanc ipsam primum cum capite, & eo osse, quod explicare proposui, communem puta, sursum enim vtrinq; ad caua temporum tendit, quò etiam coronalis suturæ extrema perueniunt. Inde etiam rursus deorsum versa, & ad postremos dentes delata, ad palatum vsque procedit, † id quidem os intra se, antedicta videlicet sutura vndiq; terminatum comprehendens, quod, veluti cuneus, inter capitis & maxillæ superioris ossa immittitur. Huius itaq; suturæ, quicquid sursum ad coronalis fines fertur, cū capitis osse commune est. Quod vero ex vtroque latere ad palatum tendit, superiorem maxillam ab osse sphenoeide i. ad cunei similitudinem structo, ita enim clarioris doctrinæ gratia appelletur, discernit. Id os apophyseis habet, quas ab alarum similiditudine Pterygωdeis vocant, eæ q; vtrinq; sunt concauæ. Altera autem capitis sutura, quæ ipsum à superiore maxilla diuidit, ex cauis temporum principium sumit, qua scilicet sutura illa communis capiti & ossi sphenoeidi, cum suturæ coronalis finibus in idem (vti diximus) conuenit: inde ad oculorum sedes procedit, per q; eos medios tendens, iuxta medium superciliorum sibi ipsi iungitur. Quæ cum ita se habeant, Sex sunt sphenoeide excepto, capitis totius ossa, Duo scilicet sincipitis, quibus ea sutura communis est, quę recta per capitis longitudinem fertur, Duo item infra, vnumquodq; videlicet ad suam aurem. Post hæc, quintum, os occipitis: Sextum, frontis. Sincipitis ossa in posteriore quidem, ad lambdoeidis suturæ latera: & in anteriore, sutura coronali: in inferiore, suturis squamæ similibus: in superiore vero parte, ea, quæ per longitudinem recta procedit, sutura terminantur. Post hæc deinceps, quæ in vtraq; aure sita sunt, in superiore quidem parte, suturis squamæ similibus: in posteriore, laterum lambdoeidis additamentis: in anteriore, sutura, quæ capiti cum osse sphenoeide communis est, discernuntur. Sunt autem sincipitis ossa quadrilatera: Quæ modo diximus, trium laterum sunt. Quintum os capitis, quod occiput est, lambdoeide sutura cum suis additamentis, atque ea etiam sutura, qua hęc ipsa (vti diximus) additamenta iungūtur, terminatur. Id ipsum os, maximum omnium, quæ sunt, in capite, foramen iuxta primam vertebram habet. Reliquum os, quod est frontis, coronali sutura, atq; ea, quæ capiti cum maxilla superiore communis est, distinguitur. Horum autem sex, quæ diximus, sincipitis ossa rarissima & infirmissima: occipitium, densissimum firmissimum q;: medium inter hæc ipsa, os frontis habetur. Reliqua vtrinq; ad aures posita, multifariam se habent: Nanq; horum pars, quia petrę re vera speciem refert, Lithoeides nominatur. id os, protensis lambdoeidis suturæ finibus terminatur: in eo styloeides (quia columnę est similis) processus inest, quem nos ab acus styli've scriptorij similitudine, belonoeide seu grapheioeide appellamus: in eodem q; auditus meatus continetur: Altera deinceps pars iuxta eas ecphyseis (quasi exortus dixeris) habetur, quorum alter Mammillaris dicitur, alter ossis iugalis est. Præter hanc tertia quoque pars à temporibus occupatur. De capitis autem foraminibus in vasorum neruorum q; dissectionibus, quorum causa effecta sint, sermo habendus est: ex singulis enim seu arteria, seu vena, seu neruus, seu ex his quædam, siue cuncta prodeunt.

Marginalia:

† τῇ δὲ φοξῇ.

** διαρθροῦται.*

† Græ. legitur, ἔνδον ἑαυτῆς συνάπτουσα τὸ περιοριζόμενον ὑπὸ τῆς προειρημένης ῥαφῆς ὀστοῦν ὥσπερ τις σφὴν ἔγκειται μεταξὺ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς ἄνω γένυος. sed arbitror legendū esse ἔνδον ἑαυτῇ συνάπτουσα. τὸ περιοριζόμενον ὑπὸ τῆς. vt ἑαυτῇ legatur, & interpunctio sit inter συνάπτουσα, & ὀστοῦν. ut postea ita uertatur. intus q; sibi ipsi coniungitur. Hoc os, quod à pdicta sutura circūterminatur, veluti cuneus quidā inter capitis etc. Sententia uera, modus q; loquendi Galeno hoc in libro familiaris.

De Osse Iugali. CAP. 2.

TEmporis musculo præpositum est os, quod obliquam in medio suturā habet, ita vt eius posterior pars omnis cū capitis osse, quod iuxta aurē habet: anterior cum parte extrema supercilij quod ad paruum oculi angulū est, cōtinuetur: id os totum, Zygωma {à nostris Iugale} appellat.

A *De ossibus Maxillæ superioris.* CAP. 3.

a 1.f.1.d.5. fu.c.4.fol.

DE [a]suturis,quæ superiorem maxillam à capite & sphenoide osse discernunt,antea diximus. Nunc autem,quæ in ea ipsa maxilla continentur,recensendæ sunt. Sed satius fortasse est explicare prius Suturæ vocabulū, quo pacto à recentioribus omnibus anatomicis vsurpatum sit: illi enim, quæ per harmoniam committuntur, Suturas quoq; appellare consueuerunt. Iure q; id accidit: non enim caluarias similiter omnes deprehendes. in quibus suturæ omnes serratis exactè compagibus structæ sint: sed aliquando in ipsa ossium structura cernere est alteri quidem caluariæ suturas inesse,alteri harmonias. A nobis autem cum ossa persæpe non nulla eiusmodi frangerentur,in imo ita sese mutuo ingredientia inuenimus,vt illorum compositio suturæ potius similis esset, quàm harmoniæ: ob id q; eas omnes suturas appellari nemini verendum est. Prima autem sub osse iugali exoritur: cuius pars posterius tendens,sub eiusdem ossis cōcauo desinit: ibi q; cum communi sphenoidis ossis sutura committitur: Altera partim rectè,partim obliquè sursum ad oculorum sedes procedens,in medium illorum [a] ambitum inferiorem fertur: mox ibi tripartito scinditur. Altera enim pars magnum prope angulum exteriore in parte ad medium superciliorum procedit. Quæ deinceps huic succedit,per concauum sub eodem angulo ad communem ca-
B pitis suturam pertinet: [b] † eadem q; angulum ipsum comprehendit: & illi quoque naturale foramentum subiectum, quod omnium, quæ sunt in eo loco, foraminum maximum est. Sub dictis duabus suturis, tertia pars antedictæ scissuræ, inferiorem in sede oculi [c] ambitum inscendens,interius ad imum tendit: ibi q; communi capitis suturæ iungitur. Quo fit, vt terna maxillæ superioris ossa ab vtraque parte censeantur: quibus capiti ipsi committitur. Horum maximum habetur, quod iuxta iugale situm est: nam non nihil temporis, supercilij que, & sedis oculorum, totum q; exiguum angulum in se comprehendit, & ad eam vsque partem,quæ Malum appellatur,procedit. Deinceps situ ac magnitudine os illud in oculo ipso habetur,quod neruos ad superiorem maxillam tendentes continet. Minimum omnium iuxta magnum oculi angulum locatū est. [d] †Non nulli autem Anatomici,qui tria hæc ossa, quæ ad oculorum radicem subeunt, vnum esse tradunt: geminas,quibus distinguūtur,suturas vel omnino non vident,vel tanquam exiguas dedita opera prætermittunt. His omnibus, {quæ tria esse diximus,} ab vtroque latere,os vnum insigni magnitudine subiacet,cuius,os mali,dentium q; omnium,exceptis incisorijs, alueoli,partes sunt. Hęc suturis quatuor discernuntur: supra quidem ea, quam dudum diximus ab osse iugali ad medium superciliorum ascēdere: infra vero ea quæ per medium palatum recta procedit: quas reliquæ duæ
C copulant, ea videlicet,quæ à medio superciliorum incipiens, ac iuxta nares procedens, inter caninum & incisorios dentes [e] defertur: & ea, cuius pars, quantum scilicet extremum ambit dentem, cum communi sphenoidis ossis sutura conuenit: reliquum peculiare est,quoad cum recta palati sutura coniungitur. His ossibus,quæ maxima esse proposui, duo alia exigua adiacent,quà scilicet narium foramenta ad palatum tedunt: quæ peculiari antedictę suturæ parte,atque ea etiam sutura, quę transuersa à sphenoide osse inter extremos dentes procedit,terminantur. His quidem suturis ab ambientibus ossibus secernuntur,ipsa vero inter se recta palati sutura diuiduntur.

[f] † *De ossibus Nasi.* CAP. 4.}

l.1.f.1.d.5. .1.c.4.g

NAsi [a]quoq; ossa duo sunt,quæ suturis à medio superciliorum descendentibus discernuntur. Has [g] duas esse in maximorum ossium enarratione diximus. Preter eas tertia quædam in naribus ipsis sutura est,quæ à medio superciliorum incipiens,recta à summis ad imas nares procedit. His ossibus inferiore in parte chartilaginea tenuia q; corpuscula (Alas vocant) ab vtroque latere adnascuntur. Superest in maxillæ superioris extremo os vnum, in quo dentium,qui secant, radices & alueoli continentur: id ipsum plerunque simplex esse videtur, propterea quòd ossa ex qui-
D bus structum est , exactissime committuntur. Interdum autem sutura in cadaueribus admodum exiccatis manifeste apparet, illi quidem directa, quæ per totum palatum porrigitur. Quo fit, vt perspicuum sit iure de numero ossium maxillæ superioris dissensionem esse : à non nullis enim non sex , sed duo, prima omnium censentur, paruulis videlicet, quæ intus in oculis insunt, prætermissis. Alij [h] † inferiora narium foramina} magnis ossibus adscribunt. Sunt qui hęc ab illis separent, ambo q; os vnum faciant. Illud etiam,quod in maxillæ superioris extremitate (vt diximus) habetur, non nulli simplex, non nulli ex duplici osse constitutum esse affirmant. Ante autem hæc omnia sphenoides inter maxillæ superioris ossa plurimi adnumerant. Quod si ea ad quàm plurimū numerum ab aliquo redigenda sunt,erūt quidem in tota maxilla superiore quindecim: si vero ad quàm minimum, non plura erunt,quàm octo,quæ sanè omnia deinceps commemorabo: incipiam q; a priore diuisione, qua quindecim esse censa sunt. Sex itaq; erūt, quæ prius retulimus,quæ q; à cōmuni capitis sutura,item q; ab ea,quæ à temporibus sub osse iugali , & inferioribus oculorū palpebris ad mediū superciliorum ascendit,cōtinentur: Duo deinde grandia , in quibus mala,dentes q; ferè omnes (vti recensuimus) insunt: Alia item duo iuxta nariū foramenta: adde etiā ipsarum nariū duo: mox in maxillæ ipsius extremitate duo, quibus dentes, qui secāt,

A [a] ἴτυς.
B [b] Ex græ ita vertendū . ita ut tum angulus quidem ipse, tum vero naturale foramentum quod ipsi subiacet, quod omnium quæ sunt in eo loco foraminū maximū est, ab his duabus suturis cōprehēdat. Tertia vero pars antedictæ &c.
C [c] [illegible]
D [d] † Non nulli autē Anatomici , tria hæc ossa vnū esse tradunt, duas illas suturas quæ in radicem oculorum scinduntur, vel omnino non videntes, vel tāquā exiguas dedita opera prætermittentes.
E [e] [illegible]
F [f] † in Oribasio est cōtinuatio, & omnino debet cōiungi duo hæc capita, cum de ossibus maxillæ superioris continuata serie tradat.
G [g] Balamius. [illegible]
H [h] † Græce [illegible]

infixi sunt: atq; etiam præ cunctis sphenoeides, quod ex omnibus simplex est, & nulli alteri coniu E gatum. Totius autem maxillæ superioris ossa ad hunc modum in octo diuiduntur. Sex quidem, duo prima numerantur: quod in parte maxillæ extrema habetur, vnum: itidem quod iuxta nariũ foramina situm est, vnum: narium peculiaria, duo: omniũ item maxima, in quibus mala dentes q; ferè omnes (sicuti diximus,) sedem habēt, duo censentur. Superest sphenoeides, quod ex omnibus simplex & coniugationis est expers.

De Dentibus. CAP. 5.

DEntes "in ossium numero habendi sunt, & si secus non nulli sophistæ arbitrentur. Quòd si eos à nobis ossa appellari non sinunt, æquũ sanè erat alio illos nomine donare: non enim cartilagines, non arteriæ, non venæ, non nerui (vti perspicuo patet) nuncupandi sunt: multó que etiam minus nec adipis, nec capilli, nec carnis, nec glandulæ, neque vllius simpliciter corporis particulæ nomen illis accommodari potest. Quòd si neq; in venarum, arteriarum, neruorum, musculorum've, aut viscerum: neque in ea, quam modo tractamus, ossium Anatome, de dentibus agemus: nusquam omnino de ijs mentio habenda est. Quare perpetuo valeant sophistæ. Dentes sedecim[a] vtraque maxilla habet: priores quaterni, quia secant, Τομεῖς appellantur: hi omnes singulis radicibus nituntur: his deinceps Canini vtrinq; hærent, quibus singulæ quoq; radices in F sunt. Vltra hos, [a] Maxillares quini, ab vtroq; latere: sed qui maxillæ superiori infixi sunt, ternis: q inferiori, binis radicibus adhærescunt, non nullis tamen exceptis, qui supra sæpe cum "quaternis: infra cum ternis radicibus deprehenduntur, præsertim duo omnium primi interiores: tertius perraro eiusmodi esse inuenitur. Non nullis autem non vtrinq; quini maxillares, sed quaterni seni've oriuntur. Eos non modo Maxillares, sed [b] Molares quoq; appellāt, ex translatione (vti arbitror) nomine sumpto, q̄ ijs cibi, veluti molis cereales fruges tenuantur & atteruntur. Caninis nomen inditum est, quod canum dentibus quàm simillimi sint: Τομεῖς autem hoc est incisorios vocant, siquidem ad cultri similitudinem, ad eos cibos suapte natura incidendos valent, qui mollitiem in se habent: sicuti ad dura cibaria non secanda, sed admodum confrigenda canini constituti sunt. [c] † Omnes in suorum ossium concauis infiguntur. Ossa quibus continentur dētes, Phatnia: quæ subeunt foramina, Bothria appellant. Ex Ossibus dentes tantummodo mollium cerebri neruorum participes sunt: ob id q; soli manifeste sentiunt.

De Ossibus Maxillæ inferioris. CAP. 6.

NEq; "maxillæ Os inferioris est (vt quispiam putet) simplex: id.n. coctum in summa menti extremitate laxatur, vt ipsum iam coaluisse manifestum indiciũ sit. Pars eius, [d] † quæ quasi ca- G pitulata est, duobus quasi cornibus terminatur: quorum Alterum in mucronem desinens, tendonem à temporis musculo descendentem recipit: Alterum capitis ossi sub eo exortu, quem māmillarem vocant, [e] alligātur,,ibi q; in [f] pāruulũ sinum [g] † rotundo quodā quasi tuberculo} sese inserit.

De Spina. CAP. 7.

SPinā [h] tota ex vertebris quatuor & viginti constat: quæ si plures pauciores've sint, [i] † sicuti capita deprauatæ figuræ, quę fastigiato sunt vertice,} pręter naturā sunt. Harum contextus omnis, in Ceruicem, Dorsum, Lumbos, & Sacrum os diuiditur. Ceruix capiti annectitur. Huic dein Dorsum, cui par inest, quę & pectori, longitudo. Quod subest reliquum, [k] Lumbi appellantur: [l] † quorum pars vltima Sacro, lato've (vt non nullis placet) osse finitur.} Septem "in collo vertebræ sunt, duodecim ad [m] costas, ad lũbos quinq;. In primis itaq; de ceruicis vertebris (nihil enim refert an ceruicem, collum've appellemus) dicendum est.

De Vertebris Colli. CAP. 8.

EX vertebris colli primæ qdem duę [n] † inter se vndiq; colligātur, reliquarum vero quinq; anterior pars nexu constricta firmissimo coalescit. Neq; "enim (vt non nulli putant) per chartilaginem coalescũt: verũ ea [o] membrana, quę geminas spinalis medullę [p] tuniculas extrinsecus ambit, H sese in mediam ipsarum sedem insinuans, commune vtrisq; vinculum fit. Eadem ratione & vertebrę omnes se habēt, duabus primis exceptis, vti [q] demonstrabimus. Cum autem "capitis duplex sit motus, alter quidem annuendo abnuendo q;, alter in latera circumagendo: illũ vertebrę secūdę processus (qui, quia figura est turbinata, Pyrenoeides dicitur) potissimũ præstat: hũc vero summa vertebra, quum capitis coronis [r] annectitur, eius scilicet, & ipsius capitis transuersæ partes efficiũt. Pyrenoeides autem sursum spectat, atq; ab anterioribus vertebræ secundæ partibus proficiscens, valido quodā rotundoq; ligamento capiti alligatur: ei q; summa vertebra locũ, cui apte ac tuto innitatur, præbet: in eadem q; trāsuersum quoddā ligamentũ oritur, quod illi intus aduoluitur. Hũc ipsum processum à dentis similitudine Odontoeide nō nulli vocāt. Vnde Hippocrates [s] ‖ totā et secundā vertebrā, dentē quandoq; nominauit. In inferiore quoq; summæ vertebrę parte duo item sunt sinus leniter caui, quos q; ab ocularis sinus similitudine Glenoeides appellāt, similes supioribus: sed sinus supiores, [t] † cũ caput ipm excipiāt,} nō ab re sunt maiores: infra vero minores sunt, qui vertebrā secundā admittũt. Summa vertebra latissima tenuissima q; est, secūda angustior quidē, sed tn̄ validior, ac reliquę deinceps eodē mō se habēt. Quò.n. spinę medulla in gignēdis neruis consumitur

A * γόμφιοι.
B * μύλας θηλυκῶς i. molas fœminino genere.
C † Γεγόμφονται δ' ἅπαντες ἐν τοῖς τῶν φατνίων βοθρίοις. φάτνια μὲν γάρ. Ad uerbum. Clauati autē sunt omnes in præsepiolorũ fossulis. ossa.n. quibus &c.
D † Clarius. quæ sursum tanquàm in caput tendit, in duo extrema desinit, quorum alterum &c.
E * διαρθροῦται.
F * glenoeiden
G * κονδυλώδει τινὶ περιφερείᾳ.
H * ῥάχις.
I † ὥσπερ καὶ αἱ φοξαὶ κεφαλαί.
K * ὀσφύς.
L † qui ad sui finē sacrum latum'ue os vocatum habēt.
M * dorsum.
N † διαρθροῦνται πάντη.
O * χιτὼν i. tunica.
P * μήνυγγας
Q * Græcus cod. habet ὡς εἰρήσεται i. vt dicetur. Oribasius habet ὡς εἴρηται i. vt dictum est. & ita etiam videtur legendum.
R * διαρθροῦται.
S ‖ 2. Epid. sect. 2. post mediũ.
T † ὡς ἂν τῇ κεφαλῇ διαρθρούμεναι.

A.l.1.f.1.d. su.1.ca.5. 11.h

A.l.1.f.1.d su.1.ca.5. 11.a

A.l.1.f.1.c. su.1.c.4.11.

A.l.1.f.1.c. su.1.ca.8. 12.g

A.l.1.f.1. su.1.ca.7. 12.c

A.ibid.c.8. 12.g

A consumitur attenuatur q; magis, eò inferiorum vertebrarum foramina minuuntur. Quorum vnumquodq; medullæ, quam cōplectitur, crassitudine æquale est. Atq; id in vertebris omnibus commune est: quemadmodum transuersorum quoq; processuū, eorum q; qui deorsum sursum q; versum spectant, quibus inter se cōnnectuntur, communis est ratio. Quod ad cætera attinet, in pluribus quidem conueniunt, in paucis differunt, quod dicemus postea. Posteriorem processum, quē spinam vocant, omnes habent vertebræ, prima excepta, cui soli in parte anteriore exiguus quidam inest processus. Ex cæteris omnibus vertebris earum tantum, quas ceruicis esse diximus, transuersi processus semper perforati sunt, septima eadem q; vltima excepta, cui interdum etiam, sed raro, à lateribus foramina insunt. Hos ipsos processus solæ ceruicis vertebrę leniter quasi bipartitos gerunt, præter duas primas, in quibus simplices habentur: in sexta vero duplices manifeste apparent, & cæterorum omnium maximi, sicuti & ea ipsa maxima est: quorum internus latus admodum est. Pars cuiuslibet vertebræ anterior, qua inter se coalescunt, earum potissimum quæ in ceruice sunt, prima excepta, oblonga est. Neruis autem ex spinæ medulla orientibus, ac iuxta vertebrarum compages prodeuntibus vtraque vertebra parem [a] primæ* quasi operam confert: in cæteris superior aut magna ex parte, aut omnino id præstat.

* διαρθροῦνται.

* ἀκανθαν.

A * τῷ πρώτῳ est in Græco. Alij arbitrãtur legendum esse, τῷ πόρῳ i. meatui.

B

De Vertebris Dorsi. CAP. 9

ibidem.

QVòd "Thoracis vertebræ sint duodecim, antea diximus: præterq; q aliquando (tametsi raro) aliquibus vel deest vna, vel superest: sed superesse rarius, quàm deesse, inuenitur. [b] † Hæ omnes ad decimam vsq; processus habēt permagnos, tum eos} qui sursum deorsum q; versum spectant, tum vero etiam transuersos, quibus costæ annectuntur. Corpus autē ipsorum à superiori parte ad inferiorem leniter protensum, inter eos sensim desinit, qui insequuntur. Hæ item Dorsi vertebræ ad decimam vsque spinæ colli persimilem spinam conficiunt, à summo scilicet ad imum tendentem: contra quæ infra decimam est, ab imo ad summum protenditur. Sed in duabus, quæ decimam subsequuntur, haud ita planè id apparet, vt in reliquis. Idem quoq; processibus transuersis accidit: nam qui supra decimā sunt, deorsum: qui infra, sursum spectant. Qui in decima duntaxat habentur, in neutram partem inclinant. Hæc enim sola nō modo sursum, sed deorsum quoq; spectantes processus, [c] † tanq̄ tubercula quædā: } sicuti prima ceruicis vertebra sinus vtrinq; [d] † nō admodū desidentes} habet. In cæteris supra quidem decimā processus, qui sursum vergūt, [e] extuberātes: qui deorsum, [f] † leniter sinuati} sunt: infra vero, cōtraria esse solet ratio.

B† clarius et fidelius. Hæ omnibus ad decimam vsque processus spinæ maximi sūt, magni itē non parum et transuersi, quibus ad costas dearticulatur: corpus autem ipsarū in prima quidem leniter quodam modo ad inferiora protensum est: sensim autem in ijs, quæ sequūtur, cessat.

De Lumborum Vertebris. CAP. 10.

ibid. & c. 10. l. 13. e C

DE "Lumborum vertebris omnia ferè prius retulimus. Nam quòd quinq; omnium q; maximæ & crassissimæ sint: Quod q; angustū in singulis intus foramen tenuis q; medulla insit: Quòd sursum illarū processus spectent: Quòd ab eo duntaxat vertebra, quæ proposita est, neruus exiat. Quòd sursum deorsum q; versum spectantium processuum, quibus inter se [g] colligântur, eorum quidem, qui superimponuntur, extrema [h] extuberātia: eorum, qui subijciūtur, † [i] leniter caua} sint, ante diximus. In hoc autem capite, siquid in his est proprium rarum q;, quod non sit in alijs, explicabimus. Singulis ergo lumborū vertebris interiore in parte foramina nullo ordine disposita insunt, in quæ sese inserunt venę, ibi q; permulta manifesta q; apparent: In cæteris vertebris vel nulla vsquam, vel perexigua omnino spectantur. Hę quoq; vertebræ processu quodam abundant ad inferiora vergente, (is q iuxta nerui ortum situs est,) quem non nunquam vertebræ omnes habent: in postremis aliquando vel pusillus admodum, vel nusquam cernitur: idem supra positis vertebris, non secus ac duabus dorsi postremis, semper inest.

C † in condylo deis fines terminantes.

D† glenoeides

De Osse Sacro. CAP. 11.

l. 1. f. 1. d. 5. 1. c. 11. fol. 1. c. d

ET hoc os "vertebris, quæ s. cum ea, quæ supra posita est, [k] alligâtur, proportione respondet. Nanq; deorsum spectātes, illius vertebrę processus ab Osse sacro excipiūtur, sicuti eos ipsa, qui D supra se siti sunt, recipit. Eius quoq; spina similis est ei, quā cæteræ habent vertebræ. Ipsius autem trāsuersi processus grandes patētes q; sunt, quibus exteriore in parte sinus inest quidā † [l] leniter cauus, } in eum q; iliū ossa ingrediuntur. Id ipsum Os ex tribus particulis, tanq̄ ex proprijs quibusdā vertebris constructum est: harum q; in extremitate os aliud quartum, quod Coccyx nominatur, additum est. Hæc si coquendo relaxentur deglutinentur q;, ad vertebrarum similitudinem structa esse videbuntur. Nerui autem, qui à spinæ medulla per sacri ossis foramina prodeunt, iuxta suarū veluti vertebrarum compages sicuti per spinam totam prosiliunt, [m] † non tamen ab vtroq; latere, sed intrinsecus quidem atq; extrinsecus: hi q; omnes tria constituunt paria.

E* condylodes

F* glenoeides

G * διαρθροῦνται.

H* condylode

I † glenoeide

K * διαρθροῦνται.

L* glenoeides

M† ἐμπνὲκ τῶν πλαγίων συγκειμένων.

De Coccyge. CAP. 12.

.bidē. c. 12. f

IN "imo lati ossis aliud os subest, quod Coccyx appellatur, id q; ex tribus peculiaribus particulis constat. Eæ plus chartilaginis potissimum q; in extremo, q̄ latum os, habent. Iuxta earundem cōpages, nerui posteriore † ex parte prodeunt. Gemini priores ex ea oriuntur parte, qua Coccyx latum os attingit: insequens par inde ortum habet, vbi prima huius ossis pars cū secunda committitur. Duo alij inde egrediuntur, quà secunda eiusdem pars cum tertia coniungitur. Iuxta tertiæ huius extremitatem, quod reliquum est ex spinæ medulla, simplex nulli q; allociatum prosilit.

† Alij desiderari dicunt, et anteriore.

De Thoracis ossibus. CAP. 13.

OS [a] pectoris, Costæ, item q; ex spina dorsi Vertebræ, Thoracis sunt ossa. Costæ ab vtroq; latere duodecim sicuti & vertebræ, Singulæ enim cũ singulis vertebris [b] connectuntur. Ossa pectoris per synarthrosin inuicem copulantur. Sunt autẽ numero septem, sicuti costæ, quæ cum eo alligantur. Imo pectoris ossi Chartilago triangula adnascitur. Cum vertebris costæ singulæ ad hunc modũ nectuntur. Ad radicem transuersi ipsarum processus, costę principiũ [c] † extanti quodã tuberculo, superinseritur, ibi q; sinu paruulo & leniter cauo excipitur: ambo q; tum sinus, tum costæ principiũ ad superiora magis vergunt. A radice deinde per totum transuersum processum costa superuehitur, in ipsius q; extremo, alio etiam nexu ad inferiora vergente constringitur. Quo fit, vt costa duobus modis ipsi vertebræ annectatur. Rursus q; costarum connexio cum osse pectoris latet admodum sensum: apparet tamen membranosis ligamentis, quibus vndequaq; contegitur, remotis. Nanq; ibi singularum pars chartilaginosa in [d] tuberculum desinens, singulis pectoris ossibus lenem quendam & in superficie sinũ in se habentibus nectitur. Quarum motus exiguus adeo est, vt synarthrosis appellari queat. In multis quidem alijs corporis partibus de structuris ossium ambigitur, incertum q; est, an ea per diarthrosin vel synarthrosin copulentur. Tota pectoralis ossis figura à non nullis, quia gladij similitudinem representat, Xiphoeides nominatur. Alij non pectorale os totum, sed eam duntaxat chartilaginem, quæ in imo eius est, ad hunc modum vocant. Costis non vna est simplex q; figura, nanq; vbi vertebris annexæ sunt, in anteriora pariter atque inferiora feruntur, multum q; ita progressæ, rursus q; sursum versę, protinus ad os pectoris recuruantur. Ob id q; quicquid earum cum pectoris osse committitur, [e] † non os est, sed in chartilaginem degenerat. Quinq;, quæ supersunt costæ, Nothæ appellantur. Eæ cum septo transuerso atque inter se connatæ conglutinatæ q; sunt, & in exquisitam chartilaginem finiunt. [f] † Postrema ab alijs tantummodo in imo secernitur, ac re vera notha est. Ijs atque alijs costis non par omnibus longitudo, sed supernæ infernæ q; breuiores sunt, mediæ prolixiores.

De Scapulis. CAP. 14.

S [g] Capulæ post thoracẽ sitæ sunt, eę cum osse occipitij, [h] spinã q;, cumq; etiam thoracis costis, et eo osse, quod gutturi præiacet, musculorum opera [i] cõpulantur. Eædem q; inæquales sunt satis, atq; omni ex parte dissimiles, gibbæ quidem exteriore ex parte, intrinsecus simæ. Ipsæ etiam in ima basi tenues oblongę q;, summa in parte crassę paruę q; sunt. Os scapulæ maiore ex parte chartilagine, sed vberius in [k] imo contegitur: [l] † à spina q; tenue inchoatur, paulatim q; plenius efficitur, donec ad acromij locum peruenerit, ibi q; cum iugulo [m] connectitur. Hanc ipsam compactionem non nulli anatomes periti [n] Acromion vocant. Alij præter hæc ambo, quę coniunguntur, tertium os esse inquiunt, quod in ipsis tantũmodo hominibus deprehenditur, id Catacleida & Acromion appellant. In ea parte, scapularum ossi processus quidam subest, quem scapulæ Ceruicem nominant, is q; in extremo in acetabulum desinens, cum humeri capite [o] alligatur. Est etiam huic ossi alter interiore in parte exiguus acutus q; processus, qui, cum anchoræ vel coruini rostri similitudinem referat, Ancyroeides à non nullis, Coracoeides ab alijs nuncupatur, quandoquidem extrema eius pars vti corniculæ rostrum exterius inclinat.

De Iugulis. CAP. 15.

I [p] Vgula ab vtroq; latere summæ pectoralis ossis extremitati [q] annectũtur: ea q; fistulosa sunt, figura q; & crassitie inæquabili. Pars enim eorũ inferior, quà pectoris ossi alligatur, crassior cęteris rotundior q; est: [r] † huic succedens, longe gracilior. Quod reliquum est totum, rotundum inęquabile q; est, quoad cum scapularum osse committitur, ibi q; quasi latiusculum est. Mediæ iuguli totius partes exterius gibbę sunt, pręsertim quæ ad scapulas tendunt.

De Humero. CAP. 16.

MAximum omnium os [s] humeri (femore excepto) est, id q; vtrinq; supra infra q; [t] alligatum est. Summa eius pars [u] grandiusculum habet caput, paruæ quidem ceruici coagmentatum adnatum q;. In eo iuxta anteriorem partem sinus quidam est, cuidam quasi patulæ scissuræ simile, qui totum ipsum caput in duo quasi tubercula bifariam diuidit. Pars autem inferior in tubercula desinit inęqualia, quorum ei, quod extrinsecus situm est, radij caput [x] annectitur: cum eo vero, quod est interiore in parte, nullum os prorsus committitur. Eam q; ob causam etsi paulo est grandius, longe maius apparet, quàm os exterius. In ima humeri parte sinus persimilis est concauis trochlæarum orbitis: cubitus hunc circum mouetur. Vbi autẽ sinus hic desinit, in extremis vtrinque lateribus duo prætere a sunt sinus, quorum anterior posteriore est minor. Ij cubiti coronas hoc est acutos processus excipiunt: horum que anteriorem, cum cubitus omnino flectitur, anterior sinus: cum tenditur, posterior posteriorem recipit. Cæteræ humeri partes rotundæ, nec rectæ, nec similes ex toto, gibbæ enim anteriore atq; exteriore in parte, in posteriore atque interiore simæ sunt.

De Cubito. CAP. 17.

PArs omnis, quæ inter humerũ, & carpon, {quod brachiale vocant,} sita est, eiusdem q; etiã partis

A * στέρνον
B * διαρθροῦνται. & ita de reliquis quæ asterisco notantur in hoc capite.
C † eminẽtia qdã condylode.
D * caput condylodes.
E † Orib. clarius habet. οὐκ ἔτι ὀστοῦν ἐστιν ἀλλὰ χόνδρος, i. non amplius os est sed chartilago.
† F ἡ δ᾽ ὑστάτη μόνη κεχώρισαι κατὰ τὸ πέρας αὐτῶν.
G * ὠμόπλοται.
H * κὐ τῇ τῆς ῥάχεως ἀκάνθῃ, i. spinæ q; apice.
I * συμφύονται.
K * basi.
L † syluius arbitratur legẽdũ eẽ Græce ἀφ᾽ ἧς ἀρχομένη τις ῥάχις ταπεινή, i. a qua basi, spina qdã humilis inchoatur, paulatĩ q; adaugetur, donec ad acromij loca ascẽderit.
M * συναρθροῦται.
N * ἀκρώμιον ἁρμονίαν.
O * διαρθροῦται.
P * κλεῖδες.
Q * διαρθροῦται.
R † quæ huic succedit, longe quidẽ est gracilior, adhuc tamẽ rotũda. quod reliquũ est totum inæquale est, quo ad cum scapula cõmittitur, vbi & quodã modo leniter dilatatur.
S * βραχίονος
T * διαρθροῦται.
V * εὐμεγέθες
X * διαρθροῦται.

A. ibid. c. 14. & c. 15. fol. 14
A. l. 1. f. 1 d. fu. 1. d. c. c. fol. 14. b
A. l. 1. f. 1. d. fu. 1. ca. 16. f 14. a
A. ibid. c. 18

A partis os grandius, Cubitus appellatur. Is alteri subest ossi, quod Radium nominant, huius'q; pars extrema superior, leniter caua, exterius humeri tuberculum recipit, ei'q; alligatur: cuius quidem connexionis id munus est, totam videlicet manum modo in pronum, modo in supinum adducere. Cubitus duos acutos habet processus, quos Corωnas vocat, quorum anterior, quidem minor, est: alter vero grandior: ab ijs'q; cubiti ipsius sinus, sigmæ literę similis comprehenditur. In hunc sinum humeri orbita, quæ trochleæ similis inter duo eius tubercula sita est, inseritur. Huius autem nexus tendendi, curuandi'q; totam manum officium est. Radius supra infra'q; validis ligamentis cubito illigatur, media inter se omnino dehiscunt. Vterq; adnatam appendicem iuxta brachialis partes habet, sed ex interiore parte concauam, extrinsecus gibbam. In sinum eiusmodi sese brachiale insinuat annectitur'q;: Cubitus minimo digito, pollici radius respōdentem. Inest autē cubito ex abundantia quadam processus, quem à columnæ similitudine styloειde appellant, is'q; brachiali etiam nectitur. Ad hunc quidem nexum pertinet brachiale in obliquum ducere, ad alterum vero in rectum, cuius opera summam manum extendimus inflectimus'q;.

* τῆχυς κορωνίδα. * διαρθροῦται. & ita de reliqs huius capitis.

De Brachiali. CAP. 18.

l. 1. f. 1. d. 5. 1. c. 21. fol. 5 g

PRima pars palmæ (græci Carpon, nos Brachiale appellamus,) ex ossibus octo duplici quidem ordine distinctis constructa est. Dura omnia, & paruula, nec medullosa, multiplicis'q; figurę sunt. Nam partim gibba, partim sima, partim recta, partim orbiculata cernuntur. Cuncta nerueis chartilaginosis'q; nexibus inter se per synarthrosin constricta, non (vt nonnulli arbitrantur) connata sunt, exteriore quidem in superficie leniter gibba, sinuata intrinsecus. Pars brachialis superior ex tribus ossibus constat, quæ in rotundā quasi figuram structa cum cubito, radio'q;, & styloειde processu annectuntur: hoc tamen excepto, quòd brachialis os, quod minimum digitum spectat, exiguo leniq; sinu styloειde cubiti processum recipit. Ex his autem medium, ibi potissimum sedem habet, vbi cubitus radius'q; inter se copulantur. Tertium, quod bipartitum est, à radio comprehenditur. Pars brachialis inferior, quatuor ipsius ossibus metacarpio (quod quasi postbrachiale dixeris) colligatur. Quintum vero ijs brachialis partibus insidet, quæ iuxta processum cubiti styloειde potissimum sitæ sunt.

* διαρθροῦται. * Glenoide. * συναρθροῦται

De Postbrachiali ac digitis. CAP. 19.

.ibi.c.22. fol. 4.h .ibi.c.23. fol. 5.a

INter brachiale, ac digitos ossa, (quæ ad eos tēdunt, & palmam explent,) [a] postbrachiale appellant, id'q; brachiali per synarthrosin, at priori digitorum phalangi scytalidi've (sic enim variè à nonnullis digitorum ossa nominantur) per diarthrosin alligatur. Pollicis tantummodo prius internodium ex transuerso ipsi [b] postbrachiali [c] annexum est. Quare singuli ex ternis ossibus constant priori semper internodio in subsequentis sinum subeunte. Iure'q; dicendum est pollicem ipsum ex triplici osse constructum esse, primum'q; eius internodium cum postbrachiali minime connumerandum, cum ab vtraq; parte per diarthrosin connectatur, quod primis digitorum, non postbrachialis ossibus accidit. Quo fit vt recte dixerit quispiam ex quatuor duntaxat postbrachiale, ipsos autem digitos ex quindecim ossibus constitutos esse. Qui vero os pollicis tertium postbrachiali adscribunt, ipsum quidem ex quinque, digitos vero ex quatuordecim ossibus constare affirmant.

A * μετακάρπιον. B * ... habet carpo. et ita ... videtur legendum vt ... C * διαρθροῦται.

De Ossibus, quæ cum osse sacro committuntur. CAP. 20.

.ibi.c.25. fol. 5.d

REctis ab vtroq; latere magnis'q; lati ossis processibus duo quedā ossa apposita adstructa'q; sunt, quibus totis nullum nomen inditum est. Nam latæ ipsorum superiores partes, [d] Ilium ossa: exteriores [e] † post femoris ingressum, inferiores'q;, [f] Coxendicū: quæ inde in anteriora protensæ, tenues'q;, & foratæ, atque inter se in extremo connatæ sunt, [g] Pectinis ossa appellantur. Vtrique coxendici pręgrande acetabulum inest, cum femoris capite, nexu validissimo copulatum connatum'q;.

D * λαγόνων. E † μετὰ την ... F * ... G * ...

De Femore. CAP. 21.

.ibi.c.27. fol. 5.e

OS femoris magnitudine cunctis animantis ossibus prestat: id supra coxendici, infra tibię alligatur. Superiori in parte rotundissimum caput habet, prolixæ quidem ceruici ad interiora inclinatę adnatum. Infra leniter patescens, in duo tubercula desinit adeo quidem grandia, vt capita possint appellari: ea'q; tibię annectuntur non modo membranosis ligamentis, quibus tota dearticulatio circundatur, sed tribus quoque alijs validis rotundis'q;, quorum vnum ab exteriore totius connexionis parte, ab interiore alterum, à medio posterioris interioris'q; tertium porrigitur. Totius autem femoris forma anteriore in parte exteriore'q; gibba, in posteriore interiore'q; sima est. Sub huius ceruice duo exigui sunt processus (Trochanteras vocant) quorum exteriorem, qui longe maior est, Gluton, hoc est natem appellant.

* μηρ... * διαρθροῦται * διαρθρώσεως

De Tibia. CAP. 22.

.ibi.c.28. fol. 15.f

TOta pars cruris, quę inter genu talum'q; posita est, eiusdem'q; etiam partis os grandius, Tibia appellatur. Hęc interiore in parte sita est, ei'que soli femur ipsum annectitur. Os enim, quod extrinsecus locatum est, Sura nominatum, crassitudine tibiæ admodum cedit: nec adeo protenditur, vt genu ipsum contingat. per synarthrosim autem supra infra'que tibiæ alligatur,

* κνήμη. * διαρθροῦται * περόνη

media inter se penitus dehiscunt. Tibia, qua femori copulatur, magna quidem adnata coagmentata q; appendice duplicem in se sinum habente, capita femoris sese insinuantia recipit. Inter eos tibiæ sinus eminentia quædam surgit neruea chartilaginosa q;, quæ iner femoris tubercula veluti in imam quandam scissuram inseritur. Quicquid vero anteriore in parte tibię tenue & carnis est expers, Ocrea dicitur: imæ ab vtroq; latere tibiæ suræq; partes Malleoli nuncupantur, ij q; gibbi rursus & omnino carne carẽtes extra alia prominent: hos ipsos permulti Talos vocant, sed errant penitus, nam sub his vtrinq; talus continetur, ac vndequaq; contegitur, vt ne eum tangere quidem possis. Malleoli extremę tibiæ suræ q; processuum partes sunt, gibbę quidem exteriore ex parte, vti patet, intrinsecus cauæ.

E

* ἀντικνήμιον
* σφυρά.
* ἀστραγάλους

De Patella. CAP. 23.

QVa femur "tibię annectitur, os extrinsecus chartilaginosum rotundum q; incumbit, quod gibba & veluti tubercula subiectorum ossium aptis sinibus comprehendit, breui'que quadam eminentia, quod inter femur tibiam'q; spatium patet, complectitur: id ipsum os [a] Patella a non nullis, [b] Mola ab alijs appellatur.

* διαρθροῦται.
* condylode
A * ἐπιγονατίς.
B * μύλη.

A. ibi. c. 29. fo 15. g

De Pedis Ossibus. CAP. 24.

TAlus "ab imis tibiæ surę'q; processibus paulo ante dictis comprehenditur. [c] Eius pars, quã τέτρωρον vocant, sursum vergit. Ex alijs eius partibus, posteriores læuigatę oẽs, modice'q; orbiculatæ sunt, & ad superiora potius spectant. Anteriores rotundo quidem capite oblongæ ceruici adnato, cum eo osse [d] connectuntur, quod ad cymbę similitudinem Scaphoeides nuncupatur. Ab vtroq; latere dextro videlicet ac sinistro [e] † in duo extantia supercilia} desinẽs, sub tibiæ surę'q; cauis excipitur. Ipsius quoq; pars interna læuorem ferè habet. Huic subest os pedis maximũ, quod [f] Calcem vocant, id'q; ipsum & rotundas partes ex talo recipit: & geminos, quos habet, excessus in aptos eius sinus inserit. Pars vero eius qua ingredimur, leniter rotunda & latiuscula est. Posterior quoque rotunda est, ea'que tibiæ rectitudinem admodum excedit. Ex partibus eius anterioribus quæ è regione magni digiti sita est, ipsius tali capiti subiacet, nec cum altero osse copulatur: at eius extremitas, quæ minimo digito respondet, cum eo osse, quod à tesseræ similitudine Cyboeides vocant, per synarthrosin nectitur. Cyboeides autem à parte [g] exteriore iuxta scaphoeides positum est: verum hoc, qua cum talo [h] iungitur, sinuatum: cyboeides, gibbum est. Tria deinceps ossa paruula inferiori scaphoeidis parti per synarthrosin copulantur, cum quibus etiam exteriore ex parte ciboeides pariter porrigitur. Post autem quatuor hæc ossa prima pars pedis, quam Tarson vocant, finitur.

F

G

C Balamius, τέτρωρον ea pars in talo est, quã pronã vocant, quæq; fortasse quatrio (vt Isidori vtar verbo) appellari potest.
D * διαρθροῦνται.
E † εἰς ὀφρυώδεις ἐξοχάς.
F * πτέρναν.
G * Orib. habet ἐκ τῶν ἐντὸς μερῶν. i. à parte interiore.
H * διαρθροῦται.

A. ibi. c. 30. fo 15. g

[i] † *De Ossibus Plantæ.* CAP. 25. }

P[k] Lanta "inde inchoatur, quæ ex quinq; ossibus constructa est. Post hæc deinceps pedis digiti siti sunt, qui ex ternis internodijs omnes ad eorum, quæ in manu sunt, similitudinem cõstant, pollice tantum excepto, qui inter alios ex duplici osse constitutus est. Horum dearticulationes, membranosis: quæ vero in talo calce'que habentur validioribus, ligamentis, quorum non nulla rotunda simul & neruea chartilaginosa'que sunt, constringuntur. Sed hęc (vt puto) tyronibus, prima'q; de ossibus rudimenta addiscentibus sint satis. Horum vtique contextus compactio'q; Sceletos dicitur. Quòd si quod officulum alibi, vtpote in corde, in naso, in gutture, item'q; in aliquo ex digitis, vt quę à sesami similitudine Sesamoeide vocant, aliud'q; eius generis deprehenditur, non est necessarium hoc opere pertractare.

I † in Oribasio cõtinuatur hoc caput cum superiore. Vt sit vnicum caput de ossibus pedis.
K * πέδιον.

A. ibi. c. 30. fo 16. b

Galeni



GALENI DE MVSCVLORVM DISSECTIONE AD TYRONES,

Augustino Gadaldino medico Mutinensi interprete.

PROEMIVM.

Musculorum dissectionem inculpate certe conscripsit nemo, accuratius tamen multo quidem quàm alij Marinus, Verum cum nec vno tantum libro, nec ordinatim de omnibus ipse narrauerit, idcirco Pelopis & Lyci & Aeliani musculorum dissectio in pretio iure habita est. Pelops igitur in tertio Hippocraticarum institutionum libro, vnà cum omnibus alijs corporis partibus, musculos quoq; dissecuit. Lycus maximum de eisdem librum composuit. Ælianus in eo libro, quem veluti compendium voluminum anatomicorum à patre conscriptorum, fecit, simul cum alijs cunctis particulis, musculorum quoque & ipse scripsit dissectionem. Longior autem euasit Lyci liber: quòd & prolixius C omnia interpretetur: quod'q; logicas quæstiones ijs, quæ ex dissectione apparēt, commiscuerit: ac preterea quòd de affectibus multos sermones habuerit, quorum quædam nulla in re musculorum dissectionibus accommodantur. Ælianus sanè & Pelops sola ea, quæ apparent, persecuti fuere: quod & ego nihilo secius nunc facere decreui. Nam de musculorum motu alibi duobus commentarijs tractatum à me fuit. De vtilitate vero simul cum reliquis omnibus in magna illa narratum est tractatione, quæ de particularum vsu scripta est. Ac præterea quo nam quis modo optime non in musculis tantum, sed in alijs etiam omnibus animalis particulis dissecandis se exerceat, in anatomicis administrationibus traditur. Quare nihil quicquam priuatim scribere statueram de musculorum dissectione: sed vbi, quęcunque omnia per dissectiones à nobis inuenta sunt, in vnū volumen congererem: tunc quoq; quæ à superioribus medicis in musculis dissecandis prætermissa vel non recte inuenta fuere, manifestare decreueram. Cum tñ non nulli amici per seipsos sese vellent exercere, commentarios non ab re quosdam habere eorum, quæ me indicante inspexere, voluerunt, me'q; vt hunc librum cōponerem, impulerunt. In quo, quæcunq; in musculorum apparent dissectione, doceo. Nullam autem de actione demonstrationem adhibeo, sed capita duntaxat eorum, quæ in alijs libris demonstrata sunt, in memoriam reuoco. Siquæ vero Lycus pretermi D serit, vel indiligenter scripserit, eorum me aliquam mentionem facere voluere: quādoquidem hic clarissime omnium atq; optime musculos dissecuisse creditur. Hæc igitur sunt, quæ hic liber polli cetur. Sed iam ad eorum narrationem veniamus. Qui se in musculorum dissectione exercere cupit, suffocatam in aqua simiam primum excoriet, quemadmodum in anatomicis administrationibus dicimus. Nam in hoc multi errarunt, cuilibet hoc opus imponentes.

De lato musculo sub colli cute latente, buccasq; mouente. CAP. I.

Idem "pleraq; alia dilaniant ac cōfundunt, veluti etiam nihilominus tenuem illum ac latum musculum, qui sub cute in collo habetur: quem siquis etiam nolit musculum appellare, sed musculosam naturam, vel substantiam, vel quomodocunque velit ipse vocare, id faciat licet. Incipit hic musculus in priori quidē parte ex labrorū ac buccarū, in posteriori vero ex spinæ regionibus, toti cuti, quæ circa collum est, in orbem subtensus, tenuis membranosus q; existens: vt ob hoc ipsum lateat, ac mēbrana potius q̄ musculus esse videatur, quousq; vnà cū cute inspiciatur: nā si ab hac separetur, manifestus euadit. Nullus vero ab hoc musculo detinetur articulus: q̄nquidem nec in articulum ēt inseritur, verum buccas ac cutim, quibus coalescit, solas mouet. Eius aūt motus etiā ante dissectionem in nobis ipsis euidens ac clarus est, cum buccas à seipsis mutuo ad latera citra inferio ris maxillæ motionē, oris'q; apertionē, abducere volumus. Iam & in ijs, qui spasmo corripiēdi sunt,

l.1.f. 1.d.5. .2.ca.6.fol. .g

primus omnium intenditur hic musculus: & qui cynici idest canini vocantur spasmi, huius præcipue musculi affectio sunt. A nobis porro musculus hic, clarioris doctrinæ gratia, myωdes platysma i. musculosa dilatatio, appelletur. Itaque toti quidem ceruici circumiectus est: deorsum vero fertur, in priori quidem parte vsq; ad clauiculas: in posteriori vero iuxta scapularum spinas vsque ad metaphreni seu dorsi principium: quod vero inter hanc insertionem & originem est medium, membranosum existens, rectum per mediam, quæ in collo est, spinam extenditur. Hoc igitur corpus dissectionis professores, cum male animal excoriarent, ignorarunt. Sed iam tempus est, vt ad faciei musculos accedam. E

De Labiorum musculis. CAP. 2.

LAbrorum " musculi, qui & exquisite positę illic cuti permiscentur, quatuor numero sunt, duo ex superioribus partibus, vtrinq; nimirũ vnus à malis obliqui discedentes: & duo ex inferioribus, ab extrema maxilla, vbi est geneion i. mentũ quod vocant, vtraq; etiam nimirũ parte vnus, alter à dextra, à sinistra alter. Sane si ambo superiores tensi fuerint, superius labrũ sursum trahitur: sin alter solus, ad eum labrum attrahitur: Ita vero & inferioribus ambobus quidẽ tensis, deorsum trahitur inferius labrum: altero vero solo, versus illum attrahitur. De labrorum vero in priora motu, de quo nullam omnino mentionem fecerunt dissectionis professores, in alio dicetur libro, in quo etiam de omnibus alijs obscuris dubijs've motibus tractabo. F

A.ibid.c.7.h

De musculis, qui ad Nasi Alas sunt. CAP. 3.

DVo " sunt alij vsquequaq; exigui musculi, q & ipsi à malis incipientes vtrinq; vnus, in sibi respondentem nasi alam inserũtur, ipsam aperientes. A nullo autẽ musculo nasus cõtrahitur: sed cũ prædicti musculi ab actione cessant, mediam tũc ipse acquirit constitutionẽ: vltra hanc vero à nullo musculo abducitur, sed in vehemẽtioribus inspirationibus, alę spiritus impetum insequuntur. Deorsum porro trahitur nasus, quod labra per appensionem consequatur.

A.ibid.c.8.h

De Musculosa natura, quæ sub cute frontis est. CAP. 4.

ET " sane frõtis cuti musculosa quędã natura tenuis subtẽsa est, ipsi cuti coalita: ideo q; tota quæ circa frontem est cutis mouetur, quamuis immobilis seruetur maxilla.

A.ibid. c.3.d

De musculis Oculorum. CAP. 5.

MVsculi " qui circa oculi basim siti sunt, siue quis vnũ esse ipsum dicat, siue duplicem, siue triplicem, siue etiam duos vel tres coalitos, ad firmandum certe oculũ conferunt, cum præsertim pusillũ aliquod corpus, accurate directo inspiciundũ nobis sit. Cæteri omnes, qui oculum mouent, sex numero sunt: quorum quatuor rectis motibus præsunt, reliqui duo totũ oculũ circũuertunt. Sed hi à magni anguli regionibus prodeuntes, in paruũ pertingunt. Ex alijs quatuor, vnus oculum sursum, alter deorsum, tertius ad nasum, quartus extra ad paruũ angulũ trahit. Quicunq; vero non sex, sed quinq; affirmant esse hos musculos (id quod etiam Lycus opinabatur,) ij non in numero solum eorum, sed in actionibus quoq; cognoscendis errant. G

A.l.1.f.r.d. & fu.2.c.4.e

De musculis Maxillam Inferiorem mouentibus. CAP. 6.

QVatuor " musculorum coniugationes maxillam inferiorem mouent. Ac sursum quidem trahunt, qui crotaphitæ i. tẽporales vocãtur: & qui intra os siti sunt. Ad latera vero adducũt, qui in buccis sunt locati, quos masseteras i. mansorios, nomine ab vtilitate imposito, appellant. Deorsum trahunt reliqui duo: sed hi angusti prolixi q; sunt: qui post infra q; aures incipientes, & per collũ in priora procedẽtes, atq; deinde in idẽ mutuo, qua maxillę inseruntur, coeuntes, ipsam, cũ tendũtur, aperiunt. Hi soli inter oẽs musculos, ambas qdem partes extremas, carnosas habent: mediam vero tendonem exquisitũ. Ex reliquis tribus coniugationibus validis magnis'q; tẽporales vtrinq; vnus, in extremas maxillę corωnas i. cornices, & in maxillam ipsam pertingunt: ad cornicis ecphysin i. exortum, validis aponeurosibus (quasi proneruationes dixeris) inserti, per quas tum maxillam sursum trahunt, tum os claudũt. Quapropter hos musculos aliquando mansorios non iuniores tantũ medici, sed & antiquiores etiam, veluti Hippocrates, appellant. Prope vero eam partem, qua prędictorum musculorum tendones expullulant, transuersum os extrinsecus impositum circumpositum'q; est, quod zygoma i. iugale appellatur. Qui vero intra os sunt musculi, latis quidem cauis'que maxillæ inferioris partibus incumbunt: ad palatum vero ascendunt, cauis, quæ inibi sunt, ossibus, quæ à processibus, quos ad alarum similitudinem pterygoειδεις græce vocant, circundantur, inserti. His musculis validus quidam tendo hoc in loco inest: Tota vero horum musculorum transuersa pars cum musculis temporalibus coalescit: & sane eãdem, quam temporales actionem obeunt, inferiorem nimirũ maxillam in interiori parte sursum trahentes. Quidam partem quandam temporaliũ eos esse existimant, vt Marinus: Nonnulli priuatim ipsos separant, vt Ælianus & Pelops. Lycus aũt cũ hos prorsus ignorasset, illos reprehendit, qui quatuor esse temporales musculos dicũt. Reliqui duo musculi {triangulares} extrinsecus secundum inferioris maxillæ longitudinem insident: præteruecti vero atq; inserti duobus ipsorum capitibus, ad malam & os iugale ascendunt, duo re vera vtrinq; existentes non vnus: mutuã enim in mandendo excipiunt tum actionem tum vsum, alter in priorem, alter in posteriorem partem maxillam mouens. Iidem etiam musculi in temporales intra os iugale coalescunt. H

A.ibi. c. 9. & 17.a

De musculis

A *De musculis, qui à capite in Scapulas inseruntur.* CAP. 7.

ABlata prima omnium musculosa latitudine, duo musculi ex osse capitis, quod in occipite est, vtrinq; vnus, se mutuo tangentes, exoriri videntur, alter à dextris animalis partibus, à sinistris alter. Est autem eorum exortus gracilis latus q; per transuersam lineam ad aures procedens: ad aurem tamen haud peruenit, sed multo breuior est. Hinc duo hi musculi prodeuntes, magis ac magis perpetuo dilatantur: ac tandem scapularum spinis vsque ad acrωmion, vtrobique inseruntur, aliquid etiam clauicularum comprehendentes. Hos musculos ante dissectionem in gymnasticis euidenter videre possumus: plenissimi enim corpulentissimi'que sunt, ac totam ceruicem occupant. Horum officium non est, vt Lycus vnà cum plerisq; alijs dissectionis professoribus deceptus affirmabat: neq; enim caput ad scapulas detrahũt, sed ipsas ad illud trahunt. Hoc autem in anatomicis administrationibus demonstratur: in quibus etiam de plerisque alijs motibus, qui superiores medicos latuerunt, abunde persequimur: ac methodum etiam, qua singuli motus inueniri debeant, docemus. Post musculorum prædictorum exortum dissectum, altera quædam subiacet musculorum gracilium & longorum coniugatio, gracilis quidem ac lata in exortu: semper tamen, dum progreditur, teretior euadit: ac deniq; in tenuem tendonem nerui instar exquisite teretem finiens, ad principium basis scapularum inseritur: qui tendo ab intrinsecis partibus propter basim prouectus, atq; ad eius vsq; dimidium progressus, sic iam in ipsum basis os inseritur. Huius vtilitas est scapularum basim è directo capitis attollere. Hunc etiam tendonem ignorauit Lycus.

B

De musculis Scapulas mouentibus. CAP. 8.

SEptem sunt musculi, qui vtranq; mouent scapulam: Ac duo quidem ab occipite deorsum obliqui feruntur, de quibus superius dixi: Tertius à transuerso processu primæ vertebræ exoritur: Quartus ab osse larynga hoc est guttur, ambiente: Duo alij (quintus nimirũ & sextus) ex spina dorsi exortum obtinent: Septimus à lumbo in humeri dearticulationẽ ascendit, maximus musculus: cuius naturã omnem in sequentibus in ea libri parte declarabo, in qua de musculis articulũ humeri mouentibus tractabo. Sanè musculus, qui à prima vertebra exoritur, in extremum spinæ scapularum, quà sublimior ipsa est, apud acrωmium in tertiam ferè ipsius vniuersæ partem inseritur. Est autem carnosus minime q; latus musculus hic: scapulam q; ad transuersas colli partes adducit. Huius musculi non actionem solum, sed exortum quoque & insertionem ignorauit Lycus, incipere eum ab ijs caluariæ processibus, qui à columnæ similitudine steloeideis græce appellantur, atq; in acrωmium peruenire, putans. At qui ab osse guttur ambiente exortum habet, in eã pręcipue altioris costę scapularum partem inseritur, vbi principium processus illius habetur, qui propterea quòd anchoræ similitudinem repræsentat, angyroeides gręce nominatur. Angustus autem & longus est hic musculus, scapulam q; in priorem regionem ceruicis versus proprium principium adducit: id quod omnium musculorum est commune. Qui vero à lumbo in humeri dearticulationem ascendit musculus, ac toti basi cauis q; scapulæ partibus secundum humiliorem costam adhæret, ex inferiori & priori parte totam scapulam his apprehẽsionibus deorsum ac in priora ad se ipsum trahit. Ex reliquis duobus musculis, à quibus solis scapulam moueri arbitratur Lycus, alter quidem in superficie ex omnibus thoracis vertebris exoriens, in inferiorem spinæ scapularum partem inseritur: Alter vero sub hoc ipso situs, exoritur quidem & ipse ex septem thoracis vertebris, & ex quinq; etiam ipsius ceruicis: inseritur autem in totam eam basis partem, quæ chartilaginea est. Vterq; igitur ipsorum retro abducit scapulam: sed prior vnà etiam deorsum trahit: secundus veluti ad ceruicẽ sursum trahit: si vero ambo simul tensi fuerint, retro versus spinã dorsi totam scapulam ad septem superiores thoracis vertebras, quibus ẽt ipsi exporrecti sunt, abducũt.

C

De musculis Caput mouentibus. CAP. 9.

l.ibi.c.io.fol. 7.d D

CAput proprijs quidem motionibus sine ceruice mouetur, quæ breuissimæ & duplices sunt, per duplices nimirum dearticulationes: quarũ alteris ad vtraque circumuertitur: alteris in priora annuit, & in posteriora abnuit. Eiusdem vero capitis motiones, quæ vnà cum totius ceruicis motu fiunt, longiores sunt, de quibus paulò post narrabo. Nunc de proprjs ipsius musculis agam. Post prædictam coniugationem gracilium musculorum, quos & ipsos ex occipitis osse exorientes scapulam attollere diximus, altera deinceps coniugatio est, exortum transuersum simul, & carnosum, latum'que vsque ad aures obtinens. † Huic altera quędam coalescit, principiũ ex regione, quæ sub auribus est, sumens. Hę per totam ceruicem ad priora obliquæ feruntur: in primo quidem exortu mediocriter coalescentes.| in subsequenti vero deinceps loco magis dehiscentes. Ob id'que aliquibus fortasse duo musculi ab vtroque ceruicis latere, non vnus esse videbuntur. Amborum sanè similis est vtilitas, motus, & fibrarum positio. Vno tamen solo differunt, quòd prioris musculi fibræ à primo exortu carnosæ existentes, eiuscemodi'que ad finem vsque perdurantes, in clauiculæ os inseruntur: secundi vero tum principium veluti ligamentum habent, tum finem veluti tendonem, qui sanè ad pectoris os terminatur. Diuidi vero quoquomodo & hic secundus musculus ab homine, qui subtiliter adeo partiri rem velit, in duos potest: scinditur enim aliquo modo circa collum, vt partes ipsæ appensæ adhęreant ei tangant q;.

†Græce, συμφύεται δὲ αὐτῷ τις ἑτέρα. ut trãstuli, ors bas. συνεχεύεται δ' αὐτῷ τις ἑτέρα. id est cũ hac altera quædã exoritur.

Ac altera quidẽ pars, quæ prior eſt, oſſi pectoris neruoſo fine inſerit̃: altera vero in clauiculę principium carnoſam inſertionem facit: q̃ inter hũc ipſum qui ad pectorale os terminat, & ſupradictũ ab occipite exoritur, media poſita eſt. Hic totus muſculus vnus quidem motu & vtilitate eſt ſtatuendus: motus nanq; ipſius eſt obliquus: vtilitas q; eſt, vt caput in priorem partem circumagat: Non vnus vero, quod non omnino admodum ſit continuus, quodq; exortus & inſertiones haud ſimiles omnes rectas q; habeat. Nam eius ſunt duo exortus, carnoſus quidem, qui ex occipite eſt: neruoſior vero quodammodo, qui ſub aure. Inſertiones item ſunt, cuiuſmodi nunc iam diximus: altera, quæ ad clauiculam peruenit, carnoſa: altera, quæ in os pectorale inſeritur, neruoſa. Sed in his non magnopere errarunt diſſectionis profeſſores. Quod vero arbitrati ipſi fuerint portionem muſculi qui ab occipite enaſcitur, toti ipſius clauiculæ longitudini inſeri, non paruum profecto circa apparentiã conſpectui q; ſubiecta peccatum commiſere. Id tamen non Lycus modo, ſed & alij quoque celebres viri affirmarunt. quanquam ſane nedum totam muſculus hic clauiculam, ſed ne dimidiam quidem occupat. Huiuſce igitur coniugationis muſculi, magni admodum ſunt, vt etiam ante diſſectionem in omnibus hominibus, ac prǽſertim in gymnaſticis, facile dignoſci poſſint. Qui vero retro ex occipitio enaſcuntur, multo his minores ſunt, atq; numero quãplures. ſunt autem duo (vt quiſpiam dicat,) ipſorum genera, alterum colli & capitis commune, alterum ſolius capitis. Quod ergo colli ac capitis eſt commune, in octo diuiditur muſculos, ab vtraq; nimirum ſpinæ parte quatuor. Quorum prima coniugatio latos in occipite exortus obtinens, anguſtior in deſcenſu redditur: fit q; vtriuſque ſingillatim muſculi figura ad ſimilitudinem trianguli rectanguli, cuius quidem baſis ſit ipſe ex capite exortus: altera autem coſta, quæ ad rectum angulum accedit, ſit ſpinæ apex, reliqua vero tertia ſit illa, quæ has ambas coniungit. Ergo ex prædictis eſt manifeſtum horum muſculorum fibras obliquas eſſe, à capitis lateribus ad poſteriora inuerſas. Hi ſane muſculi ex vtraque parte vnus, tanquam plicæ quædam ac laminæ alijs ſuperiacent expanſi. Ablatis autem his, interdum quidem manifeſte apparent tres muſculorum coniugationes plerunq; vero duæ: altera quidem extenſa propter ſpinæ apicẽ leniter latorum muſculorum obliquorum ab occipite ad ſpinæ latera tendentium: altera vero teretium, contra quàm illi fibras habentiũ, ex tranſuerſis capitis partibus, vnde etiam exortum habent in ſpinæ apicem tendentes. Quando vero tres videntur coniugationes, vna propter ſpinam extenditur, altera propter tranſuerſos proceſſus vertebrarum, tertia inter vtranque media collocata eſt. Sæpenumero tamen omnes horum omnium exortuum muſculorum fibras videre licet à poſterioribus in priora oblique tendentes, vt tandem omnes finiant in eam vetebrarum partem, vbi tranſuerſi ſunt earum proceſſus. Sane ſi hos muſculos ſuſtuleris, in conſpectum tibi exquiſite venient coniugationes illæ muſculorum, quæ in capitis dearticulatione habentur. Sunt autem hoc in loco vtrinque quatuor exigui muſculi: duo quidem, qui à capitis oſſe ex communi principio ſecundum occipitis extremitatem exoriuntur, dearticulationem tangentes: quorum alter neruoſior in poſteriorem ſecundæ vertebræ proceſſum porrigitur, aqud inſertionem anguſtior redditus: alter obliquus in trãſuerſum primæ vertebræ proceſſum: Tertius vero alius muſculus ambos hos cõiũgit, à trãſuerſo primæ vertebrę proceſſu in poſteriorem ſecundæ pertingens. Inſeritur ſane hic muſculus in ipſius proceſſus latera: quemadmodum qui prior dictus eſt, in ipſam proceſſus ſummitatem, quam acanthan, id (eſt ſpinam ſiue apicem) appellant. Huic ipſi alter paruus ſubiacet muſculus, ab occipitis oſſe in primam vertebram ſeſe inſerens. Horum nouiſſime memoratorum muſculorum exiguorum, numero octo exiſtentium, actio eſt ipſe capitis motus circa dearticulationem ſolam: Sicuti eorum, qui his incumbunt, actio eſt, vt caput vnà cum ceruice tota moueant. Caput igitur ſolum, abnuendo rectà muſculi illi agunt, qui in primam & ſecundam vertebram recti procedunt: Cum parua vero inclinatione mouent cæteri quatuor: quorum duo à capite exorti, leniter q; obliqui deſcendentes, id ad latera abducunt: reliqui vero duo dum agunt, eam obliquam extenſionem, quę ex oppoſitorum ſibi muſculorum nuper dictorum motu facta fuerat, in caput cum continuis partibus primæ vertebræ ad ſitum ſecundum naturam reducunt. Iam q; compertum eſt in vnaquaque horum muſculorum coniugatione, ſi vnus tantum agat muſculus, motum capitis fieri obliquum: ſin ambo ſimul, motum rectum vnicũ effici. Sic ſane in ijs, qui his incumbunt, muſculis totam ceruicem occupantibus, obliqui quidem obliquum ipſum abnuendo mouent: recti vero rectum id faciunt. Iam in ijs etiam muſculis errarunt diſſectionis profeſſores, qui nec numerum, nec poſitionem, nec actionem, nec vſum, nec denique figuram eorum ſcripſere. Duo præterea ex prioribus partibus ſunt muſculi, caput vnà cum ceruice mouentes, validi ſane ac longe. Progrediuntur autem hi muſculi ad quintam vſque thoracis vertebram, omnibus ceruicis vertebris priori in parte ſuperſtrati, ſtomacho q;, id eſt gulæ ſubiecti. Horum exortus ex inferioribus capitis partibus eſt, carnoſus exiſtens, eam q; regionem occupans, quę inter capitis dearticulationem & inferiorem futuræ lambdoeidis finem continetur. Hi muſculi cùm toti agunt, caput cum ceruice flectunt: Cùm vero ſuperior tantum eorum portio, quę à capite in primam & ſecundam inſeritur vertebram, actione fungitur, ipſum ſolum caput annuendo mouet. Sane hęc portio peculiarem aliquando claram q; habet circumſcriptionem delineationemu'e, quæ poſterioribus

E F G H

** νευρωδέστερος id eſt neruoſior eſt ĩ Galeno, εὐρώστοτερος i. robuſtior eſt in Oribaſio.*

A posterioribus musculis exiguis proportione respondet. Sunt præterea ex transuersis partibus circa capitis articulũ aliæ duæ coniugationes musculorum paruorum: altera primam vertebram capiti: altera secundam primæ connectens †, haud obscura. Horum musculorum actio est, vt ipsas solas primæ vertebræ dearticulationes ad latera annuendo moueant. Ex his omnibus † musculis, qui capitis dearticulationem in orbem circundantes coronant, duos solos nouit Lycus, cæteros vero omnes ignorauit, quemadmodum etiam posteriores octo occipitis, quos ceruicis ac capitis communes esse asseruimus. Verum hos, quod à spinalibus musculis separare nequiret: reliquos, quod sub his absconditi essent, merito ignorauit.

† οὐκ ἀσαφῆς. sed forte οὐκ ἀσαφεῖς. ut transtuli. Oriba. legitur οὐκ ἀεὶ σαφὴς idest nõ semper manifesta considerato.

† μικρῶν id est paruis. addit Oribasius.

De musculis asperæ arteriæ. CAP. 10.

Asperæ arteriæ quatuor sunt peculiares musculi ipsam contrahentes & arctantes, cùm extenti fuerint, os quæ à literæ Y similitudine hyoeides appellatum, & ipsum guttur reuellentes. Ex his musculis, qui maiores sunt, principium quidem ab inferiori rectæ lineæ ossis hyoeidis termino sumunt secundum totius arteriæ longitudinem protracti: insertionem vero in pectorale os secundum internas eius partes moliuntur. Tibi quæ aliquando bifidi videbũtur esse musculi hi duo. Alij vero duo ex transuersis inferioribus quæ thyreoeideos. i. scutiformis chartilaginis partibus exorti, in B pectoris os & ipsi terminant, arteriam à lateribus complectentes. Meminisse autem oportet in simijs omnia hæc dici, nam de discrimine, quod inter has & cętera animalia est, in anatomicis administrationibus traditur.

De proprijs, gutturis seu laryngis musculis. CAP. 11.

l. 1. f. i. d. 5. 2. c. 11. fol. gh. & c 12. b

Duo quidẽ musculi in prioribus chartilaginis scutiformis partibus, alter è dextris, è sinistris alter, recti secundum eius longitudinem incumbunt, ab humilioribus ossis lambdoeideos costis exorti. hi ad superiora ac priora chartilaginem attrahunt. Duo vero alij musculi à posterioribus scutiformis chartilaginis extremitatibus vtrinque vnus exorientes, gulæ inseruntur, ipsam perinde ac sphincteres, id est adstrictores, comprehendentes: hi chartilaginem cogunt atque adstringunt. Duo item alij bifidi primæ & secundæ chartilaginis fines coniungunt coguntque: Post quos quatuor alij ex secunda chartilagine in tertiam deuenientes, hi quidem retrorsum, hi vero in latera: dearticulationem dilatãt, † post hos ipsos quoque duo alij sunt, haud prius apparẽtes, quã guttur sit apertum: qui ei quidem chartilagini, quæ quia gutturnij infundibuli ue formam repræsentat, arytænoeides græce dicitur, scutiformem perpetuo coniungunt: reliquę vero quæ innominata est, non perpetuo. Actionem hi musculi habent prædictis quatuor oppositam. † Est præterea C circa tertiæ chartilaginis basim musculus vnus bifidus, vel duo connati, vel quomodocunque nominare volueris: qui non in omnibus, sed in aliquibus insunt animalibus chartilaginem cogẽtes, guttur que claudentes. Sanè dissectionis professores non parum in plerisque prędictorum musculorum errarunt.

† Oribasius hæc addit, superiorem gutturis extremitatem aperientes.

† Oribasius hæc addit. arctantes exquisite vna cum prædictis duobus bifidis inferiorem gutturis extremitatem.

De musculis, qui sub clauiculis sunt. CAP. 12.

* Sub vtraque clauicula musculus subiacet, qui manifeste videri, antequam clauicula auferatur, non potest. Est autem totus carnosus vterque ipsorum, in ossa duo insertionem moliens, in ipsam nimirum clauiculam, & primam thoracis costam paruam, quam non nulli catacleida (quasi subclauium dixeris) Græce appellant. Clauiculæ igitur in illis connatus est partibus, quæ ad acromium ascendunt: ipsi vero primæ costę coalitus est, qua ipsa cum pectoris osse coarticulatur. De horum igitur musculorum actione quidam ex dissecandi professoribus dubitant: non nulli vero scapulã adigi existimant, veluti Lycus, in alijs etiam animalibus, quęcunque clauiculas non habent. nam hos musculos cum eo scapularum processu, qui ab anchoræ similitudine angyroeides dicitur, coalescere censet, maxime profectò aberrans. In hominibus vero cæteris que animalibus clauiculas habentibus cùm hoc dicere non posset, tanquam ligamenti vsum ipsis attribuit. Haud ita tamen se E habet rei veritas: quin potius musculi hi eandem, quam Mesopleurij. i. intercostales vocati musculi, actionem habent. sicuti enim eorum quilibet suis ipsorum fibris extrinsecis humiliorem costã ad superiorem attrahit, ita etiam hi primam costam ad clauiculam attollunt.

De musculis proprijs ossis lambdoeideos, quod & hyoeides & hypsiloeides appellatur. CAP. 13.

ibi. c. 13. fol. b

Os capiti gutturis incumbens non nulli quidem hyoeides, siue hypsiloeides, nõ nulli lãbdoeides (à similitudine quam cum Υ & Λ græcis literis obtinent.) nominant. Est aũt recta huius ossis linea secundum colli longitudinem extensa, os leniter latum, quatuor vero reliquę lineæ obliquæ sunt, & à prædicto lato osse secundum duas coniugationes exoriuntur: à superioribus quidem partibus altera coniugatio, quę tenuium gracilium que est, veluti sunt scriptorij extrema: ab inferioribus vero altera, quę est mediocriter latorum. Verum graciles duæ costę per ligamenta teretia ac tenuia extremitatibus eorum processuum, quos (ab acus & scriptorij & styli seu columnæ imagine) belenoeideis, & graphoeideis & styloeideis nominant, colligant. reliquas vero duas inferiores duo vincula valide cum arytenoeide chartilagine copulant. Et sane duo etiam musculi lati inferiori maxillæ os hyoeides coniungunt, ex transuersis rectæ lineę ipsius ossis partibus enati, atque in transuersas etiam inferioris maxillę partes post musculorum ipsi maxillæ propriorum exortum inserti. Alij vero duo musculi in extremam maxillam mutuo inter se colligati veniunt.

veniunt. Horum principium est superior terminus rectæ lineæ ipsius lambdoeideos ossis. Alij aūt duo musculi à radice ossis graphoeideos incipiunt, atq; in rectas lambdoeideos ossis lineas inferno termino, vtrinq; vnus, inseruntur. Hæ quidē tres musculorum coniugationes ipsius ossis lambdoeideos propriæ sunt breuibus quibusdam motionibus ipsum mouentes. ea quidem quæ à basi processuū belonoeideōn incipit, in posteriorem regionem id abducens: reliquæ autem duæ in maxillæ latera ducentes, atque ad maxillam sursum trahentes. Cæteri vero musculi qui ab osse hyoeide exortum obtinent, aliarum particularum causa † facti fuere: hi quidem in scapulas, vt eas moueant, quemadmodum superius diximus: alij in linguam, vt de ipsa quoque dicetur: & vltra hos reliquus qui faucibus extrinsecus insidet, siue quis ipsum vnicum sed bifidum appellare velit, siue duos mutuo sibi adnatos, quod & mihi satius esse videtur. Hi asperam arteriam adstringunt, & os lambdoeides retrahunt. †

E

† *Oribasius addit, potius.*

† *Oribasius addit, deorsū.*

De musculis linguam mouentibus. CAP. 14.

SIcuti "sanè pceptor noster Pelops in linguæ dissectiōe scribit, musculi bubulæ linguę sexdecim sunt. Nobis vero, vt ab initio libri dictū est, in simiæ corpore ob similitudinē, qu am cū hoīe hbet, exercitationē facere statutū est. Ex musculis ergo linguā mouētibus duo quidē à basibus processuū belonoeideon .i. acus imaginē referentiū incipientes, angusti longi q; progredietes in transuersas linguæ partes, vtrinque vnus, inseruntur, obliquorum motuum præsides. Reliqui vero omnes tum ex osse caput laryngis ambiente hyoeide & lambdoeide appellato exoriuntur: tum in linguam quatuor sanè, secundum duas nimirum coniugationes inseruntur, euidenter ipsam mouentes. Quintus bifidus existens, atque ex superiori rectę lineæ ossis hyoeideos termino incipiēs sub linguam inseritur, secundum illius longitudinem ad extremum vsque inferioris maxillæ in ipsum mentum, quod vocant, qua maxillæ ossa inter se coalescunt, pertingens. Hic musculus sursum ad maxillam os hyoeides retrahit, illis oppositus, qui id ipsum ad pectoris os deorsum trahūt: Nullam vero manifestam in lingua motionem efficit. Sed qui euidenter ipsam mouent, quatuor reliqui sunt, quorum duo ex superioribus ossis hyoeideos partibus, vnde & prædictus ille bifidus musculus, verum in ipsius lateribus quodammodo magis, exoriuntur. Reliqui vero duo deinceps ex transuersis humilibus q; rectæ lineæ eiusdem ossis costis enascuntur: Inseruntur autem maiores quidem in mediam linguæ regionem perpetuo sese mutuo tangentes, atque ad eum priorem locum linguæ, quod græce dedemenon, id est vinctum appellatur, perueniunt: minores vero in latera, inter hos & eos, qui ab vtraque basi processuum belenoeideōn procedunt. Sanè horum singulorum musculorum motiones ipsi positui respondent, obliquorum quidem obliquæ, rectiorum vero rectæ, quemadmodum & transuersorum transuersæ. Et sanè clarioris doctrinæ gratia qui à processibus acum referentibus prodeunt musculi, πλάγιοι, idest transuersi seu laterales vocentur: qui vero ab obliquis ossis lamdoeideos partibus, λοξοὶ, id est obliqui: sicuti qui à superiori eiusdem lambdoeideos ossis termino enascuntur, εὐθεῖς, id est recti appellentur. Subijciuntur vero prædictis omnibus musculis ex imis partibus illi, qui fibras ἐγκαρσίας, id est transuersas habent, à tota lingua exorti, atq; in maxillæ os ferè totum, præter quam in mentum, inserti. Facultatem porrò musculi hi omnes attollendi curuandi q; linguam obtinent.

A.ibi.c.14.fo 18.b

F

G

De musculis faucium. CAP. 15.

REgio quædam præiacet, gulæ gutturi q; communis, in quam vtriusq; osculum ascendit: hāc vero ipsam regionem, quia angusta oblonga q; est, isthmum appellāt. Corpus vero hunc locum ambiens pharynga .i. fauces nūcupant, in quibus sanè faucibus musculus vtrinq; vnus habetur, tunc munere suo fungens, cum vox æditur, aut deglutitio fit. Horum duorū musculorum caput prope eos musculos situm est, qui ab inferioribus partibus in linguę latera ascendunt.

A.l.1.f.1.d. fu.2.c.12.f.1

De musculis ceruicem mouentibus CAP. 16.

ERgo "ceruicis capitis q; communes musculi, superius enarrati fuere. Tres quidē primæ coniugationes eorum, qui ab occipite prodeunt: vna vero alia eorum, qui gulæ subiacent. Nam, vt vno verbo dicam, Quicunq; musculi à capite exorti toti ceruici inseruntur, ambabus particulis sunt communes. De proprijs vero ceruicis musculis, hoc loco agendum. Duo ab vtraque ipsius parte sunt musculi, alter posterior potius: alter prior dicendus. Sanè posterior ex transuersa primæ vertebræ eminentia exoritur, eo præcipue loco, vbi ipsa conuexissima est. Nam ex priori potius eminentia musculus ille, de quo superius dictum fuit, exoritur, qui in scapulæ spinam tendit. Posterior aūt hic ceruicis musculus (de quo nunc agere institui) ad scapulam vsque deuenit ex omnibus vertebris per valida ligamenta enatus, vt plures musculi esse videatur: inferior q; ipsius terminus, thoracis musculo in scapulę simis collocato exquisite cōtinuus est. Alter vero ceruicis prior musculus principium quidem à perforato secundæ vertebræ processu sumit, simul q; cum alijs ceruicis musculis exoritur, postea vero illinc per axillam ad quintam vsq; thoracis costam peruenit, sextam quandoq; etiam attingens: Eius q; portio quædam in primam costam clauiculæ succedentem inseritur. Teres autem quodammodo magis est hic musculus & longus. Et sanè eius actio, qua ceruici inseritur, est, vt ipsam in priora obliquam flectat: qua vero ad thoracis costas puenit, vt illū dilatet. Quare pstiterit, vt vel duos musculos inter se vnitos † vna cū prædictis existiuemus

H

A.ibid.c.15. 18.c

† *ἅμα τοῖς προειρημένοις idest una cum prædictis est in Galeni codice. in Oribaso aūt ὁμοίως τοῖς προειρημένοις .i. similiter pdictis.*

A stimemus esse, vel si vnus est statuendus, eum inter thoracis musculos censeamus. Ille enim thoracem dilatare euidenter conspicitur, non ita tamen euidenter ceruicem annuẽdo mouere. Oppositam vero ipsi motionem habet prædictus musculus, in latera & ipse, ac ad posteriora magis totã ceruicem flectens. Quòd si ambo vnà tendantur, media totius ceruicis flexura in latera efficitur. Si vero anteriores tantum musculi, qui vtrobiq; sunt, dexter nimirum & sinister tẽdantur: totam profectò ceruicem in priora annuere: sin posteriores, in posteriora renuere compellunt. Quòd si omnes simul quatuor tendantur, ceruix tunc in nullam vergens partem recta euadit: quemadmodum in ea etiam spasmi specie contingit, quæ tetanos græce dicitur.

De musculo in simis scapularum sito thoracem dilatante. CAP. 17.

Ab.i.c.16.d

MVsculum, qui "magna dilatatione thoracem dilatat, in vtraque parte vnum, siue scapulæ & thoracis communem appellare ipsum quis velit, siue thoracis solius ex ijs, qui secundum scapulam sunt, nihil intererit. Enascit hic à scapulæ basi, toti thoraci extensus. Hæc sane ipsius pars delitescit, vt ipsum intueri prius non possis, quàm scapulam auferas. Totum vero deinceps, quod sequitur, conspicuum est, quod nimirum thoraci ad eum vsq; musculum, qui à ceruice in sextam B costam descendit, inseritur. Sed & duas quoq; nothas costas musculus hic iã prope chartilagineos processus conscendit. Eius autem insertio haud continua est, sed veluti in exiguos quosdam musculos singulis costis singulos partita ac discissa. Deinceps vero post vniuersas huius musculi priores extremitates exortus principium sumit maximus musculorum abdominis, discissis & ipse exortibus appensus.

" ἀπαντι τῷ βιασμῷ, est in Galeno in orbasio autem, ἀπὸ τι τῷ ..., id est in ... imæ parti.

De musculis humeri articulum mouentibus. CAP. 18.

POstquam musculos scapulam mouẽtes abstuleris, post q; hos illum etiam, qui in simis scapulæ partibus situs est, quem nuper sermone persecutus fui: facillime iam musculorum omniũ brachium mouentium numerum deprehendes. Nam cum vndecim in vniuersum omnes sint: tres à pectore in brachium ascendentes, duos ab ilium regionibus, & quinq; ex ipsa scapula prodeuntes conspicies, sicuti vndecimum post hos omnes, qui epomida, id est superhumeralem occupat. Sibi enim mutuo musculi hi, qua humeraria vena est, cõnati sunt: aponeuroseis q; sibi mutuo vicinas in brachium infra ipsius caput in priorem partem inserunt, per rectam præcipue lineam, quæ superne deorsum tendit. Atq; graciliorem quidem aponeurosin producit musculus qui à pectoris osse prodit: Teretiorem vero quodam modo & carnosam & ab exterioribus huiusce partiC bus ędit musculus qui ob epomide exoritur. principiũ aũt explantationis huius quidem musculi est & clauicula, & scapulę spina, & superficiariæ eiusdem scapulæ regiones ferè omnes, quęcunq; versus humiliorem ipsius costam vergunt: Alterius vero, est totum pectorale os. inde vero prodeuntes, Alter quidem veluti scissus circa acromiõ, totum brachij caput comprehendit: Alter vero humerariæ venæ exporrectus est, & priorẽ axillę partem carnósam ipse efficit. fere q; quidquid in pectore est carnosum, ab hoc musculo est: quandoquidem tóti ipsi extensus est. satius vero fuerit duos ipsum musculos non vnicũ statuere. ac qui ab infernis pectoralis ossis regionibus qui & minor est exoritur, fibras toti superiori aduersas quodam modo oppositas q; habet: q̃nquidem in superiorem quidem partem ascendunt ad propriã aponeurosin, deorsum incipientes. Reliquæ vero oẽs exortũ quidẽ his superiorẽ ex eodẽ pectoris osse habent: feruntur autem in aponeurosin, transuersæ quidem, quæ à sublimibus eisdem ossis partibus enascuntur: leniter vero obliquæ, quę ab humilibus partibus exoriuntur. Ex reliquis duobus alter quidem ab extrinseca infima q; huiusce ossis regione prodiens, secundum plurimas quidem partes prædicto illi musculo bifido ac magno connatus est: demum q; in membraneum tendonem finiens, prioribus brachij partibus inseritur, in ipsum præcipue anterius supercilium cauitatis, quod à maiori capite musculi in braD chio existentis occupatur, qui secundum internam regionem venæ, quæ in ipso conspicua apparet, exporrigitur, Alter vero musculus, qui ante, quàm magnus sit dissectus, non apparet, à superioribus partibus enascens, ex secundo quidem & tertio & quarto & quinto & sexto pectoris ossibus exoritur: atque ad altissimam alterius capitis brachij regionem, quod ad clauiculam spectat, ascendit, illinc q; ligamento membranoso articulum ambienti inseritur, validiorem sane, quam prædictus musculus, aponeurosin obtinens. Duo vero sunt, qui ab inferioribus partibus sursum feruntur: quorum alter crassissimus longissimus q; omnium musculorum brachium mouentiũ est: alter gracillimus quidem est, longitudine tamẽ ab altero haud superatur. Hic igitur à dissectionis professoribus merito ignoratus fuit: vt qui, dum male cutis excoriatur, obscuretur corrumpatur q;. De magno vero musculo nullus est, qui non scripserit: sed alter magis, alter minus exacte eius naturã explicauit. Gracilis igitur à cuti, quæ circa ilia nothas q; costas est, ascendens, ex ipsis præcipue membranis sub cutim existentibus exortũ habet, perpetuo vero, dum ad axillam ascendit, crassitudinẽ quandam acquirens, hinc q; iã manifestus musculus apparens, in membranosum tendonẽ finit, duobus alijs, quibus ẽt coalescit, insidens. quorũ duorum musculorũ alter ex humillimo pectoris musculo, alter ex altera musculi bifidi portione gignit. Reliquus vero musculorum ab imis regionibus sursum ad humeri dearticulationem ascendentium, qui & maximus est, ab illis

Ab.i.c.17.fol.3.

Locus nunc restitutus.

lis vertebirs, quibus nothæ costæ dearticulātur, incipit: atq; spinali musculo, & inferiori humilio E ris scapulæ costæ termino insertus, in priora leniter obliquus fertur, aliquousq; musculis humiliori scapularum costæ incumbentibus adnatus: & cum è directo axillæ peruenerit, rectus ad ipsam ascendit, illicq; per tendonem haud ignobilem leniter latum brachio s̄m internas partes aponeuroseos maximi musculi ex ijs tribus, qui à pectore ascendunt, insertus musculus hic, duobus coalescit musculis, ei nimirū, qui secundum axillam supersternitur, & ei, qui in gibbi cubiti dearticulationem pertingit, de quibus in sequentibus agetur. Qui vero ab ipsa scapula nascunt̄ quinq; musculi, in latos tendones cū oēs finiant, in brachiū & ipsi inserūtur * partem * vt connatus quidem prædicto musculo prope aponeurosin sit ille, qui ex infima parte humilioris costæ incipiens, mox q; ex posterioribus & internis partibus brachiū subiens, tandē in ipsum altiore simul & prolixiore graciliore q; insertionę, prædicti q; musculi insertioni coniuncta, sese inserit. Ipsa igitur ex internis brachij partibus existit, prædictā aponeurosin attingēs. Enimuero elatius hac ipsa in ipsum iam brachij caput ex internis partibus inseritur tendo musculi simum scapularum occupantis, validus latus q; existens. Aponeurosis vero eius musculi, à quo regio inter spinā scapulæ & eiusdem costam sublimiorem media interiacens occupat̄, in ipsum brachij capitis altissimū inseritur, non in eam certe ipsius partem, quæ versus clauiculā spectat, in quam alter præ- F dictus inserebatur: sed in eam omnē quā extrinsecus distinguit grandius caput illius musculi, qui in gibbi cubiti dearticulationem deuenit. Qui autem coniunctam prædictæ insertionem habet qui & ex infernis spinę scapulę partibus enascitur, ac totam eam regionem, quę inter eiusdem scapulæ spinam & humiliorem costam media sita est, occupat, tendonem in brachij caput iam quoquo modo extrorsum magis inijcit. Qui vero huic ipsi continuus est musculus, qui & forsan particula ipsius esse censebitur, in externas exquisite brachij partes tendonem mittit. Exoritur vero hic musculus à superioribus humilioris costæ scapulæ partibus à dimidia ferè ipsius parte, vbi ea gibbosissima acutissima q; est. Horum omnium musculorum motiones hę sunt. Musculus epomida occupans, brachium sursum per rectam præcipue lineam attollit. Ex ijs vero, qui ab vtraq; huius parte siti sunt, ab ipsa nimirum scapula enati: is qui secundum altiorem costam existit, attollit quidem, sed ad interiora inclinans: Ex illis autem, qui secundum humiliorem costam collocati sunt: maior quidem & ipse attollit, verum ad exteriora: qui vero tanquam eius particula est, oblique brachium ad exteriora adducit. Has autem motiones excipiunt, intrinsecus quidem musculi qui à pectore ascendunt, siue tres, siue quatuor dicere ipsos velis: extrinsecus vero ille, qui ab inferiori humilioris costæ termino ascendit. † Igitur si omnes à pectore enati musculi, tam superio- G res, quàm inferiores ex æquo tendantur, medius efficitur motus: si alter duntaxat agat, altior quidem altiorem, humilior vero humiliorem adductionem efficit. Qui vero secundum mammam situs est musculus, brachium pectori adducit, deorsum q; detrahit. Post hos autem, qui in superficie est tenuis musculus, versus ilia sensim ad latera detrahit: Qui vero pòst hunc ipsum est maximus, brachium ad costas rectum extendit. Post hos vero duo qui supersunt musculi, ab ipsa scapula excipiuntur, ad exteriora posteriora q; membrum circūagētes: alter quidem à simis scapulæ enatus, brachij caput ad posteriora circumuertens: alter vero ab inferiore humilis costæ termino exortus eam præcipue partem, in quam inseri dicitur, ad exteriora abducens. Ambo vero simul agentes, brachij circunductionem, quę fit in vocato diplasiasmo.i.duplicatione, efficiunt.

† Oribasius. [Cū ergo musculi oēs qui à pectore nascuntur, intro brachium adducāt, caput quidem ipsius magis qui altissimus est attrahit: totum uero membrum ad pectus adducit qui maximus bifidus q; est: ambobus uero qui in ipso sunt musculis simul tēsis, æquali tenore attollitur].

** Al. sub hoc ipso.*

De paruo musculo, qui in humeri dearticulatione situs est. CAP. 19.

PAruus omnino musculus in humeri dearticulatione occultatur, qui vnà cum minori capite musculi illius magni, qui in brachio est, exoriens, sub brachij caput in media regione inseritur, qua aponeurosis illius musculi, qui à sima scapularum parte enascitur, illius q; etiam, qui toti humiliori costæ adnascitur, sitæ sunt. Hunc musculum quispiam tum portionem illius magni, qui H in brachio est, tum vero etiam ipsum per se priuatim statuere posset. non nihil enim obliquæ extensioni conducit.

De musculis dearticulationem, quæ in gibbo cubiti est, mouentibus. CAP. 20.

DEarticulatio " quę κατ' ἀγκῶνα (id est in gibbo cubiti seu gibbero) est, à quatuor musculis totum brachij os in orbem ambientibus mouetur. Priores sanè duo articulum non recto exquisite flexu vtriq; flectunt, sed alter introrsum, extrorsum alter inclinando. Nam alter in radij, alter in vlnæ seu cubiti os inseritur, vterq; simul membranoso ligamento dearticulationem complectenti adnatus. Si vero simul tenduntur ambo, medius flexus fit, is scilicet, qui carpum (idest brachiale seu primā partē palmæ) ad acromion adducit. Itaq; maior ille musculus introrsum magis flectens, euidenter ēt ante dissectionē conspicitur, totā priorē brachij partē cōplectēs. Incipit sanè à sublimiori ceruicis scapulæ supcilio, & à ꝓcessu illo, qui ab anchorę similitudine ancyroides appellat̄: supcilio quidē per ligamentū validū ac teres, processui vero ancyroidi per aliud ligamentum tenuius simul atq; exquisite teres copulatus. Exoritur vero cū ipso carniformis quædam substantia paruo musculo assimilis. Ipsa igitur articulum transgrediens sub brachij caput inseritur. hinc

A.l.1.f.1.d fu.2.fol.18 18.h

A hinc ligamentum progrediens, per aliud principiū brachio inseritur supra mediam ipsam regionem, qua huiusce musculi corpus fieri incipit, quod in se ipso etiā aliud ligamentū continet. Hinc autem descendens musculus per priores partes brachij, ipsum vsq; ad medium tāgit: ab hinc sublimis alteri musculorū, qui inibi sunt, incūbens, in dearticulationem gibbi cubiti inseritur. Alter vero primū quidem prope brachij caput exoritur: deinceps vero per exteriores partes obliquus in priores vsq; ad gibbi cubiti dearticulationem pertingit, ac demum in cubiti os inseritur, quemadmodum prędictus ille maior musculus in radij os insertionem moliebatur. Musculorum autē gibbi cubiti dearticulationem extendentium, alterum quidem principium ab humilis costæ scapularum dimidio, quod scilicet versus humerum ascendit, incipit: alterum vero post brachij caput ex posterioribus ipsius partibus exoritur. quę cum mutuo coaluerint, maximum tibi musculum, qui in gibbum cubiti lato tendone inseritur, effecisse videbuntur. Sed si superiores exortus secundum fibrarum rectitudinem sequaris, bifidus tibi tendo hic apparebit: qui exteriorem quidē partem à primo memorato musculo, alteram vero à secundo obtinet. Sanè ambo hi musculi gibbi cubiti dearticulationem extendunt. Verum primus vnà etiam extrorsum inclinat: alter vero introrsum & ipse leniter inclinationē facit. Musculi vero secundo nominati portio (bifidus enim B musculus hic est) tota carnea permanens, brachij ossi in orbem adnata, in posteriorem gibbi cubiti partem inseritur, rectam quodam modo magis extensionem circa os cubiti, introrsum leniter vergentem efficiens. In simijs porrò alia etiam quædam in gibbi cubiti dearticulationem reperitur insertio, quæ obliquam inclinationem versus exteriora efficit. nam in exteriores dearticulationis partes inseritur, à transuersa incipiens diuisione lineáve maximi musculorum in humero existentium, quem à spina & costis ascendere diximus.

De musculis, qui in cubito sunt, à quibus radius & brachiale digitiq; mouentur CAP. 21.

ibid.c.19.fo. b.

PRo diuersis doctrinæ modis, diuersus non nunquam statui potest musculorum circa cubitum numerus, veluti in anatomicis administrationibus ostendimus. Nam si exquisite loqui velimus, decem & septem erunt: si vero tyrones instituere, quindecim. Sunt autem ab internis cubiti partibus septem musculi collocati, qui nec plures nec pauciores numerari possunt. In exteriori autem regione minimus quidem numerus, octo est: si vero connati musculi discindantur separentur q;, maximus erit, decem: medius, nouem. Iam vero perspicuum est, quòd figurata ita manu, vt cubiti os subijciatur: radij vero, superponatur: quatenus aliquid intra vel extra cubitum esse dicunt anatomici: inferius nullus omnino musculus cubito substernitur: superius vero vnus ra C dio incumbit, in quo omnes errarunt: verum nos aperte ipsum declarabimus, qui hunc exterioribus alijs nouem connumeramus. Digitos enim quatuor pollice excepto musculus vnus magnus extendit secundum mediam præcipue totius cubiti regionem situs, quatuor tendones in vnumquenq; digitum singulos producens. Duo vero musculi ab vtraque huiusce musculi parte siti sunt: quorum alter paruos digitos obliqueab alijs abducit: alter tres reliquos his adducit. Si vero exquisite loqui velis: duos musculos hos esse sibi mutuo connatos affirmabis. Hi ergo omnes ab vno ligamento velantur apud ipsa præcipue tendonum capita exorto prope inferiorem cubiti & radij extremitatem. Vnumquodque autem caput tendones producit, digitis, quos mouent, numero æquales. Alij præterea ab vtraque horum parte sunt musculi, quorum alter cubito extrinsecus porrectus, in metacarpion, (id est postbrachiale seu palmam,) qua versus paruum digitum spectat, per vnum tendonem inseritur: Alter in eam postbrachialis regionem, quæ ante indicem & medium digitum est, per duos inseritur tendones: Tertius autem præter hos per vnum tendonem in primum os brachialis apud magnum digitum insertionem molitur. Enimuero ab his tribus musculis brachiale extenditur: secundum quidem paruum digitum, vbi extrema manus veluti in pronam figuram inclinatur: secundum vero magnum, vbi in supinam: Musculus D autem, qui inter hos medius est, mediam inter hos ambos, brachialis extensionem efficit. quemadmodum etiam, si reliqui duo musculi vnà agant, mediam quoque summa manus constitutionem acquirit. Sanè musculo, qui brachiale apud magnum digitum (vt dictum est,) mouet, alter adnatus est musculus, vt ambo vnus dici possint, qui in primum os magni digiti deuenit, illud q; in alteram partem ea mouet motione, quæ obliquę quinque digitorum motioni à tribus (vt diximus) musculis factæ, proportione respondet. Ligamentum porrò & hęc ambo capita in radij sublimitate, alia q; etiam duo brachiale mouentia complectitur. Si vero ambo simul extendantur, extensionem in neutram partem inclinantem magnus digitus suscipit. Reliqui vero ex extrinsecis cubiti musculis adhuc supersunt, tum qui superioribus radij partibus obliquus inseritur, totus carnosus: tum etiam qui superius eidem radio prolixus incumbit, exquisito nec ipse finiens tendone. eius siquidem extremitas, carnosa permanet, lato leniter tendoni membranoso mixta: atque in inferiorem radij extremitatem, quà ad brachiale spectat, in intrinseca ipsius parte inseritur: sicuti caput habet, quod ad brachij os pertingit. Cæterorum porrò prædictorum musculorum superiora capita hoc se habent modo. Ab extrinseco brachij capite, quod & condylon, id est nodum nominant, tres mutuo connati musculi exoriuntur. Atque altissimus quidem quatuor digitos extēdit: humillimus, brachiale apud paruum digitum: medius vero inter hos ambos, duos exiguos

ibid.c. 20. c

digitos

digitos extendit. Duo vero reliquorum trium digitorum musculi in quadam sui ipsorum parte E vniri atq; coaliti, à toto propemodum cubito exoriuntur. alter quidem in duos digitos medium & indicem ex regione, quę apud brachiale est, sese inijciens: alter vero in magnum digitum ex ea, quæ supra hãc ipsam est, ea inquam, quæ in gibbi cubiti dearticulationem ascendit. Huic exortus principium est illa sui ipsius portio, quæ capiti radij subiecta est. Hoc ipso pricipio paulo inferius musculus ille exoritur, qui magnum digitum mouet, per eam regionem quæ inter cubitum & radium media est, deorsum tendens. Sublimior vero hoc ipso (tum exortum à radio obtinens, tum totam etiam regionem, quæ post exortum est, occupans) est, qui brachiale apud magnum digitũ extendit. Qui vero in eam postbrachialis partem, quæ ante indicem & medium digitum est, inseritur, extrinsecus quidem vniuerso radij ossi incumbit, exortum ecphysim'ue à superioribus partibus externi nodi brachij obtinens, primo omnium dicto musculo quatuor digitos extendenti subiectam. Hic musculus perpetuo quidem & ipsum brachium in primo exortu attingit, parum à nodo ad superiora ascendens: non nunquam tamen etiam longius ascendere videtur. Neq; enim ad vnguem semper prædictos exortus musculi hi seruant, verum aliquando, rarissime tamen, aliquid etiam vel superiorum, vel earum etiam, quæ ad latera sunt, partium sibi assumunt. Sane caput supra hos habet musculus ille, qui ipsius radij proprius est, per totum eum desuper extensus: F cuius actio est, vt supinam manum reddat. Reliquus vero alius musculus est radij, in externa regione situs, obliquus sane, ac superioribus ipsius partibus, non, quemadmodum nuper dictus, inferioribus insertus. Ideo q; vterq; ipsorum eam radij partem, in quam inseritur, mouet. Si vero ambo simul agant, supinam tunc constitutionẽ tota manus suscipit. Exorit sane hic musculus tũ ex eo ligamento membranoso, quod circa articulum est, tum ex cubiti extremitatibus hoc ipsum ligamentum tangentibus, quas & qui omnium exteriorum musculorum brachiale mouentium humillimus existit, post primum exortum conscendens toti cubito adnascitur. Eiusmodi igitur positionem & naturam & motionem exteriores cubiti musculi obtinent. Ex ijs autem, qui intra cubitum sunt musculis septẽ numero existentibus duo quidẽ brachiale, duo vero digitos flectũt: 1 totidem aũt alij radiũ in pronum circũagunt. Reliquus vero vnus, qui oĩum gracillimus est, summa sub cute porrigitur, per medium pręcipue mẽbrum à superiori ad inferiorem partem tendens, atq; in teretem tendonem, qua primũ ipse à musculo enascitur, longe supra brachiale finiens, eiusmodi q; vsq; ad brachiale perdurans, vsqueadeo postea dilatatur, vt toti interiori extremæ manus cuti pilis nudatæ subnascatur. Nullum sane articulum, musculus hic mouet: quanquam omnes dissecandi professores, qui ante nos fuere, singulos ab hoc musculo digitos contrahi flecti'que ar G bitrati sunt. hic igitur musculus primus omnium dissecandus est: quippe qui primus omnium sub cute porrigatur. Post hunc vero, tres alij deinceps sibi mutuo secundum longitudinem siti 2 sunt, vniuersam internam cubiti regionem occupantes. Ex his, qui exacte positione medius est, 3 4 prædicto musculo subiacet, validus sane, atque in quatuor digitos distributus. Ab vtraque vero huius parte musculus vnus est: alter in brachiale, alter in postbrachiale simplici tendone insertus. atque hi duo musculi brachiale flectunt: alter quidem cum inclinatiõe ad supinum, nimirum qui in eam brachialis regionem, quæ ante paruum digitum est, sese inijcit: alter vero cum declinatione in pronum, is scilicet qui in eum postbrachialis locum, qui ante indicem est, inseritur. ambobus vero agentibus medius in nullam'que inclinans partem flexus fit illius, quæ ad brachiale est, 5 dearticulationis. Tribus vero his musculis dissectis alter inuenitur maximus musculus medio subiectus, quinque & ipse digitos flectens, nempe per vnum tendonem, tum primum tertiumq; quatuor digitorum articulum, tum secundum tertiumq; magni digiti os mouet. sane huiusce musculi tendonibus magnis, alterius prædicti musculi tendones superuehuntur, singuli singulis digitis præterquam magno digito, veluti dictum est, inserti. postquam autem prope medias articulationes accesserint, paruus tendo vtrinq; sibi subiectum magnum tendonem comprehendens H in principium ossium, quæ in dearticulatione sunt, in medio inseritur. Primus vero & tertius articulus à maiore tendone flectuntur, non eodem tamen vtriq; modo. quippe tertium articulum tendo per se ipsum flectit: primum vero, per ligamentum. Quod ergo vniuersi tẽdones, qui digitos mouent, teretes veluti nerui existant, probe dissectionis professores tradiderunt, non tamen superiora tendonum capita musculorum q; numerum exquisite scripserunt ita, vt neq; radij motores musculos quidam ipsorum ostenderint, inter quos etiam fuit Ælianus. De his igitur paulo post dicetur. Ex prędictis vero quinq; musculis is, qui brachiale apud paruum digitum flectit, ab interiori nodo brachij incipit, cubitum etiam contingens: qui vero idem brachiale apud magnum digitũ flectit, ex superioribus partibus ipsius nodi incipit, Inter ambo vero hęc pricipia origo exortus illius musculi, qui in manus cutẽ peruenit, collocat. Huic vero ipsi exortui duo musculi subiacent, qui magni sunt, totã eã regionẽ, quæ inter cubitũ & radium media est, replentes. Horũ ergo minor, qui & medius exacte situs est, ab anteriori brachij capite exoritur, quoquo ẽt mõ & hic cubitum tangens. Maximus vero huic substernitur, mediam cubiti radij q; regionem vniuersam occupans, ambobus ossibus connatus: tum ipsi cubito apud partes, quę propter gibberum sunt, tum brachiali circumnascens. Verum hæc ipsius musculi pars ẽ directo illius insertionis, quę in

paruum

A paruum digitũ fit, sita est. Est vero & alia ipsius pars, quę idem principium sortitur cum prędicto musculo, à quo quatuor digiti mouentur: hæc autem huius musculi pars indici digito è directo præcipue est. Tertia verò pars, quæ sane maxima est, regionem, quę inter cubitum, & radium media est, occupat. Ex obliquis vero musculis radium mouentibus, alter tum ex interiori nodo brachij exoritur, capiti eius musculi connatus, qui ex sublimioribus nodi partibus exoriẽs, brachiale apud magnum digitum flectit: tum in radij os deuenit, ad mediam fere eius regionem in superiori parte exporrectus. Sane musculus hic radij os tanquã in pronum circumagit. Alter vero musculus hoc ipso longe est minor, longitudine q; breuissimus, transuersam fere {fibrarum} in partibus brachiali vicinis positionem obtinens, atque amborum ossium cubiti nimirum, et radij extrema copulans, leniter obliquus, à cubito in radium inclinans. Huius quoque musculi actio est, vt radium in pronum circumagat.

De musculis, qui sunt in Summa Manu. *CAP. 22.*

B DVo sunt musculorum genera in internis summę manus partibus, qui quidẽ parui sunt necessario omnes, inter se tamen non parum tum in alijs, tum in magnitudine discrepantes. Quinque ergo sunt, qui oblique introrsum sursum q; digitos mouent, singuli singulis distributi. Sextus magnum digitum, quem etiam antichira (quasi promanũ idest pollicẽ dicas) appellant, indici adducit. Septimus paruum digitum à reliquis longissime abducit. Horũ igitur musculorum, sursum introrsum q; totos digitos inclinantiũ, quatuor quidem ab indumẽtis, tunicis ue eos tendones ambientibus, qui primum, tertium q; articulum flectere dicebantur, incipientes, in tenuem tendonem mediocriter teretem finiunt, toti laterali parti secundum vnumquemq; digitum inserti, per quem prædicto motu eos mouent. Quintus vero, qui magnum digitum longissime ab indice abducit, caput habet primo brachialis ossi appensum: qui musculus postquam & ipse in tendonẽ æque, ac alij tenuem finierit, magno itidẽ digito inseritur, eandem q; motionẽ molitur. Qui vero hunc ipsum indici adducit, contrarium huic motum obtinens, oblique trahit digitum in suum ipsius caput, quod postbrachiali ante medium digitum appensum est. Similem autem huic genere motionem habet alius musculus, qui à primo brachialis osse, quod positura humile est, exoriens, in infernas partes parui digiti inseritur, manu nimirum secundum naturam figurata, constituta q;, ipsum à paramese idest anulari digito abducens. Iure igitur musculus hic, C & qui maximum ab indice abducit, aliis quinque musculis multo sunt maiores, quippe quibus in brachiale appendi, quò longior motus fiat, opus sit. Quibus vna cum tendonibus ablatis, alij musculi in postbrachiali positi, in conspectum tibi venient, omnibus certe dissectionis professoribus, mihi q; etiam diutius ignorati: qui à ligamento ossa brachialis circumprehendente secundum eam præcipue partem, vbi & brachiale desinit, & postbrachiale incipit, exortum sumentes, in primam cuiusque digiti dearticulationem accedunt, bini singulis dicati digitis, atque vtrobique in mediam regionem inserti, vt lateris etiam aliquid complectantur: ob id que ipsum cum quadam in latus inclinatione primum vniuscuiusque digiti articulum flectunt, quem etiam articulum per ligamentum magnos tendones circumplectens flecti dicebamus. † In magno vero digito neque similis ex toto est ipsa prædictorum musculorum * * eo, qui magnum digitum longissime ab aliis abducit, minor est: digito que prope secundam dearticulationem inseritur, non admodum quidem ipsam mouens, sed primam magis. Reliqui vero deinceps secundam dearticulationem flectunt, alter quidem prædictum ipsum maiorem tangens, sursum que vergere flexionem faciens: alter post hunc leniter in latus inclinans. Horum profectò prædictorum vndecim musculorum commune officium est, vt articulationem, quæ ab vnoquoque postbrachia-D lis osse cum brachiali est, eousque flectant, quousque ipsa flecti apta est. Breuissimũ autem id est: nam, quæ in hoc loco sita sunt ossa, mutuo sibi ipsis sunt coarticulata, non, quemadmodum digitorum ossa, dearticulata. Quapropter & prima magni digiti articulatio euidentem certe habet motum: quæ vero est ipsius postbrachialis cum brachiali, latentem penitus q; obscurum obtinet. Sane non nunquam in magno digito duo soli musculi apparent, qui simili modo, quo cęterorum digitorum musculi, se habent: illi q; etiam sæpenumero ita inter se sunt coaliti, vt vnus in vnoquoque digito esse videatur.

† Cod. [illegible] Oribas. [illegible] numerus, vnus etenim minor est.

* Orib. habet [illegible], i. & in neutrã partem vergere.

De musculis Thoracis. *CAP. 23.*

EX thoracis musculis, qui costis interiacent (i. in eis sunt locis, quę mesopleuria, hoc est inter costalia appellantur,) duo & viginti sunt, fibras nacti longitudine contrarias: neque enim quemadmodum musculi à spina in pectoris os finiunt, ita etiã eorum fibræ: sed à costa in costam inseruntur obliquæ, X literę adsimiles †. Exteriores ergo fibræ a superioribus in inferiores costarum partes procedentes, thoracem dilatant: quæ vero in profundo sitæ sunt, ipsum contra-hunt.

† Oribas. [illegible], contrariam inter se externa, & interna positionē habentes.

hunt. His vero contrariæ ſunt, quæ ſecundum chartilagineas coſtarum partes, quæ ad pectorale os ſunt, habentur: nam quæ in ſuperficie ſunt, contrahunt: quæ in profundo, dilatant. † Altera vero exiguorum muſculorum coniugatio primas coſtas ſurſum trahit, quemadmodum duæ aliæ decimam, vndecimam'que detrahunt. Duodecima enim coſta extra ſeptum tranſuerſum oblique abdominis muſculo minori connata eſt, non nunquam tamen circunſcriptionem proprij muſculi ipſam detrahentis habere conſpicitur. Aliæ vero tres muſculorum coniugationes à ceruice deſcendentes, thoracem dilatant: maxima, quæ in ſimis ſcapularum eſt: minor, quæ ante hanc ipſam coniugationem: minima, quæ poſterius collocatur. Superiora porrò principia primæ quidem memoratæ coniugationis eſt prima ceruicis vertebra, ſicuti ſecundæ ſecunda: tertia vero per ligamentum membranoſum ex apice tum dimidiæ partis vltimæ colli vertebræ, tum duarum primarum dorſi vertebrarũ enaſcitur. Sanè prima coniugatio ad nothas vſq; coſtas procedit: ſecunda ad quintam vſque: tertia verò, licet tertiæ coſtæ adnaſcatur, valide tamen in quatuor etiam ſuccedentes inſeritur. Omnes hi muſculi, atque vltra hos etiam, phrenes (id eſt mentes, ſeu ſeptum tranſuerſum) thoracem dilatant. Contrahunt autem tum intercoſtales muſculi dimidiis ipſarum fibris: tum qui ſpinalibus muſculis ſecundum coſtarum radices ſunt exporrecti: tum ſuperior rectorum muſculorum abdominis portio: tum denique qui coſtas vltimas detrahunt. Thoracis etiam contractioni aliquid conducunt non nunquam abdominis muſculi. De his vero omnibus in commentariis de cauſis reſpirationis oſtẽſum eſt. Quæ ſiquis perlegat, euidenter ferè omnium memoratorum muſculorum actionem cognoſcet, quam ſuperiores diſſecandi profeſſores ignorarunt.

E

F

† Orib. addit. At in notharũ coſtarũ muſculis ad extremum vſq; eadem eſt fibrarum natura: neq; enim hæ vllam habent flexionem.

De muſculis ſpinalibus. CAP. 24.

MVſculi "rhachithæ id eſt ſpinales, à ſecunda quidem ceruicis vertebra incipiunt: verum aut tot numero ſunt, quot & ipſæ vertebræ à ſecunda incipiendo, ſibi ipſis mutuo connati: aut vnus eſt maximus ab vtraque ſpinæ parte, ex pluribus muſculis conflatus. Omnium horum muſculorum fibræ leniter obliquæ ſunt: quæ ſi paulum tendantur, vnamquanque ex continuis ſibi vertebris ad ſeipſas inclinant. Si verò ambæ tum, quæ à dextris, tum quæ à ſiniſtris cuiuſque vertebræ ſunt, tendantur: recta tunc permanens, in nullam q; partem vergens ſpina, in poſteriora recuruatur: & ſi per totam ſpinam ita fiat, cum moderata quidem fibrarum tenſione, tota extenditur: violentius autem ipſis tenſis, retrorſum recuruatur, affectionem, vocatæ à Græcis κυφώσει, id eſt gibboſitati, contrariam acquirens.

A. l. 1. fr. ... ſum. 2. cap. ... fol. 19. g

G

† In Galeno quidem eſt hoc caput, in Oribaſio tamen totus hic cõtextus cõtinuatus legitur: & ita omnino videt legendum.

† De muſculis ſpinam flectentibus. CAP. 25. }

IN "ſuperiori quidem parte vniuerſa ad quartam vſque, non nunquam vero vſque ad quintam thoracis vertebram duo ſunt muſculi, quos ſtomacho ſubiici ſuperius diximus, ſpinam flectentes. In inferioribus vero, quæ ſecundum lumbos ſunt, tota interior lumborum regio duos maximos habet muſculos, quos omnes diſſecandi profeſſores, pſoas nominant. Sanè ſupra ſeptum tranſuerſum hi muſculi ad vndecimam, aliquando vero ad decimam thoracis vertebrarum inſeruntur, eam ſpinæ partem, quæ ſecundum ipſos eſt, flectẽtes. Id vero, quod inter hos, & prędictos interiacet, quod certe thoracis medium eſt, nullum peculiarem muſculum obtinuit, ſed ſimul cum partibus vtrinque exiſtentibus mouetur.

A. ibidem

H

De muſculis epigaſtrij, ſeu abdominis. Cap. 26.

OCto "in abdomine ſunt muſculi, vtrinq; quatuor. Omnium quidem exteriores, ac primi, qui à thorace obliqui deſcendunt, † maximi omnium qui inibi ſunt, muſculorum: ſecundi ſub his, qui ab ilibus aſcendunt: tertij his contigui, recti ſunt: quarti, qui peritonęo connati, poſitione tranſuerſi ſunt. Enimuero recti, toti carnoſi exiſtunt, à pectore ad pubis vſque oſſa exporrecti: & circa quidem vmbilicum, ac paulo etiam vlterius ſibi mutuo adiacent, ſeſe q; tangũt: ab hinc vero coaleſcunt, ac tandem in pubis oſſa inſeruntur. Eorum vertex tendo eſt membranoſus, ad thoracis principium aſcendens. Is tamen diſſectionis profeſſores ob id iure latuit, quod, qui in pectore ſunt muſculi, ſibi ipſi incumbunt. Nam, ſi illi auferantur, membranoſus hic tendo euidenter, tum cum ſummo pectorali oſſe, tum cum tranſuerſis etiam eiuſdem oſſis partibus vniuerſis, qua ipſum chartilagineis coſtarum partibus coarticulatur, coaleſcere conſpicitur, ad primam vſque coſtam, cui appenſus eſt, aſcendens. In hac eadem coſta eſt, & aliud prædicti muſculi carnoſum

A. ibi. ca. 1

† Oribaſius addit, vſq; ad pubis oſſa.

A sum caput, quod tendonem in hunc ipsum inicit: exortum autem cum parui illius musculi, qui in claiculis est, insertione coniunctum habet. Et sane intra quoq; ad hypochondrium intercurrens, diuidens'ue linea quædam in ipso albicans inspicitur: post quam totum id, quod superius est ad clauiculam vsq;, alius musculus statui potest, costarum coarticulationes contrahens. Qui vero à thorace obliqui ad abdomen deferuntur musculi duo, incipiunt quidem à sexta plerunq; costa, enascuntur vero & ex omnibus succedentibus costis, ex distantibus nimirum principiis singulas propagines secundum vnamquamque costam prope eam regionem, qua os in chartilaginem degenerat, sortiti, in inferioribus partibus anterioris musculi thoracis, & eius, qui in scapularum imis collocatur. Dum autem ipsi attenuantur, tum per inania loca (græce ceneonas) deferuntur, tum ilium ossibus infiguntur, in membranosos tendones terminati: per hos ipsos autem tendones pubis ossibus inguinibus'que inseruntur. In hoc vero loco perforati sunt: ac per id foramen tum musculus ille, qui ad vtrunque testiculum descendit, cui cremaster, id est suspensor, nomen est inditum, tum etiam vna cum hoc musculo seminale vas, vena inquam, & arteria, & peritonæi propago quædam pertranseunt. Quicquid vero horum musculorum ad abdomen ad prædictos vsque musculos rectos ascendit, paulatim expanditur: hinc'que in membranosum B tendonem cessans, exterioribus ipsis musculis inseritur: vt peculiare operculum ipsorum, tale esse videatur, quale plurimis ipsorum membranæ esse consueuerunt. Tertia vero coniugatio obliquorum musculorum contrarias prædictis fibras obtinet, ex inferioribus nimirum partibus oblique ascendentes: carnoso igitur exortu ex ilium ossibus incipiunt, ac ad rectos progrediuntur musculos, illic'que cessant, transuersis musculis in ascensu insidentes, costis'que quatuor nothis sese inserentes: apud ipsos præcipue chartilagineos earum processus. Sanè & quædam horum musculorum membranosa, ac tenuis propago rectis abdominis musculis infigitur, obliquorum extrinsecorum descendentium, qui maximi sunt, processui subiecta. Inferior vero ipsorum aponeurosis subiectorum transuersorum aponeurosi vnita, in pubis ossa, in interioribus iam quodam modo eorum partibus inseritur: æque ac prædictorum musculorum aponeurosis, perforata. Intra memoratos obliquos musculos transuersi musculi habentur (quæ est quarta, ac vltima musculorum abdominis coniugatio,) qui à notharum costarum finibus, in internis ipsarum partibus, atque à transuerso processu vertebrarum lumborum enati, ac deinceps membranoso ligamento copulati, apud rectam tandem spinam ossis ilium, in transuersam aponeurosin membranosam, ac tenuem peritonæo insertam finiunt: atque id, quod ex hac aponeurosi, & pe- C ritonæo conflatur, multos medicos latet, peritoneum id esse opinantes. Quin & in vocatis gastrorhaphiis, id est abdominis seu ventris suturis, tanquam membranam ipsum consuunt: modum'que in suis commentariis scribentes, quo sutura abdominis fieri debeat, tanquam de membrana differunt. Itaque aponeurosis ipsa in inferioribus partibus peritonæum relinquit: ipsum q; solum nudum ibi apparet. Aponeurosis vero ab extrinsecis partibus rectos, carnosos'que musculos circumambiens, extremitati'que superpositorum musculorum vnita, ossibus tandem pubis inseritur. Horum octo musculorum vsus simul, & motus in libris de vtilitate particularum abunde dicti sunt. Dicetur tamen & nunc eorum summa. Itaque ad exufflationes, & ad vocatas spiritus cohibitiones id est καταλήψεις, atque ad acutas, magnas'que voces, tum ad vomitus, ventris'que deiectiones, conferunt. Eorum insuper inferior portio, præcipue'que illorum, qui vesicæ incumbunt, mingendi actioni conducit. †

† Oribasius addit: intro hypogastrium contrahentes.

De musculis in testes descendentibus. *CAP. 27.*

ibidē. c. 23. [illegible] 20. a

D DVo [a] graciles musculi in vtrunque testem perueniunt: quorum alter à pubis, alter ab ilium osse per membranosum ligamentum tenue exoritur: illinc vero per meatum, qui ad testem deuenit, deferuntur: postea dilatati erythroeiden membranam complectuntur. Ipsorum officiū est testem sursum attollere, vnde non nulli cremasteras id est suspensores, ipsos appellant.

De musculo, qui in collo vesicæ est. *CAP. 28.*

ibi. c. 24. b

CArnosus [a] musculus in orbem circumiectus est vesicæ collo: maxima vero ipsius pars inferius subiecta est. Musculus hic vesicę osculum, quo nihil inuolūtarie effluat, claudit, simul q; vrinam, quæ per ipsum fertur, propellit.

De musculis pudendi. *CAP. 29.*

ibi. c. 25. b

DVos [a] quidem valde obliquos, exiguos'que musculos pudendum habet, in eius exortum insertos: duos item alios connatos, aut vnum bifidum carnosum, inferne quidem ipsi subiectos magis, nihilosecius tamen in orbem id ipsum complectentes. Horum igitur capi-

a in nullum os manifesto perueniunt: Reliquorum vero duorum, in ossa pubis nominata. Sanè E
prædicti omnes quatuor musculi pudendo tum rigiditatē, dum ipsum tenditur: tum motiones, dum ad latera, vel ad superiora quatitur, præbere possunt.

De musculis sedis. *CAP. 30.*

* ἀκριβῶς, i. exquisite. Oribasius legit ἀζυγης, id est sine pari.

A. ibi. c. 26. & 20. b

EXtrema * sedis ora musculum cuti commistum obtinet, vt vel cuticulosum musculum dicas, vel musculosam cutim: hoc q; præcipue inueniri licet in prioribus partibus. Alius vero musculus exquisite teres, transuersus, sedi circumiectus est, qui si tendatur, ipsam claudit: atque in medio quidem sui ipsius corpore os coccyga, id est cuculum vocatum tangit: ab vtraque vero parte in pudendi exortum terminat. Reliqui duo musculi membranosi existentes, exoriuntur quidem ex internis partibus tum ossium pubis, tum lati vocati ossis: inseruntur vero vtrinque vnus, obliqui sursum sedem attollentes: simul'que etiam pudendi exortum iidem musculi trahunt.

De musculis mouentibus Dearticulationem, quæ κατ' ἰσχίον, idest in Coxendice est. *CAP. 31.* F

A. ibidē. c. 17.

DEcem * quidem sunt musculi, qui dearticulationem, quæ in coxendice est, mouent: in quibus non parum oberrarunt, tum alij dissectores viri, tum Lycus ipse Quinti discipulus, qui ipsos quinque esse opinatus est, intrinsecus quidem tres, extrinsecus vero duos: ex alijs autem quinque tres quidem omisit, duos vero permutauit, quippe qui actionem ipsorum ignorabat, positionem'que solum considerabat: vna enim cum aliis omnibus musculis dearticulationem genu mouentibus ipsius τῷ μηρῷ, id est femori, incumbunt. Non ita tamen se habet rei veritas, vt Lycus arbitratur, sed vt nos dicemus. Alter quidem ipsorum, qui & omnium, qui illic sunt, musculorum maximus est, introrsum, retrorsum'que femur adducit. Alter vero introrsum quidem non nihil etiam τὴν κνήμην, idest tibiam, maximopere vero totum femur mouet: ita vt reliqui tibiam solam mouentes, octo sint. Siquis vero aperte intueri musculos coxendicis dearticulationem mouentes voluerit, illi opus erit, vt, qui circa femur sunt, vniuersos, à quibus tibia mouetur, prius auferat. Sed quia positionis ordo ad eos prius, qui in coxendice sunt, nos ducit, hinc etiam & nos sermonem inchoabimus. Cum Psoa quæ haud exiguus musculus est, ab vndecima thoracis costa incipiat, interior quidem eius portio per validum ligamentum interiori coxendicis parti inseritur, eo præcipue in loco, vbi os quidem pubis vocatum incipit, os vero ilium desinit: exterior autem in principium ossis ilium inseritur: reliquum vero ipsius psoæ vniuersum iuxta internas ossis ilium partes progrediens, densum quendam ex illo etiam osse exortum carnosum suscipit: postea, cum ambo vnicus euadit, per validum tendonem leniter latum paruo femoris trochanteri (quasi dicas rotatori) inseritur: totam ipsius rotunditatem occupans. Musculus hic flectit simul, & introrsum magis totum femur inuertit. Huic etiam prædicto paruo trochanteri alter quidam exiguus musculus colore liuidus inseritur: ab ossis coxendicis basi incipiens prope eam τῆς πυγῆς, id est clunis seu natis, simiæ regionem, quæ nuda, excarnis'que conspicitur. Huius musculi tendo prædictis existens similis, totam inferiorem partem parui trochanteris comprehendit, non nihil etiam internæ eiusdem occupans. Musculus hic humilis adductionis est auctor: qui conspici non prius potest, quàm Maximus ille omnium musculorum, qui in femore sunt, auferatur: qui toti pubis ossi insidens, ac non nihil etiam coxendicis ex transuersis simul, imis'que partibus ad nudam vsque, & excarnem regionem comprehendens, in totum femur carnosis ipsum ansis amplectens, inseritur: atque eis quidem fibris, quæ ex imis partibus apud nudam nimirum, excarnem'que regionem exoriun- H tur, proxime'que ad genu dearticulationem perueniunt, retrorsum magis femur abducit, ad alterum simul femur leniter adducens: eis vero, quæ altiores sunt, adducit solum: sicuti illis, quæ altissimæ sunt, superne'que inchoantes in primas femoris partes inseruntur, adducit, simul'que etiam ipsum sursum attollit. Hoc ergo musculo dissecto, tum prædictus musculus liuidus euidenter, tum aliæ etiam musculorum circunscriptiones haud euidenter apparent, aliquando quidem duorum, non nunquam vero trium: quos siquis inter musculos numerare voluerit, plures, quàm decem esse musculos coxendicis dearticulationem mouentes affirmabit. Ex posterioribus vero, quæ secundum natem sunt partibus primus quidem est, qui in superficie collocatus est musculus, positione, vsu'que musculo epomida occupanti proportione respondens: exquisite enim femur extendit, in posteriora trahens. Ex superioribus vero ipsius exortibus duo carnosi, & vnus membranosus existunt: ex carnosis maior à recta ossis ilium spina incipit: minor à duobus ossibus, ischio, & coccyge vocatis: medium vero horum, quod altum est, membranosum totum existit. Musculus hic posteriorem partem capitis femoris circumprehendit: parum'que etiam ab ipsa progrediens, atque in latum tendonem decliuem finiens, posterioribus femo-

de Arti. sect. 3. t. 43. 7ᵈ. 272. h

ris

A ris partibus inseritur: exquisite hoc in loco inhærescens coalescens'que exortui musculi illius latam ac carnosam aponeurosin habentis, qui in externas tibiæ partes insertus, genu dearticulationem ad exteriora inuertit. Sane nec prædictam musculi coxendicis insertionem intueri exquisite poteris, nisi hunc prius musculũ dissecueris. Est aũt & eiusdem altera quędam carnosa apophysis, quæ ad femur inter duos interiores musculos descendens, ipsis q; etiã aliquo pacto sese inseres, per mẽbranosum tendonẽ ex omnibus inferioribus illius partibus enatũ, anteriores musculos ad genu vsq; circumprehẽdit. Secundus vero sub prædicto musculo in superficie collocato alter musculus est admodũ crassus carnosus q;, ex omnibus fere extrinsecis partibus ossis pubis & ilium enatus, simul q; etiam musculo ex inferioribus ossis lati partibus exorto vsque ad coccygem insertus: ac prope quidem ilium os prędicto musculo subiacet. Superior vero ipsius portio, quæ ad lũbum sursum extenditur, sub cute sita est, cui prædictum mẽbranosum illius musculi principium circumnatũ est. Hic musculus in tendonẽ validum terminans, toti vertici magni trochanteris inseritur, totũ ipsum femur simul extendens, & ad interiorem regionem caput ipsius trahens. Huic musculo alius colore liuidus musculus subnascitur, ex internis lati ossis partibus exoriens, aponeurosin q; prædictæ magni musculi aponeurosi cõnatam gignens: sed illa quidẽ in priora capitis tro B chanteris ascendit: hæc autẽ post ipsum caput est, ad verticem vsque trochanteris ascendens, ac non nihil internæ regionis simul occupans. Hic musculus sursum simul & extrorsum femoris caput trahit. Alius præterea musculus paruus crassus q; est, qui ex externis infernis q; ilium & coxẽdicis ossis partibus exoriens, prędicto magno musculo subnascitur: in validũ & ipse tendonẽ latum finiens, internis partibus primi processus magni trochãteris vsque ad gluton i. natem insertus. Hic musculus caput femoris sursum tollit, vna q; etiam ad exteriora inuertit. Duo adhuc ex ijs, qui femur mouent, supersunt musculi, in posteriorem magni trochanteris cauitatem, robustis ac leniter latis tendonibus inserti: exoriuntur sane ex totis pubis ossibus alter intrinsecus, extrinsecus alter: atque intrinseci quidem insertio in trochanterem sublimior est: continua aũt est & extrinseci: Hi musculi naturale etiam foramen ossis pubis occupant: in media sui ipsorum regione membranosum ligamentum habentes: ac in posterioribus quidem partibus in idem mutuo coeunt, coxendicis ossi carnosis ansis in orbem adnati. Musculi hi femoris caput circumagunt, ad interna quidem simul & priora primus musculus, ad externa vero & posteriora alter. Decimus vero vltra memoratos musculus ab internis femoris partibus locatus, quem quispiam fortassis & tibiam mouere affirmabit, euidentissime certe totum femur introrsum adducit, Verum paulo mox qualis'nam hic C musculus sit, in musculorum genu dearticulationem mouentium enarratione, quandoquidem inter eorum numerum reponitur, declarabimus.

De musculis genu dearticulationem mouentibus. CAP. 32.

. ibid. c. 18. e

NOuem *musculi sunt, qui dearticulationem, quæ in genu est, mouent, non decem, quemadmodum Lycus vna cum plerisque alijs viris dissecandi professoribus existimabat: totum vnum musculum ignorans, de quo postremo dicturus sum: nimirum tum ab eo deceptus musculo, qui ad internum femoris nodum ad genu descendit, a maximo etiam illo femoris musculo, qui totam internam regionem simul q; posterioris non parum occupat. Verum hic non solum non inseritur tibię ossi (cum tamen omnino inseri deberet, si ipsam moturus esset,) sed ne ipsis etiam, quæ in dearticulatione sunt, ligamentis: quemadmodum non nulli ex ijs musculis facere solent, qui obscurum quendam motum efficiunt, Vehementes enim motiones vniuersæ, musculis dearticulationem pretergressis, succedenti q; membro insertis, perficiuntur: paruæ vero, vbi musculi in ligamenta infiguntur. Sed qui inter omnes femoris musculos maximus est, nequaquam genu dearticulationi inseritur, quamuis proxime ad ipsam accedat. Quod si quis quoquo modo ab hoc D musculo dearticulationis ligamenta attingi dicat, nec ita profecto æquum sit suspicari illius duntaxat dearticulationis ipsum esse proprium, sed certe ambarum communem: superioris inquam, quæ in coxendice, & præsentis huius, quæ in genu est. Nam coxendicis dearticulationem euidenter vehementer q; mouet: quippe qui exortum ex toto pubis osse, & insertionem in totum femur molitus est. Motio vero quæ in genu est, si sane vlla est, obscura certe omnino est, quandoquidem a minimis ansis peragitur. Verum hæc de maximo musculo femoris sufficiant. Ex alijs autem musculis primus in superficie est angustissimus longissimus q;, ex media recta ossis ilium spina enatus, atque per interiora femoris ad genu delatus, illic q; in anticnemion (i. priorem tibiæ partẽ quam quidam ocream vertunt) non multo post dearticulationem insertus. Hic igitur musculus ad interiora simul tibiam flectit, & sursum ipsam altam quoquo modo attollit, atque ad eam figuram totum crus agit, in qua præcipue constituitur, cũ nos mollientes ac subigentes, ipsum super alterius femur attollimus. Proximus vero huic insertionem in tibiæ os non per extremitatem carnosam, quemadmodum prior, sed per tendonem leniter latum molitur: atque incipit quidem ab ossibus pubis: inseritur vero in ipsum maxime anticnemion: introrsum ergo & hic tibiam inuertit, in rectam etiam ipsam attollendo. Qui vero plerunque quidem ab interioribus partibus,

* explantatio nem intelligit

non nunq̃ vero paulo infra prædictum musculum illi continuus existens per tendonẽ similiter in E anticnemion inseritur, flectit simul, ac ad exteriora inuertit tibiã oblique, queadmodũ & ipse obliquus locatur. nã ex internis externis q; ossis coxendicis partibus enatus, ac deinde per posteriores femoris partes oblique exporrectus, mox q; totam genu dearticulationem pretergressus, in interiora tandem inuertitur: obliquus q; in eam tibię partẽ, quæ excarnis visitur, quam sanè anticnemion appellant, inseritur. Huic musculo continentem exortum obtinent tres alij musculi: Alter quidem ab exterioribus partibus validus admodum: qui sanè & per externas femoris partes extrinsecus delatus, infra genu in externas tibię partes gracili latoq; fine carnoso inseritur, extrorsum ipsam inuertens: Reliqui vero duo superius quidem principium ex internis regionibus, quæ nuper dictis duabus proximę sunt, moliuntur: ita vt quatuor exortus mutuo sibi congredientes ac proximi sint, qui ex prioribus partibus basis ossis coxendicis exoriuntur. Deueniunt autem, alter quidem prædictis duobus proximus, qui sanè maxima ex parte colore liuidus inuenitur, in internam tibiæ regionem haud multo post dearticulationem, flectens simul & ad exteriora ipsam per tendonem leniter teretem inuertens: Alter vero hunc subsequens, internis femoris partibus quæ supra genu dearticulationem sunt, inseritur vsque ad internum nodum, vnde etiam alter musculorum qui in posteriori carnosa tibiæ parte (quam gastrocnoniam i. tibiæ ventrem appellant) F siti sunt, enascitur, quo cum etiam ipso musculus, de quo nunc edissero, inseritur: tibiam q; per illum non nihil ad internas partes simul trahit, pręcipue q; cum prædurati ipsi fuerint. Hic musculus introrsum simul & parumper retrorsum agit femur. Hunc ipsum musculum superius inter coxendicis articulum mouentes, decimum nominaui: reieceram q; doctrinam de tota eius natura faciendam inter musculos genu dearticulationem mouentes: † Reliqui vero tres femoris musculi anteriores genu dearticulationem extendunt. Duo quidem in superficie siti, validi, in robustum ac latum finiunt tendonem, qui insertus in orbem q; adnatus vniuerso patellæ ossi, vsque ad tibiam progreditur, prioribus eius partibus sese inserens: Qui vero subtus oblitescit, in patellæ principium inseritur, ligamentis q;, quæ circa dearticulationem sunt, inhæreſcit: atque in extremitate quidem non, sicut prędicti, neruosus existit, sed in prioribus partibus: in interioribus vero carnosus: duplex enim manifeste est. Atque ego hunc non vnicum musculum, sed duos potius posuissem, nisi mihi ab antiquorum doctrina discrepare, vbi magna me non cogeret necessitas, præcauissem. Anteriorum vero horum musculorum principia quatuor numero sunt: Atque aliud ex accliui spina ossis ilium infra eum musculum angustum, qui primus omnium dictus est, exoritur: Aliud ab externis femoris partibus secundum ipsum præcipue gluton. Hoc igitur caput maxi- G mum ex anterioribus musculum gignit, qui vniuersam exteriorem femoris regionem occupat: Quod vero nunc prius dictum est, musculum licet hoc ipso quoquo modo minorem, alijs tamen magnitudine grandiorem gignit: quippe qui totam priorem femoris regionem non nihil q; etiã interioris occupat. In idem vero duo hi musculi coeunt, vnam q; aponeurosin efficiunt: atque (vt ante dictum est) in patellæ os deueniunt. Musculus vero ille duplex ipsis subiectus, qui femori in orbem adnascitur, alterum quidem caput obtinet, quod primum magni trochanteris processum, ceruicem q; capitis femoris atttingit: alterum vero, quod à priori femoris regione infra nuper dictum enascitur. Atque hoc ipsum exquisite rectum per priores femoris partes ad patellam vsque deuenit, totum carnosum permanens: Alterum vero, quod superne incipit, extremitatem membranosam efficiens, in internum femoris caput desinit. Quamobrem multo magis hi, duo musculi censentur, quàm illi, qui vnicum efficiunt tendonem. Prædicti ergo omnes musculi desuper per femur descendentes, genu q; dearticulationem mouentes, vt ego quidem existimo, rectius vtique nouem dicerentur. At ne in minimis rebus ab antiquis dissecandi professoribus discrepare videamur, octo dicantur. Paruus vero quidam alius musculus sub dearticulatione delitescit in ipso poplite (ἰγνύαν appellant) caput habens ligamentum validum ac teres, quod propè externum femoris H nodum enascitur. Deuenit hic musculus in tibię os, obliquus quodam modo magis per posteriores partes dearticulationis superuectus, ad ipsam flectendam natus.

De musculis, qui in tibia sunt, à quibus tum totus pes, tum digiti mouentur. CAP. 33.

QVatuordecim "musculi tibiæ in orbem circumiecti sunt, septem ex posterioribus partibus, & septem alij ex prioribus. Cur autem viri in dissecandi munere celebres habiti, octo ipsos esse existimarint, in administrationibus anatomicis dicitur. Igitur ex ijs, qui in posteriori tibiæ parte siti sunt musculi, tres in calcanei, ideſt πτέρνης os finiunt, tres alij tum digitos, tum totius pedis dearticulationem flectunt. Septimus in tendonem finiens, sub nuda excarne q; tota pedis parte in latitudinem expansus inseritur. Eorum igitur, qui in calcaneum inseruntur, duo à posterioribus partibus capitum femoris illic existentium exoriuntur: tertius vero ipsis subiectus, ex furæ seu fibulæ, ideſt περόνης, osse in ipso vertice exortum habet. Hic sanè musculus ad finem vsque carnosus perdurat, in calcanei os posteriori in parte descendens. Alij vero duo, vbi in vnum mutuo peruenerint, ac gastrocnemiam quam vocant: prægressi fuerint', tendonẽ validum

A.l.1.f.1.d. lu.2.c.29.f 20.g

A validum gignentes, calcanei fini inferuntur, proxime prædictæ insertioni carnosæ musculi illius, qui ex sura enascitur. Alius vero quartus musculus eundem verticem, quem alter prædictorum musculorum, is nimirum, qui ab externo femoris nodo exoritur, obtinet: verum in gastrocnemia ab ipso manifeste separatur: & iam in latissimum tendonem finiens, primum quidem ossi calcanei deorsum dilatatus, postea (vt dixi) toti pedi substernitur. Huius vtilitas est, vt solidum & tensum, durum q; ac pilis etiam nudum, facile q; sentiens, vocatum pelma i. pedis vestigium, efficiat. Eorum vero, qui in calcaneum infiguntur, officium est, vt simul cum ipso totũ pedem retrorsum abducant. Horum quatuor musculorum duo quidem crassitie fere sunt æquales, ex quibus coeuntibus tendo in calcaneum insertus gigni dicebatur. Qui vero sublimiorem carniformem q; insertionem in calcaneum sortitus est, dimidia ferè est pars vtriusque horum, colore liuidus existens.

ibidem.h

Qui autem tendonem pedi subinhærentem gignit, tertia quodam modo est ipsorum pars. Reliquorum vero trium posteriorum musculorum alter quidẽ furæ ossi adnatus ex {sublimioribus} ipsius partibus, qui & maior est, in validum quodã modo tendonem terminans, inter calcanei os et tibiæ finem ad inferna pedis prętergreditur. Huic autem hoc in loco alter tendo adiacet, simul q; ad inferna pedis prętergreditur, à musculo ex tibia exorto genitus. Hi igitur duo tendones in digi

B tos pedis inferuntur: primus quidem in medium, & anularem: secundus in paruum, & eum, qui veluti index est. Magnus enim digitus solus omnium ab vtrisq; propaginem assumit: non quod duo tendones in ipsum infigantur, sed quia vnus ex vtrisq; genitus sit. Non nunquam vero medio etiam digito hoc vsu venit. Alius vero quidam tendo ex alio musculo per medium prædictorum descendente, exortum habens, postquàm proxime ad calcaneum peruenerit, secedit solus ad anteriora quodã in loco leniter cauo, deorsum in tibiæ epiphysi innixus: postea inde inuersus, rursus ad inferna pedis, in ipso pręcipue tarso (i. prima parte plantæ) inferitur, dilatatus versus magni digiti partes magis, retrorsum q; & extrorsum leniter pedem inuertens. Quemadmodum qui in calcaneum infiguntur, retrorsum simul q; extrorsum pedem abducebant. Videretur q; musculus hic prædicti illius musculi portio esse, quem in paruum digitum & eum, qui veluti index est, inferi dixi. Non parua prædicti tendonis portio in prædictũm magni digiti phalangen seu internodium inferitur, oblique ipsum leniter q; ad exteriora extendens. Superiores vero exortus hoc se habent modo. Eius qui ad duos medios digitos peruenit, exortus ex furæ osse est secundum totam ipsius lõgitudinem ex superioribus partibus à vertice summo vsque ad imũ finem: principium q; tertij musculi ex ijs, qui in calcaneum inferuntur, huic in posteriori ac interiori magis parte adia-

*

C cet superiacetq;: hic enim in posterioribus magis ipsius cruris regionibus exortũ habet. Alter verò musculus, qui paruum hunc digitum & eum, qui veluti index est, flectit, ex posterioribus tibiæ partibus infra caput principium sumit. Musculus hic crassitudine ferè dimidia illum, qui medios digitos flectit, superat. Tertius vero musculus, qui huius ipsius pars esse existimatur, qui q; in tarsum pedis infigitur, videri q; non prius potest, quàm hi dissecentur, regionem, quæ inter tibiam & suram media interiacet, occupat, ambobus ossibus superne deorsum secundum longitudinem adactus. Huius vertex in tibiæ capite est, qua ipsa furæ coniungitur: & qui enascitur tẽdo, cõspicuus ante (græce σφυρους appellatos) euadit. Quo in loco {tendones hi} per ligamentum transuersum validum, quod calcaneum tibiæ ligat, cõstringuntur. Posteriores igitur musculi tibiæ hoc modo se habent. Priores vero, quantum sanè ex primis exortibus cognosci potest, iure tres esse à nonnullis dissectionis professoribus iudicati fuere. Satius vero fuerit ipsos septẽ ponere, quemadmodum in anatomicis administrationibus demonstratur. Qui igitur totum pedem extendit, atque in tarsum inferitur, qui & omnium anteriorum musculorum maximus est, ab exterioribus tibiæ partibus ab ipso sanè capite incipit, ac toti ipsi tibiæ per longitudinem circumnascitur. Qui autem ipsi adiaeet, pars q; ipsius esse iudicatur: eundem exortum in superiori parte facit: reliqua vero

D vniuersa parte super prædictum musculum extrinsecus incumbit, neutiquam tibiam ipsam attingens. Hic musculus in primum os magni digiti inferitur, ipsum oblique leniter sursum trahens. Post hos deinceps est aponeurosis in totum magnum digitum, à qua extenditur, secundum longitudinem inserta. Huiusce aponeuroseos musculus gracilis admodum existens, exortum ex media inter tibiam & suram regione molitur, ambo hæc ossa comprehendens. Cum q; prope magnum digitum fuerit, ligamentum quoddam prætergreditur, quod eam vtilitatem habet, quam in curribus circuli, per quos aurigæ habenas traijciunt. Posset q; hos tres musculos quispiam vnum censere. Qui vero post ipsum est, qui digitos extendit, à furæ capite, qua ipsa tibiæ coniungitur, incipit, toti q; ipsi adnascitur, cæteris omnibus prolixior, ac in anteriorum musculorum medio collocatus. Porro superior primus q; huius musculi exortus ligamentum est ex exterioribus tibiæ partibus enatum apud ipsum exquisite furæ caput. Post hos vero alij tres musculi sunt ex furæ osse exortum habentes: vnus magnum pedis digitum flectens: alter gracilis paruum extrorsum abducens: tertius totum pedem sursum tendens. Horum primus ex ipso furæ principio exortum habet, summa sub cute tensus: illinc vero ad eam pedis regionem, quę ante paruũ digitum est, peruenit: ex exterioribus partibus astragalum seu talum amplexatus: quo etiam in loco in teretem tendonem finiens, per inferna pedis in primum magni digiti articulum peuenit. Vbi autem huiusce

musculi exortus cessat, ibi secundi ex memoratis musculis caput est: nec longe post principium E musculus hic in tendonem teretem desinit, totus gracilis existens. Post hunc vero, ferè iam proximum est ipsius suræ medium, vnde tertius musculus pedē resimans exoritur. Deuenit vero & hic ad externas partes, quæ propter malleolum & talum sunt, in vnum finiens tendonem, qui postea tendo in os paruo digito præpositum inseritur. Bifidus autem ipse in exortu euadit, inæqualibus ferè portionibus: per medium q; ipsius transit ille, qui paruum digitum extrorsum abducit. Tres hi musculi vnus esse ob primi exortus communitatem ab aliquibus dissecādi professoribus iudicati fuere. Horum septem musculorum maximus idem q; crassissimus est, qui primus omnium memoratus fuit. Mutuo vero inter se sunt æquales, secundus & quintus, ambo in principium primi ossis magni digiti descendentes: secundus quidem ex superioribus interioribus q; pedis regionibus: quintus autem ex infernis partibus. Post prædictos tum medius omnium, qui digitos extendit, tum postremus numeratus, qui totam dearticulationem mouet, crassitudine ferè sunt æquales, longitudine vero haud ęquales: sed qui digitos extendit, longior existit. Reliqui vero duo musculi tum paruus tertiusq; numeratus, qui in magnum totum digitum superne: tum sextus qui in paruum extrinsecus descēdit: crassitudine nec ipsi inter se æquales sunt: sed qui in magnum digitum deuenit, tripla vel quadrupla est crassitudine: gracilis enim admodum est, qui in paruum deuenit: F Longitudine vero mutuo inter se quodam modo ęquales sunt. Igitur in omnibus his musculis quamuis aliquid dissecandi professores pretermiserint, mentiti q; ac hallucinati fuerint, ne vnum tamen omnino ipsorum neglexerunt. Eum vero musculum, qui in poplite est, haud scio, cur omnes pręteriere, longitudine certe breuem, haud tamen imbecillum, ac præcipue circa eius caput, quod est ligamentum quoddam robustissimum ab externo femoris nodo enatum: hunc vero occultat tum dearticulatio ipsa, tum ligamentum quod extrinsecus ex femore in tibiam porrigitur. Est autem leniter quodam modo obliquus musculus hic, ideo q; & tibiæ flexionem non exacte rectam, sed sensim ad exteriora inclinantem efficit. Quintusdecimus ex ijs, qui in tibia sunt, à nobis musculus hic numeretur, hic inquam, qui inter eos, qui dearticulationem genu mouent, postremo dictus fuit.

De musculis, qui sunt in pede. CAP. 34.

NOn quemadmodum in summa manu duo tantū musculorum genera, vtrunque in intrinseca eius regione collocatum, inerant: ita etiā in pede se habet. Sed certe qui totos digitos obliquo motu mouent, numero septē existentes, similem positionē obtinent: ac ij præterea, qui vniuscuiusq; digiti primum mouent articulum, eandē proportionē habent. Duo vero alia vltra hæc in G pede sunt musculorū genera: alterū superne tarso incumbens: alterū similiter inferne subiectum. Qui igitur superne incumbunt, digitos obliquo motu agunt, cuiusmodi sanè motu musculi, qui à cubito descendebant, digitos manus mouebant. Qui vero inferne subijciuntur, secundum articulum cuiusque digiti flectunt.

A.ibi.c.30.f 21.a

Quæ prius de musculis pedis in lucem ædita fuerant. CAP. 35.

QVoniam amici mei iudicarunt de musculis pedis compendiosius q̄ pro aliorum proportione hoc in libro à nobis declaratum fuisse: iccirco quę in secundo anatomicarum aggressionum libro dicta fuere, in hunc librum legenda trāstuli. Quę ita ad verbum se habent. In pede quatuor sunt musculorum genera, non quemadmodum in manu duo: tria quidem in inferioribus pedis partibus: vnum vero in superioribus, tarso exporrectum. Hi sanè musculi quinq; obliquis digitorum motibus pręsunt, proportione respōdentes septem illis musculis, qui in externa manus regione habentur. Qui vero sub pede siti sunt, septem, & hi cum septenis, qui in manu sunt, proportione similes sunt, singulos digitos obliquo motu mouentes. Quorum duo, quemadmodum in manu à primis brachialis ossibus exoriebantur, ita & ipsi in pede à primis tarsi ossibus exorientes, extrinsecos digitos longissime ab alijs abducunt. {Reliqui vero quinque paulopost H dicentur.} Alij autem ex infernis regionibus sunt musculi exigui, qui ex tendonibus digitos flectentibus, priusquam illi (tendones inquam) sigillatim scindantur, exoriuntur. Horum musculorum munus est medium cuiusque digiti articulū flectere. Scissis enim iam tendonibus alij quoque minores musculi innascuntur, musculis ijs, qui intus in manu obliquum vnicuiq; digito motum suppeditant, proportione respondentes. Quatuor sanè & hi numero sunt, quemadmodum etiam illi. Accedentibus vero tum duobus illis prędictis, qui extremos digitos ab alijs longissime abducunt, tum vno etiam illo, qui magnum digitum ei, qui veluti index est, adducit, totus eorum numerus septenarius euadit. Tertium vero aliud est musculorum genus, qui subter pedem ipsis ossibus inseruntur, eis, qui in manu à dissecandi professoribus penitus ignorati fuere, proportione respondentes. Quos profecto contueri poteris, si tendones omnes, sicuti illic, excideris. Horum sanè positio omnis, numerus, atq; vtilitas pro illorum sunt ratione, quos in manu esse prædiximus. Duo enim ante primam singulorum digitorum dearticulationem collocati, mediocriter illos flectunt: Atque si simul ipsi agunt, cum nulla in latus inclinatione flectunt: sin priuatim alteruter, cum modica in latus inclinatione flectit. Non nunquam tamen sibi inuicem adeo continui repeiuntur, vt vnus esse in vnoquoq; digito videatur.

Galeni



GALENI DE NERVORVM DISSECTIONE AD TYRONES LIBER INTEGER

Augustino Gadaldino Mutinensi interprete.

Liber hic in græcis exemplaribus impreßis corruptus ac mutilus legitur.

Cerebrum esse Neruorum originem. CAP. 1.

QVód nulla sanè particularum animalis, nec motum quem voluntariū nominamus, nec sensum, sine neruo habeat: quod q; si neruus incisus fuerit, sensu ac motu statim priuetur particula: iam ab omnibus concessum est medicis. Quód "autem principium neruorum sit ipsum cerebrum, quemadmodum & ipsius etiam dorsalis medullę: quod q; nerui alij quidem ex ipso cerebro, alij ex dorsali medulla oriātur: non omnibus certe compertum est, quamuis id, quod ex dissectione apparet, hoc se habeat modo.

.l. 1. f. 1. d. 5. . 3. c. 1. fol. 1. c

De Prima Neruorum à cerebro exorientium Coniugatione. CAP. 2.

IPsi quidem "anteriores in cerebro ventriculi, dum ad priorem procedunt partem, paulatim ad modū figurę coni coarctantur, quousq; ad nasi principiū perueniāt, perpetuo sibi mutuo appositi, sese q; contingentes, vt nihil inter ipsos sit mediū nisi tenuis meninx membrana've. Ab vtraque aūt horū ventriculorū parte, alter dextra alter sinistra est neruus crassitudine notabili, ac prope omnibus alijs neruis mollior: qui à cerebro exoriens, in oculos extra caluariam per quoddam procedit foramen, quod tanta prorsus latitudine, quanta neruus crassitudine est. Collocatū aūt est hoc foramen, quà primū oculorū regio oriri incipit: tibi q; nerui hi, si inspexeris, veluti quædā oculorū radices esse videbuntur. Dissoluuntur aūt non in multas sanè fibras, quemadmodum cæteri omnes nerui, qui instrumentis eos suscipientibus distribuūtur, sed admirabili quodam alio modo, quē nec verbis facile est explicare, nec si audias, prius fortasse credes, quàm tuis oculis hoc spectaculū intuitus fueris. Nam vterq; dū intra oculū sibi è regione sitū immergitur, in latū sese extendit: ipsum q; qui in oculo est vitreus humor vocatus, sphęræ modo in orbē circuit, nihil etiamnum à cerebri natura inibi differens. Quin & solis his neruis ante, quàm in oculos inserātur, aperte intus sensibilis quidam meatus adest: vñ & hos ipsos non nulli dissectionis professoris, meatus non neruos appellant: non nulli vero neruos opticos visorios, ab actione nimirum imponentes nomen. Et hanc coniugationem, primam omnium à cerebro prouenientium neruorum, quæ omnibus alijs est mollior, numerant.

. ibid. c. 2. e C D

De Secunda Neruorum à cerebro prodeuntium Coniugatione. CAP. 3.

ALia "vero deinceps est coniugatio, quæ musculis oculos mouentibus distribuitur, multo profectò, quàm prędicta, durior & minor. Et sanè foras è caluaria excidit prope illam, vt pote quas tenuissimum os disterminat.

.ibidem. f

De Tertia Neruorum à cerebro exorientium Coniugatione. CAP. 4.

HVic "ipsi non in primo eius exortu, sed dū per caluariam progreditur, tertia adiacet coniugatio neruorū, vocant aūt ipsos molles: qui tibi, si mentem eis diligentius adhibeas, quāplures in prima statim radice esse videbunt: at si negligētius inspexeris, oēs vnus esse apparebūt. Molliores igitur re uera sunt nerui hi, quàm qui in secūda nuper dicta, ac quarta, ac vlla alia deinceps sequenti coniugatione habent. Adhuc q; etiam magis tales apparēt, q cū plures numero sint, ac capillorū modo tenues, mutuo sibi citra vllam aut cōpressionem aut complicationem adhærent.

.ibi. f

* μαλακώτερος est in quibusdā antiquis. aliter tamen μαλακώτεροι, l. lōgior.

De Quarta Neruorum à cerebro venientium Coniugatione, & multa quoq; de tertia. CAP. 5.

QVarta "vero neruorum à cerebro prouenientium coniugatio, paulo ijs durior, † post exortum statim cum tertia permiscetur, simul q; prætergreditur, primum quidem crassam ipsam cerebri membranam, postea vero ipsum etiam capitis os: deinde rursus ad oris

A. ibi. h

† In impreßis μετὰ τὴν ἔκφυσιν, in antiquis ūt legitur κατὰ τὴν ἔκφυσιν, i. in exortu.

oris palatum secedit. Tertia porrò coniugatio, quemadmodum ex multis primo videtur radici- E
bus componi: ita quoq; multifariã discinditur. Nihil enim interest siue solui à seipsis inuicem prę
dictam neruorum collectionem dixeris, siue discindi totum, cùm partes dehiscant: nec secus inter
erit siue partes ipsas à seipsis mutuo discriminari dicas, siue earum vnamquanque à tota collectio-
ne nasci. † Prima igitur ipsorum particula secedit in inferiorem capitis partem tendens, id quod
∴ dissectionis professores latuit. Commune autem est foramen, per quod, tum hæc neruorum por-
tio deorsum fertur, tum ipsius carotidis seu soporariæ arteriæ reliquum, ad cerebrum ascendit: ab
vtroque certe latere vna. Nam si hoc quandoque in oratione non dicatur, subaudiendum tamen
à vobis perpetuo est: vt qui semel nuper audieritis nullum vel à cerebro, vel à dorsali medulla pro
deuntium neruorum, non coniugatum esse, (vltimo eo excepto, qui à dorsali medulla progredië
te enascitur: ille enim solus sine coniugio est, propterea ꝙ dorsalis medulla iã in neruos absumpta
fuerit) sed semper à dextra alterum, alterum à sinistra mutua sibi ipsis magnitudine exquisite æ-
quales, exoriri. Quonam igitur modo nerui hi per collum ac thoracem ad eas, quæ infra septum
transuersum sunt partes, & quænam eorum sit distributio, procedens oratio declarabit. Nunc ad
reliquas tertiæ coniugationis partes reuertamur. Nam cum illa è caluaria excidit, secundam qui-
dem attingit: non ei tñ permiscetur quemadmodũ aliæ quædã vti narrabimus: sed varie, veluti iã F
diximus, scinditur. Confestim igitur excidit particula ipsius apud maxillæ dearticulationem, in
priorem aurium partem emittit, neruis à quinta coniugatione prouenientibus, permista. quo
autem modo permisceatur, paulo post audies. Hæc porrò exigua quædam ipsius est particula. At
qui veluti trũcus est omnium ab ipso nascentium partium, quę & ipsæ ramorum ac virgultorum
rationem obtinent, bifariam primo scinditur: deinde vtrunque ipsorum membrum in multas se-
catur particulas. Et alterum quidem tum in musculos temporales, & mansorios, distribuitur: tum
in omnes etiam alios, qui à superiori maxilla exoriuntur. gingiuis præterea dentibus'que ac cuti,
quæ circa faciem est per hos neruos sensus est. Alterum vero membrum tum ad dentium, qui in
inferiori sunt maxilla, radices scinditur, eadem nimirum proportione, qua prius membrum in su-
perioris maxillæ musculos scindebatur: tum ipsis etiam gingiuis ac labris inferioribus distribu-
tiones ac propagines perinde ac illud superioribus, mittit. Plurima autem eius pars in linguæ tu-
nicam dissipatur. Et hanc neruorum coniugationem gustatoriam aliqui appellant, quando qui-
dem per hos gustandi fit sensus. Talis igitur est tertiæ coniugationis distributio. Dictum præte-
rea est & de quarta quã rectè à tertia seiunctam, & ad palatum peruenietem inuenit Marinus: de
qua & nos quoq; in libris de administrationibus anatomicis disserimus. G

De quinta coniugatione neruorum à cerebro exorientium. CAP. 6.

DEinceps vero altera est neruorum coniugatio, quam Marinus quintam nominat: quãuis non ex vna exquisite radice exurgat, sed sibi mutuo vicinæ sunt. alter q; ex altera exoritur neruus: Ac in priori quidem magis parte, qui auditorius vocatur, qui vnà cum dura cerebri mem brana simul exoriente, in auditus foramen incidit: cum qua in latitudinem sese explicans, meatũ sublinit. A posteriori vero parte alter in aliud quoddã lapidosi ossis foramen incidit, quod cæ- cũ appellatur. Sic enim veteres dissectionis professores hoc foramen nominãt, propterea quòd an fractum illum per quem neruus foras post aures excidit, haud possent perfecte perforare. Statim vero, & hic neruus illi tertiæ coniugationis neruo, qui foras excidere apud maxillæ dearticulatio- nem dictus est, permiscetur: non quòd ille ad hunc perueniat, sed quòd hunc ipsum ad se aduen- tantem, expectet. Ex vtrisq; autem commixtis maxima pars vel (vt melius dicam,) totum ferè, in latum illum musculum quem & myodes platysma, id est musculosam dilatationem appellamus, scinditur, qui cuti subnascẽs buccam, sine maxilla mouet: qui sanè à nobis vnus nimirum & ipse vtrinque existens, inuentus est. Nam te semper hoc meminisse oportet, vt in omnibus per con- H iugationem intelligas: licet quandoque in oratione prætermittatur. Eiusmodi igitur est distribu- tio quintę coniugationis. nam licet manifeste duplex existat, vna tamen propter Marinum esse concedatur.

A.ibid.h

De sexta coniugatione neruorum à cerebro exorientium. CAP. 7.

SExta vero neruorum à cerebro orientium coniugatio vno quidẽ vtitur foramine, quod pro- pe infernam suturæ lambdoeideos, situm est: Cum primum tamen ex cerebro oritur, trium ha bet principia neruorum, qui cùm extra caluariam excidũt, varie tum inter seipsos, tũ cum adiacen tibus, de quibus paulopost dicam, miscentur.

A.ibi.fol.2

De septima coniugatione neruorum à cerebro prodeuntium. CAP. 8.

SEptima adhuc reliqua est coniugatio neruorum à cerebro orientium, quæ maxima sui ipsorũ parte in linguæ musculos distribuitur. nam quędam parua ipsorum particula in eos quidem semper peruenit musculos: qui tum scutiformi laryngis chartilagini, tum humilibus lambdoeidis ossis lateribus communes sunt: in alios autem quosdam, non semper.

A.ibid.c

De mutua

A *De mutua harum Coniugationum Complicatione, de q; Anatomicorum circa has discordia & ignoratione.* CAP. 9.

COmmiſcentur autem, vt diximus, inter ſeſe nerui infra caput tendentes, tum qui à tertia coniugatione, tum etiam qui à duabus nouiſſime dictis proueniunt. Quin etiam neruorum à dorſali medulla naſcentium prima & ſecunda coniugatio, multam cum his neruis commiſtionem facit: tibi q; ſæpius quidem, quod ex altero ad alterum peruenit, veluti vinculum quoddam duntaxat ambobus commune eſſe videbitur: non nunquam vero id ipſum, alterum quidem neruorum auget, tanquam ad illum acceſſerit, ſeſe cum eo admiſcens: alterum vero minorem reddit, tanquam ab ipſo receſſerit. Quapropter in his neruis cognoſcendis confuſi ſunt omnes diſſectionis profeſſores, & inter ſeſe maximopere diſcreparunt, ac in vnoquoq; plurimum ignorarunt. Nam quædam, quæ non ſolum in cunctis animalibus non apparent perpetuo, ſed ne in ſimijs quidem ſolis, ipſi ac ſi nunquam aliter ea ſeſe haberent, aſſeueranter ſcripſerunt: quædā vero non in ſimijs ſolum, ſed in alijs etiam animalibus, quorum ſex eſſe genera in libris de anatomicis adminiſtrationibus oſtendo, ſimiliter perpetuo ſe habere, omnino ignorarunt. Exempli cauſa, omnibus proprijs gutturis muſculis nerui à ſexta coniugatione ſecundum tres ab vtroq; latere inſertiones diB ſtributi ſunt, vt eæ omnes ſex numero exiſtant. Nouerunt autem non nulli quidem duas duntaxat ipſarum: non nulli vero neq; has.

De Sextæ Coniugationis neruorum à cerebro orientium diſtributione. CAP. 10.

l. 1. f. 1. d. 5. 3. c. 1. fol. a

SAne "gutturis muſculi, qui cum alijs partibus communes ſunt, non ſemper à ſexta coniugatione neruos ſuſcipiunt, quemadmodum nec qui os, quod à ſimilitudine Λ & Υ litterarū græcarum lambdoides & hyoeides dictum eſt, oſſi pectoris connectunt: de quibus in libris de adminiſtrationibus anatomicis exquiſite pertractatur. In quibus etiam libris de trium illorum neruorū traditur diſtributione, qui per id foramen, quod prope finem ſuturæ lābdoideos eſt, dicuntur exoriri: quāuis omnes ferè diſſecandi profeſſores in vtroq; latere vnum eſſe ſoporarijs nimirum arterijs inhæreſcentem exiſtiment: quem ſi laqueo intercipias, mutum confeſtim reddetur animal. Ab his igitur neruis etiam gutturis muſculi propagines ſuſcipiunt. Reliquorum vero duorum alter tum in faucium muſculos tum in linguæ radicem: alter tum in ſcapulæ muſculum illum latū, tū alios quoſdam qui inibi ſunt, peruenit. Ipſos etiam diſſectionis profeſſores latuerunt nō paucæ propagines eorum neruorum arterijs ſoporarijs inhęreſcentium, quos ſolos plurimi (vt dixi) ſextam eſſe coniugationem exiſtimant: quas quidē propagines illi, dū per collū & thoracē ferunC tur, faciunt, anteq̄ ori ventriculi, in quod plurima iſtorum neruorū portio inſeritur, ac diſſeminatur, incidant. Illud certe admiratione eſt dignum, quòd quaſdam ex his neruis particulas in ſeptū tranſuerſum diſtribui dicant, cùm tamen ipſum ne minimam quidem omnino ex hac coniugatione portionem ſuſcipiat. At quòd viciſſim ex medio thorace non nullæ horum neruorum portiones ad quoſdam gutturis muſculos veniant, non etiam dicunt, nec quam facultatem hi nerui habeant: quāquam ſi hi lęſi fuerint, cauſæ ſunt, vt animali vox deficiat. {Et magna neruorum arterijs inhærentium coniugatio, propterea quòd hi eorum particulæ ſunt, vocem deſtruere, ſi lædatur, poteſt.} Varia autem eſt horum neruorum infra ſeptum tranſuerſum diſtributio. Nā & quaſdam particulas à dorſali medulla, quę illic eſt, ſuſcipit: & ad viſcera, quæ inibi ſunt, diſſeminatur: & ijs etiam, quos ſuperius à tertia coniugatione per collum ac thoracem deferri diximus, admiſcetur. Quanquam rurſus hi ipſi nerui, qui ad coſtarum radices deferuntur, ſextæ coniugationis eſſe propagines ab omnibus exiſtimantur. Varia igitur eſt & horum neruorum commiſtio tum cum intercoſtalium neruis, tum ijs ferè omnibus, qui ad lumbos parui feruntur, tum poſtremo cum eorum neruorum reliquijs, qui ad ventriculi os veniunt. Varia deni q; eſt, & quæ intrà peritonęi regionem eſt diſtributio, quam nunc mihi ad exquiſitam diligentiam elaborare non eſt propoſitū. D Sed ſatis eſt, ſi non ignoremus, quòd ad iecur & lienem & renes, adhuc q; etiam ante hæc ad totū ventrem, ac ad omnia viſcera, nerui à cerebro partim à tertia (vt dictum eſt,) coniugatione, partim à ſexta, peruenire conſpiciuntur. Quòd autē pulmo ac cor à ſexta coniugatione quandam neruorum portionem {in collo} ſuſcipiunt, omnes certè nouere. Verum de neruis à cerebro prodeuntibus hæc ijs, qui inſtituuntur, ſufficiunt. De ijs vero, qui à dorſali medulla proueniunt, deinceps agendū: in quibus oēs diſſectionis profeſſores errauerūt. Erratorum aūt cauſas nunc non eſt tempus proſequi, quandoquidem iam eas in adminiſtrationibus anatomicis narrauimus. Antiquiorum tn̄ ob id cogor meminiſſe, quòd ijs, qui eorum quidē libros legunt, haud tn̄ mecū, quæ p̄ diſſectiones apparent, inſpiciūt, incertū eſſe videbitur, vtrum omnes illi, an ego ſolus peccauerim.

De Prima Coniugatione neruorum à Dorſali medulla, quæ in collo eſt, exorientium. CAP. 11.

ibi. c. 3. a

PRima "igitur coniugatio neruorum ex dorſali medulla prodeuntium, exoritur perforata prima vertebra foraminibus diuerſis ab ijs, quæ primarum ſex vertebrarum communia ſunt. Illa enim in tranſuerſis ſunt poceſſibus, ac nequaquam medullam tangunt: quæ vero tangunt, duo ſunt alia, per quæ prima neruorum coniugatio excidit, quæ vnam quidem radicem apud medullā habet: mox bipartito ſcinditur, ac altera quidē eius particula retro, altera ad latus fertur.

Itaq;

Itaque parua est hæc neruorum coniugatio in ijs animalibus, in quibus primæ vertebrę sunt par- E uæ, veluti in simijs: magna vero, in quibus magnæ, veluti in serratos dentes habentibus & cornigeris. in his ergo, ob ipsam certe magnitudinem, neruorum exortus ad latera perueniens in plures musculos dispergitur, quos in anatomicis aggressionibus diximus. In simijs vero, quæ homini tum in plurimis alijs particulis tum in collo simillimæ sunt, in eos tantum prima coniugatio distribuitur musculos, qui circa capitis dearticulationem sunt: qui nec ipsi exacte à dissectionis professoribus cogniti fuere.

De secunda coniugatione neruorum à dorsali, quæ in collo est, prodeuntium. CAP. 12.

SEcunda "vero neruorum à dorsali medulla nascentium cõiugatio, à posterioribus quidem & ipsa emergit partibus, non tamen per vlla sane foramina, quemadmodũ prima. Nam in vtraq; spinæ parte locus quidam est, ossibus, quæ sunt in vertebris, nudatus, in medio primæ & secundæ vertebrę: per quem nerui exoriuntur, qui & ipsi aliquandiu per latera ad priora feruntur, neruis primæ & tertiæ coniugationis à cerebro prodeuntibus (sicuti etiam tertia cõiugatio) complicati. plurima vero suiipsorum portione posterioribus colli musculis distribuuntur, simul etiam quippiam latis musculis buccas mouentibus impertientes. quicquid vero reliquum est ipsorum, ad caput ascendit, posteriorem ipsius totam regionem pertexens. ita sane & quod antrorsum fertur, ꝓpemodum & ipsum in totam priorem capitis partem disseminatur. F

A. ibid. d

De tertia coniugatione neruorum à dorsali, quæ in collo est, venientium. CAP. 13.

TErtia "autem coniugatio neruorum à dorsali medulla venientium, ex transuersis partibus exoritur, vbi secunda & tertia vertebra inter se mutuo cõgredientes, commune ac rotundum efficiunt foramen, quod nerui crassitudini latitudine est æquale. Statim vero scinditur: Ac altera quidem parte retrorsum fertur, distributiones quasdam per profundum musculorum, qui inibi sunt, exhibens: postea ad ipsius spinę apicem, exurgit: inde q; rursus neruus hic obliquus in priora tendit, in musculos qui post aurem sunt disseminatus, ab vtraq; parte vnus. Nam id semper, licet non dicam, subaudiendum à te volo. Altera vero parte, quę in priora fertur, tertia hæc coniugatio, de qua nunc habetur sermo, vicinis exortibus complicatur ac permiscetur: distributiones q; quasdam tum alijs, quę illic sunt corporibus, tum latis musculis, tum vero, ijs etiam, qui sunt ante aurem, mittit.

A. ibi. e

Quæ communia sint cæteris neruorum coniugationibus à dorsali, quæ in collo est, prodeuntibus. CAP. 14.

QVæ vero subsequuntur coniugationes, commune quidem habent omnes quòd per foramẽ duabus vertebris commune nerui excidãt: commune vero & in his, quòd statim in exortu G scinduntur: quod'que altera parte quæ minor est, ad priora, altera quæ maior, per profundum feruntur: ac primo quidem in spinę apicem, inde vero in priora rursus feruntur per latum musculum, quem nec ipsum dissectiõis professores nouere, euidentissimam licet actionem habeat. nam buccas vnà cum labijs, citra hoc, ꝙ maxillæ inferioris os moueat, ad latera abducit. Commune præterea omnes deinceps coniugationes hoc habẽt, quòd post primum statim exortum, breuem quandam neruorum distributionem in musculos spinales, exhibent. Quinetiã omnibus his neruis commune est, quòd ad spinam retrorsum feruntur: quod q; propagines quasdã musculis colli & capitis communibus impertiunt. Hęc igitur omnium neruorum, qui in toto collo habentur, communia sunt. Quod certe collum in omnibus ijs animalibus, quæ non admodum diuersam ab homine naturam obtinent, septem constat vertebris,

Quæ peculiaria cuiusq; coniugationis neruorum à dorsali, quæ in collo est, exorientium. CAP. 15.

QVæ vero propria sunt in singulis: tum accurate quidem in anatomicis administrationibus dicta fuere: tum vero nunc quoq; per capita ac summatim ea nos dicere, breuissimo, quo possumus, sermone comprehendentes, est necessarium. Omnes sane tam qui in prioribus quàm qui in lateralibus colli partibus sunt musculi, ab his coniugationibus neruos suscipiũt, H ijs musculis exceptis, ad quos à coniugationibus ex cerebro prodeuntibus aliquid distribui prædiximus. His igitur præcognitis iam clarum erit, quidquid in vnaquaq; subsequenti coniugatione est proprium. cui tu animum aduerte. A quarta coniugatione, quæ inter tertiam & quartam vertebram enascitur, breuis admodum in simijs neruulus ad succedentem peruenit coniugationẽ, illi quà primum excidit, permistus. In cęteris autem animalibus haud frequenter sane hanc permixtionem fieri conspicimus. Post "hanc vero deinceps, quinta coniugatio post quartam vertebram exoritur. Ac eius sane vna quædam parua portiuncula decliuis fertur: quæ si paruas quasdam à succedentibus coniugationibus portiones assumpserit, septi transuersi neruus euadit: Altera vero hac maior particula ad summum scapulæ ascendit: Reliquum autem totum in communi scissionis ratione dictum est. Ex succedentibus porrò cõiugationibus sexta quidem post quintam vertebram, septima post sextam, octaua post septimam, ex communibus, vt dictum est, foraminibus excidit, quæ postea sibi mutuo permistæ, ad scapulæ sima & ad brachiũ per axillam tẽdunt,

A. ibid. f

De coniugationibus neruorum ex thoracis vertebris prodeuntium. CAP. 16.

ALia vero "deinceps coniugatio ex thoracis iam vertebris inter primã nimirum ac secundã exoriens,

A. ibid. c. 4

A exoriens, plurimam supradictis coniugationibus sui ipsius partem permiscet. Portioq; sane non exigua ipsius in primum intercostale discinditur, ac ad spinales musculos retro peruenit: reliqua vero tota super primam costam extensa, neruo, qui post septimam colli vertebram est, copulatur: Deinceps q; hoc modo cum ambæ hæ, tum cæteræ prędictæ partes, per axillam in scapularum sima & brachium feruntur, inter sese quodammodo permistę, ac complicatę. Ac magna eorũ pars in brachij, & cubiti musculos distribuit. Quod vero adhuc reliquum est, in summam manum disseminatur. E directo autem quodammodo potissimum sunt vltimæ quidẽ prædictarum explantationi, quicunq; ad summam manum pertingunt nerui: ei vero, quæ supra hanc est, nerui, qui in cubito sunt: quicũq; autem in brachio sunt, & quicunq; his adhuc sunt sublimiores, ad scapulãq; perueniunt nerui, superioribus coniugationibus sunt è directo. Quale'nam vero iter per totam manum faciant, ac quomodo in singulos musculos distribuantur, in anatomicis administrationibus iam dictum est. Eodem etiam modo ex omnibus thoracis vertebris nerui exoriũtur, similẽ omnes distributionem sortiti, eo excepto, qui in secundo est intercostali. Inde enim manifeste neruus excidit, ad brachij cutem accedens. Cæteræ vero omnes coniugationes statim cum exoriuntur, portionem sane quandam spinalibus musculis tribuunt, alijsq; qui in dorso sunt: veluti B tum ijs, qui scapulas mouent, tum etiam ijs, qui ad humeri dearticulationem ascendunt. Parte vero sui ipsarum reliqua vniuersa, ac maxima, per intercostalia ad os vsque pectoris progredientes, tum eos, qui in intercostalibus sunt, musculos pertexunt, tum eos etiam, qui extrinsecus thoraci impositi sunt, suas ipsarum particulas per medium eorum emittentes: de quarum singulis particulatim in anatomicis aggressionibus dictum est. Porrò," quę à dorsali medulla ad costas nothas accedunt neruorũ cõiugationes, propterea quòd costæ nothæ ad os pectoris {nõ} perueniunt, parum quiddam sane singulæ intercostali sibi respondenti distribuunt: reliqua vero tota sui parte ad hypochondrium excidunt, tũ in eos distributæ musculos, qui primi instrati sunt, extrinseci nimirũ, & obliqui, supneq; ex thorace delati: tum in eos etiam, qui recta descẽdunt, carnosiq; sunt.

Ibidem.

De Coniugationibus neruorum ex Lumbi Vertebris prodeuntium. CAP. 17.

POst has vero sunt, quæ in lumborum regione habentur, neruorum explantationes, non ex communi foramine, quemadmodum quæ in collo sunt. Nam superior dũtaxat vertebra hîc perforata, commodum neruo præbet exitum, communi illo foramine, quod in collo ex amba- C bus vertebris fiebat, paulatim transposito ad superiorem: ita vt primo quidem illius exculpatur multum in ipsa, postea vero totum: deinde etiam conscendat ab extremo vertebræ, ac explantatio ipsa fiat supra finẽ. Cõmune autem omnibus his neruis est, quòd ad spinales musculos, & abdomen, & psoas vadunt. Ex" primis autem post diaphragma vertebris, ijs etiam, qui superne descendunt à cerebro, neruis {neruus quidam paruus permiscetur ab vnaquaq; : in vltimis autem lumborum vertebris duæ explantationes maxime gignuntur neruorum ad crura tendentium}: ipsis autem aliæ paruę permiscentur, quarum vna superposita est: altera vero infra primum foramen in osse sacro vocato positum exoritur. Hæ igitur statim recedentes, primis musculis dearticulationem coxendicis mouentibus inseruntur: reliqua vero tota pars ad crura tendit ad finem vsq; ipsorum discissa in vnumquenq; musculum, eadem proportione, qua in manuum musculis fiebat: quemadmodum in anatomicis aggressionibus explicatum iã est. Nunc enim veluti quandam hypotyposin, & synopsin, id est subfigurationem, & compendium eorum, quæ accurate in illis libris scripta fuere, vtilem tyronibus futuram fecimus. Sic Sanè etiam quicunque per reliqua ossis lati foramina explantationem habent nerui, musculisq;, qui inibi sunt, disseminantur, in illo tractatu exquisite narrauimus. Nunc hoc tantum dixisse satis D sit, sedis, pudendi, & vesicæ musculis, ipsiq; etiam pudendo, ac præterea musculis, qui ab osse lato, & ab interna ossis pubis parte exoriuntur, omnibusq; etiam corporibus extrinsecus iuxta hoc ipsum os latum, ac sacrum appellatum incumbentibus, ex internis, externis'que eiusdem ossis sacri foraminibus neruorum explantationes à dorsali medulla gigni, in os coccyga, id est cuculum vocatum, terminantes.

Ibid.c.6. fol. 3 b

Locus restitutus.

Ex Oribasio.

GALENI DE VENARVM ARTERIARVM'QVE DISSECTIONE AD TYRONES LIBER

Ab Antonio Fortolo Ioserien si latinitate donatus.

Post Andreæ Vessalij Bruxellensis castigationem, plerisq; in locis ad antiquioris exemplaris Græci fidem nuperrime ab Augustino Gadaldino emendatus.

De ductu omnium venarum: quæ à magna, quæ est ad portas iecoris, oriuntur. *CAP. I.*

COmpendium quoddam de venarum, et arteriarum dissectione, charissime Antisthenes, quo à me donari voluisti ad memoriam confirmandam eorum, quæ ipse in simiæ corpore spectasses, hoc libro confeci. Exactior autem, non harum modo, sed omnium reliquarum partium narratio libris continetur, quos de administranda corporum dissectione inscripsimus. Nunc itaq; quò etiam facilior euadat sermo, cogitatione volo, complectaris arboris quēdam truncum, qui parte quidem inferiore in multas radices, superiore in numerosam ramorum sobolē findatur. Ita enim non vnus tantum Hippocrates, sed & qui tempore posteriores Anatomici fama celeberrimi extiterūt, assimilant. G Igitur quæ in ventrem, intestinaq; deferuntur venæ, proportione radicibus respōdent: ea vero, quam tum iecorariam, tum cauam appellāt, quidam veluti truncus est oīum, quæ toto corpore spargun tur, venarum. Eadem etiam ratione arteriæ, quarum origo est à corde: quæ nanq; ex illis sparsa ramorum serie pulmones petunt, radicū imaginem ostendunt: quā vero Aristoteles aortan, alij arteriam magnam vocant, ea ēt caudicis in arbore proportionem subit. Principio igitur [a] septém venarum te cōmonere volo, quę ad ventrem pertinentes, vno ex principio prodeunt, caua nimirum iecoris parte, quā portas vocant. Hinc enim exorta magna quædā vena porrigitur obliqua, tum ad inferiores tum ad alias animantis partes, iuxta mediū potissimū eius processus, quē Herophilus δωδεκαδάκτυλον ἔκφυσιν appellat, quasi tu dicas productionē longitudine duodenûm digitorum: ita enim illi appellatur principium intestini prius, q̄ in anfractus, orbesq; conuoluatur. Sanè eo primū breuem quandā venam mittit, quæ in non nullis sola apparet: vt plurimū aūt alijs comitata capillorū modo prætenuibus, quæ tū ad ecphysin tendūt, tū ad pācreas, quod aliqui calicreas vocant: id aūt glandula est substrata arterijs, venisq;, quę ea parte in ramos finduntur. Tum alia quædā ad pyloron assurgens parua vena, toti, quæ & circa ipsum, & ante est, ventriculi parti distribuitur. H Ex ramis autem insigni amplitudine à vena, quę ad portas iecoris existit, procurrentibus, primus quidem est, qui ad concauum ventris fertur: alter, qui ad lienem. In aliquibus sanè simijs ramus quidem est vnicus, sed statim ab exortu bifariā scinditur, & parte quidē vna vētrem, altera lienem adit. Et sanè cū duæ sunt venæ, ipsæ etiam tūc in exortu mutuo se contingūt. Quæ igitur ad concauū ventriculi tendit, propius pyloron [b] nāscitur: sic aūt inferior terminus vētriculi appellatur, qui ad dextrā prope iecur situ habet. Nam in his animantibus oblique satis positus vēter est. Sed enim [c] †ad ipsum ventriculi concauū, non equaliter ramos mittit vena hęc. Q̄nquidē id omne ventriculi, quod ad sinistram est, vsq; ad gulæ exortū aliæ amplectūtur venę ex ea ductæ, quæ ad lienē porrigitur. [d] † Hęc enim parua satis est, multasq; in itinere pilorū modo graciles venas in pancreas ædit, cumq; iam prope lienem peruenerit, notabili magnitudine ramum ad cō caua ventris mittit: quæ porrò ipsius pars lieni insidet, circa eius maxime medium positionem habet: deinde inibi in ramos scissa, toti visceri, qua est concauum, elatior expanditur, multis in ipsum veluti radicibus insita, Nec vero hic tota in ramos exhauritur, sed satis notabili magnitudine ipsius extrema sunt vtraque. Eorum itaq; alterum â lienis capite ad gibba ventriculi subit, alterum ex imo ad partem sinisteriorē omenti, quod sanè ἐπίπλοον siue ἐπίπλουν dicas, nihil interest.

A* τῶν ἑπτὰ κατὰ τὴν γαστέρα μορίω καθηκουσῶν legunt impressi, Antiqui autē τῶν εἰς τὰ κατὰ, vt sic vertatur. principio igitur mentionem faciam earū, quæ ad particulas, quæ ad ventriculū spectāt perueniūt, vno ex pricipio ꝓdeuntes, & c.

B *ἐμφύεται, i. inseritur, est in antiquis.

C † In antiqs legitur οὐκ εἰς ἅπαν αὐτῆς τὸ σιμόν, i. nō in totum ipsius ventriculi concauum.

D † Codex tamē manuscri. græcus habet. ἱκανῶς γὰρ αὕτη μικρὰς, καὶ πολλὰς, etc. i. satis enī ipsa paruas, multas q;, &c. & ita oīno legendum videtur.

A ... 24.b.

A. ibidem.

1

2

A tereſt. Et hæc quidem ferè ita habent. Non nunquam vero, quanquam id rarius, prius q̃ ad ſplenis caput pertingat, magna vena ad ventris gibba attollitur, ramos ex ſe tum ad reliquum ſplenẽ, tum vero ad concaua ventris, vſq; ad ipſius os, emittens.[a] † Tertia ab eis, quas memorauimus, ex magna vena naſcitur, eodem quo illæ modo ad partem ſiniſtram extremum magnorũ inteſtinorum meſenterium ad ſedem vſq; complexa. Quemadmodum et poſt hanc alia quędam a dextris partibus ex eadem magna vena propter pyloron enata, ad gibbum ventriculi aſcendit: à qua ſubeuntes propagines ad omenti ipſius dexteriorem partem exiſtunt, poſitum, quam maxime fieri poteſt, ei contrarium habẽtes, quam modo ad omentum ipſum de lienis infima parte ferri diximus. Quinetiam poſt hanc alia quoque ex vena magna oritur in ipſius latere dextro, in coli inteſtini meſenterium inibi poſitum, diſciſſa. Iam totum, quod reliquum eſt ex vena, quam à portis oriri diximus, ad medium duorum dictorum meſenteriorum peruenit. Id autem quoque plurimas ſanè venas habet, & in ieiunum primum, deinde in omne deinceps tenue inteſtinum fiſſura multiplici diuiditur: poſtrema vero eius pars, tum cæcum inteſtinum complectitur, tum quãdam exiguam coli partem, qua ipſum cæco adnectitur. Ad hunc ſanè modũ venæ illius, quæ a portis prodit, in inteſtina, ſplenem, & ventriculum digeſtio perficitur. Quinetiam oẽs omento

B intextæ venæ ab eiſdem ipſis venis propagantur: Illæ quidẽ, quæ tum in ſiniſtris, tum in dextris ipſius ſunt partibus, ſicut paulo ante oſtẽdimus: quæ autem anteriorem, mediamq; eius regionẽ obtinent, ex illis oriuntur, quæ gibbas ventriculi partes perreptant: poſtremo quę ſubiectã huic regionem obtinent, quæ exiguæ omnino ſunt, ab ijs ortum habent, quas ad concaua ventriculi porrigi diximus. Iam illud meminiſſe te volo, venarum ventriculi gibbum complectẽtium, quę, vt modo dixi, duæ ſunt, extrema ſeſe mutuo contingere, & illarum vtranq; quibuſdam mẽbranis inſidentẽ, elatiorem, per ventriculi gibbum circumire. Diſſimili plane ab ijs mõ ſe habẽt concauæ partis venę:[b] † eæ ſiquidem contra ventriculum exortę corpori ipſius adnectuntur, atq; inſident. At vero lienis vena ſimiliter, vt gibbarum ventriculi partium venæ, mẽbranis fulta concauum omne peruadit. Sunt aũt & aliæ venæ in tenuiorum inteſtinorũ medio meſenterio, quæ ad glandulas quaſdam ea regione poſitas pertinent. Quin etiam ab eadem magna vena, quę ad portas eſt iecoris, cuius ſoboles ſunt oẽs modo memoratæ, aliæ quoq; quædam producuntur, iecinoris fibris numero pares: in ſingulas. n. ſingulæ diuiduntur. Itaq; per venas, quæ tum ad vẽtriculum, tum ad inteſtina deſcendunt, ad has ipſas portas cibus aſcendit, eoq; mihi locum ita vidẽtur antiqui nominaſſe: hinc vero per venas ad ipſius fibras pertinentes in totum iecur permanat.

C

De ductu Venarum, quæ à Caua oriuntur. CAP. 2.

INdeq;[f] rurſum in alias aſſumitur venas, per gibbam quidem iecinoris partem diſperſas, cæterum à maxima alia vena ortas, quã ob id ipſum cauã nominant. Ab ea etiam aliæ propagãtur, quæ in omnes corporis partes ſanguinem riuãt. A iecore enim vtrinq; prolapſa, ſurſum quidem per ſeptũ tranſuerſum ad cor attollitur: deorſum vero in ſpinam dorſi deflectitur, atq; inibi ſuper magnam fertur arteriã, quæ à corde progignitur paulo altius, q̃ eſt ſeptum tranſuerſum. Iam vero venæ ab ea, quæ ſurſum tendit, oriuntur iſtæ, prima ad ſeptum trãſuerſum coniugatio: deinde capillorum modo tenues permultæ tum in thoracẽ intercipientes membranas, tum in eam tunicam, quam (ſcite, q̧ ſit cordis inuolucrum) pericardion Gręci nominãt. Poſt illas alia ſatis notabili magnitudine in dextram cordis aurem fertur: ab aure mox in ſinum eius dextrum, eũdemq; magnum:[c] † atq; inde alia eãdem cũ arterijs tunicam nacta, in pulmones. Quin etiam alia quædã perq; exigua, per exteriorem cordis ſuperficiem, in totũ eius viſceris corpus ſpargitur.[d] † Eodem autẽ modo in plurimis quidem animantiũ ad thoracis ſiniſtras partes fertur vena, quintam dorſi vertebrã aſcendens. At in ſimijs paulo ſupra aurem cordis in dextris partibus ſita eſt hæc vena,

D per ſpinam quidem ſimiliter delata, cæterum in omnes thoracis partes diffuſa, præter prima duo non nunquam vero etiam tria coſtarũ interualla. Cum enim cor ipſum pręterijt vena caua,[e] † ad iugulũ feſtinans, eam venã promit, cuius primũ mentionẽ fecimus, deinde alias quaſdã filorũ araneæ modo prætenues venulas ad membranas mittit thoracem interſepientes, & in glandiũ, quẽ thymũ Græci nominant. Cum vero iã prope iugulum peruenit, in duas diducitur partes. Atq; ita in latus oblique vtraq; pars inclinata à media regione paululum diuertit. De quibus, dum ad ſibi vicinam vtræq; clauiculam aſcendunt, in medio ductu venarum ad anteriora thoracis procedentium radices ſparguntur. Præter has, magnarum venarum in ramos ſe ſcindentiũ coniugatio intercoſtalia ſuperioris thoracis alit ſpatia: &, quæ circa ſcapulas ſunt, loca: tum non nullos ẽt ex interioribus colli muſculis. Porrò ab his ipſis venis illę etiam naſcunt,[f] † quę vbi ad ſextã colli vertebram peruenerint, in ipſa foramenta ſe inſinuantes, ad caput vſq; efferuntur. Quod autem de eis ſupereſt, quantum id cunq; eſt, ad axillas porrigitur. De qua vena, quæ vtrinq; ſcilicet vna eſt, vt de alijs ẽt, in libris de diſſectionum adminiſtrationibus plenius & exactius dictũ eſt. Enim vero cõpendij cauſa ijs, qui primũ inſtituuntur, perutilis, nunc ẽt aliquid dicetur. Propago igitur vtrinq; vna, ea q̃ parua muſculis, qui à medio oſſis pectoris ad humerũ ferũtur, diſtribuitur. Secũda in ipſa axillarũ glandulosa, mẽbranoſaq; corpora ſpargit, quę & ipſa perexigua eſt. Tertia aũt,

craſſitudine

Margin (left): 3 — A. ibid. d — 4 — 5 — 6 — A. ibid. c. 3. e

A † Veſ. p̃ terna legerẽ. Deinde a[illegible]a. aut ſiſe aliq[illegible], alter ac habẽt græci codices.

B † Ex cod. gręcis ani[illegible] ita poſt [illegible] ex ſiq[illegible] planè in ipſum ventriculi corpus [illegible] inſerentes, diſtribu tionem in illud faciunt. legendum enim eſt [illegible], & [illegible].

C † *Atq; ex hoc (. ſinu) in pulmones eandem cum arterijs tunicã nacta.*

D † Veſ. Hic & græca & latina deprauata sũt, aut Galeni ſententia planè veritati repugnat: nã præter cętera, dextras hic pro ſiniſtras legendum videt.

E † *Ad verbũ fere ex antiquis ad iugula aſcendit, primũ quidẽ memoratam nũc venã promens, exiguas vero alias deinceps, has quidẽ arachnoeides, i. filis araneæ ſimiles: has autem trichoeides. i. pilis ſimiles, ad membranas mittẽs thoracẽ, & c. vide pag. 57. c. 58. c*

F † *Codex impreſſus habet* αἱ κατὰ ἐκ[illegible] *manuſcriptus.* αἱ κατὰ [illegible] *et c. i. q̃ per ſex vertebras ĩ earũ foramẽta ſe inſinuãtes, ad caput, & c.*

crassitudine prædita notatu digna, deorsum iter habens, per easdem expanditur partes: vtraque E autem per suum thoracis latus, deorsum versus cum tenui neruo sub cute porrecta, ad subchartila ginea vsq; delabitur. Quarta deniq; post has vena, ab ea quę per axillam in manum fertur, exoritur, in musculos dispensata tum illos, qui cauam scapularum partem substernunt, tum eum, qui inter axillæ cauitatem constituentes est maximus.

De axillari, ac humerali vena, ac de differentia positus, & crassitudinis ipsarum. CAP. 3.

HVius venæ reliqua pars multiplici fissura per manum excurrit totam, ad hunc sanè modū. Per brachiū quidem deorsum fertur intimis magni musculi partibus porrecta (assumit autem ab hac vena non hic musculus solum, sed qui in brachio sunt ferè omnes) Ex eius autem propaginibus vna quędam, & hęc per profundum procurrens, circa brachium in orbem quadātenus cōplicatur: posterioremq; ipsius regionem ita perreptat: mox in exteriorem partem, eandemq; anteriorem, subit ad cutem: atq; illinc deorsum tēdit, donec ad brachij commissuram perueniat. Postrema vero eius pars aliquando exteriorem brachij nodum paululū excedit, non nunquam multo vlterius progreditur, sub cute secūdum os cubiti deorsum tendens. At omne, quod de magna vena reliquum est, ad medium peruenit cubiti articulum, vnà cum viciniori neruo ramos expandens ad intimas musculorum eius loci partes, vsque ad interius brachij caput, nihiloq; F minus per profundum ad posteriores, anterioresq; musculos. Sed enim prius, quàm in cubiti articulum ingrediatur, in venas scinditur complures, è quibus multę in superficie extant, omnium maxima profundius demergitur. At quę in supficie sunt, neq; magnitudine, neq; numero ęquales sunt. Non obscure enim, si laqueo brachium interceperis, etiam citra dissectionem in gracilio ribus hominibus videre eas licet in alijs aliter positas esse: idq; in primis conuenit aspicere in ijs, qui latiores venas habent: quanquam in simijs quoq; cū dissecantur, exquisita est similitudo cum ijs, quæ in hoībus visuntur. At magna ex parte vna quidem vena à magna propagatur ad inferiora magis oblique declinans: quę deinde ex inferioribus cubiti partibus multiplici sparsa sobo le ad nodum eum peruenit, quo cubitus extremæ manui committitur, quem καρπὸν, i. brachiale vocant: † ac tertia deinceps, circa medium maxime cubitum: cæterum earum extrema, prope brachiale commiscentur. Elatissimus autem simul, & maximus ramus, qui ab ea vena, de qua modo institutus est sermo, propagatur, in medium cubiti articuli peruenit flexum. Quo etiam confluit alterius venæ, quæ per brachij anteriora sub cute sita est, non exigua portio, quam in latas venas habentibus perspicue videmus, primum quidem à clauicula per musculum superiorem humeri partem occupantem (ἐπωμίδα Græci vocant) obliquæ ferri, deinde vero recto tramite deorsum G tendere. Huius venæ quę nam sit prima origo, posterius indicabimus. Nunc autē hoc tantum de hac scire conuenit, in superficie sub cute sitam ijs, quas percurrit, partibus venas omnino obscuras producere. vbi vero iam prope cubiti articulum producta est, non paruam sui partem obliq; ad flexum brachij extendit, quę in idem coeat cum modo memorata maioris venæ parte, quam cum solam hucusq; persequeremur cōmentando, propter societatē, quam cum alia init, ad aliam transire coacti sumus. Duæ enim hæ totius sunt manus venæ, tum ea, quæ per axillam in ipsam manum fertur, tum ea, quæ apud clauiculam, quam humerariam appellant. Sed enim de vtraque nosse oportet, non paruam vtriusque portionem semper ad flexum, qua brachium cubito cōmittitur, pertingere. Cęterum non semper idem harum venarum positus, sicut nec æqualis crassitudo semper est. Huius autem tres potissimum sunt differentiæ, quarum primam, quia in plurimis visatur, primum etiam explicabimus, alias autem deinde prosequemur. Secundum naturam maxime est, & quamplurimis ita se res habet, vt vtriusque venæ pars in interiorem articuli cubiti flexum † quadantenus deferatur, quæ partes posteaquam coierint, venam producunt, quæ oīum in cubito in superficie extantium fertur amplissima. Secundum hāc præcipua magnitudine humeraria est. ea hinc profecta, qua cubitus cum brachio coartatur, per q; radiū porrecta, † ad extre- H mi cubiti tuberculum, quod brachiali adhæret, peruenit, atq; inde mox infimæ, eidemq; extimæ brachialis ipsius parti distribuitur. At illa, quam ex cōfluxu, coituq; dūarum venarum omnium in superficie extantium maximam fieri dixi, ab interioribus cubiti partibus incipiens, primum conscendit radium, deinde in externam euadit partem, vbi in ramos scissa duos, altero ad radij extremum, quod brachiali annectitur, procedit: altero ad summum pertingit cubitum, qua & ipse brachiali adhæret. Atq; inibi venam contingit, quam ab humeraria propagari retulimus. Ad hunc igitur modum secundum naturam maxime sese habent duæ hæ venæ: quanquam in aliquibus non item, in quibus vel humerariæ propago axillariæ ramum auget, vel vice versa huius ramus humerariam. Quinetiam, quod ad situm pertinet, altera earum sub musculum se cōdente, reliqua sola in superficie eminet. Ita fit, vt dum ad venam secandam accedimus, vel tres æquales videre liceat, vel duas tantum, vel inęquales omnes, non nunquam etiam nobis occultetur aliqua vna ex ijs, aut etiam duæ. Atqui & quę has ordine consequuntur humiliores tres, eas non solum æquales, inæqualesq; videre licet, sed ne apparentes quidem prorsus earum aliquas: quod eo fit, vel quia prætenues ipsæ sint omnino: vel quia penitius ferantur, maxime cum obesius, crassiusq; quodāmodo fuerit corpus. Iam vero queadmodum, quę in interiori cubiti parte sunt venę, ferè circa

A. lib. 1. f. 1. d. 5 su. 5. c. 4. fol. 25. b. c

† *Additur in antiquo codice μία δὲ ταύτης ἀνωτέρω κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καταςχιζομένη, i. vna vero hac superior, q eodē modo in ramos scindit.*

† *Cod. manuscriptus habet φερόμενον, ἴσον πῶς εἶναι. Vt sic vertat, tēdens, ęqualis quodāmodo sit.*

† *Additur in manuscripto μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὸ ἐκτὸς ἀποχωροῦσαν, id est, posteaq; ad exteriorem partem secedens.*

A circa brachiale in multas exiles, & inter se commistas venas scinduntur: sic etiam, multoq; his magis, quod liquido vel in dissectione, vel etiam citra eam videas, exterioris cubiti partis venæ. Pluribus enim locis, & sibi inter se obuiam fiunt, & cum venis coeunt interioris cubiti partis. Atq; ad hunc modum sæpius commistæ sub cutem {vniuersam} extenduntur, quæ brachiali, postbrachiali, digitis deniq; obducitur. Ac venarum in summa cute extantium huius modi est series.

De ductu venarum, quæ per manus profundum porriguntur. CAP. 4

Ibidem.

QVæ autem altius per vniuersum cubitum, manum q; extremam immerguntur, à duabus magnis (quarum sobolem esse diximus omnes per totã manum diffusos venarum ramos) oriuntur, ad hunc sanè modum. Qua parte, ab vtraque magna propagari quasdam diximus, † quę ad flexum brachij tenderent, duo rami ab vtraq; singuli in profundum procurrunt, ibiq; similiter mutuo complexu coniunguntur. Ex quibus rursum aliæ duæ venæ fiunt notatu digna amplitudine, quarum quæ demissior est, ad partes manus internas trajcitur: elatior autem altera, per mediam profunditatem longius progressa, ac ferè ex interioribus partibus commune ossium vinculum contingens, postea vero, cum iam attigerit paruum musculum oblique propter brachiale positum, qui radium mouendi auctor est, in exteriorem illius partem euadit: B atque inibi per profundum porrecta, exterioris manus, quæcunq; nacta fuerit, ossa amplectitur. Ea porrò, quam ad interiorem manum pertendere diximus ad paruos vsque digitos, aliquid etiam de medio digito apprehendens pertingit. Reliquam vero medij partem, ac duos deinceps maiores digitos, vnà cum præpositis postbrachialis, ac brachialis partibus, alia amplectitur vena ab ijs orta, quæ in superficie extant. Ac venæ quidem per manus ita digeruntur.

† Legẽdum est ex ãtiquis. quæ ad flexum brachij in idẽ mutuo tenderent summa sub cutæ positæ, hac eadẽ parte alij duo rami ab vtraque, &c.

De venis, quæ ad anteriorem thoracis regionem feruntur. CAP. 5.

QVę autem ad anteriorem thoracis regionem feruntur, ad hunc constant modum. E medio duarum venarum, in quas cauam findi dudum memorauimus, vena, quę ad dextram ossis pectoris tendit, à parte, quæ ibi est, oritur: à sinistro autem cauæ mẽbro altera. Hę igitur per totũ feruntur thoracẽ, ossi pectoris subditę, vsq; ad radicem eius chartilaginis, quæ in mucronem gladij modo exacuitur, ob id q; à Græcis ξιφοειδὴς appellat̃, & ad singula obiter costarũ interualla ramulum ex se mittunt, quo coniunguntur extremis eius venę, quę spatia ipsa intercostalia perreptat. Harum venarum pars quædam extra thoracem emergit ad superstratos illic musculos. Ipsę autem, quę ad mucronatam chartilaginem pertinẽt, tum in mammas assurgentes, tum in reliquum pectus dispẽsatæ deorsum procurrunt, rectis subnixę musculis, in quos partẽ etiam-C num quandam mittunt. Sub his ipsis non paucæ harum venarum portiones coeunt cum venarũ aliarum extremis, quę de imo sursum attolluntur: de quibus posterius dicetur, cum de venis in osse, quod latum vocant, existentibus sermonem instituemus. At vero alię quoq; sub cute, quę subchartilagineis prętẽditur, eminentes venę initium habẽt, ex commistione factę ramulorum, tum ab ijs venis, quas iuxta mucronatam chartilaginem extra thoracem existere, atq; emergere diximus, tum etiam ex ijs, quæ vicina intercostalia alunt. Cum quibus alię rursum committũtur, quæ de inguinibus ad superiora tendunt: de quibus suo loco, differetur. Ad hunc igitur modum venę distribuuntur, quæcunque à caua bipartito scissa propagantur, prius quàm ad clauiculas pertingant, maxime circa eum locum, vbi magnum situm est glandium, anatomicis thymus appellatũ. Vbi aliæ etiamnum venæ paruę, & in ijs telę aranearum modo prætenues aliquę, † tum in ipsum glandium, tum intersepientes in mẽbranas inseruntur, quę & ipsæ cauę sunt soboles. Aliquę autem his maiores etiam, verum & ipsæ paruæ ad membranaceum cordis inuolucrum (περικάρδιον Græci vocant) proficiscuntur, & cum arteria, quæ à corde sursum effertur, se porrigunt.

Ide pag. 56. d

† Additur in manuscripto τινὲς δὲ τριχοειδεῖς, i. aliquę vero pilorum modo graciles.

De ductu venarum, quæ à caua clauiculis adiacenti oriuntur. CAP. 6.

Lib. 1. f. 1. d. 5. 5. c. 3. fol. D h

QVa porrò clauiculę adiacẽt cauę venę membris, in quæ secari ipsam ostendimus, † subiecta D est venæ radix maxima, vtrinq; vna: quæ quidem confestim assurgens, bipartito scinditur, duas ædens magnas venas: quarum altera, p anteriorem, auersam q; colli partem ad interiora magis recedens effertur: altera in partem anteriorem, inferiorem q; quadantenus progressa, mox sursum sublata, clauiculam extrinsecus amplectitur, ad modo memoratã venam contendẽs. Et ipsis sese commiscentibus, gignitur in superficie eminens iugularis vtrinq; vna. At enim non eodem semper modo miscẽtur, sed aliqñ haud longe vltra clauiculã progressę, non nunq̃ tum demum, cum tertiã totius colli longitudinis partẽ emensæ fuerint. Videre aũt aliqñ eas licet ad mediam longitudinem, aut nõ ita procul pertingẽtes: aliqñ in vnam venam oĩno non coeuntes, sursum rectiores efferri videas, modico inter ipsas spatio interiecto, & parte quidem interiore non procul ab aspera arteria alteram, exteriore vero reliquam, eam nimirum, quã circa clauiculam con torqueri diximus. Cæterum communis venę interuẽtu, quę transuersum ad vtranq; obtinet sitũ, perpetuo inter se coniunguntur, atq; ita sursum versum contendunt. Iam ea vena, quam circa clauiculam torqueri dixi, propagines mittit aliquas filorum araneæ modo prætenues, quæ in nullis oĩno corporibus visu percipi queãt: id. n. omniũ huius generis venarum cõmune est: non nullas in speciem capillorũ graciles, easq; aspectabiles, si modo cõfestim dissecetur animans, vt cõpressu digitorum, expresso in ipsas sanguine, ita manifestas efficiamus. Duo aũt hic huiusmodi venarũ

† Manuscriptus hẽt ὑπόκειντει ῥίζαι μεγίστης φλεβὸς, i. subiectæ sunt radices venæ maximæ.

ſunt coniugia,tranſuerſum alterum coeuntium ipſarum, ac ſeſe inuicem contingentium in cauo E iuguli, alterum autem minime coeuntium: declinant.n.quaſi in extimam colli partem obliquæ. Porrò ex ijs,quæ filorũ araneæ modo graciles ſunt,quęcunq; in extimā regionē conuertuntur, earum extrema inuicem coniũguntur. Hę igitur,ſicut iam dixi,nō in omnibus ſunt aſpectabiles. De ijs aũt, quæ exactè ſemper videri poſſunt,tres ſunt originē ducētes ab ea,quę circa clauiculam contorquetur: vna quidē ſatis notabilis, quæ ſæpius æquali viſitur craſſitudine cũ vena ad collũ ſubeunte: hanc aũt humerariam ideo appellant, ꝙ obliquior à clauicula ſenſim recedens ſe porrigat ad humerum. Reliquę duę, radices vtrinq; humeraria minores habent. Earum igitur altera elatiorem nacta radicem, † vſq; ad ſummum humerum conſcendit, ac in proxima quæq; corpora diſpergitur. Humilior altera,per profunda magis ſurreptans,ſecundũ magnum muſculũ ab oſſe pectoris enatum,vſq; ad caput brachij peruenit. Cuius venę extrema aperte non nunꝗ videntur cōmitti cũ venæ alterius extremis, quę ab axillaria naſcens ad humerum extollitur,atq; illic multiſariam diſtribuitur. † Quin alię quoq; modicis interuallis ſparſę,quarum non idem perpetuo ſitus, neq; vero magnitudo planè eadem in omnibus ſimijs viſitur, à venis oriũtur,quæ ad manus pertinent. Quæ autem ex ijs notatu dignæ ſunt, dudum memorauimus, cũ de axillariæ diſſectione commentaremur. Ea enim & multo humeraria maior eſt, & numeroſam in brachio ſobolem F habet prodeuntium ex ſe ramorum: cum ab humeraria perpaucę,eę'que vel pilorum in modum, vel etiam filorum araneæ pętenues oriantur ſub ſumma cute diſperſę.

De extimis, & intimis iugularijs. *CAP. 7.*

SEquit̃ vt de iugularijs tam ijs,quæ ſubter cutem extant,ꝗ de illis etiam,quæ altius cōditæ delitéſcunt,quo eæ modo digerantur,cōmemoremus. Iugularias aũt altius cōditas nō nulli eas vocãt, quę protinus ſciſſa caua producũtur. Alij nō totas illas,ſed id demum,quod ex ijs ſupra clauiculas collo intextũ eſt. Nec deſunt,qui nec hoc quidē oĩno ſciant,illas in ramos ſpargi infra clauiculas,Nos vero ſemꝑ obſeruauimus cauā venā,prius,ꝗ ad clauiculas pertingat,diduci, & de ramo ipſius vtroque venas produci,quę ad pectoris os,primas q; coſtarum intercapedines,ſex colli vertebras, ſcapulas q; ferantur,tum q̃cunq; poſt has ad totas manus deriuãtur,quas per axillas cò iter habere diximus. Cũ aũt ſub clauiculas prodierint magnæ venæ, quas ex diſtractione cauæ in duo veluti mēbra oriri dictum eſt,radicē ędũt notabilē,à qua,vt memoratũ eſt, tum humerariam naſci contingit,tum alias quoq; quaſdam, de quibus eſt paulo ante pertractatũ. Quantum autem eſt reliquũ de magnis venis,in quas cauam diduci diximus, recta per collum,gulam habens ante ſe poſitā,ſurſum effertur. De quibus, quo pacto diſtribuant̃,orationis ſeries poſtulat, vt nũc agat̃ G vnà cum in ſuperficie extãtibus iugularijs venis, quas in diuerſis corporibus varie cōcurrere eodem,& coniungi inter ſe diximus. Enimuero,queadmodũ huius rei,vt in vnum coeant,ꝑmultæ ſunt differentię,ſic alij totidē differentijs ipſæ in ramos ſcinduntur. Progreſſa.n.ſuperficiaria ipſa iugularis vena protinus aliqñ finditur,& pars ipſius vtraq;,vel ęqualis apparet, vel inęqualis: nō nunquā vlterius multo procedit,aliquãdo ita longe,vt propter maxillam ſcindatur. Hęc aũt conſpicue in hoibus quotidie videntur, vel in curationibus, quæ manu obeuntur,vel ſi etiam intenſius clamauerint,ſpiritũ've intra cōtinuerint cōpreſſo thorace,quod athletæ in ſpiritus cōprehenſionibus (ita enim vocant) faciunt. Quin & putrifica quædā vitia ita aliqñ circũiacente cute oĩa, quæ ſuberant, detexerunt, vt nudæ conſpicerent̃ venæ. Id q; per oẽs continenter corporis partes videre tum maxime licuit,cum fœda quædam lues carbunculorum in Aſiam vulgariter ingruiſſet,quę facile, quicunq; vidiſſent, perſuaſit exactam ſimijs cum hoĩbus eſſe ſimilitudinem. Igitur medicũ neceſſe eſt, quicunq; curationē circa collũ manu facturus ſit, varietatē noſſe venarũ, quæ collo ſunt cōmiſſę,† tum vero oẽs quatuor venarum propagines ad vnguem exploratas,et cognitas habere. Cum aũt quatuor dico,intelligi volo primũ eas,quę infra ſunt,prius,ꝗ eodem coeuntes extimam producant iugulariam: deinde eas, quæ poſtꝗ ſciſſæ in ramos fuerint,ſurſum verſus H contendunt. Nec vero neceſſarium arbitror,nec medicis, neque ijs, qui primum introducuntur, nec multo etiā magis vobis,optime Antiſthenes, philoſophis, exactiſſimam habere huiuſmodi theorematũ cognitionē. Quocirca initio ſtatim libri teſtatus ſum me cōpendiũ ſcribere diſſectionis vaſorũ. In libris etenim,q̃bus rationem perſcripſimus adminiſtrãdarũ diſſectionũ, quomodo in quenq; muſculũ vena,& arteria insereretur,planũ factum eſt. Nunc aũt nec eſt,vt dixi,neceſſarium,& multũ haberet obſcuritatis oratio,ſi mihi muſculorum facieda eſſet expoſitio. Ideo'q; in diſſectionũ libris vaſorum tractatui muſculorũ diſſectionē ꝑmiſimus. Quapropter, quod ad præſentem cōmentationē pertinet, tm̃ dixiſſe ſatis erit, ꝙ venæ ab extantibus in ſuperficie iugularijs ꝓpagatę plurimę,& tenues ſunt,& in muſculos ſubter cutē poſitos diuidunt̃. E quibus muſculis etiā duo ij ſunt,qui buccas (γνάθες Græci appellant) mouent, tenues illi quidē ſatis,cęterũ ſubter totā colli cutē porrecti. Poſtea* aũt, ꝗ iterũ in ramos diſceſſerint ad ſuperiora ſubeuntes, harum venarũ notabiles rami ſunt,per quos tũ in totam faciē ſparguntur, tum in circũiectam auribus regionē ſe expãdunt,& in caput deniq; attollunt̃. Cũ.n.bipartito ſe ſciderit vtraq;,altera quidē pars in totā inferiorē maxillā magnis vaſis,& alijs paruis in ſuperiorē effundit̃,altera vero circũ aures, caput'q; excurrit. Permiſcentur aũt harũ oĩum venarũ extrema nō modo cũ adiacẽtibus,verũetiā nihilo

**Al. intimam.*

† ἄχρι τῆς ἐπὶ τὸ ἀκρώμιον χώρας.

† καὶ ἄλλαι δέ τινες σποράδες.

† In cod.græcis & hæc quoque hñr: ἐπισκέπτεσθαι τε κατά τινα μάλιστα αὐτῶν ἰδέαν ὁ χειρουργούμενος διεπέπλασται, ita enim in manu ſcripto legitur, i.inſpicere q; ſecundũ quã præcipue ideã ille, qui manu curatur, formatus ſit.

** In manuſcripto legitur οὔτε τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς, id eſt nec alijs medicis, i. nec ijs medicis,q Chirurgi non ſunt. & ita oĩno uidetur legendum: alioqui videretur contradictio cum ſuperioribus.*

A.l.1.f.1.d. ſu.5.c.2.j.25

A nihilo his minus cum è regione positis. Eodem.n. confluunt venarum ad sinisteriorem existentium partē fines cum ijs, qui ad dextrā situm habent. Nam cū quatuor in summo extātes iugularię prodierint, Exterior ad caput sursum fertur (memineris aūt eius quod de ea dixi, nimirū circa clauiculā cōtorqueri) Alia interius ad inferiorē maxillam, cōmitata identidem ramulis quibusdā interioris iugularię, à qbus multę mittuntur propagines in asperæ arterię caput (quod λάρυγγα Græci vocant) gulam q; eas deniq; musculorū partes, quæ per profundum in collo porriguntur. Sicut, quæ ab imo ad cutē recedunt partes musculorū, iugularijs alūtur ijs, quę subter cutē magis eminent. Quin & lingua magnas accipit ab intimis iugularijs venas, posteaq; eæ per ramos cum extimis se coniunxerint. Quęcunq; porrò linguę circūiecta sunt corpora, & è musculis quicunq; non penitus conditi latent, à iugularijs alūtur extimis. Reliquum aūt omne ex internis iugularijs ad cerebrum assurgēs, [a] † in caluam excidit per extremam suturæ partē, quę Λ græcæ literæ imaginem ostendit. Sed prius, q̄ excidat, ramulū in mediā primæ secundęq; vertebræ regionem inserit, ac deinceps aliam pili modo tenuē inter primam vertebrā, caput q; ipsum. [b] † Coit autē cum venis, quæ de summa parte deorsum feruntur p cerebrū, ac non nullis itē, quæ extrinsecus, quæq; à lateribus veniunt. Oīum enim coniunguntur extrema venarum circa caput, ipsiusq; cū prima B vertebra cōmissuram. At.n. venarum, quæ caluæ intexūtur, aliquæ intrò procedunt [c] †, maxime quà maxilla articulat̄. Queadmodum aūt postea, q̄ in caluam oēs euaserint, in ramos sparguntur, & societatē inter se ineunt: ac rursum quomodo aliquæ ipsarū partes cum neruis quibusdam foras excedunt: in dissectionū libris (cum de cerebri dissectione faciēda disseruimus) pertractatum est. Similiter cum de pulmonibus, corde, alijsq; visceribus dissecandis orationē instituissemus, vt quęq; in quodq; ipsorum ab oībus, tum venis, tū arterijs propago mitteret̄, plenius, atq; exactius est dictum. Nunc autem (quod iam monuimus) cōpendium de vasorum dissectione scribimus.

De Ductu omnium Venarum, quæ à Caua in lumbis locata oriuntur. CAP. 8.

.1.f.1.d.5. 5.fol.25.b

ABsoluta igitur venarum, [d] † quę superiora alunt} expositione, iā ad reliquas oratio conuertatur, quę oībus infra septum trāuersum, partibus corporis nutrimentū suppeditant, à caua in lumbis locata genitę. Hæc.n. vena, simulatq; è iecore primum se exprompsit, prius, q̄ in lūbos consīdat, elatior adhuc existens, parte quidē dextra in dextri renis tunicā, ac circumiecta corpora, [e] † modo in speciē filorū araneę pręrenues, modo crassiusculos paulo, & aspectabiliores ramulos spargit: sinistra autem, notabili magnitudine venam, quę & ipsa in ramos scissa corporibus inibi existentibus distribuitur. Ac sæpenumero à vena ipsa ad renē proficiscente propagines mittunt̄, C quæ in renis tunica intexunt̄, ac vicinis in ambitū locis: eæq; nūc filorū araneæ similes sunt, [f] † nūc paruæ. Paruas aūt separatim, ac proprie appello, [g] † quæ aliquā, & exiguam crassitudinē obtinēt: id quod nequaq̄ inest, neq; in ijs, quas filorum araneę, neq; in ijs, quas capillorū similes subinde vocamus. Verū illę quidē assimiles sunt subtilissimis lineis, quę ęgre vident̄, quas antiquorū non nulli [h] * ἀπανθισμὰς vocauere, quasi tu exolescētes lineolas diceres: hę aūt (vt quispiā diceret) pleniusculis paulo lineis, quę habent quidē latitudinem oīno aliquam, [i] † cęterū, quia sensum nō mouent, ceu quiddam latitudine vacās vulgo dicuntur, cū nulla in ijs particula sit, quę manifeste eā dimensionē definire queat. Hæ igitur venę ad hūc habēt modū. Quę aūt in renes inserunt̄, oīum facile sunt amplissimę, quæcūq; à caua propagantur. Deinceps post has, ad testes deferūtur venæ: quæ partim cōmune qddam in omnibus nactę sunt simijs, partim in singulis ꝓprium. Et cōmune istud qdem est, vt ab ea, quę ad sinistrū perfert̄ renē, ramus mittatur, q ad sinistrū testem tendit: [k] † atq; is ab illa sola, quę ad renē perfertur, proficiscitur: interdū aūt & ramulū, qui cum ipso coit, à caua assumit} At quæ in dextra parte vena est, ad dextrū contendens testē, ea ab ipsa producit̄ caua: quanq̄ hæc quoq; mihi semel obseruata est initia duo habere: sicut ea, quæ ad sinistrā est, persępe. Hæ igitur venę ad testes deferunt̄, siue mas, siue fœmina animās fuerit: habet.n. etiam fœmina D ad vteri latera testes multo minores, & densiores, q̄ in maribus visantur. Secundum eas venas de singulis vertebris ad ilia venæ mittunt̄, quarum postrema ad musculos, q abdomini pręténti sunt, attollunt̄: musculi enim, quibus abdomen constratum est, ab ijs alunt̄ venis, alijsq;, tum quæ inter notharū costarum spatia intercostalia versant̄, tum quæ p pectoris os ad māmas superne deferuntur: ijs deniq;, quarū de inferioribus locis sursum versus tendentiū extrema cū proxime memoratis pectoris, māmarumq; venis coniunguntur, de qbus antea recepi me rursus dicturū. Qui porrò supra hos musculi extra thoracē iacēt, alimentū accipiunt à vasis circa clauiculas paruis, de quibus ante est dictum: tum etiam ab ijs, quæ per pectoris os ad māmas tendunt, siquidē eorum propagines quædā ad musculos pectoris ossi vicinos erumpunt, atq; etiam ab ijs, quæ in spatijs sunt intercostalibus: etenim & harum pars quædā extra thoracē emergit. Quin etiā quod dorsali medullę, quæ in lūbis est, venæ à caua inibi incumbente per singula foramina singulæ inserantur, superius dictum est: ita vt nulla vena, quę à caua in lumbis sita ortum habeat, supersit cōmemoranda. Sed enim quo modo bipartito ea scindatur, iam addendū. In vltimis igitur lumborum vertebris non amplius videre est arteriam venæ subiectam, sed contra oīno se res habet: elatior enim arteria supra venam ceu prouehitur, vena aūt per ipsas vertebras. Hac igitur parte & sese contingit

A † ἐκπίπτει εἰς τὸ κρανίον est i impressis, manuscrip. hēt ἐμπίπτει εἰς τὸ κρανίον, i. in caluam incidit: et ita mox inferius.

B † Cod. manuscriptus habet ἀναμίγνυται δὲ ταύταις, & c. coeunt at hi (rami) cum venis, &c.

C † Additur ī manuscripto λεπταί, id est, tenues.

D † Corrupti sūt cod impressi, manuscrip. hēt τῶν ἄνωθεν διαφράγματος, i. quę sunt supra septum trāsuersum.

E † Manuscriptus habet ποτὲ μὲν ἀραχνοειδεῖς, ποτὲ δὲ τριχοειδεῖς, ποτὲ δὲ ἀδροτέρας, et c. i. modo filis araneæ similes, modo capillis similes, modo crassiusculos paulo ramos, &c.

F † Additur ī manuscripto τριχοειδεῖς, i. nunc capillis similes.

G † q̄ conspiciūtur, quamuis exiguā crassitudinem habeant.

H * Manuscriptus habet ἐπανθισμούς.

I † Cod. manuscriptus habet ἀλλ' ὡς τοῖς αἰσθητοῖς ἀπλατεῖς λέγονται, ... [illegible] caterū, ceu ad

sensum latitudine vacantes dicuntur, cum in ipsis non sit manifesta illa discretio eorum, quæ latitudinem partium desiniunt.

K †. Ex antiquis Græcis. proprium vero, vt duo interdum principia sint eius venæ, quæ in testem tendit, alterum a vena, quę in sinistrum testem peruenit: alterum, cum vena caua scinditur: interdum vero vnum solum, ab ea, scilicet vena, quæ in femur tendit.

vtrunq; vas, & in duo membra diuaricatur, efficitur'q; omnis illorum figura, Λ græco elemento persimilis. Vtraq; porro [a] cohærentiū vasorum pars ad sibi subiectum crus descendit obliquior. Atq; in hoc ductu videre primum licet ramum venæ vtriusq; retrorsum ad carnes in lumborum longitudinem porrectas (ψόας Græci vocāt) distribui, atq; alias pilorum similes obscure, quādoque ad eam peritonæi partē, quę ad lūbos est, ferri. Siquidem peritonęum, vt cuiq; corporis parti prętenditur, à proximis quibusq; vasis, tam frequentibus alitur venis, quarū plurimas, eas'q; longiores à venis accipit, quæ ad testiculos deferunt. [b] † Secundum has, à venis ad crura tēdentibus propagines mittuntur cum ad imas, tū ad anteriores partes, primum quidē ad eius ossis, quod latum vocatur, musculos, quarum nō exigua portio, ipsorum miscetur musculorū exortui ad sedis musculos tendens. Vtriusq; autem venarum coniugationis extrema ad exteriores lati ossis partes se promunt, in q; musculos eā regionem consternētes dispēsantur. Deinde ad vteri partes inferiores, venæ progrediuntur paulo supra, q̄ est colli primus exortus, [c] † quæ in ceruicē ipsam disseminant, & ad vterum cocuntes, [d] † quadā sui parte testiculos amplexant: altera vsq; ad vteri fundum pertinēt.} At ex ijs, quę ad inferiora vteri ferunt, venæ propagātur vesicā subeuntes. Deinceps aliud venarū, quę gemino ex magna parte initio oriunt, coniugiū est, quę procedētes mutuo se contingunt, venas q; vtrinq; vnā progignūt, quę p pubis ossis foramē ad exteriora cū eius loci neruo porrigit: atq; ita ad inferiores ossis, quod ad pubē est, musculos, vas hoc, vt neruus quoq;, distribuitur. Est & alia post hanc venarū coniugatio, de quibus antea dicere intermiseram, quę p rectos musculos ascendūt, deinde extremis coniungunt venarum, quas per thoracem descendere ad subchartilaginea prius dixi. Quin etiam ab eadem radice venulę vtrinq; singulę in vterū perferūtur, per quas venas māmis cū vtero maximè est cōmunicatio. Venę igitur hę in interioribus rectorū musculorū partibus sitę sunt, ac illæ quidē, q̄ ad subchartilaginea ferunt, his sunt cōnexæ. Insuper " aliud extra musculos est coniugium earum, quæ ad pudenda pertinent, siue mas sit animal, siue fœmina: descendunt aūt ad cōmissuram duorū pubis ossium vtrinq;. Post has aūt statim alia est vena [e] † vtrinq;, quę ad crura procedit ad interiores femoris musculos. Sequit alia post has venarum subter cutem in superficie extātium coniugatio, quas in macilentis hominibus conspicue videmus de inguinibus primum orientes per ilium regionem ascendere. Quin etiā obscuræ aliæ, quæ superne deorsum feruntur, finibus has contingunt: hæ autem ab iis, quæ ad māmas sunt, maxime deriuātur. Sed enim à venarum coniugatione, de qua modo erat sermo, [f] * dixi non paruam partē ab inferioribus sursum tēdere, ac ad natis musculos secedere. Hinc reliqua magna vena in crus ipsum diuiditur, primam iuxta inguina emittens propaginem, quæ cum parua arteria in anteriores musculos spargitur: secundam vtrinq; vnam, quæ ex internis partibus ad genu vsq; subter cutem dissipatur, ac alias nō paucas ad profundiores femorum partes. Cęterum paulo altius, q̄ femur cum tibia articulo iungitur, in tres partes diuiditur: quarum media (quæ maxima est) per ipsum deorsum ad poplitem fertur, atq; inde per profundū posterioris tibię partis (quam suram dicunt) procedens, non modicam in musculos eius ramorum sobolem spargit. Altera aūt parte, quæ in superficie eminet, per exteriorem partem alterius tibiæ ossis (quod peronam Gręci, Latini fibulam appellant) porrecta, ad pedis pertingit articulum. Tertia vero, quę est interior, ad anteriorem tibiæ partem (ocream Latini appellāt) procedit, ac inde ad malleolum peruenit, ad ipsum tibiæ extremum: hæc ad sanguinem mittēdum commodissima. Enimuero à maxima, quæ per profundum musculis distribuitur, duo cum arteria, extrema fiunt: quorum alterum maius id quidem à tibia fertur ad interiora: alterum vero per mediam duorum tibiæ ossium regionem ad interiora pedis perducitur, ac propagini alterius venæ immiscetur, quā ab exterioribus tibię parti bus per fibulam dixi descēdere. Ita fit, vt sint venæ quatuor, quæ ad pedes descendūt, vna quidem omnium extima per gibbosum fibulæ extremum: altera p partes ipsius interiores: & tertia, vt dixi, per anteriorem tibiæ extremi regionem: quarta denique, quæ ex interioribus partibus extuberantes ossiū tibiæ processum complexa est. Harum igitur duæ prius expositę, fibulæ sunt: reliquę duæ, tibię. Hinc vero quarta infima queq; pedis cōmissis ipsi primæ particulis complexatur: duæ aūt intermediæ per superiores pedis partes disseminantur. Atqui prima etiam superioris pedis particulā habet, ac partes minimo digito maxime vicinas cōplectitur. Cæterū & alijs multis modis, quemadmodum in extremis manibus, sic in pedibus etiam, vasorum particulæ commiscētur. Hoc igitur tibi dissectionis venarum compendium esto. Deinceps de arterijs dicendum.

De Origine, & Ductu omnium corporis Arteriarum. CAP. 9.

HArum " origo est cordis sinister vētriculus. Hinc aūt in pulmones deriuatur [g] † vna tenuis, simplici q; tunica cōstans: tum altera etiā multo hac crassior,} quæ veluti truncus est oīum arteriarū. Possis etiam, si lubet, quæ in pulmonē deriuatur, cū vena cōferre, de qua oīum primùm disseruimus: eam dico, quā à portis iecinoris ad ventrē numerosa ramorū serie descendere, suis q; extremis, ceu radicibus quibusdā cibū exugere diximus. Hęc enim similiter propter vsum, cōmoditatē q; spiritus attrahendi, in pulmones deriuat. Ac sanè ob id cordis ipsius corpus circūfusas in ambitū duas habet arterias, alterā quidē maiorē, quæ maximā ipsius partē amplectitur: alteram ea maxime regione distributam, vbi tertiū ventriculum esse existimauit Aristoteles. Atqui hic in latiore cordis parte, iacet, particula existens dexterioris ventriculi, non etiam alius quispiam tertius ventriculus.

A * γεννηθέντων, i. genitorum. est in manuscripto.

B † An sic? post has vero deinceps a venis in crura tē dentibus propagines in posteriores, anteriores q; partes feruntur, primū quidem in eius ossis, quod latū vocatur, musculos: quarum haud exigua portio cū subsequente explanatione ad sedis musculos tendente permiscetur Græcus.n. codex mendis non vacat.

C † Ex antiqs cod. græcis ita legendum. quę in ceruicē ipsā, & in vterū disseminat, & extremitatib' venarum ad testiculos pcedētium vnita: illæ enī, quæ vterum cōscendūt, scindūtur, atque vna quidem sui parte ad testiculos tendunt, altera vero ad fundū vsque vteri pertexunt.

D † Ves. vereor & hic nō oīa esse integra. Nā horū loco forte dicendum erat, venas, quæ in mulieribus ad testes propagātur, vna quidē parte testē adire, altera vero vteri fundū amplexari, &c.

E † An sic? quæ vtrinq; à vena in crura tēdēte exoriēs in interiores femoris musculos fertur.

F * Locus fortasse corruptus: vbi.n. hoc superius dixit?

G † Ex græcis antiquis ita legēdum: vna tenuis, simplici q; tunica constās, instar venæ: altera vero duplici constans tunica, ac crassa, multo quę hac maior.

A.l.1.f.1.d fu.5.ca.5.25.f

A.l.1.f.1.d. fu.4.ca.2.fo 23.b

.lib.1.f.1.d.5. l.4.c.1. fol. 3.b

A vētriculus. [a]† Has [//] igit̄ arterias, simulatq; maxima de corde se prompserit, ab ea produci videas, ipsam q; mox in sectiones haudquaq̄ pares diduci: & sanè minorem quidē ipsius partem, sursum ferri, ipsam q; cōfestim in sectiones rursum inæquales findi: ac deinde ipsarum maiorē ad iugulū tendentē obliquā de sinistra ad dextrā thoracis partē porrigi, alterā q; oppositū habere sitū. Attollitur.n. etiā ipsa obliquior ad sinistrā scapulā, et axillā, propagines mittēs ad pectoris os, primas q; thoracis costas, & ad sex colli vertebras, atq; etiam ad clauiculæ vicina loca [b] † summo humero tenus. At cū has oēs ædiderit, reliquū eius in scapulā, manū q; diuidit̄. At vero arteriæ pars maior, quę ad iugulum tendit, vbi prope glandium, cui thymo nomen est peruenerit, primū quidē ad sinistram iugularē ramum emittit: post illū, alterū ad dexteriorē. Deinde quicquid ipsius restat, codē distribuitur modo, atq; illa, quā ad sinistrā scapulā, axillam q; procedere diximus. Nā & ad pectoris os quædā non aliter ac vena, porrigitur, tū alios ꝑducens ramos, tum eū, qui mammā subit. Et quæ ad primas thoracis costas diuidit̄, extra q; thoracē emergit ad spinales musculos non alio, q̄ vena, mō: quę q; per foramina sex primarū colli vertebrarū deducta, vna cum vena ad spinalis medullæ mēbranas (meningas dicunt) descendit, diuiditur q;: tum quæ ad summum humerū, scapulā, axillā q; dextrā, hæ, in quā, oēs aliæ simul cū adiacentibus venis diuidūtur: quemadmodū &

B quę arterię carotides appellantur: ex ijs.n. singulę cū singulis iugularijs internis ascēdunt arterię. Cæterū quæ in superficie extant, iugulariæ, siue duę sint, siue quatuor, eæ sine arterijs cōspiciunt̄. At omne quod [//] ex carotidibus est reliquū, sursum recta ꝑcedens penetrat in caluā, inibi q; textū illud ad retis imaginē complicatū efformat, deinde in duas rursum coiēs arterias, subit ad cerebrū. Cæterum quo eę pacto distribuātur, quamq; cum sensuū instrumentis societatē, ac cōmunionem habeāt, in dissectionū libris monstratur. Altera vero pars arteriæ, quę à corde se promit, q̄ maior est, ad spinā deflectitur, quintā thoracis vertebrā ascēdēs, & inde per totā iam spinā vsq; ad latū os descendit, primum propaginē quandā tenuē emittēs, q̄ in eas diuiditur thoracis partes, q̄bus pulmones adiacēt. Extrema aūt ipsius ad [c] arteriam vsq; ascendūt, deinde per singulas vertebras rami, tum in spatia intercostalia, tū ad spinalē medullā exoriuntur. At.n. superiores thoracis partes, quæ quatuor primis costis muniuntur, nō ad eundē semper modū distributas habent arterias. [d] † Aliq̄n enim ab vna costa lōgiuscule recedunt arterię, non nunq̄ pari ab vtraq; spatio intra ipsas inseruntur. Cæterū magna arteria deorsum procedens, simulatq; thoracem egressa est, primū duas in septū transuersum mittit arterias, deinde in ventrē, lienē, ac iecur iniugē vnā, [e] † vtrasq; ab anterioribus magnæ arteriæ partibus ducentes originē: interdū ex vna radice bifariā diducta, ventriculo

C quidē, & lieni, & hepati altera pars: altera vero intestinis distribuitur per duo mesenteria, tum id, quod ad dextrā situ habens primarū est coli partium, tum id, quod est [f] omniū intestinorū mediū: nā tertiū mesenteriū, quod ꝑpe sedē pertingit in sinistra situ, nullā inde assumit arteriā, sed de imis partibus in ipsum quędā exigua inserit̄, quę [g] propter renes à magna arteria iniugis, et ipsa nascit̄. Atq inter hanc, & modo memoratas duæ magnitudine præcipua ad renes tēdūt. Tū alia quoq; præter ipsas arteria superne, atq; à sinistra per venā porrigitur, q̄ ex inferioribus partibus sursum versus tendit. Enim vero ex duabus inconiugatis arterijs, de quibus mō verba fecimus, aliquoties vidimus altiorem q̄dē in vētriculū, lienē q;, humiliorē vero in iecur, mesenteria q; distribui. Quin aliæ quoq; à magna propagatæ arterię p singulas vertebras, in spinalē medullā vna cū venis descēdūt. Ac cū ijs ēt venis, quas ad ilia ferri meminimus, arteriæ pariter quædā cōtēdunt, ab ea magna ortę, q̄ per lūbos extenditur. Deniq; cū venis, quas ad testes diximus ferri, arteriæ ēt ad eundē modum procurrūt. Iam arteriæ magnę pars extrema, cū ad [h] latera lumborū ꝑuenerit, suprapositā venam trāscendit. [i] † Ostensum.n. nobis est sup vertebras venā, super hanc aūt ferri arteriā. Quod, postea q̄ factū fuerit, haud aliter q̄ vena, scissa bipartito arteria partē vtranq; in sibi subiectum crus mittit. Quæ dū ita ferunt̄, primū ad ipsarum vtrāq; singuli conspiciunt̄ propagati ramuli, qui cō

D ceptibus per vmbilicum inserunt̄. Cum.n. consummatur, ac perficit̄ animans, quod in medio est, vniuersum id mēbraneū, & aridum, et inutile reddit̄: quod aūt ad insertionē spectat, nequaq̄ perit. Atq; indidē vt in cōceptibus, sic ēt in iā perfectis animātibus arteriæ aliquot propagatæ, cū venis ad os latū existētibus pariter excurrūt, quas antea diximus in regionis eius musculos dispgi. Ipsa aūt, cruris vtriusq; arteria ad intimas distributa partes, cū magna vena fertur. Ac sanè q̄cunq; ab ea venæ ꝑducunt̄, ꝑfundius cōditę, cū arterijs ferunt̄ pariter, atq; in ramos dissipant̄. Cęterū ijs venis, q̄ per crurum superficiē extāt, ne vnā quidē animaduertas adiacētē arteriā. Sic nec in manibus, nec abdomine (epigastrion Gręci appellāt) nec dorso, nec collo. Sed.n. arterias in solo capite iuxta cutē inueneris, tum eas, q̄ post aures, tū eas, quę ad vtraq; tempora extant. Quæ aūt in extremis manibus arteriæ sunt, [k] † eæ etsi profundius lateant, pulsare attamē manifeste sentiuntur, q̄m ea loca minus sunt carnosa, quemadmodum ēt illæ, quæ per tarsos pedum excurrunt. Nā vel in ijs hominibus, qui crassiore, obesiore q; sunt corpore, eę paululum sentiunt̄, cum aliarū nulla manifeste percipi possit: etenim in macilentis ēt aliarū plurium arteriarū particulæ, sensum minime fugere queunt. Hæc igit̄ oīa, quę adhuc de venis, arterijs q; dicta sunt, in perfectis visuntur animantibus.

Quæ venæ, & quæ arteriæ præter iam memoratas in fœtibus sint: & quæ venæ sine arterijs, quæ arteriæ sine venis in animali conspiciantur. CAP. 10.

AT in cōceptibus, ꝑter iā memoratas in ipso fœtus inuolucro, quod chorion Græci vocāt, venæ, arterię q; intexuntur ab extremis venarū osculis, ꝑdeuntes, q̄ ad vterū ꝑtinent. Coeuntibus aūt inter sese illis, ac q̄ ex eo coitu factæ sunt, rursum cōcurrentibus, ex ipsis fieri cōtingit coitu

h ij gium

lib. c. 4. e

A † *Additur hic in manuscripto codice græco,* πέφυκε δ' ἐξ αὐτῆς εἰς τὸν πνεύμονα καταχιζομένη ἐλεγ(?)... τῶν, ὁ αὐτὸς ὢν τῷ τῆς ἀρτηρίας, *i. Oritur autem ex ipso corde vena, q̄ in pulmonem scinditur, cuius tunica eadem est cum arteriæ tunica.*

B † μέχρι τῆς ἀκρωμίας.

C † *ad tracheā arteriā vsque, est in manuscripto.*

D † *Cod. impreßi corrupti sunt. manuscript⁹ habet,* ἐνίοτε μὲν γὰρ ἀπὸ ταύτης πλέον, ἐνίοτε δὲ ἀπὸ τῶν ἄνω ... ἐμπροσθεν ... ἐνίοτε δὲ ἀπ' ἀμφοῖν ἴσον εἰς αὐτὰς ..., *i. Aliq̄ndo enim ab hac plus, aliq̄n āt ab ijs, q̄ sursum feruntur, ut superius dixi: aliq̄n vero ab vtriq; æqualis portio in ipsas (i. quatuor superiores thoracis costas) disseminatur. & ita omnino legendum videtur.*

E † *Additur in manuscripto* ταύτῃ δ' ἑξῆς ἑτέραν ἄζυγον, *id est post hanc vero alteram iniugem.*

F * *Al.* λεπτῶν, *i. tenuium.*

G * *Al.* μετὰ, *id est, post.*

H * τελευταῖα, *i. postrema.*

I † *Clarius in manuscripto* ὡς ἐρηρεῖσθαι μὲν κατὰ τῶν σπονδύλων τὴν φλέβα, κατ' αὐτῆς δὲ ὀχεῖσθαι τὴν ἀρτηρίαν, *i. ita ut supra vertebras firmetur vena, super hanc autem vehatur arteria.*

K † *Codex manuscriptus habet,* τῶν διὰ βάθους ἀρτηριῶν εἰσὶ πέρατα, διὰ δὲ τὸ τῶν μορίων ἄσαρκον, & c. *id est profundarum arteriarum sunt fines, sed quia partes illæ carne priuatæ sunt, tangentibus subijciuntur.*

giũ illud vtrorũq; vasorum, quod in vmbilicum inserit̃. At.n.arteriæ quidẽ vesicã cõplexæ, ad arte E rias illas tendunt, q̃ à magna per spinã porrecta, ac bipartito scissa, ad sibi subiectũ vtraq; crus mit tuntur, sicut paulo ante ostensum est. Venæ aũt simul atq; ex vmbilico se prompserint, coeuntes magnam perficiunt, quę ad concauum iecinoris tendit, haud procul ab ea vena, quę ad portas est.

Hæc igit̃ vena sine arteria est, ac post illã tota caua. Quicquid.n.eius venę gibbas iecinoris [a] perreptat partes, quod q; indidẽ ad spinã perfertur, oẽ id nullam habet adiũctam arteriam [b] †. Nec vero alia vlla ex ijs venis, quæ per gibba iecinoris expãduntur, adiacentẽ arteriam nacta est: Sic nec quæ septo transuerso intextæ sunt, quas à caua dum septũ transigit, oriri, ac propagari diximus. Iã vero & q̃ thoracẽ alit vena, quã in simijs paulo supra cor ortũ habere ostensum est, [c] † hãc quoq; videre licet, p̃ spinã sine arteria descẽdere. Nihilo hac minus notabili alia magnitudine, quã humerariã diximus appellari, sine arteria est, vna q; oẽs quotquot ab ea ꝓpagantur rami, pręter q̃ vnicus tm̃, quẽ in articulo, quo brachiũ cũ cubito coartat̃, ortũ habere, & ad interiora ꝓfundius recedere, occultari q; memoratũ est, queadmodũ ẽt vena illa interior, [d] † q̃ ab axillari fert̃: hæ siquidẽ duæ solæ p̃ profundiora cubiti cũ arterijs se porrigũt. Aliæ porrò venæ, quę p̃ cubiti supficiem expãduntur, oẽs arterijs carẽt. tres.n.aut quatuor ab ea, q̃ per axillã iter habet, produci antea diximus: alia q; etiãnum his amplior, q̃ ex ambabus conflat̃. Hæ inquã oẽs in vtraq; manuũ venę arteriã copulatã F non hñt. Ad eundẽ se habet modũ vena ea, q̃ circũ brachij os p̃ auersam eius partẽ contorquet̃, & deinde ad cutẽ emergens, circa externũ brachij nodum, ad cubitũ pertingit: hęc etenim, omnis q; eius soboles sine arterijs excurrit. Similiter & è iugularijs, quæ in superficie extant cum oĩbus indidem enatis ramis. Iam quęcũq; collo intextę sunt venę, [e] † vsq; dum ad scapulas extendant̃: tum quascunq;, vbi de ipsarum dissectionibus sermo haberetur, diximus ad vicina clauiculis loca spargi oĩno tenues: hæ inq̃ oẽs absq; arterijs sunt. Quin de multis, quæ per faciẽ, caput q; expanduntur, venis, perpaucæ omnio arterijs adiacent, sicut paulo ante diximus, cũ de arterijs, quæ & per tempora, & post aures subter cutẽ extant, ageremus. Deniq;, vt summatim dicamus, superficiarijs oĩbus aut quæ per dorsum, latera, totũ thoracẽ, inferiorem q; ventrẽ, sub summa cute expandunt̃, nullam inuenias subditã arteriam. Vtiq; earum etiã, quæ ex subchartilagio deorsum ferunt̃, quas copulari, ac cõfluere cũ venis ex imis ventris partibus sursum versus sese attollentibus dictum est, nulla, quæ modo in superficie sit, appositam habet arteriam, sicut quæ altius conditæ, per internas musculorũ dictorũ partes porrigunt̃, illę etenim habẽt. [f] † Quæ aũt nec supficiariæ amplius sunt, & ab ijs, quæ profundius abscondunt̃, ortũ habent, ad hunc constãt modũ. Nam q̃ ex alto deorsum tẽdunt, adiacentẽ nactæ sunt arteriam. Quę ex imo subeuntes superne venientibus venis coniun G gunt̃, [g] † sine arterijs ad glãdulas quasdam euadũt. Similiter ex ijs, quæ per sacrũ os ad eius loci musculos spargunt̃, vnica, cũ arteria coniũcta est, aliarum aũt nulla. Tum vero, quas ad genitale ferri dicebamus in exterioribus musculis nascẽtes, ne illæ quidẽ cum arterijs copulant̃. Queadmodum ẽt quæ per femur se effundunt venæ subter tibiæ cutẽ: siquidẽ cum magna vena paulo ante, q̃ ad poplitem pertingat, tripartito illic scindat̃, quæ ex ea diuisione ad interiora subit, vnà cum oĩbus, quos obiter emittit, ramis arteriã adiunctã nacta est: quæ autẽ ad cutẽ recedunt, earũ ne vna qdem adiacentẽ habet, arteriã. Hæ igit̃ sine arterijs sunt venæ. Arteriæ aũt sine venis illæ sunt, q̃ in animalibus etiãdum in vtero agẽtibus vesicã amplexant̃, quas ab vmbilico ad arteriã spinæ appositã perferri diximus, circa illas maxime partes, vbi ea bipartita scissa ramos ad sibi subiectum vtrunq; crus traducit. Quin ea quoq; propago, q̃ in conceptibus, cũ à magna arteria se prõpserit, in venã arteriosam inserit̃, ea, inq̃, non substãtia modo corporis, sed vsu ẽt, ac functione arteria est, quæ & ipsa absq; vena porrigitur. Arteriæ porrò reliquæ sine venis non tm̃ in conceptibus, verum ẽt in iam perfectis aĩantibus visuntur. Primũ magnę illæ, q̃ ex corde prodeunt, vna quidẽ, quę ad quintam thoracis vertebrã descẽdit: [h] † altera quę primã omniũm ad iugula effert̃: post has, ea ẽt, quam ad scapulã, & axillã sinisteriorẽ tendere ostẽsum est. Harum.n.vnaquęq; aliquãdiu sola citra venæ H copulã excurrit, & ea quidẽ, quę ad quintã vertebrã dẽscẽdit, vsq; dum à vertebra subnixa fuerit: quæ aũt ad iugula tendit, donec ad locum peruenerit, vbi thymus est positus: quæ vero ad sinisteriorem axillã, donec prope primam costã processerit. Iam arteria sine vena est, [i] † ex carotide propago vna, quæ sola ad textũ retis instar habens ascendit. Hanc.n.videre licet multum ab eo recedere foramento, per quod extremum iugulariæ ad cerebrum subire dictum est. Enimuero ipsum quoq; reti simile textũ {vniuersum} sine vena est: [k] † Tum quæ ab hoc vlterius procedũt, in ipso progressu nullã habent adiacentem venam prius, q̃ cõire incipiant. Tum vero quę ad septũ transuersum pertinent, earũ nulla cum vena iungit̃ prius, q̃ in extrema inciderint venarũ, quas à caua propagari ostẽsum prius est: Queadmodum nec primę illę propagines, quę ad iecur, & ventrem, & lienem, & intestina mittuntur: nã ne illis quidem adiacet vena [l] † prius, q̃ incipiant coniungi.

Galeni

A * διελελυθὸς.

B † Additur in manuscrip. græcis, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μέχρι τῶν σφαγῶν φερόμενον, id est, similiter, & quicquid vsque ad iugula fertur.

C † Cod. manuscriptus habet, καὶ αὕτη χωρὶς ἀρτηρίας ἐστὶν, πρὶν ἐπιβῆναι τῆς ῥάχεως, & ipsa sine arteria est, anteq̃ spinam conscẽdat.

D † quæ per axillam fertur.

E † Manuscriptus habet, καὶ ὅσαι πρὸς τὰς ὠμοπλάτας ἀποτείνονται, καὶ ὅσαι κατὰ τὰς ῥίζας αὐτῶν, etc. et quæcunq; ad scapulas extẽduntur, & quæcũq; secundum suas radices diximus ad uicina clauiculis, etc.

F † Manuscriptus. αἱ δὲ ἐπιπολῆς οὐκ ἔτι. καὶ αὐτῶν δὲ τῶν διὰ βάθους, αἱ μὲν ἄνεθεν, etc. i. Quæ ẽt supficiariæ sũt, non amplius: & ex ijs, q̃ profundæ sunt, illæ quidẽ, quæ ex alto, & c.

G † Manuscriptus hẽt, χωρὶς ἀρτηριῶν εἰσιν, ὥσπερ γε, καὶ αἱ ἐκ τῶν ἐντέρων εἰς ἀδένας ἀναφερόμεναι· οὕτω δὲ καὶ τῶν καθ' ἱερὸν ὀστοῦν αἱ εἰς τοὺς μῦς μόναι παρακειμένην ἀρτηρίαν ἔχουσιν, τῶν δὲ, etc. i. sine arterijs sunt, queadmodum & quæ ex ĩtestinis ad glandulas ascẽdunt, sic et ex ijs, quæ ad sacrũ os sunt, illæ, q in musculos sparguntur, solæ adiacentẽ hñt arteriã, aliarum ãt nulla.

H † Manuscriptus habet ἑτέρα δὲ ἡ ἐπὶ τὰς σφαγὰς ἀναφερομένη, καὶ τρίτη πρὸς ταύταις ἣν, et c. id est altera vero quæ ad iugula sursum fertur: & tertia post has ea, quam ad, & c.

I † Corrupti sunt hoc in loco cod. & græci impressi, & latini. habet.n.codex græcus. ἡ ἐκ τῆς καρώτιδος ἀνιοῦσα, μία κατὰ μέρος, τὸ δικτυοειδὲς πλέγμα * γάρ ἐστιν ἰδεῖν τὰς ἀποκεχωρισμένας πολὺ, & c. quæ sic fere ad verbũ. q̃ à carotide ascendẽs vtrinq; vna, retiformẽ plexũ * enim uidere est separatas multum ab eo foramẽto, per quod & c. Manuscriptus habet, καὶ ἡ ἐκ τῆς καρωτίδος ἀνιοῦσα μία καθ' ἑκάτερον μέρος εἰς τὸ δικτυοειδὲς πλέγμα. τρῆμα γάρ ἐστιν ἴδιον ταύτης ἀποκεχωρισμένον πολὺ τοῦ τρήματος, & c. i. quæ ex carotide exurgens ex vtraq; parte vna, plexum retiformem fãcit: foramen enim peculiare est ab eo multum recedens foramine, per quod, & c.

K Manuscriptus. καὶ αἱ ἀπὸ τοῦδε αἱ ἐπὶ τὴν πύελαν (vel, πύελον) ἀναφερόμεναι, & c. & in fine πρὶν ἄρξασθαι καταχίζεσθαι, vt sic vertatur, tum quæ ab hoc ad peluim ascendunt, & c. priusquam scindi incipiant.

L † Manuscriptus habet πρὶν ἄρξασθαι σχίζεσθαι, i. priusquam scindi incipiant.

GALENI AN SANGVIS IN ARTERIIS NATVRA CONTINEATVR

Iulio Martiano Rota interprete.

Ex vltima interpretis recognitione.

Sanguinem in arterijs contineri, euidenti argumentatione demonſtrat. CAP. 1.

QVoniã arteria quacunq; vulnerata ſanguinẽ egredi videmus, duorũ al
terũ ſit oportet, vel in arterijs ſanguinẽ cõtineri, vel aliunde ipſum in
eas cõfluere. Quòd, ſi aliunde ſanguis in eas cõfluit, manifeſtũ eſt vni-
cuiq;, cũ ſe naturaliter arterię habebãt, ſpiritũ ipſas ſolũmodo cõtinuiſ-
ſe Quòd, ſi hoc verũ eſſet, oportebat in vulneratis, prius, quàm ſanguis
egrederetur, ſpiritũ exire cõſpiceremus: cũ autẽ hoc fieri non videa-
mus: nec antea ſolũ ſpiritũ in arterijs contentũ fuiſſe colligemus. Hoc
paucioribus ẽt demõſtrari poteſt, hoc mõ. Si vulneratis arterijs ſtatim
egredi ſanguinẽ videmus: igitũ ẽt ante, q̃ vulnus illatũ eſſet, ſanguis in
arterijs erat. Hac in argumẽtatione planũ eſt, vt dictio /ſtatim/ appo-
C ſita cõſecutionẽ, qua conſequens antecedẽti iungit, verã reddat. Nã, ſi prætermiſſo /ſtatim/ aduer-
bio, ſimpliciter dixiſſemus hoc modo: ſi vulneratis arterijs ſanguinẽ egredi cõſpicimus: cõſequẽs
eſſet id, quod à principio dicebamus, vel in arterijs ſanguis prius continebatur, vel aliunde in eas
cõfluit: appoſito autẽ /ſtatim/ aduerbio, cõſequẽs eſt, ergo ſanguis ẽt ante, q̃ vulnus illatũ fuiſſet,
in arterijs continebatur: vt totius argumentationis ſeries hoc pacto procedat. Si vulnere arterijs
illato ſanguinẽ egredi conſpicimus, vel in arterijs ſanguis cõtinebatur, vel in ipſas aliunde cõfluit:
ſed vulnere arterijs illato ſanguinẽ exire conſpicimus, nec aliunde, ſicuti demonſtrabimus, cõfluit:
igitur in arterijs ſanguis cõtinebatur. Verũ quo modo ſanguis in arterias aliunde nõ trãſit? an qa
ſpiritũ prius, deinde ſanguinẽ exire videremus? quod cũ fieri nõ videamus, nõ aliunde ſanguinẽ
venire colligimus. Satis hæc demonſtrationi forent, ſi nobis cũ illis tantum res eſſet, q non ſunt ali
cui ſectæ addicti, & rationes veras à falſis internoſcere didicerunt: verum, cum oẽs medici tales nõ
ſint, pluribus, opinor, aduerſus eos diſceptare conueniet. Nam, qui Eraſiſtratum ſectantur, nobis
contradicunt: & inquiunt falſum eſſe, quod adiungimus, nec verũ eſſe, vt, ſi aliunde ſanguis in ar-
terias confluat, ſpiritum prius egredi videamus: nam poſſe clamant ſpiritum exire, nec tñ videri,
cum & tenuis ſit & leuis, & hac de cauſa facile emittatur. Hic rurſus probare cogimur, vt ſpiritus
D exiens nõ latere nõ poſſit. Verũ quo modo iſtud demonſtramus? varijs ſanè modis. Atq;, vt dilu-
cidus ſermo noſter fiat, & ordine ꝓgrediatur, illos ipſos interrogare opus eſt, quo modo ſpiritum
egredi velint, nunqd à ſe ipſo impulſum, an ab alio expulſum: neq;.n.omnes eodẽ modo reſpon-
dent: ſed alij à ſe ipſo recedere ſpiritum dicunt, alij à corde ꝓpulſum eundẽ exire affirmant. Quam
ob rem nobis quoq; ſeparatim vtriſq; demonſtrandum erit fateri ipſos ea, quæ fieri non poſſunt.

Spiritus, aere craßior cum ſit, ſine noſtro ſenſu ſtatim arteria egredi non poteſt. CAP. 2.

INcipiendum aũt eſt ab illis, qui ſpiritũ dicunt ſponte ex arterijs elabi. Nã vel tenuiorẽ prorſus,
vt q æthereus eſt, vel alio quodã modo calidiorẽ ambiente nos aere ipſum eſſe concedent: tertiũ
enim, quod ab his illi contingat, afferre nõ poterũt, quã ob rẽ foras ſpiritus exire poſſit. Atqui ſpi
ritus ambiente nos aere tenuior nõ eſt, vt eius procreatio docet: procreatur enim, ſicuti Eraſiſtra-
tus putat, ex ambiente nos aere intra corpus aſſumpto, primo in pulmonem, deinde in cor, ortasq;
ab eo arterias: quo plus igitur humidis corporibus aer obuiat, eo craſſior pinguior q; reddatĩ, par
eſt: Ac, licet inde calidior etiam euadat, tñ, vt vapor, ſurſum tendens, neq; tenuitate neq; celeritate
intuentẽ latebit: ideo Praxagoras & craſſum & abunde vaporoſum ipſum aſſerit. Eraſiſtratus au-
tem, etiam ſi, quam craſſitiem habeat, non definiat, tñ ex ijs, quæ de ipſo tradit, conijciendum relin-
quit nequaquam poſſe ſpiritum tenuem eſſe: nam arterias eo repletas extendi, muſculorumq; ven

tres asseuerat: quorum neutrum facere posset, si tenuis exacte foret: nam, qui talis est, in corpore E detineri non potest, sed egrediatur potius, conuenit. Cur igitur is, qui ab arterijs exit, non itē exufflat, vt ille, qui è pectore, interiore abdominis mēbrana, & gutture vulnerato prodit? Quanquam risum alicui fortasse mouebimus, si hoc ex alijs colligere moliemur: cū liceat ipsos admonere, considerent arterias, ex quibus, quando affatim sanguis eiaculatur, cū exufflatione exire cōspicitur, nā, quo calidior, eo vaporosior est sanguis, qui in arterijs clauditur: & tamen nō ipse secundum se vapor, non aer, non æther, nec spiritus omnino, in eo contentus cernitur: sanguinem enim arteria vel tenuissimæ cuspidis acu perforata statim eiaculatur. Oportebat autem, arbitror, si non magno, paruo saltem vulnere illato, non statim, nec occulte, sed aliquo temporis interuallo, quod sensum non lateret, spiritum exire conspiceremus: nam ante, quàm spiritus egrediatur, prorsus sanguis exire non potest: præsertim cum Erasistratus ipse scribat remotissimas quasque arterias primum transfusione frui. Quanquam hoc, etiam si ab eo scriptum non fuisset, eius tamen decreta necessario sequebatur. Nam, si sibi iunctus est omnis, qui in arterijs diffusus est spiritus, & tenuis adeo ad motum q; paratus, vt momento temporis egredi queat, nō is, arbitror, tantum exibit, qui in discissis arterijs occurret: reliquus autem, qui à cæteris cōtinebatur, manebit: cum perspicuum sit egresso prius illo, qui in dissecta arteria comprehendebatur, reliquum omnem prompte secuturum: pri F mum q; in postremis arterijs exinanitionem conspicuam fore, quòd alias ipsæ non habeant, à quibus accipiant. In ijs igitur periculum est, ne locus inanis reddatur, nisi res aliqua in locum spiritus abeuntis subintret. Quam ob rem patefactis, vt ipse ait, venarum & arteriarum ostiolis, sanguis necessario spiritum abeuntem sequitur: cui ille perinde atque in extremis arterijs alligatus, prior omni alio sanguine, posterior autem toto spiritu qui in arterijs continetur, egreditur. Duo igitur maxime absurda cōtingent, vnum, ob foramen acu factum omnem ex arterijs spiritum celeriter adeo emitti, vt sensum fugiat: alterum, animalia spiritu omni emisso adhuc viuere. Cæterum ista & paulo inferius exagitare licebit.

Spiritus à corde expelli totus non potest ex arterijs. CAP. 3.

NVnc ad reliquum eorū, quæ proposita sunt, veniamus: ostendamusq; nec, si etiā à corde cōprimente spiritus immittat arterijs, ꝓbabile tunc esse ipsum interuenietis sanguinis dogma. Nam quid sibi vult potius? vtrum arterias ad extremū vsq; contrahi, sicut & venas? an, quod & verum est, eas vsq; ad certā distantiam se dimittere? Sed esto prius, sic penitus contrahantur arteriæ, vt spatij nihil amplius supersit: hoc si dabunt, inanis erit eorū oratio, nec aliquid concludet, qa partem vnam in diuidendo omisere. Neq; enim amplius colligere poterunt, exeunte spiritu, aut G vacuus erit locus subito: aut, quod contiguum est, subsequetur: eos enim admonebimus tertium esse in diuidendo quiddam ab ipsis prætermissum, hoc, arteriæ tunicas emisso spiritu in sese concidere, & idcirco eorū rationē nihil cōcludere. Nam vbi assumpserint vnam partem diuisionis, quę vera est, atqui locus inanis subito non euadit: non poterunt mox inferre, igitur quod contiguum est, subsequetur. Sed quæ, dicent, erit illatio? hæc, igitur vel, quod finitimum est, subsequetur: vel arteriarū tunicæ concident. Sic itaq; futilis esse interuenietis sanguinis ratio demonstratur, si ad extremum vsq;, hoc est penitus, arteriæ ipsæ concidant. Sin ad certum spatium tantummodo dicant, rursus eos mendacium dicere conuincemus, si in memoriā reuocauerint, quæ in teneris calamis fieri sæpe viderunt: quos insufflantes, tantū extendimus, quātum eorum natura distendi tolerat: rursus ex eorum foraminibus aeris tantum exit, quantum cōtrahi suapte natura calamus potest: plus enim neq; dilatatur neq; contrahitur calamus, sed, quantum insufflauerimus, tantum egrediatur, oportet: quantum q; aeris continebat antea, q̃ insufflaremus, tantum postea in eo permaneat, necesse est. Quod de calamis diximus, ad arterias transferatur. Continent enim arteriæ spiritus portionem quandam, etiam compressæ: nouus q; è repleto corde spiritus submittitur, qui earum concauitates implet: tum q; spiritus arterias permeat, & attollit: vbi exierit, arteriæ denuo tantum con H trahuntur, quantum à principio fuerant extensæ. Igitur neq; hac ratione sanguinis quicquam in arterias trāsire necesse est: nam aliàs multo etiam vehementius nos calamis insufflamus, quàm cor arterijs: opus est autem profecto, vt, cui vehementius insufflatum est, id & plus & citius exinaniatur. Neq; vero, siquis calamum aduersum cuiuis vento constituat, vllus in eo locus vacuus fiet: sed meatum ventus semper habebit, per quem effluet calami concauitatem: neq; tantopere exinanietur vnquam, vt aliquod aliud corpus requirat, quod in locum egressi flatus succedat.

Absurda, quæ Erasistrati opinionem sequuntur. CAP. 4.

VErum cum satis super q; confutauerimus, quæ proposueramus, quid nos prohibet & alia quędam eorum absurda subijcere? nam omnia recensere, qui possem, cum adeo multa sint? Vnum referam id q; primum, oportere prorsus in omni vulnere, etiam siquis acu tenuissima cutim tm̄ pupugerit, arterias omnes sanguine repleri, febrem q; necessario subsequi. Hoc, quod dicimus, manifestum fiet, si demonstrationis vim ad arteriarum vulnera transferamus. Cogita, quæso, subtilem acum arteriæ infigi, quæ ab alis exiens in totum brachium dispergitur: quid nam Erasistrato iudice continget? nimirū primo spiritū, qui in ea est, egredi, deinde illū, qui in ꝓximis cōsistit arterijs: ꝓximæ sunt, cū illæ, quæ se ab ipsa in manū porrigūt, tū magna arteria, quæ è corde ꝓcedit,

cedit,

A cedit,à qua ipsa originem trahit. Quòd si hæc exinaniatur, proculdubio exinaniatur, oportet,& sinister cordis sinus, magnæ arteriç iunctus cum sit: item arteria illa, quæ caput petit: & alia, quæ p spinam deorsum fertur. nam, si, cuiq; arteriæ exinanitæ quicquid finitimum est, exinanitur: finitima vero sunt tàm ea, quæ ab ipsa nascũtur, q̃ illa, à quibus ipsa nascitur: perspicuum est & sinistrũ cordis ventrem,& antedictas arterias vtrasq; exinanitum iri, si, quæ secundum alas incedit arteria, puncta inaniatur. Cum igitur ab arteria, quç ascendit, ceruicis & capitis arteriæ omnes oriantur: ab ea vero, quæ descendit, aliæ, quæcunq; in reliquum corpus diffunduntur, manifestum est hasce quoque omnes ad extremas vsque ipsarum partes, vacuas reddi oportere. Cum primum vero ad vltimas arteriarum partes vacuitas puenerit, è venis in arterias adapertis ipsarum ostiolis quod solum contingit, vbi totus spiritus exierit) sanguis transit, partim ex inferioribus membris ascendens in arteriam, quæ spinæ adiacet & cor intrat, inde q; demum sub alam delatus: partim à capite descendens in arteriam prius, quæ sursum procedit, deinde in ceruicẽ,& vulneratam arteriam deueniens: atq; ita sanguis per omnes brachij arterias transumptus, spiritũ sequens, in vulnus fertur: sic q; vniuersus sanguis, quisquis in toto corpore fuerit, ad acus puncturam confluet. Atqui hoc nimiũ etiã verum est, videmus enim ab vna quauis arteria (modo capacitatis alicuius sit) nisi fluB xum supprimas, vniuersum è toto corpore sanguinẽ erũpere: id quod, sicut ostendimus, aduersatur nõ sanguinẽ in arterijs cõtineri dicentibus, sed Erasistrato Erasistrati q; sectatoribus, qui putãt arterias solummodo vitalis spiritus instrumenta esse. Quod si oino, vt verum, defendere velint, illud primum concedant, oportet, ab arteria quauis acu vulnerata vitalem spiritum vniuersum exire: deinde sanguinem totum in arterias è venis transfundi: postremo (quod hisce magis adhuc absurdum est) transire sanguinem per sinistrum cordis ventrem. Quo in loco libenter ex eis discerem, quo modo, sinu illo repleto, non suffocetur animal: vel potius cur non prius interierit, quando spiritus vitalis egrediebatur: item quo pacto musculi motũ non amisere: vel arteriæ ipsæ pulsum ordinatum retinuere: aut deniq; cur febris non subsecuta sit. Nẽpe hæc omnia, si Erasistratũ sequi velimus, euenire necesse fuerat hac de causa, qñ neq; arterias motus ordinatos amplius retinere opinatus est: neq; spiritũ membris omnibus expedite subministrari, q; sanguine tũ prorsus nõ careant: febrẽ quoq; necessario superuenire, cũ in arterias, quç intra alas & inguina sunt, sanguis inciderit. Cçterũ horũ nihil vulnerato animãti cõtingere videmus, siquis, vt nos sæpe fecimus, periculum facere velit,& antedictam arteriam vulnerare, quam paruo negocio ex pulsu deprendes, etiam ante, q̃ pellem detrahas: ipsam nanq; in macilentis quidem magis, sed in pinguibus etiã ostẽ C dit motus ad articulum cubiti positus. Hãc igitur, si opus erit, vulnerabis: in eam q; vel filum intendes, vel acum immittes, vel vnum aliquem ex medicis cultellis acuminatum, aut aliquod aliud ferramentum, quod antedictis simile sit & arteriam parum diuidere possit, vt & omnia, quæ supra diximus, illis ostendere ex eo loco queas,& ne musculorum arteriarum q; motus intercipiantur. Non solum igitur magna arteria perforata, ista euenire necesse est, sed etiam parua quauis,& cute solum incisa: neq; enim cutim trium vasorũ complicationem esse non vult, vt, cum è venis & arterijs & neruis constet, si quoduis ex hisce tribus acu tenui pungas, omnia simul pupugisse videaris. Pungatur igitur cutis in brachio, quæ arteriæ ex alis descendenti insidet: exeat q; spiritus, nec à quoq̃ (sicuti Erasistratus vult) egredi sentiatur: exeat q; cum eo coniunctus etiam spiritus ex arteria magna subiacente, q̃ ab alis illuc procedit: prorsus enim cutis, quç nostri corporis membra tetigit, ramusculos quosdam minutos à subiacentibus sibi arterijs accipit: q, si ab alijs etiã quibusdã quicquã accipiat, nihil mihi in prçsentem rem obstat: nam cute vulnerata, exinanientur arteriç illæ, quæ cuti coniunctæ fuerint,& cum illis reliquæ omnes: hoc enim paulo ante à nobis demonstratum est. Cur autem absurdum non est, si tenuissimam quamtumuis acum cuti intruseris, ideo statim arterias omnes sanguine repleri, febrem q; subsequi oportere?

D *Sectatores Erasistrati non satis Erasistratum intelligere.* *CAP. 5.*

HIsce obiectionibus mecum ipse olim existimabam contra venturum neminem, immo potius male constituti dogmatis absurditatem plerosq; animaduersuros: at nemo est, qui sententiam mutare velit. Sed, vt luctç prorsus imperiti non aduertunt se terram dorso tangere, q deiectoris sui ceruicem teneant, atq; ideo ipsum surgere non permittunt: sic & isti faciunt, qui, cum ignari sint errorũ, qui in rõnibus cõmmitti solẽt, nos discedere nõ permittũt, sed inanes quasdam tricas cõplicant,& quocũq; modo verba nectunt, quoad aliquis exosus impudentiam & ruditatem eorũ, nolentes cedere dirimat. Siquidẽ aliq vsq; in hanc diẽ non erubescunt affirmare sanguinem in arterias ex propinquis solummodo venis adapertis concedere, minime memores Erasistratum dicere extremas quoq; arterias spiritu prius exinaniri, q̃ sanguinem assumant: atq; hæc euidenter constare libris, quos ille de dissectionibus conscripsit. Nam, si vẽtrem imum & interiorem membranam diuiserimus, arterias in mesenterio planè conspiciemus, in hœdis quidem nup natis lacte refertas, in adultis autem animalibus alterius rei plenas: spiritum autem solum nunquã illas continere viderunt, sicuti nec vllam aliam arteriam, cum nudata fuerit. Arbitror autem ipsos adeo imperitos esse eorum, quæ ad dissectiones attinent, vt neque id satis intelligant, quod est ab Erasistrato recte pronunciatum, extremas arterias esse, quæ mesenterium occupant, nimirum

rum ipsas,ad eas,quæ imo ventri insunt,cōparāte. Fortassis enim,vt situ,sic cōtinuitate illas inter E se proximas opinātur,non aduertentes ab arteria magna,q̄ spinæ incumbit,& omnes illas oriri, q̄ ad mesenterium deueniunt,& pleras q; ex illis,quæ imum ventrem occupant: Quanquā non nullæ etiam arteriæ,partim ex inguinibus ascendentes, partim è pectore descendentes, per arteriam magnā,quæ spinæ incumbit media, hisce arterijs iungūtur,quæ in mesenterio sunt. Quam ob rē ab ijs ad illas non affectionem,non inanitionem, non deniq; aliud quippiam transire continget, nisi prius in arteriam perueniat,quę spinæ inhæret. Hoc cuiusmodi sit,per similitudinem explicare nitar. Arteriam,quæ spinæ hæret,perinde atq; truncum arboris vnius, esse cogites: alias vero ex ea ortas,veluti ramos: & rursus alias,quæ à se inuicem diuisæ ęquales protenduntur,sicuti in ramis germina & folia. Quemadmodum igitur folia è diuersis ramis prodeuntia plerunq; sibi interuallo propinqua sunt,quamuis longo sint exortus progressu copulata, (nam trunco inter se folia iunguntur,) sic & arteriæ,quæ in imo ventre disperguntur,etiam si propinquæ spatio sint arterijs mesenterij,longo tamen originis interuallo sese contangunt. Si prius igitur in extremas arterias (hoc enim à principio dicebamus,)quàm in alias omnes,sanguis trāsfunditur: ob hoc quoq; necesse est,quò sanguis ad vulnus perueniat,vitalem spiritum totum emitti: id autem q̄ absurdum sit,demonstratum est antea. Hic aliquis mirari posset: & quærere,vnde tam prudentibus viris in F mentem venerit velle absurdas vsque adeo tueri opiniones: neq; enim vllo mentis vitio ducti, sed probabili quapiam ratione persuasi in hanc sententiam omnes deuenere. Cui ego ita responsum velim,ipsos suis in libris scriptum reliquisse probationes,quibus ad hæc credendum inducti sint: quas,vt verisimiles fuisse,ita veras non esse,me nunc ostensurum recipio,si prius,quid in quauis argumentatione plerosq; decipiat,summatim & paucis commemorauero. Quęcunque in cognitionem hominum veniunt,aut sensu,aut ratione deprehenduntur: atque, vt sensilium multa multis de causis sensum effugiunt,ita rationem quoque rationabilium multa prætereunt. Quod cum ita,sit,quisquis sincerus veritatis amator extiterit,is nec ab euidenter cognitis ob ea,quæ nondum comperta habet,recedet: nec ob euidenter cognita ijs,quæ adhuc sibi incomperta sunt, accedet: qui vero talis non est,vel incognitarum rerum gratia de cognitis dubitat,vel cognitarū causa incognitis assentitur. In primum inciderunt ij,qui,q nihil sciri dicerent,se scepticos appellarūt: in secundum pleriq; illorum,qui dogmatici nominantur. Verum,quo modo quispiam neq; huc, neq; illuc impingat,alibi est à nobis explicatum.

Quid Erasistratum in errorem induxerit. CAP. 6.

HIc autem,quo pacto Erasistratus labatur,solum patefaciemus. Neq; enim ex proprijs demō- G strationibus pronunciauit arterias sanguine carere,sed ex alijs,de quibus,q ab euidētibus descisceret,dubitabat,persimilis factus illis,qui motū non esse dicebant,quia rationes quasdā contra se factas soluere nesciebant. Sed melius,opinor,& isti sibi consuluissent,si motum esse, vt euidens quiddam primo concessissent,tū obiectiones contra se factas diluere per ociū studuissent. Et Erasistratus melius egisset,si arterias ideo sanguinem cōtinere cōcessisset, q videamus ipsas acu etiam subtilissima perforatas illico sanguinem fundere: seorsum q; postea secum discussisset, cur natura, quæ nihil frustra molitur,duo receptacula genere distincta vnam rem continentia fabricasset: itē & illud,quo pacto in vniuersum corpus aer,quē respirando attrahimus,perueniat, si arteriæ sanguinem contineant: vel,si nō peruenit,quo modo,prout libuerit,mouere nos possimus: aut qua ratione sine impedimento spiritus arterias mouere queat,cum sanguis ipsi reluctetur. Hasce quæstiones seorsum proponere, & sigillatim quamq; discutere æquum sanè fuerat eum etiam fortasse,qui infinitum concedit: nam quamuis solutu difficiles sint,non tamen ad rerū euidentiam submouendam satis valere debēt. Atq;,vt ab eo exordiar,quod primū diximus,perinde est, ac siquis in ijs,q̄ ruminānt,animātibus plures vētres cōspicatus,hūc credat pabulū, illū potū,aliū spiritū excipere: neq; enim naturam,quæ nunquam frustra quicq̄ egit, vnius rei gratia multa receptacula H fecisse. Quemadmodum enim in illis, etiamsi tot ventres vnam rem excipiant, diuersum tamen vsum habuerunt,cuius gratia plures etiam existunt,sic in arterijs & venis se res habet: sanguinē enim ambæ continent,vt præcedens oratio docuit: & constitutione dissimili sunt certi cuiusdam vsus causa,quem nos alijs in libris explicauimus. Deinde,quod secundum fuit, quo pacto aer attractus respirando in totū corpus veniat,si sanguinem arteriæ contineant: vel, si non venit, quo modo nos mouere pro voluntate possimus: & demum qua ratione tàm distincte pulsent arterię, sanguini q; spiritus sine repugnantia commisceri queat: quædam sibi dari volunt,de quibus inter omnes non constat. Assumunt enim,vt ab omnibus concessum,spiritum arterijs à corde submitti tum ex hoc reliqua concludunt,non animaduertentes hoc quoque falsum esse,deprendi q; facile posse,vbi ratio ista decipiat. Deteximus nos interdum arterias magnas,opportunas, (opportunæ sunt,quę in brachijs & cruribus existūt,) interrogauimus q; Erasistrati sectatores, an'ne tum quidem cum detectæ forent,sanguis inesse arterijs videretur. Fatebantur autem ex necessitate,simul quia ipse Erasistratus asseuerat, cum pellis detrahitur, in arterias sanguinem migrare: simul quia sensus ita diiudicat: nam,vbi funiculo dissectam arteriam vtrinq; ligauimus,&,quod in medio comprehensum fuerat,incidimus, sanguine plenam ipsam esse monstrauimus. Sed quo mo-

do,

A do reclamant, in totum corpus aer veniet, quem respirando attrahimus, si sanguinem arteriæ contineant? Quibus respõdendum est, quæ necessitas hoc eos fateri cogat, cum possit totus, qui respirando admissus est aer: foras etiã remitti: quemadmodum pluribus, iis q; diligentissimis tam philosophis, q̃ medicis visum est, qui cor inquiunt non aeris substantiam exposcere, sed frigiditatem solummodo, qua recreari desiderat: atq; hunc esse respirationis vsum. Sumũt igitur Erasistrati sectatores & hac in re id, de quo dubitatur. Prius istud ipsum demõstrandum fuerat: tum sigillatim quęq; inuestigare debebant: sicut & nos fecimus, & omnes, quotquot ordine, rerum cõsiderationem suscepere, qui q; non solum inuestigare, sed tractare etiam res voluere. Demonstratum est autem à nobis in eo libro, quem de vsu respirationis ędidimus, vel omnino parum, vel nihil prorsus aeris inspirati in cor descendere. Eodem pacto rursus aberrant, cum petunt, quo modo mouere nos possimus ad imperium voluntatis: quo'ue modo motus arteriarum non impediatur, sed tam distincte procedat, si sanguinem arteriæ contineant. Aduersus quos subinde primo monstramus arterias non solum manuum, sed oculorum etiã iudicio, sine impedimento moueri: deinde rationem hanc inducimus, cuius assumptiones etiam ipsi veras fatentur: concedunt enim veram esse hanc adiunctionem: si sanguinem arteriæ continent, & à corde spiritu implentur, ordinẽ in mo-
B tu seruare non possunt, nam huiusmodi adiunctionem ita per se sumptam: si sanguinem arteriæ continẽt, earum motus ordinẽ non seruabit: ne ipsi quidem, vt veram, affirmare audent, nec alius quisquam, qui mente præditus sit: cum possint arteriæ, non quia à corde repleantur, extendi, sed quia extenduntur, ideo repleri. Oporteret nos igitur fateri prius, arterias à corde spiritu compleri, si eiusmodi adiunctum verum esse debuisset: nam, si vtrunq; concesserimus arterias & sanguinem continere, & à corde repletas extendi, proculdubio sequetur ordinem, quem in motu suapte natura seruant arteriæ, intercipi: id quod altero tantum assumpto nequaquam sequetur. Percontemur igitur eos, vbi arteriam aliquam detexerimus, hoc modo, si continent arteriæ sanguinem, & à corde repletæ distenduntur, ordinem in motu nullum seruabunt: at seruant, nam hoc ita esse videmus: non igitur & sanguinem continent, & à corde repletæ extenduntur. Hic Erasistrati sectatores, cum & assumptiones ambas, & adiunctionem, consequentis q; oppositum concedant, nescio, cur & illatum non cõcedant: nisi fortasse nesciunt (quod ne vulgares quidem latet) ex adiuncto & consequentis, in quod adiunctum desinit, opposito, antecedentis oppositum inferri. Nam, cum antecedat in hac argumentatione non solum arterias sanguinem continere, sed etiam (vt paulo ante monstratum est) à corde repletas extendi, illatum erit huiusce coniuncti negatio:
C quando nanq; in adiunctione totius enunciati id, quod antecedit, ex duabus assumptionibus coniunctum est, id quod sequitur, simplex est: deinde eius, quod sequebatur, opposito assumpto, coniuncti oppositum necessario colligitur.

Imperitiam dialecticæ errandi occasionem hominibus præbere. CAP. 7.

AD hæc itaq;, cum non habeant, quid opponant, ad pyrrhonicam rusticitatem, tanquam in asylum quoddam, confugiunt, non æquum esse clamantes medicas cõsiderationes dialecticis curiositatibus subijcere, Mox q; à nobis denuo percontati, nunquid ex assumptionibus concessis quoduis inferri liceat: & an facultas & ars aliqua extet, quæ doceat ex quibusdam concessis quędam inferre, nihil respondent. Sed, si certamen procederet, quid nam respõdere possent (modo sibi cõstare vellent) nisi artẽ planè nullam extare colligendi, sed ex datis assumptionibus quid uis sine vllo discrimine inferri posse? vel extare quidem, nõ tamen ea opus esse ad demonstrationes conficiendas? sed ambo vehemẽter absurda sunt. Nam, primum si dixerint, sicuti quidã olim perfricatę frontis ausus est dicere, tales deinceps à nobis interrogationes audient, quales ille audiuit: Arteriæ duas tunicas habent, sanguis fuluus est, ergo non solum spiritum, sed & sanguinem arteriæ continent. Ridentibus illis, aliud statim subiunxi argumẽtum: corui nigri sunt, colores al
D bi sunt, igitur non solus spiritus ab arteriis continetur. Hic denuo cum riderent, tertium subieci: ignis calidus est, nix frigida est, tu stupidus es, ergo non solus spiritus in arteriis continetur. Nam, si quodcunq; ex assumptis concessis inferri per vos licet, nulla q; conclusionis deducendæ reperta ars est, quid me prohibet vobiscum sic argumentari? Sin ars & disciplina quædã excogitata fuit, quæ singulis in rebus discernere nos docet, et quid è quibusdam concessis inferatur, quis nam vobis ò Erasistratici sapere plus videtur, num qui eam artem non nouit, aut noscit quidem, sed non vtitur: an potius, qui & noscit & vtitur? Non possum Erasistratici vos magnopere non admirari, qui, cum inter Erasistrati laudes, & alia multa, & illud in primis iactetis, conuixisse Theophrasto Erasistratum, rationales disciplinas aspernari audeatis: sine quibus nec Theophrastus, nec Theophrasti magister Aristoteles scribere quicquam aggressus est. Ob hæc ipsorum quidam vix tandem erubescentes, & tanquam è profundo somno excitati, non amplius indocte, et ferine, sed erudite, & humane ad me conuersi disceptare cœperunt. Et quid, dicebant, plus cõficitur hac oratione, q̃ non & sanguinem arteriæ continent, & à corde spiritu replentur? Tum q; nos asserebamus illud eos male ita inferre, non igitur sanguinẽ arterię continent: neq; enim istud esse, quod inferri debeat, sed illud, non posse in idem concurrere, vt & sanguinem arteriæ contineant, & à corde spiritu repleantur. Subinde rursus ex hoc aliquando sanguinem ipsas continere deduximus, fuit q;

deductio

deductio talis: Si sanguinē arterię continēt, à corde spiritu nō implenī: sed sanguinē arterię conti E nent: igitur à corde spiritu nō implentur. Ab his rursus, si voluerimus in memoriā reducere, quæ superius dicebamus, ita percōtabimur: Si plenæ sanguinis magnæ arteriæ sunt, ordinem q; in pulsando seruant, & itē alias, quę ab eis oriuntur, eodem tenore moueri non prohibent, vel quia spiritu replentur à corde, vel aliqua alia de causa pulsant: non primū, ergo secundū. Item deinceps interrogabimus ita: Vel, quia spiritu à corde cōplentur, extendunī: vel, quia distendunī, arterię cōplentur: nō ob primū: ergo ob secundū: nam cū vis quędā arteriarū tunicis insit, qua distendanī, quidquid ipsis circūquaq; vicinum est, attrahunt, vndecunq; in eas cōcedat. Exemplis adhuc magis intelliges, quid intersit inter id, quod extendiī, quia repletur: &, id, quod impletur, quia distenditur. Vtres, & sacculi, si replentur, extenduntur: fabriles aūt folles ideo replentur, quia extenduntur: arterias igitur vel vt vtres, vel vt folles, impleri perspicuum esse debet vnicuiq;. Quo nam aūt pacto rei veritas se habeat, à nobis quidem est in aliis commētariis plene demonstratum: q̄q̄ non parum & nunc constiterit extentas arterias extremis partibus, & foraminibus ex quocunq; loco sibi vicino attrahere, quicquid ipsarum sinus implere idoneum fuerit: nam vel hoc, vel oppositū verum est: ostendimus autem oppositum falsum esse: hoc igitur verum esse relinquitur.

Motrix facultas à corde in tunicas arteriarum venit, qua se pandunt omnes simul, & spiritum attrahunt. F CAP. 8.

Lib. de morbo sacro ante mediū. & 6. Epid. sect. 6. tex. 1. 3ª. 194. h

De corde circa medium.

QVocirca cum ambigunt, quo modo spūs in totū corpus à corde feratur, si plenæ sanguinis arterię sint, difficile nō est eiusmodi dubitationē soluere, & dicere, nō ferri sed trahi spiritū in arterias: nec à corde solo, sed vndequaq;: sicut Herophilo placet, & ante Herophilum Praxagoræ, Philotimo, Diocli, Plistonico, Hippocrati, & aliis sexcentis. ‖ Vim tamē, quæ arterias extendit, à corde ceu fonte quodā manare, à nobis est in aliis libris explicatum, & ab omnibus antedictis viris cōcessum: longe q; magis inuestigatorem naturæ decet ita opinari, q̄ putare spiritū per arterias ceu per lapideos canales ferri: facultatibus etenim agendi, non corporis mole, viuentia à nō viuentibus differūt. Verū de his in præsentia disputare non intendimus: neq; enim, vt in finē vsq; sermonem hunc persequeremur, eum inceperamus, cū satis super q; hisce de rebus aliàs à nobis disceptatū sit, pręsertim vero in libris, quos de placitis Hippocratis, et Platonis emisimus: cęterū, vt ostenderemus, quibus rebus decepti sectatores Erasistrati in absurdam adeo sententiam deuenerint, harū opinionum mentionē facere coacti sumus: quibus si vnū etiam addidero, quod è corporū dissectione collegimus, finē dicendi faciam: est aūt id quod dicimus, huiusmodi. Arteriā vnā è magnis, & conspicuis quāpiā, si voles, nudabis: primo q; pelle remota ipsam ab adiacēti, G supposito q; corpore tādiu separare non graueris, quoad filum circū immittere valeas: deinde secundum longitudinē arteriā incide, calamū q; & concauū, & peruiū in foramen intrude, vel ęneā aliquā fistulā, quo & vulnus obturetur, & sanguis exilire nō possit. Quoadusq; sic se arteriā habere cōspicies, ipsam totā pulsare videbis: cū primū vero obductū filum in laqueū contrahens, arteriæ tunicas calamo obstrinxeris, nō amplius arteriā vltra laqueū pulsare videbis, etiamsi spiritus, & sanguis ad arteriā, quę est vltra filū, sicuti prius faciebat, per concauitatē calami feratur: q, si propterea pulsabāt arterię, pulsarēt etiā nunc partes, quę sunt vltra laqueum: sed nō pulsant: igiī perspicuum est, qm̄ moueri posse desinūt, non p spiritū in concauitatibus discurrentē, sed ob virtutē in tunicas transmissam, arterias à corde moueri. Nam, quę Erasistratus de motu arteriarum prodidit, falsa prorsus sunt. Ante enim, quā nudata arteria, in partibus, quę vltra laqueū sunt, moueri desistat, videre licet (quod nec fieri antea oportebat, q̄ ea laqueo obligaretur) totā vno tpe moueri, non autē hanc quidē partē prius (vt vult Erasistratus) illā vero posterius. Atq; hęc ipsi vehementer absurda cōtingūt. Nā, si prius, q̄ sanguis in arterias veniret, aliquis forsitan cōcessisset celeriter adeo spiritū in arterias ferri, vt quæ nam pars arteriarū prius, & quę posterius attolleretur, sensum lateret: cū plenę sanguine fuerint, fieri nō potest, vt spiritus tā cito, sicut ante, à corde in extremas H arterias perueniat. Quòd, si hoc, vt dixi, aliquis forsan cōcederet: saltem post immissionē concaui calami, motus arterię vltra calamū, antea, q̄ filum obstringas: & obstricto filo quies eiusdem subsecuta, planè demonstrat non corpus aliquod per arteriarū concauitates à corde protrudi, sed motricem qualitatē per earum tunicas ab eodem submitti, quę illas distendit. Vt enim, si digitum pedis mouere decreuerimus, ipsum statim mouemus, non quia decernēs facultas in digito resideat, sed quia momento tēporis vis quædam in eū transmittitur, ita & à corde quædā motrix facultas in omnes arterias illico delegatur: facultatibus enim, mouendi celeritas conuenit: corporibus, eadem aduersatur. Hanc positionem siquis, vt Aristoteles dicere solebat, tenuerit, quæ proposuerit, scio, certe demonstrabit: sin contentionis cupidus tenere noluerit, neq; hac, neq; alia demonstratione persuaderi poterit: & ab iis, quæ in corporum dissectionibus manifeste constant, dissentire cogetur: etiamsi quasdam dissecandi formulas aliqui conscripserint, in quibus se pollicentur arterias vacuas sanguine mōstraturos: sed, vbi ad rē ventū est, mendaces deprēduntur: quod tñ mirū esse nemini debet, cū & Erasistratus ipse longe maiora se monstraturū recipiat. Verū, qui in dissectione corporum mentitur, is nullam sibi fidei partem relinquit: quanq̄ Erasistratus nequaq̄ fuit ad eo impudens, vt ea scribere sit aggressus, quę à quoq̄ conspici nunquam possent.

Galeni

GALENI DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIBRI NOVEM

A Ioanne Andernaco latinitate donati.

Et, post diligentissimas Andreæ Vesalij Bruxellensis, & aliorum quoque castigationes, pluribus in locis emendati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Singularum corporis partium dissectionem docet. Ac in primo quidem libro de musculis, & ligamentis manus pertractat.

Qua de causa hi à Galeno conscripti fuerint libri, ac de cæteris libris anatomicis. *CAP. I.*

ANtea quoq; administrationes anatomicas conscripsi, cum primum nuper ex Græcia Romam sum reuersus, initio principatus Antonini, qui nobis etiam nunc imperat. Rursus tamen alteras hasce duplicẽ ob causam literis mandare mihi visum est: Primum, ꝙ Flauius Boethus Romanorum Consul, cum ex vrbe in suam ipsius patriam Ptolemaidem proficisci instituerer, precibus me compulerit, vt priores illas administrationes sibi præscriberem: tam enim anatomicæ speculationis amore flagrabat, ꝙ mortalium, qui vixerũt vnquam, vllus alius. Dedi igitur iam discedenti, præter alios cõmentarios, etiam de administrandis consectionibus opus libris duobus comprehensum: cuiusmodi veluti memoriæ adminicula desiderabat, veritus, ne multorũ, quæ exiguo tempore apud nos viderat, obliuisceretur. At, quoniam fato ille functus est, nec ego commentariorum exemplariũ copiam amicis possum facere, iis videlicet, quæ Romæ habueram, per incendium amissis, ideo rursum ab illis rogatus, satius esse putaui alios conscribere. Altera causa est, ꝙ hoc opus, eo, quod tunc condideram, longe melius reddetur: puta tum libris fuse, perspicuitatis gratia, explicatis auctius: tum diligentia exactius: quippe multas interea consectionum speculationes adinuenimus. Siquidem, cũ Boethus adhuc Romæ ageret, libros de Hippocratis anatome, & Erasistrati absoluimus, preter illos de viuis resecandis, item de mortuis, insuper de respirationis causis, & de voce commentarios. Porrò à discessu Boethi ingens volumen de particularum vsu composui, quod septemdecim libris absolutum viuenti adhuc illi misimus. Verum de thoracis, & pulmonis motu tres olim commentarios adolescens exaraui, sodali in patriam post longius temporis interuallum redeunti gratificaturus: qui publice aliquod artis suę specimen ædere cupiebat, sed demõstratiuis orationibus componendis parum erat idoneus. Quo etiam mortuo accidit, vt commentarij in multorum manus exciderent, quamuis in hoc non parati, vt ederentur: nam degens adhuc in Smyrna, Pelopis audiendi gratia, qui secundus post Satyrum Quinti discipulum præceptor mihi obtigit, scripsi sane ipsum, non dum planè magni quippiam, aut noui dicere conatus. Postea vero, cum fuissem Corinthi, vt operam darem Numisiano, qui & ipse celeberrimus Quinti auditor extitit: itẽ Alexandriæ: tum apud alias quasdam gentes, quibus cum Numisianum Quinti discipulum uersari audiebam, deinde in patriam meam perrexi: in qua haud ita diu commoratus, Romam repetij: vbi permultas Boetho consectiones ostendi, præsentibus quidem ei semper Eudemo Peripatetico, & Alexandro Damasceno, qui nunc Athenis publica peripateticę disciplinę professione dignatur: subinde vero & alijs plerisque viris præclaris, quemadmodum & Sergio Paulo Consule, nunc Romanorum præfecto, viro tum rebus, tum disciplinis philosophicis, (ac omnia) præcipuo. Tunc itaque anatomicas, id est incisorias administrationes, in Boethi gratiam composui,

multa

multa sanè & perspicuitate, & exacta diligentia iis, quas nunc paramus, inferiores. Proinde iam E mihi mentem accommoda sermonem auspicanti.

Ratio Sceleti parandi, ac de ea, quæ fit in simiis, exercitatione. CAP. 2.

QVod in tentoriis præstant pali, χαμάκας Græci dicunt, & in ædibus parietes, id nimirum in animalibus ossium substantia: quippe ad huius imitationem cætera in animante solent effingi, mutari q;: vt, si animali caluaria sit rotũda, necessario cerebrum tale fuerit: quemadmodum etiam, si oblonga sit, talem quoq; figuram huic ipsi animali cerebrum induet. Iam vero si maxillæ paruæ, facies q; tota existat rotundior, necessario quoq; ipsarum musculi parui erũt: pari ratione si longæ, longa statim huiusmodi animali erit tota facies, eius q; musculi tales apparebunt. Quapropter quidem & simia inter vniuersa animantium genera, tum visceribus, tum musculis, tum arteriis, tum neruis, simillima homini est, quoniã & ossiũ forma: nam ob horum naturam binis cruribus incedit, prioribus q; artubus vt manibus vtitur, & pectoris os omniũ quadrupedum latissimum habet, clauiculas humanis similes, faciem rotundam, collum breue. Quæ iam cum hominis similitudinem referant, qui fieret, vt musculi secus haberent? Hi enim ossibus foris adhærent, protensi q; sunt: quare etiam tum magnitudinem ipsorum, tum figuram imitantur: hos rursus arteriæ, venæ, & nerui sequuntur: & hæc sanè ossium, secundum quæ porriguntur, for F mam referunt. Quoniam igitur corporis forma ossa repræsentat, & his aliarũ partium natura respondet, velim te in primis exactam humanorum ossium cognitionem, peritiam q; indipisci, nõ obiter ea spectare, neq; etiam ex libris solum discere, quos Græcorum quidam ὀςεολογίας, id est ossium interpretationes, vocant: alij σκελετούς, quasi dicas cadauera afficcata: non nulli simpliciter de ossibus inscribunt, cuiusmodi & noster est: quem tum exquisita rerum indagatione, tum interpretationis promptitudine, et perspicuitate, omnibus ante nos scriptis præcellere persuasum habeo. Hoc autem sit opus tuum, hoc studium, vt non librorum modo lectura, verum sedula etiã inspectione, fide'que oculata, cuiusque ossis humani speciem accurate perdiscas: quod quidem in Alexandria multo facilius facies, vbi medici ossium disciplinam auditoribus ante oculos exponunt. Enitendum itaque tibi censeo, vt Alexandriæ commoreris, si non alterius, at huius certe rei solius gratia. Quod si non assequaris, licebit vel in eum modum hominum ossa contemplari, quo ego quoque vsus sum: siquidem inspexi subinde admodum, vel sepulchris quibusdam, vel monumentis dissolutis. Atque etiam fluuius aliquando sepulchrum pauculis mensibus ante negligentius extructum superans, ipsum ex facili dissoluit: totum'que cadauer agminis impetu tractim ductum, carnibus quidem iam putrefactis, cęterum ossibus adhuc inter se strictim cohęren- G tibus, vsque ad stadium pronum detulit: at, cum ipsum locus portuosus margine altus excepisset, eodem cadauer appulit: atque hoc tale nobis occurrit, quale medicus ipsum ad adolescentis disciplinam de industria præparasset. Cęterum mihi visum est etiam latronis quandoque cadauer assiccatum, paululum extra viam in monte procumbens: quem viator quidam se prius adorietẽ contra pugnando occidit. Nemo autem ipsum illius regionis inquilinus sepulturæ mandaturus erat, vt qui odio ipsum prosecuti, à vulturibus deuorari gauderent: qui carnibus illius biduo absumptis, cadauer exiccatum, tanquam ad doctrinam, cuicunque inspicere voluisset, reliquerunt. Tu, si ne huiusmodi quidem vllius spectandi copiam nactus fueris, at in simia incisa carnibus exacte ablatis, singula ossa consideres: ad quod delegeris simias hominis figuræ quam proximas. Tales nimirum sunt, quarum maxillæ nec oblongæ: nec dentes canini, quos Græci κυνόδοντας appellant, magni prodeunt. In id genus simiis etiam alias partes humanis positura similes deprehendas, atque eius rei gratia duobus cruribus ipsas & ingredi, et currere. Quę vero cynocephalos imitantur, rostro longiore sunt, & dentes caninos habent prominentiores: hæ etiã vix binis cruribus consistunt erectæ: tantum abest, vt ambulare, vel currere possint. Itaque simiæ, vel maxime homini similes, exiguo aliquo interuallo perfectam illius rectitudinem non assequuntur. Nam H & femoris caput obliquius quodam modo cum acetabulo coxæ committitur: & quidam ex musculis, qui in tibiam descendunt, vlterius progrediuntur: quæ ambo rectitudinem impediunt, offendunt q;: quemadmodum & pedes ipsi calce magis angusta constant, digitis aũt insigni spatio inuicem discretis: sed hæc parua sunt, eo ꝙ simia paululum à rectitudine discedit. Quæ cynocephalos referunt, quoniam amplius hę, id ꝙ manifesto, iam ab humana specie degenerant, euidentem quoq; ossium dissimilitudinem sortitæ sunt. Proinde eas potissimum simias diligito, quæ ad hominis figuram proxime accedunt: ac in ipsis ossium naturam ex libris nostris decerptam diligenter condiscas: statim enim fiet, vt nominibus etiam ipsorum assuescas, quę simul ad reliquarũ partium incisionem percipiendam non mediocriter conducent. Quippe, si hoc pacto instructus in humanum cadauer assiccatum postea aliquando incidas, facile omnia agnosces, & memineris. Quod si lectione sola, citra simiarum ossium speculationis vsum, ac consuetudinem nitaris, haud poteris ita ad amussim hominis cadauer repente visum cognoscere, nec recordari: si quidem memoria rerum, quæ sensibus nostris patent, assiduam requirit consuetudinem. Hinc est, ꝙ inter ipsos homines, illos celerrime cognoscimus, quibus'cum familiaritatem habuerimus: qui vero semel, iterum q; visus longiore temporis interuallo nobis occurrit, eum rursus præterimus, nec omnino cognoscentes, nec, ꝙ antea conspexerimus, memores. Hoc pacto neque decantata illa anatome

A me grecè κατατρίπτωσιν, quod casu accidat, dicta, quam non nulli medicorũ magna celebritate profitentur, spectatorũ naturã edocere potest: inspicere enim prius conuenit multo ocio quanq; particulam, vt statim visa cognoscat, præsertim in hominibus ipsis: sin minus, certe in animantibus homini similibus. Nam multorum partes cute, non nullorũ carne etiam ipsa detectæ fuerunt, cũ fœda quædam lues carbunculorum in plerasq; Asię ciuitates vulgariter ingruisset. Porrò per id temporis adhuc in patria studebam Satyro, annum iam quartum in Pergamo agenti cum Costunio Rufino, qui nobis diui Æsculapij templum extruxerat: Quintus aũt Satyri præceptor haud multo ante è vita excesserat. Qui igitur inter nos Satyrũ particulas quasdam detectas incidentem conspexerunt, prompte eas cognoscebant: dearticulatam q; dignotionem moliebantur, imperantes ægris, vt motum aliquem ederent, qui, à quo'nam procederet musculo, ipsis constabat, dũ leuiter musculos contraherent, interim etiam in obliquũ deflecterent, arteriæ magnæ adiacentis, vel nerui, vel venæ spectandæ gratia. Alios autem omnes quasi cęcos videbamus, quibus tũ partes detectæ essent incognitæ: tum alterutrũ è duobus necessario accideret, nempe vel, dum multas nudatorum musculorum partes eleuabant circũagebant q;, negocium ægris facesserent, frustra importuni: vel nequaq̃ huic spectaculo manũ admouerent: nam ægro iniũgere, vt particulã conuenienter moueat, ij, quibus consuetũ est, percallent: vnde nimirũ ego didici vulnerũ spectationẽ illis, qui iam antea nõ nihil eruditi sunt, præceptorũ memoriam cõfirmare: alios autem, qui nihil pręsciuerunt, omnia ipsam docere non posse. Sed age ad institutũ veniamus. Ossium, vt dixi, omniũ natura perdiscenda est, siue in humano, siue in simiæ corpore, modo possis: præstaret autem in vtroq;. Post illa mox ad musculorum concisionem properandum. Nam hæ duæ corporis partes reliquis omnibus, veluti fundamenta, subiecta sunt. Deinde licebit quoduis discere primum, siue arterias, siue venas, siue neruos. Atq; in horum confectionibus versato, viscerum natura, ad hæc intestinorum, adipis, & glandularũ innotescet: quæ rursus ipsa per se penitius inspicere conuenit. Hunc igitur exercitij ordinem sequi potius tibi suaserim. Porrò qui † alio modo} volet ostendere, curabit, vt particulam ab ipso propositam, quàm fieri potest ocyssime, detegat, variis q; modis indicet, aliàs secundum aliam sectionis administrationem, vt docturus sum. Præstiterit sic instructum esse, vt, siquando simiæ copia non datur, aliorum animantium corpora queas incidere, definiens statim, in quibus à simia discordent, euarient q;, nam & illa indicabo.

† Alteri, ex antiquo cod.

De Dignotione musculorum, ac de negligentia antiquorum in eis dissecandis. CAP. 3.

C OSsium sanè positura seorsim, vt dixi, exposita nobis est. Atq; oportet te libro illo, quo hæc tractantur, prius perlecto, non res modo, sed nomina quoque ipsarum, velut in numerato habere, ne in præsenti cõmentario, si quod in sermone incidat, interpretari cogamur. Porrò scripsimus paulo ante etiam musculorũ anatomen separatim, amicorum impulsu, vt discedẽtes haberent visorũ commẽtarios. Maxime vero hortati sunt, vt hanc ipsam anatomen seorsim peculiari libro comprehenderem: quoniã Lyci quidam commentarius nobis allatus est, tam prolixus, vt propemodum quinq; versuum millia contineat, in plurimis ipsorum erroribus scatens adeo, vt etiam musculi non pauci omissi sint. Noster vero, in quo anatomẽ ipsam tradidimus, quasi tertiã illius partem magnitudine sua absoluit: vniuersos tñ musculos docet, prærerq̃ quod Lyci etiam mentionem faciat: qui musculorum complurium actiones ignorauit: quasdã omnino pręterijt. Licet sanè, cuicunq; visum fuerit, ex illo etiam libro simię concisionem addiscere: sed hinc quoq; eandẽ est petere, tum magis adhuc, quomodo singularum partium musculis dissecandis manum admoliri conueniat. At primum in cadauere exercitij sumas exordium, quo musculi cuiusq; consideres principium, extremum q;, & fibras, omnes'ne secundum longitudinem musculi inuicem similes existant, an compositionem variam sortiantur. Quosdam enim simplicem fibrarum naturam habere inuenies: non nullos duplicem, vt pluribus sibi mutuo incũbentibus musculis similes esse videantur: quinetiam fibras longitudine inter se contrarias continere. Quæ vniuersa tum medicinæ parti, quæ manu medetur (χειρουργίαν Græci vocant: tum actionibus inueniendis, haud parum profuerint. Etenim in chirurgia interim musculos ipsos propter abscessus altiores græce ἀποστήματα} & putrifica vitia incidere cogimur. Actionis cognitio maxime ex vsu est, vt pernoscas in magnis vulneribus, vbi musculus totus ex transuerso fuerit dissectus, functionem abolitam: quod si prædixeris, nullum reprehensioni locum quærulis istis hominibus relinques, qui illius abolitionem medicorum curationi, non vulneri prius impacto, ferunt acceptam. Quinetiã vt exquisite manu cures, actionis musculorum cognitio nimisq̃ est necessaria: quippe non nullorum munus tam est proprium, vt tota particula fiat inutilis, si actione ipsius priuetur: quidam vero impropriis pręsunt functionibus. Quamobrem satius est eum, qui hæc prænoscat, alios reuerenter, alios audacius incidere. Præstat etiam pro fibrarum ductu, diuisionem ipsorum moliri: nã transuersæ, si cum hac conferantur, sectiones, actionem dissoluunt: voco autem transuersas, quæ ad angulos rectos fiunt. Necesse quidem est interim partes quasdam vulneribus angustis in profundũ spectantibus cõfectas, adhuc amplius diuidere, aliàs ob alios vsus. Fit enim interdũ, vt puncturam aliquis maxime circa tendinis caput, vel radicẽ accipiat, eam q; totam adeo angustam, vt periculũ sit, ne summis partibus cõglutinatis, profundiores nõ coaluerint. Est, cum ob defluxum in

musculos

musculos incidimus: item figurarum gratia subinde, in quibus vulnus acceptum est, profunda di E uisio euanescit, occultatur q; Quippe si eleuato, exempli gratia, brachio vulnus impingatur, fieri certe non potest, vt in tota curatione sic homo figuretur: deligenda si quidē figura, quæ ex oībus minime est dolorifica: at, dū figura, qua vulnus acceptum est, mutatur, vt præsenti malo sit idonea diuisio in alto facta interdū obscurescit, & ex toto occultatur, vt nec medicamentū in eā immitti, nec sanies possit effluere: ob quā causam incisio est in talibus necessaria, siue in latum, vulnus du cere, siue glutinare desideres: atq; in hoc opere, fibrarū positurę, musculorū q; actionū intelligen tia oīum maxime requiritur. Cęterum accurate oīa eum, qui se in anatomicis exercitat, conficere oportet, vt ne vel propriis ipsum manibus pellem auferre pigeat. Nā octo statim musculos ignorarunt, qui ante me simias aliis excoriandas cōmiserunt, queadmodū ego quoq; initio. Sunt vero horū octo musculorū, duo ad buccarum motū à natura formati, alii autē duo brachia lateribus adducentes: hos sanè in totū ignorarunt: aliorū vero quatuor musculorū & vsus, & tendines iam antea fuerūt ipsis incogniti. Vniuersi nanq; in tendines ad amussim rotūdos desinunt: explicati, sic in latū & eiusmodi tenuitatē cessant, vt membranā esse diceres: plantæ quidē, tendo, qui hanc partem occupat, subhæreſcit: depili vero manus parti intrinsecus, qui illam. Censuerūt autem de iis anatomici omnes, qp, qui in manibus essent, digitos flecterēt: qui in tibia, calcē retrorsum age- F rent. Atq; hoc probabili rōne asseruerunt: in pedibus enim ne vnus quidem principio musculus natura ad huius tendinis generationem peculiariter destinatus est: sed vnius ex suræ* musculis bipartiti, portio altera prædictum gignit tendinē. In manibus cōspicua tendinis est generatio: † sed inter excoriandum ipsius partē, quæ depilem manus cutem subit, simul cum cute auellere solent. Itaq; deprehendentes tendinem ex musculo clare proficisci, deinde videntes infimum eius extremum auulsum, ad disputationem magis, q̃ studiosam institutionē, declinant, rati & hunc, sicut ei subiectos, flectendis digitis esse procreatum. Multa certe id genus in vniuerso animāte anatomicis neglecta ostendimus, quippe quos diligēter incidere pigeret, cōtentos dixisse, quid probabile sibi maxime videretur. Quare non est, quod mireris tam multa existere, quæ animali adhuc viuo ignorarint: quandoquidem, quæ solū diligenter resecando spectare cōueniebat, tanq̃ nullius momenti reliquerunt. An enim vnq̃ incidere conati sunt, aut funiculo partes viuente adhuc aīali excipere, vt quæ'nā actio læderetur, condiscerent? Primum itaq; mihi famulorū aliquis simias excoriabat, cum videlicet opus id detrectarem, vilius existimās, q̃ vt à me administraretur. Postq̃ vero exiguā quandam carnē sub axilla inuenissem insidentem simul, & cōiunctam aliqua ex parte illius loci musculis, sed quæ nulli ipsorū posset accommodari, visum est mihi satius alterā simiam G diligenter excoriare. Accepi igitur ipsam in aqua suffocatā, vt facere consueui, ne videlicet pars vlla colli contundatur: summam cutē duntaxat abstuli, iis quæ subiacent, intactis: inueni musculum tenuē, & membranosum costis omnibus incumbentē, qui inferius principiū subter vniuersam ilium cutē expansum habet. Hic musculus spinalium musculorum in lumbis contiguus erat operculo, quod ex spina ligamenti naturā sortitum prodiit. Nomino autē sic, quę ex ossibus procedunt: quemadmodum, quæ de cerebro, & spinali oriuntur, neruos: nerueas autē musculorū tenuitates (ἀπονευρώσεις Græci vocant) tendines appello. Quia vero semel hunc musculū inueni (dicetur enim suo loco eius natura) multo etiā magis conatus sum totā ipsam animantis pellem auellere. Atq; inde comperi, quos paulo ante dixerā, musculos, haud ad mediocres vsus à natura creatos: quorū primos lęui, ac depili summæ manus parti, quæ ipsius interior est, subiectos recensebimus, qm̃ melius esse censeo in primis totius manus disciplinā instituere, secutus librorum ordinem, quos de vsu particularū septemdecim cōscripsimus. Etenim priores administrationes anatomicas duobus cōprehendi libris iuxta Marini anatomes ordinē: quorum in opere de partium vsu mentio facta est. Nunc tandem ad hunc commentariū aggredior, diu interea in confectionibus spectandis versatus, vt quędā insuper exactius elaborata adinuenerim, præsertim ex iis, quæ H in exordio illius operis cōmemorantur. Latebāt enim me adhuc parui illi summis in artubus musculi, qui primū cuius q; digiti articulum simul flectunt: putabam q; solius membranei ligaminis beneficio, quod tendinē ad extremum ipsorū internodium porrectū foris ambit, functionē hanc administrari. Putabā quoq; tendines vnūquēq; digitū in latera mouentes, iis, qui extēdunt ipsos, flectūt q;, proportionali, vt solis ossiū particulis in artuum cōpagibus insererētur. Atqui rē aliter se habere cōperi: nā singulis digitis ad extremū vsq; extēdunt, fibras exiguas, & telę araneorū modo subtiles, in ossa post articulorū iuncturas sita immittētes. In summa igit̃ manu, & pede hęc inuenimus: nō pauca vero hmōi alia in reliquo toto cōmētario habent̃, de qbus suo loco dicemus.

* γαστροκνημίας, & ita vbiq; deinceps. Sura enim Celso est περόνη.

† Ita castigauit Vesali⁹ & fidel'r. Demet. ita vertit. dū animal excoriat̃, auellitur, cū nō amplius possit simul excoriari, qui depilē &c.

Cur Galenus antiquis anatomicis, cur q; ipsi inuicem aduersentur. CAP. 4.

QVoniam vero cōtraria anatomicorū pręcipuis dicere subinde videor, satius esse cogito paucula de hoc prędibare. Nō ego primus in cōcisionibus, discordię medicorū auctor extiti, sed potius veteres, id q; duplici de causa: hac, qp nō nulli falsa memoriæ prodiderint: illa, qp diuersis docendi rationibus vsi, pp quas licet inter se non dissentiant, quantū ad visorum cognitionem attinet, imaginē tamen controuersię iis prebeant, qui libros quidem ipsorū legūt, cęterum, quæ confectiones indicant, nunq̃ viderunt. Dictum itaq; est vberius de huiusmodi vniuersis in

priore

A priore anatomicorum dissensionis libro. Dicetur autem etiam nunc, sed breuius, & quantum ad præsens duntaxat institutum conduxerit, hoc sermonis sumpto exordio. Non nulli sanè consectionum professores tot numero esse musculos autumant, quot singuli habuerint capita. Quidā non capitibus, sed terminis attendendum esse censent: ad hæc, magnitudinem ipsorum cōsiderandam. Siue.n. multa capita inuicem coeuntia statim vnius descriptionem musculi efficiant, nō conuenit (aiunt) musculum hunc tot esse putare, quot eius capita numerētur: Siue etiam termini plures motum habuerint vniformem, melius esse dicunt vnum hunc musculū statuere: Quòd si iam in particulas plures secundū rectitudinem vniuscuiusq; ipsorū dissolui non posset, multo sanè magis vnum hunc musculū esse pronunciant. Huiusmodi quid ēt musculo accidit, qui medio cubito à foris incumbit. Nam cohærens sibi continuus q; & vnus ad amussim, quatuor tendinum propagines iuxta brachiale diffundit, motum vniformem ministrātium: siquidem vnusquisq; digitum, cui insertus est, extendere solet. Merito igitur oēs anatomici musculum hūc vnum esse dicunt, nō aduertētes tendinum multitudinem, in quos desinit. Eadem ratione videntur adiectum ei musculum, qui paruos digitos in obliquū agit, vnum putare, licet in suo ipsius termino duos potissimū tendines habeat: nam musculus ipse vniuersum corpus suum, quod supra tendines positum est,
B constrictum habet, vnius descriptionem musculi obtinens. Quòd si, quemadmodum tendinibus, sic quoq; musculis eis superpositis, duplex esset circumscriptio, duos nimirū musculos statuissent, qui paruos digitos in obliquum agunt: q̄nquidem musculum, cui reliquorum trium digitorum idē motus delegatur, non vnū collocant: Si tn̄ motuū similitudo sufficiēs nota ipsis esse videretur, quæ fidem faceret vnum existere musculum, certe, quemadmodum extendentē quatuor digitos vnum omnes ponunt, sic & in obliquum eos agentes, non duos musculos, sed vnum numerarēt. Præterea, cum plura musculus capita habuerit, quæ inter se haud multo post principiū in musculi suam obtinētis circunscriptionem coeant, neq; hic mentem capitum numero aduertunt. Pari modo priorem brachij musculum ex duobus incipientem capitibus vnum omnes constituerunt, q; tum finem vnum habeat, eo q; motum necessario vnum: tum vniuersam pariter circunscriptionē vnam. Non tn̄ illos qui suram efficiunt, vnum ponunt, etsi per vnum tendinem calcem ingredi opinētur, eo q; longissime ipsorum capita procedūt prius, q̄ in idem vnà cōueniant. Si itaq; rectè ponunt, parum recta in alijs musculis disciplina frequenter vtentes, non tn̄ protinus dicet aliquis huius gratia ipsos ignorare musculos, de quibus differunt: nec etiam meliore docēdi modo vsum, hinc solum cum alijs dissentire quisquam suspicabitur. Duos itaq; eadē in re doctrinæ modos dein
C ceps producam, imaginatione quidem discrepantes haud mediocriter, cæterum re ipsa nō ad modum: dicatur autem prior ipsorum hoc pacto. Digitos tres maiores, pollicem videlicet, quem ἀντίχειρα Græci vocant, indicem, & medium, vnus musculus in latus, ceu ad parui digiti regionem, mouet, ex toto cubiti osse procedens: iuxta brachiale tres tendinum ramos diffundit, à quibus in latere digitorum insertis, obliquus ipsorum motus peragitur. Hic quidem prior docendi modus est: alter post hunc iste est. Duo musculi extrinsecus cubito incumbentes, tres illos digitos in latera ducunt: Alter ipsorum in medium & indicem digitum tendine bifido inseritur, cubiti ossi quàm longissime annexus: Alter simplici tendine prodiens, tanquam & ipse vnus sit, pollicē indici admouet: caput quidem in supernis partibus cubiti propter ipsius cum brachio articulum obtinet: mox in tendinem cessat, qui musculo nuper dicto binos digitos, medium puta & indicē, mouenti adnascitur. Atque hæc altera tibi disciplina esto. Differunt sanè inuicem, non re ipsa tātum, de qua disputant, quantum, vt diximus, docendi ratione. Exactior enim quodā modo altera est, quæ duos esse musculos dicat ipsos, q; propriam circunscriptionem musculus, qui pollicem mouet, habere videatur: non tamen prior doctrina omnino repudianda est, quia musculi inter se mutuam ferè societatem ineunt, tenuibus q; inuicem filamentis cohærent. Multo adhuc magis in
D tendine, qui magni digiti & brachialis motor est, docendi ratio falsæ dissensionis imaginem præ se fert: quandoquidem illic quoq; vnum hunc esse musculum dicas, licet, (quemadmodum ab anatomicis assertum est) q; videlicet vnum habere caput vnam q; circūscriptionē videatur: etsi duos in radij extremo, vbi brachiale incipit, tendines producat. At vero, cui exactior disciplina curę fuerit, ei magis conueniet dicere non vnum musculum, sed duos existere, quamuis inter se arctim cohærent à capite vsque dum in tendines scindantur. Nam, quòd omnino separantur, si commode eos secernas: quod q; diuersas specie partes mouent, duos esse ratio ipsa conuincit: siquidem alter tendinum maiorem digitum, alter brachiale mouet: qui sanè motus vniformis est, particulæ vero diuersæ. Quòd porrò motuū differentia potius, q̄ superioribus principijs, musculos inter se discernere consueuerint, satis argumenti præbent, non vnum dicentes, sed duos musculos existere, à quibus omnes digiti flectantur: quanq; & motus eorum ferè sit vniformis, & principium superiore ex parte vnū. Quia vero hoc tendinum caput, secundum articulum: illud, primum & tertiū inflectit, iccirco duos aiunt esse musculos, exacte per totum brachium inuicem adunitos prius, q̄ in tendinum radices terminentur: quas pariter duas esse ex motuum diuersitate animaduerterūt. Itaque disciplina exactissima has intentiones continet. Non tamen aliter docentes reprobare decorum est, quando parum ab ea desciuerint. Secus enim faciendum est, cum à plerisque bonæ existimationis

ſtimationis viris ſcriptum non nihil inueniamus,quod non multum ab optima doctrina degene- E ret: adeo q; nos priore illa vti præſtiterit,ne auditores turbemus,in diſcordiæ imaginationem perducentes.Qui autem exquiſite rem volet conſiderare,vel opinabilem præfatus diſciplinam,ſubijciet deinde ſermoni, melius eſſe,ſi quis duos hoſce, exempli gratia, muſculos propter rationem illam exiſtimet: vel præſtantiſſimam interpretatus,iterum deinde ſubiunget licere duos hos muſculos vnum propter longiſſimam inter ſe continuitatem conſtituere. Hęc itaq; de omnibus muſculis prędixiſſe initio conueniebat.

De adminiſtratione muſculorum Cubiti interiorum,qui Brachiale & Digitos flectunt. CAP. 5.

NVnc,quo modo ſe gerere debeat,qui tum ipſe exercitari,tum alteri monſtrare velit,tempeſtiuum eſt dicere. Sed primum oſtendemus communem multorum,anatomici nomen falsò ſibi arrogantium, errorem, qui interim animal incidunt longo tempore mortuum,vt partes iam inaruerint, contractæ q; ſint: ac maxime dum cutem aforis ipſi circundatam,vel membranas, vel alia quędam corpora tendentes,non nullas ſimul ex ſubiectis particulis auellunt: quomodo & illi,qui per tendinem internæ manus parti inſertum digitos trahunt inflectunt q;: quamuis ipſi dicant muſculum vel tendinem in os, quod mouebitur, conijci oportere. Male itaque hic, eorum, quæ recte dixerint, obliti digitos aiunt à tendine flecti,nuſquam oſſi inſerto.Proinde,qua ratione F nos adminiſtrare oporteat, ne ex æquo cum illis erremus, dicendum modo venit. Primum ſanè totam cubiti atq; digitorum cutem exteriorem auferemus,ab ea ſolum, quæ extremam intus manum cooperit,abſtinentes: dein, quæ in articulo ſunt brachiali, ſtudioſe adimere oportet, ſi forte quæpiam membrana ex detracta cute reſidua ſit. Verum huiuſmodi auellendis ſcalpellus acutior eſt accommodus,quemadmodum muſculis inuicem ſeparandis retuſior. Iam vero mēbranis adēptis,primo q; poſt ipſas medij cubiti ſub cute ſumma muſculo,de quo paulo poſt diſſeram clarius, videbis ligamēta articulorū compagibus iniecta,poſita in vtraq; mēbri parte, foris et intrinſecus, tranſuerſa: quibus capita tendinum ſubiacent,interna parte digitos flectentiū,exteriore intendentium. At ex vtraq; ligamentorum,quæ dixi,parte,interna quidē duo ſunt muſculi brachiale flectētes,quorum hic recto tramite verſus paruū digitum,alter verſus indicem,porrectus eſt: externa vero propter cubitum,qui brachiale extendit,vnus: duo ad radium,brachiale vtriq; mouentes: alter ipſorum etiam magni digiti motor eſt,quem duos potius,quàm vnum,exiſtimandū eſſe dixi. Cęterùm omniū aforis muſculorū,de quibus verba fecimus,capita ligamina habent tranſuerſim cir- G cundata. Iam alius quidam muſculus toti radio deſuper incūbit,nequaquam hic in tendinē alijs, quos recenſui, ſimilem ceſſans: ſed inferius ipſius extremum,quo in interiora conuertitur,mēbranoſum quodāmodo potius obtinet. Nullo hic muſculus ligamine cingitur,vt nec interiores,qui brachialis nodum inflectunt: ſed,quemadmodum à nobis dictum eſt,carnoſus ſimul & in mēbranæ naturam,vbi radius terminatur, degenerans,intrò diuertit proxime brachialis cōmiſſuram: atq; licet tibi,membranoſum tendinem, nerueam eius tenuitatem appelles. Medium itaq; ſitū hic muſculus poſſidet,vt neque exterior neque interior in manu certe naturaliter figurata exiſtat: vt qui toti membro,radio q; incumbat. At,cum omnes anatomici cubiti particulas in duas partiantur regiones, has exteriores,illas interiores ipſius appellantes, nos quoque eandem diuiſionem, ne nouum docendi modum inuehere videamur,ſequi neceſſe eſt. Atqui hunc muſculum externis potius,quàm intimis aſcribendum cenſeo. Cæterum alius etiam,quo de clarius agere diſtuli,intus in cubito deliteſcit,nulli omnium,qui in vniuerſo habentur animante, ſimilem præſtans vſum, niſi vni eorum,qui in tibia ſunt.Extat ſub cute in ſuperficie internæ partis manus,medius inter radium & cubitum muſculus,quem in tendinem latum deſinentem depili manus parti ſubnaſci diximus: hic muſculus cute ſubtracta medius interiorum muſculorum apparet: nihil autem refert, H an exteriora prius incidere velis. Ab hoc igitur muſculo,quem cuti per latum tendinem ſubnaſci dictum eſt,auſpicemur. Tendo autem hic paulo ante brachialis nodum manifeſte emergit: quare hinc probe diſſectionem ipſius inceperis: haud enim obſcure circunſcriptus eſt,& à vicinis ſubiectis q; muſculis ſeiunctus: ad hæc tenuibus fibris continetur, quas vel digitis queas diuellere: at longe facilius hoc ſcalpello hebetiore perficies, tendinis caput in ſublime eleuans, vel hamo vel tuiſmet digitis exceptum. Hinc vero primum incides ipſum ſurſum verſus ad cubiti iuncturam tendentem,ex qua duxit originem. Commendantur maxime ad huiuſmodi munus obeundum, vt modo eſt dictum,ſcalpelli obtuſiores. † Vbi iam tranſuerſim ipſum incideris, deſuper ad primum exortum pertingens,inferiorem partem cum radicibus ipſius ſublimē eleues,quā tranſuerſa ſectione à corporibus,quibus incumbit,ſegregari conuenit. } Atque hic mētem operi adhibeto: mox.n.tendo hic poſt ſuum ipſius caput interioris manus cuti adhæreſcit. Hoc loci bifariam, licet,ſectionem adminiſtres: priore tendinem latum cuti continuum à ſubiectis partibus auferes, ſcalpello ipſum acutiore ſeparans: altera cutem à tendine liberabis,tendinem ſubditis illi partibus incumbentem relinquens,nam vtroque modo natura ipſius apparet. Vbi iam ab ipſo duntaxat cutem ſegregaueris,iterum conaberis tendinem ſeorſim à ſubiacentibus adimere: ſic enim manifeſtiſſime

* διάρθρωσιν. Interpres vocabula hęc commiſſura, iūctura, cōnexus, coarctatio, ſubinde indifferēter modo ꝓ diarthroſi, mō ꝓ ſynarthroſi, mō ꝓ ſymphyſi, his in libris vſurpat, quamuis verba hæc gręca multum inter ſe differāt, vt in procœmio libri de oſſibus videre licet.

* Al. tendens.

† Sunt qui ita vertūt. Deinde trāſuersū ipm incides, relictoq; ſupiore exortu, qui cū ſuis radicibus adhæreat, partem inferiorē, quam tranſuerſa ſectiōe à ſuprapoſitis ſeparaſti, ſublimē eleuabis.

A manifeſtiſſime innoteſcet ex tali prodijſſe muſculo. Iam vero idem internæ omnium digitorum parti ſubtenſus eſt, in lineam illam definẽs, qua depilis manus pars, ambienti eam cuti piloſæ committitur. Poſt hunc tendinem, quem depili manus parti ſubnaſci docuimus, dilatata videbis vaſa, & neruos inibi diſtributos. His membranæ incumbunt, quas cum ipſis in muſculorum diſſectione tolles. Nam ſubſunt tendines, qui digitos flectunt, à binis prodeuntes capitibus, illic maxime ſiti, vbi & ligamentum, & tendinis ſuper illud dilatati caput, poſitum eſſe retulimus: de quo dicere nuper deſtiti. Horum itaque capitum ſubiectorum aliud quatuor producit tendines, digitis omnibus, prçterquam magno, propter ſecundi internodij principium inſertos, à quibus ſecundus eorum articulus, flectitur. At, quod huic ſubiacet tendinum caput, in quinq; diſcretum particulas, in extremam vſque digitorum aciem pertingens, inibi inſeritur. Tendines autem vniuerſos valens aliquod vallum munimentum q; ſingulos priuatim continet, multò ſanè ipſo tendine durius, mẽbranæ vero ſimile craſſiori: quod pro arbitrio voces, licet, ligamentum, membranam, aut compoſita appellatione membranoſum ligamentum, vel membranam duram: nec prohibet quicquam tendinum indumentum, velamen, & tegmen, & tunicam appellare. Porrò, ſi poſt caput in ramos ſciſſum, tendines ſingulos vnà cum prædicto inuolucro attrahas, flecti per eos, qui ſubiecti digito-
B rum oſſibus inſident, primum ipſorum tertium q; articulum videbis, † tanquam inibi tendine inſerto, primum vero nodum per circumiacens ligamen, quod oſſibus adhæreſcit. Quatuor vero tẽdines hoc vinculo ſuffulti, medium duntaxat quatuor digitorum articulum inflectũt, ceu in caput ſecundi internodij inſinuentur. Vocant autem anatomici oſſa digitorum, φάλαγγας, vel σκυταλίδας hoc eſt internodia, vt in ſermonibus de oſſibus annotatum eſt. Videbis autem, vbi inſeruntur, ligamine, quod tendines in orbem ambit, ſublato. Et quidem tendines ſubditi, qui digitorum oſſibus incumbunt, citra fiſſuram tertium cuiuſque digiti os ingrediuntur: quatuor huic ſuperſtrati, ſecundo, vt diximus, oſſi inſeruntur ita, quòd, dum ſingulos ipſis ſubiectos interioris maiorisq; muſculi tendines ſubire conantur, ſinguli bifariam ſciſſi ſubditum tendinem circumeunt, ac ſecundorum oſſium lateribus inſinuantur. Porrò maior digitus priuatim hoc ſupra cçteros habet eximium, puta quòd nihil ex altioribus ad ipſum deuenit, nec particularum propago ſoli ipſi ex communi omnium capite, ſed aliunde accedit. Quare magna cura diligentia q; cauæ manus partis tendinem inſpicito, qui ex quatuor ſibi contiguis in maiorem digitum propagatur: nõ tamen in primum eius articulum, ſicut illorum vnuſquiſq; in eũ primum articulũ eius digiti, q è directo eſt, peruenit: ſecundũ vero aſcendens, mox ad tertiũ vſq; porrectus, hũc quidem ſimiliter illis in ſitu mo-
C uet, ſecundũ vero à primo per tunicã extrinſecus ipſum ambientẽ: quã ſcalpello acutiore, vbi tendinem diſſoluis, iuxta longitudinem incidere conuenit: nam, ſi manu aberrans, tranſuerſim, nõ recta linea diuiſeris, totũ tendinem ei ſubiunctũ amputabis. At, cũ tendines vnà cũ indumentis circundatis ad ſua deducis capita, vel, vt dictũ eſt, recens admodũ ſimia eito, prius, q̃ digiti exiccati indurati q; tendinibus trahentibus renitantur: vel aquã calentẽ in eã profundens, recenti ſimilẽ efficito: vel, dũ modice induruerint, manibus tuis emolliens permouens q;. Clarius autẽ functionem ſingulorũ didiceris, vniuerſis, quæ digitos circũeunt, partibus præciſis. Atq; hac ratione tendines ligamento ſubditos tractabis. Cæterũ aliorũ duorũ muſculorum, qui brachiale flectunt, cõſectionem paulo ſupra articuli commiſſuram exordiris: ibi ſiquidem in neruoſas palàm tenuitates exeunt, & manifeſtas tendinũ illinc ꝓdeũtiũ circũſcriptiones obtinẽt. Iã vero ſecernẽs ipſos ab ijs, tũ q̃ ſubſunt, tũ q̃ ambiũt, particulis, aduſq; ſuperius inferius q; extremũ, veluti demõſtrauimus, tẽdines quidem inferioribus articuli partibus vides inſinuari, capita ipſorũ cubiti atq; brachiũ nodum adire. Vnus itaq; tendinũ in brachiali iuxta parui digiti rectitudinem oſſi recto chartilagineoq; inhæreſcit, quod propter cubiti proceſſum conſiſtit graphij modo figuratum: quem diſſectores Græci nunc γραφοειδῆ, nunc στυλοειδῆ nominant. Alter tẽdo ſtatim ab articuli iunctura profundius mer-
D gitur, vt in brachialis os aliquod putes ipſum inſeri. At, dum ligamẽta ſuperſtrata incidis, ad quoddam poſtbrachialis, quod μετακάρπιον Græci vocant, os indici digito præpoſitum excurrere videbis, ac illud ingredi iuxta principium. Hi ergo quinque muſculi totam interiorem cubiti regionẽ occuparunt: quibus ademptis, radij motores apparebunt, de quibus poſtea dicturi ſumus.

De externis Cubiti muſculis, ac de eorum Tendinibus. CAP. 6.

IN præſentia cubiti muſculos exteriores prius exequar, hoc præterea ſolũ adiungens, q interiorum muſculorum ſuperiores proceſſus ſiue auferre ſiue reſeruare libeat, vtrum malis, conſectionem ſecuturam nihil offendes. Porrò digitis inſertos tendines adhærere ſinito, vt exiles muſculi ſumma in manu cõſpiciantur: qui vel citra exteriorũ inciſuram poſſunt inueniri, quo oſtenſurus ſum modo. Satius fuerit omnino poſtremos ipſos diſſecare, vt in ſermonis proceſſu explicabo. Atque externorũ diſſectio ita ferè adminiſtrabitur. Sub cute vaſa, neruiq; ſuperficiarij extãt: quibus cũ mẽbranis exẽptis, quatuor ligamina tranſuerſa clare cõſpicis: vnũ cubiti radij q; extremũ conſtringens: alterũ in cubito dũtaxat, priori ſubiacet: reliqua duo ſoli radio inhærẽt. Sed primũ, qđ eſt mediũ, recta linea incidẽdũ eſt: deĩde ligamẽti particulas ob diuiſionẽ mutuo diſiũctas, vtrinq; ad ſuã quãq; radicẽ redigere oportet, aut penitus ipſum ꝑcidere: Poſt hoc aũt, primum caput quatuor tendinum digitos ꝑter magnum extẽdẽtiũ, in medio aliorũ ſitum, hamo in altum attollere:

† Hic locus ex lib. de muſculorũ diſſectione ca. 22. ita reſtituendus eſt. ac tertiũ quidẽ articulum à tẽdine ꝑ ſe ipsũ, vt q inibi inſeratur, flecti: primum vero &c. Vide ẽt. lib. primo de vſu partiũ cap. 17. verſus finem.

mox id,quod exiguos duos digitos ab alijs in latera diducit, in binos ſciſſum tendines.Nihil por- E rò diſcriminis eſt,etiamſi ad inferiorem manus partem motum hunc fieri dicas, modo figuratam ipſam conſideres ſecundum naturam,vt Hippocrates ‖ docuit. Poſtea reliquũ tertiũ, ſimilem motũ grandioribus tribus digitis ſuppeditãs, te attollere oportet. Primum itaq; tendinum caput ex vno,ſicut & ſecundum,muſculo prodijt. Tertium bifariam incidere tibi licet: nam,quod duos digitos,indicem & medium,mouet caput,ex vno ꝓcedere muſculo cõperies: quod vero magnum, ex altero. Atq; hac ratione quatuor muſculi prædictis ligamentis ſuberunt. His ſuccedit, qui brachiale iuxta paruũ digitum extendit tendine vnico,poſtbrachialis oſſi,quod exiguo digito præponitur,inſerto. Cõtinet ipſum haud valens ligamentũ,quod ex ſolo cubiti tuberculo oritur. Prope magnum digitũ alterum hic quoq; validum ligamentũ caput duorũ tendinũ conſtringit: quippe radij os admodũ concinne in tuberculo inſculptum,pari ſinu craſſitudinẽ capitis tendinum excipit. Porrò vnus ipſorum in os,quod ante magnum digitum in brachiali collocatum eſt, cõijcitur: alter in ipſum magnũ digitũ ſtatim à primi articuli iũctura ingreditur. Quos,inq̃,duos tendines ſiue ex vno dicas muſculo,ſiue duobus exortos,nullũ graue incõmodum confectioni afferes. Præſtat aũt,ſi nuper dicta animaduertimus,tẽdines illos è duobus muſculis inuicẽ coeuntibus generatos dicere. Etenim,ſi exquiſite ipſos libet incidere,à mutuo cõnexu dirimes, quemadmodũ antea F cõmemoratos duos,qui tres digitos maiores in obliquũ agunt. Reliquus exteriorũ cubiti muſculorum,qui brachiale extendens,bifido tendine poſtbrachiali ſe ante indicẽ medium q; digitum inſerit,caput tendinis habet in radio fixũ ꝓpter brachialis iuncturã. In eũ itaq; modũ octo erunt muſculi,q totũ extrinſecus cubitũ occuparunt: iuxta alterũ ſex. Si vero dicas à duobus muſculis tres moueri digitos maiores: ab vno rurſus,qui radio incũbit,brachiale,magnũ q; digitũ, ſeptẽ erunt.

de Artic.ſect.2. t.1.7ᵈ. 262. c. Et de fract. ſec. 1.t.4 Et ſect.2. cx.2. & 3. Et de med. offic. ſect.3.t.20.fol. 216. g

De Capitibus interiorum ac exteriorum muſculorum cubiti CAP. 7.

CÆterũ,quo pacto ſinguli muſculi cubiti oſſibus adnaſcuntur,in muſculorũ confectione dictum eſt,ac nũc dicetur etiam,nequid ſermoni deſit. Quinetiã de ſuperioribus proceſſibus, veluti libro iam citato ſcriptũ eſt,verba ſumus facturi: quippe conſtat de eiſdem eadem eſſe dicenda. In exteriore quidẽ brachij modo tria muſculorum capita inuenies: eius ſanè,q digitos quatuor extendit,elatiſſimũ: eius aũt,qui iuxta paruum digitũ brachiale reflectit, humillimũ: mediũ vero inter illa,quod digitos duos minores à cæteris abducit. Sub his interius iam in imo, non amplius in ſuperficie,duo triũ digitorũ muſculi condũtur,qui ex toto oſſe cubiti inuicem coeuntes originẽ ducunt,qui qdem duobus digitis ſeruit,maxima ex parte: q vero reliqui magni digiti eſt, prope ſuperius extremũ. Incũbit ipſi alius,brachialis muſculo cohærens,qui maioris digiti caput excel G lit: idẽ vero totam ꝓfunditatẽ regionis,quæ inter vtrunq; os radij & cubiti habetur,occupat. Huius itaq; muſculi diſſectionẽ, quemadmodũ & aliorum oium,à brachiali incipere cõuenit. Quam qui molitur, magna q; cura à ſubiectis muſculũ detrahit,membranæ attẽdet,quæ ligaminis naturæ cõpos,intra cubitũ radium q; per totã oſſiũ longitudinẽ exporrigitur,atq; externas mẽbri partes ab intimis diſcriminat. Inibi ſiquidem muſculũ hunc ligamento inſidere connaſci q; ipſi cõperies: at ſatius forſan erit dicere ex ipſo oriri. Cũ igitur eundẽ probè à ſubiecto ligamine auulſeris, vt docui,item à cohærẽte muſculo ſegregaueris,occurret ſub eo quidam obliquus exijs de cubito in radium perueniens: quo de paulo poſterius ſermonẽ inſtituemus. Nam prius adoriere muſculum prædicto adnatum incũbentem q;, ſed vniuerſo radij oſſi porrectũ,ei q; perpetuo adhæreſcẽtem: qui etiam cubitũ ſuperiore ipſius extremo leuiter attingit. Deinde elatiorem hoc muſculum incidere oportet,cõmemorato imminentem,radio q; connexũ,quẽ antea retuli bipartito tendine in poſtbrachiale ante indicẽ ac mediũ digitum inſeri. Huius muſculi ſuperiorẽ finem deprehẽdes propter altiſſimam exterioris brachij nodi regionem,quadantenus iam quoque conſcendentem ad ſuperpoſitam nodo brachij partẽ. Eum vero cõſidera,qui huic,ipſiq; radio deorſum expanſus, & ipſi radio ꝓprius, totã manum reddit ſupinã,ſupraq; hũc proceſſum cõtinuũ adnatum q; prædi H cto exigit. Maxime.n. hic turbatur opus ac deſtruitur,qñquidem & extremum huius muſculi in mẽbranã degenerans,brachij muſculis,qui inibi ſunt,inſinuatur. Sines igitur ipſum,nec in cubiti confectione conaberis curioſius diſquirere,verũ vbi ad brachij muſculos ventum erit: deinde primum in ipſo anteriorem , vt tunc dicemus, deteges, & caput muſculi, de quo propoſitus eſt ſermo,brachij oſſi ꝑ tenue ligamẽ inſertũ , inuenies: magna vero ipſius portio brachij muſculis hac parte inſidet & adnectitur. Exteriores itaq; cubiti muſculi talia quædã habẽt capita. Ex interioribus,qui quidẽ brachiale ad paruũ digitum inflectit,à nodo brachij interiore incipit, attingit q; aliqua parte cubitum: qui vero ad reliquũ,magnum,ex eodẽ nodo ducit originẽ. Porrò inter vtrũq; caput ꝓceſſus habẽt muſculi in manus cutẽ elabẽtis. Atq; hic rurſus ſubſunt capita duorũ muſculorũ,qui digitos mouent,& mediam cubiti radij q; regionẽ totam implẽt. Minor itaque illorum & medius exacte ſitus eſt, & ab interno brachij capite ꝓcedit,leuiuſcule cubitũ quoq; attingens: alter vero ſolus huic ſubiacet,per profundiora mediam radij cubiti q; ſedem vniuerſam complexus. Quinetiam vtrique oſſi inſeritur,cubito quidem {ad anteriorem ipſius proceſſum} propter eius cum brachio articulũ: & brachiale cõprehendit ea parte,qua rectus in paruum digitum inſeritur. Eſt & alia eius pars,quæ ortũ ſimilem prædicto muſculo quatuor mouenti digitos obtinet:

verum

A verum per rectitudinem indicem radit: quemadmodum & tertia ipsius portio eisdem digitis applicatur, quæ quidem maxima est, & regionem, quæ radium cubitum q; intercedit, occupat.

De Radij musculis, qui supinam pronamq; manum agunt. CAP. 8.

CVm iam & hunc musculum diligenter incideris, ipsius obliqui, de quo ante paulum dicere distulimus, exponendi tẽpus certe occurrit. Etenim omnibus, quos percensui, musculis exemptis, radij peculiares apparent, p quos supina prona q; manus tota efficitur. Quatuor aũt sunt vniuersi: duo ad primas radij partes, duo ad priora brachialis extrema pertinent. Ex ijs, qui brachiale spectant, alterũ ipsorum scito esse obliquum, radium ac cubitũ intercedentẽ: cuius quidem caput ex cubito enasci, extremum autẽ radium, cui mouendo est, ingredi cõperis. Nam, si manum supinam collocaueris, velis q; musculi caput tuismet digitis prehensum extendere (quod in omnibus te facere præcepi) totã in pronum conuerti manum videbis: quemadmodũ, si eũ, qui toti radio superstratus caput in brachium conijcit, ex superiori extremo tetenderis, sic quoq; supina manus tota euadit. Quippe hi duo musculi contrarias inuicem actiones obeunt: vtriq; aũt mouent inferiorem finem radij, qui brachiale respicit: Verum longior ipso carnosior q;, solus ipsi passim desuper iniectus, agens q; extrorsum, manum supinã figurat: quare & exterioribus eũ annumerant: Alter B vero, qui radium intro circũducit, pronã efficit. Reliqui duo musculi radiũ in superiori parte mouentes, & ipsi quodã modo oblique inuicem opponuntur: Vnus ab interna parte situs, ex brachij nodo prodit: idẽ capiti flectentis brachiale ad magnũ digitum musculi cohæret, qui ex elatioribus nodi partibus emergit: Alter externus quidem est, sed hoc minor: atq; ideo transuersum magis fibrarum situm obtinet: & radio, qua magis eminet, per extremum neruosius insertatur, q̃ prior dictus interior, qui continuã sanè ipsi implantationem in radium facit, cæterũ inferius consistit, vt ferè ad medias vsq; radij partes subinde extendatur. Constat aũt omnibus interiore tenso pronã manum constitui: supinam exteriore, qui ex ligamento articuli membraneo processit, attingens aliquatenus cubitũ quoq;. Porrò dicti mihi sunt omnes, qui cubitum radium q; in orbem ambiunt.

De exiguis musculis Summæ manus. CAP. 9.

AC postea summę manus exiguos aggrediere. Itaq; exteriorum musculorum tendines vniuersos, adusq; extrema, quæ singulis in digitis habentur, auferre conuenit, non tñ omnium interiorum: sed prius examinabis musculos exiles, tendinibus tertium articulum mouentibus adnatos, deinde oẽs amputabis. Etenim hi musculi ex quatuor inuolucris tendini cuiq; circundatis originem deducunt: mox digitorum latera subeunt, tendinem generãtes, vt prius quoq; est dictum, C admodum tenuem. Proinde, si à carnosa musculi parte, quæ prope primã ipsius propaginem habetur, consectionem & diligentẽ à vicinis partibus auulsionem aggressus fueris, paruum inuenies tendinem toti digito adhærescentẽ. Quatuor autẽ vt tendines isti, etiã musculi digitorum hi sunt, parui, anularis, medij, & indicis. Etenim magnũ alij mouent duo musculi: alius lõgissime ab omnibus digitis abducit: alius indicẽ versus agit. Lõgior aũt factus est necessario, qui q̃ longissime abducturus erat, eo q; caput ex primo brachialis osse profectum obtinet: breuior porrò latior q; est, & obliquis constat fibris, qui ipsum indici admouet: cæterũ alijs musculis, quos referã, insidet, capite ante mediũ digitũ postbrachiali affixus. Iam vero, sicut magnũ digitũ longissime ab alijs diducit ex primo brachialis osse procedens, sic paruum alius eiusmodi musculus à cæteris plurimũ remouet, originẽ ducens ex brachialis ossiũ primo, quod secundũ illũ est, cui etiã tẽdo totũ inibi brachiale flectẽs inseritur. Hi igitur septem musculi merito anatomicos non latuerunt: quippe nulla pars, quæ artificiosius adimi desideret, quò sint cõspicui, ipsis incũbit. Siquidem, qui magnum & paruũ longissime abducunt, nõ solũ à nullo occultãtur musculo vel tendine, sed prius etiam, q̃ tendines digitos flectẽtes, detegũtur in ea cõsectione, qua tendinẽ membraneũ depili excarni q; manus parti subditũ auferimus: alij singuli quatuor ipsis tendinibus in imo sitis adhærescunt. Merito autẽ, vt dixi, hos latuere, sicut & me haud paucis annis, q̃ in postbrachiali subiacẽt. Nisi.n. prius magnos ipsos tẽdines, à qbus digiti flectũtur, & septẽ illos musculos, quorũ mẽtio facta est, adimas, nullus ex illis musculis exiguis apparet. His aũt sublatis vnũ quoddam continuũ carniforme corpus ex omnibus conflatũ spectatur, quod exquisitius ad musculos inuicẽ segregandos discernas, oportet: Ex qbus bini ad priorẽ cuiusq; digiti articulũ intrinsecus pueniũt, ac ipsius latera iã quoq; attingunt: quapropter & flexum non rigidum omnino, neq; indeclinabilem efficiunt, sed leuiter in latus inclinant: vt vnusquisq; ipsorum tensus primum flectat articulum, modice inclinando, vtriq; vero tensi rectam ac indeclinabilem efficiant flexionem. Reliqui omnes ex brachialis & postbrachialis ligamento iuxta ossium ferè cõmissuram processerunt. At pollicis musculi elatiorem his processum exigunt, & ipsi ex ligamento nati, non quidem ossium dictorum, sed quod musculorum, quos vocaui magnos, bina capita, vnde mouentur digiti, constringit. Porrò ligamen hoc ex brachialis ossibus vtrinq; prodijt, nec cubiti extremum attingẽs, nec initiũ ossium, quæ in postbrachiali habẽtur. Quod si iam musculos hos ademeris, nullus tibi dissecandus restabit, vel ex ijs, qui summã manum explent, vel ex illis, qui totum occupant cubitum: verum inde ad ossium compositionem eundum erit, inspiciẽdum q;, quot numero sint, quem inuicem situm, quem q; inter se contextum habeant. Diximus autem abunde de ijs in commentario de ossibus.

De Ligamentis musculorum cubiti & summæ manus. CAP. 10. E


CÆterum ligamenta omnia, quæ adhuc sunt reliqua, musculis, quos retulimus, ablatis, acuto scalpello incidere conaberis, meditatus antea triplicem huiusmodi corporum naturæ vsum existere. Primo id præstant, à quo & nomen ipsorum deriuat: nam ex osse in os inserta, vinculum vtriusq; commune redduntur, hoc solo nomine, vt ossa inuicem deligata contineãt: secundo vsu munimenta sunt corporibus subditis, quemadmodum in brachialis tendinibus dictum mihi est: tertio indumenta his ipsis tendinibus extrinsecus circundantur. Quartus autem ipsorum vsus secundum ipsorum genus alius non est. Etenim, qui musculi exacte ligamenta in suis ipsorum capitibus tenent, eorum similis est quoq; vsus ei, quem de ossibus ostendimus: nisi quod huiusmodi ligamenta os ossi non committant, sed medio ipsorum musculos subiectos ossibus, ex quibus ducunt originem, connectunt. Verum talia ex amussi ligamenta nullus musculorum, quos memoraui, obtinet: alij autem nonnulli habent, quorum iterum meminero, quemadmodum & brachij anterior, de quo mox plura. Formam vero quandam ligamenti etiam dictorum musculorum aliqui ijs videntur habere, qui in paruo magnum possunt dignoscere: quemadmodum certe magni quoq; digiti motor, qui quamlibet sit exiguus, ab alijs digitis quàm longissime ipsum abducens, tamen et hic similem quandam circunscriptionem ligamenti ex primo brachialis osse prognatam exigit. F Verum exacta secundo vsu ligamina in musculis commemoratis habentur, ad brachiale quidem quina numero: intus vnum magnis duobus musculis, qui digitos flectũt, incũbit: extrinsecus quatuor, medium videlicet tendinum, qui digitos moueant, & in radio bina, quartum præterea solius cubiti est: Alia vero ab ijs, quæ in singulorum digitorum articulis, & totius brachialis commissura habentur, membranea sunt. Iam alia quædã videas dura ac crassa, quæ brachialis ossa ac postbrachialis inuicem colligãt, de quibus in præsentiarum agemus: nam musculis omnibus, quos dixi, exemptis hæc apparent euidentius. Quid, quod inuicẽ cohærentibus adhuc ossibus, motum quendã in postbrachialis cũ brachiali commissura spectas? Quapropter diuisis inter se ligaminibus, manifesto solui statim conspicitur & disiungi, quæ prius vnita videbantur. Ac propter ossium breuitatem, & exactam articulorum structuram non admodum perspicuus ipsorum motus est: sed etiam plerisq; hæc omnia vnum esse videntur, maxime vero ossa brachialis. Oportet autem ipsa ad commissuras ligamentis præcisis inuicem dissoluere. Commissuræ autem, si cõmoueantur prius, quàm exaruerint, apparent: articularis siquidem motus quidam breuis cum sit, clare animum aduertentibus ostendit, vbi ligamenta secare conueniat. Nam, dum extendis brachiale, deinde contrahis, ossium coitus apparet, qui etiam per ligamenta motum aliquem exiguum (vt dictum est) repræsentare videtur. G Illic itaq; particulas incidens, omnia inuicem dissolues, formamq; ipsarum variam esse videbis. Item, dum lata hæc ligamina detegis, aliud quoddam rotundum spectas, tendini oppositum, brachiale, paruum digitum versus inflectenti: quod clare in primo de particularum vsu explicuimus, quomodo reuellat os chartilaginosum, hac in parte articulo brachialis incumbens. Præterea ligaminibus detectis conspicies alterius musculi brachiale magnum digitũ versus inflectentis tendinem: qui primo indidem ossi brachialis inseri creditur, adhærens quidẽ ei, sed ligamẽtum adusq; caput primi postbrachialis ossis perreptans. Atq; hic tendini detegẽdo curã omnem adhibeas, oportet, ne perseces: neq; opineris, vt quidã, ibidem desinere, vbi etiã apparet ijs, qui incuriosius iuxta primũ brachialis os, vt dixi, incidunt. Consideres autem in hoc quoq; cubiti processum, quem è directo parui digiti porrectũ, à graphij seu styli modo Græci dissectores γραφοειδῆ et συλοειδῆ appellãt. Is nimirũ docebit te, si totum articuli nodum in latera circũagas, quomodo obliquis brachialis motibus ministret, quos extremæ manus circũductu molimur. Ad hæc exquisitius contemplare radij motus ad cubitum, quos manum totam circumagendo efficimus.

De Musculis flectentibus ac extendentibus Cubitum. CAP. 11.

VErum cubiti motus ad brachium, qui vel in flexu vel in tensione fiunt, nequaquam exacte H prius videre licet, quàm toti brachio omnes musculos ambientes detraxeris. Itaq; hoc iam agamus, memores, quòd superstratum radio musculum in brachij os peruenire dixerimus, nec non ei subiacentem statim illuc procurrere, qui postbrachiali ante indicem mediumq; digitum inseritur. Præstat igitur, vt ostendimus, obseruare horum musculorum capita: sin minus, at certe illius, qui radio incumbit: siquidem apparebit tunc primum euidenter, cum priorem brachij musculum detexeris. Porrò facies id, duo hæc attendens, venam videlicet, quæ per totum fertur brachium (Græci ὠμιαίαν i. humeralem vocant:) & musculũ, qui superiorem humeri partẽ (ἐπωμίδα Græci appellant) occupat: satius forsan erit dicere, qui eam efficit, solus enim hic in eam partem incumbit. Proinde sectio prope venam decliuis administretur, tota, quæ inibi adhæret, cute ablata, & omnibus musculorum membranis. Sectionem vero, quæ in superiori humeri parte facienda est, administrabis fibrarum similitudinem dissimilitudinemq; obseruans: ex quibus etiam totam circunscriptionem ad vnum cacumen peruenientem cognosces: cuius processus tanquàm triãgularis in brachium conijcitur. Peculiaris quidem est humeri articulo: verum solus ex ijs, qui mouent ipsum, necessario nunc aufertur, vt prioris musculi brachij caput biceps appareat. Itaq; cogitatione complectaris, volo, claiculæ os esse & A & B: scapularum spinam B C: musculis autem incipienti-

bus

A bus à primis,& tertijs capitibus,vno extremo ad B peruenire: altero ad D: Ac B quidem ſummus humerus eſt: D vero extremus locus ipſorum inſertionis in brachio: at tota inſertio B D.



Cæterum de hoc muſculo iterum nobis dicendum eſt, cum eos, qui humeri articulum mouent,exponemus: in præſentia vero complexus animo ipſum auferri,quę deinceps dicuntur,aſſequere. Brachij prior muſculus,qui iuxta venam humeralem omnibus vel ante conſectionem apparet,maxime in gymnaſticis, duo habet capita ſuſpenſa, vnum ad ſcapularum ceruicis ſupercilium: alterum ad proceſſum,quem non nulli ob anchoræ ſimilitudinem ἀγκυροειδῆ,quidam à coruini roſtri figura κορακοειδῆ nūcupāt. Ligamen vtriuſq; capitis abunde valens eſt,paulo minus, exacte rotundum. Quapropter hæc ipſius capita deorſum in brachium procurrentia ſequi te conuenit: quippe, cum in idem mutuo coierint,muſculum hunc non amplius ſublimem,neq; ab oſſibus,quemadmodum illa, diſſidentem generant, ſed brachij oſſi mox cohærentem,inſuper alteri muſculo minori ſubdito elatius ad cubiti articulum vſque inſidentem: vbi & neruoſam ſuam ædens propaginem validum tendinem procręat,et per ipſum radio adnaſcitur,pariter portionem B membranoſi ligamenti articulum connectentis comprehendens,quo totum etiam articulum flectit,paulatim ad interiora declinans. Ablato iam hoc muſculo, alterum ei ſubiectum comperis, brachio & hunc ex duobus carnoſis principijs circundatum,vno in poſteriori brachij ſede, altero in anteriore magis: verum poſterius caput longe altius eminet. Atque hæc mutuo in idem coitu muſculum vnum generare ſpectabis: qui in nerueam deſinens tenuitatem, in cubiti os per tendinem procreatum inſertatur,& flectens ſimul articuli nodum, & in exteriora paulatim inclinans: verum vtriſque muſculis probe functionem obeuntibus,articuli flexus in neutram partem deflectit. Duo igitur muſculi priores ſunt, qui cubiti articulum flectunt, ſicut oſtenſum eſt: tres vero alij connexi inuicem,hunc articulū extendunt: quibus etiam manum admoliri ſic oportet. Primū incides muſculū *internis brachij partibus iniectū,cuius caput ſub cute iuxta poſterioris axillæ muſculi extremum habetur (naturam ipſius in muſculorum humerum mouentium collectione explicabimus:) finis autem ad cubiti articulum peruenit,iuxta *interiorem brachij nodum membranoſus,tenuis q;. Cæterum,vbi hunc ſuſtuleris,duo principia muſculorum totam manum extendentium cōſiderato: quorum alterum ab humili coſta ſcapularum non tota,ſed ex dimidio fere ipſius partis ſuperioris prodit: alterum vero ex poſteriore brachij regione ſubter caput. Hæc iam pro- C cedentia in brachio coeunt: deinde per tendinem latum poſterius cubiti tuberculum ingrediuntur. Ac fibrarum rectitudinem deſuper ſequenti,tendo hic duplex apparebit: externam quidem partem à priori ex ijs, quos recenſuimus, muſculo obtinens: internam vero à ſecundo. Iam vero,ſi diſiunctam vtranque muſculi partem attrahis,totam extendi manum ab vtroq; videbis, hoc diſcrimine inclinationis ad latus facto,quòd prior in exteriora,ſecundus intrò oblique deflectat. Cæterum ſub hoc alius delitеſcit muſculus brachij os ambiens: qui ſecundo adunitur adeo, vt ipſius particula anatomicis eſſe putetur,ſicut etiam eſt,ſiquis vnum bifidum hunc totum eſſe conſideret. Integrum eſt etiam pro fibrarum rectitudine ipſos ſeparare: ita enim hunc perpetuo carnoſum poſteriori tuberculo cubiti committi ſpectabis.Quem ſi tendis interim,recta ac indeclinabilis circa cubiti articulum intenſio fieri videtur: nō nunquam intrò paululum vergere. Dicti iam mihi ſunt omnes totius manus muſculi.Quod autem de his,& omnibus,quæ in conſectionibus apparent,ſcire conuenit,auditum ſemel,memoriæ ita mandabis,vt nunquam excidat. Etenim inueniuntur quædam,quæ paulum à primo initio,vel à medio itinere ad vſq; finem immutentur,alia in ipſo ſolo fine,non nulla etiam connexa ſemper appenſis,vel appenſa ſunt connexis,vel huiuſmodi quandam aliam paruam differentiam ſortiuntur. Si igitur tibi quoq; membrum incidenti D aliquod præter ea, quæ à nobis ſcripta ſunt, quippiam inueniatur,ſcito hoc rarum exiſtere.

Quare nec antea damnare opera noſtra oportet,quàm ipſe, quemadmodum nos, frequenter corpora inſpexeris. Itaq; primus hic liber colophonem accipiat: ſecundo de cruris muſculorum ligaminum q; conſectionibus ad miniſtrandis peragam, adijciens etiam de vnguibus ſermonem vtriſque artubus communem.

* Al. externis.

* Al. exteriore.

GALENI DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Musculi ac Ligamenta Pedis explicantur.

Cur ab Antiquis anatomica scriptis non tractarentur. CAP. I.

VTi veteribus minime vitio verterim, quod de administrandis cōsectionibus nihil scripserint, ita Marinū, quod scripserit, laude dignum esse iudico. Quippe superuacuū erat illos sibi aut alijs cōmentarios praescribere, qui domi apud parentes à pueritia exercebātur, vti lectione & scriptura, sic etiam cadauerū cōsectionibus: multum.n. veteres non modo medici, verū philosophi quoq; anatomae studuerunt. Quare, ne incidendi rationes cuiquam sic edocto me- F moria exciderent, nō magis erat metuendū, quàm ne vocis elemēta scribere obliuiscerentur ij, qui ab ineūte aetate ipsa didicissent. Posteaquàm vero tēporis processu non liberis modo, sed alienis etiā artem cōmunicare honestum esse censuerunt, quàm primū sanè factum est, vt non amplius in corporum consectionibus pueri exercerentur: nam absolutis iam viris, quos virtutis nomine colebant venerabāturq;, artem impartiebant. Vnde protinus necessario accidit, vt eam infoelicius condiscerent, exercitatione, quam in pueritia auspicari solebant, abolita. Quae quantum ad omnia valeat, omnes prisci palàm videntur ostendisse, non solū eos vocātes πεπαιδευμένους i. à pueris instructos, qui in artibus excellūt, sed breuiter vniuersos, qui tota vita probitatis titulo inclaruerūt: quemadmodum & his contrarios ἀπαιδεύτους i. à pueris non instructos. Cum igitur ars ex familia Asclepiadarum excidisset, deinde multis successionibus in deterius semper vergeret, opus fuit commentarijs, quę speculationem ipsius integram conseruarent. Antea.n. non tantum administrationibus anatomicis, sed ne libris quidem indigebant, cuiusmodi Diocles sanè primus, quorum memoria ad nos peruenit, posteritati reliquit: post hunc alij quidam veterū medicorum, neq; pauci ex iunioribus, quorum prius mentio facta est. Quandoquidem vero praeter alia, vsus eorum, quae in id genus libris continebantur, non ostensus est, sed ex aequo omnia re- G iecta sunt, tum quae maximam vtilitatem arti praebebant, tum quae nihil penitus aut parum adeo momenti ad eam conferebant, potius erat (vt dixi,) libris medicinalibus, in quibus aut affectuum dignotiones, aut praesagia, aut curationem descripseris, contemplationem anatomicam intermiscere: quomodo Hippocrates factitare videtur. At, quia periculum est, ne huiusmodi speculationes pereant tum propter huius aetatis hominum negligentiam, qua circa artes laborant: tum quia à pueritia exercitari non assueuerunt, merito commentarios scribimus. Nam, si à maioribus veluti per manus nobis traditas conseruare possemus, superuacaneum esset scribere. Ego itaq; omnia, quorum cognitionem ab initio adeptus sum, ijs, qui requirebant, impartij, cupiens vniuersos homines, si fieri possit, ea perdiscere: etsi iam non nullos, qui mihi operam dederunt, intelligam alijs nolle, quae est ipsorum inuidia, communicare: quibus si repente fato fungi contigerit, post me simul speculationes interibunt.

De Vsu dignotionis Particularum, quae in dissectionibus spectantur. CAP. 2.

QVamobrem Marinum laudo, quòd anatomicas administrationes scripserit: quod autē parum integras nec perspicuas simul prodiderit: tum multo magis, quod anatomici propè oēs vtilissi- H mam artis portionem non planè euidenter tractare videantur: ipse alios libros exarare coactus sum. Quid.n. vtilius esse possit medico ad vulnera, quae in bello accipiuntur, ad telorum extractiones, ossium excisiones, luxata, fracturas cū vlcere factas, item ad fistularū, sinuū, abscessuū incisiones, & quaecunq; alia huius generis, quàm omnes & manuum & crurum particulas accurate cognoscere? vniuersas autē exteriores magis, quàm interiores, scapularū videlicet, dorsi, pectoris, costarū, abdominis, colli, & capitis? Ex his enim tela extrahere cogimur, partim continuata quaedam incidentes, partim excidentes: non nulla quoq; eijcientes in putrificis vitijs, abscessibus, sinuumq; curatione, quae manu administratur. In ossium quidem excisione aut ex particulis aliquid praecidere, aut dissecare res postulat: in quibus, nisi noueris, vbi aut neruus aut musculus praecipuus situs sit, vbi vero arteria aut vena magna, interim mortis magis, quàm salutis, hominibus eris author: interdum vero mancos efficies. Linguae autem musculos pernoscere, quot videlicet numero sint, & quales specie, supra vsum artis, idest ἐκ περιουσίας, conducit: non tamen praecipuum est neque necessarium. Dico supra vsum, quod talia curiosius inquirere sophistarum gratia cogimur, quibus non satis est naturae artificium in vtilibus tm̄ didicisse, sed passim proponunt, cuius rei causa particula haec facta sit, aut cur talis, tanta'ue. At homo dexterioris animi,

A animi, contentus fuerit artem naturę ex accurata vnius aut duarum partium confectione intelligere: in quibus & id quod permultum rei medicæ conducit, & ex addito ac obiter naturæ sapientia, innotescit. Licet aūt mihi potissimū dicere huiusmodi confectiones ad affectus curandos noscendos q3, & ad illorū præsagia, non esse ijs commodas, qui vafrorum sophistarum contradictiones euitare cupiant: qui sophistę rationis inquisitione neglecta in eos, qui illā adducunt, conuertūtur, dicentes ipsos hoc nomine talium theorematum inutilitatem reprehendere, q ea ignorent. Quorum gratia & eam anatomes partem, quæ vtilis est: & eam, quæ superabundans ac superflua est: conscripsi, ne vel ex dānantis inscitia, sophistæ contradicendi facultatem nāciscātur. Atqui hęc abunde ipsis in opere de vsu particularū demonstraui: quanquam & nunc nihilo secius dicturus sum, quomodo omnium corporis particularū confectiones administrabis. Verum nos quidem, vti hoc agimus, sic quoq3 dignitatem cuiusq3 speculationis diuidemus, tum vsum ostendemus. Secus enim physicis anatomica speculatio subseruit, qui disciplinam ipsam propter se adamant: Aliter ijs, qui non ob hæc illam amant, sed vt nihil temere à natura factum esse demonstrent: Aliter ei, qui argumenta ex confectione ad actionem quandam vel naturalem vel animalem cognoscendam inuenit: ad hęc Aliter ei, qui aculeos, spinas, telorum q3 cuspides probe eximet, vel apte B quippiam excisurus est: vel qui sinus, fistulas, abscessus manu recte curabit: his enim, vt dixi, nihil ęque est necessarium. Oportet q3 in ipsis medicum optimum in primis esse exercitatum: mox in latentium viscerum functionibus: deinde vsus singulorum cognoscere, qui ad affectuū dignotionem medicis conducunt. Alia nanq3 philosophis vtiliora sunt, quàm medicis, duplici, vt dictum est, modo: vel solius speculationis gratia: vel vt docerent artificium naturæ in qualibet particula probe expressum.

Quæ à Prioribus Anatomicis fuere prætermissa, aut negligenter tractata. CAP. 3.

Atqui anatomici secus egerunt: vt qui eam partem diligentius videantur excoluisse, quæ prorsus medicinæ ex vsu non est, & parum commodi, id q3 raro, solet exhibere: illam neglexisse, quæ pcipua est, ac vtilissima, maxime q3 necessaria ab omnibus existimatur. Ea vero est, quæ versatur circa musculos, neruos, arterias, & venas, non cordis aut alicuius visceris: verum quę in cruribus manibus q3, ac thoracis exteriori regione iuxta spinam, aut pectus, aut costas, aut scapulas, aut abdomen, aut collum, aut caput sunt conspicuæ. Noui siquidem horum ignaros, quotidie in rebus securis timidos: in ijs, quæ metum postulabant, securos extitisse. Talis est, qui latū in exterioribus femoris partibus musculum, tanquā præcipuum aliquē suspiciosus obseruat: cui neque C tendo magnus, neq3 arteria neque vena, neq3 functio aliqua mouendis cruribus necessaria commissa est, quemadmodum illis, qui genu articulum extendunt inflectūt q3. Tertius itaq3 anatomes pars vtilissima in his consistit: quorum potissime accuratam tractationem professores illius omiserunt. Satius enim erat cognoscere, non quot mēbranas singulis cor orificijs habeat: neque quot venæ ipsum nutriant, aut vnde, quomodo ue procedāt: aut quo pacto neruus ex paribus illis quæ à cerebro deorsum feruntur, eidem inseratur: Verum à quibus quidem musculis extendatur brachium, cubitus, brachiale, femur, tibia, & pes: à quibus rursum inflectatur: qui nam in obliquæ angulas partes enumeratas circūagant: quot q3 vnamquāq3 nerui perreptent, vnde progrediantur, quem ue situm nacti sint: ad hęc vbi vena aut arteria insignis, vbi parua substrata sit. Hæc siquidē medicis tam sunt necessaria, vt ne ipsi quidem empirici, qui cōtra anatomen libros integros commentati sunt, ipsorum scientiam audeant damnare: sed fateantur potius omnium id genus cognitionem esse vtilissimā: verum aiunt ex frequenti vulnerum factorum inspectione naturam ipsorū abunde satis intelligi. Quorū temeritatem quis non demiretur? vbi enim ne vel ij, qui magnam in anatomis ipsorum, industriam collocarunt, exactam cognitionem sunt assecuti, multo minus ex vulnerū intuitu quispiam didicerit. Hęc itaq3 in cathedra sublimis aliquis sedens discipulis di- D cere, in ipsis autem operibus artis docere nō potest, vt qui ipsemet primus omnes dictorū animalis instrumentorum particulas ignoret: nā sola, quæ manifesto sub cute apparent, cognoscūt, qui admodū periti inter illos esse videntur. Quare verbis contendendum cum talibus viris non est: neq3 enitendum ostendere, quòd non solum fortuita illa anatome, & vulneraria speculatio (hæc enim illorū vocabula sunt) cuiusq3 particulæ naturam accurate non possit edocere, verum ne vel ipsa, quæ studio diligentiaq3 administratur, nisi frequenter multis cū præceptis, quæ ego hoc commentario recēsebo, exerciteris. Empiricorum itaq3 minorem aliquis curam habuerit, qui manifesto cauillandi studio tenentur: verū omnes anatomes professores accusandi mihi sunt, quod tam necessaria negligentius & veluti defunctorie inquisierint. Vbi enim nō paucos musculorum tendines, vel integros musculos, in quibusdam particulis ignorarunt, quid existimandum est ipsis in neruorum natura accidisse, qui quidem in summā interim exilitatē porrigūtur, vim autē maximā obtinent? Quamobrē adhortor iuuenes, relictis in præsentia cerebri, cordis, linguæ, pulmonis, iecinoris, lienis, renū, stomachi, laryngis, fœtus, vteri grauidi confectionibus, prius ediscant, quali brachiū, scapulæ, & cubitus connexu deligētur: quomodo rursus alia artuū membra singula: quinam musculi ea moueant: qui nerui, quæ arterię & venæ quāq3 particulam intercurrant. Atq3 ob id ipsum manus & cruris anatomicas administrationes alijs omnibus præposui, q ad ea, quæ tum

vſui hominum neceſſario, tum arti maxime conducant, ire primum iuuenes operæpretiũ ſit: dein E de vero quòd eundem ita diſciplinæ ordinem commentarij de vſu particularũ obſeruem. Quod opus, vt dixi, non minus philoſophis, q̃ medicis, vtile exiſtit. Quoniã igĩt in illo de partibus humani corporis ſermo nobis fuerat, ideo prius de manu (nam hæc propria hominis eſt particula) commentationem inſtitui. Nunc aũt, ceu retuli, ne huius quidẽ ſolius gratia, ſed potius vt iuuenes in primis illis maxime neceſſarijs exerceãtur: nã hoc tẽpore ſecus ipſos factitare video, qui anatomica ſpeculatione adminiſtranda dignos ſe exiſtimant, ignorantes adhuc, quali cubiti venæ neruus, vel caput muſculi, vel neruea muſculi exilitas, vel arteria quæpiã ſubſternatur. Vnde fit, vt in venarum conſectionibus maxime errent: quippe cor incidunt, & linguam bubulam, hoc ipſum neſcientes, ꝙ plurimum ab humanis diſcrepent.

De muſculis Femoris, qui in tibiam inſeruntur. CAP. 4.

SVperiore igitur libro inſtitui, quo modo manus muſculorum conſectio ſit adminiſtrãda, hic ſimili modo de cruribus verba facturus. Prius q̃ enim muſculos exacte cognoſcas, neruos aut vaſa diſſecare nec ipſe poteris, nec aliũ docere. Quare & hic cutis auferenda eſt: attendendũ q; diligenter, ne in primo plantæ exortu, iuxta calcis initium ſito, vnà cũ cute tendinem ei ſubiectum auellas: cuius, vt in manu oſtenſum eſt, explicati interuentu cutis depilis ſimul & circũactu diffici- F lis mẽbro ſubtenſa eſt. Hanc igitur ſubiectis ibidem corporibus obductam ſinere, veluti in manu diximus, oportet: reliquã omnẽ membro toti adimere, id ipſum prius indidem diſcentes, femoris muſculos omnium primos eſſe incidendos: mox qualeſcunq; velis, ſiue tibiæ, ſiue coxæ, qui femoris caput & cũ eo videlicet totum femur mouent. Si vero interim vel tibiæ priores q̃ ipſius femoris muſculos, vel coxæ, diſſecare libeat, auferes in tibia quidem muſculorũ extrema, quæ ex femore ad eam pertinent: in coxæ vero muſculis, capita ſupra articulum aſcendentia. Sed ex facili ipſos muſculos, quemadmodum ego dicturus ſum, reperies, à quibuſdam veluti ſcopis nulli nõ cognitis auſpicatus. Quis.n. poplitem, genu, & tibiæ anteriorẽ partem infra genu (anticnemion Græci vocant) ignorat? His iam animũ accommodãs, conſectionem exordieris, toto membro cute ſimul & membranis ei ſubditis detecto: dictum nanq; mihi eſt prius, minimo ſic negocio potiſſimũ q; muſculũ deprehendi, vtpote cuius circũſcriptio pro fibrarum differentijs cognoſcatur. Omniũ itaq; primus tendo latus, paulatim in carnem verſus, ſumma ſub cute apparebit: qui tibiæ infra genu innaſcitur, vbi ipſius vocatũ anticnemion habetur: ibi ſiquidem ingreditur, vbi tibia ipſa præceps eſt, quę pars carne vacat, nuda q; eſt, ſuperne deorſum porrecta ceu totius ipſius ſpina. Superius aũt muſculi huius initiũ, quod caput ipſius nominãt, ex media maxime iliũ oſſis ſpina carno- G ſo exortu procedit. Prolixa vero & ipſa ad longitudinẽ aĩalis porrigitur, & in gracilibus vel ante cõſectionẽ cuilibet eminens conſpicitur. Quin ẽt & ipſa poſteriores partes a prioribus diſtinguẽs per totã longitudinẽ in ſpinam acutam deſinit, qualis eſt & ſcapularum ſpina, maxime in ſummo ipſius faſtigio. Hic itaq; muſculus è media potiſſimum dicta ſpina ortus, per ilium os ad internam femoris regionem defertur, in obliquum paulatim tendens: hinc ad genu articulũ deſcendit, mox hunc circa femoris nodum interiorem permeans: inde rurſus obliquo ductu tibiæ oſſi ſua parte inijcitur, qua maxime excarnis nudus q; eſt. Hunc muſculum ſi ad originem ipſius protendas, ita tibiam figurabis, ſicut pueri eam ſtatuunt, in palæſtris crus inuertentes, cum alterius femori crus inijciũt: quod tibi clare innoteſcet, ſi multas tibię carnes ademeris: atq; hoc magis, ſi pedem iuxta articulum abſecueris. Magni ſiquidem muſculi etiam mortuo animante tenſi functiones ſuas citra carnium præciſionem poſſunt indicare: exigui, niſi multis ipſarum ablatis, non poſſunt. Cæterum poſt neruoſam huius muſculi exilitatem, etiam alius quidam examuſſim tendo in anteriorẽ oſſis tibiæ partẽ inſertatur: quẽ ſecutus, reſecans q; muſculũ ipſi incũbentem, ad particulam, vnde prodijt, aſcendes, id q; per ſumma femoris interius ad os pubis, vbi hic muſculus caput habet: atq; in hac maxime parte anterior eſt, & exacte deorſum verſus in longũ exporrectus, ſenſim teretẽ fi- H gurã repræſentat. Hic aũt vocata pubis oſſa committũtur, & chartilaginis interuentu coeũt. Atq; hi duo numero muſculi, in vtroq; crure vnus, ſeſe mutuo iuxta primos exortus contingũt. Ex ipſa igitur regione, vnde prodierunt, & per interiora femoris ductu, nec non ex loco, propter quem tibiæ innaſcũtur, actionem ſuam docere te valẽt. At ẽt, circa quod ſuã ipſi naturã indicãt, tu quoq; motum, quo tibiam mouent, manibus proprijs inuenire poteris: quippe, dum ad exortus muſculorũ ſedem attrahis, tibia elatius ſimul & interius attollitur. Verum huiuſmodi examina mortuo animante potiſſimum facienda ſunt, plurimis artuum mouendorũ partibus vndiquaq; ablatis, & ſi fieri poteſt, oſſibus ſolis carne vacuis relictis. Porrò tertia à duabus prędictis inſertio lati tendinis eſt, nominatæ in anteriori tibiæ parte contigua, id q; magis ab internis ipſius partibus: paulatim vero † magna ex parte deorſum verſus ad obliqui muſculi ſitum vergit. Inuenis ipſam, ſi, vt in prioribus duabus, pedetentim muſculi particulam ſequaris, quæ tendines prædictos procreauit, intrinſecus quidẽ primũ iuxta tibiæ genu q; interiora ſitã, deinde vero per poplitem ſurſum oblique aſcẽdentẽ iuxta poſteriorẽ femoris ſedem, poſtea ſic ad exteriorẽ inferiorem q; coxę oſſis partẽ (vbi ſimiæ nates carne pilis q; carent) emergentem. Hinc.n. exortus, ac caput indidem obtinẽs, per femur obliquus defertur: deinde intro ad inſertionẽ, quã dixi, peruenit, tibiam, vt ita dicam,

† Sũt q legãt, vt in pleriſque ſurſum verſus. Videtñ in lib. de diſſectione muſcu orũ ca. 32, hic.n. cod. græcus cortuptus videtur.

A dicam, retrorsum euoluens: quemadmodũ saltatores factitare consueuerunt. Nam sciendum est id de omni æque musculo, nempe rectos motum rectum ministrare, contra obliquos obliquum. Verum nullus femoris musculus alius obliquiorem hoc situm habet: siquidem ab externa coxæ parte incipit, in internam vero tibiæ partem inseritur. Necesse enim est tibiam hac tractam ansa retrorsum sursum q; ferri, & hac in orbem conuolui: cuius ratione compositus, non simplex, hic motus efficitur. Hi ergo tres musculi tibiæ tendinibus innascuntur: quos auferre oportebit, si tibiam ipsam prius dissecare cogites: nam, quid subter lateat, ipsis incũbentibus videre nullo queas modo. Iam alius est quartus musculus ex ijs, qui in tibiam deferuntur: qui non interna ipsius parte, verum externa, solus tribus opponitur, quantũ ad loci rationem attinet, cui inseritur: Extremum ipsius carnosum, simul & latitudine manifesta conspicuum, tibiæ extrinsecus, vti dictum est, connectitur: quinetiam magis adhuc dilatescẽs ad suum ipsius caput, in extima ossis coxę parte situ, sursum protenditur: Etenim prędicto musculo hinc, vt docui, exorienti, caput huius musculi exterius locatum est: vt ex situ facile innotescat ipsius functio, tibiam totam simplici motu in externam partem agentis. Porrò notum est ẽt experientia, si vniuersum musculum ad proprium caput voles extendere, secuturam tibiam, quemadmodum prædiximus. Eundem musculum spectauimus

B cursori cuidam haud vulgari abruptum, certante q; homine in ipsius medio auulsum: cuius deinde sedes inanis erat & concaua, vt quam partes auulsi musculi relinquerent, hæc quidem ad caput reuulsa, altera vero ad tibiam detracta. Cursor tamen ille postea, q̃ dolor cessasset, & inflammatio destitisset, obãmbulando nihil offendebatur, adeo, vt audacter cursum iteraret: ex quo etiã nihil sentiens incommodi rursus certauit, iterũ q; ceu prius victoriam retulit. Quod illi obtigisse non est vero dissimile: nam in cursu non est opus articulos in obliquum torquere, verum sufficit eos extendere, atq; inflectere: vnde nec hi tres commemorati musculi lato isti & carnoso præpositi motus tibiæ præcipuos administrant, quantum sanè ad ciuiles cursoriosq; cruris vsus pertinet. Iam post quatuor illos musculos quintus alius existit, non in anteriorem tibiæ partem tribus primis similiter perueniens, verum ad inferius femoris caput, & musculi tibiæ principiũ, à parte interna. Incidi itaq; potest nõ hinc modo, verum nihilo minus à superiore ẽt initio: quin & vtrinq; confectionem administrare exerceri q; melius est. Siquidem infra inceperis, manum per posteriores femoris partes vsq; ad os coxæ versus ipsius caput euidentissime duces: q; ibidem primus totius musculi processus connatus apparet capiti illius musculi, qui tertius inter narrandum dictus est. Sin autem desuper auspiceris, ad musculi nuper incisi caput animum diriges. Quatuor enim

C continua musculorum capita ex coxarum osse prodeunt: lati vero, quem cursori auulsum dixi, omnium extimum habetur: secundum, tibiam extrorsum euertentis: tertiũ, de quo nunc verba facimus, quod ẽt in exteriora totã tibiam circũuertit, simili quidem tertio prędicto motu, sed non æque magno: hoc caput subsequitur aliud quartũ, nam omnia vno sita ordine, ex osse coxarum procedunt. At à superioribus anatomen exorsus, inde per posteriora internaq; femoris descendere conaberis: deducet.n.te ad nodũ ipsius, ea nimirũ parte, qua & musculorum ad suram pertinentiũ alter exortus interior: † in quo finem eius insertum vnà articulũ circundans ligamentum comprehendentem intueberis. Hunc musculũ si ad caput suum extendas, cum femore etiam tibia retrorsum introrsum q; ferri videtur. Id vero ei accidit, q; prædictus huius musculi finis cõis sit adnato illius capiti, qui in sura ab interna parte & posteriore habetur. Satius igitur fuerit & horũ fines quoquo modo tibię communes auferre, cum illos aliquando musculos priores incidere fueris aggressus. Sic nanq; & hic musculus per se quidem femur extendere: tibiam vero, prædictũ cũ musculo ipsius, connexus beneficio contrahere quoq; apparebit.

† *clarius. in quo loco finẽ ipsius iacere, simul & ẽt aliquid ligamẽti, quod circa articulũ est, comprehendere intueberis.*

De musculis Genu articulum mouentibus. CAP. 5.

D ATtqui, si nunc omnes enarratos (de femoris musculis agimus) exemeris, adhuc magni tum in priore, tum in posteriore interna q; vniuersa femoris parte, restabunt: ex quibus anteriores prius dissecabis. Habent sanè vnam oẽs actionem, nempe qua genu articulum extendant, non tamen vel situm similem, vel capita: quæ quidem in totum quatuor numero existunt. Elatius ex ilium ossis spina procedit, è directo musculi omnium primi dicti, id q; parte ipsius inferiore: huic succedit aliud multo maius priore & humilius, quod in externa potius femoris regione propter ipsius processum, quem γλουτὸν, hoc est natem, Græci appellant, potissimum eminet: à quo, inq̃, capite maximus anteriorum femoris musculorum exortus est. Huic contiguus connexus q; est exteriorum omnium primùm dictus, latus carnosus q; musculus, à medio propemodum femore vsq; ad finem infernum procedens, qui cursori fuerat auulsus. Ad eundem huius musculi locum peruenit & alius processus, qui primus è spina iliũ ossis exoriri dictus est: atq; ambo iuncti, vnius musculi modo ad vsq; patellam (Græci ἐπιγονατίδα & μύλην appellãt) apparent: in quam per valentissimũ latũ q; tendinem inferuntur: cũ quo ẽt totã ipsius priorem partem comprehendũt. Idẽ tendo ad tibiã quoq; peruenit, firmus adeo, vt vix dissolui queat, anteriori post articulum parti inhærescens. His autem resectis alia musculorum capita duo subiecta manifesto in conspectum veniunt: alterum quidem primam ecphysin.i. exortum seu processum magni trochanteris attingit, præterea capitis femoris ceruicem: reliquum vero infra magis, quam hoc, ex anteriori ossis femoris sede

ris ſede emergit. Defertur autem ipſum prorſus rectà per priores femoris partes vſq; ad patellam, E totum carnoſum permanens: alterum deſuper incipiens iuxta internũ femoris caput, membranoſiore extremo deſinit: cæterum fines ipſorum cohæreſcunt, vniti q; ſunt. Atq; hac de cauſa profeſſores anatomici hunc muſculũ pro vno numerãt, & ſi duo capita habeat, veluti maiores quoq; ipſis in ſuperficie locati, qui validiſſimum ex ſe tendinem producunt, de quibus nuper egimus. At, quod omnium muſculorum, qui genu articulum mouent, validiſſimam hi extendẽdi functionem obire credũtur, cuiuis notum eſſe arbitror: quippe, niſi hos firmiter extenderis, nullo pacto queas pedibus rectus conſiſtere: ſin autẽ omnes alios perijſſe finxeris, ſoli hi ad tenſionis ſtabilitatem ſufficiunt. Nam poplitis flexura inter leues infirmas q; eius actiões refertur: fit autem, vbi crus, ceu quiddam ſublime, à terra eleuare conamur, innixi q; firmiter altero totam corporis molẽ ſuſtinemus. Quamobrem natura neq; magnis, neque multis muſculis ipſam commiſit: verum propemodum dixerim ex commemoratis vnum ſolum, capiti interioris ſuræ muſculi inſinuatum, vt dixi, tibiæ flexus authorem exiſtere: quãquã non magis ipſam flectere, quàm ad internam regionem abducere videatur. Hic quidem muſculus leuiter & obſcure quodam modo genu articulum flectit. At, quem magnum muſculum putant ipſum flectere, qui totam propè regionẽ femoris poſteriorem interiorem q; occupat, is vel omnino non attrahit tibiam, vel certe parum, quia & F finis ipſius leuiter attingit ligamentum toti articulo in orbem circumpoſitum: nam in os tibiæ ne minima quidem ſui parte ingreditur. Verũ coacti ſunt hũc poplitis flexuræ authorẽ dicere, quòd nimirum ignorarent alterũ muſculũ articulo latenter quidem inſinuatum, qui vel ſolus ipſum flectere poteſt, vel maxima potentia præditus eſt. Porrò hunc prius cernere non eſt, q̃ à tibia muſculos ademeris, qui ſuram efficiunt. Quapp nec mihi nũc de eo dicere neceſſarium eſt: ſed, cum primum ex ordine anatomico fuerit detectus, tunc & ego naturam ipſius vniuerſam exponam.

De confectione muſculorum, qui Coxæ articulum mouent. CAP. 6.

NVnc autẽ ex femore muſculis præter magnum dũtaxat reſectis, licebit tibi & coxæ articulũ mouentes, nec non circa tibiam vniuerſos deinceps incidere. Fingamus iam nos coxę articulum mouentes primos adminiſtrare: ex quorum numero maximum quoque femoris muſculum eſſe diximus, quem perperam, vt retuli genu articulum flectere arbitrantur. Ab hoc igitur ipſo exordiens, fibras contemplare. Quæ quidem in poſteriore magis parte totius femoris habentur, vſq; ad coxæ os ſurſum tendunt: quæ interiorem perreptant, intro ad pectinem porriguntur. Ex hoc enim toto procedens, coxarum quoq; iam os amplexatur, quatenus humillimæ pectinis oſſis parti iũgitur. Rectis igitur fibris poſterioribus coxæ articulum flectit, ſi vero ipſum & genu G articulum mouere quis permiſerit, non alijs, quàm rectis his fibris, eum motum obibit: ijs ſanè, quæ in lateribus ad pubis os perueniunt, obliquum ad interiora totius femoris motum adminiſtrari deprehendes. Interim vero hic muſculus bina quædam videtur vel tria ceu exiguorum muſculorum delineamenta in ſe contenta aſſumere, interim vnum vel duo: omnino vero quoddam accipit delineamentum, quod internis femoris partibus iuxta ipſius medium paulo q; ſuperius medio innaſcitur. Animum igitur aduertens diligenter, hunc ab oſſe pubis incide muſculum, præcauens, ne ipſi ſubiacentem præcidas, qui totum in oſſe pubis foramen magnitudine ſua alioqui maximum occupat, in ſuam quandam nerueam tenuitatem deſinens, qua de mox agetur. Itaque magnum hunc, cuius nunc eſt mentio, à toto pectinis oſſe reſecans abſtineto primum, vt dictum eſt, ab eo, qui foramen comprehendit: deinde ab humili muſculo, quem etiã in hiſce animantibus ſemper liuidum vidimus, orientem ſanè ex inferioribus pectinis oſſis partibus, inferiori autem femoris proceſſus parti, quem exiguum trochantera Græci appellant, adnatum tendine haud inualido licet ipſe magnus non exiſtat: verum tendo ipſe dicti proceſſus partes interiores, carnoſior, non autem ex toto ſimpliciter neruoſus apparens, ſimul excipit. Alter muſculus valentiorẽ hoc tendinem, prædicto contiguum, deſcendentem q; in totam reliquam trochanteris partem ducit, H eam totam amplexus: ꝓcedit hic ex ſuperioribus lumborũ iliũ q; oſſis partibus, quibus vtriſque originem ſuam debet. Hinc iam perſpicuũ euadit muſculum hũc, niſi omnibus in abdomine reciſis, ablatis q; vniuerſis, quæ lumbis incumbunt, non poſſe conſpici. Solus enim {hoc pacto} lũborũ muſculus euidenter apparebit triplex, interna quidẽ ſui parte per validũ tendinem, qui ligamenti robur naturam q; habeat, in illam partem deſcendere, vbi pectinis os coxæ commiſſum deſinit: externa autem, altero nerueo proceſſu ſiue tendine, non autem longo vt priore, ſed tenuiore multo ilium oſſi inſinuatur. Alia ipſius pars, quæ media inter tendines infra tẽdit, muſculo totius ilium oſſis interiore vnà ſecum excepto, tendinem modo nominatum producit, exiguo trochanteri inhęreſcentem: qui iam vel ex ipſo ſitu palam deprehenditur, ſimul, dum femur intrò flectit, etiam ſurſum erigere. Atq; experiunti tendenti q; (vt dictum eſt) tibi ſæpius hoc facere videbitur, contrariam videlicet poſtremæ grandis muſculi, cuius mentionem fecimus, parti actionẽ obiens. Atqui paruum muſculum liuentem obliqui intro motus authorem eſſe femori quis ignorat? Ibidem haud alium præterea muſculum femori inſertatum reperias: profectus autem ad exteriores muſculos, vniuerſos comperis, qui femoris caput ambientes, in magnum proceſſum exteriorem (trochantera vocant) immittuntur. Primus itaq; ipſorum ſub cute ſumma poſitus eſt, ex tota iliũ oſſis

*Al. hic

oſſis

A offis ſpina rectà procedẽs: quæ quidem eius pars ex toto carnoſa eſt, cui alia adhæret cõtigua, pau latim iam in membranam deſinens, vt non multo poſt, exacta membrana ſit ligamenti naturam habens. Incumbit hic muſculus ijs oſſis ilium partibus, quæ magis eminent, & oblique retrorſum ſpectant: cæterum ſpinalium muſculorum extremo connexus eſt. Vbi vero hoc eius membraneum deſinit, alius proceſſus carnulentus occurrit, è regione primi, qui ex ilium oſſe emergere dictus eſt. Enaſcitur autem ipſe ex lateribus oſſis ſacro oſſi ſuppoſiti, quod coccygem Græci appellant, ſenſim ẽt poſteriores ipſius partes amplexus. Auferendus igitur eſt, ſed ita, vt deorſum verſus fibras protendas. Ab omnibus vero ſubiectis corporibus ſcalpello retuſiore potius, quàm acutiore, ipſum diuelles: quæ membranea viſcoſa q́3, in totum ſunt coccygis nominati & externi coxarũ oſſis extremi intermedia. Quinetiam pars huius muſculi membranoſa magis eſt, quàm carnulenta: quantacunq3 vero ipſi cõtigua coxam ingreditur, ea omnino carnoſa eſt, capiti ſtatim, quod ex coccyge deriuatur, admiſta. Paulatim itaque tum has carnes, tum ipſis oppoſitas, quæ ex ilium oſſe prodeunt, medium q́3 ipſorum membraneum à ſubiectis reſoluas. Sic nanq3 & femoris caput reuelas: & bipartitum muſculi finem inuenis, alterum poſtremis femoris partibus connexum, è directo q́3 potiſſimum eorum, qui ex coxis & oſſe coccygis ſunt, ſitum: alterum in membraneum B tendinem latum ceſſantem, qui priores femoris muſculos complectitur, contiguus proceſſui, quẽ ad genu deſcendere antea diximus. Vnde liquet omnibus muſculum hunc femur retrorſum abducendo extẽdere: qui per eam nimirum inſertionem, quæ dicta eſt fieri è directo capitis tũ ex coccygis oſſe, tum ex coxarum oſſe, producti, femur paulum in exteriora declinat: verum altero ipſius extremo dilatato, in latus magis, femur ſurſum tendit: ambobus autem ſimul tenſis, perfectiſſimam totius membri extenſionem efficit. Vbi iam hũc muſculũ ſuſtuleris, alius occurrit valens, & omnino carnoſus, qui ex tota propemodũ poſteriore iliũ oſſi ſede progrediens vicinis ẽt oſſibus ſimul incũbit: verũ tendo ipſius vertici magni femoris proceſſus, quem trochantera vocauimus, inſeritur, adeo q́3 vlterius adhuc ad anteriora ꝓcedit. Porrò animũ, dũ hic muſculus inciditur, paruo cuidã muſculo adhibe, qui ab externis infernis q́3 lati oſſis finibus oritur: ac putabis hũc, niſi exacte circũſcriptionẽ ipſius obſerues, magni muſculi partem eſſe, non modo quod connatum exortum obtinet, verum etiã quod ad trochantera, cui grandis muſculus immitti dictus eſt, contiguus ipſi exſtat: quin etiã paulo interiorem, quàm ille, inſertionẽ obtinet, erigens nimirum & hic femur retrorſum, cũ leui ad interiora deflexu. Porrò alius inibi muſculus colore liuido deliteſcens, ipſe quoque grãdi muſculo ſimiliter ſubiacet: qui hoc nomine promptius prædicto inuenitur, quod liuorem repræ C ſentet. Originem ducit ex interioribus ſimul & lateralibus partibus oſſis lati: quem poſſe femoris caput ad eas partes circũuertere cuiuis eſt perſpicuum: etenim & ipſe magno femoris exceſſui ſeu tuberculo (trochantera nominãt) ſed humilius, quàm grãdior muſculus, inijcitur. Hi ſane tres muſculi in magnum exceſſum femoris, ſicut dictum eſt, ingrediuntur. Ab his alij duo conditi planẽ introrſus femoris caput circũuertũt, inſerti per validos tendines in grandioris tuberculi femoris ſinum. Vtriq3 ex oſſe pubis procedunt, foramen occupantes, hic intus, ille extrinſecus: mox ad ipſam femoris ceruicem a foris emergunt: vnde ſic ad magnum tuberculum ipſius iuxta ſinũ prædictum aſcendũt: cui rurſus anterior demiſſius, poſterior elatius immittitur. Cum iam pariter huius capita à pectinis oſſe abripueris, ligamen membraneum communiter vtriſq3 ſubiectum ſeruato, quod totum pectinis oſſis foramen comprehẽdit. Equidem numeroſus hinc eſt proceſſus muſculorum, qui videlicet etiam ad vicina foramini oſſa vtrinq3 porriguntur. Itaq3 muſculum exteriorem ex facili diſſolues: interiorem vero ſi totum voles exquiſite contemplari, oſſium pectinis commiſſuram prius ſcalpello valente dirimes: quod leui admodum negocio confeceris. nam chartilago vtraq3 intercedit, quę ipſa connectat committatq́3. Quapropter, ſi in illa confectionem moliaris, facile adminiſtrabis, opus q́3 ꝓmouebis adeo, vt ſolutis ſtatim inter ſe oſſibus muſculum prõ D pte queas intueri. Inſuper magis hoc efficies, ſi, vbi pectinis oſſa ſcalpello diremeris, ilium oſſa manu vtraq3 prehenſa extrorſum valide reflectas: quippe hæc quoq3 tali functione ſoluũtur ſeparanturq́3 ab oſſe lato, vt tota illa regio ſupina iam & conſpicua euadat, vniuerſa q́3 pectinis oſſis pars interior clare omnibus appareat. Qua de cauſa nunc ſatis eſt muſculi ex his partibus proceſſum amputare: nam poſtea in confectione ſedis auditurus es, quo modo priorem ipſam ſuperficiẽ mẽbraneam detegere conueniat, quam muſculi operculum eſſe putaueris. Nõ eſt autẽ hoc operculũ eius muſculi, qui nũc in ſermone proponitur, verũ potius quidã muſculus mẽbraneus tenuiſq3 ad anum pertinens, vnus vtrinq3, non admodum anatomicis cognitus, quemadmodum neq3 prædicti. Verum de illis, cum ad ſedis anatomen ventum erit, accuratius dicetur. Porrò hic quoq3 muſculus, qui nunc inciditur, oſſis pectinis internus, ſicut docui, ad grandem femoris exceſſum contrarium quidem motum, ſed genere ſimilem priori ſubminiſtrat: quippe ambo femoris caput introrſus circumagunt, vnus per totius articuli anteriora, alter per poſteriora. Talis eſt certe muſculorum coxæ articulum mouentium confectio.

De muſculis Tibiæ. *CAP.* 7.

IAm vero opportunum eſt ad tibiæ muſculos tranſire: quos ẽt, veluti eſt dictum, ante coxarum muſculos licet incidere, imo vel ante omnes, ſi eos abſtuleris, qui ex femore in tibiam deſcendunt.

dunt. His enim ademptis, duo musculorum capita manifesto conspiciuntur, quę ex posteriore femoris regione illa potissimum ducũt originem, qua nodorum radix habetur. Vnde fit, vt musculorum etiam capita nodos hosce comprehendant: † atq; ideo sinui ipsorum chartilago caua inijcitur, quę gibbæ vtrorũq; parti communis est. Quæ vero capita poplitem, propter suram coeuntia musculum vnum gignunt. In hunc autem ipsum haud exigua capitis exterioris portio propagatur: quæ musculus per se efficitur, in tẽdinem latum paulatim cessans, qui pedi subhæresicit: quemadmodum de manu superiore libro enarratum est. Postquam ergo ipsum similiter illi detexeris, nempe bifariam, ceu monstrauimus, euidenter spectabis tum figura conformẽ, tum musculo, cuius mentionem facimus, connexum. At ex vtroq; musculi in sura, vt dixi, nuper geniti capite tendo producitur, qui memorato contiguus incumbit: posteriori autẽ calcis extremo inseritur, quod ad se ipsum trahere est idoneus. Huic tendini continuum alterius musculi ex tibia orti, colore magna ex parte liuidi, processum altiorẽ deprehendes: caput ipsius, quà secundũ in tibia os (peronã, id est fibulam appellãt) plurimum eminet, habetur. Hi quidem musculi retro in sura siti, siue tres, siue quatuor ipsos numerare libeat, & ad calcem, velut dictum est, & ad inferiora pedis deferuntur. Iam alij ipsis cohærent, qui non adhuc exacte in postremis partibus, sed potius ex lateribus tibiæ intus exorti, ad infimum pedem omnes porriguntur. At, vbi tendines primum generant, ibi ligamentum ipsis extrinsecus iniectum est, ex tibia ad calcem pertinens: quo recta linea diuiso, quemadmodum de manu diximus, si tendines deinde sequaris, digitis ipsos insertari comperies: nõ tamen (vt in manu) alterum medium articulum, alterum primum & tertium, sed ambo primũ secundum tertium q; mouent: si magnum videlicet digitum excipias, nam ad secundum ac tertium tendo, qui ipsum mouet, porrigitur, sicut in manu se habet. Cæterũ capitum duorum, quæ retuli, processus inuicem connectuntur, non eodem semper modo: sæpe enim alter ipsorum musculus quasi indicem & paruum digitum mouet, alter medium & anularem, vtriq; eadem vniti propagine magnum. Est, cum aliter ipsi misceantur. Horum igitur tendinum capita inter calcẽ & tibiam sita, vt prius dictum est, hoc solo discrimine variant, φ alterum ipsorum inferiori tali extremo insideat, quà talus calci adiacet: quod quidem caput rursus habet ligamentum proprium pręter cõmune. Tertius alius tẽdo ipsi tibiæ fini adhæresicit: ei q; innixus, ligamẽto iterũ peculiari cõstringitur: qui & ipse pedẽm vniuersum, sicut qui calcem ingrediuntur, retrorsum inflectit: verũ ipsius extremum in primum tarsi os interius conijcitur. His singulatim recisis diuertendum rursus est ad exteriores tibiæ musculos: qui, quantum sanè ad superiores processus attinet, tres existunt: sin autem tendines motuum q; differentiam spectes, cui in primis est attendendum, plures. Has itaq; membranas adimens, hic ẽt sub cute ligamentum conspicies ei, quod in manu extrinsecus est, proportionatũ: sub quo erant omnes tendines, qui digitos extendunt. Verum hoc ligamẽ illo tum multo longius, tum tenuius est, præsertim si artuum differentiã consideres: nã, qua ratione pedis ligamenta plura creauit natura, eadem quoq; vehementioribus munijs obeundis robustiora effecit, q̃ quæ in manu sunt. Porrò ligamentum hoc situ paulatim obliquũ est, non, vt quod in brachiali habetur, transuersum: itẽ extremitatẽ tibiæ calcanei extremitati cõnectit. Oportet aũt hoc quoq; sicut prædictũ est, iuxta mẽbri longitudinẽ incidere, mox partes ad originem suã erigere, ac capitibus subiectorũ tendinũ detectis, hinc totorum musculorũ confectionẽ auspicari. Infra siquidẽ ad tarsum, supra ad tibiã, ceu manu deducũt. Primũ sanè cõtueberis musculũ fibulæ vsq; ad supius caput porrectũ: cuius extremũ ligamentis continetur, & tarso ante magnũ digitũ innascitur, paulũ in interiorẽ ac inferiorẽ ipsorũ regionẽ excedẽs. Secũdũ deinde musculũ aliũ spectabis, huic adeo vicinũ, vt pars ipsius esse putetur: id q; ob causam duplicẽ, tum φ processum desup cõmunẽ habeat, tũ φ ipsi per totam tibiæ longitudinem extrinsecus adhæresicat: verum tẽdo eius in caput primi maioris digiti internodij insinuatur. Itaq; constat, si manuũ cõfectio tibi succurrit, huius bipartiti musculi proportio cum eo, qui in illis tum brachiali tũ magno digito cõis est. Huic aũt cohæret alius musculus gracilis, medio inter tibiã fibulã q; situ: ingredit aũt totius digiti maioris latus, proportione, similis paruo manus musculo, qui pars esse creditur tres maiores digitos extrinsecus in obliquum mouentis. Verum hic pedis tendo, cũ propter magnum digitum sit, ligamentum quoddam permeat, eundem præstans vsum, quem circuli in curru. Porrò deinceps musculorum, quos nominaui, tendinũ caput ligamento subiectum cõtemplator, quemadmodũ prædicta, ijs abunde manifestum, qui animum adhibent. Ab hoc itaq; incipiens, deorsum versus tendines quatuor, digitos quaternos extendentes manifesto inuenies, ijs respondentes, qui manum extrinsecus perreptant: sursum vero musculum hunc videbis fibulæ, adusq; superius caput, insertum: cuius extremũ, tarsum propter maiores digitos ingreditur, paulum interna parte exuperãs: vbi ẽt musculi ipsius caput conspicies ligamento cuidam ex externis tibiæ partibus ad ipsum fibulæ caput inserto contiguum. Quod ligamen, dico, tenuium paruarum q; carnium coitu multis alijs simile, musculi caput efficitur, qui deinceps talis circunscriptus est.

† Atque ob id epiphysin hñt chartilaginosã ac cauam, quæ cõis est gibbosissimæ vtriusque nodi, q secũdũ ipsam ẽ, parti. Vbi autẽ poplitẽ præter gressa fuerĩt capita, inuicẽ in eo loco, q̃ γαστροκνημία appellatur, miscẽtur, musculum vnũ gignentes. Hoc eodẽ in loco haud exigua &c. hic locus deprauatus est, aut falsus.

De musculis, qui à Fibula oriuntur. *CAP.* 8.

HI igitur musculi in prioribus magis totius tibiæ partibus consistunt: alij tres ab vno capite in exterioribus magis, habentes & hi præpositum ligamẽtum ex fibula ad calcẽ ipsam pertinens

A tinens: quo soluto tres neruosas musculorum exilitates spectabis, vnam quidem eximiæ magnitudinis obliquam ad tarsi exteriora deferri: & hinc rursus ex obliquo plantam subire: mox ad caput primi ossis magni digiti porrigi: notum q; est ipsam in hoc articulo maioris digiti flexū moliri. Cæterum, vbi ad tarsum tendo ille reflectitur, ex superioribus partibus ad inferiores productus, chartilaginem ipsi connatam deprehendes. Iam vero simiæ pes hac parte ab humano discrepat, quòd ēt natura digitorum huic animali dissimilis sit humanis. Illi siquidem multo minores, q̄ qui in manu, existunt: hi vero maiores ēt ijs, in quos manus est discreta: quales repentibus quoq; animantibus plurimum fissi tum inuicem distantes adsunt: quorum beneficio ex facili sublimia conscendit simia, quemadmodum mustelæ, mures, feles, & id genus alia. † Hunc igitur, vt dixi, tendinem in pede humano haud est reperire: gracilem vero ei proximum, qui ex paruo procedens minimū digitum extrorsum agit, inuenis: sicut & ipsi vicinum, qui totum pedem intorquet, reddit q; hac in parte simum, illi respondens, qui ex cubito versus paruū digitum procedens, brachiale extendit. † Hic tendo biceps interim ab exortu reddit, eius q; partes tunc permeat alius tendo, qui paruum digitum extrorsum agit. Sin aūt aliquando non scissus ipse in ramos fuerit, ligamen membraneum continens ipsum, inter se & tendinem excipit eum, qui ad paruum digitum pertendit, eundem vsum exhibens, quem paruuli circuli in curribus, per quos lora traijciunt equis aurigandis apposita. Talis aūt quidam alius in magno digito ex ligamento circulus habetur, ad tendinis transitum, vt prędictum est, constructus. Cæterum tres hi musculi connatas inuicem propagines obtinent. Prior dictus, qui circa tarsum est, ex supernis fibulæ partibus ad infimum pedem pertingens, summa sub cute tensam habet, ex tenuibus ligamētis carni connexis constantē: alter, vbi prioris appellati caput desinit, & ipse non multo post principium in tēdinem teretem degenerat gracilis totus existēs: tertius vero, qui pedem totum efficit simum, ex reliqua fibulæ parte ꝓcedit. Hic itaq; pedem eleuat simul & extrorsum declinat: at, qui connatus est ei, q in magnū digitū inijcitur, introrsum ducit: verum vtriq; simul tensi indeclinabilem pedis eleuationem moliūtur. Hoc modo etiam ex musculis, qui pedem retrorsum agunt, vterque in latus sensim declinat: ambo autem simul directe pedem ducunt retrorsum.

† Bartholomeus Eustachius, egregius medicus, ac rei anatomicæ professor insignis, hunc locū falsum esse admonuit, contrarioq; potius mō legendū esse, si hæc pars hoīs cū simiæ parte conferatur, hoc est. Hunc igitur vt dixi tendinē ī pede humano ē reperi re: gracilē vero ei proximū, qui ex paruo procedens minimū digitū extrorsū agit, haud inuenis.

†Vuesal. ego īterpretis versio nē etiam greco exēplari nō cōuenientē reliq, nā græca mutila apparent, cū hic dicēdū eēt duos illos tēdines interdū eo dē contineri ligamēto, aliqñ ab inuicē distātos, diuersis ligamentis &c.

De reliquis musculis Pedis, quos Antiqui ignorarunt. CAP. 9.

HI quidem musculi, etsi minus absolute ac ad amussim, certe mediocriter à maioribus nostris dissecti sunt: verum, qui vlterius dicentur, omnes ferè omnibus sunt incogniti. Primū notatu dignus tum crassitudine, tum robore, licet non longitudine, qui in articulo poplitis conditus C est: inuenies eum ablatis posterioribus musculis ad suram porrectis, quos primos sermone incidi: nam inter capita horum amborum musculorum hic musculus situs est, totam ferè ibidem latitudinem tibię comprehendens. Caput ipsius ligamentum est valentissimū, ex femoris nodo exteriore productum: conspicitur autē ligamēto totius articuli abscisso, vt quod ab exteriore femoris & fibulæ parte ducens originem, hæc inuicem connectat, ac totum articulū contineat constringat q;: sub hoc enim occultatur, iuxta q; ipsum obliquius ascendit, ex carnosa tibiæ substantia per poplitem ad nodū femoris, vbi caput ipsius est, procurrens: quod caput ex femoris nodo ortum, ab interna & priore parte ligamenti, quod articulum totum constringere dictum est, cōsistit: hoc si tendis, tibia flectitur. Quoniam vero breuis hic musculus est, tibia q; multa carne orbiculatim circundata, breuis propter illam est: hac carne adempta, ac pede pręterea detecto, tibiæ os facile à ligamento, cuius memini supra, musculo q; retrorsum attrahi, extrorsum que inclinare videbis. Hic itaq; musculus merito illos latuit, vt cuius caput sit reconditum. Verum pedis musculi cur quibusdā non sint animaduersi, non possum explicare: præsertim qui septem intra manum conspexerint. Omiserunt.n. & illic in alto ossibus ipsis incumbentes, sicut prius dixi, non tamen septē conspicuos. In pede quatuor musculorum sunt genera, non vt in manu, duo. Tria quidem infra pe- D dē: vnum supra in aduersa tarsi parte situm est, quod duos complectitur musculos, qui obliquos motus quatuor digitis subministrant, proportione ijs respondentes, qui in manus exteriori parte habentur. Qui sub pede habentur, septem, & hi cum septenis, qui in manu visuntur, conueniunt, singulos digitos in obliquum mouētes: quorū duo, vt in manu ex primis brachialis ossibus exoriebantur, etiam ipsi in pede à tarsi ossibus enati, magnum & paruū pedis digitos plurimū ab alijs abducunt: reliqui quinq; paulo posterius dicentur. Alij in inferioribus partibus sunt musculi exigui, qui ex tendinibus digitos flectentibus, prius, quàm exacte singulatim scindantur, procedunt: quorum munus est medium vniuscuiusq; digiti articulum flectere. Nā scissis iam tendinibus, alij minores musculi adhærescunt, ijs, qui itus in manu obliquum motum digitis singulis suppeditāt, proportione similes: quatuor hi sunt numero, sicut & illi: verum accessione duorum, q extremos digitos longissime ab alijs abducunt, quos nuper nominauimus: item eius, qui magnum hunc indici veluti adducit: totus numerus septenarius efficitur. Ad hæc tertium quoddam genus musculorum est, qui subter pedem ossibus inhærescunt, & in manu planè incognitis antea musculis proportionantur: in cōspectum hi ꝓdeunt, si tēdines oēs, quemadmodum & illic, excidas. Situs ipsorum totus, numerus, & vsus, pro illorum ratione habet, quos in manu esse prædiximus. Duo enim cuiusq; digiti primo articulo prępositi, leniter ipsos flectunt: atque, si simul quidem actione funguntur,

gantur,secundum rectum mouent: si priuatim vterq;,in latus sensim declinat. Interim vero tam E continui inuicem sibi inueniuntur,vt vnum in singulis digitis esse putes. Consectis his musculis nullus præterea ex ijs restat,qui in toto crure consistunt.

De Ligamentis singulis cruris & pedis. CAP. 10.

VErum considerare te conuenit,vt in manu ligamenta ossiũ,ita nũc quoq; omniũ articulorũ, quos detexeris: primi quidem coxarũ,qui vnũ in orbẽ ambiens ligamentũ habet omniũ articulorũ commune,nullus.n.est,cui tale ligamen non sit obductũ. Aliud aũt inspice,quod in imo articuli reconditũ,femoris caput coxę sinui connectit,durũ adeo, vt iã neruus chartilagineus dici queat. Præterea partes ligamenti,quod totum articulũ orbiculatim ambit, considera: quò noscas, sint'ne omnes æque valentes tũ crassitudine,tum robore,an aliæ alijs præpolleant. Pari modo in genu articulo facies: insuper in ijs, quę in pede habentur,ligamentũ in omnẽ æque partẽ disten dẽs: nã,si partem ipsius aliquã in se concurrere sinas,aliã vero tendens adhuc digitis tuis dilates,in validior tibi videbitur dilatata concurrente. In his igitur articulis nullã insignẽ partiũ ligamenti, quod ipsos continet,& eminentiã inuenies: in pede apparebũt non nulla, vt dicemus. Verũ genu articulus etiam alia plura ligamenta habet: Vnũ in imo,coxæ ligamini respõdet in ipsius commis F sura condito: quod in femoris partibus bifidũ porrigit. Alia duo in lateribus habentur: Vnũ externũ, (cuius & antea memini,cũ musculũ in poplite ab anatomicis prætermissum recẽsere) femoris fibulæ q; os inuicẽ colligat: eius q; extremũ inferius,quod iuxta fibulam habetur, capiti musculi subiectũ est,cuius tendinem externas tarsi partes perreptantem ad primũ maioris digiti articulũ protendi diximus: siquidẽ transit magis in priorem fibulæ partem,nõ omnino in latere permanens: Alterũ ligamen internũ,hoc tũ gracilius tũ mollius est: quãquã & ipsum ibidem ex femoris nodo procedat,neq; idem in tibiæ latus inseratur,sed veluti & alterũ,externũ, in priora maiore sui parte concedat. Cæterũ alia ligamenta sunt in articulo chartilaginea, vtriq; tibiæ sinui orbiculatim circũdata: quæ inuicem ea articuli parte coeuntia,vbi tibiæ sinus inuicem adiacent, validius quoddam inibi producũt ligamentum chartilaginosum, quod in medio nodorũ femoris inijcit: totum vero articulũ bipartito intersecat,quippe medium inter tibiæ sinus, & femoris nodos, situ est. Hoc cũ temporis spatio excidit,locus,qui tibiæ capitis sinus intercedit, concauus apparet,etsi erat elatior,cũ animal viueret. Reliqua pedis ligamenta deinceps considerabo,sed ita tamen, vt eorũ prius mentionem faciam,quæ tendinibus spectandis exemeris. Quædã siquidẽ ipsorũ articulos nihil iuuant,quæ in vna aliqua ossis particula prouenerũt: quemadmodum tum quod posterius G caput tendinũ,digitos mouens amplectitur: tum illud,quod eum tendinem,qui totum pedem simum efficit,continet,tibię,vt dixi,extremo adnatũ: in ijs.n. ossibus, quibus prædicta tendinum capita insinuantur,ligamenta habent,non ex altero in alterum peruenientia, sicut id, quod desuper ipsi incumbit: hoc.n.ex tibię extremo in calcem desinens,vnà tendines subiectos constringit, vnaq; ipsis ossibus ligamentũ efficitur. Simili modo & anterius ligamentũ tibiam cũ fibula con nectens,simul hæc inuicem deligat,& subiecta tendinum capita ceu vallo munit: quemadmodũ &,quod exterius tendinibus ibidem obiectũ est,non modo illos secure tueri potest & constringe re,verum etiam fibulam calci cõnectere & coarctare. Itaq; huiusmodi ligamenta ossiũ ipsorum, quę vinciunt,& musculorũ subiacentium,communia esse contingit: sed nõ eũdem vtrisq; vsum præbent: Verũ alia ossa ligant,tanquam munimenta quædam & muri, tendines ambientia: alia articulorum tantum propria inuenis,que neruos chartilagineos magis referunt. Iam vero hæc in alto recondita: tum alia quædam extrinsecus exporrecta similiter ijs, quæ tendines tuentur, reperies. Est præterea ligamentum quoddam oblongum,non etiam validum, ex eadem radice procedens cum priore ligamento, quod ex tibia ortum fibulæ inseritur: non tamen & ipsum similiter, vt illud,tibiã fibulę cõnectit. Quippe humilius fertur,extrorsum q; & deorsum versus iuxta prio H rem tali prominentiam quodam modo ab ipso reconditur: extremũ ipsius ad calcis os descendit: principiũ alio ligamento constat,quod inferius ex ijs,quæ inibi habentur, tibię finibus procedit, connexũ ligamento totum articulũ complectenti: finis autem ipse non multo post exortum,statim articulum prætergrediens,in os fibulæ deuenit. Sequitur hoc ligamentũ aliud iuxta inferiorem tibiæ partem nerueum & chartilaginosum magis: quo tibia cum interiore tali parte coit,illic potissimũ,vbi ipsum excipit. Aliud similiter extrinsecus fibulã talo coniũgit. Item aliud tertium ex ipsa radice tali ceruicis procedens,in os calcis peruenit, Ad hęc quartũ aliud in prioribus partibus caput ipsius connectit ossi,quod à cymbę similitudine σκαφοειδὲς appellant. Hæc omnia quatuor ligamẽta talũ ambientibus ossibus colligant: &,vt dictum est,nerui chartilaginea admo dum sunt,eandem proportionem habentia cũ ijs,quæ coxæ & genu articulũ in imo cõiũgũt. Ita igitur & in pede,talo quatuor ossibus dearticulato,ligamen nerui chartilagineũ ad vnũquodq; ipsorum per profundiora creatum est,extrinsecus iuxta fibulæ os,intus ad tibiã,inferius ad calcẽ, sicut in priori ẽt parte ad os scaphoeides. Porrò,quemadmodũ in manu omnia brachialis ossa forti ligamento excipiuntur,ita quoq; omnia tarsi ossa valentius ligamentum in infimo pede comprehendit: non nulla ipsorum etiam paruis quibusdam coalitibus, sed validis,inuicem aduniuntur.

A *De Vnguibus, aduersus Erasistratum.* CAP. II.

CÆterũ superest, de vnguiũ natura sermonẽ duplicem instituamus, vnũ oĩum similarium partiũ communem, alterũ vnguium peculiarẽ: putant.n. non nulli ipsos ex ossis nerui & cutis concretione ꝓcreari: quidã carnẽ etiã addũt. Quòd vngues igitur p̃dictis oĩbus coalescũt, manifesto constat: verũ substantiã hinc ipsis creatã nusquã est videre. Nã singulæ partes similares ex materia, quæ aĩanti subiecta est, tales à natura fingũtur, quales sunt: neq; cubitus ex brachio, sicut neruus ex cerebro, oritur: neq; brachiale ex cubito, neq; hinc digitorũ ossa: quippe non parũ differũt, cohærescere cuipiam, & ex illo oriri, quemadmodum ex truncis rami, ex his surculi, quos eodem scissos modo videmus, quo arterias et venas: nam, quod ex aliquo nascitur ceu ipsius quędã propago substantiæ, eiusdẽ cum origine sua speciei esse oportet. Sic igitur nerui ex cerebri substãtia propagantur: vngues aũt nõ talis, extremi digitorũ internodij soboles, sed diuersa essentię species est, vt in domo lapidis, tegulę, & lateris. Aĩalis.n. cõstitutionis ratio, oĩum exteriorum, quęcunque homines substãtijs sibi diuersis in idẽ collectis effingũt, cõpositioni respondet: quippe illas inuicem connectunt, totã molẽ, quãcunq; inde fingunt, vnã reddentes: non tñ later ex tegula aut lapide gignitur, verũ vnitatis ipsius quædam substãtiæ sunt inuentæ, lutũ, gluten, claui, paxilli, funes: interim etiam compositionis solius ratio, est, vt in ijs, quæ instar claui inseruntur. Atq; his naturæ opera respondent: alia nanq; instar claui insertat, vt dentes suis alueolis: alia sese inuicem ingredientium modo componit, vt capitis ossa per suturas: alia tanq̃ glutine connectit, nempe chartilaginis interuentu coeuntia: alia ceu luto, vt quæ carne connectuntur: alia quasi fune, vt quæ ligamento iunguntur. Pari modo sanè & vngues ligamento quodã extremi digitorũ internodij termino coniunxit: quoniã vero carni cuti q; illos cohærescere voluit, hãc extrinsecus vniuersæ radici circundedit, illã interius vsquequaq; subdidit. Cæterũ in radicẽ ipsam non modo neruus, sed etiã arteria vena q; porrigitur, vnde sensum vitam & alimentũ, sicut aliæ partes, accipiunt: quarum nulla neq; ex triũ horum vasorũ temperamento, multo minus ex complexu facta est, vt Erasistratus existimabat, contra ipsam rei euidentiã sentiens: nam corpus ipsum cuiusque instrumenti à trium horum substantia diuersum apparet, sicut in tertio de Hippocratis cõsectione demonstraui. Quippe ventriculus, vesica, & vulua, talẽ à natura singula structurã sortita sunt, qualẽ neruus habere videtur: vt aũt nutriatur viuat q;, venam & arteriã: omnia q; hæc manifesto in se dispersa sunt, quemadmodum in hortos alueoli. Verũ in vngues hæc non dispensantur, eò ꝙ pilorũ modo ab radice exeuntes augentur: satius.n. erat & hos, sicut pilos quoq;, semp renouari, &, cum atteruntur, nunquam incrementum suum intermittere. Cum igitur alio substãtiæ quodã genere cõprehendãtur vngues, arteriæ quidẽ & venæ neruo q; ꝓpter radicem iunguntur, sensus vitæ & alimenti gratia: ossi vero & cuti cõmittuntur, ne suspensi vacillent: partem.n. oportebat & hos esse, toti animanti cohærescentem, sicut alias quoq;. At, si, ꝙ cute & neruo duriores sint, osse vero molliores, ideo ex horũ substãtia constare dicantur, obijciemus etiã alia oĩa sic esse facta: chartilaginẽ, ex osse & ligamento conflatam: ligamentum, ex chartilagine & neruo: hunc ipsum rursus ex cerebro ligamento q;, quippe mediã inter vtrunq; consistentiã obtinet, nõ ꝙ cerebrũ ex mistura ligamenti, sed concretione sola tale euaserit. Quin etiam glacies ex aqua frigore congelata efficitur: dicant igitur & hanc ex aqua & lapide inter se per tota mistis esse procreatam, si quidẽ vniuersa duorum corporũ intermedia, non horũ vsu aut consistentia prædita, ex eorum temperamento fieri arbitrantur.

GALENI DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS
LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

Exponit neruos, venas, & arterias manus & pedis.

De necessitate dignotionis exteriorum corporis partium, ac de erroribus, qui ob huius rei ignorationem contigerunt. CAP. I.

QVi igitur artis operibus neglectis, maiorẽ in sophistarũ cauillis industriã posuerunt, minus ipsis curæ est, vt artuum naturam accurate pernoscant. Neq; enim luxationes, cũ vlcere pariter & citra ipsum factas, neq; fracturas ossiũ & siderationẽ in eis sanare aggrediuntur. Quid opus est verbis? neq; † obsessa humoribus sẽcare, vel putrifica vitia excidere, vel telũ vel spicula probe eximere, immo nec cruris venã quidem, vt par est, ferire studuerunt. Ego autẽ malim iuuenes in eiusmodi omnibus in primis esse exercitatos: tum ꝙ vsum ipsorum necessarium videam: tum quòd ignorationis ipsorum nota hoc grauior sit, quanto cognitio (vt ipsi opinantur) breuior. Itaq; tota artuum natura constat ossibus, ligamentis, musculis, arterijs, venis, & neruis, ad hęc communi omnium velamento, cui nomen

† ἀποσκήμματα.

men eſt cuti. Etenim circa huius quoq; naturam anatomicorum peritiſſimi errarunt, cum in alijs E quibuſdam partibus, tum circa interiorem ſummæ manus regionem, & quãtum infra pedem eſt, quod πέλμα id eſt plantam, appellant. Cuius rei inſcitia factum eſt, vt vir quidam haud paruæ in chirurgia exiſtimationis, cum aliquando brachialis ſideratione laborantis os excideret, interiorem manum ſenſu expertem reddiderit. Alteri vero non multo ante circa eundem locum exciſionem molienti cum adeſſem, indicaui ſedem, qua primum tendo, qui nudam manus regionem ſubit, dilateſcere incipit, admonens, ne ipſum diuideret: eo q; ſenſu, qui curabatur, non eſt deſtitutus. At, ſi quandoque tendo etiam computruerit, culpa vacabis, ſi abolitionem ſenſus neceſſario ſecuturam prædixeris. Pari modo, ſi etiam à quodam extrinſecus incidenti, quod acutum ſit, ſubito totus fuerit diſſectus, ſicut cuidam accidit, neque tunc quicquam medico obijci poterit, ſi, quorſum res finiet, præſagierit. Hæc itaque tum in interna manus regione, & pedis parte inferiori, cognouiſſe conuenit, alia q; non pauca circa arterias, venas, neruos q;: Ac primum non ex iiſdem neruis & ſenſum & motum ſingulis digitis diſpenſari: deinde quòd neruis ex omnibus, qui ad illos, in manu quidem per brachium cubitum q;, in crure vero per femur & tibiam pertinent, aliquo ſecto, non nunquam in femore, aliàs in tibia, digitos quoſdam extremi pedis manusq;, inſenſiles vel immobiles reddiderint: verum hæc ex neruorum ignoratione ipſis acciderunt. Alia autem ſexcenta ob arterias ac venas eueniunt: quarum ex medicis non nulli ne tantillam quidem cognitionem habent, vt, dum manu curant, earum vulnerationem queant vitare. Atque ideo oſſa excidentes, & abſceſſus ſubſecantes, interim inſignes venas perſecant: interim, dum magnas arterias ſecãt, in ſanguinis profluuium incurrunt, quod ſupprimi nequeat. Quidam ipſorum venam ferientes, arteriam diuiſerunt, ignari, quibus artuum venis arteria aliqua ſubſtrata ſit. Illud vero, quòd ſophiſtam ſenſu exiguorum in manu digitorum medij q; in parte dimidia oblæſum curauerimus, nemo propter eius, qui curatus eſt, celebritatem ignorat: cui ex tertia quidem ſecta medici præfecti negocium digitis exhibebãt, tanquam in ipſis eſſet affectus: qui illinc potius manarat, vbi neruus primum ex ſpinali medulla oritur. Methodici itaq; initio relaxantia medicamina, mox à coagmento ſyncretica ipſis dicta, digitis applicarunt, nihil de cauſis præcedentibus ſoliciti nec curioſe indagantes, ſed hoc vnum ſcientes, puta ſenſus difficultatem ſtupidum q; affectum digitis ſponte oborientem paulatim increſcere. Cum autem æger nihil à medicamentis auxilij perciperet, curationem mecum etiam communicauit. Rogabam igitur ipſum, nunquid in cubito vel brachio antea ictum quendam accepiſſet: cum autem nullum diceret, iterum percontabar, an neque propter ſpinæ dorſi principium: ille ante tres quatuor've mẽſes inquit vehiculo ſe delapſum, interea, G dum peſſum iret, in rectum quendã lapidẽ impegiſſe, vnde dorſi principium nõ nihil illideretur: ac vehementi dolore affectum, intra ſeptimum diem à dolore cõualuiſſe: decimoquinto vero die ab ictu accepto leuem quandam ſentiendi difficultatem in digitis percepiſſe, eam q; augeſcere, nihil hactenus medicamentis adiuuantibus. Conſideraui igitur inflammationis ad radicem nerui, qui in digitos affectos porrigitur, ortæ, reliquias quaſdam ſupereſſe: neruum q; ipſum ſcirrho obductum, à dolore quidem liberari, ſed digitis, ad quos péruenit, ſenſus hebetudinis authorem exiſtere: ideo q; medicamentis, quæ digitis admouebantur, in eum locum, qui primus contuſionem acceperat, translatis, affectus curationem molitus ſum. Dies me deficeret, ſi omnia percẽſere vellem, quæ id genus iuxta pedes manus q;, tum in militibus in bello conuulneratis, tum hiſce gladiatoribus (vt vocant,) tum alijs multis priuatis (vt ſunt pleraq; rerum infortunia,) conſpexi accidiſſe medicis anatomes imperitis, per omnia ſe turpiter in ipſis gerentibus. Vel enim, dum manu curant, interim exiguum quendam neruum haud mediocri potentia præditum præcidunt: cuius cauſa aliàs ſenſus duntaxat cuiuſdam ſubiectæ partis obliteratur, aliàs motus, eſt cum vterque perit. Iam ex tali rerum caſu, quodam ſic vulnerato, ipſi medici generationis affectus, quòd non prædixerint, cauſam ſuſtinent. Cum igitur artuum cognitionem maxime neceſſariam, ſicut etiam ex H teriorum omnium partium ſectionem, ſed extreme neglectam viderem, par eſſe duxi poſt adminiſtratam muſculorum in artubus conſectionem, deinceps & arteriarum, & venarum, & neruorum ipſos perreptantium anatomen ſubdere: hortari q; iuuenes, qui ad diſſectionum ſtudium incumbunt, vt in hiſce primum ſeſe exerceant: cum ſpectent quotidie medicos, qui quidem ſciant, quot & quales in corde ſint membranę, vel quot linguæ muſculi ſint, alia q; his ſimilia, ignorent autem exteriorum ſtructuram, in præſagijs & affectuum has partes infeſtantium curatione, quę manu perficitur, vehementer aberrare: eos autem, qui hanc calleant, illam ignorent, nunquam non recte munus ſuum obire.

De Diligentia adhibenda in Cutis conſectione, vt nerui, & reliquæ paruæ partes inſpectentur. CAP. 2.

Dicamus igitur iã, quomodo vaſorũ neruorum q; conſectionem in artubus adminiſtrare conueniat: ac de priore manu tota ſermonẽ inſtituamus. Initiũ aũt huius cõmode ab Hippocratis ſententia ſumetur, quæ in hũc modum habet: || Pes humanus ex multis paruiſq; cõſtat oſſibus, » quẽadmodũ etiã manus ſumma. Pedẽ nanq; ſimplici ſermone dixit: manũ non itẽ ſimplici, verũ » ſummã adiecit. Non.n. appellationibus mutuo ſibi artus reſpondẽt, etſi ſtructura proportionentur:

de Fract. ſect. 2. t. 8. 7. 232. h

quale

A quale siquidem in crure femur est, tale in manu tota brachium: qualis in crure tibia, talis in manu tota cubitus: qualis in crure pes, talis in manu integra, manus extrema habetur: quippe, quod ab articulo, quo brachiale cubito coarctatur, in digitos discretum est, summa seu extrema manus appellatur: sicut pes, cruris postremum, quo incedimus. Atq; sic nos etiam vocabulis vtemur: cum enim sine appendice manum dicimus, totum membrum: cum summam manum, à brachiali terminum ipsius innuere volumus. Incipit autem videlicet hoc membrum ab humeri articulo, ibiq; scapularum ossis ceruix cum brachij capite connectitur. Quare, si tota manu propter hunc articulum resecta, seorsim ipsam toto corpore remoto volueris incidere, nihilo minus efficies: sic nanq; & me frequenter vidistis, ea, quæ cõtinet, indicantem. Primum autem in hoc opere est, vt vniuersam cutim à subiectis corporibus circulatim adimas, non temere tamen, quemadmodum coriarij simul cum ea membranam quoque subiacentem auferentes, quam venæ cutem nutrientes permeant: sed membranam quidem corpori affixam ac subiectis illi musculis circundatã relinques, cutem vero solam per se acutiore scalpello à membrana secernes ac separabis. Principio separationis hoc vtere. Partem vnam membri quamlibet in manum sumptam pilis exue, vt in ea tantũ cutis nudum pateat, quantum in ea primum secare statueris: promptius enim depilem, quàm pi-

B losam, incides. Vero igitur simile est primo te conatu vel cutis aliquid insectũ relinquere: vel mẽbranam simul, cui illa incũbit, perforare. Iterum vero, & tertio, dissecare aggressus, vel penitius, q̃ antea, scalpellum demittens, vel magis per summa circũagens, paulo post ab ipsa experiẽtia sectionis mediocritatem doceberis. Notum autem est omnibus moderatam seu mediocrem me sectionem appellare, quæ nec cutis quippiam carni reliquum faciat, nec membranam subiacentem vnà incidat. Cum igitur hoc tibi accurate succedere animaduertas, vtroq; sectionis labro hamis eleuato, sub cute incidere moliaris membranam ab ea secernens. Verum solis digitis citra scalpellum opus committendum non est: quemadmodum cum animali cuipiam corium detrahimus. Nempe membrana à partibus sibi subiectis resoluitur, dum fit excoriatio, quã Herophilus græce δάρσιν appellauit, nomen à verbo δέρω deriuans, tum actioni tum affectui commune: sicut etiam à τέμνω id est incido, vocabulum τομὴ quod est incisio, deduxit: quæ actionem quidem hominis incidentis, passionem vero corporis incidendi significat. Hac igitur ratione excoriatio, vna licet res, quemadmodum incisio, pro subiecti ratione existat, passio quidem est corporis excoriandi, functio autem hominis excoriantis. Itaq; cutis (de hac enim dicebamus) non excoriatione à membrana liberatur, eo, q neque in naturali habitu solum ipsi, veluti membrana subiacentibus, appendet,

C sed connata est, non tamen firmiter adeo, vt separari nequeat: quemadmodum particularum non nullas habere videmus. Etenim sciendum tibi venit permagnam minoris maioris q; rationem tũ in partium coitu, tum in adhæsione consistere: aliæ siquidem magis, aliæ minus, cocunt & appendent. Nam commune est ijs, quæ coitu vniuntur, tum vt citra sectionem, aut violentam omnino diuulsionem, inuicem separari nequeãt: tum vt separatorum vlcus in vtroq; appareat: At partiũ, quæ appendent, & vnitas est infirma, tenuibus intercepta fibris: & diuortium facillimum, quod excoriationem appellant. Quamobrem cuti subdita, membrana, & corporibus, quæ obuelat, per fibrarum deductus telæ aranearum modo subtilium continetur: & excoriando ab eis resoluitur, nihil ad hoc nobis (nisi libeat) scalpelli vsum requirentibus, vt quod digitis solis perfici queat. Nõ tamen à cute membrana solis digitis, sed potius scalpro, secerni potest, vtpote ei connata. Ac oportet scalpellum cuti leuiter applicantes membranam secernere: nam, si ad hanc scalprum inclines, ipsam conuulnerabis: sin autem à cute membranam deradens, interim illam vulneres, nihil propositam functionem offenderis: neq; vero in cute vulnus, quamuis scalpellum violentius adegeris, concitabitur, sed superficialis quædam rasura. Desiderat autem hoc opus longioris temporis interuallum. Quare, cum alteri cuipiam studioso manus posituram ostendis, cutem prius à mem-

D brana, veluti monstratum est, deradito, quàm spectator accesserit: at, si familiari cuidam consectionem voles impartire, qui etiam ipse alteri non nunquam ostensurus sit, præsente ipso rem aggredere. Quippe munus est, quod exactæ multum diligentiæ postulet, viro industrio discendi q; cupido conueniens: quod cum frequenter alicui ex familiaribus obeundum delegassem, offendi equidem membranam in partibus plurimis auulsam, in alijs cuti continuam. In quacunque autem parte eiusmodi quippiam acciderit, nullæ neque venæ, neque nerui exigui sub cute delitescentes amplius conspiciuntur, id q; potissimum in simia: nam in equis, asinis, mulis, bobus, magnitudinis gratia sensum non effugiunt, at, si à subiectis sibi continuis auellatur, non amplius claram cognitionem sui præbet: in minutis autẽ animalibus, vbi ex prædictis quippiam in membranam committatur, omnia corrumpuntur. Atque ideo iam à tota manu cutem detrahes, tota post cutem membrana subiectis corporibus circumiecta. In ea autem venas neruosq; summa perreptantes confestim intuere prius, quàm membrana inarescat. Verum nerui non æque in omnibus euidenter apparent, quòd & natura quibusdam simijs, sicut etiam hominibus, graciliores existant: & quòd pinguitudinem animans habeat, aut nullam habeat: etenim in macilentis nerui magis sunt conspicui, in obesis occuluntur. At venæ cuti subiacentes, cum simia multo abundat sanguine, omnes manifesto in conspectu sunt: cum pauci sanguinis compos est,

obſcuraſcunt. Attamen in omnibus tum radicem neruorum in ſuperficie extantium, tum latio- E nis modum, penitus intueri & meminiſſe conator, vt, ſi & ipſe incidere coactus fueris, iuxta longitudinem lationis inciſionẽ ducas: hoc enim pacto vel vnum, vel nullum neruum perſecas: ſin autem tranſuerſim ſcalpellum admoueas, multos ſimul diuidis. Cæterum à radicibus longiſſime abſcedas, haud ignarus te, vti, cum ex arbore ramum vel ſurculum amputas, leuiter ſtirpem offendis, ſin autem truncum interſecas, totam ſtirpem perdis: ita in neruis quoq;, ſi ad radicem diuidas, totũ locum, qui à neruo illo propagato ſenſum mutuabatur, ſenſus rediturũ eſſe expertẽ. Itaq;, ſi muſculorum confectio animo ſubit, quam priore libro expoſui, diſces etiam nunc ex facili principia ſeu radices neruorum per cutem diſcurrentium inuenire: ſin memoria exciderit, relicto in præſentia hoc libro, ad priorem illum te conferas: atq;, vbi cuiuſq; muſculi poſituræ exactius iam memineris, ita ſermonem infra hic ſcriptum legito.

De quatuor Neruis, qui de Spinali medulla in brachium perreptant: ac de duobus, qui in cutem eius diſperguntur. CAP. 3.

HAc igitur conditione, quæ prædictis confinia ſunt, exequemur. Primo cõmentario explicatum eſt, qualis nam ſit muſculus, qui ſuperiorẽ humeri partem (ἐπωμίδα Greci vocant) amplexus eſt: de quo etiam Hippocrates || ſcripſit. Si brachium carnibus detexeris, ſuperiorem quoq; F humeri regionem deteges, qua muſculus aſſurgit. Horum tibi memoriam expromptam habendam cenſeo, potiſſimum q; in illa corporis parte, vbi literæ Græcorum Δ figura preſentatur: quoniam non nulli totum etiam ipſum deltoidem, quaſi dicas Δ imitantẽ, nominarunt. Eſt porrò hæc pars, qua brachij caput ambit, qua iam etiam totius manus initiũ eſt: nam in brachiũ propter figuræ Δ triangulæ verticem inſeritur. Cum igitur manifeſto trianguli verticem in exteriori ipſius latere conſpexeris, pergito ſurſum inſpicere, quoad neruulorum ex imo prodeuntium propago apparuerit: quæ in ſoboles pilorum modo prætenues diffunditur, nimirum vt frutex paruus, qui ramulos ab vna baſi in aliam atq; aliam partem obliquos expandit. Quemadmodum igitur illorum quidam recti feruntur, quidam paulum in latera declinant: ſic etiam neruorum horum ſeries ab vno orta principio, partim in membri longitudinẽ porrigitur, partim ad latera deuiat. Procedunt igitur hi paulo vlterius, q̃ medium brachij eſt: nam ima exteriorum ipſius partium altera exilium neruorum radix pertexit, quæ prædictis ſimiliter ex alto emergit, & eodem modo in ramulos ſpargitur: præterea regionem & neruos tum exteriores, tum inferiores, quæ articuli commiſſuram ambiunt, vnà comprehendit. Iam vero tales neruos venas q; exiguas ſubter cutem apparentes magna ex parte ſic habere fingito, quemadmodum ego ſum narraturus: non enim eandem perpe- G tuo vel poſituram, vel numerum, vel gracilitatem retinent: ſicut in maioribus vaſis & neruis neq; numerus, vt dixi, neq; ſitus neq; magnitudo exacte neceſſario permanet. Principia vero tum in eodem loco, tum ab eiſdem vaſis neruisq;, vt iam duorum antea dictorum, ceu de paruis fruticibus, procedunt. Vnius itaq; à neruo, qui muſculũ à litera Δ, quam imitatur, deltoidem dictum intercurrit, propagatio eſt: alter à maximo ad brachium pertinentiũ, qui & poſteriores muſculos intertexit, & ad exteriorem membri regionem permeat, deinde in cubitum iuxta elatius brachij caput, quod etiam nodũ diximus appellari, peruenit. Atqui huius nerui particula quædam exigua in prædictam regionem pertendit: reliquum eius, qui in muſculum Δ literam figura imitantem ſpargitur, totum in cutem excidit. Hæc itaq; exteriorum brachij neruorum principia duo, ſumma ſub cute, eſſe dicimus. Anterior cutis neruulos accipit ſuperiore quidem parte ex primo ortu ſecundi nerui inter eos, qui de ſpinali medulla in brachium porriguntur: inferiore vero ante cubiti articulum ex alio quopiam ſpinali, ſolo mox ab origine deſcendente: quo de paulo poſterius agetur. Sed internam poſteriorem q; brachij cutem vniuerſam, aduſq; ſcapularum hic extrema, alius quidam neruus interreptat, ex ſecundo intercoſtali interuallo progreſſus. Porrigitur nimirum & hic in brachium, ſicut & alij oẽs per axillam. Ac oportet eum, qui clare ipſos contueri velit, muſcu H lum paruum anatomicis pretermiſſum prius incidere: ſub illo nanq; omnes ordine, quorum ſitus hic eſt, deferuntur. Primus quidem in ſuperficie poſt muſculũ hic neruus extat, quem ex ſecũdo intercoſtali interuallo dixi procedere: ramorum autem ſerie in brachij interiorem poſteriorem q; cutem admodum diffunditur. Deinde per profundum, glandibus membranis vaſis q; exemptis, magni nerui porriguntur. At hic cutis neruus brachium ſubit, vbi in ſimijs caput parui muſculi conſiſtit: qui quidem à maximo huius loci muſculorum, vnde exterior axillæ portio conflatur, incipit: in poſteriorem vero cubiti regionem paulo interius terminatur: ac ſtatim in ingreſſu triplicem de ſe ramorum ſobolem diffundit: Elatiore, internas quaſdam brachij partes aduſq; nodum cubiti retro intercurrit: altera, totam huius articuli cutis regionem poſteriorem adit: tertia, omnes particulas, quæ vſque ad ſcapulas ſibi vicinæ ſunt. Cutis ſanè brachij prædicta neruorum principia habet: quæ vero cubiti cutis ſortiatur, paulo poſterius exequemur. Si etiam omnium brachij neruorum naturam prius inſpexeris, tum inciſio tum cognitio eorum, qui cubitum non in ſuperficie ſolum, ſed in imo etiam, perreptant, clarior euadet. Brachium itaque ab humeri articulo incipit: quare, ſi ipſum hinc abſciſum ſine toto corpore velis conſecare, nihilo minus habebis. Initium vero operis ſumes propter venam humeralem eum q; muſculum, qui

inter

de Artic. ſect. 1. t. 7. 252 c

A inter brachij lacertos priores, duo quidem habet capita, vt didicisti, à validis ligamentis prodeuntia: nerueam vero propaginē in radij principiū immittit. Vbi igitur duo huius musculi capita in vnitatem coitura sunt, primum neruum brachij os ingredi cōperis: eodem q; loco posterior axillæ musculus eximiæ magnitudinis in brachium lato tendine valenti q; inseritur: deinde musculorū, qui à pectorali osse mittūtur maximi, tendo prædicto carnosior eodem protendit: post hūc rursus tendo superiorem humeri partem complectentis musculi, quem a quibusdam deltoidem, quod Græcorum Δ repræsentat, appellari diximus. Itaque neruus, qui a spinali medulla per axillam primus in brachium descendit, eo potissimum loco brachium ingreditur, cui inhæresċit tendo posterioris axillæ musculi, quem maximū esse inter humeri iuncturę motores commemoraui: deinde, quà ingreditur, priorem subit musculum, capitibus ipsius hac parte non dum counitis, sed adhuc diremptis: sub altero igitur interius sito procedens, partem aliquam sui vtrique capiti statim mittit: inde decliuis fertur, insinuans se magis partibus quæ è directo sunt alterius capitis quod intus est: quod etiam caput secundum latitudinem tenuius est, ex ligamento natum, quod a scapularum processu ancoræ figuram imitante procedit: porrò capita mox coeuntia musculum vnū vnitū generant, ex numero priorū, quos cubiti articulum flectere primo didicisti commentario. Videbis au

B tem hunc neruum manifeste, vbi vtraq; capita à supernis processibus fuerint liberata: deinde, cum in vnum coierint, scinde separa q; directa linea vtriusq; musculi partem: nam iuxta eā neruus quoque deorsum mittitur. Iam vero, dum hoc agis, alius quoq; neruus multo hoc inferior in conspectum occurret, breuem ingressionem molitus in brachium: quæ statim ab eodem musculo occultatur, qua etiam primus neruus contegi dictus est. In processu vero hi duo nerui interim ab altero, interim ab vtroq; propagines in caput minoris ex cubiti anterioribus musculi, transmittunt: deinde secundus neruus primo tantum de se ramum impartit, quantum illic primi reliquum fuisse apparet: vnus autem ex duobus neruus cōflatus, ad cubitum per medium ipsius articuli cubiti flexum porrigitur: secundus vero neruus ceu ab initio per internas partes ferebatur decliuis, & ęque à primo distans, humiliorem situm habet, insidet q; ibidem brachij nodo, vbi planissimus est. Relictis igitur his neruis, denuo ad principium brachij reuertitor. Siquidem duos illos prædictos tertius quidam neruus insequitur, ferè propter secundum, profundius insertionem in brachium faciens, vna cum grandibus vasis, arteria ac vena, quæ per axillam ad brachium perueniunt. Atq; ideo neruus hic cum vasis in magnos brachij musculos propagatur, a quibus cubiti articulus extenditur: atq; magnos sui ramos vtrisq; ipsis transmittit, obliquus in externam partem emergens. Est etiam

* Sunt q βραχίονος i. brachij legant.

C maximus hic eorum, qui manus intercurrunt, si inaudias videlicet maximum ab anatomicis neruum aliquem dici solere, aut arteriam, aut venam, vbi non longitudinis distantiam simul indicant, verum solam circularem: quasi etiam dixerint crassissimum. Vbi vero neruus hic brachij os per exteriorem partem egressus paulo supra cubiti articulum effertur, ibi pars quædam ipsius ad cutē elabitur: de qua prius dictum est, cum de summis brachij neruis incidendis ageremus: hinc autē, quo modo omnes tertij nerui reliquiæ ad cubitum pertendant, quomodo q; in ipsum ramorum sobolem diffundant, paulo posterius in cubiti dissectione disces. Detectis. n. plurimis iam brachij partibus reliquos duos neruos propter internam ipsius regionem conspice, in quam etiam prædicti tres ingrediebantur paulo inferius, quàm tertius neruus est. Alter quidem summa sub cute etiam citra musculorum brachij consectionem omnium primus apparet: cuius iam nerui etiam paulo ante in superficialium concisione memini, distuli q; distributionem ipsius totam dicere, quoad cubitum dissecandum aggrediar. Verum idem neruus in brachio ante cubiti commissuram in ramos propagari incipit, fertur q; per totum ferè ipsius flexum, scissa iam numerosiore ramorum serie. Solæ autem elatiores flexionis partes ramos ipsius non participant: reliquæ brachij anteriores, quæ ante cubiti nodum habentur, nimirum superficiariæ, huius nerui processus exci-

D piunt. Insuper quintus alius neruus restat ex ijs, qui de spinali medulla brachium adeunt. Hic per intimam ipsius regionem aliorum modo fertur, sed nulli brachij particulę, siue superficiariæ siue penitiori, aliquam sui portionem communicat: crassitie quidem secundo respondet, sicut etiam primus quarto: ac vtrique, nempe secundus & quintus, ceu triplicatam primi quarti q; crassitiem explere tibi videbuntur: omnium plenissimus est, quem tertium posuimus: ac meministi alium quendam neruum ex secundæ costę interuallo elabentem, in brachij cutem deferri: Vt duo nerui sint, qui de spinali medulla profecti, ramorum sobole manuum cutem adeant: quatuor alij per profundiora in omnes totius membri musculos disseminantur, ac propagines quasdam tenues cuti transmittunt.

De Propaginibus neruorum, qui ad cubitum & reliquam manum deferuntur. CAP. 4.

IAm igitur brachio relicto ad cubiti consectionem accedas. Secreta cute à membranosa substantia, quæ simul, vti prius dictum est, cum illa detrahi solet, primum quidem principium neruorū intueberis, eius nerui, q in enarratione eorū, q in brachio sunt, quartus est dictus: quod principiū internā cubiti regionē ferè totā occupās, inferiori vniuersæ, & exteriorum partiū non paucis, insequitur. Quantacunq; vero cubiti pars ad radium eminet, vtrinque tum exterius, tum interius alio-

rum neruorum processus exigit: interna ab omnium primo dicto, exterior à tertio neruo mutuatur. Porrò de superficiarijs summæ manus neruis cuti subiectis, in magnorum neruorum confectione simul pertractabimus: † nam omnes illorum fines quinque numero sunt, quos per nodum, quo brachium cubito committitur, ad cubitum ipsum ferri, in brachij anatome spectasti: sed horum vnus in solam ipsius cutem spargitur, scissa ramorum serie paulo superius, quàm brachiũ cum cubito connectitur. Supersunt igitur quatuor: primus, quo de antea in brachij dissectione verba feci, in medium cubiti articulum insinuatur: secundus hoc humilior super interiorem inferiorem q; nodum brachij, vbi planissimus & minime gibbus est, ingreditur: tertius neruus, quem & supra illorum gregi ascripsi, qui in totas manus porrigũtur, exteriori superiori q; brachij nodo circundatus, in cubitum pertendit, radium contingens: reliquus quartus ex eorum numero, qui per profunda cubitum adeunt, in medio gibberi (ὠλέκρανον Græci vocant,) & interioris inferioris q; brachij capitis interuallo cõsistit. Sequens igitur has insertiones posituras q; & musculos etiam dissecans, quemadmodum in primo volumine didicisti, omnium distributionem examines, auspicatus à quocunque visum fuerit: sed præstiterit forsan eundem disciplinæ ordinem seruare, quem in brachio. Itaque neruus per medium brachij flexum in cubitum deriuans, ibi statim ramum ex se valde tenuem mittit venæ adhærescentem, quæ in medij maxime cubiti superficie secundum membri longitudinem extensa est: mox arteriæ, quæ ad brachiale profecta euidentem pulsum repræsentat. Iam vero & aliam quandam propaginem admodum tenuem neruus hic omnibus, quos dixi, elatior ad peculiaris radij musculi oblongi caput dispensat: deinde humeralis venæ reliquo aliam mittit, quæ totum radium modo telæ araneorum prætenuis intercurrit. Qui superest ramus nerui prædicti, postquam permeauerit subter venam, quam ab humerali propagatam, oblique incidimus, in superficiem obliquus emergit: deinde paulatim ad proprium radij musculum oblongum ex superiore parte, quæ intus habetur, accedit, medius dictorum quatuor nimis quàm exilium: vbi vero hic musculus cessat, & ipsæ reliquiæ absumuntur, aliquantulum ad magni digiti partes radio propinquas cum eo exporrectæ. Hic itaque neruus alteri cubiti flexus venæ elatiori subiacet: quos autem ab vtraque eius parte sitos esse dixi, frequenter ipsi venæ insident: eo q; cute detracta hi quidem sensum perpetuo effugiunt, ille vero, qui venæ substratus est, nunquam non conspicitur. Primus itaque omnium neruorum, quos commemoraui, sic in totum absumitur. Vidimus enim semel hunc ipsum neruum vsque ad cubiti flexum in brachio consumi: à secundo, particulam quandam ad cubitum permeare: dissemina batur autem non alio modo, quàm nunc commemoratus. Secundus vero neruus vnà cum quarto interiores cubiti musculos perreptat: quemadmodum & Tertius crassus exteriores vniuersos.

† Al. Nam supra illos, quinque omnes numero sunt.

Dicamus itaque iam de primo neruo exteriore, ne reliquorum duorum, qui in vniuersas partes interiores cubiti & digitorum emergunt, disciplinam interrumpamus. Siquidem hic neruus post, quàm dictas prius ramorum propagines in brachium deduxit, deorsum ad articuli iuncturam fertur, medio spatio inter minorem ex brachij anterioribus musculum, & caput musculi oblongi, qui radio peculiaris est: et primam quidem propaginem externis cubiti partibus trãsmittit, sub cute summa in vniuersam cubiti ac brachialis exteriorem regionẽ disseminandã: secundas vero propagines, dum cubiti articulũ permeat: alias autem in eam partem dispergit, qua caput musculi, bicorni tendine brachiale extendentis, ascendit, quarum hæc quidem in caput huius musculi diuiditur, illa vero non diuisa progreditur. Et defertur sanè hic neruus musculo insidens: clare q; apparet, cum oblongus radij musculus illi incumbens, totus iam resectus fuerit: cæterum medius inter duos musculos excurrit, magna ex parte alteri insidens, alteri subiectus: ac non raro totus cum musculis prædictis, quà se mutuo contingunt, extensus ab interiore parte cõspicitur. Terminus ipsius per brachiale recta pergit ad magnos digitos, ramorum sobolẽ extrinsecus ipsis sub cute summa communicans, duobus quidem totis, medio autem dimidio: subinde quidem assumit in radij extremo aliquam portiunculam nerui, quem super ipsum expansum esse diximus. Reliqua soboles magni nerui, qui tertius est, externã cubiti regionem adit: obliquus q; per profunda vergit statim quidem ad brachialis musculum bifidum, cuius caput retuli ipsum superare prius, quàm ramum prędictum emiserit: deinde radij musculorum extimum ad gibberum spectantem perreptat: Quibus vtrisque propagines quasdam tenues impartit: deinde musculo digitos quatuor extendenti: mox etiam ei, qui duos paruos in obliquum agit: postremo illi, qui brachiale propter paruum digitum extendit. Has igitur ramorum propagines vniuersas in capita musculorum, quos enumeraui, haud lõge ab articulo dispensat: inde ad musculum bifidum, qui magnum digitum & brachiale mouet, porrigitur: palam q; est, quòd huic ramos quosdam impartiat. In trãsitu ipsius nerui, tendo musculi, qui magnum digitum in obliquum mouet, aliquatenus adiacet proxime cum eo ad brachiale vsque porrectus: mox tendo, qui duos digitos, indicem et medium, pari motu regit. Pars huius nerui reliqua adusq; brachiale excurrens, locis propter articulum disseminatur, in nullum digitum perueniens: maximus autem ipsius finis in illius loci profundum demergitur, vbi ligamentum esse dixi, quod caput tendinum digitos quatuor extendentium contegat. In hunc itaque modum neruus iuxta nodum brachij exteriorem in cubitum deueniens

dispergitur:

A dispergitur: tertius autē, siquid meminimus, hic erat ex ijs, qui ab axilla in manus totas pertēdūt. Reliqui duo nerui omnibus intra cubitum musculis distribuuntur: quos incidens (vt primo cōmentario didicisti) assequeris neruos in ipsos disseminatos, qui à cubiti articulo incipiūt. Inuenies enim ab vtrisque neruis processus musculis, qui digitos habent flectere, communicatos: alijs vero omnibus, si vnum excipias, à secundo neruo, qui brachium ingredi dictus est. Quartus enim neruus, qui inter gibberum inferiorem q; nodum brachij in cubitum porrigitur, ramulum quendam musculo brachiale flectenti versus paruū digitum transmittit. Itaque deprehendes reliquum neruū, qui per radiū hic collocato musculo propaginē quāpiam tribuit: deinde obiter elatiori flectentium brachiale, & ei, qui tendinē depili manus parti subnatum procreat: ad hæc aliquam sobolem per profundum tenuem paruo inibi radij musculo cōcedit. Per cubitum vero hic magni duo nerui deferuntur, medio musculorū digitos flectentiū interuallo huic incumbentes, illi subiecti: ac mittunt sanè quosdam de se ramos vtriq;, ipsorum particulis. Vbi vero musculi hi in tendines cessauerint, sic iam & vtriusque nerui reliquum tum in brachiale totum, tum in succedentem ei partem (μετακάρπιον i. postbrachiale vocant) peruenit, inibi corporibus & intimis digitorū partibus distributum: altius quidem duobus magnis, et medij digiti iuxta indicem parti dimidiæ: humilius B medij reliquę simul & paruis cæteris digitis. Itaq; elatior neruus inibi absumitur: humilior ramū quendam de se haud exiguum in externam manum iuxta brachialis initium transmittit. Cæterū hic neruus totam summæ manus exterioris partem dimidiam amplexatur, sub cute extrema ad summos percurrens digitos, paruos sanè totos, medij vero dimidium: nam reliquā ipsius partē dimidiam cū magnis digitis, totus tertij dicti nerui terminus excipit, quemadmodum prius ostendimus. Musculus aūt ne vnus qdem in exteriori summæ manus regione, sicuti in interiori, habetur.

De ductu venæ humeralis & Axillaris in manum. CAP. 5.

VNa sanè arteria, duæ autem venæ in totam manum propagantur. Atq; altera quidem etiam ante confectionem omnibus est conspicua, vt quæ in superficie tota inter cutem & musculos ei subiectos situm habeat: quorum alter humeri superiorem partem triangula inibi figura generat: alter, quod in pectore carnosum est: vtrique vero iuxta sese inuicem tendinibus, quos ἀπονευρώσεις vocāt, in priores brachij partes ad ipsius longitudinem, haud longe ab humeri articulo, inseruntur. Vena itaq;, quæ in superficie extat (humerariam appellant) in medio horū musculorū interuallo locata, iuxta interiorem costam musculi deltoidis, hoc est literam Græcorū Δ imitantis, ad extremū ipsius proficiscitur: inde iam magis in externam brachij regionem decliuis procurrit, C vbi maiorem ex ijs, qui ante habentur, musculum attingit, nimirū iuxta lineam, quæ in exterioribus partibus ipsum ab alijs disterminat: Postquam vero cubiti articulum propius accesserit, ab hoc musculo separatur, & propter cubiti articulum radij musculum oblongum conscendit, atque inibi in pares ferè tres ramos scinditur: quorum vnus in altum demergitur, cuius situm delationē q; post superficialium venarum examen inspicies: alter porrò ad articuli, qui hic est, flexum pertendit, vnitus alterius (vt dicemus) venæ parti ex ijs, quæ in totam manum excurrunt: reliquus tertius ramus humeralis venæ paulatim in exteriorem cubiti regionem declinat, ibi q; in ramos diffunditur. At prius, quàm magna hæc humeralis vena prope cubiti articulum trifariam diuidatur, ipsam euidenter est videre toti brachio post cutem porrectam, nusquam in altum vergentem, sed satis eminentem & conspicuam, præsertim in ijs gymnasticis, qui natura tum graciles tum musculosi sunt. Videbis itaque hanc venam in grandibus simijs multi q; sanguinis, dum inciduntur, propagines admodum tenues per totum brachium in cutem ac musculi superficiarias partes dispensantem: item in alijs vniuersis quadrupedibus, quorum primarias ac generales differentias sex esse didicisti. Vbi vero super radij musculum propter cubiti articulum defertur, inibi, vt dictum est, triplici ramorū serie propagatur: qui interim æquales omnino, interim inæquales sunt: D redduntur q; alià s alij maiores, parum se mutuo exuperantes. Et sanè, qui in externam cubiti partem spargitur, ramos iam manifestiores ijs, qui in brachio videbantur, expandit: totus q; inibi iuxta terminos simul patescentibus orificijs cum aliarum venarum extremis, quæ dicam, absumitur: vnde vero huc istę deducantur, in præsentiarum condisces. Vena per axillam procurrens, cum humerali multo sit maior, simul cum huius loci arteria, quæ axillam perreptat, per totum brachiū in ramos finditur: atque hæc duo vasa mutuo se contingunt, tum qua per alas feruntur, tum qua brachium subeunt: ac prædicti nerui in singulos musculos æditi, vtrorumque vasorum propaginem sibi connatam habent. Cum autem brachium perreptauerint, in totum cum maiore ex ijs, qui ante sunt, musculo intro delatæ, mox arteria quidem penitius, vti initio, sic etiam nunc, ad cubiti musculos porrigitur: Vena autem bifariam scissa paulo ante articuli commissuram, altera parte in profundum dilabitur, vbi arteriam contingit, vna q; in ramos cum ipsa perpetuo propagatur: altera oblique sub cutem producta, conspicitur etiam ante confectionem tum in gracilibus, tum in ijs, qui latas natura venas obtinent: euidentius autem apparet brachio fune intercepto. Huius igitur venæ soboles prima deorsum ad cubiti os obliqua ferri videtur, nempe vt spatium, quod intra brachij interius tuberculum & articuli cubiti flexum est, perreptet: at, vbi cubitum superauerit, reliquam ipsius partem oberrat, pariter q; ad ipsius terminum vsq; procedit. Secun-

da propago ex eadem, qua prædicta, regione orta, elatior aliquatenus defertur, mox bipartito di- E
uiditur: cuius pars demissior versus eam, quæ ad os cubiti porrigi dicta est, defertur: at elatior
oblique paulatim tendit, longius q; porrecta interim ad eam venam peruenit, quæ cubito porri-
gitur: frequenter autem in ramos prius exhauritur, q̃ illam contigerit. Quod igitur vas cubito ex
pansum est, adusque extrema ipsius pertingit. Ac termini ipsius aliquot, euidenter nõ nunquam
in regionem brachialis inferiorem protenduntur, interdum obscure: Maximus q; vnus ex ijs, qui
inibi habentur, terminis, cõmittitur ipsis, & manifesto ad gibbum altiorem q; cubiti exortum ten-
dit, ab infernis ipsius partibus procedens cum altero venæ extremo, quod ex superioribus porri-
gitur: & coitus ipsius anteriorem finis cubiti versus brachium partem accedit, vt oris counitis
vas vnum amba fiant. Vnde vero proficiscatur vas ipsum, quod annectitur, paulo posterius vi-
debis ad magnam iterum venam superficiariam reuersus, cuius primam sobolem ad cubiti os obli
quam deferri diximus: illi nanque principium insertionis paulo supra cubiti articulum existit.
Vena autem magna superficialis oblique procurrit, coitura mox cum ea, quæ ex humerali ducta
est. Verum prius, quàm illam contingat, duplicem quendam ramum emittit: Ac demissior, qui
etiam minor est, societatem init cum vena adiacente, quæ postrema ex cõmemoratis dicta est: post
societatem vero, ad cubiti partes brachiale versus tendit, ex medio regionis ipsius internæ humi- F
lior procedens: Alter autem venæ bifariam diuisæ ramus elatior hoc maior q;, alias per mediam
exacte regionem cubiti internam, alias paulo altior procedit, vsque ad brachiale propagatus. Iam
vero omnium, quos retuli, terminorum ora coeunt, & ex vnoquoq; duorum coitu vas vnum con
fluxile cõflatur: vt, quot vnita coierint, prę multitudine & paruitate ne quidem numerare queas.
Relictis igitur & his venis denuo magnam repetes, ipsam q; spectabis, quæ humeralis parti iungi
tur: & subsequere, quò te vas vnum è duobus compositum deducat. Hanc enim venam cernes in
altiorem radii partem emergentem inferius plane, q̃ vbi longitudo ipsius media est, inde iam per
exteriorem ossis radij sedem binis ramis prope æqualibus expãdi: vt duo hæc vasa γ tertiam Grę
corum literam repræsentent: quippe alterum vasorum post scissuram directe ad magnum digi-
tum procurrit: alterum versus paruum digitum tendit, penes cubiti extremum, quo in appendi-
cem desinit. Quod itaq; recto tramite ad magnũ digitum pergit, radio vehitur: & post, q̃ brachia
le contigerit, ramorum seriem aliam in posteriorem magni digiti regionem porrigit, aliam in eã
partem, quæ inter hunc & indicem media est, aliam in totum indicem retro & per latera. Atq; in
hac parte ipsius extremum venulæ paruæ adunitur, quæ ex vena ipsi conformi diuaricata est.
Reduces enim in memoriam venas duas nuper dictas, quarum figuram tertiæ literæ γ similem G
enarraui. Atque hactenus altera linea defertur. Ad reliquam igitur venam diuertes, quæ ad par-
uum digitum quasi cupit extendi. Conspicies autem rursus ante, quàm ad cubiti extremum per-
meauerit, venulam quandam propagare, quæ recta inter indicem mediumq; digitum prorsum de
fertur, & cum exili prius nominata coit: deinde vtraq; in vnam conflata, mediam duorum digito
rum regionem, indicis videlicet & medij, accedit. Reliqua pars venæ, quę paruum digitum adit,
dum obliquum cubiti appendicem perreptat, ramum quendam exilem ad posteriora medij di-
giti transmittit: mox bifariam scissa, Altera quidem parte mediam digiti medij & anularis regio-
nem ingreditur: quam venam non nulli in sinistra manu secantes, sinentes q; sanguinem ex ea
fluere, quousq; vltro sistatur, lienem ex tali vacuatione iuuari asserunt: Alteram vero portio-
nem venæ humiliorem, & quæ rursus medium spatium anularis & parui digiti intercurrit, secu-
tus, deinceps omnium, quorum mentio facta est, vasorum propagines considera tum pilorũ mo-
do prætenues, tum ampliores ortas: quarum plures propter terminos cum alijs similibus, ex vasis
sibi proximis deriuatis, coeunt. Iam vero quædam venę etiam conspicuæ admodum, mutuo com
plexu, quà cessant, coniunguntur: vt vel citra dissectionem in gracilibus, & ijs, qui latiores natura
venas obtinent, clarissime appareant. Proinde paulo ante dixi venam cubiti ossi porrectam, hu- H
milem ferri in priorem partem venæ, quæ termino vno, sicut audisti, propagatur in anteriora, quà
cubiti est appendix: vt notabile vas in quibusdam efficiatur, non enim omnibus est conspicuum.
Venæ porrò cubiti demissæ per quædam extrema iungitur etiam humeralis venæ particula, in ex
teriora cubiti disseminata: ipsi q; venæ modo propositæ, cuius distributionem retuli, extrema ve-
narum in ramos scissarum admiscentur. Altera pars lateris tertię literæ γ ad magnum veniens di-
gitum euidenter apparet, quæ in extremis suis orificijs patescit simul cum venis per interiora
cubiti vsque ad brachiale tendentibus: vbi has venas generari dixi, † ramorum serie prius hic di-
spersa, quàm venæ duæ per flexum excurrentes, ad comissuram articuli perueniant. ⅃ Ad hæc
commemoraui binos de se ramos mittere: quorum alter, qui & grandior est, magna ex parte per
cubitum vectus adusque brachiale defertur, illuc nimirum, vbi scinditur. Hæc itaque portio to-
tam digiti magni regionem internam amplectitur, & per latera ascendens coit cum extremis ve-
nularum, quæ ex altera tertiæ literæ γ linea ducuntur: quemadmodum rursus, quæ ab altera ter-
tiæ literæ linea, quam ad cubiti extremum dixi procedere, per extrema quædam pilis similia com
mittuntur ijs, quę de humerali vena in extremam cubiti regionem disseminantur. Interim quoq;
prius, q̃ scissa vena literæ γ aut Υ similis reddatur, ramus quidam ex ipsa procedens sursum ad ra-
dium

† Alij ita corrigunt: scissa in hãc ea, quę ꝓpagata ẽ, prius quã venę duæ per flexum excurrentes, committantur.

A diū conſcendit: & ad externā regionē ſupergreſſus, inibi diſpergitur. Id vero accidit ijs maxime, quæ paruā humeralis venæ partē habent, quā exteriorem cubitū dixi intercurrere. Verū omnibus conſtat, ꝙ & ante ſciſſurā ex vena triangulū generante oriatur, de qua in præſentia ſermonem inſtitui. Mittit eadem ꝓpagines in extimā cubiti partē, ac terminis cū humerali congredit. Has ſanè oēs venas in gracilibus multis, ac copioſo ſanguine venisq̧; amplioribus præditis, palam vel ante confectionē eſt cernere: verū ambientem aerem calidū eſſe vel ēt hominem lotū oportet. Manu aūt immiſſa intercipienda eſt, quacunq; in parte venas repletas manifeſto videre libeat: Quod te crebrius in multis factitare velim: qn̄quidem haud mediocriter duplici nomine cōduxerit: hoc q-dē, vt vaſorū cognitionē aſſequaris (nulla ſiquidē res, quæ ſenſibus noſtris percipi pōt, exquiſite & ſubito, niſi viſa ſæpius, cognoſcitur: argumento ſunt gemini admodū ſibi ſimiles, qui ab inſuetis nequeant dignoſci: ab ijs, quibus cū habuerint conſuetudinē, confeſtim agnoſcantur:) altero, vt exactam partiū humanarū ſimiarū q̧; ſimilitudinem pceptam habeas. Has itaq; vniuerſas venas, quas in hominibus ante conciſionem conſpicis, in ſimia diſſecta videris: quare penitiores etiā particulas hæc animantia, perinde vt homines, obtinere cōſtat. Quod cum ita ſit, conſuluerim prius te in ſimia ipſa ſubinde exercitari: vt, ſi humani corporis conſecandi qn̄q; copiam nactus fueris, B prompte ſingulas partes detegas: quod non vulgaris operæ eſt, neq; quiſquam in ipſa parū exercitatus repente poteſt aſſequi: Etenim medicorū in anatomis exercitatiſſimi, qui multa diligentia corporis particulas inſpexerint, in multis errorē commiſiſſe vident. Quamobrē nihil, qui corpus hoſtis germani in bello mortui, quod aduerſus Marcū Antoninū gerebatur, incidebant, amplius, præter viſcerū ſitū, addiſcere potuerunt. At, qui in alijs animantibus, & potiſſimum in ſimia, prius ſe exercuerit promptiſſime ſingulas, quæ inciduntur, partes detegit: & procliuius eſt viro laboris cupido præexercitato q̧; in anatomis, antea conſpecta quædam, in humano cadauere ſubito condiſcere, q̄ alteri non exercitato manifeſta multo ocio ad amuſſim inuenire: nam in eorum, qui mortis erant damnati aut feris expoſiti, corporibus multi ſępe, quod ipſis liberet, celeriter conſpexerūt, ad hæc in latronibus, qui in monte iacerent inhumati. Iam vulnera magna, & putrifica vitia in altū ſpectantia particulas complures detexerunt, quas prius exercitati ſimilem habere ſtructurā ſimiarū corporibus cognouerūt: qui nunq̄ ſe in his exercuere, nihil inde commodi percepe runt. Qui vero pueros mortuos expoſitos complures incidunt, perſuaſum habent corpora hominū ſimiarū q̧; perſimili ſtructura conſtare. Quin & in ipſis curationibus, quas manu frequenter obimus, alias carnes putridas, alias oſſa præcidentes, manifeſtam ſimilitudinē pręexercitati agno-C ſcunt. Quidam vero tam negligentes rerum pulcherrimarum ſunt, vt ne vel, quæ ante confectionem cuiuis manifeſto licet cognoſcere, vnquam diſcere cupiant.

Ratio Diſſecandi quinq; ſuperficiarias Cubiti Venas. CAP. 6.

QVæ igitur de cubiti ac manus ſummæ venis nuper retuli, omnia citra confectionē pleriſq; in hominibus obuiū eſt cognoſcere: quemadmodū etiam ꝙ ea, quæ poſt, quam axillæ vena in ramos ante cubiti articulū ſciſſa fuerit, ad flexū peruenit, ſubiectam alioquouſq; arteriam continet: quæ in macilentis naturis, magnis q̧; pulſibus præditis, tactu motum aliquatenus indicans deprehendi poteſt. Quare, ſi ſanguinem detraxeris, in ijs ſanè, qui totam manifeſto venam habent conſpicuam, quam longiſſime ab arteria recedendū eſt: in quibus aūt id ſolū, quod arterię incūbit, eſt ſpectabile, reliquū vero totū conſpectū effugit, diligentius attendendū eſt. Primo quidē, dū brachiū per ſe adſtringis, regio arterię vicina in tumorem notandū attollit: ſecūdo vero aliam quampiam ex ijs, quas relaturus ſum, diſſecare oportet: nūquam enim venam hanc loco inflato ſecueris, ſciens arteriam ſubiacentem tū latam eſſe, tū validam, deinde, cū plurimū ea intumuerit, ſimul cū ſe ipſa extollere ac circūtendere incūbentem venam. Accidit igitur inde venā in gibba arteriæ parte eleuatam magis inaniri penes partem, qua circuntenditur, adeo, vt ſcalpel-D lus mediocriter iniectus, prout ſolet illidi demitti q̧, illam quidem totam ſubito penetret, ſubiectam vero arteriam conuulneret. Quare conſilium eſt ab hac recedere ad vicinarum aliquam, maxime ex ijs, quę ad cubiti os deferuntur. Sin aūt ex his quoq; nulla appareat, eam adibis, quam in flexu ex venarū coitu factam, ad radij ſuperiora dixi peruenire. Si ne hæc quidem eſt conſpicua, eam feries, quæ ab humeraria ad cubiti flexum porrigitur. Pari modo, ſi humeraria, quando ipſam ſecare oporteat, conſpectum effugiat, eam neceſſario diuides, quæ ab ipſa in flexum pertendit. Si nec ipſa, eam, quæ ſurſum ad radium obliqua expanditur. Si nec illa oculis obuenit, venā ab axilla ad cubiti flexū procurrentem incides, Hæc.n.vena accommodatiſſima eſt ijs, qui in partibus infra clauiculas ſitis laborant: humeraria q in ſuperioribus: at inibi commemoratæ ſecūdū tertiū q̧ ordinē poſt ipſas obtinēt. Cōis vtriſq; eſt, quæ ad radij ſuperiora conſcendit: quare tertiū quoq; ordinē in vtriſq; manibus ei attribuimus. Nā in ijs, q infra clauiculā afficiunt, ſiquidē ſanguinē de trahere oporteat, principē locū radij ratione vena poſſidet, quæ cubitū accedit: ſecūdū, quæ ad flexū defert: tertium cōis: quartum, quę de humeraria ad flexum pergit: poſtremū humeraria. In alijs, quos ſupra clauiculā morbus infeſtat, contra humeraria primum: quę inde ab ipſa ad flexum porrigit, ſecundum: tertium communis: quartum, quæ iuxta arterias procedit: & quintum, quæ cubitum adit. De ſuperficiarijs itaq; venis totius cubiti vſq; digitos omnia dicta ſunt.

De

De Propaginibus Venarum, quæ in Cubiti profundum merguntur. CAP. 7. E

PRofundiores aũt deinceps inspicito, ijs, q̃ in flexus supficie extant, adeptis: qm̃, has vbi sustuleris, musculos q̃3, quemadmodũ didicisti, dissecueris, mox tibi profundiores, pinde ac superficiariç, mutuo coeuntes apparebunt. Insuper postq̃ congressæ fuerint, iterũ in ramos binos dirimũtur, & per cubitũ ad brachiale recta tendunt, æquali inuicẽ spatio distantes: demissior qdem alter per os cubiti, elatior p radiũ, vnà cum arterijs in musculos propagatur. Veneç igit humilioris, cũ radij musculum exilem subierit, particula q̃dã in externã regionem elabit, in qua scissa, cũ prædictis ibi venarum, quæ in summo sunt, partibus societatem init: Ad hęc reliqua ipsius pars, quãta intus delitescit, ima subeuntibus adunitur, quas intimis cubiti partibus per superficiem distribui diximus: ac sæpius putaui plurium esse portionem venarum, quæ ex summo vergunt in ima: siquidem ipsius profundioris venæ secundæ processus paucis superficiarijs commiscentur. Duas quidem venas in manum ferri commemoraui, tum eam, quæ per axillam excurrit spectandæ magnitudinis: tum hac quidem multo minorem, magnam tamen & ipsam, quam humerariam appellãt,

De Ductu Arteriæ per vniuersam Manum. CAP. 8.

POrrò arteria vna duntaxat in manũ proficiscit, vicina venæ, q̃ axillam permeat: vtraq3 autem thoracẽ elabit cũ nono pari neruorũ à spinali descẽdentiũ: & brachium illic ingrediunt, quò F & tertiũ neruũ dixi peruenire: inde oĩbus brachij musculis processus notandos mittentes, decliues ad flexum articuli, quo brachiũ cubito coartat, excurrunt. At vena in brachij extremo ĩ duas diffusa est soboles, quarũ altera ad cutẽ vsq3 effertur, vt antea declaratũ est: q̃tum vero ipsius p profundiora, ceu ad flexũ, cũ arteria deducit, id tertiã humerariæ partẽ assumit: deinde bifariã scissum, cũ vtraq3 parte arteriæ, quæ & ipsa bipartito diuisa est, simul tũ porrigit, tum in vniuersos vsq3 ad digitorum initia musculos ramorũ seriẽ dispensat. Itaq3 elatiorẽ arteriã, q̃ ad radij os decurrit, pp brachialis cõmissurã tangimus, pulsum exploraturi. Sensibilem quidem in macilentis motum arteria quoq3 edit, q̃ mediã indicis & magni digiti regionẽ perreptat, originẽ ab hac ducens. Humilioris vero arteriæ, quæ p os cubiti rectà in paruũ digitum pcurrit, motũ manifesto haud queas percipere, nisi homo fuerit extenuatus, & maximũ habeat pulsum: quippe natura in imo retinet arterias, nusq̃ particulã ipsarũ manifesto in cutẽ emittens, queadmodũ à venis ac neruis perferri prius dictũ est. Merito igit nullã in extremis manibus aforis arteriam reperias, quia ne musculus quidem vnus habetur: at interna regio, qm̃ multis septa est musculis, ideo multas quoq3 arterias singulis ipsorũ porrectas obtinet. Verũ vniuersas brachialis ab interioribus partibus arterias vnà cũ venis coniugibus spectabis, lato tendine amputato. Etenim hunc inter & eos qui digitos flectunt, si G tus ipsarum est pariter cum tenuibus neruis, quorum antea mentionẽ feci. Nam, cum hoc in loco musculi consistant, qui & primos digitorum articulos moueant, & alij qui digitos in obliquum agunt, merito pars hæc arterijs venis & neruis scatet: quippe singuli musculi particulam cuiusq3 horum aliquam in se recipiunt. Ac iam quidem omnes totius manus particulas explicui.

De Diligentia adhibenda in Neruorum, & Vasorum inspectione. CAP. 9.

AT tu non, ceu Herodoti historiã, animi gratia ista leges, sed memoriæ singula spectata mandabis, vt oĩum ipse partiũ naturã exactè pnoscas: nõ nullæ siquidem neq3 arteriam, neq3 neruos, neq3 venã grandẽ habent: quædã vel tria horũ genera, vel vnũ, vel duo. Itaq3 arterijs venis q3 pro magnitudinis rõne virtus inest, non itẽ neruis oĩbus: sed alicubi exiguus neruus haud exiguã obtinet potestatẽ, exempli gratia, q musculos magni digiti motores intercurrunt, deinde qui indicem mouentibus inspergunt. Si.n. hi soli in natulari habitu seruentur, vel alijs resolutis, vel etiã oĩno abolitis, non vtiq3 mancus in totũ homo euaserit, neq3 manum prorsus inutilẽ habuerit: q si mediũ adhuc ipsis addas, paruã in actiõibus offensam manus sentiet, paruis digitis in totũ pereuntibus. Rursus, si quatuor existant incolumes, musculus aũt, qui magnũ digitũ vel inflectit, vel extẽdit, laborauerit, oĩa manus officia interibunt: pariter.n. musculorũ, qui sibi inuicem sunt oppositi, actio semp vitiatur: siquidẽ musculo, qui maiorẽ digitũ extendit, resoluto, is, qui ipsum flectere consueuit, obita quidẽ functione statim flectit digitum, cęterum postea non amplius poterit: nam is, qui in flectendo persistit, rursus flectere, nisi prius extensus fuerit, qui põt? Quare cognoscere H ad amussim conuenit cum aliorum musculorum oĩum neruum, tum eorum præcipue, qui functionẽ mentione dignam obeant: vt, siue telum siue spicula auferre, dissectione vel pręcisione alicuius oporteat, ab insignibus vasi neruis q3 abstineamus: siue putrefactã quãpiã particulam, vel os sideratione confectum præcidamus. Noui.n. quẽpiã ex ijs, qui segniter manu curant, qui, cum prius aliq̃n in exteriori brachij regione magnã partẽ musculi pręcidisset, non tã insignẽ membro noxã primum attulit: postea temere scalpello in eã parte internæ circũscriptionis musculi prioris iniecto, vbi tertius neruus ingreditur, stultam (vt Hippocrates ‖ ait) exercens facilitatem, orbiculari linea veloci q3 sectionem ducens, non modo tertium neruum præcidit, sed ẽt duos ei præpositos, ad hęc arteriam venam q3: in eo siquidem loco hæc omnia habentur. Quamobrem ille subito propter sanguinis profluuium turbatus, hoc solum attendit, funibus vasis, quæ amputata erant, circundatis. Paulo post æger neq3 manũ tantillum mouere potuit, neq3 tangentes in multis membri partibus sentire: clamauit q3 in medicum, hoc ipso verbo vtens, ἐνευροκόπησας, i. neruos mihi misero

‖ de Arti. sect.2. ...39.7ᵈ.266.c

A misero præcidisti. Sic itaq; medicus vna sectione totum membrũ reddidit inutile. Alij porrò in alia quapiam parte vna, vel duabus, manus & cruris, propter neruorũ imperitiam peccauerũt: vt nunc omittã, quæ in sanguinis detractione mala designent, ignorantes, quæ obseruanda sint in singulis cubiti venis: de quibus ẽt in libro de mortuorum confectione tractatum est. Horum igitũ omnium gratia sæpius manum simiæ diligenter incidas: etenim, si rarum quippiam in ea conspexeris, ẽt hoc vsui tibi fuerit: Vidi enim aliquando in cuiusdam simiæ dissectione neruulũ interiori cubiti venæ incũbentem: ac rursus in altera, venæ ipsi coniugæ insidentem. Pari modo & horum speculatio medicis quibusdã eximioribus vtilis extitit, vt qui, tanq̃ neruũ incidissent, accusabanẽ: q̃m & post sectionem acceptam ægri stupidum affectum per manus longitudinem statim sensẽrũt, tempore vero insecuto affectus ille ijs, quibus vena fuit incisa, permansit. Quapropter ego accusatoribus proprietatem structuræ corporis non nunq̃ talem fieri indicans, medicos ab infamia liberaui. Crediderũt aũt mihi, qui illos increpabant, non solũ quia alios eius rei testes citauerim, sed ẽt quia in commentarijs anatomicis, quos in singulorũ animaliũ confectionibus feci, scriptũ ostenderim, quod nuper in vena accidisse percensui. Cæterũ qui libros anatomicos scripserũt, paruas à subiectis musculis reliquias in cutem ipsis vicinam emergere arbitrantur: atqui aliter res habet, quemadmodum subinde conspexistis: verum propriæ neruorũ per summa extantium radices habentur, quas cum cute simul auellentes obliterant, vt ne esse quidem videanẽ. Est .n. veluti & prius dixi, difficillimum neruos hosce detegere, vtpote cuti cohærentes: nam membranam ipsi subiectam cum musculis relinquere oportet, contrarium naturali structurę facientes.

De Ductu quatuor Neruorum in Femur vniuersum. CAP. 10.

HAc igitur administratione, vt in manu dictũ est, rite peracta, quatuor iuxta femoris principium radices neruorum in cutem excurrentium apparebunt, pares numero principijs grandium neruorum, qui in musculos disperguntur, vnde processere. Proinde vna est, quæ ab anterioribus musculis deorsum versus in totam cutem ipsis vicinam fertur dispensatur q; hac interior p inguina longo angusto q; musculo inuehitur: & tertia iuxta os, quod coccyga Græci vocãt, q̃ prædictis minus conspicua est: quarta hac adhuc magis condita, in pectinis foramine cõsistit. Etenim neruos etiam, qui in cutem elabuntur, exiles admodum hæc continet, & re vera telæ araneorum similes: reliquę autem pleniores, partim vt pilos bene nutritos, partim etiam pilis crassiores, ad radices interim valde conspicuos. Qui igitur anterioribus musculis expansi validam membranam secum retinent, cute statim, quę ambit ipsos, ablata, media priore sede radicem habere videntur. C Porrò, qui tenui angusto q; musculo per inguina inuehuntur, haud difficilem cõspectum habẽt: nam internam omnem femoris tibiæ q; regionem amplexantes componuntur, quippe cum vena vsq; ad interiorem tibiæ processum iuxta talum feruntur: reliquum vero internæ femoris regionis, parua quædam (vt dictum est) particula nerui, pectinis foramen excidẽtis, amplexatur. Quarti vero, qui restat, nerui, iuxta os coccygis excidentis, tota ferè posterior exterior q; femoris sedes ramos excipit, præter eius extremum, genu versus spectans, huc enim alius neruus iuxta latum musculum euadit. Quemadmodum & propter ipsius extremum rursus alius exteriorem tibiæ regionem, vt dicetur, comprehendit: quoniam interior quoque ipsius pars à neruo, qui cum vena defertur, propagines suscipit: reliqua posterior tibiæ pars peculiarem neruum ab eo, qui suram intercurrit, deriuatum exigit: anterior particulam quampiam eius nancifcitur, qui priores tibię musculos intercurrit. Cæterum intuitus, quo dixi modo, exiles superficiarios cutis neruulos, omnes femoris musculos incidito, vt libro superiori didicisti. Nam, dũ ipsos inuicem separas, grandium neruoruum distributiones, quę omnes mediæ per musculos feruntur, clare apparent: atque ideo etiam processus ipsorum vicinis distribuunt. Iam vero quatuor principia, quæ & in superficiarijs contemplatus es, videbis. Etenim illa ab ijs, quæ in imo latent, propagantur, & prius inspecta te D quoque manuducent ad maiorum neruorum inuentionem: immo etiam citra superficiarios prompte grandium neruorum principia videntur, musculis, vt docui, incisis. Sunt igitur tria neruorum initia magnitudine sibi inuicem coæqualia, quæ primũ exequar: Quartum vero aliud maximum bifidum ipsis succedit, quo de posterius peragam. Itaque ex tribus principijs, vnum in anteriores musculos solos diffunditur: Alterum simul cum magnis vasis porrigitur, ipsis q; vasis ramos telæ araneorum modo prætenues, & musculis contiguis, impartit: porrò contingunt ipsum subiectus maximus femoris musculus, incumbens vero tenuis & angustus, quem primum inter femoris musculos dissecamus. Quod restat tertium neruorum initium, amplum ossis pectinis foramen permeat & nimirum duos paruos musculos id amplexos, vnum vtrinque: aforis alterum, intrinsecus reliquum: quos inter coxæ articuli motores audisti anatomicis pretermissos. Verum scinditur neruus hic bipartito prius, quàm musculos permeet: ac partium ipsius altera quidem elatior in musculum procurrens à pectinis osse ortum, quem secundum incidere didicisti, vniuersa disseminatur: maior vero & demissior, vbi foramen paruos'que circa ipsum musculos permeauerit, in maximum femoris musculum finditur, & ramos quosdam admodum tenues musculis exiguis ipsi vicinis communicat. Hæc iam tria principia intuitus, vt dixi, ad quarum duorum ramorum grandium, qui in crus deferuntur, mittunt'que ad extremos vsque digitos

gitos propagines, descendas. Euadit aũt & hoc conspicuum musculis natium incisis, quos praece- E denti libro tradidi in confectione eorum, qui coxendicis articulum mouent. Cum his incidantur simul capita musculorum femoris, quos numero quatuor ex coxendicis osse ortum ducere com memoraui: quippe grandes nerui illis subiecti apparent, qui foras ab interiore lati ossis parte cũ neruulis tenuibus ex eo productis emergunt. Verum illi in omnes, qui circa articulum sunt, musculos exteriores dispergunt, primum ex vniuersis superficiarium, qui articulum retrorsum agit: mox carnosum sub ipso magnum: deinde paruos infra hunc latentes, vnum ex ilium osse procedentẽ, alterum ex lato, qui liuens semper apparet, & tertium post ipsos alium à pectinis osse ad magnum femoris tuberculũ (trochantera Graeci vocant,) procurrentem. Insumptis iam in hos neruis tenuibus, qui aliqñ quidem & capitibus quatuor dictorum musculorũ ramos communicant, postea grandes soli per femoris regionem postremam excurrentes apparent: qui maximũ sanè ramum lato musculo, notabilem vero alijs quoq; tribus, dispensant, interim & femoris maximo. At latus musculus nõ modo sursum ad caput, sicut alij, neruum capit, sed etiam alterum postea, cum grãdes nerui, de quibus agitur, femoris medium perreptauerint. Ab hoc autem neruo propagantur, qui ad cutem excidunt, vti paulo prius dictum est. Qui igitur in femore consistunt, in hunc modum se habent. F

De Neruorum ductu in tibiam, & pedem. CAP. 11.

TIbiae vero neruos deinceps inspicito. Duo soli in tibia grandes nerui per femoris posteriorẽ sedem conspicui apparent (quemadmodum antea quoque declaratum est latiore musculo inciso: quà.n. hic adiacentem attingit, illac longissime porrigitur: alter vero musculus genu articulo vicinus, adeo, vt ipsum contingat, ad internas tibiae partes recedit. Nerui autem sub vnico lato feruntur, ad tibiae principium excurrentes: atq; ibidem primum separãtur inuicem, alter, qui minor est, exterioribus ipsius musculis distribuendus: alter, puta maior, interioribus. Sed externus tibiã subter fibulae caput ingreditur: interior, quem maiorem esse retuli, iuxta surae initiũ profundius immergitur, id q; media regione inter duo grandium ipsius musculorum, quę superiore libro ex femore enata didicisti, capita. Atq; huius nerui pars reliqua non mediocris in pedis inferiora porrigitur: alterius autem tenuia extrema supremis tarsi partibus dispensantur: portio quaedam ipsius ẽt ad neruum alterum peruenit, qui per suram prope inferiores tibię partes defertur. Itaq; infimam pedis sedem neruus vnus subit haud exiguus, in omnes ipsius partes distributus. Porrò hic neruus ex altero grandium superest, quem in posteriores tibiae musculos digeri commemorauimus: caeterum in inferiores pedis partes descendit vnà cum tendinibus, qui digitos ipsius inflectunt: G insuper anterioris nerui particulam quãpiam huic misceri dictum nobis est. At in supernã partem pedis exiles neruuli quatuor porriguntur, trium neruulorum reliquiae, vnius certe, qui cum vena intra tibiam defertur: alterius, q retro suram per summa se promit, cuius mentionem paulo prius feci, nempe cum dicerem ipsum in surae initium inter musculos ex femore ortos inseri. Procedit autem ex magno neruo, vbi is inseritur, alius quidam neruulus: qui per suram procurrens à musculo fibulae porrecto ad extremum ipsius pedi proximũ peruenit, atq; inibi externis tarsi partibus propter exiguos digitos disseminatur: quemadmodum praedictus, quem simul cum vena per totum crus ferri retuli, ad magnos digitos fines expandit. Hos inter aliae duae alterius grandium neruorum reliquiae, qui anteriores tibiae musculos amplexari dictus est, deorsum versus pertendunt, medium tarsi conscendentes: altera quidem ipsarum in superficie sub cute consistit, ligamento, quod est ad articulũ, incumbens, ac solis particulis, quę ad cutem tarsi sunt, disseminata: altera vero in imo, sub ligamento, superstratis tarsi musculis dispensatur omnibus, quorum tendines obliquo digitorum motui praeesse audiuisti.

De duabus Venis atque harum propaginibus, quae in extimas, & internas Cruris partes disperguntur. CAP. 12. H

EXigua porrò vena crus per os pectinis adit, modicam quandam ipsius partem nutriens, cuius mentionem postea facturus sum. Vna autem alia vena maxima totum in crus ab interiore ipsius parte per inguina procurrens disseminatur: propagines quaedam ipsius inordinatae ad cutem permeant, quas non nulli medicorum σποράδας, quasi dicas modicis interuallis sparsas, appellant. Quae in musculos digeruntur, ordinatũ habent tum ortum, tum situm: nec tñ ipsae magnitudinis aequalitatem in omnibus conseruant, vt ne in manibus qdẽ. Dicetur aũt nobis ẽt nũc, quę plerunq; soboles maioris venę apparent: quae omnium crus perreptantium veluti truncus est. Statim igitur ramus qdã in priorẽ internam q; femoris regionẽ perfert, multifariam summa sub cute in ipsum distributus: Ab hoc alij tenues modicis interuallis sparsi, in cutem tres quatuor ve disseminantur: Deinde alius notandae magnitudis, primo similis, medio in femore propter musculum arctum consideratur: in quem ipsum quoq; vena indide maxime inserit: Deinde aliae exiles propagines, duę forsan, & tres, modicis spatijs digerunt: post has alia insignis genu interius subit: deinde sequit alia, duas in partes diuaricata: huic succedũt aliae plures. Hae qdẽ subter cutem summã oẽs cõsistũt. In imo aliae qdã hũc in modũ se habẽt. Post inguina, prima anterioribus duobus musculis dispesat. Mox alia profundius, grandis satis, intra maximũ omniũ musculũ, & ex anterioribus

A terioribus internũ, porrigitur: à qua plures venarũ propagines in oẽs propemodũ femoris muscu los dispergunt. Post hãc, quã pdixi subter cutẽ distribui: ac post eãdẽ ẽt alia q̃piã deinceps, in grã dẽ ex anterioribus musculũ ingredit, elatius ad extremã femoris regionẽ emergens: Insuper post illã alia notatu digna profundius in maximũ musculũ ei q; vicinos inseritur: atq; post has in superficialiũ enumeratiõe, prædicta, q̃ ab intima genu parte adusq; tibiæ extremũ multiplici ramorum serie cutẽ subit. Cæterũ pp iã dictã ppaginẽ alias quoq; spectabis, q̃ à maiore vena in imas maximi musculi partes, & totũ penitius articulũ diffundunt. At præter pdictas nõ nũquam statim magna vena in ramos finditur: aliqñ ante fissurã vena ppe suræ initiũ ex ea procedit, per infernas articuli partes in exteriora erũpens. Iã vero ipsi fibulæ bipartita venæ soboles apponitur: quarũ altera in superficie externis partibus fibulæ, ad malleolum vsq;, ramorũ seriẽ spargit: altera per ima exteriorũ musculorũ ducta, ramos singulis cõicans, intra tibiã fibulã q; iuxta inferiorẽ fibulæ finẽ peruadit: nã vtroq;, hoc & prędicto, venę superficialis extremo protuberans fibulę excessus comprehenditur. Verũ apparet nõ nũq, vbi maior vena duplicẽ ramũ iuxta poplitẽ emiserit, altera ex parte venã, de qua mentionẽ feci, enasci. At, quomodocunq; scissa fuerit, sese ve habeat, ẽt reliqua vena maior bifariam in poplite diuiditur: deinde cũ altera parte suram perreptãs, ad malleolorũ in tibia

B finẽ procurrit: hinc ad imã pedis regionẽ vecta, per mediũ tibiæ ac fibulæ in eam distribuitur: Altera parte anteriorẽ tibiæ ossis regionẽ permeans, in plures venas scinditur: q̃ oẽs anteriore parte intra tibiã & fibulã deferunt: atq; extrema ipsarũ ad tarsum vsq; & pedem digitos q; permeant, tũ inter se, tum ijs, q̃ adiacent, permista. Huius etenim venæ, q̃ anteriorem tibiæ partem intercurrit, scinditur q;, vt dictũ est, in totã fibulę tibiæ q; ossis regionẽ intermediam, venę duę notandę propter extuberãtes tibię fibulæ q; terminos subeunt, alias oẽs medio suo cõplexæ: Ac pdictis in vtroq; extremo hæ venæ miscent, interior sanè ei, q̃ propter genu propagatur, intrinsecus aũt supra surã tibiam q; totã ad malleolos porrecta est: exterior societatẽ init cum venis ibidẽ relatis ab ea porrigi, quæ per exteriores fibulæ partes decliuis fertur: verũ ab ijs, quæ ad tibiæ fibulę q; extrema inuicem coeunt, exiles quædã ad tarsum pedis excurrunt. maiores aũt ipsis ad imas partes euadunt, præsertim regione interna, qua tibię finis extuberans habetur: Ex quibus venis tota pedis regio inferior alimentũ accipit: Porrò posterior pars, quæ ad calcẽ habetur, à proximis intus foris q; ramos inuicem coeuntes suscipit: siquidẽ hoc cõiter inaudiendum est, sicut iam prius dixi, extrema venarũ etiam alijs partibus comisceri, potissimũ in summo corpore. Verũ eiusmodi sunt manifesta, vt quæ vnà cum dictis vel me tacente intelligantur. Nam venas ac neruos in tarsum excur-

C rentes vsq; ad pedis extremũ porrigi necesse est. Iam vero quis ignorat earum pariter, quæ à fibula ad ipsum perueniunt, extrema in paruos digitos pertendere: rursus à tibia prodeuntium terminos, magnos subire: quemadmodũ & à media regione tibię fibulæ q; procedentium fines in medios expandi? Vena igitur per inguina excurrens, hunc in modum propagat: quę vero pubis os perreptat, solis indidẽ partibus distribuitur. præponitur aũt huic ossi musculus vnus exilis, foramẽ totũ complexus: huic supernascuntur primæ partes maximi musculi, cui adnascitur tertius ex pubis ossium cõmissura ortus, vtrinq; vnus. Itaq; vena hęc paruũ totũ, sed maximi partem haud amplam nutrit, eius autem, qui ex commissura exoritur, plurimam: siquidem in imas huius musculi partes tum vena tum neruus alius inseritur. Verũ extrema venę, de qua disseruimus, in idem cum extremis coeunt, à maiore quidem vena profectis, sed primoribus maximi musculi partibus insertis, quæ hic dissipantur.

De Arteriæ in Crus vniuersum distributione. CAP. 13.

PORRÒ arteria maxima cruri per inguina inseritur, eo nimirum loco, quo vena magna: ac macilentis magno que pulsu præditis manum inijciens, sensibilem inibi motũ percipies. Vtrũque autem vas per interiora femoris protendit, arctiori ipsius musculo incumbens, in quem velu

D ti in omnes alios femur perreptantes arteriæ rami pro magnitudinis portione perueniunt. Sed, quemadmodũ in manu, sic etiam in crure se habet. Venæ quidem arterijs in musculos insertis cohærent: non tamen arteriæ superficiarias venas vnà conscendunt, verum altius semper p musculos ingrediuntur. Quot igitur venas dixi profundius in femoris musculos propter tibiam propagari, his omnibus adiacet arteria, in superficie extantium nulli. Id autem inde liquido cõstat, quòd carnosis nusquam in crure pulsus appareat, nisi in tarso directe ad secundum digitum post maximum. Tangimus itaque subinde arteriam inibi sitam, cum eam, quæ brachiali subest, attingere non potuerimus. Sunt porrò & aliæ in tarso ac pede arteriæ, q̃ crebro in macilentis pulsum indicent, quando in magnitudinem eleuantur. At in brachiali exteriore nullam asseruimus reperiri arteriam, quòd videlicet nec musculus quidem vllus ibidem habeatur: nam ob exiles musculos tarso incumbentes arteria, quam nuper retuli, in ipsis distribuitur: quemadmodum & imi pedis musculorum gratia, haud grandis arteria simul cum vena, cuius prius mentio facta est, procurrens huc tendere videtur: cæterum ad id loci per mediam fibulę calcis q; regionem descendunt. De arteria autem, quæ per ossis pubis foramen, θυρεοειδὲς Græci (ab ostij similitudine) appellant, in femur peruenit, eadem, quæ paulo prius de vena commemoraui, inaudiuisse me putato: nam ijdẽ tribus musculis, perinde ac illa, distribuitur.

GALENI DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Muſculos faciei,capitis,colli, & ſcapularum declarat.

Anatomicorum librorum vſus,propoſitum huius libri,quid'q; ab antiquis de muſculis faciei fuerit ignoratum. CAP. 1.

IN opere de particularum vſu hoc mihi fuit inſtitutũ, vt omniũ corporis humani partiũ ſtructuram,quanto artificio conſtant, exponerem. Cuius rei argumentũ,ex veteribus quoq; tum medicis tum philoſophis celeberrimi,perinde ac ego tractauerũt. Itaq; à manibus haud temere ſermonis hic ſumpſi exordiũ,quòd has partes videlicet in ſolis hominibus videre liceat. Merito aũt nõ abſurdũ fuit ſtatim etiam de cruribus non nulla commentari: quandoquidem & in his homo præter omne aliud animantium genus propriũ F quiddam ſibi vendicat: q; nimirũ ſolus ad amuſſim rectus horũ beneficio incedat. Simiam vero ridiculam hominis ſimulationem exiſtere monſtrauimus: ac ob id hominis quidem modo graditur: ſed in ipſis principalioribus partibus manca eſt, vt quæ minus rectam crurũ ſtructuram ſortita ſit: magnũ vero manus digitũ,qui totũ functionis firmamentũ ipſi eſt,mutilũ obtinet. At in præſenti commentario duo mihi peragenda propono,primũ,vt ſingulas accurate partes contempleris,quarũ vſus illic percenſui: alterũ ad medicinæ artis finem pertinet. Quoniam enim huius ætatis medicos video,qui quidem confectionibus operam dediſſe putantur, vtiliore illarũ parte neglecta eam,quæ cauillatoria magis eſt,exercere,conatus ſum hoc ipſum primũ iuuenibus oſtendere, deinde ad meliorem ipſos adhortari. Atq; id initio ſecũdi tertij'q; libri à me factitatũ eſt,vbi ſermonis caput curationes propè vniuerſas continebat, quas manibus quotidie adminiſtramus,tũ in artubus,tũ per totius corporis ſumma,quæ muſculos,& in his vaſa neruos'q; comprehendunt. Etenim tela aculeos'q; ex his,nõ ex iecinore vel corde vel pulmone excindimus; item fiſtulas,ſinus,abſceſſus,ſuppurata,& putrifica vitia in his manu medicamur. Quã ob cauſam optarem vtrunq; commentariũ,eundem,vt in primis duobus libris,ordinem obtinuiſſe. At,quia, vt video,iuuenes quotidie maiorẽ induſtriã in peiore confectionis parte collocant, vtiliorem pro G pè omnes reſpuunt,ſtatui non ſolũ ratione,ſed etiam diſciplinę ordine,ad rei ipſius dignitatẽ eos exhortari. Quæ.n.prius eis diſcẽda cenſeo,ea quoq; priora in hac enarratione proſequar. Ac ideo poſt artuũ diſſectionem ſuperioribus libris comprehenſam,deinceps reliquis duobus externã totius corporis inciſionem,quæcunq; circa muſculos eſt, exarabo, orſus à facici & capitis partibus, atq; in his ipſis,ab ijs nimirũ,quæ cuti circundatæ cohæreſcunt: Inter quas anatomici ignorarunt principaliores,nẽpe duos muſculos latos ac tenues,qui in buccã & labra ceſſant,à ſpina vero colli incipiunt: vnde membraneum procedens ligamentũ,quod talibus conſtat fibris, quales vniuerſi muſculi obtinent,ſubſtantiam ipſorũ conſtituit: Complures ẽt fibræ ex ſcapularum ſpinæ regionibus emergunt: quemadmodum & ex vniuerſa clauiculæ ſede in buccã terminãtur. Atq; oportet hoſce muſculos,cũ vſus aliquis poſtulauerit,pro fibrarũ natura incidere: quã ignorantes,vbi non nunq̃ ampliore ſectione tranſuerſa ipſas diuiſerint, buccas ad alteram partem auulſas efficiunt. Hi ſanè omnes latuerunt: & paulo vlterius iterum de ipſis ſum dicturus. Verum muſculoſam cõpaginem cuti in fronte ſubiectam,ipſius'q; actionẽ,diſſectionum profeſſores nouerunt: totã ſiqui dẽ ſuperciliorũ molẽ ab ea dicunt attolli,& cutis frontis motũ eidem ferunt acceptum: non tñ vulgus chirurgorum nouit,nam propterea tranſuerſas potius, q̃ rectas, ſectiones in fronte moliũtur. H Accidit igitur,cum maiorem qñq; ſectionẽ inibi, & maxime propius ſupercilia,peregerint,ad palpebrarũ radices,tum ſupercilia tum contiguam ipſis cutem deorſum conuelli: tũ oculos, quibus incũbunt,aggrauare,vt neq; aperiri probe queant,neq; functionem ſuam libere obire. Hic itaq; fibrarum rectitudo deorſum verſus tẽdit: in ijs autem,quæ buccas mouent (vt nuper dixi) nunqd turpe nõ eſt ignaros quoſdam multa inſuper huiuſmodi quærere,puta nũ chartilaginoſum quippiam penes cerebri glandem (quæ à turbinis,ſeu pineæ nucis ſimilitudine,Græcis κωνάριον appellatur.) vel oſſeum inhæreat? Pari modo etiam,in quolibet'ne corde chartilagineam vel oſſeã quandam particulã ſit inuenire,an in magnis duntaxat? Cuiuſmodi friuolis potius,q̃ vtilibus, operam accõmodare huius tempeſtatis medicos videmus. Quæ res me adducit,vt artuum diſſectioni alios duos libros ſubiungã: hunc ſanè quartũ totius operis futurum,alterum deinde quintum. In quibus tota muſculorum confectione abſoluta,ad eũdem rurſum ordinem me conuertam, quem in commentario de vſu partium ſeruaui. Ac primũ de cibi inſtrumentis dicturus ſum: mox de ſpiritalibus,deinde cerebri & ſpinalis medullæ partibus vniuerſis: poſtea generandi inſtrumenta exequar: quibus proximũ eſt de fœtibus adminiſtrandis dicere: Sed decimuſſextus illius operis liber agit de arterijs,venis,& neruis: vbi,quę quidẽ cõiter & generatim de ipſis cognoſcere profuerit,

explicaui:

A explicaui: membratim vero, qualem singula naturam habeant, in opore de confectionibus administrandis doceri diximus. Quamobrem accuratissime de his in præsentiarum agere necessarium est: nam in prioribus administrationibus anatomicis multa nobis omissa desiderantur. Cur autē ad operis totius calcem satius mihi videatur, arteriarum, venarum, & neruorum dissectionem perscribere, in eo libro indicabimus: vbi etiam administrādi rationes exponemus, quibus probe vtēs in illis queat se exercere.

De quinque motibus partium oris, ac administratio pro dignoscendis musculis, qui illos motus edunt. CAP. 2.

NVnc ad musculos incidendos me conferā: inter quos primum commemorabo, qui buccas vnà cum labris mouent inferiore maxilla quiescente. Licet autem, cui visum fuerit, dentes vtriusq; maxillæ inuicē firmiter cōmittenti, vtrasq; buccas in aduersum nempe colli latera, distorquere: siquidē in hoc contingit cutē quoq; ipsam ad acromion. i. summū humerū maxime, & extremū inibi clauiculę, distendi. Iam ēt vtriq; oris parti ad omnia ceruicis latera aperiundæ hi musculi sunt accommodati: queadmodū alij, quos a mandendo græce masseteras nominant, latis maxillæ inferioris partibus iniecti, varijs totam ipsam modis circūagunt. Nam tēporales musculi, qui Græ B cis dicūtur crotaphitæ, non circūagere maxillam nati sunt, verum adducere, dum mordemus aliquid, vel edimus, vel os claudimus. Qua de causa vocat & hos Hippocrates masseteras. Ego aūt euitans homonymiam, tēporales toto sermonis processu appellabo: masseteras aūt, qui toti buccæ superpositi sunt, maxillā vtrinq;, vt dictum est, mouentes. Nam omnia, quorum nobis obtigit cognitio, animantia, præter crocodilum, inferiorē maxillam mouere, superiore immobili, natura voluit. Vniuersi porrò motus ipsius tres sunt: vnus in mandendo, alter in ore claudendo, tertius in aperiūdo peragitur. Atq; ab his motibus secerniť ille, quē in buccis, maxilla omnino immota, fieri prædiximus: non solum aūt ab his separatur, verū etiam à labrorum motu, qui & ipse alijs musculis perficiť. Vt quinq; sint in ore functiones, quina vero musculorū genera: q deinceps vniuersa referam, ab ijs, quæ ipse cōperi, auspicatus. In omnibus itaq; animaliū generibus, quæ medici, ceu hominū figuræ proxima, solent incidere, lati graciles q; musculi habētur, totas buccas in latera deducere idonei. Sunt porrò, vt summatim dicā, sex numero genera animantiū, q haud multum ab hominū natura discrepant: de quibus postea mentionē faciemus. In pręsentiarū a simijs exordiar: q omniū pxime ad hominū figuram accedant. His igitur in aqua fune iniecto suffocatis, ne videlicet vllū colli instrumentū offendať, rectam à mento vsq; ad pectorale os lineam iuxta ceruiC cis longitudinē incidere scalpello acutiore oportet, tā leuiter ac moderate cuti admoto, vt solam ipsam diuidas: quod sine negocio facere consuesces, non modo hic, sed etiam in toto animali, pilos ab ea parte auferens, quā incisurus es. Itaq; alij propemodū vniuersæ corporis totius cuti menbrana subiacet, q inter excoriandū simul auellitur. Ibidē vero latus tenuis q; musculus vna cū numerosa serie neruorū cōtinetur, talem in vnaquaq; parte sitū habentiū, qualem fibræ, quibus ille adnascitur: quippe omnes ad labra desinūt, ex varijs procedentes initijs: etenim ab vniuersis colli vertebris incipiunt, mox à scapulis, deinde ab vtraq; clauicula. Quæ igitur à scapulis ducunt originem, oblique oēs per buccas in oris latera porrigūtur: quæ à vertebris, transuersę magis: q vero à clauiculis emergunt, propemodum rectæ sunt. Harū sane cōplures, vbi ad summū mentū excesserint, labris inseruntur, in se mutuo ac variatis vicibus, & quasi crumenæ inuicem contractæ coalescentes, dū hæ quidē à sinistra in dextrū labrū, hæ vero à dextra in sinistrū extenduntur. Mēbrana ipsa, cui fibræ cohærescunt, nō alijs membranis crassitie vel robore respondet, sed & crassior omnibus & valentior est, tanto q; valentior, quanto crassior: nam ex ligamentorū & substātia & natura constat: quę, cum dura sint & sensus expertia, de ossibus dixi procedere. Vocetur itaq; tum hoc, tū alia id genus oīa, ligamenta sanè, qm̄ id re vera sunt: membranea vero, claræ interpretatio-D nis gratia: qnquidem tenuia mēbranarum modo apparent. Verū hoc ligamentū ex summa in collo vertebrarū spina exortū est: & ad has totū, quem nominaui, musculū suspensum constringit, illigat q; Consentaneū igitur est, dū animal excoriamus, musculum euanescere, qui cum ligamento simul, ceu membrana, detrahitur. Ac bifariā in vno animante confectionem licet administrare: in altera quidē parte, aut dextra aut sinistra, cutem à musculo deradere: in reliqua cutem ac musculū cū ligamento adusq; vertebras detrahere, & cute tuis ipsius manibus distenta speculari per tenue ligamentum numerosam neruorum sobolem ordine continuo inter se fibrarum modo sitam. Euidentius autem in senio confectis, & nuper natis animalibus conspiciuntur: vtraq; enim pinguitudinem non habent, q membranis, ligamentis, tendinibus, neruis, &, vt semel expediam, omnibus sanguine vacuis frigidis q; corporibus obduci solet. At in nuper natis nerui exiles sunt, ligamētū inualidū, carnosa substantia mollis: quam ob rem merito huiusmodi animantia in proposito opere vitaueris. Quę vero præ senio extenuata sunt, oīum aptissima: etenim carnes his modicæ & aridę sunt, longe vero aridior tota neruorum substantia, tū magnitudine insignior. Quod si ē duobus animalibus parum idoneis delectum facere oportet alterius inopia, pręstat recens natum capere, quàm magnum, & pingue: nihil enim tam neruorum connectionem obumbrat, quàm pinguitudo. Iam mentem adhibeto musculi huius fibrarum positurae sursum, a quibus dixi locis ad

buccas

de Artic. sect. 2. tex. 15. 7. 263 b

buccas mentum q; tendentium: hæ siquidem ad neruorũ principia varijs è regionibus prodeuntia viam indicant: Quorum alij in anterioribus & lateralibus capitis partibus, ex subiectis procedunt musculis: alij ex posteriore venientes, de spina prodijsse tibi videbuntur, & cum ligamento subtili ac lato simul incipere, & progigni. Satius igitur est acu, quæ tenue linum ducat, submissa, laqueum singulis neruis proxime maxillam circundare, deinde neruo per linum tenso fibras ab vtroq; ipsius latere adimere: atq; hoc in vnoquoq; neruo erit faciundum, vt musculo toto exciso, nerui vniuersi relinquantur inuiolati, quo ipsorum processus musculis crassioribus, qui subiacent, ablatis appareant. Verum satis est id in altero musculo, vel dextro vel sinistro, obseruasse: In altero aũt, fibrarum extremis, quæ tum ad scapulas tum clauiculam tum spinã pertinent, abscectis, liberato q; à subiacentibus musculo, conator quanq; ipsius particulam ad relata principia trahere, vt animantis buccas ijs, quæ simul trahuntur, consentire videas. Sed animal recens mortuum, vel calidum adhuc esse conuenit, vel aerem æstiuum, vel calidam certe ipsi superfundere: nã, si buccarum particulę refrixerint, immobiles fiunt, corij modo concrescentes. Posterius itaq; musculi huius initiũ ex spina omnino procedit: inde ad occipitij ossis basim defertur: mox sub aurem, vt exortum ipsius perreptando contingat: deinde musculum à mandendo massetera dictum totũ ascendit, ossi q; superioris maxillæ per ligamentum inibi committitur, tam exquisite, vt duo hęc (liceat ita loqui) latera musculi definiantur: Reliqua vero tria haud ęque sunt distincta: nam magna ex parte scapularum spina musculi inibi extremum circunscribit: interim ex fibris pauxillum quippiam supergreditur, id q; deorsum versus. Eadem vero de clauicula quoq; dixisse me arbitrator: quãquam fibras citius, q̃ fines cõmemoratos, cessare haud inueneris. Simili modo partes musculorum priores in simijs plerunq; inuicem coeunt, vt duo musculi vnus esse tibi videant̃. In alijs animãtibus recta musculorũ, quos recensui, latera inter se dissidẽt: quæ tamẽ in non nullis mutuo pauculis fibris transuersis connectũtur, præsertim iuxta laryngis partes. At tanto magis prædicti musculi in alijs animantibus inuicem distant, quãto hæc longiore collo prædicta sunt. His igitur omnium primis musculis ademptis, licebit, vel occipitio vel faciei adhærentes ostendas.

De Sex pedestrium & quadrupedum animalium generibus, ac de Labijs, & eorum motibus. C A P. 3.

QVoniam vero quinq; motus inter se diuersos oris partes habere dixi, melius esse mihi videtur omnes ipsos explicare. Incipiendum porrò est à labris, quibus vtrorumque musculorum graciliũ & latorum fibras quasdam, mutuo coeuntes inseri diximus. At prius, quã exordiamur, distinguere præstiterit, in simijs quidem dictum fibrarum complexum euidenter apparere, in alijs aũt animalibus, quæ paulo prolixiora colla obtinent, tanto minus, q̃ in simijs innotescere, quanto collum maius extiterit. Quibus id multo longius est, ea prædictam fibrarum variationem modicam representant: q; nimirum tum prior, tum rectus ipsarũ situs in id genus animantibus aboletur, lateralibus fibris vna cũ transuersis ob colli prolixitatem munus totum sine priorum subsidio probe satis obeuntibus. Iam vero maxilla cuilibet animalium prolixior est, q̃ simiæ. Nam ex omni animantium genere homo breuissimam pro totius corporis videlicet portione sortitus est, mox simia, deinde lynces & satyri, postea cynocephali. Hæc autẽ omnia & collũ ita prolixum & clauiculas hominis modo possident. Ac quædam ipsorum magis insistunt, quædam minus. Insistunt igitur recta gradiuntur q; alia peius, alia melius: at certe gradiuntur omnia binis innixa pedibus. Aliud aũt nullum, quod scimus, pedestre animal duobus cruribus incedit. Verum his proximum est vrsorum genus: his succedunt sues: deinde quæ à serratis dentibus καρχαρόδοντα vocant: post hæc alia duo animantium genera, aliud cornutum, vngula bifida, & ruminans: aliud cornua non habet, nec bifidam vngulam, verum solidæ innititur. Quæ iam alia sunt genera pedestrium ac quadrupedum, quæ sex enumeratis generibus excidisse videntur, haud negociosum est inuenire, cui potius ipsa assimiles. Labra itaq; naturã singularem eximiam q; obtinent: etenim præter varios ipsorum motus, quorum gratia condita sunt, potiorẽ corporis substãtiam'ne vel excogitare poteris. Nam deflectere ipsam possis, ac à situ suo auertere: contrahere, & distendere: stringere, & laxare, quocunq; edentium, vel bibentium, vel differentiũ, vel aliam quãdam functionem obeuntium vsus vocauerit. Commissis aũt tũ ipsis cuti, tũ latis musculis prædictis, initiũ primum statuito, vbi excorianti cutis non amplius obedierit. Adhuc maxillę ossi labra exacte connascuntur, tertiam quandam mixtionem substantię fungosæ in se ipsis habentia, vt tota ipsorum natura ex tali substantia, cute, & lati musculi terminis: tribus his inuicem concretis, sit conflata. Proinde latiorum musculorum beneficio in latera secundum transuersas ipsorum fibras mouentur: deorsum vero sursum q; versus motum, tota ipsorum substantia suppeditat. Atq; hos ob motus natura neruos ipsis, maxillam tenuissimis foraminibus perforans, transmisit: foramina autem vtrinq; iuxta summitatem patent, vbi duo maxillæ inferioris ossa inuicem coalescunt. Per eadem elabuntur reliquiæ neruorum, qui dentium sedibus adhærescũt: à quibus gingiuæ, dentes ipsi, & membranæ ambientes sensum accipiunt. Diligentem itaque curam adhibeto, dum labrorum à maxilla sectionem aggrederis, ne scalpello neruos disseces, qui etiã pro labrorum natura ex imo sursum versus deferuntur. Horum sanè neruorum beneficio labra deorsum retrahi nata sunt. Contrahuntur autem ab extremis vtrorunque musculorum gracilium & latorum ipsis insertis,

pro

A pro fibrarum situ, quæ à clauiculis sursum porriguntur: ab his enim, ceu crumenæ conuulsæ, ad vtranque lateralium neruorum sedem attracta, tm̄ crassitudine augentur, quantum ipsis longitudinis adimitur. Quemadmodum igitur, si digitis duobus ipsis circūpositis, vtroq; latere singulis deprimens, in angustum ipsa contrahas, tantam in altitudinem crassitiem q; attollens, quantam latitudinem constringendo vtrinque ademeris, hac ratione tensio musculorum, dum in diuersum vno tēpore distrahuntur, ad medium extrema deducit. fungosa substantia non parum ipsis opitulante: Quippe talis oino & inanitur ex facili, & repletur: inanita quidem submittitur, repleta vero in tumorem attollitur. At de ipsa vberius dicetur in opere de motibus dubijs. Sicut aūt his nerui ab inferiore maxilla, ita superioribus labris à superiore subministrantur. ipsi quoq; in vniuersis animantibus tenuia foramina percurrentes. At, si non nunq̄ foramina minus apparuerint, in ampliore quodam, specie simili dissecto, ipsa cōperies. Voco aūt nunc specie similia, equum equo, simiā simiæ, & canem cani. Nihil porro interest etiam, si aliqñ genere similia ipsa nomines. Cæterum & hęc mouentur eodem, quo inferiora, modo: nempe sursum retrahuntur à neruis quidem commemoratis, qui proprios quosdam superiorum labrorū tenues musculos mouent: at in latera aguntur fibris musculorum latiorum eò pertinentibus: in se contrahuntur fibris è diuerso complicatis.

B In magnis vero animantibus ostendere est aliquas ipsarum in labrorum principia porrigi, ibi q; cessare: non nullas contrario inter se modo implicari. Cæterum, vbi labra detegis, neruos etiā, qui musculos masseteras perreptant, (porrigūtur autem vsq; ad labri vtriusq; latera,) excipito laqueis, vt horum quoq; originē denuo inspicias. Summa vero cura considerato, recte ne, an minus, quidam anatomici dixerint vtrunq; labrum à duobus musculis moueri, oblique ambobus ea ingredientibus, ex superiore parte labrum superius, ex infima inferius: an potius sit dicere vtrunq; musculum ex toto cuticularem esse, à fibrosis autem musculis adiuuari.

De musculis Alarum nasi, ac de Temporalibus & Mansorijs, cæterisq;, qui maxillam mouent. *CAP.* 4.

At vero musculos, qui narium alas mouent, tales natura esse pronunciare palàm oportet, qualem & latum musculum, quem nos inuenimus. Nam & hic fibræ subter cutem cohærescunt, à quibus mouetur. Atq; magis adhuc in frontis cute talis natura conspicitur: verum alæ, quà cum superiore labro coeunt, contrahuntur, nullum peculiarem ad hoc musculum sortitę. Hinc igitur ad malas vsque paulatim ascendes, cutem à vicinis illarum partibus auferens: hoc enim confecto musculi masseteres dicti clare videbuntur, neruis ipsos intercurrentibus, qui ad buccas desinunt.

C Prius, quàm igitur masseteras incideris, hos ipsos neruos hamulis eleuans à subiectis liberato vsq; ad ipsorum initium, quod post aures oritur. Atq; hic ipsis demissis accurate inspicias capitis foramen, vnde processerint. Sed prius masseteras musculos adi, tum eos, qui intra maxillam in ore habentur, tum temporales ipsos: Hæc enim tria musculorum paria maxillam mouent, temporales quidem cum interioribus sursum conuellentes, masseteres autem in latera circūagentes. Singuli hunc in modum incidendi sunt: Masseterωn musculorum fibras ex superiore maxilla in inferiorem æditas disseca, non omnes, vt condiscas, quomodo inuicem euarient. Itaq; superficiarijs ipsorum primis abscectis, deinde hamo iniecto sursum attrahes, separabis, & incides, adusque superiorem maxillam, vnde processerunt, dum ad subiectas, quæ situm habent diuersum perueneris. Etenim hoc atq; illo modo, vt dictum est, procedunt, nec recta deorsum feruntur: quoniā non modo attolli adduci q; inferiorem maxillam superiori, dum mādunt animalia, oportebat, sed ēt obliquā paulatim nunc in anteriora, nunc in posteriora, protendi: quippe tali functione ad cibum mandendum indigemus. Duo igitur musculi sunt, puta masseteres vtriq;, ex proprio singuli capite in cōmune extremum ꝑfecti, quod in maxilla inferiore habetur, qñdoquidem hanc moueri conueniebat. Ex capitibus vero alterū in malis, quas vocant, valens nerueum q; apparebit carniformi

D substantiæ robustiori ligamento coniunctum: alterū iuxta totum os iugale consistit, quod Græci zygoma appellant, minime neruosum. Primum quidem maxillam sensim obliquam prorsum ad superiora trahit: secundū contrarij motus gratia creatū est, nam tm̄ maxillam retrorsum abducit, quantum primum in priora agit. Quin & tendenti tibi vtrunq; vicissim caput, manifesto inferioris maxillę motus conspicietur. Quomodo aūt faciundum sit, diligenter attende: siquidē futurus sermo de qualibet dissectione administranda tractabit, qua mortui animantis particulæ motū considerамus. Itaq; vniuersas auferre carnes ab illis ossibus oportet quorum frequēter examen instituimus, solos musculos, qui ipsa mouent, intactos relinquentes. At, vbi hos quoq; ad recta ipsorū capita vsq; incidimus, illa sanè ab ossibus, ex quibus enascuntur, amputare conuenit: manu vero eadē attrahere, tendēdo quo prius erant collocata: qm̄. si hoc ꝓbe peregeris, ossium motus palàm conspicabere, quibus pares musculi innati sunt. Hoc pacto etiam inferioris maxillæ vniuersas ambientes particulas adimere conuenit, & hac renudata examinasti motus vtriusq; masseteris musculi, à quibus ipsa mouet̄, examinare. At euidentius eos spectabis, si non tm̄ alias omnes maxillæ partes ademeris, præsertim quæ ab imo processerunt, sed temporales quoq; ipsos: quos certe post masseteres, vt etiam ante hos, disseces, licet. Verum os iugale nominatum vtrinque excindere necessum est: hoc.n. sublato, temporalis totus euidenter apparet, maxillæ acutiori processui, quem

corωnen nominant, per tendinem latum insertus. Ad hæc trium musculorum societatem iugali E ademptο conspicies: dico autem trium musculorum, masseteris, temporalis, & præterea eius, qui intus in ore delitescit, temporali admodum contiguus. Iam mandibularius seu masseter musculus temporali paucis partibus cohærescit: qui vero intus in ore reconditus est, multis adeo, vt, si partem temporalis ipsum esse dixeris, haud aberrasse videaris: Siquidem tẽporalis musculus toti acutiori maxillæ extremo orbiculatim circundatus, cum tertio hoc musculo adunitur: qui initium quidem iuxta capitis ossis processus alarum modo formatos obtinet: inferius autem extremum latis humilioris maxillæ partibus immittit: vbi iam regio quædam habetur paulatim caua, vt musculus insinuetur, effecta: circa caput vero ipsius maxima concauitas est, in capitis ossium processibus alis similatis. Atqui hunc musculum prius videre nõ est, q̃ maxillam dissolueris, vel à capite in articulo, vel inferiorem finem scindens, vbi vtræq; ipsius partes coeunt. Temporum musculus abunde conspicitur, idq; si os iugale duntaxat excideris. Proinde Hippocrates‖ quoque innuit inferiorem maxillam è duobus ossibus inuicem iuxta imam partem iunctis constare: dixerunt porrò & alij oẽs, qui quidẽ accurate ossium naturam explicuerunt. Non tñ in simijs omnibus manifesto poteris ostendere maxillæ commissuram: complures siquidem ipsarum vnum inferioris maxillæ os habere tibi videbuntur: verum in canibus euidenter satis commissura apparet, facile q́; est maxillam inibi separare. Cæterum illa quoq; animalia singulos tres musculos obtinent, quorum paulo ante mentionem fecimus. Omnibus.n. præpositis animantium generibus tres hi adsunt musculi, functionis eiusdem gratia facti: horum duo quidem simplices, masseter autem duplex existit, vt prædiximus. In quibus igitur inferior maxilla prompte soluitur, prius exerceri conuenit: deinde sic ad simias digredi. At, si in his etiam ab initio exercitium subire volueris, cultro excisorio (ἐκκοπῆ vocant) maxillam diuides, vbi parte sui acutissima prominet. Nam cura huic inferioris maxillæ extremo adhibita, tum superiori commissuræ primorum dentium, quos, quia secant, τομεῖς Græci nominãt, aggredieris sic ipsam findere, à media primorum dentium, regione sectionem auspicatus. Postquam vero ipsius vtranq; partem scissam à mutuo cõplexu diduxeris, statim tertium musculum inspicito, qui ex internis maxillæ inferioris partibus ad latitudinem ipsius inseritur. Videbis ipsum liquido tunicula, quæ omnibus oris regionibus obducitur, auulsa. Hinc iam fibras ipsius sequens, caput musculi exacte conspicies, è capitis concauitatibus, vt docui, exortum, quas processus alarum modo figurati generant. Itaq; masseteres musculi prius, sicut dictum est, administrati, cum & temporales ex toto nudatos abscideris, vt nulla parte maxilla adhæreat neq; retrahatur, quo modo ipsam moueant, clare speculeris, licet. At, si initio statim ante, quàm his G quoque manum fueris admolitus, temporales incidere cogites, os iugale quidem prius excidendum est: fibræ autem musculo sic tum cute tum membranis detecto, inspiciundæ, quomodo ex multis ortæ regionibus in vnum omnes ceu verticem ipsarum, tendinem commemoratum procurrant: deinde omnia præcidere capita oportet: inde prehẽsa valide extẽdere, deprehendes enim & inferiorem maxillam sequi, & os occludi: quo tuis manibus aperto, mox temporalem musculum sursum denuo attrahe, vt tum maxilla ipsum consequi, tum os recludi appareat. Hæc contemplatus, totum ipsum excidito, quoad musculum ori intus plerisq; in partibus cohærescentem conspicias. Non dum autem exciso mansorius etiam musculus, quem masseterα Græci nominant, apparet, in pauculis ipsi connatus: Quem simul ipsum totum incidere iam præstiterit, vt interiorem spectes accuratius: quod fiet etiam citra maxillæ dissolutionem. Solues igitur ipsam vel in articuli nodo, vel in commissura, vt facto ipsius diuortio interior musculus videatur: at, si vtrinq; separaueris, examen reddetur manifestius. Constat autem huius etiam musculi principium in capitis osse, extremum vero in maxilla inferiori consistere: huic etenim inhærescit, quà latissima intus habetur, vbi sanè & leuiter caua est: sed à capite exoritur iuxta concaua ossium, quæ ab alarum similitudine πτερυγοειδῆ Gręcis appellantur. Exciso igitur iam toto hoc quoq; musculo vnà cum maxilla H inferiore dimidia, vniuersas oris particulas manifesto poteris contueri, primum gingiuas sedes dentium ambientes: deinde dentes ipsos, eorum q́; sedes.

de Artic. sect. 2. 33.7[d]. 265. g

De musculis Oculorum. CAP. 5.


VErum, quia musculos priores spectare proposuimus, ad illos digrediamur, rursus ab ijs, qui oculos cingunt, orsi. Itaq; palpebrarum musculos etiam in opere de vsu particularum ad cõmentarium de motibus non compertis reiecimus. Interiores in oculorum regionibus incidendos censuimus, vel ijs, quæ ipsos ambiunt, prius paulatim excisis, vel totis oculis exemptis. Nec vero simię oculum opus habet incidere, cui talis confectionis in animantibus grandioribus facultas ampla suppetit. Quare etiam de hoc disserere in eum huius commẽtarij locum differemus, vbi huiusmodi animantium particulas incidere sumus docturi: quas & sine alijs per se toto corpore exemptas contueri licet: puta cerebrum, oculum, linguam, laryngem, pulmonem, cor, iecur, lienem, renes, vuluam, vesicam, testes, intestina, vẽtriculum. In præsentia vero, quod ab initio institutum est, exequemur. Qui ex musculis grandes sunt, particulas connectunt particulis, non in vna quadam particula ipsi comprehenduntur: quippe talium musculorum naturam sine toto animante ne cognoscere quidem possis.

De musculosa

A *De Muſculoſa Cute frontis, ac de Occipitij ceruicisq; maioribus muſculis, qui capitis motibus deſeruiunt.* *CAP. 6.*


ITaque oculis relictis cutem iam muſculoſam fronti obductam deinceps auferre docebimus. Dictum mihi eſt & antea latum muſculum illic cuti connatum ſubijci, paulatim vero extenuari: vt videbis, ſi ad caput vſq; amputaueris. Porrò vniuerſa capitis cute ablata, delineamenta quædam muſculorum circa aures conſpicaberis, quæ in reliquis animantibus non delineamenta ſolum, ſed perfectos etiam muſculos ſpectabis. Tota igitur hoc pacto capitis cute ſublata, nec non ceruicis vniuerſa, cum graciles latosq; muſculos nudares, tempeſtiuum fuerit priores incidere, qui capiti cohærent, deinde ceruicis. At, cum de muſculorum horum initio authores ambigant, idcirco ipſorum cum ſingulis oſſibus commiſſuram, vt in mẽtem venerit, nuncupabo, aliàs ipſos huic connaſci inquiens, aliàs ex illo procedere, aliàs in hoc inſeri, aliàs inhæreſcere. Omnium itaque primus per ſumma apparet muſculus latus, propemodum triangulus, quales geometræ vocant figuras trapezias. Intelliges autem rem manifeſtius, ſi triangulum rectangulum linea recta interſeces æque à baſi diſtante. Has autem cõnectunt, altera ſanè recta ad vtraſq; protenſa, altera vero obliqua. Recta ad vtraſq; protenſa linea è ceruicis ſpina ꝓceſſit: baſis totius figuræ, ſpina ſcapularum
B tota eſt: huic aũt æque diſtãs, exigua eſt linea, quę ex occipitij capitis oſſe ꝓdit, quod primæ vertebræ ꝓximum eſt: quæ vero hanc cũ baſis extremo copulat, quartũ muſculi latus obliqua ad ſummum humerum nominatum pertingit, leuiter etiam clauiculæ extremo inibi pariter ſupernata.

Muſculi ſecundum Galeni ſententiam figura.



C *Figura trapezia*

Demonſtratio



A B D. Triangulus rectangulus.
C Baſis.
E Linea æque diſtans baſi.
F Linea recta.
G Linea obliqua.

Cum itaq; muſculum hunc conaris incidere, ab altiore ordire linea, quæ ex medio occipitij oſſe orta, tranſuerſa ceu ad radicem auris ipſi vicinæ porrigitur. Clarum autem cuiuis eſt vnum in vtroque ſpinæ latere muſculum hunc haberi: neuter tamen ad aurem procurrit, ſed tantum vterque abeſt, quantum ab occipitio procedit. Quare tranſuerſa linea, quæ ipſum à capite liberet, vbi primum oritur, incidito: deinde hamulo exceptum à ſubiectis amputato, deorſum procedens ad terminos iam commemoratos, qui & ceruicis vertebrarum ſpinam, & obliquum trapezij figuræ latus, aduſque clauiculam, haud procul à ſummo humero exporrectum comprehendunt. Atq; hęc ita tibi peracta ſunt: manifeſto q; muſculus hic ſcapularum ſpinæ inſeritur. Quod itaque paulo ſuperius inquirere, & de muſculis partes mobiles connectentibus determinare diſtuli, nunc explicandum venit. Etenim & ſcapulæ magnis aguntur motibus, nec minus ipſis caput. Inſuper, ſi car
D ne ipſarum circumprehenſa adhuc recenti, vt facilius obediat, tendere viciſſim coneris, muſculi beneficio vtraque ſimili modo ſequetur: quam ob cauſam melius eſt muſculum hunc ſcapularum gratia, non capitis, à natura formatum exiſtimare. Primum quidem eſt, quòd ipſo per ceruicem tranſuerſum diſſecto, ſcapulæ deorſum verſus conuellantur, ſurſum vero non amplius moueri queant: hoc autem, dum viuit adhuc animal, agere conuenit. Secundum autem eſt, quoniam alij quoque muſculi caput agunt in latera, hic autem ſolus totas ſcapulas ad caput ſurſum trahit: quapropter, ſi hunc quoque ipſis adimamus, tali omnino motu deſtituentur: atqui habent eum omnibus euidentem: eſt igitur aliquis, qui ipſum efficiat, muſculus: ſin autem alius quiſpiam eſt, alius autem nullus eſt, hic neceſſario eſt. Tertium prædictis accedit, quòd longiore collo præditis animantibus ne quidem ad caput hic muſculus aſcendat: ſed triangulus ad amuſſim eſt, linea, quæ recti anguli tramitem directum coniungit incipiente quidem ab inferioribus colli partibus: deſinente vero prius, quàm ad occipitij os perueniat. Fruſtra alioquin hoc natura feciſſet, quæ nihil ſuperuacuum ac temere committit, vt quæ videlicet muſculum ad caput vſq; reduceret: qui, ſi inferius ceſſaret, ſcapulas ſatis attollere poſſet, quòd nimirum in his animantibus propter ſpinam ipſæ moueantur, tum ceruici longitudo ſit notabilis. Quartum, quod ſcapulas ab eodem moueri teſtatur, neruus eſt, qui ad ipſum ex cerebro pertinet: ac, ſi quis illum pręciderit, prædictus ſcapu-

 larum,

larum motus,non capitis,resoluetur: quanquam Lyci liber caput ab eo ad scapulas conuelli dicat, E vt qui,cum eum scriberet,nec ipsum neruum, nec aliud eorum,quæ dixi, quicquam cognouerit. Verum non hic institui vel Lycum,vel alium ex maioribus quenquam, nisi obiter, redarguere: haud enim sum nescius cuilibet studioso veritatisq; indagatori permultis erroribus aliorũ libros scatere deprehensum iri. Quippe musculorum maxillam quoque mouentium par vnum,intra os situm,Lycus omisit: quemadmodum & latiores colli musculos vnà cum his,quos retulimus,ignorauit. Sed multo plura ex ijs,quæ deinceps enarrabimus,ipsum latuerunt,quędam solum,quędam simul & alios: de quibus operis huius lectores suismet oculis corpora examinantes decernere adhortor. Ego enim hoc nomine pręsentem commentarium conscripsi,vt,si studiosi magistros,qui indicent,desiderauerint,ipse docere queat. Nam familiares,qui commentationis gratia ipsum scribere me rogarunt,vel sine hoc ea,quæ à me docti sunt, ipsi sibi in memoriam reuocare poterunt, nisi certe socordes extiterint. Quare maiores arguere non est consilium. quo sermo vero duntaxat percensenti ad calcem citius perducatur. Secundum musculorum par est,quod prædictis longitudine respondet: siquidem ex eadem occipitij ossis regione procedens,sublimi scapularum basis angulo inijcitur: verum latitudo æqualis ipsis non est,sed multo minor: angusti enim hi musculi & prorsus inualidi,si cum illis conferas,quos etiam citra dissectionem tam magnos est videre,vt to F tum collum,præsertim gymnasticis,in tumorem extollant. Porrò musculos tenues modo propositos incidere auspicaberis, quemadmodum primos, à media occipitij ossis regione: subiacēt enim prius nominatis: qui,vt illi, transuersim orientes, ipsi quoq; dorsi spinæ per totum collum porrecti facile à subditis, vt priores,detrahuntur. Verum hoc illis tota ceruice adusque scapulas accidit: ac,cum hi propius ipsas accesserint, vicinis vtrinque musculis connascuntur: dein, vbi scapulas contigerint,teretem producunt tendinem,qui ad mediam basim vsque internis ipsarum partibus porrigitur: hi etiam scapularum basim,ceu ad occiput, retrahunt: priores vero musculi non modo basim, sed totas ipsas sursum reuellunt. His iam sublatis si negligenter,quemadmodum Lycus,intuearis,dorsales musculos (ῥαχίτας Græci appellant) opinaberis toti ceruici retro exporrectos videre: sin autem exquisite animaduertas, alia pleraq; musculorum coniugia non solum in simijs,sed alijs quoque vniuersis animantibus,inibi comperies à dorsalibus nota maxime euidenti diuersa. Illi nanque ex singulis,quæ superpositæ sunt, vertebris orti, per valida ligamenta proximis inserũtur,haud in longum fibras extendentes: at prædicta paria carnosis ansulis caput retrorsum reflectunt,totius colli longitudini iniecta: quod in multis animantibus haud mediocrem longitudinem obtinet. Quin & nerui ab ima parte sursum ad eam feruntur: vtpote in caput finien- G tes,non principium illinc habentes. Primum itaque par latorum musculorũ est,quod linea transuersa,primis dictis similiter,ex occipitij osse procedit. Quis autem ignorat in huiusmodi narrationibus nihil esse discriminis,si vel inseri vel procedere dicas? Porrò trianguli figura sunt,vnum quidem latus habentes,quam diximus lineam: alterum vero totam vertebrarum ceruicis spinam: ac tertium aliud, quod commemorata coniungit, vt obliquæ ipsorum fibrę ab occipitij osse ad spinam sint inclinatæ. Contra has fibræ musculorum ipsis subiacentium in priora feruntur obliquæ, ad transuersos vertebrarum processus. Quatenus autem huc omnes concurrunt,musculum vtrinque vnum constituunt,alterum ex dextris spinæ partibus, alterum ex sinistris: At, quatenus circunscriptiones quasdam plurimum tres, non nunquam rursus duas, ibidem habent, non vnus vtrinque musculus, sed tres vel duo tibi apparebunt: verum,cum tria musculorum paria euidēter apparent,vnum quidem ex eis vertebrarum spinæ expansum videbis, alterum transuersis ipsorũ processibus,tertium vero horum duorum intermedium. Porrò functionis musculorum, quos commemorauimus,licet nimirum ex fibrarum natura sola coniecturam sumere. Iam vero capitis os omnibus circundatis,vt dictum est,detectum,per musculos in potesteriora potes retrahere. Ab ipsis siquidem omnibus attolli videtur, retrorsum q; frequenter reflecti: verum à singulis modo H commemoratis simul in obliquum declinari: ab vtrisque autem ipsis incumbentibus de obliqua hac inclinatione ad rectitudinem ęqualem, quæ naturalis est figura, reduci. Porrò tota coniugatione simul tensa vel superiorum,vel inferiorum,in neutram vergere partem caput spectabis: insuper in moderatis tēsionibus ad rectam agi stationem videbis: in vehementioribus retrorsum ad animalis spinam quodam modo reflecti. Perspicuum vero est cuilibet tota carne simul cum capitis totius q; faciei cute adempta huiusmodi motus examinari oportere. Exordiens igitur tria horum musculorum paria ab occipitij osse, cui inseruntur, dissecare (nam hinc promptius inciduntur) perges vsq; ad extremum inferius: quod si caput siue principium musculorum appellaueris, minime peccabis.

De quatuor Exiguorum musculorum coniugationibus, qui Caput ad posteriora trahunt, ac oblique agunt, & secundam vertebram primæ connectunt. *CAP. 7.*

IAm vero ipsis circa capitis articulum sublatis alia quoq; tria exilium musculorum paria conspiciuntur. At non tria sunt,si veritatem fateamur,sed quatuor,quę retro habentur absq; paruis in articulo iuxta latera primæ vertebrę reconditis,atq; ideo etiam latentibus: verum de illis agetur, cum musculos stomacho subiectos dissecabimus. Quarta posteriorum paruorũ musculorum con-

iugatio

A iugatio ob hasce occasiones anatomicis non est animaduersa. Prima vertebra posteriorem processum, qui spinam generat, neutiquam habet, ac omnium vertebrarum est tenuissima: atque ideo secundam etiam circũdat, vt propius connectatur. Horum igitur gratia, tum quòd musculo portione minimo, qui summam vertebram capiti committit, alter extrinsecus incumbit secundam vertebram capiti connectens, accidit, vt exilis musculus visum effugiat. Nam superiacens ipsi posteriore parte musculus incipit quidem ex spina secundæ vertebræ, cessat autem in occipitij os, præsertim medium: propterea q; duo musculi primæ coniugationis ex quatuor prędictis, recti, mutuo se contingunt, toti articulo superstrati: Quos nisi prius ademeris, haud videre queas exiguos, similiter rectos, similiter ex capite procedentes, similiter q; mutuo se tangentes, eorũ modo, qui ipsis incumbunt. Quin etiam posteriori primæ vertebræ regioni inijciuntur: sicut &, qui ante ipsos habentur, secundæ. Ac, quòd prima vertebra posteriorem processum non habet, haud alia quæpiã causa existimanda est, quàm quòd caput secundæ vertebræ renuendi gratia annexum esse oportebat. Non igitur talem spinam musculis inibi subditam esse conueniebat, qualis reliquis est vertebris: quippe conuulnerarentur ab ipsis, ceu aculeo, vel certe contunderentur. Ideo prædicta duo musculorum paria duplici ratione incidere operæpretium est: interim quidem à secunda vertebra B musculis amputatis in altum ipsos attollere, ac scalpella deinde sequendo vsque ad caput procedere, quod etiam facilius est: interim à capite incipiendo, ad vertebram pergere: &, si nullam exiliũ musculorum, qui subiacent, fibram contigeris, propriam tibi circunscriptionem habere videbuntur: sin autem scalpello alicubi tetigeris, pręcideris q; ipsas, subiectis connasci putabis: at in priorem vertebram insertionem, quomodocunque ipsarum confectionem administraueris, manifesto conspicabere. Hæc itaque duo musculorum paria caput solum in posteriora deflectunt: reliquum vero tertium lateribus primæ vertebræ applicat. Ac musculi hi obliqui prædictis adiacent, qui sanè contiguum ipsis ex capite processum obtinent, in latera autem recedunt. Et ob hoc ipsum potius minor coniugatio cum tota prima vertebra anatomicis prætermissa est, eo quòd vnius vertebræ imaginem primæ duæ repræsentent, secundæ videlicet spina recto tramite ad laterales primæ processus sita. Quemadmodum enim mediæ partes primæ vertebræ delitescunt, quòd videlicet spinam ipsa non habeat, sit q; inibi tenuis, ac quatuor musculi ipsi incumbant, sic omnia secundæ vertebrę latera penitus abolentur, quòd prima, hac parte ipsam magnis processibus ambiat.

Tertium igitur musculorum par obliquam capitis motionẽ pro fibrarum rectitudine subministrat: cum omnes musculi natura in se ipsos colligi possint, & particulas simul extremis ipsorum C connexas trahere. Sed de huiusmodi vniuersis plenius in opere de musculorum motu tractatum est: quod non transcursim et obiter legendum ei consulo, quicunque vtilitatis aliquid illinc se consecuturum sperauerit. Succedit aliud quartum par musculorum obliquum, tertio obuersim respondens. Hi musculi primam vertebram secundę connectunt: eorum extrema ad laterales primę processus & secundæ spinam euadunt. Porrò tria hæc paria, nempe primum ex omnibus, quæ recensui, tertium, & quartum, triangulum æquis lateribus tibi constituere videbuntur. De secundo etenim, quòd nequaquam, nisi priore ablato, apparet, prius diximus: verum reliqua tria coniugia manifesto se inuicem, qua retuli figura, tangere conspiciuntur. Itaq; demirabar Lycum hunc, cuius modo libri post obitum in lucem prodierunt, in musculorum dissectione vnum duntaxat ex ipsis par, quod caput primæ vertebræ connectat, nouisse. Quòd etenim vniuersi primam vertebram minus aduerterunt, tum ea, quæ nunc dicta sunt, manifesto indicant: tum etiam adhuc, cum neruos incidemus, monstrabitur. Cæterum mirabile, quòd primum musculorum par exacte contemplati, non etiam tertium quartum q; viderint: quippe tria musculorum paria, collo & capiti communium, dissecanti, omnia ex æquo clare conspiciuntur. Verum ego putauerim, sicut etiam scribunt, ratos spinalium musculorum particulas eos esse, qui toti collo obducuntur, ne quidẽ dis- D sectionem ipsorum attigisse. Quòd etiam capitis articuli peculiares quosdam musculos omnino existere opinentur, ratione absq; dissectione persuasi, videntur commentarijs mandare, tanquam viderint: non enim fieri potest, vt secundæ vertebræ & capitis musculos communes cõtuitus, alios ignores. Atqui non solum in horum inspectione negligenter versati sunt, sed etiam in capitis motibus, qui cum primis duabus vertebris peraguntur.

De Motibus Primæ & Secundæ Vertebræ. CAP. 8.

QVales igitur hæ sint, & quem in modum inter se, & cum capite articulis committantur, in ossium commentario prius mihi dictum est: &, qui ad hoc opus prius, quàm in illo fuerit exercitatus, accedit, is nimirum fundamentis parum firmis magnam ponderum molem imponit. In præsentia vero tanquam illa scientibus, de primæ & secundæ vertebræ motibus sermonem facturus sum. Primum ac secundum quatuor musculorum, quos retulimus, par, caput duntaxat citra collum in posteriora renuendo reflectit: ex qua functione, capitis extrema (corωna Gręci vocant) in primæ vertebræ sinibus constringuntur: occipitij autem os cum ipsis primæ vertebræ innititur, atque secundam præterea nihilo minus contingit. Atque ipse extremus in renuendo capitis reflexus, hos ipsos terminos obtinet. Annuentibus rursus, in priora caput recedit, & super anteriorem primæ vertebræ processum innititur: verum extrema sinibus laxa in-

> Veſalius. Opinor hūc locū deprauatū eé. Hic enim dicé-dum fore erat primam vertebram in anteriore parte proceſſum obtinere, quo caput melius ſuſtineretur, quoties muſculis ex ſua ipſius grauitate deorſū in priora flectitur.

ſident,à poſterioribus ipſius partibus diſiuncta,& ſi caput primā vertebrā ad anteriora tranſcen- E derit nullo à natura auxilio ad hoc præparato: non enim muſculi ſolum,qui ipſum flectendo deorſum retrahunt,tale inferre periculum poſſunt,ſed etiā grauitas ipſa,quæ à prima nutatione prompte deorſum verſus tendit: proinde auxilium aliquod ad anteriorem primæ vertebræ proceſſum caput obtinet, ne in priora facile vltra prolabatur,nam ibidem ipſum firmat & ſuſtinet, quà primum tranſgreditur. Verum hinc exiguam ſecuritatem, maximam vero inde, quà cum ſecunda vertebra committitur, natura ipſa condidit. Nam, cum particulam quandam turbini ſimilem rectam ex ipſa produxiſſet,inferiora anterioribus conſtabiliuit,primam vertebram leuiter excauās, vbi maxime in anteriora proceſſum ędit: nam poſteriorem ipſius partem ſecundæ vertebrę proceſſus accliuis extremum ingreditur: ligamentum q; validum à vertice ipſius ortum, capiti inſeritur: item aliud quoddam tranſuerſum ex ipſa prima vertebra profectum,ſecundæ extremum turbinatum ad amuſſim conſtringit. Hæc igitur ſi libuerit inſpicere,facillimum erit,exiguis muſculis,de quibus mentio prius facta eſt,ademptis: nam tota poſteriore parte primæ vertebrę exciſa, clare commemorata duo ligamenta ſpectabis,quæ capiti, ad quod dixi, ſubminiſtrant: alterum ſiquidem ligamen,ex vertice ſecundæ vertebræ dentis,ſiue cuſpidis,ſiue quocunq; alio modo vocare libet,ortum,caput continet: ipſum vero dentem reliquum ligamen continet,firmat q; adeo, vt F in neutram partem inclinet. Porrò obliqui muſculi caput in latera conuertunt: ad alterum ſiquidem corωnon ſeu tuberculum, ad quod muſculus tendens duxerit, ipſum inclinant: ibidem igitur ſinui violenter inhęret,corωno in hunc coniecto,firmato q;: verum altero capitis corωno ſublimiori reddito,oppoſito ſinui leuiter inſidet. Ac in hoc motu ſecundam vertebram ad ſuam ipſius inclinationem per ligamentum cōuertit. Quare natura rationabiliter hanc ſecundam vertebram, alio muſculorum obliquorum coniugio primæ commiſit,conuerſiones ipſius in rectum agere ad priſtinum q; ſtatum redigere idoneo.

De Muſculis,quibus Caput pectori & clauiculis committitur. *CAP.* 9.

ET quidem de occipitij ceruicis q; muſculis,capitis motibus ſeruientibus,abunde ſatis dictum eſt: deinceps vero de ijs,qui caput pectoris oſſi & clauiculis cōmittunt,ſermonē inſtituemus: ſiquidem omnibus,quorum meminimus,ademptis promptum eſt iam tum hos tum illos aggredi, qui ſcapulas ſpinæ connectunt. Verum,quia complures muſculos ex capite procedentes ſermonis proceſſu conſecui,ſatius vtiq; fuerit & eos,qui ipſum in priora torquent,adiungere. Hi nanque,cum ad pectoris os & primas clauicularum partes protendant,ex duplici orti principio, altero poſt aurem,altero ſub aure ſito,quòd ſanè vel pectoris os & clauiculas cum ipſo thorace circun G ducant,ſimul & ſurſum verſus ad capitis latera,vel caput ipſum in priora circumagant, cuiuis notum eſſe exiſtimo. Cæterum nihilo minus etiam omnibus conſtat ipſos thoracem hoc pacto mouere non poſſe: quare caput ab ipſis prorſum circumuerti neceſſarium eſt. Nam hoc quoque de omnibus muſculis communiter intelligendum eſt, qui quidem rectam poſituram obtinent, ſimplici eos pręeſſe motui: qui vero non rectam habent,compoſito. Itaque omnibus antea commemoratis muſculis,qui ex capite ortū ducunt,tum rectus ſitus,tum motus ſimplex adeſt. Qui enim ad ſcapulas attinent,illas ſurſum verſus attrahunt: eorum vero, qui ad ceruicem porriguntur, alij nulla ex parte inclinatum ſurſum reflectunt, alij leuiter obliquum reddunt. At muſculus, qui ex poſteriore auris parte ortus,ad clauiculæ extremum,quod pectoris oſſi committitur,pertingit,ſitu non recto tramite obtinet,& motū ſitui reſpondētem: pari modo & qui ipſi proximus eſt,quatenus pectoris oſſi inſeritur. Comperies autem exortus ipſorum,in quibus dixi locis,alterius quidem continuum primo inter communes ceruici capiti q; muſculos iuxta lineam tranſuerſam,quæ propter aurem porrigitur: alterius autem iuxta auris ipſius radicem. Hic itaque anguſtius duruſq; eſt, & modice teres: alter carnoſus ſimiliter alijs omnibus, quos ex occipitij oſſe ortos in ſermone percenſui. Quapropter duplices dictorum muſculorum exortus ſunt: item duplici extremo in H prius nominatas particulas inſeruntur. Nam,qui ſub auris radice eſt,in progreſſu bifariam ſpargitur: altero quidem extremo in pectoris os,altero in clauiculæ articulum ipſi commiſſum ingreditur: atq; hoc muſculi extremum carnulentum eſt: quod autem in pectoris os inijcitur,exangue magis durius q; apparet, ceu ligamenti naturæ particeps. Alter muſculus carnoſus, qui ex capite procedit,quemadmodum ille,clauiculæ etiā inſeritur,ſed ita,vt priori carnoſo iunctus cōtiguus q; exiſtat. Non tamen in totam ſic clauiculam conijcitur, vt quibuſdam viſum eſt,ſed circiter mediū pertingens deſinit: id vero nunquam non vidimus,non tamen perpetuo tres exortus ſuam quenque habere circunſcriptionem: verum ſemel aliquando terminus ipſorum bipartitus viſus eſt. Præſtiterit autem forſan non fines,ſed principia capita q; ipſorum ad clauiculam porrecta, nominare: ad caput autem exortus, fines: ſiquidem illud re vera mouent. Verum ob adminiſtrationis ordinem,exortus quidem ipſorum appellaui ſuperiores iuxta caput, anatomicorū more, qui nos pręceſſerunt: inſertiones autem, inferiores ad clauiculam.

De Muſculis,qui Scapulas mouent. *CAP.* 10.

POrrò his muſculis amputatis ad eos, qui in ſcapulis habentur, digredi licet. Duo ſanè iuxta ſpinam hærent, quos ſolos ſcapulas retrorſum agere dicimus: nam Lycus alios ipſarum motus

A tus paruipendit. Alius vero tertius à prima vertebra oritur: in extremo vero scapularum iuxta summum humerum desinit. Ad hæc quartus gracilis longusq; ab osse initio laryngis præposito (quod hyoides Græci appellant,) originem ducens, ipsas illi connectit. Verum, vbi singulos commemoratos inibi paras incidere, post animantis caput, exacte dorsi spinam contemplatus, secundę vertebræ spinam pretergredere. Ad tertię vero spinam profectus, quandam ex lateralibus ipsius partibus explantationem musculi intuere: hanc.n.si deprehendas, sine vllo negotio ipsam ex omnibus in sequentibus vertebris explantatam sequeris: atq; vbi quinque ceruicis vertebras expedieris, eo quo dixi modo considerans, occurret tibi iuxta thoracis principium musculus sub cute positionē habens: hic reliquam musculi vertebris quinq; ceruicis porrecti partem, ex alijs septem thoracis profectam abscondit. Quare musculus superficiarius, qui & humiliorem situm obtinet, antea tollendus est, si eum, qui ex ceruice defertur, cogitas intueri. Amputabis igitur prius humilioris musculi ex duodecim thoracis vertebris explātationes, atq; hinc vsq; ad ipsius in scapulas insertionem ipsum separabis: post hunc deinde alteri quoq; similiter manum admouebis. Cum autē superficiariū quidem & humilem in scapularum spinæ radicem insertum videris, alterum vero in totā basim, vtrunq; ad suum principium pro fibrarum natura trahito, quo ipsorum functionē co-
B gnoscas: nam ab vtrisq; scapula spinam versus tendi videbitur, ab elatiore quidē leuiter ad ceruicē inclinari: ab altero ad inferiores spinæ partes deduci: ab vtrisq; vero simul tensis totas scapulas retrorsum nullam in partem inclinantes deferri ad primas septem thoracis vertebras, quibus protensę sunt, conspicies. Post hos musculos ad eū transire conuenit, qui à prima vertebra ꝓcessum exigit. Cum vero huius vertebrę laterales duo processus habeantur, multi ex vtroq; musculi prodierunt: quorū duos iam exiguos dissecuimus, vnum ad capitis os conscendentem, alterū ad secundā vertebram subeuntē, oblique ambos inter se oppositos. His succedunt alij duo grandes musculi iuxta processus extremum. Alter ipsorum ad scapulas per ceruicem sublimis extenditur, non adeo adhærescens, nec alteri insidens, sed potius ipsum primum omniū, quos retuli, magnum latumq; musculum, quem in totam scapularū spinam inseri dicebam, terminat. De altero autē musculo, q ex laterali primę vertebrę processu principium exigit, libro sequenti peragemus. Nunc autem musculum in oratione propositum à prima vertebra amputans, ad scapulas vsq; incidito. Deinde cum spinę ipsarum termino, qui ad summū humerum est, insertum reppereris, ipsum versus principium pro fibrarum positura tendito: vt scapulæ eminentiam ad ceruicis latera ab ipso adduci sursumq; moueri videas. Cęterum totus hic musculus carnulentus est, magis q; teres quodam
C modo: & in tertiam scapularū spinæ particulam, quā iuxta summum humerum eminet, inseritur. Verum in hoc, vt plerisq; alijs, consectionum musculorum scriptores errarunt, quemadmodum & ipse Lycus: cuius libri quidam anatomici nunc allati sunt. Virū sanè viuētem non vidi, quāuis cū omnibus. Quinti discipulis consuetudinem habuerim, neq; itineris longitudinem, neque nauigationem detrectans. Verum Lyci nomen, cum adhuc in viuis esset, apud Græcos non erat cognitum: nunc aūt ipso vita defuncto libri quidam magno studio circūferuntur. De alijs, quorū copia mihi non contigit, nihil, quod dicā, habeo: sed consectiones, quas in hunc vsq; diem legi, multis scatere erroribus deprehendi. Atqui non institutum mihi est, sicut dixi, maiores redarguere, nisi id obiter accidat: sed potius ipsas consectionum administrationes in commentarios redigere, quas & Marinus libro vno prægrandi, obscuro sanè interpretatione, imperfecto autem doctrina comprehendit. Itaq; relictis veterum erroribus ad id, quod institutum est, reuertamur. Musculus gracilis longusq; à laryngis partibus ad scapulas porrigitur: quas in priorem ceruicis regionem attrahit: atq; eam scapularum regionem ingreditur, quę in altiore earundem latere propter radicem processus ab ancoræ similitudine ancyroidis gręce appellati accedit. At superiorē ipsius processum larynge paulo altiorem tunc persequar, cum illius consectionem sermone tractabo. Proin
D de, hunc vbi musculum amputas, vnum adhuc reliquum esse ex scapularum motoribus intelligito, qui nec dum in conspectum venire queat: quo in pręsentiarum relicto id tantum dicamus, ex musculis, qui scapulis mouendis sunt circulatim ipsas ambientes, alios peculiares, alios reliquis etiā partibus communes existere. Peculiares scapularum sunt prędicti sex musculi: quorum duo per spinam, reliqui duo ad caput exporrecti, quintus deinde est ex prima vertebra ortus: secundum quos sextus ossi hyoidi cōnectitur: alius autem humerorum articulo communis est, scapulas deorsum versus detrahens: quo de suo tempore & loco disseram.

De musculorum pari, qui ori aperiendo præfecti sunt. CAP. II.

NVnc vero, quoniā proposui, quemadmodū particulas animalis detegere conueniat, explicare, ad ea, quę supradictis finitima sunt, pergamus: cōsequentia nanq; partiū detegendarū in administrationibus anatomicis disciplinę ordinē pręscribit. Itaq; musculis, quos retuli, ademptis apparebit nimirū is, qui maxillā inferiorē aperit, incipiens ab osse, quod, quia petrę duritia respondet, lithoides appellatur: sursum autem ad summas maxillas protendit, vt vterq; musculus eodem coeant: nempe tum qui à dextra parte, tū qui à sinistra procedit. Atq; his musculis id preter alios peculiariter accedit, vt medio itinere, quod ab exordio vsq; ad extremum subeunt, pars ipsorū carnosa aboleatur: exanguis vero ac neruosa quodā modo & rotūda forma vtriusq; fiat, ceu tendinis

vel ligamenti cuiusdã minimas fibras carniformes superiectas obtinentis. At, si priore ipso exortu reciso, toto q; ad mentũ vsq; dissecto, salua ea musculi parte, quę inferiori maxillæ inseritur, ad proprium retrahas principiũ, maxilla quidem ipsa sequetur, os autẽ aperietur. Verum huiusmodi omnia faciunda sunt cute tota adempta, ac recentibus adhuc secundum mortẽ, mollibus q; ob id non solũ ligamentis articulorum, verum etiã musculis. Cæterum exactissime vniuscuiusq; musculi functiones examinantur reliquis quidẽ omnibus sublatis, ijs autẽ, quæ inter se obuersim posita sunt, relictis quorum frequenter motus disquisieris: nam carnes animalium maxima portio ex musculorũ substantia constant. Quippe ligamentis neruis q; in ipsas distributis musculus gignitur: quorum in libris de musculorũ motibus mentio facta est: atq; hæc omnia ijs legenda sunt, qui cõmentariũ hunc assequentur. Cum igitur prædicta musculorũ tum actio, tum vsus apparuerit, tẽpestiuum iam nobis est dicere, non aliud præterea musculorum par, quod os aperiat, inquirẽdum esse, solo hoc iam relato natura contenta, quod etiam solum tribus ori claudendo creatis opposuit. Cæterum causam & horum & aliorum omnium in libris de vsu particularum explicuimus. E

GALENI DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIBER QVINTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Musculi thoracis, abdominis, lumborum, & spinæ indicantur.

De musculis, qui à Thorace ad brachij articulum tendunt, & Scapulas ad thoracem continent. CAP. I.

A.l.1.f.1.d.5. su.2. ca.17.fol. 18.g.h

PRoximum est, vt scapulas à thorace separẽ, quò musculi vniuersi respirationis opifices in conspectũ veniãt. In altera vero ipsarũ duntaxat examen sermonis constituã, omnia siquidẽ in vtraq; sibi respondent. Cute igitur, quę pectus contegit, à subiectis detracta, musculũ inibi spectabis, in aliorũ superficie extantẽ: qui sanè ex mãmarum regione incipit, sursum vero ad humeri articulũ obliquus porrigitur. Hic musculus {excoriatione seu separatione aut auulsione} quod est καταδαρσιν, à subiectis liberatur: dicunt autem sic cũ veluti araneorũ quædam telæ prætenues ac numerosæ admodũ, corpora segreganda inuicem cõnectunt. Quare, etiam si in viuo animali ipsa dissoluas, superficiẽ vtriusque propriã conseruant, æqualem leuem q;, nulla ex parte diuulsam aut distractam. Etenim in connatis, & præsertim musculis, diuortium vtriq; separato vlcus parit. At vero hæc scalpro planè ad separationem indigent: quæ autẽ filamentis araneorum telæ modo subtilibus cõtinentur, etiã digitis probe satis dirimuntur. Satius tamen fuerit, dum consectionẽ administras, etiã in his vti scalpello: vt, quod agitur, intuearis: nam, dum separas digitis, apertus partiũ segregandarũ cõspectus obliteratur. Quamobrem præstat corpus, quod à subiectis liberare cogitas, eleuatũ scalpello auellere: ad id autem peragendum scalpelli myrtei sunt accommodatiores. Sic itaq; & ipsum hunc musculum, qui de spurijs costis, quas νόθας Græci appellant, sursum tendit, subditis liberas partibus: hamo quidem primum ipsius fibrarum finem eleuas: deinde initium leuiter separas. Hoc siquidem musculi principium exactius subiectis corporibus deligatum constrictum connexum q; est, quàm reliqua hæc omnia. Vbi illud solueris, audacter iam musculum ipsum attollito, scalpello q; à partibus subiectis secernito, id q; donec ad humeri articulum deueneris: vbi contemplatus consectum musculum, siue suspensum, siue partibus inibi incumbentem, ad alium hoc maiorem multo accedis: qui ad eundem nimirum articulum peruenit, ex toto pectoris osse oriens, mammæ subiectus. Cæterum idem hic musculus bipartitus quodam modo est, fibris ipsius in similitudinem X literæ mutuo sibi incumbentibus, alijs ab humiliori ossis pectoris sede ad articuli eminentiorem porrectis, alijs ab elatiore ad demissiora inclinantibus. Vbi autem potissimum musculi fibræ, modo linearum X literæ se inuicẽ secant, ibi est quod in axilla carnosum habetur: etenim huius loci cõcauitas à duobus generatur musculis, vno certe, quo de hic agimus: altero ad costas porrecto, cuius statim mentionẽ sumus facturis. Itaq; musculum ex toto pectoris osse enascẽtem, duos esse connexos, non vnũ, licet dicere tum propter fibras alias alijs, vt dixi, superstratas, tum propter actionis differentiã. Quæ.n. ab elatiore pectoris ossis sede incipiunt, brachiũ thoraci adigunt, non deorsum reuellentes: quippe cum aliæ fibræ obliquiorẽ ipsius motũ deorsum versus obeant. Consideres nanq;, volo, quatuor motus se mutuo consequentes, quos subinde me indice conspexisti. Sed ponamus inter ipsos principẽ, quo brachiũ thoraci adducitur, musculo, de quo sermonem hic instituimus, secundũ hancce figuram contracto, & (vt ita dicam) deducto. Hunc motũ alter excipit, qui brachij os vnà cum obductis ei carnibus ad thoracem admouet, deorsum vero leuiter declinat: ex quibus motibus prior ab elatioribus musculi fibris, alter à demissis administratur. Iam vero alius ipsis tertius succedit, secundum primi musculi functionem: quem musculum à regionibus G H

A bus propter mãmas diximus incipere. Ad hæc alius quartus brachij motus existit, quo ipsum ad costas thoracis expanditur: duplex autem hic quoq; est: vnus primi musculi motum excipiens, ad vtrãq; adhuc partem quodãmodo vergit, & quasi mistus quidam ex accessu ad pectus, & situ propter costas: alter exacte brachium iuxta costas extendit directa linea nusquã inclinante deorsum versus protẽsa. Vtriq; vero ex prædictis peculiaris præest musculus: vni quidem ipsorum, quem vtranq; in partem vergere dixi, exiguus summa sub cute latescens, quem nos inuenimus, sed de ipso paulo post agetur: alteri vero maximus indidem musculorum, quem nuper retuli vnà cum ipso pectoris ossis musculo axillæ concauum efficere. Sunt aũt hi duo musculi, in gymnasticis potissimum, carnosi insigniter, ac clare conspicui. Verũ de eo, qui ab imo sursum porrigitur, sequenti oratione tractabo: nunc ad illos redeo, qui à mammis ad brachij caput accedunt. Primũ commemoraui à costis spurijs. propter præcordia, non procul à mãmilla incipientem, qui humilis brachij deductionis opifex est: Deinde alium magnitudine notabilem, cuius fibræ aliæ transuersæ in alias transeunt, qui bipartitus quodammodo est, cuius gratia merito non vnus, sed duo connexi, putandus est: cæterum hic musculus in processu sermonis inter eos, qui à pectore ad brachium ascendunt, maximus appelletur. Restat alius tertius, post consectionem prædicti apparẽs,
B qui ex pectoris osse etiam ducit originem, quà secunda tertia quarta quinta & sexta costa cũ ipso coarctantur: eius q; beneficio brachium elatius thoraci admouetur. Secundũ hunc sequitur, qui iuxta eminentiorem scapularum costam euidenter iam brachium attollit. Cum itaque scapulas à thorace animus est separare, quod initio propositum est, primus sanè venit incidendus, qui à spurij costis sursum vsq; ad articuli commissuram porrigitur: deinde magnus, ex toto pectoris osse procedens, cuius partem penes axillam carnosam esse diximus: postea tertius, de quo nunc verba feci, à secundo occultatus. Ipse enim secundus ex vniuerso pectoris osse prodijt: tertius autem nõ ex primæ costæ articuli iunctura, neque ex septimæ, sed, vt prius est dictum, ex media pectoris ossis regione, qua secunda tertia quarta quinta & sexta costa ei coarctantur. Quapropter secundus, qui & maximus est, toti clauiculę in longum, triangularis quodammodo existens, expandit: hæc nanq; altissima linea est inter eas, quæ ipsum definiunt, situ transuersa: at à pectoris osse exortus, linea recta figurę triangulę est: reliqua vero tertia has coniungit. Qui sub ipsis musculus est sublimis, etiam ipse triangulus est, sed neq; triangulo rectangulo similis, vt secũdus, verũ retusiori potius: & longe gracilior est secũdo. Cæterũ omnes dicti tres musculi in tendines latos brachio se inserentes desinunt. Sed magni musculi tendo humilius subter brachij caput directe secũdum
C ipsius longitudinem inseritur: est q; is bipartitus musculi totius modo: tendinis enim pars, quæ ab humiliori musculi sede proficiscitur, intus in brachium insertionem obtinet: quæ vero ab altioribus ipsius partibus originẽ ducit, exterius brachio innascitur. Neruosioris sanè primi dicti musculi tendo in membranosam exilitatem cessans, ad ipsum conscendit articulum, vbi concauitatis supercilia seu eminentiæ habent: quas mediũ in brachio musculi anterioris caput occupat. Tertij vero tendo ad altissima brachij capitis emergit, hic præsertim ligamento membraneo, quod commissuram continet, adnatus. Postq̃ igit tres hosce musculos adusq; articuli iuncturã dissecueris, scapulæ à pectoris partibus separantur. Verũ duo adhuc musculi ab imo sursum procurrentes, ipsas ad thoracis latera continent. Quorũ alter in superficie tenuis, ex mẽbranis quibusdam generat, iliũ cuti connexis, quæ primã ex lumborũ vertebris originem deducunt: inde paulatim fibris in carnẽ degenerãtibus musculus hic gignit. Alter vero magnus inter musculos, qui ab imo sursum feruntur, initiũ sumens ex spinæ vertebris, præcipue quibus spurię costę coarctantur, cũ scapularum basi haud mediocre consortiũ obtinet. Per auulsionem aũt, quam κατὰ δ ἀοσιν Græcis vocari diximus, dissoluit: prius q̃ vero ipsum auferre aggrederis, exacte cũ musculis inibi continetur adeo, vt connatũ esse putes. Ac inuenire est anatomicos, qui scribant, vt & nos dicimus, supernatũ
D esse hũc musculũ illi, etsi queat dicto nũc auulsionis modo separari. Etenim talis communio genere etiam coalitus est: qm̃ aũt fibrę tenues sunt, tũ circũscriptio eorũ, quę p auulsionem liberant, inuiolata manet: tũ exulceratio nulla relinquit. Secundũ hanc igit consuetudinẽ grandis hic musculus, de quo sermonẽ in præsentiarũ facio, vtrisq; dr̃ connasci, puta thoraci, & scapularum basi, licet ab ipsis possit auelli. Ex spina ipse prodit, alteri musculo inter scapularũ posteriores demissiori cõtiguus: quà enim ille cessat, hic verticem exortus capit, portioni spinalis musculi, qui pp ipsum est, iniectus. Itaq; propositos in oratione duos musculos, qui ab imis partibus ad brachij os perferuntur, incidis, vt dictũ est, deorsum incipiens: verum insecutum adusq; insertionem, quam alter ipsorum grandis per latum tendinem in brachij os molitur, ad originem detrahere est melius, quo ipsius functionem manifeste internoscas: nam, qui paulo infra brachij caput inseritur, deorsum versus ipsum ad costas attrahit. Hic itaq; musculus ex maximorum numero, tendinem quoq; habet validum simul & magnum, qui prope grandem à pectoris osse musculum ab interiore ipsius parte se inserit: alter vero exiguus exilem tendinẽ obtinet, qui prædictis tendinibus, vbi axillæ regio habetur, insidet, ac breuissima ansa in brachium conseritur. Cæterum in prima ipsius origine ex ilijs profecta caue, ne membranæ inibi diuulsæ tibi, vt his, qui ante me fuerunt, imponant, tanquã gracilem musculum totum prætereunti.

De

De reliquis musculis, qui à Scapulis & clauiculis oriuntur. CAP. 2 E

HIs vero musculis vsq; ad brachiū cōsectis, quemadmodū est dictū, scapulę adhuc vnius sanè grandis musculi, ipsarum partibus concauis subnati, interuentu, costis, & osse clauiculæ intercedente pectoris ossi, connecti potuerint: præterea & p hūc & per aliū musculū exiguū ex clauiculis ad primā costam pertinentē: quem, nisi hoc pacto consectionē administres, ignorabis, & sub clauiculis cōditū diuelles. Primū à clauicularum osse musculum superiorē humeri parte amplexantem amputato: qui maximo ex pectoris osse musculo, quà humeralis vena porrigitur, continuus connexus q; est adeo, vt vtrosq; vnum esse diceres: Verū fibrarum situs primū, discrimen ipsorū indicat: post ipsas, tendines: deinde musculi in superiori humeri parte locati ex scapulis origo: quippe elatiorē ipsius partem lineæ duæ rectæ finiunt, angulum inter se efficientes trianguli vertici persimilem. Licet ēt compositionem ipsorum literæ λ assimilare: quinetiam ei, quæ in certa minibus scribitur Γ, duas & ipsa lineas rectas obtinens: quarum altera tota clauicularum longitudo est, reliqua scapularū spina: nam alterum altiorem humeri partem occupantis musculi caput parte humiliore ipsi porrectum est: at, quod veluti vertex est duorum laterum, vbi coeunt inuicem, sub humero summo habeē. Cū igitur alterā musculi partem incidens, à clauiculis ad humeri summitatem perueneris, tunc inde conuertens sectionem, musculū hamulis eleuatum pręcidito, ac particularum ipsius, quas dissecueris, cōtinuitatem sequere: nam, si his neglectis vsq; ad scapularum penitiora consecueris, errorem committes. Siquidem alius hic musculus propriam circunscriptionem continens subiacet, qui auulsione à superiorem humeri partem occupante musculo liberaē. Itaq; hamo attollens valide, quod ex musculo superiorē humeri partē occuppante cōtinue incidiē, euidenter interim subiacentē musculū peculiariter circūscriptū contueberis: quē si consecutus semel fueris, ex facili iam dissolues ac separabis musculū incumbentē ab eo, qui scapularum ossi adhæresciē. Itē alius quidam ipsi iuxta scapularū costam cōnexus est: à quo haud ægre ipsum, sed à prædicto exacte prius liberatū, secernes. Huic succedit alius insuper musculus, ei in brachio adhærescens, vsq; dū in priores partes inferius, q̄ est articulus, inseratur: est aūt recta insertio deorsum versus directo brachij tramite porrecta. Porrò nihil ad præsentē disputationem interest, decliuem dicas, an rectā ipsam. Iam vero magni à pectoris osse orti musculi insertio similiter recta existit, in brachij longitudinē ab internis ipsius partibus protēsa: verū ille introrsum membrū adigit, superiorē aūt humeri partem occcupans musculus attollit, nusquam brachiū inclinās, neq; ceu ad clauiculā introrsum, neq; ceu ad demissam scapularū regionē extrorsum, sed rectam æqualem q; ad amussim ipsius extentionē moliē. Atq; hic musculus tali actionis specie fungiē, q duplicia habeat capita summū humerū ambientia: vt, si ipsorum alterum duntaxat tendas vel ad clauiculam interius, vel ad scapularum exteriora brachiū deferatur, cū non omnino directe adhuc attollatur, sed ad latera inclinet. Hoc aūt ipsum per duos scapularum musculos ēt accidit, quorum hic elatior, ille demissior, ad ipsarum longitudinē expansus est: ac conspicuus vterq;, musculo superiorē humeri partem amplectente consecto, queādmodum docuimus, euadit. Cęterum hos ipsos denuo incidere aggressus, à partibus ipsarū iuxta basim sitis exordire, vbi vtriusq; ipsorum postrema habenē: inde adusq; humeri articulum procedito, abscindens eos, qui planè ex scapularū osse prodierunt, donec singulos vtrorunq; tendines latos cessare videas explicatius: quorum beneficio brachiū mouent obliquum attollentes, hic interius ceu ad clauiculā, ille exterius, quà scapulæ dependent humilius: verum, si vtriq; simul tendantur, mediā obliquorum eleuationē rectam efficiunt: quam sanè à musculo quoq;, qui in superiori humeri parte collocatur, brachium habere dictū est. Porrò elatior musculus in alterum brachij capitis verticē inseritur, quem maius anterioris in brachium musculi caput extrinsecus determinat: cęterum humilior musculus continuam sibi neruosam propaginem in caput brachij paulo iam exterius conijcit. Si igitur ad totam manus cōsectionem diuertas, hos quoq; musculos statim incidere, sicut dictum est, conaberis, atq; ipsis proximos, prout naturæ ordo postulat: Sin ad thoracem properes, his, vt habent, relictis, clauiculam à pectoris osse tollito, membranosa circa articulum ligamina intersecans: deinde ad summum humerum attollens, vt sensim reflectas, amputato alias membranas ac ligamenta, quibus, vicinis clauicula partibus connexa est: idq; tantisper facito, dum musculum ab interna infernaq; ipsius parte in primam costam insertum euidenter conspicias, paruum quidem magnitudine, situ vero obliquum: caput ipsius clauicula sursum elata iuxta scapulas habetur: finis autem, quo primam costā ingreditur, pars ipsius est, quæ ad pectoris os spectat. F G H

De musculis, qui Thoracem mouent. CAP. 3.

HOc iā à clauicula quoq; abscecto, primæ costæ adhærētē musculū serua. Etenim thorace paulo post detecto, si ipsum ceu ad caput suū attollas, simul interea & primā costa sursum retrahes. Porrò clauiculā non tm̄, vt dixi, à pectoris osse, sed ēt, ab humeri summitate licet separare, intersecando vincula, q̄ ipsam scapularū spinę cōnectunt. Aliud vero tertiū os in simia prętercōmemorata duo extrema ne disqrito: neq;.n. Hippocrates ‖ in alio, q̄ hoīe, ipsum esse pdidit: addit q; sermoni hanc seriē: Hoīs nanq; natura hac pte ab alijs aīantibus diuersa existit. Si igiē qn̄q; clauiculā hic absciderís, rursus ipsam ad pectoris os reflectito, mēbranas abscindens, qbus cum vicinis partibus continetur.

1. de art. tex. 61
7ᵃ. 260. a

A continet: quippe & tūc apparebit primæ coſtæ muſculus: quē abſcindēs, vt monſtratum eſt, à cla uicula, vel auferas penitus, vel ad pectus reflexum dimittas. His rite peractis vaſa axillam perreptantia, & neruos cum membranis præcidito, vt etiam hac parte manus à thorace ſeiungatur: reliquum enim præterea nullum ipſam thoraci committit, niſi grandis muſculus, quem imis ſcapularum partibus ſubhæreſcere paulo ante commemoraui. Idem muſculus ex prima vertebra incipit: mox deorſum per totam ceruicem defertur, & eam ſcapularum partē, vbi elatior coſta & ſcapularum baſis inuicem coeunt: vt & hic in ſcapularum oſſe quippiā angulo perſimile habeatur. Sed antea quoq; mihi dictum eſt gracilem ad hunc locum muſculum tendere, ex occipitij quidem oſſe natum, ſed propter ſcapularum dictum angulum muſculis ipſius vtrinq; cohæreſcentem. Itaq; poſterior ipſius muſculus eſt, qui inter poſteriores ſcapularū muſculos eminet: anterior aūt is ipſe, de quo nunc ſermo eſt: nam ad initium baſis ſcapularum oſſis perueniens, huic innectitur. & perpetuo vſq; ad inferius extremum adhæreſcit, vniuerſæ ipſarum parti concauæ ſubiectus. Verum hanc alius muſculus comprehendit, a quo per auulſionem prædictus in oratione muſculus diſſoluitur: hic autem muſculus, de quo verba facio, ſoli ſcapularū baſi connexus eſt: Functio aūt ipſius medijs coſtarum, quà maxime curuantur, iniecti, eſt thoracem vniuerſum præter inferiora
B extrema reuellere, quæ ſeptum tranſuerſum mouere docebimus. Iam illa quoque interdum cum ſupernis in vehementibus muſculi functionibus non nihil mouentur, quemadmodum & non nulla ex ijs, quæ ſepto tranſuerſo ſuperſtrata ſunt, obſcure ſolent commoueri. Summa vero ipſius functionis in illis potiſſimum coſtis eſt conſpicua, in quas conſeritur: hic etenim, dum ſe inſerit, veluti in quoſdam digitos diſcretus eſt, quos ſibi non contiguos neque ſolidum inibi extremum obtinens, quemadmodum complures muſculi, vſq; ad ſpurias coſtas pertendit, omnes ipſis ſuper poſitas ſurſum verſus attrahens. Alij autem muſculi vtraq; ipſius parte ſinguli continētur: hic in priore thoracis regione, ille in poſteriore, coſtas ſurſum reuellentes: vt hi tres thoracis muſculi ſint elatiores. Ita ſiquidem ipſos nomino, alium poſteriorem, alium priorem, alium medium: eſt porrò medius, de quo nuper diſſerui, in medio amborum collocatus. Ac thorax ſolo hoc mediorum muſculorum coniugio motus abunde ſatis animanti ſubſeruit: diſces autem adminiſtrationem in viuentium conſectionibus. Altera priorum muſculorum coniugatio ex ſecunda ceruicis vertebra incipit, ſed ab omnibus alijs conſequentibus exorta, in quinq; priores thoracis coſtas per valida ligamenta ſe inſerit: quemadmodum etiam reliqua tertia coniugatio muſculorum membranæ modo ſubtilium: etenim hanc quoq; appellationem poſſunt accipere. Incipit quidem à ſpi
C na extremarum trium colli vertebrarum, & primę ſimul dorſi, membraneum ligamentum, caput, vterq; ipſorum ſpinalibus muſculis inſtratum continens. Vbi vero ipſum ſegregaueris, primum fibrę tenues ligamento inſertæ muſculum generant, in ſimijs nimis quàm inualidum tenuem q;: in alijs animantibus, præſertim ſuibus & canibus valentiorem: iam vrſis pariter & omnibus ſerratis dentibus præditis non paulo validior ineſt hic muſculus eo, qui in ſimijs viſitur. Supernaſcitur igitur tertiæ coſtæ, in quartam quintam ſextam & ſeptimam inſeritur: &, ſi caput ipſius prehenſum in ſe attraxeris, coſtas ſurſum conuelli, diſtendi q; thoracem ſpectabis: idem & in medio priore q; muſculo molitus, paria ipſorum magnitudine interualla thoracis fieri conſpicies. Hę igitur tres ſublimium thoracis muſculorum coniugationes ſunt, reſpirationis opifices: quarta deinde, quæ in primis coſtis exiſtit: nam ad priſtinam ipſos ſedem attollēs, priorum ſanè coſtarum oſſa retrahi ſurſum verſus ſpectabis: partem vero thoracis, quæ hic eſt, diluūgi. Cæterū alia duo muſculorum paria thorace detecto, vt indicatum eſt, iuxta longitudinem apparebūt, hoc ſpinæ, illud pectoris oſſi, expanſum: quod iuxta ſpinam eſt, carnoſis in totum partibus conſtat, omnibus thoracis coſtis propter ſpinales muſculos ſuperpoſitum: quod autē iuxta pectoris os habetur, membranoſis, niſi quòd ſuperior ipſorum finis carnoſus ſit, quāquam & hic paucam adeo carnem ob-
D tineat. Quod itaq; membraneum ipſorum eſt, non pro aliarum membranarum robore, ſed veluti ligamentū quoddam, vel tendo latus egregie validus, albæ lineæ diductu habetur: quà aūt aſcendunt, diuiſi a recto abdominis muſculo, diductus hic trāſuerſus eſt, & iuxta os ab enſis figura dictū græce ξιφοειδὴς chartilaginoſę eius loci, ſpuriæ coſtę parti eſt iniectus, partim dextra regione, partim ſiniſtra, in vtroq; muſculo vnus: cuius etiam antea quodam in loco memini, præcipiens in oſſis pectoris muſculorū conſectione ab eo abſtinendū: his ſiquidem ſubhæreſcit, & cum his aufertur, vnde etiam anatomicis ignoratur. Cæterū tendo hic recto abdominis muſculo continuus, vt dixi, eſt, omnibus coſtarū terminis, qui ad pectoris os pertinent, incumbens. Porrò muſculus hic in oī animātiū genere ad primā coſtā vſq; ptēdit, vbi & carnoſus viſit, & latitudinē q̄piā tenui carne tendini ſupnutrita accipit, id q; in lateribus potiſſimū, per q̄ prima coſta ad dorſū defertur, ab articulo, quo pectoris oſſi iungit, recedēs. Iā vero alius muſculus huic ſimilē habet functionē, ſpinali porrectus, neq; ſic alteri muſculo cōmiſtus, vt alterius cuiuſdā pars eſſe putari queat, ſicut in pectoris oſſe ſitus, eius, qui in abdomine habet: verū ſimul cū thorace & incipit & ceſſat peculiari circunſcriptione orbiculata magis, q̄ latiore: cæterū finis ipſius inferior ſpinæ muſculo obhæreſcit, obliquus in poſteriora vergens, vt tenſus coſtas intro contrahat ſtringatq;. Atq; indigere ipſis natura videt, quoties thoracē vehementer cōprimere deſideret: quo tempore ēt abdominis muſculi

sculi functionem obire videntur. Sed de his postea agemus. Superest aliud vnum musculorum E par extra thoracem bifidum, quod in extremis costis thoracis inibi finem deorsum versus detrahit: caput quoq; huius, vni inter abdominis musculos admiscetur, de quo clarius, cum illos incidã, tractabo. In præsentia tantum dixisse sufficit, q̃ hic musculus extremam thoracis costam deorsum simul cum alio, quæ post ipsam habetur, in plurimis animãtibus, & maxime serratis detrahit: interdum vero ad tertiam quoq; excedit. Nomino autem extremam nunc costam, non paruam illã re vera spuriam, quæ ab alijs abscedit, & carnosæ parti septi transuersi obducta est, sed ipsi proximam, cui manifesta iam membrana tenuis intus subtenditur, ei continua, quæ omnes costas succingit. De hoc sanè musculo paulo post dilucidius agetur.

De Musculis Intercostalium. *CAP.* 4.

IN præsenti vero opportunũ est de musculis intercostaliũ (vt vocant,) sermonẽ exequi: quorum neq; ipsorũ naturam vel actionẽ anatomici professores cognouerunt, sicut nec omniũ prędictorum, à quibus moueri thoracem retulimus. Tantillũ enim in musculis intercostaliũ scientiæ habent, vt fibras ipsorũ nõ ad musculorũ lõgitudinem à spina ad pectoris os protensas, sed ex alia ad aliã pertinere norint. Neq; vero, q̃ obliquũ habeant sitũ, neq; q̃ bipartitæ sint, externis fibris obliquitatẽ intimis contrariam habentibus, quisquam ipsorũ conscripsit. Quoniam autem hoc ignorarunt, euidens argumentũ est nec de functione quicquam intellexisse. Nunc igitur satis erit naturam ipsorũ duntaxat cognoscere: at, cũ de consectione thoracis in animante adhuc viuo celebrata, sermo mihi fuerit, functionem ipsorum peragam: quamuis etiam in opere de respirandi causis omnium iam musculorum thoracem mouentiũ actionem explicuerim. Verũ in hac disputatione tantũ de ipsis dicere suffecerit, quòd musculis omnibus, quos percensui, ablatis situs fibrarum manifesto apparet obliquus, si omnes intercostalium musculos respicias. Examen profectò ipsarũ à spinalibus musculis incipies: & duo cuiusq; fibræ extrema cõtuebere, altius propter spinales magis situm, demissius inde longius remotum, tanquam singulis fibris oblique in priora non recto tramite deorsum versus procurrentibus. Prȩterea spinalibus exemptis fibras quoq; similiter obliquas ibidem ipsis subiectas spectabis. Verum macilentum vetus'q; animans esto, in quo hæc inspicere oporteat: quippe in his præsertim musculorum fibræ clarius solent conspici: nam iuuenilium pinguium q; animalium fibræ tum humiditate tum carnis copia conteguntur. At, si nõ modo macilentum vetus q; animal fuerit, sed etiam grande, euidentissime videbis ligamenta ex ossibus orta, tenuia & fibrosa, quibus caro obducta est. Hoc non aliter fieri cernitur, quàm in calathis alijs q; fiscellis, in quibus lac harum rerum periti coagulant. Finge igitur fibras ex ossibus G orientes (quæ ligamentà nominaui eo, quòd ex ossibus proueniãt,) iuncis respondere, lacti vero ipsi sanguinem, & caseo carnem proportionari: nam, vt ille ex lacte, ita hæc ex sanguine nascitur. Auspicatus igitur à spinæ partibus, vt dixi, fibras sequeris, obliquum vniuscuiusq; situm considerans. Ex qua re fiet, vt, dum ipsas inspicis, ac ad pectoris os magis semper abscedis, etiam fibrarum situm non nunquam cum costarum conuersione variare cernas. Non enim, vt vnumquodq; costæ os à spina prodijt, ad pectoris os obliquum porrigitur, ab elatioribus animantis partibus ad humiliores inclinans: sed, vbi propter pectoris os iam chartilago ossis vice creata appareat, alium obtinet situm priori contrarium, oblique rursum ad pectoris os, cui coarctatur, pertendens. In hac igitur ipsa parte, vbi chartilago primum gignitur, circulatim quodammodo magis, non in angulum, costæ flectuntur: fibrȩ autem ex imo sursum obliquius perlatæ, subcontrariam obtinent posituram. Etenim id in omnibus costis cernitur, si illas duntaxat exceperis quarum extrema pectoris ossi non committũtur: vniformis enim harũ costarũ ab initio adusq; finem latio existit, nequaquam flexilis, vt quæ cum pectoris osse coartantur: atq; hac ratione costas illas appellant spurias, in notabilem desinentes chartilaginem, quæ exortus septi transuersi, ex ipsis principium ducentis, veluti propugnaculum quoddam existit. Quippe & hic, sicut in alijs omnibus, prouidens natura fuit, quæ septum trãsuersum neq; ab externa singularum costarum parte, neq; ab extremo, sed H intrinsecus simul & ante finem produxerit. Hæ igitur costæ fibrarum situm deorsum versus oblique declinantem tenent: quæ vero pectoris ossi committuntur, fibras pro lationis varietate commutant. Ab externis sanè partibus intercostalium fibræ hanc naturã sortiuntur: quȩ vero in partibus internis habentur, contrario modo, iuxta X literæ figurã, exteriores secãt. Porrò has quoq; costis à pectoris osse diremptis conspicari aggredieris: nam hoc pacto & spatiosa thoracis laxitas ex toto intus, & cum ea fibrarum figura apparebit: vt autem prompte dignoscas, omnes ad spinã reflecte. Spurię profectò etiam iam ab internis partibus innotescent, toto suo corpore fibrarũ speciem externis contrariam continentes, ab humiliore costa ad elatiorem oblique procurrentem: reliquæ vero omnes duplicem, ad chartilagines quidem vsq;, quomodo spuriæ per totam ipsarum structuram: in his autem ad pectoris os vsq;, contrariam.

De Septo Transuerso. *CAP.* 5.

VNus itaq; thoracis adhuc musculus superest haud vilissimus, phrenes appellatæ. Septum autem transuersum ipsas tantũ esse Plato existimauit, duarũ animæ partium, appetitricis & irascibilis. Verum hæ nõ, hoc tm̃ sunt: sed, vt in cõmentarijs de respirationis causis demõstratũ est,

inter

A inter omnes quos dixi musculos, ad respirandi functionẽ animali sunt vtilissimę. Generatio huic musculo talis est, qualem paulo ante de ijs, qui inter costas sunt, enarraui: ligamenta complura tenuia q; ex ossibus prodeunt: caro simplex ipsis circunducitur: media vero pars totius septi transuersi, ceu grandis circuli, exiguum circa centrum ipsius alium circulum exactum obtinet, qui tendo existit, nullam adhuc carnem retinens, quam prius habebat. Sed hęc conspici in septo ex superioribus partibus possunt, costis à pectoris osse diremptis: verum totam ipsius naturam manifesto prius contemplari non licet, quàm octo abdominis musculos dissecueris: ad quorum consectionem nunc diuertendum est.

De Abdominis musculis. CAP. 6.

ATqui cõmonere vos volo, & si memores, eorum, quæ subinde à me fiunt. Verum enim vero (vt & prius dixi,) opus hoc non apud amicos duntaxat seruatum iri ratio est, sed ad multorum manus peruenturum: ex quibus non nulli omnia inuidere, alij vero optima queq; eligere ac discere, parati sunt. Conuenit igitur etiam illorum gratia, quæ amici norũt, in memoriam reducere, ac sæpius, quod etiam nunc commemorabo, dicere. Memini omnes abdominis musculos, q̃ primum simia fuerat strangulata, incidere: mox intestina, ventrem, iecur, lienem, renes, & vesicã: B si autem fœmina animal esset, etiam vuluam. Atq; hæc primo die sola amicis frequenter consecare memini, ne videlicet diutius asseruata computrescerent: deinde insecuto die ad alia transgressus, incidere simul illa ordine videlicet eorum, quæ hoc in opere initio conscripta sunt. Quomodo igitur abdominis partes aggredi oporteat, cum ab ipsis quis inceperit, paulo posterius exequar: nunc autem disciplinam predictis succedentem sum institurus. Nã costas à pectoris osse liberatas (quas, vt manifesto, quæ sunt intus, conspicerentur, consului reflectere) rursum ad pectoris os, vbi prior ipsorum situs fuit, reducas, oportet, tãquam si nihil omnino fuisset confectum: deinde, quod ex abdominis cute adhuc reliquum est, detrahas. Porrò cõsectionem musculorũ subea latentium à maximo, & omnium extimo, auspicaberis: qui à thorace incipiens omnibus in abdomine musculis superstratus est: cuius initia ijs, quos prædixi, dissectis euidenter conspicies, maximo inter elatos thoracis musculos confinia, quem ceu digitis quibusdam suis ipsius terminis in costas insertari diximus. Vbi igitur in illis singulæ insertiones desinunt, adiacere principia musculi, de quo proposita habetur oratio, contueberis, vnius quidem à dextris videlicet partibus, alterius à sinistris. At primus exortum propter sextam potissimum costam fini musculi anterioris inter eos, qui thoracem mouent, subiacet: deinde ex alijs iam omnibus costis procedit, quæ illis C partibus vicinæ habentur, vbi primum singularum os in chartilaginem degenerat, sicut prius declaratum est. At non nihil etiam dictum in veris costis flexum priores spuriarum costæ referunt: octaua nanque (si deorsum numeres,) ad mucronatam chartilaginem sursum fertur: reliquę autem maioris minoris'ue ratione differunt, prout ab ea deficiunt: semper enim humilior elatiore breuior est. Attamen ex his quoq; omnibus prima abdominis musculorũ coniugatio enascitur, obliquis fibris ad ventris anteriora protendens: cæterũ toti abdominis regioni per inania (Græci vocant κενεῶνας) expanditur: tum ad ilium ossa, tum ad inguina vterq; procedit, ac pubis ossi per membraneum sed validum tendinem ante inguina ortum inseritur. Quin etiã robur huius iuxta inguina tendinis non nunquam laxescit, & cum eo totus hic locus laxior redditus partes quasdam corporum subiacentium in se recipit, veluti intestinorum, vel omenti: atque hoc iam Grecis cele, {Latinis ramex aut hernia} vocatur: iam hic tendo membranosus paulo supra inguina situm obtinet, vt tenuem membranã, peritonæũ grece dictam, permeet, ac ea simul, quę ab ipsa includunt: de qbus postea disseremus. Pars aũt horum musculorũ, quæ ad vẽtris anteriora porrigit, in tenuẽ exacte tendinẽ desinit, rectis extrinsecus musculis superpositũ. Pari modo ex secundæ cõiugatio nis musculorũ abdominis (qui obliquũ fibrarũ sitũ primis contrariũ possidẽt,) tẽdo in mẽbranã D degenerãs prioribus musculis insidet: vterq; vero istorũ ex iliũ osse ducit originẽ carnosam: hinc deinde obliqui sursum protensi musculis transuersis insident: postea quatuor costarũ, quas {Latini spurias, Greci} nothas appellant, extremis carnosiores inijciunt. Tendo aũt ipsorũ tenuis, in quẽ cessare dicti sunt, medius inter rectos musculos & prædictorũ tendinẽ procedit: etenim duo amborũ musculorũ tendines in vnũ coire videbũtur: ob quod separare ipsos haud mediocris est negocij, præsertim cũ ab hisce particulis totius animantis consectionẽ auspicamur. In proposita administratione musculos istos incidere aggressis procliue est tendines vtrunq; musculum consequentes secernere: vbi .n. primũ carnosa portio desinit, inde nimirũ tendo processit carni continuus. Hãc igit proprijs finibus circũscriptã inspiciens, tendinẽ membranosum ex vtraq; ipsarum prodeuntẽ facile cõperis. Insup ex ea regione tendo hic ducit originem, vbi rectorũ musculorum costa in latere vtriusq; habet: siquidem priore parte duo hi musculi per anteriores costas mutuo se contingũt: ex lateribus aũt, vt dictũ est, mẽbranosi ipsis tendines accedunt: subsiãtia ipsorum p totam longitudinẽ carne cõstat: ab elatiore parte ẽt tendo nusq̃ est conspicuus. Quapp & in pubis os carnis interuentu coniiciunt. Iã vero in hisce partibus exacte inuicẽ coeunt: atq; hoc ipsis primũ accidit inferius, q̃ animãtis vmbilicus est: quippe elatior ipsorũ portio, sicut paulo ante ostẽdimus, adiacet quidẽ, nõ aũt aduniť. Hanc cõiugationẽ octo abdominis musculorũ tertiã pono.

Reliqua

Reliqua vero quarta tũ ex recta iliũ ossis linea, tũ ex lateralibus vertebrarũ,qui in lumbis visun- E tur,processibus oritur: verum non statim,simul atq; vterq; enascitur,musculus efficitur: sed membranosum ligamen valens ex commemoratis ossibus productum, deinde in processu fibris adauctum transuersis,in musculi figuram degenerat: ad hæc partibus internis cuius q; spuriæ costæ finium subhæreſcit.Quemadmodum vero musculi fibrarũ accessione facti sunt,ita rursus in priori parte ipsis destituti in latum tendinem terminantur. Ac tendo hic,ceu etiam complures prædicti, haud paucos medicos latuit,vt qui membranosus tenuis q; peritonęo obhæreſcat: & ex ambobus vnà sitis compositus,non vt est,sic etiam apparet,sed simplex vna membrana esse videtur. Itaque conandum est,quà tendines primum ex carne prodeuntes peritonæum conscendunt, eà maxime vnitatem seruare: nã,si tendo à carne fuerit auulsus,non poteris amplius ipsum separare, nisi exercitatus peritus q; vtrorunq; naturæ. Deniq; in abdominis sutura,γαςροραφίαν Græci vocãt,tãquã peritonæum attollunt,& ex ambobus dictis compositum consuunt: dico autem ex peritonæo reuera & musculi mẽbranosi fine. Porrò ipsum peritonæum latis araneorum telis simillimum est, simplex,& tenue insigniter,nõ vt quidam tendines,membranæ modo extenuati: qui,si clara luce inspiciantur exacte,fibras tenues ipsos intercurrentes repræsentãt. Sed peritonæum aliter habet: est enim simplex,vti diximus,totum sibi continuum,vnum quoddam ex primis corporibus, ad F amussim similare. Quinetiam manifesto apparet,quale natura in imis partibus existat,vbi musculis transuersis ab eo separatis solum habetur: nam hi commiſcentur coeũt q; rectis inibi musculis, à peritonæo digressis. De octo igitur in abdomine musculis abũde satis disputatum est,id q; sanè iuxta primam anatomicæ ipsorum administrationis speciem,quam nunc exposui.

Quo pacto administranda sit Abdominis musculorum dissectio,cum ab ea inchoaueris. CAP. 7.

QVomodo autem inde quis incipiens manum probe admoliatur, deinceps venit explicandum. Cutem ex abdomine detrahis, ex medio ipsius sectionis principium aggressus, vbi nullum est periculum,quippiam ex ijs, quæ subsunt ipsi, vel pertundere, vel diuellere. Nam membrana cuti continua indidem à musculis subiectis diducta est: ac, quicunque ab ipsa corporum natura veluti manu ducitur,is indubie cutem inibi obductam aueliere idoneus est, vt etiam nihil eorum,quæ ipsi subdita sunt vitiet. Procedens autem ad latera propter costas spurias, nisi curam adhibes,veluti caput exigui musculi diuulseris, quem ad axillam perferri asseruimus, anatomicis incognitum. Nẽpe mẽbrana cuti continua fibras carnosiores per interualla obtinet, primũ maiora,deinde minora: rursus sibi ipsi supernutritas accipit vsq; ad musculum ibi gracillimum simul & latum,dum vero ad axillam sursum porrigitur, fibris ex lata regione in arctiorem G coactis carnosum angustum q; factũ. Quòd si inferius ipsius principium latum vnà cum cute ademeris,auulsam protinus carnem deprehendes,quæ,axillæ partibus insidet. Hanc, si industrius laboris q; patiens sis,vndénam auulsam fuerit,disquires: mox,cum nihil ex ijs,quę illic habenť,auulsum deprehendis,totus hæsitabis, quemadmodum & ego primum. At, si negligentior ac segnis extiteris,quales priores nobis anatomicos in multis confectionibus est inuenire, tanquam rem nihili carnem hanc vel abſectam,vel auulsam à subditis corporibus, quibus insidet, humi proijcies. Itaq; de cute huius loci exactius detrahenda,quomodo dictum est etiam hæc sufficiẽt. Porrò tota abdominis regione detecta,musculos octo sic incidere conuenit. Corpus bifariam à dextra parte & sinistra recta linea sectum est,quæ deorsum versus per totũ thoracem porrigitur: huius scopos euidentes nactus,quos ego nunc recensebo, vndique vtilem habiturus es speculationem. Primus scopus erit mucronatæ chartilaginis extremum: Inde sursum per medium pectoris os procedenti,postremus finis pectoris ossis vertex est; qui locus cauus & à clauiculis vtrisq; & à musculis de capite productis circunſcribitur,vt ablata cute in conspectũ palàm prodeat: At deorsum versus lineam hanc protendenti, postremus finis est pubis ossium commissura: quod vero intercedit,mediũ vmbilici regionis habetur: hoc ipso loco ẽt interualli medium est,quo mucrona H tæ chartilaginis cacumen distat à commissura ossiũ pubis. Si igitur abdominis musculos omniũ primos secare aggrederis,ablata quidẽ cute sectionẽ incipe à mucronatæ chartilaginis extremo: hinc progredere circa medium vmbilicum,in superficie incidens,quò post primam sectionẽ linea subdita candidior corporibus vtrinq; positis appareat: ex qua maximũ sumes indiciũ ꝓbe confectionẽ esse administratã. Musculi siquidẽ carnosi,quos rectos paulo superius nominaui,à linea cõmemorata distinguunť,q̃ merito ambientibus est cãdidior,cũ nulla ei caro subsit: nã tẽdines membranosi rectos cõphendẽtes musculos,quos ab obliquis dixi ꝓcreari,iuxta huius lineæ candorẽ in idẽ coeũt. Rursus igiť ipsam leuiter secabis,vt nihil eorũ, quæ subsunt,cõseces, sed tẽdines dũtaxat à mutuo cõtextu secernas: id enim si rite pegeris, habebis iam,iuxta parœmiã,dimidiũ totius, quanq̃ parœmia omne principiũ,totius operis dimidiũ intelligat,cum multa principia prompte queant pagi. Quod vero confectionis musculorũ principiũ ego dixi, re vera totius operis dimidium existit: quemadmodum,nisi etiam recte ea perfeceris, tota consequens dissectio confunditur,turbatur q;: sed ea facta,quo dictũ est modo,duplicem inde tibi successurã administrationem scito. Profuerit autem priorem,quę facilior est,exercere: ita nanq; spes est,vt postea aliquando difficiliorem aggressus ab animi proposito non aberres. Promptior facilior'que administratio est,

qua

A qua musculum rectum hamulo eleuatum, vel sinistra manu ad latus actum, dissecas, paulatim à subiectis corporibus separās. Quale vero in præsenti sectione sinistra manu ministerium † subieris, eiusmodi dextra secante melius cū altero etiam in prima omniū administratione peregeris: commodius.n. hoc pacto rectam molieris sectionem, à mucronata chartilagine auspicatus. Porrò manus ministeriū esto digitis quatuor ad musculi longitudinem iniectis, deinde cū in eo fixi sint, ad latus modice agentibus: si enim hoc in vtroq; musculo probe confeceris, medium ipsorum manifestius euadit, quā primā sectionem fieri præcipimus. At, cū recte diremeris, vel vna manus sufficiet, quæ musculum incidēdum leuiter in latus abducat: idē licet, vt dixi, hamo quoque peragere: ea q; administratio ad vmbilici loca fiet, quoad notabilis musculi pars detecta cognoscatur: nam peritonæum ipsi vnà cum nerueis transuersorum musculorum exilitatibus subiacet, à quibus musculi oblongi auelli solent. Quapropter ego digitis quoq; â subiectis ipsos separo: verū id ab initio, cū primum dissecas, agendū non est: procedente vero administratione, & manifesto ipsis iam diremptis, quô totū negocium maturius absoluatur, digitis subiectis reliquū musculorum à subiectis auellas, oportet. Posteaq̄ hoc absolueris, vel superius ipsorū initiū, vbi diductum dixi existere, abscindens, musculos paululum deflectere conaberis, quo circumscriptiones ipsorū clarius conspiciantur: siquidem extrinsecus tendo obliquorū musculorum cōis, superpositus, connexum impedit. Si vero capita ipsorum nolis præcidere, sed integra seruare cupias, tēdinem membranosum ipsis iniectum auellito: qui peculiare horū musculorū operculū parum studiose incidentibus esse putat: cuius vice plurimi mēbranas connexas proprias q; obtinent. Detrahes autē primum vt simplicem, quò rectorū musculorū circūscriptio in conspectum veniat: rursus bifariam incides, distribuens aliam ipsius partem primo maximo q; musculorum, aliam, quæ sub ea est, secundo. Atq; ideo etiam vocentur, vt modo narratū est, hi quidem partim obliqui musculi, parti vero primi, & secundi: sub his aūt ad longitudinem expāsus tertius: sub quo quartus musculus transuersus peritonęo cohærescens. Ita vero coniugationes ipsorum voces, licet, primā sanè maximorū obliquorum q; musculorum, qui à sexta thoracis costa incipiunt: secundam his subcontrariorum obliquorum: tertiam rectorū: & quartam transuersorū. Verum, cum abunde, in quibus dixi, fueris exercitatus, aggredere statim ab initio post rectam confectionem à rectis musculis separare, primum quidem superficiarium maximi musculi tendinem: deinde vero secundum ab ipso, qui à secundo nascitur: ac, vbi vtrunq; vtriq; connexum ostenderis, rectorum musculorū confectionem aggredere, sic enim totum opus clarum tibi euadet, vt nihil confundatur, musculis simul cum neruosis ipsorum tenuitatibus distinctis. Quod igitur prius feceris, desuper à thorace in primo musculorum coniugio incipiens, id nunc rursus facito, nempe tendinem membranosum aggressus: quo leuiter eleuato primum maximum q; musculum adusq; ipsius originem separes. Non tamen in hac administratione vsq; ad totum pertingere queas, vt cui pectoris musculi obhæreścant. Hunc igitur catenus incidito, quatenus detectus musculi exortum euidenter potest ostendere: reliquos vero tres musculos amputare licet, etiam si non ex superpositis quippiam nudes. Quemadmodum enim primum à tendine incipiens vsq; ad superiorem exortum dissecuisti, fibrarum continuitatem secutus, ita quoq; secundum incidas, à tendine quidem primum ad fibras ipsius transgressus: deinde continuitatem illarum vsq; ad exortum, quem paulo ante commemoraui, reseruans. Quin etiam tertij musculi carnosi confectionem vsq; ad vmbilici regionem emolieris illinc vero alterum musculorum alteri imis in partibus coeuntem conspicies: nec non transuersorum coniugationis subiectæ infimam partem ipsis inibi contextam: nā ea paulatim à peritonæo discedit, & solum ipsum nudum relinquit. Hęc igitur in pręsens de abdominis musculis sufficiunt.

† *Dextra secanti feceris, eiusmodi melius.*

Diligentior de Septo transuerso repetitio. CAP. 8.

D REpetētes aūt de septo trāsuerso dicamus, q̄ de ipsius natura īdiscussa dimisimus, qm̄ prius apparere nō pōt q; abdomē aperiat. Cōstat aūt oībus licere nobis, si nō multa in vno animāte velimus ostendere, præpositas partes obiter incidentibus ad id, quod instituimus, frequēter digredi. Quid.n. si aliquis de phrenū duntaxat natura voluerit ostendi, vel si ēt de structura ipsarū quęstio quędam fieret, administrationis anatomicę indiga? An non in huiusmodi occasionibus ratio est totū quidem abdomē vnà cum peritonęo, prout euenerit, perfecare: cęterum intenistis exēptis primū septi ex spurijs costis exortum indicare, de quo paulo supra egimus: deinde, quomodo ipsi nę inseratur, patefacere: postea particulas ipsius distinguere, & non solum substantijs, sed ēt situ, actione, & vsu differentes? Etenim medium ipsarū est musculus, qui in tendinem latum omni ex parte à carnosis comprehensum desinit: ex vtraq; autem ipsius parte, superiore puta & inferiore, tenuis membrana obhæreścit: quam accurate, si animum huic accommodes sermoni, deteges. Harum itaq; elatior, quę duplex est, totum thoracis cauum sublinit, à dextra parte altera, à sinistra quoq; altera: nō enim vna quędam est intra thoracem spatiosa laxitas, sibi continua, sed a prædictis membranis intercipitur: quę recta linea ad pectoris longitudinem mutuo sibi cohęrent, nisi quantum ea in parte abscedunt distant q;, qua cor situm est. Hoc enim inter se medium capientes propria inclusum membrana ipsis crassiore, ita ad mucronatam chartilaginem vsque porriguntur:

tur: vtrinq; comprehentes, vt dictum est, cordis inuolucrum, περικάρδιον Græci appellant, siue E membranam siue tunicam tu velis nominare. Totam itaq; vtranq; thoracis regionem internam membranæ subcingunt, natura simplices, telæ araneorum modo: vocantur aũt in costis, cingentes, græce ὑπεζωκότες: vbi vero rectæ ad iugulum vsq; perferuntur, intercipientes, græce διαφράττοντες: vbi pulmoni circumhæreſcunt, huius operimentum existunt. Basis ipsarum supernis septi partibus obiecta est: quemadmodum inferioribus alia quædam membrana huic persimilis substrata, quę peritonæi vertex optimo iure nuncupatur. Cæterum hæc membrana sibi continua totam inferiorem septi transuersi regionem sublinit: ac, vbi illud vsus necessarij gratia perforatum est, ibi ijs ipsis, quæ permeant, circumhæret, simul q; expanditur: simili modo membranæ, quæ desuper thoracem cingunt, etiam cũ vasis ipsas perreptantibus tũ extenduntur, tum procedunt in orbem circundatę. Duo sunt foramina septi, alterum grande, quà vertebris via exhibetur, stomacho & magnæ arteriæ pręparatum: reliquum vero minus cauam venam supernis animalis partibus sanguinem deriuantem excipit, & magna cum securitate transmittit: etenim hæc cõmissura admodum pertinaciter cohæret, & membranam simul, quæ in dextra thoracis habetur, emittit. Porrò nullum ex his instrumentis quenquam potuerit latere, neq; vena caua, neque stomachus, neq; arteria, præsertim cum, vt expositum est, ima septi transuersi pars fuerit detecta. Prius autem F succurrit dissecantibus vena caua, ceu in sublimi suspensa, & nihil ante se continens, musculis sublatis. At, si alterum septi foramen exactius voles contueri, bifariam administrationem aggrederis. Non nunquam thoracem in longum aperis, deinde stomachum ex supernis partibus ad septũ transuersum descendentem sequeris: non nunquam ventriculum attollis, simul & retrahis: siquidem orificium ipsius propter septum positum, non tamen valide connexũ, veluti caua vena, spectatur, sed laxis membranis interceptum: Est autem hoc septi foramen non exacte orbiculatum inibi, verum triangulo potius simile, cui vertex sit sublimior, basis autem dorso innixa: quid enim aliud, quàm quod Hippocrates|| ait? Siquidem phrenes seu septum hoc in loco comprehendit arteriam, & stomachum, arteria in ipsa media regione spinæ innixa, stomacho in sinistra ipsius parte porrecto. Quinetiam vena quædam simul cum ipsis exigua, & nerui duo permeant: de quibus disserere accuratius pręsens tempus non postulat. Neq; enim de arteria sermo vel stomacho horum ipsorum gratia explicatus est, sed veluti appendicis loco propter septi foraminis inibi expositionem institutam mentio ipsorũ facta est: iterum tamen suo tempore explicabuntur absolutius. Verum septum transuersum ob hasce particulas elabentes, immo etiam ob lumborum carnes non spinæ vertebris inibi connexum est, etsi requirebat: quippe musculus circularis, vt com G prehensum est, habetur, qui supra omnes alios thoracis musculos longissimo vitæ tempore functionem suam obit: cuius gratia ossi cuidã ex ijs, quę secure affirmata sunt, valido ligamento connecti desiderabat: quia vero relatis instrumentis deorsum versus protendere necessarium erat, lumborum q; carnibus ad phrenibus eminentiora attolli, ideo septi transuersi musculus ad spinã connexu priuatus est. Pręstat autem non simpliciter dicere, omni ipsorum connexu priuatus est, sed huius partis. Natura enim ingeniosa, & quæ nihil alicubi in animalibus conformandis curæ ac diligentiæ omittat, inferiori parte septum transuersum vertebris per duo ligamina valentissima connexuit. Nã partes illæ septi transuersi, quę arteriam & stomachum circũprehendunt, super vertebras consequentes expanduntur, in alijs sanè quibusdam animantibus longius, quibus totus thorax & valens & robustus est: in simijs vero non tantum insunt, verum etiam per ligamina minus valida, q; in alijs animalibus, habentur. Verum de illorum discrimine iterum disseremus.

de Ossium na. paulo ante medium. & 2. Epi. sect. 4.

De musculis Lumborum. CAP. 9.

NVnc, quoniam de simia in primis sermo nobis est institutus, hanc tu quoq; incidens, septũ transuersum spectabis: nec non musculos stomacho subiectos spectabis, cum ordo consectionis eò peruenerit, vsq; ad quartam thoracis vertebram descendentes. Itaq; per totam spinam, H quæ intrinsecus musculos obtinet, solius thoracis medię vertebræ nudę prorsus erunt, numero senę. Qui igitur superius à capite incipiunt, superiorem totam spinę portionem inflectunt, lumborum vero carnes solam inferiorem: quę in medio consistunt, simul cum ijs, quæ vtrinque sunt, mouentur. At detectis magna ex parte, quę infra septum habẽtur, nihil mali fuerit membranam lumborum carnibus superstratam detrahere: est autem hęc, sicut iterum docebitur, peritoneum lumbis obhęrescens. Quo auulso carnes ipsorum clare conspicies, singulos vtrinq; musculos exactos per spinę longitudinem sibi mutuo connexos, desuper, à quo dixi initio, toti lumborum longitudini expansos: cum iam propter os latum venerint, (vocatur autem hoc, vt nouisti, à quibusdam sacrum) dirimuntur inuicem, internis ilium adhęrescentes. Item alię carnes numerosę inibi simul prodeunt, ex ilium osse natę. Sequens igitur carnes deorsum tendentes, quas ψόας Greci nominant, tendines duos has ex ilium osse adeuntes in vtraq; lumborum carne reperies, quos anatomici aponeuroses myωn, id est neruosas musculorum propagines, nominare solent: Alter ipsorum interior, quem etiam ligamentum rectius, quàm tendinem, appelles, ei maxime parti inseritur, qua pubis os cum coxa connectitur: reliquus in paruum femoris processum (trochantera vocant,) pertinet. Prior ex elatiore parte carnium lumborum exortum habet per internam

de artic. sect. 3. te. 41. & 43. 7ª. 272. f. g

regionem

A regionem procurrentem: ſecundus ex humiliore, quæ extrinſecus ipſi porrigitur, immo etiam ex ea parte, quæ ab ilium oſſe tendit. Itaq; prius ligamentum longius eſt: tendo autem, qui ad exiguum femoris trochantera pertingit, breuior, quanq̃ nec ipſe quidem ſit inualidus: ſed hunc ad confectionem muſculorum coxæ articulum mouentium referues. Alterum vero exquiſite intuitus, duriorem candidiorem q; quàm pro tendinum natura, inuenies, ceu ex ligamentorum ſubſtantia conflatum: quapropter etiam internæ lumborum carnis caput magis, q̃ hinc, ipſum exiſtimare oportet. Ita vtrunque exteriorum partium caput ex ilium oſſe proceſſum exigit, multo quidem interno minorem, ſed eundem vſum ſubminiſtrantem. Nam prædictæ duæ lumborum carnis partes tenſæ deorſum flectunt tum eam partem ſpinæ, quæ per lumbos totos habetur: tum eam dorſi, quæ continua ipſi eſt. Pari modo muſculi ſtomacho ſubiecti, de quibus poſterius peragetur, ſuperiorem ſpinæ partem inflectunt, nec non ex dorſi vertebris aliquid comprehendunt. Verum lumborum carnes in ſe ipſis caput obtinent tendinis, qui ad femoris trochantera pertinet: quantum autem ex vtraque harum parte habetur, finis potius eſt, quàm caput duorum muſculorũ ſpinam flectentium: vt videlicet tres vtriuſq; lumborum carnis partes exiſtant, vna interior, ſuperius elatiore orta principio: altera media, humiliore: tertia deinde externa, demiſſiorem etiam media B proceſſum carnoſum exigens. Verum ligamen infra hanc ab ilium altioribus incipit: quare etiam longitudine, ſicut & craſſitie, hæc pars ab alijs duabus abeſt.

* κατάφυσιν.

De Spinalibus Muſculis. CAP. 10.

IAm vero poſt prædictos omnes muſculos ſpinalium totorũ proceſſus diligenter conſidera. Incipiunt etenim ex ſecunda ceruicis vertebra duo, ſinguli capita inuicem diiuncta obtinentes. Explẽt autẽ medium ipſorũ interuallũ muſculi ab anatomicis prætermiſſi: de quibus antea abunde diſputatũ eſt. Semper autẽ magis ac magis corpulenti euadunt, quãuis à tenuibus oriantur capitibus: nam ex vnaquaq; vertebra proceſſus aliquis ipſis cõmiſcetur: ac inibi collũ permeãtes, tũ magnitudine tum robore inſignes fiunt. Et primum in colli extremo in idẽ coeunt muſculi, inibi vtraq; ſpinæ parte nati, hic dextra, ille ſiniſtra, vt omnia amborũ muſculorũ capita quatuor numerentur. Fibræ ipſorũ obliquæ ſunt, quædam à ſpina ad priora inferiora q; decurrentes: non nullæ contra ex lateralibus orientes proceſſibus, quæ retro deorſum q; vergant. Curã ipſis diligentem adhibe, cũ vtroq; muſculo diſſecto ad lumbos deueneris. Ibi ſiquidẽ muſculi ex ligamento quodã mẽbraneo, quod à ſpinę locis prodijt, gignũtur, ex ima parte ad poſtremas thoracis coſtas ſurſum paulatim oblique tendentes: qui quidem in alijs animantibus notandæ magnitudinis habentur; C in ſimijs vero ſimiles omnibus in thorace exiguis. Hi muſculi extremas coſtas detrahunt: inſeruntur cæteris quidem animantibus vſq; ad tertiam, & propemodum quartam, ſi ab ima parte numeres: ſimijs vſque ad ſecundam tertiam've ſpuriam perueniunt: interdum etiam hanc contingunt. Prætermiſerunt autem & hos anatomici, partem ipſorum aliquam, vt coniicio, cum octo in abdomine muſculis ſimul amputantes, aliquam vero ſpinalibus affixam relinquentes.

GALENI DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS

LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de Inſtrumentis, quæ Alimentum conficiunt & diſtribuunt, quæ Excrementa recipiunt, quæ Excretioni illorum famulantur.

De Anatomica exercitatione, quæ in Simijs, & reliquis animalibus facienda eſt. CAP. I.

QVoniam ſatius viſum eſt eodem hoc opus proſequi ordine, quo commentarium de particularum vſu abſolui, in quo poſt artuũ enarrationem, de nutrimenti inſtrumentis agitur, conſentaneum fuerit nunc quoq; de his diſſerere. Itaque manibus pedibus q; ſimia homini ſimillima eſt, cui neq; facies oblonga, neque canini dentes magni. Etenim hęc pariter aut augeſcunt, aut minuũtur, quemadmodum rectus inceſſus, curſus velocitas, magnus in manu digitus, temporum muſculus, & pilorum iuxta duritiam mollitiem q; longitudinem & breuitatem, differentia. Verum ex his enumeratis quodlibet contemplatus, alia quoque poteris cognoſcere: quippe vniuerſa hæc ſimul tum increſcunt, tum minuuntur inuicem. Si quandoque ſimiam conſpexeris erectam currentem, ſtatim ex longinquo hanc ſimilem homini exiſtere cognoſces: ac poteris omnia in ea eſſe, quæ ante paulum enumeraui, prædicere, faciem rotundam, dentes caninos exiguos, maiorem manus digitum non adeo exiguum, vt in alijs ſimijs proportionalem: rurſus pedis digitos minores, quàm quos reliquæ ſimiæ obtinent: temporum muſculos exiguos, ſicut etiam eos, qui ex femore ad tibiam pertinent,

tinent,haud in longum procedentes: ad hæc os coccygis appellati minutum: minimeq; hirſutam E eſſe hanc ſimiam,& pilos habere haud admodum duros,vel prolixos. Ita,ſiquid ex relatis ſecus ha beat,alia quoq; different. Iam non nullæ ex ipſis proxime cynocephalos ſpecie accedunt adeo, vt etiam lati oſſis mucronem (coccyga nuncupaui,) longum repræſentent: quædam cauda ipſos imi tantur: atq; hæ inter ſimias hirtiores ſunt,pilo veſtiuntur duro rectoq;,& aſpectu ſunt efferaciore. Exacte vero ſimiæ aſpectu ſunt timido: & muſculus temporalis perfectis ſimijs plurimum attolli tur: ibi autem ceſſat, vbi ſutura coronalis,quam Græci ſtephaniæam appellant, habetur, vt in hominibus eſt cernere. Simili modo dentes magnos,quidem omnes,ſed caninos magis conſpicuos, quemadmodum & maxillã longã: & pollicem in manu oẽs ſimiæ,quæ cynocephalos imitantur, exiguum admodũ habent. Tales, muſculos quoq;,qui ex femore in tibiã deſcendunt, longiſſime expanſos obtinent, atq; ideo colligatum, vt ita dixerim, totum poplitem: cuius cauſa crura perfecte extendere,ac probe ijs conſiſtere nequeunt. Cui vero animali cõmode erectũ ſiſtere à natura datum non eſt,quomodo vel incedat erectum,vel currat velociter? Neque igitur maiorem in pede digitum habent grandem,hoĩum modo,neq; alios exiguos,ſed oẽs ex æquo magnos: is minor cęteris eſt,quem homo habet maximũ. Porrò caudæ initium quoddam ipſis ineſt: & huiuſmodi ſimiæ toto corpore cynocephalos referunt. Quemadmodum igitur præſtat ſimiarum homini, q̃ F fieri poterit,ſimillimarum artus diſſecare, cum te in exemplo exercere inſtitues,ita ſatius eſt in talis ſimiæ inopia etiam diſſimilium aliquam capere,ſicut etiam,ſi in totum ſimia deſideretur, cyno cephalum, vel ſatyrum, vel lyncem, ſummatim ea animantia,quibus artuum extrema in digitos quinque diſcreta ſunt. His ipſis & clauiculæ inſunt, & pectoris os minime acutum, eo q́ bipedes incedunt,hominis claudicantis modo. His vero animantibus ſuccedunt vrſus, leo, & vniuerſum omnia,quæ à ſerratis dentibus καρχαρόδοντα græce dicuntur: &,niſi puſillum eſſe reptilium genus,vt muſtelæ, feles,& mures,conducerent & horum artus ad conſectionum exercitia: omnia ſiquidem hæc quatuor conſtant digitis, magno abolito, niſi q́ quibuſdam ipſorum veluti delineamentum quoddam in radice habetur: ſed neque hanc ab indice multum ſecretam, vt in homine ſpectabis. Attamen in ſimia præexercitatus etiam hęc poteris diſſecare: nam pręter alia tendo quo que ad interiorem cutem ſummæ manus procedens his ineſt animantibus,quemadmodum etiam muſculi digitorum motores,ſic qui brachiale radiumq; mouent. Eos vero tum muſculos,tum ten dines,qui magnum digitum mouent,hęc animantia non habere cuiuis notum eſt: verum (vt vno expediam verbo,) & exactionibus,quas obeunt: & de figura particularum,quã ſingula animantia extrinſecus habere videntur: & de ſtructura ipſorum, nõ nulla tibi indicatio deſumetur. Nam G particulæ,quæ ſimili munere funguntur,& eandẽ aforis figuram obtinent,neceſſe plane eſt eandẽ quoq; interius ſtructuram ſortiri: ita vero ijs, quæ ſimilem actionem obeunt,ſimilem q́; figuram exteriorem repræſentant,ſimilis nimirum & interna particularum natura tota exiſtit. Quippe natura cuiq; animanti corpus animi affectibus idoneum condidit: atq; huius gratia ſimul,atque nata fuerint,omnia particulis vtuntur,tanq̃ à magiſtro edocta. Formicas igitur,culices, pulices,alia q́; id genus minuta animalcula nequaq̃ diſſecare vnq̃ ſum aggreſſus: quæ autẽ repunt,quemadmodum muſtelæ,& mures: tũ quæ conuolutim ſerpunt,veluti ſerpens: ad hæc multa auium genera, & piſcium ſubinde incidi, vt firmiter perſuaſum haberem & vnam eſſe mẽtem,quæ hæc formet: & moribus animantis,corpus in vniuerſis eſſe peculiare. Tali ſiquidem cognitione fiet, vt intuitus quoddam animal antea non viſum,prænoſcas,qualem nam ſub cute ſtructuram habeat: ac frequenter ego hoc indicaui, non aliunde, vt dixi, eius cognitionem peritiam q́; indeptus,q̃ ex firma perſuaſione,quòd ſingula animantia corporis ſtructuram animi moribus facultatibus q́; propriã obtinerent. Nullum itaque miraculum eſt cuiuſq; animantis internam compoſitionẽ ex figura exteriorum clare conſpecta prænoſcere: multo magis, ſi functionem obire ipſum videas, quemadmodum nuper dixi de ijs,quæ recte gradiuntur. Quin etiam voce animantis audita,de illius in H ſtrumentis coniecturam aliquam ſumere poteris, non ex magnitudine vocis tm̃,ſed alia quoque ſpecie. Verum de hoc manifeſtius agetur,cũ ad vocis inſtrumentorũ conſectionem peruenero. In præſentia aũt hoc quoq; de artubus tractaui vberius,q́ ſtructuram ipſorum in primis huius operis commentarijs expoſuerimus. Cum itaq; in eis pręexercitatos ſermonem perſecuturos ſperarem, ceu exẽpli ipſorum gratia,de aliorum animantium ſimili & eodẽ percenſui: quod tum ex functionibus,tum forma animantis vniuerſa & particulari,conſideres,licet. Digitus ſiquidem, vbicunq; fuerit, eandem habet ſtructurã, quatenus digitus eſt: ita vero ſi ꝓprij generis digitus fuerit, ſimilem tali generi ſtructuram ſemper obtinet. Eodem modo cubitus,radius,& alia ſingula habent. Quatenus.n.radius vel cubitus eſt, ſemper eadẽ conſtat ſtructura: quatenus autẽ ſui generis vel radius vel cubitus eſt,ſimili quidẽ in ſimilibus,ꝓportionali in diſſimilibus. Qui igitur ratione, & dextra natus indole ſe exercuerit, facile inuenit, quid in ſingulis rebus idem ſit, quid non idem. At,qui nec probæ fuerit indolis,neq; exercitatus, forſan & hic præ animalium conſectorũ copia adduci qñq; potuerit, vt vel obſcure ac leuiter intelligat idem non per accidens,neq; prout euenerit,ſed ex propria ſubſtantia cuiq; ſpeciei ineſſe: quod aũt non idem,à non nullis,quæ particularibus accidunt,indiuiduas ſubſtantias noĩare ſolemus. Cum.n.videas mẽbrum non modo extendi flectiq;

A.l.1.f. 1.d.5 fu.1.c.12.fo 13.f

A flecti q; sed etiam in latera circumagi, necessario duo musculorum genera obtinet, alios extensionis & inflexus, alios ad vtranq; partem deductionis authores. Cum igitur preterea consideraueris, vno ne osse membrum cōstet, vt in brachio: an duobus, quemadmodū in cubito radioq;: vno quidem osse inuento, musculos in eo tum rectos tum obliquos quærito: Sin autem duo fuerint, vt in cubito radio q;, scito protinus alterum ipsorum, membri extensionem & flexum moliri, alterum in latera circumagere. Ad hæc non ignorandum est etiam ex musculis ea mouētibus situ obliquiores existere, qui obliquos motus subministrāt: rectiores autem, qui rectos. Verum hoc omnibus commune membris inest, quæ eosdem motus sortiuntur. Magnitudo autem musculorum, figura, & positura similis in membris forma similibus existit, dissimilis in dissimilibus. Eadem ratione & in digitis, quamuis animal, quod dissecatur, minutius fuerit, cuiusmodi sunt reptiles ipsi mures, necesse est musculos, qui flectunt extendunt q; singulos digitos, non aliter, q̄ in homine, conspici: quod si in latera quoq; digitos moueri videas, necessitas omnino est & motus ibidem animantis illius hominibus proportionari: vt cuiusq; latio paruū digitum versus, ab exterioribus in oratione propositis & tendinibus & musculis fiat: ad magnum vero, ab interioribus. Magnum autem ipsum, sicut & paruum, quamplurimum ab alijs omnibus abducere in eius generis animantibus comperies musculos, similem situm humano sortitos. Vnde confectio ipsorum facilis tibi futura est, tanquam sepius antea manum ei admolito. Proinde, si, quæ primo commentario de manu disputata sunt, memineris, & prompte, cum audires, didiceris, ea, quæ nuper relata sunt, prompte quoque in animalibus comperies.

l.I. f. I. d. 5. u. I. c. 19. fol 4. e

B

De tribus instrumentorum generibus, quæ pertinent ad Alimenti distributionem. CAP. 2.

QVæ autem hoc libro de alimēti instrumētis dicere institui, quorum gratia quoq; huc vsque sermonem deduxi, fide carere forsan primum audita videbūtur: sed, cū in multis eiusdē speciei & diuersæ animantibus inspiciundis pones industriam, non amplius à fide aliena tibi apparebunt: attamen miraberis, hæc vnam artem omnium animantiū opificē demōstrare, quæ partium structure scopos, ipsarum vsus esse voluit. Cum.n. vnus sit vsus cunctis animātibus communis, cuius gratia alimento indigeant, reperies instrumenta in singulis ipsorum generibus triplicia. Quædam prima ratione à natura facta ad concipiendum alimentum, conficiendum q;, & in totum corpus deferendum: Alia, secunda ratione, quæ excrementorum sunt receptacula (nihil autē refert, excremēta dicas, an supflua, vt grece περιττά, siue, vt Aristoteles, περιττώματα:) Reliquas alias particulas tertia ratione triplices struxit, quæ horum excretionibus subseruiunt. In quā itaq; particulam cibum animantia recipiunt, ventriculus nominatur. In hoc leuem quandam & primā subeunt mutationem ingesta, ac præparantur iecinori: quod maximā alimenti in ipsum permeantis alterationem emolitur. Hinc venæ confectum ipsum in totum corpus deriuant. Porrò, vt ex iecinore purum nullius q; superflui particeps vniuerso corpori dispensetur, natura instrumenta ad id accommodata condidit, id q; secunda iam ratione, nō primaria certe, sicut priora, quæ cōmemorauimus. Ex his instrumentis alia, quod subtile & leue in eo habetur, expurgant: alia, quod terrestre & graue est: alia, quod inter hæc duo consistit, aquosum serosum q;. Priora, q̄ bilem recipiāt, meatus bilis receptores, grece χοληδόχοι, à medicis appellantur, & vesica similis meatibus bilis receptrix, grece χοληδόχος dicta: quæ vero terrestre & graue excrementum continent, ex visceribus lien est: ex † venis, ima pars intestini recti: quæ reliquum tertium excipiunt, meatus vrinarij (οὐρητῆρας Græci vocant,) renes, & vesica. Vt aūt in arbitrio animantis superfluorum sit excretio, musculos natura terminis vasorū ea continentiū affabricata est: q tertia iam ratione inter alimenti instrumēta habetur. Itaq; necessario tria hæc instrumētorū genera in omnibus aīantibus ad alimēti distributionē natura cōdidit: atq; hoc est cōmune & idē in vniuersis. Intestina qdē, & ventriculus, venę, & iecur ex eorū numero sunt, quæ prima ratione facta dicūtur: discretionis autē purgationis q; recrementorum gratia cōdita vasa, quæ bilem recipiunt, & iecoris vesica: insuper lien, & renes ex secundis cōsistunt: musculi vero, q recremētis egerēdis subseruiunt, tertijs annumerantur.

C

Vesalius. † Al. intestinis. fortasse tamen legendū ex venis ex, quæ ad imam partem recti intestini pertinent.

D

De differentia Ventris pro ratione alimentorum, quibus animalia vescuntur. CAP. 3.

POrrò, q̄m non nulla animantia validis aluntur nutrimētis, q̄dam imbecillibus, eò natura respiciens, particulares ventris differētias machinata est. Si itaq; animans non nunq̄ videas siue ex India, vel ēt Lybia, siue Scythia profectū, quod antea non conspexeris, alimentū ligneum spinosum q; assumere, magnum huic & asperum noueris constructum esse ventriculum: Si aūt superiores etiam dentes non habeat, ventriculos huic necessario plures existere, vt in primum statim pabulum ingerat: mox ex hoc ruminans ore conficiat: deinde rursus in alium vētrem deglutiat: ex hoc rursus statim in alium transferat. † Postea ex illa differentia alimenti instrumenta primaria ratione facta sunt, vt vētriculus, iecur, venæ, intestina: secunda ratione veluti renes, lien, vesica fellis, meatus vrinarij: tertia ratione musculi sedē pubem q; cōplexi. Cum dico, primum locum obtinent simię: secundū, his similia: tertiū, vrsus: quartū, serratis dentibus prędita, et sues: quintum, solipeda: sextū, ruminantia, rursus ad aliā differentiā respice. } Vbi.n. prius ex spectatis tibi naturæ operibus fueris eruditus, artificiū ipsius in alijs quoq; omnibus idem esse cēseto. Sic itaq; de hominum artubus etiam pronunciamus, non sustinentes oēs videre statuas, quas Phidias & Polycletus finxerint,

† *Verba in margine ab aliquo posita, ac postea a librarijs in contextu recepta.*

xerint, sed ex ijs, quas iam videre licuit, aliarum quoque iudicium sumimus: quare, & qui naturæ E operum peritus fuerit, ex visis iam aliorum quoq; aliquam faciet coniecturam. Itaque instrumenta quæ cibum conficiunt ipsum q; præparant, tantam habere magnitudinem talem q; formam, qualis maxime alimento ingerendo conueniet, persuasum est omnibus, quicunq; in operibus ipsis magis sumus versati. Id igitur ex me discas, quoduis animal superioribus carens dentibus plures ventriculos obtinere, & omnino ruminare: sicut rursus, cui superior dentium acies concessa est hoc nec ruminare posse, nec etiam multos habere ventres, sed vnũ tantum, & sic instructum, vt in carniuoris. Iam cornigeris supernos dentes magna ex parte abesse nouimus, vt quibus terrestre capitis partium recrementum in cornua absumatur. Sed non, quia cornigera sunt, ideo plures habent ventriculos, vel ruminant: quia aũt durum spinosum q; cibũ assumunt, non indigent dentibus superioribus: quippe & camelus, quanq̃ cornibus careat, tñ & ruminat, & multos habet ventres, qm̃ spinosum ligneum q; alimentum depascitur. Huius aũt gratia interior quoq; oris mẽbrana ex toto aspera est, & ea, quæ ventribus obducta est, similiter. Vberius tibi percenserem, quanto in omni animantium genere artificio vtatur natura, nisi à proposito opere esset alienũ: sed tm̃ de eo indicasse sufficiet, quantum orationis vsus requirebat: nam alimenti instrumẽta, in quocũq; voles animante contemplari, ad eum modum deprehendes, vt in quarto & quinto operis de par- F tium vsu libro comprehensum est. Exempli gratia, omnes venas, quæ per intestina, ventriculum, liene, & præterea omentum dictum intercurrunt, ad hepatis portas porrigi videbis: nam & omentum, vnũ quoddam ex cibi instrumentis est, quod instrumentis primaria rõne factis ipsum q; cibũ cõficientibus veluti operculũ cõgenitũ, fouendi gratia preparatũ est. Itaq; relicto in præsenti libro intestinorum & ventriculi differentiarum examine, omnia, quæ dicturus sum, in vniuersis animantibus reperies, in quorum etiam consectionibus exercitandum te censui. Simias quidẽ primas collocaui, & maxime ex his ipsis, quæ hominũ figuram propius accedunt, sicut paulo ante relatũ est: deinde quibuscunq; animalis nomen cõpetit, hæc aũt omnia genere vno comprehenduntur, nominãturq; animalia simiæ confinia, grece πιθηκοειδῆ: his succedunt vrsi: deinde serratis dentibus prædita, mures, & solipeda dicta: ad hęc omnia sextum quoddam genus ruminantia comprehendit. Ea siquidem animantium genera veteres mihi innuere videntur, dum crebro præcipiunt libros anatomicos, quos ipsi scripserunt, in illis examinari animantibus, quæ non multum ab hominum natura, recedunt. Verum alimenti instrumentis non modo ipsa animantia, quæ in opere de vsu particularum enarrauimus, vniuersa fruuntur, sed etiam multa alia, quæ amplius ab hominum natura discrepãt. † Interim bifariam alimenti organa licet incidere, à posterioribus nẽpe abdomi- G nis musculis: vel à prioribus, vtpote peritonæo: ⅃ quemadmodũ quæcunq; conuolutim serpunt, repunt, & natant. Quid, q; ante hæc in elephantis, camelis, equis niliacis, atq; id genus alijs? siquidẽ omnia, quæ cõmemoraui in illo opere de vasis alimenti, vniuersis ipsis insunt. Quodcunq; igitur ex eis dissecandum habes, duplici modo aggredere, interdum à musculis in abdomine sitis incipiens, qui etiam tertij generis instrumentorum, quę nutritoria dicuntur, existunt: aliàs ab ipsis primis. Ab his sanè, q; dignitate primi sint: ab externis autem musculis, q; ordine primas obtineant.

† Verba adiecta.

De Peritonæo. CAP. 4.

AT ego nunc prius exequar, quę structurę ratione priora sunt. Itaq; musculos inferioris ventris vniuersos à mucronata chartilagine vsq; ad pubis ossa diuidens, in corpus quoddam tenue & latæ araneorum telæ simile incides, cui nomen inditum est peritonæo. Verum non tm̃ absolute sic peritonęum appellabitur, sed à nõ nullis hæc tota appellatio inditur, peritonæos membrana: à nõ nullis hęc integra, peritonæos tunica: sunt, qui etiam peritonæum tegumẽtum ipsum appellent. Cæterum hæc particula admodũ tenuis substãtiæ mẽbrana est, ex simplicium & primorũ corporũ numero, quę sanè etiam similaria nuncupare legitime solemus. Profectò peritonęum inde nomen sumpsit, q; pretẽdatur omnibus tum visceribus, tum intestinis, tũ vasis, quæ inter septũ H transuersum & crura habentur. Ita vero & alijs, quæ his interiacent, omnibus obducitur: ex quorum grege est & vulua, & vesica. Iam vero animal resupinũ, inquo consectionem molimur, intuitus, demissas ipsius partes audies, ſm profunditatem sanè, quæ propter spinam consistunt: ſm longitudinem vero, quæ iuxta os latũ dictũ vsq; ad coxas & pectinis ossa habentur: E contrario altas partes ſm profunditatem certe, quæ circa vmbilicũ & cutem ei continuam visuntur: ſm longitudinẽ aũt, quæ propter precordia consistũt. His itaq; vniuersis, & præterea ipsorum lateribus, quæ dictorum intermedia sunt, mẽbrana quædam tenuissima obtenditur, quam citra diuulsionẽ, præsertim septi, & musculorũ duorũ abdominis eam attingẽtiũ, singulorum quidem in vtraq; parte, sinistra & dextra, haud procliue est detrahere. Vbi.n. hi latum tenuem q; tendinem, puta nerueam ex ipsis subtilitatem, ediderint, peritonæos mẽbrana solutu contumax eis cohærescit: vt etiam abdominis suturã, (græce dicitur γαστροραφία) quam possibile est solius peritonæi facere, cum neruea exilitate dicta administrari norimus. Attamen, vbi seorsim peritonæum absq; omnibus ijs, quæ id cõtingunt, poteris inspicere, circulũ quendam referre videbitur, qui in quibusdam eius partibus laxos processus, in qbusdã foramina tm̃ obtineat. Porrò separare ipm̃ incipis, postq̃ inuenisti, vbi priuatim cõsistat nulli musculorum incumbẽtium adhærescens: vnus aũt hic locus est non multo

A.l.3.f.1.13. 1.c.1.fol.284

post

A post vmbilici regionem, vbi primum à transuersis secernitur musculis, & solum relinquitur. Quemadmodum igitur in hisce ipsum regionibus prompte conseruabis, solum ab vniuersis ambientibus detectum, ita & labor est seruare, cum primum conscendens in transuersos musculos incideris: Quin etiam substantiam ipsius manifesto cognosces, in quibus partibus solum detexeris, exacte contemplatus. Insuper deprehendes male rem intellexisse, qui ipsum cum neruea exilitate in abdominis vulnere sarciendo ceu peritonæum solum consuebant: nam in ascensu palàm conspicitur, cum propius vmbilici regionem accesserit, tenui transuersorum musculorum tendini connexum: à quibus ipsum haud mediocri negocio, quin aliqua parte dilanietur, liberari diximus. At, cum grande satis animal fuerit, rem propositam licet assequi, & peritonæum sibi continuum ad costas spurias vsq; conseruare: vbi transuersis musculis desinentibus alius excipit musculus ipsum videlicet septum. Etenim huius quoq; substantia musculus exactus figura circularis existit: quod in medio ipsius habetur, totū neruosum est: quod autē in orbem hoc ambit, vniuersum vsq; ad primos processus carnosum est: de quibus vberius in proprio ipsius sermone percensemus: præsens autem, quantum ad peritonæi communionem opus erat, iam explicatus est. Cessantibus enim trāsuersis musculis peritonæos membrana carnosæ septi particulæ oboritur: à qua eodem modo detrahere ipsum conuenit, quo & à reliquis musculis auulsa fuerit: verum in illis quidem iuxta animalis longitudinem ceu ad thoracem ascendebas: nunc ad profundiora descendere vsq; ad spinā oportebit, qm̄ septum huic connectitur. Non tamen peritonęi ad carnosam ipsius partem consortium admodum ægre soluitur, quemadmodum id, quod cum neruosa init: attamen studiose operi incumbentibus liberatur, quousq; ad cauam venam peruentum sit, propter quam gibba iecinoris septo transuerso adiacent, & connectuntur. Quòd autem phrenas vel septum transuersum dicere nihil interest, quis ignorat? Insuper ab hoc connexu ad sinistrum, peritonęum alter humilius cum ventriculi initio coit, quod iam etiam os ipsius appellant, stomacho iuxta has phrenas cessante. Ibidem igitur peritonæum expanditur, primum orificio ventriculi, deinde toti capacitati, crassius se ipso factum, vt labor non sit ipsum à ventre detrahere. Quanto autem inibi crassius est, tanto tenuius iecori obtenditur, omnesq; ipsius particulas ceu tunica quædam peculiaris contegit. Cuius nimirum gratia non nulli peritonæum ipsum tunicam appellant, qm̄ ventriculi, iecoris, lienis, renum, intestinorum, vesicæ, & vuluæ inuolucrum est. Porrò nihil affert discriminis, inuolucrum dicas, an tunicā. Itaq; iecore interea relicto peritonæum ventriculo obtensum sequere, donec ad extuberantiorem ipsius partem auellendo perueneris, quà magnam venam toti longitudini ventriculi sublimius insidentem conspicis: item numerosam quandam tenuium venarum seriem à sublimi illa vena in ventriculum propagari, aliam post aliam, vno ordine, vnaq; linea: quæ, vt diximus, pars ventris extuberantissima existit. Cum igitur peritonæum ipsi obtensum venis insertis occursarit, rectum ipsis statim cohærescens, sursum ad magnam vsque venam, à qua ipsæ nascuntur, pertendit: & inuolucrum, vallum, firmamentumq; eisdem efficitur: siquidem & duplex inibi habetur, quod videlicet ventriculum in orbem ambiens totum ipsum contegat. Cum vero in tali circuitu priorem ipsius partem accesserit, inde rursus ad eminētiorem pergens, in vasa ipsa ibidem incidit, quibus etiam ex alto descendens occursabat. Itaq; similiter ipsa comprehendit: &, quod à maiori vena sursum fertur, firmat: & in hac duarum peritonæi partium intercapedine ventris vasa consistunt: nihilominus tamen ipsis interiacet elatius vas magnum, cui arteria quædam sit apposita, vnaq; in ramos similes diffundatur.

De Omento, & reliquis partibus Peritonæi. CAP. 5.

AT, quemadmodum exiguæ grandium vasorum propagines in ventriculum demerguntur, ita in pronum, ceu ad vmbilicum, aliæ paruæ magnorum soboles ex alto deferuntur, duabus peritonæi partibus comprehensæ. Et hoc ipsum corpus tū ex duabus peritonæi ceu plicis, tū ex vasis, quæ media intra ipsas plicas cōtinentur, compositum, in quibusdam quidem animalibus haud multo infra, q̄ vmbilicus est, in qbusdā vero ad pubis vsq; ossa, procedit: (omentū Latini) veteres Græci bifariam vocant, epiploon & epiplun. Maximum id habent inter animantia homines, & simiæ: & inde plerique homines sæpe dicuntur epiploo comistæ, quasi dicas omenti gestores. Vocant enim sic herniam, cum omentum meatui ad scrotum descendenti incidit: quod mox dicturus sum. Ex reliquis animantibus nullum præter simiam huiusmodi affectu tentatur. Sed omentum hoc ab ipsis epiploi nomen sortitum est, qm̄ nulli intestinorum cōnascitur, nisi quod quibusdam pauculis ligamentis in dextra parte laxiori intestino, quod colon appellant, connectitur. Elatior itaq; omenti pars qualem'nam generationem habeat, exposuimus. De cæteris eius partibus deinceps agendum. Cum ad amussim venas inspexeris, quæ sub duplici peritonæo comprehensæ, ex gibbo ventris deorsum versus procurrunt, non cessandum est ab inspectione: verum vtrobique venam gibbum ipsius intercurrentem persequi oportet. Siquidem per dextram animantis partem deducet ad processum, quo tenue intestinum ex ventriculo oritur: altera parte ad lienis concaua: cuius visceris in sinistra positi, gibba ipsius pars ad extrema costarum, quas spurias appellaui, conuersa est, & quicquid his ad sinistra ilia contiguum est: concaua autem ad dextram partem inclinat, contra iecur & partes inibi sitas. Proinde vena, quæ à ventriculi gibbo ad lienis concauum

porrigitur, eodem modo lieni inseritur, quo etiam ventriculo sublimis, duplici fulta peritonæo. E Porrò mittit de se ramos quosdam, vt in ventriculo, numero sanè complures, magnitudine vero exiguos, partim in lienem, partim in omētum: nō tñ vas in lienē absumitur: sed, quod ex eo restat, vna cum arteriæ sibi iunctæ reliquo deorsum versus per sinistra ilia pertendit, quod generationis initium ei omento, quod in hac parte est, fit, & simul cum vasis procedit, catenus crescens, quoad illa fuerint absumpta ramorū instar in surculos germina q; diffusorum. Eodem modo in dextris ilijs omenti portio descendit cum illius loci vasis, quæ in ventris gibbo se contingunt: quapropter & hic illud tanq̄ indicem secutus, ad amussim ipsius originē conspicies. Hę igitur prope ilia partes situm habent inter regionem superiorem, quam ex ventris gibbo prodire dixi: & inferiorem, quam non dū sermone explicui: vtraq; vero ex his ipsis ilium sedi continua est. Atqui non hoc solo nomine differunt, q̄ altera superposita, altera subdita sit: immo etiam alio nō paruo discrimine, puta vasorum magnitudine, euariant. Nam subiecta omenti portio pauciores venas & numero & magnitudine obtinet: enascitur aūt ex ventris simis, vnde & vasa habet ex ijs, quæ in ventrem inibi propagantur, reliquias quasdam simul ipsi deorsum versus abducentia. Omnes hæ particulę sibi mutuo continuę sunt, ac corpus vnum, omentum videlicet, constituunt, figura maxime marsupij & sacculi & peræ: quod orificium quidem ex ventriculo exortum superius & inferius obti- F net: totum vero eius spatium adusq; fundum, quatenus ex dictis consistit principijs, deorsum versus procedit. Id autem habere sic euidentius deprehendes, si ipsum inibi abscissum, & nulla alia parte vel perforatum vel diuulsum cupias implere aut liquida aut solida substātia: ab ea siquidem totum, si integrum sit & sibi cōtinuum, marsupiorum modo replebitur. Iam nullus labor est etiam perfecte animali id eximere: nempe breues adhuc connexus supersunt ad lienem cωlon q; ipsum, postq̄ à primis processibus totis fuerit separatū. Adnascitur itaq; nō nunq̄, sed raro, etiā iecinoris fibræ, alias alij, & spuriæ cuidam costæ: neq; huic vni perpetuo, sed vt euenerit. Cęterum ferè semper ab alijs omnibus liberatur, seiunctum q; est, præterq̄ his tribus, ventriculo, liene, & cωlo, quibus semper connexum est. Quale nam igitur sit omentum ipsum, & vnde oriatur, si ad dictum modum sectionem aggrediaris, haud ęgre inuenies. Porrò reliquis omnibus, quæ ipsis sunt, sublatis, peritonęū detrahes, à gibbo quidē ventriculi iterū incipiens vsque ad pyloron & intestinorum originem, ab inferiori autem extremo (vbi solum ipsum esse dixi citra neruosam transuersorum musculorum exilitatem) ad pubis ossa accedens: hinc.n. ipsum vesicæ & vuluę obtendi, cōspicies, &, si iterum elatius per demissas in imo partes conscendas (vbi mesenterium est, quod & mesarçon vocatur) lumborum etiam partibus vniuersis, in quibus & renes habentur. Adibis hęc etiam, si su G perne descenderis: sicut.n. dixi initio, peritonęum, cum vnum existat sibi continuum, tum priore ventris parte omnibus cibi instrumentis obductum est, tum spinæ suffultum pariter & circundatum. Non tamen ęqualis ipsi crassities in omnibus, quibus obtenditur, vt retuli, inesse apparet, sed in quibusdam se ipso crassiore constat substantia, in non nullis tenuiore: in iecore quidem, veluti & prius expositum est, tenuissimum visitur: ita quoque in liene: minus autem in renibus: crassius in ventriculo est, intestinis, vesica, & vulua. Quare quibusdam imposuit, tanquam peculiaris pars esset earum, quas modo commemorauimus. Tale autem merito nimirum circa instrumenta creatum est, quæ aliquando repleta in tumorem attolluntur: melius enim erat, vt ipsum cum his simul extenderetur: quod, si admodum esset tenue, non citra offensam sustineret. Hęc autem omnia peritoneo contegi, si prædicta ratione ipsum detrahas, addisces. Insuper, mesenterium quomodo ex eo nascatur, cognoueris, primum, si quę circa pyloron & intestinum, quod ἔκφυσιν hoc est productionem, vocant, habentur, denudaueris: deinde per continuum, ieiunum & tenue intestinum totum, postea crassum: hæc enim omnia peritonęum orbiculatim comprehendit. At, cum permulti in eis sint anfractus, necessario pars ipsorum anfractuum altera gibba: altera concaua est, in quam sanè vasa, quæ per mesenterium ad vnumquodq; intestinum excurrunt, inseruntur: per gibbam H vero neque vas aliquod intestinis immittitur, neque alius quidam connexus est, vel ad aliud instrumentum, vel inuicem. In his igitur partibus non sine ratione omnia facile separantur à peritoneo, deteguntur q;: in concaua parte auelli magis, quàm separari, vasis necessarium est. Ac ideo, in quibus animantibus sanguis natura humidus est, & aer calidus, & mors non multo ante pręcessit, sanguis simul, ac animal fuerit iugulatum, ex vasorum, quæ abrumpuntur, oris profluit. Sin autem multo ante animal sit mortuū, vel iugulatum, vel crassi succi, quemadmodum canis, & leo, vel etiā aer frigidus, sanguis ex vasis non effunditur.

A.l.3.f.13.t.1. 1.fol.284.f.

De Mesenterio ac arterijs eius, & venis. *CAP. 6.*

PORRÒ necessarium tibi est dicto modo administrationem obeunti, omnia intestina eximere, mesenterio in animali relicto, quod etiam mesarçon appellant, vtroq; nomine ab accidentibus ipsi indito: mesenterio quidem à situ, mesarço autem à peculiari substantia: nam & medium inter intestina situm est, & omnes venas ex iecore in ipsum descendentes vna cum vicinis arterijs & neruis in orbem complectitur, quemadmodum intestina singula. Vbi igitur vasis & intestinis obtenditur, simplex est: vbi vero ipsis medium interiacet, non amplius indumenti vsum, sed copulæ exhibet: duplex enim est. Atque hoc tibi licet, vel citra omnem commemoratam disse-

ctionis

A ctionis consequentiam, mox vbi ventrem imum diuiseris, tuo marte cognoscas, atq; alteri etiam indices. Nam acutiore scalpello partem cuiusque anfractus intestini magis gibbam mediocriter incidens, vt exteriorem quidem, siue membranam libeat dicere siue tunicam, diuidas: interiorem vero non conuulneres: ipsum vtroq; sectionis labro detrahere molieris, donec ad partem magis si mam illius orbis perueneris: vbi maxime diligentia adhibita alterutram partem detegendam sequere. Hinc.n.accidet, vt, cum primum vtrisque incideris, ne alteram quidem ipsarum cessare videas: † secundo in ipsis ex duobus quibusdam cōstant corporibus: tertio ex quinq;, quoniā vesica vulua q; vno constant corpore, tunica est peritonæa: } hic enim mutuo se conscendunt, & duplex efficiūt corpus, mediū ' inter singulas venas positū, quæ in anfractum deferūtur: his præterea arteriā quandā neruum q; admodū exiguum esse adiunctū diximus. Quemadmodum igitur singula intestina à peritonæo circulatim tota comprehensa, extrinsecus conteguntur, sic & composita ex tribus instrumentis, arteria vena & neruo, tanq̄ vnum quoddam corpus, à peritonæo obducuntur. Cum autē multæ sint coniugationes ex arteria vena & neruo in singulis orbibus: insuper multa inter eas spatia, in quibus duplex habetur peritonæum: mesaræi substantia ex eis cōficitur, omēti substantiæ persimilis, etenim & illud, quà arteriam recipit & venam neruum q;, ceu vnum corpus orbiculatim induit. Quod vero in horum medio consistit, nihil aliud, q̄ peritonæum duplex est, non tamen substantiæ similitudo euidenter apparet: præstat autem dicere, eadē essentia omenti & peritonæi, propter pinguitudinis copiam, quam totum omentum inter vasorum regiones amplectitur. Quòd si obesum animal abunde sit, eatenus augeri pinguedinem accidit, vt interdū vasa conscendat: quanq̄ in huiusmodi animantibus etiam alias plerasq; peritonæi partes pinguedinem habere conspiciamus, præsertim in quibus non grandia vasa habentur, & viscera longius absunt: quippe à calore liquescit, à frigiditate conseruatur: atq; huius rei gratia semper in neruosis partibus consistit & ijs, qui ociosam vitā agunt, abundat. Talis sanè peritonęi, & eorum, quæ ex eo gignūtur, natura est. Porrò mesenterij arteriæ ac venæ, quę veluti radices in concauā anfractuum partem inseruntur, inuicem coeuntes, ceu in arboribus radices, ad vnum omnes principium perueniunt. Itaq; venas omnes, quæ ad iecoris portas in vnum colliguntur, ex facili comperies: arterias autē non ita facile, vt quæ magis exangues sint, & crassiori tunica obductæ principiū habeāt exangui corpori contiguū, † in quo totū mesenteriū cū intestinis habetur: quod sanè etiā mesenterij appendiculum nominant, ligamenti naturā habens. Sursum autem hoc tendit, adiacentes sibi habens arterias ad eam partem spinę, quę inter septū transuersum & renes habetur. Huc aūt pertinet etiam mesenterij arteriarum ' principiū, quod aliàs ex vna radice statim bipartitur, aliàs statim ab initio duplex apparet: sed huiusmodi in vasorum consectione accuratius exequemur.

A.l.3.f.16.t.1. & 1. fol. 332.h

A.ibidem. f

† Verba adie cta.

† Græce sic legitur, ἐφ' οὗ σύμπαν ἔχει τὸ μεσεντέριον τοῖς ἐντέροις, ὃ δὲ καλοῦσιν & cæt. locus obscurus.

De Ventriculi & Intestinorum Tunicis. CAP. 7.

IAm vero exemptis omnibus intestinis, ventriculi totius, iecoris, lienis, renum, vesicæ, & vuluæ in fœminis, natura cōsideranda est. Licet etiam intestinorum ipsorum substantiam, qualis nam sit, administrando discere. Ac pręstat huiusmodi per se ex toto corpore exempta inspicere: nam ad lucem ipsa, prout libeat, poteris vertere, et multifariam aliàs in aliā figurā trasferens, omnium in ipsis particularū discretionē exactam tenere. Satius forsan erit ipsis propositis mesenterij glandulas inspicere: ad quas vasa quædam ab ijs, quæ ad intestina feruntur, porrigi manifesto licet intueri. Nec non integrum est post exempta quoque intestina ipsas in mesenterio vnà cum proprijs vasis conspicere: de quorū natura in consectione glandularum dicemus. Quæ igitur libris de vsu particularum sunt comprehensa, omnia vera deprehendes in ventriculo, intestinis, & alijs instrumentis, quæ ad cibi distributionem natura condidit: verbi gratia, duas esse ventriculi singulorum q; intestinorum tunicas, sic enim nominant complexus, vnde confiunt, id q; non admodum proprie, nam operimentum tegumentum q;, tunicæ vocabulo significatur: vnam autem vesicæ, sicut & vuluæ: quam enim non nulli secundam in his, tertiam vero in ventriculo & intestinis arbitrātur, peritonæum est ipsis obtensum, vt præmonui, tunica q; re vera est. At vētriculus ipse ex duobus latis tenuibus q; corporibus constat, ceu plexibus sibi inuicem coniūctis. Habet aūt interior ipsius pars fibras rectas, exterior orbiculares: cum peritonæum nullas obtineat, sicut nec alia quæuis membrana: simplex.n.omnino corpus est totum, haud tamen araneorum telæ modo needum contextæ. Atqui intestinis pleræq; circulares insunt fibrę, quibus paucula recta ipsis superposita sunt.

De Iecoris differentia in Homine ac in cæteris Animalibus. CAP. 8.

OMnia igitur hæc cunctis sanguineis, non modo sex generibus animantium, inesse cōfirmamus. Item eisdem omnibus & iecur inest. Quæ vero iecur habent, ijs & lien omnino inest. & meatus bilis receptores: etsi vesicam, quæ amaram bilem colligit, haud omnibus ideo concesserit natura. Non tamen vera dicunt, qui de omnibus ea carentibus scripsere, quemadmodum & Mnesitheus de elephanto prodidit: huic siquidem & vesica in iecore inest, proportionalem toti visceri magnitudinem obtinens: at situs idem, ipsam sortitis animalibus, in maxima fibrarum iecoris perpetuo est. Non tamen iecoris fibræ pares numero in cunctis animantibus, vel genere vel specie, habentur: quemadmodum neque magnitudo est ęqualis tum fibrarum, tum totius visceris. Gulosis quidem & timidis inest magnum iecur & multifidum, contrarijs vero diuersum. Quibus

autem magnũ eſt, in plures maioresq́ fibras, q̃ hominibus fiſſum eſt: quanq̃ in ipſis hominibus E vniuerſis nec magnitudo, nec fibrarum numerus ſimilis viſatur. Exactiſſime igitur de ipſo ſcribens Herophilus, hunc in modũ diſſeruit. Iecur "humanum, ſi ad alia quædam animantia eiuſdem cum hoĩe magnitudinis conferas, perquàm magnũ eſt: & quà ſeptum tranſuerſum attingit, gibbum eſt, & læue: quà vero ventriculũ & ipſius gibbum, cauum eſt & inæquale. Porrò aſſimilatur cuidam rupium interuallo, quà & fœtibus ex vmbilico vena in ipſum innaſcitur. Verũ in oĩbus non eſt ſimile, ſed latitudine, craſſitie, altitudine, fibrarũ numero, inæqualitate ex anteriori parte, qua craſſiſſimum eſt, & ſummitate orbiculari, qua extenuatur, inuicem diuerſum eſt: etenim in quibuſdam ne fibras quidẽ habet, ſed ex toto rotundũ eſt minus q́ rectum, quibuſdã duas, alijs plures, multis & quatuor obtinet. Hæc itaq́ Herophilus recte. Præterea ſiniſtram ipſum occupare partem paucis in hominibus, nõ aũt in paucis alijs animantibus, vere prodidit in hoc ipſo libro ſecundo de confectionibus. Solius quidẽ leporis ipſe mentionẽ faciens, nobis de alijs aĩantibus conſiderãdũ reliquit: quæ procedẽti cõmentario enarrare decreui. In præſentia.n. quantũ ad commentarios de vſu partiũ cõduxerit, dũtaxat exequar. † Quòd vena ſuperficiaria, & caudicis nomine στελεχιαία græce appellata, vnde oẽs aliæ venæ ſanguineis ac pedeſtribus aĩantibus procedũt, vtilium cognitionẽ prębet. Obiter vero nõ paucas differẽtias cõmemorare cogor, ſicut profecto et nunc F in iecinore cuius maxima portio in omni animantiũ genere dextrã ſedem occupat: quanq̃ & ſiniſtrę portionẽ, ſed non æque in oĩbus, cõprehendit, verum (vt Herophilus ſcripſit) in lepore plurimũ. Ego vero & cunctis reptilibus: & quibus id eſt maximum, vt timidis & guloſis, aſſero.

A.l.3.f.14. t.t. c.1.fol. 38.g

† verba adiecta.

De Inteſtinis. CAP. 9.

IAm vero "inteſtinorum natura, quatenus inteſtina ſunt, omnium eadẽ habetur: magnitudine autem & numero orbium ſeu anfractuum euariat, vt omnibus iam cõſtare arbitror. Elephanto ſiquidem inteſtinum eſt latiſſimum, equo ſimillimum: ſui, in multos conuolutum orbes & longiſſimum, quod etiam haud mediocres in particulis differentias ſortitur: eaſdem in homine & ſimia obtinet. Primum itaq́ totus exortus (ἔκφυσις dicitur,) quem ex pyloro inteſtinum excipit, talibus ſatis eſt anguſtus. Ab hoc, quod à duodecim digitorũ longitudine δωδεκαδάκτυλον appellant, vt Herophilus vere prodidit, multifariam conuoluitur in orbes, vaſorum complurium ſerie contextos: quod ieiunum nominant, quia ſemper cibo vacuum inuenitur. Inde tenuius inteſtinũ eſt, ſubſtantia huic ſimile: differt autem, quòd neq́ vacuum reperiatur, neq́ tot vaſis ſcateat. Deinde cæcum appellatum. Poſtea cωlon. Ab hoc in extremo rectum appellatum inteſtinum ad ſedem vſq́ porrectum eſt. G

A.l.3.f.16.t.t. c.1.fol.331.h

De Liene. CAP. 10.

SIc & lien in ſiniſtra parte cõſiſtit, concauo ipſius in dextram conuerſo. Atq́ vena quędam ex iecinore ad ipſum pertinet, cuius proceſſus in ventriculũ deriuat. Poſtq̃ ergo oĩbus lienis partibus ꝓpagines ſunt tranſmiſſæ, quædã pars huius venæ ad gibbum ventriculi ſurſum emergit, q̃dam in ſiniſtrã omenti regionẽ diuaricatur. Etenim & hæc in oĩbus ſanguineis animantibus communia ſunt. Non tñ lienis magnitudo, neq́ color idẽ oĩbus ineſt: quippe leo, canis, omniaq́ fortia & calida animalia nigrũ affatim obtinent: ſus autem, humidiora q́ & frigidiora albicantem magis. Omnes igitur eiuſmodi animantium differentias proximo commentario explicare conabor, quò abſolutam naturæ operum peritiam conquirat, quicunq́ in hanc rem incumbit. Nunc, vt initio inſtitui, digrediar ad id, quod ex cibi inſtrumẽtorum confectione reſtat. Vbi.n. peritonæum, vt dictum eſt, detraxeris, & ꝙ hoc cum omnibus iuxta ſeptum inſtrumentis, et illa inuicem conſortium habeant, inſpexeris euidenter, ſingula incidito, inijciens laminam æream, aut ferreã, aut argenteam, aut ligneam. Solent autem anatomici laminas appellare communi vocabulo huiuſmodi inſtrumenta, ſcalpella, ſpatoſmelas, amphiſmelas, ſpecilla, oricularia quibus ſimilia ex ligno denſiori licet conficere, ſicut nobis ſunt ex buxo, quæ huc magis conferunt, ne ſcalpellum quandoq́ cõfringatur. Porrò vtor eis, vt dixi, vaſorum oris immittens, in iecinore quidem venæ ad portam ſitæ, quam recentiores anatomici ꝙ aliarum veluti caudex ſit, στελεχιαίαν nominant: & duplici gibbæ ipſius partis venæ, quæ ſurſum deorſum q́ porrigitur: in renibus autem per grandium vaſorum ſpinam occupantium proceſſus ad meatus vrinarios: tum in alijs, vt dicturus ſum. H

De Iecore, & eius Vaſis. CAP. 11.

VErum prius "de iecinore ſermonem abſoluam. Hoc nanq́ viſcus venas ex meſenterio ad cõcauam ipſius partẽ pertinentes excipit: vocant aũt hunc locum, in quem oẽs venæ colliguntur, portas iecinoris. Hic itaq́ reperies maximum venæ os in oĩbus ſanguine præditis animantibus: in quod vna ex præparatis laminis demiſſa (ſint autem plures, hę tenuiores, illę craſſiores, vt ea, quæ maxime congruat, vtaris) per ſingulas fibras leuiter ipſam ꝓpellens, ſubſtantiam incumbentem ſcalpello pręcides, donec ad hanc venã perueneris, in qua inſtrumentum per portas intra viſcus demiſſum cõtinetur. Hoc aũt ſub tenui tunica tranſmiſſum euidenter apparet. Mos enim eſt anatomicis & vaſorũ corpora, tunicas appellare, ſicut paulo anterius in ventriculo dictum eſt: cuius duas eſſe tunicas retuli, ſeu plexus quoſdam mutuo ſibi incumbentes. Cæterum vniuſcuiuſque iecinoris venæ tunica admodum tenuis eſt, qualis nulla in toto animante alia. Hac autem

A.l.3.f.14.t.1 c.1.fol.307.e

detecta,

A detecta sic, vt non dissecueris, carnem visceri circundatam, vasis inde procedentibus intermediam adimito: siquidem à portis in singulas fibras, quotquot fuerint, venam vnam grandem porrigi deprehendes: qua in multas exiles diffusa, tanquã caudice in ramos, deinde rursus illis ceu in surculos quosdã discissis, postea illis veluti in germina quædam tenuia desinẽtibus, quantum vasa interiacet, totum visceris carne repletum est. Eam vocant Erasistrati sectatores parenchyma. Hanc igitur substantiam, siue carnem mauis appellare, siue parenchyma, stipationis modo omnibus inter vasa scissa regionibus expositam, tuismet digitis poteris eximere, vt vasa vnam illam fibrã, cui prius instrumentum præparatum indideris, pertexentia, nuda relinquantur. Quod enim in vna tibi fibra conspectum fuerit, id in omnibus cõperies. Itaq;, si animal amplæ magnitudinis extiterit, vnà cum venis, & meatus, qui bilem recipiunt, & arterias ipsius, dum in iecore, sicut ostensum est, detegis, conseruare erit integrum. Sin autem paruum fuerit, non adeo ad fibræ cuiusque extremum tria vasorum genera poteris salua relinquere. Præstat igitur in alijs animantibus eiusmodi consectiones administrare: in quibus, etiã si iecur toto corpore sit exemptum, manifesto propter portas, & arteria & vas biliosum conspiciuntur, vt etiã ante, q̃ sit exemptum, iuxta venam porrecta. At in minutis animalibus illo quidem exempto nihil omnino apparet: non dum vero exem- B pto primam in ipsum arteriæ productionem palàm est intueri: etenim arteriæ vas magis, quàm vena, candicat.

De meatu Fellis. CAP. 12.

VErum sequi ipsam in ramos abolitã adusq; extremum nõ amplius poteris: sed mox, si exacte portarum regionem sequaris, spectabis ẽt meatum ex bilis vesica ad intestinorum productionis initium peruenientem, nõ multo inferius, q̃ pylorus habetur. Talem vero pylorum in nõ nullis animantibus conspicies, qui crassam propria circunscriptione ventris substantiã obtineat, vbi tenue intestinum ex ipso primo oritur. Quidã non prius id vocare intestinum dignantur, q̃ in orbes anfractus q; cõuoluatur: atq; ideo alij simpliciter productionẽ, alij cum appendice duodenũm digitorum, græce ἔκφυσιν δωδεκαδάκτυλον, appellant. Interim meatus biliosus, quà huic inseritur, exiguũ de se ramum supra pylorũ emittit. Quin & particulã admodũ paruã simul cum vena, q̃ ad viscus sursum pertẽdit, in membranã extrinsecus ambientẽ deferri spectabis, preterquam, q profundius cum ea diuaricetur. Omnia itaq; hæc accurate intuitus, deinde, quà iecur maxime gibbũ est, accedes, illam ipsius fibrã incidẽs, cuius cõcaua in parte venas detexeris: quippe venas similiter in gibba sine arterijs propagari cernes. At multo minus fellis meatus, græce χολώδεις appellati, in hac parte visceris habẽtur: quos nõ; ita solũ vocant, sed ẽt χοληδόχους vel per ο literã, vel per η secundã syllabã proferentes, sicut & ipsam in maiore iecoris fibra vesicã noĩant. Venas autẽ cõtueberis hic quoq; tenues simul & nudas quolibet indumẽto mẽbraneo, quale mesenterij vniuersis inest: quas ẽt huius gratia nõ nulli duas habere tunicas arbitrãtur. Itaq; venã oẽm fibras varie ipsam intertexentes, tunicam vero vnam habere nouimus, atq; eã peculiarẽ semper, nisi sicubi sublimis, & nõ affixa procurrat, membranas quasdã vice tegumentorum simul & firmamentorũ desiderans. De arteriarum vero tunicis, in cordis dissectione, libro sequenti persequar.

A.l.3.f.15.t.1. 1.fol.325.c

De Renibus, ac meatibus Vrinarijs. CAP. 13.

A.l.3.f18.t.1. 1.fol.356.c

NVnc aũt ad renes ire tempestiuũ est: quorũ dexter in omnibus animãtibus eminet elatior, nõ nũquam grandẽ iecoris fibrã attingens. Porrò à spinæ vasis, arteria nempe & vena, inseruntur in eos haud exiguæ magnitudinis vasa, simijs quidẽ singula vtrinq;, alijs aũt qbusdã animãtibus, vt rursus dicetur, bina. Insuper concaua in sese conuersa obtinent, gibba vero ad animantis latera aduersa. At in animalibus non magnis laminã demittere vsq; ad concauã maxime vtriusq; partem poteris, haud tamen in eundem ipsorum ventriculum immittere. In maximis vero, si post mortem statim indideris, manifesto in renis sinũ permeantem conspicies: item, quà vtrunq; D vas inseritur, in plures palàm ramos diffundi. Euidenter tamen renis sinum cernes, & si animal grande non fuerit, corpore quodam membraneo circundatum: aliqua vero ipsius parte non procul à vasorum insertione alterum quoddam corpus obtinet concauum & oblongum: quod non nulli iuxta communem omnium concauorum & oblõgorum corporum appellationem, vas nominant: quidam meatum: alij arteriam: sunt, qui venam nuncupent. Tu autẽ, si mihi & Platoni auscultas, noĩbus semper neglectis ad rerum scientiam primum & præcipue incumbes: deinde cũ alterũ, quendam doces, perspicuitati studebis, cuius & Platonem & nos pro virili curam habere vides. Cæterum os huius meatus sensui expositum est, licet animans non adeo grande fuerit. Ac duplici via ipsi poteris immittere aliquod ex præparatis instrumentis, tenue, siue amphimelon, siue spicillum libeat appellasse: sin autem tenuiori opus fuerit, etiam melotidem. Interim ex sinu renis, cum ipsum patefeceris, ceu ad meatum: rursus de meatu per os in renem demittis. Nominatur autem meatus iste græce ab vrina οὐρητήρ: cui vnica peculiaris tunica adest, quę similiter alijs omnibus quęcunque peritonęo suspensa sunt, obducta est. Frustra autem de hoc meatu vrinario contendunt quidam ex anatomicis, melius'ne sit ipsum arteriam appellare, an venam: constat enim vna tunica, quemadmodum venę, non tamen ita gracili, sicut illæ. Porrò si exteriore ipsa membrana ablata libeat iuxta longitudinem dissecare ad vesicam vsque, tum vesicę

ſicæ ſubſtantiæ ſimilis apparebit,exempto videlicet & illius tegmine: tum meatus in ea naturam E inſpicies,qui obliquus ſimul ad ipſam pertinet,& huiuſmodi internæ ipſius regionis operculum ſortitur,quale in columbarijs ſcyphones appellati. Atqui hoc operculum non à veſicæ ſubſtãtia diuerſum eſt,ſed corporis ipſius vna quædam portio, ſimul cum eius forma tam prudenter concinnata,vt ab ijs ſolis adaperiatur, quæ per meatum deferuntur. Mox autem deprehendes, cum meatus vrinarios peritoneo nudaueris, & arterias & venas ſimiliter ſuſpenſas ad peritonęi foramina obliquas deduci. Incipiunt itaq; ab ima regione, vbi peritonæum magnis vaſis obtẽditur. Porrò,quæ ad teſtes feruntur,ab exortu ſede lumborum relicta,ad inguinũ principia ſemper elatius procedentia,peritonęũ ipſis porrectũ in orbem cõprehendit,tranſmittens eadẽ aduſque ſublimes ſui partes, vbi vtrinq; foramine peruium eſt: etenim, quæ cum vaſis ipſius procedit, longa propagatio eſt. Cæterum, in quibus dixi partibus,perforatum eſt grande peritonæũ, quod ſphęræ cuiuſdam modo conſtructũ eſſe diximus. Itaq; meatus ad teſtem pertinens, exigua magni in abdomine peritonæi ſoboles eſt. Qui aũt ambit arterias venas q; ad teſticulos ꝓcurrentes, non ſanè ab altero magno in lumbis peritonæo procedit, vaſa quidem teſtes alentia, vt dictum eſt, complectens, cæterũ cum ipſis per meatum † cõmeãs. Proinde duplex ibidem peritonæi propago efficit, altera ad meatus generationẽ, ac ſi vas nullũ eſſet, deductura: altera vero, vt ſit indumentum vaſorum, quæ teſtem nutriunt, tanq̃ ſi ea per meatum aliquem non efferrẽtur. Hæc igitur propter peritonęi communionem dicta mihi ſunt, etſi ad inſtitutum ſermonem non pertineant. F

† *deorſum cõmeans.*

De Muſculis, qui retinendis, & propellendis excrementis præſunt. C A P. 14.

SVpereſt aũt, vt tertiam cibi inſtrumentorum differentiã cõmemorem, quę nimirum muſculi ſunt. Alij in abdomine, qui non excrementis tm̃ egerendis, ſed ad efflationes quoq;, & voces ędẽdas, haud parum afferunt virtutis: Alij in ſede ad ſtringendum claudẽdum q; meatus extremũ accommodati: rurſus, cum in deiectionibus eductus fuerit, reuellentes: Veſicæ vero, vt claudãt ſolum, appoſiti. Proinde in abdomine ſitos ſtatim in prima animantium cõſectione ſatius eſt adminiſtrare: ſiquidem oĩno ipſos in animante diſſecturus es. Qui vero in ſede habent̃, niſi prius inteſtina eximas, dirimas q; pubis oſſa, clare cõſpici non poſſunt. Quomodo igit̃ id facias, mihi quidẽ iam dicendi, tibi vero audiendi, tẽpus eſt. Quoniã pubis oſſa chartilaginis interuentu in priore parte inuicem coeunt, lineã commiſſuræ inuenire diligenter conaberis: ſi enim ſecundum illam valens & grande ſcalpellũ adegeris, facile ipſa inter ſe dirimes. Quo facto mox ẽt cutem baſi ipſorũ ſubditã alacriter ſeparabis, id q; citra ſedis diſſectionem: deinde vtroq; oſſe prehenſo, quod iliũ dicitur, in exteriora detorquebis, donec & hęc à commiſſura lati oſſis, quod etiam ſacrum appellatur, fuerint ſoluta: quippe ſic omnia in illa regione erunt conſpicua, quam & latũ & pubis oſſa cõprehendunt. Hæc igitur omnium inſtrumentorũ, q̃ inibi ſitum habẽt, cõis eſt adminiſtratio. Nã, ſi arterias, aut venas, aut neruos libeat inſpicere, aut veſicam, aut vuluam, aut muſculos ad grandẽ femoris trochantera porrectos, prius pubis oſſa inuicẽ ſeiunges: mox in exteriorem partẽ vtrunq; ilium os torquebis, à commiſſura, qua cum lato oſſe coartãtur, ſeparans. Verum ad id, quod inſtitutum erat, veniundum eſt. Vtriq; ſanè pubis oſſi ab interna parte multam ſuperpoſitam carnẽ ſpectabis, quę membranoſo ex ipſis oſſibus profecto ligamine orbiculatim contegitur. Quantũ vero ex ea ſacri oſſis regioni continuum eſt, id ligamentum habet ex illo ſimul procedens, iam dicto contiguum. Hoc igitur modo quodlibet ligamentum, tum quod ex lato oſſe, tum quod ex pectine oritur, vnũ muſculi caput efficitur, non magni quidem, ſed mẽbranoſi, lati q;, ad ſedis vtrãq; partem producti: quem ſi integrũ oĩno perſerues, actio ex ipſo ſitu innoteſcet: multo magis, ſi, vt oſtenſum eſt, detecto à vicinis toto muſculo & ſede, mox capite, quod retuli, prehenſo, ad illud ſedem per muſculum attrahas, quomodo reuellatur, videbis. Nullus autẽ alius muſculus è regione collocatus ipſam detrahit, vt in plurimis particulis habere certum eſt: ſed à muſculis in abdomine ſitis, qui vnà cum ſepto tranſuerſo inteſtina premũt, & † per illos, quodcũq; in ipſis cõtinet̃, tũ ſe H dẽ propelli contingit, tũ frequẽter adeo extrudi, vt ne à duobus quidem relatis muſculis prompte queat retrahi. Eo igitur tpe, quo animal aluũ exonerat, octo abdominis muſculi pariter cũ ſepto pro cõi oĩum muſculorum functione tenduntur, orbiculari muſculo relaxato, qui circulatim ſedẽ complectitur: reliquo oĩ tempore circularis hic muſculus conſtrictus ſedis os cludit: quem & ipſum facile ſpectabis, cute tota, quæ hiſce locis obducitur, primum amputata. Poſt hoc aũt & membraneorum corporum cum oſſe coccygis commiſſuram cuti miſtam, ſedis extremum gignit, quã tum extra circularem muſculum eminet. Idem vero hic muſculus oſſis coccygis principium ſibi ſubiectum, ex poſteriore parte continet: priore, alterius muſculi interuentu peni connexus eſt, de quo in generatiuorum inſtrumentorum confectione ſpeculabimur. Nũc aũt, cum veſicæ termini muſculum, vbi primum vocata ceruix ipſius oritur, detexeris, manifeſto iam ſimilem eſſe orbiculari ſedis, tum functione tum vſu, cernes: quippe & hic, ſicut ille, orificium, cui eſt ꝓpoſitus, conſtringit: vnde etiam appellant, vti illum, ſic hunc, nõ nulli σφιγκτῆρα, quaſi dicas ſtrictorem. Reſtant autem octo muſculi, totam inferiorem ſepti regionem tenẽtes, qui cibi potius, q̃ ſpiritus inſtrumentis, à natura conditi ſunt: de quibus nihil præterea dicere opus eſt, vt quos prius in externarum partium confectione libro ſuperiore retulerimus.

† *per illa.*

Galeni

GALENI DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIBER SEPTIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI

De corde,pulmone,& arterijs,quæcunque in mortuo, & viuo animali conspiciuntur.

Quæ sint Membra Spiritalia. CAP. I.

HOc libro,quomodo spiritaliũ instrumentorũ cõsectionẽ administres, explicare proposui. Cũ vero cõis illius quoq; sermo existat,quẽ supioris libri initio de alimẽti vasis ꝓsecutus sum, nõ cõuenit mihi ipsum repetere: singulis aũt,qui hęc legũt cõmeminisse est necessariũ. Pulmo igitur,cor, & thorax, principalissima spiritus instrumẽta sunt. Mox arteriarũ genus duplex: vnũ quidẽ à sinistro cordis vẽtriculo in totũ corpus ꝓpagatũ,q̃ oẽs eodẽ rhythmo cũ corde pulsant,(porrò oĩum ipsarũ vnus cõis veluti caudex aliquis existit arteria maxima,quã nõ nulli hoc ipso noĩe vocãt maximã,alij simpliciter magnã,alij crassã,aliq aortã:) alterũ aũt genus arteriarũ est, quas nominãt asperas: in ceruice qdẽ vna maxima,p pulmonẽ aũt vniuersum multæ huius series ramorũ. Supiori,dictæ in collo grãdis arteriæ,extremo,veluti caput quoddam,incumbit particula, larynx appellata: dicitur autem hæc etiam à recentioribus anatomicis bronchi caput,eo q & ipsam totam asperam arteriam non ita solum,sed bronchum quoq; nuncupant. Hæc itaq; vniuersa ratione primaria natura cõdidit,quædam necessarij ad vitam ipsam vsus gratia: quædam vtilia, non tamen animantibus necessaria. Verum de his in opere de particularum vsu libro sexto & septimo definitum est.

De Succingente membrana. CAP. 2.

IAm vero aliã quandã cõstruxit particulã,q̃ & substantię pitonæo similis cõpos est,& eundẽ vsũ oĩbus spũs instrumẽtis,veluti illud cibi,exhibet. Præterea,vt peritonæũ illud à græca verbi etymologia dicitur,q alimẽti vasis prætendatur: ita hæc succingens,quia costas totas intrinsecus succingat. Ad hæc similiter illi alias quoq; duas sortitur appellationes,ab his membrana,ab illis tunica nominata: membrana quidem ab essentia,tunica vero ab vsu: quippe araneæ modo prætenuis, ac ex toto sibi similis costas succingit: indumentum vero est, ceu tunica quædam, omnium spirationis instrumentorum. Itaq; & peritonæũ exacte mẽbrana est, quemadmodum precedenti libro expositũ est: item hæc succingẽs noĩe,exactam mẽbranæ naturã obtinet: nec non tenuis cerebri mẽbrana,græce meninx dicta: ad hæc,q̃ ossa ambiunt: & musculorũ ipsorũ peculiares: postremo cordis inuolucrũ. Atqui corpora membranosa plerisq; in locis citra hæc consistũt,quædam ex ossibus,ligamentorũ substantię instar,procedentia: quædam ex neruosa musculorũ exilitate tendinũ modo generant. Verũ *succingens hæc membrana oĩbus intra thoracẽ instrumẽtis obducit: quẽadmodũ peritonæũ vasis,quæ infra septum habentur, obtendi dictũ est ostensum q̃; Ex ipsa aũt membranę thoracẽ intercipientes nascuntur: atq; hac sola re structura ipsius à peritonæo euariat,q videlicet duplex oĩno sit,nõ vna,quemadmodũ illud. Porrò naturã ipsius accurate perdisces,si anterius thoracis os,qđ vocitant στέρνον.i.pectoris os appellãt, mediũ dissecueris. Ad hoc aũt peragẽdũ cultri excisorij (Greci ἐκκοπεῖς vocant) validi simul & acuti sint adaptati. Simul atq; vero opus aggrederis,prius corpora,q̃ videlicet pectoris os totũ circumeunt,auferãtur: hoc siquidem detecto mediam lineã exquisitius cõiecturabis: cui attendẽs os pectoris totũ ad mucronatam vsq; chartilaginem in duas partes dirimes,& penitius ad spinam descendes, membranas inuicem seiungens. Promptius id perfeceris,si vtrãq; pectoralis ossis partẽ in exteriora deducas, leuiter reflectẽdo. Atq; ideo in hoc conatu reliquę tibi partes vniuersę facile obtemperabũt: In cordis autem regione non similiter: etenim pericardion dicta mẽbrana tunica've (licet nanq; & huic duo noĩa indere,membranę à substantia,tunicę ab vsu) pectoris ossi cõnexa est,quà maxime ipsius vertex & quędam vtrinq; verticis partes habentur. Etenim tunc in conspectum hæc prodit,cum pectoris os dissecueris: maxime vero & postea, cum membranas, quæ totũ thoracem interseptiunt, inuicem dirimis. Optimum igitur est integrã ipsam conseruare,& non vulneratã: quis, si conuulneretur,institutum in hac consectione nõ offenderit. Si enim cor nõ appareat, ne sic quidem spatiosæ thoracis laxitates conuulnerabũtur. Quippe crebro viuente animali sponte totũ cor nudamus,id q; ita,vt nec aliquod latum thoracis spatium perforetur: verum de illa consectione paulo posterius dicetur. De præsenti aũt repetito sermone dicamus enitendum esse, si liceat, ne pericardium vulneremus: sin aũt vulneretur,membranæ thoracem intersepiẽtes ab affectu immunes ꝑmaneant: huc aũt in pręsenti dissectione institutum dirigimus. Vtraq; siquidem mẽbrana omni ex parte sibi cõtinua apparebit,tũ quę in dextra thoracis parte,tum quę in sinistra, omnem internam costarum regionem sublinit,ad hęc eam vniuersam,quæ ab ipsa supra septũ habetur: insuper pulmoni quoq; obducitur,quemadmodum peritonæum omnibus infra septum porrigi commemoratum

* A.l. 1.f. 1.d.5. ꝯ.fol 10.b

moratum iam est. Præterea,sicut illud sublimia vasa,ita hæc quoq; orbiculatim comprehendit: tũ E obtenditur ijs,quæ in spina habentur,similiter illi,maximæ arteriarum inibi subiectæ & venæ ibidem porrectæ,quę superiora thoracis alit, nec non stomacho. Inde vero membrana ad pectoris os vsq; ascendens,duplici textura,vt retuli,procedit.

De Pericardio tunica. CAP. 3.

ATqui cordis tunica peculiaris pericardios noïe,diuersa ab vtraq; harum existit, in medio ambarum sita,vtrinq; similiter ab ipsis comprehensa. Id exacte spectabis hac,quã modo refero, confectione in mortuo animante celebrata. Etenim in superioribus partibus, quęcunq; ad clauiculas ascendunt,membranas intersepientes contuebere mutuo sibi contiguas: vbi vero basis cordis habetur,quam nõ nulli caput visceris nominant,pericardio tunicæ occursantes, huic circũnectuntur,simul q; procedunt ad verticem ipsius,figura turbinatum, quẽadmodũ cor. Itaq; basis ipsius circularis,cordis basim coronæ modo ambit: & vertex turbinis iuxta cordis verticẽ situs, infernæ pectoris ossi regioni cohærescit,cuius in extremo mucronata chartilago consistit. Non tñ ipsi cordis corpori pericardios hæc tunica connexa est: verum in alijs omnibus haud parua q̃dam regio intermedia est,motui cordis accommodata: ad basim vero sui ipsius, quę, vt est expositum, circulus est,prodeuntibus ex ea vasis est connexa,quæ clarius perceperis,cum vel totum thoracem F omni ex parte aperueris,vel cor inde exemptum seorsum per se incideris.

Opiniones aliorum de vasis Pulmonis. CAP. 4.

POrrò,quò sermo fiat perspicuus,singula prius nomina, quibus vti est necessarium, recensebo,hinc exorsus. Quemadmodum pulsans ipsum viscus,cor omnes appellant,sic & vasa singula pulsantia,arterias nuncupant. Verũ alias quidẽ oẽs arterias quotquot toto insunt corpore, quod pulsent, sensu dignoscere nullius est negocij,& oĩum ipsarũ cum maiore arteria continuitas idẽ hoc indicat: quæ vero in pulmone sunt quod pulsent,sensu admodũ euidenter deprehendere nemo põt,verũ inde,q; sinistro vẽtriculo sint continuæ,cõiecturã aliquis fecerit: etsi quidã nõ coniecturã solũ vel probabilem spem,sed certã functionis ipsarum scientiam habere arbitrantur: non tamen eodem modo vtriq;,quoniam ne ab eisdem quidem dogmatibus oĩno auspicantur. Non nulli siquidem Erasistrati sectatores vacuas sanguine,quemadmodum alias arterias, ita & pulmonis statuentes,in vnaquaq; cordis eleuatione spiritum per eas ex pulmone trahi afferunt, & huius transitu fieri pulsum,ei,qui toto corpore per omnes arterias æditur, proportionalem. Etenim & illarum pulsum non corporis ipsarum functione peragi,vt in corde,crediderunt, sed spiritus trãsmeantis copia: cor enim compressum ipsis transmittere affirmant. Quidam vero eadem cordis G facultate reliquas arterias,& eas,quas pulmo continet,comprimi attolliq; arbitrantur. Hoc autem discriminis dicunt intercedere,q; natiua cordi insit facultas,arterijs autem ex illo influens. Itaque ſm priorum sententiam,si vel dextris,omnibus totius thoracis costis vel sinistris statim viuo adhuc animante ad longitudinem dissectis inspicere pulmonis particulas volueris, quoad ex asperis arterijs lęues spiritum transumunt,pulsus quidam in eis erit: cum autem inanes fuerint, omnino non erit. Secundum alteram sectam non solum arterię in ea parte pulmonis, quæ mouetur, pulsantes,dum viuit animal,permanent: sed nihilo minus,quæ in detecta parte habentur. Quid igitur ob virorũ dogmata eueniat,dictum iam est. Quoniam vero præsenti opere de ijs, quæ ex confectione apparent,sermo,non de dogmatum veritate exploranda, institutus est, ad illa te deducere aggrediar. Linea recta ad longitudinem,superne deorsum versus ducitur in ijs maxime partibus,vbi costarum ossa chartilaginea visuntur: nam vno grãdis scalpelli iniectu omnes ipsas dirimere poteris,quæcunque post primam costam existũt. Ab hac aũt solum abstineto, sanguinis profluuij metu,quod ex cuiusdam vasis ipsi subiecti vulnere accidere periculum est. Sin autem hoc tibi recte successerit,pulmonis membrana quàm celerrime detracta,deinde carne vasorum intermedia tuismet digitis auulsa, † detecta q; ,ipsa inspicito & tactu explorato, nũ aliquod in eo vas H pulsum ædat. Quodcunq; autem pulsare deprehendes,arteriam illud vocato. At prius,quàm motus ipsarum euidenter tibi innotescat, non necesse est, vel quod ex sinistro cordis ventriculo oritur,vel quod ex dextro,sic pronũciare, quemadmodum non nulli anatomicorum factitarunt: qui etiam in hisce appellationibus inter se discreparunt: attamen quidam ipsorum, quod ex sinistro sinu vas procedit,arteriam aut venam afferunt, non nulli,quod ex dextro. Rectius autem ij,qui neutrum ipsorum absolute nominarunt, arteriam, aut venam, sed appendice quadam pronunciati præcipitantiam correxerunt, vel arteriosam venam dicentes, vel arteriam venosam: quatuor siquidem nomina duobus vasis anatomici indiderunt. Nos autem eos, ceu rectius sentientes, secuti sumus,qui vas ex sinistro cordis ventriculo procedens,arteriam venosam appellarunt: quod ex dextro,venam arteriosam: melius esse rati,vt,quoniã ipsa pulsu parum euidenter cognoscimus, vas spiritale vocemus arteriam,sed,quia venæ tunica vestitur, venosam adijciamus: rursus autem alterũ,venæ noïe ab vsu nũcupemus, q̃m vero & hoc arteriæ corpus est,arteriosam addamus. Optimũ quidẽ (vt dixi) fuerit pulsu,& eius defectu,ea discerni: verum,cũ hoc sensibus non adeo clare queat distingui,à cõmunione,quam cum vtroq; cordis ventriculo habent, indi nomen debet, appendix vero à corporea substãtia fieri. Porrò ex ijs,qui citra appẽdicẽ ipsam nominarunt, quidã

† *Detectis q; ipsis.*

certe

A certe soli corporis substantiæ, quidam vero vsui attenderunt. Itaq; iuxta corpoream substantiam, arteria vas est, quod ex dextro cordis sinu oritur: vena autem, quod ex sinistro: contra, vsus ratione, quod ex sinistro prodit, arteria est: quod ex dextro, vena.

De Tunicis venarum, & arteriarum, ac de Pulmone. CAP. 5.

l. 3. f. 1. t. 1. c. fol. 256. 257.

CÆterum, quæ corporea vasorum substantia existat, opportunum iam est dicere, hinc sermonis sumpto exordio. Venæ totius corporis ex peculiari vna constant tunica: nam exterior membrana ipsis non nunquam obhærescens, vbi colligari quibusdam, aut fulciri, ac contegi desiderant, illuc solum accedit. Arteriæ vero, duæ peculiares tunicæ existunt, exterior sane, qualis venę est: interior autem crassitie huius ferè quintupla, insuper durior, in transuersas fibras dissoluta: exterior autem, quam etiam venæ obtinent, rectis fibris, & quibusdā mediocriter obliquis, transuersis nullis, contexta est. Interior arteriæ tunica crassa dura q; ceu cutem quandam interna superficie continet, telæ araneorum manifesto persimilem, in magnis quidem arterijs perspicuam, quā non nulli tertiam arterię tunicam statuunt: quarta vero alia peculiaris ei nulla est, sed, veluti quibusdam venarum, ita quoq; arterijs alicubi obhærescit & circuntenditur membrana tenuis, contegens, aut affirmans, aut connectens ipsas vicinis particulis. Atq; id maxime arterijs venis q; accidit in ima septi regione à peritonæo, sicut prius est narratum: in superiore intra thoracem a mēbrana costas succingente. Quales igitur toto corpore existunt arteriæ, tale vas ex dextro cordis sinu procedens, in totum pulmonem ramorum serie diffunditur: quales autem venæ, tale ex sinistro: Vt ex tribus vasis pulmonē intertexentibus, quod à sinistro cordis ventriculo proficiscitur, arteria venosa nuncupetur: quod à dextro, arteriosa vena: tertium arteria aspera, & chartilaginibus, quæ literæ C imaginem referunt, constructa. Itaq; circulares chartilagines, tum in grandi arteria, quæ in collo caudicis rationem obtinet, si ad pulmonis arterias conferas: tū in illis ipsis, ceu ramis quibusdam ab ea productis, in priore parte sitū habent, in collo quidem gulæ adhærentes, in pulmone autem venæ, quam paulo ante vocauimus arteriosam. Porrò vasorū intercapedines peculiari pulmonis substantia replentur, quā Erasistratus vocat parenchyma. Hunc certe thorace exemptum, sicut & cor ipsum, licet incidere: non tamen ita societatem ipsorum, quam cum membranis ineunt, est cognoscere, sed eo, quo nuper dixi, modo. Vt enim membranas, quæ totū thoracem interseptiunt, à mutuo coitu separes, pectoris os in mortuo animante longa linea diuidēdum est, deinde vtraq; pars in latera inflectenda.

De vasis Cordis, & inuolucro ex ipsis orto. CAP. 6.

C VT aūt cordis inuolucrum ad amussim perdiscas, totū pectoris os tali modo excidere oportet. Chartilaginis mucronatæ extremum vel tuis ipsius digitis, vel hamulo vehementer attollens reflectens q;, omnia in orbem circundata, per quæ vicinis particulis continetur, incides. Cum aūt ad eum modum in pectoris ossis extremum incideris, ēt in hoc similiter administrationem obibis, vtriusq; ipsius lateris partē ampliter præcidens, membranā vero cor inuoluentem leuiter à subiectis deradens, atq; sic agens altius, donec inferiori glandij, quod θυμόν appellant, extremo occurras: hoc superius pgēs in vasa incides. Quare, animali multo iā antea mortuo si aliquod huius partis vas dissecueris, haud magnū sanguinis pfluuiū excitabis: multo minus, si nec aliter, q̄ iugulatū interierit. Sin aūt vel recēs, vel multi sanguinis cōpos fuerit, nō nihil ēt sanguinis ad cordis panniculi radicē ex vasis conuulneratis defluet: quāobrē ipso ēt spongia deterso, rē propositā poteris inspicere. At citra sanguinē munus obire satius est: quippe tum alia manifestius licet contueri: tum cordis inuolucri radicem, non ex ipso cordis corpore ortam, sed ex vasis inde procedentibus: quorū alterū est maxima arteriarū, sinistra videlicet parte sita: alterum, vena à iecinore sursum versus tendens, quæ dextram regionem sortitur. Alia vero duo, de quibus nuper dixi, quorū alterum arteriam venosam, alterum venam arteriosam appello, iam hæc clare etiā prius spectabis,
D quàm cor tunica detexeris: clarius autem adhuc, vbi detexeris. Hac. n. ratione & ossium dictorū naturam speculabere, quæ euidenter quidem corde animali exempto in cōspectum prodit, quam quam & insito adhuc ipso palàm cernatur.

De Corde. CAP. 7.

l. 3. f. 11. t. 1. c. fol. 276. b

PRæterea in tali administratione præter iā cōmemorata, hoc conspicies, nēpe cor inter vtraq; thoracis spatia mediū cōsistere. Motus aūt ipsius indicat, quasi in parte sinistra potius collocatū sit, duplici de cā, primū quia spiritus conceptaculū ceu vētriculus hic consistit: deinde, quia totū ad hanc magis inclinat. Nō enim, vt basis ipsius media exacte thoracis læuam dextram q; regionē interiacet, sic ēt vertex: qm̄ neq; decliuis omnino de propria basi ad inferius extremū porrectū est, sed ad sinistrā, vt dixi, regionē deflectit. Ac ideo in relata administratione singula hæc tibi apparēt, verū multo euidentius, si non solum pectoris os, sed ēt costarum chartilaginea excindas. Cæterū ad hoc munus valens magnū q; scalpellū habeto, vt oēs ipsas insequentes vno ictu pscindas, illuc potissimū sectionē dirigens, vbi primum ossea cuiusq; costæ substantia desinit, chartilaginosa aūt generatur: quam cum in alio animante prænoueris, in quā nam costarum parte habeatur, in alio functionem obibis: nam verbis ipsam exacte interpretari difficillimum est. Quomodo autem sermonis indicio ad experientiam propius peruenias, iam tibi recensebo. Costæ singulæ deorsum versus

versus simul,& prorsum obliquæ feruntur iuxta spinam habētes principium: nā duplicibus ini- E bi articulis,cum vnaquaq; dorsi vertebra cōmittūtur. Cū vero hunc in modum tendētes obliquæ simul & in externa superficie gibbæ,quicquid thoracis foris gibbissimum apparet, totum confecerint,inde quodā modo inflectuntur,non amplius,vt ab initio prodierunt, deorsum versus tendentes,vt quę ad pectoris os obliquæ attollantur.Ibidem igitur chartilago ossis vice generata, diuersam quoq; naturam obtinet: facile acuto simul,& valenti scalpello potest incidi. Talia vero in tabellis veteribus,à capite dictis cephalicis,habentur: insuper equorum medici eiusmodi scalpra vsurpant: quare etiam tibi huiusmodi chartilagine secāda ad manum sint, quemadmodum vides mihi quoq; præparata. Ac thoracem,veluti comprehensum nunc est,dissecato,reliquas aūt singulas particulas proportione: vt antea de pubis ossibus docui,& sermone insequenti rursus de alijs dicetur. Rectam igitur vtraq; parte lineam deorsum versus per totius thoracis regionem incidēs, eam thoracis partem attollas,quam vtrinq; ductę lineæ definiunt: sed administrationem, vt paulo ante perdocui,à mucronata chartilagine exordiri præcipimus. Atqui multo euidētior omniū, quæ intra thoracem habentur,situs in mortuo videlicet animante euaserit, si post, quàm partem ipsius pectoris ossi vicinam in totum vnà cum chartilagineis costarū particulis excideris, costarū partes vertebris continuas vehementer reflexeris: quandoquidem & me tanta vi id agentem F conspicis,vt plerunq; aut ossium non nulla perfringantur,aut vincula ipsorum ad spinam sita diuellātur.Quòd si tu quoque similiter peregeris, omnes thoracis particulas palàm intueri queas: multo magis septo à costis abscisso: insuper hoc magis adhuc, si duabus costis inuicem diremptis omnem carnem intermediam præcidas. Verum hoc vsu tibi omnino veniet, cum thoracis ipsius particulas amputaueris. Ad cordis autem partes,de quibus sermo habetur,nō dum talis sectio requiritur: quippe satis est,si pectoris os solum pariter cum partibus costarum ei appositis excindatur: quod chartilaginosum est,& contrarium osseis situm obtinet. Illa siquidem à spina in priorē inferiorem q; regionem obliqua deferuntur: hæc autem exorsa,quo indicaui modo,ad pectoris os obliqua attolluntur.

De Substantia,& motu Cordis aduersus antiquos. CAP. 8.

ITaque & cauam venam manifesto ad iugulum vsque recto tramite procurrentem spectabis, & cordis processus,quos aures nominant, peculiarem naturæ substantiam sortientes, quæ in alia nulla particula habeatur,quemadmodum profectò & cordis ipsius essentiam. Quædam enim ex his,quas partes similares vocant, sibi inuicem respondent, substantia vero haud ex amussi eadem: sed singulis ipsis inest quædam proprietas, quam verbis queas describere, euidenter autem G manifestare nequaquam. Quæ enim visu tantum aut tactu manifesto dignoscuntur, ea verbis doceri accurate impossibile est: ducere vero aliquem ad exquisitiorem ipsorum inspectionem est possibile: veluti quis si dicat cor ex fibris situ diuersis conflari, sed carne simplici singulis ipsis circumhærente: quippe commune est hoc musculis omnibus, ventri, intestinis, vesicæ, & vuluæ. Neque vero fibræ ęquale robur ac crassitiem in omnibus continent: neque caro eadem omnino ideam, sed musculorum rubicundior est ac mollior ea, quę in ventriculo, vulua, vesica tota que intestinorū substantia habetur: cordis autem durior, simul & fibris magis euariat. Siquidem musculi fibras positu simplices obtinent: cor autem non simplices, quemadmodum neque peculiaris vuluæ tunica, neque vesicæ. At, qui negligentius inspicit,is musculi cordis que substantiam, sicut nerui ligamenti & tendinis, nihil discrepare putabit. Sed de simplicium primariarum que partium differentia dictum iam est alibi: dicetur q;,si res postulet,etiam in præsenti commentario iterum. Porrò quòd corporea cordis substantia permultum à musculo differat, abunde monstratum est: vt cuius actio,illius testimonium perhibeat. Etenim "cordis motus non arbitrarius esse, nec cessare,quoad animal vita fruitur,potest: musculorum autem functio subinde quiescit, ac rursus excitatur,animātis arbitrio subseruiēs. Atq; sanè oēs periti naturæ interpretes,tū philosophi, H tū medici,fatentur actiones substantiæ proprietatē imitari. Huius rei gratia, quæ quidē particulæ eandē substātiæ speciem possident,similiter operātur,etsi diuersis permultæ insint animantibus: quæ vero non habent, diuersa harum est functio, quamuis vnius animantis existant particulæ. Cor nanque omne similem cuilibet cordi functionem obit, & thorax thoraci, & pulmo pulmoni: renes autem & vesica neque horum alicui similem, neque iecinori & vētriculo. Quapropter neque musculi eandem cum corde functionem habent,quoniam neq; substantiam. Certe, siquis cor & musculum quemlibet pariter coctum vtrunq; gustare voluerit,haud mediocrem ipsorum gustu differentiam deprehendet: quemadmodum si lienem, vel renes, vel pulmonem, vel ventriculum,vel iecur,& linguam,vel aliam quampiam particulam gustauerit.Omnia enim, sicut tactu & visu, duritia & mollitie,densitate,& coloris differentijs, ita vero & gustu euariant. Qui vero propterea cor non eandem cum musculis functionem habere dicunt, q; neruorum mouentium cōpos nō sit,verū (vt illi arbitrātur) sensoriorū,multa simul in oratione delinquunt: primum sanè in ipsa substantiæ inscitia,etenim cor quouis musculo durius est, & fibrarum vtrietate,sicut & colore,palàm discrepat: ad hæc multo adhuc magis gustu etiam, nam & hæc maxima substantiarum differentiæ nota est. Sed mihi videntur nūquam cor elixum esitasse: alioqui certe nouissent,

A l.1.f.1.d.5 c.1.fol.9.f

quantum

A quantũ à carnibus euariet: nisi forte & hæc quoq; ignorant, puta carnes vniuersas musculorũ esse particulas. Hæc itaque in cordis substantia delinquunt, quę ipso sensu potest innotescere. Pręter hęc omnia alios in neruorum natura errores committunt, quòd cerebrum sibi vniuersis ex partibus simile arbitrantur, nisi quòd molles non nulli ipsorum magis, alij minus, existunt. Per alios sanè neruos vim sensoriam partibus infra caput sitis transmittit: per alios autem omnem motum arbitrarium. Omnes autem neruos vtranque habere facultatem ratio est: verum molles ad sensum aptiores, duri ad motum existunt. Nam eadem radice in plura discissa apparent quidam nerui in musculos, alij in alias particulas inseri: quemadmodum & in tertia ipsorum coniugatione & sexta nihilo minus habere nouimus, à qua cor exilem quendam neruum accipit: ab hac enim non modo cor, pulmo, iecur, ventriculus, & mesenterium insuper totum vnà cum intestinis, sed etiam vniuersi laryngis musculi, ac alij quidam, propagines recipiunt. Sed nihil intelligunt, qui cor musculum esse dicunt: neque, quoniam neruis (vt ipsi autumant) motorijs caret, ideo quidem motu volũtario destitutum est, pulsatilem tamen acquisiuit: oportet enim aliquam & huius functionis esse causam. Vel sanè ex neruorũ substantia ipsam suppeditari dicent necessario, vel natiuam visceri existere: atqui ex neruorum essentia non est, omnia nanque eius participarent, quibus & ner B ui communicantur, ac pręcisis ipsis, cordis pulsus cessaret: sed neutrum fieri conspicimus: quare superest vim pulsatilem ex ipsius cordis corpore oriri: non autem oriretur, si viscus eandem cum totius corporis musculis naturam obtineret. At quòd cor thorace exemptum diu moueri videtur, haud mediocre argumentum est, ipsum nihil neruis ad suam functionem obeundam indigere. Horũ igitur ignari nobis videntur, qui cor musculum esse existimãt, non intelligentes actionis ipsius excellentiam ex sua visceri substantia necessario inesse. Quapropter maxime errant, qui cor musculum esse censent: minus autem, qui vẽtriculi stomachum ex simili planè musculis substantia constare opinantur: propius enim substantiam ipsorum accedit tunica exterior transuersis contexta fibris, nec tamẽ hęc exactus musculus existit. Porrò, si ex neruis cor pulsandi actionẽ haberet, & stomachũ eandẽ obtinuisse conueniebat: nunc autem is deglutientibus, iterum q; euomentibus contrahi videtur (quod & ventriculo & intestinis accidit, quandoquidem & hæc ad ea, quę ipsis insunt, contrahũtur,) non tamen pulsatilem motũ ædit. In illo igitur hallucinati sunt insigniter, vt qui nescirent omnino tum musculorum, tum cordis, munus & facultatem. Mihi vero, quòd irascibilis virtutis cor sit initium, & natiui caloris veluti fons quidam, in commentarijs de Hippocratis & Platonis placitis demonstratum est.

l. 3. f. 11. t. 1. t. fol. 276. c.

C *De Auribus, & Membranis Vasorum Cordis.* CAP. 9.

NVnc autẽ ad propositi operis peculiaria digrediamur, ab auribus cordis auspicati: quas ad similitudinem quandam aurium proprie dictarum maiores vocauerunt. Vt enim illæ capiti vtrinq; annexæ sunt, ita & hæ cordi: & neruosiores ac magis cuticulares ipso cordis corpore manifesto apparent: hactenus enim ideam ipsarum descripseris: quanquam satius (vt dixi) foret talia visui tactui q; committere, quibus solis colorem substantiam q; corporis est discernere. Porrò hę particulæ & colore nigriores sunt, & appendicibus cuticularibus manifesto similes, sinus cuiusdã ante cor efficiundi gratia, ob quam rem ipsas natura & concauas & cuticulares condidit: cõcauas quidem, vt sinus producerent: cuticulares autem, vt cordis motũ prompte sequerentur: quemadmodum in libris de vsu particularum declaratum est.† Duæ vero hæ sunt, in vtroq; vasorum materiam inuehentium singulæ: in dextra quidem parte, quà vena in cordis sinum inibi inseritur: in sinisteriore vero, quà arteria venosa. Has aures cum aperueris, tum ipsum cordis corpus in conspectu erit, tum ex dictis orificijs vtrũq;: deinde membranæ insertioni ipsorum incumbentes, tres quidem in sinu dextro, duę vero in sinistro: quarum structuræ figura similis telorum cuspidi est, ideo q; & trisulcas (græce triglochinas) non nulli anatomicorũ ipsas nominarũt. Sed hæc quidẽ D & corde thoraci exempto accurate licet intueri, sicut etiam reliqua duo orificia vasorum, quæ materias educunt ex dextro quidem ventriculo in pulmonem, venæ arteriosę: ex sinistro autem in totum animantis corpus, grandis arterię: In quibus iterum tres vtrinq; membranas ad Ϲ literæ similitudinem factas conspicies, extra cor tendentes, veluti trisulcas intro. Priusq; vero cor ex animante auferas, cauæ venæ ramos omnino considera, de quibus iterum in vasorum consectione dicemus: ad hæc glandium magnum, quod Gręci vocant θυμὸν: item cordis panniculi radicem. Insuper examina, quo modo à dextro sinu vena quędam ad spinam pertendat, quintam dorsi vertebram conscendens: præterea quòd eadem vena ad hunc perpetuo locum in omnibus animatibus porrigatur, in quorũ consectionibus te exercitari consuluimus: non tamen in omnibus à dextra cordis auricula, sed in quibusdam cum vena caua hanc permeans ad iugulum attollitur. His animantibus & simiæ annumerantur.

† Sũt q legẽda putẽt, Duo vero hæc sũt animãu orificia, in vtroq; &c. singula. Arbitrantur; aliqd hic deesse.

De Vasis nutrientibus Cor, ac de eius Osse. CAP. 10.

QVę vero cor ipsum enutriunt vasa, perpetuo in oĩbus animãtibus ex sinu illo prodeũt: ac vocant ea, cor inuoluentia: qm̃ bina numero totũ ipsum circũreptant, quẽadmodũ à læua parte duę arterię maioris soboles, post p̃rimũ extra mẽbranas p̃cessum in ipsum cordis corpus p̃ueniũt. Quę, vt retuli, melius corde animali exẽpto inspiciunt, ac magis in aĩali grãdiore:

omnibus

omnibus enim similiter inest, cum nulla ob magnitudinem in ipsis sit differentia, sicut Aristoteles autumat: sed clarior in magnis cordibus est speculatio: quoniã & "ipsius os, quod magnis insesse animalibus arbitrantur, atq; his non omnibus, etiam alijs omnibus inest, haud tamen os vniuersis exactum, sed chartilago. Sic enim in totum se habet in cunctis animantibus: & membranæ quas trisulcas diximus appellari: & arterialium vasorum radix substantię duræ omnino appensa est, sed non in omnibus ęque duræ, quoniam in minutis leuiter chartilaginosa est, in grandioribus exacta chartilago, in valde grandibus chartilago ossea: &, quanto animantis genus corporis mole vastius fuerit, tanto plus osseę substantię chartilago sortita est. Et in maximis, vbi plus osseę substantię gignitur, conuenit ipsam tunc appellare os chartilagineum, non chartilaginem osseam. Quod enim in his animalibus producitur, nõ chartilaginis adhuc exactę naturam, sed corporis ex neruo & chartilagine conflati repręsentat. Nullum vero miraculum est in minutis ipsum animantibus consectionum rudes penitus ignorare, cum & in grandioribus frequenter ipsos lateat. At quid dico in grandioribus? Nuper elephanto maximo Romæ iugulato, plerią; medici ad ipsius dissectionem conuenerant, discendi gratia, duos'ne cor haberet vertices, an vnum: & ventriculos'ne duos, an tres. Ego autem vel ante ipsius consectionem asserebam eandem cordis structuram cum alijs omnibus animalium aerem spirantium inuentum iri: quę etiam ipso diuiso apparuerunt. Item os ipsius sine negocio repperi, vnà cum familiaribus digitos admolitus: at inexercitati sperantes id, quod in alijs animantibus apparet, ita in magno se inuenturos, ne elephanti quidem cor os habere putabant. Ego autem ostensurus ipsis eram, nisi familiares rísissent, quo'd attonitos illos ac sensus expertes propter loci ignorantiam conspicerent: &, cũ adhortarentur, ne indicarem, subticui. Corde vero à Cęsaris coquis exempto, misi aliquem ex familiaribus in huiusmodi exercitatis rogatum coquos, vt os ipsius eximi sinerent, atq; sic factum est. Seruatur idem apud nos etiam hodie, eximiæ adeo magnitudinis, vt ab ijs, qui intuentur, nullo modo credi queat tantum os medicos latuisse. Ita sanè & maxima in animantibus particularum inexercitatis ignorantur. Ac miri nihil est, si etiam in alijs multis (quod ad anatomen spectat) Aristoteles errauerit, qui triplicem sinum cor habere in magnis animalibus existimat. Quo'd igitur in consectionibus non exercitatus circa partium inuentionem errorem commiserit, neq; mirandũ est, & condonare homini conuenit. Vbi enim, qui totam suam vitam huic speculationi dedicarunt, quemadmodũ Marinus, in plerisq; falsi sunt, quid existimandũ est ijs accidere, qui repẽte, ceu heri aut nudiustertius, ipsam adierint, persuasi ea, quę prius non viderũt, ita, vt denuo inspicere non aggrediantur? Ego itaq; Deos omnes iuro multa, quæ prius nequaquam mihi erant visa, deinde aliquando me animaduertisse: atq; inter hæc cordis os existit, quod neq; vbi subditum sit, neq; an omnibus insit animantibus, à præceptoribus edoctus, non dubitaui ipsum inuenire, viscere in minutas partes cõciso: hęc siquidem tutissima inquirendi ratio videbatur. Postquam vero semel offendi suspensas ibidem membranarum radices, & arterialium vasorum processus, primum equidem animum induxi, necesse esse in omnibus animãtibus naturam artificiosam hunc scopum coniectatam fuisse: deinde per ipsam quoq; experientiam factus certior, primos partium dictarum processus sequebar. Procedenti aũt tempore, cum hisce in rebus versarer, momento, omni corde proposito ipsum citra negocium offendi: & familiarium haud pauci, situs ossis in corde regionem q̃ promptissime inueniunt. At, qui me administrantem non vidit, sed libris edoctus ad consectionem accedit, detecto quidem sinistro sinu, aperto autem in longum toto aortæ processu, his inquam rite factis si studiose radices aortæ sequatur & membranarum, ex facili ipsum reperiet: etenim huius radix, & venæ arteriosæ, insuper membranarum quę sunt in ipsis, in ipso cordis osse habetur. Hæc igitũ omnia, vt dixi, extracto animantis corde inspici possunt: ac præterea veluti foueæ in vtroq; sinu penitius procedentes: quo'd si recenti in animali diligenter sectionem moliaris, exacte comperies. Quin etiam licet vasa cor inuoluentia cernere, numerosa ramorum serie inuicẽ iuncta in id diffundi, totum autem veluti iter occupare, qua sinus committuntur.

A.l.3 f.11.t.1. c.1.fol.276.b

E F G H

De Ventriculis & Orificijs Cordis: atq; in Quibus dissentiant inter se Anatomici de corde & pulmone. CAP. II.

CÆterum toto corde nudato videbis profecto sinisteriorem ipsius ventriculum ad summum verticem ascendere: dextrum inferius multo cessare, & circunscriptionem subinde propriam habere, id q; magis in magnis animalibus, vt equis, bobus, & camelis, multo magis in elephantis, non nunquam vero in minutis etiam. Nam gallum quispiam Dijs sacrificans, cor inuenit duobus fastigiatum verticibus: deinde ratus id esse augurium, huius interpretes di squirebat. Casu autem in me incidens, duo in vno animante corda, cum Dijs sacrificaret, se inuenisse dixit: atqui duo non erant, vt arbitrabatur, sed dextri vertex circunscriptionem peculiarem habebat. Nam sciendum tibi probe est animal vel elephante grandius, vel alauda minutius, quod aerem spiret, similẽ cordis structuram obtinere: præstat autem non similem dicere, sed specie eandem. Quale autem piscibus, vel in totum ijs, quæ in aqua viuunt, cor insit, procedenti commentario docebimus: in præsentia autem prius de animalibus aerem spirantibus examen constituemus. Itaq; horum omnium eandem cordis structuram inuenies, similiter & pulmonis, qualem paulo superius enarraui.

A raui. Vnum vero in ipsis reliquum adhuc esse videtur, quod in neruorum confectione explicabitur, tum de hoc viscere, tum de corde. Ad hæc cordis auriculas extra ventriculos ipsius consistere dicemus: verum, siquis auriculas partes ipsius cordis ponens, sicut Herophilus, ampliorem orificiorum numerum producat, etiam hoc ab Erasistrati nostra q; sententia discrepare videbitur: nam omnia quatuor vasorum cordis orificia quatuor esse diximus. Quomodo autẽ exacte discernas, ex commentarijs de dissensione anatomica conscriptis perdisces: nam & in his quatuor apparentibus anatomici inter se discordãt, quæ primo volumine de ipsorum placitis pertracto. Siquidem vnum venosæ arteriæ os in sinistro ventriculo habetur, in quo etiam membranæ foris intro nutant: non tamen vnũ diutius permanet, sed statim ima intercapedine in quatuor particulas discissum est, quarum singulæ in singulas pulmonis fibras porriguntur. Quòd aũt pulmonis fibræ non impares numero, vt iecinoris, existunt, sed in omnibus animantibus, de qbus verba fecimus, duæ in dextra ipsius parte habentur, duę vero in sinistra, apud oẽs in confesso est. Insuper cõuenit, si nõ inter oẽs, certe inter eos, qui exactius dissecant, in dextra thoracis parte quintam quandam fibram exiguam, veluti alterutrius sobolem, consistere. Facillime ipsam cõperis, ad venam concauam animum dirigẽs: illi siquidem subiacet, quà primum in thoracẽ relicto septo incidit. Non nunquam B & concauitatem quadam in superficie manifesto est conspicere, cui vena, dum viuit adhuc animal, affirmatur: nam post obitum pulmo semper collapsus & exiguus apparet, haud pauca ipsius & thoracis facta intercapedine, contra, quàm viuo animali habebat. Ac de hoc in sequẽtibus agetur, vbi totum de corde sermonem absoluerimus: etenim superest dicendum, quomodo ipsum viuente adhuc animali citra thoracis sinuum conuulnerationem detegas.

Administratio Cordis & Pulmonis in viuo animali. CAP. 12.

ITaq; si paulo ante dicta de panniculi cordis in pectoris osse connexu in memoriam reuocaueris, haud ægre, quo pacto cor detegendum sit, comperies. Planum nanq; est neq; aliter, q̃ in mortuo animante, nudandum, veluti prædiximus. Sed melius est forsan totum sermonem perspicuitatis gratia repetere. Sit igitur iuuenile adhuc animal, vt scalpello sectionẽ sine cultris peragas excisorijs, quos vocant Gręci ἐκκοπεῖς. Figuretur resupinum in assere, quales permultos mihi præparatos vides, & paruos, & grandiores, quo vnus aliquis animali, quod supra ipsum extenditur, proportionalis semper reperiatur. Hic asser foramina habebit: per quæ non solum funiculi, immo etiam crassius aliquod corpus, facillime queat trajci. Docebitur aliquis ex famulis, cum resupinum asseri inclinat animal, vincula ei quatuor circundare, singulis cruribus vnum: et vinculorum C extrema deorsum traijcere, inuicem'que illic colligare. Pili, si grandiores in pectore animal habeat, & hi auferentur. Hæc quidem incidendi animantis præparatio est. Tu vero, vt didicisti, propter ipsum pectoris os recta superne deorsum versus linea adusque mucronatam chartilaginem grandi scalpello diuidito: mox inde conuersus, transuersim scalpello adacto pectoris os à subiacentibus liberabis, vtro libeat modo, siue cum mucronata chartilagine, siue etiam solum: inde, vt habes, eodem scalpelli ictu adibis, similiter secans per pectoris os ad illam vsq; partem, qua mortuo animante cordis inuolucrum ipsi subhærescens conspexeras. Hæc itaq; in mortuo etiam animali facere tibi præcipiebam. In viuo autem idem sanè administrationis modus est, quantum ad sectionem pertinet: verum non nihil præterea accedit, de quo ijs, qui me dissecantem viderunt, non opus est plura dicere: Qui autem non viderunt, illis exponere oportet, q̃ ex thorace arteriæ & venæ ad præcordia elabuntur propter mucronatæ chartilaginis radicem, singula vtrinque paria: quibus dissectis necessario in dicta confectione sanguinis profluuium accidit, & præsertim ex arterijs. Nihil autem adeo vniuersam manus operationem in animantis corpore solet perturbare, ac sanguinis profluxio. Quod pręsciens tu, quatenus primum erumpentem ex arteria sanguinem videris, finita iam decliui linea, q̃ citissime scalpellum in transuersæ sectionis figuram de- D torquebis, sicuti est explicatum: Sinistrę vero manus digitis duobus, indice puta & magno, illam pectoris ossis partem comprehendes, qua arteria sanguinem profundens apparet, vt simul alter digitus orificij sit operculum, simul ex ambobus tuta ossis totius fiat apprehensio. Porrò conaberis duo hæc munia vno subire tempore, scalpello quidem secare q̃ celerrime, decliuis lineæ termino priorem transuersam connectens, deinde accliuem: digitis autem pectoris os semper reflectere. Nam hoc probe reuulso, sanguinis fluorem sisti statim accidit, sectione videlicet propter alterum orificium à chirurgo retenta: videtur q; pericardij connexus, qui ad sectionis finem te veluti manu deducit. Nam pectoris osse reflexo, ima pars alta euadit: & sanguinis fluor tali figura decrescit: ad hęc vasorum, quæ in superna regione simul cum pectoris osse flectuntur, & non statim in pronum vergunt, situs transmutatur, quoniam ab interna parte duo grandium arteriarum venarum q; coniugia pectoris ossi subdita sunt, quas ad radicem mucronatæ chartilaginis ad præcordia elabentes in hac manus administratione præcidi diximus. In alia vero administratione, quà costarum flexus, volui, diuideres, vbi primum ex osse in chartilaginem degenerant, nullus sanguinis profluuij ob vasorum paruitatem metus est. Commode vero sectio illa per alteram partem ducitur ei, qui pulmonis adhuc viui arterias volet inspicere. Porrò, quæ hic mihi proposita est, ad alia conducit, de quibus deinceps dicetur: cęterum illæsas vtrasque thoracis con-

cauitates seruato. Iam vero alia quædã tertia administratio est,quæ quidem viuo adhuc animante celebratur: sed à priore dicta variat eo,q̀ in vtraq; thoracis particula similis sectio ducitur. Huius igitur vsum paulo posterius audies. Primæ vsum abunde iam satis didicisti: proinde opportunum est,de modo proposita inaudias: quam optime obibis corde quidẽ detecto,finibus autẽ thoracis inuiolatis.Non nunq̃ igitur dicta iam administratione cordis pãniculus diuisus est: subinde vero illæsus permanet. Porrò vtrisq; cõmune est,vt diuidas ipsum,quoad cor detegatur,nec membranas,quæ thoracem interscpiunt,conuulneres: nam qualibet ipsarum vulnerata animal in illa symptomata incidat,necesse est, q̃ in sequenti sermone thorace confosso euenire dicentur. At cor denudato oẽs ipsius functiones incolumes seruare tibi propositum est, quemadmodum etiam seruantur: siquidem & respirare similiter & clamare animal vides: ac,si à vinculis ipsum liberes, currere, sicut prius consueuit. At, si vulnus vinculis adhuc comprimas,etiam cibum assumere, si esuriat,conspicis: & bibere,si sitiat. Et quid miri est? cum Marylli Mimographi puer curatus sit, viuat q́; adhuc,etsi cor aliquando ipsi fuerit detectum? Verisimilius est igitur animal rationis expers, quanto minus homine afficitur,nihil ab huiusmodi vulnere pati. E

Historia Pueri persanati,cui Os pectoris excisum erat, & Inuolucrum cordis computruerat. CAP. 13.

Q Voniam vero semel curati pueri mentionem feci,nihil mali fuerit oĩa, quæ ipsi euenerunt, percensere. Nam propter historiæ vtilitatem,etiam si ad præsens opus nihil attineat, non abs re fuerit ea commemorare. Ictus puer ille in pectoris osse in palæstra,neglectus primum est,deinde parum probe curatus. Post menses quatuor pus in parte percussa apparuit: hoc auferre cogitans medicus puerum incidit,& (vt putabat) subito ad cicatricẽ vulnus perduxit: postea rursus inflammatio oborta est,mox quoq; abscessus: iterum sectus puer est, nec amplius cicatrix obduci potuit. Quapropter herus ipsius pluribus medicis conuocatis,inter quos ego quoq; eram,deliberare super curatione pueri iussit. Cum aũt sideratio,quam Græci σφάκελον appellant, pectoris ossis affectus videretur oĩbus, appareret autem & cordis à sinistra ipsius parte motus, nemo affectum os excidere audebat: quippe arbitrabantur thoracis perforationem necessario futuram. Ego autem citra vocatam proprie à medicis perforationem adhibitam pollicitus sum me excisurum: de absoluta vero curatione nihil promisi,cum incertum esset,num aliquid ex ijs,quæ pectoris ossi subiacent,fuerit affectũ, & quatenus affectũ. Itaq; regione detecta amplius nihil in pectoris osse læsum apparuit,q̃ quod ab initio statim videbamus: quare etiam magis ad manus operationem venire sum ausus, cum iam fines, quibus arteriæ & venę subhærescunt,vtrinq; illęsi occurrissent. Cum vero affectum os ab eo potissimũ loco excidissem,in quo talis pericardij vertex adnascitur, cum q́; nudũ cor appareret, (quippe inuolucrum ipsius computruerat,) ob hoc quidẽ haud bonam statim spem de puero habebam,attamen in totum breui temporis spatio persanatus est: quod non accidisset,si nemo affectum os abscindere ausus fuisset: nemo autem tentasset, nisi in administrationibus anatomicis præexercitatus. Alius quidam eodem tempore putrificum vitiũ ex humorum decubitu in brachio subsecans,insignem arteriam particularum membri ignorantia diuisit: subito q́; ob sanguinis profluuium conturbatus est: &,cum vix laqueo ipsam posset intercipere (erat enim profundior,) repente quidem ex sanguinis fluore periculum repulit, sed alia ratione hominem iugulauit,gangrena videlicet propter laqueum occupante arteriam maxime & primum,deinde omnia ipsi circundata. Hæc igitur ex multis pauca obiter dicta sunt,quæ cordatis lectoribus pręsentis commentarij vtilitatem indicant. F G

de Fract. com. 2.t.20.& 21.7a. 235.a

Quæ dissecto Thorace in viuo animati conspiciantur. CAP. 14.

S Ed iterum ad propositũ initio sermonẽ reuertor: in quo tria administrationis genera viuo animante celebrari dicebã,partim habentia inter se cõmmunia,partim priuata. Vel.n.arterijs pulmonum inspiciundis vna satisfacit sectio ad costarum flexus deducta: vel etiam præter hanc alia quædam in reliqua thoracis parte facta,cuius vtilitatẽ mox dicturus sum. His succedit tertia administratio,qua cor quidem detegitur,thorax aũt non perforatur. Nullum siquidem miraculum est vulnus thoracis quoddã fieri,perforationem nõ fieri: siquidem sectionẽ,quæ in spatiosam pulmonis sedis capacitatem penetrat,nominant perforationẽ : reliqua vero oĩs diuisio ipsius,vulneratio quidem dicitur,perforatio non item. Quorsum igitur cor sic denudare cõducit? Primum,vt quali modo pulset,clare conspiciamus: & num,qñ attollitur,thoracem feriat, pectoris ossis regionem accedẽs, an quo tempore demittitur. Secundum est,vt magna in animali arteria detecta (sicut me illam,quæ apud inguina habetur,nudare conspexistis,)exacte consideremus, vtrum, qñ cor attollitur,arteria submittatur: &,qñ cor demittitur,ipsa attollatur: an ambo eodem tempore & submittantur & eleuentur. Tertium, vt digitis vel etiã forcipe cor excipientes (quemadmodum ego factitare consueui,q̀ facile ipsum digitis exiliret,) intueamur,quali'nam symptomate animans corripiatur. Ad hæc,vt eos,qui dicunt,si laqueo exortũ grandis arteriæ, vel (vt quidam alij aiunt) venosę intercipias, quæ in pulmones defertur, huiusmodi symptomata animali euenire (dicunt autem non eadem omnes,) mendaces ostendamus: quoniã neq; laqueus aliquis, nisi thorace perforato, circundari potest: neque, si circundetur,stringere adeo arctim radicem arteriæ,vt orificium H

ipsius

A ipsius obstruat. Hæc autem dicere semper eos expertus sum, qui neque nudare cor sine perforatione possunt. Sed, si quis etiam eos cogeret ad hanc administrationem perficiendam, statim, vbi thoracem perforarint, hoc assequi dicunt esse difficile: eo q; administrationem hanc in posterum distulerunt. Quippe, si prospere detectio successisset, laqueo vtiq; circumposito ostendissent manifesto, quæ erant polliciti. Nos igitur secus, ac illi, quæ pollicemur, etiam re comprobamus. Nam corde ex facili detecto citra alicuius membranarum, quæ thoracis capacitatem consepiunt, vulnerationem, hortamur ipsos laqueum vasis à corde exorientibus circundare: Hi vero eatenus, verum sine profectu, vrgētur, donec membranam aliquam diuellant, faciant q; perforationem: tunc enim ne manum quidem admoliri amplius oportere dicunt. Nos autem protinus in alio iterum animante cor denudatum ipsis exhibemus, cogimus q; denuo aggredi, quoad se turpiter in ijs gesserint, quę superbe iactitabant. Etenim vasorum exortum fune excipere non possis, cordis autem basim possis: verū animal statim commoritur. Tale quid etiam ei accidit, qui dicebat venosa arteria fune intercepta, vbi cor citra thoracis perforationem fuerit denudatum, pulmones semper manere dilatatos, multis testibus à quodam ex familiaribus nostris reprehenso. Tanta quidam arrogātia simul & audacia de ijs, quę ignorant, apud indoctos pronunciant, & præsertim cum de venosa arteria disB serunt, quæ intra cordis auriculam quoq; discinditur. Alij autem, tanq̃ singularis ipsa oriatur, laqueo iniecto duo hæc animali accidisse aiunt, nempe vt omnes quidem arteriæ toto corpore redderentur immobiles, tanq̃ suppeditatione spiritus ipsas replentis destitutæ: pulmo autem pari interuallo persisteret corde nihil interim ab ipso trahente. Alij vero produnt laqueo asperæ arteriæ circundato, pulmonem moueri se ostendisse, non adijcientes præterea ijs, quæ dicunt aut perscribunt, (nam hæc quoq; à non nullis memoriæ prodita sunt,) quo modo pulmonem submitti conspexerint, vtrum sine thoracis perforatione, an eo perforato: nam vtrunq; absurdū est. Perforato quidem, omnia, quæ ad respirationem ministrant, destruuntur: ante q̃ vero perforatus sit, nequaq̃ ipsum queas intueri, nisi forte costa excisa succingentem membranam cōserues integram: quanq̃ ne hoc quidem dicant, qui huiusmodi nugantur. Verum de his iterum in propria thoracis confectione peragemus: ad ea, autem quæ in corde denudato apparent, reuertimur.

Administratio pro motu Ventriculorum & aurium Cordis & arteriarum indagando. CAP. 15.

RESTABAT enim tertius administrationis modus, quo thorax propter costarū flexus inciditur: Notum vero est animal statim in tali operatione suffocatum emori, respiratione videlicet C pereunte. Atq; hæc sunt, quæ circa cor apparent. Prius autem sermone repetito administrationē, quę manu fit, exequar, ne vel minimum relinquatur indiscussum obscurum q;. Cognitis iam exacte in mortuo animāte flexuum locis, quibus singulæ costę flectūtur, memoriæ q; mādatis, aīal aggredere, vbi resupinū prius ipsum, quo docui modo, figuraueris. Administratio autē erit talis. Pili ex illis thoracis sedibus auferuntur, quas incisurus es: duas lineas ad animalis lōgitudinem ducis: costarum q; flexus, sicuti est expositum, dirimis: deinde aliam rursus transuersam lineam tertiā per mucronatam chartilaginem incidis, vbi videlicet arteriæ & venæ occurrunt. Sed in pręsentia non est, q; sanguinis fluorem magnopere extimescas: quippe non statuis nunc viuum conseruare animal. Tamen, vt nuper dixi, toto pectoris osse sursum reflexo, sub eo post tres nominatas sectionem duces, pericardium à pectoris osse liberans. Quod si etiam vulneraueris, & totū quomodocūq; pertuderis, sine cordis tamen offensa, nihil sis ad præsentia solicitus: quoniā in tali anatome proponis vtrosq; cordis sinus ęque pulsantes contemplari, non (vt quidam censent) solum sinisteriorem. Cęterum ex abundanti euidentius adhuc, q̃ antea, videbis arterias aut vicissim, aut eodem tempore & numero, per totum animal eleuari, submitti q;. Hæc igitur confestim ipso detecto innotescunt: procedenti vero tempore breues vtriusq; ventriculi motus longis quietibus intercipiūtur. D Iam vero dextri sinus eleuatio peculiari ipsius natura perficitur: & huiusmodi spectabis potissimum, vbi propè immobiles euaserint. Primum etenim vtraque ipsorum, quæ ad verticem consistunt, moueri cessant: mox quæ his proxima sunt: atq; hoc fit perpetuo, donec solæ bases moueri relinquantur. Et his demum cessantibus languidus breuis q; motus ex lōgis interuallis in cordis auribus apparet. Proinde huius rei euidentis quę nam sit causa, in ocio disquirendum censeo: nō enim ratio est, q; appendices diutius ipso cordis corpore moueri videantur. Atqui nobis non institutum est hoc opere causas perscrutari, sed ea duntaxat, quę in confectionibus apparent.

Deridentur Erasistrati sectatores, qui Arterias sanguine vacuas ostendere pollicebantur. CAP. 16.

QVæ igitur necessaria vtilia q; scitu in corde habentur viuo adhuc animali administrantibus, dicta propemodū sunt omnia: & satius foret ad ea, quę in thorace & pulmone visuntur, digredi. Qm̄ vero nō nulli eorū, qui se arteriā sanguinis inanē euidenter ostensuros ꝓmittunt, inuerecūde nugātur, alius aliū de ijs, q̃ ex cōfectione videntur, mendacij arguētes, horū causa etiā hic diutius subsistere oportebit. Cū igitur vnus aliquis promitteret semper magnā arteriā sanguinis vacuam se ostensurum, nunq̃ autem ostenderet, & si iuuenes laudis cupidiores animalia ipsi afferrent, hortarentur q;, vt indicaret, non sine pręmio facturum se respondit. Mox, cum illi

mille denarios in medium deposuissent, vt, si ostenderet, mercedis loco acciperet, multa quidem E hæsitabundus cunctandi diuerticula quærebat. At, cum oẽs, qui aderant, eum vrgerent, ausus est sumpto in manus scalpello sinistram thoracis partem incidere, vbi potissimum facta perforatione magnam sibi arteriam euidenter apparere putabat. Porrò tam exercitatus in anatomis repertus est, vt super os sectionem duceret. Alius ex hoc grege intercostale perscuit, sed confestim prima sectione tum arteriam tum venam pertudit. Itaque irridentes ipsum adolescentuli, qui mille denarios apud spectatores deposuerant, ipsi pollicita illius explerunt: nempe dissecuerunt, sicuti apud me didicerant, intercostale, sed ita, vt nullum vas conuulnerarent: funiculos autem duos celeriter circundederunt, vnum quidem post exortum statim ex corde, alterum, quà arteria spinam conscendit, vt (quemadmodum iactabundi illi promittebant) animante mortuo, quantum arteriæ in funium intercapedine habetur, sanguinis vacuum ostẽderetur: vbi vero sanguine vacuum nõ inueniretur, coincidentiam (quam παρέμπτωσιν vocant Græci) in ipsam tunc esse factam diceret, quando funes circũdarentur: tanq̃ alius quidã, nõ illi ipsi huiusmodi administrationem promisissent, neq; vnq̃ ipsam præ alijs experti, aut ocyus ipsi laqueos circundare valentes: quibus ne id quidẽ erat cognitum, q̃ iuxta infernam ossium costarum regionem & arteria & vena porrigitur. Talis est, qui securim quadruplici acie excogitauit, deinde neq; eandem vnq̃ præparauit, neq; expertus est: non tamen verebatur per hanc ipsam polliceri arteriam sanguinis expertem se ostensurũ. F

Erat porrò huiusmodi aliquod ipsius somnium. Securim quadruplici acie censebat quadrangula figura ad vnum verticem tendẽte faciundam: deinde in vertice ipsius manubrium traijciendũ, quale ligones secures q; possident: postea prono extenso animali cuidam securim iuxta spinam ipsius vehementer impingendam, vt vno ictu quadrangula quædam figura spinæ incideretur peculiari circunscriptione: in qua, quod magnæ arteriæ comprehenderetur, vacuum sanguine inuentum iri asserebat. Sed hoc ridiculorum mimos scribentibus, ad risum excitandum dimittamus: ac aliam administrationem commemoremus, qua senex quidam septuagenarius, admodum grauis, arteriam sanguinis indigam ostensurum se prædicabat. Nam animal vnum quoddam esse volebat ex ijs, quæ excoriabilia nominantur, exempli gratia vel ouem, vel bouem, vel capram: diuidi vero in quadam particula, vbi magna post cutem statim arteria existit: hanc autem excoriari, ac detegi vicinis corporibus, vt nulli cohæreat: postea sectione per cutem, seruata diebus sex aut septem insecutis, labra vlceris dirimentes, funes duos arteriæ circundare, q̃ fieri potest plurimum inuicem distantes: deinde medium ipsorum excindere: inane liquidem repertum iri. Itaq; septuagenarius ille administrationem hanc nunq̃ ausus est experiri. Nos autem, vbi primum hoc audiuimus, eam aggressi sumus: facto q; ipsius experimento, capram & ouem sic ante pręparatam seni attulimus, admonentes, expergefactus tandem videret, vel semel reprehensus, quæ ipsi in somno apparuerint. Insuper ergo & alius quidam non multo ante administrationem, quam in libro tradidi, cui titulus est, An sanguis secundum naturam insit arterijs, alio modo narrabat, q̃ ipsa res se haberet. Demirantes igitur ipsius audaciam, qui administrationem apud me spectauerant, querebant, num ipse vnquam eam obierit, an relatu alicuius didicerit: hic autem sępissime se obiuisse respondit. Allata igitur ipsi capra ostendere cogebant: cum autem nollet, quòd nimirum ignoraret, ostenderunt pręsentibus aliter se habere rei euidentiam: ita in posterum modestiorem reddiderũt. G

Administratio talis est. Vna ex grandioribus arterijs, quæ in cute extant, cuiusmodi iuxta inguina est, nudatur, maxime siquidem in illa confectionem hanc facere consueui: funiculus altiori ipsius parti circundatur: deinde sinistræ manus digitis, quàm fieri potest longissime à funiculo, arteria stringitur: prius quàm vero grandem ramum de se miserit, recta linea ad longitudinem dissecatur tantum, vt cauum aliquod corpus inter laqueum & digitos queas inserere. Itaq; pręparetur calamus pręteṅuis ex eorum numero, quibus scribimus, aut æreum aliquod eiusmodi de industria factum, quod digiti vnius longitudinem habere sufficit. Vnde manifestum euadit, hac in administratione nullum sanguinis fluorem ex arteria diuisa accidere, elatiori quidem parte, vnde sanguis defluit, fune intercepta: demissiori vero ob funẽ non amplius pulsante, & à digitis constricta. Multo igitur ocio corpus cõcauum, quod in arteriã demittitur, licet tibi diuisæ tunicæ ipsius parti subijcere: deinde lino tenui arteriã simul cum calamo orbiculatim cõprehendere, curantẽ, ne vlla pars calami arteriæ sectionẽ erumpat. Sit autem calamus tali crassitudine, sicut dixi, vt in arteriæ tunica nihil laxum hęreat: volumus nanq; in loco ipsum persistere, neque altius, q̃ arterię diuisio est, elatum neq; demissius. Quo facto laqueũ solues: & digitos † quibus arteriam securitatis gratia constringebas, si libeat, ad partem ipsius transpones, quæ calamo confinis est. Sin autem, vt retuli, impactus fuerit calamus ligatusq; diligenter, nõ magis tenere te opus erit, sed ociosus ita poteris conspicere, superiorẽ quidem calami arterię partẽ etiamnum pulsare, sicut antea, inferiorem autem pulsu omnino destitutã. Igitur quod re vera apparet, ita habere dicimus. Verũ Erasistratus aliter de ipso videtur sentire, nẽpe imam calami portionẽ moueri. Talis est quorundã audacia, qui temerę de rebus nunq̃ visis sententiã proferũt. Quare, si in administratione nullum voles sanguinis effluxum arteria secta fieri, integrũ est nõ modo supernis, sed imis quoq; partibus funem circundare, quẽ videlicet postea resolues, vbi calamũ imposueris. Atqui ego non circundo, cupiẽs arteriæ corpus ab H

† *securitatis gratia, si libeat, quibus arteriam constringebas, ad partem.*

A pus ab illisu & contusione liberum conseruare. Iam vero non nulli alias quoq; administrationes recensent, quibus arteriam sanguine vacãtem ostensuros se pollicentur, tanq̃ aut facere quippiam sapientius, aut melius administrare Erasistrato possent. Nam ille prorsus, si quis planè administrationis modus esset, qui abunde satis arteriam inanem queat ostendere, prior excogitasset, quemadmodum quem in hœdis nuper lactentibus scripsit: sed illum quoq; ipsum experientia verum non esse cõperies. Porrò non solum in hœdis, sed etiam alio quolibet animante, quod liquidam in ventriculo substãtiam contineat, sumes experimentum: &, quo subtilior fuerit, hoc facilius in arterias resumetur. Initio igitur aiunt, simul ac mesenterium denudatum fuerit, arterias aeri similes apparere, postea lacte repletas conspici. Si igitur aeris specie occurrunt, tibi considerandũ relinquatur: etsi multi de ea re in vtranq; partem frustra contendant. Quòd aũt eas lacte repleri dicitur (in hoc enim falsitas sermonis continetur vt dictũ est,) licet quoq;, experiare in oĩbus animantibus, nedum hœdis, † non modo lacte ventriculum repletũ esse, sed qualibet humiditate: neq; enim, si lac, ideo statim transmittitur, verũ propter humiditatem facile oris arteriarum ad ventriculum pertinentiũ incidit: quia vero euacuatum subsequitur, vt ille ait, protinus attrahitur: quapropter, quãto humiditas lacte sit tenuior, tanto promptius resumetur. Verum, vt retuli, ne in vno quidem vnquam vidimus ipsum resumi, neq; alius quispiam visurus est, si experimentum eius facere statuerit.

† neque lacte solũ ventriculo repleto, sed qualibet &c.

B

GALENI DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS

LIBER OCTAVVS

ARGVMENTVM LIBRI

Reliquam vniuersi thoracis explicationem aggreditur.

De Thoracis terminis, ac de numero, & situ Costarum. CAP. I.

INsuper hic quoq; liber de spiritus instrumentorũ cõsectionibus administrãdis pertractat, quas subinde monstrari cõspexistis. At, quia nõ vobis solum, quibus liber visorũ cõmentarius est, me accõmodare proposui, quemadmodum & prius dixi, sed aliorũ quoq; omnium, qui consectionibus incumbũt, rationem habere necessarium est, ita ipsum conscribam, vt etiã ijs, qui nunq̃ eas spectarunt, q̃ fieri potest clarissimæ euadant. Quæ igitur in corde & pulmonibus tũ mortuo tũ viuo adhuc animãte cõtueri oportet, propè vniuersa libro superiore dicta sunt: itẽ de spirãdi instrumentorũ mẽbranis oĩbus. Proximũ ijs est, vt totius thoracis structurã prius sermone interpreter: mox ea, quæ in viui adhuc animantis consectione apparent. Quemadmodum igitur, qui loci naturam enarrant, ostensis prius finibus ipsum circũscribentibus, deinde ad particulæ huius disciplinã accedũt, ita ego quoq; fines, qui thoracem circũscribunt, prius declarabo. Vt igitur breui sermonis cõpendio totum cõplectar, thoracem nominant, quod à costis comprehenditur. Sunt autẽ hę omnibus, quæ prius retuli, animantibus in duodenum numerum porrectę: rarissime siquidem decimatertia costa visitur, atque hac adhuc rarius vndecima: atq; hęc ita rara sunt, vt inter mille vix vnum tali costarum numero inuenias: in totũ vero oĩbus aĩalibus, de quibus in hoc opere verba facimus, duodecim insunt costę. Et "præterea in ijs, quę clauiculas obtinent, elatior thoracis finis, clauiculæ existunt, quemadmodũ demissior omni animantiũ generi septũ transuersum, quod Græci φρένας & διάφραγμα nominãt. Sedes oĩbus costis duplex, prior στέρνον i. pectoris os, posterior vertebræ sunt, quæ totidẽ numero planè, quot & costę, habentur. Pectoris os, vnũ qdẽ os apparet ob harmoniæ perfectionẽ, quã ipsius particulæ in cõtextu sortiuntur: mẽbranis aũt derasis, q; & plura ossa sint, & numero totidem, quot cũ eo costæ coarticulantur, palàm innotescit. Nam anterius cuiusq; costæ extremum inferiori ossiũ singulorũ, quibus pectoris os constat, extremo coarticulatur, & costæ finis attenuatus in mediã pectoris ossiũ harmoniæ regionẽ demergitur: vt in qbusdã aĩantibus nõ magis elatiorũ ossiũ extremo, q̃ humiliorum capitibus, sed vtrisq; pari modo costæ coarticulẽtur. Septẽ itaq; priores thoracis costæ in hũc modũ coarticulãtur. Octaua ad radicẽ chartilaginis, quæ in mucronẽ gladij modo exacuitur, cõsistit. Reliquæ vero quatuor in thoracis latera desinũt, tm̃ priori parte deficientes, quanto etiã alijs breuiores sunt. Minima inter ipsas est, quæ postrema habetur: aliæ. n. singulæ pro situs ordine, quãtũ longitudine vincũtur ab elatiore, tm̃ humiliorẽ superant. Oẽs igitur retro cũ dorsi vertebris per diarthrosin cõmittuntur, idq; duplici nodo: altiori qdem, ad ipsum vertebræ corpus: humiliori, ad lateralẽ ipsarũ ꝓcessum decliuẽ. Hinc aũt in priorẽ infernam q̃; regionem lõgius obliquę procurrunt, & cum iam anterius fuerint, ab hac latione cessant. Desinunt etiam hic osseæ esse, ac reliqua ipsarum pars in minutioribus natura animantibus chartilago prorsus efficitur, in maioribus autem si osseam chartilaginem ipsam dixeris, nihil erit peccati. Et hæc chartilago non, vt ab initio costæ ex toto porrectæ sunt deorsum versus obliquæ, sic & ipsa defertur: sed

C

D

A.l.1.f 1.d.5. fu.1.c.16.14.a

A.l.1.f.1.d.5. fu.1.c.14.13.g

**Vuef. quid si finibus legemus?*

contra illa versa, sursum ad pectoris os pertendit, non nullis quidem animantibus magis in orbē, E alijs veluti ab angulo trianguli. At, quæ ad pectoris os non pertingunt, nothæ græce appellantur, quasi dicas spuriæ, & illegitimæ: totæ autem chartilagineæ admodū existunt: multo magis ipsorū finis non chartilagineus, sed chartilago exquisita censetur. Ex huius aūt chartilaginis partibus intimis septū transuersum ducit originē: elatior aūt anterior q; ipsius pars ipsi mucronatæ chartilagini subnascitur: quemadmodum posterior & demissior spinæ adhæresciti: in medio maxime, qua sedem vertebrarū anteriorem conscēdit, simul expāditur deorsum versus, per duo ligamenta valida imis vertebris iniectum. Quæ ligamenta, si animal grandi voce præditum fuerit, aut musculis natura neruεis, valentissima sunt ac longissime pcedunt, verum desinunt inibi circiter vigesimam secundā (deorsum versus si numeres) vertebram: in ijs, quæ exilem vocē, & musculos thoracis imbecilles obtinent, cuiusmodi & simia est, neq; crassa neq; valida. Verum superior pectoris ossis finis cū prima semper costa coarticulatur, quemadmodū & reliquis: ex abundanti quoq; in ijs, quæ clauiculas habent, etiā illis per diarthrosin committitur. Non tñ hæc articulatio ad thoracis motū subministrat: verū motus thoracis ad priora costarū extrema obscurascūt, nā ibidem pectoris ossi coarticulantur: manifesti aūt posterioribus, quà per articulos ipsas cū vertebris dearticulari diximus. Atqui nō oēs musculi, q thoraci quocunq; modo coalescūt, motus ipsius gratia creati sunt: F verum, vt quinto libro traditum est, qu dam à pectore & costarum spuriarum sedibus sursum tendentes humeri articulo subseruiunt: quidam ad abdomen descendentes, suos vsus habent, & thoracem paululum detrahunt: quemadmodū, qui costarū extremis aforis obiecti, iuxta pectoris os prorsum, & vertebras retrorsum, coarticulationes constringunt, & thoracem leuiter cōprimunt.

Errores Antiquorum de Thoracis motu. *CAP. 2.*

PORrò totū ipsius motū gubernat inferius septū ipsum transuersum, dum intenditur laxatur q; vicissim, dilatans cōprimens q; indidē terminū, ac attrahens ab ima quidē parte per mucronatā chartilaginē pectoris os, costas aūt spurias sursum leuiter & prorsum. Iam vero respirationem, quæ naturale opus, non aīale, esse putatur (siquidem ima thoracis pars vnà cum præcordijs in hac videtur manifeste moueri, superior interim prorsus nihil, interim obscure,) septum transuersum dūtaxat suppeditat: quod non modo substātia, sed vsu quoq;, musculus est. Verum pceptores nostri non recte censuerūt solum septum mouere thoracē in respirationibus, attollens quidem, cum tendatur, collabi aūt in sese permittēs, qñ relaxatur: quomodo aūt largiter ac vniuersim efflemus, aut vocē emittamus, ne conati quidē sunt dicere. Cæterum & latos thoracis motus, quos in cursibus videmus, ac oībus, qui se acriter quomodocunq; exercent, septi functione perfici existimabāt. G Intercostalium aūt musculorū, tanq̄ frustra procreati sint, nullā planè mentionē fecerunt: quemadmodū neq; sex illorū, qui à collo deferuntur, quorū maximi scapularum cōcauis subhærescūt: hos sequuntur magnitudine anteriores: minimi vero ex spinæ vertebris prodierunt. Insuper nec eorum meminerunt, qui costas sursum attrahunt: nec eorum, qui extremas detrahunt (verū dictum est prius libro quinto, quomodo optime in ipsis exercearis: nec non de scapularum posterioribus musculis verba fecimus, qui cum thorace quidem, quatenus etiam cum dorso, societatem ineunt, motum autem nullum ipsis præbent,) sicut neq; de spinalibus quicquam prodiderunt, qui thoracis vertebris subhærent, & adhærēt: insuper nihil de ijs, qui in superiori spinæ parte stomacho substrati sunt: vt nec de lumborum carnibus inferiorem spinæ partem contingentibus, qui spinam sanè flectunt, nullam autem spirandi particulam adiuuant, quemadmodum qui thoracem attollunt vel deprimunt: de quibus in respirationis causis dictum est. Quare hęc nunc perstringere propositum mihi non est, quæ probe in illis commōstrauimus, verum docere duntaxat, quomodo congrue aggrediaris ea ostendere, quæ in opere illo diximus circa thoracem apparere symptomata. Quin etiam in libris de thoracis & pulmonis motu haud pauca ex eis, quæ in cōsectionibus visuntur, explicuimus: de quorum administratione non nihil etiam nunc dicere conuenit. Porrò dictū H mihi est & in commētarijs de respirationis causis libros tres de thoracis pulmonis q; motu à me esse compositos, cum nihil adhuc mentione dignum proprio marte inuenissem: & amico traditos, præter animi mei sententiam excidisse, quemadmodum & pleraq; alia. Æquum nanq; putaui iam inde ab adolescentia, vt, qui nouum aliquod inuenissent, hoc solum in commentarios redigerent: ac ideo, quę à maioribus dicta sunt, non eram, tanquā mea, scripturus. Exercitamēta tamen vnum quemq; sua scribere non modo à culpa remotum, sed etiam vtilissimum existimaui, sicut & amico roganti gratificari. Cum igitur pręceptores nostri (erant autem hi inter Quinti & Nomesiani discipulos præstantissimi) pulmones, quomodo Erasistratus scriptum reliquit, à thorace moueri demonstrassent & docuissent, nos duobus primis libris de thoracis & pulmonis motu demōstrationes prodidimus, & ea, quæ in consectionibus apparent, vnde ad demonstrationes argumenta sup petunt: tertius ipsorum, qualis'nam thoracis motus existat, edocet, ex præceptorum sentētia & hic compositus. At, quæ me authore de thoracis motu adinuenta sunt, alio indicaui opere, cui de respirationis causis titulum indidi. Eodem bibartitam singulorum intercostalium musculorum productionem exposui, qualis natura sit, & quot numero sint totum thoracem mouentes, & neruorū ipsos ingredientium principia.

Quod

A *Quod Symptoma eueniat sectis fibris intercostalium musculorum.* CAP. 3.

QVemadmodum igitur omnia quis in opere illo tradita demonstrare posset, iam explicauimus, à primis intercostalibus musculis exorsi, quorum fibras superficiarias ab elatiore costa ad humiliorem leuiter oblique in anteriora pertinentes conspicis. Paulatim vero has dissecans in animali commortuo, (præstat enim in cadauere prius esse exercitatum,) tunc internas accedes situ his aduersas, vt ambo ad X literæ similitudinem habitum inter se exigant: quem vsque ad chartilaginosas singularum costarum particulas conseruari videbis, in illis autem euariari. Etenim exteriores fibræ talem indubie situm occupant, qualem interiores sortitæ sunt: contra anteriores qualẽ exteriores possident. At in musculis costarum, quas nothas, id est spurias, appellãt, ad finem vsque ipsorum eadem fibrarum natura consistit, quoniam hæ nullo flexu incuruantur. Maxime vero euidens in hisce musculis fibrarum inspectio est animali iam vetulo simul & extenuato. Itaque exercitatus in cadauere superficiarijs fibris ab altioribus secernendis, idem rursus in viuo animante hoc pacto emoliaris: atq; tunc nos in symptomatum, quæ ob fibrarum sectionem obtingunt, enumeratione vera prædicare dices. Porrò tractauimus de his iampridem in commentarijs de respirandi causis, nihilo tñ minus etiam nunc agemus. Quò autem sermo euadat dilucidior, nihil mali fuerit, aliud ipsi initium statuere, in eum modum. Primum in mortuo animali te B velim singulorum, quæ dicentur, situm ex amussi cognoscendo assuescere, vt in viuo celerius ipsa citra sanguinis fusionem, quatenus fieri licet, detegas. Quare in musculis intercostalibus proxime os costæ, arteriam venam & neruum in ima cuiusque ipsorum parte comperies, propius autem ipsum neruum. Proinde cum in mortuo animante superficiales fibras incidis, prius te exerceas ab humiliore costa auspicatus: ac dissoluens earundem consortium, paulatim adusque altiorem dissecato, nulla ex parte veritus aut vas aut musculum aut neruum incidere, donec propter costam superpositam peruenias. Hic autem diligentiam adhibeas, oportet, corporibus, quæ fibris incidendis subiacent: nam hæc tria mutuo se contingere videbuntur, nempe arteria, vena, & neruus: ac medio inter summas altas q; fibras situ neruum cernes, si fibras ad amussim sequaris. Plures tamen superficiariæ fibræ ijs, quæ in alto habentur, esse apparebunt, quoniam & re ipsa plures sunt, & profundiores iuxta nerui situm magis attenuantur. Vt autem in animante viuo vel exteriores fibras sine internis diuidas, vel etiam internas cum ipsis citra membranam costas succingentem, satius est, prius in sue exercearis: etenim animal amplissima prǫditum voce, aptissimum est ad confectiones, in quibus & vox quædam offenditur. Hoc merito præceptores nostri ignorarunt, vt qui rela C tam anatomen nunquam fuerint experti. Verum vtrisque fibris dissectis vocem simul, & quam nos appellamus efflationem animantis, interire res ipsa tibi persuadebit. Præstat igitur in huiusmodi administratione suem magnum adhiberi, valẽs enim ei membrana costas succingens inest: cui diligẽtia adhibenda, ne perseces, hac enim secta, dum thorax attollitur, non parum aeris extrinsecus ambientis in mediam thoracis pulmonis q; regionem trahitur: dum autem submittitur, hoc ipsum rursus per vulnus egreditur. Notum vero est inspiratione per animantis os facta tantum necessario ob vulnus perire quantum ipsius circumflui aeris in vicem ipsius thoraci extrinsecus influit: quanto autem minus per os ad necessarium sibi vsum inspirauerit, tanto minus efflare: quanto autem efflatio decreuerit, tanto vocem sequi breuiorem necesse est, nam hoc quoque in commentarijs de voce ostensum est. Atqui in hoc opere causas eorum, quæ animantibus in anatomis accidunt, interpretari superfluum est, vt quas suis locis explicuerimus. In præsentia vero non de neruorum functione demonstrationem quampiam producere statui, sed, quæ illis in libris ex anatome apparentia meminimus, eorum administrationes sermone interpretari: quas iam plerique sæpius conspexerunt, & ne pauci quidem obire queunt. Hoc igitur solum in sequentibus libris agemus, dicemusque iterum prius, quæ etiam veteres anatomici cognouerunt. Incisa D namque linea notabili per membranam costas succingentem in quocunque intercostali animal semispirans protinus & semiuocale redditur. Sin autem in altera thoracis parte æque secta fuerit, spiratio & vox aboletur: quemadmodum etiam, si in contractione thoracis, inaniti per sectiones aere extrinsecus illapso, eas obturaueris, respirabit confestim animal, vocemque emittet. Procliue autem est ipsas obserari labris sectionum simul contractis, simulque manu, quæ ipsa contrahat, in operculum non obturati adhibita. Sed hæc quidem, sicut dixi, euidentia omnes nouerunt, qui in anatomis industriam collocarunt. Quòd autem vtrisque fibris sectis in omnibus musculis intercostalibus non vox modo, sed efflatio quoque interit, nostrum inuentum est: quemadmodum etiam, cum solis neruis præter dorsi medullam sectis inoffensæ quidem musculorum fibræ seruantur, actio autem aboletur: ac potior est hæc administratio, quòd symptoma animantibus obueniens accuratius indicet. Etenim fibrarum in musculis sectio, dum per costarum longitudinem à dorso vsque ad pectoris os ducenda est, in omnibus quidem costis, quæ inferius, quàm elati thoracis musculi habentur, quos ex collo ad ipsas pertinere diximus, promptius efficitur, & nullum ex musculis thoracem mouentibus actione eneruat, sed ipsos duntaxat, qui inciduntur: quæ autem in supernis intercostalibus, etiam illos cogit incidere, præter quàm quòd scapulas integras auferat.

De Neruorum sectione, qua intercostalium musculorum actio obliteratur. CAP. 4. E

PRoinde melior est administratio, quæ neruorum sectione constat intercostales musculos resoluens. Perages autem ea parte, qua primum spinales musculi circumscribuntur, nempe in vertebrarum lateribus. Licet autem, hos quoq; conseces: at per carnem altam neruo detecto, haud facile hamulum subdideris, quali potissimum in varicum curationibus, quæ manibus administrantur, vtimur. Exiguus profecto longitudine omni ex parte ibidem neruo detecto subijcietur, ne membranam succingētem perforet: acutus quidem admodum, etiam conuulnerauerit interdum: retusus extreme, vix corpora neruo subdita penetrat. Itaque nec acutum, nec hebetem nimium, esse conuenit, sed eatenus in extremo attenuatum, ne subditus neruo à subiectis musculi fibris retineatur, omnes autem ipsas prompte permeet. Postquam igitur tali hamulo neruum totum eleuaueris, statim, vt habes, ei hamum ordinate subijcito: vt, si specillum vel eiusmodi quippiam cuique resoluendam subieceris, super ipsum elatius neruus vehatur. Deinde prehensum digitis, a principio, quod in dorso spinalis est medulla, detrahas, id q; ceu ad costarum longitudinem, iuxta situm, quem prius obtinebat. At, dum neruum vehementer adeo tendis, fit interim, vt à medulla spinali abrumpatur, & ad intercostalis musculi functionē nihilo fit deterior: alteri vero cuidam mox dicendo noxam affert: ne itaque eò tendas, vt nerui radix auellatur. Vbi tetenderis, acum obliquam linum habentem ei submittes: qua sub neruum traiecta linum ipsi subditum habebis: quo digitis prehenso laqueum inde neruo circundes, spinalem medullam, quàm fieri potest, proxime. Vis enim nimirum totum iuxta eam musculum resoluere: quod statim omnino assequeris, si neruum prius resolueris: id ipsum procliue est, si propter ipsi radicem laqueum circundederis. Licet & citra acum hamulo perforato opus administrare, sicut in neruis iuxta arterias carotidas fieri consueuit. Idem tibi facere integrum est, etiam si tecum aliquando solus examines, quali nam animal affectu ob neruos sic interceptos corripiatur. At, cum ostendis, satius est linum neruis omnibus subiectum sine vinculo pręparare: clamat enim sic percussum, deinde subito obmutescens ob neruos lino constrictos, spectatores reddit attonitos: nam miraculum esse videtur neruis exiguis in dorso laqueo interceptis vocem perire. Porrò complures in huiusmodi indicationibus tibi subseruiant, vt laquei subito omnibus neruis circumponantur. Si igitur non amplius eos soluere velis, quomodocunque libeat, ita constringito: at, vbi voles confestim soluere, & animal rursus vocale reddi ostendere (sic enim magis spectatores mirantur,) ansas ad laqueos inijcito, & mediocriter stringito, nam, vt soluas ocyus, ansa tibi conducet: nam cæcum vinculum appellatum admodum ægre soluitur. Vt autem vocem subito animal ædat, mediocris proderit constrictio: G nam nerui vehementius à circundatis laqueis stricti, si durum sit linum, contunduntur, sin tenue, intersecantur inciduntur q;: sic autem affecti actionem in posterum vinculis ablatis obire non poterunt: quod sanè obseruans ego (vt nouistis) subinde chordulis validis, aut filis ex lana vsus sum. Quidam vero nerui modice contusi statim quidem munere suo laqueis ademptis non funguntur: paulo autem post proprium habitum recuperant. Quod igitur nuper dicebamus, si neruum tendendo rumpas, consectio noxam aliquam percipiet, hoc est id, quod nunc dictum est: neque enim protinus ex vocali animante mutum euadet: neque rursus sublatis laqueis statim vocem ædet, quoniam, vt certior sis de symptomate ipsum occupante, quo modo neruum lædas, nihil interest. Verum in dicta functione & hæc te scire conuenit, primum quòd in elatioribus costis neruus ipsis porrectus altius inueniatur: recedens autem paulisper ad imam regionem, in humilioribus: quare etiam facilius est in hisce subijcere ei hamulum: Deinde vero & magnitudo offensæ haud ęqualis in totum omnibus obuenit intercostalibus: sed ijs, qui costas spurias attingūt, tanto minor, quanto musculus earum elatioribus minutior est. Ita primi intercostalis musculus actione infirmatus minimam affert offensam: secundi vero iam maiorem: aliorum musculorum singulatim resolutio multo grandiorem offensam quandam excitat, hoc est tertij intercostalis, H quarti, sexti, & præterea septimi. Nam insequentia quatuor intercostalia ad spurias pertinent, eatenus q; noxæ magnitudinem imminuunt, vt omnium postremum ne vel sensibilem offensam aliquam afferat, interim & primum omnium obscurissimam: proinde ego frequenter, vti nouistis, in ostensionibus ipsum consueui relinquere, quò citius administratio absolueretur. Cęterum intercostale extrema situm regione exemptu promptissimum est: quod in prima, difficillimum, tum quòd multa proposita sunt corpora, tum quòd neruus ipse nimis quàm sit exiguus, sicut et totum intercostale. Minimum itaque est postremum omnium intercostale vniuersum, at neruus ipse non item: nam in spuriarum costarum regionibus neruorum magnitudo dignitatem intercostalium excedit, quatenus ipsi non istic solum disseminentur, sed extra thoracem in præcordia elabantur: at primi intercostalis neruus in solum ipsi peculiarem musculum portione minimum dispensatur. De cętero igitur nouem intercostalia supersunt, quę dictam consectionem desiderent. Ac fieri potest, vt, dum alijs commonstres, quemadmodum & me conspexistis, thorace aliquando ad consectionem proposito, ipse statim ostendenda percenseas: alijs vero præcipias, vt interea, dum neruos eximunt, priuatim præsentibus commonstrent. Sin autem seorsum pauculis discendi cupidis anatomen exhibes, perspicuum, vel me tacente esse puto, primum domum lucidam

deligi

A deligi oportere: deinde ſcalpellum q̃ licet acutiſſimum haberi, nam tale prius docui ad exquiſitã ſectionem eſſe accommodatiſſimum. Vti vero conuenit maxime, curua ſcalpelli, ſimiliter vtrinq; fabricati parte, vt lineas vtraſque ſecantes vtrinq; curuas habeat, ſed altera ſit concaua, huic vero oppoſita gibba. At ſecare potiſſimum te velim, primum te ipſum, ad quem dixi modum, ſeorſum exercendo: poſtea ſecus, vt vlterius exponam, vbi modum præſcriptum prius in memoriam reduxero, quo muſculi ſectionem in media intercoſtalis regione ſic fieri debere cenſebam: non autem propter elatiorem coſtam, ſed in alta humilioris regione. Nam ipſius fibris continuis hic diſſolutis, paulatim ipſas poteris aduſque elatiorem detegere, donec vena in ſuperficie extans occurrat, deinde arteria & neruus per totam coſtam porrecta, paulo autem propius neruo conſiſtente. Iam vero ſic exercitus, ſitus ipſorum exacte in cadauere ſpectandi prius gratia, iterum ad coſtas mortui animalis reuerſus in eo conſueſcas imam elatioris coſtæ partem vno conatu nudare ita, vt fibras quidem incumbentes diuidas, neruum autem inuiolatum conſerues: cui rei aptiſſimum eſt myrteum ſcalpellum incuruum. Quo ego vtens, ſicut nouiſtis, fibras ipſius inferioris, deinde ſingularum coſtarum incidens, non nunquam primo aggreſſu neruum detego: aliquãdo mediocritatem non aſſecutus, ſecũdo, quod conuenit, peregi. Te vero, ſi ter quater've manum admolitus B primum, nudaueris, non oportet meliora deſpõdere, ſed Hippocratem audire, cuius hæc ſunt verba. « Quę manu tractare conuenit, prius ijs aſſueſcendum eſt: ac perpetuo manuum exercitio in« cumbendum. Aſſequeris enim poſtea aliquando animi propoſitum: ac vno conatu neruum nudabis. Mox autem, dum hunc detegis, ne hamum ei pulchre ſubdere negliges: ſed, quãtum fieri licet, cauebis, ne conuulneres, vel diuellas arteriam aut venam. Cęterum ob neruos, vt dictum eſt, lęſos, animali non ſolum vocis abolitio, verum alia ante ipſam duo accidunt, quę in tractatione de voce ſubſequi demõſtrauimus: vnum quidem & primum, quod aliorum duorum conſequentium cauſa eſt, muſculorum intercoſtalium immobilitas: alterum deinde ſecũdum, quo velox ſpiritus extra delatio obliteratur. Voco autem ipſam ἐκφύσησιν. i. efflationem, citra quam vox nõ poteſt fieri, vti oſtendimus. Atq; ideo tertiũ ipſa comitatur, vocis abolitio. Inſuper quartus alius quidam in tali adminiſtratione affectus oboritur, qui, vt maniſeſtior euadat, priuatim explicari deſiderat: quod in ipſis confectionibus euidenter hoc libro cognoſces.

de Flatibus iuxta principiũ.

Quæ Thoracis motui offenſa, quibus læſis partibus proueniat. CAP. 5.

C NErui aũt pp arterias, quas carotidas noĩant, p̃ceptoribus noſtris cogniti, ſi noxa aliqua ex ijs, quas paulo ante recenſui, afficiantur, animal reddunt mutum, non aũt ijs ſimiliter, qui intercoſtalia excurrunt: quippe raucus quidã in ijs ſtrepitus relinquitur, qualis ſtertentibus in ſomno fieri apparet. Hic ſtrepitus muſculis intercoſtalibus reſolutis obliteratur: verum reſoluuntur confeſtim aut fibris ipſorum, vt relatum eſt, conſectis, aut coſtis exciſis, aut neruo ad radicem vitiato, aut tota ſpinali medulla propter dorſi initium inciſa, qua adminiſtratione potiſſimum raucus ſtrepitus aboletur. Ac ea ſectione omnes ſimul inferiores particulæ reſoluuntur, nempe intercoſtalium muſculi, & hypogaſtrij, vel epigaſtrij idest imi vẽtris, vel abdominis, vel quomodocunque appellaſſe libeat. Porrò de his quinto huius operis volumine trãſactũ eſt, vbi enarramus, quomodo ipſos octonos numero optime ſegregaueris. Iã vero cũ his, ſedis muſculi, pudendorũ, veſicę, & & crurũ reſoluuntur. Verũ diaphragma, licet infra muſculos intercoſtales habeatur, non reſoluit, ꝙ videlicet ipſius neruorũ origo toto thorace ſit elatior. Neque etiam muſculi ſex, qui ex ceruice deſcendunt thoracem attollentes, præſertim ſupremam ipſius partem, offenduntur: etenim & his nerui de medulla ſpinali ceruicis deferuntur. Quinetiam id oſtendi publice cõſpexiſtis, quando thorace in confectionem propoſito, diebus multis inſecutis neceſſe mihi fuit & explicare ſimul, & indicare ipſius ſtructuram. In principio ſiquidem thoracis, quod inter has duas vertebras ſeptimã D & octauam media habetur, tota ſpinali medulla diſciſſa animal in latus concidit: itaq; iacuit imis thoracis partibus duntaxat à diaphragmate motis. Quippe hoc ſolo quoduis animal in paruis reſpirationibus vtitur: cum vero maioris reſpirationis vſus quidam ipſi oboritur aut exercitio, aut febri, aut vehementi aeris calore, aut alio quodam affectu, digeſto, neceſſitas eſt diaphragmatis functioni intercoſtales ſubuenire: ſin autem magis vſus reſpirandi increuerit, etiam elatioribus muſculis actionem obit. Vidiſtis enim animal illud ob ſpinalis medullæ ſectionem initio dorſi factam protinus collapſum in latus q; decumbens voce deſtitui, reliquas q; thoracis partes reddi immobiles præter imas duntaxat, quę diaphragmate functionem ſuam obeunte mouebantur.

At, ꝙ thoracis partium motus tota cute, quę circundatur, ablata manifeſtius conſpectui obijcitur, ipſi vidiſtis. Nanq; omnes muſculi intercoſtales in totum reddebantur immobiles: ima vero thoracis dilatabantur, motu quodam obſcuriore ſupernis diſtributo. Cum itaq; animal ſic affectũ in manus ſumpſiſſem, rurſus conſecui neruorum ad diaphragma pertinentium principia: quorum ſectionis cauſa protinus inferior thoracis pars moueri deſtitit: elatiores autem muſculi functionẽ obire coacti ſunt, à quibus ſuperior thoracis regio perſpicue videbatur attolli. Altero deinde animali capto, in collo ipſius radicibus neruorum ad diaphragma procurrentium conſectis imum thoracis ſtatim reddidi immobile, intercoſtalibus actionem obeuntibus. Porrò medulla

ſpinæ

ſpinæ inciſa ad dorſi principium, animal ſubito in latus procubuit, vtraſque thoracis partes, & altas & imas commouens. Quoniam enim maiori reſpiratione opus erat, diaphragma ſolum ipſi ſatisfacere non potuit. Cũ igitur ſuperioribus muſculis animal reſpirauerit, motus euidenter per ſcapulas totas aduſq; etiam ſummum humerum apparet: vbi ſolo diaphragmate, in inſpirationibus attolluntur præcordia, in expirationibus comprimuntur, ijs, qui in ſcapulis cõſiſtunt, immotis: cum vero intercoſtalibus ſolis muſculis operatur animal, ſcapulæ quidem ſunt immobiles, præcordia vero contra, quàm in diaphragmatis functione, comprimuntur quidem inſpirantibus, attolluntur autem expirantibus. At, ſi ſcapularum muſculos cogitas reſoluere, bifariam id efficies, interdum tranſuerſa ipſos ſecans linea: rurſus autem neruorũ offenſa. Commune ſiquidem hoc de omnibus muſculis ſciendum eſt, quòd, ſiue neruos ipſorum læſeris, ſicuti declaratum eſt, ſiue fibras omnes tranſuerſas amputaueris, totos ſtatim muſculos motu priuabis. Quare neceſſariũ tibi fuerit principia neruorum, qui in ipſos diſtribuuntur, & fibrarum ſitum pernoſcere. Non nullæ ſiquidem ſuperne deorſum verſus procurrunt, quemadmodum fibræ anteriorum mediorum q; thoracis muſculorum: quædam in latus inclinant, ſicut poſteriorum: aliquæ rurſus toti muſculorũ longitudini proportionantur, veluti fibræ aliorum omnium, vt ea dicendi formula vtar: ſunt quæ ſecus habeant, vt intercoſtalium. Cũ igitur elatiores ſolum muſculos, in quem dixi modum, reſolueris, intercoſtalium muſculorum, ſi vſus poſtulet, functionem adiungunt. Itaq; cæteri affectus, in quibus maiorem inſpirationem animal deſiderat, expoſiti ſunt propemodum vniuerſi: verum accedit ipſis interim nullus quidem animantis affectus, ſed ingens quidam vocis emittendæ appetitus. Quemadmodum igitur præcones aliquid pronunciaturi, plurimum aeris inſpirant, materiam voci copioſam præparantes: ſic etiam animalium, quæ inciduntur, non nulla aliquando facere videntur. Quorum vtique memoria vobis eſt neceſſaria, & omnium, quæ ea conſequuntur: ex quibus non nulla percenſere ſatius eſſe iudico, & potiſſimum quæ prædictarum adminiſtrationum ſunt particulæ.

De Nocumento ſectionis Intercoſtalium muſculorum, & Medullæ dorſi. CAP. 6.

INtercoſtalium ſanè muſculorum conſectio hoc modo incipiunda eſt. Os cuiuſque coſtæ iuxta inferiorem ipſam circumferentiam, vt dixi, nudare oportet. Vbi iam neruus apparuerit, vnà cũ eo venit inſpiciũda vena atq; arteria, quæ in ſuperficie magis, quàm nerui, extant, humilius autem paulatim ſitæ ſunt. Quare, ſi ab elatiore parte propter coſtæ circumferentiam hamulum exiguum ſubdideris, quatenus licet, experire neruum ſine vaſis adiacentibus, & præſertim arteria, excipere, quoniam ea vehementiore ſanguinis profluuio neruum contegit. Si vero ipſam quãdoq; vulneres, ſcalpello ſtatim prehenſo tranſuerſam totam diſſeca. Hæc nanq; communis eſt omnium vaſorum ſanguinem emittentium prohibitio, quoniam vtraq; ipſius pars ad quandam ſibi cõtinuã retrahi conſueuit: quæ, ſi copioſa carne occultetur, illam ipſam operculi loco retinet: ſin autem nuda fuerit, paruam ſectio vtilitatem affert. At non carne vacant cuiuſque intercoſtalis vaſa: quam obrem & ſecta, quo dixi pacto, ſtatim ceſſant. Hoc igitur prædictis proprium relinquebatur: ad hæc ſpinalis medullæ diſſectio: quam, vt nouiſtis, molior in maioribus quidem animalibus vertebras prius excindẽs: in minutis vero, cuiuſmodi ſunt ante diem vnum aut alterum aut certe tres generati porculi, inſtrumento quodam in modum ſcolopomachærij appellati à me fabricato. Id autem fiet ex ferro optimo, quale in Noricis habetur, ne ſubito hebeſcat, neque reflectatur, aut confringatur. Quin etiam craſſius organum ſcolopomachærijs conueniet, vt vertebrarum compagines illidens opus prompte conficias. Interdum igitur, ſicuti vobis notum eſt, cute ſcalpello diuiſa & poſt ipſam corporibus, aduſque vertebrarum commiſſuram intrudimus machærium oblongum: ſic enim ipſum nomino, quòd latera duo acuta habeat in extremo ad vnum verticem coeũtia. Aliquando poſteriores proceſſus prius excindo, vel etiam vertebrarum ipſarum totam poſteriorem extuberantiam. Inſuper à ſpinalibus muſculis ſubinde aufero, quod inter ſpinam & horũ lateralium proceſſuum terminos medium conſiſtit, quò vertebrarum compagines ad amuſſim in aſpectus notitiam veniant. Maxime vero attendendum cenſeo proceſſibus, qui ſpinam efficiũt, quomodo decliues leuiter exiſtãt, vt videlicet prior ſtatim ſcalpelli ictus ſurſum verſus obliquior deducatur, ceu ſecundus exacte tranſuerſus. Porrò ſpinalem medullam tranſuerſim totam incides, nihil ex ea integrum relinquens, præterquam ſi non nunquam de induſtria dimidium ipſius voles reſoluere. Etenim hoc quoque ipſum ad totius ſubſtantiæ & naturæ ipſius, de qua huius operis volumine decimoquarto agemus, cognitionem erit vtiliſſimum: ad illa vero, quæ propoſuimus, inuenienda, hæc profuerit cognoſcere. Spinalis medulla cum iuxta longitudinem ſuperne deorſum verſus per medium recta linea diſſecatur, nullum ex intercoſtalium neruis reſoluit, neque eos, qui in dextra parte aut altera habentur, neque eos, qui in lumbis vel cruribus exiſtunt: tranſuerſa autem, cum dimidia duntaxat pars ipſa diuiſa fuerit, ſiue ſiniſtra, ſiue dextra, omnes ordine iuxta rectum inciſæ partis tramitem nerui reſoluuntur. Cum itaque ſemiuocale animal voles reddere, in hunc ſecabis modum: ſin autem mutum ſubito, totam ſpinæ medullam tranſuerſam diuides.

E F G H

De Noxa

A *De Noxa, quæ fit ex Costarum & aliarum thoracis partium sectione.* CAP. 7.

QVoniam vero costis etiam excisis tum efflationem tum vocem animalis offendi, quemadmodum ex musculorum neruorum q; sectione, diximus, quomodo costas excidere conueniat, iam dicamus. Animum te velim aduertere, cum animal clamauerit, costarum po situræ: nam intercostalibus musculis vehementer hoc in tempore contractis, manifesto costæ extuberant: id q; magis, si animal existat macilentum: in quo etiam consectiones huiusmodi obire ti bi consuluerim. Postquam igitur accurate situm fueris contemplatus eius costę, quam excidere aggredieris, seca, dum animal vocem ædit, simul cum cute totum, quod ipsi costę corpori carnosum subiacet, vsus τῷ ἐπικοπίῳ, idest incisorio: quid enim mali est ita vocasse similiter anatomicis chirurgis q; corporum sectioni subiectorum fulcimen? Quod si totum, vt par est, primo ictu sectum nō fuerit, saltem secundo, vel certe tertio, incidetur. Quippe tutius est primo reuerenter dissecare: interim nanque accidit circa huiusmodi inexercitatis, qui per totam costæ longitudinem sectionem ducant, scalpello à curua parte lapso, atque deorsum intercostale versus deducto, corporum, quæ inibi sunt, aliquod attingere. Porrò dictum est inferiori singularū costarū circūferentiæ non modo neruum, sed arteriam quoq; & venam porrigi. Itaq; in prima exercitus, quàm B fieri potest plurimū ad costę longitudinem incidendo vsq; ad membranam os ambientem, celerrime simul & optime opus absolues. Etenim singulæ costæ parte sui curua & orbiculari, membrana circundantur, cæteris omnibus, quæ os ambiunt, simillima. Hanc igitur ipsam vbi ad costæ lōgitudinem secueris, ab osse deradito, myrtæo vtrinque incuruo vtens. Vbi fuerit detecta, vt costę os altius appareat, tenuem membranæ custodem (μηνιγγοφύλακα Græci vocant) immittes aut spathomelam latam, inter vtraque corpora, membranam puta, quæ os ambit, nudatam, & ipsum costę os, cauens diligenter, ne membranam costas succingentem aut diuellas, aut perfores: quo probe peracto os costæ abscides cultris duobus excisorijs mutuo sibi oppositis, vt moris est. Quòd si animal recens natum fuerit, etiam vna diuisio transuersa per costę chartilagineum deducta sufficit: siquidem membrana, quæ os ambit, accurate prius derasa, facillimum est prehensa digitis, reflectere sensim partes costæ diuisę ad continuum ipsius vtrunq; terminum, retro quidem vertebræ per diarthrosin commissum: anteriore vero parte, pectoris ossi per synarthrosin. Non igitur ossa thoracis, quæ infra scapulas habentur, excidas: quæ vero sub scapulis existunt, illarum ablationem desiderant. Vnde, sicut intercostalium musculorum sublimium, vt prius dicebam, sectiones, ita & costarum excisiones, hac in regione sunt difficillimę. At hac de causa neruorum af-C fectorum administratio est præstantior. Verum, vt vocem efflationē q; ab intercostalium musculorum resolutione vitiari habeas persuasum, satis est vel eos solum afficere, qui subter scapulas habētur, aliàs fibris ipsorum (vt prius explicatum est) incisis, aliàs osse quodam exciso. Tanta siquidem pars totius naturalis efflationis vocis q; perire videtur, quanta & musculorum intercostalium portio est resoluta. Id q; similiter ipsis accidit in omnibus, quæ resoluunt, administrationibus, numero quaternis, vti est expositum: vna sanè, quę costis fit excisis: altera, sectione spinalis medullæ: tertia, neruorum: & quarta, fibrarum. Quòd si igitur musculi alterutra in parte, aut dextra aut sinistra, resolutionem fuerint experti, dimidiata efflationis ac vocis portio aboletur: sin autem alterutrius dimidiata, tūc ambarum functionum pars quarta vitiabitur. Nanque pro musculorum, qui resoluūtur, numero semper voci noxa oboritur, si videlicet musculorum magnitudinem simul expendamus. Si enim solos vtrinque vel maximos vel minimos resolueris, inæqualem efflationis vocis q; offensam excitabis, etsi parem ipsorum numerum vitiaueris: maiores siquidem secundum noxam à minoribus differunt. Ac diximus etiam vocem efflationem q; ob spinalis medullæ sectiones absolutius interire. Porrò fibris musculorum intercostalium sectis, vel costarum ossibus excisis, musculi quidam relinquuntur ex ijs, qui thoracem comprimunt: tum, qui D costarū extremis porriguntur: † tum omnes, qui in imo ventre sunt. } Cum autem thorax modice ab his comprimatur, modica etiam efflatio gignitur, cui & vox proportionatur. Quare prædictis administrationibus animal interim mussitantium modo exiguum adeo quippiam sonat & obscurum. Neruorum vero sectionem ęqualis propemodum noxa comitatur, vel paulo minor, quantum ex spinalis medullę dissectione colligebatur, propterea, quòd musculi nominati ab intercostalibus neruis propagines assumunt. Etenim, si post præcordia partes primæ tertiæ q; coniugationis musculorum aliunde motum obtinent, certe partis ipsorum iuxta thoracem munus interire necesse est, vt cum reliquo inferiori ipsa mota nullam sensibilem vel efflationis vel vocis noxam faciat. Quòd autem accidentium ratione in talibus vox aboletur, prius autem efflatio, in libris de voce comprehensum est. At, quia rursus efflatio subita, quædam est expiratio & vehemens, ideo nunc quoq; res postulabat in respirandi instrumentorum sermone huiusmodi administrationum fieri mentionem: quanquam iterum de ipsis in vocis instrumentorum consectione erit dicendum.

† Tum omnia, qui in imo vētre sunt, primum tertium q; coniugium.

De Neruorum & Musculorum sectione, qua totus Thorax immobilis redditur. CAP. 8.

CÆterum non abs re proposita fuerit alienum percensere, quomodo totum thoracem reddas immobilem, solis neruis, qui musculos ipsius mouent, laqueo circundatis: quod me non

non tantum priuatim,sed etiam publice vobis indicantem subinde conspexistis. Certe interco- **E** stales musculos per neruos,qui de spinali medulla ad ipsos pertinent, motu destitues, in quem dixi modum: diaphragma vero, vbi huius neruorum principia similiter affeceris. In suibus potissimum omnia id genus indicantem me crebro spectastis, tum priuatim, tum publice, eo,quod neque simia amplius quippiam in huiusmodi consectionibus obtineat, & spectaculum sit odiosum. Itaque verbis regionem exprimere manifesto nequeas, vbi indicare clarius oportet. Nam tum ad memoriam eorum,quę videris,tum ad eorum, qui nihil vnquam spectarunt tale, institutionem,enarratio erit vtilis. Proinde,cum animal supinum, vt paulo ante docui, in assere figuraueris vinculis illigatum,non quatuor duntaxat artus, sed etiam caput totum vnà cum ceruice, in illa potissimum regione neruos subiectos inuenies,vbi anteriorum artuum initium subsistit. Ac satius tibi fuerit totam eius loci cutem in primis adimere, quò venas duas grandes conspicias, quarum altera ad ceruicem obliquior pertendit, altera transuersa magis ad anterioris mēbri principium: siquidem inter has membranis digitis auulsis neruos spectabis per ceruicis latera deorsum versus obliquos ad thoracem procurrentes, qui musculis collo subditis inhærescunt: &, vbi in idem coierint, primam costam attingunt. Quòd si semel locum accurate perspexeris, cutem à neruorum sede diuisione simplici detrahere aggredieris: ac id exercenti vna quandoque sectione **F** diaphragmatis neruos nudare licebit,tres quidem vtraque ex parte, qui plerunque in suibus habentur,in simijs vero plurimum duo: tertius autem raro in his videtur, vt in suibus quartus. Origo ipsorum omnium est ceruicis spinę medulla: ex quartæ sane & quintæ vertebrę interuallo prima coniugatio procedit: ex quintæ & sextæ spatio secunda: ex regione post sextam vertebram tertia,quæ etiam exigua est: quemadmodum,si quarta quandoq; accedat, eius cōiugationis, quæ post septimam vertebram est,propago nimis quàm parua est. Porrò omnibus ipsis incisis diaphragma motus fit expers. Pari modo,si musculorum singulorum ex ceruice ad thoracem descendentium, qui sex numero habentur,neruos affeceris,actionem vitias. Affectus autem,vt perdocui, duplex quidem est,vel dum secantur,vel dum intercipiuntur. Verum,quia neque musculi, neque multo magis nerui,cute duntaxat detracta in conspectum veniunt,musculos primum conseces,oportet,qui sursum à pectore ad humeri articulum perferuntur. Itaque homini inexperto res videtur ardua: atque is forte opinabitur ne animal quidem vnum ad omnes consectiones sufficere, quas administrare citra neruorum læsionem, quæ totum thoracem efficit immobilem, est necessarium. Verum,si crebrius me id factitantem conspicatus fuerit,ipsa functione potest persuaderi prædictam anatomen posse administrari: nam imaginatione potius,quàm sua ipsius virtute, imperitos **G** molesta videtur deterrere. Non igitur deterreri quis debet, sed experientia audere, primum quidem totam cutem à pectore auferens,fit enim hoc citra sanguinis profusionem: deinde musculos ad humeri articulum peruenientes adimens, quippe hoc etiam sine sanguinis fluore fieri solet: tertio post hæc totas scapulas a musculis,qui ipsis concaua parte subhærescunt, secernens simul cū musculis,qui ab imo sursum versus ad humeri articulum feruntur: item cum magno, qui axillam efficit: insuper paruo ad humerum sito,quem ego inueni. His enim peractis duo elatiorum thoracis musculorum coniugia apparebunt,vt & neruos alterius maioris coniugij musculis euidenter superstratos insidentes que videas: alterius autem minoris,quod & situm habet anteriorem, nerui ægrius quidem inueniuntur,verum exercitato prius in cadauere non itidem ægre. Atquè citra scapularum simul cum musculis commemoratis detectionē, licet,in musculis, qui thoracem mouent,neruorum initia in vtriusque coniugij capita cōnijci reperias. Verum de ipsis in consectione neruorum dicetur tam luculenter, vt aliquis studiosus & laborum amans ipse suo marte exercitatus anatomen nuper relatam absolute queat aliquando obire. Quoniam vero tertium quoddam par est musculorum, qui thoracem mouent,gracile & exiguum, de ligamento tenui & membranoso post scapulas incipiens,quod nec ipsum cute adempta protinus apparet nisi muscu **H** lis scapularum proprijs dissectis,de his quoque musculis sciendum est,cum proprios vtrarunque scapularum musculos incideris, & par musculorum membraneorum detexeris, ne sic quidem expeditum esse, quemadmodum in anterioribus, vt ex neruorum lęsione ipsos reddas immobiles,cum reconditi simul & tenuissimi nerui sint ipsius motores. Quin & capita ipsorum, quæ membranea sunt ligamina, dum incidis, promptum est musculos resoluere. Hoc enim iam in vniuersum de omnibus musculis intelliges, quòd dissecto ipsorum capite, non amplius functionem obeunt. Itaque, si musculus capite simplici vno que constat, facillimum est illud secantem motu ipsum priuare: sin autem pluribus, omnia ipsa incidere oportet. At in quibusdam musculis capitum numerus ne deprehendi quidem potest,cum ex pluribus ossium processibus incipiat, quemadmodū in his ipsis duabus prædictis thoracis cōiugationibus,& magis in priore habere nouimus. Tutius igitur est illic ipsos secare, vbi capita in idem primum congregantur. Hoc vero sanè in anterioribus quoque musculis factitare consueui, cum non ob neruorum noxam, sed musculorum ipsorum sectionem, resolutionem moliri statuero. Itaque profunda in his sectione opus est, vt qui penitiorem situm occupant, vbi capita ipsorum coierint. Porrò in posterioribus expeditissima est diuisio, vt vel vnguibus possit administrari. Certe de musculis thoraci

ipsorum.

A ci peculiaribus & hæc dixisse sufficiat.

Noxæ, quæ ex Medullæ Dorsi sectione alias alia in parte facta proueniunt. CAP. 9.

CÆterum de spinalis medullæ sectione dicetur quidem & postea, cum ad ipsam peruenero: nunc tātum retulisse satis est, quantum ad præsentia conducit. Si in media tertiæ & quartæ vertebræ regione totam ipsam persecueris, spiratione confestim animal destituitur, nō solum thorace, verū etiam infra sectionem toto corpore facto immobili. Atqui perspicuum est, quod, si post secundam aut primam vertebram, aut in ipso spinalis medullæ principio, sectionem ducas, repente animal corrumpetur: verum, si post sextam vertebram medullam spinæ totam secueris trāsuersam, (semper enim id subaudiendum est,) toti quidem thoracis musculi statim motum amittunt, solius autem diaphragmatis beneficio animās respirat: inferiores vero hac vertebra sectiones spinalis medullæ, permultis ipsius partibus thoracem moueri concedunt, nam maxima sublimium ipsius musculorum coniugatio duplicem vtrorunque neruorum originem sortita, processum alterius coniugij maioris plurimum post sextam vertebram exigit. Etenim huius gratia post septimam vertebram spinalis sectiones utraque musculorum coniugia functionem obire non impediunt: his magis sectiones post octauam aut nonam factę, siquidem & alia neruorum principia B assumunt, & musculorum membraneorūm actionem retrorsum adsciscunt, atque inspirare animal videtur ambabus thoracis partibus, superiore & inferiore, præterquam si parua respiratione indigeat, nam tunc etiam diphragma solum ei sufficit. Cæterum, quanto magis ad humiliores vertebras processeris, tanto plures thoracis musculos actionem obeuntes habebis: nō tamen sexta neruorum à cerebro coniugatio respirationis muneri subministrare videtur, quia ne vel particula quæpiam ipsius in vllum thoracis musculum propagatur. Quapropter, cum alia neruorum principia dissecta fuerint omnia, hoc autem solum perseruetur integrum, animal repente respiratione priuatur nihil ex ipso adiutum. Non tamen neruorum cōiugio ad septum tendenti eadem accidunt: omnibus siquidem alijs neruis oblæsis solo diaphragmate animal respirat, motu in thoracis partibus euidenti ædito.

Ostensiones de Spiritu à pulmone in amplam thoracis capacitatem transeunte. CAP. 10.

AT, quia de spiritus transitu in mediam thoracis pulmonis'que regionem quæstiones anatomici agitarunt, consectiones quoque huic rei commodas iam opportunum est exponere. Costæ profecto excisæ, sublatio vetus quædam est, obscuram obtinens dignotionem: nam aliqui pulmonem thoraci iunctum videre se asserunt, alij disiunctum: atque hoc propter membranarū C subter costas, quæ exciduntur, crassitudinem accidit. Verum nos hanc inspectionem magis euidentem fecimus, nō costa solum extracta cessantes, sed vna cum ipsa alteram membranarum eximentes, quæ prius, quàm illa excideretur, ossa ambibat, vnde nomen ipsi inditum est περιόστιος: etenim hac sublata, succingens simplex sola relinquitur, inspectionem, quæ per ipsam fit, manifestam efficiens: vt omnes fateantur pulmonem thoraci esse iunctum euidenter cernere. At manifestior adhuc huius rei inspectio fiat per diaphragma nudatum, cum peritonæi vertex auellitur. Administrationem in hunc modum obire conuenit. Animali resupino omnes abdominis musculi propter spuriarum costarum extrema secantur: peritonæum nō attingitur. Dictum vero est superius, quartæ inibi musculorum coniugationis neruosas exilitates peritonæo esse adunitas. Dum itaque sectionem in illis non secus finieris, deinde peritonæum à septo subtrahatur, neruosis exilitatibus nequaquam hic cum eo porrectis. Cæterum facile hoc manibus citra scalpellum expeditur: & multo quidem magis animali viuo, quàm mortuo, opus peragitur, siquidem frigefacta post mortem corpora, quæ inuicem κατὰ δ ἄσπιν i. auulsione, possunt separari, secretioni minus obtemperant. Tunc autem, cum à neruosa septi transuersi parte peritonæum auulseris, ventrem quidem detrahes: quęcunque vero ex vtraque ipsius parte sunt, in latera, vbi diaphragma D carnosum est, abduces. Insuper si, quæ propter mucronatam chartilaginem habentur, sursum extuleris, quæ vero ad vltimas costas sunt, in latus tetenderis: item si, cum opus fuerit, transuersas abdominis musculorum sectiones per vtraque ilia confeceris: admodum conspicuam diaphraghmatis partem neruosam reddes, vt omnes palàm confiteantur pulmonem hac parte thoraci appositum nunquam distantem, verum semper in vtrisque respirationis partibus adiectum, siue inspiret animal, siue expiret. Hæc itaque apparentia Erasistrati opinionem corroborant, qui putabat nullum ex pulmone spiritum profluere: verum ei, quod dicendum est, repugnat. Nam diaphragmate sic denudato, si obtruncaueris animal, pulmo à septo statim videtur abscedere. Porrò cum varij mortis sint modi animantibus, quomodocunque ipsum occideris, pulmonem à septo plurimum seiunctum spectaueris. Nos itaque interdum in aqua suffocantes, interim laqueo vel sectione spinali medullæ propter primas vertebras impressa, aliquando grandes arterias aut venas persecantes, pulmonem sensim à diaphragmate discedentem moriente animali spectauimus. Idem hoc apparet etiam in costa excidenda: & euidentius sanè illi qui viuo adhuc animali pulmonem thoraci propinquum inspexit. à morte vero plurimum distare videtur, manifesto ostendens, spiritum in ipso contentum in regionem ipsius & thoracis mediam euacuari. Quin etiam viuo adhuc animante iuxta fibrarum extrema, regio quędam inter instrumenta

vtraq;

vtraq; videtur inanis,& præsertim cum largius respiret: nam in exiguis respirationibus, quibusdam nihil prorsus sensibile alijs vero exiguum plane apparet,costæ videlicet osse prius exciso. Si vero magis voles apparere vacuum,animal coges ante confectionem currere, vt anhelanti costa excindatur: nam cũ respirationis magnitudine etiam loci inanis capacitas semper augetur. Amplior vero post celerem cursum apparuerit, si diaphragma ipsum neruorum peculiarum sectione resoluas: tuncenim intercostalibus musculis respirare cogitur,ac in ampliore interuallo thorax moueri apparet. Iam vero alia quædam est administratio,quæ videtur ostendere spiritus aliquid ex pulmone in thoracem permeare. Porrò vesicam mediocri donatam orificio antea præparare conuenit: deinde cute costarum orbiculatim excisa, vt sectionis labri circulus vesicæ orificio sit æqualis,primum costæ os excindere, vti retulimus: mox vesicam cum vlceris labro consuere, subijcientem circulatim ipsum vesicæ orificium,vt cutis sit extrinsecus: postea foramina ab acu in eis facta illinere,per quæ linum traiectum est,medicamine quodam emplastico seu glutinario,cuiusmodi est quod πάρυγρον dicitur,vel ex liquidis ceratis aliquod. Maxime igitur ne sensibile quidem inter linũ & cutem spatium accidit: verum,quod sensum effugit,cerato tutius est illinere, ne ex ambiente aere spiritus quidam intro penetret, neq; ab internis extra: deinde perforata in fundo vesica,intro per foramen mittere scalpellum,quod manubriolum rotũdum habeat, vt lino vesicæ extrinsecus circũposito circa scalpelli manubrium vesicę tunica stringatur quo nihil inter ipsam vel ex aere circunfluo in vesicam permeet,vel ex illa foras mittatur. Cuius rei causa cerato,vti quemadmodum diximus,conueniet,deinde membranã costas succingentem scalpello incidere, & speculari,quo modo spiritus quidam per sectionem ex thorace in vesicã expirationis tempore excernatur. Hunc aũt ipsum rursus inspirationis tẽpore videbis,cum thorax attollitur, per sectionem intra thoracem trahi: deinde rursus,dum expirat animal,in vesicam peruenire: postea illinc rursus ad thoracem: atq; copiosiorem singulis spirationibus fieri spiritum contuebere, ac vesicam prorsus co repleri. Verũ ad huius quoq; rei euidentiam bifariam, licet,cõtradicas,vel aeris quippiam a foris intra pulmonem,dum fit inspiratio,iuxta linum penetrare,pauciorem vero ab interioribus foras,dum expiramus: vel ẽt mẽbranam pulmoni circundatam,cum ea,quæ costas cingit,diuidi. Id igitur sic non nunquam accidit. Difficile siquidẽ est pulmone thoraci semper contiguo alterũ instrumentum perforare,alterum ipsorum integrum retinere: & id deprehendes post mortẽ animantis pulmone nudato. Porrò de aeris circunflui inter linum & cutem in vesicam transitu disputatio contentionis plena est,& pluribus verbis refutari desiderat. Verum superfluũ est talibus vti,cum res ex alijs euidenter apparentibus demonstretur. Quare ad propositæ speculationis demonstrationem tali administrationis modo prorsus vtendũ non est,cũ paulo ante dictus manifesto innuat spiritum pulmones quẽpiam permeare. Omnino.n.animalibus quomodocunq; mortuis,siue,vt dixi,costa excisa,siue diaphramate nudato,pulmo à thorace distare videtur: quod fieri non potest,nisi etiam spiritus aliquid ex pulmone in amplam thoracis capacitatem pertranseat.

GALENI DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS LIBER NONVS

ARGVMENTVM LIBRI

Fragmentum hoc noni libri cerebri dissectionem,imperfectam tamen,complectitur.

Propositum libri,ac de Cerebri membranis & illarum venis. CAP. I.

QVonam pacto ea,q̃ in cerebro & spinali medulla per confectionẽ apparẽt, optime queas intueri,tũ mortuo,tũ viuo adhuc animante,hoc libro indicabimus. In cadauere siquidẽ anatome celebrata,cuiusq; particulæ sitũ,numerũ,substantiæ proprietatẽ,magnitudinem,figuram,& compositionem edocet: in viuo autẽ confectio interim functionem ipsam manifesto ostendit,interim ad huius inuentionẽ ratiocinationes exhibet. Nulli igitur obscurũ est oportere,vt mortui animãtis cõfectio eã præcedat,quæ in viuo administrat. Cũ vero ipsa duplex existat,(qm̃ & particula toti corpori & adiacẽte,& ablata,fieri põt) priorẽ cerebri anatomes administrationẽ pcẽsebo, quæ fit ossibus caluariæ exemptis, mẽbrana,quæ cerebrũ in orbẽ cõtegit,inuiolata: quã siue crassam, quemadmodũ ego nunc ꝓtuli, siue durã,siue cuticularẽ appellasse malis,nihil intererit: quẽadmodũ,si ẽt alterã sub ea,tenuẽ,mollem,mẽbraneam q̃; nuncupes,nihil speculationẽ anatomicã vel iuuabis vel offendes. Etenim vtilitas in partiũ naturæ scientia,non in appellationibus sita est dissectoribus. Porrò cerebra bubula in magnis ciuitatibus in totũ parata vẽduntur, plurimis caluarię partibus nuda: &,si plura,q̃ oporteat,ossa in lateribus adiacere aliq̃n putaueris,coquo vendẽti iubebis ea adimere: qui si non adsit,

ipse

A ipse munus obeas, valentibus vtens excisorijs, aut fabrorum ascijs, quas mihi quoque pręparatas conspexistis. Sed potius ex ferro duro huiusmodi cōficientur: nam ex infirmiore fabricata multis ictibus parum quid proficiunt. Quanq̃ vehementer feriri caluariam sępe nolumus: quippe hmōi ictus cerebrum natura tenerum valide concutiunt dissoluunt diuellūt q̃3. Oportet aūt ipsum ad speculatione parare nihil horum perpessum, vt omnes quidem neruorum processus exquisite in conspectū veniant: nec non omnes arterię & venæ in ipso: item septū, quod anteriores ventriculos discernit: ad hęc quæ circa scyphonem (πύελον, aut ab infundibili similitudine χώνην, Græci vocant) habētur: atq3 id genus alia. Itaq3 particula cōmode præparata mēbranā duram inspicies, iuxta mediā ipsius longitudinē multo se ipsa crassiorē quā primum apparentē, atq3 ita aliquousq3 descendētē, qua potissimū parte caluariæ futurarū media habetur. Pari modo sub sutura, quæ à Græcorū literę Λ similitudine labdoides appellatur, crassam membranā duplici structā plexu, simul & cerebrū aliquatenus ingredientē, conspicies. Venę porro per ipsam, vtrinq3 singulæ, iuxta suturæ labdoidis latera excurrentes tibi apparebūt. Vbi vero hæ in idem mutuo conuenerint, altissimus is ferè locus est eorū, qui in orbē circumiacent: non aūt æqualis ab eo tum prior tū posterior cerebri pars existit, sed anterior multo maior. Verū ad id, quod elatissimū habetur, altera ēt crassæ mēB branæ duplicatio accedit, vt aliarū oīum ipsius partiū, quę cerebrū orbiculatim comprehendunt, crassitie quadrupla esse appareat. Ad hæc tertia quędā alia vena præter duas prædictas ad longitudinem porrigitur, in anteriora excurrēs: quid.n.aliud, quam venam, eiusmodi vas appellaueris, in quo sanguis contineri videtur? Viuo itaq3 animante cerebrū si fuerit denudatum, quemadmodū in habentibus fracturam perforare caluariam consueuimus, sanguinem in enumeratis concauitatibus contineri spectabis, mortuo aūt grumū: ipsas vero concauitates nō habere venæ tunicam, quę simul per capitis ossa ascendat, sed, vbi primū vena caluariam attingat, crassam membranam ibidem duplicari: nec non internam regionē fistulæ modo sinuatā, in peculiare vas sanguinē recipere, & conseruare, qualem acceperit. Vt igitur ad amussim id videas, corpus habebis pręparatum tenue & oblongum, cuiusmodi sunt dipyrena gręce dicta, i. specilla vtrinque capitulata: erit aūt ex materie lignea, nempe buxea, aut aliqua tā solida: & hoc in mēbranę sinus demissum, prorsum conaberis propellere, quā cedit: & ipsum membranæ corpus secare, quoad in lignū incidas. Sin autem hoc specillum non affuerit, vel scalpellū vel spathomelā per alterum extremum, in quo specillum circulare habetur, demittens in membranę cōcauitatem, in anteriora propelle: ipsam q̃3 per latus seca, vtrinq3 instrumentum demissum ad alteram partem declinans, vt neq3 scalpellum cōC fringas ei occurrens, & concauitatem assequaris. Dum igitur membranæ cerebri duplicationes ossibus, quę ambiunt, nudabis, subinde quippiā abrumpitur diuellitur q̃3: ac ita quoddam ex prædictis instrumentis in sanguinis ventriculū demittere incipies: sin autem non diuellatur, acutiore scalpello vtrunq3 latus duplicatæ mēbranæ parte inferiore aggredieris, qua primū in caluariā elabitur. Deinde & illic per sectionem scalpellū inijciens, sursum adigere conaberis adusq3 verticem, vbi venę duæ inuicē congrediuntur: quā regionē Herophilus nominat lenon à torcularis similitudine. Est aūt ipsa, quā ille sic appellat, profunda magis: in superficie vero, alius venarum exilium leno incūbentiū congressus est, is q̃3 propter crassam mēbranā similiter factus est: sed nō dū ipsarū coitus specillū spathomelę ob angustiam excipit: cuius gratia in minutis cerebris vel obscure vel nequaquā apparet: ex reliquis igitur specillis (gręce πύρηνα vel μηλώτιδας vocant,) aliquod inferes, & propter ipsum sectionem duces. Cæterū prædictus tenuis mēbranæ processus superficiarius in illa parte oritur, vbi sutura labdoides squamatis ossibus connectitur. Quapropter venas has superficiarias prius secabis ad torcular vsq3, quod in superficie est. Dum aūt secas, primum euacuabis, si grumus quispiam in ipsis coaluerit: deinde internam membranę superficiem intueberis, quomodo substantiæ speciem, et si non tenuitatem, venis habeat simillimam. Ac nihil miri est naD turam non requirere tunicam venæ, quæ sanguinem crassæ membranæ ventriculis suppeditet, cū similis vtraque corpora substantię existant.

De Venarum Ingressu in cerebrum. CAP. 2.

INde tenues venas ab vtraq3 lenorū parte oriūtes spectabis: non nullas quidē admodū graciles, & solum pilū demissum excipiētes: quasdā vero ampliores. Cernes aūt has quidē à parua leno, quæ in superficie est, in propinquas cerebri particulas superficiarias disseminari: illas vero ab altitudine magna tum in posteriorē totam cerebri partē (quę à nō nullis ἐγκράνιον, idest cerebellū, appellatur,) tū in priorē propagari: quas & prius, q̃ ipsum cerebri corpus subeant, ex membranę venis elabentes manifesto conspicaberis, nisi ipsas diuulseris. Cęterum posterius cerebrum voces ne cerebellū, an aliter (gręce ἐγκράνιον vel παρεγκεφαλίδα,) nihil interest. Huic igitur venæ se inserētes, & ab ijs, quæ per suturæ labdoidis latera in lenum perueniunt, & ab ipsa leno, exactā venæ tunicam habent, talem potissimū specie, qualis omnibus in toto animāte existit. Porrò in ipsum cerebrū, quod non nulli anterius cerebrū appellant, per crassam mēbranā mediam exacte sitam, secantē q̃3 cerebrū in partes duas ęquales, sanguis deriuatur. Cæterū & hinc venæ frequentes omnino per totā longitudinē in vtranq3 cerebri partē distribuuntur, sinistram & dexteriorem, oēs exiguę, præterquā duę, vna quidē per lenum in anteriora penitius procedente ad totius capitis longitudinem,

gitudinem,(quomodo aũt inuenire ipsam oporteat,paulo posterius explicabo:)altera vero multo E maiore,neq; propinqua admodũ leni regioni,neq; remota,in medio præsertim totius cerebri: appello aũt sic,quod ex vtriusq; partibus conflatur,posteriore scilicet & anteriore. Hæc vena in altũ decliuis descendit,vnde & multifariã propagatur: non tñ ipsi hoc accidit post productionẽ ex mẽbrana,sed aliquousq; non longius progressa. Hæc igitur omnia spectabis prius.q̃ cerebrum aliqua ex parte diuiseris,in sola mẽbrana crassa. Nudabis aũt ipsam tribus in locis,qm̃ & triplici duplicatione totũ cerebrum secuit: deinde iuxta sectiones tuismet digitis attolles seorsum partem ipsius sinistram,seorsum vero dextrã,quibus cerebrũ anterius contegebat,seorsum rursus reliquam, quã posterius: omnes q; venarũ processus in tres totius cerebri partes disseminari conspicies, non nullas quidẽ tã superficiarias,vt ipsarũ rami in conspectũ prodeant: quasdã vero alte penetrãtes: omnẽ q; tenuem membranam,quæ enumeratas venas colligat, & cerebro extrinsecus circundat, cum venis in ventriculũ ipsius descendentem. Hãc mẽbranã tenuem,meningem appellant,veteri quadam consuetudine,nunc (haud noui,quonã pacto) solis cerebri mẽbranis nũcupatione cõseruata: nam veteres non has solũ membranas,sed ẽt omnes,meningas vocitabãt: quod discas, licet, tum ex multis alijs cõmentarijs,quæ ab illis scripta sunt,tũ maxime ex Hippocratis & Dioclis monumentis,quorũ & Marinus in opere anatomico fecit mentionẽ. Itaq; tenuis mẽbrana cerebro F circũnata,eodẽ modo ẽt in profundo coniũcta solet apparere.Porrò crassam plurimũ ab eo distare videbis: &,quanto interuallo,cõdisces,si in singulis tribus partibus,in quas totũ cerebrũ secuisti,paruo facto foramine indideris ei exiguę cuiusdã tubæ initium,qualia mihi præparata videtis aurificũ follibus persimilia: sic aũt nominant,vt nouistis,per quos ipsi,dũ ignẽ accendunt,aerẽ inflare solẽt. Si igitur initio tubæ,parti diuisæ imposito,ac meninge orbiculatim cõstricta, per ipsũ inflaueris,regionẽ ei subditam haud modico impleri aere conspicies: siquidem hęc meninx crassa caluariã succingit: cerebrũ vero,dũ attollitur & submittitur,accedit & recedit pro inanis loci, qui intermedius est,ratione. Verũ de hoc paulo posterius in animalium viuorũ administratione tractabitur: nunc autem,quæ superioribus proxima sunt,exequemur.

De plexu Choroide,ac de Conario. CAP. 3.

NAm,vbi ea fueris intuitus,quæ cerebrũ ambiunt,opportunũ iam erit cerebrum ipsum consecare,anatomen ipsius exorsus à meninge,bifariam anteriorem partem secante: à qua absectis vel auulsis venarũ exortibus,qui in latus procedunt,auspicatus à termino priori, sursum tuis ipsius digitis attollito,donec ad grãdẽ venã perueneris ex ea procedẽtẽ,quam in penitiora ferri decliuem retulimus: atq; hic rursus in altũ sublatã alteri tenẽdã dabis: mox ipse iuxta longitudinem G dissolues,vtranq; cerebri partẽ à mutuo connexu leuiter tuis digitis secernẽs, quousq; ad venam in longũ inibi porrectã veneris,quã prius magnitudinis esse notandę commemorauimus. Postq̃ vero decliuẽ venã,de qua facta est mentio,ad longitudinem extensam videris,atq; ipsius vsum simul inspiciendo cognoueris (nam tenues vtrinq; ramos in cerebrũ dispersos mittere videtur,) tu quidẽ venã ipsam a corporibus subiectis adimẽs,vel totã adusq; leni regionẽ excindito: vel, quod extuberat,sursum eleuans,in illis ipsis deponito. Cæterũ regionem,quã detexeris,diligẽter inspicito,calli naturã quodãmodo referentẽ,vt naturalis quædã inibi cõcauitas esse videatur, quæ ex superiacentibus & circundatis corporibus portionem alimẽti non perfecte elaborati (περίττωμα.i. recrementũ proprie appellant) recipit: quinetiam nos hoc vti vocabulo nihil prohibet. Cæterũ auellere pergens leuiter,ẽt meatuum tenuium,qui ad medium vsque cerebri ventriculum perueniunt,effigies inuenis. Leuiter autem dixi hanc regionem segregandam, propter septi verticem huc pertingentem,qui priores cerebri ventriculos intercipit. Insuper spectare tibi hoc, tempus est,rectas lineas vtraq; mediæ regionis parte ad ima vsq; secanti,donec ventriculi occurrant. Notitiã aũt ipsorũ indipisceris,callosam illã portionẽ conspicatus,quæ manifestã adeo differẽtiam dissectis cerebri particulis obtinet. Cernes aũt in his ẽt plexus secundarum modo efformatos: vnde H Gręce χοροειδεῖς dicuntur. At Herophili sectatores nominant ipsas conuolutiones,secundarũ instar effigiatas,nomine videlicet à chorijs.i.membranis deducto,quæ fœtus extrinsecus in orbem ambiunt,venarũ & arteriarũ existentes plexus,quę tenuibus continentur membranis. Sic nanq; & cerebrũ ex venis arterijs q; implexũ est tenui membranæ illigatis,quæ eandem cum alijs tenuibus membranis substantiam obtinet,tum ijs ipsis,quæ in secũdis habentur, tũ mẽbranæ costas succingenti,tum peritonæo,atq; id genus alijs. Pręterea leuiter tuis distendens manibus, ne plexum perrumpas,intueberis venas quidẽ ex sublimi regione descendentes in ramorum seriẽ diffundi, arterias aũt à subiecta parte humili,similiter & has emergentes in ramos ꝓpagari. Ac plexus hos inuiolatos seruare conaberis,quò videlicet consequens paulo post, cum particulas ipsas deteges, manifesto venas in ventriculis sitas speculeris,propagatas omnes ab ea, quæ prius ad cerebrũ decliuis peruenire commemorata est: arterias aũt,quæ à duabus alijs arterijs ab imo sursum ferũtur. Has itaq; accuratius procedente administratione inspicies. In prima vero vtriusq; ventriculi sectione, plexuum, quos à secundarum figura χοροειδεῖς appellari dixi,& corporis in cerebro callosi aspectus,index tibi sit. Mox vero coneris corpus,dextrũ ventriculum à sinistro determinans inspicere,quod eandem cum toto cerebro substantiam obtinet: atque hoc iam facile abrũpitur,si vehementius

A.l.3.f.r.t.i.c. 2.fol.181.a

A vehementius extendatur. Eſt autem adeo tenue, vt cum in clara luce confectionem adminiſtras, quemadmodum certe etiam conuenit, ſplendor ipſius pelluceat ſimiliter lapidibus hiſce ſpecularibus, quos in tenuiá ſecantes feneſtris imponunt: quare non vehementer eleuandum eſt: nam diuellitur: attamen manifeſto videre niſi eleuatum ipſum non licet. Cum autem ſuperiora ipſius extrema ſecandis corporibus ſint connata: quid dico connata? immo vnita: ipſis inciſis conuenit prehenſa illa ad alterum ventriculū leuiter reflectere, faſtigio ſepti, quod ventriculos diſterminat, imponentem: ſic enim ventriculus nudatus manifeſtior euadet, & ſeptum modicam habebit eleuationem, qua potiſſimum indigemus. Prius quàm enim in totum extendatur, laxum eſt, & rugoſum neq; relucere, neq; continuitatem ſuam poteſt euidenter oſtendere: ſurſum autem attractum eatenus, vt totum ſit tenſum, non tamen iam diuulſum, clariſſime apparebit. At ſi hinc quoque totum ipſum ſimul cum vnitis particulis ad ſectiones vſque ſuſtuleris, & ventriculus euidentius, & vena decliuis circa corpus quoddam conoeides, id eſt turbinatum, ſciſſa apparebit: membrana vero quemadmodum alias venas, ſic & ſciſſas tenuis connectit: quæ à membrana ſubtili nec ſubſtantia, nec continuitate euariat. Atq; huius membranæ interuentu corpus conoeides abſconditur: neque fieri poteſt, vt prius ipſum videas, quàm membranam aliquatenus diuulſeris: nam veluti firmamentum quoddam venis à magna decliui propagatis adiacet, quæ prædicto corpori inſidentes
B deſcendunt, & ſtatim demerguntur, occuluntur q; lato quodam corpore contectę, quæ particula quidem cerebri eſt alijs ſimiliter. Quomodo autem nudandum ipſum ſit, paulo poſterius exponā, tantillum adhuc ſermoni adijciens conoeides corpus vocari ab anatomicis nō ita ſolum, ſed etiam conarium. Cæterum incumbit ſciſſioni venæ, vti retulimus, non prius in conſpectum veniens, q̄ membranam alicubi diuiſeris: quod facias leuiter, non attollens ſimul conarium valide: nam à ſubiectis corporibus abrumpetur, & confectione inſigniter offendet: quod paulo poſterius explicabo. Quemadmodum igitur cor à tunica ipſum ambiente nudatur, ſic etiam conarium detegere conuenit membrana, qua circundatur, aliqua ex parte à baſi recta linea propter verticem perueniente diuiſa: deinde membranam conuenit cum venis circunſcindere ad vtranq; conoeideos partem, ſed illud ipſum ad diuiſionem inclinare, vt quàm promptiſſime nudetur ad contrariam diſciſſæ tunicæ regionem deductum. Cæterum his peractis ſic iam licet ante, quàm mediam conarij & ventriculorum ſedem detexeris, vtraſq; venas conſiderare ad plexum choroeide à vena circa conarium ſciſſa venire. Enimuero vbi corpus intermedium detexeris, manifeſto illinc ipſas prodire condiſces.

C *De corpore pſallidoide, ac de cerebri ventriculis.* CAP. 4.

QVo modo igitur id nudare oporteat, iam animum aduerte: ſiquidem non vulgaris cerebri pars eſt, quæ ab hoc corpore contegitur, ſed etiam quidam alius ventriculus tertius præter paulo ante pṛdictos, quos ſeptum inuicem ſeparauit ac diſiunxit. Itaque illis potiſſimū locis ipſum nudabis, per quæ venæ tanquam per foramina quædam erumpentes, prioribus incidunt ventriculis: nam media regio ſimul cum anterioribus ventriculis ad ipſa foramina pateſcit: ac oportet ſcalpelli ſpecillum, vel latam partem ſpathorum, vti vocant, vel etiam ſpathomelæ eandem hanc per foramina vtraque leuiter ſubmittentem, corpus venis incumbens ſurſum elatum attollere. Quod vbi feceris, in vtroque foramine ſcalpelli mutuo ſibi occurrent, & corpus hoc apparebit, quod incumbit venis, quæ lateſcentes permeant, ceu quidam ædificij teſtudinarij fornix. Vocant autem non ψαλίδας idest, fornices, ſed cameras plerique id genus ædificia: atq; ideo hoc etiam corpus ψαλιδοειδὲς i. forniciforme ab ijs nuncupatum eſt, qui ipſius habent notitiam: ex illis autem, qui ignorant, aliqui nequaq̄ hoc corpus pſallidoeides in cerebro eſſe contendunt: nonnulli vero parum recte intelligentes putant id, quod ſepto ſuperpoſitum eſt, ſic appellari: verum nec illud vocatur pſallidoeides. Eſt autem hoc re vera pſallidoeides, quemadmodum appellatur:
D & ſi ipſum deſeces, callus occurret, vt in ventriculis anterioribus, ſic etiam ic. Ad baſim deinceps affirmatæ ſunt venæ, quæ concauitatem fornicis permeant, extrinſecus ſiquidem gibbum habetur, ablatis videlicet corporibus, quæ ſuperſtrata ſunt, vnde ad membranæ duplicationem vſque attollebatur: intrinſecus autem cauum, quemadmodum fornicis faſtigium. Cæterum ſi perpendas, quo modo animali adhuc viuente omnes craſſæ membranæ partes, caluariæ adhærebant: cerebro autem ſolæ illę quæ ad ipſius duplicationes ſunt, credes verticē pſallidoeideos ſurſum verſus tenſum ſeruari, ventriculum ſub ſe magnum efficientem. Sic autem, cum priores etiam ventriculi grandiores exiſtant, totum ſepti caput in ſublime ſimul cum continuis corporibus attolli neceſſe eſt: non enim ſeptum ſuperiacentium corporū firmamētum eſſe poteſt, tanquam murus quidam, cum extreme tenerum pariter & ſubtile exiſtat: ex quibus ſi alterum ei ſolum ineſſet, non certe vel minimam ſuperiacentium cerebri partium molem ſuſtineret. Sed huic pro nominis ratione vſus eſt: quippe anteriores ventriculos diaphratteι i. ſecernit, non ipſi incumbentia fulcit. Sed nec vllum hiſce ventriculis adeſt firmamentum, neque hos ſequenti: verum ex quo corpora, quæ ſuperiacent, ſublimia ſuſpenſa ſunt, latam intus trium ventriculorum capacitatem efficiunt, quam in confectionibus perire neceſſe eſt, corporibus videlicet, quæ ſuperſtrata ſunt, delabentibus, ſicut paulo ante commemoratum eſt. Inſuper meatus quidam maximus tertij huius ventri-

culi basi subiacet, qui ex prioribus per relata foramina superfluitates recipit, insuper ex particulis E superiacentibus, sicut paulo ante enarratum est. Porrò confluunt in ipsum recrementa, in quam partem venæ à conario profectę ingrediuntur. At, qui ex toto ventriculum hunc ignorant, merito etiam simul cum ea meatum in posteriora porrectum, quo conarium fulcitur, nesciunt. Atq; si ipsum nudum à venis circundatis iuxta basim abrumpas, foramen quoddam inibi sublime apparet, ceu quoddã, vt dicam planius, infumibulum: etsi nullum in se fumum cerebrum habeat, quem sublimi foramine respirare desideret. Nec vero in ambiẽtem aerem ostiolũ ipsius peruenit, sed plurima cerebri pars desuper incumbit, deinde dura meninx duplicata, post hãc capitis os, quare temere foramen hoc natura condiderit, etsi nihil temere faciat. Talia igitur non in ipsam modo anatomen peccant, qui male aggrediuntur incidere: sed etiam in naturales ipsius rationes. Necesse siquidem est, quemadmodum eorum, quæ vere in dissectionibus conspiciuntur, vtilitas est mirifica, sic etiam perperam inspectorũ sermonem vtilitatis reddi vacuum. Tu vero omnibus, quæ hic propositæ sunt, particulis probe detectis tertium videbis ventriculum inter duos priores & quartum posteriorem, medium. Etenim meatum, cui conarium insidet, ad medium ventriculum pertingentem cernes: vt in foramine haud exigui duo appareant, vnus quidem in posteriora ad cerebellum tendens, per quem etiam demisso vel specillo dipyreno appellato vel spathomela deprehendes ipsum in posteriorem vẽtriculum terminare: alter vero qui in mediј ventriculi fundo deorsum protendit: sed conarium, vbi à circundatis ipsum nudaueris, eo, quod meatui incumbit, intacto, delabi solet, non rectum consistere, sicut quando membranis cum vasis obductum erat: verum decidit magna ex parte deorsum vergens. F

De natibus cerebri, ac de corpore vermiformi. CAP. 5.

PОrrò excipiunt ipsius casum leuiter rotunda corpora: quæ sanè proprias quodam modo circũscriptiones habent: sed totius cerebri sunt particulæ, eandem q; cum ipso substantiam sortiuntur: & nomen ipsis à figura imponũt quidam γλουτα i. nates, aliqui διδύμια i. gemellos, quoniam & testes sic appellant, tanquam honestius sit ita vocasse. At meatus prædictus, qui ex medio ventriculo ad posteriorem pertinet, inter has nates consistit, peculiari velatus tunica, quæ tali essentia constat, quali & meninx, quæ omnia cerebri vasa cõnectit. Quare diligentia adhibita ab incumbentibus ipsum detegere aggredieris, haud ignarus diuulsum iri, si neglexeris. Cæterum particula quædam cerebri ei incumbit, quæ circumscriptionem obtinet figura vermi similẽ in lignis enascenti: hinc etiam nomen anatomici inuenerũt excrescentiã σκωληκοειδῆ, id est, vermiformem corpus hoc, quod totũ meatum contegit, vocãtes. Et duplex ipsius extremũ spectabis: alterũ in priore parte deinceps, vt expositum est, conario porrectum: alterum vero retro nec dum apparens: nã tota elatior pars posterioris cerebri substantiæ ipsi superiacet, cuius fine prehenso, qui propter spinalis medullæ initium situs est, in anteriora feres sic sursum reflectendo, donec aliud eiusmodi corpus, qualis vermis est, conspicias, quo sanè inuento, paulatim auferas permulta ex corporibus, quę incumbunt: vt sola relinquantur ea, quæ iuxta meatũ duplex habent vtrinq; extremum dictis vermibus figura simile. Porrò spectabis in hoc etiam corpora tenuia, quæ excrescentiam vermiformẽ ad particulas natibus cerebri vtrinq; adiacentes illigant: tendines autem ipsas non nulli anatomicorum nuncupãt. Iam vero anatome in hoc tibi constituta vtrunq; finem vermiformium processuum vicissim aggressus non nunquam in anteriora totum corpus moueas, non nunquam in posteriora: dico autem totum, quod paulo prius retuli meatui superiacere, extremum habens vtrobiq; vermiforme. Deinde animum aduerte, quo modo reflexo quidem in priora, nudari accidit posteriorem ventrem quartum: econtra vero moto eodem plurimam ipsius partem occultari, illam vero solam apparere, quam Herophilus similabat cõcauitati calami, quo scribimus. Re vera siquidem talis est in medio concauitatem quandam adepta, veluti sectionem: cuius ex vtraq; parte tantum sublime vtrunq; latus attollitur, quantum in calamis à media linea elatius exurgit: & potissimum in Alexandria sic calamos, quibus scribimus, adaptant, vbi Herophilum degisse cum dissecaret, hinc nimirum est colligere, quòd imaginis similitudine adductus sic appellauerit. G H

A.I.3.f.1.t.c. 2.fol. 182.b

* ἀναγλυφῆ.

* γλύφουσι.

Reliquum noni vnà cum decimo, vndecimo, duodecimo, tertiodecimo, quartodecimo, & quintodecimo, etiam in Græcis exemplaribus desideratur.

Galeni



GALENI VOCALIVM INSTRVMENTORVM DISSECTIO

Auguſtino Gadaldino medico Mutinenſi interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Fragmentum hoc, cuius etiam alibi Galenus meminit, cauſam, materiam, inſtrumenta, locum, & modum vocis declarat.

Quæ cognouiſſe debet is, qui ratione curare debet. CAP. I.

QVicunq; ratione curaturus eſt, cauſas is tum actionum noſtrarum ſecundum naturam, tum affectionum præter naturā, vt illas ſeruare, has è corpore eijcere poſſit, cognouiſſe debet: modos item, ſecundū quos actio fit: & locos, in quibus: & inſtrumenta, per quæ. Actionis enim modus cognitus promptiores ad opitulandum nos reddit: nimirum qui naturæ opera imitemur. Locus localiter opitulari nos docet: ne illæſis particulis, tāquam affectis fruſtra moleſtiam inferamus, affectis q; tanquam ſanis non opitulemur. Inſtrumenta deniq; propriam ac ſuā cuiuſque oſtendunt curationem: alio enim modo neruus affectus, alio chartilago, & alio carnoſum genus curatur.

C

Ad vocem generandam, quæ artificijs, quæ materiæ, quæ inſtrumenti, & quæ loci rationem obtineant. CAP. 2.

QVoniam igitur neceſſarium eſſe videtur, actiones ac earum cauſas, inſtrumenta præterea, & locos, ac modos cognouiſſe: oportet etiam cognoſcere, à quibus vox, quæ noſtri corporis eſt opus, fiat: vt ipſam, dum adeſt, ſeruemus, roboremus q;. Cum autem omnia in hac vita à tribus his fiant, artificibus, inſtrumentis, & materia: vt exempli cauſa faber ærarius, ipſe quidem eſt artifex: inſtrumenta, malleus & incus: materia, ipſum æs: effectus ſeu apoteleſma, eſt lebes verbi gratia vel concha: eandem proportionem in operibus, quæ in nobis fiunt, eſſe neceſſarium eſt. Ac rationem quidem cauſæ & artificis obtinent ipſæ, quæ in nobis ſunt, facultates: quarum aliæ naturales, aliæ animales exiſtunt: naturales citra noſtram electionem vniuerſæ agunt: ex animalibus vero actionibus plurimę ſecundum noſtram voluntatem perficiuntur: ita vt ſi quid opus eſt animale, id non omnino ſecundum noſtram voluntatem ſit: ſi vero aliquid ſecundum noſtram voluntatem fiat, id omnino ſanè facultatis animalis fuerit. Quoniam igitur omnis voluntaria actio ab animali facultate prouenit, arbitratu vero noſtro vocem tum ædimus, tum ſiſtimus: fuerit ſanè, quæ in nobis vocem artificioſe fabricat, ipſa animalis facultas. Cum vero voluntariæ actiones per muſculos ac neruos perficiantur, voluntarium vero opus ſit ipſa vox: patet inſtrumenta, per quæ vox fit, inuenta eſſe. Materiam autem ipſa quoque communis vocis definitio nos docet, quæ ait. Vox eſt aer percuſſus. Manifeſtum igitur eſt, aerem, qui in nobis gēnitus, ſpiritus vocatur, à facultate animali per neruos, & muſculos percuſſum, vocem fieri, materiæ q; rationem obtenturum. Quis nam vero ſit locus, in quo actio fieri creditur, deinceps conſiderandum eſt. Ac Homerus quidem caput locum eſſe vocis pronunciauit, ſic inquiens.

D

\.l.3.f. 10.t.2. .1.fol.161.h

Clamorem emiſit, quantum caput huic capiebat. * * *

tres enim nouit muſculos, qui phantaſiam, opinionem q; nobis afferunt ipſam vocem in thorace fieri. Ac nos quidem, an ex prædictis locis quiſpiam, an etiam præter hos alius ſit vocis officina, ab ijs, quæ apparent, auſpicati, conſideremus, prædictā conſtitutionē prę oculis habentes. Cum igitur ſpiritus ſit, qui in vocis generatione percutitur, quemadmodū ſanè tum ratio oſtendit, tum id, quod apparet, comprobat: (neque enim profecto multum aerem attraheremus, vbi magnam vo-

cem ædere vellemus) inuestigare conuenit, quod'nam ex spiritalibus instrumentis percutere, com E primere q; spiritum possit * * * *
bronchus, nares, os: ille quidem vt causa, hoc vt receptaculum, hæ vt meatus. Ac thorax quidē et pulmo vocem non faciunt: eorum enim motiones diastole & systole, id est dilatatio & constrictio, solæ sunt: quas motiones hæc ipsa duo membra, dum inter respirandum mouentur, non vocem, efficiunt. Relinquitur ergo adhuc, vt quæ tanq̃ spiritus meatus sunt, vocē faciant. Ex his nares quidē ac maxima bronchi portio, cum musculis careant, vocem, quæ voluntarium opus est, perficere haud possunt. Superest ergo ipsum os, & superior bronchi terminus: quē & bronchi caput appellant, non nulli vero larynga i. guttur nominant: hæc.n. musculos ac neruos habēt: ac præsertim ipsa lingua, quæ ita à natura constituta est, vt aerē possit percutere. Quamobrē fama est Tereum, cū Philomelæ vocem adimere vellet, vocis instrumentum, linguam inquam, abscidisse. Sed qm̄, qui ea affectione, quæ aphonia, idest vocis amissio, dicitur, linguam, ac respirationem sanas habent: patet non linguam, sed bronchi caput vocis esse instrumentum: magnam quippe ex constructione cōprobationem assumens: nam tum ex neruis, qui mouēt: tum ex musculis, qui volūtati obediūt: tum deniq; ex chartilaginibus, quæ percutere spiritum, simul q; resonare possunt, constitutum est.

Quæ primaria attrahendi spiritus in pulmonem, & quæ secundaria sit ratio. CAP. 3. F

ERgo per thoracis dilatationem spiritus in pulmonem attrahitur, primaria quidē ratione ob caloris circa cor existentis refrigerationem, ac præterea ob corporis perspirationē, & ipsius animalis spiritus nutritionem: secundaria vero, ob vocem. Nam illius spiritus, qui in pulmone confectus est, pars tenuior sincerior q; à corde attracta, primas illas vtilitates præbet: superflua vero ac recrementitia, recurrendo excernitur. Neq;.n. quo pacto nutrimenti, eo quoq; sanè ipsius etiam spiritus superfluitates eijciuntur. Nam quæ male olent, deformes q; sunt, natura procul à sensibus retro q; ablegauit: quæ autem in confectione nullam acquirunt iniocunditatem, eas per eandem viā recurrere coegit. Ac fortassis etiam proprijs suis q; materiarum propensionibus simul est vsa: ponderoso quidem deorsum q; vergenti alimento, excretionem illic parans: leui vero spiritui, sursum ferri permittens. Hoc q; naturæ consilium mediocriter sanè est laudandum. At, q superfluum spiritum haud inutiliter ociose q; è corpore expellat, sed ad vocis quoq; generationem eo, dum transit, sit vsa: nihil profecto, quo prouidentiæ laude superari posset, ab ipsa relictum est.

Chartilaginum laryngis dissectio. CAP. 4.

POstquam igitur facultatem, instrumenta, materiā, & locum inuenimus: modus duntaxat nobis inuestigandus relinquitur. Sanè cum ipse citra apparentium inspectionem cognosci non G possit: necessarium iccirco nobis est, vt dum ad eorum ostensionem accedimus, modum actionis consideremus: qua cum vnà quoq; particularum vsus innotescet. Vt aūt, quæ ostendūtur, facilius memoriæ mandari possint: eorum naturam oratione prius dilucidemus. Igitur "larynx ex chartilaginibus, musculis, neruis, & ea membrana, quæ intus ipsum sublinit, cōstituitur. Cum aūt chartilagines veluti fundamenta reliquorum sint corporum: de ipsis prius (clarior siquidem, quæ de reliqs postea habebitur, oratio euadet) dicamus, hinc sumpto doctrinæ initio. Prima sanè ac maxima inter laryngis chartilagines ex internis partibus collocatur: cuius quidē conuexa pars, extrorsum versa est, cōcaua introrsum: atq; hæc ipsa chartilago dimidium totius capacitatis laryngis comprehendit. Hanc ipsam cuidam armorum protegentium generi † non conuexo, sed concauo, quod θύρεος, id est scutum appellatur, assimilare posses: à quo sanè anatomici θυρεοειδῆ, idest scutiformē, ipsam appellarunt. Alia autem basim κρικοειδῆ, idest anuli figuram imitantem, efficiens, postremæ ipsius asperæ arteriæ chartilagini C litteram imitanti incumbit: scutiformi vero in priori sui ipsius parte subiacet: hinc introrsum, stomachum versus secedens, in sublime attollitur, ac excauatur ita, vt quicquid laryngis chartilago scutiformis sine tegumento reliquerat, id proposita nūc in sermone chartilago in sublime euecta repleat. Sed qm̄ haud facile alicui eorum, quæ in hoc mundo no- H men sortita sunt, hæc chartilago assimilari potuit, atque ita denominari: nominis defectu vocata est. Reliqua ab his chartilago, quæ tum positione, tum magnitudine tertia est, in suprema innominatæ chartilaginis parte est sita, gutturnijs, infundibulis've, quas & arytænas appellant, haud absimilis: vnde hanc quoque chartilaginem arytænoeidem nominant * * *
innominatæ: propria basi prope eos, qui veluti humeri sunt. Hæ quidem sunt propriæ laryngis chartilagines. Nam quæ à radice linguæ exoritur, quam etiam epiglottida, quasi superligulam dixeris) appellāt, ipsius bronchi non est propria. {Est vero aliquid linguæ subiectum, quod & facile flecti potest: id q; etiam sanè ostendemus.}

A.l.1.f.1.d.1. su.2.c.11.fol. 17.g

† *Vide lib. 7. de vsu partiū cap.11. vbi diuersum dicere videtur cl. 1. pag. 160.*

Musculorum laryngis dissectio. CAP. 5.

EX laryngis vero musculis, quidam sibi ipsi sunt proprij, quidam alijs quoq; particulis communes existunt. De communibus igitur prius dicamus: qñquidem prius, q̃ alij, sub aspectum cadunt. Duo qdem ab humilibus costis illius ossis, quod à similitudine Y literæ hyoeides appellatur, incipientes per totam scutiformis chartilaginis longitudinem extenduntur: eiusdem q; extremitatibus in priori parte inseruntur. Alij item duo ab eiusdem scutiformis locis incipientes, ac per totam asperæ arteriæ longitudinem deorsum exporrecti, in pectoralis ossis principium inseruntur.

Duo item

A Duo item à lateribus scutiformis incipientes, stomacho gulæ'ue circumnascuntur, in extremitate sibi mutuo coeuntes. * Ex ijs vero, qui proprij laryngis sunt, quatuor ab infernis scutiformis regionibus initium sumentes, bini à dextris, & bini à sinistris, magnitudine prorsus inter se æquales, exterior ab exterioribus, interior ab interioribus regionibus enati, alteri chartilagini in priori parte inseruntur. Alij autem ab innominata chartilagine exorientes, sursum medij extenduntur, ac tertiæ adnascũtur. Alij vero ab eadem chartilagine incipientes, alter à dextris, à sinistris alter sursum ad eos, qui veluti humeri sunt, exporrecti, propter ipsas dearticulationes arytænoeidi adnascũtur. Reliqua propriorum laryngis musculorum coniugatio ab extremis quidem, tum infernis, tum internis, ipsius scutiformis partibus exoritur: ac per laryngis capacitatem obliq; sursum progressa, tertię chartilagini inseritur. Tot sunt numero laryngis musculi. Duo vero alij in arytenoeide comperiuntur, haud tamen in omnibus animalibus, præcipue q; in parua voce præditis, inter quæ etiã simia numeratur. Porrò, cum musculi quoque iam sint ostensi, de chartilaginibus prius dicamus: quandoquidem hoc etiam pacto ostensionem fecimus.

Cur Larynx ex chartilaginibus & eisdem tribus constitutus sit: & modus, quo vox fit, docetur. CAP. 6.

B SAnè, q; satius fuerit ex tot ac talibus chartilaginibus caput bronchi constitui, patet. Nam, si per hypothesin ipsas auferres, ac reliqua relinqueres, meatus certe concideret, ac transitus spiritus clauderetur: vt non solũ voce, sed & respiratione quoq; priuatum, idest mortuum, redderetur corpus. Musculi.n. propria priuarentur actione: quippe qui nihil solidi, idest laryngis corpora, trahere contrahere q; suis ipsorum ansis possent. Si autem laryngis corpus ex ossibus factum fuisset, primũ quidẽ sua duritie ac sæuitia gulã sibi proximã cõpressisset, ac deglutitioni impedimẽto fuisset: deinde pondere suo linguam, ac pharyngethron, idest os hyodes, detraxisset, eorum q; actiones oblæsisset: maioribus pręterea musculis, vtpote grauius corpus moturis, indiguisset: ob id q; multa angustia ac turpitudo in hac parte contigisset. Si vero ex ossibus tenuibus fuisset constructũ, facile ea fuissent cõfracta: quippe quæ fragilia, rebus q; omnibus extrinsecis exposita fuissent. Alioqui etiam neq; vocis instrumentum fieri oportebat duram seuam q; in aera percussionem faciens. Neque enim quod adeo molle est corpus, vt cedat ac consentiat, vocem vnquam fecisset: neq; rursus, quod durum est, quod q; prompte aerem secat, vel euertit: verum, quod moderate cedit, blande q; spiritum pulsat, id certe vocis causa efficitur. * Hoc porrò corpus, veluti tibia quædam fit, lingua, lingula'ue, personãs. dum q; aer à chartilaginibus percutitur, mediocriter id cedens (mediæ siqui C dem inter carnem & os naturæ est: quippe caro à spiritu euerti potest: os, sæuam percussionem facere ex sua natura solet) sonum ædit, vocis q; causa fit. Merito igitur, vt vocis instrumẽtum, ex chartilaginibus factus est bronchus: merito etiam talem, quo difficulter pateretur, sortitus est constitutionem. Quin potius sanè omnium ceruicis corporum propugnaculum extitit: Nam chartilaginum natura difficilius, quàm reliqua corpora, patitur: neq;.n. frangitur, sicut os, quippe quæ flectatur, ac cedat: nec diuiditur, sicut caro: sed amborum profecto difficultatem patiendi, imitatur: ossis, quà ipsum haud facile diuidi: carnis, quà ipsa haud frangi soleat. Ideo q; natura vbique chartilaginea protendit corpora: eiusmodi sunt aures, palpebræ: quin & vngues talis naturæ sunt. Quæ certe corpora ne minimum quidem perdurarent, nisi præter duritiem, perseuerantiam quoq; nacta fuissent. Recte ergo bronchus, vt vocis instrumentum, ex chartilaginibus, quo resonaret, constitutus est: recte etiam, quòd ob spiritum nõ concidat: recte, quòd gibba ipsius pars difficulter patiatur. Ex vna autem chartilagine non est conflatus, sicut auris, sed ex tribus sanè coeũtibus. Nam, cum hæc pars vtilis esse debuerat tum ad vocem, tum ad spiritus cohibitionem, tum denique ad exufflationem. * quæ sanè satius fuerat nostræ obtemperantia voluntati moueri, necesse est, quæ ita mouentur, ex pluribus ossibus vel chartilaginibus componi. Iure igitur merito etiã bron-D chus ex pluribus conflatus est chartilaginibus: quo, non vt meatus solum, sed vt instrumentum etiam voluntarium inseruiat. Ex tribus autẽ & nõ pluribus chartilaginibus factus fuit, ob eiusce-modi causam. Cum enim duplices genere sint laryngis motiones, quibus tum dilatatur ac cõstringitur, tum clauditur ac aperitur, duabus iccirco dearticulationibus sibi opus fuit, quarum singulæ singulis motibus inseruiunt. Duas vero dearticulationes à tribus (quod minimum est) chartilaginibus coeuntibus fieri necessarium fuit: Ita vt dilatatio & constrictio ab ea dearticulatione, quæ est primę chartilaginis ad secundam: clausio & apertio ab ea, quæ est secundæ ad tertiam, perficiatur. Multa sanè etiam de magnitudine quoque & figura & compositionis modo dicenda forent: quæ tamen, ne longius sermonem protrahamus, prætermittemus: cum nos ex prædictorum consecutione, de illis quoque excogitare valeamus.

Musculorum Laryngis actio inuestigatur. CAP. 7.

MVsculorum porrò actio communis atq; vna omnium existit. Omnes.n. per suas ipsorum fibras à longitudine in crassitiem contracti partem, in quam inserti sunt, trahunt. Nam extensio, non actio sed affectus, ipsis est, oppositis nimirũ musculis ipsos in contrarium trahentibus. Tale igitur quippiam cum in bronchi capite vsuueniat, musculorum exortibus inspectis, eorum actionẽ consideremus. Quando ergo musculi illi, qui ab osse hyoeide exorti, in extremas q; scuti-

formis partes extensi inseruntur, agunt, in priora sursum q; hanc primam chartilaginem attrahũt, E ipsam q; à secunda reposcunt. Quando vero illi, qui à pectorali osse exoriuntur, agunt, ad infernas ipsam partes trahunt: interim vero superiores laryngis partes dilatantur. Hi ergo etiã arteriȩ asperæ longitudinem erigunt ita, vt non curuetur plicetur've, prȩsertim in animalibus longum collũ habentibus. Adstringunt autem in superioribus regionibus scutiformem chartilaginem musculi illi, qui in supremis ipsius partibus enati, gulæ in orbem adnascuntur: ijdem præterea deglutitioni conducunt. Inferiores autem eiusdem chartilaginis partes à quatuor adstringuntur musculis, qui laryngis proprij sunt, qui inquam ab extremis primæ chartilaginis partibus exorientes, in secundã inseruntur. Hi ergo omnes musculi dilatationem constrictionemq; laryngis efficiunt: reliqui vero ipsum claudunt & aperiũt. Ac claudunt quidem, qui in capitis bronchi capacitate sunt collocati: qui sanè ab extremis internisq; primȩ chartilaginis partibus exoriuntur, atq; in tertiam inseruntur. His porrò ipsis conducunt musculi illi parui, qui in arytænoειde sunt, non in omnibus profecto animantibus inuenti, arytȩnoειdem crumenis contractis, dum ipsam contrahunt, similem reddentes. Contrario vero motu tertiam chartilaginem illi musculi mouent, qui à spina innominatæ chartilaginis enati, sursum in eam ipsius partem, quæ maxime media est, porriguntur. Hi ergo in posteriora arytȩnoειdem chartilaginem reflectunt: aperiunt autem, qui ab eiusdem chartilaginis F humeris enascuntur Qui vero intra laryngem collocantur, qui sanè obliqui sunt, validam actionẽ sunt adepti: sicuti in spiritus cohibitionibus manifestum nobis fit. Intenti enim hi musculi, laryngis capacitatem claudunt, nec spiritum exire foras permittunt, omnibus thoracis musculis resistentes. Vt autem clarior nobis fiat oratio, altius repetentes, pauca de respiratione dicamus.

Quo modo fiat Inspiratio & Expiratio. CAP. 8.

RESpiratio fit, dum thoracis musculi intenduntur, & costas in sublime attollunt, ac totam internam capacitatem latiorem maiorem q; reddunt. Interim autem accidit, vt pulmo dilatatus thoracem dilatatum insequatur. Cum autem ea, quæ in pulmone est, capacitas maior reddita sit, ambiens aer per asperam arteriam & os & nares ad ipsam ab attractione vacuum consequente, quemadmodũ in fabrorum folles, attrahitur. Hoc ergo modo inspiratio fit, plurimis thoracis musculis intentis. Spiritus vero latio, quæ extrorsum fit, quam expirationem vocãt, hoc pacto fit. Musculi, qui contrario motu thoracem mouere creduntur, costas vna cum septo transuerso, qui & ipse latus musculus est, trahunt, thoracem q; coarctant: qui compressus pulmonem constringit: atque ille compressus recurrentem spiritum per bronchum & os foras extrudit. * *

Quot modis spiritus cohibitio fiat. CAP. 9. G

SPiritus igitur cohibitio tribus temporibus fiet, vel quando, dum inspiramus, in agendo adhuc persistunt musculi thoracem dilatantes: vel quando rursus, dum expiramus, in agendo persistunt musculi thoracem cõstringentes, ita, vt alia pars spiritus reflecti, alia adhuc manere videatur. Fieri etiam potest in expirationis & inspirationis confinio κατ' ἐπιγ ἐμισιν idest per repletionẽ vocatam, qñ musculi, qui inspirationem faciunt, cessat: incipiunt autem, qui expirationem prȩbent. Omnibus his tẽporibus modis q; spiritus cohibitio fit: in quibus prædicti musculi laryngis intrinseci quietem agunt. Alius autem modus cohibendi spiritus hoc pacto fit. Musculis thoracem dilatantibus q̃plurimum agimus, multo q; spiritu pulmonẽ replemus: deinde internos laryngis musculos intendimus, spiritus q; transitum claudimus: tunc q; ad inspirationis successionem, actionẽ ducimus, thoracem q; enixe constringimus, ac pulmonem haud inualide comprimimus: Interim tamen musculi thoracem constringentes ab illis duobus, qui spiritus trãsitui resistunt, vincuntur. Hanc spiritus cohibitionem, quia versus ilia fit εἰς λαγωνάτωσιν gymnastici appellant. Priores igitur spiritus cohibitiones fiunt musculis thoracis propriam sui ipsorum actionem sine pugna ac cõtentione perficientibus: Quæ vero nuper memorata est, mutua inter musculos thoracem constringentes, & eos, qui laryngis capacitatem claudunt, cõcertatio est: dum illi extrudere spiritum, hi vero H intus ipsum retinere volunt. Iam ergo manifestum nobis factum est id, quod à principio diximus, quòd scilicet validissimam musculi hi actionem nacti sint: quippe qui omnibus thoracem constringentibus musculis resistant. Sanè musculi hi illis, qui ad vrinarum deiectionumq; exitus collocati sunt, proportione respondent. Sicuti enim illi, dum agunt, nutrimenti excrementa, ita hi spiritum, recludunt. Quando igitur respirantes quamplurimum tum hos laryngis musculos, tum eos, qui thoracem constringunt, intendimus, tensio illa, quæ εἰς λαγῶνας, idest versus ilia, fit, efficitur. Quando vero respirantes maxime obnixe, laryngis musculos relinquimus, vehementius autem musculis thoracem constringentibus agimus. * * * *

Galeni

GALENI DE DISSECTIONE VVLVÆ LIBER

Ioanne Bernardo Feliciano interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Situm Vuluæ, magnitudinem, figuram, ac partes eius proprias & adiacentes declarat.

Vuluæ Situs. *CAP. 1.*

A l.3.f.21.t.1.c.1.fol.380.d

DE vulua dicemus, quem situm, quam magnitudinem, quam formam habeat: vnde annexa pendeat, vnde alimentum accipiat, quibus iungatur, quæ attingat, quibus contexatur: quæ præterea in ipsa, dum prægnans mulier est, circa chorion, {hoc est membranam quæ ipsi vuluæ adhæret,} alias q; fœtum inuoluẽtes oriantur. Sita [a] est vulua intra abdominis mẽbranam inter vesicam & rectũ intestinum, ita, vt recto intestino toti ferè incumbat: ad vmbilicum vero, qua parte fundum eius est, maiori ex parte vesicam excedat: ad cunnum vesicæ collo excedatur. C Vesica enim fœminarum ad pubẽ collocata est, breuiorem q; virili ceruicem ac latiorem habet, quæ inter ossa, quæ pubis vocantur, in cunnum iuxta exteriorem superiorem q; eius finem pertingit. At rectum intestinum sacro ossi, quod appellatur, quibusdam q; lumborũ vertebris insidet: sinuatur enim aliquo modo hac in parte intrinsecus spina dorsi, vt extrinsecus gibba videatur: de qua quidem quodã in loco Hippocrates ita inquit. « Ipsa vero hæc spina in longitudinem recta cũ descendat à sacro osse vsq; ad magnã « vertebram, cui crurum compago innexa est, obliqua ac gibba efficitur. In hac enim toto spatio et « vesica, & genitura, & laxa principis intestini pars cõtinetur. Princeps intestinũ totũ rectũ [a] voco: laxam partem, inferiorem, qua maxime laxatur: nam ad eius finem est, qui sphincter, id est constrictorius, nominatur: ad cuius distinctionem [b] scilicet reliquam recti partem, qua maxime dilatatur, laxam [c] appellaui. Genituram vero [d] tam genitalia membra, [e] quam ipsum etiam vterum [f] dicò.

de Artic. com. 3.t.40.& 41.cl. 7.272.f

A * vocat. vt de Hippo. intelligatur.

B * (opinor)

C * appellauit.

D * vel.

E * vel.

F * dicit.

Vuluæ Magnitudo. *CAP. 2.*

A.l.3.f.21.t.1.c.1.fol.380.c.d

MAgnitudo [a] in oĩbus æqualis non est: longe minor siquidem enixæ est, q̃ adhuc prægnantis: at eius, quæ nunq̃ concepit, multo etiam minor: id quod in ętatibus quoq; ijs, quæ non dũ D venereorum annos attigere, cõtingit: nam alioqui ijs, quæ venereis nõ vtũtur, minor semper esse consueuit. Sed aggrediamur moderatam eius magnitudinem describere. Superiorem suam partem vterus, hoc est fundum, iuxta vmbilicum: inferiorem, ad cunnum protendit: atq; à loco, vnde incipit, ad exteriorem cunni terminum non æquale in omnibus, vt plurimum tamen vndecim digitorum spatium est: in latitudinem vero ad vtraq; ilia suis cornibus porrigitur. De finibus eius, quantum ad profunditatem attinet, iam dictum est: vesica enim & rectum intestinum vuluam his in partibus terminat, illa supra, hoc infra. At cunnus inanitas ea est, quæ inter ossa pubis penetrat, extrinsecus pelliculam quandam innatam habens, virorum præputio correspondentem.

Vuluæ Figura. *CAP. 3.*

A.l.3.f.21.t.1.c.1.fol.380.c

FIguram [a] habet vulua in reliquo corpore, & præcipue fundo, vesicæ similem: nã quatenus a lateribus ꝓcessus quosdã mãmillares ad vtraq; ilia emittit, in eo à vesica differt: quorũ sanè figurã Herophilus dimidiati circuli reuolutioni assimilat: Diocles cornibus exoriẽtibus, vnde cornua etiam, hoc est κεραίας à κέρατος, id est cornu, denominatione facta, nuncupauit. Eudemus vero appellat πλεκτάνας idest cirros: neq; expedire tñ potest, vtrũ vasa, quę hęc in loco reuoluta implicantur, an ipsos ꝓcessus, cirris {polyporũ} cõpararit. At à Praxagora & Philotimo sinus appellãtur: vnde mulierũ vuluã isti bisinuatã: aliorũ aĩalium, q̃ multipara sunt, multisinuatã dixerũt. Sed suis

quidem vuluam,& si quod aliud animal est,quod multa simul concipit,multos sinus habere verũ E est: in mulieribus vero hoc nomen conuenire minime existimo: primum quia vulua porcina anfractuosa,sinuosa q; est: deinde in sinibus fœtum gestat: mulier autem & cætera animalia,quę vuluam,sicut mulier,habent,vt capra, & vacca,non in cornibus (quippe quæ multo minora sint,q̃ vt fœtum continere possint) sed in reliqua tota vteri cauitate fœtũ habere conspiciuntur. Verũ istos existimarim in huiuscemodi absurda iccirco fuisse delapsos, quia neq; vsum,neq; functionẽ horũ cornuũ sciebant explicare: quæ quidem res cum lõgam orationem requirat,neq; præterea deceat, vt de cornuum vsu & functione multa, de alijs singulis,quæ circa vuluam sunt,nihil dicamus,hoc quoq; aliàs differendum omittemus: præsertim cum de his vuluæ partibus satis iusta vel per se tractatio futura sit, quã videlicet vnaquæq; functionẽ,quam vim & facultatem habeat: cur tales magnitudine,situ,formatione,contextu,& cum vicinis cõmunione singulæ creatæ fuerint. Nunc ad reliqua descẽdamus: sequi aũt videtur,vt de coniunctione,& annexione alijs q; deinceps dicamus.

Partes vuluæ adiacentes. CAP. 4.

PArtes "enim,quæ vero adiacent, aliæ ipsum attingunt tm̃,neq; committũtur: aliæ vniuntur, partim ita,vt absq; incisione nequeant separari: partim vt vel subsecando resoluantur. Porrò vterus multis annexus est,multis q; item coniunctus atq; vnitus. Qui moderata fuerit magnitudine,tenuiora intestina attingit: qui supra modũ paruus est,ea tm̃ tangit,quibus est innexus: maximus vero,qualis est præcipue prægnantis,& ilia & abdomen implet,& multa intestina tangit. Tenuibus quibusdam fibris recto intestino & vesicæ,sed vesicæ pluribus annectitur. Sacro item ossi alligatur: ex quo etiã ex multorum sententia firmis quibusdã vinculis & neruorum & musculorum dependet. Dependet etiã totidẽ nexibus ex lumborum vertebris: lumborum.n.magni musculi vtrinq; processus quosdam satis magnos promittunt,qui tum in vtrasq; vuluæ partes,tum in ceruicem vesicæ,tum in sedem distribuuntur: atque hęc vincula laxa omnia sunt: vnde efficitur vt late & moueri & transformari vulua possit. Nexus nihilominus ea sunt,quæ in ipsam penetrant: partim vt corpus ipsius cõtexant,vt sunt magna ex parte nerui à dorsi medulla propagati: partim vt & vuluæ & fœtui tum augmentum,tum alimentum exhibeat: cuiusmodi officium venæ et arteriæ præstant. Vesicæ & principi intestino ad ceruicem tantum membraneis & arteriosis partibus aliquanto cum adipe coniungitur, atque vnitur: ita tamen vt resolui excoriando possit: adeo vero exactè conglutinatio ea est,vt vna & eadem caro efficiatur. Testes vero & seminarios meatus agnatos habet. Cunno autem ceruicis extremitate committitur. Atq; ita fit vt vulua cum aliquibus coniuncta vniatur: aliquibus annexa sit: ab alijs dependeat: ab alijs contexatur: alatur ab G alijs. Collo quidem vesicæ & recto intestino iuxta cunnum, perinde ac testibus & vasis seminarijs vnita coalescit: alijs partibus vesicę & recti annexa est: annexa quoque est ossi sacro: ex eodem tñ etiam dependere rectè diceretur. Ex dorsi medulla & lumbi musculis dependet solummodo. Neruis & annexa, & coniuncta, & contexta. Arterijs & venis non tam annexa,& coniuncta, & contexta est, quàm ex ipsis etiam nutritur. Quæ quidem venæ & arteriæ quam magnitudinem, quem positum habeant,quot numero item sint,& vnde oriantur, dicendum iam est.

A.ibidem.e

F

Venæ & arteriæ vuluæ. CAP. 5.

ACaua "vena & adiuncta arteria magna duæ venæ & arteriæ,vna vtrinq;,vena à vena,arteria ab arteria exoriuntur: quarum altera à dextris ad dextram, altera à sinistris ad sinistram vuluæ partem delata,prius q̃ in ipsam ingrediatur,ramulos quosdam ad testes porrigit: deinde in corpus ipsius vuluæ vtraq; vnita, ipsum intexit: atq; hæc quatuor conceptacula paulo infra ea, quæ ad renes tendunt, collocata sunt: multo q; maiores venæ, q̃ arteriæ esse conspiciuntur. Alia item quatuor vasa non in omnibus mulieribus, sed in quibusdam se vidisse testatur Herophilus, quæ ab illis,quæ in renes tendunt,exorta vuluam ineant: id quod ego in nullis alijs animalibus, nisi raro in simijs potui inuenire: nec diffido tamen,quin Herophilus sæpe hæc in fœminis etiam inuenerit: qui cum in alijs omnibus,quæ ad artem spectant,eruditus sanè fuit,tum vero ad dissectionis exquisitissimam cognitionem peruenit: ac maiori ex parte non in brutis,vt plerique solent,sed in hominibus ipsis periculum fecit. Hic vasa etiam,quæ vuluam alunt,membranis coniungi ac coalescere inquit: vnde dependere vesicam diximus: quæ quidem membranæ,quanto aliqua pluries vterum gestarit, tanto crassiores,duriores, & callosiores subinde efficiantur: cæterum hæc in alijs quoq; animalibus conspici possunt. Sunt item aliæ quædam arteriæ & venæ,quæ vtrinque ceruicem vuluæ ineunt ab ea,quæ ad cunnum & sedem tendit,discissæ. Ac de his quidem,quę vuluam nutriunt,& contexunt, conceptaculis hactenus dictum sit.

A.l.3.f.21.t.1 c.1.fol.380.c

H

Tunicæ vuluæ. CAP. 6.

IPsum "vero corpus vuluæ duæ tunicæ explent opposito modo inter se applicatæ: quarum exterior neruosa, interior venosa est: ea natura vtræque, vt multum & distendi, & contrahi facile possint. Exterior simplex atque vna est: interior duplex,cuius partes inter se cohærent quidem, non tamẽ ita,vt coniunctæ atq; vnitæ sint, sed adiacent tantum ab altera tunica circundatæ: vnde si velles eas subsecando separare, duæ planè vuluæ esse viderentur sub vna & eadem tunica conclusæ: nam hanc tunicam nõ amplius licet,quemadmodum vuluam,in duas partes diuidere. Venosa

A.ibidem.d

A nosa ab interiori parte satis asperata est, & precipue ad fundum: altera, quæ huic adiacet, neruosa vesicæ tunica longe crassior, multis q; & venis & arterijs intercepta est.

Vuluæ Ceruix. CAP. 7.

A.ibid.e

AT vuluę ceruix musculosa cũ sit, carne dura & chartilaginea cõstat: durior q; & chartilaginosior in dies fit: vt q̃ vel sæpe conceperunt, vel anus iam sunt, eam duram admodum & chartilagineam habeant. Huius naturam Herophilus gutturis summæ parti comparat. Ceruici sanè huic foramẽ inest: quo fœmina & menstrua expurgat, & maris genituram excipit: vnde etiam fœtus in lucẽ egreditur. Incredibile enim est, quàm meatus hic pro tempore latitudine & angustia diuersus efficiatur: qui cum reliquo omni tempore specilli acuminatũ capitulum, vel paulo crassius aliquid admittat, prægnante muliere adeo vehemẽter occlusus est, vt nulli vel tenuissimo instrumento aditus pateat: cum vero à vulua absoluitur fœtus, à parturiginibus adeo laxatur, vt, qđ mirum etiam auditu sit, per eum totum animal exeat. Ceruix autem hęc ad muliebrem sinum non recta, neq; statim in omnibus, peruenit: sed modo ad dextram, modo ad sinistram, modo sursum, modo deorsum, declinat ac deflectit: nam quantum ad anteriorem & posteriorem partem, simili modo in omnibus se habere iam dictum est.

B *Vuluæ Diuersitas ex ætate, & occasione.* CAP. 8.

A.ibid.e

QVin etiam tunicę ipsæ vuluæ non semper eandem crassitudinem seruant: sed prima ætate sicut paruę, ita etiam tenues sunt: postea vero profluentibus iam menstruis pro magnitudinis ratione crassitudinem etiam augent: quemadmodum minuitur tam magnitudo q̃ crassitudo, cum mulier vel concipiendi tempus excessit, vel menses non amplius emittit. Atq; hæc quantum ad ætates spectat, differentia est. Quantum ad occasiones autem, cum ea, quę morbi solent circa vuluas alterare, in presentia dicendi non sit locus, ea tantum referemus, quæ naturali constitutione seruata diuersitatem afferre consueuerũt. Cum menstruorum purgatio instat, crassa planè vulua, ac tumens apparet, vtpote sanguinis humiditate irrigata: tenuis contra atq; arida, cum ab hoc expurgationis tempore longissime abest: Eius, quæ iam vterũ gessit, crassior: crassissima eius, cui sæpissime id contingit. Iam vero in principio conceptus, crassa: cum propè tẽpus pariendi accedit, maior quidem, sed tenuis euadit, crassitudo enim in lõgitudinẽ extensa absumitur: in reliquo intercedente tempore pro ratione magnitudinis crassitudinem habet.

Testes, & Vasa seminaria fœminarum. CAP. 9.

A.l.3. f.21. t.1. c.1. fol.380.a

C TEstes autem fœminæ à lateribus vuluę adiacent ad fundum, vtrinq; alter iuxta cornua, magnitudine, q̃ viri, longe minores: forma item & habitu multo diuersi, lati enim hi sunt, rotundi illi atq; ablongi: hi glandulosa, molli carne illi constant. Horum vterq; propria membrana, qualis est in maribus, quam dartam hoc est excoriabilem dicũt, contegitur: elytroide vero i. vaginali, ac scroto fœminarum testes carẽt: arterię tamen ac venę ab ijs, quæ in vuluam feruntur, profectæ, testibus vtriq; altera committuntur: prius q; q̃ eò deueniãt, inter se connexæ cincinni in modũ, nõ secus atq; in maribus, implicantur, vt si reuolutionem hanc prẽsecueris, vna incisione multa ora efficias, non q multa vasa, sed q vnum & idem semel multis locis fuerit prẽsectũ. Quę à testibus item exeunt vasa seminaria, eodem modo, vt in maribus, continere semen cõspiciuntur: quę iuxta ipsos testes lata sunt, & foramen sensui euidens habent, paulo à testibus recedentia angusta, & quasi imperuia apparent: deinde iuxta cornua, vbi in vuluam etiam intrant, rursus laxãtur. Atq; hanc vasorum coniunctionem neq; Aristoteles, neq; Herophilus, neq; Eudemus agnouit: qui q̃dem viri à me in præsentia commemorati sunt, non q soli hoc ignorarint, sed q cum optime dissectionem tractarint, hoc non aduerterint. Nam Dioclem, Praxagoram, Philotimũ, ac reliquos ferè omnes veteres sicut pleraq; alia, ita hoc quoq; in corpore nostro ignorasse mirũ non est, quippe q rudem quandam non exactam dissectionis cognitionem habuerũt: vnde neq; vllam mihi illorum

D rationem habẽdam cẽseo: de his vero, quid dicam, nescio, damnare enim eos, cum in reliquis tam accurate omnia indagarint, non audeo: sed neque, vasa hæc adeo parua sunt, vt latere quempiam possint. De illis sanè, quæ ad collum vesicæ perueniunt, satis exquisite tractarunt, quòd & in eundem locum, vt in maribus, exeãt, & glandulosa sint, & à testibus profecta vuluæ inhærescant: de his vero, quę ad cornua tendunt, nihil dixerunt, cum tamen etiam hæc non minus euidentibus meatibus vuluam intrẽt, q̃ illa in collũ: & genituram intus habere videantur. Sed de his in sequenti tractatu, vbi de functionibus agemus, plura explicabimus.

Quæ in Vulua Oriantur prægnante muliere. CAP. 10.

A.ibid.c.2.fol. 381.d

NVnc vnum id, quod ex ijs, quæ à principio proposuimus, restat, prosequamur, quę nam videlicet in pręgnantis mulieris vulua oriantur, quę hęc sunt: Primum est chorion membrana vuluæ adhærescens, deinde membranę, quæ fœtum inuoluunt, tum ipse fœtus, quorum singulorum species natura huiusmodi est. Chorion multarum venarum & arteriarum contextus quidam est, interualla membranis obducta habens. Membranæ vero fœtum inuoluentes duę sunt: altera toti fœtui circũiecta: altera eminentibus tantum partibus, capiti, natibus, pedibus duplex supiecta: amniũ illã, hanc allantoidẽ vocãt, quasi intestinalem dixeris: intestino enim farto similis cũ sit, à figurę similitudine nomẽ accepit: albę vtręq; ac tenues, specie ad araneã proxime accedentes.

tes. Chorion vuluæ inhærescit hoc modo. vasa vuluæ, quę in interiorem partem penetrāt, ex qbus E etiam menses expurgantur, cum fœmina conceptura est, ora aperiunt: conceptionis vero tempus est vel incipientibus, vel cessantibus menstruis. Quamuis enim reliquo etiam alio toto expurgationis tempore aperta ora hęc sint, non tamen tunc concipere mulier vllo modo potest: cum semē nequeat in vulua remanere, sed ab influentis sanguinis copia eluatur at cessantibus vel incipientibus menstruis & ora aperta sunt, & menstruum non multum neque vniuersum, sed paucum & paulatim effluit, quasi ex humiditate quadam sanguinea exudante. vnde efficitur, vt ob asperitatem vuluæ semen adhęreat, satis q; alimenti ex sanguinis cōfluentis paucitate habeat: ante enim, quàm menses veniant, conceptus fieri propterea non valet, quia & alimento caret semen. & adhærentiam nullam inuenit. nam cum eo tempore occlusis vasis læuis vulua relinquatur, defluit, neque vniri cum tunica eius potest. aspera siquidem magis idonea sunt, quàm lęuia ad coalescendū. Vnde etiam ex inanimatis rebus, inquit Diocles, vt ligna & lapides, qui coagmentare inter se volunt artifices, si læuia sint, atterentes prius asperare consueuerunt. Quin etiam labra, & palpebræ, & digiti, si vlceratio adsit, sępe inter se coalescunt: sin secundum naturam permaneāt, vt sunt, læuia, etiam si semper coniungantur, nunquam coeunt: Aspera enim inęqualibus partibus inter se inhærescunt, atque ita vniuntur: leuia, cum nullam firmam prehensionem nanciscantur, licet ab F aliquo violenter compulsa ac coacta inter se fuerint, facile absoluūtur: atq; hæc hactenus. Ex quibus perspicuum iam est chorion nulla alia re, quàm vasorum orificijs, vuluæ inhęrescere. quæ sanè inhærentia hoc modo fit. vasi, quod in chorio est, finis illius, quod in vuluam emersit, initium facit: vt duo hæc vnum esse dicere quispiam possit. oribus enim vniuntur: atque alterum ab altero, vena inquam à vena sanguinem, arteria ab arteria spiritum haurit. atque ita fit, vt tanta vasorum chorij interualla sint, quæ membrana intertexit: quantum inter ora vasorum, quę in vuluam aperiuntur, spatium interest. Adde q; acetabula etiam hoc modo firmum vinculum ad vuluam efficiuntur. quamuis non nulli hominis vuluam acetabulis carere dicant. esse enim aiunt in bobus, capris, ceruis, alijs q; huiuscemodi animalibus corpora quædā mollia ac mucosa, quorum forma acetabulo. i. herbę cymbalitidi similis sit, vnde etiam nomen accepere. Hippocrates ‖ tamen ita » inquit: Quæcunq; corpore mediocriter affectæ absque vlla manifesta causa quadrimestres, aut tri- » mestres abortus faciunt, ijs acetabula muco plena sunt: neq; possunt præ grauitate fœtum continere, sed abrumpuntur. Quinetiam Diocles Carystius, & Praxagoras Cous Nicharchi filius, qui paulo post Hippocratis ætatem viguerunt, eadem dicunt, & multi etiam alij. Quid igitur? omnes'ne ignorarūt? sed fas minime est de tantis viris ita sentire. Quid vero est, quod dicunt? ora va G sorum vuluæ ita appellant. nam hæc prægnationis tempore acetabulares quasdam eminentias innatas habent, quales etiam recto intestino esse in hæmorrhoidibus solent. Atque hæc non diuino ego, sed à Praxagora accepi, qui ita ad verbum scribit. Acetabula autem sunt venarum ora, quæ in vuluam penetrant. Ex his igitur & vuluam muliebrem acetabula habere, & quęnam acetabulorum in mulieribus & brutis differentia existat, patere iam arbitror. Inde itaque, vnde dictum est, exorsa chorij vasa chorion ipsum contexunt, atque inter sese miscentur, & coalescunt. cuius coalescentiæ modus talis est: Considera mihi multas ac tenues arboris radices binas & ternas inter se ita coniungi, atque vniri, vt ex ipsis alię maiores quidem magnitudine, numero tamen pauciores exoriantur: atque has rursus coeuntes simili modo alias producere: atque has alias: hoc'que tantisper fieri, dum in vnum conflatę omnes ad summam terrę superficiem, eam q; arboris partem desinant, qui truncus vocatur. Nam vasa hæc, perinde ac radices multæ atque exiles, inter se coalescunt. atque vnitæ, maiores, quàm prius erant, euadunt. sic q; maiores subinde effectæ demum vniuersę in duos quasi truncos, in venas venæ, in arterias arteriæ terminantur, ex vtraque parte tam dextra, quàm sinistra circa vmbilicum fœtum ingredientes. Nihil enim aliud est vmbilicus, nisi quatuor hæc vasa in medio vrinaculum habentia. Vrinaculum autem intestinalis tuni- H cæ, quam prominentibus partibus fœtus obduci iam diximus, initium est, perforatum satis lato atque euidenti meatu ad fundum vesicę ipsius fœtus: vt intestinalis tunica cum vesica vrinaculo, quod medium inter vtrasque est, coniungatur. Qua vero parte dilatato vrinaculo membrana incipit enasci, satis multa ac veluti scabiosa quædam aspritudo apparet. Iam humor in vtraque membrana non paucus continetur, alter ab altero tam colore, quàm copia diuersus. flauus enim in intestinali: albior quodam modo in amnio atque is etiam copiosior cernitur. tunica siquidem hęc altera est maior, quippe quę totum fœtum induat. illa vero partibus quibusdam tantum superiecta est. Vnde autem humores hi generentur, quis'ue ipsorum vsus sit, in alio commentario, quod erit de dissectione fœtus, explicabitur.

in Aphor. cōm 5. 45. extr. ord. 41. g

Galeni

GALENI DE INSTRVMENTO ODORATVS

Ludouico Bellisario Medico Mutinensi interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Odoratus Instrumentum in Anterioribus cerebri ventriculis situm esse.

Quid sit Odoratus, & quòd ipsum Nasi corpus non sit odorandi instrumentum. CAP. 1.

ODoratum nominant, non solum odoris sensum, sed etiam vim ipsam, cuius odorandi officium est: sic non solum earum rerum sensum, quæ in gustatum cadunt, sed etiam vim gustandi, gustum appellant: vnum tñ in vtraq; significatione odoratus instrumentũ, per quod facultas propria sensibilia dignoscit, esse putandum est sic, vt oculo & linguæ proportione respondeat. Hoc igitur primo rationis ingressu nasus esse videtur: quãdoquidem, si occlusis naribus spiritum ore adducimus, odorem nullum sentimus: sin autem spiritum apertis naribus attrahimus, C odor sensum protinus mouet. An igitur membrana siue tunica, (nam vtroq; modo nominant) quæ naribus substernitur, odores dignoscat, dignum inquisitione videtur: siquidem non os nasi, aut quidq̃ intra os, odoratus instrumentum est. Siquis igitur sibi nares aut odoramentis aut alia re vehementer olente impleat, non ante odorem percipiet, q̃ spiritum attraxerit: quam ob causam quibusdam nasus semita quidem olentium rerum videtur, at ipsum corpus, quod odores sentit, superius esse alicubi locatum. Qua de re necesse est corporum, quæ nasi spiraminibus continua sunt, cognitionem habere, eam q; ex dissectione membrorum, quam anatomen Græci nuncupant: sed, quoniam nõ omnibus hæ partes cognitæ sunt, satius est, quo'nam modo constitutę sint, exponere.

Nasi constitutio, & earum partium, quæ ipsius foraminibus adiacent CAP. 2.

A.l.3. f 5. t. 1.
:.1.fol.239.d

CVm nasus igitur in se septum quoddã per media loca deductum habeat, duoq; foramina satis conspicua, hæc inq̃, quæ cernuntur & in singulis naribus singula sunt, sciendum est eorũ vtrunq; supra media nasi loca in duas partes esse diuisum: quarũ alteram pars oris intima excipit: altera alta, vt ab initio ferebatur, ad ipsum cerebrũ scãdit: quod & ipsum germina duo ad hęc ipsa loca spectantia habet, ea q; oblonga & concaua, quæ ex anterioribus cerebri ventriculis ortum ha- D bent, & ad eam caluarię partẽ, vnde nasus oritur, descendunt: quo loco ossa coli similia, quasi colatoria dixeris, posita sunt: quorũ quę vtilitas sit, satis ex ipso nomine declarat. Mẽbrana autẽ ea, q̃ crassa est, ea parte, qua ossibus modo nominatis substernit, minutis est foraminibus traiecta: per quæ primum, quę crassiora cerebri superuacua sunt transmittuntur: q̃, cætera q; similia de more ab Aristotele orto, perittomata i. excrementa nominãtur. Nã, quę vapori similia sunt, in sublime lata p caluarię suturas excernuntur: quæ vero crassa sunt, vt mucus, prona ferũtur: primum q; per crassam mẽbranam, deinde per ossa coli similia traiecta, tandem in ipsas nares incidunt. Sed tñ, dũ hæc ita defluunt, pars eorum in os per ea foramina, quę à naribus in ipsum transire diximus, interdum delabuntur. Mucus q;, qui crassior est, præsertim si & glutinosus sit, in duas partes sic diuisus, vt altera in eas vias, quę ad os pertinent, interdum influat, altera in nares, vtrinque excernitur, è naribus, per efflatum vehementem: ex ore, per screatum. Nasi autem foraminibus, quæ recta sunt, & ad ossa colo similia ascendunt: itemq; ijs, quæ obliqua, vt in os ipsum, traducta sunt: exanguis tunica crassior, q̃ membrana, substernitur: quæ ei tunicæ continua est, quæ totam oris circumferẽtiam interiorem linguam q; complectitur: & fauces, & primam asperæ arteriæ partem, quam larynga græci vocãt, & totam asperam arteriam, & gulam ambit. In quam tunicam, quæ vna est, & sibi vndiq; continua, & in omnibus memoratis partibus eandẽ substantiæ spẽm habere cernitur, quanq̃

non æqualem

non æqualem crassitudinem, nerui quidam à cerebro orti distribuuntur, & ij quidem exiles, ex- E
ceptis ijs, qui in linguam inseruntur: quibus natura satis crassitudinis dedit propterea, quòd partem hanc acutiori sensu præditam esse oportuit, quippe quam natura gustatus instrumentum esse voluit. Similem ob causam nerui etiam crassiores ijs, quos lingua recepit, oculis dati sunt: post quos auribus, & ori ventriculi, quandoquidem & ipsum acumine sensus plurimum valere oportuit, vt, cum sermo de eo haberetur, demonstratum est. Vt igitur oculus visus instrumentum est, auris auditus, lingua gustatus, sic ventriculus cibi & potionis appetendæ instrumentum constitutus est, præsertim eius os. Vim vero tangendi valde hebetẽ in sensibiliũ dignōe natura creauit. nec eã certo loco seclusit (quod in ijs oĩbus fecit, de qbus modo dictũ est) sed in vniuersum corpus distribuit: itaq; ei neruos minores dedit, eosdem q; duros, qui maxima ex parte à spinali medulla ortũ habent: in partes vero, quas supra nominaui, q̃ abundatiori sensu indigebant, neruos & maiores & molliores inseruit, eosdẽ q; oẽs à cerebro oriẽtes. Cernendi igitur instrumentum natura lucidissimum fecit, vt quod lucem tm̃ & splendorem sentire debebat: quod autem ad auditum attinet, aeris similem constituit, siquidem ad sonos, qui vehuntur aere, recipiendos dicauerat: sic &, quod sapores dignoscit, quod linguam appellamus, ex humidiori corporis substantia molita est: aliquid vero, quod inter naturam aeris & humoris est, in odorandi sensum cadit, quod neq; ita te- F
nue est, vt aer, neq; ita crassum, vt humor: id enim, quod à rerum corporibus exhalat, odoris substantia est, quod ex rosis maxime, similibus q;, quę sic tenera sunt, cognoscere licet, quorum omniũ corpora celeriter minora & sicciora redduntur: ex quo aperte intelligitur ex earum rerum substantia partem humidiorem in halitum digeri.

Neque ipsum os nasi, neque interiorem eius tunicam, neque vllam naribus attinentem partem odoratus esse instrumentum. CAP. 3.

SEd iam odoratus instrumentum quæramus: primum q; constitutionem partium, quæ naribus continuæ sunt, consideremus: deinde propria actionis accidentia. Cum igitur in vtroq; nasi spiramine tunica ossibus obducta sit: quam & eiusdem naturæ & continuam cum ea esse diximus, quæ os linguam q; & fauces ambit, quanquam eo differat, quòd tenuior est: aut hæc instrumentum odoris sentiendi statuenda est, aut os ipsum nasi, quandoquidem pars tertia nulla relinquitur. Sed ossi non modo non odorandi, sed ne tangendi quidem, sensus datus est: tunica vero, quæ intus substernitur, vt ei simillima est, quæ cœlum capitis & palatum ambit, sic eandem superare sensus acumine non potest: poterat tamen sola neruorum magnitudine præstare, vt lingua fecit: at nec ea re præstare cernitur, sed neruorum tantum adepta est, quantum ad sensum ta- G
ctus necessarium erat. Item natura eius tunicæ, substantię earum rerum, quæ odoratum mouent, non respondet: at reliquæ respondent: quandoquidem † gustandi instrumentum humidũ & spõgiosum est: quod vero ad tactum attinet, durum ac terrestre: cum natura in fabricandis cuiusque sensus instrumentis similitudinem sensibilium secuta sit. Itaque & odoratus instrumentum vaporis simile esse oportebat, non durum & terrestre, vt tunica, quæ naribus indita est: quę non solum talis est, sed etiam neruis iustæ magnitudinis caret, quos certe habuisset, & in ea re linguæ prælata esset, cum in ordine instrumentorum sensus, tertium locum ad dignoscendam tenuem substantiam teneat, Neruus enim, qui animali ad cernendum datus est, ad id magnitudinis peruenit, vt eo multo maior sit, qui ad os ventriculi deductus est, quamuis non in oculum totum distributus sit, sed crystallinum corpus tantum attingat: hoc enim, vt alias demonstrauimus, præcipuum cernendi instrumentum est. Auditus autem foramen, cuius interior terminus valde exiguus est, qui neruum excipit, tantum nerui & ipsum accepit, quantum magnitudinis suæ ratio ferebat. Nec vero linguæ nerui à cerebro orti exiles tributi sunt. Ergo nec id instrumentum, quod ab odore mouetur, gracilem à natura neruum accepisset, vt is, qui in narium tunicas distributus est: atque hoc idem vaporis simile esse necesse est, talis enim est odorum substantia. Ex quibus rebus efficitur, H
vt ipsi quoque in inuestigando odoratus instrumento, à naribus abducamur, si quæstionem quidem diiudicandam à constitutione partium sumamus: si vero rem à proprijs actionis accidentibus inuestigare volumus, nullum odoris sensum, nisi spiritu naribus attracto, moueri videbimus, quanquam ipsæ nares quandoque vapore etiam vehementer olente repletæ sint. Si quis igitur in cubiculo admodum angusto bitumen, casiam've, aut myrrham, thus've, aut styracem in suffitum colliquet, vt vndique circunfusum aerem odore vehemẽti repleat, mox eundem sic naribus excipiat, vt attrahere per interualla longa conetur, hic rei veritatem intelliget. Siquidem tantummodo, dum spiritum adducet, odorem sentiet: interiectis autem temporibus, cum spiritum continebit, odorem nullum percipiet, quanquam nares olenti vapore repletæ sunt: hoc idem eueniet, si in ipsas aliquid vehementis odoris instilles, nam ita quoque solo attracti spiritus tempore odorem percipies. His de causis pars corporis, quę odores dignoscit, alia esse videtur, eaque interius in corpore posita, non quæ tam in promptu est & in summo corpore locata, vt tunica, quæ naribus indita est. Pectus igitur (vt ex sermone, qui de respiratione habitus est, intelleximus,) à musculis quibusdam dilatatur: eodem'que tempore motus pulmonis consequitur: ita aerem trahi continui ratione necesse est & per asperam arteriam & per fauces, & ore & naribus

Ex antiquis Græcis legendum videndi instrumẽtum splendidũ est: audiendi autẽ aereum: sicuti gustãdi humidum.

A naribus: quare videndum est, cum nasi tunica non odoratus instrumentum sit, an ei, quæ palatũ ambit, hoc delatum munus sit: mox idem de faucibus & aspera arteria quærendum est. Palati igitur tunica sanè haud erit odoratus instrumentum: quandoquidem obstructis naribus, aut digito sic compressis, vt claudantur, spiritu autem ore adducto, nullus odoris sensus mouetur: eandem ob causam nec faucium, nec asperę arteriæ, id officium esse putandum est.

Quibus accidentibus Odoris sensum in anterioribus cerebri ventriculis moueri comperiatur. CAP. 4.

SEd iam restat, vt de reliqua foraminum parte consideremus, quæ p ossa colo similia ad ipsum cerebrum ascendit, quæ & ipsa ceterarum similitudinem in constitutione secuta est: nam ea tunica, quæ hanc meatuum partem subcingit, substantiam cum inferiori tunica eandem habet, eandem q; neruorum tenuitatem, accidentium vero ratio diuersa est. Licet enim cerebro, dum in adducendo spiritu per sua quasi germina quædam agit pectus q; dilatat, aliquid & ipsi ad suos ventriculos attrahere: nec enim ei impossibile est, cum alia moueat, sibi motum quendam, cum q; exiguum, prębere, modo ĩ se ipsum, modo ex se ipso, ita, vt tum compressius sit, cum sese cõtrahit, fusius vero, cum se ex omni parte dilatat: cũ autem in se ipsum colligitur, tunc extrinsecus aer con-

1.l.3.f.4.t.1.
2.1.fol.139.e

B tinui ratione sequatur, idem q; repulsus efflletur, cum cerebrum diffunditur. Cum hæc igitur nos olim nobiscum cogitaremus, forte contigit, vt quidam, cui odorandi sensus à diuturna tum grauedine tum destillatione læsus esset, ad nigellam remedij causa confugeret: quam, vt ratio medicamenti postulat, cum contudisset diligenter, & in puluerem liquasset, veteri q; oleo immiscuisset, iterum eandem cum eo humore minutissime triuit: mox aquam ore excepit, & supino capite nõ minimam medicamenti partem sibi naribus instillatam adducto spiritu vehementius attraxit: eodem'que modo triduum medicamento vtens, magnum ex eo iuuenis ille adiumentum cepit. Quarto autem die cum eodem medicamento sic vsus esset, vt spiritum violentius, quàm ante, attraheret, grauem in intimo capite morsum percepit: qui tamen, cum sensim leniretur, postera die prorsus sedatus est. Qui euentus mihi argumento fuit nigellæ paulum vsque ad cerebri ventriculos esse attractum, quod aut membranæ, quæ secundarum modo, quibus inuoluuntur fœtus, intexta est, aut fortasse ipsi cerebro inhęrens, dolorem intulit: atque hoc idem illius rei cõnsensu approbatum apparet, quòd vaporis quodam modo simile proprium odoratus instrumentum esse oportet. Ex quibus rebus ego commotus alijs quibusdam, alijs q; aliàs, multis q; deinceps simul-

1.l.3.f.1.t.1.c.
1.fol.181.e

C lis eodem medicamento in nares instillato, eos spiritum vehementer trahere iussi: quorũ alij nullum, alij leuem, alij grauem morsum alte in capite senserunt. Ex quibus rebus cæteris q;, de quibus ante disputatum est, cum ratiocinaremur, sensum odoris in ventriculis cerebri anterioribus fieri existimauimus. Ad hęc autẽ nobis fides, neq; illæ infirmę, accesserunt: prima quidẽ, qm̃ is, quẽ grauedo capitis ob repletũ crassis vaporibus cerebrum opprimebat, euidens à sternutamentis adiumentũ cepit: altera vero, qm̃ ipsum cerebrum in retẽtione spiritus implet, & calefit, vt paulo post dicam: ęquum est igitur cerebrum nunc spiritum trahere, vt refrigerium capiat, nunc eundẽ reddere, vt noxia à se expellat: quibus tertia quoque fides adiuncta est, quòd ij, quibus caput in Sole exustum est, aut modo quodam alio incalescit, odore rosarum, aut siqua alia sunt, quæ naribus admota non iniucunde refrigerent, haud dubiam sibi medelam accipiunt. Sed & illud aderat, quod ad eandem fidem faciendam concurreret, quòd odoris sensus in narium tunica moueri nullo modo potest: id enim, quod paulum probabilitatis ab Aristotele acceperat, cum exquireretur, falsum inuentum est.

Aduersus Aristotelem de Operculis foraminum nasi, quæ aperiri in odorum sensu existimauit. CAP. 5.

D VT igitur totum eius in ea re decretum diligenti inquisitione exploretur, à secundo capite superius posito differentes exordiamur. Mihi igitur cogitanti, quid causæ sit, si in naris tunica odorum sensus positus est, cur tantummodo, dum spiritum trahimus odorem percipiamus, reliquo autem tempore odoris sensu careamus, illud tantum probabile repertum est, instrumentum odoratus non in summa superficie tunicæ narium, sed multo interius in ea esse locatum sic, vt foramina quædam ad ipsum pertinentia habeat, quę non semper aperta sint, sed operculis quibusdam membranæ similibus tenuibus q; tegantur: quæ opercula ab impetu attracti spiritus referentur, vt ad eam partem, in qua vis odoris dignoscendi posita est, proprium eius sensibile perueniat. Tale est, quod Aristoteles sentire videtur & eo libro, quem de anima secundum scripsit, & eo, quem de sensu & sensibilibus, qui liber idem de sensu & sensorijs vt ita dicã, inscribitur: sic enim instrumenta sensus appellare Aristoteles solet. In secundo igitur de anima hæc ab eo scripta sunt:
" Sic & odoratus instrumentum in alijs operculo caret, vt oculi: in alijs, quæ aerem recipiunt, oper
" culo tegitur, quod respirante animali ex dilatatione venarum & foraminum abducitur. In volu-
" mine vero de sensu & sensorijs, Sed in ijs, inquit, quæ respirant, spiritus id, quod veluti opercu-
" lum incumbit, abducit, ratione cuius non sentiunt, nisi respirent: in ijs vero, quæ non respirant,
" id operculum non est, vt in oculis accidit: nam animantes quædam palpebras habent, quæ nisi

abducantur

abducantur, cernere nequeũt: non nullæ, quibus oculi duri sunt, palpebris caret, vt nulla re egeat, E » quæ eas abducat, sed tantum protinus cernant, quantum earum natura patiatur. Hæc Aristoteles, qui locum quærere, in quo primum odoris sensus positus sit, nulla ex parte tentauit: ea q́3, quæ de foraminibus dixit aperiri solitis, quanquam non intelligentiam fugiunt, vt quædam à quibusdam dicta, non tamen locum habere in nasi meatibus possunt. In palpebris igitur motus animalis voluntate cietur, & ob eam rem nobis licet, quoties volumus, & componere, & abducere: in odorandi vero sensu nõ ita se res habet: apertio enim, quam dixit, foraminum attracti spiritus accidens est, non opus nostrum. Sed, quo'nam modo accidat, deinceps videndũ. Quanquam æquũ erat Aristotelem orationis parentem, suam opinionem verbis constituere: non absolute pronunciare, nobis q́3 relinquere, vt, quę nam eius sententia fuisset, veluti vaticinaremur, cum nihil ipse di lucide dixisset, nec eam, quam in scriptis posuit, foraminum constitutionem declarasset, in tunica'ne narium, an loco quodam alio, hæc sua odoratus foramina esse arbitraretur. Quæ non in naribus esse ex eo patet, quòd, si ita esset, ea impetus aeris foris irruentis aperiret, etiam sine vllo attracto spiritu: hoc autem non fieri perspicuum esse potest, siquis aut motum aeris in cubiculo odore admodum vehementi repleto moliatur, aut eodem in loco nares vento obijciat, aut ijsdem instrumenta quædam caua admoueat, per quę sufflantem quempiam adhibeat: ea calami sunt, & vesicæ vtrinque foratę, quibus cornicula inhæreant: cum aer igitur his rebus omnibus impulsus F sit, nullus tamen odoris sensus, excitatur. Nec vero id quenquam dicere licet, talem nasi tunicæ foramina habere motum, qualem cordis ventriculi habent, qui cum dilatantur, ora vasorum aperiuntur, quibus in cor materiæ inuehuntur: aut enim dicendum est motum foraminum nobis volentibus cieri, aut nostra voluntate remota: vt cor ipsum mouetur. Si igitur ea foramina nostra voluntate mouentur, licebit sine vllo etiam attracto spiritu eadem dilatare, inde q́3 odorem percipere: sin autem in motum lege naturę cientur, nihilo minus hoc idem licere perspicuum est: at nunquam, nisi adducto spiritu, odorem sentimus: ex quo apertum relinquitur foramina, vt ait, odores dignoscentia neque animali volente, neque sine eiusdem volũtate, proprium motum habere, quo eorum ostiola referentur. Nec vero motus instrumentorum, quę respirationi accõmodata sunt, illos odorandi meatus dilatare poterunt: pectus enim (vt, cum sermo de instrumentis respirationi seruientibus haberetur, demonstratum est,) à musculis dilatatur: pulmo autem ex omni parte consequitur, vna q́3 cum pectore continui ratione dilatatur, cuius item motum aer extrinsecus sequitur: corpora vero aerem ve†hẽtia, siue sit os, siue nares, siue guttur, nõ dilatari necesse est: quãdoquidem his, vt tantummodo vehant, opus est, non vt maiorem latitudinem sibi assumant. Ex G quo intelligitur tenuia illa tunicæ narium foramina motu instrumentorum, quæ ad ducendum spiritum natura aptauit, aperiri nõ posse: vt reliquum sit eosdem solo aeris impetu referari, quem, vt dictum est, moliri etiam non attracto spiritu possumus. Quòd siquis eorum, qui ob vecordiam multa inaniter iactant, foramina eo tantum tempore aperiri dicat, quo spiritum trahimus, is à nobis admonebitur, vt ea meminisse velit, quę supra, dum hoc idem redargueremus, disputata sunt, eo orationis loco, vbi illa foramina aut animalis voluntate, aut quodam naturali motu, aperiri diximus: quorum neutrum fieri apertum est. Nam, si animalis voluntate aperirentur, nostrę potestatis esset, quoties vellemus, ea aperire, etiam nullo spiritu adducto: idem vero, si naturæ opera fieret, qualis motus cordis est, non semper cum adducto spiritu contingeret, sed proprium sui motus ordinem haberet, vt in idem tempus nunc cum accepto spiritu concurreret, nunc cum eodem reddito, nunc cum tota respiratione retenta. Si igitur neque per se, neque cum motu instrumentorum, quæ ad ducendum spiritum accommodata sunt, illa tunicæ narium foramina aperiuntur, reliquum est id spiritus impetu fieri, quem, vt dixi, sine attracto spiritu mouere possumus. Siquis autem dubitet, quid causæ sit, cur tali spiritus motu, etiam si valde violentus sit, nulla tamen odoris pars in cerebrum impellatur: quanquam tam lata H extant foramina, vt à cerebro mucus etiam crassissimus per ea transfluat: nos eum docebimus in tali aeris per nares impulsu neque in guttur quidquam, neque in pulmonem propelli, quandoquidem ea à proprio repleta spiritu pręoccupantur. Si igitur ne in amplas quidem vias quidquam extrinsecus aeris illabitur, nisi instrumenta dilatentur, consentaneum est, nec in ea illabi foramina, quæ tam angusta sunt, vt quidam parum diligenter corpora incidentes, ea ne si quidem extent, animaduerterint. Si in alterum igitur nasi foramen aliquid sic inijcias, vt id ad vnguem obstruas, nullus spiritus inire ante poterit, quàm os aperueris: quo aperto, spiritus is, qui palato circunfluit, cum foras effunditur, eum, qui continuus est, sequela quadam secum trahit.

† *Al. ex antiquis, ἀναπεπτομένων, i. pateant.*

Ne arbitreris igitur in eiusmodi spiritus per nares impetu quidquam in cerebrum impelli: quadiu enim alter spiritus cerebri anfractus loca q́3 vacua occupat, tandiu nulli alteri vllus est ineundi locus prius, q̃ cerebrum dilatetur: id quod fieri nobis spiritum trahentibus potest: primum enim dilatatur, vt attrahat, deinde sic aerem foris in se recipit: at idem cerebrum spiritum recipere, nisi dilatetur, non potest, ne si quidem is violenter impulsus sit. Quòd si illud alicui demus, vt vi impulsus spiritus inire per eam causam liceat, hoc idem tamen non aliam satis ob causam

A sam possibile est: aer enim, vt scimus, vi comprimitur, idem q; vndique funditur, cum horũ alterutrum pati contra naturam suam cogitur, vt nulla eiusmodi violenta causa eum a loco, quem iam occupat, dimouere valeat: nec vero, cum idem compressus in angustiorem locum cogitur, aut remissus in ampliorem diffunditur, ea, ad vtramuis partem contingat, magna mutatio est, sed exiguo & processu & recessu comprimitur idem, & funditur. Quã ob causam nihil in cerebrum impellitur, quamuis vehementer spiritum plenis naribus comprimas: tunica vero, quę illas ambit, in qua illa odoratus foramina exquirenda posuimus, se ab aere foris violenter irruente verberari haud dubie sentit: itaque ea foramina ex tam vehementi aeris in nares impetu reserari oporteret, & simul, ac aperta essent, odoris sensum moueri: at non mouetur: ergo ea esse nõ possunt. Sed nec probabile est, naturam tale quidquam frustra machinatam esse: nam, si foramina quædam ad odorandum apta constituisset, non ea impositis operculis occlusisset: vt nec ea occlusit, quæ in auribus extant. Melius enim est omnem sensum aptum esse, qui proprium sensibile semper dignoscat, non tantummodo, dum spiritum trahimus. Nec natura propterea oculis operimenta dedit, quia melius esset eos non perpetua in actione teneri, sed quia molles erant, & ob eam rem lædi ab incursantibus rebus facile poterant: à quibus vt defenderentur, natura palpebras ipsis, quasi quædã

B propugnacula, dedit. Sed non'ne & ab ipso Aristotele dictum est naturam animalibus ijs, quorum oculos exterior tunica dura protegit, ideo palpebras non dedisse, quòd eos non facile lædere esset, & ipsi per se nullum vel munimentum, vel tegumentum, vel operculum in eo animalium genere desiderarent? At nos iure desideramus, egemus que, & ob causam proxime expositam, & somni gratia: quisquam enim in aere lucido dormire, nisi tectis oculis, non potest. Itaque illis ipsis animalibus, quę palpebris carent, vt locustæ, gammari, paguri, cancri, natura sinus quosdam tribuit, qui instante somno quasi cubicula quædam oculos totos reciperent: qui mox inde, cum cernendi voluntas subiret, eruerentur, vna q; cum ceruicibus suis in sublime extollerentur, quarum in summis partibus oculi tanquam in sede sua collocati sunt: quæ in excelsis animalium partibus posita est. Sed hæc, cætera q; similia in libris, quos de vtilitate partium scripsimus, satis explicata sunt: quæ siquis colligat, is & palpebrarum vtilitatem cognoscet, & naturam in id semper esse intentam, vt sensus in suis actionibus retineantur. Quòd si maioris vtilitatis causa eos certo tempore cessare necesse est, in nullam ea de re noster sermo difficultatem incurrit: nam, quæ simul esse non possunt, ea ne dij quidem omnes, si vellent, coniungere possent. Quidquid enim sua pte natura fieri nequit, id dijs etiam ipsis impossibile est. Ne mireris igitur, cur natura, cum sen-

C sus semper agere velit, his tamen per somnos quiescere mandet: eo enim tempore somnum, rem ab his actionibus diuersam, mauult. Sed hic locus non est, vt somni naturam aperiam: naturalia enim & opera quæq;, & affectus, alijs in locis explicata sunt. Dũ igitur animal dormit, (siue somnus naturale sit opus, siue affectio, id quod iudicare non facile est) sensus ipsi non adeo agere possunt, vt bene sentiant: ex quo intelligitur, quanquam per somnos nõ æque, atque per vigilias, sensibus agere possumus, non tamen falsum eẽ, quod dictũ est, sensum omnẽ melius esse in perpetua actione teneri, quàm eã intermittere: nec, quãuis à quibusdã rebus foris incursantibus cauentes, oculos claudere interdũ cogimur, tñ satius est nos eo tẽpore non cernere: melius enim, si oculi sine noxa seruari possent, vt per id temporis etiam cerneremus: sed, qm̃ id fieri nequit, iccirco nostros oculos natura palpebris muniuit. Hæc in præsenti de vtilitate palpebrarum dicta sint. nam post multa pauca dicenda supersunt: hic locus non est, vt hæc longo sermone tractentur. Redeamus igitur ad illa odoratus foramina, quibus Aristoteles ait naturam opercula quædam dedisse, neq; tamen, quę vtilitas ab ea re animali præbeatur, exposuit, neq; rem esse demonstrauit. Talia igitur foramina, qualia ab Aristotele dicta sunt, adeo nullius vtilitatis causa constituta sunt, vt etiam per longa vitæ spatia magnum animalibus detrimentum importent: quãdoquidem eorum vitio

Al. ex antiquis cogimur palpebras occludere.

D odorandi sensus diminutus, ac veluti mutilus, & truncus relinquitur: quod nulli ex reliquis sensibus contigisse videmus: qui omnes, dum vigilamus, in continuis actionibus versantur, si modo propria sensibilia habeant, à quibus moueantur. Odoratus igitur foraminum opercula ab Aristotele posita rem esse & incertam, & demonstratione carentem, & quam nulla euidens fides testificetur, ęquidem mihi demonstrasse videor.

Quo pacto sternutamenta grauedini medeantur, ac de proprio cerebri motu. CAP. 6.

NVnc vero videndum est, quo'nam modo grauedini capitis sternutamenta medeantur: id quod ea ratione fieri arbitror, quoniam ex præcedentibus magnis expirationibus, consequente autem celerrime efflatu, sternutamenta mouentur: efflatum voco expirationem confertim concitatam. Si nihil autem per sternutamenta ex cerebro educeretur, ea grauedinem capitis nõ modo nõ leuarent, verũ etiam à spiritu tum foras confertim ruente, tum etiam verberante, caput magis & plenum & graue redderetur: vt ex magnis vocibus fieri cernimus. Quin & morbi quidã ex ijs, qui cerebrum occupant, vt lethargus præsertim, & is, quem carum Græci vocant, ab ijs sternutamentis, quæ medicamentis mouentur, non minimum curationem recipiunt: item q; ab ijs,

ab ijs, quę directo in solem aspectu euocantur: quod ex eo fieri arbitror, quia cerebri spiritus va- E
pori similes à sole funduntur. Mucum etiam ex cerebro crassum & glutinosum sternutamenta detrahunt, quem vnà cum spiritu foras impulso educunt. Non igitur rationi consentaneum est, vt, cum spiritus aliquis è cerebro per sternutamenta effundatur, in idem tamen nullus vnquam infundatur, præsertim cum & ossa coli similia, & cerebri membrana, quæ ijsdem in superiori parte substernitur, multis sint foraminibus traiecta. Ad hæc, quòd validi odores caput statim lædant, & impleant, & aggrauent, & in delirium interdum prouocent, argumentum est non nihil substantiæ eorum cerebrum tentare: quandoquidem non ob solam communicatam qualitatem in tam subitos tam q; vehementes affectus incurreret. Eadem q; ratione idem ab odore rosarum iuuari consentaneum est, cum à solis exustione laborat: atque hoc idem adiumentum ab aere frigido naribus attracto nihilo minus capit, cum ad eundem modum affectum est: contra vero à valde calido idem grauiter lędi videmus. Adde quòd, cum respiratio tota eam ob causam à cerebro moueatur, vt cordis calor in quadam moderatione seruetur, æquum est ipsum cerebrum hanc ipsam respirationem sibi primum parare: siquidem suapte natura ijs rebus facillime obnoxium est, q̃ immoderate aut calfaciunt, aut refrigerant. Quid igitur? an cerebro natura motum vllum ingenitum ad hanc vtilitatem non dedit, quo spiritum trahat, vt sese ventilet atque refrigerium F
captet: rursus autem eundem reddat, vt & cætera excrementa, & pituitosa atque mucosa effundat? nam (vt in libris, quos de potentijs naturalibus conscripsimus, demonstratum est,) partes corporis omnes, & eam facultatem habent, qua, quod alienum est, expellant: & eam, qua, quod sibi conuenit, attrahant: quę in ventriculo & in vtero facile apparent. Num igitur natura ventriculo vim vtranque dedit, alteram, qua id attrahat, quod bonum est: alteram, qua id expellat, quod malum: easdem vero soli cerebro deesse voluit, quam ob causam pati cogatur, vt ea excrementa, quæ in ventriculis eiusdem se colligunt, solo pondere depressa defluant, & sensim delabentia tandem in ipsas nares incidant? Id igitur credendum non est, præsertim cum supini tota nocte cubamus: morbus enim, aut is, quem apoplexiam, aut is, quem carum Græci appellant, aut comitialis, cum pleni cerebri ventriculi sunt, oriri præuerteret: vt ij, quibus manu medici caluaria perforatur, sępe in affectus quosdã caro similes incidunt, si contingat, vt, qui operanti medico ministrant, cerebri ventriculos immoderate comprimant: sed quid inquam ventriculos *

Galeni

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBRI XVII.

Nicolao Rhegino Calabro interprete.

Denuo ab Augustino Gadaldino plerisque in locis emendati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Inquirit ex actionibus, singularum corporis Partium vtilitates: ac in primo quidem libro agit de extremæ manus particulis.

Quid sit in animali Particula. — CAP. 1.

Q Vemadmodũ animal quoduis, vnũ esse dicitur, propterea, ꝙ apparet per quandã circumscriptionẽ propriam nulla ex parte alijs coniunctũ, ita & ipsius particula (cuiusmodi est oculus, lingua, nasus, cerebrũ) vna esse dicitur eo, ꝙ apparet circũscriptionem propriã habere. Si vero nõ esset quadãtenus coniuncta ꝓximis, sed omnino disiuncta, tunc vtiq; nec particula esset omnino, sed simpliciter vnũ. Quare, quæcunq; corpora nec vndequaq; circũscriptionem habent propriã, nec vndequaq; coniuncta sunt alijs, hæc particulæ vocantur. Et, si hoc verum est, multæ erunt animalium particulæ, aliæ quidem maiores, aliæ vero minores, aliæ vero etiam omnino in aliam speciem indiuisibiles.

C

De Particularum ex Moribus animalium differentia. — CAP. 2.

V Tiles autẽ sunt hæ omnes ipsi animæ, quippe cuius organum corpus est: & propterea multum differunt à se inuicem particulæ animalium, quoniam & ipsæ animæ differunt. Quædam enim sunt ferocia, quædam timida: alia agrestia, alia mansueta: alia velut ciuilia & negotiosa, alia velut solitaria. Omnibus vero aptum est corpus animæ moribus, & facultatibus: equo quidem fortibus vngulis & iuba ornatum instructum que est, etenim velox & superbum & generosum est animal: leoni autem, vtpote animoso & feroci, dentibus & vnguibus validum: ita autem & tauro & apro, illi enim cornua, huic autem exerti dentes (quos græci [illegible] nominant) arma sunt innata: ceruo autem & lepori (timida enim sunt animalia) velox quidem est corpus, sed nudum omnino & inerme: timidis enim (opinor) velocitas quidem, arma vero ferocibus conueniebant. Neque igitur timidum aliquod armauit natura: neque ferox & strenuum quodpiam nudum destituit. Homini autem (sapiens enim est hoc animal, & solum eorum, quæ sunt in terra, diuinum) pro omnibus simul defensorijs armis, manus dedit, instrumẽtum ad omnes quidem artes necessarium, paci vero non minus, quàm bello, idoneum. Non igitur indiguit cornu sibi innato, cum meliora cornibus arma summis manibus, quãdocunq; volet, possit accipere: etenim ensis & hasta & maiora sunt arma, & ad incidendum promptiora, q̃ cornu. Sed neque indiguit vngula, nam lapis & lignum quauis vngula quassant fortius violentius q;. Ad hæc neq; cornu neq; vngula quicq̃, nisi cõminus, agere possunt: hominum vero arma eminus æque, ac cõminus, agunt: telum quidem ac sagitta magis, q̃ cornu: lignum autem & lapis magis, q̃ vngula. Sed velocior est homine leo: quid hoc tandem est? Homo sane equum domuit sapientia & manibus, velocius leone animal: quo vtens & subterfugit & persequitur leonem, & sedens, ex alto humilem inferiorem q; illum percutit. Non igitur est nudus, neque inermis, neque vulnerari facilis, neque calciamentorum expers homo: sed ipsi est thorax ferreus, quandocunque libet, omnibus corijs difficilius perforatu & sauciatu organum: est & multiplex calciamentorum species, est & armorum, est & operimentorum. Non igitur thorax solum, sed & domus, & murus, & turris, sunt hominis operimenta. Si autem innatum esset ei cornu in manibus, vel aliquod aliud tale

D

armorum genus, non vtiq; posset vti manibus ad domus constructionem, vel muri, vel hastæ, vel E thoracis, vel alicuius alterius similis. His manibus homo vestem texuit, & rete contexuit, & nassam, & sagenam, & velum. Quare non solum his, quæ in terra sunt animalibus, sed eis etiam, quæ in mari & aere, dominatur. Talia quidem homini ad fortitudinē arma sunt manus. Attamen pacificum & politicum animal homo, manibus leges scripsit: aras & simulachra dijs erexit: nauem, fistulam, lyram, scalpellum, forcipem, & alia vniuersa artium instrumenta construxit, & commentarios etiam speculationis eorum scriptos reliquit: tibi q; liceat literarum & manuum beneficio etiam nunc colloqui cum Platone, cum Aristotele, cum Hippocrate, & alijs veteribus.

Animalia à Proprijs ipsorum naturis, non à Particulis, edoceri. CAP. 3.

ITa quidem sapientissimum animalium est homo: ita autem & manus sunt organa sapienti animali conuenientia. Non enim, quia manus habuit, propterea est sapientissimum, vt Anaxagoras dicebat: sed, quia sapientissimum erat, propter hoc manus habuit, vt rectissime censuit Aristoteles: non enim manus ipsæ hominem artes docuerunt, sed ratio: manus autem ipsæ sunt artium organa: sicut lyra, musici: & forceps, fabri. Sicut igitur lyra musicum non docuit, nec forceps fabrum: sed est vterq; ipsorum artifex per eam, qua præditus est, rationem, agere autem non potest ex arte absque organis: ita & vna quælibet anima facultates quasdam à sua ipsius substantia obti- F net, efficere autem ea, quæ nata est efficere, sine organis nequaquam potest. Quòd autem corporis particulæ animam non impellunt aut timidam aut strenuam aut sapientem fieri, manifeste videre licet, si animalia recens genita consideres: quæ quidem prius agere conantur, quàm perfectas habeant particulas. Ego nanque bouis vitulum cornibus petere conantem sępenumero vidi ante, quàm ei nata essent cornua, & pullum equi calcitrantem mollibus adhuc vngulis, & aprum quendam perpusillum genis sese tueri conantem magnos dentes non dum habentibus, & catulum recenter natum mordere affectantem teneris adhuc dentibus. Omne enim animal & suę ipsius animæ facultates, & in quos vsus partes suæ polleant, nullo doctore præsentit: aut cur paruus adhuc aper mordere dentibus exilibus cum possit, his quidem ipse ad pugnam non vtitur: quos autem non dum habet, ijs gliscit vti? Qua igitur ratione dici potest animalia partium vsus à partibus doceri, cum & ante, quàm illas habeant, hos cognoscere videantur? Si igitur oua tria acceperis, vnū aquilæ, alterum anatis, reliquum serpentis, & ea calore moderato foueris, animalia q; genita rupto putamine excluseris: illa quidem alis volare conantia ante, quàm volare possint: hoc autem reuolui & serpere affectans videbis, quamuis molle adhuc & inualidū fuerit. Et, si, dum perfecta erunt, in vna eadem q; domo nutriueris, deinde ad locum subdialem ducta emiseris, aquila quidem in G sublime attolletur, anas autem in paludem aliquam deuolabit, serpens vero sub terrā irrepet: deinde illa quidem (opinor) citra doctorem venabitur, hæc natabit, serpens vero in terræ cauernis latebit: naturæ enim animalium, vt ait Hippocrates, à nullo doctę sunt. Quapropter cætera quidem animalia mihi natura magis, quàm ratione, artificiosa quædam facere videntur, apes videlicet plasmare fingere q; alueolos, thesauros vero quosdam & labyrinthos formicę fabricari, nere autem & texere araneę, vt autem coniecto, sine doctore.

lib. de Alimen. circa medium. Et 6. Epi. com. 5. t. 2. cl. 3. 188. f

De communi Manus Vsu. CAP. 4.

HOmo autem, sicuti corpus armis nudum, ita & animam artibus destitutam habet, proinde pro corporis nuditate, manus: pro animæ inertia, rationem accepit: quorum vsu corpus quidem armat & modis omnibus custodit, animam autem omnibus ornat artibus. Sicut enim, si innata aliqua haberet arma, illa ei sola semper adessent: ita &, si artem aliquam natura sortitus esset, reliquas sanè non haberet. Quia vero ei melius erat omnibus armis, omnibus q; artibus vti, neutrum eorū innatum ipsi propterea datum est. Pulchre igitur Aristoteles manum velut organū quoddam ante organa esse dixit. Pulchre autem & aliquis nostrum Aristotelem imitatus, rationem velut artem quandam ante artes esse dixerit. Sicut enim manus, quanquam nullum sit eorum, quæ H particularia sunt organa, quia tamen omnia recte potest recipere, organum est ante omnia organa: ita & ratio, quia nulla quidem ex artibus est particularibus, omnes autem in se ipsam recipere nata est, ob id ars ante artes fuerit. Homo igitur animalium omnium solus, cum artem ante artes in anima habeat rationem, optimo iure organum ante organa in corpore manum possedit.

De Vsu diuisionis Manus in Digitos, & de Vsu Pollicis. CAP. 5.

AGe dum igitur hanc eius partem primā expendamus, nō perscrutantes, sit'ne hæc planè simpliciter q; vtilis, neq;, an sapiēti aīali conueniens: sed num eā omnino cōstitutionem habeat, qua certe, si aliter fuisset facta, meliorē nō habuisset. Vnum quidem primum q; caput organi apprehensorij optime compositi est, si omnes figuras ac omnes eas magnitudines, quas mouere homo potest, probe apprehendit. Vtrum igitur eam ad hæc commode præstanda diuidi multiformiter, an omnino indiuisam solidam q; fieri, erat melius? an hoc verbis non eget pluribus, scilicet manum, si indiuisa mansisset, contacturam tantummodo sibi æqualem corporis cuiusque admoti magnitudinem: at in multa diuisam, moles se ipsa multo maiores facile comprehensuram, & minimas res exacte venaturam? Maioribus siquidem molibus obtensa manus, digitis distantibus eas comprehendit: verum, quæ minima sunt, digitis duobus eis q; summis, non etiam

tota se

A tota se (hoc enim modo effugerent ac elaberentur) comprehendere conatur. Hoc sanè pacto manus ad certam maiorum & minorum se ipsa corporum comprehensionē optime constituta est. Porrò ei commodissimum rursus fuit multiformiter, quemadmodum nunc est diuisa, diuidi, ut multiformes figuras comprehendere posset: ad quas optime omnium apprehensoriorum organorum esse præparata uidetur: quandoquidem circum corpus sphæricum potest in orbem plicari ac id undique circulo comprehendere, rectum item & cauum tuto amplectitur: quod si est, omnes figuras comprehendit, quippe quæ omnes ex tribus constituuntur lineis, curua, caua, recta. Cæterum, quoniam corpora non pauca mole sunt maiori, quam quæ manu una cōprehendi queat, adiutricem alteri alteram natura effecit, ut ambæ ex oppositis partibus ea corpora comprehendentes, una manu maxima nihilo sint inferiores. Hac igitur ratione & ad se inuicem inclinatæ sunt (mutua enim gratia factæ sunt) & omnino productæ sunt æquales: siquidem hoc quoque organis similiter & eadem agere debentibus conueniebat. Proinde mihi cōsidera corporum, quæ homo potest utraque manu tractare, maximum, ut lignum uel lapidem: rursus minimum aliquod, ut miliū, aut prætenuem spinam, aut pilum aliquē: deinde illā omnem, quanta inter maximum & minimum est, magnitudinum multitudinem: tam probe ipsa omnia cōtrectantem inuenies hominem, q̄ si uniuscuiusque illorū solius gratia factæ manus fuissent. Siquidem minima summis duobus digitis, indice & magno, comprehēdit: quæ autem iis paulo sunt maiora, iisdem quidem digitis, sed non extremis: quæ uero iis adhuc aliquanto maiora, tribus digitis, magno indice medio: &, siqua his adhuc sunt maiora, quatuor: deinceps & quinque: post hæc iam tota manu apprehēdit: ad corpora denique his ipsis maiora manum alteram adducit: quorum nihil sanè fieri posset, nisi manus in digitos multiformiter diuisa fuisset. Non tamen per se satis erat eam esse diuisam: quid nanque, si nullus digitis quatuor, ut nunc habet, opponeretur, sed cōsequenter omnes quinque in vna recta linea essent facti? non ne perspicuum est eorum tunc multitudinē fore inutilem? Quandoquidē, quod tuto apprehenditur, aut undique circulo, aut omnino ex locis duobus contrariis, comprehendatur, oportet: id, quod periisset, si omnes in una recta linea uno ordine facti fuissent digiti. At hoc ipsum, digito uno aliis opposito, diligenter seruatū est: qui quidem positione & motu ita habet, ut parua omnino flexione curuatus, cum singulis quatuor oppositis actionē perficiat. Quoniam igitur satius fuerat ita agere manus, vt nunc agunt, ob id constructionem earum actionibus huiusmodi idoneam natura effecit.

De vsu formationis digitorum. CAP. 6.

A.l. 1. f. 1. d. 5. & l. 1. c. 23. 15. a

NOn enim simpliciter oportebat duos digitos oppositos, in paruarum rerū venatione suis ipsorum summitatibus operari: sed eos præterea tales esse, quales nūc sunt, erat necesse, vtpote sic molles, sic rotundos, sic vnguibus munitos. Neque enim, si carnosa non esset eorum extremitas, sed ossea, possent vnquam corpora parua, vt spinas vel pilos, comprehendere: neque, si ea quidem carnosa, sed molliori ac humidiori carne prædita. Oportet enim, quod maxime fieri potest, ei, quod apprehenditur, apprehēdens exacte circumplicari, si modo tuta futura est apprehensio: dura autē & ossea circumplicari nequeunt, sed quæ mollia mediocriter, ob id que mediocriter cedentia: quæ enim præter modum mollia sunt ac velut fluxibilia, vt duris plus iusto cedunt, ita facile ab eis effluunt. Quapropter, quæ naturam inter mollia immoderate & nimis dura mediam sunt sortita (quales sunt digitorum summitates) erunt vtique hæc optima tutæ comprehensionis organa.

De vsu vnguium. CAP. 7

A. c. 24. e. d

CVm autem sint & ipsa, quæ apprehenduntur, consistentiis q̄ maxime variis (quædā enim eorum magis, & quædam minus mollia sunt & dura) ad omnia habilem fecit natura cōstructionem eorum. Propter hoc igitur neque ex vngue simpliciter summitas digitorū, neque ex carne sola, sed ex vtrisque optimam positionem accipientibus composita est: carneum enim ipsorum est in partibus ad se inuicem inclinatis, quarum summitatibus res ipsas venari debebant: vnguis vero extrinsecus, vt firmamentum, eis appositus est. Digiti nanque suis ipsum solis partibus carneis mollia corpora comprehendunt: dura vero, & propter hoc carnis naturam pellentia violenter'que cogentia, sine vnguium auxilio apprehendere digiti non possunt: firmamento enim tunc eget caro eorum euersa. Rursus autem ipsis vnguibus solis tale nihil poterat apprehendi: duri enim cum sint, à duris prompte laberentur. Propterea igitur carniformi substantia in digitorum summitatibus vnguium lapsum ac lubricitatem corrigente, vnguibus vero facilem carnis euersionem vicissim firmantibus, organū apprehensorium omniū paruorum simul & durorum corporum factus est digitus. Disces autem apertius, quod dico, si immoderationes vnguium spectaueris. Qui enim sunt immodice longi, & propterea in se mutuo concidunt, neque spinam paruam neque pilum neque aliud quicquam tale apprehendere possunt: qui vero propter paruitatem ad summitates digitorum non perueniunt, naturam carneam firmitate priuantes, eam ad apprehendendum inualidam efficiunt: qui autem summitatibus digitorum æquantur, hi omnium soli vtilitatem, cuius grati facti sunt, explent perfectissime. Ob id

igitur dicebat Hippocrates, Vngues neque superiores, neque inferiores esse digitorum summi- E »
tatibus conuenit: ea enim, quorum gratia facti sunt, tunc maxime præstant, quando commode-
ratam habent magnitudinem. Multa siquidem alia ad res agendas commoda ab eis proficiscun
tur, veluti si radere quid, aut scalpere, aut excoriare, aut diuellere oportet. Nam in tota propè vi-
ta, omnibus'que artibus, & ijs potissimũ, in quibus sunt exactæ manuum operationes (quæ Græ
cis χειρεργίαι appellantur) his talibus nobis est opus: sed, vt apprehensorium est organũ manus,
in paruorum simul & durorum corporũ venationem vnguibus vel maxime indiguit.

Aberrasse in Vnguium Vsu Platonem & Aristotelem, item de huius doctrinæ necessitate. *CAP. 8.*

CVr itaque Plato (præsertim cum Hippocratis imitator, siquis alius vnquã, fuerit, & ab illo dogmata mutuatus sit maxima) tam negligenter de vnguium vtilitate locutus est? Cur itẽ Aristoteles tum circa alia tum circa naturæ artem enarrandam alioqui peritissimus, in vnguium vtilitate adeo cæcutiuit? Ille nanque deos, qui hominem cõstruxerunt, ait, ceu imperitos quosdã artifices, veluti præmeditatos vtilem vnguiũ in animalibus alijs generationẽ, illos ob id in summis digitis produxisse. Factos vero hos munimẽti gratia scribit Aristoteles: sed tamẽ, cuius munimenti, an aduersus frigora, vel calorẽ, vel vulnerantia, vel quassantia, non addidit: neque enim F contra vllum horum munimenti gratia, neque cõtra aliud quidpiam præter hæc, factos vngues fuisse excogitari potest. Porrò Platonis memini & Aristotelis, non quò male ab eis dicta reprehenderẽ, sed vt, quod me ad horum sermonum enarrationẽ impulit, planum facerẽ. Cum multa nanque esset apud veteres tam medicos quàm philosophos, de vtilitate particularum dissensio (quidam enim corpora nostra nullius gratia esse facta existimant, nulla'que omnino arte: alij autem & alicuius gratia, & artificiose: & horũ ipsorum alius aliam vniuscuiusque partis vtilitatẽ affirmat) primũ quidẽ tantæ huius dissensionis iudicandi rationem (quam κριτήριον Græci appellant) inuenire studui: deinde vero & vnam aliquam vniuersalem methodũ constituere, qua singularum partiũ corporis, & eorum, quæ illis accidunt, vtilitatem inuenire possemus. Cum dixisset igitur Hippocrates in totius corporis ex membris cõpagine (quã ὁλομελίην vocat) omnia cõpati & cõsentire, partis autem cuiusque particulas ad eius actionem conspirare, æquum mihi visum est sermonẽ hunc prius in his partibus, quarum manifesta nobis est operatio, explorare, vt à quibus ad alias trãsire post liceat. Qua igitur ratione explorauerim, protinus scribã, si prius Hippocratis sermonẽ exposuero, plerisque obscuriorẽ, quod eum & veteri modo & sua cõsuetudine succincte expressit. Quod autem ab eo dicitur, est huiusmodi. Particulæ corporis omnes G sibi inuicẽ compatiuntur consentiunt'que, id est, in famulatum vnius operationis omnes conspirant. Magnæ quidẽ & totius animalis partes, vti manus, pedes, oculi, lingua, gratia totius animalis actionũ factæ sunt, ad has'que conspirant vniuersæ: minores autem etiam harũ ipsarũ nũc dictarum particulæ ad totius organi actionem referuntur: vt oculus organum est visorium ex multis constans particulis, quas omnes ad vnam operationem, scilicet visionẽ, conspirantes obtinet: quasdam enim habet, per quas videmus, quasdam, sine quibus videre non licet, alias gratia videndi melius, alias ad harum omnium conseruationem. Sed tamen & omnis alia pars eodẽ habet modo, vt venter, os, lingua, pedes, ac etiam ipsæ manus, de quibus nũc dicere statuimus: quarũ actionem ignorat nemo: manifestum nanque est eas apprehensionis gratia factas esse. Quòd vero omnes earum particulæ, & tales, & tam magnæ sint, vt in vnam organi totius actionẽ conspirent, hoc nõdum omnes cognoscunt. Hippocrates tamen sic cognoscebat, & nunc id ipsum demonstrare nobis propositum est: quippe quo non solum inueniendæ vtilitatis partiũ methodus consistit, sed etiam eorum, qui alienum aliquid à veritate opinantur, errores confutantur. Porrò, si veluti oculorum, & manuum, & pedum actio, est omnibus manifesta, sic & thoracis, & pulmonis, & cordis, & aliorum omnium functio esset perspicua, in his rationibus, quæ ad vtili- H tatem partium pertinent, non admodũ discreparemus. Nunc vero, quia partium plurimarũ obscura est actio, nullius autem particulatim vtilitatem inuenire licet, nisi actione ad vnguem cognita, palàm est eos circa partium vtilitatem peccasse omnes, qui circa organorum functiones errauerunt. Cum igitur neque Aristoteles, neque superiorum quisquã, omnes organorum actiones dixerit, nos de vtilitate particularum opus hoc suscepisse expediebat. Huc accedebat, quòd non nulli, quanquã plurimarum partium actionem recte dixissent, tamen, quia methodo inueniendæ partium vtilitatis non erant exerciti, in multis particularibus decepti fuerunt: quemadmodũ in vnguibus non multo ante docuimus: quorum vtilitatem etiam philosophorum optimi nescire videbantur, neque Hippocratis dicta (vt dicebamus) intelligere. Quando igitur in manu, licet eius actionem sciamus, tamen adhuc methodo aliqua egemus ad vtilitatum inuẽtionem, an demum cerebri partium, aut cordis, aut aliorũ viscerum propè omnium, vniuscuiusque commoditatem, prompte inueniemus? Quidam siquidem in corde: alius in cerebri mẽbranis, (quas Græci μήνιγγας appellant:) est etiã, qui in cerebro, animæ principatũ (quod Græci ἡγεμονοῦν nominant) constituit: quapropter & particularũ, quæ in illis sunt, cõmoditatem alius aliam afferet. Sed de his in sequentibus perscrutabimur. Neque enim nunc eorum meminimus alius

gratia,

A gratia, quàm vt causas exponeremus, quibus adducti hoc opus de vsu partium scribere aggressi sumus: præsertim cũ Aristoteles adeo multa, & recte dixerit: & præter eum alij non pauci, tam medici quàm philosophi, minus multa forte, quàm Aristoteles, sed tamen etiam recte ipsi tradiderint: inter quos profecto & Herophilus Chartaginensis. Sed neque sufficiebant, quæ Hippocrates tradiderat, propterea, q obscure nõ nulla scripsit, quædam omnino prætermisit: est ab illo tamen, me iudice, perperam scriptum nihil. Propter hæc igitur omnia nos ad scribẽdum de vtilitate vniuscuiusque particulæ impulsi venimus, quædam eorum, quæ obscurius ab Hippocrate dicta sunt, interpretaturi, quædam quoque secundum traditas nobis ab eo methodos adiecturi.

De positione Digitorum, ac de ijs, quæ Vsus partium doctrinam promptam præbent: Et Socratis de pulchritudine sententia. CAP. 9.

IGitur intermissum prius sermonem rursum repetamus, totam'que manus constitutionẽ persequamur. Nam, si in sermonibus ad eam attinẽtibus perfecte exercitati fuerimus, quum ea manifestam habeat actionem, eorum, quæ post dicenda sunt, methodum nullo demum negocio perdidicerimus. Rursus igitur ab Hippocratis dictione, tanquam à dei voce, auspicemur: quo B enim loco vnguium vtilitatem demonstrabat, vbi scilicet quantos esse eos conuenit, docebat, inibi etiam, & cur in digitos diuisa est manus, & cur magnus alijs quatuor opponitur, pariter monstrat his verbis. ‖Digitorum inculpata cõstructio bona'que habitudo (quam εὐφυΐαν vocat) est, vt interuallum id magnum sit, quod in medio est, magnus'que digitus indici opponatur. Ipsorum nanque diuisio facta eò est, vt possent à se inuicem diduci plurimum: quæ res multifariã est admodum vtilis. Conuenienter itaque ait, quando id, cuius gratia facti sunt, ipsis adest, huiusmodi potissimum constructionem esse longe aptissimam: nempe propter quam magnus quoque digitus alijs oppositus est ita, vt, si diuisa quidem solum sic esset manus, non tamen magnus digitus ab alijs distaret plurimum, illis vtique situ contrario non opponeretur. Multa igitur etiam hoc loco verbis paucis eos docet, qui ipsius dicta assequi possunt. Proinde iustum fortasse fuerit etiam nos non solum alia viri huius bona admirantes, sed etiã hoc ipsum, quòd multa paucis verbis doceat, modo expositionis omnium sic ab eo scriptorum monstrato, non amplius particularia eius dicta persequi. Qandoquidem nõ, quòd hæc pulcherrime callebat Hippocrates, propositũ est dicere, nisi obiter: sed partiũ omniũ percẽsere vtilitatem statuimus, postquam vnum hoc solum eorum, quæ præcedenti sermone monstrauit Hippocrates, necessarium C quidem maxime, vt à medico pernoscatur, interpretati fuerimus: hoc ipsum autem inuenire nemo potest, nisi qui partium vtilitatem diligenter considerauerit. Sed quid hoc tandem vnum est? vt cognoscatur, quæ corporis nostri constitutio est optima. Palàm est enim eam esse, quæ omnes habeat particulas, vtilitatem ad organorum functiones sufficiẽtem à se ipsis præbentes: digitorum enim, ait, εὐφυΐα est, vt id magnum sit, quod in medio est, magnus'que digitus indici ‖opponatur. Quòd si roges, quapropter? promptam habes scriptam responsionem: nam in corporatura (id est κατὰ τὴν οὐλομελίαν,) inquit, omnia compatiuntur & consentiunt, omnes vero particulæ vniuscuiusque partis ad eius functionẽ. Quæ igitur partis nostræ manus est actio? sanè est apprehensio. Sed quo pacto ad hanc digiti omnes conspirabunt? si & magnum id habuerint, quod in medio est, & magnus indici oppositus fuerit: ita enim omnia, quæ manus per eos obibit, probe peracta fuerint. Igitur oculorũ quoque & narium εὐφυΐαν si quæras, inuenies, si actionibus ipsorum cõstructionem coniungas: ipsa enim, εὐφυΐας vere que pulchritudinis discernendæ, regula, mensura, iudicium'que tibi erit. Vera enim pulchritudo aliud nihil est, quàm cõstitutio optima: quam actionibus iudicabis, Hippocrati credens, nõ albedine, vel mollitie, vel id genus alijs, per quæ non natiua, nõ vera, sed fucata & adulterina pulchritudo ostentatur. Quò D fit, vt alia quidẽ corpora mango, alia vero Hippocrates laudaturus sit. Tu vero apud Xenophontem iocari Socratem fortasse putas, ambigentem de pulchritudine cum illis, qui ætate sua formosissimi videbantur: is autem, si simpliciter loqueretur, neque referret ad actionem, & hac ratione in vniuersum de pulchritudine expẽderet, forsan vtique solum iocaretur: sed, quoniam toto illo sermone pulchritudinem cõstructionis particularum refert ad actionis bonitatem & virtutem, nequaquam ipsum tantummodo iocari, sed etiam serio loqui æstimandum est. Hæc nanque Socratis musa fuit & industria, vt seria iocis semper immisceret. Hæc abunde dicta sufficiãt, & ad præsentis negocij vtilitatem mostrandam, & ad docendum, qua ratione veterum sententiam & dicta oporteat accipere. Porrò omnem manus constructionem deinceps persequamur, nihil quoad eius fieri poterit, non examinatum relinquentes. Vt autem sermo noster methodo procedat, quæ corporibus insunt, omnia distinguamus. Insunt autem primum & maxime temperamenta, quippe quæ propriam particularum substantiam complent: corpus enim tale natura est propterea, quòd caliditate, frigiditate, humiditate, siccitate sic commistum est: nam carni esse carnem, & neruo neruum, & aliorum vnicuique id esse, quod est, ob qualitatum quatuor prædictarum certam quandam temperaturam contigit. Hæc igitur eis secundum substantiæ rationẽ insunt: consequuntur autem necessario odores, sapores, colores, durities, mollities: alia vero

de iis quæ in medicatr. li. 1. t. 21.7. 204. d

Ibidem libro de alimen. non procul à principio.

necessario accidunt, positio, magnitudo, connexio, conformatio. Quoties igitur omnium, quę E organis insunt, vtilitatem diligenter es examinaturus, in primis disquire, per quod actionem nactum fuerit: magna enim ex parte per propriam substantiam inuenies: aliquando autem etiam ob aliquod ex consequentibus, quemadmodum in oculis propter colorem. Deinde & aliarum eius particularum vtilitatem singulatim disquiras, an scilicet ea propter actionem sit vtilis: an propter eorum aliquid, quæ temperamenta consequuntur, vt os propter duritiem. Post hæc autem vnumquodque illorum, quæ & totis ipsis organis, & eorum particulis accidunt, cōsideres: quæ (vt paulo ante dictum est) sunt positio, magnitudo, connexio, conformatio. Quisquis vero se recte vtilitatem partium considerasse putat prius, quàm hæc omnia, recte'ne habeant, an ipsorum aliquid praue, expenderit, hallucinatur.

Vngues gratia eius, quod melius est, factos esse. CAP. 10.

NEque "igitur nos in eum errorem sponte incurramus: sed primum quidem in manu, quoniam de ipsa prima proposuimus dicere, consequenter autem & in aliarum particularum vnaquaque, examinationem faciamus, his omnibus, vt ante docuimus, principium simul inquisitionis, & examen inueniendorum, actionem ipsam habentes. Quoniam igitur actio quidem manus est apprehensio, apprehendere autem nihil posset vnquam ipsa immobilis permanens F (nihil.n. ita differret à lapidea vel mortua) manifestum est, quòd præcipua ipsi actionis pars ea erit, per quam inuenta fuerit moueri. Quoniam igitur volūtarios motus omnes (quales manui sunt) à musculis fieri demonstrauimus, hi vtique primum motus organum manui erunt: alia vero vniuersa, hæc quidem, vt melius actio fieret: alia vero, sine quibus non poterat ipsa fieri: alia autem, pro custodia omnium horū creata sunt. Genus vnguium, gratia eius, quod est melius, videtur factum esse, cum scilicet possent manus absque vnguibus apprehendere quidem, sed neque moles omnes, neque ita bene, vt cum illis. Monstratum est enim dura & exigua corpora facile eas effugere, nisi summitatibus digitorum aliqua subsistat *dúrissima substantia, eius loci carnem firmatura. Hactenus duritiei vnguium & positionis vtilitas dicta est.

A.l.1.f.1.d.5. fu.1.c 24.15.e

σκληροτέρα id est durior ē in aliquibus codicibus.

De duritie, figura, & auctione Vnguium. CAP. 11.

CVr "autē adeo duri facti sint, & non magis, & quare ex omni parte rotundo, non dum quidem dictum est: id autem dicere iam est opportunū. Si igitur magis duri, quàm nūc sunt, fuissent instar ossium facti, essent quidem ita etiam ad apprehēsiones minus idonei, vt qui ne minimum quidem flecti possent: rumperentur vero facillime, sicut & alia dura vniuersa. Eorum igitur securitati prouidens natura, duros mediocriter effecit, vt neque vtilitati, cuius gratia facti G sunt, quidpiam noceatur: neque ipsi prompte patiantur. Quòd autē ita prouidens natura tanto ipsos molliores ossibus fecit, quatenus cedendo moderate, illorum, quæ violenter extrinsecus incidunt, vim *exōluerent, similium omnium constructio tibi ostēdat. Omnes enim animalium particulas ꝓminentes & nudas ex tali substātia creauit, qualis neque quassari facile propter mollitiem, neque rumpi propter siccitatem posset: talis aūt particula est vngula, tam solida q̄ bifida, talis calcar, talis cornu. Quibus qdem, quatenus arma sunt defensoria, esse duriora, q̄ nunc sunt, contulerat, quò & quassare magis & incidere possent: ad sui autem ipsorum securitatē non fuit melius adeo dura fieri, vt facile rumperentur. Ita igitur & gladiū esse optimum dicimus, nō qui ex fragili est ferro factus, quale apud Indos est plurimum, quamuis promptissime incidat, sed eum, qui in tantā duritiem péruenit, quanta non rumpatur facile, & prompte incidat. Quæ igitur tam fortes sunt corporis particulæ, & armis defensorijs proportione respondentes exponuntur & foras emicant, duriores quidem sunt, quàm operimenta, sed non eousque, vt frangantur. Quæ vero non, vt arma essent, factæ sunt omnino, sed simpliciter particulæ corporis, quæ prominere debebant (veluti aures, nares, cubiti tuber, genua) molliorem adhuc substantiam habuerunt, vt magis cedentes, magis ea *exōluant, quæ foris incidunt. Talis etiam vnguis hominum H est: & propter hoc multo mollior & subtilior factus est luporum, leonum, pardaleωn vnguibus: nam mansueti est politiciq; animalis particula, in apprehensionis perfectionem constructa, non in ferę agrestis arma defensoria. Cur autē rotundi sunt vndique? an securitatis gratia? sola enim figurarum rotunda ad vix patiendum exquisite comparata est, vt quæ nullum expositum angulum frangi potentem habeat. Sed, "quoniam scalpendo, vel aliud quid vnguibus agendo, exteri debebant nobis eωrum extremitates, solas has animalis particulas semper augeri potentes natura construxit, quamuis iam totum corpus augeri desierit. Augentur autem non vt aliæ partes, in longum, & latum, & profundum, sed pilorum modo in longum solum, subnascentibus alijs semper vnguibus nouis, & antiquos propellentibus. Neque hoc ociose instituit natura, sed vt in locum eius, quod assidue exteritur in ipsorum extremitate, sit aliquid, quod sufficiatur. Sic igitur ad summam naturæ prouidentiam peruenit vnguium constructio.

A. ibidē. c. 23. 15.b.

Al. ἐκκλίνειν i. declinarent.

Al. ἐκκλίνειν i. declinet.

A. ibidē. c 24.

De Vsu Ossium digitorum CAP. 12.

OSsium "vero genus in digitis, ꝗ & hoc ipsum gratia eius, quod est melius, factum est, ex ijs vtique disces. Moueri quidē multiformiter inesset vtique eis, vel sine ossibus, sicut etiā polypodibus: firmitatem autem in actionibus nunquam haberemus, carentes obsistente & dura particula:

A. ibidē. c. 23 15.a

A particula: tale autem est & in animaliũ corporibus genus ossium: & propterea in digitis & tota manu, & crure, & in multis partibus corporis facta sunt. Quid igitur in vnoquoque aliorũ organorum ea, quæ ab ossibus est, firmitas conferat, fortassis sermo procedens ostendet. Sed, ꝙ ad multas actiones vtilis eadem sit digitis, iam licet videre, si consideres nequaquam melius nos tremẽtibus scripturos, incisuros, aut quid tale acturos, sine ossibus: quod enim tremẽtibus inest propter morbum, hoc semper nobis omnibus inesset natura, flexis & tanquam concussis digitis præ mollicie: sed ossium natura ad hoc adiutrix à Creatore data est, sustentans in vnaquaque figura digitos. Etenim hoc ipsum, vt multiformiter figurarentur (quod futurum erat vtilissimũ) ex eo habent, ꝙ ex pluribus ossibus vnusquisque cõpositus est: id quod non potuisset fieri, si ex vno solo essent creati: solæ enim ita illæ actiones bene efficerentur, quæ digitos postulant extensos. Subit autem etiam hoc loco admirari artem naturæ, quæ ad omnes actiones idoneos præparauit digitos. Sine ossibus enim si facti fuissent digiti, illas actiones solas ꝓbe perficerẽt, in quibus eos circulo plicari circa comprehẽsibile oporteret: si autem os vnicum haberent, illis actionibus solis recte seruirent, in quibus eis extensis egeremus: quia vero neque sine ossibus, neque ex vno solo creati sunt, sed ex tribus inuicem per singulos articulos cõnexis vnusquisque factus

A ibidem.

B est, propter id ad omnem actionem prompti figurantur: flexis enim omnibus articulis, operamur digitis perinde, ac si absque ossibus facti essent: extẽsis autem omnibus, tanquam si ex vno osse solo constarent. Plerunque autem neque oĩbus extensis, neque omnibus flexis indigẽtes, aliquando quidem primum solum, vel secundum, vel tertium articulum: aliquando autem vel primum simul & secundum, vel secundum & tertium, vel primum simul & tertiũ, extendentes aut flectentes, hoc modo sex figurarum differentias exprimimus. Per vnamquanque autẽ differentiam, magis & minus in quãtam multitudinem exeat, excogitari quidem facile potest: dici vero non potest. Perfecta nanque flexio, veluti etiam extensio, in magis & minus non est diuisibilis: medij vero inter has motus articulorum, inopinabile est, quãtum numerum efficiant, ijs scilicet quandoque magis, quandoque minus, vel flexis, vel rursus extensis. Non igitur sex solæ figurarum differentiæ digitis ita constructis fiunt, sed vniuersales quidem sex, particulares autem infinitæ. Aliarum vero duarum constructionum, altera quidem, quæ est sine ossibus, solam circularem figuram: altera vero, quæ ex vno osse solo, rectam eis præstare potest: nunc autem neque eis carent: & vltra has, sex quidem vniuersales, multiformes vero particulares, figuras adepti sunt.

Rectam igitur exacte figuram habere poterant, si ex ossibus solis secundum rectam lineam essent compositi: exacte vero circularem, nequaquam.

C

De Vsu Propriæ Digitorum, & communis omnium partium, carnis. CAP. 13.

A ibidem.b

PRopter hoc molita natura est carnis generationem: quam super externas quidem ossium partes nutrire non debuit, sic enim onus superfluum fuisset: sub omnibus vero internis partibus eam nutriuit, vt (cum mollis consistentia sit, & occursantibus cedat leniter) ossium rectitudinem tunc corrigat, quando est aliquid circulo apprehensura. Proinde in ipsis quidem articulis perpaucam, plurimam in partibus inter articulos medijs, carnem produxit: neque enim carnis adiutorio tali, quale ossibus est necessarium, aliquis articulus indigebat, quum flecti natus sit: & caro, præterquàm quòd nullam ei commoditatem præstaret, impedimento motui fieret, tum grauans vt superflua, tum etiam internum articuli spatium claudens occupans'ue. Propter hæc itaque carnem generauit natura extra digitos nullam: intra vero, ijs partibus, quæ sunt inter articulos mediæ, plurimam: in ipsis vero articulis paucissimam. Lateribus autem digitorum carnis tantum adnasci fecit, quanta medium ibi spatium vacuum repletura erat, vt & inde manus non solum vt diuisum in multa organum, sed etiam vt omnino indiuisum, agere possit: adductis enim ad se inuicem digitis, ita eorum medium totum spatium constringitur à carne, vt,

D siquid etiam liquidorum corporum manu supina continere volueris, effluere non permittat.

Hæc igitur tot & talia à carne commoda manus obtinet: ad hæc etiam, vt terat & molliat, quæcunque moderate mollibus instrumentis, quæ molliant ac terant, indigent: qualia in omnibus artibus sunt plurima. Propriæ igitur hę sunt carnis manus vtilitates. Cõmunes vero (his enim etiam nihilo minus potitur) illius, qui eas describit, verbis dicentur. Siquidem Plato in Timęo, Caro, ait, propugnaculum est ac tegmen aduersum æstus, aduersum frigora, & lapsus, instar rerũ pilo lana ue coagmentatarum: quippe quæ corporibus molliter leniter que cedat. Calidam autem humiditatem intra se ipsam idcirco habet, vt æstate quidem resudans & humectans extrinsecus, refrigerium toti corpori proprium familiare'que affundat: hyeme vero contra, suo ipsius calore, extrinsecus illatam & circundantem nos frigiditatem moderate arceat. Quòd igitur caro est velut propugnaculum quoddam, amiculis lana pilo'ue coagmentatis simillimũ, verbis non indiget. Apparet vero similiter & calidam ex sanguine humiditatẽ in se ipsa habere. Quòd aũt omnis calida moderate humiditas, qualis est carnis, vtrisque immoderationibus, scilicet frigiditatis & ęstus, ęqualiter prosit, id nequaquam perinde omnibus confessum est: sed forte credent, si primum eos virtutis balneorum admonuero, deinde autem & ipsam rei naturam exposuero. Nihil itaque inuenias, quod valido æstu occupatos præsentius refrigerare, aut magna frigi-

ditate affectos promptius calefacere, q̃ balneum possit. Cum enim natura humidum sit, & moderate calidum, humiditate quidem natam ex caliditate siccitatem irrigat: caliditate vero ortam ex gelu frigiditatem persanat. Sed de carne quidem hęc sufficiant. E

De numero, magnitudine, ac figura Ossium Digitorum. CAP. 14.

DE natura vero articulorum & ossium, quę in digitis est, rursum pertractemus, vnde antea digressi sumus, reuersi. Quo'd enim ipsis indiguimus ad actionum firmitudinem, & q̄ pluribus propter multiformes figuras, sufficienter demonstratum est: De "multitudine autem ipsorum, cur tanta: & de magnitudine vniuscuiusq;, cur tam magna: & de figura & modo dearticulationis, nihil diximus. Sic igitur tādem dicatur neque pauciora neque plura tribus fieri ossa digitis oportuisse: quando, si plura essent, preterquàm q̄ nullam iuuarent actionem (abunde enim monstratę sunt omnes per tria compleri) fortassis & perfectam extensionem non nihil lęderent, minus firmam, q̃ nunc sit, efficiendo: quę enim ex pluribus particulis composita sunt, facilius, q̃ ea, quę ex paucioribus, fatigantur, & flexa collabant: pauciora autem si essent tam diuersas particulares figuras digiti non haberent. Vt igitur & multiformiter mouerentur, & patiendi promptitudinem effugerent, trium ossium numerus abunde fuit. Manifestum vero omnibus est, quo'd prelocatum os, maius esse postlocato debeat: illud enim vehit, hoc vehitur: maius autem, quod baiulat, eo, quod baiulatur, esse oportet. At vero &, quo'd in valde paruum & rotundum desinere digitorum summitates oportebat, antea ostēsum est: fieri autem hoc aliter non poterat, quàm ossium magnitudine paulatim minuta: ob id q; minus priori, secundum semper esse debuit. Figura autem ipsorum, quo'd à superna basi latiore ad infernam strictiorem desinit, easdem, quas magnitudo eorum dicta est afferre, pręstabit commoditates. Quo'd autem & rotunda "sunt, causam, vt vix patiantur, afferre oportet: omnium enim figurarum hęc minimùm est passionibus obnoxia, vt quę nullam habeat extantem eminentiam, quę a foris occursantibus frangi queat. Cur autem vnumquodq; extrinsecus quidem exacte est deuexum, intus vero & in lateribus non exacte? an hoc quoque melioris gratia factum est? Internis enim suis partibus digiti molliunt, terunt, ac omnia accipiunt: quę deterius fierent, si ossa inibi deuexa fuissent. Externis vero partibus cum neq; horum aliquid, neq; aliam quamuis actionem efficiāt digiti, reliquū fuit, vt ad solam patiendi difficultatem exquisite sint constructi. In lateribus autem rursum habebant quidem patiendi difficultatem, se inuicem custodientes: debebant autem, cum adducti constringuntur, nullum relinquere in medio spatium vacuum: non igitur eos hac parte curuos fieri necesse erat. Fidem vero eius, quod diximus, sufficientē facit, magni digiti & parui constructio: siquidem ille supernam, hic infernam circunferentiam, exacte deuexam obtinuit: hac enim parte nec ab aliquo custodiebantur, nec alij digito iuncti applicabantur. Quo sanè non parum admiranda est naturæ in ossium constructione solertia. F G

A.ibidem.a

A.l.1.f.1.d.5, su.1.c.2.11.a

De modo Dearticulationis Ossium in Digitis. CAP. 15.

MIraculum autem "articulationis modus nihilo minus est. Neque enim simpliciter nec forte ex tribus ossibus, digitorum vnusquisque factus est: sed veluti ianuarum cardines, ita et articulorum vnusquisque eminentiam cauitati immissam habet. Veruntamen hoc fortasse non adeo est mirabile: sed, si considerata omnium totius corporis ossium syntaxi, hoc est mutua connexione, eminentias cauitatibus suscipientibus æquales semper inueneris, iam hoc (probe scio) maximum tibi & mirabile apparebit. Si enim iusto amplior esset cauitas, laxus sanè & infirmus fieret articulus: si strictior, motus difficulter fieret, vt qui nullam versionem haberet, ac periculum esset non paruum, eminētias ossium arctatas frangi atteri'que: sed horum neutrum factum est. Ad hæc omnes ipsas ossium concauitates, quasi eminentia labia quædam & supercilia (Grece ἀμβωνες) circulo ambiunt, ad maximam articulorum tutelam: ne aliquādo excidant, nisi forte per ingentem aliquam necessitatem. Sed, quoniam iterum ex tam secura constructione periculum erat, ne motiones difficilius fierent, & eminentiæ ossium extererentur, duplex rursus auxilium in id natura molita est, prius quidem chartilagine vtrunq; os subungens atque oblinens: alterum vero ipsis chartilaginibus humorem vnctuosum & viscosum, velut oleum aliquod, superfundens: per quem facile mobilis simul & attritu contumax omnis dearticulatio ossium facta est. Naturæ igitur artificium superciliorum in cauitatibus vel solum sufficiebat prohibere articulorum luxationem: sed non commisit natura ei artificio soli custodiam, præuidens multis motibus violentis & vehementibus animal sæpe occupatum iri. Vt igitur vndique diligenter articulus omnis custodiretur, ligamenta quædam ex vtroque osse produxit natura, ex osse altero peruenientia ad alterum. Sunt autem eorum alia quidem, velut nerui quidam, teretia & crassa: alia vero membranarum instar prelonga & subtilia, secundum articulorum vtilitatem ac necessitatem talia semper facta: nam, quæ maxima quidem & crassissima, præcipuos & maximos custodiunt articulos: reliqua vero, minus præcipuos & minores. Hæc igitur omnia & communiter & in omnibus articulis machinata est, & in articulis digitorum, vt illis maxime conueniebat. Paruę siquidem sunt dearticulationes, sed diligenter cauatæ, subtilibus vero labijs vndique coronatę & circunseptę, chartilaginibus etiā tenuibus superlitæ, ligamētis denique mēbranosis connexæ. H

A.ibidē. c. 23. 15.a.b

A connexę. Hoc autem, scilicet nullatenus esse labia ossium ęqualia, sed extrinsecus quidem multo maiora, intrinsecus vero minora, maxima est naturæ in digitorũ cõstructione industria: si enim essent parua foris, vltra summam extensionem reflecti articulos permitterent: maiora vero si essent intus, eos libere & plurimum flecti prohiberent. Quare nocerent vtrinque, extensionis scilicet firmitudinẽ auferentia, & flexionis varietatem: quia vero è cõtrario facta sunt, nullius quidẽ nocumẽti, omnis aũt cõmoditatis, motionibus digitorũ causæ sunt. Propter qd autẽ dura, & densa, & medullæ expertia sunt ossa digitorũ: an qa nuda sunt omnia & ꝓpterea facile patibilia: Eis aũt, quę ob externi opimẽti penuriã, iniurijs sunt & passionibus opportuniora, vna est correctio maxima remediũq; pſentissimũ, proprię cõstructionis δυσπάθεια, hoc est ad patiẽdũ difficultas.

Supposita quædam pro Vsu partium inueniendo. CAP. 16.

QVæ quidem ad ossa digitorũ pertinent, ita habent: quæ vero ad alias particulas, deinceps persequar, si prius quidem memorauero id, quod demonstratum est, non posse bene inueniri vtilitatem particulæ ante, q̃ eius actio noscatur. Manuum igitur actio, apprehensio esse & videtur, & conceditur, & nulla demõstratione indiget. De actionibus vero venarũ, & arteriarũ, & neruorum, & musculorũ, & tendonũ, neque consentitur, neque apparet quidquã:
B ac propterea sermone indiget longiore. Sed nõ est nunc tempus de actionibus disquirendi: non enim de ipsis, sed de vtilitatibus, propositũ nobis est dicere. Necessariũ igitur est ex ijs, quæ alibi demonstrata sunt, & nunc & per omnem futurum nobis sermonem cõclusiones demonstrationum, tãq̃ aliquas suppositiones accipiẽdo, ita hunc perficere sermonem. Quòd igitur principiũ neruorũ omniũ cerebrum est & spinalis medulla: & ꝙ ipsius rursus spinalis medullæ, cerebrũ: arteriarum vero omnium, cor: venarum aũt, hepar: & ꝙ nerui quidem à cerebro animalẽ virtutem, arteriæ vero à corde pulsatilem, venæ aũt ab hepate vegetalem acipiunt, in libris de Hippocratis & Platonis dogmatibus demonstratum est. Erit itaque neruorũ vtilitas facultatem sensus & motus à principio in partes diducere: Arteriarum aũt custodire eam, quę secundum naturam est, caliditatẽ, & nutrire spiritum animalem: Sanguinis autẽ generãdi, simul & in omnes partes ferendi gratia, venæ factæ sunt. At vero & de tẽdonibus, & neruis, & ligamentis, quo modo differant, in libris de musculorũ motu dictũ est. Palàm aũt, ꝙ & de natura musculorũ in illis dictum est: & ꝙ sunt organa motus volũtarij: & eorũ ἀπονεύρωσις, hoc est deneruatio, tẽdo nominatur.

A.l. 1. f. 1. d. 5. c. 1. 9. a b. Et fu. 3. c. 1. 21. b

De Tendonibus, qui mouent Manum. CAP. 17.

HIs igitur ad pręsentem & ad consequentem vniuersum sermonem velut suppositionibus
C quibusdam demonstrationum assumptis, quam vnicuique organo præstant cõmoditatẽ, dicemus, à digitis rursus incipientes. Quia ossium in eis constructionẽ organis apprehensorijs aptissimam natura fecit, erat autem impossibile ipsis ossibus sic terrestribus & lapideis motũ voluntarium tribuere, quo modo per aliud ipsa ossa moueret, prouidit. Ex ipsis igitur cubiti musculis productos tendones, secundũ rectitudinẽ digitorum deduxit: qui enim antiquis vocãtur nerui, hi scilicet ipsi cõspicui, qui mouent digitos, tendones sunt, prognati sanè ex neruis & ligamẽtis in musculos dispersis, rursusq; inuicẽ coeuntibus. Vtilitas aũt eorũ est secundũ componentiũ naturã. Etenim sentiunt, & mouẽtur motu voluntario, & colligãt musculos ossibus: horũ autẽ priora quidẽ, scilicet sentire & moueri, à neruis habẽt: colligare aũt à ligamentis. Albũ aũt & exãgue, & solidũ, expersq; cõcauitatis cũ sit ligamẽtũ similiter neruo, ꝓpterea plerisq; imperitis nerũ esse putãtibus imponit: verũ nõ est natũ ex cerebro vel spinali medulla, sed ex ossibus ad ossa trãsit, ob idq; neruo multo durius, & penitus insensibile est, & mouere aliqd nõ potest. Tẽdones igitur ipsos oẽs, qui ad carpũ .i. brachiale, apparẽt, à cubiti musculis ad digitos natura extendẽs inseruit in singulos articulos, nõ vtique in ipsam syntaxim ossiũ, nulla enim esset hoc modo vtilitas, sed neq; in prælocati ossis dearticulationis finem, neq; enim ita esset aliqua cõmoditas: sed in
D caput secũdi ossis, hoc est mouẽdi, infigitur: quo modo, opinor, simulachra funiculis solẽt moueri: in ijs enim dearticulationem transcẽdentes, ad principiũ sublocatarum particularũ applicãt funiculũ, vt eo sursum tracto, κῶλον, hoc est mẽbrũ facile sequatur. Et, si, quod dico, vidisti vnquã, aperte iã intellexisti, quo pacto ab vnoquoq; tendonũ, quisq; digitorũ articulus moueatur: ossa enim omnia, quę sublocantur, circa prælocatũ sibi ipsis os immotum manens, mota, extendũtur quidem, quãdo exterior trahit tendo: flectuntur aũt, quãdo interior. Cur igitur ita lõgos tendones creauit, & non produxit ad carpum musculos: quia leuem simul & tenuem esse extremã manum pręstabat, q̃ turba carnium obrutam, grauem simul & crassam fieri: multa enim ita deterius & tardius ageret eorũ, quę nunc prõpte & belle perficit. Quia vero erat necessariũ per longam viã duci tẽdones: & periculũ erat in nuda carnibus regione ipsos, si nudi essent, cõprimi, & collidi, & incidi, & calefieri, & refrigerari facile, in auxilium eis machinata est membranarũ substantiam: quibus duris existẽtibus circũamiciens vndiq;, nõ eorum, qui extrorsum incidunt, solum, sed ẽt ipsorũ ossiũ occursum innoxiũ reddidit. Quinetiã à musculis quidẽ vsq; ad articulos vnusquisq; eorum exquisite est rotundus, idq; vt vix patiatur: qua autem applicatur mouẽdę à se ipso φάλαγγι, hoc est aciei & ordini articulorum, ibi tum expanditur latiorq; fit: sic enim facilius erat moturus eam, pluribus trahens apprehensionibus. Sed quoniam quatuor motibus digitorum

A. ibidem fu. 2. c. 10. 19. c. d

rum

rum vnusquisque debebat, vt plurimis, moueri, vno quidẽ flexis, alio vero extensis, duobus item E ad latera, quatuor (vt puto) locis rationabile fuit vnicuique articulorũ applicari tẽdones: si enim aliquo eorum deficeret, debilis & manca sic fieret particula. Apparent igitur tendones quadrifariam applicati, exorti partim à cubiti musculis, internis quidem flectentes, externis vero extendentes, mouentibus autem ad latera, deducentes ad paruum digitũ: partim à paruis in manu musculis, qui reliquum ex obliquis motibus, pollicem versus, operantur. Quocirca neque motũ vllum alicuius digitorũ, neque ducem motus, tendonem omisit natura. Sufficiebant igitur hęc ad summam artem ostendendam. sed, quoniam multo maiora ijs sunt etiam alia, ne ipsa quidẽ prætermittantur. Iusta enim cum sit omnibus in rebus natura, nõ solum nullo cõuenienti motu priuauit digitos, sed etiam molem tendonum, exacte respondẽtem vtilitati motuũ, fecit. Maximus enim digitorum (quẽ & ἀντίχειρα, id est promanum vocant) internũ quidem habet tenuem tendonem, duos vero externos, robustos admodum: ex lateribus vero parte quidem, quæ est indicẽ versus, paruum & tenuem habet musculũ: altera vero parte ad θέναρ. i. volam manus, hoc multo maiorem: Reliqui vero omnes quatuor digiti intus quidem duos tendones magnos: foris vero vnum, alteri horum, scilicet minori, æqualem, tenuiorem autem hoc eum, qui ad latera exteriorũ partium peruenit: reliquum aũt omnium tenuissimum, ad latera partium interiorum attinẽtem. F Rationabiliter aũt, vt diximus, vnũquodque horum factũ est. Cum enim quatuor digitis flexis plurimas & valentissimas actiones obeamus, non magnos solum internos tendones, sed & duplices indiguimus habere. quæcunque enim tum vna manu tum ambabus simul cõplectimur, siue quid extẽdi, siue frangi, siue teri, siue molliri subigiq; oportet, oĩa hæc, quatuor digitis flexis perficimus. Contra habet autem res in magno digito: ad nullam enim actionem aliam nobis flectendus est, nisi quando alijs iã flexis illum desuper inijcere necesse est. quin & primus eius articulus, is scilicet, qui carpo per dearticulationẽ cõmittitur, ociosus omnino est in huiusmodi motu, ceu nullam actionem adiuturus, si flectatur: reliqui autem duo eius articuli, tunc solum agunt vtiliter, quando nos ipsi velut cõprimentes & constringẽtes intro flexos alios, ijs ipsum superponimus. Quo fit, vt ad primum eius articulum nullus interna parte tendo applicetur: ad secundũ vero & tertium vnus internarum partium paruus peruenit: reliquus vero omniũ tenuissimus, ad latera. Rursus autem in alijs digitis, sicut tendones ipsi extẽdentes, corporum mole sunt multo minores flectentibus, ita non paulo maiores ijs, qui sunt ad latera: cum enim opponantur internis, fortibus valde & crassis, non possent vnquam efficere firmas figuras omnes, quæ sunt ab vltima flexione vsque ad perfectã extensionem, si debiles & graciles omnino facti essent. Mon- G stratum est enim in libris de motu musculorum, ꝙ, quæcũque per medias figuras fiunt, vtrisque musculis ex opposito sitis, agentibus indigent. In magno autẽ digito neque oppositus omnino exquisite aliquis est flectenti tendoni: hic enim omnino ad medium externarum partium perueniret: sed duo tendones extrorsum apparentes, versus vtraque partem mediæ regionis innascuntur: qui ambo, si tendãtur, digitum perfecte tendunt, si vero alter eorũ, partem alteram, nempe sibi proximam, ad latus trahit. Actionem vero tendonis ad indicem perducẽtis, musculus paruus suscipit, qui ibi est locatus: contrariam vero magnus, ad θέναρ incubans, musculus. Rationi enim consentaneum fuit magnum digitum ab indice plurimum abduci: & ipsum, quẽ ibi habet, motum esse vehementiorem: Sicuti motum aliorum quatuor digitorũ contrarium esse conueniens fuit: hi enim debebant à magno plurimũ distare: quod quantũ ad manus actiones sit utile, antea dictum est: propterea igitur & tendonum, qui ad latera digitorum perueniunt, ille qui digitos à magno abducit, multo maior est eo, qui eos adducit. Vniuersa igitur hæc artificiose operata est natura: Ac etiam ꝙ soli magno quatuor principia motuũ versus latera dedit, aliorũ vero vnicuique duo: soli. n. illi, principes in hoc actiones sunt, vt adducatur & abducatur ab alijs: quorũ vtrũque vt plurimum fiat, bina motus principia vtrinque locauit natura: eius quidem, qui est indicẽ H versus, tam eum, qui est ibi, tendonem, quàm eũ, ꝗ ibi est, musculum: alterius vero, & reliquum exteriorũ tendonum, & eum, qui ad θέναρ est, musculum. Tendonũ ille quidẽ adducere ipsum, hic autem abducere ab indice, nati sunt: musculorum vero, qui horum actionem suscipiunt, ille quidẽ proxime adducere, hic autem longissime abducere. Ita quidem habent mole, numero, positione, qui mouent digitos, musculi & tendones. Si autẽ paruũ aliquid prætermissum est, id deinceps percurremus, quale est id, quod de tendonibus internis, & potissimũ de eo, qui in magno est digito. Quòd quidem vnum, hũc oportuit esse, & ꝙ tenuiorem alijs, & inseri in secundũ articulũ magni digiti, iam dictum est. Quòd aũt vnoquoque tendine ad suum caput trahere particulã, quę à se ipso mouetur, nato, quodq; in medio maxime carpi articulo, tẽdonis capite locato, si ad hãc partẽ magnus digitus tenderetur, quoduis ei sanè potius, ꝗ flecti, cõtingeret, hoc non dũ dictũ est. Est nanq; & hic mirabile artificiũ naturę: quod, vt dignũ est, miraberis, si cõsideraueris prius, ꝙ caput tendonis magnũ digitũ flexuri esse oportebat in media cauitate manus. Si verum hoc, & musculũ huic capiti prælocatũ, secundũ capitis rectitudinem situm, ad paruum digitũ spectare oportebat, absurdam quandã & alienã hãc positionẽ sortitũ propter multas causas. Primo nãq;, manus cauitas, ad multa vtilis, pijsset: secũdo, leuitas eius sublata fuisset: tertio, flexio digitorum quatuor

rum quatuor

A rum quatuor fuisset impedita: quarto (quod est omnium absurdissimum maximeq; impossibile) principium musculi in paruo digito locaretur: sed, si hoc esset, difficilis quidem, vel potius impossibilis, in id musculi principium insertio fieret ipsi neruo desuper venienti, vtpote qui in fines musculi, vel saltem in medium ipsius prius incideret. Si igitur ibi quidem impossibile fuit ducem flexionis magni digiti tendonem locari, in alio autem aliquo loco positus non posset flectere, impossibile propemodum & omnino difficile erat ipsum flectere. Qua ratione igitur hanc tantam ἀπορίαν, id est difficultatem, sanauit sustulitq; natura? Produxit quidem ex carpi deneruatione tendonem: quid enim aliud facere poterat? sed non statim ad magnum digitum extendit, neque ex eis, quæ vergunt ad eum, partibus fecit explãtationem: Sed incipit quidem iste tendo, vnde incipit ille, qui ad mediũ peruenit digitũ: vectus autem super eũ multo spatio, & colligatus membranis fortibus, tunc primum decedens ab eis excidit, cum ad manus cauitatem accessit, modo persimili iugorum habenis, quæ per aliquos circulos anulorum super iugum locatæ excidunt. veluti enim illæ flexuram quandã & velut angulum in circulis facientes, tractæ tendunt attrahuntq; iumentum versus circulorum partes, ita & tendo iste, quando tenditur à musculo trahente, simul attrahit & digitum, non versus musculi locum, sed eò, vnde primum reflexus, mẽbranis excidit. Ob id igitur generationem habet à capite alijs tendonibus communi, &
B ea via procedit, quæ dicta est. Quare autem superuehitur alijs tendonibus? an scilicet ꝙ motionis minus præcipuæ erat organum? semper autem natura in profundo quidem id, quod præcipuum, in superficie vero id, quod non est præcipuum, collocat. Secundum hanc eandem prouidentiam exteriorum tendinum manus in superficie quidem locãtur, qui aliorum digitorũ sunt: subiacent vero ipsis, qui sunt ipsius magni digiti. Sic & internorum ad digitos quatuor peruenientium, qui per profunditatẽ manus ferũtur, multo maiores sunt ijs, qui supra eos locati sunt. Flectunt igitur illi quidem ad primum & tertium articulum diuisi: hi autem tantummodo ad secundum. Mirabilis sanè est, ac explicatu difficilis eorum in ossa implantatio, mutuaq; connexio: nec vlla est tanta dicendi facultas, quæ exacte illa enarrare sufficiat, quæ sensibus solis dignoscuntur. Tentandũ tamen est dicere, ut se habent. artem enim naturæ prius admirari, ꝙ̃ narretur constructio, nemo potest. Musculorũ deneruationes, duplices apparent, quo maxime loco carpum flectimus, sibi inuicem superpositæ: maior quidem ea, quæ est in profundo, proxime ossa: minor autem ea, quæ in superficie: diuisa autem ea, quæ subiacet quidem, hoc est maiore, in quinque tendones: ea vero, quæ superiacet, hoc est minore, in quatuor, nullã enim ab ea productionẽ
C magnus digitus recipit: & omnibus ipsis rectà ad digitos perlatis, superuehũtur quidẽ minores maioribus: membranis vero fortibus quęlibet quatuor coniugationum per totam viã munitur. Quando autem descenderint ad primos digitorum articulos, ibi quisque subiacẽtium tendonũ dilatatus caput primæ aciei flectit per ambiens eum membranosum ligamentum. Reliquũ vero omne in vnaquaque coniugatione fertur vlterius, secundũ viam à principio cœptã, recta ad summitates digitorum: similiter quidem subiacens tendonibus ijs, quibus à principio: similiter autẽ membranis munitũ. Quando autem iam ad secundos articulos peruenerunt, ibi rursus tẽdo superior bifariam diuisus, & vtraque parte amplificata circa subiectum tendonẽ inuolutus, internis partibus capitis secundæ aciei inseritur: ille vero, qui subiectus est, solus inde ad tertiã dearticulationem accedens, ad caput tertij & vltimi ossis digitorum etiã ipse implantatur. Flectitur quidem vnusquisque ipsorũ articulus à dictis tendonum implantationibus: extenditur autem ab externis carpi tendonibus: quos, licet sint multo minores internis, tamen euidẽter nouimus, etiam ante anatomen, quoniam nudi quidem ipsi sunt & prominentes, membranis solis & sola subtili cute operti: internos vero multa operit caro, propter commoditates prædictas facta. Sed tendones interni flectentes digitos, qui per profundum feruntur, primum & tertium articulum
D vniuscuiusque quatuor digitorũ mouent: tum ꝙ hi articuli principaliores sunt quàm medius, etiã ad digitorũ actiones: tum ꝙ magnitudo tẽdonum sufficiebat seruire duabus dearticulationibus. Propter easdem autẽ causas, parui tendones ad vnum duntaxat articulum, scilicet mediũ implantãtur. neque enim ad binas dearticulationes poterat diuidi moles eorum: & ꝙ seruatis vtrinque motibus, simul mouetur quodammodo & medius articulus cum extremis, idcirco sanè ipsis minus principalis esse dicitur: flectere enim possumus hunc etiam solum sine ijs, qui sunt vtrinque: illis vero flexis impossibile est & hunc non simul flecti. Quocirca, & si patiatur aliquando, qui medium mouet articulum, tendo, illęsus vero alter sit, medio seruatur aliquid motus: si vero ille patiatur, corrumpitur primi & tertij articulorum motus, quamuis qui secundum mouet, inoffensus permãserit. Ex his manifestum est hoc genus tendonum tanto rationabilius in superficie locatum fuisse, quanto alijs minus est principale. Ita igitur multitudo, & magnitudo, & positio, & diuisio, & applicatio vniuscuiusque tendonum melioris gratia factæ sunt.

De vsu, carnis ac musculorum Manus. *CAP. 18.*

QVia vero nulla caro ex se ipsa sensum habet, & absurdum erat apprehensorium organum insensili tegi particula, neruorum ad totas manus desuper venientium non paruã portionem in carnes ipsas natura deriuauit. Quod factũ illico consequitur, vt carnes ipsæ

*κέχρηται al. κατακέχρηται i. abusa est.

ipsæ fiant musculi, si demum neruis per carnes disseminatis generatio fit musculorum. Et usa est E sanè his musculis natura vtiliter. Productos enim ex his tendones lateralibus partibus vniuscuiusque digiti implantauit: dextræ quidem manus, ijs partibus, quæ versus sinistrā: sinistræ vero eis, quæ versus dextram sunt. Reliquos vero tendones, qui ad lateralē vniuscuiusque digiti partem inseruntur, à cubiti musculis generabit: sed ne hos quidem sine ratione, vt procedens sermo ostendet, si prius eò, vnde digressa est nostra oratio, redeamus. Quoniā enim flectere simul quatuor digitos oportebat, non quidem, quādo magnam corporis molem, sed tunc maxime, quando liquidam vel paruā comprehendimus, perquàm vtile fuit ita eos exactè sibi inuicē hærentes flectere, vt nullum in medio vacuum spatium relinqueretur. Ita igitur fieri apparet: sed nequaquam fieret, ipsis digitis non habentibus carnes eas, quæ sunt in lateribus: aut nisi ab vno eodē principio prodirent, qui digitos mouent, tendones: principiū enim hoc prope carpi flexuram situm, in medio quodāmodo maxime spatij eius locatum, & omnes simul, & particulatim singulos trahens, flecti & nutare eorum summitates ad seipsum cogit. Quapropter, si primus & secundus articulus soli flectantur, tertius vero extensus fuerit, fines digitorum sibi inuicem coniugati manent: quamuis multo subtiliores alijs ipsorū partibus sint, & proinde distare hac parte deberēt: ꝙ tamen omnes nutant & inclinantur ad vnum principium, scilicet caput tendonum, perfe F ctè coniunguntur: siquidem oriuntur tendones ab hoc principio omnes: feruntur autē ad digitos secundum rectas lineas, æquales angulos ad caput ipsum efficientes. Necessarium fuit igitur omnino digitum ad caput retractum per tendonem, superuenire quidem & incidere ipsi tendoni, nutare autem & inclinari velut ad caput. Et propterea ne, si quis conetur quidem flectere per vim digitos distantes à se inuicē, poterit: quod enim nulla in re nobis vtile erat futurum, hoc statim à principio sic, vt non posset fieri, natura præparauit. Sed, quoniā rursus, quando magnam corporis molē aut ambabus manibus simul, aut sola altera, cōprehendimus, & extēdere digitos tunc est necesse, & eos à se inuicem plurimū diducere, neque hoc neglexit natura. Cum enim fecit laterales motus digitorum, per hos præbuit, vt distare possent, quantū vellemus: Debebant enim (etiam si illis caruissent) omnes distantes extendi, extēdentibus eos tendonibus, qui flectentibus facti similes sunt, & ab eodem principio incipientibus, & secundum æquales angulos ab eo diuisis. Omnibus enim, qui sic incipiunt, & secundum rectas lineas feruntur, necesse est, quātò longius à principio abscedunt, tanto magis semꝑ ac magis à se inuicem distare. Et sanè hoc ita fieri in digitis apparet: si enim cessantibus motibus ijs, qui sunt ad latera, potius extēderis vel flexeris digitos: extendente quidem te distabunt, flectente autem, in idem sibi inuicem accedent. G Non igitur vt simpliciter distent digiti, sed vt plurimū distent, laterales eorum motus creauit natura. Postquam autem hoc semel habuerunt, aliud non inutile illis accessit. Etenim tensos eos coniungere possumus, si dextri quidem digitorum, eum, qui est in lateribus, sinistrum tendonē, sinistri vero dextrum, tendimus: rursus autem plurimum à se inuicem abducere, si ipsius quidē dextri dextrum, sinistri vero sinistrum tēdimus: Si vero neutro lateralium tendonū agimus, sed externis solum, mediam prædictarum constitutionem habebunt digiti: & apparent, graciles manus habentibus, omnes in huiusmodi constitutionibus à proprio principio vsque ad finem digitorum secundum rectam lineam extensi: Similiter autem externis tendones interni secundū rectas lineas tenduntur in omnibus motibus, in quibus quiescūt laterales: his autem agentibus, non recti, sed obliqui quadantenus, fiunt. Considera igitur etiā hic mirabilem Creatoris sapientiam. Cum enim esset melius, quando flectimus digitos, motiones ad latera ociosas manere, quippe quæ nihil iuuissent: qn̄ vero tendimus, agere motiones, ad multa magno vsui futuras, cōstructionem tendonum hos motus ad latera præbentium fecit natura, promptam quidem ad famulatum melioris, impossibilem vero ad obsequium deterioris. Primum quidem, quia lateralium tendonum, alios quidem à musculis paruis in ipsa manu interna sitis produxit: alios autem H ab illis magnis, in cubiti externa parte locatis: necesse fuit ipsorum hos quidem minores simul & imbecilliores, illos autem maiores & fortiores fieri: Vbi autem melius erat ipsos vtrosque singulis vtriusque manus digitis copulari, ibi eos copulauit: in dextra quidem manu imbecilliores à sinistris, fortiores autem à dextris: in sinistra vero imbecilliores quidem à dextris, fortiores vero à sinistris. Deinde neque vtrosque laterales exactè ad medium laterum duxit: sed exteriores, altiores fecit, tendentibus propinquos apponens, longius vero abducens à flectentibus. Debebat igitur propter hæc, primum quidem ex motibus ad latera, exterior motus virium plus habere, deinde autem in ocio esse nobis flectentibus digitos. Sed hoc, in ocio esse, cui rei sit vtile, dictum est: illud autem, præpollere in motu, ad quid conducat, dicetur.

*μηδὲν μέγα ē in impressis in aliquibus tamē est τι μέγα idest aliquid magnū.

De Laterali motu Digitorum. CAP. 19.

MOtu digitorum ad latera eguimus, vt eos plurimum à se inuicem diducamus: quippe, nisi hinc plus aliqd accessurū nobis fuisset, neque motibus eiusmodi eguissemus. Sed, quoniā magnū digitū opposuit alijs, eos, qui sunt ad latus, pollicē versus, digitorū motus, nouit māgnū nihil præstare: si nāque in actionibus ij, qbus maximā corporis molē tractare conamur, plurimū digitos à se inuicē distare oportet, quatuor quidē foras, magnū autē intro circūferri bonum erat: huic

A huic quidem ob id nõ paruum tẽdonem dedit, ducem eius, quæ est ad latus ab interno, lationis: aliorum vero magnitudinem prohibuit, non solum ꝙ nihil superfluum decebat facere sapientẽ creatorem, sed ꝙ contrarij motus robur prohibuisset, si æquipollẽtem ei motum alium cõtra statuisset. At vero neque ad pfectã huius motus quietem, nobis flectẽtibus digitos, inutilis est hæc imbecillitas. Indiget autẽ sermo, vt demõstratiuus simul sit & minime prolixus, lemmatibus q busdam in libris de musculorum motu demonstratis. Sunt autẽ lẽmata hæc. In vnoquoque articulo, vt mõstrauimus, vnica quidem figura est indolens nobis, scilicet media: aliæ vero omnes vtrinque dolent, minus quidem hæc, quæ propinque mediæ, magis vero, quæ lõge a media est. Omnino autẽ dolorificę sunt extremæ figuræ, post quas scilicet, neque flectere, neque tendere licet, fiunt enim quando extremam tensionẽ assumunt musculi eas operantes: merito igitur sunt figuræ maxime dolorificæ, cũ dux quidẽ motionis musculus extremam contractionem, huic autem oppositus perfectã extensionem sumat. Figuras vero mediã vtrinque circunstantes operantur aut ambo musculi, aut alter omnino. In media vero figura potest aliquando & neuter operari. Ita igitur res in digitis habet. Demittẽs enim quis ociosam & remissam totam manũ, more illorum, qui valde fatigati sunt, nullum operãtem circa digitos musculum habebit, & etiam manũ

B in media figura deponet: Si vero hinc ad alterutram partẽ conatus fuerit eam transferre, extendẽte quidem eo, exteriores prius erit necesse tendere & tendones & musculos: flectente autem, interiores: Si vero extendere simul & adducere ad latera voluerit, manifestum est, quod vtrisque simul prius aget, & ijs, qui extẽdere, & ijs, qui adducere nati sunt: Ita autem & si flectere simul & adducere ad latera quis conatus fuerit, ambobus aget prius, & ijs qui flectere possunt, & ijs qui conuertere. Sed, cum duplices sint motus ad latera, alterum quidem eorum ad exteriora, locus, vbi tendo inseritur, feriari cogit, nobis flectentibus digitos, non enim exacte a lateribus, sed sursum magis prope tendones extendenter, implãtatur: (demonstratum enim fuit etiam hoc in libris de musculorum motu, ꝙ non licet motus oppositos simul agere:) alterum autem non coegit locus quiescere, (intus enim libera habet principia, vbi tendones sunt flectẽtes) sed, (vt ante dictum est) imbecillitas. Externorum enim tendonum, quamuis maiores sint, qui extẽsionem operantur, ijs, qui ad latera mouent, non tamen sunt eousque maiores, vt eorũ actionem corrumpãt omnino: difficile vero dictu est, quãtum interni hos superent: sensu enim oportet magis quam verbis doceri, illos quidẽ tendones, qui ad latera innascuntur, obscuros & vix præ paruitate visibiles, reliquos vero non solum maximos tendonum, qui in manibus sunt, sed etiã duplices. Ne-

C cessario igitur accidit, quando magni flectunt digitos, impetu motus afferri vnà etiã paruos. In vniuersum enim, quando à duobus motibus ex transuerso sibi inuicẽ occurrentibus trahitur corpus, si multo quidem superem inet alter, necessarium est obscurari disparere ve reliquũ: pauca vero cùm est exuperantia alterius, aut ambo æqualiter possunt, mistum ex vtrisque fieri eum corporis motum oportet. Videntur autem omnia ista propemodum quotidie in sexcentis exemplis, exempli gratia in remigantibus simul & nauibus ventum trãsuersum habentibus. Si enim æquipollet venti & remigantium robur, mistum fieri motum necesse est, cũ neque antorsum solum neque ad transuersum naues ferantur, sed ad amborum medium: si vero remigantium robur maius fuerit, antorsum magis, quàm ad transuersum: si autem venti violẽtia vincat, ad transuersum magis, quàm antorsum. Multus autem si fuerit excessus, adeo, vt alterius vires omnino vincantur, nauigãtium quidem obscuratis viribus, ad transuersum: venti vero, antorsum magis, naues ferentur. Quid tandem, si tenuis omnino aura fuerit, nauis vero prælonga & leuis, quam plurimos habens nautas, poterit aliquando motus ab aura, esse manifestus? sed neque, si maximus quidem fuerit ventus, nauis autem & maxima & grauis, & duo solum aut tres remigent, remigum actionem apparere possibile est. Ergo paruorum tendonum motus (cum adeo imbecillus exi-

D stat, vt etiam prius, ꝙ̃ moueantur magni, digitos ad modicum valde spatium perducat,) non poterit vnquam magnis agentibus apparere. Sed, quoniam & hoc ipsum multos latuit, quod obscurus etiam seorsum & per seipsum est paruorum tendonum motus, merito nec hoc quidem in ijs colligere potuerunt, quòd necessarium erat motum hunc vehementissimo iunctum obscurari. Causa vero ignorãtiæ est, quòd, cum externus motus, qui ad latus vertit digitos, maximus esset effectus, totam lationem, quæ ab vltimis ipsius motionis ad contraria est, tendonis interni esse æstimant. Oportebat autem non ab vltimis, sed à constitutione media, quantitatem vtriusque lateralis motionis expendere: media autem constitutio est, quando tendones, qui tendunt digitos, exquisite recti apparent. Nam, etiam si abscindantur laterales tendones, nulla ex parte offendetur digitorum flexio vel extensio: quod vtrunque illis vicissim accidet, si mouentes eos, tendones nullam conuersionem acceperint. Ab hac igitur cõstitutione, quæ tendones seruat rectos, quàm magna sit vtraque lateralium constitutio, exacte dignoscitur. Quinetiam tibi secundum hæc iudicanti paruitas internæ constitutionis deprehendetur.

De motibus Magni digiti. CAP. 20.

l. 1. f. 1. d. 5. .i. c. 23. 15. c

SEd de motibus quidem, qui ad latera sunt, abunde demonstratũ est. Etenim imbecilliorẽ diximus esse eum oportere, qui interior est: & vtrosque operari extensis digitus, quiescere vero flexis, in

flexis, in quatuor videlicet digitis omni hoc sermone tradito. Magnus enim, qui eis oppositus E est, sicut positionem eximiam, ita & actiones, & tendonum implantationes, præter cæteros sortitus est. Motuum quidem eius maxime imbecillus est internus, cum in alijs sit fortissimus: vehementissimus autem est lateralis, qui in illis est debilis. Et tendonum tenuissimus quidem est internus, latissimi autem sunt laterales, cõtra, quàm in alijs. Sed etiam, sicut in illis princeps actio in curuatione sita duobus indiguit tẽdonibus, ita & ex magni motibus lateralibus principalior externus à locato illic musculo, & pertingẽte ad primam eius aciem tendone perficitur. A quo autem musculo hic tendo oriatur, & quomodo feratur vsque ad principium magni digiti, tunc dicemus, quando de omnibus alijs tendonibus in digitos insertis sermo erit.

De Tendonibus aduersus Epicuri & Asclepiadis sectatores. *CAP. 21.*

QVæ autem nõ nulli amplexantium sermones Epicuri philosophi, & Asclepiadis medici, de eiusmodi ambigentes dicunt, æquum est silentio nunc non præterire, sed ipsos sermones persequi diligenter, & ostẽdere, vbi falluntur. Videntur vtique his viris, nõ, quia tendones sunt crassi, propterea & actiones eorum esse validæ: neque, quia sunt tenues, ob id imbecillæ: verum ipsas, vt tales fiant aut tales, cogi à vitæ vsibus, moles vero tendonũ sequi motionis quantitatem: nempe ꝙ tendones, qui exercentur, vt par est, sint bene habiti, & incrassentur: F qui vero ociosi sunt, non nutriãtur, & graciles fiant. Non igitur, quia melius erat fortiorũ actionũ fortes & crassos esse tendones, imbecilliorum autem imbecillos & exiles, ita formatos aiunt eos à natura (nõ enim tales vtique simijs fieri digitos:) sed, vt dictũ est prius, crassities necessario sequitur ea, quæ exercentur, propterea ꝙ bene nutriuntur: ea vero, quæ ociosa sunt, gracilitas excipit, eo ꝙ deterius & ipsa nutriuntur. Sed ò præclari admirandi'que viri (respondebimus) vos oportebat primum quidem, sicut tendonũ moles non magis artificiose, quàm inartificiose, fieri ostẽdistis, eodẽ modo dicere aliquid etiam de eorũ multitudine, & positione, & insertione: dein de vero & de differentia, quæ circa ætates est, aliquid considerare: præterea non tam confidenter de simijs ea, quæ nescitis, pronunciare. Tendones enim non magnos solum, sed etiam geminos vnicuique actioni validæ præfectos inuenietis. Secundũ ætates autẽ nullam eorũ ostendetis in multitudine differentiã, sed in infantibus, in perfectis, in gestatis adhuc in vtero, in his denique, qui nullã adhuc actionẽ per eos obeũt, similiter iã & in his geminos quidem geminos, magnos vero magnos inuenietis. Nisi forte ita exercitatis duplices numero particulas fieri putatis, his vero, qui nõ exercentur, perdi dimidium. Quod si est, qui laborant, pedes quatuor quidem forsitan habebunt, & manus quatuor: qui vero in ocio viuunt, vnum crus, & vnã manũ. An nõ hæc G omnia sunt deliriũ maximũ hominum veritatẽ non affectantiũ, quinimmo, siquid bene inuentũ est, hoc penitus occultare & celare conãtium? Quid vero, quòd in vtriusque manus digitis cũ sint articuli triginta, quorum vnusquisque in locis quatuor implantationes tẽdonum & applicationes habeat, sicuti & antea dictũ est, solus omniũ articulorum primus magni digiti, secundum quidem latera & extrinsecus insertiones tendonum habet, intus autẽ nullam? Atqui, si collegeris numerũ omnem implantationum in digitos, centum & viginti eas inuenies: ita enim cõtingit, triginta quidem cum sint articuli, quatuor autem in vnoquoque implantationes: sed, cùm vna desit in vtroque magno digito, reliquæ centũ & octodecim sunt. Et vos, per Deos immortales, cum nihil habeatis, quod in tot insertionibus reprehendatis, neque tendonũ molẽ, neque locũ, neque implantationis modum: sed in his omnibus mirabilem quãdam proportionem conspicemini: vna sola in vtroque magno digito similiter perdita (& hoc nõ sine ratione, ꝙ ea non egebamus) temere dicitis & absque arte omnia huiusmodi facta fuisse. Atqui, si hunc articulũ similiter alijs flecteremus, acerbe (certo scio) & vehementer inanem naturæ laborem, vt quæ fecisset motũ inutilem & tendonẽ superfluum, redargueretis. At, quia cẽtum & octodecim loca, tendonum implantationibus indigentia, omnino exornauit, vnicum autem locum in vtroque ma- H gno digito prætermisit nullo indigentem, non vtique mirabimini? Sanè multo præstaret vos promptiores ad laudem eorum, quæ recte facta sunt, quàm eorũ, quæ peccata sunt, vituperationẽ: nisi aliquam magnam vtilitatem magnæ flexionis primi in pollice articuli dicere nobis potestis: solummodo enim ita cõuincetis naturam, vt inartificiosam, si motum vtilẽ omisisse ostenderitis: sed non potestis. Flexis enim extreme quatuor digitis (quemadmodum & supra dictũ est) duplici in omnibus huiusmodi actionibus motu magni digiti indigemus, vno quidem, quãdo velut operculum aliquod fit eius spaciosi interstitij, quod est ad indicem: altero autem, quando alijs incumbit, stringẽs & intro comprimens. Sed priori quidem motui alter tendonum, qui lateralem eius motum efficiunt, præest, secundo autem is tendo, qui flectere natus est articulum secundum, quem quidem à communi capite tendonum digitos flectẽtium produci, inseri vero in internam faciem secundi in pollice ossis, monuimus. Sed de huius tendonis creatione, quemadmodum & aliorum omnium, quædam quidem dicta sunt, alia vero sermo futurus docebit.

De Vsu Magni digiti. *CAP. 22.*

ACtiones "aũt magni digiti prius dictas nunc in memoriã reuocemus, in qbus demõstrabatur oppositis omnibus simul quatuor digitis vtilitatẽ æquiualẽtẽ pstare. Hæc aũt homines dum

A.l. 1. f.1.d. fu.1. c.23.15

A dum considerarent, ἀντίχειρα, quasi promanum dicas, vocasse mihi videntur hunc digitum, tanquam ipsis pro tota manu esset: Aeque enim actiones manus sibi ipsis perditas vident, siue ipsi quatuor abscindantur, siue hic solus. Sic vero, & ipsa dimidia pars magni digiti si quoquo corrūpatur modo, ipsa manus in actionibus incōmoditatē & turpitudinē habebit æqualem simili noxæ omniū aliorum digitorum. Nū igitur, ô generosissimi sophistæ, & acuti naturæ reprehensores, vidistis vnquam in simia digitū hunc, quē quidē pleriq; homines ἀντίχειρα, hoc est promanū, Hippocrates vero μέγαν, hoc est, magnum nominat? an eū neque conspicati, neque cōtēplari audetis affirmare vndequaq; similem hominibus esse? At, si hunc vidistis breuis certe, & gracilis, & omnino ridiculus vobis apparuit, quemadmodum & ipsum animal totum simia. Pulchra certe semper apud pueros est simia: vt ait veterum quidam, nos admonens ludum esse ridiculum, hoc animal puerorum ludentium. Omnes enim humanos actus imitari dum satagit, & frustratur in ipsis & ridiculum se exhibet. An non vidisti simiam fistula canere, saltare, scribere, & alia agere vniuersa conantem, quæ homo pulchre perficit? Quid igitur tibi visum est? vtrum nobis similiter agit, an ridicule omnia conatur? Fortasse vereberis dicere hoc aliter habere. Atqui, ô sapientissime accusator, dicat vtiq; natura tibi, ridiculo anima animali, ridiculam corporis constructionem dari oportere. Quo B igitur modo ipsius vniuersum corpus ridicula sit hominis imitatio, procedens sermo demonstrabit: quo pacto vero manus ipsæ, nunc tantum mihi considera, prius persuasus, quod si quis pictor vel figulus insignis, manus hominis imitans, errare mouendi risus gratia cuperet, non sane aliter peccaret, quam vt res habet in simijs. Maxime enim & illas ridemus imitationes, quæ in partibus plurimis similitudinem seruantes, in maxime principalibus ab ea plurimum aberrant. Quæ igitur vtilitas est quatuor digitorum pulchre habentium se, si magnus ita male fuerit dispositus, vt ne nomen quidem magni recipere possit? Atqui talis est & ipsi simiæ: ad hoc, & omnino ridiculus est, & parum ab indice distat. Quocirca & in hoc iusta fuit natura, (quemadmodum sæpe eam nominare cōsueuit Hippocrates) quæ ridiculæ animalis animæ ridiculum quoq; corpus circumposuit. Bene etiam Aristoteles quidem omnia ait animalia ornatu eo, qui fieri possit, adornata: ostendere q; conatur eam, quæ est in vnoquoq; artem. Improbe aūt faciunt, qui neque aliorum animaliū ornatum assequuntur, neque eius, quod omnium est ornatissimū: sed magno certamine concertant, timent q; nequo modo ostendantur vel animam sapientiorem animalibus brutis, vel constructionem corporis conuenientem animali sapienti habere. Sed hoc iam relinquamus.

De Vsu Numeri Digitorum. CAP. 23.

C VBi autem addidero, quod reliquum est ad primum hūc librum complendum, scilicet vtilitatem numeri digitorum, & inæqualitatis, mox finem faciam. Hoc aūt inuētu nequaquā difficile est, si cōtemplemur, quas ad res nunc digitorū auxilio fruimur. Nam, si pauciores quidem essent, multæ actiones imperfectius fierent: pluribus aūt, nulla in re indiguimus. Quod autē, si pauciores essent, actiones multæ læderentur, facile disces, si eorum singulos ratione percurreris. Magno nanque perdito omnes vtiq; alij potestate perierint: absq; illo enim aliorū nullus recte aliquid agere potest. Reliquorum vero index ac medius, vt ordine sunt post magnum secundi, ita & vtilitate: paruorum enim [a] corporum omniū apprehēsio, & omnia prope artium opera, & si quid violentum agere oportet, his omnia egere videntur. Ille vero qui medio succedit, ac etiam paruus, minorem quidem alijs habent vtilitatem: sed ea tamen manifesto in ijs apparet, in quibus cōprehensibile, circulo comprehendi oportet. Si enim humidum fuerit, aut paruum, digitos circa ipsum flecti, vndique comprimētes opus est: qua in re magnus est quidem vtilissimus, veluti ἐπίθημα, id ē operculum quoddam aliorum factus: secundam vero potestatem habet secundus. Si vero durum & magnū fuerit apprehensibile, digitis à se inuicem quā plurimum distantibus ita illud cōprehendatur, oportet: adde, quod id plures melius comprehendent, pluribus partibus ei accidentes atq; con- D tigui. Dictum est aūt, opinor, prius, motus laterales digitorum in huiusmodi actionibus multum pollere, magno quidē intro omnibus vero alijs extra circūductis: ita enim molē vndiq; cōprehēdi circulo contingit. Quod si circulo comprehēdatur, manifestū est, si plures essent, superfluos fore: nā in id quinq; sufficiunt. Frustra autem natura nihil operatur: quippe solicita est æque, vt ne deficiat aliquid, atq; vt superfluum nihil creet: nam defectus quidem in constructione opus quoque mancum & diminutum ostēdit: superfluum autem ijs, quæ per se satis agunt, est impedimento, tanquam onus alienum adiacens, atque ea ratione noxium. Is demum, cui præter naturam sextus ortus est digitus, sermonem nostrum comprobat.

A.ibid. b

De Vsu Inæqualitatis Digitorum. CAP. 24.

A.ibid.

CVr [a] aūt inæquales digiti oēs factu sunt, & medius longissimus? sane quod ipsorū summitates ad æqualitatē venire melius erat, cū magnas aliquas moles in circuitu cōprehendūt: & cū in se ipsis humidū vel paruū corpus cōtinere conātur: ad maiores.n. moles vel fortiter continēdas vel fortiter emittēdas, æqualis vndique cōprehensio multū cōducit. Apparēt vero in vnā circuli circūferetiā cōuenire digiti quinq; in actionibus hmōi, maxime qn̄ exquisite sphæricū corpus cōprehendūt. In his.n.ēt manifestissime cognoscat aliqs id, quod in alijs quidē corporibus fit, nō tn̄ æq; apparet euidenter, quod digitorum summitates vndiq; æqualiter opposita tum suam ipsorum comprehensionem

henſionem reddunt tutiorem & firmiorem, tum proiectionem fortiorem ædunt: quemadmodū, E opinor, & in triremibus, remorum extremitates ad vnam æqualitatem perueniunt, cum tamen ipſi omnes non ſint æquales: etenim etiam ibi medios eandem ob cauſam maximos efficiunt. Ad manus autem claudendas, quando vel paruum corpus, vel humidum exacte volumus continere, ꝙ digitorum inęqualitas vtilitatem pręſtat manifeſtiſſimam, id ſuperiori ſermone monſtratum eſſe arbitror: quo loco magnum digitum indici ſuperuenientē fieri velut operculum ſuperioris capacitatis declarabam. In preſenti vero, dum adhuc pauca quædam adiecero, me totum demonſtraſſe reor. Si enim in huiuſmodi actionibus, inferiorem digitum paruum longiorem factum eſſe intellexeris, aut aliquem mediorum breuiorem, aut oppoſitum eis magnum aliam poſitionem vel magnitudinem habere, ſcies manifeſte, quanto eſt optima præſens digitorum conſtitutio: quā tum q; nocumentum ſequetur actiones ipſas, ſiquid vel tantillum eorum, quæ ipſis inſunt, trāſmutetur. Magna enim corpora, & parua, & ſiquid humidū continere libet, nō recte tractabimus, magnitudine alicuius digitorum immutata. Quo etiam manifeſtum eſt, q̄ exquiſita ſit præſens digitorum conſtructio.

Librorum ſequentium de Vſu partium argumentum. CAP. 25.

PRimo huic libro finem imponere iam tempeſtiuum eſt. Reliquas enim totius manus particulas, & carpi, cubiti, brachij, libro ſecundo exponam. Deinde tertio, naturæ artem in cruribus oſtendam. Quarto & quinto, nutriendi organa. Duobus vero ſequentibus, de pulmone dicā. Octauo & nono de ijs, quæ ad caput pertinent. Solorum autem oculorum conſtructionenem decimo exponam. Qui vero huic ſuccedit liber, organa ad faciem attinētia continebit. Duodecimus de ijs, quæ ad ſpinam ſpectant, exponet. Tertiuſdecimus, quod erat reliquum eorum, quæ ad ſpinam ſpectant vel ſpatulas, id omne adijciet. Duobus deinceps ſequentibus partes genitales, & ea, quæ ad ἰσχίον, ideſt coxę vertebram, attinent, declarabo. Sextuſdecimus de communibus animalis totius organis, ſcilicet arterijs & venis & neruis, ſermonem faciet. Deinde, veluti ἐπῳδός aliquis poſt hos omnes, liber erit ſeptimuſdecimus, omnium particularum diſpoſitionem ſimul cum proprijs magnitudinibus enarrans, monſtrans q; totius operis vtilitatem. F

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI

LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Vtilitates Reliquarum manus particularum, & Carpi, & Cubiti, & Brachij, exponit.

Quid actum Primo libro, quid Secundo agendum: quot ſint Cubiti, & Extremæ manus muſculi. CAP. 1.

DE vſu partium corporis humani ſcribere libro ſuperiore aggreſſus, methodū primā declaraui: qua quis inueniat, in quam vtilitatem vnaquæq; pars à natura ſit creata. Narrationē vero à manu incepi propterea, ꝙ hæc pars homini ſit maxime propria. Deinceps autē, cū oēs eius particulas ita perſequi ſtatuiſſem, vt ne minima quidē intentata relinqueretur, principio de digitis ſermonē habui: quo monſtraui omnibus eorū particulis artem quandā mirabilem exprimi: ſiquidē digitorū numerus magnitudo, figura, cōſtructioq; mutua, ad totius manus actionē tā commode conſtituta oſtendebatur, vt ne conſtructio quidē alia melior excogitari poſſit. Q̄m igitur liber primus in digitorū motibus finijt, docuitq; primū vniuſcuiuſq; vtilitatē, deinde autē duces eorū tendones, à muſculis cubitū & radiū circulo comprehendentibus & à paruis ſummæ manus ortos, rationi conſentaneū fuerit ēt eorum, quæ in hoc libro dicenda ſunt, principium à muſculorum narratione feciſſe. H Nam vnumquenque eorum ita adornauit natura (quippe quem loco conſtituit idoneo: cuiq; originem tutiſſimā effecit: & finē, quò oportebat, produxit: & magnitudinem præſtitit conuenientem, & ſecuritatē, & numerū) vt ne cōſtructio melior quidē excogitari queat. Mox enim, vt à multitudine incipiā (ſiquidē, vbi quot oīno ſint, prædixerimus, & qua parte ſinguli locati, & quis motus cuiq; ſit commiſſus, æquum erit vtilitatem deinceps pertractare,) numerus omnium cubiti & manus extremæ muſculorum ad viginti tres peruenit: ſeptem nanq; parui ſunt in manu extrema: alij totidem magni totam interiorem cubiti regionem: reliqui nouem totam exteriorem occupauerūt.

De Numero & Vtilitate Muſculorum totius Manus, ac de eius diuiſione. CAP. 2.

PArui itaq; manus extremæ muſculi duces ſunt alterius obliquorum motuum. Eorum vero, qui ſunt intra cubitum, duo quidem maximi digitos flectunt: magnitudine autem ſecundi, duo etiam numero, totum carpum: obliqui vero duo primum quidem radium, cum eo autem & totam manum ad pronam figuram circumagunt: reliquus vero eorum ſeptimus, qui minimus

eſt eorum

A est eorum, qui in longum extensi sunt (vt quidē superiores anatomici putauerunt) flectit & ipse digitos quinque: re vera autem nullus motus alicuius digitorū ei cōmissus est, sed alterius cuiusdam mirabilis vtilitatis gratia factus est, quam procedente sermone enarrabo. Ex ijs vero nouē musculis, qui in cubiti externa parte sunt, vnus quidem digitos omnes, præter magnum, extendit: duo vero alij eosdem quatuor digitos ad transuersum abducunt: quartus autem alius musculus solum magnum digitum mouet altero motu externorū duorum, scilicet obliquiori: alius vero vnus reliquum motum magni digiti, & carpum totum extēdit moderate: fortiter autem hoc efficiunt circa carpum alij duo musculi: reliqui vero duo musculi conuertentes ad supinam figuram radium: cum eo & totam manum ad eandem ducunt figuram. Quę sanè ex anatome apparent, hęc sunt. Cur autem singula eorum facta sint, consequens est dicere, vbi pauca quædam claritatis gratia de nominibus, quibus vtemur in sermone totius manus, distinxerimus. In tres magnas partes tota manu diuisa, vna quidē brachium: alia vero πῆχυς, id est cubitus: tertia ἀκρόχειρον, hoc est summa extremave manus, nominatur. Sed de brachio quidem nunc sermo non est habendus: Cubitus vero vocatur totum membrum, quod est inter dearticulationem carpi & ancωnos, idest gibbi cubiti seu gibberi, medium: || Ancωn autem est, cui innitimur, vt ait Hippocrates. Iam autem & ossium cubiti, alterum quidem maius (cuius pars est id, quod ab Hippocrate quidem ἀγκών, ab Atticis vero ὀλέκρανον vocatur,) specialius quidem recte hoc os πῆχυς, id est cubitus seu vlna, nominatur. quòd si manum mediam inter pronam & supinam cōstitueris, hoc quidem subiacebit: alterum vero os κερκίδος, idest radij, supereminebit. Ad hanc figuram aspiciens, hanc quidem internam, illam autem externam partem manus nomina: & hanc quidem superiorem, illam vero inferiorem. Gibbæ vero explātationes ossium, radij & cubiti, quæ carpo dearticulantur, vocantur quidem & id ipsum ἀποφύσεις, idest explantationes processusve, sicut & sunt: vocantur autem aliquando & capita, & κόνδυλοι, idest tubera nodive. Post hanc nominum impōsitionem iam discas, licet, ea, quę proposita sunt.

de fracturis cō. 1. tex. 15. cl. 7ª. 226. g

B (margin letter)

*συνθήκην.

De Officio ac Vsu Musculorum Manus. CAP. 3.

EOrum certe, qui sunt in extrema manu, musculorum, visu facile comprehensibilis est numerus. Vnicuiq; enim digitorum vnus est proprius paruus, sicut & antea dictū est: duo autē, qui thenara, idest volas, generant, velut auctariū accedūt, maximi eorū, qui ibi sunt, musculorū: per quos tum carnosa pars manus, alta, media vero, caua fit: tum digitorū vterq; maximus & minimus, plurimū ab alijs abducuntur. Vsa autem simul fuit & his natura ad conueniens: quippe C quæ, vt volę manuum carnosę & altiores medio essent, hos musculos effecerit: &, vbi semel facti sunt, non tolerauerit eos esse carnes solum ociosas & immobiles, sed adiacentibus digitis motus quosdam per eos prębuerit. Quinetiam, qui inter magnū & indicē est musculus, vt manus pars, quę ibi est, carnea esset, factus est: vsa aūt fuit pariter natura etiam hoc ad magni digiti motū, quē facit, cū adducitur is ad indicem. Sciens tñ magnū digitū fortioribus egere motionibus versus latera, non cōmisit has solis prędictis musculis, sed fortiores tendones à musculis cubiti adducens, in ipsum pollicem inseruit. Ita aūt & obliquarū motionum parui digiti, eam, quę abducit ipsum ab alijs, non cōmisit prędicto musculo soli: quę tamen ipsum adducit, ei, qui post ipsum est locatus, credidit. Aliorum aūt trium digitorū motus similiter ipsis solis, qui sunt in manu, musculis mandauit, nihil vehemens habere indigentes, sicut prior sermo monstrauit. Quare, cū quatuor quidem sint hi musculi, duo aūt pręterea circa magnū, alius vero vnus ad paruum digitū, rationabiliter omnes, summę manus musculi, septem sunt facti. Rationabiliter aūt & ab vnoquoq; eorū vnicus est tendo. Neq; enim in plures poterant diuidi, parui omnino cū sint: neq;, si essent maiores, ita se haberent positione & vtilitate, vt ad vnam reducerentur summitatem, multorum motuum principia. In his tamen, qui extendūt & flectunt digitos, musculis, & pręterea in abducen- D tibus à magno, possibile esse simul & vtile hoc, ostēdit superior sermo. Quoniā aūt (sicut & hoc ostensum est) ad extensionem quidem vnus tendo vnicuiq; digito sufficit: ad flexionē vero alio qdem indiguerunt, qui primū & tertium articulum moueat, alio aūt, qui secundū: vnus quidem musculus, qui extrorsum extendit omnes, est creatus, non vnus autē, qui flectit omnes: sed, sicut tendones facti sunt bini, sic pręordinati his musculi sunt duo, maximi qdem & ipsi, quia tendones maximi sunt: multo aūt minor externus, quoniam & huius tendones sunt multo minores. Monstratū vero est in pręcedenti sermone de tendonū vtilitate. Rationabiliter igitur & ex ipsis internis musculus quidem tendonum, qui primū & tertium articulū mouent, maior est: is vero eorū, qui secundum, minor multo: etenim etiam hic moli tēdonum magnitudo musculorū pro portione respondet. Et subiacet qdem, qui maiores & duplicem motū agentes tēdones producit: superiacet autem alter, semper natura seruituras pluribus actionibus aut vtilioribus particulas accuratius custodiente. Hi igitur duo musculi exacte obtinuerūt mediam regionē, qm̃ & capita tendonū flectentium digitos, vt monstrauimus antea, ad mediam regionē peruenire erat melius. Vtrinq; vero vnus est flectens carpū: de quorum vtilitate dicemus, qñ exponemus motus carpi. Reliquus aūt vnus est, quintus extēsorum secundū longum musculorum intra cubitum, in superficie simul, & tenuissimus omnū prædictorū musculorū: in quo oēs errauerūt, qui ante

nos fuerunt anatomici,æstimantes ab eo flecti digitos. Non solum autem in his errauerunt, sed E etiam paruos musculos,à qbus & ipsis prima dearticulatio vniuscuiusq; digiti flectitur,omnino ignorauerunt: sicut & nos ipsi multo tempore. De his scripsi fusius in anatome musculorũ,& in anatomicis administrationibus. Vellẽ vtiq; præsentẽ sermonem seorsum terminare citra mentionem erratorum,sicut à principio ꝓposueram: sed in horum enarratione venit in mentẽ mihi, lecturis aliquam suspitionẽ fore eo,ꝙ cum antiquis anatomicis discordamus,ceu nobis errantibus & nõ illis: rationabile.n.est,puto,æstimare,vnum ignorare potius,q̃ oẽs alios. Præterea aũt magis necessarium erit accidere hanc suspitionem viris illis,qui in alijs nostris anatomicis libris non fuerunt versati: in quibus non solũ ostendimus,quæ in anatomis errarint priores, sed ẽt causas errorũ scripsimus: quas nisi quis obseruauerit,& nunc resecare anatomen q; facere voluerit, similiter,vt illi,decipietur. Et certe,quicunq; vident ea,quæ apparent,nobis resecantibus,non solum tendones vel motus aliquos ignoratos ab eis,sed etiam totos musculos prętermissos demirantur: cæcos q; vocant eos,qui errauerũt circa talia. Age igitur(vt alia omittamus,quę in anatome manus ab illis sunt ignorata)quis nisi cæcus,non videt,nõ solũ tendi & flecti quenq; digitorũ, sed ẽt ad latera accedere? Sed tñ illi mentionẽ facientes mouẽtiũ digitos tendonũ,eos,à qbus extendunt hi & flectuntur,recensent,non intelligẽtes traductionis ad transuersa necesse esse aliqua quoq; principia motus existere. Nũ igit adhuc miraris,aut nõ credis aliqd eorũ,quæ sunt obscuriora in anatomis, ignoratũ fuisse ab ijs,quibus ne ea quidẽ,quæ ante anatomen apparẽt, noscuntur? Hæc igitur oratio cõmunis semel nũc mihi dicta sit ꝓ toto hoc opere,ne cogar idẽtidẽ dicere eadẽ. Expositionem.n.facimus nunc eorũ,quæ vere apparent in anatomis,quã nemo superiorum diligenter pertractauit. Quicunq; igitur vult operũ naturę esse contẽplator,nõ oportet eum anatomicis libris credere,sed proprijs oculis: aut ad nos accedere,aut cum aliquo eorũ, qui nobiscum versati sunt,versari: aut ipsum per se diligẽter exercitari,anatomis manu obeũdis. Quãdiu aũt legerit solum,oĩbus me prioribus anatomicis credet eo magis,quò etiã plures sunt. F

De Musculis mouentibus Manum. CAP. 4.

SEd "eò,vnde sermo abijt,redeuntes,de musculo,qui ad cutim manus internæ apparet in superficie,dicamus: quem nullus anatomicorũ cognouit subnatum in tota nuda & depili interna parte,vtilitatum nõ contẽnendarum gratia: quas post paulo dicam, postq̃ eum,qui de oĩbus musculis mouẽtibus digitos,terminauero sermonẽ. Intrinsecus.n.vt dictum est,duo sunt soli,quatuor vero extrinsecus. Is quidẽ,qui extendit quatuor digitos, oĩum medius rationabiliter factus est,sicut monstrauimus. Alij aũt duo musculi sunt ex vtraq; ipsius parte: suppositus quidem ipsi inferne is,qui duobus minimis dux est motionis ad latera. Contingunt aũt hunc alij duo cõnexi inuicẽ quadantenus,& ꝓpterea ab anatomicis vnus esse putati. Enascunt autem ex altero quidẽ duo tendones ad duos digitos venientes,singuli quidem ad singulos,vnus quidẽ ad longissimũ longitudine,& ordine mediũ,alter vero ad indicem: ex altero aũt ad maximum digitum(quem etiam ἀντίχειρα,hoc est promanum,vocant)vnus enascẽs peruenit tẽdo. Hi musculi oẽs ad obliquum ducunt digitos,iure meritissimo locati in cubito: sicut.n.ille,qui est rectę extensionis dux quatuor digitis,in media regione locatus est: eadem ratione,qui obliquum motum faciunt, in illis partibus sunt,ad quas ipsos ducturi sunt: quod,vt puto,maximum est indicium exactissimæ artis: non.n.à propinquis,instar desidis creatoris,principium motus fecit natura ad latus versionibus digitorum,sed à longinquioribus quidem,magis idoneis aũt ad hãc actionẽ. Principium deniq; magni digiti propè radiũ est adeo,vt eum ferè attingat: sed tamẽ mouẽs ipsum musculus ab cubito explantatus est. Similiter & musculus,à quo digiti duo alij hunc sequentes vertũtur ad obliquum,è contrario illi,qui totum carpum euertit: principium enim ille ab osse radij faciens, ad regionẽ,quæ est ante indicem & mediũ,immittitur paruo tẽdone. Et tibi licet videre X gręcę literę similem effectam positionẽ eorum: qualem.n.motum editurus erat vterq;, talem à principio habuit positionem. Adhuc aũt perfectius,quod dicitur,credes,si omnes mouentes carpum musculos videris: de quibus postea percurrã,reliquum adhuc tendonem magni digiti vbi adiecero,vt nihil,ad eos quod pertineat,relinquatur. Quòd certe melius fuit magno mediã omnino extensionem,quæ ab vno tendone perficitur,non suscipere,sed eam,quę ex duobus obliquis fit, ante dictum est. Dictum aũt nuper etiam fuit,qualis sit & tẽdo & musculus,qui indicem versus, magnum ipsum vertit. Reliquus vero,qui abducit eum ab indice,commune quidẽ habet caput cum tendone,qui carpum totum ad supinum vertit: teres autem innatus est,velut firmamentũ quoddam,toti digito vsq; ad vltimam aciem extẽsus. Qui autem ab eodem capite explantatur: & ad partem carpi,quæ est ante magnum digitum,latior inseritur,vertit ad supinum summam manum. Quatuor "enim cũ sint motus carpi,scilicet extensio, flexio,ad pronum circũductio,& ad supinum,duo quidẽ tendones & musculi sunt duces flexionis,duo autẽ alij extensionis: hi vero ipsi etiam laterales conuersiones cõcinnãt,ad pronam figuram simul adiuuante quidpiã quinto musculo,in externa quidem cubiti regione locato, desinente autem in medium potissimum metacarpium per duplicem tendonem. Flectentium igitur carpum tendonum,in interna videlicet parte cubiti locatorum,alter quidem ad eam,quæ supra paruum digitum: alter autem ad G H

A.l.1.f. 1. d. 5 fu.2.c.20. 19.

A.l.1.f. 1.d. fu.2.19.b

eam,

A eam,quæ super magnum est,regionem peruenit.Ad eundem vero modum & ipsorum extendentium vterq; externa videlicet parte cubiti locatus,hic quidem supra paruum,alter aūt supra magnum digitum, implantatur. Si vtriq; quidem tensi fuerint simul, flectunt quidem interni, tendūt autē externi summam manum: Tenso vero alterutro ipsorū,altero qdem qui ad magnū digitum,parte interna,altero aūt,qui ad paruum,parte externa est,ad pronum sensim quodam modo manus circūducitur: eo vero,qui ad paruū digitū,tenso intrinsecus,vel eo,qui ad magnū est,extrinsecus,ad supinum: Si vero simul tēsi fuerint,& qui ad magnū digitum intrinsecus est, & qui ad paruum extrinsecus,non amplius sensim,sed q̄plurimum hic ad pronum manus circūagitur: ita aūt & eo,qui ad paruum digitū intrinsecus,simul cū eo,qui ad magnū extrinsecus est, tenso,admodum manus supina fit. Quia vero ad vitæ nostræ actiones longe vtilissima est prona figura mista tensioni ad carpum,ob idq; oportet ipsi plus esse,q̄ supinæ,quintum tendonem illū duplicem natura apposuit,ad eam figuram circūuersionis ducem,orientem qdem à radij musculo,implantatum aūt ad eam metacarpij regionē,quæ est supra mediū digitū & indicem. Cur igitur non vni tendoni & musculo tēsionem vel flexionem ipsius manus cōmisit: adhuc enim puto hoc præsenti deficere sermoni: Quoniam primū quidē,si vnus esset,neq; exactā totius dearB ticulationis neq; firmam faceret flexionem,sed facile circūuersatilem & laxam: vt aūt nunc se habet manus,perfecte firma & tuta est: Deinde aūt ne vacuam quidem amplius habebat mediā regionem,in qua oino,vnus si esset,ipsum locatū oportebat: iam.n.introrsum qdem à flectētibus digitos,extrorsum aūt ab extendentibus,occupata erat: Tertio deniq; præter prædicta alijs indigeret tendonibus,ad latera conuersiones facientibus. Sed nunc demum duplicibus facti ijs, qui extendūt & flectunt,mox quidē ab eis & alios motus manus habuimus: non caremus aūt neq; positione ędētiū eos motus musculorū: agimus q; ita multo fortius & tutius,q̄ si illo modo facti fuissent: quę oīa erant necessaria. Oportet aūt attendere huic sermoni mentē,& distinguere carpi motus à motibus totius cubiti: sunt.n.& huic quatuor motus,proportione respondētes motibus carpi,de quibus postea fusius dicetur. Nunc aūt tantū scire oportet de ijs,q̄ si oīno immobilē tenuerit quis summā manū,manifeste videbit quatuor cubiti motus ab ijs,quæ ad brachiū sunt, dearticulationibus fieri.Etenim extensum,& flexum,& circūductum ad pronū & supinū,videbis totum cubitum quiescente summa manu: sed extēsionē quidem,& flexionē,cubiti dearticulatio,quæ est ad media brachij,efficit: circūductionem vero ad latera,dearticulatio radij ad externum eius caput. Supertensi vero dearticulationibus vtriq; musculi,quales sint,& quot,& q̄ maC gni,procedens sermo proprio loco exponet. In præsenti vero tm̄ oportet cognoscere,q̄,qui extendunt & flectunt cubitū,in brachio sunt: qui vero ciruuertunt,in ipso cubito,obliqui quidē, qm̄ & motus,quem efficiūt,est obliquus,peruenientes aūt ad radios,qm̄ hic motus est actio dearticulationis huius ossis,quæ ad brachiū est. Dicetur aūt & de his postea. Memini aūt & nunc eorum,qm̄ mihi propositū erat oēs musculos,qui sunt in cubito,numerare. Apparent.n.conuenienter nouem quidem externi,septem aūt interni,in vtrosq; ipsorum aduenietibus his duplicibus musculis,de quibus nunc dicere desij. Itaq; reliqui musculi cubiti,extremæ manus gratia facti,septem quidem sunt externi,quinq; aūt interni: quos etiam paucis in summam collectos,rursus percurrere est melius,vt facile recordari queas sermonis,qui de vtilitate eorum traditus est.

Epilogus musculorum Vlnæ & Radij,quibus Extrema manus mouetur. CAP. 5.

MAximus igitur omniū,qui primum & tertium articulum vniuscuiusq; quatuor digitorū flectit,mox secundum longitudinem totius manus extensus est,mediam regionem interiorem cubiti totam occupans.Qui vero superiacet & cōnatus est ei,quatuor digitis mittit tendones: quos ad secundum articulum dicebamus implantari.Tertius autem post hos,secundum longitudinem totius manus,similiter prædictis productus, sub ipsa cuti iacens,per totam disseD minatur internam cutim extremę manus. Hi igitur tres mediam regionem obtinent: reliqui vero duo parui musculi ex vtraq; horum parte(ipsi aūt ijdem flectunt carpum)hic quidem ad paruum,ille vero ad magnum digitum inseritur. Exteriorum vero cubiti musculorum, qui quidem extendit quatuor digitos,in superficie sub ipsa cuti locatus est,mediam q; maxime totius membri regionem obtinet. Alij vero post eum,à media regione discedentes ad obliquum, tribus quidem maioribus digitis,duo: reliquis vero duobus minoribus,reliquus explantationes mittit.Reliquorum vero trium vnus quidem,qui in cubito est,extendere carpum simplici tendone dictus est: qui autem sunt in radio,alter quidem condylum eius transcendens obliquus,in duo diuisus,extendit simul carpum,& magnum digitum abducit ab alijs: reliquus autem extrinsecus incubans(quem ad id metacarpij,quod ante indicem & medium digitum est,pertingere dixi)ad pronum summam manum circumducit,extendit q; carpum.

De Vsu Tendonis lati,qui cuti subnascitur. CAP. 6.

REliquum igitur est tendonem sub interna cute manus natum narrare,explantationē quidem ex medio musculo recto habentem: qui minor quidem est alijs musculis quatuor,qm̄ nullam mouet dearticulationem: in superficie aūt sub cuti locatus est, mediam membri regionē occupans. Enascitur autē tendo ab eo ante,q̄ ad carpi dearticulationem perueniat: dilatari autē

l. 1.f. t. d. 5. 4.c.18.18.h

incipit ad illam primum: indeq; apparet is velut quædam cutis secunda alba & exanguis, sub tota cuti extensus, manus summæ & digitorũ. Alia liquidẽ cutis (Græci δέρμα, hoc est corium) quę ambit totum corpus, δέρεσθαι, hoc est excoriari, potest, & propterea (opinor) aiũt eã etiam sic nominatam: internam autem summarum manuum, de qua nunc est sermo, similiter aũt & infernã pedum, præterea & frontis & totius ferè faciei, aliarumq; quarundam partium animalis, non est possibile excoriare propter tendones & musculos ijs insertos. Vt vero in vnãquanq; ipsarũ inseratur, & cuius vtilitatis gratia, in proprijs de vnaquaq; particula sermonibus dicetur. In vniuersum aũt oportet hoc scire, q, aut vt tradant certiorem exactiorem q; sensum, aut motum voluntarium: aut vt difficulter circũuersatilem, aut duram, aut depilem efficiant cutim, implantãtur quidam in ipsam tendones. Decebat igitur, opinor, manus, cõprehensoria organa cũ essent, habere eam cutim non modo difficulter circũuersatilem, cũ ob alia quædã, tum maxime ob paruorũ corporum certã & tutam apprehensionẽ, sed & tota cuti reliqua sensibiliorem. Non.n. aliud quidem oportebat esse apprehensorium, aliud aũt tactorium organum: neq; aliud quidem accipere vnãquanq; rem externã, eleuando & transferendo, & oĩno pertractando, aliud aũt postea discernere de acceptorum caliditate & frigiditate, & duritie & mollicie, & alijs tactilibus differentijs: sed mox, cum apprehenderit vnũquodq;, melius fuit simul dignoscere, quale sit natura. At vero neq; decẽtius neq; promptius fuit alio organo corporis dignoscere, q̃ manu, & ipsius manus nõ oĩbus, sed internis partibus, quibus est ẽt apprehensorium organum. Si igitur propterea tactricẽ oportuit eam esse, qm̃ & apprehensoria, rationabile fuit, quibus partibus est apprehensoria, eiusdem ipsam fuisse & tactricem. Cõfert aũt non parum ad certam dignotionẽ tactilium omniũ qualitatum glabrities cutis eius loci, ita à lato tẽdone cuti subnato facta. Vt enim, si pilosa admodum & hirsuta esset hęc cutis, nullo pacto tangeret propinquantia sibi, anticipantibus pilis ad se ipsos incidere & illa propellere, ita nunc exacte nuda nullam propinquantiũ sinit partem intactam effugere, sed oĩbus ipsis accidens, totum corpus sibi propinquans sentit. Quòd autẽ & duritiem cutis eius loci tendo subnatus efficit, manifestum est oĩbus, vtile & hoc ad multas actiones nobis futurum. Ob eas certe causas tendones ad internam manuum cutim prodierunt.

E

F

De Obliquis musculis, qui Radium mouent. CAP. 7.

TEmpus autẽ est transcundi ad reliqua cubiti & radij. Plurima quidem & horum dicta sunt: superest autẽ & alia quędã oĩno "pauca & de obliquis in ipsis musculis, qui radium mouẽt, determinare. Cur demum duo quidẽ ad pronum circũducunt, duo aũt ad supinum cõuertunt radiũ: & cur deniq; absq; tendonibus? Veluti sanè in musculis, qui extẽdunt & flectunt carpũ, monstrabatur melius esse ipsos duos factos ad fines mouendorũ ossium implantari, eodẽ modo habet & in mouẽtibus radium musculis: neq; enim & hic erat melius vnũ musculum medio radij immittere, & ei cõmittere totũ motum, q̃ duobus: quorũ hic quidẽ in superiores partes, quæ sunt iuxta brachiũ, alius vero in inferiores ad carpum inseritur. Fertur vero vltra amplius vterq;, nec in ipsas solum inseruntur extremitates, ꝓpterea, q carnosis partibus immittũtur ante, quàm in tendones finiant: debiles enim eorum apprehensiones cum sint, plura indigent comprehendere loca, vt id, quod tendonibus propter fortitudinem ex vna inest apprehensione, hoc carnosis propter suam imbecillitatem ex pluribus aceruetur. Quòd autẽ neq; melius erat neq; possibile explantari ab his musculis tendones, si quis meminerit dictorum ante, nouit iam causam: sin minus, tamẽ & hanc paucis memorabo. Non recipit os musculi implantationem, aut quia durum est, aut quia paruũ, aut quia melius erat, vt membrũ excarne & leue esset. Horum aũt nihil licet dicere in osse radij: neq;.n. durum est, neq; paruum, sed neq; leue esse magis, q̃ carneũ, postulat. Præter hæc aũt & impossibile est ita ꝓpinquis sibi positis ossibus, incipientẽ à cubito musculũ in neruosam tenuitatẽ mutatũ inseri radio. Neruis.n. ijs & ligamẽtis, quę in carnes musculi dissemi nata erant, paulatim in idem aceruatis generatio fit tendonibus: hoc aũt, scilicet paulatim, longiori eget via, & maxime, qñ ex magno musculo aceruatur. Verũ aũt esse hoc quod dicitur, ostendit is, q radio incumbit superne musculus: à quo solo quatuor horũ musculorũ (de qbus præsens est sermo) mẽbranosus iuxta finem explantatur tendo, implantatus radio ex internis partibus ꝓpe carpum: nã & solus minimis apprehensionibus moturus erat radium, & longissimus est nõ solũ eorum, qui mouent radium, sed etiã oĩum aliorum musculorum, qui sunt in cubito. Ob eas quidẽ causas quatuor facti sunt musculi hi, & oblīq positione, & toti carnosi, excepto quarto nũc dicto: breuissimus.n. quidam, vt dixi, explantatur membranosus tendo. Posuit autẽ vnumqenq; ipsorum natura loco maxime idoneo, eos quidem, qui ad pronam figurã membrũ circunducũt, ex internis partibus, oĩum primos in profundo, securitatis gratia, (monstratum.n. præcedẽti sermone plurimas & maxime necessarias & vehementissimas actiones in hac figura à manu exerceri:) eos vero, qui ad supinum abducunt, extrinsecus quidem oĩno oportebat poni: positionem aũt amborum, proportionalẽ intrinsecis non erat possibile facere in vtroq; extremo radij: id.n. quod est ante carpum (quia leue simul & paucæ carnis esse debebat, & præterea capitibus omniũ tendonum, mouentium extremam manum, dicatum) duos obliquos musculos non poterat recipere. Propterea igitur alterum quidem ipsorum, totum carnosum natura cum fecisset, occultauit

A.l. 1.f. 1.d. 5 su.2.c.18. 18.

G

H

in regione

A in regione inter cubitum & radium media, ex cubito quidem explantans, implantās autem in radium: alterum aūt, quia nec in hoc loco collocare erat possibile, cum iam sibi satis esset, & iā vnus susceptus, neq; alium locū haberet vacuū, imposuit desuper ipsi radio, longissimū faciendo hunc omnium, qui circa membrum hoc sunt, musculorum. Peruenit itaq; eius superior extremitas ad externam brachij partem, pendēs quidem quadantenus supra eius loci musculos, descendens aūt intra eos, qua parte tenuissimus est: hæc quidem eius extremitas velut caput quoddam est. Alia vero extremitas inferior, per quā mouet radium, desinens in mēbranosum tēdonem, applicatur intrinsecis ipsis partibus, prope ipsam cum carpo dearticulationem. Errauerunt autē multum & circa huius musculi enarrationē, qui ante nos fuerunt anatomici, propter multas causas, quas in anatomicis administrationibus recensemus. Sed præsens sermo satis mihi videtur mōstrasse circa hunc musculum diligentē artem naturæ, occultantis quidē in profundo internos, securitatis gratia: externorū vero, alterum solū, qm̄ neq; possibile erat vtrosq;, neq; magnopere lęditur manus ad actiones patiente musculo, qui radio superne incumbit: si vero interior aliquid patiatur, principalissimas actiones totius manus perire continget: at vero nihil patietur ab externis, nisi prius aliquid vel abscindatur oīno, vel eius loci ossa cōterantur: tantam semper habet natura B prouidētiam securitatis principaliorum particularū. Ita sanè & paulo ante dictorum tendonum, qui digitos mouent & carpum, in superficie quidem sunt minus principales, in ꝓfundo aūt principaliores. Quia autē (vt dicebamus) natura coacta est radio superne imponere minus principalē musculū, rationabiliter ipsum ad exteriora brachij duxit: solūmodo.n. ita fieret obliquus, quod necesse erat ipsi, vt qui futurus erat dux motus obliqui. Manifestū igitur iam est ei, qui nō oīno oscitanter audiuit prædicta, ꝙ natura fecit ratione optima nō solum tot musculos, verūetiam ita magnum vnūquenque, sicut nunc est, & ita situm, & in tot tendones diuisum. Quòd si quid præter missum est, quod non explicuerimus hoc sermone, cum partim quidem proportione respōdeat his, quæ nunc dicuntur, partim aūt similiter habeat ijs, quæ dicentur, non erit vtique vobis difficile inuenire, habentibus iā tot subsidia inuētionis: si vnū solū in oībus seruaueritis, tanꝗ̃ aliquod lumen splendidū, ducens vos, quò oportet, & deducens prompte ad quæsitorū inuentionē: quod & in principio huius sermonis statim dictū est. Quid hoc tandē est? actionem vniuscuiusque particulæ, & ante hanc videlicet constructionē totā exacte oportere scire, ea quę in dissectionibus corporum apparēt, inspiciendo ipsis oculis diligēter, qm̄ nunc certe libri eorum, qui anatomicos se ipsos vocauerunt, sunt pleni infinitis erroribus· de quibus in alio opere sermonē C facimus, ostendentes non simpliciter solum ipsa in vno quoque errata, sed etiam causas ipsorum exponentes. Quin etiā vtilitates particularum nullo negocio inuenies, ab ipsa doctus natura, si solum noueris exacte constructionem. Ne lōgius abeamus, qua ratione securitati tendonum incumbentium ipsis cubiti & radij ad carpum finibus & excarnibus & nudis, & male tutis ob deuexitatem, prouiderit natura, inspicere oportet solum in anatomis: nam nullus est tam sensus expers, qui conspicatus in osse insculptum locum tendoni transgressuro ęqualem, quęrat adhuc, & ambigat, seu dubitet, num tutelę particularū natura prouideat. Verum, si etiā tardus sit & oīno obtusa mente, in vno quidem, vel duobus, aut tribus ossibus fortasis intuitus id, adhuc dubitare posset: cum aūt vbique viderit, qñ neruū aut tendonem aliquem præterferri opus est magnam ossis deuexitatem, vnum horum trium fieri, aut cauari particulam, aut perforari, aut oīno circa basim eius neruum inuolui, nusquam aūt nudum neque nō munitū vehi per deuexitatem, intelliget oīno tunc, quantam artem in securitate singularū partiū ostendit natura. Si vero etiam oībus vasis, quæ firmantur in concauitatibus ossium, nō solum neruis & tendonibus, mēbranas fortes circūdari superne, & inferne substerni quis viderit, adhuc magis puto intellecturum eum gratia δυσπαθείας, id est vix patiendi, oīa eiusmodi machinatā esse naturā. In toto igitur corpo-D re hæc ita se habent, & in eminentijs ossium carpi maxime. Tendones.n. ipsos trium externorū manus musculorum carpum mouentium, cauatæ epiphyses radij & cubiti suscipiunt: mox aūt & ligamentis latis & fortibus & duris, quæ suscipientia ossa producunt, induuntur vndique oēs eius loci tendones, vt neque ab incidētibus extrorsum prompte quid patiantur, neque à duritie ossiū lędātur. Veluti igitur, ꝙ securitati particularū ꝓuiderit natura, oportet inspicere solū accurate ea, quæ in anatome apparēt: eodem modo, ꝙ magnitudinem vnicuique musculo & tēdoni proportione actionibus respondentē dederit (id quod & primo libro monstratum est,) imbecilliores qdem actiones paruis cōmittens musculis & tendonibus: ad vehementiores vero, non magnos solū, sed etiā binos faciens: quin etiam, ꝙ & numerum ipsorum omnem & positionē summa arte præpararit, iam mihi demonstratum est ita, vt nihil, quod ad eos pertineat, supersit.

De Vsu Ossium Carpi & Metacarpij. CAP. 8.

SEd tempus est nos transire ad sermonem de ossibus, à summa manu incipiētes, quoniam & permulta sunt ossa in ipsa. Monstratum itaque est ante, ꝙ oportebat esse tria in vnoquoque digito, talem habentia formā, & positionem, & magnitudinem, qualis nunc est. Cur autem natura ex octo quidem ossibus carpum, ex quatuor vero metacarpium fecerit, varijs figura quidē: & cur duobus ipsorum ordinibus carpus constet, vno autem metacarpium: præterea de figura

.l. 1. f. 1. d. 5.
l. 1. c. 21. 14. h

ipsorum & duritie & positione nõ dum quidem dictum est ante. Incipienda vero est iam narra E tio ab ipsorum multitudine: ineptus.n.nobis videri possit Creator, ex vno quidem osse femur et brachium, maxima membrorum, si fecisset: ex octo autem "carpum, ita paruam particulã, vel ex quatuor metacarpiũ. In digitis nanque diuersitas figurarum in motibus, mõstrat vtilitatẽ eorũ multitudinis: in carpo vero & metacarpio nihil tale apparet: atqui (obsistendum est enim cõtrario sermone, ait quodam loco || Hippocrates) ita cõponuntur artificiose, vt nulla omittatur perfectionis excellentia. Principio sanè nullum octo carpi ossium alij est simile specie, vel magnitudine æquale: tamen tanta est compositionis harmonia, vt difficile cõprehendi queat eorũ numerus: nisi.n. prorsus abraseris ligamenta, & denudaueris membranas cooperientes, vnum esse tibi omnia videbuntur. Quòd autem ex ita multis & varijs compositus carpus est, intus quidem cõ cauus, quantum manui esse conuenit: deuexus autem foris, quantum & hoc cõducit, quo modo non simul quidem artem mirabilem, simul autem & prouidentiam, indicat? Quòd autem deuexitatem habeat superioribus suis partibus cubito proximis talem & tantam, qualis & quanta futura erat maxime idonea ad dearticulationem prelocatorum ossium, non'ne & id prouidentiam optimi, & artis certitudinem ostendit? Ne igitur hanc mireris solam carpi constructionem, sed etiam inferiorem eius finem cõsidera. Quatuor enim in hac parte videbis cauitates paruas, ordine F sibi inuicem succedentes, quæ coarticulantur metacarpij ossibus. Chartilago autem non has solum, sed etiam eas, quę in ipso sunt carpo, syntaxeis, hoc est cõmissuras, ossium omnes oblinit: easq; foris comprimunt membranę fortes, quæ sunt ligamenta simul ipsis articulis, & operimentum totis ossibus, circumpositæ. Quatuor vero metacarpij ossa parallela vsque ad digitos feruntur. Distant autem à se inuicem, neque sunt omnino coniũcta, sicut ossa carpi: illa enim plurimũ inuicẽ distantibus organis, nempe digitis, debebant dearticulari: superiora vero carpi ossa, cubiti & radij extremitatibus coniuncta. Sed & figura, deuexa quidẽ foris leniter, intus vero sima magis, facta sunt: oportebat enim ipsa post ossa carpi locata illorum speciem imitari: & quidẽ adeo eis assimilata sunt, vt omnium inter se compositio duplices & eas planas superficies effecerit, simã quidem internam, deuexam vero externam. Quando igitur perfecte extendere opus est summam manum, omnes quidem digitos tendones externi ceu refringentes & retrahentes tẽdunt: extenditur autem similiter & carpi articulus: ab vtrisque vero his cum carpus et metacarpium arctentur, ac veluti vecte impellantur violenter, cedere quidem pristina sede cogũtur: ferri autem foras cum nequeant propter tensionem tendonum hic sitorum, reliquã adhuc internam transpositionem habebunt: plurimumq; intro recessissent vndique pulsa, si ligamenta laxa & tenuia ha G buissent: nunc autem ligamentorum robur eis auxilio fuit, ne omnino luxarẽtur. Attamen vno quoque articulo parum transposito, magnum aliquid & effatu dignum ex omnibus conflatur. Plurimam autem vim ad huiusmodi transpositionem tendones externi conferunt: incidentes enim deuexis ossium partibus, intro omnia comprimunt. Duplex autem hic fit, sensu quòd manifesto comprehendatur ex ea extensione, concaua & vacua quidem ante regione interna, à transpositis ad eam ossibus occupata: priori vero deuexitate, externa scilicet, relicta. Non igitur solum quòd repleatur concauum manus, sed etiam quòd complanetur, quod est deuexum, organis, quæ in "carpo & metacarpio sunt, extendi accidit. Concauam autem exacte manum effecturi, omnia facimus contraria, exoluentes quidem à tensione externos tendones, tendentes autem internos, flectẽtes q; digitos: ex quibus omnibus prompte rursus ad externum locum reuertitur vnumquodque os: sed neutrum horũ fieret, si cedere ipsa non possent: non autem cederent, si essent omnia vnum simplex. Ex quo igitur multa sunt facta, transpositionem adepta, tum concauam plurimum, tum rursus efficiũt rectam manum propter vtilitatem amborum, quæ nobis vicissim adest: atque omnino sanè altera perijsset constitutio, nisi plura essent facta. Non solum autem manus actionem, sed etiam securitatem iuuit huiusmodi constructio. Si enim inter digitos H & cubitum vnum simplex os esset locatum, concauum quidem intrinsecus, deuexum autem extrinsecus, ita nudum, sicut hæc decet nuda esse, (hæc enim prior sermo monstrauit,) ab omni quidem duro ipsi occurrrente facile frangeretur: fractum autẽ mox totum vtique præter naturam haberet, cum vnicum sit. Nunc autem, quia duodecim facta sunt, duodecima pars constructionis totius corrumpitur vno affecto. Porrò, vt omnino nihil patiantur, melius fuit ex multis componi, & potissimum ita duris: cedentia enim occursantibus ad suas dearticulationes, exoluunt ipsorum violentiam: ita nanque & sagitta & hasta & quicquid aliud tale est, tensa coria facilius quàm laxa penetrat, quòd illa quidem resistunt, hęc autem cedentia, paulatim eorum, quę incidunt, violentiam exoluunt. Vtraque igitur sortita est horum ossium compositio, eam, quæ est communis omnium, & quę vniuscuiusque priuatim propria est, δυσπάθειαν, hoc est patiendi difficultatem: illam quidem ex multitudine ipsorum, hanc autẽ ex duritie assecuta. Quin & multiformis figurarum varietas ad communis dyspatheian incredibiliter conducit: multiformiter enim ceditijs, quæ ex omnibus locis incidunt: si vero vniformis ipsorum compositio fuisset, læsionibus obnoxia foret, quoniam ne cedere quidem omnino posset. Propter hæc igitur manus ossa & multa sunt, & ita composita.

A.l. 1. f. r. d. 5. lu. 1. c. 21. 14. g

de uict. rat. in morb. ac. com. 2. t. 35. 7ª. 121. d

A. ibidem.

A *Cur Digitorum manus Ordo ab ordine digitorum pedis euariet.* CAP. 9.

CVr autem octo quidem ossa carpi, quatuor aũt metacarpij sint: & cur neq; plura, neq; pauciora fuisse erat melius: id deinceps percurram, prius quidem partim memoriam reficiendo eorum, quæ in fine primi libri dicta sunt, partim nunc demonstrando. Quod certe neq; plures quinq; digitos, neq; pauciores, factos esse melius erat, primus liber exposuit. Cur aũt non, sicut digiti pedum, vno ordine siti sint oẽs, sed magnus est alijs oppositus, dictum quidem est aliqd & de hoc prius: at, quod reliquũ est, nũc adijcietur. Pes quidem ambulandi organũ fuit, manus autẽ apprehendendi: conueniebat itaq; illi quidem stabilimenti securitas, huic autẽ apprehẽsionis multiuga varietas: sed securitas quidem stabilimenti vno ordine locatis indigebat oĩbus digitis, prõptitudo vero ad varietatẽ apprehensionũ magno, id est pollice, alijs opposito. Sed, si ex aduerso omnium esset locatus, mediũ internæ regionis carpi occupãs, multis vtiq; actionibus manus noceret, & maxime ijs, quæcũq; p thenara agimus, vel seorsum altera manu, vel simul ambabus: ob eã causam a latere quidẽ oportuit ipsum locari, plurimũ aũt distare ab alijs. Duplex vero cũ sit positio lateralis, vel versus paruum digitũ, vel versus indicem, rationabile fuit eũ versus indicem locari: conuerti.n. ad sese ita debebant manus, auerti autem illo modo: his accedit, q̃ per extremas flexiones digitorum paruus nullam relinquit regionẽ vacuam, index vero nõ paruã, indigentem manifeste velut epithemate.i.operculo, quodam, magno digito. Quia igit hoc loco maxime oportebat locari magnũ digitũ, primã ipsius φάλαγγα, hoc est articulũ, ossi carpi propinquo dearticulauit. Si.n. alicui ossiũ metacarpij cõmitteretur, parua vtiq; esset ei ab indice distãtia: hoc aũt si fuisset factũ, deterius vtiq; ageret & cũ ipso indice, deterius aũt similiter et cum vnoquoq; aliorũ, deterius adhuc multo in re aliqua circulo cõprehẽdenda: in oĩbus.n. predictis vtilitas admodum perficitur lõgitudine distantiæ. Magnũ igit ob id plurimũ abduxit ab alijs.

A.ibi.c.23.15.b

B

Ratio Numeri ossium Carpi & Metacarpij. CAP. 10.

IN regione vero inter cubitum & quatuor digitos media, carpum & metacarpium locauit, ex multis quidem ossibus constantia, propter rationes, quas ante diximus. Sed, cur hoc quidem ex quatuor sit compositum, ille aũt ex octo, nunc propositũ est dicere. Videtur itaque ob id metacarpium quidem constare ex quatuor, quoniam quinque cum essent digiti numero, magnus quidem carpo, aliorum vero quisque dearticulatur metacarpio. Quamobrem autem carpus ex octo, ostendere prius oportet: & quod in duos ordines oportuit ipsum componi. Ossa quidem metacarpij a sese distant, quod distantibus insigniter ossibus digitorum prelocata sunt: quod q; hanc distantiam præparauit natura musculis, de quorum iustissima generatione dictum est ante. Ossa vero carpi omnia se inuicem contingunt, magis quidem constricta ea, quę sunt ad cubitum: minus autem ea, quæ sunt ad metacarpium. Illa enim, velut vnum, oportuit fieri, quia, tanq̃ vnum, debebant dearticulari quidem ad cubitum, moueri autem multis & violẽtis motibus: omnes enim fortes manus actiones, ipsius carpi articuli sunt motus: Hæc vero non, vt vnum, erat necesse committi ossibus metacarpij a sese distantibus: neque vllo vehementi motu contingebat moueri: preterea, vt minus essent obnoxia læsionibus, multo vtilius erat ea laxiora esse, magis enim ita exoluunt violentiam eorum, quæ incidunt: quoniam denique carpo multa fieri ossa fuit melius, componi vero fines eorum cum cubito non similiter, vt cum metacarpio, in duos ordines ea locauit. Cũ igitur necessario sint quatuor metacarpij ossa, adiaceat autem eis in vno ordine primum magni digiti os, (quod sane & attribuunt non nulli propter hoc ipsum metacarpio:) & hic vniuersus ordo dearticuletur inferiori parti carpi, conuenienter ex quatuor quidem hæc pars: altera autẽ, quæ cubito dearticulatur, ex tribus ossibus facta est. Strictissimus nanque cum esse debeat carpus, qua cubito dearticulatur: amplissima vero sit explãtatio digitorum: medium totum inter hæc, quantum abscedit ab extremis vtrisque, tantum angustiæ & amplitudinis particeps fuit. Cum itaque tres sint ordines inter cubitum & scissionem digitorum medij, qui quidem est ad cubitum primus, ex tribus ossibus: qui vero deinceps est, ex quatuor: tertius autem huic dearticulatus, ex quinque factus est, quorum vnum quidem est magni digiti, alia vero quatuor metacarpij. Videbitur itaque sic quidem carpus septem omnino ossibus constare.

C

D

A.ibi.c.21.14.g

Si vero & de osse prælõgo, quod vehitur per internas eius partes, vbi & dearticulatur ad tenuẽ cubiti processum (apophysim Greci vocant) proprium expectando sermonem, audiueris, quarum vtilitatum gratia & hoc a natura factum sit, omnino demum credas nec plura octo, neque pauciora, satius fuisse in carpo ossa creata. Sed de his quidem & sufficiebant hæc: & de omnibus epiphysibus & apophysibus, i. appendicibus & processibus, quæ in omnibus membris, non solum ijs, quæ in carpo sunt, sermo, qui dicetur, erit communis.

De Dearticulatione Carpi & Metacarpij. CAP. 11.

SEd etiam, vbi oportet dearticulationem ossiũ fieri & maxime magnorum, quia hoc quidem suscipere oportet, illud autem ingredi: indiget q;, quod quidem suscipit, concauitate, quod vero ingreditur, gibbositate & deuexitate: ibi vtrisq; natura vel apophyses quasdam vel epiphyses efficit, his quidem, quæ debent ingredi, gibbas & rotundas vndiq;: illis aũt, quę suscipiunt, concauas quidem intrinsecus, extrinsecus aũt gibbas. Quoniam itaque carpũ oportebat dear-

ticulari cubiti & radij finibus, conuenienter horum os vtrunque epiphysim habuit, gibbam quidem & rotundam extrinsecus, concauam vero intrinsecus. Sed epiphysis radij vndique labium habet circumpositum, à quo exacte stringitur is terminus carpi, qui ad cubitum spectat. Cubiti autem epiphysis non amplius similiter: sed interna quidem sua pars, quæ spectat ad radium, est similis: alia vero extremitas, quæ secundum longitudinem & rectitudinem totius membri extat, in rotundum caput finit, quo circundatur locatum ibi os carpi concauitate glenoeide.i. oculari: vt duplex sit dearticulatio in carpo, altera quidem finium ipsius carpi ingredientium concauitatem inter epiphysim radij & cubiti mediam: alter autem parua, ossis circumplectentis paruam apophysim cubiti: hæc quidem, gratia versionum manus ad pronum & supinum facta est: propter aliam vero magnam extenditur & flectitur carpi articulus. Propter hæc sane gibbositates factæ sunt finium cubiti & radij. Vtitur autem ipsis & ad aliud quoddam commodum natura: sicut assueuit eo, quod propter aliud quiddam factum est, vti sæpe ad alia: capita enim tendonum digitos mouentium, inter medias harum eminentiarum concauitates demisit, illa his eminētijs, tanquam muro quodam valido aut turri, muniens.

De Vsu Octaui ossis Carpi. *CAP. 12.*

QVia vero extrinsecus quidem magna erat altitudo ipsi extremitati cubiti: internè vero partes imæ & demissæ, ꝑpter apophysim eius paruā, extrinsecus & infernè locatam, quā, vt diximus, *os carpi circumplectitur: posuit & hic, velut quoddam vallum, prælongū os, intro nutans rectum: à quo alia, quæ ibi sunt, muniuntur, & maxime neruus, qui à spinali medulla prodiens, ad interiora manus disseminatur. Hoc est os carpi octauum, de cuius meritissima generatione in superioribus disserere distuleram. Cū aūt exacta harmonia sit in oībus carpi ossibus, natura carēs loco, in quo prædictum os tuto firmaret, multa & mirāda excogitauit. Primo nanq; inferiorem finē eius subtilem exacte fecit, cum sperasset ea sola ratione locum aliquē se inuenturam idoneum, in quo ipsum defigeret: deinde autem in altitudinem iustam ductū, laxum ibi & chartilaginosum molita est præparans locum idoneum ad insertionē tendoni, ea parte carpum flectenti: maior.n.fuit iste, q̄ vt tuto sic per paucam chartilaginem adnasceretur alicui ossium ipsius carpi. Huic igitur inseruit ipsum natura: & subtilem finem inferiorem proferēs, posuit inter os, quod comprehendit paruam ossis cubiti apophysim, & inter ipsum magnū caput, quod & κόνδυλον nominant: à quo capite & parua ceruix externis & inferioribus partibus expullulās, deinde finiens in paruum caput, vni ossiū carpi ostēsa nobis est dearticulari. Porrò, ceu in parua valde cōcauitate locatum chartilaginosum os, illud male tutum necessario fuisset, & facile quoquouersum versatile: sed membranis quibusdam fortibus natura id circūiacentibus ossibus alligauit, à quibus, *æqualiter distractum totum, manere ita rectum tandem possit, in cauitatis supercilio vectum ossis amplexati paruam, cubiti apophysim. Quia vero ad caput, †eius apophyseos ꝑtingens magnus tendo carpum flectens, futurū erat, vt ad se ipsum cōuerteret & deijceret ipsum os, aliam tensionem æquipollentem opposuit ipsi, ex oppositis partibus explantans ligamētum ad metacarpium desinens: itaq; iam iuste & æqualiter in omnem partem tractum chartilaginosum os, nusquam decidit. Particulæ igitur carpi, quæ sunt versus paruum digitū, hoc modo ornatæ & instructæ sunt. Quæ vero versus magnum, q̄m & ibi munimentum quoddam oportebat esse alteri descendentium superne neruorum, excidenti quadantenus ad externas partes manus: inseri q; ibi debebat reliquum tendonū summam manum flectentium: & nullus erat locus, in quo firmaretur tale alterum os, quale id est, quod ad paruū digitum, propterea primi in carpo ossis prælongam quādā apophysim ad interiora manus fecit, chartilaginosam & raram, in quam implātauit flectentē manum tendonem: non tñ commisit huic symphysi soli totū, sed vsque ad metacarpium adduxit, securitatis gratia bifidum efficiens tendonē, & ibi inseruit ad principium ossium medio digito & indici prælocatorum. Quod enim in mouentibus primum & tertium articulum ab interna parte ipsorum molita est, hoc & hic propter eandem causam fecit. Illos enim ceu non ibi solum in primo articulo desituros, sed vsque ad tertium processuros, per ligamēta copulauit ossibus: hunc autem tendonem, de quo nunc est sermo, similiter non ad ipsam apophysim, sed ad circūiacentem ipsi apophysi colligationē implātauit, vt ipse possit procedere vlterius: qui enim ad os implantantur tendones, necessario ibi desinunt. Quin etiam aliam quandam epiphysim ossis parui chartilaginosi natura creauit, per colligatiōes fortes copulati partim huic nūc dicto ossi ipsius carpi, partim ei, quod est post ipsum, dearticulato ad primā aciem magni digiti: vt & ibi contingat parte altera tendonem, à quo magnum digitum diximus moueri & carpum. Nonum aliquis poterit hoc carpi os numerare, sed non est numeratum ab anatomicis, sicut nec aliquod eorum, quæ "σησαμοειδῆ {à sesami leguminis minuti specie} vocantur, quæ multis manuum & pedum articulis natura ex abundanti, velut auctarium, circumponit securitatis gratia. Reliqui vero duo tendonum carpum mouentium amplificati pertingunt, hic quidē ad id metacarpij, quod est ante indicē & medium: ille autē ad id eiusdem, quod est ante paruū, sicut & ante dictum est: sed horum quidē neuter, neq; apophysi, neq; epiphysi, neque alterius cuiusdam extrorsum ossis generatione indiguit superflua, sed satis fuit eis per chartilaginem solam copulari ossibus,

Al. ex antiquis unum è carpi ossibus circumplectitur.

Al. undequaque.

†*Al. αὐτοῦ i. cubiti.*

A.l.1.f.1.d.s. su.1.10.f

E F G H

A ri offibus, vt qui minores essent, & ad motus imbecilliores facti. Fere sunt dicta mihi oia principalissima de summa manu. Quod si aliquid prętermissum est exiguũ, prompte quis, vt dixi, hoc inueniat, considerans solum ipsius particulæ constructionem: quale est hoc, Quod ex quatuor tendonibus extendentibus & flectentibus carpum, qui quidem extrorsum sunt, manifeste apparent obliqui: & perueniunt, hic quidem magis ad externas partes aciei, quæ est ante paruũ digitum: ille vero ad internas aciei, quæ est ante magnum. Iam vero & ꝙ interni ipsorum obliquiores quodã modo sint, si quis diligenter inspiciat: & ꝙ hoc factum sit vtiliter, vt non solum extendãt & flectant, sed etiam circunducant ad latera ipsam manum. Sed de his quidem sufficiũt hęc.

De Radij & Vlnæ Positione & conformatione. CAP. 13.

DE positione autem & conformatione ipsius radij deinceps dicamus: in ipso autem eodem sermone & de cubito dicetur. Positio sane radij obliqua merito fuit, quẽadmodum cubiti positio recta: secũdum naturam enim motus vtriusque, positionem vtriusq; ossis esse oportuit: sed motus quidem membri per extensionem & flexionem, secũdum longitudinem eius fit: qui vero ad pronum & supinum, ad latera est: propterea igitur & obliquus quidem est radius, rectus autem cubitus: cubitus *siquidem extensionibus & flexionibus, radius vero conuersionibus ad B latera subseruit. Ob eam causam ad brachium vtriusq; ossis dearticulatio dissimilis fuit: sed de illa quidem paulo post dicetur: positio vero radij, ꝙ quidem obliqua sit, iam dictum est. Cum aũt in oĩbus duplex sit obliqua positio (vel enim cœpta intus, foris desinit: aut contra, foris quidem incipit, intus autem finit) cur alteram earum, scilicet secundã dictã, in radio esse natura maluerit, nũc dicetur. Ex totius manus motibus ad latera (sicut etiã dictum est ante) qui quidem, sunt ad supinum, ad pauciores actiones: qui vero ad pronum, ad multo plures & magis necessarias, sunt vtiles. Propterea igitur & radij positionem, paratiorem ad obediendum motibus ad pronum natura effecit, superiorem quidem extremitatem eius ad caput brachij externum ducẽs, inferiorem vero ad magnum extendẽs digitum. At, si contra se haberet, facilius vtiq; ad supinum, ꝗ pronũ, moueretur: præsenti nanq; positioni prona figura vicinior est, contrariæ vero supina: ad propinquum autem locum promptior & facilior, omnibus quæ mouẽtur, est latio, quemadmodum ad longinqua difficilior: ob id ꝗ; obliqua est, & sic quodam modo obliqua. Cur autem incumbit cubito radius? quia hoc cubitus lõgior est, & plurimum dearticulationis ad brachium ipse obtinet: rationi autem consentaneum fuit os breuius super longiore vehi. Sed cur vtriusque partes, quæ sunt in medio quidem, tenuiores: quę vero in gibbo cubiti & carpo, crassiores? qa illas mu C sculis locum præbere oportebat, has crassescere & in molẽ tumere epiphysibus: hę vero epiphyses ꝙ dearticulationibus sint vtiles, prius diximus. Porro cur ex ipsis extremitatibus illa quidem cubiti, quæ ad cubiti gibbũ est, crassior apparet: radij vero, ea, quæ ad carpũ est? an ꝙ vtriusq; cõmunis est ad carpum dearticulatio? in ea vero dearticulatione, quæ est ad brachiũ, tanto superet cubitus radium, necesse est, quanto cubiti dearticulatio cunctis manus actionibus cõmodior est.

De Radij & Vlnæ ad brachium Dearticulatione. CAP. 14.

POstquam vero de positu & conformatione non solũ radij, sed etiam cubiti, satis dictum est, reliquum adhuc fuerit, vt de ipsius ad brachium dearticulatione dicam. Sunt sane hoc loco quædam apophyses ipsius cubiti duplices, gibberosæ quidem foris, cauæ vero intus: vna quidẽ ex posterioribus & infernis ipsius partibus, quæ certe & maior est: altera autem ex anterioribus & supernis, multo minor priore. Conuersis autem ad se inuicem concauitatibus earum, vna ex ambabus conficitur magna cauitas, similis literæ græcæ *Σ. Verum appellant quoq; huiusmodi apophyses communiter quidem vtrasq; græce κορῶνας & κορωνὰ, id est cornices, hac ratione, ꝙ rotundæ sint, nomen id imponentes: proprie vero posteriorem, eam ꝗ; maiorem (vti prius diximus) Athenienses ὀλέκρανον nominant, Hippocrates ‖ἀγκῶνα. Atque hęc cubiti extremitas ta D lem habet figuram & conformationem.

De Brachij Conformatione. CAP. 15.

BRachij *vero extremitas hoc modo secundum laterales partes capitis, epiphysim habet, hãc quidem foris, illam autem intus: quarum in medio cauitas quædam est læuis & rotunda, similis rotarum vocatis cauitatibus: circa quã cubiti ipsius corωnæ mouentur. Vbi autem ipsa desinit, vtrinq; βαθμίδες sunt (sic.n. Hippocrates ‖brachij cauitates vocat:) quas, extendẽtibus totam manũ & flectẽtibus, cubiti ipsius corωnæ ingrediuntur. Sunt ꝗ; hæ extremæ extẽsionis & flexionis terminus: & ob id natura tales tãtas ꝗ; creauit, ad eam ꝗ; potissimũ brachij partem, suã positionem habuerũt. Siquidẽ cũ anterius corωnon motũ ducit, ad hæc cubitus quoq; totus circunducitur, & manus flectitur, motus enim cubiti ad internas partes, flexionem manus ipsius efficit: at, si ad alteram partem cubitus circunducitur (fit autem hoc cum posterior corωne, motus cubiti ductrix efficitur,) tunc manus extenditur. Quatenus igitur citra impedimẽtum & libere circa curua brachij, corωnæ ipsius cubiti circunferuntur, anterior quidem totam dearticulationẽ flectit, extendit autem posterior: cum autem iam ad bathmidas peruenientes ipse in eis consederint, prohibentur vltra procedere. Atq; vtriusq; motus earum hic est terminus. Quod si bathmides oĩno non essent, aut si maiores certe minores ue ijs, quæ nunc sunt, ad multas functiones manus

Marginal notes: 1. l. 1. f. 1. d. 5. — 11. 1. c. 19. 14. c — ibidẽ c. 20. f — 1. de Fract. t. 15. 7ª. 226. g — ibi. c. 18. 14. d — *Al. apophysim. — 3. de Frac. t. 54. 7ª. 248. h.

nus impedirentur. Etenim, si factæ omnino nõ essent, omnis extensio ac flexio omnino periret, E cum curua brachij, cubiti corωnis inciderent. Sed, si minores contigissent, ꝙ nunc sunt, tantum vtiq; perfecta manus extensio & flexio impedirentur, quanto citius, ꝙ conuenit, bathmides ipsæ corωnis occurrere præuenirent. Quòd vero, si etiam maiores, ꝗ nunc sunt, fuissent creatę, vel si brachij os omnino etiam perforatum esset, ꝙ reflecteretur sic cubitus in posteriorem partem, vltra perfectam extensionem, cuiuis notum est. Atqui, si hoc ita euenisset, nullam ex violentis ac vehementioribus actionibus, in quibus manus prorsus extẽtę indigemus, fortiter perficere possemus: quippe cùm sic infirma & laxa prorsus, posterior cubiti corωne manens, facile à brachij curuitate laberetur: tum actionis robur tantum læderet, quantũ ipsa excidisset. Verũ, qua nunc sunt magnitudine bathmides, totius manus extensio certior quidem efficitur, exactior autem fit flexio, ita, vt nihil vel excedat, vel deficiat. Quòd vero figura bathmidωn assimilata est corωnis ipsas ingressuris, maioris commoditatis gratia, licet & hoc cuiuis considerare. Melius siquidem fuit exacte stringi eminentias à cauitatibus vndiq;, vt nullus in medio locus vacuus relinqueretur: hoc autẽ pulchrius fieri aliter non potuit, ꝙ nunc habet, vtraq; bathmidωn à latiore quidem superno labro incipiente, in valde vero breuem infernum terminum desinente. Sed &, ꝙ paulatim ipsæ coarctentur, pro modo corωnarum ipsas ingressurarum, ita, vt nec pars aliqua eorũ an- F gustia loci laboret, nec laxa sit ac infirma, nõ mediocrem vtiq; prouidentiam etiam hoc obtinet.

Quòd vero & cauitates ibi constitutæ sint, quò cubiti ipsius corωnæ peruenturæ erãt in perfecta extensione & flexione, positionis earum artificium ostendit, quod nemo non aperte nouit. Cum enim nec in alia brachij parte aliqua cauitatem vllam inuenire liceat: tum vtraq; earũ, quæ inueniũtur, non frustra nec temere, sed cõmodissimo loco posita videatur, quo modo non maioris commoditatis gratia eas factas esse dixeris? Nam præter positionem, magnitudinem earũ & figuram adeo commode simul & exacte habet ad omnes manus actiones vniuersa natura, vt, si vel paululum quis immutauerit, mẽbro læsionem ibi afferat. Quòd vero & cubiti ipsius corωnæ probam planè constructionem habeant, inde discas maxime, licet, si consideraris, quantã læsionem totius manus actiones necessario accepturæ fuissent, si hæ breuiores, vel etiam lõgiores, vel magis obliquæ, vel rectiores, vel rotundiores, vel arctiores, vel latiores, vel alio quouis tandẽ modo transformatæ fuissent corωnæ. Si igitur per hypothesim eas demus longiores, ꝗ sunt, esse, quis dubitat eas maturius ipsi brachio incidentes, impedimentum aliquod summę extensioni & flexioni allaturas? Si minores, partim quidẽ & cubitus refringeretur, & in posteriorem partem flecteretur: partim autem dearticulationis totius securitate priuaretur, vt etiam brachium ex cu- G bito facile excideret, in flexionibus quidem posteriorem apophysim prętериens, in extẽsionibus vero anteriorem. Cæterum, si etiam essent rotundiores, aut rectiores, quàm nunc sunt, mediam brachij κονδύλων, hoc est nodorum, cauitatem rotundam, laxã vndiq; reddi necesse esset, vt quæ nequaꝗ amplius similiter, vt nunc, coiret & conueniret toto corpore cum ipsis corωnis. Quẽadmodum, si angustiores etiam fuissent, per ampliorem brachij locum mediũ vectę, laxę hę denuo & velut natantes, ad laterales frequenter partes circunlatæ fuissent adeo, vt & rectus totius cubiti motus peruerteretur, & totius manus actiones fultura ac stabilimento destitutæ ideo q; imbecilles redderetur. Quemadmodum &, si latiores media brachij regione factę fuissent, nequaquã eam ingredi potuissent, sed sic super circunferẽtia & supercilijs capitũ sublimes veherentur: nũc vero cum æqua ipsarum latitudo omnino sit rotundæ brachij regioni, quã græci τροχιλώδη appellant, stringitur quidem vtraq; ipsarum à condylis tutò vtrinque, declinare vero in obliquum nusquam potest: propterea tuta simul, & accommoda actionibus, dearticulatio facta est. Porrò brachij capitum alterum quidem externum & minus, ob radij ad ipsum dearticulationem factũ est: alterum vero maius, quod intro spectat, nullum os sibi coniũctum habet: idcirco prominet in manus partem internam, & nudum excarne q; apparet videntibus simul & tangẽtibus. Ve- H rum de hoc quidem capite sermo magis pertinet ad vasorum expositionem, quæ in toto corpore sunt, non arteriarum modo aut venarum, sed etiam deinceps neruorum. Statui nanq; separatim de omnibus procedente sermone verba facere. Quare etiam de interno brachij capite in illis dicetur: etenim illorum tutelæ gratia ipsum natura creauit: vtitur autem & hoc ex abundanti ad aliud quiddam vtile, illic annectẽs huic capiti musculorum internorum cubiti capita, qui secundum rectitudinem positionem habent. De externo autem, hoc sermone dicendum est, ꝙ radius ipsum ambit oculari cauitate, versionum totius manus gubernator. Quin etiam ligamenta quędam membranosa valida in epiphyseωn locis orientia coniungunt & constringunt circumplectentia, totam dearticulationem in orbem, vt nõ facile brachij caput ex subiecta cauitate excidat, quanquam superficiali tantum & sine profunditate: neq; ad actiones impediatur, siquidem ligamentorum substantia, vt quæ quàm plurimũ cum ijs, quæ trahunt, extẽdi simul nata sit, nullum remoratur motũ. Atq; eadem natura & vtilitas ligamentorum est in omnibus alijs dearticulationibus: quarũ nulla ligamentorũ oĩno est expers, sed aut plura & fortiora, aut minora & imbecilliora, hæ omnes sortitæ sunt, id q; ipsum non temere natura agente, sed tãtum robur ipsorum & numerũ producente, quantũ dearticulationi ad tutelã firmam & motũ expeditũ sufficiat: quippe quæ

A pe quæ deficiens nihil aut superuacaneum, aut vanum agere soleat. Ob eam igitur causam tum alijs omnibus articulis: tum ei, qui in radio est, de quo nūc est sermo, maxime omnium aliorum magna ligamenta circum produxit in orbem, vtilitate metiens crassitiem eorum & multitudinem. Sic etiam & ligamenta fortia cubiti ad brachiū dearticulationi in circuitu produxit (quāuis tuto se haberet dearticulatio) timens motuum eius vehementiam: & radium cubito coniunxit in vtroque fine robustis ligamentis. Sed de ipsa quidem ad cubitum dearticulatione sufficiunt hæc: de reliquis autem totius manus particulis dicendum deinceps.

De Osse, & Musculis Brachij. CAP. 16.

PORrò, quæ restant dicenda in brachio, sunt, quatuor quidem musculi, os autem vnum: de neruis enim, qui ibi sunt, & arterijs, & venis, quando de omnibus vasis totius corporis faciā sermonem, tunc similiter scribetur. Os igitur brachij rationabiliter extrinsecus quidem magis gibberosum est: internis vero partibus magis simum. Melius enim fuit (vt etiam mox à principio dictum est) ad se inuicem conuersas fuisse manus: quod si est, concauas quidem ossium partes se inuicem aspicere præstitit, auertere vero foras ipsorum deuexitates. Mox autem huiusmodi constructio brachia efficit aptiora ad apprehendendū corpora deuexa & gibbosa, præparādo

A.l. 1.f.1.d. 5. fu.1.c.18.14.d Et sum.2.c.17. 18.f

B simul locum vasis, quæ ad totas manus feruntur. Quòd autem & musculis, qui cubitum mouēt, satius fuit coopertū fuisse os brachij, egens saltem propugnaculo quodā ac tegmine nō aduersus frigus solū & æstum, sed nihilo minus ad durorum corporum occursum, manifestum & hoc esse arbitror: nō enim sufficiebat cutis sola, absq; carnibus, vlli horū obsistere. Quòd vero caro pars musculi est, ab omnibus fere dictū est anatomicis: sicut et à nobis in libris de motu ipsorū musculorum: non tñ modum connexus ipsorum cū neruis & ligamentis exacte memorauerūt, neque vtilitatem exposuerunt. sed de his quidem procedente sermone scrutabimur. id vero, quod confessum est, & apparet in corporū resectione, sufficit ad pręsentia, nēpe carnes in musculorū substantia contineri. Brachiū igitur, cum oporteret esse opertū vndique carnibus, sed & musculos cubitum moturos in se ipso locatos necessario habere, non seorsum quidem carnes ociosas, seorsum aūt musculos, sed in his etiam carnes adeptū est. Cum aūt cubitus duobus preditus esset motibus, extensione & flexione, necessarium fuit interna quidem parte, flexionis ducem musculū, externa vero, extensionis locari: quod si est, omnes inter musculos mediæ partes brachij, superiores videlicet & inferiores, nudę omnino relinquētur nullo eis superposito musculo. Aut igitur oportuit eas sinere prorsus læsionibus propter nuditatem obnoxias: aut adnasci mēbris car-

C nes ociosas, quæ musculorū nulla pars futuræ essent: sed vtrūq; contemptibile est & naturę insolens. Quocirca, ne gigneretur omnino caro aliqua ociosa, ne'ue nō munita & nuda relinqueretur membri particula, fortiores simul ac tutiores motus ædidit duplicata multitudine musculorum. Quòd certe fortius quatuor, q̄ duo, mouēt, manifestissimū est: q vero etiā tutius, id ēt pluribus verbis non indiget: cum enim duo pro vno vterque eorū sit factus, si alter aliquando patiat, reliquus mouēdo membro sufficit. Sed, si duplices quidem solū fecisset musculos, sibi inuicem vero incumbentes posuisset, robur quidem ita securitatem q; prębuisset motibus: non tamen texisset amplius media inter musculos brachij spatia: quia vero illos omnes obliquos in membro constituit, figura simili X grææ literæ se mutuo secantes prope dictas regiones, ad hoc & tecto esse vndique brachio contingit. Atqui, si rectis motibus deberēt mouere ipsum membrū, extendentes & flectentes gibbi cubiti dearticulationem, non solum non esset vtilis eis obliqua positio, sed ēt totum vbique contrariū efficeret: An non ob hoc ipsum maxime admirāda est constructio eorum, q binis motibus obliquis vnum rectum conficiunt, quemadmodum carpū mouentes tendones? Altero enim musculorū flectentium cubitū ortū habente ab internis quidem partibus loci, qui ad humerum vergit, inde autem perlato ad anteriores brachij partes: altero aūt minore

D explātationem quidem ab externis brachij partibus habente, intro aūt illinc paulatim conuerso, manifesta quiem est & positio eorum, q X grææ literæ similis est: manifesta autem & motus obliquitas, maiore siquidem musculo agente manus extrema tangit internas regiones articuli humeri, minore vero externas ijs oppositas. Licet autem tibi hoc primum in simijs probare nudanti brachium, & tendenti cataphyses, sicut in anatomicis tractationibus diximus: dein autem & in nobis ipsis ante anatomen. Immobiles enim omnes alios articulos totius manus seruans, solam autem cubiti dearticulationem, quæ est ad brachium, mouens, nunquam extra prædictas regiones duxeris summā manum. Eodem modo & posteriores brachij musculos inuenies enatos, oppositum scilicet vtrūque vtriq; internorum: ambo nanq; gibbo cubiti inseruntur: sed huius quidem maxima pars ad internas gibbi cubiti regiones, illius aūt ad externas: & prioris quidem dictorum supernæ explātationes in internis brachij magis, alterius autem in posterioribus.

Sed (quod monstratū est in principio statim totius huius operis) nō licet recte inuenire vsum alicuius particulæ ante cognitam eius actionem. Ignorantes igitur multi medicorum actiones plurimarum particularum, quidam etiam ex illis ipsas constructiones, merito ne de vsu partium quidem certi quicquam sciunt: sufficere enim eis videtur hoc tantulum scire, quòd duo quidem sint flectentes cubitum musculi, duo autem extendētes: vnde vero vterq; eorum oriatur, & quò

desinat,

desinat,curare & solicitum esse,superuacuum esse dicunt. Etenim quidam eorum considerãs no E biscum aliquando adolescentulum,qui flectendo cubitum, ad internarum quidem partium locum,qui ad humerum est,manum adducere poterat,non poterat autem ad externas,nec dignoscere poterat,cuius esset musculi hic affectus,nec sciebat omnino radij quidem ossi maiorem,cubiti vero minorem insertum esse musculum: sed in medium eorum vtrosq; musculos existimabat peruenire. Quo igitur modo iste inuenisset vsum positionis eorũ, qui neq; ipsam cognoscebat positionem? si vero positionem ignorabat, manifestum est,ꝙ & actionem. At musculi duo hi,secundum rectitudinem quidem exacte flectunt cubitum, ambo tendentes: si vero alter eorũ agat,alter vero quiescat,parum à rectitudine versus alterutram partem deflectunt,vt dictum est.

Non autem oportet mirari,si singula ossa singuli ipsi attrahentes, hic quidem os cubiti, ille aũt os radij,nihilo minus & reliquũ simul attrahant, cũ sint ipsa vndiq; fortibus,& multis ligamentis connexa. Ad obliquum nanq; conuertere radium solum possunt hi,qui locati sunt in cubito, musculi: quoniam & breuis est omnino motus, & multis apprehensionibus trahunt: Eũ vero, qui ex brachio recte defertur,& per vnum tendonem trahit,magnum q̃; ita ædit totius membri motum,adeo,vt digiti ad humerum ascendant, nihil miri est neq; impossibile cum eo,quod mouetur osse, simul mouere reliquum,præsertim cum quædam portio aponeuroseως eiusdem mu- F sculi inseratur ligamentis vtriq; ossi communibus. Hęc igitur ita artificiose machinata est natura: & musculus vterq;,hic quidem maior,alter vero minor,ratione optima facti sunt: sæpe enim iam ante quoq; dictum est motũ manus, internos prępollere. Quoniam igitur in vtrasq; partes exquisitæ rectitudinis vterq; eorum flectebat cubitum, rationi consentaneum fuit fortiorem internum, q̃; externum mouentem, fuisse creatum: rationabile autem etiam oppositorum ipsis vtrunq; vtriq; fuisse similem: nam,si maiori quidem internorum, minorem externorum opposuisset,minori autem maiorem,merito imperitiæ accusaretur. Sed neq; hic tale quiddam,neq; in alia quauis particula, apparet accidisse: sed, si quis vnquã alius opifex æqualitatis & proportionis magnam habuit prouidentiam, certe natura habuit in animalium corporibus conformãdis: vnde Hippocrates || eã rectissime iustam nominat. Quo enim modo non sunt hęc iusta,maiores esse brachij musculos ijs,qui in cubito sunt: illi.n.cubitũ,hi carpũ et digitos mouẽt. Quantũ itaq; differunt magnitudine partes mouendæ, tantum & mouentes eas musculi. Necesse vero etiam fuit molem ossium musculis subiectorum, proportione musculis ipsis respondere: hinc brachiũ est maius cubito,& femur tibia itidem. Cæterũ, si præterquàm ꝙ magna sunt, solida & cauitatis medullæ q̃; expertia,dura & densa omnino fuissent, membra ipsa onere sanè maximo grauarẽt: G idcirco laxiora,& cauernosiora,& magis concaua sunt ossibus cunctis minoribus maiora. Abutitur & hic probe ipsa cauitate natura: reponit enim in eam familiare ossi nutrimentum, quod sanè μυελὸν,hoc est medullam,nominamus. Sed de hac quidem postea quoq; dicetur.

[margin note: De Fract. t.2. c.4.7.224. Et itidē cō.t.53 248.g]

Cur Vnum brachij os, Duo cubiti: ac de ratione singularum Dearticulationum. CAP. 17.

CVr autem vnũ quidem os in brachio,duo vero in cubito constituta sint,dicere consequens fuerit. At pręcedit hoc quidam cõmunis sermo de omnibus dearticulationibus. Dictum antea itaq; est,ꝙ non solũ formas particularum organi,aptas actioni, cuius gratia organũ quoduis factum est,natura efficit,sed etiam dyspatheιæ nihilo minus prouidet. Ostendetur aũt & nũc hoc ipsum in dearticulationum tractatione. Siquidẽ,vbi motus earum fortibus & multis actionibus famulari debebat,& metus erat,ne ob violentiam ipsarum,luxatio quædam contingeret, dearticulatio huiusmodi constringitur & continetur vndiq;,multis quidẽ extrinsecus ligamentis crassis,non membranosis solum,sed & rotũdis & chartilaginosis veluti corona, stipata: eminentias aũt,simul cauitatibus ijs,quas ingrediuntur,equales,vt nusquã vlla sit laxitas: simul vero quibusdã deuexis ἄμβωσι, i. labris,& velut supercilijs ad amussim retẽtas obtinet. Vbi vero paucis & non violẽtis actionibus dearticulatio est dearticulata,ibi natura,ceu metu iã abiecto,tenuia H quidem & membranosa ligamẽta, laxam aũt omnino totam ossium cõmissionem, fabricata est.

Quòd igitur totius corporis oẽs dearticulationes hoc modo se habeant, explicabit procedens sermo in vnoquoq; mẽbrorũ. Quòd vero & manuũ dearticulationes sic habeant (de quibus ꝓposui dicere) iam licet expendere. Validissimas siquidem & plurimas functiones obimus,tum carpi, tum gibbi cubiti dearticulationem mouentes. Quare dearticulationes istæ securæ sunt tũ ipsis ossium commissuris, tum ligamentis ipsas dearticulationes foris connectentibus, quę non crassa solum, sed & dura vndique sunt facta. Humeri autem dearticulatio tanquam raro validas obiens actiones,frequenter autem vel quiescens, aut leuiter & citra volentiam mota,laxam quidem & ipsorum ossium habet compositionem, magis'que adhuc membranarum ipsa ambientium: neque enim chartilaginosas ipsas neq; crassas neq; omnino duras,sed admodum tenues et molles,& quæ minimo negocio q̃ longissime extendi possint,natura creauit. In gibbi autem cubiti & carpi dearticulationibus non crassa modo, sed etiam dura quædam ligamenta vndiq; contra nitentia,& prohibentia,ne dearticulationum ossa plurimum à mutuo connexu resiliant ac distent, facta sunt. Quapropter, etsi sępe violenter moueri cogantur, minus tamen, q̃ in humeris, articulorũ accidit luxatio: non enim fieri potest,vt os aliquod suo articulo aberret ac promineat,

nisi

A nisi plurimum à reliquis distet: distare autem plurimum ei contingit tum ex ligamentorum imbecillitate & laxitate, tum ex ipsa ossium compositione: quando cotylarum ἰτυὸς, hoc est cauitatum circunferentię, supinę fiunt, nullum prorsus adeptæ supercilium. Quin etiam & in cotylis ambωnas quosdam ac extremitates habentibus, ipsæ superciliorum circunferentiæ nō raro violentis motibus circūfractæ, articulis non solum statim, vt excidant, sed toto tempore reliquo hoc ipsum assidue patiant̄ permittūt: quo constat exquisitā dearticulationem, ne luxetur facile, multum habere momenti. Cur igitur non omnes dearticulationes tutas natura cōstruxit? quoniā pugnam haberet necessariam varietas motuum cum securitate constructionis, neq; poterant in idem ambæ conuenire: sequitur enim illa quidem laxitatem dearticulationis, hæc autem stabilimentum & omni ex parte constrictionem. Vbi igitur nō est periculosa varietas, superfluum ibi & vanum erat aliquid moliri ad tutelam: vbi autem est periculosa & fallax, ibi maiorem dyspatheiæ, q̄ varietatis, rationem habuit. Igitur & in articulis carpi, & gibbi cubiti, plus dyspatheiæ, q̄ varietati, cum prouidisset: fere q; in eo iam esset, vt propter singularem motum mutilo simile effecerit membrum, vtrique articulorum adhuc apposuit dearticulationem, motibus in obliquū commodaturam. In humerorum enim articulo nō solum extendere & flectere, sed quoquouer-
B sus in orbem, circunducere licet brachium: etenim caput eius rotundum est, ligamenta q; laxa, & concauitas ceruicis scapularum est supina, & vndiq; similis, quo modo & caput: articulos vero gibbi cubiti, & carpi, vndiq; constrictos varie mouere & in omnes partes circunferre non licebat. Quare, cum hoc quidem esset impossibile: nō expediret autem varietatem motuum prorsus negligere, duplicē molita est in vtroq; articulationem, vt, quod seorsum vtraq; requirit, hoc secundæ accessione suppleatur: ipsas enim ad latera delationes membrorum, sursum quidem, radij ad brachium dearticulatio efficit: deorsum vero, carpi, ad tenuem cubiti apophysim. Atq; in singulis digitorum ossibus dearticulatio habet quidem ipsa quoq;, motus ad latera, vti in humero, non tamen æque in multas partes circumagentes, quamuis ligamenta tenuia, ac membranosa ipsis circumiaceant: ipsa enim ossium conformatio diuersa est ab ea, quæ in humero. Neque enim similia sunt vndiq; capita, q; non ad amussim rotunda sunt: & excipientium capita ipsa, cauitatum supercilia in tenues ambωnas, id est margines, desinentia constringūt extrinsecus tuto vndiq;, assumptis etiam ossium, quæ σησαμοειδῆ vocantur, epiphysibus, adeo, vt mediam quodāmodo habeant constructionem singulæ digitorum dearticulationes: quantum enim absunt à carpi, & gibbi cubiti, constructionis securitate, tantum superant eam, quæ in humero est, na-
C tura ratione optima id molita. Etsi enim q̄ minima corpora comprehendunt, cum agūt solæ, attamen in apprehensionibus maiorum, gibbi cubiti & carpi dearticulationibus non parū opitulantur: imo multo pluribus actionibus subseruientes, q̄ alię dearticulationes, nudę vndiq; sunt: neq;, vt quę in humero sunt, in circuitu maximis vestiūtur musculis, nihil quidem motus impedientibus, securitatem vero non paucam humero præbentibus. Itaq;, cum duo sint, quæ tutelam articulorum efficiant, fortitudo videlicet ligamentorum, & exacta compositio, vtraque quidem est in gibbo cubiti & carpo, altera vero in digitis, in humero autem neutra plane est. Quamobrem, quoniam securæ & strictæ vndiq; constitutioni, non licet moueri varie, iuxta cubitum, radium duplicis dearticulationis gratia rationabiliter posuit natura.

De Obliquis motibus Radij. CAP. 18.

VErbis autem multis ne id quidem eget, cur in carpo quidem minimi omnino sint obliqui motus, sursum autem ad brachium maximi. Interne nāq; carpi & radij ossa exacte coniuncta sunt ossi cubiti: vnde multis medicorum visus est nullus motus proprius fieri ab vtroque ipsorū, sed ea ceu vni dearticulata, vnam habere solam actionem omnium ossium cōmunem: sursum tamen ad brachium radius à cubito multum distat, quare ibi quidem licet radio soli pluri-
D mum moueri absque cubito, parte autem inferiori nequaquam. Quin etiā dearticulatio, tenuis cubiti apophyseos (quæ στυλοειδὴς à columnæ speciæ vocatur) ad carpi os digito minimo præpositum, parua est omnino, quia & os ipsum carpi necessario paruum erat, motum q; habet minimum & propter paruitatem, & quia coniungitur ibi cubitus quidem radio, paruum vero os omnibus alijs carpi ossibus: solum autem memoratu dignus motus fieret distantibus admodum inter se omnibus prædictis ossibus.

Quæ de Manu reliqua sint pertractanda. CAP. 19.

DIctum est mihi de omnibus ferè manus particulis. Arteriæ enim, venæ, & nerui, cōmunia totius corporis sunt organa: ob id q;, sicut & antea diximus, vbi de particulis omnibus fuerit sermo absolutus, ad ea transibo. Quin etiā de magnitudine, & positione totius manus in fine dicetur cū alijs vniuersis mēbris: oportet enim, illa inter se comparando, & magnitudine moderata, & syntaxi ac constructione bene constituta ostēdere. Finem igit̄ hic sermoni de manibus imponentes, ad crura trāsibimus propter constructionis similitudinem: expositionem enim musculorum mouentium humeri articulum in decimotertio horum commentariorum faciemus cum reliquo sermone omni de ipso humero ac omoplatis.

Galeni

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

Extremi pedis vſum, tibiæ, & femoris edocet.

Cur Bipes Homo fuerit: ac aduerſus Pindarum de Centauris. *CAP. 1.*

MAnus homo oĩum animalium ſolus habuit, organa animali ſapienti conue nientia: bipes vero ipſe ſolus inter pedeſtria factus, & erectus, quia manus habuit. Cum.n.neceſſarium ad vitam corpus ex his partibus, quæ in thora ce ſunt & ventre, cõpleatur, egeatq; cωlis, i. cruribus ſeu artubus ad greſ ſum, in certis quidẽ, canibus, equis, & alijs ſimilibus, anteriora cωla poſte rioribus ſimilia facta ſunt, id q̃; ipſis cõfert ad velocitatẽ: Homini vero (ne F que.n.propria indigebat velocitate, vt qui equum ſua ſapiẽtia & manibus erat domiturus: fuit q̃; multo melius pro velocitate organa habere ad oẽs artes neceſſaria) anteriores artus manus factę ſunt. Cur aũt non habuit quatuor crura, & præte rea ẽt manus, ſicut cẽtauri? qm̃ primo quidem impoſſibilis eſt ipſi naturæ corporum adeo diffe rentium miſtio: nõ enim, ſicut plaſtę & pictores ipſi, tũ colores tum figuras ſolũ ipſorum natura compoſitura erat, ſed ẽt ſubſtantias totas cõmiſtura, quæ impermiſtæ ac puræ ſunt: neq; enim, ſi coitus quidam venereus homini cũ æqua fiat, perficient matrices ſperma. Pindaro aũt, ſi, vt poe ta quidem, recipit illam, quæ fertur de Cẽtauris, fabulam, cõdonandum eſt: ſi vero vt ſapiẽs vir, & ſibi plus vulgo poetarũ ſcire quiddã aſſumens audebat ſcribere, ꝙ equis Magnetidibus belli coſis, ſeu pedũ malleolos albos habentibus, cõmiſcebantur, ex quibus oriebatur exercitus mira- » bilis, ambobus progenitoribus ſimilis, inferna quidẽ parte matri, ſuperna vero patri, accuſandus » eſt, ꝙ ſibi ſapientiam arrogauerit. Equa.n.aſini, & aſina equi, poterit certe recipere ſperma & re- » tinere & perficere ad animalis miſti generationem: ita & lupa maſculi canis, canis vero ipſa non lupi ſolũ, ſed & vulpis, ſicut & vulpes canis: equa aũt hominis ſperma fortaſſis ne receperit qui dem in ſinus matricis, longiori enim pudendo opus fuerat: ſiqñ autem ſuſceperit, corrũpat vtiq; G vel mox, vel non multo poſt. Verum ó Pindare, tibi quidẽ cantare & fabulari cõcedimus, ſcien tes poeticã muſam inter alia propria ornamẽta maxime ipſo miraculo egere: admiratione enim velut attonitos reddere vultis, opinor, et delectare auditores, non docere. Nobis autẽ, quibus de veritate, non de fabulis, cura eſt, ſatis conſtat ſubſtantiam hominis & equæ omnino miſceri non poſſe. Si vero conceſſerimus in conceptu ſaltem & miſceri & perfici hoc animal ita abſurdum & alienum, at, quibus nutrimentis nutrietur iam natum, non ſanè inueniamus: an herbis qui dem quibuſdam & hordeis crudis, inferiora & eadem equina: coctis autem & humanis cibis ſu periora? Melius certe fuiſſet itidem & duo ora ei fuiſſe, hoc quidem humanũ, illud autem equi num. Erat itaq; ni fallor, duo etiam corda habiturus, ſiquid ex pectoribus oportet coniectare. Sed.ſi quis etiam miſſa fecerit omnia hæc, quanq; abſurda, conceſſerit q̃; gigni poſſe & viuere hunc equinis præditum cruribus hominem, nihil accedet ex huiuſmodi conſtructione, præterq̃ velocitas, nec hęc ſimpliciter, neq; in omnibus locis, ſed in planis & læuibus ſolum campis. Si ve ro aliquando opus fuerit per accliue currere, aut per decliue, aut per obliquum, aut per inęquale, ea, quæ nunc eſt conſtructio humanorum crurum, multo eſt melior. Ad eundem vero modum & tranſilire, petras q̃; acutas & rectas prętergredi, & omnino omnes locorum difficultates ſupe H rare cõmodius poterit homo, q̃ monſtroſus ille cẽtaurus. Vellem aũt videre eum vel domos ædi ficantem, vel naues fabricantem, vel per malum ad antennas nauium manibus reptãtem ac ſcan dentem, vel prorſus aliquid nauticorum operum pertractantem: vt abſurdus & ineptus admo dum in omnibus eſſet, & in multis planè impotens hęreret. Quo modo enim ædificãdo per gra ciles & longas ſcalas ad parietes altiſſimos aſcẽderet? quo modo aũt ad nauium antennas? quo vero modo poſſet remigare, cũ ne probe q̃dem ſedere queat? quanq̃ aũt hoc ei adeſſet, tñ anterio ra crura manuũ actiones impedirẽt. At fortaſſis nauta quidem nõ ꝓbus, agricola vero frugi fo ret. Sed hîc quoq; plus ineſt ineptitudinis, maxime ſiq̃d agere oporteat, vt aſcẽdere arbores, et ali quos fructus decerpere. Nec vtiq; hanc ſolam cõſideraris eius abſurditatẽ: ſed ad artes vniuerſas trãſi, & finge animo eũ aut fabrũ, aut ſutorem, aut textorem, vel ſcribã: quo modo quidem ſede bit? q̃bus vero cruribus imponet librum? vel aliorum inſtrumentorum quodq; quo modo tra ctabit? pręter alia.n.omnia, quę homo pręcipue habet, ẽt ſedere cõmode in iſchijs.i.coxẽdicibus, ſeu coxis, huic oĩum animantiũ ſoli ineſt: ſed hoc quoq; multos latuit, exiſtimãtes ſolum hoĩem ſtare rectũ, non percipientes, ꝙ ẽt ſedere ſolus poſſit. Centaurus igitur ille poetarum (quem nõ hoĩem, ſed equinum hoĩem quendam rectius voces) neq; firmari poteſt tuto in iſchijs: neq; ſi ẽt hoc

A hoc ei inesset, manibus vtiq; vteretur cōmode, impedientibus eum anterioribus cruribus ad oēs actiones: velut si cuiusq; nostrum pectori alligarit quis duo oblonga ligna. Etenim, si nos ita cō paratos recumbere vellet aliquis in conuiuio, mirabilis quædam rerū facies profecto appareret, & multo magis adhuc dormiturientibus nobis. Mirandū.n. & id in illis cētauris, ꝙ neq; toto lecto possint vti, neq; super terram quiescere: indiget.n. constructio particularum corporis ipsorum, altera altero: humana quidem lecto, equino vero terra. Sed fortassis nō eqnis quatuor cruribus, sed humanis, melius fuisset nos vti: sic quidē præter id, ꝙ nihil haberet plus cōmodi ad aliq̄ actionē, adhuc & velocitas deperiret hoībus. Atqui, si neq; humanis neq; equinis, nec alterius alicuius animalis: siquidē quędam equinis, quędam humanis, sunt similiora. Cū igitur ex quatuor duo sint superflui, manifestū est, ꝙ, si haberemus sex pedes, vel ēt plures, sic adhuc essent plures nobis superuacui. In vniuersum enim, siquod animal manibus recte vsurum est, nullū oportet in huius pectore prominere impedimentum, non solum innatum, sed ne acquisititiū quidē.

De Pedibus ac Vngulis animalium brutorum: & Exanguia quare multos pedes habeant. CAP. 2.

EQuum sanè, bouem, canem, leonem, & alia similia, ceu nullam tractaturos artem, vt vanum fuisset habere manus, ita & bipedes esse: quid enim esset plus eis cōmodi, si duobus quidē B pedibus recti starent, manus vero non haberent? Mihi quidem nō solum nihil plus habituri, si ita constructi fuissent, viderentur, sed ijs ēt, quæ ipsis insunt, priuatum iri, primo quidē comedendi promptitudine, secundo aūt anteriorum membrorū securitate, tertio velocitate. Postq̄ enim non habuerūt manus, oportuit, alia animalia quidem anterioribus cruribus cibū admouere ori, alia vero inclinata sumere. Carniuororum igitur omniū pedes sunt multifidi: herbiuororū vero alia quidem ὁπλὰς, idest solidas vngulas, alia vero χηλὰς, idest scissas vngulas, habēt. Carniuora quidem vsquequaq; sunt ferocia: propterea non solum diuisi sunt eorum pedes multiformiter, sed etiam firmos & curuos vngues produxerunt: ita enim debebāt rapere citius, et retinere facilius. Herbiuororum vero nullum quidem est ita ferox, sicut carniuora: vtitur autem ira nō mediocri plerunq; equus, & taurus: ob id q; illi quidē vngulæ solidæ, huic autē cornua facta fuerunt. Quęcunq; aūt omnino sunt timida, his neq; solida vngula aliqua, neq; cornu est vice propugnaculi, sed vngula scissa solum: hæc quidem inclinata pascuntur: carniuora autem anterioribus pedibus pro manibus vtuntur, & ad retinendum animal, quod venata fuerint, & ad cibū ori afferēdum. Si vero, sicut toto corpore robusta & vehemētia, pedes eorum firmis solidis q; vngulis fulti ac roborati essent, essent vtiq; sic multo velociora, q̄ nunc sunt, sed p̄dictas vtilitates cru- C rum, magis necessarias, nequaq̄ haberent. Quæcunq; vero aīalium exanguia, ea sanè frigidiora temperamento sunt: quapropter imbecilliora oīno, & ad motus pigriora, paruis & multis vtuntur cruribus: paruis quidem, quoniam magna portare & transferre non possunt: multis autem eo, ꝙ paruis. Quoniam enim ex multitudine vel magnitudine crurum, velocitas gressus proficiscitur, quibus impossibile fuit magna producere cωla, his reliqua fuit ex multitudine cōmoditas. Quædam autem etiam ob id prælonga totis corporibus facta fuerūt, sicut iulus & scolopendra, locum copiosæ crurum productioni natura prouide suppeditante. Quibus autem eorū potuit, si non magna, saltem longa & gracilia producere cωla, sicut locustis & apibus agrestibus, his non fuit opus magnam crurum multitudinem tribuere. Sed de differentia quidem exanguium animalium plurimum ab Aristotele & pulchre scriptum est. Omnibus vero sanguineis pedestribus, quæ maxime hominibus assimilantur, quatuor sunt pedes omnibus, velocitatis quidem & securitatis gratia: ferocibus vero ex abundanti manuum functiones aliquando ipsi pedes simul obeunt. Sed de ea, quæ ad velocitatem eorum attinet, cōmoditate, & ea, quæ ad venationē simul & cibationem ferocibus facit, satis dictum est. Quod aūt tutius erat ipsis quatuor ambulare cruribus, q̄ stare rectis super duobus, ita demum intellexeris, si cōsideraueris, quanto magis ventris D ac pectoris particulæ noxis omnibus expositæ sint, q̄ eæ, quæ sunt ad spinam: ad hæc, ꝙ sic quidem ambulantibus, vt nunc ambulant, quæ quidem sunt offensis magis obnoxiæ, occultantur & custodiuntur à superiacentibus: expositæ autem sunt & obiectæ prominent, quæ sunt patibiles minus. Erectis vero non obtectæ nec opertæ, sed incustoditæ & nudæ vndiq; sunt vētris particulę, & lęsionibus prorsus expositæ: neq;.n. manibus & ratione vtētia, quemadmodum homo, oppositura erant ventri aut pectori externum aliquod propugnaculum, quod naturalem membrorum, quę ibi sunt, imbecillitatē corrigeret. Ob has igitur causas cęteris animalibus vniuersis sanguine præditis præstabat esse quadrupedibus, sicut exanguibus, multipedibus: è cōtrario aūt horum, homini melius fuit esse bipedi, vt qui ea cōmoditate, qua ex crurum multitudine cætera fruuntur animantia, nihil indigeret: & ad multa, nisi bipes fuisset, deterior futurus esset. At bipedes quidem & aues sunt: rectus autem solus animalium omnium homo est, soli enim ipsi secundum rectitudinem crurum, est spina: ꝙ si ea est, profecto & reliquum omne corpus, ad vitam necessarium. Nā quædā veluti carina est spina huius corporis: & ad hācc crura ipsa auibus quidem, vt & quadrupedibus, angulum rectum efficiunt, solis autem hoībus vna recta linea extendūtur. Talem igitur figurā crura ad spinam habent in quadrupedibus & volatilibus aīalibus, dū ambulant, qualem hoībus sedētibus: ob eā q; causam paulo ante dictū est, nullū eorū vnq̄ stare rectū.

Cur

Cur solus Homo rectus sit, solus etiam sedeat. CAP. 3. E

QVi igitur fit, vt illa sedere nequeant, sicut homo, ipsis ischijs innitentia? hoc enim adhuc videtur deesse sermoni: quod oporteat crura ischijs copulata, in femoris ad tibiam dearticulatione retrorsum flecti. Spina quidem ipsa cum femore, dum sedemus, angulum rectũ efficit: femur vero rursus, nisi ad tibiã alium talẽ efficiat angulũ, nequaquam recta ad terram tibia foret: ob id quoque securitas sessionis corrumperetur. Si igitur, quãdo flectuntur in genu cola ischijs cõiuncta, tunc sedere animal accidit, manifestum est nulli quadrupedum posse contingere: omnia enim antorsum posteriorũ crurũ habent flexiones. Anteriora enim omoplatis eorũ cola, quemadmodum hominibus, posteriora vero coxarũ vertebris, cõmittuntur: flexiones vero amborum contra, quam hominibus, fiunt his, priorum quidẽ retrorsum, posteriorum vero antorsum. Quadrupedibus.n.ipsis præstitit ad se inuicem cõuersas fuisse flexiones: homini autem omoplatis copulata cola, manus cum essent, cõmode ad anticã ac internã gibbi cubiti partem flectuntur (monstratum.n.est præcedente cõmentario, melius esse ad sese conuerti manus) rationabiliter autem & crura flexionem in genu retrorsum obtinẽt, hoc enim solo modo sedere pulchre licebat: vt & hoc paulo ante ostendimus. Quocirca, "cũ vna quidem recta linea sit spina cum cruribus, ad tres differentias figurarũ agi animal potest: cum, si ipsam quidem spinam humi reclinauerit, supinũ omnino fiat: si ventrẽ, pronũ: si firmetur pedibus, tunc exacte fiet rectum: si vero aliquem angulum crura ad spinã fecerint, constat nullam earũ figurarũ exacte esse rectam. Quare iure optimo diximus hoĩem solum stare rectum. Alia.n.animalia, quædã magis, alia minus, attamẽ oĩa sunt prona, & modo gradiuntur simillimo infantibus, qui serpunt manibus. Stelliones quidem, & lacerti, & omnia animalia, quæcunque sunt breuium crurum, prorsus sunt prona: contingit.n.ipsorum venter terram semper: & ijs amplius adhuc, serpentes: Equus autem, & canis, & bos, & leo, & omnia quadrupeda, medium locum obtinent inter prona exacte & plane recta: ita aũt & aues vniuersæ, quamuis bipedes sint: neque.n.hæ vna linea recta cũ spina, habent gressus instrumenta. F

A.l. 1. f. r. d. fu. 1. c. 6. 12. l

Solus igitur omnium animalium homo rectus stat, sicut etiam sedere omnium solus monstratus est. Etenim oẽs manuum in opificijs actiones duabus his egent figuris: alia enim erecti, alia autẽ sedentes manibus conficimus: nemo aũt aut pronus, aut supinus molitur quicquam. Merito quoque nullum aliorum animalium, quod erectum stare vel sedere posset, fabricata est natura: quippe quod nihil manu elaboraturũ erat. Opinari autem ob id recte stare hoĩem, vt ad cœlum prompte suspiciat, & dicere possit: Respicio aduersus Olympum fronte intrepida: hoĩum est, qui nunquam viderunt piscem, græce dictum ὀυρανοσκόπον, id est cœli speculatorem. Hic nanque vel inuitus cœlum semper aspicit: homo autem, nisi collum reflexerit retrorsum, cœlum nunquam viderit: hic vero reflexus non soli inest huic animali, sed nihilo minus & alinis: vt omittam aues longum collum habentes, quibus non solum facile est sursum, si voluerint aspicere, sed quoquo versum etiam circunferre prompte oculos. Quòd vero ne Platonem quidem intellexerint dicentem, Id non esse sursum aspicere, cum quis supinum se ipsum reclinarit oscitans, sed qñ (ni fallor) mente naturã rerum cõsiderat, turpissimum est. Verum (quod à principio diximus) pauci veterum recte nouerũt vsum particularum: quæ causa sanè est, cur multo magis nobis insistẽdum elaborãdum quoque sit, vt totum hoc opus absoluamus, nihil oĩno, quod ad singulas particulas attineat, relinquentes (quemadmodum & antea diximus) non situm, non magnitudinem, non connexionem, non figuram, non denique aliam vniuersam conformationem: sed neque mollitiem, neque duritiem, neque alia, quæ temperaturas sequuntur: neque si communionem quandam inter se partes habeat, quod vel coeant, vel proxime aut adpensæ aut adpositæ sint, vel ad securitatem comparatæ. G

Cur Pedes oblongi, & molles. CAP. 4.

INcipiamus igitur rursus à cruribus, & ostendamus vnamquanque eorum particulam artificiose adeo constitutam, vt ne excogitari quidem possit alia melior cõstructio. Via aũt etiam hic sermoni & ipsa singulorum propositorum inuentio ac demonstratio, secũdum dictam à principio methodum erit. Postea igitur quam, vt manus apprehensionis instrumẽtum, ita crus ambulationis, fuit, nec id quidem simpliciter, sed vt maxime conueniebat sapienti animali (ad hoc ipsum.n.respicientes, in sermone nunc absoluto de crurum numero dissеruimus,) reliquum fuerit ostẽdere singulas crurũ particulas ita esse constructas, vt maxime cõmodum erat futurum bipedi animali ratione prædito. Vtrũ igitur præstitisset ei rotundos & duros fieri pedes, sicut equis: an oblõgos, latos, molles, & multifidos, quales nunc sunt? priorem siquidem dictam cõstructionem velocitas, & patiendi difficultas forsan sequi videantur: secundæ vero, horũ neutrum quidem proprium: euidenter tamen apparet opportuna huiusmodi constructio & ad oẽs locorũ difficultates, & sicubi oporteat sublimes muros conscendere, aut arbores, aut petras. Si igitur neutra quidem constructio vtrasque illas dotes ac excellentias habere poterat: oportebat autem omnino alteram eligere: perspicuum est equis quidem priores, alteras vero hominibus fuisse optabiliores. Illis enim, quòd quadrupedes sunt, quatuor pedibus, qui rotundi fuerint, licet tuto ingredi: bipedi vero animali fallax omnino est huiusmodi constructio, nisi ipsis pedibus non solum rotundas, sed etiam valde magnas & latas supposueris verbis vngulas: sed ita demum & onus superfluum H

A fluum esset, & quiduis aliud potius, q̃ velocitatis instrumenta. Oporteret igitur, si velocitatis gratia rotundi sint constructi pedes, nõ solum tales, sed etiam paruos esse, quales sunt equis. Pariter aũt & durities pedum, equis quidem, ne facile lædantur, cõmoda: hominibus aũt, calceamẽta cõsuere cum possint, non solum cõmodi nihil, sed etiam detrimentũ, sæpe afferret. Nunc certe prio ri cõtrito calciamẽto aliud nobis nouum pro illo circũponere promptissimũ est: si vero haberẽt pedes aliquod tale connatum calceamentũ, quale sunt vngulę, equis quidẽ solidæ, bobus aũt bisulcæ, simul atq; ipsum calceamentum esset affectum, claudicare illico esset necesse. Sed illis quidem animalibus, vt quæ nec manus nec artes habeant, melius fuit quouis modo ad patiendi difficultatem pedes comparasse: homini vero, qui pro re nata idoneum calciamentum inuenire potuit: sæpe etiam nudis pedibus vti necesse habuit, præstitit eos esse prorsus detectos.

Cur Pedes lati multifidi, supra gibberosi, inferne caui. CAP. 5.

SEd, q̃ quidem satius fuit non oblongos solum, sed etiã molles, esse pedes, abunde demõstratum est. Cur aũt adeo longi, quantũ nunc sunt, & lati adeo, & caui quidẽ sensim inferna, gibbosi autem superna parte sint, postremo cur multifidi, sequenti sermone monstrandũ. Postq̃ igitur ambulatorium instrumentum diximus esse humanũ crus, non simpliciter, sed vt maxime cõ B ueniat sapienti animali, compositam videlicet nec omnino simplicem conseruemus adhuc eius notionẽ. Dicendum itaque nobis est prius quidem, quomodo fiat ambulatio: deinde qua re ipsi accedente fiat homini conueniens ambulatio. Fit aũt ambulatio altero quidem crure in terra firmato, altero aũt circũlato: sed firmari quidẽ pedis, circunferri aũt totius cruris, est actio. Quapropter, cum per firmationem & motum perficiatur ambulatio, illius quidẽ pedes sunt instrumenta, huius autem tota crura. Hoc autem & in stantibus immobiliter, admodũ perspicuum est: stabilitatem enim, cuius gratia facti sunt pedes, non minus etiam tunc pręstant. Quin etiam & ambulantibus & currentibus alter quidem pedum in terra firmus est, alter vero simul cum toto crure transfertur. Et mutare quidẽ loca beneficio cruris, quod mouetur, nobis inest, hoc.n.est, quod loca permutat: q̃ vero non cadamus, hoc pes in terram fixus efficit: quo modo enim posset is trãsferre animal, cum ne ipse quidem moueatur? Testimonium aũt eius rei locuples tulerunt nobis duo rerum exempla, quæ haud ita pridem casu quodam obtigerũt, pestis sæua in summos pedes grassata, & crudelitas prædonis circa Coracisium Pamphiliæ. Pestilentia nanque putrefaciebat, prædo autem abscindebat extremos pedes, vt sine baculo nõ possent ambulare, qui in huiusmodi incidissent infortunium: non q̃ ad motum crurum à baculo iuuarẽtur, sed ad firmitatem, quã C prius habebant ex pedibus: stare nanque poterant duobus mutilis innixi pedibus, ambulare vero non poterant, q̃ totam molem corporis vni mutilato committere cogerentur. Vidi autem & alios quosdam, quorum digiti soli mortificati à niue, exciderant: sed hi quidem neque stando neque ambulando neque currẽdo, in planis saltem & læuibus, vincebãtur à sanis: q̃ sicubi oporteret aliquem peruadere difficilem locũ, & maxime si præceps ac præruptus fuisset, non solum superabantur, sed omnino erant inutiles & præ illis impotentes. Quibus autem non solum digiti, sed etiam pars pedis ante digitos, quæ vocatur πεδίον, id est planum seu planta, computruit, fallax his est gressus non in locorum difficultatibus solum, sed in planis quoque campis. Si vero pars, quæ ante hanc sita est, corrupta fuerit, quam ταρσὸν nominant, non solum hi non possunt ambulare tuto, sed ne stare quidem constanter. Ex quibus omnibus manifestum est ad firmam ac tutam stationem amplos & oblõgos pedes esse appositos: ob id q; tales potius hominibus, ceu ambulationem firmam & tutam basim requirentibus, q̃ quadrupedibus, fuerunt. Hoc igitur, vt bipedibus, ipsis inest solum, non tamen iam etiam vt sapientibus: vt talibus enim varietas firmitatis est propria, ambulare indigentibus in omnibus locorum difficultatibus: quod non accidisset, nisi variæ fuissent in pedibus dearticulationes. Nam, vt in manibus antea demonstrauimus D ex varietate articulorum, quæ in ipsis est, & cauitate interna factas fuisse accõmodas, vt circa omnes corporis figuras circumplicarentur, ita & pedes, quantum maxime licuit, manus imitati, & dearticulationibus quidem variegati, caui autem illis partibus, quibus locum aliquem gibberosum calcaturi erant, in omni loco recte firmari possunt. Hoc ipsum igitur est illud eximiũ constructionis humanorum crurum, quod antea inuenire desiderabamus, cum dicebamus non vt gressili solum, sed etiam vt rationali animali, conuenientes ipsi à natura datos fuisse pedes: vno autem verbo ac summatim maxime quis id complexus dixerit multiplicem illam fissuram simul cum ipsa in medio cauitate. Quãtum enim ipsa polleat ad securitatem in locis gibberosis, alia ratione nequaquam didiceris euidentius, q̃ si videris aliquando hominem oblongas & tenues scalas ascendẽtem: comprehendens enim tunc conuexitate pedis, deuexitatem lignorum scalæ, deinde vtrinque amplectens digitis & calcaneo, q̃ maxime fieri potest, basim efficit rotundam, manus modo comprehendentem corpus subiectum. Diuersa certe oratione etiam nunc videmur monstrasse idẽ, quod principio. Nam, q̃ tutę firmitatis gratia pedes facti sint, paulo ante demonstrauimus: tum q̃ optimi ad talem firmitatem sint prælongi, & molles, & lati: præsens vero sermo, cum ostenderit in oĩbus locis belle firmari posse humanum pedem, adiecerit q; constructionis necessitatem, non diuersum caput quoddam, sed id, quod initio dicebamus, confirmauit.

A. f. 1. d. 5. fu. c. 26. 15. d Et 10. h

Quid'nam igitur adhuc deest sermoni? vt cōstructionē ipsorum, ꝙ ex sermone præsenti duplex E videri possit, comprehēdamus. Multifidum enim iusta de causa factum fuisse humanum pedem diximus & cauum in medio, vt oīa loca peruadere queat, cauis quidem & medijs, vt nūc dictum est, quæcunq; subiecta gibbosa sunt, amplexātem, digitis aūt (etenim & hoc quoq; adijciēdum) in rectis & obliquis & decliuibus ac præruptis vtentē. Quæ tandem est horum oīum causa, quā in vnū caput conferre oporteat? Cuius paulo ante oratio nostra, ab ipsa rei natura coacta, meminit, cū diceremus humanum pedem, quoad eius maxime facere potuit, manum fuisse imitatum. Atqui, hoc si est verū, apprehēsorium aūt organum fuit manus, fuerit & pes ipse alio quodā modo huiusmodi. At non equorū certe, vt qui plane priuatus est omni apprehensione: non enim ad varietatem motuum hic, vt rationali animali, sed ad leuitatem & prōptitudinem, velox comparatus est. Luporum aūt, & leonum, & canū pedes medij inter hos sunt, neq; simplices oīno, vt equorum, neq; varie dearticulati, vt hoīum: ad venationem nāq; & cibationem vtuntur & ipsis, tanq̄ manibus: ad reliquam vero multitudinem actionum, quas homo obit, oīno sunt inepti.

De Similitudine & differentia Pedis ab extrema manu. CAP. 6.

RVrsus autē & hic oratio ab ipsis rebus coacta est manibus assimilare pedes multifidos. Nobis q; in posterum principium & velut elementū quoddam oīum deinceps dicendorum F hoc statuatur, oportere quidem oīno humanum pedē, non nudæ solū stabilitatis, vt equinū, sed apprehensionis etiam gratia extitisse: non posse aūt simul constare vtriusq; summam perfectionem, sic enim futuri erāt ipsi aut manus, aut equini pedes. At, si manus quidem fuissent, magnū digitum oportebat oppositum alijs esse, vt sermo præcedens probauit, & sic perijsset omnino firmitas: ꝙ si parui, rotundi, & duri, ac leues omnino fuissent, vt equorū, vitiata sic fuisset omnino apprehensio. Perinde igitur, ac si licitum fuisset vtranq; eligere quidē commoditatem, vitare autem nocumentū, sic natura creauit humanos pedes similes quidē manibus, multifidos vero multorum q; articulorum, non tn̄ oppositum alijs digitum magnū habentes, sed in vno deinceps ordine oēs constitutos. Num igitur hoc solo differūt à manuum constructione, an etiam quiddā adest ipsis aliud eximium & selectum, ceu instrumentis baseως, idest fundamenti? Nō est paruū hoc quidem neq; fortuitum, sed quod maxime commune est omnibus pedibus: in equis quidē peculiare accidit, quia nusquam eorum pedes imitati sunt manus: in alijs vero animalibus non æquale quidem, omnia tn̄ aliquid constructionis manus ipsius assumpserunt: homines vero nihil omnino reliquerunt, sed, quod tarsus vocatur, carpo assimile habuerunt: & metacarpio pedion, id est plantam, à recentioribus medicis vocatum: digitos autem ipsos digitis admodum si- G miles. Hæ "igitur tres partes pedis sunt, qualis et manus, digiti tarsus pedion, quarum nulla inest equis. Subiacens vero ipsi tibiæ, pars pedis (cui parti totum crus incumbit secundum rectitudinem,) communis omnium pedum, vnum quidem nomē, quale est tarsus & pedion, non habet: sed componitur ex tribus ossibus, nomina habentibus, ἀςραγάλου quidem, idest tali, & πτέρνης, idest calcanei, consueta multis: tertium vero σκαφοειδοῦς, hoc est nauiformis, ab anatomicis medicis, ita inditum. Iis quidem solis, nulla est in manu particula, quæ proportione respondeat: sed sunt simpliciter basis solius instrumenta, aliæ vero omnes particulæ, basis simul & apprehēsionis. Neq;.n. tarsus neq; pedion, vtrunq; singillatim vna est simplex particula, sed, sicut carpus & metacarpium, ex multis ossibus tum duris tum paruis composita sunt.

A.l.1.f.r.d. fu.1.c 30.16

De septem primorum Ossium Pedis compositione. CAP. 7.

DIcamus iam quemadmodū in manu fecimus, quanta sit vnaquæq; simplex pedis particula, & quam figuram adepta sit, & quam positionem, quāq; inuicē syntaxim atq; connexum vniuersæ habeāt, & quis sit earum numerus: sed etiam mollitiem vel duritiem, vel raritatem vel densitatem, vel quæcunq; corporibus insunt, percurramus, quem habeant vbiq; vsum, exponentes, & monstrātes non licuisse melius aliter eas cōstruxisse. Longus quidem nihilo minus est hic H sermo, q̄ qui de manu est habitus, sed similitudo constructionis eum minuit: quæcunque enim pes, vt apprehensoriū instrumētum, manui similia est sortitus, ea ad dictum de manu sermonem remittenda sunt: quæcūq; vero, vt ambulatorium, hic enarrare oportet. Siquidē, "ꝙ ex multis ac varijs ossibus constituti sint, inuicē quidē multifariā dearticulatis, per mēbranosa vero ligamēta connexis, id, vt apprehensionis instrumentis, pedibus accidit: ob id ipsum aūt & multitudo digitorū quinq;, & singulorū in ipsis articulorum numerus: non tn̄ ꝙ vna serie positi sint oēs digiti, sed hoc propriū est pedibus, tanq̄ firmationis organis: similiter autem ꝙ minores digiti pedibus fuerint, q̄ manibus, apprehensorio nanq; solum organo magnitudo ipsorum fuit conueniens, ei autem, quod, vt esset vbiq; ambulatorium, propterea apprehēsorium est factum, etiam tāta longitudo, quātam nunc habet, satis est. Sed & interna quidē eorum altiora, externa vero humiliora fuerunt: simul quidem, quatenus apprehēsoriæ sunt partes, vt comprehendāt, & circumplicent loco cuiuis deuexo, simul aūt quatenus sunt firmitudinis instrumēta. Cum.n. ambulando alterum quidem crus moueatur, alterum autem in terra firmatum totā corporis nostri molem sustineat, altiorem merito ipsi interiorem sedem natura fabricata est. Si enim æqualis ex vtraq; parte exacte esset pes, versus sublimem cruris partem reperet ac inclinaret ipse pes primus & maxime,

A.ibidē. 15.h

ac cum

A ac cum eo crus totum: quod si fuisset, manifestum sanè est, φ ambulantes facile caderemus. Itaq; tutioris ambulationis gratia, altiores factæ sunt internæ partes pedum. Quibus autem non sunt altiores, hi luctantes, aut currentes, aliqñ autem & ambulãtes in locis inæqualibus, facile euertun tur & collabunť. Huius vero sermonis euidẽtiorem adhuc fidem procedente libro accipias: in præsens autem hæc sufficiũt. Apparet.n. pes iure optimo internis partibus altus simul & cauus fuisse propter securitatem firmationis, et certitudinem apprehensionis. Non igitur adhuc quæres, cur calcanei ossis anterior pars tenuior sit & angustior, neq; cur ad paruũ digitum abscedere magis videatur: si enim anteriori parte, vt posteriori, esset crassum & latum calcaneũ, & tale manens in anteriorem pedis partẽ extenderetur, quo modo fuisset interna eius pars concaua? Merito igitur hic multũ de crassitie eius ossis & amplitudine, interna parte natura abstulit: ob id q; ad paruum digitum extẽsum esse apparet: propterea rursus astragalus intro magis vergere videtur, licet posteriores eius partes ad medium calcaneum sint firmatæ. At, φ semper magis atq; magis gracilescit in anterioribus partibus calcanei os, & ab internis abscedere videť ad externa, merito astragalus ibi & ab interna parte calcanei, & veluti suspẽsus, apparet. Quo modo autem aliter commodius interna pedis cauitas facta fuisset, q̃ si subiectũ os minus & strictius internis partibus factum esset: quod vero superiacet, quale fuit à principio, seruaretur? calcaneum nanq;, ceu B subiectum toti membro, semper valide oportuit in terra esse firmatum, superpositum vero ei os sublime pendere. Quapropter &, quæ coniungũtur his ossa, quod quidem calcaneo, κυβοειδὲς id est cubiforme nominatum, ab externis partibus pedis firmũ in terra statuitur: quod vero astragalo, σκαφοειδὲς id est nauiforme vocatum, similiter ipsi astragalo sublime est & sublatum à terra, & internis partibus pedis locatum est. Pari autem modo tria tarsi ossa huic coniuncta, & ipsa sublimia apparẽt & internis pedis partibus posita sunt: externa enim eorum parte firmum ac humile os cubiforme iuxta porrectum est, quod ad ipsum calcaneum dearticulari dicebatur. Et ita iam septem primorum pedis ossium vsus constat.

De Figura & Situ partium extremi Pedis: & contra Eudemum. CAP. 8.

Calcaneum nanq; maximum merito factum est, & lęue quidem inferna parte, posteriori autem & superiori rotundum, & prælongum ad exteriora pedis: maximum quidem, quoniã ad perpendiculum subiacet toti cωlo: lęue autem partibus inferioribus, firmationis stabilis gratia: rotundum aũt in superiori & posteriori, vt alia omnia rotunda, dyspathεις gratia: externis vero partibus ad paruum digitum, prędongum et paulatim attenuatum, propter internam pedis ca C uitatem. Eadem vero ratione astragalus non attenuatur, sed manens sublimis, altus alto nauiformi coniungiť, ψαλίδι, id est fornici, similem illic efficiens figuram. His deinceps adiacent tarsi ossa, tria quidem nauiformi coniuncta, quartum vero calcaneo. Ponitur q; ipsum, vt dictum est, in terra firmum ab externis pedis partibus: alia vero paulatim attolluntur, & omnium ipsorum hoc est altissimum, vt simul quidem habeat, per quæ firmetur & roboretur hęc particula, quę vocatur tarsus, simul autem vt altiores fiant internæ pedis partes. Post hęc sunt plantæ ossa terram contingentia post astragalum & nauiforme, & continua huic tria tarsi ossa: ob id & hoc nomen ab anatomicis impositũ est huic pedis parti. Deinde sunt digiti, quorum maximus est intus, nõ amplius ex tribus phalangibus & articulis, vt reliqui, conflatus, sed ex duabus: cum enim alta & concaua, qualis est fornix, futura esset interna pedis pars, rationabile fuit firmitudines tutas vtrinque ei adiacere maximorum ossium. Posteriori quidem parte, os calcanei erat: priori autem nisi magnus digitus multo simul maior alijs fuisset, & duabus constitisset phalãgibus, nulla fuisset sublimibus ossibus securitas. Quocirca primò quidem non modo tanto maior alijs magnus pedis digitus, quanto ille, qui est in manu, fuit, sed etiam multo amplior: secundo autem non ex tribus fuit ossibus, vt ille et alij omnes, sed ex duobus: tanquam.n. (vt puto) magnis egens natura ossi- A.ibidem.16.b D bus inibi ponendis, vitauit diuidere in multa & parua. Quin etiam "ei parti plantæ, quæ magno digito præposita est, duo videntur subiecta esse inferiori regione veluti sustentacula quædam & stabilimenta, vt prius os magni digiti prædictæ plantæ parti, oĩno iam in terram defixæ, coniungatur, vndiq; (opinor) huic parti pedis natura suppeditante securitatem, ceu multum laboraturæ propter prępositam sibi concauitatem & velut fornicem ossium. Num igitur planta proportione respondeat metacarpio, an quippiam differat, dicere tempestiuum fuerit. Mihi quidem videtur non omnino similiter habere. In vtraq; enim parte, primę aciei vniuscuiusq; digiti os apparet præpositum: sed in pede quidẽ, ceu vno ordine oĩbus iacentibus, quantus est illorum numerus, tantus merito est & ossium plantæ: in manu autem, cum magnus digitus positionem selectã sit sortitus & separatus sit quidem plurimum ab alijs, prope autem dearticulationem carpi abductus, merito ex quatuor ossibus metacarpium constitit. Eudemus vero plantam & metacarpiũ similiter vtrunq; ex ossibus quinque constare affirmans, pariter autem & magnũ digitum in pede & manu duas acies habere, φ putet exactam eorum proportionẽ seruari oportere, hallucinatur. Ex tribus enim ossibus magnus digitus in manu constat euidenter, vt & dearticulationes eorum & motus declarant: attamen his ita habentibus proportio harum particularum euidens est: nec opus est, vt cum Eudemo mentiamur. At vero ne tarsi quidem ad carpum proportio

constructionis est obscura: siquidem ex quatuor ossibus tarsus conflatus est: ex duplicatis autem E carpus, ceu ex duobus ordinibus cōpositus, conflatus est. Nam ex pluribus & minoribus cōponi particulis apprehensoriorum instrumentorū erat proprium: at ex maioribus quidem, sed paucioribus, ambulatoriorum. Anteriores igitˀ partes pedis ad amussim persimiles cōprehensorijs, ex æqualibus illis numero ossibus factæ sunt, vnum enim, quod ablatū fuerat magno digito, ipsi plantæ appositum, fecit, vt par numerus fuerit seruatus: posteriores vero, cum instrumenta oīno ambulationis solius sint, nullā habent in manu proportione respōdentē particulā. Reliqua igitˀ pars media vtriusq; neq; prorsus est similis, neq; iam oīno dissimilis, sed, vt solum decebat ipsam inter opposita ponendā vtriusq; naturā moderate imitari, sic ipse tarsus cōstitutus est. Os itaq;, quod ab externis ipsius partibus est locatū, quod sanè & cubiforme nominatur, dearticulatur cauitati calcanei ad finem adiacenti. Reliqua vero tria tres cubos nauiformis ossis obequitāt. Hoc autem ipsum rursus circūambit caput astragali. Ille rursus iacet qdem inter epiphyses tibiæ & fibulæ, superne à lateribus & preterea à tergo ab ipsis comprehensus: superiacet autem calcaneo duabus eminentijs ibi in duabus illius cauitatibus firmatus. Atq; extendere quidem & flectere pedem supernæ astragali dearticulationis est opus, quæ ad tibiæ & fibulæ epiphyses dicta est fieri: ad latera vero circūferre opus est dearticulationis, quæ est ad os nauiforme. Alij enim certe ossium connexus in pedibus itidem, ac in manibus multi & parui, parum quidem auxiliantˀ predictis constructionibus, sensibiles autem ipsi per se ipsos non sunt. Apparet igitur ex his astragalum quidem principalissimum ossium esse: quę ad pedes mouēdos pertinent, calcaneum autem eorum, quæ ad firmationem: propterea illum quidē vndiq; in circūferentias quasdā desinere decebat, hoc vero læue esse inferiori parte, immobile vero, q̄ fieri potest maxime, & constanter firmum ad adiacentia ossa. Quin etiam & magnitudine plurimum excedere ipsum oportebat non alia solum, sed etiam ipsum astragalum: quanq̄ & hic magnus sit, vt qui maximis quidē ossibus supernis dearticuletur, non paruā vero in anteriora apophysim producat, vbi cōmittitur nauiformi: sed tn̄ & ipso est multo maius os calcanei, retrorsum.n. præterlabitur nō solum astragalū, sed ēt ipsam tibiam, & anteriore parte q̄ plurimū procedit & respondentem habet lōgitudini amplitudinem, & his ambabus profunditatem: subiacet.n. rectitudini tibiæ, et ferè totam ipsam solum sustinet, & per hanc femur, & per hoc superiacēs corpus, & maxime qn̄ salire voluerimus aut magnum gradum facere. Magnitudinem igitur insignē oportuit ob id inesse ossi calcanei: alioqui temere natura cōmisisset ei tāta onera. Propter eandē causam, firmā præstitit esse ei cōmissionē, non fallacem neq; errabundam. Sed, si fibulæ ipsi & tibiæ fuisset dearticulatū, neq; medius astra- G galus locatus, oīno infirmum & laxum fuisset: illinc.n. enascens pes, vbi prius cωlon desinit, maximam necessario habiturus erat oīum, quæ in ipso sunt, dearticulationem & motionē. Ob eam sanè causam astragalus in medio est tibiæ & calcanei locatus. Sed, qm̄ omnino huic quidem cōiunctum esse oportebat calcaneum, timens rursus natura, ne quopiam propter vicinitatem eius vehemētiore motu fruendo firmū quidem minus ac securum redderetur, primū quidem, vt iam dictum est, duas ipsius apophyses concauitatibus illius inseruit: deinde vero plurimis ligamētis duris chartilaginosis, his quidem latis, alijs vero teretibus, copulauit ipsum non astragalo solum, sed alijs etiam ossibus vniuersis vndiq; adiacentibus, quoad eius facere potuit, adaptans, vt seruaret cōuenientem firmitudinem. Laboraturum vero id in ijs oībus cū sciret, durā quidem summe propriā ipsius quoq; substātiam fecit: duram autem etiā inferiorem subiecit cutem, idoneā maxime futuram ad præmolliendum & prius exoluendum violentorum & durorum corporū occursus. Postq̄ vero, vt dictum est, externa quidē pedis oportuit esse humiliora, interna vero altiora: periculum q; erat, ne, si multis & magnis ossibus attollereī pes, grauis redderetur, cōcauum medium eius inde effecit, prouidens etiam aliud quoddam commodum ex huiusmodi cōstructione pedibus, vt apprehensorijs instrumentis, ad firmitatis securitatem in locis deuexis & inæquali- H bus multum cōferens: de quo prius diximus. Propter tria igitur cauitas pedis hæc videtur facta, primum quidem gratia altitudinis interiorum partium pedis, secundum vero apprehēsionis, & tertium ad hæc leuitatis: quorum primum quidem ad securitatē firmationis, secundum vero ad varietatem ambulationis, & tertium ad velocitatem motus, multum habent momenti. Mētionem aūt faciemus & hic simiæ pedis. Non enim, sicut manus eius solū magnū digitū habēs curtum, imitatio ridicula monstrabatˀ humanæ manus, ita & pes in cōstructione vnius particulæ cuiusdam vitiatus differt ab humano, sed in plurimis diuersus est. Distāt enim plurimum inuicem digiti, & multo sunt ipsius manus digitis maiores: quem aūt oportebat maximum esse aliorum, minimus est. Non subiacent vero præpositis ipsi partibus ea, quæ firmāt plantam: neq; enim tuta oīno est basis eorum, vt quæ concaua magis, vt manuum, facta sit. Et crurum ēt natura non est omnino recta ad spinā, vt hoībus: neq; ipsius genu flexio similis est humanæ. Perierunt aūt omnino ipsis, & quæ ad ischia sunt carnes, quæ.s. in posteriori parte sunt sitę, cooperiētes quidem & occultātes meatū excretionibus superfluitatum destinatum, sedentibus autem super eas cōmodissimum futuræ munimentum aduersus subiecta corpora. Quare nō modo sedere belle neq; stare, sed ne currere quidem potest simia. Velocissime autē, prensans obuia manibus ascendit, sicut

& mures,

A & mures, recta & læuia, eò, ꝙ concauum sortita est pedem & digitos plurimum fissos. Huiusmo di enim constructio circũplicari curuis omnibus corporibus probe cum possit, & vndiq; ipsa tu to comprehendere, idonea est ijs, quæ alta perreptare nata sunt.

De osse Femoris. CAP. 9.

.l.1.f.1.d.5. .l.1.c.17.15.c

DE ossibus itaq; pedum abunde dictum est: de tẽdonibus vero & musculis postea dicetur. Prius siquidem de reliquis ossibus, quæ in totis cruribus sunt, differere proposui, vt quę cõ ferant aliquid etiam prædictis. Est igitur vnum quidem in femore os, quemadmodum in bra chio: duo autem in tibia ijs similia, quæ in cubito cernuntur, quorum alterum quidem vocatur κνήμη, hoc est tibia, eodem cum toto membro nomine, alterum vero minus περόνη, i. fibula. Ma ximum certe omniũ corporis ossium femur merito fuit. Primum enim hoc firmatum est cotyle, idest sinu & cauitate, & primum omnem superiacentem corporis molem vehit. Cum autẽ opti mam sedẽ capiti eius præparasset natura ipsam nuncupati ischij cotylen, non secundũ rectitudi nem cotyles apparet extensum femur, sed, vt cuipiam negligenter expendenti videri queat, figu ra femoris admodum vitiosa est, quippe quod deuexũ quidem & curuum priore & externa par te, resimum vero partibus his contrarijs factum sit. Hanc eius formã & Hippocrates ‖ nouit, cõ

1. de Frac. t. 68. 7. 140. f. Et 4. de articu. t. 61. 191. d

B sulit q; eo fracto seruare, neq; mox inuertere. Porrò quibus natura femur fuerit rectius, q̃ cõue nit, blęsi fiunt oĩno ad genu. Hoc aũt quantũ malũ sit nõ ad cursum solum, sed ẽt ambulationem & stationem tutam, refert quidẽ & ille quodã loco: immo & queuis ex plebe, cum cernat quoti die, arbitror id ipsum non latere. Atqui, nisi collũ femoris statim ex cotylæ obliquũ foras abscesse rit, propinquum sic fuerit alterius femoris collo: hoc vero si acciderit, quis adhuc locus fuerit reli quus internis femoris musculis, qui maximi necessario esse debent? quis aũt neruis à spinali me dulla in tota crura distributis? quis venis, quis arterijs, quis deniq; glandulis spatia ipsarũ replen tibus? non enim per externas cruris partes dixerimus demitti hæc oportere, oĩum.n. foris inci dẽtium noxis admodum exposita essent. Forsan aũt ne nos quidem id saltem, tm̃ abest, vt naturã lateat, opportunis ad læsionem locis collocasse venas ita magnas, quarum siqua vulnerata fuerit, vix superstes animal esse queat: arteria nãque insigni earum, quę illic statutę sunt, vulnerata nul lo pacto seruetur. Si igitur neruis, venis, arterijs, glandulis, & musculis multis & magnis opor tebat præparasse id spatium, foras ex cotyle secedere necesse fuerat femur: & certe secedit, appa rent q; externæ eius partes rectitudinem totã excedere externarum corporis partiũ. Si quibus dam vero minus foras extuberauerit collũ capitis femoris, his inguinũ loca sunt angusta & mu

C tuo sese collidentia, foras q; nutare ob id femore toto & genu coguntur. Cur igitur nõ extrinse cus posuit natura cotylas, vbi nũc sunt deuexitates femorum? ita enim & colla ipsis cotylis sub misisset secundum rectitudinem capitum, & femora recta fecisset. Quoniam põdus corporis re cta ad perpendiculum linea ad cotylen oportebat esse & ad femoris caput, & maxime qñ ambu lantes vel currẽtes alterum quidẽ crus altũ circũferimus, reliquum aũt in terra firmum tenemus: hoc autem inde, ꝙ firmatum sit in medio id, quod portat, maxime fiat. Si vero huiusmodi posi tio cruris tutissima gradientibus est, manifestum est contrariam fore periculosissimã. Propterea certe ad externas partes ischiorum cotylas abduxisse & cum eis capita femorum non erat tutum, sed optima positio eorũ præsens est. Cum vero rursus locorũ angustia ex hoc nasceret, vnicũ re linquebatur remedium, non ẽm rectitudinem capitum extẽsa efficere femora, sed, vt nunc sunt, foras vergentia. Quòd si rursus vsq; ad genu foras vno tenore abscederet, & nusquã intro reuer terentur, alter vtiq; ipsis esset βλαισώσεως hoc est blæsitatis modus. Itaq; optimo iure collum & primùm & maxime à capite foras vergit, post id autem & continuo dimidia pars totius femoris, postea aũt intro rursus reuerti ad genu. Ob eam q; causam vniuersa figura femoris curua omni no quidẽ exteriore parte, resima aũt interiore efficitur. Ad eundem aũt modũ magis quidẽ sima

D retrorsum, antorsum vero magis curua ad sessiones idonea est, & ad multa opera, quę agimus se dentes, cuiusmodi est scribere libro ad femur extenso: ita aũt & quodcunq; aliud, secundũ curui tatem eorum extendat facilius, q̃ si fuissent aliter facta. Quinimmo, dũ firmamus vno crure cor pus (sæpe enim cõperimus hoc nobis esse vtile cũ in vita omni, tum artibus) melior fuit figura ῥαιβὴ, i. curua, q̃ recta. Vt enim, si latitudo esset ęqualis vehẽtibus artubus & vectis corporis par tibus, tuta sic maxime & euersu difficilis firmitudo in altero ipsorum esset, habente vnaquaq; su periacẽtium in corpore partiũ suffulciens sibi ipsi aliquid ad perpendiculum: ita & nunc, ꝙ cur uum factum sit crus partibus eius, partim quidem externis, partim vero internis magis, & alijs in medio locatis, nulla superiorum partium subiecta caret rectitudine. Eius q; vtilitatis occasio ne, non solum hoc crus, sed etiam tibiam magis curuã extrinsecus natura fabricata est. Maxima autem fides huius sermonis sit, ꝙ qui plurimum curuis sunt cruribus (hi quidem, dum adhuc ge rerentur in vtero, alij vero à prima educatione facti sunt) siue duobus pedibus, siue altero solo sta re velint, firmiorem multo, & difficiliorem euersu, quàm qui crura habent recta, obtinent firmi tudinem. At vero in constructione crurum firmitudinem certam, tanq̃ scopum, non modo na tura sibi proposuit, sed prouida etiam nihilo minus, vt cito possemus currere, siquando vsus inci disset, ne plurimum quidem ea peruerteretur, cauit: curua autem eatenus fecit, vt & securitatem

firmationis habeant, & velocitas cursus nihil lædatur. Postquam autem rationabile fuit vt nunc ostẽ E sum est, partium tibiæ superiores quidem, quæ sunt post genu, foras sensim abscedere: inferiores vero, quæ sunt ad malleolos, intro reuerti: par fuit ob id quoq; particularum pedis, altiores fuisse internas, vt tibiæ partes eam intro inclinantes obfirmet. Erat q; id, quod priori sermone omiseramus, cum vtilitatem internarum partium pedis exponeremus. Nullum igitur ossis crurum ornamentum adhuc superest narrandum, sed magnitudo cuiusq;, & paruitas, & positio, & figura, & compositio, & quæ ex duritie spectatur differentia, tum ligamenta inuicem teretia, & orbiculata, summa tum prouidentia tum arte à natura ipsa sunt comparata. Reliquum autem adhuc est de musculis & tendonibus dicere, arteriarum nanq; & venarum & neruorum enarrationem procedẽte omni sermone nos diximus facturos, vt quę cõmunia sint totius corporis instrumenta, quòd & vtilitates commissæ eis communes sint, si demum refrigerari, & nutriri, & animalis participibus esse virtutis, omnibus membris fuerat vtile.

De Instrumentis motuum Tibiæ: ac de Bonitate, sapientia, ac admirabili virtute Creatoris. CAP. 10.

SEd [a] tales sanè & tot cruribus esse motus, quot & qualibus apparent moueri: tum quòd nec plures, nec pauciores, nec aliter dispositos prestiterit ipsos fuisse: nunc erit dicendum, repetendo E memoria simul & motus manuum: quod'que duplicẽ natura habuit scopum constructionis crurum, quippe quę non ad celeritatem solum, quemadmodum equis, sed etiam ad firmitatis securitatem, ea præpararit, ob id q; apprehẽsoria quodam modo effecit, vt & manus. Ita enim fiet, vt & oratio nostra sit breuior, si id quidem ipsorum constructionis, quod habent cum manibus cõmune, indicãs solum, celeriter prætercurram, proprijs autem immorer: & artificium naturæ euidentius appareat, oẽm proportionem constructionis cæterorum nobis stilo persequentibus, ostendentibus q; in neutro ipsorum neq; deficere quidquam, neq; abundare. Atqui de manibus quidem præcedente sermone abunde disseruimus: quo loco qui non admiratus est artem naturæ, aut intellectu caret, aut priuatim sua quippiã interest: operæprecium enim fuerit mihi Thucididis dictione vti. Intellectus expers quidem est, qui actiones, quas præstiterat inesse manibus, aut non animaduertit, aut, si alia cõstructio esset, meliores fore existimarit: priuatim aũt aliquid sua interest, qui prauis prius instructus fuit dogmatibus, quorũ occasione nihil putat affabre naturã fecisse. Hos quidem, ceu à primordio in maximis hallucinatos, miserari oportet, docere autẽ intellectu pollentes simul & veritatis amatores: Quos etiã nunc admonentes eius, quod in manuum constructione ostẽdimus, in vnoquoq; digito oportere quatuor inesse motus, cũ à duplicibus quidẽ G & ijs maximis tendonibus flectãtur: ab alijs autem simplicibus, &, quæ sunt illi magni, minoribus extendãtur: ab alijs autem adhuc minoribus foras & ad paruum digitum abducan̄t: & adhuc ab alijs minimis, quos à musculis in manu sitis diximus oriri, reliquus motus internus ad pollicem conuertat̄: deinceps ostendemus & in vnoquoq; pedum digito hos quatuor motus merito inesse, cum à maximis quidem tendonibus pedum digiti flectantur, à minimis aũt intro conuertantur, porrò media inter vtrosq; est magnitudo extendentibus, et foras circũagentibus: non tamen æque magni sunt in pedibus flectentes, ac in manibus, quia non itidem, vt manus, pedem cõstituere oportebat instrumentũ apprehensorium. Quin etiam ostẽdemus, quo pacto loca implantationis eadem ipsis cum seruasset propter causas à nobis in manibus expositas, magnitudinem suppressit: non enim, quanto maiores sunt pedes summis manibus, tanto etiã tendones ipsorum excedunt, sed minores multo sunt: maior enim vsus est digitis manuũ, frequentiorem q; ac vehementiorem actionem postulat. Merito itaque cõtrariam habent in pedibus & manibus magnitudinem, non digiti solum, sed etiam ipsorum tendones: quanto enim pes summa manu est maior, totus tota, tanto digiti digitis, & tendones tendonibus, sunt minores: manibus nanq; præcipua actio in digitis consistit, vt qui apprehensoria sint organa: pedibus autem vtpote non ad ap- H prehensionem omnino, sed ad firmationem quoq; tutam constructis, & totum per se vecturis animal, vt multo quidem maiores manibus essent, paruos vero haberent digitos, magis ex vsu fuit: ad eundem modum & tendones ipsorum multo minores manuum tendonibus esse præstiterat, quanto minora instrumenta, & ad minores atque imbecilliores actiones pręparata, moturi erant. Non ergo fuit ęquum quatuor genera tendonum mouentium digitos à musculis tibiæ produci, quemadmodum in manu à cubiti musculis, sed duo sola, nempe alterum, quod extensionem eorum efficeret: alterum, quod flexionem primi & tertij eorum, qui sunt in quatuor digitis, articulorum. Maxime q; in his quidem est admiranda ars naturæ: in quibus enim similitudo & dissimilitudo fuit, ad portionem quidem adornauit inuicẽ similitudines, dissimilitudines vero non item. Siquidem, quòd ad quatuor motus, singulos digitos agi in vnoquoq; articulo, & quòd excellere semper motus internos, ob id q; etiam bina certe habere principia oporteat, similitudo fuerit in hoc manibus & pedibus: quòd vero minoribus omnibus opus habeant tẽdonibus pedum digiti, tũ quòd particulę & plures & maiores sint pedis, dissimilitudo quędã in hoc mẽbris ipsis fuerit. Quo modo igitur ea iuste natura disposuerit, dicendum iam fuerit. Motus quidem cuiq; articulo molita est quatuor, & principia ipsorum quinque, vt in manu, non tamen omnia ex locis

proportione

[a] ibidẽ. c. 1. 20. g

A proportione respondētibus prodeuntia. Siquidem in manu (vt ostendimus) à musculis in ipsa paruis, qui obliquo motui interno præsunt, tendones enati sunt soli, cum alij omnes à cubito deferantur: in ipsis vero pedibus non itē, sed tria quidem ab ipsis principia motus oriunt, duo vero ex tibia deferuntur. In summa nanq; manu non alius erat locus vacuus: in pede vero, vt q oblongus est, ad ipsam quidem plantam musculos obliquo motui interno præfuturos cōstituit: in reliqua vero ipsius parte tota vsque ad calcaneum eos locauit, qui secundum articulum cuiusq; quatuor digitorum flectunt: pariter & ex superioribus pedis partibus alios posuit musculos motui obliquo externo duces futuros. In manu vero (qm̄ & maiores oportebat esse respondentes his musculos, & ipsum membrum membro erat minus) impossibile fuit hęc duo musculorū genera circūponere, sed solum prius iam dictū. Propterea sanè septem summæ manui fuerunt quidē vniuersi musculi, quippe his quinq; intro circūagētibus appositi sunt duo, is q est iuxta paruum digitum extrinsecus, & is qui indici magnū adducit: in pede vero nō hi solum, sed etiam qui circumagunt ipsos foras, & qui articulum secundum cuiusq; quatuor digitorum flectunt: magnus enim inter ipsos solus omnium, à maioribus tendonibus germinationem insertam secundo suo & tertio articulo habet, vt is, qui est in manibus. Proinde igitur similiter & dissimiliter se habet B pedum & manuum tendones: similiter quidem, ꝙ quinque sunt ipsorum genera quatuor vnicuiq; digito motus suppeditantia: dissimiliter autem in ipsa origine. In manibus nanq; solus motus obliquus intro spectans, principium habet à musculis in ipsa manu sitis, alij vero quatuor à superioribus & ipsius cubiti musculis: in pedibus rursus superne quidem ex tibia duo motus descendūt, inferiore vero parte ex pedibus tres prodeūt, cuius causa dicta est: nam, ꝙ ipsi paruis indigebant tendonibus, & propterea etiā musculis, & quia in ipsis pedibus erat locus vacuus, propterea illic locati fuerunt. Sed tamen & hac quidem ratione dissimilis est tendonum distributio in pedibus & manibus, ꝙ flectentibus quidem primum et tertium articulum vniuscuiusq; digiti in manibus nullus diuersus à musculo diuerso enatus tendo cōmiscetur: qui vero sunt in pedibus respondentes ipsis, non ab vno oriūtur musculo, sed modo simillimo neruis à spinali medulla colli in totas manus productis, implicantur, commiscentur q; inter se. Sic autem quodā modo habet & in crura explantatio neruorum à spinali medulla in lumbis: id q; à natura ita est cōparatum, vt cuiusque ita mouendorum instrumentorum velut duplex quoddam principium motus sit, vt, si alterum aliqn̄ pati contigerit, reliquum saltem ipsis subseruiat. Ob id ipsum etiā, vbi vel magnitudo interualli magna fuerit, vel locus periculosus, ibi mistionem huiusmodi machinatur C natura. In manibus sanè & cruribus interstitium est insigne inter principium neruorum & finem: in inferioribus vero partibus pedis periculosus est situs: semper enim hac parte pedis firmatur & graditur animal: cuius occasione & incidi, & frangi, ac varie affici, citius tendonibus illic locatis contingat, q̄ tendonibus manuum ad portionem ipsorum respondentibus, nisi prædicta illius loci tendonum mistura facta fuisset. Musculi autem valde parui ab anatomicis nō animaduersi, quemadmodum nec mihi longo tempore, primum articulum cuiusq; digiti flectūt pariter in manibus & pedibus. Huius certe gratia admirari oportet naturam, tū horum nihilo minus, ꝙ nullum musculum obliquum ex tibia inseruit in fibulam, analogia eorum, qui in manu cubitū radio coniungunt: in manu nanq; ꝙ non solum extendere & flectere totum cωlon, sed etiam circumagere ad vtranq; partem pręstiterit, antea demōstratum est: in crure vero, cum constructionis scopus esset naturę præcipuus, nō varietas apprehēsionis, sed basis firmitudo, nō modo emolumentum nullum ex motibus eiusmodi erat habiturum, sed ēt de securitate amplius quiddam amissurum: paucioribus.n.articulis, & simplicioribus motibus indigebat id, quod nusquā peruertendum erat in vlla actione vehemēti. Igitur neq; in genu duplicem fecit dearticulationem vtriusq; ossis ad femur, partim quidē tibiæ, partim aūt fibulæ propriam: quemadmodum in maD nu ad brachium, cubiti vnam, radij alteram: neq;.n.separauit à sese vtrunq; finem tibię & fibulę, sed vtrinq; simul vniuit: q̄nquidem superfluum erat, quibus non egebat membrum motibus, illis vel dearticulationes vel musculos præparare, sicut certe ignauū fuisset ea omittere, quibus egebat. Sed neq; prætermissum, quicq̄ à natura est in vtroq; cωlo, neq; vsq; ad multitudinē ociosam & vanam processum est: sed & alia vniuersa, & musculorum numerus, summā ostēdunt naturæ prouidētiam in animātibus. De musculis quidē ipsius cubiti prius dictum est, ꝙ nec plures nec pauciores, quod q; non minores aut maiores fuisse, aut aliam quāpiam positionem eos habuisse oportuit. In tibia autem tredecim capita sunt tēdonum, retrorsum quidem sex, antorsum autem septem: mouent'que pedem, secundum omnes conuenientes ei motus: conueniunt autem toti quidem ipsi absq; digitis motus quatuor, vt & carpo: oportet'que eorum, quæ in illo dicta sunt, memores (ne prolixior sit oratio) iam ipsorum conuenientiam inter se accipere. Vt enim in illo duæ quidem neruosæ tenuitates internorum, duæ vero externorum musculorum inserebantur, carpum motibus quatuor mouentes, sic & hic quidem à musculo tibiæ supertēso antorsum enascens quidam tendo robustus admodum, in duas partes diuisus, innascitur ipsis circa magnum digitum pedis partibus: ab eo vero musculo, qui fibulæ circuntenditur, prodiens tendo ijs inditur partibus, quæ ante paruum digitum sunt. Hi quidem vtrique si tensi fuerint, eleuant reli-

A. ibidem..g

mum q; reddunt pedem vniuersum, quemadmodum, qui in manu ipsis respondent, extendere E carpum dicebantur: altero vero actionẽ obeunte, motus ad obliqua fiunt, quo modo ij, qui fiunt in carpo. Quin etiam ex posterioribus partibus, proportione eorum, qui sunt in manu, opposuit natura duas musculorum germinationes, quæ contrarios dictis motus pedis efficiunt: quarum minor à musculo orta, qui per profundum fertur, in eum locum, qui est ante magnũ digitũ, inferne implantatur: altera vero maior, est conspicuus ille tendo, qui in calcaneum retrorsum inseritur superne, planè robustus ac maximus, qui * etiam si solus aliquando patiatur, pes necessario claudicet. Quod enim parte posteriori totius cruris secundum rectitudinem constitutum est os, calcaneum nuncupatum, maximum ac fortissimum omnium pedis ossium, tendo hic ad se ipsum trahens, ita demum cωlum firmat vniuersum, vt, si altero pede stare aliquando velis altero leuato, non euertaris neque decidas, ne si aliorum quidem tendonum quis vitiatus fuerit: adeo magnum & ęquipollẽtem alijs omnibus habet virtutem. Cur autem non debebat talis esse, cum in principalissimum ambulationis instrumentum calcaneum inseratur & id solus tibiæ coniungat? Quod sanè ad positionem & actionem, quæ sibi commissa est, attinet, tendoni ante paruũ digitum intra manum inserto, omnino proportione hic tendo respondet: eximiã vero vsus præcellentiam à calcanei osse sibi conciliauit: quod os nullam conuenientem sibi in manu particu- F lam habet, vt prius dictum est, ab eo'que solo corpus totum vehitur. Horum sanè non ignara natura, tertium principium motus ipsius addidit. Quocirca & admirari te puto artificiũ ipsius, si animum attenderis ijs, quæ in anatomis apparent, & videris extendentem digitos musculum vnum multis subseruire particulis: pariter & vnũquenque aliorum musculorum pedis & totius omnino tibię in plures desinere tendones: vel, si paruus fuerit omnino, in vnum, queadmodum & qui sunt in manibus: solum autem eum, qui ad calcaneum peruenit, ex tribus in ipsum venientibus magnis musculis ortum, vt, si aliquando ipsorum vnus, vel duo, læsi fuerint, reliqui saltem, vel reliquus subseruiat. In multis sanè alijs partibus corporis natura ostẽdit huiusmodi prouidẽtiam, vbi motus multum conducit animanti, multa ei principia fabricata. Cæterum hic quoque in tendone eo, qui ortus ex tribus magnis musculis, qui in posterioribus tibiæ partibus sunt locati, in calcaneũ pertingit, perspicuum est ipsam vtilitatis præstãtiam præuidisse, & ꝙ potuit maxime, ipsi dyspatheιæ prospexisse. Existimant certe omnes anatomici nobis superiores, γαστροκνημίαν (quasi tibiæ ventrem dicas, hoc est suram) constituentes tres musculos in calcaneum inseri: sed non ita habet res: vnius.n. ipsorum tendonis non parua portio prætergressa calcaneum inseritur toti infernæ parti pedis: quem fortassis præstiterit nõ partem ponere tertij musculi, sed G ipsum per se priuatim quartum musculum. Cęterum (vt diximus antea) omnium, quæ ignorauerunt, causas in anatomicis tractationibus recensemus. Neq; enim cognitum est à prioribus ne id quidem, quòd re vera inserendorum calcaneo musculorum, hic quidem ex osse fibulæ productus, altius inseritur carnosus permanens: alij vero ex femoris capitibus in robustum tendonem desinentes, deinceps sub prædictum inserti sunt in summum calcaneum. Sed de musculorum exacta anatome non in anatomicis tractationibus solùm, sed etiam seorsum vno libro scribẽtur: ex quibus cuique volenti, postea, quàm, vnde enascantur & quò inserantur, didicerit, promptissimum erit intelligere, quod dictum præcedenti libro est, omnium verissimum esse, quòd obliquos quidem in cωlis musculos natura posuit eos, qui obliquis motibus præficiẽdi essent: rectos autem extendit secundum longitudinem eos, quibus exactam flexionem aut extensionem commisit. Iam vero positionis omnium tibiæ musculorum, & magnitudinis cuiusque ipsorum & multitudinis, causam inuenire non est difficile. Cum enim tres hi quidem calcaneum moueant, & dépilem pedis partem constituant: post illos autem tres alij & digitos flectant, & motum in pede ædant conuenientem ei, quem in manu tendo ante magnum digitum insertus habere demonstratus est, iure optimo posterioris tibiæ partis sex omnino fuerint, vnusquisque secundum H rectitudinem particulæ, quam moturus erat, locatus. Possunt autem hi sex musculi, non sex, sed quinque censeri, vt visum est prioribus anatomicis vltimos duos musculos vnum statuentibus, quòd parte plurima coalescant. Quin etiam & anteriores musculi tibiæ visi fuerunt eis tres esse propter eandem causam, cum sex certe vel septem esse rectius dicantur: nam, qui extendit quatuor digitos, vnus eis esse videtur, vt & vnus est: ex vtraque vero parte ipsius rursus est vnus, qui in triplicia tendonum capita desinit: quibus tum ipsis, tum ipsorum vtilitatibus, siquis intendat animum, ipsos sex aut septem vniuersos statuet, vt in anatomicis tractationibus ostenditur. Sed nihil cursum orationis nostræ moretur, etiamsi tres ipsos duntaxat in præsentia numerauerimus. Duo igitur sunt, quos prius diximus pedem simum facere, peruenientes, hic quidem ad eam pedis regionem, quæ est supra magnum: ille autem ad eam, quæ est supra paruum digitum: reliquus vero & idem tertius, medius inter vtrunque positus, qui digitos extendit: est autem nimirum minor hic, vt qui minora moueat organa, per mediam'que tibiam rectà ad digitos tendat, nempe quos erat moturus: cuiusque vero musculorum optima est ea positio, quæ est secundum rectitudinem mouendarum ab eo particularum. Ne igitur amplius inquiras, cur fibulæ ossi attensus, musculus, qui externum totius pedis motum ædit, deferatur: ossi vero tibiæ alius,

A. ibidem. h

* *supra tamen lib. 1. ca. 3. pa. 121. e. dicit se scripsisse.*

* AP. ἄτρεπτον i. non versatilẽ

A alius,qui reliquum internum motum efficit: hos enim oportebat etiam esse secundum rectitudi nem motuum,quos efficiũt. Neque inquiras,cur paruus quidem externus, multo autem maior sit eo internus,tibię adhærens: dimensa est enim & horum magnitudinem vndequaq; iusta natura vtilitate actiõis,quam vterq; obiturus erat. Cur autem musculi quidem qui est ad fibulam, germen quoddam externis inseritur partibus parui digiti: eius aũt,qui ad tibiam est aliud quoddam illo maius & duplex pollici implantantur? Prima quidem imaginatio fortassis eo aliquem rapuerit,vt id proprium quiddam credat inesse pedibus & omnino contrarium eis,quæ insunt manibus: si vero substiterit,ac discussione diligentiore secum rem æstimauerit,comperiet vt cũ maxime hic quoq; pedes cum manibus conuenire: (in ijs enim alios digitos paruus vno motu et magnus superare dicebatur) porro & pedibus ipsis idẽ hoc adesse oportebat: atqui,nisi rursus ad dantur dicti nunc motus,nequaquam amplius excellant,sed in quatuor similes alijs agantur mo tus: ita q; accidet,vt neq; plurimum abducãtur ab alijs,quod solis ipsis precipuum erat,neq; pollex superne duos motus habeat obliquos pro vno,qui alios extendit. Quare & in hoc,pedum di gitorum proportio omnis seruatur ad digitos manuum. Quòd autem & in vnguibus proportio ne respondeant,& q eis hoc,vt apprehensorijs organis inest, verbis nihil opus est. Num igitur

B in his solum,quę diximus,quę quidem oportebat in pede proportione respõdere manui,& quę diuersa esse,iuste natura omnia cõstituit: cutem vero negligenter & contemptim construxit,vix sensilem ipsam,vel laxam aut subtilem aut mollem, pedi subijcens? Atqui,si hanc quoque accuratius consideraris in ipsa anatome,spero fore (& si eorum aliquis fueris,qui naturam ruditatis at que imperitię damnarunt ignorantia operũ eius) vt te pudeat ac pœniteat,ad meliorem q; aliqñ traducare opinionem,ab Hippocrate saltem persuasus nusquam non prędicante naturę iustitiã & prouidentiã in animalibus. An frustra putas internę manus cutim & pedis inferni, cohærere subiectis particulis? an nescis omnino exacte vnitam cutim hãc subiectis tendonibus,vt ne exco riari quidem possit,quo modo reliqua cutis omnis in toto aĩali? an hoc quidem intelligis, præsti tisse vero existimas laxam pedi cutim subiectam fuisse,& quę facile circumagi posset? Si enim id ex vsu magis fuisse dixeris,arbitror te calceamentis quoque vndique pedi cõstrictis & exacte cir cuntensis prępositurum laxa & quoquouersus fluentia: vt ad omnia extẽdens tuam sapientiam pręter illa,quę vulgo omnibus hominibus sunt in confesso,pronunciare quicquam nihil verearis. An videlicet calceamentum,quod extrinsecus quidem pedi adaptatur,vndique constrictum esse oportere concedas,si suum ipsius vsum probe prestiturum est: ipsum autem,quod cõnatum

C est,non multo magis concedes constringi & cohęrere fortiter oportere,vnitum exacte ijs,quibus subiacet? Insanus re vera is fuerit,qui pręterquam q eiusmodi non admiratur naturę opera, etiam insimulare audeat. Tempestiuum autem tibi iam fuerit,qui in hisce libris versaris,cõside rare, in vtram familiam recipi malis,platonicam ne ac hippocraticam & aliorum virorum qui naturę opera mirantur,an eorum,qui ea insectantur,q non per pedes natura constituit effluere excrementa. Diffluebat enim adeo delitijs ac fractus erat,qui hęc mihi ausus est dicere,vt graue esset è lecto surgere reddendorum alui excremẽtorum gratia: satius enim fuisset ita constructum fuisse ipsum hominem,si solum pedem porrigens excremẽta per ipsum excerneret. Quo modo tandem eiusmodi hominem existimes affectum esse vel agere priuatim,aut quo modo conuiuari i omnes corporis meatus,aut quo modo deprauatas ac vitiatas habere pulcherrimas animi dotes,cum eum ipsum animum mũtilum,ac diuinam ipsam facultatem (qua sola potest homo veritatem contemplari) cęcam effecerit,voluptatem vero,quę pręter leges & inique tyrannidem exercet,facultatem q; pessimam ac immanissimam habet,magnam & potentem atque inexplebilẽ reddiderit? At vero,si de huiusmodi pecudibus plura verba fecero,melioris mentis homines me rito mihi forte succenseant,dicant q; me polluere sacrum sermonem,quem ego Cõditoris nostri

D verum hymnum compono: existimo q; in hoc veram esse pietatem,nõ si taurorũ hecatombas ei plurimas sacrificauerim,& casias alia q; sexcenta odoramẽta ac vnguenta suffumigauerim, sed si nouerim ipse primus,deinde & alijs exposuerim,quęnã sit ipsius sapiẽtia,quę virtus, q̃ bonitas. Quod.n.cultu conueniente exornare omnia,nihil q; suis beneficijs priuatum esse voluerit,id pfectissimę bonitatis specimen esse statuo,& hac quidem ratione eius bonitas hymnis nobis est ce lebranda: hoc autem omne inuenisse,quo pacto omnia potissimum adornarentur,summę sapiẽ tię est: effecisse autẽ omnino,quæ voluit,virtutis est inuictæ ac insuperabilis. Ne igitur mireris Solem,Lunam,& vniuersam aliorum astrorum seriem summo artificio dispositam esse,ne ve te attonitum magnitudo eorum,vel pulchritudo,vel motus perpetuus,vel circuitionum certa descriptio reddat adeo,vt,si inferiora hęc comparaueris, parua tibi videantur esse & omni ornatu carere: etenim sapientiam, & virtutem,& prouidentiam hic quoque similem inuenies. Considera enim mihi materiam,ex qua quodque factum est,& ne temere tibi persuadeas ex sanguine menstruo & spermate immortale animal posse conflari,aut impatibile,aut semper mobile,aut splendidum,& pulchrum æque,ac Sol est: sed vt Phidiæ artem expendis,ita & artem omnium Conditoris perpende. Sed te quidem fortassis attonitũ reddet Iouis olympici ornatus vndiq; mirabilis,ebur lucidum,aurum multũ,magnitudo totius statuę: porro,si ex luto eiusmodi videris,

contemptum

[Margin: 1. de fract. ... & com. 3 ... 243 g. & ... circa me dium.]

[Margin: Al. ... impro dum.]

contemptim fortasse præterieris. At non item certe, quisquis est artifex, artis quæ in operibus digno E scendę peritus: sed laudat Phidiam pariter, siue lignum vile, siue lapidem quemcūque, siue ceram, siue lutum similiter viderit ab illo ornatum: attonitū enim facit idiotam quidē materiæ, artificē aūt artificij pulchritudo. Age iam & tu naturæ peritus sis, vt te non idiotā, sed physicū nominemus: relinque materiarū differentiā, & ipsam artē nudā conspice: & cum oculi constructionē cōsideras, organum visorium mente complectere, cum vero pedem, instrumentum ambulatoriū. Quod, si ex solari substantia oculos habere censes, & aurū syncerum in pedibus, non ossa & cutim, materiæ, ex qua constant, oblitus es. Memor igitur eius, considera vtrum lumen cœleste sit, an terrenus limus: permittes enim me ita vocare matris sanguinem, qui in matricē influit. Vt igitur, Phidiæ si dederis lutum, nunquā repetieris eburneā statuā, ad eundē modū, sanguinē vbi dederis, nunquam receperis vel Solē, vel Lunam, vel splēdidū eiusmodi & pulchrum corpus: diuina. n. sunt illa & cœlestia, nos aūt terreæ statuæ: opificis tñ ars in vtroque æqualis. Paruā & abiectā esse partē animalis pedem quis neget? magnum vero & pulcherrimū omniū, quę sunt in mundo, esse Solem, ne hoc quidē ignoramus: sed hoc considera, vbi oportuerit locatum esse Solem in vniuerso mundo: & vbi in animali pedem: in mūdo mediū quidem illum esse errātium stellarū, infimum aūt in animali pedem, necesse fuit. Vnde hoc intelligi potest? alium ipsi sitū mente tri- F buens, cōsidera quid casurum sit. Si enim inferius posueris Solem, vbi nūc est Luna, ardebūt hic vniuersa: si vero superius ad Pyroentis vel Phaetontis regionem, nulla terræ pars erit habitabilis propter vim frigoris. Cæterum, quod Sol tantus sit ac talis, quantus & cuiusmodi nunc est, id ei domesticum & à se ipso inest: verum, quod in hoc mundo situs sit, digerentis in ordinē ac dispensantis est opus: cū enim tantus ac talis sit, nequaquā ei locū in vniuerso mundo aptiorē inuenias. Cęterū nec pedi sanè inuenias locum in corpore aīalis cōmodiorem eo, quē nūc obtinet. Æqualem in ambobus positionis artem considera: non enim frustra cōparo honoratissimum sydus abiectissimę omniū animalis particulæ. Quid vtilius calcaneo? nihil, sed nequaquā statuatur alibi cōmodius: quid vero Sole honorabilius? nihil, sed ne is quidem in vniuerso mundo ponatur melius. Maximū & pulcherrimū rerū omnium esse mundum quis tandem neget? sed & animal veluti paruū quendam mundū esse aiūt viri veteres, naturæ periti: eandem nanque in ambobus inuenies sapiētiam Creatoris. Ostēde igitur (aiunt) mihi in animalis corpore Solē: quid hoc rogas? an ex sanguinea substātia adeo putredini obnoxia ac lutulenta Solē vis generari? deliras ò miser: hoc est re vera impium esse, non quod à sacrificio abstineas ac suffimentis. Solem quidem non ostendam tibi in corpore aīalis, sed ostendā oculū, organū lucidissimū & Soli quā simillimū, vt in aīalis par G ticula: Exponā aūt & positionem eius, & magnitudinē, & figuram, & alia vniuersa, ostendā que tam commode omnia habere, vt non potuerint habere aliter melius. Sed de his quidem postea.

De Sensu Cutis pedis. CAP. 11.

PEs vero, de quo nunc propositum est dicere, neque oculo, neque cerebro deterius constructus est: oēs enim eius particulæ optime se habēt ad actiouem, cuius gratia factę sunt: commoditas vero maior & præstantia, in ijs, quæ deficiunt quadātenus à summo, nō in oīno inculpatis, est desideranda. Sensus principium & neruorum omnium est in cerebro: quid tandem hoc, quod melius pede cerebrum sit constructū, si vtrūque ad actionem, cuius gratia prius factum est, optime se habeat? Neque cerebrum sine pede & solum esset bonum, neque pes sine cerebro: eget enim, opinor, illud quidem vehiculo quodā, hic aūt sensu: vehiculū vero cerebri est totum corpus reliquum & pedes, sensum aūt ipsis cerebrum præbet. Porrò iam reminiscere eius, quod initio dicere institueram. Cum enim oporteret sensus participem esse pedis cutem, dura quędā sæpe & acuta conculcaturā, à quibus contusa & vulnerata, multis modis vitiaretur, nisi prōpte ipsa sentiens, moneret animal, vt aufugeret, propterea tendonis quidem in calcaneum descēdentis (quē ex tribus musculis dicebamus generari) superficialis portio ad inferiorē partem pedis prætergressa, cu H ti ad vestigium intrinsecus subducitur: profunditati autē pedis, quę est sub cute, in qua etiā duo parui musculi sunt, distribuūtur parua germina eorum neruorū, qui à spinali medulla oriūtur. His aūt adhuc multo maiores sunt manus summę nerui, quod ea magis, quàm pes, sensu exacto egeat, vt quę nō apprehēsionis solius, sed & tactus, facta sit organum: pes vero (neque enim futurus erat organum tactus cōmune totius corporis, sed solius ambulationis,) quātum, ne leui occasione lęderetur, requirebat sensum, tātundem sortitus est. Viā vero omnem neruorū ab ipso principio vsque ad pedem si tibi narrauero: & te docuero, quātā securitatis eorum rationem natura habuerit propter interualli longitudinem, timens, necubi lęderentur, cum molliores sint, quàm vt tantæ sufficiāt vię: te quidem (certo scio) cogam impensius admirari artem naturę, mihi aūt ad immodicā prolixitatem enarratio pedis progrediatur. At de neruis quidem postea seorsum tractabimus.

De Consistentia Cutis pedis. CAP. 12.

PEdis vero cutis adhæret quidem exacte subiectis oībus particulis, ne vsquam prompte circūuertatur. Ad totam aūt ipsam disseminatū est germen tendonis illius, qui in calcaneo est, vt ēt non circūuertatur facile, tum vt abunde sensus particeps fiat. Est vero mollis & dura moderate, ab vtroque excessu recedēs, quatenus oportebat ipsam neque nimis promptam ad patiendum, neque nimis

A neque nimis difficulter sensilem fore: nam summe quidem durum, propemodum insensibile sit, oportet, quemadmodum vngulæ solidæ & bisulcæ, tum cancrorum, & scarabeorum, & balænarum, & elephantorum cutes: summe vero molle, quantum ad sentiendi facultatem, tantum quoque ad patiēdi promptitudinem opportunum esse necesse est. Vt igitur neque admodum insensilis sit, neque prompte quid patiatur, excessus vtrosque natura vitauit, mediam exacte fabricata ipsam inter mollem & duram. Itaque iam totus pes nobis absolutus est, talis, cuiusmodi maxime conuenit rationali animali.

De Tibia, & Fibula, & triplici fibulæ Vsu. CAP. 13.

IN tibia vero ea quidem, quæ ad habitudines, magnitudines, paruitates, & vniuersum numerum arteriarum venarum & neruorum spectant, non opus est, vt nunc audire desideres: ea vero, quę ad musculorū eius vel multitudinem, vel situ, vel magnitudinis & paruitatis differentiā pertinēt, paulo ante dicta sunt omnia. Reliquū autem fuerit, & tempestiuū exponere omnē ossis vtriusque naturam. Nominatur itaque maius os κνήμη, hoc est tibia, eodem cū toto cœlo nomine: alterum vero περόνη, id est fibula, tenue id admodū & multo minus, quàm tibiæ os: & extrinsecus ipsi adtensum est, vtilitatem geminam quidem animali prestans primam & necessariam, ex

A.l. 1. f. 1. d. 5. su. 1. c. 28. 15. e

B abundāti autem (vt ita dicam) tertiam. Prima quidē certe vtilitas huiusmodi est, dearticulationis ad astragalum, à qua extendi & flecti pedem dicebamus: alteram autem partem dimidiam exteriorem hęc propemodum efficit totam, vt tibia internam. Alter autem vsus fibulę hic est, quòd qua potissimum parte ab incidentibus foris lędenda erāt facile omnia tibię vasa, & musculi, hac circumposita est fibula. Tertius vsus est in externo femoris capite, quod tibia sustinet, ad id loci enim affirmata ad securitatem simul & firmationem non parum cōfert. Quòd, si quis putat crus nihil indigere fibula (cum possit tibia, sicut superne ad genu sola ad femur dearticulatur, sic & inferne dearticulari ad astragalum,) nō intelligit se desiderare in ea id magnitudinis, vt nihil vincatur à femore. Hoc autem lapideo cuidam & ligneo animali & accidere potest, & pręterquā quòd nihil incommodabit, tutius puto sustentaturum superiora, quemadmodum, si pedem quis, non cuiusmodi nūc est, sed multo maiorem fecerit: at animali viuo & vero, per superiora moturo inferiora, omnino absurda esset huiusmodi constitutio: fortiora enim & maiora esse oportet motura, rebus à se mouendis. Recte igitur natura extrinsecus ad tibiam extendens fibulam, simul quidem munimētum quoddam hoc musculis & vasis fabricata est: simul autem media inter tibiam & fibulam regione multos musculos posuit, per quos mouendus pes erat. Magnum autem os

C vnum si fecisset hic solum, extrinsecus q; ei vasa & musculos sine munimento circumposuisset, male habitum totum ita crassum & graue fecisset cœlum. Neque enim hoc licet dicere, q; superne quidem & inferne ipsi epyphyses producere pręstiterat, quibus dearticularetur adiacentibus, ipsum autem os per totam tibiam tenue facere: facillime enim ita essent patibiles eius apophyses, et maxime quę essent ad astragalum plurimum excidentes à totius ossis rectitudine. An igitur nō ęquum est hic quoque admirari prouidentiam Conditoris, qui ad vtrunq; vsum etsi certe cōtrarium, exacte conuenientes & consentientes inuicem fabricatus est totius cœli particulas? Quoniam enim superius portari oportebat ab inferiori, fortius simul et maius, rationabile fuit esse id, quod subiectum esset, vt videre est in columnis, muris, domibus, turribus, & omnibus inanimatis: quia vero mouere quidem oportebat, quod superiacet, moueri vero ab eo, quod subiectum est, maius rursus & fortius ratio fuit esse ipsum superius, vt in brachio cōtingit, cubito, & summa manu. Itaq;, cum & tibiam portādi femoris gratia præstaret esse maiorem, vt autem ipsa moueretur facile, minorem: esset q; necessarium alterum eligere, cum ambo simul cōuenire non possent, ratio certe fuit eligere quidem, quod vtilius, alterum vero nō omnino neglexisse: sed in organis propter ambulationem institutis promptior ad motum constructio, longe vtilior fuit ea, quę ad

D securitatem firmationis erat opportuna: propterea igitur minorem fecit femore tibiam, non tamen vsque eo minorem, vt nō posset iam tuto ipsum portare. Ac tibi hic primo quidem memoria est repetenda methodus initio dicta, in qua dicebamus cuiusq; particulæ vsum ad actionē organi totius oportere referri: secūdo autem, q;, si omnia, quę ipsarum sunt partium, mente immutauerimus, neq; inuenerimus positionem aliam meliorem ea, quam nunc sortitę sunt, neq; figuram, neq; magnitudinem, neque connexionem, neque (vt paucis omnia complectar) aliud quid quam eorum, quę cunctis corporibus necessario insunt, perfectissimam pronunciare oportet, & vndique recte constitutam pręsentem eius constructionem.

De Tibiæ, ac fibulæ magnitudine, & dearticulatione. CAP. 14.

QVòd certe, & quę ante dicta sunt, secundum hanc methodum nobis diligenter expressa sint, & in sequentibus itidem eam seruabimus, nemo, si modo intentus fuit ijs, quę prius scripta sunt, ignorauerit: quòd autem & tibię magnitudo ad certam symmetriam (seu conuenientiam) venerit, q; tum ad femur tum ad pedem pertinet, adeo, vt optime sit cōparata ad velocitatem motus, nihil q; ad firmationis securitatem lædatur, euidēter disces tū ex ijs, quę propter varices aut scirrhū crassiores sunt redditę, tū ex earū cōtrarijs, quę pp aliud symptωma quodā sunt extenuatę. Siquidē, qbus crassior, q̄ par est, cōtingit, superfluo pondere impedit & vitiat

velocitatem

velocitatem ambulationis: quibus vero est gracilior, facile ij euertuntur & cadunt, maxime si citius moueri voluerint. Opus enim est (sicut & antea dictum est) ad bene ambulãdum altero quidem crure totum corpus tutò vehi, circunferri vero celeriter alterum: ambo autẽ huiusmodi habet tibiæ secundum naturã magnitudo: etenim portandis superiacentibus sufficit, & trãsferri ab eis facile potest. Itaq; iam manifestum est maiorem, quàm nunc est, nõ oportuisse esse tibiam: &, cũ eius sit magnitudinis, fibulã ipsam haud mediocrẽ præbere articulo astragali tutelã, ac velut aduersus externas iniurias propugnaculum quoddam tibiæ adiacere, cuius etiam capiti pter hęc omnia adfirmata est. Manifestum igitur ex dictis est, ꝙ plurimum differt constructio fibulæ à cõstructione radij: quod q; sapienter natura, vbi nihil plus accessurum erat ambulationis organis ex multitudine articulorum, ibi cõpositiones ossium immobiles omnino fabricata est: nã promptitudo & diuersitas motuum apprehẽsorijs organis, firmationis vero securitas ambulatoriis est vtilior. Propterea igitur, cum radius superne & inferne dearticuletur, etiam fibula in vtraq; parte darticulatur tibiæ. Sicut enim, si simplex esset totum crus nulla parte interceptum articulis, securius ab eo totũ animal sustineretur, ita & nũc, ꝙ plurimas dearticulationes non assumpsit, ad pfectam securitatem propè peruenit. Si enim absq; articulis fuisset omnino, neq; extẽdi posset neq; flecti, & ita amisisset vsum omnem, cuius gratia factum est: in multas autem dearticulationes diuisum, lubricum & fallax esset adeo, vt nunquam constanter vno crure stare possemus, quin confestim cirũuerteremur atque caderemus. Quare & hic admirari oportet naturam, vt quæ ex contrarijs & vitiantibus se mutuo & pugnantibus, necessarijs tamen ambobus cruri, tantũ ex vtroque acceperit, quantum neque motus facilitatem, neque firmationis securitatem, vitiaturũ erat.

De Genu constructione ac dearticulatione. *CAP.* 15.

Atque hęc ipsa quidẽ mirabiliter ab ea ordinata sunt, & his adhuc magis ipsius genu dearticulatio. Epiphyses enim ossis ipsius femoris (vocatur autem similiter & ipsum μηρὸς, nomine totius cωli) mirum, vt conuenientes habent in tibia cauitates, vt neq; laxus sit ingressus earum productionũ, neq; difficilis motu propter loci angustiã, circũposita quoq; ligamẽta vndequaq; tuto custodiãt cõtineantq; dearticulationẽ adeo, vt flectẽtibus nobis aliqñ aut extendẽtibus plurimũ, femur à tibia minime excidat. Rotula quoq; seu patella, à non nullis μύλη id est mola, ab alijs ἐπιγονατίς quasi supergenualis, vocata, os chartilaginosum existens, anteriores partes dearticulationis oẽs cõtinet, ꝓhibẽs qdẽ & ipsum femur elabi ad partes anteriores in illis maxime figuris, q̃ vocãtur gręce γνύξ. i. genu flexo, & ὀκλάξ. i. geniculatim & curue: iã vero ẽt, ne cadamus, et maxime in decliuibus locis, cũ in anteriora totum corpus nostrũ nutat, nõ modicã prębet cõmoditatẽ. Id aũt planè experti sumus in quodã adolescente eorũ, qui in palæstra versantur: cui luctãti euulsa à ligamentis mola, à genu qdem secessit, abijt aũt sursum ad femur: inerãtq; huic ambo periculosa, curuatio in genu, & ambulatio in decliuibus, ob id q; sustẽtaculo ac firmamẽto opus erat huiusmodi loca permeãti. Porrò, si omnes in genu cauitates aut eminentias ossiũ dixero, & ostẽdero neq; eminentiã vllam carere idonea cauitate, neq; vllam cauitatẽ occupante ipsam eminentia, sed omnes ad vnguem conuenientes quidem inter sese: extrinsecus autem contineri supcilijs quibusdam ipsorum ossium, & ligamentis, alijs quidem latis, alijs vero teretibus, lõgior quidem sic, quàm proposueram, oratio fuerit, nihilo autem apertior: sufficit enim, quæ prius est habita communiter ac in vniuersum de cõstructione omnium articulorũ. Siquis vero vt fabulam anilem eam legerit orationem, nihil amplius iuuabitur ne ab ijs quidem, quæ iam dicta sunt. ꝙ, si examinare ad vnguem singula, & perpendere ea, quæ in anatomis apparent, voluerit, admiraturum puto eum, naturam non in genu solum, sed etiã in singulis alijs articulis, ad amussim omnes tum eminentiarum tum cauitatum eas suscipientium magnitudines & figuras sibi inuicem conuenientes effecisse. Admirabitur aũt nihilominus externam tutelam pro roboris actionis portione adauctam: vt tum in pedis dearticulationibus antea mõstrabatur, quãdo ipsas illis, quę sunt in manibus, comparabamus† tum in illa, quæ est ad genu, cum ab olecrani. i. gibbi cubiti, cõstructione differre asserebamus. In alijs vero, quæ prędicta sunt, & robur ligamẽtorũ, & molæ ingressus, perspicue apparet proportione respondere: cum præter alia quidem ligamẽta, quæ sunt in ꝓfundo, & quæ in circuitu comprehendunt totam dearticulationem, alia quædam non valde quidem teretia robusta vero admodum, hoc quidem externas partes ossium colligans, illud autem internas, operata sit natura: superposuerit vero operimẽtum anterioribus partibus molam, vt vndiq; astrictus sit exacte articulus. Quatuor enim cum sint regiones circa genu ipsius articulum, anterior, posterior, dextra, sinistra: & anterior quidem sit non solum maxime fallax & periculosa, sed etiam præter cæteras laboratura: secundo vero loco externa sit, ceu ijs, quæ incidunt cωlo & collidere ac vulnerare possunt, obnoxia magis, q̃ interna, plus autem posterior laboratura, q̃ passura: primæ quidem dictæ molam imposuit, secundæ vero rotundũ & robustum ligamentum simul cum fine lati musculi, tertiæ autẽ aliud ligamẽtum, quartæ vero neq; os neq; ligamẽtum insigne apposuit pter illa lata & tenuia, quibus omnis articulus copulatur. Atqui, nisi vndequaq; prouidentiã & artẽ summã ostendisset natura, quid eã prohibuisset retrorsum quidẽ posita mola, sine vllo aũt munimento parte genu anteriore relicta, simul quidem corrumpere genu ipsius flexionem,

E F G H

A. l. 1. f. 1. d. 5 fu. 1. c. 29. 15. 5

† *Al. tũ nunc in ea quæ est ad genu, nam quod illi est diuersum ab olecrani constructione, id & in alijs prius dictis & in robore ligamentorũ, & in molæ ingressu perspicue apparet.*

A rationem,simul vero cœlum facere promptū ad cadendum? quid aūt vetuisset rotundorum ligamentorum permutari positionem? Sed,vt diximus,si quis non in genu solum omnia eiusmodi examinarit,sed etiam in quoque articulo,ad summam omnia sapientiam simul & prouidentiam peruenisse inueniet. Sed in his quidem non oportet me prolixiorem esse.

De Musculis Femoris,eorumq; numero,& collatione. CAP. 16.

.l.1. f.1.d.5. .1.c.18.20.c

CVr aūt oēs musculi in femore extiterint numero nouem,deinceps dicendum fuerit: docet aūt & hic causam generationis eorū ipsa actio. Siquidem *tres,qui in anteriori sunt femoris parte,maximi eius loci musculorū,recta ad genu feruntur: quorū vnus quidē implantatur molę, carnosis apprehensionibus: duo aūt reliqui vnum maximū generant tendonē,qui dilatatus iam inseritur toti molę,constringens ipsam prorsus & coniungens subiectis: postea vero ꝑteruectus articulū,inseritur anterioribus partibus tibiæ,ipsam,si tensus fuerit,attollens sursum,& totā extēdens ipsius genu dearticulationē. Alij vero duo musculi,vtraq; ꝑdictorū triū parte vnus,hic qdē externus,ille aūt internus,ad laterales tibiæ partes inseruntur,obliquę motioni vterq; prefectus: qui nāq; internus est,crus intro adducit,alter vero foras abducit: enascitur aūt,ille quidē ex commissura ossiū pubis,hic vero ab extimis partibus ischij,optime enim sic crus ad motus obliquos B abducturus erat. In medio aūt inter hos spatio alię tres sunt musculorū explātationes ordine positæ,paruis motibus ipsum genu mouentes: flectit enim genu,& ad interiora adducit tibiam is, qui est continuus interiori: abducit aūt foras simul flectendo,velut exoluens eā,is,qui tangit externū: reliquus vero,qui & medius oīum est,in femoris caput internū insertus,flectit quidem totum quoq; femur,cum eo aūt simul & tibiam ipsam attrahit,incūbens partibus,quæ sunt ad dearticulationē,vsq; ad alterū maximorum tibiæ musculorum,cū quo & totā ipsam tibiam cōtrahit. Reliquus vero nouē musculorū,dearticulationē ipsius genu mouentiū,strictus & lōgus ex osse iliū ortus,tollit sursum tibiā,†in illa maxime figura crus totū statuens,in qua mollientes ac subigētes,pedē sursum ferimus ad inguen alterius cruris. Præter aūt hos oēs est paruus musculus poplitis,qui flectit genu. Mirum,quātū hic quoq; natura fuerit ꝓuida multitudinis ipsorū,magnitudinis,positionis,& implātationis,vt nihil desit ad motū ipsi genu his ita dispositis: si vero permutatū fuerit vel vnum quodpiam prædictorum,lædetur aliquis motus,aut oīno corrumpetur.

† Additur in antiquis λοξῶς i. oblique.

Sanè,ad quantā perueniat prouidentiam,quòd tres sint magni musculi,qui crus extendunt,& in genu molam tum stringunt tū attollūt,euidēter apparere ijs arbitror,q ꝑdictorū meminerūt: totius.n.ferè motus,qui fit in genu,robur in his musculis futurū erat. Tunc enim fortissimo simul & exacte tenso indigemus toto crure,qn̄ inter ambulandum sublime quidē circunfertur alterū,tota vero corporis moles vehitur super id,quod manet ac terræ obfirmatū est: at in hoc,extendentibus in genu musculis,qui sunt prædicti tres,agentibus & exacte tensis indigemus: flectitur enim ipsa genuū dearticulatio à posterioribus musculis,extenditur aūt ab anterioribus. Si igitur,quando maxime tenso crure nobis opus est,tunc his tribus musculis solis cōmittimus genu custodiendū exacte rectū,retrorsum q; vertendā & adducendā & cōprimendam molam, vt per hanc rectitudo ipsorū seruetur,manifestū est,ꝙ robur oē actionis crurum in his consistit. Motus enim eorum ad latera ex abundantia est,vbiq; natura cumulatius omnia membra exornante, ꝙ pro necessaria actione: ipsa aūt prima actio crurū,cuius gratia facta sunt,ambulatio est: ad quā quòd musculis ipsum genu extendentibus maxime nobis est opus ad huius articuli actionē,nullus ignorat. Quēadmodū igitur in pede ad calcaneū mōstrabantur summa ratione duo musculi retrorsum inseri maximo tēdone,ita in genu in caput tibiæ antorsum ipsos inseri præstiterat: pedi nāq; stabilitatē securā musculi illi oēs,toti vero cruri extēsionē rectā hi,suppeditāt. Tribus aūt his tres opposuit retrorsum,non æque robustos,neq; oēs vnū generātes tendonē: quæ omnia sic quidē comparata fuerunt (vt in libro de motu musculorū mōstratum est) ꝙ oīno necesse esset oppositū eē omni musculo aliū musculū contrarij motus auctorē,non tn̄ æqualem esse dignitatem extendentis genu motus, & flectentis. Igitur,quos solū oppositura erat natura,cōtrarij q; motus duces erant futuri,tres pariter effecit,non tn̄ ipsos ęque fortes,neq; in tēdones,vt illi, robustos desinentes: sed dedit eis,qui vtrinq; medio adiacent, obliquū etiam quendam motum nō paruum. Vt aūt quoquouersum circūferatī articulus,vtrinq; vnum ei musculū obtēdit,hūc quidē anterioribus musculis,illū aūt posterioribus,oppositū. At vero ꝙ maiores articuli vel p magnos musculos,vel multos,vel robustos *tendones moueantur: minores vero per minores,aut pauciores, aut imbecilliores,nō videā causam,cur nō oporteat hic quoq; mirari artificiū naturę: nisi fortassis ęquus fore dixerit quis paucos quidem & paruos & imbecillos musculos,magnis & principalibus cœlis & articulis ꝑfici debuisse, fortes aūt & magnos & multos paruis: Fortasse enim huiusmodi vir & obliquos quidē motibus rectis,rectos aūt obliqs prępesse postularit. Magnitudo itaq; musculorū femoris,& multitudo,& positio tāta,naturę prouidētia fuerunt cōstituta. Descēdunt aūt omnes ad caput tibię prętereuntes dearticulationē,hic quoq; artē non paruā ostendente natura. Quēadmodū.n.& qui p quosdā funiculos lignea idœla mouent,vltra articulos ad caput cœli mouendi eos applicant,ita & natura multo prior in vnoquoq; articulo fabricata est. Atqui,si,vt alia vniuersa tot & talia ad tibiam mouēdam esset molita,solam aūt opportunam tendonum implātationem

* τεινόντων est in græcis: sed vide an τεινόντων i. tendentes legendum sit.

tationem omisisset, nullus illorum esset vsus. Quòd igitur, si ante quàm transcenderet articulũ, E tendones implantarentur, omnino ne mouerẽt quidem tibiam, notissimum est: quòd vero etiã post, quàm articulum trãsiissent, tibiam non mouissent, si non in eum locum, in quem nunc inse runtur, sed vel in ipsum mox principium tibiæ, vel quàm plurimum procedẽtes, inserti fuissent, nec hoc sane penitus obscurum est. Siquidem implantatio eorum sola ad principium, non vtiq; fuisset neq; pariter tuta neque robusta, ꝗ paucis apprehensionibus, & ijs ex summo cωlo, totũ os mouere ipsi tendones conarentur: si vero ad vlteriora & circa mediam tibiam facta fuisset implã tatio, vt habet in simijs, perfecte extendi cωla non permisisset, sed essent velut colligata & suspen sa à partibus femoris posterioribus, velut nũc est in simijs. Qui enim ex posterioribus partibus proueniunt musculi, ad mediũ ferè tibiæ, aut paulo supra id, in ijs animalibus implãtati, muscu lis anterioribus cωlũ extendentibus renitentes, & crus retrorsum contra trahentes, genu exacte ab anterioribus extendi nõ ꝑmittunt. Tibi q; hic licet examinare id, quod principio totius ser monis dictum est, naturam cõuenientes animi moribus & potentijs vniuersas corporis particu las cunctis aĩalibus construxisse. Etenim & simię (vt antea dictum est) ridiculo anima aĩali, & im perito imitatori corpus sic se habens circũposuit: omnẽ.n. ossium crurũ syntaxim eiusmodi cũ ha beat, quæ eã pulchre & recte stare nõ ꝑmittat, maxime ridiculos retrorsum musculos cõstructio- F ni aduersantes sortita est. ꝓpter hoc igit̃ (in puerorũ ludicro velut claudo subsultãs) neq; exacte, neq; tuto stare recta potest: sed, vt homo deridẽs & subsannãs aliũ hoĩem claudũ, stat & ambulat & currit claudicãs, ita & simia vtitur cruribus. Dicta sunt mihi ferè oĩa de crurũ cõstructione: de musculis.n. mouentibus articulũ ischij, cum particulas illorum locorum exponã, tũc disseram.

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de ventriculo, hepate, ac ijs famulantibus nutriendi instrumentis.

De Oesophago, & Ventriculo. CAP. 1.

QVãdoquidẽ "nutriri necesse erat animalis particulas, ingressus vero cibarijs G in corpus vnus est ꝑ os, optimo iure natura vias quã plurimas inde diuisit: has qdẽ velut publicas & cõmunes oĩum nutriendorũ: alias vero tanq̃ angi portus quosdã & angustas vias, ad singulas partes nutrimẽtũ ꝑferẽtes. Cõ munissima sanè & maxima prima q; omniũ via ab ore fert ad vẽtriculũ, qua si ad prõptuariũ quoddã oĩum particularum cõmune, in medio animali po sitũ. Nomen aũt ingressus huius propriũ quidẽ œsophagus, cõmune aũt est stomachus: omni enim ventri collũ præpositum, instar isthmi cuiusdã an gustũ, sic nominatur. Promptuariũ aũt hoc, alimentum vniuersum excipiens, ceu diuinum, non humanũ sit opificiũ, subit primum in cibarijs laborẽ, sine quo hæc sunt inutilia, in nullã q; rem aĩali commoda. Purgat enim ex ipsis, vt præparãdi tritici periti, si quid terræ, aut lapidum, aut syl uestrium seminũ admistum sit, quæ perniciosa corporibus esse solent, ita & ventriculi facultas, si qd fuerit eiusmodi, pellit inferne, reliquum vero omne, quod fuerit natura vtile, vtilius adhuc ab ipso redditũ, venis, quæ tum ad ipsum ventriculum, tum ad intestina perueniunt, distribuit.

A.l. 3. f. 6.t. c.1.144.c

De Meseraicis venis. CAP. 2.

HÆ aũt, queãdmodũ baiuli in ciuitatibus repurgatũ in prõptuario frumẽtũ ĩ aliquã cõem ci- H uitatis deferũt officinã, cõcoquẽdũ, & vtile ad nutriẽdũ mox futurũ, simili mõ prius elabo ratũ in "ventriculo alimentũ venę ipsæ deferũt ad aliquẽ cõcoctionis locũ, cõem totius aĩalis, quẽ hepar noĩamus. Ingressus aũt in locũ hunc, multis angustis vijs diuisus, vnus est, quem vir quidã antiquus naturæ, opinor, peritus noĩauit portas: à quo semper id nomẽ in hunc diẽ mãsit: Quin & Hippocrates ‖ ipse, ac cũ eo vniuersa Asclepiadarũ familia ita noĩauerunt, laudãtes sapiẽtiã pri mi illius, qui dispensationẽ eã, quæ aĩali inest, ciuili assimilarit. Porrò, queãdmodũ Homerus fin xit sua spõte moueri Vulcani instrumẽta: & folles quidẽ simul, atq; iusserit dñs, variũ & expedi tũ flatũ emittere: ancillas vero illas aureas, vt ipsummet opificẽ, moueri ex se ipsis: ad eundẽ mo dũ & tu intellige mihi in animalis corpore nihil esse ociosum neque immobile, sed oĩa variũ ex peditũ q; opus efficere cũ cõueniẽti constructione, diuinas q; quasdã ipsi virtutes à cõditore esse inditas: & venas qdẽ nõ deducere solũ nutrimẽtũ ex vẽtriculo, sed attrahere simul & hepati ꝑpa rare, mõ, quo ipsum, simillimo, qppe q̃ natura ipsi sint adsimiles, & primũ germen ex illo ducãt.

A.l. 1. f. 1. d c.20.8.c

lib. de dissectio ne, circa me diũ & 2. Epid. sect. 4. ante me dium.

De Vsu Hepatis. CAP. 3.

IPsũ aũt hepar, postq̃ id nutrimẽtũ acceperit à famulis iã ꝑparatũ, & veluti rudẽ quãdã delinea tionẽ, obscurã q; spẽm sanguinis referẽs, inducit ei postremũ ornatũ ad sanguinis exacti gene

rationem

A rationẽ. Sed, qm̃ eorũ, quæ ventriculo continebantur, quæ quidem erant ita praua, vt in tritico lapides, & terra, syluestrium q́; leguminum semina, segregata fuerant: quod autẽ erat velut palea, & furfur, alteram purgationem postulabat, similem quoq; iterum hepar infert alimento purgationem. Præstiterit autem, quo dilucida magis sit cõparatio, nõ siccis cibarijs, sed humido liquori præcocto quidem iam, & prius elaborato, indigenti autem adhuc perfectiori cõcoctione, assimilasse chylum, qui ex ventriculo per venas sursum ad hepar fertur. Sit itaq; vinum aliquod nuper quidem ex vuis expressum, sed infusum in dolia, ab innata q́; caliditate adhuc elaboretur, ac secernatur, concoquatur q́; ac ferueat: ex eius q́; excremẽtis, quod quidem est graue ac terreum, (quod, opinor, fæcem vocant) in fundo vasorum subsideat: alterum vero, quod leue est & aereũ, supernatet: vocatur autem id flos, plurimum q́; extat subtilibus vinis, vt crassioribus alterum subsidet plurimum. Porrò iuxta exempli similitudinem intellige mihi ″distributum a ventriculo ad hepar chylum, à visceris caliditate, velut vinum ipsum musteum, feruere, cõcoqui, alterari in sanguinis boni generationem: in ebullitione autem hac ex ipsius excrementis, quod fæculentũ quidem est ac crassum, subsidere: innatare vero, quod tenue est ac leue, & veluti spumam quandam in sanguinis superficie fluitare.

A.ibidem. c

B

De Vesicæ fellis, & Lienis situ. CAP. 4.

A.l.5.f.15.t.1. c.1.515.c

HIs sanè ratio fuit ′instrumenta præparari, caua quidẽ, vt recipiant facile: prælonga vero colla, velut stomachos quosdam vtraq; parte cauitatis habentia, alterum quidem eorum attrahendo excremento, reliquum autem emittendo, idoneum. Sed & positionem conuenientem esse oportuit lationi excrementi, & ipsas stomachorum ad hepar implãtationes positionibus respondere. Cæterum apparent quoque hæc sic disposita: siquidem vesicam, quæ leue & flauum superfluum receptura erat, natura imposuit hepati: splenem vero, qui crassum & limosum attracturus erat, maxime quidem voluisset ipsis portis subijcere, quò certe vel sua sponte inclinaturum erat pondere delatum melancholicum illud excrementum: at enim nullus illic erat locus vacuus, ꝙ ventriculus ipsum omnem prior occupauerat. Magnum igitur & amplum spatium cum in sinistris partibus relinqueretur, illic splenẽ posuit: & quendam velut stomachum ex simis partibus ipsius splenis productum, venosum vas, ad portas extendit: vt nihilo minus hepar certe purget, quàm si prope ipsum esset splen locatus, neq; longo, vt nũc, sed breui aliquo stomacho excremẽtum traheret. Postquã igitur deposuit, qui apparatur in hepate chymus, hoc est humor, ad nutrimentum animalis, prædicta duo excrementa, & ab innata caliditate coctionem exactam est adeptus, ruber iam & purus sursum ab gibbas partes hepatis ascendit, portionis absterlionis q́; ignis in humido diuini colorem indicans, vt Plato dicebat.

C

De Vena Caua. CAP. 5.

EXcipit autem ipsum illic vna vena maxima ex gibbis hepatis enata, quę ad vtranq; animalis partem fertur, superiorem simul & inferiorem: diceres sanè ceu aquæductum quendam plenum sanguine ipsam esse, riuos q́; quã plurimos à sese manãtes habere paruos & magnos, in omnes particulas animalis distributos. At enim in hac quoque vena multa adhuc humiditate tenui & aquosa plenus est sanguis: vocat autem ipsam Hippocrates ″ὄχημα τροφῆς, hoc est vehiculum nutrimenti, simul cum appellatione vsum quoque eius ostendens: neque enim ex ventriculo in venas commode transumi poterat chymus iam ex cibis factus, neque facile pertrãsire venas, quæ sunt in hepate & multæ & angustæ, nisi tenuis quædam & aquosa humiditas tanquam vehiculum fuisset ei admista. Hunc itaque vsum præstat animalibus aqua, siquidem ex ea nutriri nulla particula potest: distribui vero ex ventre, quod nutriturum erat, non poterat, nisi deductum fuisset à quopiam ita liquido.

A.ibidem. d.

lib de alimen. in fine.

De positione Renum. CAP. 6.

D

A.l.5.f.18.t.1. c.1.356.b

HOs igitur tenues humores, postq̃ suo officio perfuncti fuerint, non oportet amplius manere in corpore, onus alienum venis futuros. Huius ″sane vtilitatis gratia renes extiterunt instrumenta concaua stomachis, alijs quidem attrahentia, alijs autem emittẽtia, tenue hoc & aquosum excrementum. Adiacent autem vtrinque ipsi venæ cauæ (quam paulo ante maximam diximus) paulũ sub hepate, vt, quicquid in ipsam sanguinis assumatur, confestim purgetur, solus q́; postea is purus eat per totũ corpus, pauco omnino ipsi admisto aquoso humore: non enim eget amplius sanè multo hoc vehiculo, vt qui tũ per amplas vias illinc feratur, tum fluxilis magis iam infusione redditus sit: quod ei accidit ex calore primũ quidem ipsius hepatis, deinde vero ipsius cordis: qui etiam multo vehementior est, in nobis quidem & quadrupedibus animalibus omnibus ad dextrum cordis ventriculum inserta vena caua: in ijs vero, quæ huiusmodi ventriculum non habent ex anastomosi (i. orificiorum opertione) ad arterias, venis, quæ per totũ animal sunt sparsæ, de calore, qui in corde est, transumentibus. Dictum autem est de omnibus his in alijs. Porrò nunc (quod dictum est in principio statim operis totius,) nullius quidem actionis demonstrationem propositum est dicere: at, quoniam non licet particularum inuenire vtilitates ignoratis adhuc actionibus, ꝓpterea semper, de actione vbi admonuerimus, ad vtilitates mox trãsibimus, initio à ventriculo facto.

De Sensu

De Sensu Indigentiæ, ac Conformatione Ventriculi. CAP. 7 E

HVius igitur est facultas quædam propriæ qualitatis attractrix, vt in commentarijs de facultatibus naturalibus est demonstratum: est autem & quædam retentrix receptorum: & rursus excretrix superfluorum: & ante has sanè omnes alteratrix, propter quam illis quoq; ventriculus eguit. Sed alijs quidem omnibus animalis particulis, quanquam easdem facultates habeant, non indidit natura sensum eorum, quæ desunt, sed hę in plantarum modum nutriuntur, assidue ex venis alimētum haurientes: soli vero ventriculo, & maxime eius partibus ijs, quæ ad orificiū pertinent, sensum indigentię contulit, ad cibum sumendū animal ipsum excitantem & stimulantem: id q; à natura recte fuit comparatū. Cū enim totius corporis particulæ nutrimentū ex venis à caua prognatis trahant, ipsa autem rursus caua ex venis corporis hepatis, hæ rursum ex ijs, quæ sursum ad portas ferūtur, illæ rursum ex ventriculo & intestinis, nulla autē iam superfit amplius particula, à qua ventriculum capere oporteat, animalibus ipsum extrinsecus replere fuit necesse: in eo q; differunt iam à plantis. Siquidē his, & si quàm maxime alias quatuor facultates paulo ante memoratas, vt animalia ipsa, habere contigerit, eis tamen sensus certe eorum, quæ sibi desunt, abest: non enim per os nutriendæ erant, promptuarium copiosi alimenti subiectam habentes ipsam terram, cui hærentibus atque vnitis semper affluunt alimenta. Ipsi vero substantię animaliū, F præterquàm φ multum à terra differt secundum innatas particularum qualitates, insuper etiam motus inest voluntarius, & loci ex loco permutatio: itaq; propter hæc duo impossibile fuit ipsis plantarum ritu sugere ex terra humorem. Opus igitur fuit vnumquodq; pro sua natura, aut herba, aut semine, aut fructu arborum, aut aliorū animalium carnibus nutriri, ea q; id temporis edere, quo ventriculus senserit indigentiam: sed nulla animalis particula ex se ipsa sensum habet innatum, vt & hoc in alijs demōstratum est. Affluere igitur ventriculo eiusmodi facultatem aliunde oportebat velut per canales quosdam à sensifico principio: cuius rei "gratia ad eum par neruorum haud mediocre superne defertur & disseminatur, contexit q; maxime quidē os eius & partes ipsi continuas, & in alias iam partes vsque ad fundū ipsius ventriculi protenditur. Positus autem est ventriculus non statim post os, tametsi id postulabat alimenti certe susceptio: sed, quem vocamus thoracem, & quæ in ipso sunt viscera, præposuit natura: vt ille quidem in inferioribus partibus effluuia habeat superfluorum, hic vero per os attrahens & rursus emittens aerem, vocis & respirationis fiat conditor. Sed de thorace quidem & visceribus, quæ in ipso sunt, fusius in sequentibus dicetur: ad ventriculum autem rursus reuertimur: non enim, quia inferiorem thorace eum natura posuit, ob id oportet solum laudare, sed eo amplius, φ non medius exacte inter sini- G *strum & dextram animalis partem positus est, sed in dextris magis. Cū.n. natura circūpositura ei esset duo viscera, neq; magnitudine ęqualia neq; pari præstātia, propterea maiori & principaliori maiorē simul & honoratiorē locū tribuit, & hoc quidē dextra parte locauit: alterū vero, quod est velut expurgatoriū ipsius, sinistris ventriculi partibus protēdit. Sed, quoniam hepar quidem sublimē habuit positionem adeo, vt contingat septum transuersum, splen autem inferiorem propter eam, quam paulo ante dicebamus, causam, ratio fuit ad dextram fundum ventriculi extendisse: ociosus enim fuisset locus iste & omnino vacuus, vtpote ad quem hepar non etiam perueniebat. Hęc quidem est prouidentia positionis trium instrumentorum, hepatis, splenis, & ventris: prouidētia vero figuræ, & conformationis vniuersæ, præterea connexionis & cohærentiæ cum adiacentibus, sic habet. Ventriculus quidem, vt qui recipiendorum ciborum gratia extiterit, & locum omnem inter hepar & splenem medium esset occupaturus, merito rotundus simul & oblongus fuit: rotundus "quidem, φ hæc figura minimum omnium læsioni obnoxia, atq; capacissima sit, omnium enim figurarum æqualem habentium περίμετρον i. mēsuram, planarum quidem circulus, solidarum autem sphæra, maximæ sunt: oblongus autem, quoniam inferne quidem ἔκφυσις ad intestinū est, superne autem ad œsophagum ipse idem progreditur, qua vero incūbit ver H tebris, comprimitur, & ob id ipsum vitiata est ipsius deuexitas. Est autē in hominibus quidē fundum latius ipso orificio, φ inferne fundum vergat in hoc animali, quòd solum rectum extitit: in alijs vero animalibus versus anteriora ad hypochondrion tendit ventriculus, propterea φ id illis est deorsum. Porrò tibi manifesta iam erit vniuersa ipsius figura. Sphæram enim perfectam mente complexus, postea ipsam ampliorem finge animo parte inferiori: deinde duplicem facias productionem, latiorem quidem, quæ est ad œsophagum, strictiorem autē, quæ inferne: postremò ipsam comprimendo, & simam faciendo gibbositatem posteriorem, omnem figuram ventriculi didiceris: cæterum alia quidem perspicua sunt. Propter quam vero causam contrario se modo habent ipsæ partes, ac explantationes? superne enim, vbi ipse vētriculus est strictior, stomachus factus est amplus: inferne autem, vbi est latior, explantatio ad intestinum strictior facta est: An quòd moles non tritas, duras, ac magnas, aliquando transglutit animal, quæ vt transirent, amplā viam factam fuisse eam, quę per stomachū fert, oportet? inferne autem contra, nihil oportet trāsire magnum, durum, nō versum in chylum, atque incoctū: sed velut πυλορὸς, id est ianitor, quispiam iustus, est huius meatus angustia, nulli ante, quàm in chylum redactum sit & concoctum, facile concedens ad inferna transitum. Atque in multis certe animalibus velut glandulosa quædam

*Impressi habēt ἀριστεροῖς i. sinistris. anti qui aūt habēt dextris.

A.l.3.f.13.t.1. c.1.284.c

A.ibidem.d

dam

A dam substantia ibi adiacet, adaugens angustiam, & maxime quando ventriculus retentrice facultate vtens, & colligens vndiq; ac contrahens se ipsum, &, quæ in se ipso continentur, circumplexus, in coctionem eorum incumbit, tunc enim vtrunque orificium arctissime coactum clauditur: quemadmodū rursus, qn̄ propultrice vocata facultate vtitur, cætera omnia coarctat cogit ac constringit, meatum autem aperit, per quem euacuari oportet, quæ propelluntur. Hæ sane ventriculi actiones in alijs libris demonstratę à nobis, mirabiliter consentire constructioni ipsi videntur: & cum ijs adhuc, ꝙ paulatim quidem à stomachi implantatione dilatatur: qua re ʻperspicuū fit partem ventriculi quandam prælongam ab ipso extensam, œsophagum esse: non paulatim autem, sed repente & semel, ex fundo ventris explantatum intestinum, ipsius ventriculi minime partem esse, sed aliud quippiam ei connatum.

l.l.3.f.13.t.1. .1.254.b

De Ventriculi Tunicis, ac de Partibus, quæ eius concoctionem adiuuant. CAP. 8.

ATq; adeo tunicarum natura ventriculo quidē & stomacho assimilis est, dissimilis autē intestinis. Interna ʻnanq; tunica in ventriculo simul ac stomacho membranosior existēs villos rectos superne deorsum tendentes habet: externa vero carnosior, transuersos, quales habent duę intestinorum tunicę, id q; merito: siquidem ventriculus trahat, oportet, ad se ipsum per stomachum cibum & potū, tanquā manibus, rectis his villis, propellat vero trāsuersis: intestinis vero (attractrice enim non indigebant facultate) soli ad propellendum idonei sunt facti villi. Quin etiam continua est interna ventriculi, & stomachi, & oīum, quæ sunt in ore, tunica: siquidem id magis conferebat tum ad attractionem cōtentorum in ore cibariorum, tum etiam vt lingua deorsum trahatur cum musculis, qui sunt ad παρίσθμια hoc est tonsillas, à quorum omnium tensione sublato larynge, & sursum ad epiglottida currente, obturato q; ab ea, repente ac simul humor incidere in pulmonem prohibetur. At cur duriora & densiora sunt interna horum, q̄ intestinorū? quia intestina quidem ad ἀνάδοσιν hoc est distributionem, conferunt: ventriculus vero, & stomachus, & os, ad patiendi difficultatem comparata sunt: duras enim, & magnas, atq; asperas moles sæpe transglutimus, à quibus comprimantur & abradantur particulæ, nisi duræ & densæ extitissent. Ob id ipsum autem etiam tunica hæc communis ori, stomacho, ac ventriculo, rarior & mollior fit paulatim vsq; ad fundum ventriculi: vt, si partem hanc vētriculi comparaueris illi, quę in ore est, multo mollior tibi appareat: instrumentum enim, quod primum omnium occurrit cibarijs, ante, q̄ vllam receperint elaborationem, consentiens fuit omnium ad patiendum fuisse cōtumacissimum. Quę etiā causa fuit, cur venę q̄ plurimę quidem ad singula intestina immittantur, C paucæ autem ad inferiora ventriculi, paucæ etiam ad eius oris partes, & omnino obscurę quędā ad œsophagum: siquidem hic ʻvia erat solum ciborū, ventriculus vero coctionis instrumentum, vt distributionis intestinum. Vbi ergo oportuit solum coqui cibaria, oīno paucis opus fuit venis trāsumētibus, quicquid iam vtile fuerit: quod vero iam coctum est, quàm citissime distribui conuenit: ipsi autem vię cibi, pro se ipsa solum, erat opus venis. Merito igitur ipsa quidem paucissimas habuit venas, mediocres autem ventriculus, copiosas intestina. Cur autem circūambit ventriculum hepar? an vt ille quidem ab hoc, cibaria vero ab ipso ventriculo, calefiant? ob id enim ipsum hepar quibusdam λοβοῖς id est fibris, tanq̄ digitis, vētriculum ad vnguem complectitur: neq; est vnus ipsorum numerus in singulis animalibus propterea, ꝙ neq; figura neque magnitudo ventriculi omnibus exacte est eadem. Sed & idem ventriculus ex sinistris longum habet protensum splenem, à quo sinistræ illius partes calefiunt: retrorsum autē sunt spina & spinales vocati musculi, illa quidem velut propugnaculum quoddam densum, ij vero velut substerniculum quoddam molle, simul cum pinguedine sibi ipsis agnata calefaciunt ventriculum. Hæ quidem omnes memoratę particulæ vtilitatis propriæ gratia singulę extiterunt: at ingeniosa natura prope ventriculum positas, eas velut caloris fomites quosdam constituit.

l.l.1.f.1.d.5. .1.10.d

l.l.1.f.1.d.4. .1.6

D *De Omento, & Peritonæo.* CAP. 9.

IN reliqua vero anteriore ipsius parte nihil habebat proprię vtilitatis gratia illic locatum, quo ad hoc abuteretur: vnde eam nō piguit ob eam ipsam ventriculi calfactionem etiam parte anteriori generare & extendere per totum ipsum ventrem corpus aliquod densum simul & leue & calidum: densum quidem, vt intus concludat innatam caliditatem: leue autem, vt sine dolore ac cōpressione calefaciat: calidū (hoc certe ne verbis quidē indiget) quia tale oportuit esse, quod gratia calefaciēdi factum fuerat. Sed, si leue quidem simul & densum erat futurum, id membranosum esse oportebat: quæ enim particula in animali, eiusmodi corpore inueniatur densior ac leuior? si vero calidum, & vasa habere q̄ plurima venas & arterias, atq; pinguedinem quandam copiosam circūfusam: quæ certe ꝙ calida res sit, dignoscitur & sensu ipso, vtentibus ea nobis vice olei: indicat autem id non minimum, quòd facile in flammam transmutetur, tanquam ad flammæ naturam proxime accedat, nihil enim frigidum prompte cōburitur. Atq; iam planum tibi factum est his ʻverbis, vocatum epiploon hoc est omentum, ex duabus quidem tunicis densis & subtilibus sibi ipsis incumbentibus, q̄ plurimis vero arterijs & venis, & pinguedine nō pauca, cōflatum. Quòd aūt calefaciendi gratia factū sit, euidenter discas, licet, in illis, qui vulnus in epigastrio id est abdomine, acceperunt, in quibus per vulnus excidit omentum, deinde liuidum factum

l.l.3.f.11.t.1. .5.392.b

ctum cogit medicos partem læsam adimere. Omnes enim hi frigidiorem sentiunt ventriculum, E minus q; concoquunt, ac pluribus operimentis extrinsecus egent, & maxime qñ insigni fuerit magnitudine, quod abscisum est: quemadmodum certe & nos aliqñ ferè totũ ipsum abscidimus cuidam gladiatori ita vulnerato: homo autem sanatus quidem confestim est, sed tñ adeo facile & patiebatur & lędebatur à frigiditate externa, vt nõ sustineret nudum habere ventrem, sed lanis assidue esset obuolutus: gracilior autem fuerat à principio hic gladiator, cum alijs partibus, tum ventre, ob id q; celeriter, opinor, refrigerabatur. Cur autẽ in homine hæc particula longissime protenditur, extensa in omnia intestina? an quia coctiones intestinorum sunt imbecillimæ, & pellis mollissima atq; depilis, noxis q; multipliciter admodum exposita? Nec vero in alijs quidẽ animalibus soli ventriculo incumbit, sed in his quidem magis, in his autẽ minus, extensum est in intestina pro cuiusq; ipsorum natura. Dicta iam sunt mihi ferè omnia, quæ ad ventriculum pertinent, si duo hæc addita adhuc fuerint, quibus ventriculus ligamentis spinę sit adnexus, & vnde sit origo epiploo: etenim & illum stabilitum esse, & hoc non vndecũq; ducere initium generationis oportuit: ad hoc sanè vtrunque peritonæo vti mirabiliter natura videtur. Prius autem necessarium est exponere, quænam sit huius peritonæi substantia, quam q; vtilitatem animalibus præbeat, quo cõuenienter natura ad prædicta simul vtitur. Substãtia certe corporis, mẽbrana est F peritonæum. Vtilitates autem ipsius plures sunt animalibus: prima quidem vt operimẽti oium subiectarum particularum, tum ventriculi, tum intestinorũ, & viscerum quę sub phrenibus sunt id est septo transuerso: secunda autem, vt διαφράγματος hoc est septi, inter hæc ipsa & musculos extrinsecus incumbentes: tertia, vt sicci nutrimenti excrementa citius subeant: quarta, vt ne flatibus distendantur facile intestina & ventriculus: quinta, vt omnia, quæ sunt sub phrenibus, colligentur ab eo, & velut pelle quadam vnumquodq; priuatim tegatur. Prima sanè vtilitas exigua est, cum possint, quæ sunt intra peritonæum, à corporibus, quę extrinsecus sibi incumbunt, satis muniri, musculi enim illic sunt magni, super quos tum adeps multus tum cutis crassa est: reliquæ vero vtilitates omnes quidem sunt memoratu dignæ, non nullæ vero ex ijs etiam admodum sunt magnæ, magnum q; momentũ animalibus afferũt. Quæ igitur vt diaphragmatis vtilitas ipsius est, ita habet. Cum multi & magni musculi in epigastrio sint gratia efflationis, vocis, egestionis, & mictus (sicut alibi demonstratum est, dicetur q; in sequẽtibus) intercriderent in spatia inter ipsos media aliqñ tenuium intestinorum non nulla, quæ prementia & pressa, coarctantia & coarctata, dolorem facientia & dolentia, tum motus eorum impedirent, tum & ipsa difficillime propellerent deorsum superflua. Discere autem id licet ex vulneratum quidem habentibus G peritonęum, non bene autem curatis, vt omnes obnoxij sint prędictis affectibus. At nunc certe circumposito peritonęo & motus omnes sunt liberi à nullo q; impediti, & positio neutras partes premit, neq; incumbentes extrinsecus musculos, neq; internorum quicquam non modo intestinorum, sed & viscerum. Alia vtilitas est peritonæi huius operimenti. Nam omnibus internis περιτεταμένον id est circuntensum, vnde & ipsi nomen est: & superioribus extremitatibus ad pectorale os, & nothis costis: in idem conueniens cum subtensis phrenibus obliquis, non nihil auxiliatur circumpressorio motui ventriculi & intestinorum: quo motu subire alimenti excrementa dicebamus. Velut enim duabus quibusdam manibus, & peritonęo & phrenibus, superne quidem vnitis inferne autem distantibus, cõstricta ea, quæ in medio sunt, exprimunt pelluntq; deorsum alimenti superflua. Nam, si peritonæum inferna parte cum alio quodam phrenibus assimili coniunctum esset, superna vero distaret, circumpressorium ita motum (qui fit à transuersis illis villis, quorum antea memini) non magis ad inferiora, quàm ad superiora, pellere alimentum contingeret. Non igitur est paruum opus hoc peritonęi, siue tunicæ, siue membranæ, siue operimenti, siue alio quodam modo voluerit id nominare aliquis eorum, qui consumunt totam vitam in nominum contentione: quidam enim sola composita operimenta, tunicarum nomine H dignãtur: alij autem crassa: alij, nisi composita simul & crassa natura extiterint, eis appellationem hanc non tribuunt. Ad eundem autem modum & de membranis litigant: quibusdam enim simplicitas sufficit: alijs autem tenuitas: alij ambobus opus esse arbitrantur, vt ita nominentur, &, nisi tenue fuerit simul & simplex operimentum, id nolunt vocare membranam. At antiqui certe tunicas, & membranas, & μήνιγγας pręter hęc, omnia eiusmodi vocant: quos nos quoque sequẽtes à vana quidem in nominibus garrulitatę discedemus, & proposito adhærebimus. Quarta vero vtilitas peritonęi huius operimenti exacte circuntensi & constringentis omnia, est, ne ventriculus & partes ventriculo propinquæ prompte flatibus prehendantur. Vtilis autem est ipsis ad hoc & propria facultas, qua vtentes (vt alibi demonstratum est) semper circumplectuntur ea, quæ in se continent, ea q; vndiq; constringunt. Haud vero contemnẽdum est neq; hoc quidem peritonæi auxiliũ, quando (si quidem imbecilliora hęc & infirmiora fuerint, quàm vt amplectantur vndiq; cibaria) vaporoso & flatuoso spiritu à quibusuis impletur ventriculus, &, quæ circum ipsum sunt, partes, quam ob rem euidẽter ac necessario consequitur alimentum non concoqui, & tardam fieri distributionem: robusta vero si fuerint vniuersa, & amplectatur vndique ventriculus, intestina, & peritonæum, etsi valde flatuosa, quæ comesta sunt, fuerint, coquuntur tamen

ac distribuuntur

A ac distribuuntur facile. Partem nanq; flatus, ipsi ructus vacuāt: alia autē deorsum penetrat: quod aūt vaporosum simul & vtile fuerit, in venas assumitur. Ad ea igitur oīa vtile est peritonæum.

De Terminis Peritonæi. CAP. 10.

QVo pacto aūt colliget simul & vestiat priuatim singula, quæ sunt sub thorace instrumēta, deinceps nobis erit dicendum, sumpto hinc alicunde initio. Anterioribus quidem partibus ipsorum oīum pretensum est communiter peritoneum: procedit autem illinc ad dextram & sinistram per ilia vsq; ad lumbi vertebras: quo fit, vt singulis intestinis ac visceribus, tum arterijs omnibus & venis ac neruis circuntendatur. Quod vero ad extremitatem eius superiorem atque inferiorem attinet, superior quidem interne phrenibus adhæreſcit, inferior vero ossibus pubis & præterea ilium. Porrò instrumentorū in illis duabus partibus sitorum, quę superiori quidem parte sunt, cuiusmodi est ventriculus & hepar, à peritonæi portione phrenibus interne adnata: quæ vero inferiori, vt vesica atque intestina, ab ea portione, quę ossibus pubis committitur, vestiuntur. At de alijs quidem deinceps dicetur: Quod vero à phrenibus ori ventriculi extrinsecus adnaſcitur, vnitur ijs, quæ vtrinque à spina ascendunt: est q; id principium generationis tertiæ tunicæ ventriculi, quæ omnium extima est, quam sanè operimentum quoddam ac

.l.3.f.12.t.1. 1.398.b

B propugnaculum secundæ tunicæ carnosæ circumposuit natura, ea q; pro ligamento vtitur ad ventriculum totum cum corporibus, quę ad spinam sunt, colligandum: Tibi q; apparebit crassa hæc tunica, quamuis alię apophyses peritonæi, quæ ad instrumenta nutritionis feruntur, omnes sint tenues: sed, quoniam magna particula est ventriculus, maximas q; sustinet distensiones, quæ ipsi accidunt à cibis & potibus, merito fortibus vinculis atque operimentis eguit.

De Ortu & terminis Omenti. CAP. 11.

ATq; ad epiploi generationem, vnde digressa est oratio, iam redeo. Hanc tunicā preparauit natura, vt tum longe vtilissima, tum minime noxis sit exposita. Partibus enim peritonæi, quę à spina vtrinq; ascendunt, sibi inuicem occurrentibus ad gibbosissimam & altissimam partem ventriculi, ibi q; magnam arteriam & venam secundum longitudinem eius extensam inuenientibus, locus iste omnis principium est generationis epiploi, ceu iam omnia habens, quibus egebat: etenim arteria & vena illic magnæ, & duæ partes peritonæi sunt, & pars ventriculi, quæ calefieri postulat. Cum autem produxisset natura illinc venas, & arterias quamplurimas ab vtroque magno vase, simul produxit cum eis vtrinque peritonæi particulas, vniuscuiusque predictorum vasorum partem ad sese attinentem circumuestientes ac colligantes. Mediam autem inter C vasa regionem contexunt peritonæi portiones, velut filamenta seu plicæ quædam, sibi inuicem implexæ & incumbentes: ibi q; plurimum pinguedinis congerunt, quod fouet simul ventrem, inungit q; membranas, ac per inediam calori natiuo suggerit alimentum. Incumbere igitur ventriculo & veluti supernatare ἐπίπλοον (vnde & nomen habuit) par fuit propter prędictas causas, non tñ omnino ab alijs partibus solutum, sublime pendere: facile enim duplicaretur, & in se ipsum frequenter inuolueretur ac colligeretur, multa q; quibus tegmine opus est, relinqueret. Vnde arbitror factum, vt spleni id insereret, nominato q; παγκρέα hoc est corpori omnino carneo: pari modo ἐκφύσει idest explantationi, in tenue intestinum: & mesenterio, & cωlo, ipsius deniq; ventriculi finis. Sed, si alligari solum epiploon vnicuiq; prædictorum natura voluisset, satis habuisset membranosam eius partem inseruisse absque vasis: at, cum aliud quippiam maius prouideret, cōuenienter per vasa communionem prædictis instrumentis præparauit: cuius vtilitatem procedens sermo, cum tempestiuum erit, explicabit.

.l.3.f.13.t.1. 1.284.h

De propria Hepatis Substantia. CAP. 12.

NVnc autem transire ad hepar operæprecium est, ac statim sermonis initio memoriæ gratia ea repetere, quæ in aliis sunt demonstrata: vtilia enim sunt nō solum propositis, sed omni D etiam, quæ à nobis ad finem producetur, narrationi. Oportere enim diximus in compositis corporis particulis, quibus aliqua actio cōmissa esset (quas sanè & instrumēta vocamus) scrutari per anatomas eiusmodi particulam, cui nusquam in corpore alia sit similis, eam q; propriæ totius instrumenti actionis auctorē putare, alias vero partes esse communes: vt & nunc in hepate, quod supponitur venarum principium esse, & primum sanguificationis quam αἱμάτωσιν vocant instrumentum, hæc enim à nobis in alijs demonstrata sunt: quærēdum q; quęnam tandem sit hęc particula, quę venarum est principium, & generationis sanguinis causa: nam neq; venis, neque arterijs, neq; neruis causam hāc tribuere licet (cōmunia enim sunt hæc totius corporis,) sed neq; membranę extrinsecus visceri ipsi circūfusæ, quam à peritonæo paulo ante dicebamus ortam esse. Atqui, nisi hæc sint, reliquum adhuc fuerit & recipientes bilē particulas, & id, quod est velut caro hepatis, considerare: aut enim alterum eorum, aut vtrunq; actionis præcipuæ totius instrumenti est causa. At eos, qui bilem cōtinēt, πόρους hoc est meatus, non'ne ridiculum fuerit, vel sanguificationis instrumentum esse vel venarum principium, existimari? a vesica enim, quæ est ad hepar (quam κύστιν χοληδόχον id est vesicam bilis susceptricem, vocant) hi pori orti sunt, & eandem cum illo corpore ostendunt naturam: bilem q;, non sanguinem, cōtinent: neq; solū sunt in hepate hi, sed etiam extra hepar, quemadmodum tum is, qui peruenit ad intestinum, tum ij, qui

.l.3.f.14.t.1. 1.307.c

in ipsam vesicam perrumpunt, quæ ne ipsa quidem pars est hepatis: in quibusdam vero aīalibus E non est oīno χύστις, sed soli pori bilem ab hepate ad tenue intestinum velut deriuāt. Restat ergo id, quod est velut caro hepatis, quod sanè est & propria substātia visceris, esse primum sanguifica tionis organum, & venarum principium. Quin etiam, si quis ipsius cōsiderarit naturā, proxima sanguini manifesto apparebit: si.n. animo cogitaris portione tenuiore exhausta à calore, ipsum sanguinem crassiorem factum, nihil aliud inuenies eē, q̄ hepatis carnem. Quin etiam cōprobat ipsam rei euidētiam & id, quod sæpe à nobis in alijs demonstratum est, partium quālibet alimen tum alterantium eum velut scopum quendam & finem habere sibi propositum, vt sibi ipsi assimilet id, quod alteratur. Si vero mente repræsentaris assumptum ex ventriculo chylum alterari à carne hepatis & paulatim transmutari in illius naturam, crassissimus simul & maxime rubicun dus ex necessitate erit ante, q̄ illi perfecte assimilatus sit: demonstratum enim fuit & hoc, nullam rem contrarias vel oīno multum differētes qualitates recipere posse, nisi per media prius iter fecerit. Quocirca, si hoc quidē agit caro hepatis, vt sibi ipsi nutrimentū assimilet: hoc aūt repēte ac simul fieri non licet: medium vtriusq; erit sanguis tanto à carne hepatis relictus, quanto superat coctum in ventriculo chylum. Sed de his quidem amplius in alijs demōstratum est: nūc autem hæc docendæ partium vtilitati sufficiant. Caro nanq; hepatis, quæ est propriū ipsius corpus, pri- F mum sanguificationis est organum, & venarum principium. Quapropter & venis, quæ ad ven triculum & vniuersa intestina pertinēt, inest facultas quædā sanguinis effectrix, qua succum, qui ex cibis distribuitur, venis in sanguinē mutare naturale est, prius, quā is ad hepar perueniat. Poros vero, qui sunt in vesica bilē recipiente, perspicuum est gratia separandæ bilis factos esse: mēbrana autem exterior velut cutis quædam hepatis est: neruus vero in ipsum inseritur, ne oīno viscus sit sensus expers: quemadmodū certe & arteria, vt caloris natiui symmetriam.i. cōmoderationem, ipsi conseruet, vt in libro de vtilitate pulsuum demonstratum est. Num igitur omnes particulas hepatis percurrimus, an superest aliquid, quod expositione egeat? Particula quidem nulla etiam superest, nam omnes à nobis dictæ sunt, venæ, arteriæ, nerui, propria hepatis substantia, bilis receptacula, postremo omnium tunica.

A.l.1.f.1.d
c.2.5.d

De Venis, arteria, ac neruo Hepatis, problemata. CAP. 13.

Restat dicendum de ipsorum positione, numero, magnitudine, cōplexione, cōformatione, coitione, & omni inter se cōmunione. Sic.n. manifesto artificium ostendatur naturæ, si nō substantias solum singularum particularum, gratia alicuius videatur constituere, sed etiam facere accidentia simili ipsis substantijs modo. Nam, nisi protinus didiceris, cur demum vnum ma- G gnum sinum in hepate non fecerit eiusmodi, quales in corde duos, mirabilem quandam ipsius prouidentiam ignorabis: Pari modo & cur tunicæ quidem hepatis neruus insertus sit, intro vero non etiam perueniat euidēter: Arteria præterea simul cum venis manifeste semper diuidatur: Et cur in simis quidem hepatis ad ipsius portas, venæ frequentes vnà cum arterijs collocatæ, sint oīum primæ: secundi vero post has sint meatus bilem excipiētes: omnium q; vltimæ venæ, quę in gibbis hepatis ipsi cauæ sunt contiguæ: Et cur parua quidem planè arteria, minor autem ipsa sit neruus, maiores ambobus meatus bilem continentes, oīum vero maximæ venę: Quin etiam cur venę, quę sunt in gibbis, non cōiungantur cum ijs, quæ ad sima sunt: Et cur subtilissimas habeant tunicas venę oēs, quæ sunt in hepate: Et cur phrenibus applicetur hepar, & cur per venam cauam: & de ipsius deniq; cōmunione cum oībus adiacentibus. Hęc nisi didiceris vniuersa, equidem nequaq̄ scire te quicq̄ vtile dixerim de vtilitate particularum: quin è re tua magis fuerat nę attigisse quidem omnino, quàm, mance tractasse hūc sermonem vt plerisque mos est: quorum alij q̄dem satis habuerunt de vniuscuiusq; particulæ generatione sola disserere, nō etiā vero arbitrati sunt considerandam ipsius positionem, magnitudinem, cōplexionē, figurā, & id genus alia: alijs aūt de his oībus dicere non venit in mentē, & eorū quidam maiora simul & plura omiserūt. H Quos nimirū vtrosq; admirari æquum est: si enim vtilitates particularum nosse præstiterat, nescio, quo pacto non oīum scire pręstiterit: sin vero vanum id & superuacaneum est, nō video rur sus, cur nō etiam paucarum meminisse sit superfluum. Promptissimum enim est dicere, id quod & nunc diximus, venas quidē, quę sunt in simis hepatis, ferre ex particulis, quæ ad ventriculum attinent, sursum alimētum: eas vero, quę sunt in gibbis, postea transumere: meatus à cysti profectos purgare excremētum: neruū sensum prębere: arterias aūt commoderationem innatæ caliditatis toti visceri conseruare: tunicam autem operimentum & indumentum circuniectam, ob id q; ipsum certe esse tunicam: carnem vero hepatis principiū esse venarū, & primū sanguinis efficiendi instrumentum. At, nisi addant alia omnia, quę nūc protuli, plures hepatis partium vsus ignorētur, q̄ cognoscant. Cur tādem (vt à primo problematum incipiamus) multas venas illas, quę à ventriculo & intestinis omnibus ferunt cibum sursum ad hepar, cum vniuisset natura ad portas, rursus in quā plurimas diuisit? siquidem vniuit eas, ac si vna indigeret: diuisit vero illico, ac si frustra vniuisset: cum posset vnum facere magnum in hoc viscere sinum sanguineum, cui insereret venas, inferne quidē eam, quæ sursum sanguinem fert, ortam à portis: superne vero eam, quę exceptura atq; totum in corpus perlatura esset. Porrò, quæ ab Erasistrato memorantur, indicant

A dicant diuisionem venarum in hepate separandæ flauæ bilis gratia extitisse. Apparebunt vero, si quis ea diligentius consideret, perperam dicta, cum natura possit etiam sine tanto & tali plexu superflua separare, vt aperte in renibus ipsa ostendit: permulti nanque eorum, qui potu liberalius vtuntur, amphoras integras ebibentes, & ad portionem potus meietes, nihil in separando impediütur: sed promptissime & facillime sanguis vniuersus, qui ad venam cauam peruenit, totus expurgatur à renibus, ne tangentibus quidem venam. Eo q; magis admirandus Erasistratus, qui, queadmodũ flaua quidẽ bilis à sanguine segregetur, verbosissime nobis disseruit: quo pacto autẽ vrina, nihil prorsus considerauit: conueniebat.n. aut de neutro dicere, aut vtriusq; itidẽ meminisse. Sed de his & alijs facultatibus naturalibus omnibus seorsum scriptũ est: demõstratũ q; est vnicuiq; corporis particulæ attractricẽ ꝓpriæ qualitatis inesse facultatẽ: quãobrẽ meatus quidẽ bilẽ excipientes, bilem: renes vero, vrinã attrahũt. Non igitur secretionis causa natura, tm̃ plexũ vasorũ in hepate effecit, sed vt morans in viscere alimentũ, in sanguinem ad absolutionẽ transmutetur. Si enim, vt in corde, ita in hepate fecisset vnum magnum sinum, veluti cisternam quãdam, deinde in ipsum sinum per vnam quidem venã induxisset sanguinem, per aliam vero eduxisset, ne breuissimo quidem tempore in hepate mansisset is succus, qui sursum ex vẽtriculo fertur, sed B ipso distributionis impetu raptus peruaderet celeriter totum viscus. Vt igitur maneret diutius, simul & perfecte alimentum alteraretur, transituum angustiæ extiterunt, quemadmodũ in ventriculo quidem pylorus: in intestinis vero inuolucra: pari modo & ante testiculos arteriæ & venæ inuoluũtur multipliciter: atq; in capite, sub dura meninge plexus arteriarũ πλέγμα δικτυοειδὲς hoc est plexus retiformis, nominatus: vbi.n. diutius natura voluit morari materias, ibi transitum ipsis difficilem molita est. Porrò, si vnus extitisset magnus sinus, non mansisset diutius in hepate sanguis, partem q; minimã carnis eius visceris attigisset, eo q; deterior vtiq; fieret sanguificatio: etenim, si proprium corpus hepatis primum est sanguinis creandi instrumentum, quod alimentum magis vndiq; ipsum contigit, citius & melius speciem sanguinis erat suscepturum. Quocirca ipsas venas, quæ sunt in hepate, omnium venarum, quæ sparguntur in totum corpus, tenuissimas fabricata est: illas nanq; ceu minime principio sanguificationis vicinas, & resistentem iniurijs constitutionem flagitantes, merito fecit robustas: cuius rei argumentum est non minimum, quòd aliæ quidem magis, aliæ vero minus extiterunt crassæ, prout eas oportebat magis aut minus ad patiendum comparatas esse, vt procedente sermone ostendetur: quæ vero sunt in hepate, tenuissimæ fuerunt, ceu nulli patiendi periculo expositæ (sedem enim habent tutissimã in viscere) C & melius ita sanguificationem elaboraturę. Quòd autem satius fuit post venas alimentũ ex ventriculo sursum ferentes, excepturis id venis poros attrahẽtes flauam bilem priores fuisse locatos, mihi quidem & hoc manifestissimum esse videtur: purgatum.n. belle iam sanguinem horũ vasorum opportuna positione suscipiat vtiq; vena caua. Ob hanc ipsam causam, & arteriarum situm laudare oportet: non.n. constituit eas in medio superiorũ & inferiorum venarum, vt ambas pariter ventilãdo refrigerent: sed ijs solis, quę in simis sunt, eas subiecit, haud ignara hepatis gibbis continuum esse motum ex phrenum vicinia. Iure autem & paruę admodum fuerunt, vt quę refrigerationem solum simis visceris suppeditarent, non necesse habentes neq; sanguinem assumere (nondũ.n. deposuit superflua,) neq; vitalem spiritum multum prębere hepati, vt quibusdã alijs organis, neq; nutrire carnem eius subtili & vaporoso alimẽto: dicetur aũt de hoc fusius deinceps. Minimũ aũt neruum hepati dedit natura, quippe quę neq; ad motũ aliquem, neq; ad sensum, animali ipsum pręparabat: eiusmodi.n. facultatis est principiũ hepar: eę q; actiones tũ ipsi tum venis ab eo ortis sunt concreditę, cuiusmodi & plantis insunt. Demonstrata autẽ alibi etiam hęc fuerunt accuratius: meminisse q; oportet eorum, quę statim à principio diximus ac demonstrauimus, ꝙ neq; licet recte inuenire vsum vllũ cuiusuis particulę, ante, q̃ actio totius organi sit D cognita: neq; quicq̃ dicemus nũc ad demonstrationẽ cuiusuis actionis, sed quę demõstrata sunt, in memoriam reuocantes, ipsis demum sermonem de vtilitatibus semper subijciemus. Nõ igitur amplius ambiges de nerui paruitate, si memineris demõstratorũ: sed potius fortassis sciscitabere cuius rei gratia omnino natura hepati paruum hunc neruum dederit: quatenus.n. nutritorię naturę principiũ est hoc uiscus, cuiusmodi & in plantis inest, nullo pacto uidetur neruo indigere. Vtrũ aũt naturã, an nutritoriã animã nominare oporteat, ijs inuestigandũ relinquo, q in nominibus tantũmodo sunt ingeniosi, in his q; omne uitę suę tẽpus conterunt perinde, ac si nõ possent aptiora quãplura requirere, si neutra dictione res hęc satis indicetur. Sed hoc qdẽ in omni re seruare oportet, Platonici pręcepti semper memores, nos ditiores sapiẽtia ad senectutẽ puenturos, si nomina neglexerimus. Porrò, ꝙ hepar quidẽ eiusmodi facultatis est principiũ, quę etiam plantas dispẽsat, mõstratum alibi est: sed & ꝙ ipsum copulatum esse oportuit alijs duobus principijs, neq; omnino seiunctũ, ut nec illa à sese mutuo. Siquidẽ hepar ueluti pecus quoddam (inquit Plato) agreste est, ipsumq; nutrire colligatum est necesse, si modo mortale genus staturum est: at ratio quę re uera homo est, sedem in cerebro habens, uelut famulam quandam atq; adiutricem irascentiam accersit, quę sibi aduersus hoc pecus auxilio sit: quo fit, ut ea per productiones, utputa neruos, uenas, arterias, coniuncta Conditor noster machinatus sit, ut se inuicem audirent, sibi q;

vicissim obsequerentur. Sed hi quidem sermones maiores & diuiniores sunt, eosq; in libro de E dogmatibus Hippocratis & Platonis fusius pertractamus. In pręsentia vero, si ita dixeris, vt paulo ante dixi, vt conueniens modus caloris seruetur visceri, arterias à corde ad ipsum peruenire: vt vero non prorsus insensile sit, neruum inseri tunicę ambienti, probabilior quidem tua fuerit oratio, & vulgo clarior. Nam, si neq; phlegmones, neq; empyematis, neque alterius cuiusdā morbi, sensum habere hepatis interfuit, nihilo vtiq; eo casu à plāta differat: eo q; obtuse sentit omnes huiusmodi morbos, non luculenter, vt alię corporis particulę, q neruus, cum sit paruus, qui in tunicam ambientem distribuitur, aut non omnino in viscus, aut non in totum certe, sese insinuat. Demonstratum vero etiam hoc à nobis est, quòd scilicet in proximas sibi particulas quadantenus vires distribuuntur: eo q; superfluum erat neruum spargi in totum viscus: obscurum enim ipsi sensum vel per distributionem erat suppeditaturus.

De Positione ac terminis Hepatis. *CAP.* 14.

OMnia igitur bene habent, quę ad hepar pertinent: superest tm̄ de tuta ipsius positione verba facere, quā solicite natura iam olim ipsi meditata est. Nam ventriculo, intestinis q; omnibus per venas & colligantem ipsa tunicam coniunctum "erat, ab eis q; separare ipsum haudquaq̄ erat facile propter figuram & lobos. At non sufficiebāt hęc. Proinde ipsum vinculis quibusdam F stabilitum natura proximis corporibus inseruit, vno quidē ac maximo tunica à peritonęo oriunda, quę ipsi pro tegmine futura erat, quare hac futurum erat, vt omnibus etiā internis coniungeretur, omnia enim tunica hac obuoluuntur: Magno pręterea alio vinculo phrenibus, atq; alijs qbusdam & mēbranosis & paruis, costis nothis connexum est. Verum id vinculum, quo phrenibus viscus ipsum adnecti iam diximus, est quidē & ipsum corporis substātia ipsi peritonęo assimile, quippe quod ortum habet ex tunica ambiente ipsum hepar, & ea, quę phrenas inferne succingit, quas ambas diximus à peritonęo produci: crassities autem eius, ob hanc q; ipsam robur ac patiendi difficultas, permultum à peritonęo distat: neque id immerito. Nam, si recti steterimus, à phrenibus necesse est hepar pendere: quo fit, vt periculum non paruum fuerit, ne vehementioribus motibus prompte abrumperetur, repēte q; admodū animal interiret, copulatur enim hepar nō solis phrenibus ibi, sed etiā cordi per phrēnas. Nam venā illam cauam, de qua iā sum locutus, toti corpori cum sanguinem distribueret, omnino quidem erat necesse ad cor pariter ascendere: aliū autem transitum commodiorem cum non haberet, necessario phrenas penetrauit, vt quę mediæ inter vtrunq; viscus sitæ sint. Non igitur cōueniebat alia quidem vincula venę ipsi, alia autē visceri comparare: sed vnum durum & crassum, indumentum simul cauę venę simul q; commu G ne ligamentum ad diaphragma, tum venę ipsi tum toti visceri, fecisse pręstiterat. Momentaneus igitur in primis hic locus futurus erat, noxa q; venę eius loci, omnibus, quę in toto sunt animali, venis cōmunis erat futura, non aliter, q̄ siquando truncus arboris affectus sit: vulneratā enim hāc venam aut diuulsam, adeo acuta sequitur mors, vt, cū Cyclopi, quanq̄ longe omnium maximo, sapiētissimum Vlyssem poeta scriberet insidiari mortem q; machinari, nō in aliam corporis partem ensem impulsurum fuisse finxerit, q̄ qua hepar phrenes cōtinent: fecisset q; ita, inquit, si trucidato eo, assecuturus fuisset, quod sperarat, manibus q; lapidē grādem, quem altis ianuis ille opposuerat, potuisset amoliri: adeo certe huic loco confidebat, vt si vulnere affectus esset, ne temporis quidem momētum viuere ipsi esset permissurus. Porrò magni ac duri vinculi, quod cauā ambit venam, partem posterioribus quidem partibus tenuissimam, anterioribus vero crassissimam natura constituit, vt non solum futuram animalibus ex se ipsis εὐπάθειαν id est patiendi prōptitudinē, sed etiam eā quę ab externis fit, propulset: nam, qui affectus, ipsis currentibus aut salientibus vehementer, euenturi erant venę nō belle colligatę, hi à se ipsis qdem animalibus accidunt: reliq vero, q ab occurrentibus (verbi gratia, quæcunq; frangunt aut vulnerant,) extrinsecus adueniūt. Cum igitur in horum occursu partes anteriores uenę cauę facilius lędantur, nō oportuit ęqualē H esse crassitiem operimenti ipsius: sed, quà facilius noxe incidūt, eà merito robustius id extitit. Verum, cum phrenes non solum (ut eas Plato ait) ipsum διάφραγμα hoc est discrimē, essent superiorum uiscerum ab inferioribus, sed (ut in alijs monstrauimus) non minimū organū respirationis sint, non oportuit eas arctari ac comprimi atq; adeo liberiore motu unq̄ prohiberi ab ulla subiectarum particularum. Hęc sanè pręuidens creator noster Deus, quantum fieri potuit, utrunq; uicinorum organorū plurimū à phrenibus abduxit: neq;.n. uentriculi sinū mox stomacho coniunxit in ipso per phrenes transitu, sed uelut ex isthmo aliquo prelongo & angusto enascētem angustiam, paulatim amplificatam, os uentriculi (quod uocant) effecit: neq; hepatis totū gibbum phrenibus immisit, sed plurimum attollens ac in gibbū fastigians sursum q; extendēs eam ipsius partem, unde uena caua emergit, ut hoc solo contingerent se inuicem hę particulę, effecit. Hepar igitur ea arte, quantam & cuiusmodi exposuimus, constat.

A l. 5. f. 14. t. 1 c. 1. 507. f

"Al. venas.

De Lienis Vsu, ac de eius, Hepatisq;, & pulmonis nutritione. *CAP.* 15.

EOrū uero, q̄ à principio ꝓposuimus, reliquus fuerit splen, ut censet qdem Erasistratus, ab eximia quadā sapiētia frustra institutus: quē non pudet asserere tm̄ uiscus à natura nihil temere agente (ipse enim hæc adstruit) frustra extitisse. Metuens illa scilicet, necubi artis suæ obliuisceretur, cum

A retur, cum fœtui adhuc vtero gestato hepar in dextris conformaret, ipsi ex sinistris partibus splenem opposuit, volens aliquid etiam hac parte moliri, perinde, ac si ipsa vetre paululum ad partes illas producto opus superfluum vitare nō posset. Et aduersus stultissimas quidem opiniones pugnat multis verbis, ut ex libris eius de transglutione, anadosi, atq; concoctione colligere est: fortissimis vero & maxime insignibus ne tantillum quidem cōtradixit, sed alias quidē illarum dūtaxat admonet, alias aūt ne id quidē facit, verum preterit eas & pƚermittit, tanq̄ nullius precij sint. Verum, si propter aliud nihil, saltem propter illarum auctores a Grecis celebratos non oportuit vsqueadeo aspernari, sed contradicere, & validis demonstrationibus eos confutare ac coarguere.

Demonstratū aūt est etiam hoc à nobis in libris, quos de facultatibus naturalibus cōscripsimus, splenem instrumētum quoddam esse, quod purgat limosos & crassos ac melancholicos succos in hepate genitos: attrahit.n. hos (vt antea quoq; dictum est) per vas venosum, tanq̄ per stomachum quēdam: attractos autē non protinus in ventriculum excernit, sed ipse prius per multum ocium conficit atq; immutat, vtens ad hanc actionem potissimū arterijs, quæ certe multæ & magnæ sunt per totum viscus, non ab re neq; fortuito à natura ipsi tributæ, sed vt motus assiduitate, & innatæ caliditatis, quæ ipsis à corde affluit, robore, confici frangi mutari atq; alterari possit crassities transumptorum ab hepate ad splenem succorum. Quicquid igitur eorum in succum huic visceri maxime conuenientē translatum fuerit, alimētum id spleni efficitur: quod aūt ab ea, quæ in splene fit, elaboratione exciderit, neq; in sanguinis tenuis ac vtilis speciē transmutari potuerit, omninoq; inutile fuerit ad nutriendum, hoc ad ventriculum per alium quēdam venosum stomachum splen eructat, vtilitatem & ipsum quandam haud contemnendam prestiturū: quam, cū de excrementis agemus, declarabimus. In presentia autē reliquam splenis constructionem expendemus, in primis q; proprium ipsius corpus, quod nō nulli παρέγχυμα hoc est affusionē vocant. Ipsum nanq; est, quo facultatem habet splen ad se ipsum trahendi succos melancholicos, rarū admodum ac laxum instar spongiæ cuiusdā, vt succos crassos facile & attrahat & excipiat. Vt aūt talis perpetuo seruetur splenis caro, faciūt arteriæ in totum viscus disseminatę: quæ tamen & aliū præstant vsum non mediocrem, cuius paulo ante meminimus, nam ad succos, qui ex hepate ad splenem feruntur, conficiendos conferre ipsas diximus. Quin & carnem visceris hę semper rarā conseruant, quemadmodum & pulmonis: si.n. recte demōstratum est in ijs, quæ de facultatibus naturalibus precepimus, omnia quæ nutriūtur, ad se ipsa trahere ex proximis vasis alimentū, ex arterijs quidem consentiens est tenuius attrahi, ex venis aūt crassius: nam & tunica arteriarum, q̄ venarum, est densior, & sanguis, qui in ipsis cōtinetur, est subtilior & vaporosior: ex huiusmodi aūt præstitit fungosam ac laxam carnem nutriri, quemadmodū ex crassiori densam. At, qui sanguis adeo tenuis in arterijs huius visceris est, generationem habet ex crasso illo & melancholico excremento: quo fit, vt & caro splenis, quāuis laxa sit, à pulmonis tn̄ carne magno interuallo relinquatur: laxissima.n. est ea atq; leuissima & paulo minus alba, vtpote ex spuma quadam velut coagulata, nutrit.n. ex sanguine purissimo, flauo, subtili, & spirituoso: has.n. omnes ƥrogatiuas habet is sanguis, qui à corde mittitur ad pulmonem: sed de illius quidem visceris natura seorsum tractabimus. Splenis vero corpus cum tanto rarius hepate sit, quanto est crassius pulmone, merito ex tenuiore sanguine nutritur: qui nanq; attrahitur ad splenem, crassior est eo, qui est in hepate. at, quia elaboratus ab arterijs, quę illic sunt, atq; adeo venis multo densiorem tunicam habentibus, q̄ quę sunt in hepate, nō affatim neq; crassus carni splenis, sed subtilis & paulatim mittitur: ob id caro quidem huius visceris rarior est & leuior, q̄ hepatis, non tamen rubicundior aut flauior, melancholicus enim erat humor, quem purgauit, eo q; elaborato nutritus est: hepar vero benigno simul & crasso nutritur tum propter subtilitatem tunicę venarum, quę sunt in hepate, tum propter magnitudinem foraminum. Vt aūt summatim perstringam, nutritio horū triū visceru sic habet. Hepar quidē ex rubicūdo & crasso sanguine: splen aūt ex subtili, sed nigro: pulmo ex elaborato ad vnguem, flauo, subtili, spirituoso, ac puro sumit alimentum. Iam vero carnis eorum species ad portionem nutrientis succi se habēt: quin potius, ꝙ eiusmodi eas esse oportuit, familiare ipsis natura etiam alimentum parauit. Hę igitur sunt duę vtilitates, quas diximus, cur multas arterias in liene natura produxerit. Est & alia quędam pręter has tertia, secūdū propriam ipsarū actionē & vtilitatē: monstratū.n. est, ꝙ motus ipsarū, seruandi potissimum cuiusq; partis caloris insiti gratia extitit, refrigerans quidē diastole hoc est dilatatione, attrahendo scilicet frigidā qualitatē: purgans autem ex ipsis systole hoc est compressione, excrementa fuliginosa. Huiusmodi igitur cum in splene plurimū futurū esset propter prauitatem & crassitiem succorum, qui in ipso elaborantur, ratio fuit arterias multas & magnas ipsi tribuere: vt.n. pulmo refrigeratione vehemēti, ita splen purgatione insigni indiget: hepar vero neq; tali egēs purgatione (habet enim alias tres maximas) neq; refrigerio magno, vt cor (propter quod ipse pulmo factus est) iure optimo paruis indiguit arterijs. Ob eas certe causas rarum, & leue, & arteriosum est lienis corpus.

A.l.5.f.15.t.1. c.2.325

De Situ ac terminis Lienis. CAP. 16.

CОnuersa autem sunt eius sima ad hepar & ventriculum: gibba videlicet simis opponuntur. Et sima quidem, arteriarum & venarum immissiones continent, &, quæ ad omentum pertingit,

tingit, insertionem: gibbis autem, quod ad nothas costas & ilia secedat, nullum vas inseritur, sed E
* διαφύσεις. quædam fibrosa vincula ibi colligant ipsa adiacentibus, quę neq; magnitudinem, neq; multitudinē, æqualem habēt in omnibus animalibus: sed & secundū speciem in ipsis est quædā differentia, quę in quoq; animali pariter inuenitur, neq;.n. alterius cuiusdam gratia extiterūt, q̄, vt dictū est, colligandi. Vnde plura vel pauciora, fortiora imbecilliora, in alijs & alijs locis extiterūt, non splenis solum, sed hepatis quoq;, vincula. Tunica vero, quę ipsum ambit, non modo est vinculum, sed etiam tunica (vt & nominatur) tegens & vestiens omni ex parte ipsum viscus. Principium aūt generationis huic etiā est à peritonæo, vt prius dictum est. Dictum quoq; nihilo minus est ventriculi tegmen oīum aliorum crassissimū esse oportere. Quę igitur particulę ad vētriculū, hepar, epiploon, & splenem pertinent, ad eum, quem iam diximus, modū exornatę fuerūt.

De Tenuium Intestinorum vsu à constructione. CAP. 17.

DEinceps vero erit de intestinis dicendum. Coquitur quidem adhuc alimentum & in ipso per intestina transitu, vt in venis etiā omnibus sanguis, cum tn̄ neq; intestinorum vllū concoctionis, neq; venę sanguificationis gratia extiterint: sed, vt antea dictū est, natura aliàs quidem organorū quoq; in melius simul vtit, aliàs aūt id necessario sequtur omnia, quę alicuius gratia extiterunt. Quemadmodū igitur venis, cū eas distributionis instrumenta fecisset, facultatē sanguinis generatricem indidit, ne, dum per eas fertur, tempus ipsi alimēto frustra periret, ad eundem modū & intestinis distributionis in venas gratia institutis facultas quędam cōcoctrix ciborū inest: quod fieri omnino nō poterat (vt in cōmētarijs, quos de facultatibus naturalibus cōscripsimus, demōstratum est) quin singulæ animalis particulę virtutē quandā haberēt alteratricē. Iam vero intestinorū substātia haud multum à ventriculo est diuersa: quo fit, vt, si facultatem alteratricem ipsis quoque inditam fuisse oportuit ipsi ventriculo assimilem, in his quoq; cibum concoqui necessario consequatur: nam, vt in hepate est velut officina sanguificationis, ita in ventriculo concoctionis. Quod autē neq; superfluorum prorsum delationis, neq; cōcoctionis gratia, sed, vt id omne, quod in ventriculo in chylum est mutatum, assumatur in venas, cōstructa fuerunt intestina, hinc discas, licet: Primo quidem, q̄ in nullo animali ventriculus sua structura ijs instrumentis sit contiguus, quibus superflua deijciuntur, quāuis non esset impossibile mox ad vocatam sedem, extremitatem ventriculi inferiorem protendi: secundo autem, q̄ q̄ plurima intestinorum inuolucra in plurimis animalibus fuerūt: tertio, q̄ nō ante emittatur è vētriculo cibus, q̄ perfecte sit concoctus, hoc.n. demōstratum etiam est. Quod ergo animaliū vētriculi sedi minime cohęserint, satis magno indicio est aliud esse oportere concoctionis instrumentum, aliud distributionis: nam, si idem esset, periculum vtiq; esset, ne identidem venę crudum atq; incoctum assumerent alimentum, quod tn̄ nequaq̄ accidere oportebat. Satis igitur constat aliam q̄dem concoctionis, aliam aūt distributionis, oportuisse esse particulam. Quod vero ipsum nō extēdatur simplex vsq; ad anum, sed q̄ plurimis reuersionibus & spiris orbiculatis in medio intercipiatur (cum constet id, ne alimentum ex animali ocyus elabatur, factum fuisse) ijs, quæ haud ita pridem diximus, consonat: quandoquidem, si secundus quispiam ventriculus priorem exciperet, esset q;, sicut ille coctionis instrumentum, ita hic secundus promptuarium distributionis, nequaq̄ breui tempore q̄ plurimum & per plurimas venas alimentum hepar assumeret. Nunc enim intestinorum circumuolutiōes, cum innumerabilem quandam venarum multitudinem ex hepate sibi ipsis habeāt insertam, omnem in ventriculo coctum succum sursum mittūt: tunc autem paucis orificijs venarum, paucum cibi in chylum versi assidue adaptans, tardam & diuturnam faceret distributionem. Etenim oportet ora vasorum contingere elaboratum ac coctum succum: si vero magno priori ventriculo secundus suppositus esset, paruam vtique partem eius ventriculi tangeret cibus, eā duntaxat, quam ipse contingeret: plurima vero alimēti pars, quę vtiq; in profundo esset, H apprehensiones venarum effugeret. Nunc autem angustia transitus in paruas particulas alimētum comminuens, cogit, vt id propemodum totum contingat tunicam intestinorum, ad quam venę ἀναςομοῦνται, hoc est osculis hiant, ob id q; ipsum etiam ora uasorum: siquid uero alimenti effugerit in transitu per primam circūuolutionem, per secūdam quidem cōtinget: q̄, si hic quoq; effugerit, per tertiam, uel quartam, uel quintam, uel quamlibet sequentium, sunt enim plurimæ. In trāsitu igitur adeo angusto, & lōgo, et quàm plurima inuolucra habēte, omnes partes alimenti coguntur tandem uersari cum uasis orificio: condensatum.n. est in orbem omne intestinum, innumerabili quadam multitudine orificiorū intro peruenietium, à quibus rapitur sursum, quod ex prætereunte alimēto utile est. Vnde fieri nequit, ut succus ullus nutriēdo animali idoneus effugiat, fallat, atque ex animali elabatur, qn̄ saltem lege naturæ corpora gubernātur: eorum enim hęc à nobis instituitur expositio, nō morbidorum, in quibus ordo quidē confunditur, naturę aūt ars impeditur, adiutore q; quopiam opus est, qui manū porrigat, &, quod angit, educat. Hoc q̄dē certe, etsi nō dicatur in unaquaq; utilitatum, quas recensemus, nō, qui pręteriṁittit, negligentię, sed, q nō subintelligit, tarditatis est accusandus. Porrò intestinorum inuolucra extitisse probauimus, ut quicquid alimenti cōcoctum esset, ad unguem distribueretur: eo q; spectabat, quod à Platone

A. l. 3. f. 16. c. l. c. l. 331. g

" A à Platone dictum est: ne alimẽtum celeriter permeãs, corpus extẽplo in necessitatem adigeret su
" mendi de integro alimentũ, suggerens q; insatiabilem gulositatem, ἀφιλόσοφον καὶ ἄμουσον. i. à phi
" losophia ac musis alienũ vniuersum mortale genus efficeret. Quibus certe animaliũ non insunt eiusmodi inuolucra, sed intestinum à ventriculo simplex vsq; ad anum protensum habent, insatiabilia oĩa ac gulosa, plantarum q; modo, cibo assidue adhærent. Verum de his Aristoteles recte conscripsit cũ alia, tum ẽt, q paulatim à plantis natura digrediens, aliud alio animal perfectius cõdidit, quousq; ad hoĩem perueniat omnium perfectissimum, de quo nunc nobis propositum est dicere. Non igitur de ventriculorum multitudine, qui in ruminantibus animalibus cernuntur, meum fuerit exequi, neq; de ventriculo singularũ specierum animalis, quemadmodum neq; de alijs nutritorijs instrumentis: scripsit.n. de his oĩbus recte Aristoteles. Quòd, si vitæ breuitas pulcherrimorum inuestigationem non moraretur, fortassis aliqñ, quod in ea speculatione desideratur, exequeremur: nunc vero satis habemus, si solius hominis possimus constructionẽ ad vnguẽ exponere. Rursus igitur orationem, vnde digressi sumus, reuocemus, denuo lecturos hoc opus commonefacientes, nullam hic postulent audire cuiusquã actionis demonstrationem, cum eam omnem in libris de facultatibus naturalibus simus complexi: veluti & q orificia arteriarũ ad intestina pertingentia, modicum quiddam cibi assumunt, plurimum autem venę: id ipsum sanè, q naturaliter in arterijs sanguis contineatur, alio libro seorsum conscripsimus. Nunc igitur, quod reliquum est de intestinorum cõstructione, exequemur. Oẽs tum actiones tum facultates, quas excretrices ac propultrices nominant, transuersorum villorum motu, vt attractrices rectorum, constare probauimus. Quemadmodum igitur vẽtriculo vtrosq; villos sortito duabus opus fuit tunicis contrario inter se modo habẽtibus, ita & intestinum quodq;, vnam speciem motus cum habeat propultricem, vnam pariter tunicæ speciem in transuersos & rotundos villos dissolutam obtinuit. Quid tandem tunicæ binæ extiterunt, siquidẽ ambæ itidem se habeãt? superflua enim videtur esse altera: at nõ est ita, nam intestinorum tunica duplex fuit, partim vt facultas ipsorum expultrix esset valentior, partim vt ipsa instrumenta ab iniurijs omnibus essent tutiora. Vt enim in ventriculo manere diutius cibaria, vt exacte coquerentur, ita hic non manere, è re magis fuit: nam, dum per viam longam ac strictam feruntur, perfecta simul ac celer fit ad iecur distributio.

B

A.l.1.f.1.d.5. c.1.10.b

Quòd autem ad securitatem summam, & patiendi difficultatem nõ paruum intestinis momentum duę tunicæ cõferant, indicãt vel maxime morbi dysenterici. Multos sanè ac sæpe vidimus, quibus, cum morbis grauibus atq; diuturnis essent conflictati, maxima intestinorum pars putredine erat tentata adeo, vt compluribus locis tunica omnis interior esset exesa: attamen vixerunt ij, & superstites fuerunt: quod non fecissent, nisi secunda quædã alia tunica extrinsecus corruptæ tunicę accessisset. Non nullis vero intestinorum quidam villi recti secundum longitudinem obtenduntur ad transuersorum tutelam: ideo q; animalibus tenues habentibus intestinorum tunicas aut actiones vehementiores, potissimum hoc inest: periculum enim erat, ne transuersi villi à sese mutuo auellerentur, nisi extrinsecus à rectis, velut vinculo quodam, fuissent deuincti. Quo fit, vt in recto intestino complures eiusmodi fuerint, q multis & duris alimenti sicci illic congesti excrementis eius intestini tunicas circumtẽdi valide oportuit. Extrinsecus igitur transuersis, ceu ligamentum, villi quidam recti iniecti sunt. In pluribus vero animalibus totum cωlon validis vinculis secundum longitudinem superne deorsum vtrinque porrectis constrictum est. Porrò, q & peritonęum ipsum rursus hanc secũdam vestit tunicam, colligat q; intestina omnia tum, quæ ad spinam sunt, corporibus, tum alijs, supra comprehensum est. Nam, vt semel dicam, nullum est sub phrenibus instrumentum, quod non operiatur aliqua tunica initium generationis à peritonæo sumente. Verum de intestinis quidem tenuibus hæc sufficiant.

C

De Vsu Crassorum Intestinorum. CAP. 18.

D

A.l.5.f.16.t.1. c.1.331.g

De crassis autem sic habet. Quemadmodum intestinum tenue distributioni destinatũ est, eius q; gratia extitit, quãuis etiam concoquat alimentum ac propellat, ita & crassum intestinum nõ repentinæ excretionis causa comparatum est: quãquam in multis animalibus voracibus, quibus rectum hoc intestinum inest, videre licet inferiore ipsius parte, nihil latitudine à sese discrepare: veruntamen hęc, assidue ut pascunt, sic egerunt assidue, vitã quãdam ἄμουσον καὶ ἀφιλόσοφον. i. à musis & à philosophia alienã, re vera (vt Plato dicebat) ducẽtia: quę vero perfectiora sunt aĩalia ac prestãtiora, vt nõ comedunt semper, ita nec egerunt. Iam vero demõstratum à nobis est ipsa intestinorũ inuolucra in causa esse, cur externo alimento assidue nobis minime opus sit: q aũt subinde nõ egeramus, sed lõgo interuallo, in causa fuit crassi intestini latitudo, ceu secũdus quidã venter, ipsis subiecti, quo modo vesica urinis Nam, ne egererẽt assidue, ne ue meierẽt aĩalia, humidis quidẽ excrementis uesica subiacet, siccis aũt intestinũ, quod crassum appellamus, quod utiq; & inferiorem uẽtrem quidam noĩant. Principium aũt eius est cęcũ intestinum, ubi.n. tenue intestinum desinit, illinc ad dextram quidem, cęcũ, ad sinistram aũt cωlon emergit dextra prius ilia præteruectũ. Porrò cęcum prorsus uelut uenter quidã est crassus excremẽtis recipiendis appositus, cui ad portionem cωlon respõdet. Atq; plurimis sanè auibus propter actionis robur, cæcum intestinũ est duplex: nam, si qd in transitu per tenue intestinũ anadosin fefellerit, id omne

omne diuturna in cęco mora plane exugitur. Porrò auibus ferè omnibus actiones vētriculi atq; E intestinorum robustas habentibus excrementorum receptacula bina extiterunt, nequid, cum alimentum celeriter feratur, non exhaustum prætermittatur, & vt egestio repente ac semel, nō continue & paulatim fiat. Verum in hominibus ac pedestribus animalibus omnibus vnicum cæcū intestinum natura molita, in dextris ilibus ipsum constituit, quòd locum ibi idoneum haberet vacuum, rene dextro altius appenso: cuius causam in sequentibus explicabimus.

De Musculis ac Nutritione Intestinorum. CAP. 19.

HÆc igitur omnia miro artificio natura comparauit. Quibus adhuc accedit, quòd musculi vtrisque superfluorum effluuijs incūbunt, instar claustri cuiusdam, ne continenter excernātur, ne'ue intempestiue. Siquidem vesicæ collum, quod vocamus, musculosum est: recti vero intestini ora inferior à musculis in orbem circumpositis σφίγγεται id est cōstringitur: quapropter nomen ei σφιγκτῆρα id est constrictorem, puto quosdam imposuisse. Nam musculi omnes, cum sint motus voluntarij instrumenta, non sinunt excrementa foras ferri ante, quàm ratio iusserit: id quod vnicum dūtaxat animalis facultatis instrumētum tanto ac eiusmodi naturalium instrumētorum exitui incubat in vtroq; excrementorum effluuio. Porrò, quibus aut resoluti hi musculi fuerint, aut quoquo modo alioqui vitiati, inuitis ijs & intēpestiue effluētia superflua satis indicant, quàm turpis atq; à musis aliena, nobis vita fuisset, nisi principio natura melius quidpiam prospexisset. Verum hæc certe mirifice ab ea cōparata fuerunt: præterea summa ratione ac solertia modum instituit, quo modo omnia, quæ ad vētriculum atq; intestina pertinent, non solum alijs partibus corporis nutriendis subseruirent, sed & ipsa nutrirētur. Primum nāq; toti mesenterio venas effecit proprias intestinis nutriēdis, ipsi dicatas, haudquaquā ad hepar traijciētes: vt enim & Herophilus dicebat, in glādulosa quædam corpora desinunt hę venę, cum cæteræ oēs sursum ad portas referantur: deinde eiusdem vsus potissimum gratia in epiploo quoq; quāplurima numero vasa construxit, quo oīa propinqua nutrirentur. Porrò vtrunq; hoc cōmentum naturæ ipsi subsidio est ad perfectam intestinorum & ventriculi nutritionem. Erant sanè et alia duo nutritionis eorū auxilia, vnum quidem in ipsa cibi cōcoctione, de quo antea sumus locuti: alterum, cum per longiores inedias infernæ partes attrahunt quiddam etiā ex ipso hepate, iam distributione ad hepar, & distributorum ipsorum exacta elaboratione ac separatione absolutis, inferioribus autē instrumentis tunc indigentibus & sanguinem benignum trahere valentibus. Admirātur tamen non nulli, si, per quas venas prius anadosis ad hepar facta est, per easdem rursus aliquādo sanguis benignus recurrat, cum aliorum naturæ operum ignari, tum vero roboris in attrahēdo instrumentorum nutritione egentium: de quo in alijs demonstratum est. G

A.l. 1. f. 1. de fa. 1. c. 7. 18. c

De Mesarxi Vsu. CAP. 20.

QVod vero reliquum adhuc est propositarum nunc particularum expositionis, opus atq; artificium naturę iam persequamur. Nam quamplurima venarum oscilla ad quodq; intestinum penetrare ostendimus, velut arboris cuiusdam radicum extremas ac tenues extremitates. Colligēs vero natura, vt in arboribus exiguas illas radices in crassiores, ita in animalibus vasa minora in maiora, & ea rursus in alia maiora, id quod semper agens vsq; ad hepar, in vnam omnia venam coegit, quæ ad portas sita est, à qua etiam, vena, quæ tum ad ventriculum tum ad splenem fertur, enascitur: atq; etiam arterias omnes in vnam magnam spinæ incumbentem pari modo contraxit. Nam, cum lōgum esset inter principium et finem omnium vasorum interstitium, non erat tutum sine præsidio vasa tenuia deducere: quæ enim sursum ad portas hepatis feruntur, velut penderent, nisi fulcimento quodam stabilirentur: nec præsidium ipsis aliud erat in ipso itinere, in quo velut sede firmarentur & intersepirentur ac fulcirentur. Quo pacto igitur securitati horū prospexit natura, vt ne salienti, aut impingenti, aut pulsato vehementer extrorsum animali, vasa ipsa comprimātur alicubi, vel perrumpātur, aut omnino afficiantur? A tunica colligante ac vestiente intestina (quam à peritonęo oriri diximus,) tunicam ipsi peritonęo similem cum produxisset, ea vasa singula induit: in spatijs vero inter vasa inanibus eādem hanc tunicam sibi ipsi applicans ac duplicem efficiēs, minus quidem hoc pacto patibilem, vasis ipsis instar vinculi ac munimenti validi constituit. Plurimis uero eorum, quę admodum sublimia atq; erecta ad hepar porrigebantur, quà mutuo coeunt, hanc ipsorum partem iniurijs magis obnoxiam cum exploratum haberet, corpus quoddam carniforme inseruit, quas glandulas appellamus: quę utique uelut cunei quidam uasorum diuisionibus incubantes fulcimentum ipsis tutum suggerunt, ut à nullo uiolento casu afficiantur. Iam uero oratione mesaręum sumus executi. Considerare autem deinceps oportet, in quem demum locum præstiterat naturam ducere uenam hepatis illam magnam, quæ omnes mesaręi uenas excipit: sed, quia hic liber magnitudinem iustam iam est adeptus, tum hoc, tum alia, quæ ad nutritoria instrumenta pertinent, libro sequente pertractabo. H

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBER QVINTVS

ARGVMENTVM LIBRI

De reliquis nutriendi instrumentis, maxime vero de superfluorum excretione.

Quid agendum hoc libro. CAP. 1.

CONsiderandum autem deinceps est, in quem locum naturæ magis interfuerit venam magnam, quæ ab hepate oritur venas q́ꝫ ex mesaræo oẽs excipit, deducere: oportebat enim profecto eandem hanc venam etiam eas, quæ ex ventriculo ac splene proficiscebãtur, excipere. Eadem aũt & de arteria, quã à magna ad spinam sita oriri diximus, dixisse puta. Parimodo & meatus illos, q à vesica ea, quę iuxta hepar est posita, oriunt, quibus bilẽ erat vacuaturà, oportebat (ni fallor) ẽt ipsos tẽdere in vẽtriculi aut intestinorũ locum nõ queuis, sed q illis certe tutus esset, & his excrementũ id recepturis minime dolorificus. Considerandũ, inquã, est, num cõmodiorem locũ alium proferre possimus, quo prętermisso natura ad deteriorem simul ac periculosiorem prędictorum quodque duxerit.

De Ortu & diductione Venarum in cætera nutriendi instrumenta. CAP. 2.

INcipienda autem est hinc consideratio, vtrum ex vsu magis fuerit naturam ipsam multis venis ex multis partibus productis, in singulas subiacentium particularum singulas abducere: an delecto in ipso viscere loco quodam opportuno, magnam quidem ex eo venam, ex ea autem alias, velut ex trunco ramos, producere. Mihi quidem videtur id fuisse commodius: non solum enim venis ipsis longum iter emensuris periculosum erat statim initio esse subtilibus, sed etiam hepatis non multa habere germina atq; foramina interfuit: sed vndiq; quidem tecto esse densa tunica, duas autem omnino habere validiorum venarum exortus, superne quidem cauæ, inferne vero eius, quę ad portas situm habet, fuit vtilius. Ergo, si satius fuit vnam eo in loco esse venam, queramus iam, quò perducere, et quî diuidere ipsam pręstiterit. Mihi quidem etiam hic videtur, cum ea ad medium inter ventriculum atq; intestina spatium peruenerit, ita demũ in ũtraq; oportere ipsam distribui: quandoquidem, si deorsum magis descẽderet, multum à ventriculo secederet: sin vero superne magis ascẽderet, pręterquam ꝙ multum ab intestinis distaret, ingressionem pręterea in ventriculo haberet lubricam: qui dum cibis est refertus, in maximam quidem subinde mutatur distentionem, considit autem, dum ijsdem est vacuus. Vt vero æqua quidem venarũ distributio esset omnibus nutritorijs instrumentis, vas autem ipsum ab hepate descẽdens sedem haberet stabilem inter ventriculum atq; intestina ductum, incumbere ea parte subiacentibus vertebris oportuit. Cęterum non in hunc quidem locum venam hãc tendere oportuit, in alium vero arteriam, †sub ipsam in totum mesareum diuidẽdam: vbiq; enim natura (nisi maius quid obstat) cum venis arterias simul diuidit, partim quidẽ, vt membranæ, quibus venas protegit ac partibus vicinis colligat, protinus arterijs quoq; sint vsui: partim autem, vt vasis ipsis sit conspiratio quædam ac materiarũ communio: etenim hoc etiam alibi demõstratum est. Quin & ad iecur ramum ab hac ipsa arteria produxisse oportuit: atq; adeo neruum (qui & ipse vnà cũ arteria & vena per totum mesaræum diffunditur) mox cum ipsis simul incipere, ꝙ nullum haberet locũ, vnde germen id, quod mittit ad hepar, tutius emitteret. Mõstrabitur autem paulo post, meatus excrementũ biliosum ex vesica ea, quæ hepati inhæret, vacuaturos, eo loco fuisse collocãdos. Cum igitur oporteret venam, arteriam, neruum, & quartum cum eis vas bilem continens, eò loci peruenire, manifestum est, ꝙ & principia diuisionis earum ibidem consistere erat necesse. Veruntamen vasa oĩa, quà diuiduntur, facile lęduntur, vt, si eorum quoduis mali quidpiam propter violentum motum esset incursurum, id, vbi scinditur, potissimum incurreret. Magno igitur indigebat locus hic pręsidio, quo vasa in ipso distribuenda ac discindenda munirent: Cuius haud ignara natura, glandulosum quoddam corpus fabricata, quod παγκρέας appellamus, substrauit, ac in orbem omnibus circundedit, diuisiones q́ꝫ repleuit, vt nullum ipsorum facile iam findatur, aut sine fulcimento sit: sed, cum in molli & mediocriter cedente corpore conquiescant, si motu cieantur paulo vehementiore, quòd tamen corporibus non duris neque non cedentibus incidunt, sed leniter quidem ea excipientibus, paulatim vero violentiam motus exoluentibus, illæsa inconcussa infracta´que perpetuo conseruantur. Quin etiam membranas fortes, tum priuatim singulis vasis, tum communiter ipsis omnibus circundedit, vestiẽtes ac iungentes ea non modo cum glandula, sed præter eam in primis ac maxime cũ subiectis corporibus, quæ ad spinã positionem habent: post illa autem & cum alijs omnibus circunfusis instrumentis. Verum nihil horum natura eo in loco probe effecisset, nisi amplum aliquod spatium eis pręparasset: quandoquidem,

†Al. cũ ipsa.

doquidem, si cum fundo ventriculi iunctum fuisset ieiunum, quæ in ipso sunt inuolucra non E parvas ibi effecissent angustias.

De Exortu intestini, ac Ieiuno, & de Ordine intestinorum. CAP. 3.

QVod praeuidens natura, primum omnium intestinum, quod ventriculo coniunctum est, non protinus in circumuolutiones reflexit, sed eousq; ad spinam protensum produxit, quoad prędictis corporibus amplum satis spatiū suppeditaret. Quod autem hoc consequitur, circūuoluitur ac flectitur, vocaturq; hæc pars intestinorum, νῆστις hoc est ieiunum, q͏ semper inueniatur inanis, nec tantillum quidē in se ipsa alimenti contineat. Quod autem inter hoc & fundum ventriculi sine circūuolutione mãsit, propter causam à nobis dictam anatomici ἔκφυσιν hoc est exortum, in intestinum noiare consueuerunt, vt hic sit instrumētorum post ventriculum alimentum vicissim recipientiū catalogus. Primū quidem est ecphysis: secundum aūt, ieiunum: tertium, intestinū tenue: quartum, cæcum: quintum, cωlon: & sextum, rectū: in cuius fine sunt musculi, qui constringunt ac continent excrementa. Porrò eorum cōstructionis omnium vtilitatem iam conscripsimus, præsenti quidē libro ecphysios, superiore vero omnium differentiarum tenuis & crassi intestini. Quòd, siquid pretermissum esse videbitur, aut id cōmunem cum prædictis habere rationem inuenietur, vt quiuis, etiam si à nobis nō didicerit, facile id ipsum præ F cedentibus consequens deprehendat: aut nullum ipsi animali vsum suggerēs, ex necessitate consequit ea, quæ gratia alicuius extiterūt, quemadmodū ieiunum, quod vbiq; est vacuum. Ceterū, q͏ propter nullam sui vtilitatem eiusmodi fuerit, sed ea, quæ gratia alicuius constituta sunt, secutum sit, paulo post ostēdemus. Porrò, nisi quis ea, quæ ex ijs, quæ præcipimus, intelligi possint, ingenio assequi studeat, sed oīa à nobis audire postulet, prolixa admodum fuerit hæc nostra narratio: quod breuissimo hoc argumēto cuiuis perspicuum fuerit. Cum enim pręsenti disputatione de ecphysi in tenue intestinum disseruerimus, q͏ ipsam in spinam extensam, non protinus circūuolui oporteat ante, q͏̃ ijs locum præbuerit, quæ in medio inter ventriculum & ieiunum spatio locari necesse erat, quidam hic forte, ceu à me prætermissum, requirat, quod apud Erasistratū scriptum est: Ecphysis vero in intestinum in dextris sita sit, & ad spinā cōuersa. Cuius rei gratia in dextris, & cur conuersa est ad spinam? quorū illud quidē sermone pręcedēti est demonstratū: hoc vero nullam peculiarem ac necessariam doctrinam efflagitat, nimirū cum iam millies admonuerimus naturam nihil sine stabilimēto reliquisse. Quod si ita est, satis iam cōstat ipsam, ecphysin ex fundo vētriculi prognatam, haudquaquam sublimem fuisse relicturam, verum ad spinam deductam, primo quidem illic stabilijsse, deinde vero vinculis quibusdam membranosis, vicinis G ipsius animalis partibus coaptasse. Porrò, q͏ nō nulla sint, quæ nullum pręstēt vsum, sed alia necessario sequantur, quod q̃; ne particulæ quidem, sed potius symptomata quædam, dicenda hæc sint, ex ieiuno discas licet: cuius, vt tenuis intestini generatio quãto vsui esset, antea demonstrauimus: quatenus vero alimento vacat, nullus ipsius animalibus est vsus, verū necessario præcedentia quædam alia consecutū est, quæ alicuius gratia extiterunt, sunt autem, quæ hęc sequunť. Primum omnium intestinorum ieiunum alimentum in ventriculo in chylum mutatum atq; concoctum accipit: positio autem ipsius est ad hepar: vasorum q̃; multorū in sese orificia cōtinet: ad hæc excrementum biliosum paulo supra ad ipsam ex ventriculo ecphysin, meatus bilem ducentes deferunt: porrò hepar ipsum adhuc vacuum, ex hoc primo sursum alimentum rapit. Horum itaq; oīum, alia quidem ad celeriorem alimēti distributionem, alia vero ad propultricis actionis robur conferunt: quandoquidem propter vasorum quidem multitudinem, proximam q̃; hepati positionem, tum q͏ primum ea, quę cocta sunt, recipit, hepati q̃; vacuo ea suggerit, plurima ac citissima ex ipso ieiuno fit distributio: robur autē actionis ipsius augetur, q͏ ab ea parte non procul absit, qua primum excrementum biliosum in intestinū erumpit. Nam celerius quidē venę multę, q͏̃ paucę assumunt: & quæ per viam breuiorem ad iecur ascendunt, q͏̃ quę longiore: & quę ex H vtili confecto attrahunt, quàm quę ex non eiusmodi: & quæ vacuo hepati alimentum afferunt, quàm quæ iam oppleto: robur autem actioni accedit, quòd excrementis non dum sit bilis admista, sed pura adhuc in tunicis ipsorum intestinorum circumfluitet, mordens ipsa & ad excretionem excitãs. Quãdo igitur intestinum quidem transmittens valenter agit, viscus vero recipiēs prompte assumit, celeriter alimētum permeet, est necesse, vt nihil ea ratione in eo subsideat, neq; moretur, sed trãsitus sit solum, is q̃; celer. Porrò, cum nō itidem semper elaboratum in ventriculo alimētum excipiat, neq; pari modo iecur attrahat, neq; bilis qualitate ac quãtitate eàdem semper confluat, ad portionem nō æqualiter assidue intestinorum anfractus sunt vacui, sed alijs quidem plures, alijs vero pauciores inueniuntur. Ex quo intelligitur hãc quidem primorum inuolucrorum inanitionem nullius vsus causa extitisse, sed necessario ea consequi, quæ alicuius causa constructa fuerunt. Nemo igitur à nobis audire omnia postulet, sed partem quidem eorum, fretus ijs, quæ iam præcepimus, inueniat, cuiusmodi est, quod de ecphyseos conuersione à vētriculo ad spinam paulo ante memorabamus: partem vero ne huius quidem instituti esse existimet: non enim ea explicanda nūc suscepimus, quæ necessario ea sequuntur, quæ gratia alicuius parata fuerunt, sed ea, quæ prima ratione natura constituit.

A.l.3.f.16.t.1. c.1.331.h

De bilioso

A *De Bilioso & Melancholico excremento.* CAP. 4.

MEmor igitur huius perpetuo,quæ sequuntur,accipe.Iam.n.demonstraturus sum,cuius expositionem paulo ante reieceram,de bilioso excremento, scilicet ꝙ in ecphysin ventriculi præstiterat confluere. Igitur ꝙ quidẽ meatui ipsi,qui excrementũ id deducit,breuior via erat cõmodior,vt qui iamiã futurus esset eorũ particeps,quæ natura ad tutelã vasorũ eò pertinentiũ præparauerat,perspicuũ ijs esse arbitror,q prius dicta attẽte audierint.ꝙ vero excepturis instrumentis è re ẽt fuerat,ita demũ vel maxime intelligas,si exploratũ habueris,quãta copia in ipsis necessario congeratur excrementorũ pituitosorum:de quorũ generatione in cõmentarijs de facultatibus naturalibus abunde & exqsite conscripsimus,singula cõuenienti demõstratione cõprobantes. Porrò,ꝙ multa hmõi supflua gignantur,id obiter nunc admonẽtes, ex ipso ad propositorũ explicationem, ꝓbationem duntaxat aliquã sumere oportet. Nam, si vnquã in eiusmodi hoiem incidisti,qui ciborum quidẽ boni succi esum auersaretur,abstinentia q̃3 se ipse conficeret,ac,siqñ mandere cogeret, nauseabundus efficeretur:sola autẽ acriora admitteret, à quorum esu ne bene qdem haberet, sed illi vẽtriculus flatibus intumesceret ac distenderet, & nausearet, plusculum tñ ructibus solis leuaretur: est aũt,qñ ipsa quoq3 assumpta cibaria corrũperet, ea potissimum corru-
B ptione,quæ acorẽ refert,si,inquã,in eiusmodi incidisti, deinde qua rõne curatus fuit, meministi, facile puto te ijs,q mox dicam,assensurũ:sin minus,certe eos,q eiusmodi morbo conflictant,curandi rõnem præscribã.Tu vero,si veri discẽdi es cupidus,ad tuã ipsius normã rõnem nostrã excute,atq3 ea euolue remedia,quæ à medicis fuerũt tũ inuenta,tũ literis prodita,quę oĩa huc pertinent,vt pituita à ventriculo abstergat:quæ, cũ natura sit viscosa, multo adhuc viscosior in hmõi affectibus, à mora in loco adeo calẽte, efficitur. Equidẽ noui aliqñ quendã eorũ, q ita laborarũt, qui sumptis ex oxymelite radiculis cũ incredibilẽ quãdam crassissimæ pituitæ copiã vomuisset, confestim sanitatem planè recuperauit,quãuis tribus ante mẽsibus neq3 vẽtriculus, neq3 coctiones ipsæ belle habuerint. Quòd igiť necesse sit tum in vẽtriculo tum in intestinis eiusmodi excrementũ prouenire, alibi,vt dixi, demõstrauimus: cæterum,ꝙ generetur,declarat tũ anatome,tum etiam morbi,quibus quotidie hoies ꝑhenduntur ab hmõi supfluorum abundantia: quorum curatio est simplex,eorũ scilicet,quę crassa ac viscosa diuidere,incidere,atq3 abstergere possunt,exhibitio.Ob eã igiť causam mox à principio natura ꝑsidiũ ipsis cõparauit, acrẽ atq3 abstersoriũ hunc succũ (quem oĩno oportebat è corpore vacuari) non in intestinũ aliquod ano propinquũ,sed in primã ecphysin ducẽs,ne qđ inferiorũ intestinorũ externo aliqñ ĩdigeret auxilio. Porrò,quãdiu
C recte aĩalis corpus gubernať, pituitosum excrementum quotidie ipsi detergetur: at, cum ex prauo quopiã corporis affectu copiosius est collectũ, nihil addubitãt medicorũ pręstantissimi, quin ilei, dysenteriæ, lienterię,ac tinesmi,oĩum,qui vẽtri† contingũt,morborũ grauissimi sint secuturi. Non contẽnendũ itaq3, neq3 translatitiũ quiddã natura ad sanitatẽ animalibus ex opportuna meatus biliosi immissione ꝓspexit. Cur igiť in ventriculũ ipsius portionẽ aliquã nõ infixit, cũ non pauca sanè & ipse generet hmõi excremẽta? Hic impẽsius ipsius prouidentiã,ni fallor, admiraberis. Nam hoies in vtilis delectu sępe falluntur,cũ id, quod hac in re vtile sibi fore putarãt, in alijs,nescio quo pacto,incõmodi plus afferre experiunť:at natura cõtra nũquã ne in vno quidem suorũ operũ incõsiderate aut socorditer magna incõmoda minori bono antepotuit:sed cuiusq3 modũ exqsita mẽsura iudicãs,infinitis partibus ipsum vtile eo,quod noxiũ est,amplius semper efficit. Quòd,si fieri potuisset,ab hac vniuersa cõstructione sublatum omne incõmodũ fuisset:nũc vero, cum nulla ars materiæ prauitatem possit declinare, neq3 adamãtinum atq3 omnino impatibile opus edere,reliquum est,vt id,quibus potest,ornamẽtis exornet. Verũtamen alij materiæ aliud ornamentũ competit:nõ enim eádem sanè substantia sydera & nos constamus.Ergo neq3 patiendi difficultatem eandem nos flagitare conuenit,neq3 naturã accusare,sicubi exiguum
D quoddam incommodum sexcentis commodis admiscuerit: sed, illud prius vbi ostenderimus,licuisse ipsi naturæ exiguum hoc incõmodum effugere cõmodis omnibus constantibus atq3 integris,tum demũ id vitio dare,ipsam q̃3 negligentię insimulare. Nam, si bilis flaua in ventriculum influendo nullũ admodũ afferret dolorem,inique vsum eũ natura preterijsset, quem abstergẽdo quotidie excrementum viscosum, nobis humor iste suppeditasset: sin vero malum quidem hoc adeo est exile,vt præsidio externo abunde corrigi queat, mala vero,quæ bilis in ventriculũ influxum manent,magnitudine sint tanta,vt ventriculi munus funditus euertant,non video,quin is sit erga naturam,quę sibi ipsi ita prospexit,ingratissimus,aut meritas laudes ipsi inuideat,si,cum laudare ipsam decuerit, ipse etiam incusat. Quis,quęso,ignorat bilis flauę facultatem acrem admodum esse ac mordentem,& omnia abradentem? at quis vnquam succum hunc copiosiorem deiecit, qui prius mordicationem in intestinis non senserit? ad hęc,cui non liquet, quod vomitum biliosum necessario præcedũt cum alij quidam affectus,tum vero καρδιαλγία,quæ oris ventriculi mordicatio est? Vis'ne,quę Hippocrates ‖ hac de re conscripsit,hoc loco proferamus,tantum q̃3 in re omnibus cognita testem aduocemus? Superfluum fuerit omnino ac vanum: quandoquidem , si flauæ bilis facultas omnibus est perspicua , in promptu est ipsam omne ventriculi officium,si ad eum confluxerit,euersuram. Qua enim ratione pura primis intestinis incidens,ea morsu

† *In antiquis additur,* καὶ τὰ ἔντερα. *i.* & *intestinis.*

A.l. 3.f.15.t.1. c.1.325.d

‖ de Veteri med. post mediũ, fine versus

morsu commouet, prohibet q; alimentum in ipsis morari, ad eundem etiã modum ventriculum E sensu, quòd ieiunum, exactiori præditum cogeret alimentum prius propellere deorsum, quàm planè concoctum esset: quod quidem certe ita in promptu est, vt res longiore demonstratione non egeat, siquidem morsus vehementes crudos cibos cogunt excernere. Satis igitur constat in quauis corporis constitutione, si bilis copiosior in ventriculum influat, alimenta in eo consistere non posse: morsus enim ventriculus à succi acrimonia, commouetur ab ipso ac pungitur, ad ea, quæ in se ipso continet, celerius excernenda. Si igitur humor iste ad os ventriculi irrepserit (vt quod maxime est sensile) morsi ab ipso, anguntur vehementer, nauseant, ac vomunt: sin vero ad fundum pertinuerint, celeriter deorsum subit, ac secum assidue simul cibos excernit: Cum enim ventriculus vndiq; valide comprimitur, os autem siue supernum siue infernum patefactum est, omnia pariter, quæ in ipso sunt inclusa, excernũtur. Ex quo concluditur, quòd, si plurimus humor iste ad ventriculum confluxerit, corruperit vtiq; ac perturbarit propriam ipsius actionem: quandoquidem ventriculi quidem propria actio est concoctio: postulant autem, quæ concoquuntur, temporis diuturnitatem: hic autem humor non sinit in ipso cibos morari. Recte igitur veteres medici (vt alia omittam præcepta salutaria) vomitus à cibis in singulos menses repeti præcipiebant, alij quidem semel, alij vero bis: omnes tamen qualitates ipsas eo casu comedendorum acres atq; abstersorias deligere consulebant, vt pituita omnis è ventriculo purgaretur, neque prauo succo corpus F afficeretur: nam, quæ mordent & abstergunt cibaria, biliosa vt plurimum sunt & cacochyma. Bene igitur & ab illis sine totius noxa, ventriculi purgatio est præscripta: & à natura ipsa præcognita fuit, ventriculi quidem purgatio facillima: intestinorum autem tum difficilis, tum etiam noxia non nihil, occasione cacochymiæ, ipsi animali fore. Cæterum, cur excrementum id biliosum in venas & arterias ex intestinis non distribuatur, in illis commentarijs demonstrauimus, in quibus reliqua omnia naturæ opera exposuimus: in quibus oportet eum, qui certam peritiam vtilitatis instrumentorum alimento destinatorum habere velit, prius esse exercitum: nam & iam idem sępe repetijmus & ab ipso statim totius operis initio demonstrauimus fieri non posse, vt quis particulæ cuiusuis vsum inueniat, nisi prius perspectissimam habeat totius instrumenti actionem. Neque hic conuenit, omissa de vsibus disputatione, ad demonstrationes actionum stylum conuertere: sed, quæ alibi demonstrata sunt, pro hypothesi ijs, quæ in hac enarratione dicentur, præsumentes, ita demum disputationem terminare. Porrò, quemadmodum pituitosi excrementi necessariam quidem esse in vẽtriculo generationem alibi comprobauimus, quòd vero ita manifesto accidat, nunc admonuimus: ad eundem modum, & quòd bilis non amplius in corpus assumatur, G comprobabimus. Nam, quòd non distribuatur, maximo argumento erit excretorum varietas: siquidem in ictericis comestorum colorem referunt, bile videlicet deorsum haud quaquam subeunte, sed sursum in totum corpus perlata: in sanis vero, quòd his humor biliosus in intestina cõfluat, ea flauo colore sunt tincta. Quanquam, si illinc rursus ad hepar retrocederet, palàm est, quòd non excreta modo, sed etiam totius corporis color ab icteritio nihil differret. Nihil igitur amplius mirũ sit, si etiam excrementum melancholicum, quod in liene elaborari ac mutari non potuit, non in propinqua ano intestina, sed in ipsum ventriculum excretum est. Etenim, si nihil molestum illic quidem futurum ostenderimus, oportuisse q;, si in proxima ano intestina meatum id excepturum natura extendisset, ad portionem paucitatis ipsius excrementi non modo esse angustum, sed etiam longum omnino, propter ipsius interualli longitudinem, eo'que iniurijs opportunum, non ab re tibi factum videbitur, vt in propinquum sibi ventriculum per breue aliquod vas confluat. Porrò, quòd nihil doloris erat allaturum, si memoria tenes, quæ de bile flaua prodidimus, superuacaneum esse arbitror pluribus id verbis te edocere: quandoquidem, si neq; in totum animal postmodum assumatur, neq; ipsum vẽtriculum vllo pacto offensurum erat, quid iam restat, quod lædere queat? Cæterum, quòd non assumatur, ex eo intelligitur, quòd ne flaua bilis quidem, quæ multo H est tenuior, assumitur: quòd vero nullam ventriculo afferat noxam, indicat ipsa qualitas: "acerba enim est atq; acida bilis atra, & contrahere ipsum ac constringere, non, vt flaua, subuertere nata est. Constat ergo, quòd, si quidem hæc noxia esse memorabatur propterea, quòd vetaret cibos diutius in ventriculo concoqui, atram certe bilem non modo non lædere comperiemus, sed & actionem insuper ipsius adiuuare: nam ventriculum intendit ac contrahit in se ipsum, cogit'que cibos ad vnguem circumplecti atque retinere, quousque fuerint percocti. Ea igitur naturæ prouidentia in biliosi excrementi effluxu fuit.

A.l. 1. f.1.d.4 c.1.7.f

De Renibus, & eorum nutrimento. CAP. 5.

PORrò, "cũ excrementum tenue atq; aquosum, quod οὖρον hoc est vrinã, nuncupamus, adhuc superesset, constructos sanè, quò quidẽ id secerneret, renes prope hepar cõstituit: vt vero cõmode excerneret, primum quidem receptaculum velut cisternam quandã ipsam vesicam, deinde ad ipsius finẽ musculũ fabricata est, qui aduigilaret, ne superflua intempestiue effluerent. Cæterum, cum vesicã quidẽ in imo pręstaret collocare, vnde etiam alimenti superflua euacuãtur, renes aũt (vt & paulo ante diximus) iuxta hepar, necesse fuit ex ipsis ad vesicam vias quasdam struere: atq; meatus quidã prælõgi fortes q; extiterunt, quos οὐρητῆρας id est vrinarios nominamus, qui

A.l.3. f.18.c.r c.1.356.b

renes

A renes vesicæ committunt. Sic igitur & vrinæ vi renum segregãtur à sanguine, & illinc per vreteras ad vesicam emittuntur, inde q; excernuntur, quo scilicet tempore ratio ipsa iusserit. Verũ cognitio horum non satis affert ad fabricam naturæ admirandam: sed positionis renum vtilitatem audire operæprecium est, propter quã dexter quidem ren est superior, adeo, vt plerũq; hepar ipsum contingat, sinister autem hoc inferior: de figura quoq; ipsorum, cur simi quidem, qua parte arteria & vena in ipsos inseruntur, extiterint, opposita vero huic pars rotũda planè fuerit: sed & de ipsorum substantia, qualis nam sit: de connexione, de sinu, de tunica: & cur maxima quidẽ arteria & vena in eos inserantur, obscurus vero planè neruus ac visum propemodum fallens. Pari modo & de vreteribus ac vesica, non ea solum, quæ vrinam, sed quæ bilem etiã recipit, ad rẽ pertinere arbitror, substantiam, connexionẽ magnitudinem, figuram, & reliqua, quę in singulis instrumentis exponimus, cognoscere. Nam naturæ artificium quiuis magis admiratus fuerit, si nihil horum indiscussum prętererit, & cuiusq; ipsorum actionis cognitionem in omnibus singulatim cõprobatam cõfirmauerit. Principio igitur (vt hinc disputationis huius ducamus initiũ, ostendentes, quẽadmodum vsus particularum inuestigatio prauas de actionibus opiniones conuincit) haudquaquã neq; Erasistratus, neq; alius quiuis, qui solum spiritum in arterijs contine-
B ri decreuerit, non inquam, poterit, dicere, cui vsui tantę magnitudinis arteriæ in renes inserãtur. Quandoquidẽ, si renes solas purgent venas, eo q; ad eos quanq; exiguos maximæ inserantur, arterias non conueniebat magnitudine venis esse æquales, quin potius nec omnino quidem renibus inseri: sin vero secus, at minimas saltem ac planè obscuras, quo modo & neruos, esse oportebat. Cæterũ Asclepiadi quidem, in quibus hęsitat, prõptum est vanos labores naturæ obijcere: Erasistratus vero laudat quidem perpetuo ipsam, ceu nil sine ratione molitam: verum id re ipsa non exequitur, neq; in singulis ipsius operibus laudẽ hanc veram esse cõprobat, sed in particularum constructione multa de industria subticet, tegit, ac præterit: de quibus abunde in libris de facultatibus naturalibus disputauimus. Quod autẽ ad præsentium speculationem attinet, omnes, qui hosce libros euoluent, id solum retinere velim, nullam vt oscitantes prætereãt particulã: sed, quod ipsi facimus, ita & ipsi conentur harum omnium substantiæ, conformationis, ac cõnexionis modum excutere: tum autem & ipsos exortus atq; insertiones obseruare, ac horum oĩum singillatim magnitudinem, vel paruitatem, multitudinem, cõmunionem, & situm: postmodum, si in oĩbus quidem particularibus, ea, quę de actione sunt prodita, consentire sibi ipsi videãtur, credere: sicubi vero dissideãt, etiã si minimum id fuerit: in eo tum supecta habere, neq; illis magno-
C pere attendere. Id enim ipsi quoq; seruauimus in his omnibus diu multum q; pensitãdis, ac, quæ alij de singulis instrumentis reliquerunt, dijudicandis: in quibus, quæ ipsis euidẽtibus comperimus esse consentanea, ea omnino ijs, quæ secus haberent, credibiliora putauimus: quod non in præsenti modo, sed in omni etiam narratione censeo faciendum. Sed ad propositum iam reuertamur, quò arteriæ, quæ renibus immittuntur, testimonio sint nos rectè demonstrauisse, in ipsis quoq; sanguinem contineri. Nã, si non sanguinis in ipsis contenti purgandi gratia: dicat aliquis mihi, velim, quę nam alia fuerit causa, cur ea magnitudine natura ipsas effecerit, ad cauitatem q; renum diuisas ipsas haud secus, ac venas, produxerit. Cæterum, ꝙ & renes ipsi serum sanguinis omne purgare vere asserti sint, declarat vtriusq; vasis magnitudo. Iam vero, si excrementum nutritionis renum est vrina (eò enim amentiæ Lycus Macedo progressus est, vt id etiam astrueret) cur demum in exigua renum corpora is, qui nihil agit temere Cõditor, arterias adeo magnas ac venas inseruerit, causam nullam dicere poterimus: sed oĩno (quod ipse minime vult) damnanda imperitiæ erit natura: aut is Lycus nihil veri de actionibus scire palàm est conuincendus.

De ratione Situs Renum. CAP. 6.

Ibidem. b. c

D CVr vero alter quidem renum superiorem habuit positionem, alter vero inferiorem? an & hoc consentaneum est ijs, quæ de ipsis demonstrauimus? quãdoquidem, si serum trahẽdo ita demum purgant sanguinem, perspicuum est, ꝙ, si aduersam positionem haberent, alter tractu suo in contrarium, alterius tractui moram afferret: nunc autem vterq; agit libere, solus q; attrahit, cum nihil sibi è regione habeat oppositum. At cur dexter quidẽ est superior ac primus, sinister vero inferior ac secundus? quia viscus ipsum, quod purgatur, in dextris locatum erat, & plurima cauæ venæ germina in dextram partem orificijs desinunt, sanguinem ex gibbis iecoris in ipsam venam ducentia: cæterum corpus omne virtute attractrice præditum expeditius ex directè oppositis attrahit. Porrò, ꝙ & splenem quidem ad inferiores ventriculi partes, hepar autem ad superiores, constitui præstiterit, prius monstratum est. Ergo neq; locum pariter vacuum in sinistris, vt in dextris, habebat, vt, quanto hepar superiorem splene positionem erat adeptum, tanto non esset alienum dextrum renem altero esse editiorem. At cur ad serosam humiditatem purgandam naturæ duobus opus fuit instrumentis? Quòd, si præstantius est, quod duplex est, in liene ac vesica bilem continente natura videri possit restricta, quòd vtrunque vnicum effecerit: sin vero vnum ac simplex abunde erat, superfluum rursus ipsum sinistrum renem dextro cumulasse censebitur. An hic quoque admirari par est ipsius artificium? Nam paucissimum quidem est melancholicum excrementum, copiosius autem ipso biliosum, porrò vtroque aquo-

sum

sum multo cumulatius: sed & crassissimum quidē melancholicum, tenuissimum vero serosum, E atq; amborum medium ipsum biliosum: pauco igitur ac crasso atq; ęgre mobili excremēto, longo q; interuallo ducendo, maximum & idem rarissimum instrumētum supposuit, cōstituit q; in sinistris ventriculi partibus, vt (quēadmodum prius ostēsum nobis est) qui crassus in ipso est succus, conficiat, fiat q; spleni alimentū: eam autem, quę hepati subiacet, vesicam, etsi tenuitate ac copia medium succum tracturam, attamen paruam fecit, ꝙ positionem alijs omnibus hepar purgantibus instrumentis cōmodiorem, numerum q; orificiorum trahentium haberet maiorem. ergo ne hic quidem secus, ac dignum erat, quidquam à natura admissum est. reliquus vero nobis ren dexter, quem solum sufficere reprehensorum oratio ante contendebat, ꝙ quidem solus purgando tanto excremento non sufficiebat, nisi maior, quàm nunc est, duplo fuisset, planè liquet. Quòd vero, si hic quidem duplicatus fuisset, alter autem omnino perijsset, iam non criminaretur quis, sed naturæ, ꝙ inęquale, animal ipsum effecisset, vere obijceret, id quoq; arbitror esse perspicuum. Prius enim, quàm renum mētionem fecissemus, libro superiore probabamus propter situm lienis, ventriculi, ac hepatis opportunum ipsum animal in ęquilibrio stare: nunc vero, si ipsi belle ac iuste habenti, in altera parte magnum vnum renem verbis fingeremus, animal ipsum in partem alteram propensum faceremus. At secus natura, verum pro vno magno rene in alterutra F parte locando, duos paruos, vtrinque vnū, ponere æquius esse putauit. Porrò, ꝙ vsq; eò magnus vterq; sit, vt satis ab ipsis purgetur sanguis, quotidiana experientia comprobatur: sexcentis enim venam quotidie secantes, paucissimam comperimus aquam supernatare, coagulato sanguine: quanq; omnibus, quibus vena est secāda, corpus male affectum est, & læsa omnino ipsis naturalis administratio: attamen ne his quidem sanguine concreto, aqua supernatat, nisi (vt diximus) planè pauca. Cæterum, ꝙ naturaliter habēte animali, renes perfecte serum sanguinis purgent, tum ex prædictis, tum alijs compluribus, possumus demōstrare: verum diutius huic sermoni insistere superfluum esse mihi videtur, cum omnes facile dictis meis assensuri sint, credituri´que renes ei vsui, propter quem extiterunt, sufficere. Atqui, si vterq;, quod satis est quidem, serum sanguinis perpurgat, est autem hoc excrementum multo alijs copiosius, secernendæ rei tenuitas potius, q̄ aliud quiduis, celeritatem eā in purgando efficit: quandoquidem id quoq; obscurum non est tenuia omnia crassis promptius attrahi. Iam vero apparet etiā spissitudinis renum causa, aut potius causæ: duę enim illæ sunt, facilis scilicet eiusmodi humidi attractio, id q; potissimū, quando quod attrahit, propinquum adeo fuerit: atq; ex ipso necessaria renum nutritio. Demonstratū nanq; id est in ijs commentarijs, quos de facultatibus naturalibus edidimus, ꝙ, quæ particulę per G ampla quidem orificia succum sibi accōmodatum trahunt, non possunt solum ipsum neq; purū neq; syncerum trahere, sed alterius cuiusdam diuersi generis admistione adulteratum: si vero in tenuia admodum ac mente contemplanda orificia, trahentium instrumentorum fines desierint, impermistum demum exacte q; syncerum succum familiarem attrahēt. Ex quo fit, vt, quę ad iecur est cystis, inuisibilibus atq; angustis prorsus finibus vasorum à se ipsa in viscus immissorum, quem succum natura sibi præscripserat trahendum, eū solum omnis alienæ qualitatis expertem iure attrahat, cum neq; lien, neque renes accommodatum sibi duntaxat eliciant succum: verum splen quidem cum illo trahit etiā aliquid sanguinis, quem ante, q̄ ad ipsum perueniat, venæ, quę sunt in epiploo, trahere ad se ipsas occupāt: renum "vero vterque multum quidem bilis flauæ attrahit, ac propemodum omne id, quod venæ & arteriæ, quæ in ipsis sunt, continuerint: multum vero & sanguinis, quod scilicet in eo est humidius ac tenuius. At biliosi quidē excrementi, quicquid non admodum crassum fuerit, cum vrinis permeat: sanguis vero carni ipsi renum aspergitur instar fœcis cuiusdam: inde iam paulatim vaporis modo in totam ipsam dispergitur, adhærescit, atque demum alimentum fit renibus.

A. l. 1. f. 1. d. c. 2. 8. d

De Substantia, & Vasis Renum. CAP. 7. H

NE igitur cum vrinis per aliquot foraminum, quæ in renibus habentur, quemadmodum tenue biliosum, ita & sanguis elaberetur, densum corpus eorū fuisse pręstiterat: splenem "vero (vt ante probauimus) contra laxum admodum ac rarum, ad attrahendum enim à longinquo succum crassum aptius hoc fuit: neque periculum erat, ne quid sanguinis sequeretur, quādoquidem nō prius, quàm confectum coctum atque mutatum esset, vt renes lotium, ita ipsum melancholicum excrementum erat excreturus, sed diutissime retenturus, mutaturus, ac tandem alimentum sibi ipsi facturus. Non ab re igitur is quoque laxus extitit, & renes dēsi: quibus tertio quopiam ad sui ipsorum nutritionem vase non opus fuit, pręter duo magna, quorum alterum oritur ab arteria, quæ spinæ incubat, alterum à vena caua. Porrò vesica, nō ea solum, quæ bilem, sed & quæ vrinam recipit, purum vtraque atque ab alijs secretum cum attrahant proprium excrementum, iure optimo vasa alia alimentum sibi ipsis suppeditatura flagitarunt: verum, cum copiosius multo serosum excrementum, q̄ biliosum esset, maius esse ipsius receptaculum par fuit: qua re factum est, vt venis atque arterijs, & neruis merito ipsi maioribus opus fuerit. Porrò quodque horum videre est in vtraque vesica, ea magnitudine, qua potissimum pro vsus ac magnitudinis portione sibi conueniebat.

A. l. 5. f. 15. c. c. 2. 3. 5. f

A *De Ortu & diductione Vasorum Renum.* CAP. 8.

CÆterum non vndecunq; ad vtranque ipsarum, neruum arteriam ac venam produxit, sed in his quoq; videtur, quod cõmodius erat, secuta fuisse: cõmodius.n.erat, ne per lõgam viam, ne'ue sine munimẽto duceretur. Quocirca vesicę ei, quæ vrinam excipit, neruos a spinali medulla, qua parte os, quod latum seu sacrum nominant, situm est, infixit (proxime enim ipsam ea medulla locata erat,) venas q; & arterias à propinquis ipsi vasis, quà scilicet primum arteriæ & venæ à magnis spinæ incumbẽtibus, crura subeũt: Alteri vero vesicę, quæ ad iecur positionem habet, arteriam quidem & neruum, ab ijs, quæ in viscus ipsum inseruntur, deducens, paruum vtrunque admodum ac vix conspicuum: at sensilem atq; perspicuam venam ab ea, quæ est ad portas, producens: cuncta hæc tria corpori vesicæ eodem loci ad nũcupatum scilicet collum (grȩce αὐχένα) infixit: etenim fortissimum hoc erat, vt tenuium vasorum supergressum tuto sustineret, tum autem prope portas locatum erat. Pari modo & in vesicam aliam maiorem ad collum ipsum vasa sex infixit, vtrinq; videlicet tria: nam & vasis ipsis traiectus ita potissimum futurus erat breuissimus, & vesicæ ipsi ẽ re magis fuerat carnosis suis partibus ea excipere. Ac tu quidẽ forte memoratam iam securitatem ipsis sufficere existimas: contra vero, si artificij atq; operum naturæ es peritus: Ipsam B enim, etsi breui primum interuallo ea duxerit, tuto q; postea inseruerit, tertium tñ quiddam non piguit ipsis tutelæ gratia comminisci, membranis quibusdam tenuibus pro vasorum magnitudine, ipsorum quodq; obuoluentem, ijsdem q; ipsis oĩa cõmuniter colligantem. Porrò quæ vasa in vesicam minorem infiguntur, in ipsam totam dispersa, ad fundum vsq; perueniunt: Eorum vero vasorum, quæ in collum maioris vesicæ prorumpunt, statim in primo ingressu bifariam diuisorum, altera quidem portio (vt in minori accidit) in totam vesicam disseminata est: reliqua vero auersa deorsum secũdum ipsum collum fertur, exiguo quidem in fœminis, vt quæ tota diuidenda ibi fuerat: magna vero in masculis, ꝙ hi particula quadam insigni ad extremum collum vesicę sita exuperabant, quam Græci καυλὸν i.colem, appellant. Ceterum ipsius quidem naturȩ in partibus genitalibus artificium procedente sermone ipsum per se exponemus. Quod vero ad instrumenta excrementis destinata pertinet, de quibus verba facere institueram, ꝙ alia quidem per ea vasa, quæ superflua secernunt, nutriantur, velut lien, & renes ipsi: alia vero alijs, quæ alerent, eguerunt, vt vesica (nam paruitas cuiusq; vasorum, ac magnitudo, insertionis q; ratio, & locus vnde proficiscitur, viæ q; securitas, atq; vno verbo, quæ in his visuntur omnia, mirabilem quandam naturæ artem ostentant) iam mihi videor oratione persecutus.

C *Naturam triplici ratione Neruos ad partes misisse.* CAP. 9.

RVrsus igitur ad ea, quæ cuiq; ipsorum priuatim desunt, orationem reuocemus. Deest autẽ primum quidem, vt pauca de neruis in ipsos renes prorumpentibus verba faciamus: secundo autem loco, de meatibus vrinarijs: tertio ab his, vt, quæ'nam sit corporis vesicarum substantia, exponamus: vt renum quoque ac lienis aliorum q; omnium, de quorum constructione omni sermonem iam fecimus. Habent autem & renes ipsi neruum, quantum hepar, lien, & bile excipiens vesica: omnia enim hæc exiles omnino recipiunt neruos, in suis ipsorum tunicis extrinsecus conspicuos, natura sensus cuiq; tantum elargita, quantum conueniebat, vt à plantis scilicet seiungerentur, essent'que animalis particulæ. Tres nanque scopi ipsi naturæ in neruorũ distributione fuerunt: primus quidem fuit, ut sensilibus instrumẽtis sensum impertiret: alter uero, ut motorijs motum: tertius omnibus alijs, ut quæ sibi molestiam afferrent, dignoscerent. Porrò sensus causa, linguæ, oculis, auribus, maximi sunt nerui tributi, & præter hæc partibus manuum internis, atque adeo ipsius uentriculi orificio, sunt enim quodam modo etiam hæc sensoria: siquidem per manus, si per aliud quicquam (quanquam sexcentæ sint sensu præditæ particulæ,) ex tactu dignotio est certissima: orificium autem uentriculi sensum habet alimenti ipsi animanti deficientis, quę D fames nuncupatur. In omnibus his, utpote sensilibus particulis reperire est neruos maximos: secundo autem loco, in motus uoluntarij instrumentis, quæ musculos nominamus: qui, quatenus quidem ad membra corporis mouenda extiterunt, maximos neruos recipiunt: quatenus uero in neruis omnibus sensus necessario inest, plus, quàm postulabant, facultatis, discernendorum tangibilium causa, adepti sunt. Tertius uero ipsius naturæ scopus in neruorum distributione fuit, ut, quæ molestiam afferrent, sentirentur: quam rem siquis in dissectionibus spectarit considerarit'que, iuste'ne, an secus, natura neruos non eadem mensura omnibus partibus distribuerit, sed alijs quidem liberalius, alijs uero parcius, eadem cum Hippocrate uelit nolit de natura omnino pronunciabit, quòd ea scilicet sagax, iusta, artificiosa, animalium'que prouida ac consultrix est. Nam, si pro merito cuique prospicere ac distribuere iustitiæ est officium, quid oberit, quo minus omnium iustissima sit natura? Siquidem, quæ instrumenta eiusdem inter se sunt generis, ut sensoria cum sensorijs, & musculi cum musculis, horum quidem pro corporum mole, actionum dignitate, motuum intensione ac remissione, tum autem usus assiduitate ac intermissione, æstimata ad unguem cuiusque dignitate, alij quidem maiorem, alij uero minorem neruum impertiuit: unicuique uero tantum dedit, quantum tribui erat æquissimum: uerum hæc quidem postea docebimus.

Marginal notes: l.l.3.f.15.t.1. .1.315.d — l.l.1.f.1.d.5. 1.3.c.1.21.b.c — ibidem. — de Alimen. nõ longe a princi pio. Et de Corde in medio Et 1. de Fract. t.1. et 4.7'. 224.g. h.Et cõ.3.t.93. 248.g

De Sensu vniuscuiusq; nutritionis Instrumenti. CAP. 10. E

DE nutritorijs vero instrumentis hoc libro percurrere est propositũ, naturę q́3 in ipsis ęquitatem ostẽdere. Cum.n.horum nullum neq3 sensoriũ esset neq3 motus instrumẽtum, paruos vtiq3 eis oĩbus neruos, explendi vsus tertij gratia, darí oportuit, vt scilicet, quę molestiam sibi exhiberent, sensu dignoscerent: ꝙ, si ne id quidẽ eis inesset, sed iniurias, quibus afficiunt, non sentirent, quî fieri posset, vt non breuissimo tpe aĩalia labefactarent? Iã vero mordicationẽ quãuis in intestinis sentiẽtes, protinus quod molestat, depellere festinamus: ꝙ, si sensu omni carerent, facile, ni fallor, oĩa ab excrementis, quæ in ipsa quotidie cõfluunt, vlcerarẽtur, eroderent, ac putrescerent: qñ etiam nunc, vt sunt sensilia, neq3 tpis momẽtum intus subsidere acribus excrementis ac mordacibus permittentia, attamen à solo syncerę bilis, siue flauæ siue atræ, per ipsa transitu exulcerantur, abraduntur, eroduntur, ac deniq3 computrescunt. Vnde quodã loco inquit Hippocrates: ‖Dysenteria si ab atra bile cœperit, letalis. Quod, si quis forte reqrat, quo mõ aliqua dysenteria ab atra bile incipiat, cũ intestina ipsa sensu acri adeo sint prædita, vt protinus, quod molestat, respuãt, huic respõdere est æquum. Quòd sanè incipiat, cuius est perspicuũ: causam vero huius rei si requiris, in memoriam redi circũuolutionum, quas, ne cibus intestina expedite permearet, institutas esse ostẽdimus: in ipsorum.n.anfractibus ac flexionibus excremẽtum acre non nunq̃ F detẽtum, primum quidem intestinũ abradit, post vero ẽt erodit. Cum igit̃ ẽt nunc ea sentiendi promptitudine, ne quid læderẽtur, effici non potuerint, sed sæpenumero vlcerent̃ vel excrementorum acrimonia erosa, vel eorundem copia immodica velut colluuione quadam oppressa, quid casurum illis fuisse putamus, si sensum habuissent hebetiorem? Propter hãc igitur causam in singulas circũuolutiones singuli ″disseminantur nerui, quo modo vena atq3 arteria. In hepar tñ ita magnum ac princeps viscus neruus insertus est minimus, vt quod musculorũ ritu haudquaquã moueatur, neq3, vt intestina, sensu exquisitiore egeat. His porrò reliquiarũ cibi trãsitus negociũ exhibet: hepar vero à quatuor instrumẽtis purgatur, duobus quidẽ renibus, tertio aũt splene, tũ quarto vesica ipsi inhærente. Quare, cũ nullus in eo succus malignus & acris mãsurus esset, sensu maiore haudquaq̃ indigebat. Porrò hæ quatuor partes, quæ iecur ipsum perpurgãt, ꝙ à proprijs excremẽtis nihil incõmodi essent accepturę, sensum maiorẽ non postularũt: neq3 enim trahere huiusmodi excrementa potuissent, nisi qualitatis cõmunitas quædam cum excremẽtis ipsis intercessisset. Siqdem, cũ tot annos quodq3 animal superstes sit, in ea tñ cysti, quæ sedem ad iecur habet, videre est bilis flauæ contineri aliàs plus, aliàs minus: quin & mortuis ipsis ablatas ab hepate vesicas simul cum bile diutissime asseruamus, nihil tractu tpis corpore ipsarum patiẽte: ita, G vnicuiq3 quod cognatũ ac familiare est, sine dolore oĩno atq3 innoxium est. Ergo his instrumentis natura sensum acutiorem non adhibuit, vt quæ nihil vnq̃ negocij à comprehẽsis in sese excrementis erãt habitura. At maiori vesicæ, quæ lotij receptaculum est, nisi lotium id, quod biliosius acrius q́3 est, repẽte excernatur, magnas sæpe noxas afferat: nõ enim, quemadmodum vesica, quæ bilem recipit, ita & huius substãtia corporis, bilis qualitati est affinis, sed vrinarum dũtaxat, quarum gratia à natura constituta fuerat. Quo fit, vt, cum vndequaq3 animal sanum est, neq3 pars vlla male afficiatur, neq3 serosi excremẽti substantia acris sit aut vesicæ dolorifica: cum autem in coctionis instrumentis peccatum ante fuerit, vt sanguis bonus inde non gignatur, cum excremẽta alia, tum vero lotium acre existit ac malignum adeo, vt ab ijs vesica radatur atq3 erodatur: quod cum animali accidit, tempus reddendi lotium à natura præscriptum non vero amplius expectat, sed statim ipsum excernere vel prius, q̃ referta sit, properat. Quę cum ante natura prospiceret, vt sensu prædita esset maiore, plures & eos quidem maiores neruos ipsi tribuit.

De Tunicis & Fibris Vesicæ, cæterorum q; Nutriendi instrumentorum. CAP. 11.

POrrò ″crassitiem quoq3 tunicarum extrinsecus antedicta oĩa operiẽtium (quas à peritonęo oriri dicebamus) natura nõ pro instrumẽtorum dignitatibus neq3 magnitudinibus, sed pro H cuiusq3 vsibus iure distribuit. Non enim, ꝙ iecur oĩbus his principale magis aut maius erat, propterea validiorem ipsum vesica tunicã habere oportuit: quin potius vesicę ipsi operimẽtum robustius dari præstitit, ꝙ ea subinde dies ac noctes erat refarcienda atq3 distendenda, post autẽ vacuanda ac comprimẽda: quod.n.commode breui interuallo, modo distendendum summe, tum autem deprimendum fuerat, id validum esse & vicissim tolerare posse vtrasq3 has constitutiones inter sese pugnãtes oportuit. Ergo à natura iuste comparata hęc fuerunt, & his multo etiam magis substãtię tunicarum oium. Nam, quę extrinsecus prędictis oĩbus instrumentis sunt circumiectę, nõ nullę quidem tenuitate ipsa, oẽs tñ simul figura, araneis sunt assimiles: quãdoquidem earum nulla in fibras instar internarum dissoluitur, quę ipsorum instrumẽtorum sunt proprię, per quas agunt, sed sunt prorsus simplices & vndequaq3 similes ac oĩno membranosę. At ″internę, quę corpora ipsa particularum cõstituunt, in vẽtriculo quidem ac stomacho (vt antea diximus) duę, fibras quidẽ orbiculatas externa, rectas vero interna, habuerũt. Porrò intestinorum tunicæ transuersos vtrosq3 in circulum planè circumactos: at vesicarum tunicę rectos ac rotũdos & obliquos habent villos: una enim utriusq3 uesicę tunica cum sit, ad omnem motus speciem, cõstructionem adepta est accommodam: siquidem & motum, quem attrahẽdi causa uilli recti, & eum,

quem

4ª. Aph.24. Ex ord.29.h

A.l.3.f.18.t.1. c.1.356.d

A.l.3.f.15.t.1. c.1.325.d

A.l.1.f.1.d.5. c.1.10.c

l. ibidem.c

A quem excernendi gratia trāsuersi, ad extremum etiam eum, quem, vt ea etiam retineant, quibus vndiq; apprimūtur, obliqui conficiunt, instrumenta ipsa habere æquum fuerat. Nam tenuis solis trāsuersis latitudo ipsa cōtrahitur: at rectis solis, longitudo minuitur: omnibus porro simul tum rectis tum transuersis tum obliquis in se ipsos contractis, tota contrahitur particula: quemadmodum certe longioribus his omnibus redditis, tota etiam extēditur. Ergo, cum vtraq; vesica tunicam simplicem esset habitura ob causam, quam dicam, satius fuit omne fibrarum genus in ipsis insistere, vt omnis etiam motus species consequeretur: at intestina (vt quibus neq; attrahere neque retinere erat necesse, sed contractis vndiq; prorsum pellere) cum simplici egerent motu, simplices quoq; fibras habuerunt: ventriculus vero non item, siquidem nobis transglutientibus trahere ipsum, & coquentibus retinere, atque, vbi coxerimus, depellere oportebat. Ex quo intelligitur ipsum genus omne fibrarum iure esse consecutum.

De Substantia, & Numero Tunicarum instrumentorum nutriendi. CAP. 12.

l. 1. f. 1. d. 5. l. 1. 10. c

PORRO, quid causæ fuerit, cur tunicę quidē externæ trāsuersi solum insint villi, internæ vero, recti quidem plurimi, sed pauci oīno obliqui: tum aūt cur tunicę duę extiterint, cum posset natura vel vna tunica instrumentis tres ipsas actiones suppeditare, vt in vesicis declarauit ac vte-
B ris: non alienum sane fuerit hoc etiam nostræ huic disputationi prius, q̄ eam finiamus, adiūgere.
Antea quidē admonuimus, cum de intestinis ageremus, duplicem ipsis inesse tunicam, quo essent aduersus iniurias tutiora, ꝙ horum altera quidem in exitialibus quibusdam dysenterijs sæpe numero putresceret, altera vero sola aīal sustineretur: nunc aūt magis adhuc spero id fore perspicuum, vbi demōstrauerimus bilem vtrāq; cōducētem, natura intestinis quidem esse aduersissimā: vesicarum aūt ei quidem, quæ ad hepar est, flauam prorsus familiarē atq; innoxiam: ei vero, quæ lotium recipit, raro negocium exhibere, cum scilicet multa ac maligna est aceruata, vt plurimum aūt ipsi bilis commercium blādum esse, ac sine dolore. Addam aūt huc & id, ꝙ, cum in ventriculo atq; intestinis alimentum oporteret in propriam ipsi animali qualitatem immutari, consentaneū fuit crassam admodum ipsis effici tunicam, vehemētius. n. eiusmodi, q̄ frigida ac tenuis, alterat, calefacit, & immutat: quæ causa sane est, cur quibus corpus vētriculi est gracile, ij deterius cōcoquāt, q̄; quibus carnosum: at in excrementorum instrumentis nulla futura est coctio, eo q; gracilia ea iure fuerunt. Ergo in corporibus tenuibus duas efficere tunicas nō erat possibile: In ventriculo vero triplicis vsus gratia tunicæ duę extiterunt, variarum scilicet actionum, patiēdi difficultatis, ac crassitiei. Ita aūt & ipsius substantiæ idea vesicis & coctionis instrumentis est diuersa,
C ꝙ illæ quidem membranosæ & duræ & propemodum exangues sint ac frigidæ, hæc vero carniformia quodam modo ac calida extiterint: illas nāq; ad distētionem ac contractionem summam sustinendam tuto comparatas esse oportebat, his vero ad cibos coquendos calore vehementiore opus erat. Quocirca illis quidem durities aduersus iniurias data est, quæ tunicarum pensaret tenuitatem: coquendi vero instrumentis crassities, quæ mollitiem emendaret, obtigit.

De Substantia & Positione Meatuum Vrinæ. CAP. 13.

ERgo tum in his iusta absolute fuit natura: tum vero, ꝙ vreteras quidē substātia corporis maiori vesicæ, quę vrinam recipit, meatus vero bilē recipiētes minori, quæ ad hepar est, similes effecerit, satis constat inter oēs naturam eandem hic ęquitatē retinuisse: non. n. ex alia quidē substantia esse oportebat superfluorum receptacula, ex alia vero meatus ipsa deducentes, sed ex eadē, ac pari modo excremētum toleratura. Porro ratio, qua vreteres quidem in vesicā, in intestinum vero meatus, bilem qui continet, infigit, oēm superat admirationem. Nā oblique in ipsa inditi et intrò vsq; ad laxiorem sinum obliqui ac prælongi pertinētes, velut membranam quādam instrumentorū intus succidunt, quę ab excrementorum quidem intro irrumpētium impetu euertit ac patefit, reliquo vero tēpore omni concidit ac cōtrahit: atq; ita meatui firmum efficitur operculū,
D vt nō solum humoribus, sed & flatibus, reditus oīs sit interclusus. Manifestatur aūt hoc maxime in vesicis, quę inflant atq; implentur, tum autem ad collum arctissime ligantur: apparet. n. totus aer in ipsis concludi ac contineri, etiam si valenter admodū quis extrinsecus vesicā ipsam cōprimat: nā vt ab influentiū impetu intro euertitur, ita ab ijs, quę ipsi intrinsecus accidūt, constringit ac circū ipsum porū contrahit. Quod tibi argumentū ēt esse debet excellētis cuiusdā Conditoris nostri sapientię simul, et in ipsis aīalibus prouidētię. Ad eū modū oīa alimēti instrumēta mirabili artificio ornata fuerunt: nā & superfluorū receptacula, mos medicis est, alijs cibi instrumentis annumerare: ex quo efficit, vt & uesicas utrasq;, & crassa intestinorū, nutrimēti organa noient.

De Musculis Ani, & Abdominis. CAP. 14.

CÆterum de musculis certe, qui superfluorum gratia extiterunt, deinceps fuerit ęquum disserere: sunt. n. quodammodo & hi alimenti instrumēta. Prima nanq; & principalissima nutrimenti instrumenta sunt ea, quę concoquunt, utile q; alimētum alijs transmittunt: secunda uero, quę purgant, + quæ deducunt. } & quæ excrementum excipiunt: tertia numerare possumus alimenti instrumenta, quæ excernendis excrementis sunt destinata, quæ genere sunt duplicia alia enim effluuium intempestiuum ipsorum cohibēt, alia uero tempestiuum incitant. Intempestiue quidem effluere musculi sedem constituentes non sinunt: excitant autem in tempore mu-

l. 1. f. 1. d. 6. l. 1. c. 7. 28. c

+ Et quidē in A. [illegible] codi. [illegible] desiderāt: [illegible] tiquis tamē nō habetur.

sculi oẽs epigastrij, i. abdominis. Eorum igitur, qui sunt ad anum, vnus quidẽ est solutus ac sine E pari, trãsuersus ipsi circũfusus, vt rectũ intestinum ad amussim ac fortiter claudat. Corpus porrò ipsi extrinsecus ad vltimam oram incumbit trãsuerse, cuius substantia est inter cutem ac musculum, velut ex vtriusq; mistura cõflata, cuiusmodi est labiorum pars vltima: huius quoq; vsus idẽ ferè ac musculi est, præterq; q viribus actionis ac robore à musculo relinquit. Porrò reliqui duo musculi obliqui vtràque sedis parte supra rotundum musculum siti ipsam sursum retrahunt: horum autem vsus est, cum in magnis contentionibus sedem euerti cõtigerit, sursum ipsam denuo retrahere: quo fit, vt, cum hi musculi aut resoluti, aut alioqui imbecilli fuerint, vix tandem sedem ipsam sursum retrahi contingat, quin etiam omnino euersa maneat, vt manuũ subsidio sit opus. Ani igitur musculi ad memoratum iam vsum tot ac tales extiterunt. Cæterum octo musculorũ epigastrij, recti quidem duo secundum animalis lõgitudinem extantes, per medium omnẽ ventriculum ab ossibus pectoris ad pubis ossa protẽdunt: Alij vero duo trãsuersi rectum cum antedictis efficientes angulum, vniuersum peritonæum circumtegunt: Reliqui quatuor sunt obliqui: quorum duo quidem fibras ab hypochondrijs ad ilium ossa extensas habent: alij autem duo hos in speciem χ græcæ literæ secantes, ab ilibus ad hypochondriorũ partes extenduntur. Cęterum omnium musculorum opus est cõmune, vt tensis fibris in se ipsos considẽat: quã rem consequi- F tur, in sede quidem perfectissima oris inferni intestini crassi clausio, in epigastrio aũt subiectorũ corporum oĩum compressorum introcessio. Eam porrò partium ad anum attinẽtium clausionẽ sequatur, necesse est, vt, quanq; vi intestinorum excrementũ pellatur, eis tñ nihil intempestiue elabatur: at ventris cõpressionem eãdem necessitate consequit, vt laxatis videlicet ijs, quæ ad sedem pertinẽt, excernat id, quod in magnis habet intestinis. Libet aũt hoc loco etiam artem naturę in vtroq; musculorum genere admirari. Quo.n.loco transitũ, qui est ad crassi intestini oram extremam claudi oportebat, ibi transuersas musculi fibras effecit, docuimus autem ante, cum de ventriculo, intestinis, vteris, ac vesicis ageremus, fibras id genus ad claudẽda instrumẽtorum ora esse opportunissimas: vbi vero, quæ subijciuntur, ab incũbentibus musculis ceu manibus quibusdã cõpressa propelli valẽter erat necesse, ibi rectos quidem musculos transuersis, obliquos vero sibi ipsos secũdum angulũ rectum iniecit: quo modo & nos ipsi, cum premere aliquid fortiter volumus atq; repellere, alteram manũ situ contrario alteri inijcimus. Sic igitur et musculorũ cuiusq; numerus prouide à natura fuit inuentus, eorũ quidem, qui sunt ad anum, vti iam mõstrauimus: eorum vero, qui sunt in epigastrio, vti iam iam dicturi sumus. Nam, si pro fibrarũ positione instrumenta ipsa edant actiones, quatuor vero ipsarum omnino sint positiones, recta, transuersa, et G duæ obliquæ, constat priores quatuor oẽm fibrarum in se ipsis positionẽ continere. Porrò, "cum corpus tum in dextris tum in sinistris ad amussim sit geminum atq; ęquabile, utrinq; quidẽ quatuor, oẽs autem simul octo extiterunt, magnitudine quidẽ ac multitudine æquales, fibrarũ vero positione similes, vt nihil alter altero sit neq; inferior neq; superior. Nam recti secundum longitudinem extensi superne ab vtraque parte chartilaginis ensiformis exorti, ad pubis ossa sese mutuo contingentes deferuntur, rectas quidem fibras quæ superne deorsum ferũtur, itidem habentes, æquales vero ad vnguem inter se non modo longitudine, sed etiam latitudine ac profunditate. Qui vero sub ijs sunt transuersi, occupantes alter quidem totum dextrum peritonęum, alter aũt sinistrum, ęquabiles & ipsi oĩbus rebus ac similes submiserũt prędictis quidẽ duobus musculis suam ipsorum partem neruosam, alijs vero carnosam. Illi vero rursus his inuecti, protenduntur & ipsi suis neruosis tenuitatibus (quas Græci ἀπονευρώσεις nominant) ad rectos ac medios musculos, nusquam dextri sinistros superantes, sed æquales prorsus ac similes fibras alij quidem ab ilibus ad hypochondrium, vterq; suas ipsius sursum ferentes, alij vero à costis prorsum deferentes. Ergo, cum fibrarum positiones omnino sint quatuor, musculi quoq; totidem utrinque merito extiterunt. Nam ne cogitatione quidem intelligere possumus aliũ ipsis apponi posse mu H sculum: aut.n.rectus iste situs erit, aut transuersus, aut obliquus: itaq; fiet ut superuacaneus addatur: Nec uero etiam sine magno detrimento adimi: quandoquidem, si trãsuersorum quempiam exemeris, rectorum musculorum tensio, cum oppositam aliam non habeat, partes subiectas inæqualiter ac sine modo comprimet, ita ut ad nothas costas & ilia expellantur omnia: sin uero contra, rectorum aliquem perijsse transuersis manentibus animo comprehenderis, omnia ab ilibus, & quę costis nothis continentur, ad medium uentrem compellentur. Pari modo & in obliquis: utros enim detraxeris, qui relinquũtur, in eorum, qui desunt, locum subiecta protrudunt: quod minime opus erat, sed undiq; ipsa pari momento comprimi. Ex quo perspicuum est non fuisse consultius pauciores numero octo consistere: probauimus autem, q nec plures: quare neq; maior, neque minor, q usus postulabat, sed æquus prorsus est numerus tum horum ipsorum octo ępigastrij musculorum, post autem & eorum, qui ano insistunt.

A.l.1.f.1.d.5. fu.2.c.22.19.h

De Modo, quo Excrementa cibi ad inferna protruduntur, & de Diaphragmatis Vsu. CAP. 15.

Mihi quidem satis hæc sunt ad artem naturę ostendendam: tibi autem si non satisfaciunt, his me demum spero tibi comprobaturum. Actio ipsa musculorũ in omnibus uentris partibus (quam æquabilem esse ex eo demõstrauimus, q ipsas pariter undique comprimat,) cogit & uiolenter

A violenter, quæ in ipsis sunt comprehensa, ad loca cedentia secedere compellit: at, cum duo sint meatus, superior quidem ad stomachum, inferior vero ad rectum intestinum, cuius oræ vltimæ anum incumbere diximus, è re sanè magis fuit per meatum inferiorem excrementum omne va cuari. Præstare autem id ipsa octo musculorum constructio nullo pacto potest, vt quæ nõ magis ad anum, q̃ ad stomachum, pressu suo pellere queat: qñquidem, quæ omni ex parte æquabilis fit cõpressio, ad vtrosq; meatus pariter oĩa, quæ in cõprimendis insunt instrumẽtis, erat propulsura, nisi aliquod sophisma seu cõmentum extrinsecus natura machinata fuisset, quo momẽtum quidem ad partes infimas incitaret, auerteret aũt à superis. Porrò quid nam tandem id cõmentum sit, & per quod organũ fiat, attendat animũ oportet, qui volet intelligere. Musculus est quidam magnus ac rotundus, quem iure διάφραγμα nominant, vt qui spiritus instrumẽta διαφράττει id est discludit, ab alimẽti instrumentis: siquidem his superior est oĩbus, illis aũt subijcitur. Vsus autem eius naturæ est, ipsa disclusione alius prior ac maior, vt respirationis videlicet instrumẽti: secundus aũt est, de quo nunc dicam. Ab ipsius pectoralis ossis ora inferiori, superioris exortus du cit initium, vnde etiam capita musculorum rectorũ epigastrij pendent: tum aũt hinc ad fines costarum notharum vtrinq; descẽdens, posteriori parte simul ac inferiori obliquum admodum fit:

B atq; hoc naturæ est commẽtum, quo efficitur, vt prementibus valide omni ex parte æqualiliter musculis, non ad stomachũ, sed ad anum, depellantur vniuersa. Nam pone mihi duas manus sibi inter se ad carpos iniectas, distare aũt semper magis ac magis vsq; ad digitorum summitates: esto autẽ in subiecta ipsarum vel spongia, vel massa tritici, vel id genus aliquid, quod à superiore accidente & vndiq; premẽte facile queat exprimi: atq; manibus mihi ad portionẽ esse, subiectæ quidem diaphragma, superiori vero oẽs epigastrij musculos intellige, excelso quidem ac medio digito rectos, alijs vero, qui vtrinq; sunt, alios musculos: post aũt, vt illi cõprehendentes vndiq;, premũt massam, ita & musculos intellige premere ventrẽ: Quid tandẽ hinc euenire par est? non'ne *omnia velut duabus cõpressa manibus, applicatis quidẽ sibi ipsis ad carpũ, distãtibus vero inferne plurimum, trudi deorsum? Nam, si in manibus ẽt coeuntibus ac prementibus, quę inter ipsas sunt, ad partes ipsarum distantes oĩa exprimantur, palàm est, q̃ & hic oĩa deorsum pellentur: hac enim musculi epigastrij à phrenibus (est enim & hoc diaphragmati nomen) distant plurimum: incumbunt aũt ipsi superna parte ac contingunt in pectorali osse quidem longi, vtrinq; vero horum, oẽs reliqui. Num igitur hæc sola mirabiliter à natura ad reliquiarũ cibi excretionem sunt comparata, siquid vero exiguum fuit, id ab ipsa neglectum est ac prætermissum? At certe hoc ẽt

*πάντα: est in impressis, in manuscriptis τ' ἀνδον .i. quæ intus sunt.

C nomine ea in primis est admirabilis, q̃ præterq̃ q̃ omnia rectissimè cõstituat, non negligit etiam correctionem nocumentorum necessario sequẽtium. Quemadmodum.n. non satis habuit solũ musculos octo epigastrij, qui subiecta oĩa premere ad vnguẽ & cogere intro possent, effecisse, sed etiam phrenas ipsis subiecit obliquas, ne quid vnq̃ sursum ad stomachũ remearet, ita & in ipsarum phrenum subsidium musculos, quos intercostales nuncupamus, cõstruxit: nam, cũ vnicus esset hic musculus, ab octo epigastrij multis ac magnis, futurũ erat, vt paruo negocio sua sede dimoueretur, in thoracis q; sinum amplum euerteret: quo casu vim oẽm compressionis exolueret. Ne igitur id accideret, oẽs, qui in costis sunt, musculos, qui thoracem ipsum contẽdere atq; intro contrahere possent, cõparauit: vt, cùm superiore sinu omni vndiq; coarctato ipsum diaphragma nullum habeat receptũ, stabile maneat. At vero rursus, si animal ipsum oẽs thoracis ac epigastrij musculos intenderit, apertũ vero tenuerit larynga, perspicuum est eo casu efflationes secuturas, quarum occasione excretio per anum minus belle habebit. Vt igitur minime tunc respiraret animans, musculos non paucos laryngi circumposuit, quorum alij quidem claudere ipsum, alij vero aperire, nati sint. Sed de his quidẽ, cum de colli particulis agemus, differemus, quales sint, tũ quo pacto eorum, quæ diximus, vtrunq; præstẽt: ad eundem modum & de musculis intercostalibus,

D dum de thorace disputabimus, verba faciemus. Quod ad presens institutũ attinet, id solum intelligere sufficiat, nihil vsquã à natura vllo pacto per incuriam fuisse preteritum: quæ, cum oĩa præsentiret ac prouideret, quæ consecutura sunt necessario illa, quæ causa alicuius extiterunt, oĩbus instaurationes parare occupauit: cuius apparatus copiosa facultas admirabilem sapiẽtiam testat̃. Quẽadmodum enim phrenas ipsas ob aliud quippiã institutas, suo situ obliquo conferre superfluis excernendis instituit, simili ratione, cum aliarũ gratia actionum ac magnarũ laryngis ac thoracis musculos effecisset, vsum tñ eorum in id ẽt transtulit. At vero & ipsos epigastrij musculos, simul qdẽ vt propugnaculũ aliquod essent & munimẽtum partiũ subiectarũ, simul aũt excretionis instrumẽta, cũ construxisset, abutit̃ & ijs ad magnæ efflationis ac vocis generationẽ, tum aũt & ad partum edendum, & quam Praxagoras vocare consueuit πνεύματος κατάληψιν idest spiritus cohibitionem. Verum, quo hæc modo eueniant, singula conuenienti tempore docebimus.

Quo pacto Excrementa Potus excernantur. CAP. 16.

L.I.1.f.1.d.5. U.2.c.12.19.h

QVi vero "superflua excernantur (in præsenti enim de hoc differere erat propositum) ipsæ quidem alimenti reliquiæ, quas natura respuit, quo' nam pacto expellantur, dictum iam sanè est: de potionis aũt excremento, quod lotium appellant, dicendum deinceps fuerit. Monstratum nanq; in alijs est musculum ani transuersum haudquaq̃ similem vndiquaq; habere

rõnem cum eo, qui ſedem in collo veſicę habet: ſiquidem ille ſolum claudendi meatus gratia ex- E
titit: hic aũt priori quidem ratione, vt contractus vndiq; depellat quicquid in ipſo continet, po-
ſteriore aũt, vt ipſum claudat. Iam vero exponã breuiter eiuſmodi constructionem cæteris fuiſſe
anteponendam. Siquidem veſicæ ipſi, præterq̃ ꝙ meatum habet anguſtum, oĩs etiã fibrarum ſpe
cies ineſt, quo modo & ventriculo ac Matrici: quemadmodũ igitur orificia horum clauduntur,
qñ circum ea, quæ in ſe ipſis continent, contrahuntur, pari modo & veſicæ. Secus vero in inteſti
nis habet: quæ cum fibras quidem haberent tranſuerſas meatum aũt admodum amplum, conſen
taneum ſanè fuit eis clauſura quadam egentibus, muſculum, qui id præſtaret, parare: at veſica in
hoc quidẽ genere nullo admodum magno eget ſubſidio, cum claudi etiã ſine muſculo queat. Ne
vero id omne, quod ex ipſa comprimẽte in meatum vrinarium tortuoſum admodum inciderit,
diutius ibi inſideat, muſculũ huc, qui ex fibris tranſuerſis cõflatus eſt, extrinſecus ipſi circũiecit, A.ib.c.24.10.b
qui protinus & oris ipſius veſicæ clauſioni ſubſidio futurus eſſet. Atq; hæc oĩa plena ſunt excel-
lentis naturæ artificij. Nam, ne quid denuo à veſica ſurſum ad renes remeet, facit ipſorũ vreterũ
obliqua in veſicam inſertio: ne vero cõtinua fiat excretio, pręſtat fibrarum ipſius veſicę varietas,
& maxime obliquarum: cum.n.oẽs intendit, vndiq; ijs, quæ continet, adſtringitur, donec ſupra
modum referta pondere grauetur, opitulante tunc antedicto muſculo ac ſuppetias ferente. Cum F
vero excretioni accingitur, cęteras quidem fibras laxat, ſolas aũt intendit tranſuerſas: quo tẽpore
muſculi quoq; non mediocre ipſi ferunt auxilium, is quidem, qui ad meatum eſt vrinarium, ſuũ
ipſius principium, quo veſicæ adnectitur, laxans: tenſi vero oẽs vehementer epigaſtrij muſculi,
vt intro propellãt veſicam ac comprimãt: contractus poſtremo vndiq;, qui circum collum eſt, &
premẽs ac foras protrudens id lotij, quod in meatũ ſubierit. Neq;.n.repẽte, quo modo nũc, neq;
ad abſolutionem, meatum vrinarium tota vrina peruaderet, pulſa à preſſura tum veſicæ tum mu
ſculorum epigaſtrij ſuperiorũ, niſi muſculum hũc quoq; extrinſecus natura toti meatui, qui obli
quus admodum eſt, circũdediſſet. Porrò, quę ipſam mictionem excipit, eius, quod reliquum eſt,
guttatim expreſſio, ac potiſſimum qñ vrina mordax admodũ fuerit, à nullo ſuperiorũ inſtrumẽ
torum, ſed ab hoc ſolo perficitur muſculo. Ex quo intelligi debet hãc primam eius eſſe vtilitatẽ,
vt nihil in meatu vrinario relinquatur: ſecundam autem, vt ori veſicę claudendo opituletur: vlti
mam, vt excernẽdorum celeritatem acceleret. Vt.n.pleraq; alia, ea, quę alicuius cauſa extiterunt,
neceſſario ſunt cõſecuta, ita & colli ipſius veſicæ, & totius meatus obliquitas. Subeſt enim ipſius
pubis oſſibus, ſubiacet q; ei inferne rectum inteſtinum, & id os, quod ſacrum nominatur, atq; in
fœminis collum ẽt vteri, quo loco omni ſecundũ aĩalis longitudinẽ fertur deorſum, quouſq; ex- G
tra oſſa emicuerit: inde aũt ſecundũ perinæum fertur ſurſum vſq; ad ipſum virgæ virilis exortũ:
poſt hinc rurſus deorſum per ipſam virgã. Ex quo intelligi poteſt ipſum admodũ eſſe obliquũ,
inſtar S Romanæ literæ potiſſimum. Hos igitur tantos meatus anfractus, ocyus permeare vri
nę omnino erat impoſſibile, à ſola ſuperna preſſione im pulſę, niſi pręſidium quoddam ei fuiſſet
hic quoq; comparatũ. Porrò in mulieribus vnicã habet meatus hic in collo veſicæ flexionem: at
viris, vt quibus pudendũ extrorſum ad collũ veſicę promineat, ſecunda velut auctarium acceſſit.
Quo perſpicuum fit maribus quidem neceſſario contigiſſe, vt magis, fœminis vero, vt minus fle
xuoſum haberẽt meatum vrinarium. Ne quid igitur in ipſo ſubſiſteret, muſculus iſte multis trãſ
uerſis præditus fibris ei circũfuſus eſt, qui ſimul vrinam à veſica ad pudendum vſq; deducat.

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI

LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM LIBRI

De thorace, ac ijs, quæ in ipſo continentur, maxime autem de corde pertractat.

Propoſitum libri. *CAP. I.*

EOrum inſtrumentorũ, quæ natura cibi œconomię ſeu procurationi pręfe-
cit, conſtructionẽ duobus libris hunc antecedẽtibus exponentes, venã cauã
ad diaphragma quidẽ oratione perduximus: quod vero huic eſt proximũ,
ſatius eſſe arbitrantes, ſi id vnà cũ particulis in thorace cõtentis cõſcriberet,
in hunc librũ diſtulimus. Atq; ẽt & de ſtomacho ventriculi, quẽ οἰσοφάγον
noĩant cętera quidem ſuperiore ſermone ſumus perſecuti: cuiuſmodi vero
ipſius per thoracẽ iter ſit, & ꝙ ne hic quidẽ à natura quicquã eſt prætermiſ
ſum (vt quæ non ſolũ ſupuacaneũ nihil in ipſo aut mancũ aut ocioſum effe
çerit, ſed ne locũ quidẽ meliori fabricationi excogitãdæ reliquerit) viſum eſt nobis hæc quoque
præſenti enarrationi eſſe reſeruanda, ꝙ fieri nequit, vt eorũ expoſitio percipi ab ijs poſſit, quibus
partes oẽs thoracis ignotæ fuerint: quæ ẽt cauſa nunc eſt, cur principio de ipſis diſſerendum non
cenſeam

A censeam, sed de constructione ipsius id tantum præmittendum, quantum ignotum quidem obscuriorem, vt vero ad notionem venerit, dilucidam magis ac expeditiorem efficiet doctrinam.

De Pulmonis & Cordis situ, ac de Respiratione: & Cor in medio thorace esse. CAP. 2.

QVod igitur a costis vtrinque circumscribitur, pertinet q; anteriore quidem parte ad pectorale os ac septum trãsuersum, declinat vero posteriore ad spinam ac reflectitur, hoc totum spatium medici consueuerunt appellare thoracem. Cuius interni sinus quanta sit magnitudo, intelligi plane potest ex ea periodo, quę extrinsecus conspicitur: paulo minus enim interna amplitudo ei, quæ foris apparet, thoracis magnitudini est æquabilis, ipso videlicet costarum corpore, quod tenue omnino est, de ipsa amplitudine exiguum quiddam abscindente. Hoc aũt sinu piscibus quidem cor solum continetur: ob eam q; causam genus ipsorum vniuersum sine voce est, q vno instrumentorum, quæ ad vocis generationem sunt necessaria, pulmone videlicet, careat: nam omnibus, quæ ex aere inspirant, animantibus, ac rursus in ipsum expirant, pulmo per os refersit thoracis capacitatem, vt qui vocis simul ac respirationis instrumẽtum extitit. Ipsi autem motus initium a thorace est, quemadmodum in ijs est demonstratum, quæ de respiratione prodidimus: atq; etiam, quãtum ad vocis generationem conferat, id quoq; in ijs quę de vo B ce conscripsimus, ostendimus: nunc autem non actiones demonstrare, sed instrumentorum constructionem explicare mihi est propositum. Ne igitur existimes oportere nos, cuius rei gratia respiramus, nunc demonstrare: quin potius huius quoq; rei summam a nobis alibi demonstratam pro hypothesi hoc loco sumentes, partium, quę ad cor, pulmonem, & totum deniq; thoracẽ pertinent, vtilitatem percurremus vna cum situs explicatione, vt dictum est, tum ventriculi stomachi, tum venæ cauæ, ducto hinc alicunde principio. Vsum respirationis in aialibus cordis causa inesse docuimus, simul q et ipsum aeris substantiam requirit, simul etiam potissimum q feruido calore efferuescẽs refrigerari desiderat. Refrigerat ipsum inspiratio quidem frigidam qualitatem ei affundens, expiratio vero, quod in ipso feruet, & quasi combustum ac fuliginosum est, ex ipso profundens. Ex quo efficitur, vt & duplicem habeat motum contrarijs partibus constantem: nam attrahit quidem, dum dilatatur, inanitur vero, dum contrahitur. Quo loco maxime admirabilis certe est naturæ prouidentia. Nam, cum in nobis vocem inesse satius esset, fieri autem omnino ipsa sine aere non posset, quicquid ociosum alioqui atq; inutile erat expirãdum, id in vocis materiam conuertit. Quibus vero instrumentis perficiatur, quæ q; motus ipsorum sit ratio, in ijs commentarijs, quos de voce edidimus, accurate & diligenter conscripsimus: hoc autem volumi C ne, quantum præsens disputatio postulabit, progressu orationis attingemus. In præsentia vero hoc primum naturæ videtur esse laudandum, q cor ipsum aerem externum trahere instituit non protinus per fauces, sed vtrorumq; medium pulmonem, quasi spiritus promptuarium quoddã statuit, qui ambabus simul actionibus seruire posset. Nam, si cor, dum dilatatur, ex faucibus traheret, rursusq; in illas, dum contrahitur, aerem emitteret, eũdem esse rhythmum respirationis cum pulsu cordis esset necesse: & in hoc multis magnis q; non ad bene viuendum solummodo, sed ad ipsam etiam vitam pertinẽtibus, læderetur animal. Nam, q non possemus diu verba cõtinuare, si hæc ita se haberent, non paruum bene viuendi esset incõmodum: simili ratione, et q metu suffocationis mergi in aquã non possemus. Quod autem sine inspiratione nunquam possemus fumum, vel puluerem, vel prauam aliquam aeris ac venenosam qualitatem percurrere, putredinibus quibusdam animalium alijs ue occasionibus infecti, vitæ ipsi id promptissime officeret, ipsum q; animal funditus labefactaret. Quoniam vero non ex faucibus neq; protinus extrinsecus, sed ex pulmone, cor spiritum ducit, eum q; rursus in pulmonem reddit, licitũ fuit nobis alias voce vti & quidem diutissime, alias etiam nihil omnino inspirare, corde nihil impedito neq; offenso. Nam, si cor statim per fauces spiritum extrinsecus hauriret, & rursus foras profunderet duorũ D sanè alterum nobis necessario accideret, vel aerem prauum intempestiue inspiraremus, vel omnino nihil inspirantes protinus suffocaremur. Quocirca natura cor ipsum non tantummodo respirandi instrumentum fecit, sed ipsi extrinsecus pulmonem ac thoracem circundedit, qui spiritum illi simul appararent, et vocem animanti efficerent. Iam autem ex superabundãti, illum quidem veluti saltatorium molle, (vti Plato dicebat) cordi futurum: hunc aũt velut septum aliquod prçualidum tutelæ causa circundedit non cordi modo, sed etiã pulmonibus. Nam ipsum in medio oĩno thoracis spatio collocauit, loco cum ad firmitatem aptissimo, tum autem ad æqualẽ ẽm ex toto pulmone refrigerationem opportunissimo. Suscepit aũt hominum vulgo opinio non in medio ad amussim, sed magis ad læuã, quodam pacto cor esse locatum, deceptorum eo, qui ad sinistram mãmam sentitur, sinistri vẽtriculi pulsu, qui illic situs est, oĩum q; arteriarum est origo. Verum ad huius dextram alter ventriculus existit, ad venam cauã & hepar conuersus: qui argumẽtum esse debet non in sinistris vtiq; cor oĩno positum esse, sed medium plane non solũ huius modo dimensionis, quæ ex latitudine spectatur, sed aliarum ẽt duarum, quæ ad profunditatem thoracis ac longitudinem pertinent. Quantus. n. est parte posteriore vertebrarum a corde recessus, tantus anteriore est pectoralis ossis: atq; ẽt, quantũ claues sursum, tantum ab eodem deorsum septum transuersum digreditur. Ex quo intelligi potest ipsum, cũ in medio oĩum dimensionum

A.l.1.f.2.d.1. & .1.c.1.31.a

A.l.3.f.10.c.1. c.2.257.c

sit positum, æquabiliter ex omnibus pulmonis partibus spiritũ ducere: &, cum ab omnibus, quæ E sibi extrinsecus per thoracem occursura sunt, sit remotissimum, sedem habere tutissimam.

De Membranis, quæ Thoracem intersepiunt. *CAP. 3.*

MEdius autem thorax totus valẽtibus membranis, secundum ipsius longitudinem superne deorsum tendentibus dirimitur ac intersepitur. Valide aũt infiguntur, parte quidem posteriore spinæ vertebris, anteriore vero ossi medio pectoris: cuius ora quidem inferior est, quã græci χόνδρον ξιφοειδῆ, i. chartilaginem ensiformem nõiant, quæ est propter os vẽtriculi: superna vero, clauium compago. Porrò mẽbranarum vtilitas prima quidem & maxima est, vt vẽtres duos thoracis efficiant: vt, si forte magno vulnere in alterutram eius partem accepto (vt in libris de motu thoracis ac pulmonis ostendimus) respirationis munus eius partis perierit, reliquus venter incolumis dimidium saltẽ actionis retineat. Quocirca à magnis vulneribus intro in alterutram thoracis partem penetrantibus, repente animans parte dimidia tum vocis, tum respirationis priuatur: voce aũt atq; respiratione planè destituitur, si venter vterq; fuerit cõfossus. Cum hanc igit̃ magnã adeo afferant aĩantibus vtilitatem membranę thoracẽ intersepientes, eiusq; rei potissimum gratia extiterint, quæ tñ naturæ est solertia, vt eo, quod propter aliud quiddã institutum fuerit, ad aliud F etiam abutatur, vsum ex ipsis ceu operimentis simul ac ligamentis, oĩbus, quæ thorace continentur, instrumẽtis adhibuit: nam arteriæ quæ in eo sunt, & venæ, & nerui, & œsophagus, postremo aũt & totus ipse pulmo colligant̃ toti thoraci, teguntur q; oĩa hisce membranis vndiq; obducta. Ligamentorum igitur vsum antedictis oĩbus præstant ęquabilem, nam sedis firmitudo oĩbus pariter instrumẽtis confert: tunicarũ vero & tegmentorum dissimilem ac multum discrepantẽ. sunt enim ipsorum nõ nulla, quæ nullum prorsus operimentũ postulent, quæ natura scilicet sunt crassa ac valida, quales sunt arteriæ, & cor, & stomachus: alia vero requirunt quidem, sed mediocria, vt pulmo. At vero venæ, quæ thorace toto cõtinentur, vtilitatem capiunt non minimam ex mẽbranarum insertione atq; obductu, earum q; potissimum caua: de qua cum disserere mox initio proposuissemus, tantum de thoracis particulis exponere fuit necesse, vt exploratum haberemus, quo loco cor situm esset: tum aũt, quæ thoracem intersepiunt, membranę, quo pacto à medio pectore ad spinam pertineant, in duas partes totum thoracem dispescentes.

De Positione Venæ cauæ. *CAP. 4.*

IAm vero venam illam cauam, quæ (vt antea docuimus) vtilitates summas animali gignit, necesse quidem fuit per medias phrenas sursum ad cor perlabi, atq; inde rursus ad nũcupatum iu- G gulum id est σφαγὴν, ascendere: quod postea etiam docebimus. Cum autem cor ipsum, pulmo, phrenes, & totus deniq; thorax, motu perpetuo agantur, per spatiosam eius laxitatem nõ erat tutus transitus, nisi præsidia quædam externa natura machinata fuisset, ob quæ vena, quanq; exagitetur assidue ac velut sublimis pẽdeat, his tamen obsistit: &, si violenter ipsum animal prolabi aliquo tempore in spinam vel pectorale os contigerit, vel ab aliquo externo ipsam affici, salua euadit atq; incolumis, nihilo (q simplici tunica & ea tenui constat) minus tuta, q̃ arteria, quæ multis partibus habet crassiorem. Proximum igitur est, vt dicam, quibus machinis natura hanc venam aduersus iniurias communiuerit. Communes quidem ipsius non solum partium omnium, sed ẽt germinum, sunt prædictæ tunicæ, simul quidem cum ipsis omnibus emergentes, vt ea assidue colligent adiacentibus particulis, & totam tunicæ molem efficiãt robustiorem: ipsam autem venam cauam à phrenibus sursum ad iugulum vsque perferentes: Præsidium autem eius venæ partibus singillatim paratum triplex est, cum in medio quidem thoracis cor quasi manum quandam ipsi porrigat, neruosam ac forte apophysin seu productionem: parte vero inferiore quintum pulmonis lobum substratum ipsa habeat: suprema vero maximum & mollissimum adena, quẽ thymon nominant. Porrò cordis quidem productio non eius tantummodo rei causa, sed cuiusdã alterius, H quæ magnam ipsi cordi afferat vtilitatem, parata est: quod ego procedente oratione explicabo.

At vero quintum lobum, quo modo certe & thymum, propter magnam duntaxat venã natura effecit. Quo magis admiraturum te puto, non si omnia orationi dederis, sed si dissecto quouis animante tuis ipsius oculis ipsum miraculum aspexeris: videbis enim lobum ipsum non modo venę subijci, sed sensim etiam excauari, vt venæ supergressio sit secura. At vero neq; crebris, neq; magnis lobus hic vasis intexitur, sed maxima eius substantiæ pars pulmonis ipsius est caro, quam nõ nulli παρέγχυμα {tanquam fortuitam infusionem dicas} appellant. Ex quo perspicue intelligi debet naturam hunc lobum fecisse, non vt respirandi instrumentum, sed vt venæ cauæ molle quoddam esset substerniculum. Conuenit enim, opinor, respirandi quidem instrumento, vt multa habeat ac magna spiritus receptacula: aliud vero incubans instrumentum citra dolorem tuto que vecturo, vt dilatatione & contractione atque omnino motu vehementiore vacet: siquidem instrumentorum respirationis vsus per motum, substerniculorum autem per quietem, rite percipitur. Atq; etiam, & quòd in læua quidem thoracis duos, in dextra vero tres lobos effecerit, natura aperte satis huius lobi utilitatem testatur. Nam, cum uena caua ex dextris animalis partibus, qua parte est iecur, profecta, sursum ad dextrum cordis uentriculum feratur, ob eam q; causam

*sine θαύματος, i. miraculũ sine θεάματος, i. spectaculum legas, vt habẽt antiqui cod. non multũ refert.

causam

A causam in dextris positionem habeat, necessarium fuit eum lobum, qui huius causa effectus fuerat, in dextris thoracis partibus constitui. Tibi q3 hoc iustæ naturę opus (quod quibusdam forte solo sensu, nulla mente neq3 ratione, cõtemplantibus iniustum videbitur, cum sit re vera, si aliud quidquam, iustissimum,) tibi, inquam, diuinam hãc operis naturę fabricam ferre laudibus ac venerari cõuenit, vt quæ nõ quod in phantasiã speciem've, sed quod viribus ac potestate est æquabile, delegerit: quod veræ ac diuinæ iustitię est proprium. Vbi enim duorum instrumentorum ęquabilis momenti est actionis vtilitas, verbi gratia oculorum, aurium, manuum, ac pedum ibi paria planè dextra fecit sinistris: vbi autem alterum alteri quippiam excellit propter eximium aliquem vsum, ibi particulam aliquam præter cæteras effecit: quẽadmodum libro superiore in cibi instrumentis demonstrauimus, & nũc nihil obscurius id in quinto pulmonis lobo perspicitur: quem cùm venę cauę causa natura effecisset, ipsius magnitudinẽ, connexionẽ, situm, figurã, cetera q3 omnia ad vtilitatẽ spectans accõmodauit. Neq3 vllum animal reperias, in quo nõ numerus loborũ partis dextrę eos, qui sunt in lęua, vnitate exuperet: quanquam non omnia certe animalia, quo modo homo, binos vtraq3 parte habent lobos, sed quibusdam plures insunt, omnibus tamen vnus quidam pręcipuus venę cauæ est subiectus. Ceterum de numero loborum aliorũ cu-

B iusq3 animantium definire non est propositum: neq3 enim alterius cuiusq3 instrumenti ipsorum constructionem attigimus, nisi forte in homine explicando eò inuiti fuimus traducti. Quod, si morte intercepti non erimus, illorum etiam cõstructionem membratim, quo modo nunc hominum, dissecantes, aliquo tempore explicabimus: nunc autem satis habuerimus, si pręsentem narrationẽ terminare possimus, cuius quod manet, amplius est eo, quod iam absoluimus. Quocirca, hæc cum à nobis explicata satis sint, trãseamus iam ad alia: queramus q3, quid sit, q dũ thorax dilatatur, aliam quidem eius capacitatem superior complet lobus: quam autem ipsius partẽ obliquã & angustã costæ spurię inferne circũscribunt ac terminant, eam alius prelongus occupat. Atq3 hac quidẽ ratione duo vtraq3 parte magni existũt lobi: quintus vero ille paruus in dextris, venæ cauę gratia, à transuerso septo vsq3 ad cordis aurem pertingit. Hinc vero altera quidẽ pars ipsius cauę in ipsum cor infigitur, altera vero eadẽ q3 maior, recta sursum ad iugulum fertur, quadantenus à cordis apophysibus deducta, deinceps autem thymo, quem vocant, inuecta. Natura enim hanc glandulam maximam simul & mollissimam partibus superioribus medij pectoris ossis, quod στέρνον appellatur, subiecit, simul ne os ipsum venam cauam attingeret: simul etiã vt alia omnia ipsius germina, quę hoc ipso in loco sunt quàm plurima, quà primũ emergũt, fulta stabili-

C rentur: id enim naturæ est perpetuum, vt quoties vas sublime diuidit, ibi mediam glandulam, diuisionem ipsam oppleturam interponat. Sunt aũt hoc in loco venarum germina maximarũ ad omoplatas id est scapulas et manus pertinentium, & ante has adhuc aliarũ: quarum pars quidem superioribus thoracis partibus distribuitur, pars autem prorsum ac deorsum diuunditur: quarũ portio maxima secundum mammas perlata, ad hypogastrion vsq3 perlabitur. Omnibus his venarũ distributionibus, in primisq3 ipsi cauę, predictam glãdulam ad maximũ emolumentũ natura fabricauit, qppe quę eã cõstituerit, vt & simul esset intersceptũ vicinorũ ossiũ amiculis lana pilo've coagmẽtatis simillimũ, & firmitatẽ pręberet, & multã ipsis oĩbus securitatem suppeditaret.

De Oesophagi Positione. CAP. 5.

VEnam cauam igitur hoc modo à septo transuerso sursum ad collũ vsq3, omni adhibita securitate perduxit. Huic aũt dissimili via atq3 opposita ductum ex alto deorsum œsophagum, q per ipsum velut viã cibus ab ore ad ventriculũ delabitur, quo loco thoracis maxime conueniebat, in eo ipso natura constituit. Atq3 mihi iam attendas animum velim: probaturũ enim me pfiteor non huius modo stomachi transitum per thoracem pulcherrime esse cõmunitũ, sed etiam sine cuiusquam spiritus instrumentorum offensione. Nam pulmonem ipsum, & cor, & totũ de-

D niq3 thoracem cum omnibus, quę ipso continentur, arterijs, motũ, dum dilatarentur ac comprimerentur, habere oportebat vndequaq3 liberum: ipsum q3 stomachum nõ per medium thoracis sinum amplum, quasi suspensum elabi, sed in secura aliqua sede conquiescere. Hęc igitur vtraq3 spiritus instrumentis omnis molestię carentiam, & summam stomacho commoditatem, ex opportuna ipsius positione natura mirabiliter suppeditauit. Nam spinę vertebris inuectus ac colligatus totum ita permeat thoracem, cum positionis totius stabilitate ac securitate hoc assecutus, vt nullum cordi, neq3 pulmonibus, neque earũ denique cuiquã, quę thorace continentur, particularum negociũ exhibeat. Et quidem ipsa quoque obliqua positio magis te docebit naturam duo hæc intuitam, necubi scilicet spiritus instrumentis quippiam esset molestiæ, ne've ipse quid offẽderetur, hanc ei patefecisse viam. In medijs enim ad perpendiculũ quatuor primis dorsi vertebris extenditur, nusq̃ cursum inflectens, vt qui, præterq3 q nullam thoracis particulam ex huiusmodi situ esset arctaturus, sedem etiam securam potissimum habiturus erat, vt iam ab omni externa offensione sit tutissimus. Cum enim parte ipsius posteriore vnà cum vertebris opponãtur spinę pcessus, quos ἀκανθας, i. apices seu spinas nominãt: anteriori aũt pectoris os, atq3 totũ quod in thorace est spaciũ: patere arbitror, nihil, quod extrinsecus ipsi incidat, neq3 vulnerare ipsum, neq3 cõtundere posse, cũ tot atq3 ita fortibus ppugnaculis vndiq3 sit stipatus. Ad quintam vero

A.l.3.f.13.t.1. ...284.b

vertebram

vertebram deerrat quidem ab eo cursu, quem secundum rectitudinem deorsum facere institue E rat digreditur q; ad dextrā, vt sedē det meliorē, ac cedat instrumēto magis momētaneo, maximæ omnium arteriæ. Hanc enim ex sinistro quidem cordis ventriculo exortam, in totum autem animantis corpus distribuēdam, æquum fuit primum quidem in duas partes diuidi imparibus portionibus: earum q; esse multo maiorem, quæ deorsum ferretur, ꝙ totius animalis, quę cordi subijciuntur partes, multo plures superioribus sint ac maiores: deinde per medias vertebras (qui locus opportunissimus erat) ferri.

Cur œsophagus à medio deuiet versus dextram thoracis partem. CAP. 6.

PORrò, quam ob causam ad quintum spondylon arteria hæc pertineat, tum autem ꝙ ipsam interrat non superius neq; inferius spinę ipsi inuehi, paulo post memorabimus, cum primū scilicet omnem de stomacho disputationem terminauerimus: quem à media spina secedere præstitisse recte demonstrauimus: cur vero ad dextram potius, non autem ad lęuam, hoc dum ego demonstro, animum quęso attendite. Inuehitur quidem ipsa arteria medijs vertebris, nō tamen imperiose admodum neq; superfluè stomachum depellit, sed paululum quiddam & ipsa cedens ipsum recipit, & admittit in communem vertebrarum sedem. Quare, si mihi intellexeris lineam aliquam superne deorsum per mediā spinam porrectam, magnam vero arteriā huic lineæ ita in- F uehi, vt eius maior portio in lęua animantis sit, minor autē in dextra, non tibi secum pugnare videbitur oratio, quę simul medias quidem vertebras ab arteria dicat occupari, simul autem non planè medias, sed magis ad lęuam declinare. Quemadmodum enim antea, ꝙ maioris ipsa, quàm stomachus, esset momenti, ęquū esse diximus loco velut primario constitui, ita nos omnino statuere conuenit stomachum non vsq; adeo abiectam esse particulam, vt eius ratio nulla habenda sit. Collatis vero vtriusq; rationibus haudquaquam locum vtriq; instrumento, quàm nunc obtinent, aptiorem vllum excogitare queas. At, cum omnino per mediam lineam ipsam arteriā ferri, paulum q; ad latus deflectere esset necesse, considera rursus hic quoq; solertiam naturæ atq; ꝓuidentiam. Ex sinistris enim cordis partibus exortam hanc arteriam consentaneum fuit sinistris partibus inuehi è directo tendētem, si demum id omne, quod inter cor ac spinā interiectum est, quasi suspensa ac sine fulcimēto permeat: quo loco adeo periculoso vnica restabat salus, ipsius interstitij breuitas. Proinde mirabile hoc tibi credo videri, qui in dissectionibus es versatus, ipse q; es conspicatus arteriam breuissimum omnium interuallum id, quod inter cor ac spinam est, occupasse, sese ad spinam festinare ijs, qui cęci rationis q; expertes non sunt, aperte indicantē: hęcq; est causa, cur quinto spondylo dorsi inuehatur: directum enim planè spondyli huius principio G ex corde habet exortum. Sed de spiritus quidem instrumentis paulo post differemus. Cęterum ventriculi stomachus quatuor quidem primis thoracis spondylis inuehitur, propter autem reliquos octo ad dexteram fertur ob memoratas iam causas: cum primum vero phrenas contigerit (quę sane ora inferior sunt thoracis) mēbranis fortibus sublime admodum elatus, supra magnā rursus arteriam transit in partem alteram: quo loco phrenas pręterlapsus ori ventriculi infigitur, sublimis quidem, ne in asperiorum ciborum transitu arteriam comprimat: in lęuam vero ꝙ in eo loco satius fuerat os ventriculi cōstitui, quemadmodum antea docuimus. Adde huc, ꝙ neruis, qui à cerebro iuxta stomachum in ventriculum feruntur, obliqua via tutior multo erat futura, quàm recta: molles enim cum sint hi ac tenues, longo q; interuallo secundum rectitudinem tendantur, maximam q; præterea particulam à se ipsis pendentem, ventriculum scilicet, habeant, quem cibo compleri subinde oportebat, ab ipsius tum mole tum pondere tensi assidue, facile dirūpantur: quod ne fieret, natura ipsum simul stomachū, cui eos applicuit, cum propter alia, quorum paulò ante meminimus, tum ēt vt nerui essent tutiores, obliquum positione ac tortuosum totum effecit: postremo neruos ipsos, cum prope ventriculum accesserint, circum stomachum prius inuoluens sic demum infigit. At de neruis quidem postea vberius differemus. H

A.l.3.f.13.c. c.1.284.b

De Cordis figura, & quo pacto Principes partes, & non principes discernantur. CAP. 7.

NVnc autem (venę enim cauę ac stomachi positionem iam absoluimus) ad spiritus instrumenta reuersi, quantum in his omnibus naturæ sit artificium, ostendamus: quę cum positionem cuiq; aptissimam, & connexionem, atq; cōformationem, molis q; quantitatem, ac figurā adhibuit, tum autem mollitiem ac duritiem, grauitatem & læuitatem, reliqua q; omnia, quę corporibus insunt, cuiq; fidelissime distribuit: atq; (vt paucis omnia complectar) quantam ipsorum inter se cōmunitatis curam adhibuerit, alia quidem vniens, alia vero mutuo applicans, quędam circūdans, nō nulla vestiens, ac, si quid eiusmodi ad ipsorū firmitatē pertineret, fabricata, id quoq; exponemus, rursus à corde auspicati. Cōstat igitur ipsum ex ijs, quę iam diximus, in medio quidem thorace oportuisse locari, pulmones q; ei quidē vndiq; circūfundi, suis lobis ceu digitis quibusdā in orbē ipsum cōplectentes, vtrisq; vero extrinsecus circundatum esse thoracem: cur autē non sit omnino rotundum, sed ab ampla atq; orbiculari superna basi, quam caput eius nominăt, exorsum, post autē paulatim gracilescens, modo coni simillimo parte sua inferna in angustū acutum q; desinat, non dum antea quidem diximus. Incipiēda autem mihi hinc potissimū est oīs de eo disputatio. Omnes eius particulæ haudquaquā eādem requirebāt securitatē, propterea, ꝙ nō eundem

A eundem omnes præstabant vsum: quandoquidem, quę ipsius ad basim sunt, ea vasorum originibus sunt addictæ: quæ vero vtraque ex parte consequuntur ad vltimam vsque oram quasi latera quædam, ventriculorum generationi sunt destinata: ora vero ipsa inferior, processus est fortis & densus, qui simul quidem velut operculum ventriculis ipsis est, simul etiam quasi propugnaculum totius cordis, ne forte in vehementioribus motibus violenter incidēs præpositis thoracis ossibus, impediatur, atque adeo afficiatur non nunquam, ob eam q́3 causam cōfundere cogatur, atque vitiare motus sui modū ac rhythmū. Hæc itaque cordis pars ignobilissima est & abiectissima: ea porrò, quæ vasorum productionibus est attributa, omnes dignitate superat: quę vero his duabus interiectæ sunt particulæ, dignitates habent vicinæ sibi parti consentaneas. Nam, quæ ꝑpter basim sunt, paulo minus sunt maxime principes: quę vero prope finem, propemodum abiectissimæ: porrò, quæ in medio horum sunt, quantum ab vtrisque extremis absunt, tantum de illorum dignitate nunc obtinent, nunc amittunt. Proinde mirari neminem oportet, simul quidē cor cœni figuram adeptum esse, simul autem partes ad caput eius attinentes, quæ maxime primariæ erant, locum tutissimum occupasse: quæ vero ad fundum pertinent omnium neglectissimæ, magis offensionibus expositum. Porrò, cum in corde particulam aliquā dicimus abiectissimam,
B neminem puto adeo à veritate aberrare, vt simpliciter abiectissimam accipiat. Neq3 enim vllam eiusmodi in corde particulam reperias, ne ipsam quidem oram inferiorem, quę nō omnium, quę verbi gratia in cruribus sunt aut manibus, sit præstantissima: sed, tanquam omnes sint eximiæ ac principes, tum autem inter se mutuo comparentur, eo modo cōuenit aliam quidem ipsarum minus, aliam vero magis, talem esse intelligere. Vt autem, quod dicitur, nō modo nūc, sed etiam in omne posterum tempus assequaris nil à scopo aberrans, volo tibi paucis præscribere, quibus notis iudicare oporteat, quæ pars in corpore animantis princeps, quę q́3 minime sit habenda. Ex vtilitate scilicet de vtroque statuendum est: quę cū sit triplex genere, aut enim refertur ad vitā ipsam aut ad vitam commodiorem, aut ad horum duorum conseruationem: quę sanè ad vitam conferunt particulę, eæ principes sine dubio sunt habendæ: reliquorum vero duorum generum à primi generis præstantia discedentium, ea minus alijs discedere sunt putanda, quibus hæ principes facile compatiuntur, magis vero, quibus minus facile. Cum igitur cor caloris natiui, quo animal regitur, quasi fons quidam ac focus sit, omnis eo modo ipsius pars principatum teneat, at magis hæ, quarum vtilitas toti animali vitam conseruat: sunt autem hæ duorum vasorum orificia in sinistro ipsius ventriculo, quem medici spirituosum appellare consueuerunt. Horum enim duo-
A.l.3.f.11.t.1. c.1.275.g C rum orificiorum, per minus quidem cor''ijs, quæ in pulmone sunt, arterijs, per maius autem omnibus, quę toti animali sunt diffusæ, est continuum. Minus autem his momentanea sunt ea, quę in altero ipsius ventriculo, quem sanguineum appellant, insunt: sunt tamen, quàm alia, hæc quoque præstātiora maiorisq́3 momēti: quorum alterum quidem sanguinem in ipsum cor intromittit, alterum autem ex ipso in pulmonem deducit. Cum autem memoratorum iam vasorum atq3 orificiorum quodque commemorabilem habeat magnitudinem, nō fuit alienum cor etiam his partibus, maximū esse, medium q́3 thoracē obtinere: qui locus idcirco erat tutissimus, quòd plurimum abest ab ijs, quæ sibi extrinsecus nocere possint. Quandoquidem, quæ conterunt atque incidunt, quæ q́3 refrigerant ac calefaciunt, alia q́3 id genus animantibus exitiosa, multo ante totius thoracis partes ac pulmonis violent: necesse est, ac perrūpant, quàm ipsius cordis, antequàm ad aliquod prædictorum perueniant.

De Substantia, ac''vsu Fibrarum Cordis. CAP. 8.

A.ibidem.g QVæ igitur ad ipsius figuram, ac particularum cuiusque positionem pertinent, sic habent: de omni porrò eius substantia deinceps nobis est agendum. Cor''caro est dura, & ęgre patibilis, ex fibris multiplicibus conflata: quorum vtrunq3 quanquā musculis videri pos-
D sit persimile, discrepat tamen ab ipsis perspicue: siquidem his vnius generis est fibrarum natura, aut enim rectas solum habent secundum suam ipsorum longitudinem, aut transuersas secūdum latitudinem, simul autem vtrasque nullus: cor vero & has vtrasq3 habet, & tertias præter has obliquas. Atque etiam duritie, contentione, toto deniq3 robore, ac patiendi difficultate cordis fibræ multum sanè ab alijs omnibus differunt: cum enim aliud instrumentum nullum sit, cuius tanta actionis esset constantia ac robur, quanta est in corde, cōsentaneum ob id fuit corporis ipsius substantiam ad robur simul & patiendi difficultatem comparari. Porrò fibras multiplices (quæ nulli quidem insunt musculo, in alijs tamen ijs q́3 multis reperiuntur instrumentis, vt matricibus, vesicis, ac ventriculo,) probauimus ante à natura ad motuum varietatē paratas esse. Singuli enim musculi singulos habent ac simplices motus, quemadmodum alio loco id quoque demonstrauimus: ventriculus vero, ac matrices, & vesica vtraq3 trahunt simul & retinent atq3 depellunt, quo modo & cor, ob eam q́3 causam multijugę in quoq3 horū insunt fibrę, vt ostēdebamus: rectę quidē, vt, cū cōtrahūt sese, trahat aliquid: trāsuersæ aūt, vt excernat: at, cū oēs simul ijs, q̄ ipsis insunt, vndiq3 adstringunt, detineat. Possumus q́3 ipsarū eiusmodi motū in corde ꝓspicere in duabus cōstitutionibus, aut iāiā euulsum ex aīali ac pulsans adhuc inspicientes, aut prępositū ipsi os, qd' στέρνον noīant, excecātes: quemadmodū in libris de dissecādi ratione pręcepimus. Nā, cum fibris ijs,

quę

quę secundum longitudinem porriguntur, contrahentibus sese, reliquis uero omnibus laxis ac E diductis, contractior quidem facta fuerit longitudo, laxior vero vniuersa ipsius latitudo, hoc statu cor totum videbis dilatari: contra autem, relaxantibus se ijs, quæ sunt secundum longitudinē, contractis, aūt quæ sunt secundum latitudinem, eo casu rursus contrahi ipsum perspicies: medio porrò inter has motiones interuallo exigua quædam quies intercedit, corde videlicet ijs, quę cōtinet, vndiq; ad vnguem astricto, fibris aūt tunc omnibus agētibus, & earum maxime obliquis. Adiuuant certe non minimum, immo vero omnium maxime totam propemodum efficiunt systolen id est contractionē, quæ in intimis ipsius cordis ventriculis extenduntur ligamenta, robustissima quidē ipsa, vt & quę, dū contracta consident, cordis tunicas intro simul attrahere queāt: nam medium quiddam certe est inter vtrunq; ipsius ventriculum quasi septum, ad quod tensa hæc ligamenta desinunt, colligantia id cum tegentibus extrinsecus vtrunq; vētriculum corporibus, quę sanè & ipsius tunicas appellant. Cum igitur tunicæ hæ prope septum accesserint, intenditur quidem tunc cordis longitudo, cōsidet autem in se ipsam latitudo: at, cum plurimū recessérint, amplitudo quidē augetur, contractior vero redditur longitudo. Cæterum, si cor ipsum dilatari ac comprimi aliud nihil sit, quàm ipsius vētriculorum latitudinem plurimum diduci ac concidere, iam, qua vtrunq; fiat, ratio inuenta nobis fuerit. Ob eam quidē certe causam cor tum for- F tia ligamenta, tum omne fibrarum genus habuit eiusmodi, vt nullo negocio atq; expedite ad tres constitutiones traducatur: dilatetur quidem, quādo, quod naturæ suæ est accōmodatum, trahere appetit: astringatur vero vndiq;, quando ijs, quæ traxerit, frui tempestiuum fuerit: cōtrahatur demiq;, quando superfluis excernendis sese accinxerit. Dictum est omnino his de rebus cùm alio loco diligentius, tum autem in ijs quę de vsu respirationis scripsimus: quapropter superuacaneum hercle nunc, vt cum maxime, fuerit pluribus de ea ipsa cordis motione differere.

De Numero Ventriculorum cordis. CAP. 9.

SEd iam tempestiuum est numerū vasorum, quæ in ipso sunt, percensere: tum orificij cuiusq; ipsorum formam explicare: postremo autem & de ventriculorum ipsius numero nō nihil attingere: quę q; hęc comitantur, omnia percurrere. Numerus itaq; cordis vētriculorū (inde enim auspicari par est) in omnibus animalibus haudquaquā est idem: sed, quæ aerem inspirāt per pharynga per nares & os, protinus quidem his quoq; est pulmo, & cordis dexter vētriculus: reliquis vero omnibus neq; pulmo est, neq; ad dextram cordis partem vlla latitudo: duo enim hęc necessario vnà cum pulmone intereunt, animalis vox, & cordis dexter ventriculus. Ex quo intelligi potest, quantam ipsorum vtrunq; vtilitatem afferat: nam dexter ventriculus gratia pulmonis est G factus, pulmo vero ipse respirationis simul & vocis est instrumentum. Non igitur recte Aristoteles numerum vētriculorum definiuit, ad magnitudinem corporis & paruitatem, multitudinem ipsorum referens. Neq; enim maximis quibusq; animalibus sunt tres, neq; minimis est vnicus: eādem enim planè equus habet cordis fabricationem, qui maximus est, & minimus passerculus: &, si murem dissecueris, aut bouem, aut aliorum animalium quoduis, siue præterea id minus mure siue maius boue fuerit, omnibus ipsis tum ventriculorum numerum comperies ęquabilem, tum reliquam cordis fabricam eandem. Neq; enim natura pro corporis magnitudine aut paruitate diuersas facit atq; immutat instrumentorum formas, sed in ipsa constructione propositā habet sibi ceu scopū, actionis varietatē: ipsas porrò rursus actiones prima vtilitate dimetitur: fit q; eo modo admirabilis quędam series ac continuatio actionum atq; vtilitatum inter se excipientium, vt superiore omni oratione cōprobauimus, atq; in nūc quoq; proposita nihilo minus eos docebimus, qui non negligentissime ipsam expenderint, cuius summa hæc est. Vtilitas vocis piscibus certe nulla est, vt qui in aqua degant: sed ne respirare quidem ipsis licet per pharynga, quo modo ne nobis quidem ipsis, quando in eam mersi fuerimus. Non igitur, quemadmodum volucribus ac gressilibus animalibus, ita etiam illis è re fuit maximum vnū respirationis ac vocis, or- H tum esse meatum, sed earum, quas branchias nuncupamus, constructio ipsis vice pulmonis est: cum enim crebris ac tenuibus foraminibus sint branchię hæ interceptæ, aeri quidem & vapori peruijs, subtilioribus tamen, quàm pro mole aquę, hāc quidem extra repellunt, illa aūt prompte intromittūt. Huc adde, ꝙ natura etiam frigidiores sunt pisces, quàm vt ipsorum cor magna indigeat refrigeratione. Indicant autem eorum temperamentum, cum alia multa, tum maxime sanguinis penuria: aut enim carent omnino, aut paucum planè habent sanguinem. Quocirca, quæ aquatilia multo sanguine sunt prædita ac calida, vt delphinus, vitulus, balæna, hęc omnia ex aere respirant, admirabili quodam respirationis modo, quem nobis olim licebit breuiter percurrere, cum aliorum animalium constructionem, vt nunc hominis, explanabimus: ad quem erit tempestiuum reuerti, vbi de illis id tantum dixerimus, quantum satis esse videtur ad demonstrandam pulmonis simul & dextri cordis ventriculi vtilitatem.

De Pulmonis nutritione, ac de Vena arteriosa, & Arteria venosa. CAP. 10.

MVtuam enim gratiā cor pulmoni referre videtur, cū ipsum sanguine nutrit, id q; beneficij ipsi cōferre ꝓ eo spiritu, quē ex illo aspirat. Oportebat nāq; & ipsum certe pulmonē nutriri: sed plurimū intererat non statim à vena caua ad ipsum cōfluere sanguinē, quanq̄ ꝑ ipsum feratur ac

ratur ac

A ratur ac contingat: quocirca oportebat aliam vasis naturam, quod ipsum nutriret, cōparare, nullo modo venę cauę assimilem, epiphysimq; habere membranarum, cuiusmodi nūc obtinet: id q; aliunde, quàm ab ipso corde, ipsi consequi non erat. Nam, vt aliud nihil in omnibus animātibus, ita in ipso pulmone, vbiq; sapiens natura, temere nihil neq; sine causa quidquam fecit: commutauit autē vasorum tunicas, venam quidem faciēs arteriosam, arteriā vero venosam. In alijs enim omnibus partibus cum arteria venę sit magnitudine ęquabilis, tunicarum tamen crassitudo non est eadem, sed tātum vtiq; differt, quantū Herophilus recte collegisse videtur, qui arteriam venę spissitudine sexcuplam esse definierit: in pulmone autē solo omnium instrumentorum ac particularum, arteria quidem venæ, vena autem arteriæ habuit tunicas. Quod quamobrē natura machinata sit, exponere in primis oportet: tum autem de membranarum epiphysi verba facere: postremo, ꝙ fieri nequibat, vt ex vena caua arteriosum vas, aut mēbranę eiusmodi gignerentur: nisi enim quis omnia hæc strictim prius explanarit, fieri non potest, vt vtilitatem generationis in corde dextri ventriculi ostendat. Auspicemur igitur ab eo, quod omniū est primum, ostēdamus q; commodiorem fuisse pulmoni arteriam quidē venosam, venam autem arteriosam. Duplex autē videtur id quoq; esse problema & veluti geminum: non.n. solum, ꝙ pulmonis interfuit crassam B quidem admodum esse venæ tunicam, tenuissimam autem arteriæ: sed, ꝙ etiam in alijs omnibus animalis partibus crassam quidem arterię, tenuem autem venę pręstitit inesse tunicam, demonstrare illum conuenit, qui suscepit nullum naturę operum dubium neq; obscurum incognitū ve relinquere. Quòd ergo satius fuit in toto animalis corpore sanguinem quidē tenui ac rara, spiritum vero crassa ac densa concludi tunica, longa egere oratione non arbitror: satis.n. puto esse, substantię vtriusque rationem ac differentiam obiter indicare, ꝙ scilicet sanguis quidem crassus est & grauis ægreq; mobilis, spiritus vero tenuis & leuis & citus: quodq; periculum erat, ne hic expiraret repente atq; "euolaret ab animali, nisi crassis & densis atq; vndiq; constrictis asseruatus fuisset tunicis atq; coercitus, contra vero in sanguine nisi tenuis & rara fuisset, quę ipsum cōtinet tunica, nō facile circūfusis partibus distribueretur, atq; hac ratione omnis, quā ex eo percipimus, vtilitas funditus deperderet. Quę cum ante essent à cōditore nostri animaduersa, tunicas vasorū naturæ vtriusq; materiæ contrarias ac pugnantes machinatus est, vt ne ante tempus spiritus euacuaretur, ne've sanguis diutissime insisteret. Cur igitur nō etiam in pulmone venam similiter tenuem, crassam vero arteriam effecit? omnino enim, opinor, hic quoq; spiritus tenuis est & leuis, & quem coercere oporteat: sanguis vero crassus & grauis, & quē in singulas pulmonis particu- C las dimitti opus sit, vt quę copiosiore, quàm cęterę corporis partes, egeant alimento tum ꝓpter perpetuum motum, tum propter caliditatis copiam, quam pulmo consequitur tum ex cordis vicinitate, tum autē ex ipsa motionis assiduitate ac cōstantia. Admirabilis sanè tibi, opinor, videbitur Opificis nostri prouidentia: quo modo enim non hoc summę incredibilis q; est prouidentię, ꝙ, cum solus pulmo instrumentum validum adeo ac motibus vehementibus prēditum sibi ipsi habuisset circūfusum thoracem ipsum, cōstructionem ipsius fecerit eximiam prēter reliquas omnes animalis partes? Demonstratū enim in libris de ipsius motibus est pulmonem ipsum ex sese motus omnis expertem, à thorace moueri continenter: nam dum thorax contrahitur, contrahitur & ipse pulmo, compulsus vndiq; ac compressus, quod expirantibus nobis & loquentibus vsu venit: dum autem dilatatur, sequitur, atq; in omnē partem diducitur, quo modo & ille, quo nos tēpore inspiramus. At neq; inspirantibus aut expirantibus venas, quo modo arterias, oportebat dilatari, ꝙ earum munus erat diuersum: has enim, ꝙ spiritus conceptacula quędam à natura factę erant, facile quidem repleri inspirantibus nobis, celeriter vero vacuari expirantibus & loquentibus erat necesse: venas vero contra, ꝙ essent cibi velut promptuariū paratæ, neq; dilatari oportebat inspirātibus, neque expirantibus cōtrahi. Cōmodū igitur erat illis quidem molle, his D vero durū corpus efficere, si quidem illas prompte obsequi vtrisq; thoracis actionibus, has vero prorsus nihil eis obedire pręstiterat. Quòd, si recte à nobis in alijs demōstratū est nutriri corpora attracto per ipsam vasorū tunicam sanguine, rursus pulmo uidebitur ꝓpemodū inopia alimēti laborare, cū venę tunicam densam admodū habeant. Quod tibi puto satis fore ad intelligendū aliā rursus naturę admirabilē prouidētiā, si modo memoria tenes ea, q̄ in illis demonstrauimus, ꝙ partium aīalis alię quidē crassiori & (vt ita dicā) fœculēto alunt̄ sanguine, quędam aūt cōtra tenuiore & vaporosiore: atq; ēt ꝙ reliquę particulę oēs, omnium sunt participes, & venę & arterię: quarū hę quidem exigui & eiusdē tenuis atque vaporosi sanguinis, illę vero paucissimi & ipsę spiritus, verum caliginosi ac crassi. Quod si ita est, vt re vera est, corpus q; pulmonis ali est necesse non, vt iecoris corpus, limoso aliquo & crasso alimento, sed tenui leui ac vaporoso, apparēt omnia mirabiliter ab animalium Opifice constructa: vnūquodq; enim alimento sibi simili nutritur, quemadmodum id quoq; demonstrauimus. Porrò pulmonis corpus leue est ac rarum & velut ex spuma quadam sanguinea concreta conflatum, ob eam q; causam puro sanguine & vaporoso ac tenui indiguit, non autem, quo modo iecur, limoso & crasso. Quo fit, vt vasa habeat contraria, maxime quidem ijs, quę sunt in hepate, post autem & alijs animalis particulis: in his enim cum vasis sanguinem suppeditantis tunica rara sit ac tenuis, affatim crassi sanguinis ac celeriter

partibus

l. 1. f. 1. d. 5. 1. 10. c

partibus circunfusis distribuit: in pulmone vero, quod crassa ea & densa extitit, nihil nisi tenuissi E
mum finit elabi. Et quidem cæteris partibus arteriæ crassæ ac densę generatę paucum omnino
eundem q́ꝫ vaporosum sanguinem vicinis partibus trahere permittunt: pulmoni vero solum, co
piosissimum eiusmodi impartiunt, vt quæ præ raritate ac tenuitate continere ipsum nequeant.
Ex quo efficitur vt nutriendi ratio pulmoni planè contraria sit, ac cæteris omnibus animalis par
tibus, quemadmodum & corporis substantia: neqꝫ enim vllam aliam reperias particulam raram
adeo ac leuem & spirituosam, neqꝫ quæ sanguine ita puro & tenui ac vaporoso nutriatur. Quod
itaqꝫ venæ propter crassitudinē suā ac densitatem, alimēti minus ipsi tribuere possunt, hoc omne
arterię compensant, tenuem syncerum ac vaporosum sanguinem abunde ipsi dispergentes. At
ne id quidem esse satis poterat visceri calido adeo, crebris q́ꝫ ac perpetuis motibus prædito: ob eas
vtique causas, maximas in ipso venas natura effecit, vt, quantum propter tunicæ crassitudinem
iustæ nutritioni detrahitur, id magnitudine ipsarum expleatur. Et quidem certè eadem natura
prouidebat tria alia ad alimenti affluentiam pulmoni necessario futura adiumenta, primum qui-
dem copiam domesticę ac natiuę caliditatis, alimentum omne in partes minimas comminuentis
ac diffundentis, vt promptius euaporetur: alterum autem pulmonis in inspirationibus dilatatio-
nem, vel ex densissimis instrumentis violenter quiddam arripientem: tertium ac omnium maxi F
mum ab eo sanguine, qui soli pulmoni à corde emittitur, prius in illo confecto planè atque exte-
nuato. Non ea tamen sola causa fuit, cur ipsum à corde prestiterit ali, sed (vt monstraturum me
initio receperam) quod venas in ipso tunicis oportebat fieri arteriosas, tum autem quarundam
membranarum habere epiphyses: quorum neutrū ex vena caua gigni poterat. Ac de eo quidē,
quod primum mihi propositum fuerat, hæc sufficiant. Ad secundum autem venire iam est tem
pestium, quod scilicet melius fuit ori huius arteriosę venę adiunctas esse membranas tot & tales,
quot & quales nunc sunt. Quāuis enim maxime crassum & durum factum fuerit hoc vas, vt nō
dilatetur facile neque contrahatur, non tamen vsque eò est durum, vt nihil prorsus à thorace vin
catur, instrumento forti adeo ac magno, vehementer'que agente, potissimum quando subito ac
simul expiramus vocem q́ꝫ tollimus, aut cum alio quouis modo ipsum omni ex parte, tensis forti
ter omnibus musculis, intro adducimus: neqꝫ enim ne in vno quidem temporum eiusmodi effi-
cere possumus, quin soboles huius venæ cōprimantur ac concidant. Quod, si ita est, nihil impe-
diet, quo minus sanguis ex ipsis omnibus ad primū os retro remeet, rursus q́ꝫ recipiatur. Quam
rem triplex sequitur incōmodum: Vt sanguis ipse frustra longum hoc curriculum subinde eme
tiatur, in diastolis quidem pulmonis affluens, &, quę in ipso sunt, venas omnes refarciēs: in systo G
lis vero quasi æstus quidam maritimus, instar Euripi, motum identidem huc atqꝫ illuc recipro-
cans, qui haudquaquam sanguini conueniat: at hoc quidem videri forte possit exiguum. Quod
vero interim ipsius quoqꝫ respirationis vtilitatem labefactet, id vero non amplius pro paruo est
habendum. Nam, si melius erat plurimum aerem vna actione, inspirantibus quidem trahi, emit-
ti autem expirātibus, fieri vero id non potest nisi arterijs plurimum dilatatis ac contractis, quan-
tam autem actionem venæ arterias imitatæ ediderint, tātum de motus illarum magnitudine de-
trahent atqꝫ impedient: perspicuum iam esse arbitror, quantum toti respirationi cibi instrumen-
ta officient, si dilatentur, ac cōtrahātur: quiescere enim planè ipsa oportet similiter, ac si omnino
non essent, nullum q́ꝫ in thorace locum obsiderent, in quo spiritus instrumenta amplianturac
contrahuntur: Illis enim solis locum hunc omnem impartitum esse oportuit, vt in inspirationi-
bus quidem quam plurimum dilatata externum aerem plurimum attrahant: in expirationibus
vero contra, vt quam plurimum contracta plurimum profundant. Atqꝫ etiam tertium secutum
fuisset incommodum haudquaquam contemnendum, cum sanguis retro in expirationibus re-
migrasset, nisi Opifex nostri membranarum epiphysin fuisset fabricatus: quam paulo post, cuius
modi sit, & vt sanguinis refluxum prohibeat, disces perspicue. Porrò, q̄ male animalibus consul H
tum fuisset, si membranæ hæ non extitissent, præbeas te mihi, dum cōmemoro, attentum audito-
rem: qui pro hypothesi ad præsentē quoqꝫ sermonem ea sumam, quę alibi, sunt demōstrata. In to
to corpore mutua est anastomosis atqꝫ oscillorum apertio arterijs simul & venis, trāsumūt q́ꝫ ex
sese pariter sanguinem & spiritum per inuisibiles quasdam atqꝫ angustas plane vias. Quod, si os
ipsum magnum venæ arteriosæ itidem semper patuisset, nullam q́ꝫ natura inuenisset machinam,
quæ claudere ipsum, cum est tempestiuum, ac rursus aperire queat, fieri nunquā potuisset, vt per
inuisibilia atqꝫ exigua oscilla sanguis contracto thorace in arterias transumeretur. Neqꝫ enim si-
militer omne ex quouis attrahitur neqꝫ emittitur: sed, quemadmodum, quod leue est, facilius eo,
quod grauius est, dilatatis instrumentis attrahitur, iisdem autem contractis exprimitur, ita & per
latam viam celerius aliquid, q̄ per angustam, trahitur ac rursus emittitur. Cum autē thorax cōtra
hitur, pulsæ atqꝫ intro cōpressæ vndiqꝫ fortiter, quę in pulmone sunt, venosæ arteriæ exprimunt
quidē q̄celerrime, qui in se ipsis est, spiritum, trāsumunt aūt per subtilia illa oscilla sanguinis por-
tionem aliquā: quod nunq̄ accidisset profecto, si sanguis per maximum os (cuiusmodi est venæ
huius ad cor) retro remeare potuisset: nunc vero reditu per os magnum intercluso, dum cōprimi
tur vndiqꝫ, destillat quippiā ꝑ exigua illa orificia in arterias. Quod q̄ pulmoni sit vtile, ijs fortasse
iam

A iam est exploratum, qui ea, quæ de ipsius nutritione scripsimus, meminerunt: si id minus, at ego certe strictim id percurram, si prius omnem, quæ nunc in manibus est, disputationem cōclusero.

De Venæ arteriosæ, ac Membranarum ortu, & de vsu dextri Ventriculi cordis. CAP. 11.

POstea enim, quàm harum membranarum vtilitatem docuimus esse maximam, & ea adhuc maiorem eius venæ, quæ pulmonem ipsum alit, crassæ admodū ac duræ, restat deinceps, vt doceam arteriosum vas, aut eius generis membranas ex vena caua produci non potuisse. Quod igitur arteriosum vas ex venoso exoriri non poterat, omnibus est notissimum: nam venæ vnica est, & ea quidem tenuis tunica: arteriæ vero neq; simplex neque tenuis, sed duæ ipsi insunt tunicæ, quarum interna quidem crassa est admodum, densa ac dura atq; in fibras trāsuersas diuidua, exterior vero tenuis rara ac mollis, qualis etiam est venæ tunica. Non igitur ex simplici ac tenui tunica (cuiusmodi est venæ cauæ) duplex & crassa gigni poterat: neque etiam ex cordis ipsius quanquam crassi parte qualibet arteriosum vas aut venosum proficiscitur, sed ex tenuioribus simul ac mollioribus simplicia & mollia & tenuia, duplicia vero & dura ac crassa ex ipsius densioribus partibus oriuntur. Porrò neq; membranas tales ac tantas, quātæ & quales nunc sunt ad venæ arteriosæ os, produci sine corde possibile erat: quādoquidem "sedem ipsas aliquam habere tu- l.1.f.1.d.5. l.10.c

B tam conueniebat, in qua stabilirentur vnà atq; adhęrescerent, vt rectæ & nusquam sese inflectentes refluentibus materijs obstant, cum scilicet thorax vehementer connitens totum pulmonem cogit intro ac contrahit, ipsum vndiq; complexus, venas q; collidit ac comprimit. Nam, & si tunica eis obtigit crassissima ac cōtumax, non tamen eò vsq; planè est immobilis, vt nihil à tot musculis tam fortibus simul & magnis, tot præterea ossibus medullæ expertibus ac duris patiatur: quibus omnibus, dum totus thorax vehementius coit in se ipsum ac contrahitur, valenter incidentibus, ac pulmoni vim afferentibus, comprimi quidpiam venas ac contrahi quidem necesse est, nō tamen denuo per os retro euacuari, vt quod pręclusum iam à membranis fuerat: quanto.n. thorax contendit vehementius, sanguinem elidens, tanto membranæ exactius os ipsum occludūt. Ab interiore enim parte extra emergentes, totum q; orificium in orbem obsidētes, figuram pręterea ac magnitudinem ita exactā habētes, vt, si tensæ omnes atq; erectæ simul fuerint, vnius magnæ totum orificium obturantis speciem referant, ab ijs quidem, quæ ab internis extra erūpunt, euersæ, & extrorsum ad tunicas ipsius venę decidentes, transitum ipsis, adaperto ac plurimum diducto orificio, facile dant: quod, si quid extrinsecus intro feratur, hoc ipsum cogit membranas in vnum, vt aliæ incumbant alijs, atq; ex ipsis quādam velut portam ad amussim clausam cōstituit.

C In omnibus itaq; vasorum à corde proficiscētium orificijs membranæ aliæ alijs inuehentes extiterunt, eo artificio constitutæ, vt, si tensæ simul fuerint steterint q; erectæ, totū orificiū obstruant. Cōmunis autem ipsarum omnium est vsus, vt materias remigrare retro prohibeant: vtrarumq; vero proprius, educentium quidem è corde materias, ne amplius ad ipsum remeent, inducētium vero, ne amplius ex ipso effluant: non enim volebat natura vano labore cor fatigari, neq; in eam partem aliquando emittere, vnde trahere præstiterat, neq; rursus ex illa identidem ducere, ad quā mittere erat necesse. Sed sunt quatuor omnino orificia, bina in vtroq; vētriculo, alterum quidem inducens, alterum vero educens: de quibus paulo post differemus, cum alia omnia, quæ in corde ipso sunt, vt se habent, explicabimus: Præterea etiam adnatas membranas, quot eæ sint numero, qualem q; habeāt formam: & ꝙ ipsas neq; plures, neq; pauciores, sed neq; maiores aut minores, aut crassiores aut tenuiores, aut fortiores aut imbecilliores fuisse erat melius. Hactenus autem id tantum admonuimus, hasce membranas vsum habere necessarium, fieri q; non potuisse, vt ex vena caua generarentur, sed, quo modo nunc habent, ex ipso corde. Atqui, si summam feceris omnium non solum, quę hoc sermone fuerunt disputata, capitum, sed eorum etiā, quæ ante hæc scripta fuerūt, comperies me, quod initio susceperam, iam comprobauisse. Neq; enim pulmo pote-

D rat ex alia quauis vena ali commodius, neq; ex vena caua germen istiusmodi tunicarum aut mēbranarum poterat oriri. Ex quibus omnibus intelligi potest multo melius fuisse pulmonē à corde nutriri. Porrò, cum vas alterum, quod tunica simplici constat, in cor infigatur: alterum vero, quod duplici, ex ipso producatur, communem vtriq; locum quasi cisternam quandam parari necesse fuit, ad quam pertinentibus vtrisq;, per alterum quidem trahatur sanguis, per reliquum vero emittatur: atq; is dexter cordis ventriculus est pulmonis causa (quemadmodum demonstrauimus) comparatus. Quocirca, quæ animalia pulmonem non habēt, eadem neq; in corde duos habent ventriculos, sed illis solus is inest, qui motus arterijs omnibus dux est: nam venæ ab hepate ducūt initium, quemadmodum & hoc in libris de placitis Hippocratis & Platonis copiosissime à nobis demonstratum est, vera q; omnia sibi inter se consentiunt atq; attestantur. Porrò tempestiuum iam nobis fuerit omnem de dextro cordis ventriculo hic terminare disputationem, qui in omnibus animalium generibus vnà cum pulmone gignitur semper aut interit.

Confutatio Antiquorum de Vsu arteriosæ Venæ, & Venosæ arteriæ. CAP. 12.

QVòd, si qs causam reqrat, cur pleriq; tū medicorū tum philosophorum in numero cordis ventriculorum finiendo hallucinati sint, eiuscemodi oīa alibi à nobis sunt demonstrata, nempe in libro de dissensione quæ in anatomis est. Nā, quemadmodū actionū demō-

strationes

ſtrationes præcedere debent propoſitã iam nobis diſputationẽ,pari modo & illas ipſas de actio- E nibus habitas p̃ire debent tũ illa,quę de diſſenſione,q̃ in anatomis ẽ,tum illa quę de anatomicis adminiſtrationibus habentur. Quocirca non eſt in pręſentia,quòd eius controuerſiæ,quæ de venarũ aut arteriarũ tunicis,quot eę numero ſint,habita fuit,mentionẽ faciamus,neq; aliorũ cuiuſquam,de quibus ante diximus,aut deinceps dicturi ſumus. Nam oĩa hæc ſeparatim prius demõſtrauimus,quo enarrationẽ hanc per ſe,ſemotis omnibus quæſtionibus perſequeremur: toto q; hoc ſermone,quæ in illis demonſtrata ſunt,omnia pro hypotheſi ad propoſita explicanda ſumẽtes,particularũ cuiuſq; vtilitates ſolas abſolueremus,eorũ, quę alij peccarũt, abſurditatẽ nuſquã refellentes,niſi forte obiter,quãdo ad multa dogmata magnopere id pertinebit,aut multis cõmuniter oratio ipſa vtilis futura eſt: vt iam ſanè conſtitui eorum,in quibus Aſclepiades lapſus eſt de vaſis pulmonis,mentionem facere,oſtendere q; neminem Adraſtię legem poſſe effugere,etiam ſiquis aſtutus admodum ac dicendi peritus fuerit,quin confiteatur tandem & ipſe ſuam vafritiẽ, ferat q; veritati teſtimonium, quàm alius quiuis, multo grauius,qui inuitus ad teſtandũ acceſſerit. Prima igitur agendorũ omnium cauſa (vt quodam loco Plato confirmat) ipſius actionis eſt ſcopus. Cauſam ergo ſiquis roget,cur ad mercatum veneris,ea prætermiſſa aliam meliorẽ afferre nõ cõuenit? ridiculus enim quis fuerit,ſi,cum reſpondere debeat,ſe ad forum veniſſe,vt hoc vas F aut mancipium emeret,aut amicum ſuum cõueniret,aut aliquid venderet,hęc quidem omittat, dicat autem idcirco ſe ad forum veniſſe,ꝗ ſibi duo eſſent pedes,qui facile moueantur,quibus fretus terrę inniti obfirmariq; tuto queat alternis ipſis celeriter peruadens. Aliquam enim fortaſſe & ipſe reddiderit cauſam,at non veram neq; primam,ſed inſtrumentariam quandam,aut eius generis,ſine quibus non,potius,non cauſam. Atq; hac ratione quidem Plato de natura cauſæ rite cenſuit. Nos autem,ne futiliter de nominibus concertare videamur,concedentes plura eſſe cauſarum genera,primum quidem ac potiſſimum,cuius cauſa aliquid fit: ſecũdum vero,à quo fit: tertium,ex quo: quartum,per quod: & quintum,ſi vis,ſecundũ quod fit,ad ſingula genera reſpondere ipſos de omnibus animalis particulis cõpellemus,ſi modo re vera ſunt phyſici. Nam, quod ad nos attinet,ſiquis requirit,cur vaſorum natura in pulmone variauerit, facta q; ſit vena quidẽ arterioſa,arteria autem venoſa,veram cauſam eãdem q; primam afferemus,ꝗ ſcilicet in hoc vno viſcere melius fuit dẽſam quidem eſſe venam,raram autem arteriã. Eraſiſtratus vero nõ hoc modo,ſed ita tradit: Ipſa quidẽ vena indidem proficiſcitur,vnde quę in totũ corpus diſtribuũtur arterię, principiũ habent,in ſanguineum q; ventriculum pertinet: Arteria vero rurſus,vnde venæ oriuntur,& ipſa orta,in ſpirituoſum cordis ventriculum pertinet. G

Quidam cod. antiqui habẽt ἀλλ᾽ ὅτι φησὶν ἡ μὲν φλὲψ &c. i. ſed quia (inquit) ipſa quidem.

Confutatio Aſclepiadis de vaſis, qui à corde ad pulmonem deſeruntur. CAP. 13.

AT Aſclepiades vtraſq; cauſas prætergreſſus, tum illam,quæ Opificis prouidentiæ referẽda eſt accepta,quam primam eſſe diximus,tum autem ſecundam,quę velut materialis eſt,accedens q; ad genus cauſæ omnium infimum atq; abiectiſſimum,quod omnino ne cauſam quidẽ opinor,dixerit,qui dialecticis fuerit imbutus,ſed id omne,ceu drachmã adulterinã,cauſam eſſe vel ex accidente vel ex conſequente,fidem ſe facere ſperat atq; ſapientem eſſe,legis Adraſtiæ (vt ego arbitror) immemor: quòd nulla alia ratio ęque redarguat dogmatum eius abſurditatem,atq; hæc ipſa,quam ſe ſapienter inueniſſe arbitratur. Nam ꝗ (inquit) in pulmone ſolo,cõtra,quàm in alijs omnibus inſtrumẽtis,arteriæ motu agantur duplici,vno,quem domeſticum habent,ex propria videlicet ſubſtantia pulſantes: altero,quem ex pulmone ob reſpirationis munus ſemper agitato nanciſcuntur,immenſis tãdem laboribus confectæ extenuantur,cum,quæ alijs partibus inſunt arteriæ,proprium vnum habeant motum eundem q; moderatum,ob id q; bene nutriantur robuſtæ q; ſint: At venæ (inquit) quæ in toto quidem ſunt animali,cum motu omni careant,nõ aliter,quàm mancipium quoddam deſes ab omni q; exercitatione fugiens, iure atrophia laborant: quæ vero ſunt in pulmone,motum ab viſcere ipſo nactæ fiunt corpulentæ,quo modo & ij, H qui mediocriter ſeſe exercent. Verum ò omnium hominum ſapientiſſime Aſclepiades, cætera quidem ſcriptorum tuorum flagitia ſi vellem eo modo perſequi, ocio maiore opus eſſet: quæ vero ne puerum quidem fallere poſſint,nedum virum iactabundum adeo atq; inſolẽtem,ea genere quidem ſunt duplicia: alia enim ex contemptu anatomes atq; oſcitantia, alia ex logicæ ſpeculationis ignoratione promanarunt. Nam,ſi anatomes peritus eſſes,nobis fortaſſis concederes arteriam à vena non craſſitie modo,ſed & numero ac qualitate tunicarũ diſcrepare. Interiorem enim tunicam,quæ craſſa eſt ac dura,quę q; fibras habet tranſuerſas,venæ ipſæ non habent omnino: tu vero,habeant nec ne,nihil magnopere ſolicitus,quæ tibi nunquam percepta fuerunt neq; cognita,ſine vlla dubitatione audes de illis vt exploratiſſimis pronunciare,qui Herophili diſſectiones reſpuis,qui iam Eraſiſtratum cõdemnaſti,cui deniq; ſordet Hippocrates. An neſcis pro certo venas pulmonis interiorẽ tunicam illam duram nõ habere? an hoc quidem intelligis,cum autem macilenta quępiam fit particula,exiſtimas non tunicarum ipſius craſſitudinem, ſed numerum imminui? Ea certe lege ventriculo in ſumme extenuatis vnica erit tunica, carnoſis vero ac bene habitis quatuor: itemq; oculorum tunicæ tres,verbi gratia,phthoe tabeſcentibus (maxime enim his cõtabuerũt) quatuor vero quouis alio morbo conflictantibus, quinq; nobis ſanis, ſex

ſi fors

A si fors ita tulerit, ijs, qui bonam habent corporis constitutionem, athletis septem, & his adhuc plures Miloni & Polydamanti. Non alienum etiam esset, si & manuum digitos in bona quidem habitudine plures, in contraria vero pauciores haberemus: esset enim eo modo dignum Asclepiadis sapientia spectaculum, si tres quidem digitos habeat Thersites, Aiax autem septem, ac plures his Achilles, Horion etiam (opinor) & Talωs, numerosiores, q̃ Iuli habeant pedes. Fieri non potest ô generosissime, quin vbiq; suam prodat insantiam, ridiculus q; sit, qui prauis dogmatum hypothesibus nititur. Mens enim est, quæ omnia hæc designat disponit ac ornat, non corpusculorũ vis concursu quodam fortuito inter se coherescentium. Nam pulmonis quidem arteriæ sunt venosæ, venæ vero arteriosæ, ꝙ esse eiusmodi eas præstiterat: cordis vero vẽtriculi duo quidẽ sunt quibus est pulmo, vnus autem cui nõ est, etenim hoc quoque melius fuit: membranę autem singulis insunt orificijs, ne cor vanum subeat laborem: præterea venę cauæ stabiliendæ gratia quintus pulmonis lobus: ac reliqua omnia, quorum cum sapientissimus vir Asclepiades causam, cur facta fuissent, prę inscitia nullam dixisset, vnius tamen ex omnibus causam reddit, inuento, vt putabat, probabili syllogismo. Permittimus tibi recte de pulmonis vasis dixisse: aggredere aliarum quoque animalis partium explicationem. Nos enim in omnibus non vnum causæ genus,

B sed omnia simul recensemus: vnum quidem, id q; primum ac principalissimum, quod ita esse præstiterat: quod subsequuntur, quæ tum ad instrumenta tum ad materiam pertinent: quibus vtens Opifex ad optimam speciem singula, quæ fiunt, effingit, arterias quidem pulmonis raras, venas autem densas efficiens propter eam, quam diximus, causam. Quas cum eiusmodi fecisse esset melius, ex arteriosis cordis partibus venas, ex venosis autem arterias, produxit: &, quoniã materiã vtrisq; prębere cõuenientẽ oportuit, ad spiritus quidẽ vẽtriculũ, sinistrũ scilicet, arteriarum, ad alterum autem, venarum, os aperuit: rotundas q; effecit, ꝙ ipsas præstiterat figurã habere, quæ ab iniurijs omnibus esset tutior. Iam vero, cum eas ex materia & per instrumenta parare oporteret, humidum quidem sicco admiscens, & quendam ex vtroque humorẽ ac materiam ad formarum impressionem recipiendam instar cerę facilem efficiens, hanc materiam generandis subiecit: calidum vero ac frigidum tẽperans, duo hæc circa materiam actuosa comparauit instrumẽta: qua in mistione partem quidem materię exiccari à calido constituit, partem autem frigido concrescere, ac horum denique mistura spiritum rite temperatum generari. Post autẽ, eam ipsam mistionem flatu in latum extendens, diducens q; materiam, cauum vas ac prelongum effecit, copiosiorem quidem materiam affundens, cui melius erat esse crassiori: parciorem autem, cui tenuiori.

C Habes iam causas omnes his verbis, finalẽ scilicet, ab Opifice, ab instrumẽtis, à materia, à forma. Tibi autem si placet principalissimas omittere, tum eam, cuius causa aliquid fit, tum etiam, a quo fit, alias saltẽ in singulis particulis affer. At non ita facis: fieri enim, vt opinor, non potest, vt male positis prauis hypothesibus, in oĩbus particularibus rite quis ratiocinetur. Hoc etiam ipsum erat, quod antea ignoratione logicę speculationis euenire innuebã. Satius. n. fuisset in oĩbus causam generationis singulorum relinquere, vtpote quã suspicari quis possit suapte spõte ipsos silentio pretermittere. At eò stupiditatis venerunt, vt non intelligant se, cum vnum aut duo exponant, suum in reliquis silentium suspectum facere: nam de arterijs & venis, quę pulmoni insunt, dicere aggressi non diuinam causæ speciem (vt Plato nominabat) sed necessariam memorantes, reliquas omnes prætermittunt. Cum enim exponere ipsi non audeant, neque ꝙ necessariũ erat cor ibi locari: neque ꝙ alijs quidẽ duos habet ventriculos, alijs autem vnicũ: neque ꝙ, quibus nõ est pulmo, ijs etiã deest dexter ventriculus: neque aliud quiduis ex oĩbus, in quibus nugas quasdam inuenerint probabiles: in his tempus nos cogunt terere. Nisi. n. Asclepiades eò futilitatis fuisset prouectus, vt (preterq̃ ꝙ, ex quibus causam vnius intelligere est visus, in cęteris omnibus hærere sese, magnã ipse sibi suspicionem affricuit) quæ in anatomis etiam apparent, ignorare penitus

D deprehenderetur, haudquaq̃ equidem in eo refellendo tempus nunc consumerem, sed proposito mihi scopo, vt adhuc ab initio feci, insisterem, eorum, quę ab alijs male asserta sunt, nihil usquam refellens. Nunc autem, cum eorum non nulli, qui opiniones huiusmodi defenderunt, in his sese venditarent, quorum eos pudere conueniebat, eorum mihi rationem putaui esse confutandam, ne ea complures capiantur. Confutatio autem (vt ante diximus) est duplex, vna quidem ex anatome, alia vero ex consecutione logica ducta: quorum neutrum ostendimus sapientem illum Asclepiadem intelligere: neque ꝙ non crassitie modo, sed & tunicarũ numero ac duritie & fibrarum positione, arterię à venis dissideant: neq; ꝙ, in quibus ipse est copiosus, ex his ipsis suam manifesto prodat inopiam, cum de alijs dicere nihil queat. Vt igitur ipsum in eorum quopiam, quę ex anatome apparent, euidenter refellamus, rursus ad eum reuertamur. Nam, ꝙ embryon nihil quicquam respirat, ipse confitetur: ego vero, etiam si quodpiam animal recẽs natum, aut vtero adhuc gestatum dissecueris, confirmo pulmonis arterias quidem iam esse venosas, venas aũt arteriosas, quamuis ille non dicat: atqui hęc sibi ipsis non consentiunt. Qui igitur conuenit iam asserere, accidere id propter motum ex respiratione, aut immensum arteriarum laborem, aut venarum exercitationem mediocrem, cum vel ante respirationem tales in fœtibus appareant? Cæterum, quę ad embrya attinent, haud ita multo post explicabimus admirabilia sanè

spectacula in tota basi cordis: quorum nullũ Asclepiades neq; animaduertit, neq; etiã, si animaduertisset, causas inuenire potuisset, qui oĩum, quæ gignuntur, principia in moles corpusculorum atq; inane referat. In præsenti vero sermone visum mihi certe est ei applaudere, ostendere q; me non ignorare, quãtum ipse & cuiusmodi in anatomis habeat vsum ac peritiam, cõsequentium q; ac pugnantium scientiam. Atque ad thoracem denuo ac cor hoĩem reducam: nam cerebri forte, ꝙ longe à pulmone absit, oblitus est, quod semper mouetur, cum tñ non habeat neq; venas arteriosas, neq; venosas arterias. At thorax quidẽ certe totus mouetur etiam secundum ipsum Asclepiadem, multo sanè, q̃ pulmo, vehemẽtius: siquidem mouetur hic à spiritus trãsitu, velut fornax quędam: thoraci autem non id modo vsuuenit, verũetiam vt dilatetur plurimum, ac comprimatur. Cęterum venas non habuit arteriosas, quo modo nec arterias venosas: oportebat autem (opinor) quæ motu agerentur mediocri, fieri corpulentas: quæ vero laborarent immodice, graciles esse. Quid iã loquar de corde? quod licet moueatur oĩum vehementissime, similes tñ ijs, quæ reliquis oĩbus diffusæ sunt animalis particulis venas habet & arterias, vt & thorax totus & cerebrũ, quemadmodum dictum est. Omnes igitur particulę, tum quæ præter modũ laborant, tum quæ moderate, tum quæ penitus ociosæ sunt, venas habent sibi ipsas similes atq; arterias propterea, ꝙ melius id fuerat: solus vero pulmo (ꝙ id melius etiam erat) ipsarum tunicas habuit commutatas. Ex quibus intelligi potest Conditorem nostri in formãdis omnium particulis vnum hunc sequi scopum, nempe vt, quod melius est, eligat. Sed de Asclepiade nimis fortasse multa.

*interpres habuit χοείνη, vt aliqui etiã manuscripti codices habẽt in impreßis tamen est λόη i. herba uirens.

E F

De Membranis orificiorum Cordis. *CAP.* 14.

QVod vero ea consequitur, quæ ante à nobis fuerunt comprehensa, cuiusque explicationẽ reieceramus, de eo iam disseramus. Cum quatuor in corde sint orificia, tres quidem in singulis alijs sunt membranæ, duæ aũt duntaxat in arteria venosa. Oriuntur porrò omnes ex ipsis orificijs: vnde profectæ, aliæ quidem intro progrediuntur in cordis ventriculos, ad quos etiam vinculis fortibus adnectuntur: aliæ vero foras vergunt, qua primum vtrunque vas è corde emergit. Sunt" autẽ in vena quidem arteriosa (quam pulmonem ipsum alere dicebamus) mẽbranæ tres intus foras spectantes, quas à figura literæ σίγμα, qui accuratius tractarũt anatomas, σιγμοειδεῖς appellarũt. In ea porrò vena, quæ sanguinem introducit, tres quoq; foris intro pertinentes insunt membranæ: sed quę multũ crassitie, robore, ac magnitudine illas antecant. Aliud autẽ tertium non est in dextro ventriculo orificium: quãdoquidem, quæ vena partes thoracis inferioris alit, simul q; ea, quę cor ipsum περιςεφανοῖ id est coronat (sic enim ipsam etiã nominant,) principium exortus habent extra membranas. In altero porrò cordis ventriculo, alterum quidẽ omnium maximum est orificium, nempe arteriæ magnæ, à qua arteriæ omnes ducũtur, quæ in totũ animal dispartiuntur. Tres vero huic quoq; membranarum σιγμοειδῶν intus foras vergentium insunt epiphyses. Aliud vero arteriæ venosæ, quæ in pulmonem distribuitur, orificium duarum membranarum foris intro pertinẽtium habet epiphysim: quarum figuram nemo anatomicorũ virorũ, quo modo σιγμοειδεῖς, cuipiam rei cognitæ assimilare est aggressus. Neque enim, qui τριγλώχινας, eas appellauerunt, à figura cuiusquã, sed à mutua inter se ipsarum compositione nomẽ posuerunt: etenim ipsarũ inter se cõpositio cuspidũ telorũ eminentijs atq; angulis, quos γλωχῖνας græci appellãt, penitus est similis. Cęterũ tres illas, quæ sunt ad venę cauæ orificiũ, noĩare ita licet: quæ vero sunt ad arteriæ venosæ os, cũ eæ tm̃ duę sint, nemo ẽt eas rectè ita noĩauerit. Quã obrẽ autẽ in hoc solo orificio duę extiterint mẽbranæ (nam ne id quidem neglectũ à natura est) paulo post dicemus. Exponere enim iam tentabo, cur iure optimo in vasis quidem materias intromittentibus, fortes & magnę ortæ sint mẽbranę: in educentibus vero imbecilliores, reliquaq; oĩa, quę à natura ad materiarum tum attractionẽ tum emissionẽ fuerunt comparata. Est sanè factu difficile, etiã si particulas ipsas prębeamus inspiciẽdas, vt dilucide eiusmodi explicemus: inspectione vero sublata propemodum impossibile: tentandum tñ, qua poterimus perspicuitate, cursim ea exponere. Vasorum, quæ materias ad cor introducunt, fines per mẽbranas foris intro tendẽtes (quas fortes et magnas esse diximus) cordi ipsi annexi sunt, vinculis fortissimis cohęrentes: quo dilatato omnia hęc vincula, ipsius diductione, tensa, trahunt ad se ipsa, & velut resupinãt membranas ad corpus ipsius cordis. Tribus" igitur simul in orbẽ ad cor reflexis, vasorum orificia patefiunt: quo statu cordi iam est facile factu, vt materias, quæ ipsis insunt, ad se trahat: nam cum alia omnia, tum vas ipsum, quo modo nunc se habet, attrahit ad se ipsum, tendens & per mẽbranas adducens: fieri enim nõ potest, cum hę ab eo trahunt̃, vt nõ etiã ad continuum sibi vas attractionis vis quędã pertineat. Quo fit, vt actione vna, quam cor edit, dum dilatatur, membranæ tractæ à vinculis, in ipsum cordis vẽtriculũ resupinentur: quibus retro in orbẽ cõplicatis orificiũ aperitur, uasa q; interea ad cor ope mẽbranarũ adducuntur, & quę ipsis cõtinentur materię, nulla vi impediẽte, in eius ventriculos influunt, nempe cum non modo vis nulla obsistat, verũetiam causæ oẽs, à quibus celerrima fiat materiarum translatio, eodem pertineãt atq; aspirẽt. Nã, quod suo loco transit, aut trahi ipsum oportet, aut mitti ab aliquo, aut deduci: quæ oĩa simul adsunt materijs, dum cor dilatatur: siquidem cor trahit, mittunt præpositæ ad aures cauitates, tum autem vasa deducunt: quorum omnium vnum est motionis principium, cordis ipsius dilatatio.

A.l.1.f.1.d. su.5.c.3.14.

G H

A.ibidem.

De Aurium

A *De Aurium Cordis Vsu.* CAP. 15.

AT aures (quæ sunt epiphyses quædam neruosæ & cauæ, ante orificia constitutæ) laxę quidē reliquo tempore sunt, & idcirco concauæ: cum vero cor dilatatur, quo modo membranæ, tenduntur ac contrahuntur: ob id q; ipsum materias ex se ipsis expressas cordi præmittunt. Quæ autem proxima ipsis sunt vasorum orificia, propterea, quod à corde intro vehemēter tenduntur, materias ab auribus impulsas deducunt. Ipsum porrò cor omnibus, quæ in mentem cuiuis venire possunt, attrahendi facultatibus præditum, arripiens ac veluti exorbens, influentes materias citissime suorum ventriculorū sinibus excipit. Nam, siue fabrorum folles spectes, quemadmodum ipsi dilatati intro aerem trahant, id omnium maxime cordi inest: siue quo pacto ellychniorum flammæ oleum attrahant, ne ea quidem caret facultate, cum ipsum caloris natiui sit principium: siue vt lapis heraclius qualitatis familiaritate ferrum attrahit, quid spiritu ad refrigerationem cordi est familiarius? quid sanguine ad nutritionem vtilius? Mihi quidem videtur vas aliquod fuisse diuulsurum, cum omnibus simul vtitur attrahendi facultatibus, nisi Conditor noster, ne quid eiusmodi accideret, admirabile quoddam hic fabricatus esset subsidium, extrinsecus vtriq; orificijs materias intromittentibus propriam concauitatem quasi alimenti promptuarium quoddam

B apponens, necubi vas rumpi periclitetur, potissimum si cor simul repente ac vehementer trahit, ipsum autem, quod sit angustum, quantum appetit, cordi suggerere profluenter nequeat. Quemadmodum enim, siquis vas aere plenum conetur euacuare, ore per foramen aerem emulgendo, id vtique rūpat, si vim maiorem fecerit: ad eūdem, opinor, modum cor, cum, q̃ nunc vasis vtriusque est latitudo, multis partibus maiorem repleri subito ac simul postulet cauitatem, violēter trahēs, ea aliquo tempore perfringat ac diuellat, si nulla ei extrinsecus apposita esset concauitas, qualis nunc in vtraq; aure est. Non igitur cordis aures frustra sunt factæ, sed temere fuerūt nominatæ, non enim mediocrem quandam afferre videntur animalibus vtilitatem: sed, si maximum est venam cauā, aut arteriā quæ in pulmones diuiditur, ab omnibus tutam esse iniurijs, maximam certe ex auribus animalia capiunt vtilitatem. Nam, vt alia omittam, vtrunq; hoc vas tenuem habet tunicam, alterum quidem, quod vena planè est, alterum vero, quod satius esse ostendebamus pulmonis arteriam factam fuisse venosam: porrò tenue vas ac molle, vt ad facilem cōtractionem est opportunius, ita, sicubi tendatur, facilius diuellitur: quocirca, quæ vasa materiam cordi suppeditant, si dilatato eo tracta violētius fuissent, cum tenues ac molles habeant tunicas, nullo negocio vtraq; erant diuellenda, si nullum natura eiusmodi machinata fuisset præsidium, cuiusmodi nunc auris

C vtriusq; est cauitas: quibus comparatis accidit non solum, vt vasorum tunicæ extra omne patiendi periculum iam sint, verum etiam opplendo celeriter cordi adiumentum habeant, nam, quo celerius molliores duris contrahuntur, eo celerius cor replere est æquum. Solæ porrò si essent sine adiacentibus cauitatibus, haudquaq; implendo cordi sufficerent, quo tempore etiam tensæ ab ipso rumpi facile queant: illis vero assumptis, prius, q̃ summe tendantur, cor ipsum implere occupantes, haud contemnendum aduersus iniurias præsidium corporis sui mollitie habent comparatum: tibi q; ob id ipsum indicatum est pulmonis arteriam factam fuisse venosam. Ob eam, opinor, causam auris etiam vtraque tenuis simul ac neruosa fuit. Nam ipsarum tenuitas vim habet ad faciliorem contractionem maximam: vt vero ab iniurijs sint tutiores, corporis robur, fortissimum enim est, quod neruosum est. Nominatæ porrò ita sunt non ab vtilitate aut actione aliqua, sed à parua similitudine, quod vtrinque cordi ipsi, vt animalis capiti aures, adiaceant. Et quidem membranarum tanto eas, quę ad vasa sunt materias introducētia, fortiores simul & maiores esse oportuit ijs, quę ad educentia sunt, quanto maiore in dilatando, q̃ in contrahendo, vi opus erat: maiore enim vi cor dilatatum attrahat, necesse est, q̃ contractum expellat. Atque etiam in eo maxime admiranda est naturæ solertia, quod, vt ad vnguem simul ac celeriter os omne pateficret ac rur-

D sus clauderetur, membranas cuiq; tres effecerit. Quandoquidem si duæ essent, neq; ad amussim neq; celeriter orificia ipsa claudi aut aperiri sinerent sinus ipsi membranarum magni scilicet generati: quòd, si tribus plures extitissent, multo quidem celerius atque exactius ob sinuum paruitatem prædicta duo efficerentur, at necessario ob hanc ipsam paruitatem euerterentur facilius, imbecilliores q; redderentur. Conuenienter igitur, vt celeriter simul ac fortiter atque exacte orificia aperirentur ac clauderentur, tres in quoque ipsorum factæ fuerunt membranę, cum alius numerus nullus omnia hęc pręstare simul queat, quod pauciores quidem tribus exactam minus ac tardiorem, plures autem imbecilliorem edant actionem. Factum igitur iure est, vt in solo arteriæ venosę orificio duarum membranarum epiphyses essent: solius enim huius orificij intererat, ne ad amussim clauderetur propterea, quod solum ipsum, transitum à corde ad pulmones excrementis ijs fuliginosis dare pręstiterat, quę propter copiam caloris natiui in ipso consistere erat necesse, cum compendiosiorem aliam effluxionem non haberent. Quo perspicuum fit nos rite statuisse, membranas simul quędam quasi opercula orificijs esse comparatas, simul etiam attractionis esse instrumenta. Tensę enim à corde per eas vasorum tunicę (vt ante ostendebamus) expeditius contrahuntur impellunt q; facilius, trahente corde ipsas materias: ipsius porrò rursus tensio membranas intus foras spectantes radicibus trahens, atque ad ipsum cor intro reflectens,

omnes q; rectas constituens, vasorum claudit orificia. Quare, quam cordis actionem, dum dilatatur, multo . um, quę ipsi ad trahendas materias conferunt, causam antea ostēdebamus, eādem nūc ipsa præstare etiam videtur, vt tum venæ arteriosę tum arterię magnę orificium claudatur. Atq; ita summa naturę prouidentia atque artificio omnes cordis particulę fuerunt comparatę.

De Varietate Substantiæ Ventriculorũ cordis, & de Membrana cor ambiente Pericardio græcæ Vocata, & de cordis Orificijs. CAP. 16.

PORrò corpus ipsum sinistra quidem parte totũ crassum admodum est ac durũ, vt quod ventriculi spirituosi tegumētum esset futurum: dextra vero tenue ac molle, simul quidem vt materijs vtrobiq; esset cōsentaneum, simul autem ne cor in alterutram partem propenderet: nam satius fuit tum spiritum ipsum tunica crassiori contineri, tum sanguinis dextro ventriculo contēti pondus, sinistri molem ęquabiliter sibi pendentem habere. Quòd, si natura eundem ventriculũ simul quidem crassum, simul etiam sanguine plenum, effecisset, omnino ad illum cor totum conuerteretur atq; inclinaret: nunc autem, quòd corporis moles grauior materię leuiori sit circundata, leuior vero grauiori, ęquabilis momenti cor ac ponderis ab vtraq; parte fuit. Quo fit, vt, quanquam vinculum nullum sit, quod partibus circunfusis ipsum colliget, nusquam tamen inclinans aut propēsum permaneat, in medio durę illius tunicę, quam περικάρδιον appellamus, suspēsum: quę ex capite ipsius ampla valde exoriens, post autem paulatim coarctans sese, modo, quo cor ipsum, in quādam coni acutiem & ipsa desinit, ossi pectoris annexa: quam non recte ij tunicam appellarint, qui vocabulorum proprietates curiosius persequuntur, sed potius quasi domicilium quoddam aut securum vallum cordi circumiectum: distat enim ab ipso vndique plurimum, tantum intus inter se ipsam & cor spatij circumscribens, quātum cordi dilatato suscipiēdo satis erat: quòd, si interuallum id spatiosius fuisset, thoracis amplitudini incommodasset, vt quam, dum respiramus, motibus tum foras tum intro ipsius spiritus dicatā esse oportebat. Aduenit certe tibi aliud rursus naturę opus admirabile. Hęc pericardios, siue tunica, siue membrana, siue domicilium, siue alio quouis nomine dicenda sit, figuram habet ei visceri, quod ipsa complectitur, similem: atque eam etiam magnitudinem, quę neque thoraci ipsi noceat, neq; cor coarctet: nam thorax non plus, quàm cōueniebat, de sua amplitudine amittit: & cor satis habet spatij, in quo, dum mouetur, circumagi queat. At "crassitudinis ipsius ac roboris quis non exactissimum modum ac conuenientiam admiretur? Ossa nanq; thoracis, quę sanè dura sunt, & pulmonem viscus omnium mollissimum erat cōtactura: periculum q; erat, ne, si durior, quàm nunc est, facta fuisset, visceri negocium exhiberet comprimendo ipsum ac contundendo: sin vero mollior, ne ipsa dolore aliquo ab ossibus afficeretur: quas ob res, vt positionem inter duo contraria, ita corporis etiam substantiam, inter duo extrema mediam est adepta, tanto enim osse est mollior, quanto pulmone durior. Ex quo efficitur, vt alterius vicinitas alteri nihil noceat, cũ neq; ipsa ab ossibus angatur, neque etiam pulmones lædat. Plena ergo artificij atque admirationis est pericardios, atque ipsa multo etiam magis cordis orificia, quanto scilicet hęc maioribus subseruiunt actionibus: omnes enim propemodum cordis actiones per ea perficiuntur. Ad ea igitur reuersi, si quid antea minus distincte pronũciauimus, iam definiamus, addamusq;, siquid prorsus à nobis fuit prętermissum.

A.l. 3. f.11.t.1. c.1.275.h

Quòd igitur cor, quo tempore dilatatur, membranarũ trahēs radices, aperit quidem intromittentium materias, vasorum orificia, claudit autem educentium, dictum antea nobis est ac demonstratũ: nec minus etiam, quòd trahētibus omnibus leuiora expeditius obsequuntur: quod q; in alijs quidem orificijs mēbrānę tres incubant, in arterię autem venosę orificio non itē, quòd eam solā excrementis fuliginosis, quę à corde feruntur ad pulmonem, dare transitũ oportebat. Ex his certe quispiā forte existimarit nihil penitus per tria reliqua vasorum orificia retro ferri: at non ita res habet. Nam, quo tempore cōtingit membranas claudi, eo ipso prius sanguinem ac spiritũ in cor tractum esse est necesse: atq; etiam, cũ contrahuntur, prius quàm clausę fuerint, rursus aliquid interea, dum clauduntur, remitti. Et quidem clausis his ipsis mēbranis fieri potest non nunquam in valentioribus cordis motibus, vt aliquid effluat non modo vaporis & spiritus, sed ipsius etiam sanguinis. Quemadmodum enim demonstrauimus in aspera arteria fieri non posse, quo minus nobis transglutientibus, exiguum quiddam humidum transcoletur: ad eundē modum hic quoque vsuuenire est putandum, naturam ipsam inuenisse, quo modo multa ipsa non effluerent, vt verò prorsus nihil ne've tantillum quidem efflueret, nullam certe machinam excogitare potuisse. Demonstratum enim nobis alio loco est ‖ omnia esse in omnibus, vt monuit Hippocrates: atque arterię quidem tenuem ac purum & vaporosum participāt sanguinem, venę autem paucum eundem q; caliginosum aerem. Simili q; ratione per stomachum spiritum transglutientibus atq; inspirantibus nobis permanare ad ventriculum ostendimus: nihil q;, vt omnia complectar, in corpore planè esse syncerum, sed omnia ab omnibus participari, nō tamen ęqualiter: sed hoc etiam constituto aliud quidem sanguinis aut alterius cuiusdam alimenti, aliud vero spiritus, esse instrumentum. Ad eundem sanè modum ipsius etiam cordis ventriculi pulsare quidem vtrique thorace patefacto videntur, non pari tamen mensura vtrisque sanguis & spiritus continentur: copiosior enim multo est in dextro quidem sanguinis, in sinistro autem spiritus, substantia.

de Loc. in ho. iuxta princip. Et de genitura in fine.

De Communione

A *Sanguinē in arterijs contineri, & de earum cum venis anaſtomoſi aduerſus Eraſiſtratum.* C A P. 17.

QVòd igitur ſanguis per arterias vacuetur,ſiquis earum præcipuas ac magis momentaneas & eaſdem multas ſimul vulnerarit,nemo fere eſt,qui non aſſentiatur. Quocirca, qui nihil omnino ſanguinis arterijs diſpartiunt(quemadmodũ Eraſiſtratus);) nihilo minus confitētur ipſas cum venis habere anaſtomωſin idest orificiorum apertionē: &,cum omnia artificioſe à natura arbitrentur fuiſſe conſtructa,nihil q; factum fuiſſe temere,non ſentiunt ſe,extitiſſe fruſtra has anaſtomωſeis,cōfiteri. Quanq̃ id quidem per ſe eſſet exiguum ipſas ſine cauſa eſſe inſtitutas,nullam q; ex ſeſe prēſtare animali vtilitatem: ſed,quod eo grauius,quod q; non amplius paruum naturę numeraueris delictum,quòd, prēterq̃ ꝙ nihil iuuat,nocet etiam plurimum,hoc nimirum iſti conſecutione quadam admittunt: docet enim nos ſtudioſe ipſe Eraſiſtratus accendi nunq̃ poſſe phlegmonen,niſi ſanguine ex venis in arterias incidente. Iam vero,ſi nulla eſt alia ratio,qua excitetur phlegmone,neq; pleuritis amplius faceſſet animātibus negocium,neque phrenitis,neque peripneumonia, detractis his anaſtomωſibus: ſed neque ophtalmia prehendentur, neque ſynanche aut cynanche,ſublatis ijſdem anaſtomωſibus: neque hepar certe,neque vētriculus,neq; lien,neq; aliud quiduis vnquam inflammabitur. Atque,vt in pauca conferam, plurimi B ac maximi tollentur morbi,ſi anaſtomωſeis has ſuſtuleris,quas prouida rerum natura effecit,nil quidem plus animali profuturas,ſed ſolum pernicioſorum morborum excitādorum inſtrumenta futuras: ſiquidem ſemotis ijs vulnera haudquaq̃ vtiq; in plagis phlegmonę exciperent,neque à plethora quis febricitaret, neque ab hepatis phlegmone,aut ventriculi,aut cordis,aut aliorum id genus,propter quas ſemper homines celerrime intereunt. Sed de Eraſiſtrati quidem in arterijs hypotheſi atque opinione,quantum aduerſetur ac repugnet ijs,quę perſpicue omnibus ſunt nota,cum nō ſemel aut bis,ſed ſæpius iam paſſim diſputauerimus,ſuperuacaneū arbitror ipſam nūc perſequi. Porrò orificiorum arteriarum ad venas apertiones non ſine cauſa neque fruſtra parauit natura,ſed vt reſpirationis ac pulſuum vtilitas nō cordi ſoli atque arterijs,ſed cum eis,venis etiam diſtribueretur. Scripſimus autem de horum emolumento,quantum id ſit,alibi: ad propoſitam vero nobis enarrationem hęc noſſe ſufficiat. Quinetiam,ꝙ non oporteat eodem alimento partes omnes corporis ali(quod haud ita pridem probauimus)id etiam diſcrepantis vaſorum generationis vſum declarabit. Si enim vnicū eſſet dūtaxat ſanguinis vas,ſimili partes omnes alerentur nutrimento: quo quid poteſt dici obtuſius atq; abſurdius,q̃ vt ſimilē ad ſui nutritionem poſtulent ſanguinem,verbi gratia hepar viſcerum omnium grauiſſimum ac dēſiſſimum,& pulmo C leuiſſimus ac rariſſimus? proinde rite à natura factum eſt,vt non arteriæ modo,verumetiam venę in animaliū corporibus ineſſent. Quo factum eſt,vt hepar quidem à venis ferè ſolis & ijſdem tenuiſſimis atque rariſſimis,pulmo vero ab arterijs nutriretur: etenim venę huius,nutriendo ipſi deſtinatæ, arterijs ſunt ſimiles: quemadmodum & id paulo ante docuimus. Admirari igitur hoc loco conuenit naturę prouidētiam,quę ſimul duplicem vaſorum ſpeciem effecit, ſimul ipſorum fines ſibi ipſis vicinos,mutuis inter ſe orificijs aperuit atque applicuit,& ante hęc ipſos cordis ventriculos,quemadmodum hæc etiam demonſtrauimus. Nunc autem non,ꝙ hoc aliquid in corpore animalis fiat,oſtendere eſt propoſitū: ſed ꝑpter quid: ſed quia ipſum fieri, cauſam,cur ita fiat,neceſſario pręcedit(vt etiā Ariſtoteles docebat) fieri nō poteſt,vt prius vtilitates exponamus,q̃ memorię cauſa actiones repetierimus. Quę igitur in corde apparēt foramina,ad ipſius potiſſimū medium ſeptum,prędictę cōmunitatis gratia extiterunt: nam alioqui prius in venis confectū ſanguinem arterias tranſumere erat melius,vt,quod ventriculus eſt venis,hoc venæ ſint arterijs: nam ne hęc quidem ratio forte falſa fuerit,ꝙ ſpiritus animalis,exhalatio quędam eſt ſanguinis benigni,de quibus alio loco vberius diſputauimus. Quod autem ad propoſitum attinet, ſat habuerimus memorare vtilitatem,propter quam purum ſanguinem ac tenuem in arterijs conD tineri oportuit,nempe ꝙ ſpiritui animali alimentum erat ſuppeditaturus. Hęc certe omnia magno ſunt argumento hoc vaſorum genus à natura recte factum fuiſſe duplex. Adde eodē, quòd arterijs propter perpetuum motum robore quodam ac forti tunica opus erat, qualis ſanè eſſe nō poterat,tenuis ſi fuiſſet: craſſa vero ſi fuiſſet,pleręque animalis partes minus commode fuiſſent nutritę. Hęc igitur omnia cum in toto animalis corpore, tum maxime in ipſo corde,à natura rectiſſime fuerūt comparata,vt quę per tenuia illa orificia venas cum arterijs commercio quodam iunxerit. Quamobrem,quæ vena in cor infigitur,maior eſt,q̃ quæ ab eodem exoritur, tametſi ea fuſum iam à cordis calore ſanguinem recipit: ſed, quoniam multus is per medium ſeptū & quæ in ipſo ſunt foramina,in ſiniſtrum ventriculum tranſumitur, factum iure eſt,vt,quę vena in pulmonem inſeritur, ea minor eſſet vena ſanguinem in cor introducente. Ad eundem autem modum arteria etiam,quæ ex pulmone ad cor ſpiritum perducit,multo minor eſt,quàm arteria magna (à qua, quæ toto corpore ſunt fuſæ,ducunt originem,)propterea,quòd arteria magna à dextro ventriculo portionem aliquam ſanguinis aſſumit,tum quòd etiā omnium,quæ toto animali inſunt,arteriarum futura erat principium. Quòd vero corpus ipſius cordis craſſum erat ac denſum , cibo q; egebat craſſiore, ob id ſanguinem ducit à vena caua, quo nutriatur prius , quàm ad cor immigret: eò enim cum perueniſſet, calidus tenuis ac vaporoſus futurus erat. Qua in re,

quod non nullis videtur absurdum, maxime oĩum rationi congruere est putãdum, vt cor scilicet E pulmoni præparet alimentum, sibi autem ipsi minime: ille enim sanguinem postulabat tenuem ac vaporosum, hoc aũt nequaquã. Cum.n. ex se moueatur, corpus validum habere ipsum oportebat & crassum & densum, pulmonẽ vero, vt q à thorace moueat̃, neq; grauẽ neq; densum, sed leuem ac rarum esse præstiterat: cum aũt, quale est vnũquodq;, tali ipsum nutriri alimento oporteat, iure optimo cor quidẽ crasso, pulmo autẽ vaporoso sanguine indiguit. Quæ causa est, quare cor non alatur ex se ipso: sed prius, q̃ vena caua dextro ipsius ventriculo inseratur, pars eius tanta, quanta maxime cordi nutriendo satis sit, seiuncta circa cordis caput extrinsecus obuoluitur, & in omnes ipsius partes dispergit̃. Cum hac autem venę portione iure arteria circũfertur ac distribuitur: quę rursus ipsius magnæ tanta & ipsa est propago, quanta prędictã venam maxime erat refrigeratura, caloris q; natiui externarum cordis partium temperamentum probum conseruatura: non enim id vas, quod ex pulmone in ipsum infigitur, toti ipsius corpori refrigerando esse satis poterat, vt quod crassum & densum admodum est. Nam (quemadmodum in commentarijs de facultatibus naturalibus demõstrauimus) licet paulum quiddam materijs in corpora ipsa ingredi, altius vero penetrare, nisi ampla via dimittãtur, ipsis haudquaquã licet: quæ ratio fuit, cur non in corde modo, sed toto etiam animali, arterię & venę mediocri interuallo sint locatę: quod F nunquam esset factum à natura, si ipsa materias longissime dimittere sine ampla via potuisset.

De exiguis Neruis, qui in Cor inseruntur. CAP. 18.

ARteria igitur & vena totum cordis corpus in orbem complectuntur. At nullus neruus in ipsum videtur distribui, quemadmodũ neq; in hepar, renes, ac liene: solum enim ipsius tegumentum pericardion tenuium neruorum videtur recipere propagines, à quibus diuisis sensibiles alię ac conspicuę in cor ipsum etiam inseri, in maioribus saltem animalibus, cernuntur: quo tñ in ipsum diuidãtur modo, id sensu amplius dignosci perspicue nõ potest: Sed eadem omnino insertionis horum neruorũ est ratio ac magnitudinis, quæ in hepate erat, renibus, ac liene: nam in illis etiam (vt supra diximus) in tunicas quidem conspicui inseruntur nerui, cęterum in ipsorũ corpora non amplius cernas perspicue ipsos diuidi. At de neruorum in viscera omnia distributione, superiore volumine satis multa prodidimus: quę si studiose expenderis, nihil amplius hic audire desiderabis, quid sit, cur cordi actionem naturalem habẽti paucissimis opus fuerit neruis. Quemadmodum enim musculis omnibus, ꝙ actionis animalis essent instrumenta, magnis neruis opus fuit, ita & cordi nullam actionem animalem habenti tantis neruis opus fuit, quantis prędictis visceribus singulis, addam etiã & pulmoni. Communiter enim omnia hæc, ne sensu omni G carerẽt, ne ve plantę penitus essent, neruos etiam habuerunt: priuatim aũt inter ea hepar & cor, ꝙ & ipsa facultatum quarundam essent principia, illud quidem animæ concupiscibilis, hoc autem irascibilis. Ostẽdimus autem in libris de Hippocratis & Platonis dogmatibus principia sibi inter se obsequi oportere, connexa q; esse aliqua in re, atq; inter se communicare.

De Osse Cordis. CAP. 19.

CVm autem in magnis animalibus os aliquod ad caput cordis inueniatur, cõsentaneum fuerit illius quoq; vtilitatem nõ pręterire. Est quidem certe, & quam affert Aristoteles, forte ꝓbabilis: stabilimentum enim quoddam & quasi sedem cordis ipsum cõstituit, ob eam q; causam in magnis animalibus ait inueniri, perspicuum enim est cor magnum in thorace magno suspensum, merito eiusmodi indiguisse particula: at verior hæc fuerit: Vbiq; natura ligamentorũ principia ad chartilaginẽ aut chartilaginosum os annectit: haudquaquã igitur cordis ligamẽta (eius enim generis sunt membranæ, quæ vasorum orificijs insunt,) neque pericardion tunicam, sed neq; arteriarum tunicam, quæ corporis substantia ligamento est similis, erat neglectura, quin horum etiã omnium principia ad hoc chartilaginosum os aptaret: quemadmodum in dissecandi rationibus demonstrauimus. In magnis igitur animalibus os chartilaginosum, in paruis vero H admodum corpus quoddam νευροχονδρῶδες id est ex neruo in chartilaginem degenerante, conflatum inest. Omne igitur cor duram quandam eo loco habet substantiam, earundem vtilitatum gratia in omnibus animalibus institutam. Quòd autem cor maius eiusmodi substantia duriore eguerit, minime mirum id videri debet: nam, quod durissimum est, tum ad ligamentorum principia tutius colliganda, tum ad totius cordis firmitatem, in corde magno est aptius.

A.l.3.f.11.t.c.1.276.b

Quæ ad Pulmonem attinent, eadem esse in non dum natis ac in perfectis hominibus. CAP. 20.

HÆ igitur sunt in perfectis iam animalibus cordis particulæ: nam in ijs, quę vtero adhuc gestantur, anastomωses quędam vasorum ipsius cordis cernuntur, de qbus antea quidẽ receperam me verba facturum: non dum vero id præstiti propterea, ꝙ ad rem magis pertinere arbitrabar omnem prius de perfectis iam animantibus terminare disputationem. Quę quoniam ad finem iam perducta esse uidetur, faciendũ nobis est, quod promisimus, hoc modo sermonem hinc exorsis. Ostendimus antea pulmonem ipsum arterias quidem habere venosas, venas autẽ arteriosas, quo conuenienti alimẽto aleretur: item q;, vt arterię quidem ipsius facile contraherentur, venę vero ægrius: sed & de membranis cuiq; cordis orificio adnatis probauimus illas quidem,

A dem, quę intus foras feruntur, paratas ob id fuisse, ne materiæ remigrarent: quæ vero foris intro, non ob eãdem modo causam factas, sed vt etiam attrahendi essent instrumẽta. Quæ sane omnia cum in perfectis animalibus probe sint constituta, secus tñ in ijs, quę vtero adhuc geruntur, habere videntur. Vnde huic loco occurrunt ij, qui nihil existimant à natura factum fuisse artificiose, vnum q; hoc arripiunt ad reprehendendum, rati omnino se nostram sententiam labefacturos: aiunt enim in embryis spiritum non ex pulmone in cor, sed ex corde in pulmonem ferri. Nam, cum non dum respirent per os, sed à matrice adhuc, quemadmodum alimentum, ita & spiritus per vasa, quę sunt ad vmbilicũ, suppeditetur, neq; ex corde ad magnã arteriã quę est ad spinã, sed ex hac ad cor probabile est venire spiritũ: atque adeo pulmoni ipsi à corde suppeditari, nõ cordi à pulmone. Atqui, si (inquiunt) membranarũ in arteriæ quidem magnæ orificio epiphysis eã habet constructionem, vt aut nihil, aut parum omnino ex ipsa ad cor influat: arteriæ itẽ venosę orificium ita etiam sit comparatum, vt ex corde ad pulmonem exiguum quiddam plane perueniat, manifestum est, ꝙ neq; cor trãsumet spiritum neq; pulmo. Pari modo, & quæ de pulmonũ vasis dicuntur, delira ac falsa aiunt sibi videri, cum eandem ipsa habeant naturã in animalibus adhuc vtero gestatis (quanq̃ ea non dum per os respirant,) quam et in natis. Quod vero ad eam rationẽ B (inquiunt) attinet, quę vtilitatem discriminis inter ipsa continet, ea, ceu iam per os respirarẽt, cõcludebatur. Ex quibus effici isti arbitrantur naturam animalibus non prouidere, omnia q; hæc nos probabiliter quidẽ, at minus vere, verbis effingere. Quibus quanq̃ nos opera q; naturę adeo insectantibus, ignoscendum tamen partim est, partim vero succensendum: ignoscendum quidẽ, ꝙ hic sophistas nõ agant, neq; (vt plerunq; eis mos est) in sermone ipso, qua sermo est, peccẽt: accusandi vero, ꝙ in dissectionibus fuerint negligentes, cuius imperitia ipsos, vt hæc dicere auderent, impulit. Quibus idẽ accidit, quod illi, qui, cum reliquos asinos prętermisso eo, cui ipse insidebat, numerasset, suos vicinos, ꝙ eum asinum essent furati, postmodum accusabat: aut ei, qui id requirebat, quod ipsemet tenebat. Huiusmodi sanè spectaculo cum & ipse aliquãdo interessem, risum continere non potui, conspicatus quendam tumultuantem, ac omnia, quę in domo erant, dimouẽtem ac miscentem, cum aureos vestigaret, quos ipse chartula quadã inuolutos altera manu tenebat. Vt enim his impotenter vociferantibus vir quispiam moderatus summisse locutus, illi quidem (opinor) asinum, in quo sedebat, ostẽderit, huic autem suam ipsius manum sinistram dextera tangere iusserit: eodem, opinor, modo & ego ijs, qui nos ita insectantur, si modo oculos habent, ostendam magnæ arteriæ propaginem & venæ cauæ orificium, in jis, quæ vtero adhuc C gestantur, ad pulmonem pertinere: sin vero sunt cæci, vasa in manus sibi imposita contrectare iubebo, nam neq; exiguum eorũ vtrũq; neq; vulgare est, sed amplum admodũ, cõmemorabilemq; intra sese habet meatum: quem non solum is, qui oculos habet, non ignorauerit, sed ne is quidẽ, cui tãgendi erit potestas, si solum ad anatomen velit accedere. Eos igitur iustius pœna in homines pigros constituta multaueris, q̃ naturam. Siquidem ipsa neq; improuide neq; socorditer, sed (quod isti prędicant) prius reputans atq; animaduertens pulmonem, qui vtero etiamnum geritur formatur ac motu omni caret, nõ eãdem postulare procurationem, atq; is, qui perfectus est & iam mouetur, alterum quidem vas validum crassum ac densum ad arteriam magnam, imbecillum vero & tenue ac rarum alterũ ad venam cauam anastomωsi applicuit. Sed rudes plane sunt hi, & in exquirẽdis naturæ operibus desidiosi: oportet enim solum ipsa inspicere, nam inspectionem statim sequetur artis naturæ admiratio. Quis enim est, qui cũ rationes illas, quibus isti naturam oppugnant, audierit: eãdem autem postea naturam viderit paruo adeo commento tantis ab surditatibus remedium inuenisse, non eius artem admiretur? At isti vociferantur omnino fieri à natura iniuriam pulmoni, si, qui adhuc in vtero est, quo modo is, qui perfectus est, regatur: aut si, qui perfectus est, vt is, qui vtero geritur: aliam enim requirere procurationem pulmonẽ respi- D rantem ac motu præditum, aliam quiescentem. At natura sine tumultu ac clamore ipsis operibus suam indicat æquitatem: quam certo scio omnes, qui vel audient, admiraturos quidem, at nõ æque magnam certe aures præbent admirationem, ac oculi: proinde faciendum est, vt non hęc modo, sed quæ etiam memorantur alia, nostrismet oculis intuentes experiamur.

Quo pacto Cor in fœtibus refrigeretur. CAP. 21.

QVæ igitur ad pulmonem pertinent, ea naturæ æquitate cum in ijs, quæ iam respirant, tum in ijs, quæ adhuc habentur in vtero, sunt comparata: quę vero ad cor, quo pacto eadẽ hac solertia correxerit, mox enucleabo. Cũ enim arteriam magnam ad crassum quidem & densum pulmonis vas, ad tenue vero & rarum venam cauam per anastomωsin applicuisset, & pulmoni quidem (vt iam diximus) vtrasque materias iuste dispertiuit, & cor nihilominus a pulmonis seruitute liberauit. Quocirca mirari amplius non oportet, si, cum neq; sanguinem neque spiritum mittat pulmonibus, neq; totius corporis arterijs suppeditet, vt in perfectis, ad solã propriam vitam q̃ paucissimo spiritu indiguerit: quem maxime quidem, vt opinor, ex ipsa etiã magna arteria ducere poterat: nam membranarum epiphysis (vt antea ostendimus) non vt nihil omnino, sed ne multum ne've repẽte ac simul in ipsum quippiã immigret, à natura fuit inuenta. Quinetiam licuit cordi per id orificium, cui soli tunicas duas foris intro pertinẽtes diximus in-

cumbere, ex pulmone sanguinem ac spiritum mista trahere: vas enim hoc in fœtibus ex caua q- E dem vena sanguinem per quandam memorãdæ magnitudinis anastomωsin recipit. Nam antea docuimus sanguinem in perfectis quidem, ex sanguineis: in fœtibus vero, ex spirituosis instrumentis transsumi: in perfectis animalibus per multas & eas subtiles anastomωses visum effugiẽtes: promptius vero in ijs, quæ adhuc vtero geruntur, spiritus transsumatur: id enim est adhuc adijciendum, quod in fœtibus apparet, quod q̃3 argumentum est certissimum hæc duo vasorum genera mutuis anastomωsibus inter se esse iuncta, venas q̃3 aliqua ex parte spiritus esse participes. Nam, si fœtu adhuc vtero matris herẽte, eiusdem matris epigastrium ac matricem eo modo quo in dissecandi rationibus præcepimus, diuidens, arterias, quæ in vmbilico sunt, laqueis exceperis, quæ in secundis sunt arteriæ omnes, pulsu destituentur, cum tamen quæ in embryo ipso insunt, adhuc pulsent: quòd, si venas etiam, quæ sunt in vmbilico, laqueis complexus fueris, haudquaq̃, quæ in embryo sunt arteriæ, amplius pulsauerint. Ex quo perspicuũ est simul quidem, q̃ vis ea, quæ mouet secundarum arterias, à corde ipsius fœtus proficiscitur, simul autem & q̃ à venis per anastomωses, arteriæ spiritum nanciscuntur, à quo calor natiuus saltem aliquantisper potest con seruari. Fieri igitur potest in corde, vt ex vase sanguinem continente, commodum aliquod calori sinistro eius ventriculo insito accedat: cuius causa aĩalia respiratione ac pulsibus indigere ostendimus. F Vnde quoq3 manifestum est simul quidem naturam summa prouidentia omnia construxisse, simul autem veritatem vere vbiq3 sibi ipsi esse consentaneam. Quę vero ab Erasistrato de materijs dicuntur, q̃ omnino non misceantur, neq3 ipsis euidentibus, neq3 sibi ipsa consentiunt. Probauimus.n. ex ijs, quę iam diximus, simul quidem arterias non eò dilatari, q̃ manante à corde spiritu oppleantur: simul autem in singulis distensionibus à venis etiam aliquid trahere: præterea in fœtibus necessarium esse, cum arteria venosa sanguinem à vena caua accipiat, trahi ex ea nõ minimum, corde videlicet dilatato, in sinistrum ventriculum, membranarum certe epiphysi nihil prohibente, q̃ ipsæ foris intro spectare cernantur. Quare nõ modo in perfectis iam animalibus, sed etiam in fœtibus, euidenter apparet arterijs vim illam, qua ipsæ mouentur, cor ipsum suppeditare, non tamen ipsas ceu vtres quosdam flatu distendens atq3 implens. Demonstratum enim etiam alio loco est arterias non ob id dilatari, q̃ impleantur, sed q̃ dilatentur, impleri: quod verum esse ex eis, quę iam diximus, cõstare satis arbitror. Quòd autem, si non, q̃ impleantur, quo modo vtres, dilatantur: sed, quia dilatantur, idcirco implẽtur, vt fabrorum folles, trahere ipsas aliquid ex venis necessario, omnes (vt ego arbitror) confitebuntur: cum præsertim & ipse Erasistratus certe mutuas inter se anastomωses admittat: sin id minus, at ego id quoq3 alio loco demonstraui. G Quocirca hic non est opus pluribus: sed ijs, qui anastomωsin vasorum, quę in corde sunt, memoratarum vtilitatũ causa extitisse rentur, testimonium huius rei non paruum ex ijs quoque, quæ alio loco demonstrata sunt, est petendum. Quemadmodum enim multorum aliorum vtilitatẽ dicere Erasistratus non poterat, ad eũdem, opinor, modum neq3 in prędictis his anastomωsibus, essent ipsę, nec'ne, ratio ei suppetebat. Nam, si sint, misceantur in sinistro cordis ventriculo materię, necesse est: sin autem non sint, difficile dictu est, quo pacto cor spiritum trãsumat. Quo autem pacto pulmo cum in perfectis, tum in fœtibus, nõ inique regatur, multo id dictu est difficilius: sed, si quis rem vere æstimarit, neq3 id neq3 aliud quiduis eorum, quæ corporibus animalium insunt, inuẽtu erit difficile, sed omnia in promptu admodum sunt ac perspicua & sibi inter se consentientia ei certe, qui in actionibus exquirendis initio statim nõ aberrarit. Sed de his alius est dicẽdi locus. Porrò natura, quemadmodum venam illam, quę ab vmbilico pertinet ad iecur, & arterias, quę sunt ad spinam, tandem exiccat & velut funiculos quosdam tenues efficit, ad eundem modum, & prędictas vasorum, quæ ad cor pertinent anastomωses, in animali iam nato abolet. quod (vt ego arbitror) omnium maxime est admirabile. quæ enim nulli oĩno vsui animalibus iam in lucem editis erant futura, ea ne esse prorsus patitur. Mihi q̃3 videtur multo maius esse, H naturam, vbi quid plus in embrijs, quàm in perfectis effecit, idipsum, quando nullus amplius sit vsus, corrumpere, quàm illud omnino effecisse. Cęterum de particulis quidem eorum, quæ feruntur vtero, quæ ob vtilitates matricis à perfectis animalibus diffident, deinceps omnia perscribemus, cum primum finem huic sermoni, qui nunc in manibus est, statuerimus. Neque enim eorum hic meminissemus, si nemo calumniatus fuisset ea, quæ nunc memorauimus de cordis membranis & de vasorum pulmonis varietate. Porrò illuc, vnde defleximus, reuersi, quę restant, explicemus. Superest autem eorum, quę ad cor pertinent, vt opinor, nihil: eorum vero, quę tum ad pulmonem tum ad thoracem spectant, multa: de quibus omnibus proximo libro tractabimus, pulmoni adiungentes laryngа, qui arteriæ asperę finis est superior.

Galeni

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBER SEPTIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Absoluit reliqua, quæ ad thoracem & pulmonem spectant, ac ad asperam arteriam.

Libri Propositum. CAP. 1.

QVód vero pulmo respirationis ac vocis est ĩstrumẽtũ, dictũ nobis ante est: cur autẽ ex tot ac talibus constet particulis, quot & quales nunc eius sunt, quod q́; neq; plures his neq; pauciores habere ipsum ꝑstiterat, sed ne corporis quidẽ mole aut figura aut cõsistẽtia aut cõformatione discrepãtes, hoc libro, q nunc in manibus est, disputabimus, hic quoq;, vt par est, à particularum ipsius pulmonis historia auspicati. quam ꝙ animalibus dissecandis inspicere oporteat, quod q́; nulla oratio possit æque, ac sensus ipsi, oĩa, quæ hoc in uiscere visunt, edocere, oĩbus sanè est manifestũ. Nõ tñ ob id recusandum certe, quo minus oratione, eius constructionẽ explicemus, eorum quidem, qui corpora aliqñ dissecuerunt, memoriam reficientes: ijs vero, qui oĩno nunquam attigerunt, viã munientes.

B

De Substantia, ac Partibus Pulmonis. CAP. 2.

HOc* itaq; viscus quemadmodum hepar, vasis quãplurimis veluti est contextum, quorũ interualla carne molli instar spongiæ cuiusdam opplẽtur. Vasorum porro ipsius proficiscuntur, aliud quidem ex sinistro cordis vẽtriculo, aliud vero ex dextro, tertium ex pharynge: deinde illinc progressa diuiduntur eodem prorsus modo oĩa, bifariam quidẽ primum, ꝙ et pulmonis ipsius alia pars in dextris, alia in sinistris animalis est partibus, membranis fortibus vtraq; diuĩcta: tum autem vtrunq; ipsorum rursus in alias partes duas diuiditur, ꝙ & pulmonis in vtraq; parte duo sunt lobi: eo q́; modo quatuor iam omnino partes vtriusq; prædictorũ vasorum factę, diuidũtur multipliciter in quatuor pulmonis lobos. Quintus vero lobus cũ paruus sit in dextra thoracis capacitate (quem sedem quãdam ac velut substerniculum venæ cauæ esse diximus,) propagines exiguę à vasis in lobum magnum sibi propinquum distributis, toti ipsi diffunduntur. Ambit autem lobos omnes extrinsecus membrana quædam tenuis, portiones quasdam eorum neruorum, qui propter stomachum inferne ad ventriculum feruntur, accipiẽs: atq; ea est pulmonis natura. Quod autem melius omnino fuit venam eius fieri arteriosam, venosam autem arteriam, cum de dextro cordis ventriculo ageremus, dilucide monstrauimus.

A.l.2.f.10.c.1. c.1.157.c

C

De Substantia Asperæ arteriæ. CAP. 3.

CVr aũt eis natura tertiũ vas à pharynge prodiens adiunxit (quod non nulli asperam arteriã, alij aũt bronchon nominãt) protinus dicemus, si prius, quo dilucidior sit oratio, oẽm ipsius constructionẽ explicuerimus. Est sane particula quædam simplex in animalis corpore (de qua ante etiam dictũ est, cum de manu ageremus) quæ aliarum quidem omnium est durissima, solo aũt osse est mollior: cui nomen oẽs propemodum medici imposuerunt χόνδρον, id est chartilaginem. Hac igitur chartilagine plurima natura vsa ad comparandã asperę arteriæ constructionem, totam in exactam circuli circũferẽtiam cõtorsit, vt eius pars deuexa, quam sanè & tangimus, extra promineat, intus vero sit concaua: post aũt circulis ijs vna serie ac continua, in colli longitudine inter se compositis, atq; interuallo eo, quod est inter pharinga & pulmonẽ, interim relicto, ligamentis eos membranosis fortibus connexuit, simillimis cõruulorum ostracis: quæ vero eorũ pars erat subiectum stomachũ contactura, eã non amplius fecit chartilaginẽ. sed hac sane imperfectus quadãtenus est circulus, figuram q́; literæ C vnaqueq; refert chartilago: vnde, opinor, σιγμοειδεῖς eas quidam appellant. Cõmuniter aũt his ligamentis, & alijs orbicularibus, & præterea chartilaginibus ipsis, alia quædam intrinsecus obtensa est tunica & ea quidem plane rotunda. q̃ subungit oĩa, densa quidem ac constricta fibras aũt habens ꝭm longitudinem rectas, quam antea memini me quodã loco significasse ei esse continuam, quæ totũ os & stomachum ac vẽtriculum totum intrinsecus inũgit. Atq; etiam omnia hæc extrinsecus complectitur membrana quædam velut indumentum quoddã atq; amiculum totius arteriæ. Ea igitur arterię, quę in collo habetur, est natura, per quam animalia inspirant & rursus expirant, vocem edunt atque efflant. Vbi vero primum claues pretergressa, in thoracis capacitatem peruenit, ibi diuiditur, atq; in omnem pulmonis partem fertur cum vasis, quæ à corde proficiscuntur in omnes eius lobos distributa: non tamen discedit à natura, quam parte superna obtinet, neq; vlla in re dissident aut variant soboles eius omnes, sed similiter omnes chartilagines multæ sigmoeides, membranosis ligamentis contentæ, vsque ad extremos visceris lobos conseruantur. Hoc solum in pulmone vas omnino est vacuum sanguine: cui Erasistratus tamen aliam quoque arteriam, læuem scilicet, adnumerat,

A.l.3.f.10.c.1. c.1.156.h

*Al. χαράβων. D i. scarabeorũ.

D

merat, non recte id sentiens, quemadmodum sæpe iam dictum est. Siquidem hæc sanguinẽ continet vaporosum tenuem ac syncerum nõ paucum: aspera vero arteria sanguinis omnino est expers, quando nimirum secundum naturam se habet animal: quando vero ruptio aliqua, vel oris apertio, vel vasis erosio in pulmone accidit, tunc effunditur aliquid sanguinis vel in hanc ipsam arteriam, qui spiritui facessit negocium, eius vias occupans: eo q; modo tussi quidem animal iam infestatur, sanguis vero sursum per pharynga ad os fertur. E

De ratione Constructionis Asperæ arteriæ. CAP. 4.

CVr igitur non prorsus arteriam hanc, aut "chartilaginosam totam, aut membranosam, natura effecerit, sed alternis chartilaginem ac membranam collocarit: tum autem cur chartilagines ipsas non perfectos fecerit circulos, sed ipsarum singulis deest aliquid exiguum, hęc iam persequar. Quorum primum est, q chartilagine omnino opus erat vocis instrumento: demonstrauimus enim in ijs cõmentarijs, quos de voce conscripsimus, non omnem aeris percussionem vocem posse efficere, sed oportere symmetriam quandm ac conuenientiam esse substantię rei percutientis simul & roboris, quò aliquãtisper aer resistat neq; primo statim impetu ac coitione victus deijciatur. Hanc aũt symmetriam chartilago in animalibus adepta est: cum molliora, q̃ pro ipsius natura, prę imbecillitate aerem ipsum remissius percutiãt: duriora aũt facile ipsum euertãt adeo, vt non maneat amplius neq; resistat ad percussionẽ excipiendam, sed subducat se atq; aufugiat, et fluere potius, q̃ percuti, videatur. Horum autem demõstrationes nunc audire nemo postulet, quemadmodum nullius etiã alterius actionis: postea enim, q̃ seorsum de singulis conscripsimus, ad hanc vltimam de partium vtilitate enarrationem aggressi sumus, quæ notas iam actiones oẽs (quod initio ẽt ostẽdimus) postulat. Asperę igitur arteriæ chartilago, quæ propriũ vocis ipsius est instrumentum, tota etiam chartilago fuisset, nusquã egens neq; vinculi neq; tunicæ, si nullum motum, aĩali vel inspirãte, vel expirante, aut exufflante, aut loquẽte, obitura fuisset. Iam vero, cũ in oĩbus huiusmodi actionibus eam oporteat longiorem & angustiorem, aut rursus breuiorem atq; ampliorem fieri, ratione optima non ex sola chartilaginosa substantia facta est (quæ neq; dilatari neq; contrahi potest) sed membranosam quoq; assumpsit, vt prædictos motus prõpte obire posset. Toto enim, dum inspiramus, thorace dilatato (vt in cõmentarijs de ipsius motu est demonstratum) deinde consecutione ad id, quod mouetur, pulmonem in omneis partes dilatante, quod in arterijs est membranosum, in latũ & longũ facile diducitur, in partibus quidẽ sigmoeides chartilaginũ replẽtibus, in latum: in cõnectentibus vero chartilagines ipsas, in longũ. Licet aũt tibi id & mortuo iam animali clare inspicere, si p tracheam arteriam in totum pulmonẽ insitu spiritum intruseris, deinde rursus expresseris ac vacuaris: apparebunt.n. vincula chartilagines colligantia, in inspirationibus impletionibus q; totius pulmonis tendi, tantum q; à se chartilagines diduci, quãtum ipsa extendi possunt: in expirationibus vero contra, laxari ac duplicari, in se ipsa q; concidere ita vt permittant chartilaginibus, vt sese contingant: Quæ vero vincula ipsarũ σιγμοειδὲς replent, in inspirationibus quidem inflata amplificãtur, gibba q; extrorsum fiunt: in expirationibus vero contra, laxantur atq; intro concidunt. Qua ex re intelligi potest mutationes ipsius visceris in longitudinẽ ac breuitatem ab ijs partibus, quæ chartilagines inter se cõnectũt, effici: incrementum vero in latitudinem ac concidentiam, ab ijs, quæ cuiusq; σιγμοειδὲς opplẽt. F G

A.ibidẽ. 257.a

Reuocantur in Memoriam quædam de Voce. CAP. 5.

QVocirca in pulmone desiderare nihil possis, quo minus asperarũ arteriarũ beneficio, vocis simul ac respirationis sit instrumentum: quippe quarum chartilagines ipsæ vocis sunt instrumenta, quæ vero eas iũgunt vincula, respirationis. Porrò, "q chartilago hæc primũ sit vocis instrumentũ, larynx ipse maximo tibi erit documẽto (vocatur aũt ita pars ea, q̃ cum pharynge asperam arteriã iũgit, quæ ẽt in collo extare apparet, tangẽtibus q; dura sentitur, sursum q; nobis transglutientibus fertur:) quem sanè in libris de vocis generatione demonstrauimus primum esse & principalissimum vocis instrumẽtum: q vero idem totus sit chartilago, verbis nihil opus est, cũ id cuiuis appareat. Demonstratũ quoq; in ijsdẽ libris est, q arteria prius vocẽ concinnat ac preparat laryngi: q̃ cum ad ipsum peruenerit, adaugent eã & palatum veluti ἠχεῖον quoddam id est vocis refractorium, præpositum, & γαργαρεὼν quasi plectrũ. Atq; ẽt ibidẽm demonstrauimus nõ simpliciter expirãtibus vocẽ effici, sed propriam vocis materiam efflationem esse: quo q; pacto ipsa ab expiratione differat, ac q musculi thoracis eã efficiant, & quæ hanc ipsam gignendi ratio & præterea vocis. Nũc aũt, vt dixi, nihil horum statui demonstrare, sed vtens ijs pro concessis ac probatis, ostendere nullã fieri potuisse meliorẽ constructionem particulę respirationi ac voci destinatæ. Testimonio aũt (vt par est) fuerint & ea, quæ nunc à nobis de vtilitate ipsarum sunt demonstrata, nos recte etiam ea, quæ ad actiones pertinent, prius demõstrauisse: cuiusmodi est, & q vox ab arteria laryngi præparatur, non dum tamẽ iam in illa absoluta est vox, demonstratum enim in illis libris id fuit. Porrò, q pars eius chartilaginosa est, quę prima vocẽ concinnat ac præit, testimonium hinc magnum parauimus, laryngi quidem, q probe demonstratum est primum vocis esse instrumentum: arteriæ vero, quia, quod in ea est chartilaginosum, vt vocis instrumenti est particula, reliquum vero omne, vt respirationis. Perspicuum' que fit, instrumentum H

A.l.3.f.10.t.5 c.1.262.h

*In antiquis legitur ἐν τοῖς περὶ τῶν ἐνεργειῶν λόγοις, id est in sermonibus de actionibus.

A strumētum vnum duabus actionibus subseruire cōmodius non potuisse, si aliter, ac nunc habet, cōstructum fuisset. Oportebat enim ipsam oīno ex immobilibus ac mobilibus compositam esse particulis: nam vocis quidem instrumentum dilatari ac comprimi non poterat, ꝙ ipsum durius esse oportebat, q̄ vt vicissim vtrunq; hoc pateretur: respirationis vero contra haudquaquam durum eousq; fieri poterat, vt vocē modularetur, ꝙ ipsius actio prima, erat motio: At nūc quidem, cum mobiles particulę atq; immobiles variatis vicibus & ordine alternāte sint positæ, vox quidē per immobiles, respiratio vero per mobiles efficit̃: mouentur tñ quodam modo iam secundū accidēs cum mobilibus etiam immobiles, pp mutuā connexionem ab illis translatę. Pulmonis igitur propria particula est hæc arteria, qua pisces merito caruerunt atq; etiam pulmone, ꝙ ne voce quidem illis planè opus esset, vt q vitam in aqua degerent. Nam, quod ad ipsius cordis caloris refrigerationem attinet (propter quam respiratione etiam opus fuit) sola ipsis branchiarum constructio à natura data est: quam antea quidē attigimus, scribemus autem olim de ea seorsum vberius, cum de omnibus animalibus sermo à nobis instituetur. Nunc autem, cum iam omnia sibi ipsis cōsentire, veraq; esse testari, tum ea, quæ enarratione de vtilitatibus prodidimus, tum quę ante de actionibus docuimus, demonstrauerimus, ad reliquas pulmonis partes transeamus.

B *Epilogus de Vsu Asperæ arteriæ.* CAP. 6.

VOcis quidem instrumētum esse diximus asperæ arteriæ chartilagines: respirationis autem, vincula mēbranosa: quod vero ex ipsis est cōpositum, tracheīā arteriā respirationis simul ac vocis esse particulam: q̄ constructionem aliā meliorem nullā adhuc habere poterat, siquidē, quæ duriora sunt chartilagine, aut molliora, ea voci procreādæ non erant aptiora. Sed ne si aliter quidem, q̄ vt nunc connexæ sunt partes, colligatæ fuissent, melius in latum ac longum mouerētur, dilatatæ quidem in inspirationibus, cōtractæ vero in expirationibus: vnum enim earum quoduis cogitatione auferens, oēm mox actionem cum eo sustuleris. Nam, si chartilagines exemeris, vocem labefactabis, qnquidem membranarum tunicarum substantia & omnium similiter mollium, quo modo & funes multo madore imbuti, ad vocis generationem est inepta: sin vero vincula mente detraxeris, respirationem vtiq; corrumpes, immobilibus eam committendo instrumentis. Quòd, si ipsorum quædam sustuleris, alia autē reliqueris, tm̄ de actione detraxeris, quantum exempta vincula habebant: nam vinculis, quæ orbes ipsos coniungunt, detractis, arteriæ in longum productio perierit, ijs vero, quæ sigmoeides implent, in latum productio.

De Positione Asperæ arteriæ. CAP. 7.

C NVm igitur hæc summi naturæ artificij sunt plena, positio vero ipsa omni arte caret? nēpe qua chartilaginum "rotunditatem extrinsecus locauit: quæ vero ipsarum reliquum contexunt vincula, ea intus ad complendā rotunditatem abdidit. An id quoq; eiusdē artis est specimē, ꝙ, qua parte quidē arteria stomachū erat contactura, chartilagines colligantia vincula supposuerit: qua vero externa vis erat occursura, ea chartilagines, q̄ ipsam exciperēt, opposuerit, vt neque stomachus ab ipsarum duritie comprimat̃, neq; facile arteria lædat̃ mollioribus suis partibus iniurijs externis exposita? Vt vero nunc hēt, duris eius particulis in partē colli anteriorē desinētibus, mollibus aūt stomachū tangētibus, admirabilē vtriq; instrumēto natura cōparauit dysipatheīam, stomacho quidē, ne ab arteria, huic aūt rursus, ne à vi externa afficeret̃. Num igitur solū hoc ex chartilaginū arterię positione natura aīalibus fabricata est emolumentū, an hoc ēt maius aliquod ad ciborū ac potionū multas simul ac subitas trāsglutitiones? mihi quidē id quoq; mirabiliter ipsi comparatum fuisse videtur. Nam, si chartilagines oēs rotundæ oīno fuissent, preter q̄ ꝙ stomachum ipsum comprimerent in ipsius deuexitatem incidentes, angustiam ēt quādam nō mediocrem in maiorū molium transglutitionibus efficerent: vt aūt nunc habet, cùm tempus eiusmodi incidit, arteriæ tunica, quę sitū illic habet, ab ijs, quę transglutiūtur, propulsa atq; in amplitudinē

D chartilaginum euersa stomachi rotūditati cedit, vt totus ciborum trāsitui subseruiat: tunc autem chartilaginum deuexitas prius incidens stomachi distensionibus, bonā partem latitudinis ipsius intercepisset, eo q; modo ciborum viam effecisset angustam. At, si eodem tpe trāsglutire ac respirare liceret, non solū cōmodi nihil ex eiusmodi positione cepissemus, sed preter id ēt lęderemur, quantum. s. stomachi deuexitas amplitudinis arterię occuparet, tāto respirationis meatu strictiore reddito: nunc autem cùm alio quidem tempore respiratio, alio autem transglutitio fiat, mutuis vicissim capacitatibus arteria & stomachus simul vtuntur adeo, vt pauco tempore plurima per vtrosq; meatus feratur propria materia. Atq; etiam, ꝙ rotundū est factū vtrunq; instrumentum, optime id comparatū est, tum vt per locum minimum plurima peruadat materia, tum etiā vt vtrunq; ab iniurijs sit tutius: demonstratum enim antea fuit hanc figuram omnium ab offensionibus esse remotissimam, omnium q; esse maximam, quę perimetron. i. ambitus mēsuram habent ęqualem: ꝙ si ita est, per minima mole instrumenta, plurima materia facilius est permeatura. Quòd autem per communem quandam ipsis tunicam sibi ipsis & ori coniuncta sint, quo pacto non est etiam id admirandum? Hanc enim tunicam stomacho quidem in transglutitione opitulari non minimum ostēdebamus: in aspera vero arteria & chartilagines parte interna subungere, & ipsas sursum, dum animal transglutit, cum larynge ad pharynga trahere non aliter, q̄ in ijs

.l.3.f.10.t.1. 1.257.a

in ijs instrumentis, quę Gręci χηλώνεια hoc est ciconias seu scrobes, appellant. At cur hac tunica arteriæ chartilagines subungi melius fuit? quia plerunq; in ipsam à capite serũ pituitæ haudquaquam benignum erat defluxurum: præterea, dũ transglutimus, in eam illapsurũ erat continenter potionis quiddã, & nõ nunquã etiam cibi: Adde eodem, quod, dum inspiramus, sæpenumero attrahenda erat acris qualitas quędam, quæ fumum, vel cinerem, vel carbones, vel aliã quãuis vim medicamentosam haberet admistam: postremo per tusses aliqñ euacuandum pus malignum atq; erodens, vel aliquis alius succus, aut bilis tum flauæ tũ nigrę, aut salsæ pituitę intus putrefactæ, à quibus oĩbus erat necesse abradi chartilagines, morderi, ac vlcerari. Quòd aũt insanabiles oĩno sunt, aut sanatu quàm difficillimi chartilaginum affectus, ex medicis discas, licet, nisi tu ipse medicinam facitas: ita enim nec illis ad hęc indiguerit, qui experientiã ad ipsa magistrã prius habuerit. Quæ igitur chartilaginibus subiecta est tunica, sanatu est facillima, omnis q; qui in ea ortus fuerit affectus, facile sedatur, nisi forte aliqñ à putredine aliqua magna, ipsius portio quędam erosa chartilaginem nudam penitus destituerit: non. n. amplius affectum eiusmodi facile sanaueris. non vtiq; propter tunicam, sed quod malum ad chartilaginem peruaserit. Quod igitur raro accidit, id sępenumero vsu veniret, si ex natura chartilago fuisset nudata. Cur autẽ tenuis simul ac densa facta est, & sicca moderate? quia, si crassior, quàm nunc est, fuisset, præterquã quod nihil iuuaret, occuparet etiam totius arteriæ amplitudinis non minimũ: sin vero rara fuisset, prohibere certe non potuisset, quo minus defluentes humores ad subiectas chartilagines pertingerent, ipsæ q; leui occasione imbutę vocem efficerent raucam: nam ob id ipsum sicca mediocriter est: melius enim sonant sicciora, quàm madida: quemadmodum certe, et quę sicca planè sunt, vocem edunt deteriorem moderate siccis. Quandoquidem in omnibus febribus ardentibus, partibus, quę tum ad pharynga tum ad arteriam pertinent, vehementer exiccatis voces contingit fieri, quas Hippocrates ‖ κλαγγώδεις id est clangosas, appellat: simili q; ratione in oĩbus animalibus, quæ collum habent admodum longum & chartilagines siccas, cuius generis sunt grues: ob id enim de his scripsit Homerus: Clangore hæ quidem volant supra oceani fluenta. Siccum itaq; instrumẽtum vocem adeo malam efficit. In catarrhis vero rursus ac grauedinibus, quæ gręce κορύζαι nominantur, vox efficitur rauca humoris superflui copia. Quæ etiam Conditor nostri prouidẽs, tunicam, quę chartilaginibus subest, siccam effecit moderate, vtrunq; excessum declinãs. Talis quidem pulmonis arteriæ est natura, quæ ex bronchijs conflata est: sic enim appellare eius chartilagines medici consueuerunt: quemadmodum & ipsam totam, bronchon: & caput, summam ipsius partẽ, quæ vtiq; & larynx nominatur. Sed de horum constructione paulo post verba faciemus.

A. i. f. 10. l. 1. c. 1. 257. b

1ª. Prorrh. 17. 4ª. 165. h. Et 2. eius t. 12. 170. g

De Vsu Pulmonis ac Vasorum eius. *CAP. 8.*

PORrò pulmo, quantum ad præsentem sermonem attinet, ijs quidem, qui negligentius hæc considerant, omnia fortasse, quibus indiget, habere iam vnius instrumenti asperæ. s. arteriæ beneficio videbitur, siquidem vocem edere per eam, efflare, inspirare, atq; expirare queat: sed, si animũ attẽderis, consideraris q; quod neq; hoc ipsum instrumẽtum copiã habet sanguinis, quo alatur ante, quàm venæ ipsi quędam fuerint connexæ: neq; cor fructum vllum ex respiratione percipit prius, quàm per aliã arteriam coniunctum huic fuerit, intelliges certe naturã alterum vasorum genus duplex asperis arterijs recte imiscuisse ac complicuisse. Preterea, si consideraris, quod fieri sine periculo non poterat, vt vas sublime maneret diuisum, nisi substantia quędã mollis ac spongiosa instar stœbes in ipsius diuisione poneretur, quo omne id, quod inter vasa oĩa est inane, repleret, esset q; firmamentũ ac propugnaculũ ipsorum imbecillitatis: si id, inquam, cõsideraueris, intelliges sanè recte ac prouide pulmonis carnem factam fuisse: cuius certe quidẽ alia quoq; est vtilitas non contemnẽda, de qua paulo post differemus. Porrò arterię lęues, quę cordi tracheas arterias sunt cõiuncturę, sępe iam indicatę sunt tenuem ac purum & vaporosum continere sanguinem, neq; solius spiritus esse instrumẽta: cui rei pręsens ẽt hęc disputatio fidẽ facit non minimã. Nã, si & illę, quo modo asperę arterię, sanguinis penitus sunt inanes (in ea. n. Erasistratus est opinione) cur non recta ad cor asperę ipsę pertinẽt? cur item venarum propagines, paruę quidem asperis inseruntur, lęuibus aũt non inserũtur. Frustra. n. eo modo natura (quę, vt ille etiam profitetur, nihil temere agit) non modo pulmonis arterias lęues, sed etiam venas ipsas effecerit: illas quidem, quod, cum asperis cor plane connectere posset, lęuium nullus erat vsus: venas autem, quia ipsarum arteriarum tunicam, & omnium vno verbo animalis particularum, ex vena arteria & neruo ait esse contextam, nutriri q; vnumquodq; à vena in se ipso contenta, simplici tamen illa, et quę ratione sit conspicua. neq; hac magna vena & composita quidquam indigere. Si igitur sinister quidẽ cordis ventriculus spiritum solum in se ipso continet, vt & aspera arteria, ob eam q; causam lęuibus pulmoni opus non fuit, nulla q; arteria cibo indiget inuectitio, consentaneũ fuit ex solis asperis pulmonem ipsum constare. Neq; enim (vt alia omittam) est, quod dicat, qui Erasistratũ defendere conabitur, asperas arterias propterea, quod ex chartilaginibus constabant, cum corde iungi nõ potuisse: nam, quemadmodum per media mẽbranosa corpora inter se coniungunt, sic & cordi vtiq; poterant coniungi. Cur igitur non genus vnum arteriarum in pulmone fuit, cur item & venis ipse indiguit, Erasistratus quidẽ haud facile dixerit: quemadmodum & cur arterijs quidem tunica

A. ibidem. c

A nica obtigit venosa, venis autẽ arteriosa: nobis vero dictu nõ est difficile, sed, quæ de vtilitatibus ratiocinati sumus, ea perspicue actionum demonstrationes comprobãt. Cum enim cęterę quidẽ oẽs toto corpore diffusæ arteriæ, sanguinis sint participes, quo modo & sinister cordis ventriculus: solæ vero asperæ, sanguinis vacuę, per medias læues cordi sint connexę, harum orificia à natura nihil temere agente eò symmetrię ac cõmoderationis adducta esse necesse est, vt vapori quidem ac spiritui sint peruia, sanguini vero & crassis similiter substantijs inuia. Quod, si forte aliquo tpe patula naturalem amiserint commoderationem, portio aliqua sanguinis in asperas arterias ex læuibus effunditur, quem casum repente tussis consequitur, & sanguinis per os eductio: cum autem ſm naturam habent, tum qui ex asperis in læues trãsumitur spiritus, paucus omnino est, et pulmonis caro cernitur aerea spiritus q̃ plena, indicans planè se, quo modo & caro hepatis ad cibi, ita ad aeris coctionem esse comparatam. Nam consentaneum est non confertum neq; repente aerem externum eius spiritus, qui animali inest, fieri nutrimentum, sed paulatim quidem immutari, quẽadmodum sanè & cibaria, familiarem aũt innato spiritui qualitatẽ diuturniore tẽpore recipere, huius q; alterationis pulmonis carnem primum esse instrumentum, quemadmodum certe ostendebamus hepatis carnem cibi in sanguinẽ mutationis esse auctorem. Erasistra-

B tus porrò cum hic quoq; causam in qualitatem familiarem atq; alienã conferre decuisset, cõfert, nescio quo pacto, in spiritus tenuitatem ac crassitiẽ: existimat enim propterea perire eos, qui in Charonijs sunt barathris: tum eos, qui domos incolũt calce nuper illitas: aut qui ex quodam carbonum odore, & alijs generis eiusdem, extinguuntur, q̄ spiritus præ tenuitate contineri corpore nequeãt. Satius autem fuisset, veluti in alimẽtis familiaris quidẽ leguminum, olerum, panis, atq; id genus aliorum nobis est qualitas, aliena vero cantharidis, & leporis marini, atq; aliorum eiusmodi: ita putare aeris qualitatem quandam, aliam quidem familiarem et amicã spiritui ipsius animalis, aliam vero alienam ac corruptricem. Si enim semel intelligere id potuisset, haudquaquam carbonum fumum puro aere tenuiorem pronunciare ausus fuisset, cum ille omnibus crassior planè appareat: sed vestigasset, vt opinor, particulas à natura ad ipsius coctionem cõparatas. At certe ridiculum valde est, cui ne de sanguinis quidẽ generatione, aliorum q; humorũ dictum quidquam sit, in eo tantam requirere physiologian idest naturæ rationem, vt etiam spiritus immutationem & coctionem intelligat. Sed de his quidem alibi aduersus eum vberius dictum est. Cæterum spiritus, qui ab asperis arterijs extrinsecus trahitur, in pulmonis quidem carne primũ conficitur, postea vero in corde atq; arterijs, & ijs maxime, quę in plexu sunt retiformi, vltimũ ac per

C fectissime in cerebri vẽtriculis, vbi vtiq; & animalis primum exacte efficitur. Porrò, quæ huius spiritus animalis sit vtilitas, et cur, cum nos animæ substantiam ignorare plane fateamur, hunc tamen sic appellare audeamus, non est nunc dicendi locus. Sed vbi admonuerimus pulmonis carnem simul quidem vasorum diuisionem opplere, simul aũt externum aerem cõcoquere: ad hæc de venis, quæ asperis arterijs inserũtur (quarum haud ita pridem meminimus) vbi ostẽderimus eas conuenienter hisce arterijs parte externa propterea fuisse infixas, q̄ eæ sanguine carerent, naturam q; omnino arterijs etiam leuibus fuisse, quo eæ alerẽtur, prospecturam, nisi sanguinem in ipsis contineri exploratum habuisset: atq; etiam, q̄ venam quidem esse arteriosam, venosam autem arteriam (vt ante indicauimus) melius erat, vbi capita in memoriã reuocauerimus, tempus sanè erit ad ea, quę deinceps consequuntur, transire, si illud solum adhuc adiecerimus, naturã ob ante dicta asperã arteriam mediam inter lęuem & venam cõstituisse: vtriq; enim earum propinquam esse oportuit, lęui quidem, q̄ aspera per mediã eam, respirationis vtilitatem cordi exhibet, venę aũt propterea, q̄ ab ea nutriri ipsam est necesse. Ob eas igit̃ causas in medio fuit locata. At cur ad dorsum ponè eam est vena, anteriore vero parte arteria? quia longius à corde producere arteriam, quæ tenuem atq; imbecillam habet tunicam, non erat tutum. Conueniẽter igitur hoc

D quidem vas à corde ortum, mox in pulmonem dispersit: alterum vero, quod fortius erat, lõgius abduxit ponè arteriam. Hęc vtiq; horũ causa fuerit. Tempestiuum aũt iam fuerit ea, q̃ sequuntur, exponere. Monstratum nobis antea fuit venarum tunicam duram esse factam, tum q̄ eas comprimi facile ac dilatari in respirationibus nõ oporteret, tum etiam q̄ sanguine pulmo alitur tenui ac vaporoso, nõ crasso neq; turbido. Cęterum, q̄ non dilatentur neq; cõprimant̃ hæ venę, duplici noĩe vtile id esse docebamus, vt tota.s. thoracis capacitas pateat spiritus q; vacet instrumẽtis, & ne sanguis ad cor ex eis violenter recurrat: huius enim natura haud paruam habuit prouidentiam, quemadmodum ex membranarum productione indicabamus. Quin & arteriarum tunicam ostendebamus factam esse tenuem, vt plurimo sanguine pulmo aleretur, ab ipsis manante, qui natura est defecatus tenuis ac vaporosus: prętereà, quò facile spiritus cordi trahenti obsequeretur. Horum autem siquis demonstrationes scire cupiat, librum legat superiorem.

De Pulmonis Dilatatione, CAP. 9.

AD reliqua enim iam mihi est aggrediendum. Cum enim respirationis vsum primum esse & maximum eum dixerimus, vt nempe caloris natiui conseruationem, propter quem animalia repente intereunt, priuata refrigeratione: secundum vero minorem, nẽpe spiritus animalis nutritionem: admirari iam naturam cõuenit, quo pacto tũ ad hęc, tum ad vocis generationem

pulmonem

pulmonem effecerit accommodatum. Nam, quod arterias læues omnes per anastomωsin ad vnum E principium applicuit, sinistrum cordis ventriculum, in quo caloris natiui est principium, in hoc quidem, ceu refrigerationem continuam cordi comparauit, celebrare ipsam est æquum: quod vero in cordis compressionibus, id quod velut fuliginosum in eo est ac fumidum, per has ipsas arterias leues effudit, et multo adhuc magis per magnam arteriam ad alias: quod quod hęc ne quãdo extinguatur cordis caliditas à prauis excremẽtis suffocata, tuto prouidit, hymnis extollere ipsam cõuenit. Nam, quod pulmonis carnem mollem foraminulentam ac spirituosam fecit, vt externũ aerem concoquat, quem familiarem spiritui animali alimentum futurum prouiderat, admirari eam par est: quod vero & tribus vasis pulmonem contexentibus, vna quidem vena, duabus autem arterijs, ad tracheas arterias totum spiritum attrahi instituit: & rursus illinc emitti nobis vocem emittentibus, vt diutissime loqui possemus continua inspiratione non indigẽtes, ceu earum qualibet in multum tempus suffectura, in hoc rursus eam, ceu id quod optimum erat prouidentem, laudare conuenit. Rem igitur ipsam ostendam, causam quod eius verbis explicabo: tuum autem fuerit deinceps eorum opificem laudare, si demum laudum iustarum nõ es inuidus. Quòd itaque pulmo totam impleuit thoracis capacitatem: tum quod, si dilatetur thorax aut comprimatur, simul quoque per totum pulmo dilatatur aut comprimitur, ex commentarijs, quos de motu eorum conscripsimus, F didicisti: præterea quod instrumentis omnibus, quę attrahunt, cõsecutione quadam ad id quod euacuatur, prius quidẽ leue, quàm graue, sequatur: quod quod per ampliora orificia ea compleri sit facilius, hęc quoque in illis didicisti: & sanè quod asperarum arteriarum oĩum vnum est orificium maximum, pertinẽs ad pharyngem, læuium autem aliud vnum in sinistrum cordis vẽtriculum, vt venarum etiam in dextrum: quod quod ex pharynge aer solus ad tracheas arterias, ex dextro ventriculo sanguis solus ad venas, ex sinistro mistum quid ex ambobus peruenit: si horum sanè oĩum memor sis, ipsa quod omnia composueris, rei propositæ demõstrationem nullo negocio inuenias. Nam pulmone dilatato primum quidem id sequetur, quod est leuissimum (est autem id aer externus) implebit quod asperas arterias: secundum autem id, quod effertur ex sinistro cordis ventriculo, quod leues implebit: postremo vero horum omnium ac tertio, sanguis: ante vero, quàm asperæ arteriæ aere impleãtur, in neutrum aliorum potest quicquam transumi. Quod si ita est, hac ratione solum in læues arterias ac venas influere aliquid à corde continget, si thorax quidem adhuc dilatetur, asperæ autem iam maximam prius distentionem habuerint: sin vero simul quidem thorax non amplius dilatetur, simul autem asperę maximam habeant iam distẽtionem, nullum vtique tempus relinquetur neque læuibus arterijs neque venis, quo tempore diduci queant: nã pulmone nõ amplius G dilatato, quia neque thorax vlterius dilatetur, neque pulmonis particularũ quæuis dilatari amplius poterit. Ex quo manifestum est, quod, si monstrauerimus maximã pulmonis distentionem asperas solas distentas efficere, mox vtique demonstratum erit eas solas inspirationibus repleri. Quęnam igitur est huius demonstratio? nempe si mortuo iam animali per laryngem insufflaueris: implebis enim asperas arterias, et pulmonem distendi quàm plurimum videbis, cum interim arterię leues ac venæ molem sibi ipsis retineant æquabilem. Vnde perspicuum fit asperas arterias sic à natura fuisse institutas, vt pulmonem in maximam distentionem agerent: quo vno commento id est assecuta, vt in inspirationibus aer externus in has solas necessario ingrederetur. Quando igitur spiritus in cor attrahitur? nempe eo dilatato, quemadmodum rursus compresso excernitur: leues enim arterias cordis motibus, asperas vero pulmonis seruire est necesse. Porrò, quod duo sint horum motuum principia toto genere discrepantia, quod quod cordis quidem motus à natura, thoracis vero ab anima edantur, monstratum nobis sępenumero est: nec minus etiam, quod melius fuit actionem nostram esse respirationem voluntati animalis semper seruientem, libro superiore demõstrauimus. Ex quibus omnibus efficitur, vt pulmonis et cordis particulas omnes summa opificis prouidentia atque arte comparatas esse colligamus. Superesse iã amplius nihil arbitror, quod H non possit is ex sese consequi, qui ea memoriæ mandarit, quæ dicta à nobis fuerunt, cum de neruorum in partes oẽs distributione ageremus: intelliget enim ex illis, cur & pulmoni melius fuerit, vt & cordi & hepati & lieni ac renibus, neruos habere minimos.

De Vsu Loborum pulmonis. CAP. 10.

CÆterum & de ipsius quoque in lobos diuisione dictum est: me quod solum oportet capita eorũ, quæ ibi dicta sunt, in memoriam reuocare, videlicet: Quòd lobi hi primã vtilitatem ijs, qui sunt in iecinore, similem habent: nam vt iecur lobis quasi digitis quibusdam ventriculũ firmius comprehenditur, ita & pulmo cor ipsum: Deinde, quod duo sint lobi in vtraque thoracis parte: alter superiorem thoracis capacitatem, alter inferiorem, quæ ad phrenas est, obtinet: Atque etiam, quod quintus lobus qui paruus, qui dextra in parte positus, quod quod triangulus est, venæ cauæ gratia factus est: Præterea quod, vt totum viscus facilius simul ac tutius dilatetur ac comprimatur, in lobos dissectum est: si enim continuus sibi ipsi partibus omnibus factus esset, fortassis laborasset interdum aliqua eius particula, dum inspirationibus vehementioribus totam thoracis capacitatem replere subito cogitur. Vt igitur etiam angustis eius partibus facile succedat, pulmonis in lobos diuisio apta magis fuit. At de pulmonis particulis hactenus.

A *De Laryngis constructione.* *CAP. 11.*

.l. 1. f. 1. d. 5. .2. c. 11. 17. g

DE laryngis autem particulis deinceps dicendum: est.n. hic quoq; spiritus instrumentum: appellatur q; (vt ēt ante docuimus) nō hoc solum noīe, sed ēt bronchi caput, propterea, q ipsam quoq; tracheam arteriā bronchon nominant. Constat itaq; larynx ex tribus magnis chartilaginibus, nihil neq; figura neq; magnitudine ijs, quæ asperæ insunt, similibus. Mouetur aūt à musculis secundum propriā quidē suā compositionē, duodecim: quatenus vero cōmunionē habet cū partibus vicinis, ab alijs octo. Harū igit laryngis chartilaginū anterior est maxima (quā & tāgimus) extrinsecus quidē deuexa, intus aūt concaua, scuto maxime similis nō vndiq; rotundo, sed prælōgo, quod.s. θυρεὸν appellamus: vnde nomē huic chartilagini à scuti huius similitudine ab anatomicis est impositū, vocarūt q; ipsam θυρεοειδῆ id est scutiformē. Secūda vero chartilago, quanto minor est prima, tanto maior est, q̄ tertia, internis quidē partibus, qua stomachus est, positionem habēs. Porrò, quātum maxima deficit, vt perfecte in circulū circunferat, hoc ipsa adijcit: non enim, quemadmodū asperæ arteriæ totius pars ea est membranosa, quæ stomachum attingit, ad eundem modū est in larynge. Cæterū positiones harū superna ac inferna sic se habēt: vbi desinit tracheæ arteriæ chartilago vltima, ibi primum quidem, quam secundam dicebamus,
B oībus partibus totam cōtingit chartilaginem, id est anteriore, posteriore, & obliqua: paulo vero supra anteriores eius partes chartilago scutiformis incipit, secunda videlicet retrorsum cedente. Dearticulantur aūt & cōmittuntur inter se partibus obliquis: atq; paulo superius etiā ligamenta quædā membranosa ac neruosa ex prima ad secundā perueniūt. Porrò, vbi minor, quæ intus est, desinit, duæ quidē superiacent paruæ deuexitates. Incipit aūt illinc tertia chartilago, conuenientes ad amussim eminentijs illius habēs cauitates adeo, vt harū duarū chartilaginum cōmissio duplicem efficiat dearticulationē. Est aūt & angustior secūda chartilago, in basi inferiori: ob eam q; causam totius laryngis ora inferior, qua asperam arteriam attingit, amplior est superiori orificio, quod in pharynga desinit. Etenim & tertia chartilago in angustū valde & ipsa desinit, cuius orā superiorem arytænoeiden anatomicorū plurimi noīant, quia pars hæc figuram gutturnionis repræsentet, quem etiamnū aliqui ἀρυταίναν appellant. Cōuersa autē est huius quoq; chartilaginis concauitas ad meatum spiritus, vt velut fistula quædā fiat, quod ex tribus ijs est cōpositum. Intra vero in ipso laryngis meatu corpus incūbit, figura quidē linguam fistulæ referēs, proprietate vero substantiæ tale, cuiusmodi aliud nihil est eorū, quæ corpori insunt: mēbranosum enim est adiposum q; & glandulosum. Atq; ea quidē constructio est proprie laryngis substantiæ: nā tunica,
C quæ intus ipsam inūgit, cōmunis est arteriæ ac stomacho. Porrò, q primum in larynge vox efficiatur, quod q; dilatetur plurimū ac comprimatur, aperiatur q; ac claudatur exacte nō nunquā superum eius orificium, in alijs libris demonstrauimus: q vero ei melior fieri cōstructio nulla poterat, q̄ ea, quam nunc habet, demonstrare hic aggrediar. Non enim ex alia, sed ex sola chartilaginosa substātia vocis instrumentum construere melius fuit, vt dū de trachea arteria ageremus, probauimus: neq; ex chartilagine quidem, sed ea vna, quę nullam in se ipsa habeat dearticulationem, immobile enim eo modo esset omnino: vnde neq; clauderetur neq; aperiretur, neq; omnino dilataretur ac comprimeretur. Ex quo satis intelligitur fuisse consentaneū, ex pluribus simul & sibi mutuo applicatis chartilaginibus laryngem ipsum efficere, motum q; ipsius non naturalem esse, quo modo & arteriarum, sed ab animalis voluntate pendere. Nā, si vsum erat habiturus in inspirationibus atq; expirationibus, totius q; respirationis inhibitionibus & efflationibus ac vocibus, quæ omnia satius fuit à nostra voluntate proficisci, motum quoq; ipsi spōtaneum ac secūdum animalis voluntatē esse rationabile fuit. Atqui ad omnes hos motus musculi sunt (vt docuimus) à natura instituti. Perspicuū igitur est, q chartilagines has moueri per musculos oportebat. De quibus musculis, qui, quot'ue sint, & vnde oriantur, quoq; modo aperiant claudant q;
D larynga, nunc disseramus, à prioribus auspicati, qui sunt tribus chartilaginibus cōmunes. In animantibus quippe magna voce præditis, inter quę etiā est homo, quatuor sunt musculi, qui secundę primam chartilaginem adnectunt: alij vero quatuor in omnibus animalibus sunt, qui secundam tertię, & alij duo qui primam tertiæ cōmittunt. Deriuantur aūt ex prima chartilagine scutiformi ad secundam hoc pacto. Secundū finem inferiorē vtriusque chartilaginis, vbi tracheā arteriam tangunt et se inuicem, ex magna chartilagine perueniunt ad secundam, extrorsum quidem duo musculi, introrsum aūt duo, vtraque parte externis externi, internis interni prorsus ęquales. Hi igitur exacte angustant oram laryngis inferiorem, primā chartilaginē secundę applicātes: alij vero quatuor, qui secūdam cū tertia iungunt, finem laryngis superiorem aperiunt: quorum, qui parte sunt posteriore, chartilaginem arytænoeiden retro flectunt: ad obliqua vero plurimū diducunt, qui ibi collocati sunt. Porrò quatuor ijs duo reliqui actionem contrariā ac positionem habētes claudunt exacte os supernū laryngis, ad internā capacitatē primam chartilaginem trahentes, quæ similis est crumenis, quæ contrahi solēt, ob neruosarum mēbranarum, quibus circūplectitur, multitudinē. Decem igitur dicti musculi, trium chartilaginū sunt cōes: alij vero duo sunt in basi arytænoeideos: verū hi aīalibus voce parua præditis nō insunt, in qbus & simia numeratur. Cęterū alij sunt his multo maiores, solius q; scutiformis, pprij, quorū duo ex inferioribus ossis hyoeideos

lateribus

lateribus habent originem, inde q; secundum totam lõgitudinem primę chartilaginis, parte an- E
teriore producuntur: alij quoq; duo ab ipsa chartilagine exorti, sed ad pectoris os tendentes, alijs duobus commiscentur in illis solum animalibus, quibus magna sunt & totus larynx & chartilago scutiformis: reliqui vero alij duo musculi trãsuersi, ex obliquis scutiformis partibus enati, deinde in orbem stomachum complectentes, simul inter se coeunt.

De Vsu Chartilaginum & Musculorum Laryngis. *CAP. 12.*

SIc "itaq; se habet chartilaginum ac musculorum laryngis constructio, de quorum vtilitate dicendum deinceps iam erit, ducto à chartilaginibus initio. Non enim temere eas ac sine causa natura fecit tot ac tales: sed, quoniam duplices genere oportebat ipsis inesse dearticulationes, atq; motus, alios, qui eas dilatarent & comprimerent, alios, qui easdem clauderent atque aperirẽt: ad priorum quidem motuum constitutionem primæ ad secundam facta est dearticulatio, ad secundorum vero secundæ ad tertiam. Cæterum, cùm tertio motus genere non egeret, neque articulatione tertia atq; idcirco neq; particula quarta indiguit. Quam ob rem & musculi illi trium chartilaginum communes numero decem extiterunt: quorum duo quidem primi memorati partes laryngis anteriores coniungunt, maximam q; claudunt chartilaginem: qui vero duo hos subsequuntur, eas, quæ in intimis sunt abditæ: reliquorum vero sex, quatuor quidem aperiunt chartilaginem arytænoeidem, claudunt autem alij duo: quibus opitulantur duo musculi trãsuersi, qui in multis animalibus coalescentes basim tertiæ chartilaginis constringunt. Hi igitur omnes musculi in larynge continentur, cum nullo adiacentium instrumentorum connexi. Alij vero octo musculi circunfusis corporibus ipsum colligãtes, alterius motus sunt duces, quo motu totus spiritus meatus dilatatur ac contrahitur: Quorum, qui ab osse hyoeide ad partes anteriores ac superiores pertinent, primam chartilaginem trahentes, à posterioribus eã chartilaginibus abducunt, meatum q; amplificant: Musculi vero obliqui contrariam his actionem habẽtes ac positionem, qui ex scutiformi chartilagine deorsum feruntur, partes chartilaginis inferiores contrahunt trahunt q; infra leniter, cum hoc etiam asperam arteriam contrahentes atq; constringentes, vt neq; duplicetur quicq̃ in ea neq; complicetur neq; plurimum amplificetur, cum animal vult loqui: Reliqui vero, qui ex obliquis scutiformis partibus prodeũt, has partes primæ chartilaginis protrahunt, secundæ q; applicant, quò meatus adstringatur. Omnia vero hæc in tractatione, quam de voce conscripsimus, demonstrauimus: nunc autem (quod sæpe iam repetijmus) nõ actiones, sed vtilitates, persequi propositum nostrum est in eorum gratiam, qui actiones iam didicerunt. G
Nam partium quæ agunt, repẽte etiam simul vsus apparet: oportet q;, vt, qui vtilitatem exponit, in memoriam solũmodo reuocet actionem. Partium aũt, quæ nihil quidem in toto aĩanti agunt, quod.s. vtile sit (semper.n. ita audire oportet) sed agentibus subseruiunt, diffusiorem explanationem facere in hac tractatione oportet: hoc enim ipsius est propriũ. Agunt igitur musculi & nerui: mouentur autem ab his in larynge aliæ omnes particulæ, proprium vsum singulæ præbẽtes.

De Constructione & Vsu Lingulæ laryngis. *CAP. 13.*

SEd de musculis quidem & chartilaginibus laryngis dictum est: de alijs vero deinceps disseramus. In spatio laryngis interno (per quod intro & foras fertur spiritus) corpus quoddã est locatum (de quo etiam haud ita pridem sum locutus) quod neq; substantia neq; figura cuiquam eorum, quæ in toto sunt animali, est simile. De quo dictum est à nobis non nihil in ijs, quę de voce conscripsimus, probantibus primum id & principalissimum vocis esse instrumẽtum: dicetur aũt & in pręsenti, quãtum præsens hæc disputatio postulat. Simile "quidem est linguę alicuius fistulæ, potissimum si infernam ac supernam eius partem spectes: infernam autẽ dico, vbi arteria & larynx inter sese connectuntur: supernam vero, ad orificiũ, quod fit à finibus, qui ibi sunt, arytænoeideos chartilaginis & scutiformis. Melius autem esset non assimilare corpus hoc fistularũ H linguis, sed eas huic potius: quandoquidem natuta, vt arbitror, & prior tẽpore sit, & in operibus sapiens magis, q̃ ars: quare, si corpus hoc naturæ est opus, illud aũt, quod in fistulis est, artis inuentum, nimirũ hoc ad illius imitationem effictum erit ab aliquo sapiẽti viro, qui naturę opera & cognoscere & imitari potuit. Cęterũ, ꝙ absq; lingua inutilis sit fistula, ipsa per se res indicat: causam vero hic te exposcere non oportet, cũ sit in tractatu de voce tradita: in quo statim & hoc demonstratum est vocẽ fieri non posse, ni trãsitus angustetur. Nam, si amplior omnino totus fuerit, relaxatis iam primis duabus chartilaginibus & à sese distãtibus, aperta autem tertia, haudquaquam fieri vox poterit: ꝙ, si leniter spiritus efferatur, expiratio fit sine sono: sin vero repẽte simul ac vehementer spiritus effundatur, † vox tunc vere efficitur: vt autem vocem edat animal, indiget omnino etiam ea spiritus motione, quæ ab infernis repẽte simul erumpat: indiget autem nihilo minus hac, transitu etiam angustiore, qui in larynge est: non tamen simpliciter angustiore, sed qui paulatim ex amplo ad strictius tendat, paulatim' que rursus ex strictiore amplificetur: id quod penitus efficit corpus id, de quo nunc agimus, quod γλωττίδα id est lingulam, & γλῶτταν id est linguam, laryngis nomino. Porrò corpus hoc lingula non modo laryngi ad vocem est necessarium, verum etiam ad spiritus cohibitionem, quam vocant: ita autem nominant non solum,

quando

A. ibidem. g. l

A. l. 3. f. 10. t c. 1. 257. a

† Codex antiquus hẽt, vocatum suspirium efficitur.

A quando omnino non respiramus, sed quando, præterquam quod thoracem omni ex parte contrahimus, musculos etiam omnes, qui tum ad hypochondria tum ad costas sunt, vehementer intendimus: violentissima enim tunc est actio, non modo thoracis totius, sed etiam claudentium larynga musculorum, obsistunt enim hi violenter pulso spiritui, arytænoeidem claudẽtes chartulaginẽ: quam ad actionem nõ parum etiam confert prædictæ lingulæ natura, nam particulæ ipsius tum dextræ tum sinistræ in idem coeunt adeo, vt sibi ipsis incidant, exacteq; meatum claudant. Quod si exiguum quiddam apertum relinquatur, id q; potissimum in animalibus ijs, quæ totum larynga habent ampliorem (eiusmodi enim habere ea ostendimus, quæ magnam edunt vocem) ne id quidem est à natura improuide factum: quę foramen in vtraq; lingulæ parte vnum fecit, & foramini ipsi parte interna ventriculum apposuit non paruum: in quem, cum aer vias nactus amplas in animal ingreditur, rursus q; exit, nihil in ventrẽ pellitur. Porrò, si transitus fuerit obstructus, ibi tum arctatus aer pellitur violenter in obliquum, & lingulæ aperit orificium, quod antea labrijs applicatis clausum erat: Hoc enim ipsum (hoc est quod labia applicentur) in causa est, quod propositum in hoc sermone foramen priores omnes anatomicos latuerit. Impletis autem spiritu, qui in lingua laryngis sunt, vẽtriculis, effundi sanè molem in ipsum spiritus meatum necesse est, & exacte ipsum an-
B gustari, etiam si parum antea patebat. Hæc igitur naturæ fuit in lingua laryngis solertia, in tota figura, magnitudine, positione, foraminibus, ventriculis, exactissima. Quod, si maiorem eam, quàm nunc habet, factam fuisse intellexeris, viæ spiritus obstruentur non aliter, quàm in inflammationibus obstrui consueuerunt: sin minorem, si multum absit à commoderata, animal mutum prorsus efficitur. Porrò, si partem exiguam apertam reliquerit, tãto minorem vocem efficiet ac deteriorem, quantum ipsa aberit à cõmoderata. Simili q; ratione, si positionem eius immutaueris, vel foraminis aut ventriculi magnitudinem, omnem linguæ huius vtilitatem sustuleris. Circa principium enim foramen vtrinq;, vt dictum est, occurrit, prælõgum superne, deorsum instar lineæ cuiusdam angustæ: tametsi ipsum non est angustum, sed membranosa labiorum substãtia velut procidit in subiectam cauitatem: quo fit, vt rima ac fissura quædam potius, quàm foramen, appareat ante, quam orificia sint patefacta: quibus adapertis planè & ipsum iam apertum, et subiecta ipsi cauitas aperta cernitur. Cæterum, cum foramen eiusmodi vtrinq; sit, à dextris ac sinistris spiritus præterfluit, cum nullam causam aut aperiendi orificium, aut opplendi ventriculum habeat. At, cum pellitur quidem ab infernis violenter spiritus, sed superne inhibetur, quippe qui haud amplius recta ferri possit, veluti vertiginem quandam perpessus ad meatus latera conuertitur: quibus magna vi inci-
C dens, membranarum vtriusque meatus epiphyses facile ad subiectas cauitates euertit, ad quas etiã suapte natura inclinant: totam autem oppletatque inflat lingulam: quam rem subsequitur necessario exacta meatus obturatio. Porrò lingulæ corpus membranosum extitit, ne à spiritu impletum rumpatur, ne've, cum totus larynx aliàs quidem dilatetur, aliàs vero contrahatur, in contrarijs eius constitutionibus aliquo tempore in discrimẽ ruptionis adducatur. Humidum autem est non simpliciter, sed cum hoc viscosum quodam modo ac pingue, vt propria sua humiditate perpetuo madeat, & non, vt fistularum linguæ exiccatæ nouum subinde madorem aliquem postulant, sic & corpus hoc, auxilio externo indigeat. Nam humor tenuis ac aquosus dissipatus in vapores, breui tempore digeritur, repente q; diffluit, id q; potissimum, cum meatus decliuis fuerit: at, qui viscosus simul est atq; vnctuosus, in tempus multum sufficit, vt qui neq; effluat facile, neq; exiccetur. Proinde, si cætera omnia in laryngis constructione artificiosissime natura effecisset, solius autem humiditatis huius fuisset oblita, corrumperetur sanè nobis vox celeriter, ipsa videlicet lingula vnà cum omnibus, quæ ad larynga attinent, particulis exiccata: quod etiam nunc accidere aliquando solet, cum à causis violentis naturalis gubernatio opprimitur: nam neque, qui febribus ardentissimis conflictantur, neque qui per magnos æstus iter fecerint, loqui prius possunt, quàm
D larynx eis fuerit perfusus.

De Neruis, qui in Musculos Laryngis inseruntur. CAP. 14.

CÆterum de lingua laryngis hæc quoq; sufficiunt. Rursus aũt ad musculos eum mouentes redeo, & maxime ad illos qui claudũt, vnde oratio hactenus deflexit. Oẽs enim admirabuntur, si huic sermoni animum intenderint, cogitarint q;, quanta sit magnitudo ac multitudo cõtrahentium thoracem musculorum, quibus omnibus resistunt duo parui musculi, qui larynga claudendo, secum etiam (vt dictum est) ipsam quoq; lingulã comprehẽdunt: existit enim & hic pręcipua quædam animalium Opificis sapientia, à viris anatomicis ignorata, sicut & alia ferè omnia, quæ ad laryngis constructionem spectant. Musculi enim, qui ipsum claudunt, ex media quidem basi scutiformis emergunt, recti vero protenduntur tamen retrorsum & ad latus inclinãtes, vt prope tertiæ chartilaginis dearticulationem perueniant: ex quo constat, quod caput eorum sit extremitas illa, quæ ad scutiformẽ est, finis aũt & vltimum sit id, quo arytęnoeidem mouẽt chartilaginem. Porrò "musculis omnibus aut in ipsum caput neruus infigitur, à cerebro vel à spinali medulla facultatem sensificam ac motricẽ ad ipsos perferens, aut oĩno in partium aliquã, quæ sub caput sunt, aut certe non infra medium corpus, ad finem vero nunquam: alioqui principium is esset musculi, non finis. Qui vero nerui ad medium musculi corpus inseruntur, vt in septo transuerso, inde in totum

l.1.f.1.d.5. l.9.a

musculi corpus disseminati, fibras oẽs ad medium trahunt, eam musculi partem, caput efficien- E tes. Quin & id omnibus etiam musculis est cõmune, vt ad eam partem diuisi extendant, ad quã vergunt ipsorum fibræ. Si igitur, quæ dicta sunt, oĩa accurate colligas, tibi persuasum fore puto de claudentibus larynga musculis, ꝙ necessarium erat neruũ ab inferioribus partibus veniẽtem ipsis inseri. Necessarium etiam (vt mihi videt) nihilo minus est reliquis quoq; duabus musculorum coniugationibus, à quibus os laryngis aperitur, à parte inferna neruũ immitti: nã hi quoq; ab inferiori parte sua habẽt principia, ac capita: superne vero finem, quo claudunt arytænoedem chartilaginem. Non tamen æquales magnitudine, vel æquipollentes robore neruos postulabãt musculi duo qui laryngem claudunt, et hi duo qui aperiunt. Illi enim sunt, qui omnibus thoracis musculis, in spiritus cohibitionibus, obsistunt: cuiusq; vero istorum quatuor actio minime vanum habet scopum, sed musculis thoracis obsequium præbere, cum spiritui violenter ab illis expresso exitum facilem præstent: id quod & sine musculis, lationis impetu fieri accidit, tertia scilicet chartilagine ob paruitatem facile euersa. Quocirca propter actionis vehemẽtiam musculis laryngem claudentibus, ab infernis eorum partibus neruos immitti fuit necesse secundum rectitudinem sui principij, vt per medios musculos arytænoedẽ chartilaginem attraheret. Si igitur cor neruorum esset principium (vt non nulli arbitrantur, omnium, quę ad anatomen pertinent, F prorsus ignari) facile vtiq; prædictos sex musculos neruis secundum rectitudinem immissis mouisset: eandem q; nobis afferret in alijs musculis dubitationem, qui capita superne habentes, fine suo inferiore in partes à sese mouendas inseruntur: Nunc vero, cum satis cõstet neruum omnem manare vel à cerebro vel à spinali medulla, cæteris quidem omnibus musculis, qui ad caput sunt & collum, motus est facilis, siquidem in eos, qui superne ferũtur deorsum, à cerebro neruus manifesto inseritur: in obliquos vero, à spinali medulla colli ex septima cõiugatione, ꝙ & ipsa exortum habeat obliquum: Reliqui vero prædicti sex musculi neutrinque poterãt neruum recipere: nam, ceu recti secundum laryngis longitudinem à partibus inferioribus sursum tendãt, obliquis neruis omnino non eguerunt: secundum rectitudinem vero à corde quidem non habuerũt, sed à cerebro, per viam sibi contrariam accedẽtes. Periculum igitur sanè haud paruum fuit, ne antedicti musculi soli neruis carerent sensum ac motum sibi suppeditaturis. Quánam igitur arte ac machina natura id correxerit, non prius equidem exponere vellem, quàm Asclepiadem & Epicurũ interrogassem, quo pacto, si ipsi loco naturæ animalium opificis fuissent, prędictis musculis neruos indidissent. Soleo enim non nunquam ita facere, concedere q; eis ad deliberandum non dies modo sed menses etiam, quot ipsi postularint: verum, cum facere id in scribendo non liceat, G neque illorum sapientiam naturæ imperitiæ atq; inertiæ comparare, ostendere q;, quo pacto natura (quam ipsi ceu inertem calumniantur) tanto ipsorum sapiẽtiam superat ingenio, vt ne operum quidem eius solertiam possint assequi, eã artem mihi necesse erit exponere, qua vsa neruos ac motus propositis hoc sermone musculis impertiuit. Sed, quo clarior sit oratio, exponamus prius, oportet, qualisnam sit is motus, quem metalepticum .i. transumptiuum nominant, quo in machinis vtuntur plurimi, tum architecti, qui mechanici dicũtur, tum medici, qui organici nuncupantur: tali enim quodam motu natura ante artes ipsas vsa, musculis actionem conciliauit. Verisimile porrò est, vt quispiam eorum, qui hoc opus lecturi sunt, huius trãsumptiui motus rationem iam teneat, eoque cunctantem orationem grauiter ferat, quippe festinans ad naturæ artificium discẽdum, quo vsa neruos ad præsentia opportunos comparauit: at sanè non vni, vel duobus, vel tribus, vel quatuor, vel certis omnino quibusdam hominibus dilucida esse studet oratio, sed omnes deinceps, qui in ea versaturi sunt, docere cupit. Ob multos igitur, qui, qualisnam sit motus iste transumptiuus, ignorant, necesse est, vt pauci illi parumper expectent, mihi q; concedant, vt ipsius ideam in illa explicem machina, quæ in promptu est, plurimis q; medicorum est cognita, illa, inquam, quæ ab ipsis glossocomion appellatur. Prælonga siquidem est, vt & alia, vt H totum hominis crus comprehendat: id quod in coxis & tibijs fractis sæpenumero facere consueuerunt. Pręcipua vero machinæ glossocomio hęc insunt: in ima parte axis quidam, ad quem vinculorum fines, qui membro circumijciuntur, perueniunt: in ipsa autem machina rotulæ insunt complures, quarum singulis, cum tempus postulat, interdum vti cõuenit: machinæ fabrica hæc est. Membrum igitur vbi diligenter circumligauerint, quo modo peritis hac in re facere mos est, vtrinque duos laqueos fracturæ inijciunt, vnum in superiori parte membri, alterum in inferiori. Porrò aptissimus ad hanc rem est laqueus ὁ ἐκ δυοῖν ἀγκυλῶν .i. qui duabus appendicibus cõstat, hoc est enim ipsi nomen antiquum: non nulli autem lupum appellant, ceu quatuor crura hoc laqueo habente. Pręstiterit sanè duo in dextris membri partibus, et duo in sinistris faciendo, ex inferiori quidem laqueo crura deorsum ad axem ĩmediate ducere, axi q; ea accurate circumijcere, quo fractum membrum inferius trahatur: ex superiori autem laqueo {crura sursum in oppositam axi partem agere:} (laqueum enim hunc, opinor, in contraria priori membrum distendere oportet) ducunt {si} quidẽ crura laquei sursum necessario, traijciunt autem extra, inijciunt aũt rotulis, inde q; deorsum deducendo axi circũijciunt: eo q; modo contingit, vt fines vtrorũq; laqueorum axem communem habẽtes, iustam fracti ossis distensionem efficiant: tendunt enim

vtriq;

A vtriq; similiter ac remittuntur, pro ipsius axis circũactionis modo moderati. Tẽsionem quidem crura laquei inferioris habent simplicem, superioris vero duplicem: ceu inferiori quidem latione rectam viam faciẽte, superiori autem δίαυλον quendam hoc est reciprocum cursum, flectẽte. Hunc δίαυλον natura prima omnium neruis, qui superne à cerebro per collum feruntur, excogitauit, transumptiuũ quẽdam motum dictis musculis comparãs. Oportebat enim eos vel à spinali medulla colli, vel ab ipso cerebro, neruum accipere: at, qui ex collo proficiscebatur, quia obliquus erat futurus, maxime quidem fuit repudiãdus: eligẽdus aũt ex superno principio, qui esset cõmodior. Cum autem duplex is sit, vnus quidem exacte rectus, quem sextæ neruorum coniugationi Marinus annumerat, alter non rectus è septima neruorũ coniugatione, inutilis quidem musculis rectis hic septimus penitus erat: sextus vero, quantum quidem ad rectam lationem spectat, accommodus, quia vero ex oppositis locis venit, nõ modo inutilis est, verum etiam noxius: nam latione tali præditus, si, de quibus nunc agimus, musculis insereretur, supra quidem, caput eorum constituisset, finem vero infra, cuius contrarium fieri oportere mõstrauimus. Attentiorem igitur te iam mihi præbeas, q̃ si Eleusinijs, aut Samothracijs, vel id genus alijs sacris initiareris, & admirabundus ob ea, quę à sacerdotibus fiunt ac dicuntur, astares: cogites q; sacra hæc nul

B la in re illis esse inferiora, neq; minus Conditoris animalium potentiam, vel sapientiam, vel prouidentiam, vel virtutem indicare posse. Attende, inquam, mihi ob eam potissimũ causam, q ego primus omnium sacra hæc, quæ nunc in manibus sunt, inueni: quandoquidem nemo anatomicorum, neq; horum neruorum aliquem, neq; eorum quicq̃, quę in laryngis constructione superius dicta fuerũt, perceperat: quæ causa sanè fuit, cur in plerisq; partium actionibus q̃ plurimum aberrauerint, neq; earum vsus partem decimã attigerint. Conuersus igitur & tu, si minus antea, at nunc saltem ad honestius, dignus q; dicendorum auditor factus, percipe sermonem admirabilia naturæ mysteria exponentem. A cerebro posteriori neruorum productio, recta per totum collum, ab vtraq; asperæ arteriæ parte descendit, cui parua quædam alia accedit. Ab hac productione & reliqui laryngis musculi præter hos sex, de quibus disserere instituimus, & quidam alij, qui in collo sunt recti, distributiones accipiunt, alij quidẽ maiores, alij vero minores. Nam, cum sexta hęc neruorum cõiugatio sit maxima, etsi in prædictos musculos multas mittit propagines, non parua tamen collum totum prętergressa, in thoracem incidit: ac statim quidem primam neruorum coniugationem producit ad thoracem ipsum & ad radicem costarum pertinentem: alias autem vltra has, multas producit, partim ad cor, partim ad pulmonem, partim ad stomachum ve

C nientes. Si vero & eas ipsius distributiones, quas inferius progressa dispartitur ad ventrem, ad hepar, ad lienem, & ad renes, percurrero vniuersas, quas ipsa tanq̃ vir quidam maxime munificus, particulis oĩbus elargitur, admiraturũ te arbitror, quo pacto nulla ex ea propago ad laryngis musculos sex distribuatur, quãuis dum per collum fertur, propter ipsos iter faciat, ac quibusdã ipsius musculis neruum quendam præbeat: verum antea monstrauimus non oportuisse eos in ipsa ad inferna delatione neruum recipere. Porrò, q opifex illorum sex musculorum non fuit oblitus, sed à magnis illis neruis, qui præterlapsi sunt, portionem eis tantam, quanta sat erat ad sensum & motum his musculis suppeditandum, distribuit, nunc tibi breuiter explicabo. Attende vero diligenter huic sermoni, qui rem verbis fermè inexplicabilem & vix ostensionis capacem tibi conat̃ explicare. Ignosces autem non nihil etiam prioribus anatomicis, si tam difficulter apparens spectaculum, eorum visum effugerit. Dum.n. nerui hi p thoracẽ ferunt̃, propago quædam vtrinq; enata, per eandem reuertitur viam, qua prius descenderat, ceu δίαυλον quẽdam id est cursum reciprocum, peragens. Reuoca, quæso, in memoriam motum transumptiuum, de quo haud ita pridem sumus locuti: recordare quoq; cursorum cursum reciprocum percurrentium: nam vtrisq; motus neruorum similis est: Trãsumptiuo quidem motui, qm̃ principio eorum ad cerebrum ap

D penso, quando ratio vult tanq̃ habenis quibusdã musculos laryngis intendere, motus, qui à principio proficiscitur, è superiori loco per totum collum fertur deorsum ad multã vsq; thoracis partem, inde q; rursus sursum redit vsq; ad laryngẽ, vbi neruis in prædictos musculos insertis, quasi à manibus quibusdam singuli hi sex musculi deorsum trahũtur. Quemadmodũ igitur in ea machina, quam fractis membris adhibemus, motus initium, quòd à nostris manibus circũ axem fit, laquei crura vsq; ad rotulas trahit, & ab illis rursus ad partem tibiæ, quæ tenditur, motus è superiori loco deorsum peruenit, ad eundem modũ in neruis laryngis euenit: est quidem vt axis, qui principium motus habet, neruorum à cerebro productio: vt rotula vero, pars illa thoracis, vnde nerui incipiunt reuerti. Reciproco aũt cursui lationẽ eorũ assimilans non rotulã dices partem illam, sed quam metam (Gręce καμπτῆρα) nominãt, circa quam, qui reciprocum cursum currũt, in orbem se flectentes rursus feruntur retrorsum per idem iter, quod prius confecerant. Hæc est {tertia} causa, propter quam non prius neruus reuertitur, quanq̃ iter longum per totum collum & thoracis adhuc partẽ non mediocrem emetiatur, quia nihil habebat hæc particula, quod velut metæ cuiusdam aut rotulæ vsum sibi præberet. Firmum enim esse id oportebat atq; lęue, quo sibi ipsi ac neruo tutum præberet supergressum: erat aũt nihil aliud intermediũ eiuscemodi, præterq̃ ipsius clauiculę aut primæ costæ os, cui membranosa tunica circũiecta, neruum licebat velut per

rotulam quandam per ossium deuexitatem duci: sed ita iaceret sub cuti extra prominens, faci- E le q; à quauis iniuria læderetur. Neq; tñ sine flexu tutum erat à magno neruo paruū neruum ad laryngem ita perducere: oīno enim rumperet̄ hic, nisi circū aliquid volueretur. Si igitur circun- uolui quidē erat necesse, nihil autem habebat eiusmodi ante, quàm prope cor accessisset, iure na- turam non piguit neruum longissime deducere, etiam si rursus iter longum manebat per quod reducere ipsum esset necesse. Neque enim ex hoc ipso neruus imbecillior efficiebatur: quin po- tius contra in primis quidem productionibus nerui omnes sunt molles et cerebro ipsi assimiles: progredientes vero, magis magis q; se ipsis efficiuntur duriores. Itaq; nerui hi robur nō medio- cre ex itineris longitudine sunt adepti, tantum paulo minus iter, dum superne post reflexionem reuertuntur, emensi, quanto deducti ante deorsum fuerant.

De Meta, vnde Nerui ad Laryngem reflectuntur. CAP. 15.

TEmpestiuum sanè iam fuerit indicare admirabilem hanc neruorum laryngis siue rotulam, siue metam, siue limitem, vnde cursus reflectitur, oporteat nominare: neq; enim nominum venustatem consectari nunc statuimus, neq; in rebus nihili ac futilibus tempus terere, cum tātam ac talem in naturæ operibus reperiam pulchritudinem. Sunt quidem certe hoc in loco venæ & arteriæ magnę, quæ à corde sursum ad collum feruntur, quarum aliæ quidem rectam habent po- F sitionem, aliæ vero obliquam, nullę autem transuersam, cuiusmodi nerui hi ad reflectendum sese postulabant. Nam, quod ad rectam attinet, haudquaq̄ nerui, qui superne deorsum feruntur, flecti circum ipsas poterāt, ceu ex aduerso occurrentes: circa obliquā autem obuolui quidē vtcunq; ali quid poterit, sed lubricum id admodum atq; instabile erit, præsertim quādo id, quod obliquū est, multum quidem à situ transuerso dissidet, accedit aūt propemodū ad rectum. Equidē ne lauda- re quidem satis pro merito possum eius sapientiā ac potentiā, qui aīalia fabricatus est: nā eiusmo- di opera nō laudibus modo, verūetiam hymnis, sunt maiora, quæ prius, q̄ inspexissemus quidē, fieri non posse persuasum habebamus: cōspicati vero falsos nos opinione fuisse comperimus, po tissimū quando sine magno negocio atq; apparatu Conditor nostri vno vsus instrumento, eo q; perexiguo, inculpatum prorsus ac perfectum opus effecerit, vt in horum neruorum flexione vi- dere est: in qua naturam nō piguit Sinistrum quidem longissime productum circum maximam arteriam obuoluere ea potissimum parte, qua primum à corde emergēs sese ad spinam inflectit: quo loco omnia certe, quæ requirebat, habiturus erat, positionem transuersam flexionem q; & læuem et orbicularem, metam demum validissimam ac tutissimam: Dextrum vero, cum nullum haberet in ea thoracis parte, per quam fertur, ascensum similem, eádem natura coacta fuit circum G eius partis arteriam quidem obuoluere, quæ obliqua à corde sursum ad dextram axillam fertur. Sed, quanto flexio hæc deterior fuit, q̄ transuersa, tanto eam partim multitudine productionum nerui in vtranq; partem, partim etiam ligamentorum robore correxit: quos.n. in dextras thora- cis partes neruos erat productura, eo in loco maxime simul q; produxit, & recipientibus eos in- strumentis inseruit, neruum propaginibus quasi radicibus in terram defixis stabiliens. Medium itaq; radicum omnium illum laryngis neruum statuit, vt ab eis vtrinq; stipetur: & per ligamenta membranosa ipsi arteriæ ac vicinis corporibus connexuit, vt, quoad fieri potest, ab omnibus cir- cumseptus tutam faciat circa dorsum arteriæ flexionem, velut circum rotulæ orbem quendā in- uolutus. Cum vero statim post flexionem hi nerui vehementer attollātur, magnus neruus velut manum quandam propaginem suam porrigens, sese per illam trahit sursum, & in sublime tollit: inde autem vtriq; ferūtur sursum ad caput tracheæ arteriæ, idem iter, quod prius, conficiētes, sed nulli amplius musculo ne minimam quidem sui portionem distribuentes, quod nullum aliud motionis principium ex partibus inferioribus necesse erat musculum accipere: sed eorum vterq; plane ac iuste in laryngis musculos suę partis est dispersus: qui dextra quidē est parte, in tres suæ partis: qui aūt sinistra, in reliquos tres: ambo vero, in sex, à quibus aperiri ac claudi larynga con- H tingit: quorum sex actionem in primis (vt probauimus) ij duo habent fortissimam, qui claudūt larynga, vt ne in spiritus quidem cohibitionibus à tot tantis q; thoracem contrahentibus muscu lis superētur. Quo factum est, vt neruorum plurimum in ipsos distribueretur, neruus q; solidus ad fines ipsorum vnus secundum vtrūq; musculum superne deorsum descendens in idem perue niret, vnde etiam quæ laryngi circunfusa sunt corpora, particulas quasdam accipiunt: reliquum vero eorum proprio musculi neruo coniunctum, ad robur ipsius ac securitatem confert.

Cur Cibi & Potus in Pulmonem non ferantur. CAP. 16.

HAudquaquā igitur mihi videris amplius admiraturus neq; requisiturus, quæ mirant̄ sanè ac requirunt, qui ante me fuerūt tum medici oēs, tum philosophi: partim quidem quo pacto, dum "bibimus, humor non in tracheam arteriā, sed in stomachū illabatur: partim aūt musculis, qui sunt ad radicem linguæ, causam huius rei tribuentes, per eos q; recurrere larynga ad epiglot- tida putantes. Nam clauso exacte adeo larynge, vt ne, qui violēter quidem à thorace exprimitur spiritus, ipsum aperiat, causam aliā requirere nullam oportebat, cur potus in pulmonem non fe- ratur. Satius autem fuerat, eos laryngis orificium conspicatos, quod (quemadmodum in cōmen tarijs, quos de voce conscripsimus, monstratum nobis est) propter ipsius epiglottidos formam

A.l.3.E.10 l. c.1.257.a

ac vtilitatem,

A ac vtilitatem, necessariam habet cauitatem, cogitare cibum & potum in eo aceruari debere, quo tempore nos trāsglutimus, vt, cum postea larynx esset patefactus, qñ videlicet inspiramus, repēte in spiritus meatum nō potio modo, sed cibus etiam incidat nisi natura prouide laryngis orificio epiglottida, velut operculum quoddam admouisset, recte quidem omni alio tēpore, quo animal respirat, stantem: cum aūt quiduis transglutit, laryngi accumbentē: ipsum.n. quod transglutitur, ceu primum ipsius radici incidēs, post aūt dorso inuectum, inclinare ipsam cogit & collabi, vt cuius substātia chartilago sit, ea q; prętenuis. Quòd, si diligētius omnem epiglottidos constructionem consideraueris, ea tibi (certo scio) videbitur admirabilis: rotunda enim est, et chartilaginea, ac magnitudine paulo maior laryngis orificio: vergit autem ad stomachum, positionē q; habet tertiæ chartilagini arytænoeidi contrariam. Quam positionem certum est ipsam nō fuisse habituram, nisi ex loco aduerso exoriretur: atq; etiā nisi esset chartilaginea, neq; aperiretur, quo tempore respiramus, neq; à cibarijs euerteretur: nā, quę iusto sunt molliora, assidue collabunt, duriora vero, contumacia euersu q; difficilia perstant: quorum neutrum inesse ipsi oportet, sed rectam quidem esse nobis inspirātibus, euerti autem trāsglutientibus. Iam vero, si hæc quidem haberet omnia, minor autem esset meatu laryngis, nihil ex ipsius collapsu assequeremur: quemadmodū B neq;, si multo maior, nam eo quidem modo stomachum obstrueret. Quo autem modo à cibarijs epiglottis in laryngis meatum compellitur, ita ab ijs, quæ euomuntur, chartilago arytænoeides: vergit enim & illa in laryngis capacitatem: quo fit, vt impetus eorum, quæ sursum ex stomacho feruntur, dorso ipsius incidens, totam chartilaginem facile in locum cedentem euertat.

De Arytænoeide chartilagine, ac Glandibus Laryngis. CAP. 17.

CVius constructio hic rursus tibi est expendenda similiter, atq; paulo ante in epiglottide expendisti. Nā, nisi magnitudo eius esset tanta, quāta nunc est, nisi etiam figura esset talis atq; ex tali substātia, nisi deniq; eam haberet positionem, quam nunc habet, perspicuum est, ꝙ vomētibus nobis non pauca in asperam arteriam deferrentur, ad laryngis cauitatem aceruata: nunc autem natura duo hic admirabilia laryngis opercula comparauit, quæ ab his ipsis clauduntur, quæ illabi prohibētur, simile quiddam hic quoq; machinata ei, quod ante in membranis, quæ sunt ad cordis orificia, memorauimus. Nam, quemadmodum in illis admonuimus huiusmodi mēbranarum productionem à natura fuisse factam, non quo nihil prorsus aliqñ incideret cōtrarijs orificijs, sed ne multū ne've simul ac subito, sic etiam meminisse hic oportet eorum, quæ in libris de placitis Hippocratis & Platonis monstrauimus, ꝙ scilicet potionis exiguum quiddā in asperam C arteriam deferatur, in orbem circum eius tunicas expressum, non per mediam capacitatem iter faciens: quod q; humoris istius ea est copia, quę repente à pulmone arripiatur, quę q; ipsum totum madefaciat. Quin & glandulæ ipsæ, quæ laryngi adiacent, idem ipsum indicant: quas semper, q̄; alias glandulas, reperias laxiores ac fungosiores: quas q; inter omnes propemodum anatomicos conuenit in eum vsum à natura fuisse factas, vt partes oēs, quæ tum ad laryngem tum ad pharyngem attinent, humore perfunderent. Quapropter mirum videri debet, si has quidem, vt partes illas humectent, construxit: † operculum autem viæ in pulmonem exquisite clausit: nam, quæ dicta iam sunt omnia, magno quidem sunt testimonio cibos in laryngis meatum labi non posse: ne vero humoris minimum influat, haudquaq̄ satis probant. Hęc igitur alibi demonstrata, memoriæ causa attuli, quo plane, quæ memorata sunt, intelligeremus.

*AP. pharyngis

† Al. potionē aūt ne prorsus in p[illegible] nonem ing[illegible]eretur, exilusit.

Cur Stomachus non arctetur, dum cibos transglutimus. CAP. 18.

AD reliquas vero vtilitates eorum, quę in larynge apparēt & fiunt, rursus reuertamur. Antea sanè dicebamus vinculum mēbranosum, quod partes chartilaginū sigmoeides opplet, cōmunionem præbere stomachi ac tracheę arterię meatui: quod q; etiam, si ea parte rotunda ac circularis esset aspera arteria, iter cibariorum coarctaret. Hęc igitur coarctatio stomacho accidat, D necesse est secus larynga vndiquaq; chartilaginosum: sed qui fit, vt nō arctetur stomachus nobis cibos transglutientibus? Certe fieri admodum aliter non potest, q̄; si deorsum quidem ipse trahatur, larynx vero sursum recurrat: commutatur enim eo casu positio eorum, vt stomachi quidē initium ad asperam sit arteriam, larynx vero sursum ad fauces recurrat.

De Osse Hyoide. CAP. 19.

A.l. 1.f. 1.d. 5. [illegible]u.1.c. 1. 10. f. Et sum.2.c.13. 18.b

HÆc igitur oīa mirabiliter à natura sunt facta: quibus accedit os id, quod ὑοειδὲς appellatur: nā, q̄uis sit minimū, maximas tñ atq; opportunas p̄bet vtilitates. Siquidē musculorum linguę bona pars ex hoc osse habet originē: atq; adeo musculorū laryngis anterior cōiugatio, de q̄bus antea disseruimus: alij q; nō nulli, qui ad omoplatas ferunt angusti ac longi: p̄terea robustus alius geminus, qui ad os pectoris defertur: postea alij duo musculi obliqui, ad genā pertinētes: & reliqui valde parui, qui sunt ad radices propaginum, quos quidā gallorū gallinaceorū calcaribus, alij vero stilorum cuspidibus assimilant, nūcupant q; barbare à columnæ forma στυλοειδεῖς, licet autem cuiuis eos à graphij vel acus figura γραφιοειδεῖς & βελονοειδεῖς appellare. Hi igit musculi, quos vltimo numerauimus, & q adhuc ante hos sunt, p quos hyoeides genæ inferiori cōnectitur, proprij sunt huius particulæ, mouent q; eam obliquis motibus sibi oppositis, quasi in partes contrarias, distermināntes: Aliorū vero nullus est proprius ipsius hyoeideos, sed, qui in linguam

quidem ab eo inferuntur, linguæ gratia extiterunt: quibus oppositus simul est is, quē duplicem E ad os pectoris ptinere diximus, vt deorsum hyoeides detrahat, si forte tum à superioribus musculis violētius sursum trahat, tum à chartilagine scutiformi: simul propugnaculum est, quemadmodum & ipsum os hyoeides: huc adde, q̄ et tracheam arteriam adstringit ac dirigit. Quin etiam & qui ad omoplatas feruntur musculi, motum ipsorum versus collum efficiunt. Inuectū vero gibbis ipsius laryngis hoc os, multis q̄ musculis, quos dixi, in partes multas diuisum, ab illis ipsis cōmunitur, natura (quæ in omnibus est iusta) musculos oppositos sibi ipsis æquipollētes efficiēte. Sed, qm̄ horū musculorū aliquis abscindi aut resolui poterat, et maxime eorū, qui parte anteriore laryngis sunt collocati, periculum q̄ erat in eiusmodi affectionibus, ne ad fortem ipse musculum concederet, à medio q̄ laryngis loco deuolueret, atq̄ ad obliquum plurimum circumageretur, satius esse putauit non solis musculis æquabilitatem & velut æquilibrium ipsius committere, sed fortia quædam ligamenta construere, non obiter, sed ob id solum, vt actuosum, nō paruum afferrent commodum. Horum tñ gratia, ligamentorum generatione non videtur mihi fuisse contēta in duobus hyoeideos lateribus, sed alia chartilaginosa ,pduxisse ac rotunda, ea q̄ vtriq̄ lateri infe ruisse. Connectitur aūt nihilo minus per membranas quasdam, †non modo ad laryngem, ac epiglottidem, verumetiā ad stomachum: à quibus mox ipsi stabilimentū quoddam accedit, annexū F ad caput quibusdā osseum magis, alijs autem chartilaginosum, musculorū ab eo exoriētium analogia cōparatum.} Quę igitur tum ad laryngem tum tracheam arteriā pertinent, sic se habent.

†Ex ātiqs cod. gręcis ita vertēdū. tum ad laryngē, tum ad epiglottidem: multisq; etiā aīalibus p̄ musculos non ad epiglottidē solū, verum ēt ad stomachum, ī quibus mox ipsi stabilimenta q̄dā sunt, cōnexa ad caput, q-busdam ossea magis, alijs aūt chartilaginosa ob musculorū ab eo exorientiū magnitudinem facta.

De Thorace. *CAP. 20.*

DE thorace aūt dicendum deinceps nobis est, repetitis hic quoq̄ prius ijs, quæ in cōmentarijs, quos de causis respiratiōis edidimus, obiter ostēdimus. Postea enim, q̄ totius instrumēti actio fuerit cognita (quemadmodum etiam statim initio totius operis admonuimus) ita demū particularum, quę ipsis insunt instrumētis, vtilitates exponere semper conuenit: oēs enim vnum habent constructionis scopum, totius scilicet instrumenti actionem. Ex quo perspicuum est eos errare toto cœlo, qui sperant se aliquid, quod ad eam rem pertineat, in particularū vtilitatibus inuenisse prius, q̄ instrumētorum actionem ad vnguem didicerint. Mōstrata sanè in illis sunt multa & admiranda naturę in thoracis actione artificia: nam & in inspirationibus, partium eius alias quidem sursum ferri, alias vero deorsum: & rursus in expirationibus, quę prius deorsum ferebātur, contra sursum tendere: quæ vero ante sursum ferebantur, nunc in suam pristinā sedem reuerti. Mōstratum præterea est multa esse thoraci motus principia: respirationem q̄ aliam esse liberā ac vi omni carere, aliam aūt violentam: & vtriusq̄ ,pprios esse musculos. Post horum autē actio- G nes, ipsas quoq̄ vtilitates mōstrauimus: quarum iā ipsa duntaxat capita referam. Musculis, "qui inter costas sunt, non, quo modo cæteris oībus musculis, fibræ insunt s̄m longitudinem, sed contra ab vna costa ad aliam perueniunt, non tamen ita simpliciter, vt prioribus anatomicis videtur, sed cum parua ad obliquum declinatione: neq̄ etiam vniformes sunt, vt, qui hæc quoq̄ ignorāt, arbitrantur. Videre.n.est fibras internas contrarium externis habere situm: quemadmodū certe & in osse pectoris eas, qui in partibus costarum sunt chartilaginosis, contrarias esse ijs, quæ in ossis sunt vsq̄ ad vertebras: quas nemo maiorum nostrorum animaduertit, nedum huius rei vtilitatem. Exposuimus autem eodem opere huius quoq̄ rei vtilitatem, & præterea articulorū, qui costis insunt. Diximus etiam nihilo minus & de chartilaginosis ipsarum partibus, cur tales sint, quem'ue motum habeāt (pertinet enim huius quoq̄ rei speculatio ad vniuersam thoracis actionem,) atq̄ etiam neruos omnes, à quibus musculi mouentur, recensuimus, ostēdentes statim totius disputationis initio, nō fuisse melius eos aliunde habere principia. Differemus autem rursus quoq̄ de omnibus neruis vnà cum arterijs ac venis, libro decimosexto.

A. l. 1. f. 1. d. 5. fu. 2. c. 16. 18. e

De Septo transuerso, ac de Thoracis firmitate. *CAP. 21.*

CÆterum de ijs thoracis particulis, quæ haud ipsę quidem habent actionem, sed alijs habēti- H bus subseruiunt, deinceps tractabimus. Propria quidē septi transuersi substantia musculus est: tunicę vero ipsi duæ sunt, inferior quidem peritonæi tunicæ summitas, superior vero basis tunicæ costas succingentis. Subtenditur enim hæc toti interno thoracis sinui: quæ, qua parte quidem costarum ossa subungit, propugnaculi vicē præbet pulmoni, ne, dum ipse respirāte animali se pādit, nudis ossibus incidat: qua vero parte sunt, quę μεσοπλεύρια id est partes inter costas medias vocant, ibi musculorum, qui illic sunt, ac vasorum gratia cōparata, musculis quidem tunicā, qualem phrenibus, vasis vero vehiculū quoddā ac veluti stabilimentū prębet. Porrò ipsius diaphragmatis obliquitatem antea quidem hoc ipso opere monstrauimus siccarū supfluitatum excretioni conferre: in commentarijs vero de respiratione, q̄ ad hanc quoq̄ maximum habet momentum, declarauimus. Cur aūt phrenes à summis nothis costis non oriātur, sed earum portio quædam velut vallum ad hypochondrion transcendat, quā sepi assimilant, vtilitatē iam repperimus: munit siquidē vallū hoc tū venas, tum hepar, tum aūt, quæ illic sunt, alia pleraq̄. Sed quam ob causam chartilago multa costarum notharū vnicuiq̄ extremitati est circūfusa? an quo tutiores essent ab iniurijs primum ac potissimum hæ ipsæ costæ, tum per eas corpora subiecta? nam contusa chartilago minime cōminuitur aut frāgitur: vnde satius fuit partes ossiū prominētiores

ex tali

A ex tali esse substantia. Ob eam igitur caussam et ad partem ossis pectoris vltimã chartilago (quam ab ensis similitudine ξιφοειδῆ appellant) adhærescit: quam certum est propugnaculum esse oris ventriculi, & partis septi transuersi, quæ illic est, iam autẽ & cordis. Cur vero ipsarum costarum septem quidem ad os pectoris, quinque aũt ad diaphragma declinãt, vniuersa aũt duodecim extiterint, tum dicemus, qñ de vertebris dorsi agemus. Porrò, ipsum os pectoris cur quidẽ ex multis ossibus factũ sit, in memoriam redi eius, quod de summa manu initio secũdi horum cõmentariorum conscripsimus: cur aũt ex septem numero, costæ ipsi coarticulatæ, sunt causa, nam singulis ipsis, singula pectoris ossa respondent. Iam vero quid aliud, nisi admirabile in primis hoc opus naturæ est, ꝙ scilicet neq; osseum totum neq; carnosum thoracem effecerit, sed os & musculum vicissim posuerit, tametsi totum quidem epigastrion ex musculis, cranion autẽ osseũ factum est? Quapropter hoc non obiter est considerandũ, ꝙ cum tria essent principia, quę animal ipsum administrant, os quidem immobile sine musculis primo principio circũiecit: solos autẽ musculos tertio elargita est: at medio inter vtrosq; posito, et ossa & musculos. Cerebrũ nanq; in nullos vsus musculis indiguit, ipsum.n. in oĩbus aĩalibus, motus voluntarij alijs partibus est principium: quo fit, vt cranion immobile, quasi murus, ipsi iure sit circũdatum. Quòd, si hepati aut ventriculo se-

B ptum eius generis aliquod in orbẽ fuisset circũfusum, vbi cibus & potus exciperet? vbi fœtuum moles reconderẽt? quo deniq; excernerent superflua, si nullus eis pręesset musculus? Quòd aũt ad thoracem attinet, motum penitus amisisset, si ex solis ossibus factus fuisset: sin vero contra ex musculis solis, incideret pulmoni & cordi, nemine eos expellẽte: vt igitur simul quidem capacitas quędam intus esset, simul aũt totũ instrumẽtum moueret, musculi ossibus alternatim fuerunt interpositi. Quæ etiam res ad cordis ac pulmonis securitatem momentum habet non mediocre: magis enim nunc muniuntur, q̃ si soli musculi facti fuissent. Quòd aũt ossium quodq; nõ fuerit ociosum, sed vtrinq; quo facile per ea totus thorax moueatur, articulũ habeat, quo pacto non id prouidẽtiam indicat? At forte quærat aliquis, quid tandem obfuisset, si venter ita habuisset? nã, si thorax ei fuisset circũdatus, cuiusmodi cordi etiam est circũiectus, penitus similiter & contrahendo & extẽdendo conseruaretur, maiorq; securitas ei accederet. Hac dubitatione detentus docendus est fieri non potuisse, vt venter plurimũ dilataretur ac cõprimeretur, si extrinsecus ossa ei apposita fuissent. Nam, si ita fuisset, primum neq; fœminę concipere, deinde ne semel quidem ad saturitatẽ comedere homines possent, sed vt respiratione continua, sic esu assiduo indigerent: at illa quidẽ indigere non est adeo absurdum, animali præsertim in aere degẽti: cibis vero si simili-

C ter egeremus, vita nostra à musis ac philosophia esset admodũ aliena, & pulcherrimis rebus non vacaret. Atq; vt hoc quoq; cæteris adijciam, quem ex respiratione fructum percipimus, is diuturnus esse non potest: at cibo ac potu semel impleti diẽ integrũ ac noctẽ sine molestia perduramus, vt eo nomine admiranda etiam fuerit natura. Mihi hæc ad thoracis particularum expositionem in præsentia satis esse videntur: ꝙ, siquid exiguum à nobis sit prætermissum, ex ijs, quæ memorauimus, facile colligitur, siquis opus de respiratione tantum accurate legat.

De Mammillarum Vsu. *CAP. 22.*

CVm autem thoraci mammæ adhereant, earum vbi meminerimus, tum librum hunc, qui in manibus est, concludemus. Postea igitur, q̃ lac vtilis alimenti est superfluum, iure optimo quibus animantibus in cornua ad dẽtium magnitudinem, iubam, et si quid aliud eiusdem generis est, in partibus superioribus copia superfluorum absumebatur, in his quidem ad thoracẽ non poterat aliud aceruari vtile excrementum. Vnde ad ventrem eorum natura mammas ex thorace deduxit: quibusdam autem ad imas adeo totius ventris partes depressit, vt posterioribus cruribus sint proximæ. Ad hæc, ijs quidem animalibus, quæ vno partu numerosam prolẽ edunt, multas: ijs autẽ, quæ haud talia sunt, binas effecit. Porrò, quibus animalibus in partibus supernis su-

D perflui nihil absumitur, his in pectore ipsas collocauit: &, si vnum aut duo concipiant, duas: sin vero plura, duas quidem in pectore, alias vero inferius adhibet. In hoĩe vero (hunc enim exponere nobis iam est propositum) mammę pectori merito inhęrent: primum, ꝙ locus hic ipsis omnium est aptissimus, si aliud nihil vetat: tum aũt, ꝙ, cum cor ossi pectoris subijciatur, tegmentum quoddam hoc ipsi accedit ex mãmis vtrinq; ipsi appositis: postremo, ꝙ eo in loco copiosissimũ benigni alimenti supfluum in hominibus potest colligi. Monstrandũ in primis sanè est ex ijs, quod primo loco diximus, ꝙ.s. locus hic mammarum generationi est aptissimus. Nam, si lactis causa extiterunt, eam q̃; primam ac maximam animalibus prębent vtilitatem, lac autem est cibus exacte confectus, in eo potissimũ loco constituere eas conueniebat, vbi facillime simul & citissime lactis copia perfecte elaborati potest consistere. Nã quis locus alius magis insito animãtibus calore (cuius cor est fons) frui queat, q̃ is, q in hoĩbus mãmis est destinatus? aut quæ pars alia magis, q̃ mãmę, sanguinem in venis atq; arterijs prius confectum recipit? An non vides, ꝙ, cum natura posset ex vena maxima, quæ sursum ab hepate per phrenas fertur (quam cauam nominant) productionẽ aliquam ad mãmas ducere, id non fecit, tametsi ea prope mãmas esset? sed prius sursum ad cor duxit, & per totũ thoracẽ traduxit: post aũt, cum iam prope claues peruenisset, illinc duas venarum cõmemorabilium, duas etiam cum eis arteriarũ productas propagines, quatuor

a.l.1.f.1.d.5. u.1.c.16.14.a

a.l.1.f.1.d.5. u.1.c.14.13.g

a.l.3.f.12.t.1. .1282.d

simul eas infra per totũ pectus deduxit: eo q́3 modo binas demum vtriq́3 mãmillę inseruit, in tam E longo isto itinere id modo agens: vt plurimũ in vasis sanguis esset pcoctus: qui, cum fertur sursum, p cor sanè iter facit, rursus q́3 deorsum tendẽs occurrit, exagitatur q́3 semper quidem à motu ipsius thoracis, & in his eiusmodi vagationibus incalescit, parti motu perpetuo præditæ immoratus: quæ oĩa ad perfectam coctionẽ ipsi conferunt. Quo modo igiť hæc non est optima ac maxime propria mammis positio? Quo pacto aũt non hoc etiam oĩum naturæ operum in primis est admirabile, quæ instrumentorum quodq́3 ad vsum aliquem aĩali ipsi comparatum, mox ad aliud quippiam vtile, quę ipsius est solertia, efficit? Nam qd vtilius aut quid iustius, si, cum mãmæ tantos fructus ex corde percipiant, quã ipsę solam cordi possunt referre gratiam, eam quanq́3 exiguã ipsi referũt? tegere aũt id possunt extrinsecus, natura.n. ipsarum est glãdulosa, crassis indumentis non dissimilis. Quare tũ quasi ꝓpugnaculũ quoddã ac tegmentũ cordis sunt, tum aũt ipsum recalefaciunt nõ aliter, q̃ operimẽta alia, quæ nobis ipsis extrinsecus inijcimus: vt.n. ea frigida corpori circũposita, deinde ab ipso calefacta, paulo post recalefaciũt, ad eundẽ modũ mãmarum substãtia glãdulosa operimentũ simul cordi est, calefacta q́3 ab eo ipsum recalefacit. At in mulieribus in magnã molem extuberãtes, duo hæc cõmoda magis, q̃ in viris, cordi suggerũt: qbus accedit, ꝙ ẽt subiecta ad hypochondrion viscera eędem in mulieribus mãmæ iuuant, q̃ in eis quidẽ minus F sunt calida, mõstratum.n. est fœminam oẽm mare esse frigidiorẽ: atq́3 ẽt (quod tertium erat eorũ, quę diximus) qa neq́3 in crines, neq́3 in dentes, aut cornua, neq́3 in aliud quicq́3 eius generis, superioris thoracis alimentũ consumebať, futurum erat, vt mulieribus certe plurimũ abũdaret: quę ẽt causa est, cur in hoĩe mãmæ optimam positionẽ habeãt in plerisq́3 tñ animalibus metuẽs natura, necubi alimẽti inopia laborarent, eas necessario ad hypogastrion trãstulit. Præterea animaduertebat in illis aĩalibus cor ipsum minus indigere illa ex mãmis cõmoditate: non enim, vt homo, stãt duobus cruribus erecta, sed prona oĩa ambulãt similiter, ac aĩalia reptilia: quod sanè etiã, dum de cruribus ageremus, monstrauimus. Ob eam igiť causam ipsorum tũ spinę tum corpora oĩa spinę vicina externis iniurijs sunt opposita, à qbus partes ijs cõtrarię, quę ad pectus videlicet ac ventrẽ pertinẽt, cõmuniuntur. Atq́3 ẽt, quibus aĩalibus mãmæ in pectore sunt, seruanť & in masculis: quibus vero in ventre solũ insunt, non adhuc seruanť, nisi partus similitudinẽ corporis cum matre potius, q̃ cum patre obtineat: id quod ẽt Aristoteles in equis obseruauit. Cur aũt magnopere mãmę in masculis non attollanť, quemadmodũ in fœmellis, physica quęstio est, quare nũc de ea non est dicendi locus, sed ꝙ, quemadmodum alia oĩa, ita hoc ẽt prouide à natura fuit cõparatum, præsentis est instituti cõmemorare. Dicetur autem de his oĩbus postea, qñ de partibus genitali- G bus agemus: nunc vero, qm̃ de spiritus instrumentis sermo nobis institutus fuerat, in qbus certe thorax & cor erãt, ob id & mãmillarũ meminimus, vt q̃ incũbunt thoraci & cor contegunt. Postea autem dicere de ijs nobis erit necesse cum alijs partibus, quas proprie muliebres appellant.

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBER OCTAVVS

ARGVMENTVM LIBRI

De ijs, quæ ad caput pertinent, maxime vero de cerebro oratio habetur.

De Colli vsu. CAP. I.

Postea vero, q̃ explicatio partiũ, quæ tũ ad collũ, tum ad caput ptinent ante H dicta subseqtur, melius vtiq́3 fuerit ante particularẽ earum expositionẽ integris ipsis partibus insistere, ac quęrere, cuius rei gratia extiterint: id q́3 potissimũ, ꝙ multa sunt aĩalia, quorum alijs qdem neutrũ horum inest, alijs autẽ solum caput. Scarabæis enim, astacis, cancris, paguris, horum neutrũ adest: piscibus aũt oĩbus caput quidẽ inest, collũ aũt minime. Sed colli quidẽ generationem nõ difficile quis inueniat: videtur.n. semper vnà cũ pulmone interire: quã ob rem pisces oẽs, ꝙ pulmonẽ non habeãt, collo carent: cõtra aũt, quibus aĩalibus inest pulmo, his oĩno ẽt collum adest. Quod si ita est, ipsarum colli particularum cũ pulmone affinitatem perscrutati, siue ea simplex, siue plures fuerint, necessitatẽ generationis totius colli inueniemus. Sunt.n. in eo particulę, aliæ quidem, quæ nullam oĩno habent cum pulmonis substantia cõmunionem, retro quidẽ vertebræ, & quę in ipsis est medulla, tũ ligamẽta quędam ac tendones: in toto vero musculi complures, nerui, glandulæ, & ventriculi stomachus, quem οἰσοφάγον nominant: Alię vero pulmoni quidẽ sunt affines, vt arteriæ & venę: sed cũ eas à corde habeat, quid insuper collo indigebat? Reliquum igitur adhuc est asperarum arteriarum genus, collo ac pulmoni cõmune. Cum.n. vasa tria ipsum contexant, vena arteria læuis, & tertia

aspera,

A aspera, priora quidem duo totius etiam corporis sunt communia adeo, vt nullam inuenias particulam, cui non horum vtrunq; insit: asperarum vero arteriarum genus in collo & pulmone solis inest, vna quidem in collo maxima, in pulmone aũt quãplurimæ, ipsa videlicet maxima in has distributa. Porrò animalia cuncta, quibus pulmo inest, spiritum attrahunt per arteriam hanc in pulmonem, & rursus eijciunt per eandem: ad hæc ἐκφύσησις i. efflatio (quã vocis materiã esse ostẽdimus) huius est actio, neq; vox citra hanc efficitur: atq; adeo primũ ac principalissimum vocis instrumentũ (cui larynx nomen est) finis est superior asperæ arteriæ: quã vtiq; etiã pharynga nominãt, eodẽ cũ ea pharynge id est faucibus, nomĩe, quę est ante laryngẽ. Quocirca muta sunt ea animalia, quibus collum deest. Ea igitur ratione pharynx pulmoni est affinis, tãtos q; animalibus p̃stat vsus, eius q; gratia "collũ extitit. Cum enim in thorace pulmo cõtineatur, aspera q; arteria ex ipso emergat, pertineat q; necessario ad os, quæ omnia sunt inter thoracis finem & oris principiũ interiecta, illius asperæ gratia extiterunt. Cum autẽ os & thorax separata ac disiuncta à sese sint, id omne, quod est in medio, via extitit eorum, quæ tum superne deorsum, tum autem inferne sursum feruntur: superne quidem deorsum feruntur nerui, stomachus, musculi, spinalis medulla: inferne vero sursum venæ, arteriæ, & ipsa videlicet pharynx. Ac spinali quidem medullæ munimẽ

A.l. 1. f. 1. d. 5. fu. 1. c. 8. 11. c

B to sunt circumpositi spondyli: vasorum vero diuisiones glandulæ ipsæ replent: membranæ item ac ligamenta quædam muniunt simul prædicta ac colligant: commune vero omnibus operimẽtum, cutis est circũdata. Habes igitur iam collum, pharyngis causa (vt sermo superior ostẽdit) factũ: quæ vocis simul ac respirationis est instrumentum. At, quę naturę est solertia, vt vsum eius, quod propter aliud factum est, in aliam rem etiam quãpiam trãsferat, plerisq; animalibus collũ manus vtilitatẽ præbere instituit: quamobrẽ animalia, quæ alimẽtum sibi à terra ore suppeditãt, collum habent lõgitudine cruribus æquale. At homo certe, & quæ similia sunt ei animalia, collũ quidẽ propter pharyngẽ, hãc aũt vocis causa ac respirationis habuit: quare colli magnitudo ei est tãta, quãta pharyngi ad prædictas actiones erat necessaria. Oportebat aũt vtiq; & partes eas, quę ad humerum ac brachium tum autẽ cubitum & manum extremã pertinent, postremo etiam (vt postea probabimus) diaphragma, à spinali medulla colli neruos accipere: quocirca & ꝓpter horũ neruorũ generationẽ necessarium fuit in spatio inter caput & thoracem medio alios collocari spõdylos, ex quibus collum est compactum. Pisces vero, quemadmodum asperam arteriam non habent, ita & prædictis partibus carent: quapropter eis aut omnino collum non esse dixeris, aut breue omnino, ex duabus solum primis vertebris compositũ. Porrò, quemadmodum his aut par

C uum aut omnino nullũ est, ita illis animalibus est longum, quibus idem manuũ munia pręstat: mediocre autẽ, quibus, cum vocis causa esset factum, velut auctarium assumpsit eam neruorum generationem, qui in anteriora cola feruntur: inter quæ sanè homo etiam est, cuius constructionem nobis nunc exponere est propositum. At de colli quidem vtilitate abunde dictum est.

Cerebrum ob Cordis refrigerium factum non fuisse. CAP. 2.

CAput autem plurimis visum est propter cerebrũ factum fuisse, ob eam q; causam sensus omnes in se ipso cõtinere tanquam seruos quosdam & magni regis stipatores. At cãcris & alijs molli crusta intectis (quæ μαλακόστρακα Græci nominãt) caput quidẽ non inest: particula tamẽ, quæ sensuum dux est ac motus voluntarij, omnino certe illic in thorace est locata, vbi omnia ipsis insunt sensuũ instrumenta. Itaq; quod in nobis est cerebrũ, id in illis sanè animalibus erit pars ea, ad quam prædictorum quodq; refertur: aut, si nõ cerebrum, sed cor, horum omnium est principium, animalibus quidem capitis expertibus recte vtiq; sensuũ instrumenta circa pectoris ossa erunt, nempe ad propinquum cor pertinentia: alijs vero nõ recte ad cerebrum sunt aptata, sed eo magis caput frustra ijs, qui in ea sunt hæresi, factum esse videbitur, quo minus cerebri vtilitatẽ dicere queunt, aut sensus circũ ipsum collocare valent. Existimare enim caloris, qui cordi inest, gra

D tia cerebrum extitisse, vt eum scilicet refrigeret, caloris q; ac frigoris modum tẽperet, omnino est absurdum. Non enim cerebrum tam longe à corde natura locasset, sed vel omnino cordi circũdedisset, quemadmodum et pulmonem: aut in thorace saltem omnino posuisset: neq; sensuum omniũ principia in cerebro suspẽdisset. Sed, si adeo cęcutiuisset, vt illud lõge à corde collocaret, sensus q; (quod minime oportebat) in eo coaptaret, non tamẽ duobus septis firmis adeo ac densis ea diremisset, huic quidem κράνιον totum, illi aũt thoracẽ, circũponens. Aut, si hæc quoq; non vidit, collum saltẽ haudquaquã in medio vtriusq; statuisset: id q; in calidissimis animalibus, & quę vocantur καρχαρόδοντα id est dentes serratos habentia, longũ admodum: in volatilibus vero multo adhuc longius, adeo, vt cerebrum pari cum pedibus interuallo à corde distet. Simile enim est hoc dogma, ac siquis dicat calcaneum cordis causa extitisse. Ac, nequis me existimet risus gratia hæc dixisse, si rem diligenter inspexeris, citius à calcaneis ad cor refrigerium aliquod perueniat, quã à cerebro. Quę si remotius in homine quidem locata esse videantur, nõ tñ in omnibus saltẽ animalibus: neq; ẽt duobus ossium septis velut firmis muris dispescuntur: siquidẽ in solis inferioribus partibus thorax nõ est osseus, sed illic corpus membranosum ac musculosum (quod diaphragma nuncupamus) est locatũ, transmittẽdo refrigerio paratissimum. Cęterũ nihil minus frigida inuenias calcanea, q̃ cerebrum, hoc enim, etiam si aliud nihil, motus saltẽ perpetuus potest calfacere:

calfacere: vt interim omittam multitudinem ac magnitudinem venarum atque arteriarum, quæ E in ipso sunt, quibus nulla est alia calidior in corpore animalis particula: qbus etiã accedit, ꝙ duabus tegatur meningibus, post autẽ osse durissimo simul ac dẽsissimo & crassissimo (tale enim est id, quod ad basim ipsius est,) per quod necesse omnino est, vt ad cor refrigeratio pertingat, non sanè per verticem. Hęc igitur caliditatem, quæ in eo continetur, necessario augebunt, & viam refrigeranti frigiditati ad cor inuiam plane q̃ difficilem efficient. At quid refrigerationẽ cordi à cerebro pa rare erat necesse, cum respirationem videamus actionem adeo continuam ac perpetuã? quæ donec animali suppetet, ratione duplici cor refrigerabit, in inspirationibus quidem qualitate frigida suppeditata: in expirationibus vero, eo, quod feruet, effuso. Nisi forte aerem cerebro calidiorem existimãt, ob eam q̃ causam cor minus iusto ab eo refrigeratum, cerebri, vtpote frigidioris subsidio indigere. Sed hæc quidem aut hominum sunt verbis veritatem superare conantium, aut euidentia ipsa ignorantium: quouis enim tempore cerebrum multo calidius aere inuenitur, siue ruptũ alicuius caput manibus curemus, siue etiam experiendi gratia animali cuiuis cranion exciderimus, deinde meningibus discissis tãgere voluerimus. Adde etiam, ꝙ nemo est, qui ignoret nos id maxime agere, vt quàm citissime ossa capitis excidamus, ne cerebrum refrigeretur: quod q̃, si refrigeretur, malorum id vltimum est illi, cui fractum caput sit: atqui, si aer cerebro esset calidior, haudquaquam ab eo refrigeraretur: nunc autem, etiã si ęstas fuerit, facile refrigeratur, F indiget q̃ etiam tum foueri citissime, tanquàm non solum id non sit frigidum, sed ne citra molestiam quidem frigidæ substantiæ occursum toleret. At non propter cerebrum (inquiunt) sed propter perfrigeratas membranas nocumẽtum id accidit, & carũ maxime ob tenuem, vt quæ plurimas in se ipsa venas & arterias contineat, semper q̃ tota pulset: id quod nequaquam absq̃ feruente caliditate efficitur. Atqui ò generosissimi, tenuem meninga calidam esse confitentes, audetis adhuc cerebrum pronunciare frigidum, quod ab ea prorsum ita intertexitur, vt nulla ipsius inueniatur particula, quæ membrana hac careat? an hoc quoq̃ ignoratis, existimatis q̃ cerebrũ duntaxat ab ea contineri, non autem succingi, ac vndiq̃ intus intertexi? quanquam, etiam si contineretur solum, non vtiq̃ cor ipsum refrigerare posset ita longe ab eo dissitum, duobus q̃ ossium septis diremptum: à membrana vero non'ne calefieri debet sibi semper contigua? nisi forte frigida quidem particula refrigerare omnia, etiam quæ non sunt contigua, potest, calida vero ne contigua qdem calefacere potest. Necesse enim est, opinor, eiusmodi eos effutire, quibus maior cura est, vt opinionibus, quarum ipsi sunt auctores, quàm veritati, patrocinentur: qui q̃ nõ modo sensibus non credunt, neq̃ orationis consecutioni, sed ne pugnantia quidem ipsa reuerentur. G

Aduersus Aristotelem & Philotimum de Cerebri vsu. CAP. 3.

ATq̃ alios qdẽ minus qspiã admirabit͂, Aristotelẽ vero facere nõ possumus, qn valde admiremur, q cũ ea, q̃ ex anatome apparet, nõ neglexerit, ĩ eorũ q̃ vtilitate sit exercitus, ipseq̃ tradiderit, ꝓblematũ alia qdẽ solutionẽ postulare, alia vero suppliciũ, alia sensum, inuenit͂ tñ postea ipse neq̃ his, q̃ sensibus apparent, credere, neq̃ sui ipsius memor. Nã tactus noster calidius semꝑ inuenit cerebrũ, q̃ ambientẽ nos aerẽ: ille vero caloris ipsius cordis refrigerandi gratia ipsum extitisse cõfirmat, sui ipsius immemor, q respirationẽ huius rei causa paratã esse dixerit. At huius qdem rei gratia iure ipsum laudauerimus, ꝙ ex || Hippocratis sentẽtia simul ac vere de respirationis vsu pronunciarit: in eo sanè peccat, ꝙ nunc oblitus sit se alibi aerẽ calidum esse statuisse. An hoc qdẽ rectè fecit, quòd falsarũ assertionũ sit oblitus: in eo aũt labitur, ꝙ cor non satis à solo aere refrigerari putarit, sed indigere præterea viscere, quod nõ similiter, vt aer, est frigidum: neq̃, si etiã frigidius esset, attamen propterea, ꝙ magna intercapedine est dissitũ, & quia se multa ac densa corpora interponunt, refrigerationem trãsmittere posset? Nam per deos immortales, quis est, qui cũ aerem ipsum habeat per pulmonẽ ad cor tẽdentẽ, aut, si minus ipsum, at saltẽ omnino ipsius qualitatem, id q̃ continenter ac sine intermissione fieri videat, alio adhuc putet cor indigere ad refrigerationẽ auxilio? quo si indiget, lõge melius esset ex pulmone ipsam dicere suppeditari, eam q̃ aut molliciei visceris attribuere, vt Plato, aut frigiditati: neq̃ enim hoc etiam dictu erat absurdũ ei, qui semel sensus ipsos aspernari ausus fuerat: huic enim demonstrauerit aliquis calidum pulmonẽ non credens tactui, illi autem & ipsum cor crediderit. Quo pacto autẽ cerebrum aere non est calidius, cui certe lethale est, si æque, ac aer, refrigeretur? Quo modo autẽ cerebrũ cordi refrigerando satis esse potest, cor autẽ non multo magis cerebrum supra se positum potest excalfacere, cum calor omnis feratur sublime? Aut cur ad cor quidem obscura quędã apophysis ab ipso pertinet, sensuum vero instrumenta omnia à cerebro permultã portionẽ euidẽter recipiunt? Nã nõ est, ꝙ quis dicat id accidere ꝓpterea, ꝙ cerebrũ quidem cordi refrigerãdo est comparatũ, sensorijs vero ad aliã rem quãpiã id est vtile, siquidẽ, quod cordi refrigerãdo est cõparatũ, id ceu fons refrigerationis ꝓpinqua omnia (opinor) refrigeret, necesse est. Atq̃ ea ratione solũ ex omnibus monstrum quoddam cerebrũ fuerit, vt quod remotissima quidem ac calidissima & per multos interiectos obices refrigerare queat: quę vero sunt proxima ac calida minus sibi q̃ cohęrẽtia, ea similiter afficere nequeat. At nõ omnia (ait) ad ipsum ꝑtinẽt sensuũ instrũ. Quid hoc dicis Aristoteles? pudet me certe nũc disputationẽ hãc refricare. Nõ'ne in vtrãq̃ aurẽ neruus cõmemorabilis vnà H

6. Epid. sect. 6. t. 1. & 2. 3ª. 194. h. Et 195. b. Itẽ lib. de alimen. statĩ post med. & rursus versus finẽ. Et de flatib. non longè à principio. Et de natura pueri à principio.

cum

A cum meningibus ipsis erumpit? Non'ne etiã in nares vtrasq; portio cerebri pertinet, multo maior ea, quæ ad aures peruenit? Porrò in vtrunq; oculũ non'ne vnus quidem mollis neruus, vnus item durus: quorum alter quidem, in radicem ipsius, alter vero in musculos mouentes inseritur? Ad linguã vero non'ne quatuor ferũtur: quorum duo quidem molles per palatum tendunt, duo aũt duri secus vtrãq; aurem descendunt? Oĩa igitur cũ cerebro cõmunicant, modo oculis credere oporteat videntibus, & tangentibus manibus. Quid iam loquar de totius cerebri cõstructione? quem nam habebũt vsum χοροειδῆ corpora, plexus retiformis, conarion, pyelus, choana, corpus φαλλιδοειδὲς, epiphysis vermiformis, ventriculorũ multitudo, cõmunes inter se canales, conformationis varietas, duæ meninges, in spinalem medullã productiones, neruorũ apophyses nõ in sensuũ modo instrumenta, sed ẽt in fauces ac larynga, in stomachum ac vẽtriculũ, in viscera et intestina omnia, in oẽs deniq; faciei partes? Horũ enim nullius vtilitatẽ Aristoteles dicere est aggressus, queãdmodũ neq; eorũ rursus, q̃ cordi insunt, illi, apud quos omniũ cerebrum est principiũ. Hoc q̃dem, si solius refrigerationis gratia extitisset, velut spongiã quandã desidẽ formę q; expertẽ esse oportebat, nullam q; habere artificiosam admodũ cõstructionẽ: cor aũt, si neq; arteriarum neq; caloris natiui est principiũ, non solum non variam habere figuram, sed ne esse quidem

B oĩno oportuit. Quod aũt in vtrisq; ob eximiam sapiẽtiam videtur admirandũ, ex eo maxime qs deprehendat istos non modo cerebro neruorum principium, aut cordi arteriarum, adimere, verum etiam vtrũq; omnino inutile decernere: quorum alij quidẽ palàm hoc asserunt, vt Philotimus: alij autem per ambages, quemadmodum Aristoteles. Nam, quod omniũ minime cerebro aderat, id solum inesse cum dicat, neq; alterius cuiusquam gratia extitisse, perspicue ipsum omni vtilitate spoliat, quanquam id aperte cõfiteri ipsum pudeat. At nõ est nũc de actionibus dicendi locus: sed, quod initio totius operis diximus, re ipsa fit perspicuũ, fieri scilicet non posse, vt particulæ alicuius vtilitatem rite exponamus, nisi prius totius instrumenti actionem inuenerimus.

Caput Cerebri gratia factum non fuisse. CAP. 4.

QVę igitur in alijs demonstrauimus, ad præsentem sermonem nunc sumamus. Demonstratum autem est in libris de placitis Hippocratis & Platonis principium quidem neruorum, & sensus omnis, motus q; voluntarij, esse cerebrum: cor vero arteriarum, & caloris insiti. Super his tanquam sermonis nostri hypothesibus quibusdam, particularum capitis vtilitatem exponemus: ac primum totius capitis, quod certe initio etiam huius libri inuestigare proponentes, hactenus progredi potuimus, vt inueniremus neque gratia cerebri caput factum esse,

A.l.1.f.1.d.5. c.1.9.f

C etiam si quis cerebrum supponat esse sensus ac motus volũtarij principium: neque fieri posse, vt, qui cerebro ea ademerint, quorum beneficio ipsum contingebat esse prædictorum principium, non in generali quidẽ de eo disputatione turpissime hallucinentur, in cuiusq; autem particulariũ partium vtilitate inquirenda hæreant. Cerebro itaq; supposito, sic demum vestigare oportet, cuius rei causa caput factum est. Cancri enim & vniuersum μαλακοστράκων id est crustis tenuibus opertorum, genus, tum autem & balænæ, & alia pleraq; cõsimilia, alia quidem omnino caput nõ habent, alia vero velut rudem quãdam delineationem & adũbrationem solum. At nihilo minus hæc quoq; animalia sensus omnes ad pectoris ossa habent, ipsorũ principio videlicet illic necessario collocato, quod non cerebro proportionale nominare oportet, vt mos est in eiusmodi Aristoteli, decepto ipsis nominibus, quæ non nunquam, non ab ipsa rei substantia, sed ab accidentibus quibusdam, imponuntur: quemadmodũ nunc in ἐγκεφάλου hoc est cerebri, appellatione habet, hoc enim nomen à situ habuit: cuius substantiam Plato cum vellet significare (quam putat re vera esse) medullam appellat. At, etiam si medulla esset, additamento tamẽ adhuc appellatio hęc indigeret: etenim spinalis quędam est medulla, & in singulis ossibus alia, non tamen sunt hę sensus omnis ac motus principia. Proinde multi cerebrum, medullam ἐγκεφαλίτην idest cerebralẽ, quo

D modo & ῥαχίτην hoc est spinalẽ, nominãt: alij vero non ἐγκεφαλίτην, sed hoc ipsum μυελὸν ἐγκεφάλου id est medullam cerebri, volunt nominare. At secundum etiam hos, oratione non nomine, indicatur hæc particula: manet q; adhuc, quod à principio diximus, nullum nomen substantiæ proprium huic adesse, quemadmodum oculis, auribus, linguę, cordi, pulmoni, alijs q; propemodum omnibus. Licet enim in his dicere, quòd visoriũ quidem instrumentum oculus nominatur, auditorium autem auris, atque in cęteris similiter: non tamen id, quod est principium sensus & motus, itidem possumus dicere, quo ipsum nomine sit appellandum. Nõ enim medullam simpliciter, q non omnis medulla eam habet facultatem: neque ἐγκέφαλον hoc est cerebrum (quasi dicas in capite) simpliciter, nã, quibus animalibus nõ est caput, manifestũ est, q neq; ἐγκέφαλος esse potest: non tñ ob eam causam cerebro proportionale ipsum, appellationem verentes, nominare debemus, nam ne ipsos quidem oculos, quãquã alibi in cancris constitutos, neque aures, proportionale auribus aut oculis esse dicimus: neq; enim ex situ, instrumentorum quodq; hanc aut illam habet substantiã, tametsi à situ noĩatur. Ipsum igitur etiam ἐγκέφαλον id est cerebrũ, & si quàm maxime nomen ex positione est adeptus (nominatur enim ita, q ἐν τῇ κεφαλῇ hoc est in capite, situm sit) quãdo in partibus thoracis inuenerimus in animalibus capitis expertibus, nõ aliud quippiã & proportionale ipsi esse dicemus, sed eundẽ ipsum, vetus tñ nomen illi non cõuenire.

Vt autem

Vt autẽ, quod dico, clarius ac euidentius intelligas, si Romano nomine ipsum appellaris (quod E nomen ipsi non à situ aut ab alio quopiã accidente inditũ fuit, sed ipsam rei substantiã significat) scies planè, quò nihil vetat dicere, hominibus quidem in capite cerebrũ esse (sic.n. ἐγκέφαλον nominant,) cancris autem in pectore. Sed esto non cerebrũ, sed σκινδαψὸς, noĩetur, non ne, quem admodũ visorium oẽ instrumentũ oculum nominamus, non si in capite modo, verũetiam in pectore sit locatũ, sic oĩs in aĩali particula, quæ sensus ac motus voluntarij alijs dux sit, σκινδαψὸς appelletur? Nã, si ἐγκέφαλος quidem principiũ est vòluntatis & motus, voluntatẽ aũt habẽt & motum quẽdam, quæ capitis quidẽ sunt expertia, sed ἐγκέφαλον habent aut ἐγκέφαλῳ ꝓportionale, ꝑspicuũ est, ꝙ non ꝑꝑ caput extitit. Num igitur dicere adhuc licebit cancros proportionale σκινδαψῷ habere? satis liquet, ꝙ minime: quandoquidẽ instrumenta oĩa, quæ eãdẽ habent actionẽ, idem etiam, par est, nomen habeant. Nã, quibus vident aĩalia instrumẽtis, ea tametsi in particularibus figuris varient ac discrepent, æquũ tñ est oculos noĩare: quibus vero audiunt, eadem ratione, aures: &, quibus olfaciũt, nares. Simili igitur rõne, & quod sensus ac motus est principiũ, vnũ atq; idẽ est in omnibus aĩalibus, etiã si locis diuersis inueniatur. Quẽadmodum igitur prędictis animalibus in pectore est constitutũ, neq; amplius ꝑꝑ hanc particulam necessaria apparet capitis generatio, ita quoq; non propter os fuit necessaria, etenim hoc quoq; ijsdẽ animalibus ipsis in pe F ctore est: at certe neq; ꝓpter aures, nam hæ quoq; eãdem habent positionem: pari modo & nares, & aliorũ instrumentorum quodq;, in animalibus capite carẽtibus in pectore est collocatum.

*Al. αἰσθήσεσι, i. sensus. Al. αἰσθησιν, i. sensum.

De Vsu communi Capitis, & Instrumentorum sensus. CAP. 5.

QVid igitur causæ sit, ꝙ natura in plurimis animalibus caput effecerit, haudquaquam mihi nos aliter inuenire posse videmur, q̃ quo modo inquirere instituimus. Nam, si inuenimus, quà nam particularum in capite sitarum pectora animalium capitis expertium destituuntur, non vtiq; ab re dixerimus illius gratia caput extitisse. Huius quidẽ inueniẽdæ, quam quęrimus, ratio ac methodus hęc (opinor) fuerit. Oculi cancris, balænis, scarabæis, & omnibus animalibus capitis expertibus suꝑ ceruices prælongas sunt: non enim his licebat esse imis, vt ori, naribus, & auribus, nam illorum actio locũ editum postulabat. Proinde, qui hostium aut prædonum infestos incursus à longe speculantur, muros aut turres altas, aut montes quosdam conscendunt: atq; etiã nautæ, qui nauium malos ascendunt, terrã prius intuentur, quàm vectores, quan quam ij in eadem sint naui: nam qui in excelsum aliquem locum ascendit plura loca prospicit, quàm qui in loco est humiliore. Prędictis igitur animalibus testaceam ac duram cutem habentibus, non difficile factu erat, oculos altis ceruicibus tuto imponere, vt qui duri essent futuri, tunicam q; sibi ipsis extrinsecus circundatam (quæ à cuti nascitur) durissimã similiter, ac reliquam cutim, habere possent: Homini vero cęteris q; animalibus ei similibus totos oculos molles necessario ob corporis substantiam habituris, & pręterea extrinsecus adhærescentem ipsis membranam mollem æque, ac reliquam cutem, pręlongis ceruicibus prominentes oculos imponere erat periculosius, cum ne ipsis quidẽ ὀστρακοδέρμοις hoc est testa intectis, semper promineant, sed in con cauum sese abdant: &, si rei alicuius incursum metuant, aut etiam actione ipsorum alioqui nõ indigeant, oculis in pectus reclinatis tutò conquiescunt, loco scilicet ad recipiendos oculos ibi à natura pręparato. Postquam igitur oculos nostros in imo constitui è re ipsorum non erat, nudis autem ceruicibus imponere non erat tutum (nolebat porrò natura neq; vtilitatem vllam impedire, neq; securitatem tollere,) inuenit, qua arte faceret ipsis particulam, quę alta simul esset, & eos tueri satis posset, supra quidem supercilia constituens, infra vero, quas malas appellamus, attollens: internis prætera partibus nasum apponens, externis processum ossis, quod Gręci ζύγωμα id est iugale, appellant. At non dum horum congeries est caput: † possunt q; esse alicubi sine capite. } Cur igitur fuit necesse alias quoq; hic poni particulas, quarũ cõpositio caput nominatur? Sensoria omnia neruum postulant mollem: neruum quidem, quia is sensuum est instrumentũ: H mollem autem, quia, vt sensus fiat ab extrinsecus occurrẽte, sensorium ipsum afficiatur quodam modo ac patiatur, necesse est. Porrò, quod molle quidem est, ad patiendum, quod autem durum ad agendum est aptius: proinde sensoria quidem, mollibus, reliquę vero partes motu voluntario prędítæ duris neruis indiguerunt. Huc accedit etiam, ꝙ & ipsa sensoria, quæ motu aguntur voluntario (verbi gratia oculus & lingua) duplex habuerunt neruorum genus, non vnum duntaxat molle, quo modo aures, & nares: quare, siquãdo alterum eorum læsum fuerit, pars ipsa damnum tantummodo accipit in eã vtilitatem, quam læsus neruus sibi præstabat: videre nãq; sæpe est linguam aliàs quidem ad motum, aliàs autem "ad saporum dignotionem apprehensionemq;, impeditam. Quin & productiones superne ex ipso cerebro & vias ad sensoria, nerui molles & duri non habent easdem: illi enim ex mollibus eius partibus, hi autem ex duris producuntur: rursus illi quidem recta ad sensoria, hi verò per circuitum tendunt. Neruorum itaq; ad linguam descendentium, illi quidem ex inferioribus & anterioribus, hi autem ex posterioribus & obliquis emergentes, illi quidem in ipsam statim infigũtur, hi autem, duriores videlicet, prius circum collum obuoluuntur. Cæterum molles quidem in extimam linguę superficiẽ, in musculos vero duri, disseminantur: nã lingua quidẽ partibus extimis sapores consequitur, mouetur vero à musculis. Recte

†Græci cod. hñt, haud tñ possunt hæc esse alicubi sine capite.

A. l. 3. f. 6. t. 1. c. 1. 244. c

lis. Recte

A lis. Recte igitur molles, qui sensum saporum habituri erant, locis ad dignotionem aptioribus: duri vero, motus instrumentis .i. musculis, fuerunt inserti. Eadẽ porrò ratio est & in neruis oculorũ, duri quidẽ in ipsorum musculos inseruntur: alij vero in primum & principalissimũ visus instrumentũ, humorem .s. crystallinũ. At neq; horum ipsorũ molliũ neruorũ qui ad oculos, neq; eorũ qui ad linguam, neq; postremo qui ad aures & nares perueniunt, vllum videre queas post, q̃ cranio exciderint, vlterius ꝓcedere, quo modo alios oẽs duros: rumperentur enim mox ac contunderentur facile, non ab extrinsecus incidẽtibus modo, sed ẽt multo magis ijs, quę corpori insunt, particulis, illis quoquo modo occursantibus. Ob hanc igitur causam sensoria omnia prope cerebrũ esse oportet. Quòd, si hoc est, inuenimus iã, quod principio quærebamus: constat enim iam cerebrũ in capite locatũ esse propter oculos, reliqua aũt sensoria omnia propter cerebrũ. Atque etiam de ore iam liquet satis, quòd hoc quoque adiacere capiti erat necesse, aut potius linguam ipsam continere: neq; enim nudam ipsam & penitus sine operimento esse melius fuit, neq; alio potius quouis, q̃ ore, tegi: etenim sapores, ibi locata, melius erat dijudicatura, loquẽdi q; "instrumentum melius futura, ciborum q; masticationi ac transglutitioni non mediocriter opitulatura.

Al. 3. f. 6. t. 1. c. 1. 44. e

De Vsu Neruorum, qui à Cerebro oriuntur. CAP. 6.

B ORatione quidem iã totum capitis corpus absoluimus. Singularum autẽ eius deinceps particularum vtilitatem considerare tẽpestiuũ nobis fuerit, ducto ab ipso cerebro initio. Hoc nanq; substantia quidem neruis est simillimum, quorum ipsum principium erat futurũ, nisi q̃ illis est mollius: nam id illi etiam cõueniebat, vt quod sensus quidem omnes recipit, omnes q; imaginationes & intellectus cõplectitur: quandoquidem, quod facile immutatur, id est in eiusmodi actionibus atq; affectibus aptissimum: Porrò, quod mollius est, id facilius duro immutatur: proinde cerebrum neruis est mollius. Quia vero neruorum oportet duplicem esse materiam (vt ante etiam docuimus) duplex "etiam cerebrũ extitit, mollius quidẽ anterius, reliquũ autem durius, quod anatomici † παρεγκεφαλίδα i. cerebellũ, nũcupãt: quæ dura meninge duplicata dirimũtur, & per meatũ solũ, qui sub capitis vertice est, ac corpora meatũ ipsum ambientia, coniunguntur. Postq̃ enim mollius esse anterius oportebat, vt quod principium mollium neruorum ad sensus instrumenta pertinentiũ, esset futurum: durius vero posterius, principiũ et ipsum neruis duris in corpus vniuersum diffundendis futurum: mollis aũt cũ duro non admodum tutus esset contactus: propterea vtrunq; natura à sese disiunxit. mediam q; inter ipsa duram meningem interiecit, quę totũ cerebrum ex memoratis iam duabus partibus compositum, erat complexura. Atq;

A. l. 1. f. 1. d. 5. fu. 3. c. 1. 21. d. Etl. 3. f. 1. t. 1. c. 1. 181. c. d

† Antiqui codices habent ἐγκρανίον τε παρεγκεφαλίδα & ita legit Oribasius. Vide ẽt inferius ca. 11.

C etiam ipsius anterioris cerebri, quæ partes quidem operimentum id contingunt (quod vtiq; duram & crassam μήνιγγα appellant) duriores quoq; merito sunt factę: mediæ vero, quę sub his cõtinentur, molliores. Exteriores nanq; partes cũ ad patiendi difficultatem oportebat esse comparatas, tum aũt ad duriorum neruorum productionem: quæ vero sunt in medio, patiendi quidem difficultatem à situ ipso habuerunt, principium autem hæ idoneum neruis mollibus extiterunt: nam ex parte cerebri posteriore mollis neruus penitus nullus producitur, ex anteriori autem duros quosdã neruos producere fuit necesse, quemadmodũ, opinor, qui oculos sunt moturi. Quocirca, tametsi hi neruis mollibus sunt propinqui, nõ tamẽ ex profundis partibus, quo modo molles, ortus sui principium duxerunt, sed ex duris ac superficiarijs. Igitur nerui omnes consistẽtia cerebro sunt duriores, non q̃ ex alio quopiam substantiæ genere sint ac omnino discrepante, sed q̃ eandem quidẽ cum cerebro naturã habeant, siccitate tamen ac densitate ab ipso dissideant. Sensifici porrò, q̃ ad oculos ptinẽt, cerebro † quodã quidem modo } sunt dẽsiores, at duriores magnopere nõ apparent: sed hos q̃dem ex neruis omnibus solos ex cerebri substantia velut cõcreta atq; astricta, non tñ exiccata, cõflatos esse dixeris. Ceterũ apparent quoq; soli hi, sensibiles poros id est meatus, in seipsis habere: quæ causa etiam fuit, cur eos pleriq; anatomici poros appellauerint, in

† Est quidẽ in impreßis πάντως i. prorsus. in antiquis tamen est μέν πως.

D radices quidẽ oculorũ dicẽtes à cerebro duos quosdã poros, in vtrunq; ipsorum singulos, inseri, quibus dissolutis atq; amplificatis tunicã ἀμφιβληστροειδῆ id est retiformem, generari: aiunt pręterea ad musculos eorum neruos ferri. Cum igitur in capite quatuor sint instrumenta sensoria, oculi, aures, nares, lingua, omnia q; hæc ex cerebro sensus principium habeant, ea q; saltem ratione similia appareant, inest tamen eis secundũ speciem dissimilitudo non modo in ipsis sentiendi facultatibus, verum etiam in corporibus, per quæ facultates ipsæ feruntur: quandoquidẽ facultatum alia odorum, alia saporum, alia sonorum, alia colorũ, est dijudicatrix. Viarum autem ea quidem, quæ fert ab vtroq; cerebri ventriculo ad nares, productio est pręlonga, nihil ab ipsis ventriculis discrepans: quæ vero ad oculos ducit, variat quidem iam quodam modo ac dissidet, non tamen planè certus est neruus: quæ aũt ad linguam descendit, perfecte q̃dẽ neruus est, sed mollis: quę vero ad aures deuenit, non similiter quidẽ est mollis, nõ tñ iam certe est durus: quinta vero viarum natura facultatis à cerebro descedentis, fortis prorsus ac durus est neruus: quo fit, vt ad motus q̃dem, & ea, quę crassarũ sunt partiũ, sensus tactus dignoscẽda, sit accõmodus, ad certiorẽ aũt aliquã dignotionẽ, cuiusmodi alijs sensorijs inest, ineptus atq; ĩpotẽs: quandoquidẽ oĩa hæc, vt sensus fiat, alterentur, oĩno est necesse. Alterat aũt non à quouis sensibili oẽ sensoriũ, sed splẽdidũ quidẽ ac luminosum à coloribus, aereũ à sonis, vaporosum ab odoribus, et (vt in summa dicã) simile

simile simili notum est ac familiare. Neq; vero aereum sensorium à coloribus vnquam poterit al E terari: lucidum enim id sit, oportet, ac purum & splendidum, si quid facile ac verè à coloribus alterationem est recepturum, quemadmodum demonstrauimus, cum de visu ageremus: neq; rursum turbidum ac vaporosum, neq; humidum atq; aquosum, vt neq; durũ ac terrestre. Igitur nullum sensorium, prẹterquã visus, à coloribus alterabitur: solus enim visus sensoriũ habet lucidum et purum ac splendens, humorem videlicet crystallinum, quemadmodũ id quoq; in ijs, quẹ de visu scripsimus, probauimus. At nihil ex ipsius alteratione assequeremur, nisi imaginatio, ratiocinatio, & memoria (quæ sunt ἡγεμονικὸν hoc est princeps animæ facultas) eius alteratione sentiat.

Producit itaq; cerebrum quandam à sese portionem ad humorem crystallinũ, vt eius humoris affectus cognoscat: quẹ productio sola merito meatũ habuit sensibilẽ, quod sola spritũ animalem cõtinet quã plurimũ: de cuius spritus substantia ac facultate & generatione, in libris de placitis Hippocratis & Platonis disputauimus. Neq; enim (quod iã millies diximus) de actionibus vllã hic demonstrationẽ facimus, sed, quia fieri nõ possit, vt singularũ partium vtilitatem inueniamus, nisi prius perceptã habuerimus earũ actionẽ (quod initio statim ostẽdimus) necesse est hic quoque actionũ meminisse. Iã igitur ad propositum nobis est reuertendũ. Cũ splendidũ & lucidũ visus sensoriũ esset futurum, spiritus ei plurimus conuenienter à principio trãsmittitur, atq; ab ipso ce F rebro pura ac syncera propago proficiscitur: quæ vsq; ad viã, quæ fert ad oculũ, mollis quidẽ instar cerebri est: cũ aũt ex cranio est elapsura, quò ab iniurijs sit tutior, densior simul ac durior atq; conpactior efficitur. Cum aũt primũ in cauitates, quæ supercilijs subsunt, propago hẹc inciderit (quas sanè, χώρας i. regiones, oculorũ appellãt) plurimum extẽditur, amplificatur, atq; extenuatur, eoq; modo pristinã recipit naturã adeò, vt cerebrũ planè appareat & colore & cõsistẽtia & alijs omnibus, de quibus fusius postea dicemus, quando separatim particularũ oculorum vtilitates exponemus: nunc enim tñ oculorum cõstructiones memorauimus, quantũ fuit necesse ad particularũ cerebri explicationẽ: nisi enim & ab hoc & ad hoc alteratio, quẹ in vnoquoq; fit sensorio, peruenerit, nihil amplius animal sentiet. Intelligere id possumus ex ijs, quos apoplexia infestat, qui cũ illæsa habeant omnia sensuum instrumẽta, nihil tñ ex eo ad sensibilium dignotionem assequuntur. At in oculis quidem, etiam si quã maxime dẽsi vndiq; sunt, facile tñ ad eam, quẹ ipsis inest, cerebri portionem colorũ externorum alteratio peruenit: tenuis enim & alba et pura est cornea, vt neq; ipsam alterationẽ transitu per sese prohibeat: post ipsam vero statim humor crystallinus ~~occurrit~~: ad pupillam aũt coalescit cerebri pars ea, quẹ oculis inest. Ex quibus satis iam intelligitur, cur cerebri substãtia quædam syncera in oculos producatur: cur aũt, dum ex ipso elabitũ, dẽsetur: G cur rursus in oculorũ regionibus soluatur atq; amplificetur: & cur deniq; ex omnibus sola meatũ habeat sensibilẽ. Ad aures "sanè descendere etiã omnino propaginem quandã à cerebro erat necesse, sensibile extrinsecus occursurum excepturam: sed, quoniam sonus & vox id ipsum erãt, siue aer percussus, siue aeris quẹdã percussio: nihil enim interest, modo vnũ hoc dũtaxat constet, motum, qui percussione fit, quasi vndam progredi oportere, atque ad cerebrum ascendere: non igitur licebat amplius, vt in oculis, ita & hic neruorum tegmentum quoddã apponere: id ipsum enim certe maxime impediuisset, quo minus aer motus ipsis accideret, id q; potissimũ, si paruus quidam esset motus, cuiusmodi in exiguis inest vocibus. Non tñ nudi penitus nerui erãt relinquendi, ne omnibus externis iniurijs semper essent expositi. Sed neq; etiam (quod postremũ est ac tertium) rarum adeo operimẽtum hoc ac tenue fuit faciẽdum, vt aeri esset penetrabile ac peruium: quod, si ita esset, non modo nerui ipsi facile læderentur varie, verum etiam cerebrum ipsum refrigeraretur. Quare, cũ natura prospexisset cõstructionẽ quidem cum forti propugnaculo ad patiẽdi difficultatẽ fore quidem accomodã, at sensorium ipsum surdũ effecturam: si vero constructio nullum haberet munimentum, eam iniurijs apertissimam futuram: tertiũ autem, si modo mediocre aliquod ad securitatẽ adepta esset, amplius adiumẽtum satis ipsam habituram, os durũ ac den- H sum auribus oppositum, flexibus obliquis instar labyrinthi ipsum pertudit, quo frigidi quidẽ aeris vires integras (quas ipse ex recta irruptione erat habiturus) flexuũ varietate sensim exolueret: aliorum vero omniũ corporum exiguorum impetum longe ante propulsaret. Quãdoquidem, quæ meatu ipso sunt maiora, non modo non nocitura erant, sed ne meatum quidem erant contactura: minorum autem, quæ celeriter ac violenter & recta ferrentur, meandris illis prius inciderent, erat necesse: quẹ vero leniter & velut in ipsis volutata, citra violentiam ac mansuete operimentum erant contactura. Non modo autem ex his, quantam maximam licebat, patiendi difficultatem neruis auditorijs comparauit, verum etiam propriæ ipsorum cõstructionis rationẽ habuit, duros vtrosque, quoad licebat, efficiens. Nam, si duri planè fuissent, minus quidem iniurijs obnoxij fuissent, at sensum haberent apprime obtusum: quod, si cõtra molles fuissent æque, ac nerui optici, sensum quidẽ haberent acutum, at iniurijs essent opportunissimi: quam patiendi opportunitatem natura omniũ maxime fugit, nempe cum qua perire etiam actionem intelligat. At de ea quidem re sæpe verba iam fecimus. Ob eã itaque causam durior, quàm vt actioni ipsi conueniat, neruus auditorius extitit. Ob contrariam rursus neruus linguæ est mollior, natura enim ibi στόμα hoc est os ad securitatem illi erat circumpositum (quanquã quartũ ordine sensoriũ hoc esse

A.l. 1. f. 1. d. 5. fu. 3. c. 2. 22. a

dicebamus

A dicebamus, vt quod non modo splendoris qualitates aut aeris motum, sed ne vaporem quidem, dignoscere nequeat:) cęterum huic quidē neruus, qualē dari oportebat, est tributus, propter positionis ipsius securitatem: auditorius vero ad patiendi difficultatem potius, q̄ ad sentiendi promptitudinē ob memoratas causas fuit cōparatus. Reliquum ‖ aūt adhuc nobis olfactus sensoriū, solum ex omnibus intra cranion extitit in ipsis cerebri anterioribus ventriculis, qui ēt vaporosum quendam spiritum continent: oportebat enim huius quoq; sensus propriū sensibile cerebri portionem alterare: oportebat etiam ei operimentum quoddā eiusmodi esse circūiectum, quod tum conseruare ipsum posset, tū transitum ipsorum sensibilium interea non impedire. Verum, si impediturum non erat, tanto id rarius esse oportebat operimento auditus, quanto sensibile huius, q̄ auditus, crassiorum erat partium: ferè enim, quantum aer partium tenuitate à luce relinquitur, tantum vapor ēt ab aere. Videre aūt est ex ipsis quoque, quæ nobis quotidie euidenter apparent, q̄ latos esse oporteat partium illarum operimēti meatus. Obstructis enim ab aliquo naribus (vt quodam loco ēt Plato ait) odor quidem nullus transcolatur, aer vero sine odore solus ipse sequitur: atqui perspicuum iam est, q res hęc, quę apparet, satis indicat vaporem crassiorum esse partium, q̄ pro meatuum latitudine, qui in obstructis insunt naribus: quod q; sensorij olfactus operi B mentum rarius his esse oportuit. Atq; etiam tale esse apparet, si quis in animali mortuo ipsum acceperit, in omnes q; partes distenderit, ad lucem puram ipsum conuertens: quandiu enim rugosum fuerit & laxum, incidentibus alijs super alia ijs, quæ circum meatus sunt, corporibus, obscura ac inuisibilia sunt hæc foramina: seiunctis vero rursus, dum tenditur, facile deteguntur ac patefiunt, nisi forte in corporibus à vehementi frigore aut tēpore diuturniore induratis iam atque exiccatis id experiaris. Quòd, si paulo ante mortuum etiam fuerit animal, satius fuerit aqua calida id perfundendo, periculum eius, quod dicimus, facere. Magnum aūt laxitatis harum partium operimenti est argumentū, quæ sæpenumero accidit à partibus superioribus excrementorum simultanea vacuatio, quæ sanè βλένας quidem antiqui & κόρυζαν id est destillationem seu grauedinem, iuniores autem μύξας hoc est mucores, appellant. Ea enim est naturæ solertia, quā ferè vsurpare solet, vt nusquam instrumenti cuiusquam vllam prætermittat actionem aut vtilitatem, cum multæ ab vno probe præstari queant. Proinde hic quoq; cum cerebri vētriculi, loco inferiore sint siti, ex partibus q; sibi propinquis necessario excrementa affluentia sæpe excipiant, animal ipsum apoplexijs frequenter prehenderetur, nisi viam quandā horum effluxui accōmodam hic quoq; natura fecisset: atqui ne melior quidem excogitari vlla poterat ea, quæ ampla simul esset C ac decliuis. Intus igitur foras per narium meatus excrementa ferūtur: foris aūt intrò facultatis olfaciendi sensibilia: duabus q; ‖ his vtilitatibus instrumētum vnicum subseruit, alteri quidē ad vitam necessariæ, alteri vero ad vitam cōmodiorem. Sunt autē præter hæc alij duo canales, qui per palatū in os totius cerebri excrementa eructant: qui duo soli purgando cerebro sufficiunt, quando animal omnino recte habet, alimentū q; belle vincit ac ꝑcoquit. Quò fit, vt prima vtilitas ipsorū à cerebro in nares foraminum, propter quam potissimum facta sunt, non superfluorum sit excretio, sed ea quidem ex abundanti cerebro male affecto est subsidium: ante enim superfluorum excretionem est ipsa odorum dignotio: & hac adhuc antiquior, ad vitā q; certe necessaria in cerebrum inspiratio: nā ne id quidem, quemadmodum neq; aliud quidquam, frustra dixit Hippocrates. Ob hæc igitur omnia, & præterea, quæ dicturus sum, olfactus pręter alios sensus in cerebro ipso extitit. At, quoniam operimentum eius oportebat esse foraminulentum simul & rarum, vt ad cerebrum quidem aerem respirationis causa celeriter deduceret, vaporem aūt dignotionis odorum: tum aūt vacuaret repente ac semel, siquando vsus inciderit, excrementorum copiā: magna autē ipsius operimenti ad patiendū facilitas constructionem eiusmodi necessario sequebatur: magna pręterea visceris principalissimi, cerebri scilicet offensio, natura os varie pertu- D sum velut spongiam ipsi apposuit, simul ne aliud corpus durum quoddam extrinsecus incidat, simul ne viribus integris aer frigidus inspirātibus nobis recta in cerebri vētriculos sese insinuet: non enim semper eramus inspiraturi aerem moderate frigidum, sed non nunquam vel frigidissimum, qui, si recta in cerebrum incideret, ipsum profecto immodice refrigeraret, omnem q; vitam in periculum adduceret.

A.l. 3. f. 5. t. 1. c. 1. 239. d

A.l. 1. f. 1. d. 5. R. 1. c. 4. 11. f. g

De Oßibus, quæ ante meningas sunt, ac de Meatibus olfactorijs. CAP. 7.

QVin & quæ sunt ante meningas ossa hęc admodum foraminulenta & cauernosa, quæ ab anatomicis à cribri similitudine vocantur ἠθμοειδῆ, vt essent aduersus hanc noxam auxilio, fuerunt comparata. Satius autem fuisset ipsa nō magis ἠθμοειδῆ appellasse, q̄ à spongię similitudine σπογγοειδῆ, quemadmodū Hippocrates ‖ ea cōparauit. Varia sanè habēt foramina, quo modo & spōgiæ, neq; ea habent recta, ut cribra: nā ipsa dura meninx, quę cerebrū contegit, instar cribri est perforata: at ꝑposita ipsi ossa magis adhuc varie, & quēadmodū spongię meatus, neq; ex directo sibi ipsis respondent, neq; recti planè sunt oēs: & quanq̄ eorū non nulli sunt eiusmodi, plurimi tamē sunt tortuosi & anfractuosi, vt lōgus error ac circuitio lōga multo prius ei sit conficienda, quod per eos ad cerebrum peruenturum est. Qua in re videor ipse mihi aliam quandam ostendere non contemnēdam Opificis animaliū sapientiā. Antea enim ipsum laudabamus,

lib. de Loc. in hom. non longè à principio. Et 4. Epid.

bamus, quod plerunque instrumentum vnum ad multas actiones aptum efficeret: nunc autem maius E quippiam possumus ostendere, quod scilicet actionibus his mutua inter se, & ea non mediocris, est vtilitas. Postquam enim semel propugnacula hæc spõgijs similia, "securitatis ipsius cerebri causa extiterunt, propè factũ, vt olfactus instrumentum mancũ ipsa effecerit, nisi respiratio ipsa accessisset: nam per corpora hæc spongoeide permeare nihil facile potest, si solo corporis momento atque impulsu agatur: cum aqua etiam plerunque in ipsis contenta, & si suapte natura semper deorsum tendat & hac feratur via, non possit tamen effluere, quamuis ipsa per ithmoeide certe instrumenta omnia excidat repente. Atque etiam si contra vapores supponãtur, hos quoque ascensu prohibẽt sursum spongoeide, quibus tamen ascensum ithmoeide concedunt: hæc enim solam ipsorum cõtinuitatem diuidunt, spongoeide vero vel proprium inhibent ac morantur momentũ. Quocirca, si quid celeriter ex huiusmodi corpore est elapsurũ, aut cõprimatur corpus hoc vndique oportet, sicuti spõgia manibus: aut violẽter trahatur, vt si labijs adhibitis, vehemẽter emulgeas: aut ab aliquo à tergo vrgente propellatur, vt cum in eiusmodi instrumenta inflãtes, ea obstructionibus liberamus. Quod igitur ad illa ossa spongoeide attinet, inspirationis ac expirationis munus belle perficiebatur: quãdoquidem illa cerebro aerem intro trahente, hæc autem foras "pellente perficitur. Neque enim superflua hac purgari, nisi tempore multo paulatim transcolarentur, poterãt: F neque vapores omnino ascenderent, quippe qui propter transitum tardũ inter se coalescerent, connecterentur, concrescerent, atque ad pristinam rursus naturam reuerterentur, ex qua extenuata facti fuerãt. At nunc certe mistis actionibus illapsu inspirationis quidem, odorum fit dignotio: expirationis vero, superfluorum excretio: nam in eiusmodi actionibus, motionis ipsius spiritus impetus multa eorum, quę ex sese transire nequeunt, vnà secum trahit: ipsa vero rursus odorum dignotio, non parum iuuat totam respirationem, non sinens vapores prauos (qui alioqui nos laterent) vnà cum puro spiritu ingredi: sensus enim ab illis offensus ac lęsus duorũ alterum nos cogit, aut scilicet aufugere quàm celerrime ab illis, aut aliquid naribus admouere eiusmodi, quod vapores quidem arcere queat, aerem autem transmittat. Quin & meatus olfactorios interdum à crassis ac viscosis obstructos excrementis, purgare non erat cõmodius, si aliam habuissent cõstructionẽ: cum enim non olfactorij modo, verumetiam respiratorij extiterint, vtroque modo purgantur, spiritu nunc quidẽ intro, nunc aũt foras cõmeante. Si quando aũt vehementius obstruantur, quàm vt mediocribus ac consuetis motibus purgari ipsi queãt, quã appellamus ἐκφύσησιν i. efflationẽ (quæ simultanea est expiratio) efficientes, motus vehementia omne id, quod impactũ erat, amolimur. Itaque non paruã hanc gratiam, nec vulgarẽ beneficij mercedem sibi mutuo referunt actiones hę & vtilitates, quę in anteriorum ventriculorũ finibus complures simul cõstiterunt: sed earum inter se communionem natura inuenit, partim vt animal viueret, partim vt melius uiueret. Cui rei lucrum etiam accedit haudquaquàm exiguum, quod scilicet non tot instrumentis, quot vsibus, egeamus, sed vnicum sæpenumero instrumentum multis actionibus atque vsibus sufficiat. G

A. l. 1. f. 1. d. 5. c. 4. 11. f

A. ibidem. g.

De Tenuis Meningis Vsu. CAP. 8.

VErbi gratia, tenuis menix cerebrũ stabilit ac tegit, & pręterea vasa omnia, quę in ipso sunt, colligat: similis enim est χορίῳ, hoc est secũdæ fœtus, atque animalis mesaræo. Nã, vt vtrunque horũ ex multis tum arterijs tum venis sibi ipsis propinquis, pręterea membrana tenui media inter has spatia contexente, est cõflatum, ad eundem modum & menix totius cerebri arterias ac venas connectit, ne alternent ac circumplexantur, ne've suo situ in motibus dimoueantur, cum sedem seu basim habeant infirmam, vt quæ in corpore humido adeo ac molli & propemodum fluxili vehantur. Quo "fit, vt non modo cerebrum complectatur, verumetiam in profundũ eius sese insinuet, ipsum in omnes partes peruadens, totumque pertexens, ac quoquo versus sese extendẽs vsque ad internam vẽtriculorum capacitatem. Sed hic, nescio quo pacto, somno deposito plerique anatomici plexus χοροειδεῖς, ac contorsiones, portionem huius meningis eam appellãt, quę ventriculos intrinsecus succingit, reliquas vero eiusdem portiones nolunt assimilare, neque similiter nominare. At nos quidem tum naturam eius, tum vtilitatẽ chorio similem, & mesenterio agnoscimus atque asserimus: in illis que venas atque arterias cõnecti affirmamus: in hac vero tũ easdem has, tum ipsum etiam cerebrum. Argumẽtum magnum satis esse debet, quod cerebrum à tenui meninge contineatur ac cõstringatur, id quod iãiam dicturus sum. Nam, si cuiusuis animalis (satius autem fuerit, si maiorum horum) cerebrum ceperis iam vndique nudatum quidem, constans tamen adhuc & cohęrens ad basim, ab eo que tenuem meningem excoriare aggrediaris: videbis repente partes omnes, simul ac nudatę erunt, singulatim effundi atque amplificari extrorsum: cũ autem nudum iam fuerit vndique, pro rotundo ac orbiculari planum efficitur, partibus nimirum ipsius superioribus procidentibus ac circũfluentibus ad latera: quanquam, dum hæc agis in mortuo videlicet animali, multus quidẽ iam spiritus, quàm plurimus item vapor euacuatus fuerit: totus etiam calor natiuus affatim ipsum reliquerit: quicquid pręterea sanguinis, aut pituitæ, aut alterius cuiusuis humoris in eo cõtinebatur, id omne iã à frigore cõcreuerit adeo, vt ab his oĩbus siccũ ac durũ fuerit: attamen nunc ẽt adhuc aperte indicat constringi sese ac cõtineri oportere à meninge choroeide. Quĩ igitur nõ multo magis superstite animali eadẽ indigeat? Etenim, cũ operimentũ H

A. l. 3. f. 1. t. 1. c. 2. 181. h

habeat

A habeat innatum hanc meningem, multo magis quādo erat humidum adhuc & molle, indigebat ea, quàm cum ita est affectum ac constitutum, vt nunc in animali mortuo cernitur.

De Crassa Meninge, Cranio, & Pericranio. CAP. 9.

EST porrò ipsius tegumentum & crassa meninx: aut potius non simpliciter ipsam tegumentum nominare oportet, sed magis velut propugnaculum quoddam propulsandis cranij impressionibus oppositum. At tenuis quidem meninx naturale re vera eius est operimētum, nam crassa certe ab ipso est seiuncta, excidentibus tm̄ vasis cohærens. Quòd, si natura tenuē meningē non interposuisset, cerebri cū crassa meninge vicinitas haudquaq̄ dolore vacaret. Quemadmodum igitur Plato inquit inter terrā & ignem, q̀ natura multum essent inter se dissimilia, Deum aquam & aerem interposuisse, ita & ego naturam affirmarim in medio cerebri & cranij, qa substantijs multum discrepabant, vtrasq; meningas posuisse, non contentam vno vinculo necessitudinis cōciliatore. Oportet enim non positione solum in medio id locari, quod vere est medium, sed etiam natura: id autem natura medium est dicendum, quod eadem proportione distat ab extremis: neutra vero meninx ad portionem à cranio & cerebro distat, sed tenuis quidem plus ab ossis duritie relinquitur, quàm cerebri mollitiem superet: contra aūt crassa permultum cerebro est durior, osse vero paulo est mollior. Proinde, si tenuem quidem solā natura effecisset, fieri certo non potuisset, vt citra noxam cum cranio ipsa consuesceret: sin vero crassam, cerebrum ipsum angeretur. Vt igitur neque cerebrum neq; eius operimentum quicq̄ paterentur, prior quidem tenuis meninx, post ipsam autem crassa locata est: quæ, quanto osse est mollior, tanto tenui est durior: quāto autem hac tenuis est mollior, tanto tenui cerebrum est mollius. Duobus igitur medijs vsa natura (quamuis plurimum qualitatibus discrepent) cranion & cerebrū pauco interuallo inter se sine offensione ac tuto iunxit. Siquidem meninx choroeides innatum est cerebri tegumētum, vt in animali cutis: huius rursum crassa, innatum quidem non etiam est operimentum, multis tamen locis adhærescit: ipsi rursus crassæ tegumentum est os, extrinsecus circundatum, quod sanè κρανίον etiam appellāt, q̀ quasi κράνος quoddā id est galea, superiaceat. Neq; enim horum quicq̄ à natura contemptim ac negligenter factum fuit: sed quemadmodum industrij opifices, cum cranos natiuum facere nequeunt, oporteat autē caput q̄ maxime tutò vndiq; ab illo constringi, vincula apta, quibus ipsius ambitus locis est cōmodum, preparant, eo q; modo capiti ipsum adaptāt, vt nihil putes à natiuo differre, ad eundem modum natura, cum propter substantiæ dissimilitudinem, connatam vndiq; & adherescentem cranio meningem facere non posset, quanq̄ id opus esset, quod solum adhuc erat reliquum, ad securitatem machinata est, plura vincula inueniens, quàm à Vulcano fabricata fuerant: vulcani enim vincula ligare duntaxat poterāt, his autem preter hoc alia quoq; pleraq; insunt cōmoda. Quæ igitur sunt hæc vincula? quo modo inuoluuntur circa cranion? quo pacto dure meningi id connectunt? & quas nam alias commoditates aīalia ab eis percipiunt? Vincula quidem ab ipsa meninge enascuntur, tenues quædam membranæ: viæ aūt ipsis, vt foras excidant, capitis sunt suturæ. Extenduntur enim vincula hec, singula versus cranij partem sibi directam, vnde exorta sunt: inde progressa sibi mutuo occurrunt & coaptant ac coalescunt & exacte vniuntur, cōmunem q; ex se ipsis omnibus vnam procreant membranā, quam περικράνιον appellant: quæ q̀ duram meningem cum cranio connectat, ante, quàm vel per anatomen inspicias, ratio ipsa satis te docet. Porrò, quas nam alias animali præbeat vtilitates, nunc nō est dicendi locus, iam enim prolixiores iusto fuimus: nam, quo modo equus quidam percitus, sic oratio mete oblita, prætergressa est. His igitur rursus repetitis orationem rursus ad cerebrum reducam, vnde à rerum consecutione abducta est, dum tenuis meningis explicationi, crassæ, ipsi autem rursus, cranij & pericranij expositionem coniungeret.

De Ventriculis cerebri. CAP. 10.

AT nunc certe primum quidem ventriculorum cerebri magnitudinē, positionem cuiusque figuram, mutuas inter sese perforationes, omnem deniq; ipsorum numerum explicemus, tum autem & incumbentes atq; adiacētes ipsis particulas. Anteriores itaq; duo vētriculi inspirationem & expirationem efflationem q; ex cerebro efficiunt: hęc.n. alibi demōstrauimus. Nec minus quoq; demonstrauimus, q̀ prius quidē conficiunt ac p̄parant ipsi cerebro spiritū aīalem: atq; etiā, & q̀ infernis suis partibus, quæ spectāt ad nares, simul quidē olfactoriū sunt instrumentum, simul aūt veluti ductus quidā ac canalis ad supfluorū effluxionē accōmodus, paulo ante indicauimus. Duos porrò prestitit esse vētriculos, q̄ vnum, cum canalis ac perforatio inferna esset duplex, & sensorium omne, & ipsum deniq; cerebrum sit geminum. Porrò alia est huius quoq; (vt sic dicam) geminitatis vtilitas, quam, cum ad sensuū instrumenta transiuerimus, docebimus. Sed prima certe & maxime communis geminorum omnium instrumentorum hæc est, vt, si alterum ipsorum læsum fuerit, reliquum subseruiat. Nam admirabile illud spectaculum atq; incredibile, quod Smyrne in Ionia accidit, aliq̄n sumus conspicati, adolescentem vulnere in alterum anteriorum vētriculorum accepto superstitem fuisse, Dei (vt videbatur) voluntate: sed ne temporis quidem momētum viuere potuisset, si vtrunq; simul vulnus violasset. Ad eundem etiam, opinor, modum, si sine vulnere alius quispiam affectus alteri ventriculorum acciderit, reliquo

Marginal notes: A.l. 3. f. 1. t. 1. c. 2. 181. f — A.l. 3. f. 1. t. 1. c. 2. 181. g

manente ſano minorem offenſionem in vitam ſuam animal accipiet,quàm ſi vterq; ſimul affe- E
ctus fuiſſet: nam perinde eſt duobus ventriculis comparatis ambos ſimul lędi,ac ſi vnico à prin-
cipio facto,is vnus afficiatur. Itaque tutius eſt,in quibus licet,quod geminũ eſt, quàm ſimplex,
licet autem nõ vbique: nam in vno animali duas facere ſpinas omnino non licuit: quod ſi non li
cuit,neq; duas ſpinales medullas licuit: quod ſi ita eſt,nec poſterioris cerebri ventriculus duplex
eſſe poterat, cum certe ex ipſo ſpinalis medulla producatur.

De Figura Ventriculorum cerebri. *CAP. II.*

SEd, quoniam nerui oẽs, qui ſub capite,toto corpore diffunduntur,aut ex poſteriore cerebro
aut ſpinali medulla oriuntur,ventriculum hũc oportuit cõmemorabilem habere magnitudi
nem, ſpiritum q; animalem ante in ventriculis anterioribus confectum tranſumere. Quare ab
his duobus in hũc poſteriorem meatus ſit,neceſſe eſt. Quocirca magnus quidẽ ventriculus hic,
maximus aũt & meatus,qui ab anterioribus vẽtriculis in ipſum prorumpit,conſpicitur: per quẽ
meatum duntaxat,cum cerebro parencephalis eſt communis ac cõnexa: Sic enim partem ipſius
vtranq; Herophilus appellare conſueuit: anteriorẽ quidẽ totius nomine propter magnitudinẽ,
cum enim ſit,vt diximus,duplex,parte alterutra tñ multo eſt maius tota parencephalide: poſte- F
riori vero parti,quia anterior nomen totius prius ſibi vendicauerat,æquum fuit nullum amplius
nomen pręter id, quod nunc habet,parencephalida videlicet,imponere. Quidam vero non ita
appellant,ſed ἐγκρανίδα & ἔγκρανον: quibus certe danda eſt venia,ſi clarioris doctrinę gratia mul
ta nomina confinxerunt: cum in omni vita multa per excellentiam nominentur,aut propter ma
gnitudinem,aut potentiam,vel virtutem,vel dignitatem. Cũ igitur cerebrum ſit à parencepha
lide (vt ſuperius diximus) craſſæ meningis duplicatione diremptum, ipſum q; oporteat aliqua
parte illi coniungi,quo prędictum meatum produceret,in vnum prius locum vtroſq; ventricu-
los terminauit: quem ſanè quartum totius cerebri ventriculum non nulli anatomici numerant.
Sunt & qui hoc ipſum perforationem vocant duorũ ventriculorum,nec cõcedunt aliũ quẽdam
ventriculum oportere exiſtimare.Ego aũt,ſiue cõmunem amborum,ſiue tertium quendam prę
ter illos alium ventriculum,velit quis hũc exiſtimare,ex his arbitror propoſitam huius ſermonis
enarrationem nullum neq; commodum neq; detrimentum eſſe accepturam. Cauſam vero,cur
anteriores ventriculi in vnum coeant,velim intelligere.Fuerit aũt hæc quędam,meatus ventricu
los ipſos cũ parencephalide coniungentis generatio: nam ex hac cauitate profectus is meatus,ſpi
ritum q;,qui ea continetur,excipiens,parencephalidi trãſmittit.Pars aũt cerebri,quæ ſupra com G
munem "cauitatem eſt, velut domus tectum quoddam,in ſphęrę ſuperficiẽ concauam circũacta,
non ab re videbitur appellata καμάριον & ψαλλιδοειδὲς,φ eius generis ædificia, qui architecturę
ſunt peritiores,appellare ſoleãt καμάρας ſeu ψαλλίδας hoc eſt teſtudines et fornices.Quibus por
rò quartus ventriculus hic eſt creditus,omnium totius cerebri ventriculorũ affirmant eſſe prin-
cipaliſſimum: Herophilus vero nõ hunc ventriculum,ſed eum,qui poſteriore cerebro ineſt,exi-
ſtimare videtur eſſe principaliorem.Nos vero,quid'nam ſentire de his oporteat,in commenta-
rijs de placitis Hippocratis & Platonis abunde prodidimus: hoc aũt loco ſatis habebimus,ſi vti-
litates ſolas explicuerimus,neq; has quidem oẽs cum demonſtratione,ſed,quę dogmata prius in
illo opere demonſtrata neceſſario ſequũtur, ſola pręcedentium dogmatum mentione facta, eas
velut probatas ac cõceſſas ſumemus. Vſus "ſanè illius ψαλλιδοειδοῦς corporis nullus alius eſt pu
tãdus,quàm ψαλλίδων id eſt fornicũ,in ædificijs: quemadmodũ enim fornices ad incumbentia
onera ſuſtinenda ſunt quauis alia figura aptiores,ita & hoc corpus partem cerebri omnem incũ-
bentem citra moleſtiam ſuſtinet. Vndique enim ſibi ipſi ſimillimũ eſt, quod rotundum eſt atq;
orbiculare: ob id q; omnium figurarum ad patiendum eſt difficillimum,omnium q; etiam eſt ca
paciſſimum,earum,quæ equalem habent dimenſionem. Eſt aũt "cõmodum id haudquaq̃ contẽ H
nendum vaſis,meatibus,ventriculis,omnibus deniq;, quæ ad continendum ſubſtantias quaſdã
fuerunt cõparata: quandoquidem horum omnium ea ſunt pręſtantiſſima,quę minima corpo-
ris mole plurimum cõtinere queant. Itaq; & in meatus huius corpore,qui eſt inter ventriculum
hunc,qui corpori pſallidoειdi ſubiacet, & parencephalidis vẽtriculum,eaſdem figurę huius vtili
tates poſſis numerare: nam & ab omnibus iniurijs eſt remotiſſimũ,& capaciſſimum, ferendo q;
oneri accõmodatiſſimum,quod rotundum eſt. Idem autem cenſendum eſt & de reliquis totius
corporis meatibus,de omnibus arterijs ac venis,omnibus q; ventriculis. Omnia quidẽ hęc ſunt
ſphęrica,ſed propter apophyſεις & epiphyſεις,propter q; illorum,quibus firmantur,contactum,
mutuas q; cum vicinis corporibus connexiones & anaſtomωſεις,ſphęræ quidem perfectio vitia
tur,rotunda tñ figura adhuc manet.Quin,ſi medium ipſum ventriculi cuiuſq; ſpectes, omnium
id comperies rotundiſſimum,vt quod nullis dum vitiatum ſit apophyſibus,ſed adhuc germanã
retineat figuræ ſuæ ſpeciem. Pari modo,ſi ab anterioribus vẽtriculis caui ac medij loci fornicem
ademptum intellexeris: ſi ablatas etiam,quæ ad nares deferuntur,apophyſes: ſi poſtremo produ
ctiones eas,quę ad obliquas atq; infernas partes pertinent,mẽte detraxeris, de quarum vtilitate
poſtea diſſeremus: quod reliquũ erit,ſphęrę ſpeciem penitus repræſentabit.Atque etiam ab eo
ventriculo.

A.l. 1.f. 1.d. ſu.1.c.2. 11.b

A.ibidem.b.

A. ibidem.

A ventriculo, qui in posteriore est cerebro, si tum prędicti meatus insertionem, tum productionem in spinalem medullam abstuleris, erit & ipse orbicularis.

De Magnitudine Ventriculorum cerebri. CAP. 12.

DE figura itaq; ipsorum hæc sufficiant: De magnitudine autem non hic solum, sed in toto etiam corpore, ventriculos quidem, qui materiales magis substantias recipiunt, consentaneum est esse maiores: minores vero, qui substantias maiorum virium ac facultatis continent. Multum enim quibusq; materijs inest excremẽtum, quo separato atq; excreto, & eo, quod vtile est reliquum, conuenientem iam qualitatem adepto, ad propositum finem iam peruenisse Opificem recte dixeris. Quo fit, vt posterioris cerebri ventriculus minor merito sit anterioribus. Quòd, si quis etiam communem ipsorum locũ expendere seorsum velit, quartum cũ cerebri ventriculum numerans, hoc quoque minor est cerebelli ventriculus. Quandoquidem meninx choroeides (quam ventriculos partes interna succingere dicebamus) ad hanc vsq; progreditur cauitatem, quæ est fornici similis: quæ enim hæc proxime subsequuntur corpora, sunt q; circum meatum, duriore iam consistentia sunt, q̃ vt cingulo indigeant: similiter aũt & quæ circum totũ posteriorem sunt ventriculum: diximus enim antea ꝙ totũ cerebellum duritie multum a cerebro B dissidet. Quo loco subit mihi admirari Praxagorã & Philotimum, nõ modo propter dogmatũ absurditatem, verũetiam propter eorum, quæ in anatomis apparent, ignorantiam. Superabundantiam .n. quandam, seu spinalis medullę propaginẽ, existimant esse cerebrũ: ob eam q; causam longis flexibus atq; inuolucris cõstare ipsum affirmant: quanq̃ posterius quidem cerebrũ, quod spinali medullæ est continuum, minime eiusmodi compositionis sit particeps, anterius vero cui dentissime compositionem hanc ac plurimam præ se ferat. Et eo maior adhuc est horum virorũ error, cum non intelligant, ꝙ partibus solis cerebri, quæ ad basim pertinent, spinalis medulla est continua, quę solę ex omnibus partibus flexibus carent: duræ enim cum sint, a se ipsis habent totam sedis firmitudinem, tenui meninge, quæ sese succingat ac firmet, nihil indigentes. Eo q; modo optimi viri multam subeant turpitudinem, est necesse, cum spreta veritate, quæ initio posuerunt dogmata, sequi volunt ac defendere. Atque etiam, qui a cranio cerebrum aiunt conformari, non mihi videntur animaduertisse, quòd cerebrum ipsum a dura meninge est seiunctum: neque quòd eadem meninx cranion quidem contingit, non tamen ei adherescit. Sed neque etiam intelligunt, quòd illam prius oportuisset conformari, neque quòd ipsum cranium est eiusmodi.

De Cerebello, ac de Intellectus perfectione. CAP. 13.

C SEd, quoniam eò orationis sumus deducti, nõ oportet formam parencephalidos pretermittere indiscussam. Non enim ex magnis flexibus tenui meninge interceptis, vt cerebrum, sed ex multis quidem & his admodum paruis corporibus, non tamen simili illis modo est conflata. Postea vero, q̃ in toto cerebri corpore, non in solis eis ventriculis (quemadmodum alibi demonstrauimus) spiritus aialis multus continetur, existimare oportet plurimum etiam in cerebro posteriore ipsum contineri, vt quod omnium, qui in totum corpus distribuuntur, neruorum futurum erat principium: media q; illa interualla, quę partes eius connectunt, spiritus esse vias. Porrò Erasistratus, ꝙ ipsa quidem ἐπεγκρανὶς (sic enim cerebellũ nominat) cerebro magis variã habet compositionem, recte pronunciat: cum autem perplexam esse hanc magis in hominibus dicat, q̃ in alijs animalibus, & cum ea etiam cerebrum, propterea ꝙ homines mente ac ratiocinatione cætera animantia superant, non amplius mihi videtur ęque recte sentire: cum ipsi certe etiã asini cerebrum habeant admodum perplexum: quos oportebat, si morum spectes ruditatem ac stuporem, cerebrum habere simplex omnino & sine vllo plexu ac varietate. Melius autem forte fuisset existimare intellectum sequi non compositionis varietatem, sed corporis, quod cogitat atque intelligit, quodcunq; id sit, bonam temperiẽ: neq; enim bonitas ac perfectio intellectus multitudi- D ni spiritus animalis potius videtur attribuenda, q̃ qualitati. Sed nunc quoq;, nisi quis velut freno quodam orationẽ inhibuerit, in maiora, q̃ pręsenti disputationi conueniat, dogmata ingrediens, sine modo vagabitur: tametsi fieri non potest, vt is effugiat, quin animę substãtiam attingat, qui corporis ipsam continentis constructionem explicat. Verum vt hoc fieri non potest, ita celeriter ad institutum reuerti possumus, quando immorari non est necesse.

De Conario, Epiphysi Vermiformi, ac Glutus. CAP. 14.

RVrsus igitur ad partes, quę post medium sunt ventriculum, reuersi consideremus, cuius rei causa corpus id, quod ad principium meatus incumbit, qui ventriculum hũc cum cerebro posteriore coniũgit, extiterit: quod ab anatomicis κωνάριον appellatur. Est autẽ corpus hoc substantia quidem, glandula: figura autem, cono perquàm simile, vnde ei nomen quoq; est impositum: vtilitatem autem ei eandem esse existimant aliqui, quę est pyloro ventriculi. Nam vt hunc confirmant esse glandulam, prohibere q; ex ventriculo cibum prius, q̃ is coctus sit, in tenue intestinum transumi, ad eundem modum & hanc glandulam conarium in principio meatus constitutam, qui meatus spiritũ ex medio ventriculo in parencephalidis ventriculum transmittit, custodem quendam esse aiunt: & velut œconomum esse, quantũ spiritus mitti oporteat. Ego vero ante exposui, de ventriculi pyloro quid sentire oporteat. Hanc vero glandulam cono assimilem,

A.l. 3. E. 1. t. 1. e. 1. 181. b

magnę q; venę diuisionem opplentem (à qua omnes ferè, qui in anterioribus sunt vētriculis, ple E xus choroeides conflantur) in eum vsum, in quem reliquę glandulæ venarum diuisiones firmantes, arbitror fuisse factam. Etenim positio ipsa eadem omnino illi est cum hisce glādulis, quippe quæ sua ipsarum summitate stabilimento sunt partibus venæ vbi primum ipsa diuiditur: reliqua vero omnis ipsarū pars proportione distātiæ vasorū ex diuisione productorū adaugetur, et eousque progreditur, quoad vasa hæc sublimia feruntur: Postq̄ autē primum venæ hæ corpus ipsius cerebri ingressæ fuerint, à conario iā relinquuntur: firmamentū autem & illi ipsi & venis fit cerebri corpus, eo loco situm. Opinari autem transitui spiritus præesse id conarium hominum est epiphyseos σκωληκοειδοῦς hoc est vermiformis, actionem ignorantium, & plus æquo glandulæ largientium. Nam, si cerebri ipsius esset particula, quemadmodum pylorus est vētriculi, liceret ipsi vnà cum cerebri dilatationibus ac compressionibus ex suo opportuno situ dimoto aperire vicissim meatum ac claudere: postea vero q̄ neque omnino cerebri pars est glandula hæc, neque ab internis partibus ventriculi sed extrinsecus ipsi adhæret, quî possit tam magna in meatu efficere, cum ipsa moueri ex sese nequeat? At quid prohibet (dicet forsan aliquis) quo minus ipsa per se moueatur? quid tandē aliud prohibeat, q̄ quod, si ita sit, glandula quidem (si dijs placet) cerebri facultatem habebit ac dignitatem: cerebrum vero ipsum, corpus duntaxat erit crebris meatibus in- F terceptum, tanq̄ instrumētum idoneum ad parendum ei quod mouere ipsum suapte natura possit? Sed hæc q̄ ignorātiæ sint plena, atque inscitiæ, quid opus est cōmemorare? nam, quod somniāt oportere quidem illic alicubi circa meatum cerebri particulam esse eiusmodi, quę spiritus transitui præsit ac dominetur, inuenire autē ipsi nequeunt, non est conarion, sed ea est epiphysis, quæ secundum totum meatum extenditur, σκώληκι id est vermi, assimilis: nominant enim eam, qui magis in anatomis sunt versati, à sola figura σκοληκοειδῆ id est vermiformem appellantes epiphysim. Eius porrò positio & natura, & cum partibus vicinis communio sic habet. Ex vtraq; meatus parte tenues sunt ac prælongæ cerebri eminentiæ, quas γλουτία id est paruas nates, appellant: quarum concursum, hominum coniunctis inter sese femoribus rectissime comparaueris. Sunt autem, qui διδύμοις hoc est testiculis, ea assimilantes malūt vocare διδύμια, q̄ γλουτία. Non nulli vero corpora conario propinqua vocant didymia: quę vero his sunt proxima, glutia. Sinistrę igitur ac dextrę meatus partes, horum ipsorum sunt corpora: superiores vero tenui quadam membrana non tamen imbecilla operiūtur, glutijs vtrinq; cōiuncta: quę sanè membrana ad posteriorem vsque ventriculum exporrecta finis est inferior epiphyseos vermiformis, quæ nihil habet didymis simile, neq; glutijs: illa enim multipliciter est dearticulata, hęc autem vbiq; sunt similia, nō G tamen vbiq; composita, particulis per membranas. Porrò epiphysis hęc vermiformis, præterq̄ quod varie est dearticulata atq; ex q̄plurimis particulis per membranas tenues connexis composita, id quoque adhuc habet eximium ac pręcipuum: Deuexa quidem ipsius ac tenuis est ad ventriculum posteriorem extremitas, quo loco in superiacentem membranam desinere dicebamus: indę autem paulatim adaucta atque amplificata, dorsum habet propemodum distantię glutiorum ęquabile: ob id longa quidem secundum meatū porrecta, ipsum totum planè obstruit: retro autem in orbes reflexa, simul ita membranam abstrahit deuexis suis particulis connatam: meatum autem totum tantum aperit, quantum retrorsum cesserit: cum enim, dum reflectitur, in sphęræ modum fiat rotunda, in se ipsam q; consideat, quantum minuitur longitudo, tantum augetur latitudo. Itaq; cōsentaneum est paulum quidem in orbes reuoluta, ob eam q; causam paulo magis ampliata, in solas meatus partes, quę ad basim sunt, strictissimas nequaq̄ ingredi posse fines ipsius inferiores: maiore vero refractione facta, ob id q; amplitudine magis aucta, plus & de meatu ipso aperitur: semper autē tantū aperitur, quantū assidue de deuexitate eius minuit in ipsum ingressura. Quorum nihil probe factum fuisset, si paulo crassiorem aut tenuiorem, q̄ nunc est, natura fecisset epiphysin: quando quidē à crassiori meatus nunq̄ claudi exacte potuisset, quod nunq̄ epi- H physis partibus suis tenuissimis ad meatus angustias peruenire potuisset: a tenuiori, autem non modo non claudi exacte potuisset, sed ne probe quidē aperiretur. Nam aut interea, dum clauderetur, spiritus quippiam elaberetur, vtpote non tota ipsius amplitudine ob epiphyseos tenuitatē occupata: dum autem aperiretur, multam prius oporteret fieri refractionem, aut nunq̄ fines deuexi attollerentur, à basi q; ipsius meatus abscederent. Atqui, si paulo crassiore aut tenuiore vermiformi epiphysi meatum ipsum non belle neque moderate aperiri claudi q; contingat, quid futurum censemus, si pręsentem consistentiam plurimum superaret? non'ne ornatum omnē, qui omnibus simul inest, funditus conturbatum ac labefactatum iri? Atqui nullam sanè inuenias cōstructionis bonitatem ad actionis perfectionem, meliorem ea, quę eò bonitatis peruenit, vt, si vel tantillum immutetur, tota vitietur. Nam, vbi multa addere aut adimere licet eorum, quæ insunt, sine vlla ipsius opificij læsione, ibi sapientem admodū opificem nemo requirat: in quibus vero, si quid vel tantillum per incuriam fuerit pręteritū, totum simul cùm ipso perit, in his perfectę artis est specimen. Veruntamen, si constructione reliqua inculpata, tātum in epiphyseos mole vitium, opificij bonitatem labefactaret, quę neq; magnopere iuuare possit aut incommodare, nemo fortasse minus in fortunam, eam culpam, q̄ in artem, transtulerit: at, quoniam, quod in

vermiformis

A vermiformis epiphyſeos magnitudine,hoc in alijs etiam omnibus accidit(quicquid enim tranſmutaueris,id actioni nocebit,quemadmodum protinus oſtendemus,)quo nam pacto nō is erit ridiculus,qui naturam arte priuauerit? Nam glutia tāto meatu ſunt altiora,vt ipſis incumbat epiphyſis atq; inuehatur: & totus meatus ob aliud nihil fuit prælongus,niſi vt motus ipſius multā haberet in quantitate differentiā: preterea,quæ ex multis ac paruis denſæ ſunt compoſitiones, eādem præbent vtilitatem,vt enim ipſa in maioris ac minoris ratione differentia ſit q̄ plurima, plurimas ipſi contorſiones ac flexus attribuit. At,q̄ ex his omnibus,motus faciles ac multos erat habitura,periculum q́; erat ipſam deuexis glutiorū dorſis inuehentem,ex ipſis præcipitatū iri ac deuolutum,ipſum q́; meatū deſtituturā,natura ligamēta quædam ipſi cum glutijs eſt machinata, q̄ diſſectionum periti tendones appellant,à quibus vtrinq; conſtricta ac coercita continetur, ne vagari poſſit. Porrò duram quoq; ipſam,quo ab iniurijs eſſet tutior,effecit,non tñ eouſq; duram,vt pars cerebri amplius non eſſet: ſed hic quoq; æſtimata ad vnguem vtilitate,eouſq; durā effecit,vt cerebri pars ſemper eſſet. Cæterū,etiam ſi omnia hæc,quæ ei nunc inſunt,haberet,flexiones tñ, quas ex compoſitione habet,obliquas aut rectas effeciſſet,nō autem,quo modo nūc habēt, tranſuerſas,nulla ſanè ex eis eſſet commoditas.Neq; enim,quo modo diximus,rotunda fieret, niſi retro

B tranſuerſis flexibus reuolueretur: neq; etiam(vt demonſtrauimus)paulatim meatum aperire ac claudere poſſet: ſed vno hoc præterito tanta ac talis omnium,quæ circum meatum hunc ſunt, corporum conſtructio eſſet inutilis. Conſtat igitur iam ſatis ijs,qui animum ſermoni adhibuerunt,in multis quidem læſum iri duntaxat actionem,in quibuſdam vero funditus labefactatum iri,ſi aliorum,quorum mentionem fecimus,quippiam immutatum fuerit. Itaque nullam inueniri poſſum rationem,qua probare quis poſſit hęc non ſummæ artis eſſe opera.

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBER NONVS

ARGVMENTVM LIBRI

Exponit excrementorum vias, arterias,venas,neruos,oſſa,& reliqua, quæ in capite continentur.

De Meatibus,quibus Superflua cerebri expurgantur. C*AP*. I.

POſtea vero, q̄ partes omnes,quę ad cerebrū attinēt, expoſuimus: multis q́; locis,quę ijs ſunt ꝓxima,cōſecutione quadā naturali,quam in eis repperimus,coacti oratione attigimus,nō alienū fuerit reliquarū capitis partiū vtilitatē hoc volumine explicare,id denuo reſumētes,quod in fine libri ſuperioris dicebamus. Vna aūt naturę ex maximis ac pcipuis curis ea eſt,vt nutrimenti excrementa ex oībus corporis partibus purget: id q; potiſſimū,ſi principes,quo modo cerebrū,hę fuerint.Nā ſucci eius,qui partibus ipſis affluit,pars qdē vtilis eſt adeo atq; benigna, vt corpori nutriēdo aſſimilet,q ſuccus re vera eſt alimentū: reliqua vero pars ad mēbrū vſq; cū benigno peruenit quidē & ipſa, at,cū illud apponitur,ſegregatur: ad quā excernendā natura meatus rqrit opportunos: quos niſi nacta fuerit,aceruata ibi,primum quidē inſtar oneris grauat,deinde vero prohibet,quo minus ſucci poſtea affluant,vias ipſorum pręoccupando: quo fit,vt membrum ipſum nutriri non ſinat.

D Sed hæc quidem ſunt leuiora.Maiora vero his, & iam morborum inſtrumēta duo hæc ſunt,in quæ incidere tandem corpora impura eſt neceſſe: alterum quidem eſt,q̄,quemadmodum animalia eſurientia,lutum aut aliud quiduis eiuſdem generis, ita partes accōmodato ſibi alimento carentes ob ingenitam ſibi appetentiam coguntur aliquid vel ex ipſis prauis ſuccis attrahere: alterum vero,quòd collecta hæc excrementa tandem computreſcunt,eo q́; modo acriora ſimul ac calidiora tandē reddita,inflāmationes,eryſipelata,herpetas,carbunculos,febres,innumerabilem q́; aliorū morborum turbam exuſcitant. Nequid igitur eiuſmodi accideret & maxime in partibus principibus,natura magnam curam adhibuit,vt ſuperflua excernerentur.Quæ cum genere ſint duplicia(alia enim ſunt vaporoſa ac fumoſa,alia autem velut aquoſa ac limoſa: quorum illa quidem ſuo impetu naturali in ſublime ferūtur, hęc autem deorſum id q́; etiam ex ſeſe ſuopte nutu ac pondere)duplices "& ipſorum excretioni fecuit meatus: Et eos quidem,qui leuia erant vacuaturi excrementa, in altum duxit: qui vero grauia deorſum repentia meatus erant vacuaturi, eos natura fecit decliues,neq; id ſolum ſed amplos etiam admodum effecit, vt qui multorum certe & eorundem craſſorum humorum velut riui quidam & canales erant futuri: alios vero contra velut foramina quædam tenuia perforauit proportione tenuitatis excrementorum. Cæterum decliues cerebri meatus,tum per palatum in os, tum per corpus narium conſpicuis orificijs ac

A.l.3.f.5.t.1.c. 1.139.d

magnis ſenſibilia ac craſſa eructant excrementa: vaporoſi vero ſuperflui excretiones, tum quæ E per corpus vniuerſum, tum quæ per caput fiunt, cernere planè ſemper nõ licet, vt quæ præ tenuitate ſenſum nõ nunq̃ effugiãt. Porrò in humidis quidem & mollibus corporis partibus nulla eſt præſcripta certa quædam eiuſmodi excretioni via, cum humidum omne ac molle corpus cedere quidem expedite ac viam dare ijs, quæ impetu concitatiore per ipſum feruntur, præteritis vero ijs rurſus coire atq; in priſtinam cohærentiam repẽte coaleſcere ſoleat: in duris vero corporibus, niſi via quędam prius ſit parata, tranſire per ea nihil poteſt. Ob eam igitur cauſam in ipſo quidem cerebro ac meningibus cutiq; caput circũdante, meatus vacuandis vaporibus diſtinctos nõ fuit neceſſe cõſtitui, neq;, ſi conſtituti qdam fuiſſent, ſenſu dignoſci potuiſſent, vt qui facta vacuatione ſtatim conſidant: in cranio vero (ſic.n. nominatur id os, quod totũ ambit cerebrũ) cõſpicuas ac ſenſiles vias natura vaporoſis his ac fuliginoſis excremẽtis ſecuit non modo propter cauſam prædictam, quæ ſanè particulis omnibus eſt cõmunis, verũetiam ob priuatam, quæ ſibi à ſitu ipſo accedit: nam partibus corporis omnibus caput, velut tectũ quoddã calidę domui, eſt ſuperpoſitũ. Quo fit, vt, cũ omnia, quę à partibus ſubiectis ſurſum efferunt, fuliginoſa ac vaporoſa excremẽta caput excipiat, largiore egeat vacuatiõe. At, qm̃ cerebrũ ipſum ſepto forti muniri erat neceſſe, ob eã q; cauſam natura nõ cuti ſoli, quo modo partes ad vẽtriculũ attinẽtes, huius cuſtodiã concredi F dit, ſed velut κράνος quoddã hoc eſt galeam, os ipſi ante cutem circũpoſuit, non ſolum non copioſiorẽ reliquis partibus corporis euacuationẽ, ſed ne mediocrem quidẽ erat habiturũ, niſi multas ipſi trãſpirationes cõparaſſet, ſimul quidem os capitis efficiẽs cauernoſum, ſimul & ſuturis, quas vocant, varie coarticulatum: quas ſiquis nouit, quales nam ſint, iam rem omnẽ tenet, ꝙ ſi nõ nouit, credat huic orationi. Oſſium, quæ ad ſuturæ generationẽ adaptãtur, vtrunq; eminẽtiam habet & cauitatem, non vna ſerie, ſed ſitu alternantes. Eſt autem eminentia quidẽ figura vnguibus digitorum potiſſimum aſſimilis: cauitas vero, ſedes eſt, huiuſmodi figurę commẽſurata. Vtrũq; igitur os ſuis cauitatibus alterius eminentias excipiẽs, totam figuram dearticulationis efficit dua bus ſerris ex aduerſo in ſeſe ad dentes exacta cõpoſitione ingrediẽtibus ſimillimam: quẽ modum cõpoſitionis, certum eſt, ꝙ & cõmiſſuræ ſecuritatis cauſa obtinuerũt, ne quando mota vehementer, diducãtur ac diſſiliant. Sic certe & fabri lignarij crebris clauiculis plerunq; inſtrumenta quædam compingẽtes, illorũ compagẽ ac coagmentationẽ ſolutu efficiunt difficillimã. Atqui ſecundum hoc tibi fuerit exemplum conſtructionis ipſorum oſſium præter primũ, quod attulimus de ſerris ſeſe è contrario ingredientibus. Quin & veſtimẽtis ex pluribus pannis laceris conſutis cõpoſitionem hanc comparans haudquaq̃ aberraueris: vnde & veteres (vt ego arbitror) ſuturas ip- G ſas appellarunt, quod nomen hunc vſq; in diẽ retinent. Quid igitur natura nõ, vt palati os, ita & capitis, tenuibus foraminibus quaſi cauernulis quibuſdã pertudit? aut cur cauernis ipſius ſolis non fuit contenta? quia has quidem erat neceſſe vtrinq; in læuem ac denſam oſſis ſquamam deſinere vicinas intrinſecus quidem meningibus futuras, extrinſecus vero membranæ, quã pericranion appellant. Porrò, ꝙ alia etiam cauſa eſſet, cur capitis os in multas partes diuidi eſſet neceſſe, libro ſuperiore monſtrauimus. Si igitur cauernæ quidẽ ſine tegumẽto relictę mẽbranas ſua aſperitate erant abraſuræ ac vulneraturæ, externam autem eorum ſquamam perforare erat ſuperfluũ, vt quæ capitis os tunc in multa erat diuiſura, merito natura his ſuturis ad tranſpiratum eſt ſimul vſa. Satius enim eſt (vt ſæpe fuit demonſtratum) per pauca inſtrumenta actiones atque vtilitates multas perfici, q̃ paucas per plura. Proinde libro quidẽ ſuperiore oſtẽdimus pericranion mẽbranam craſſę meningi connecti oportere, ob eamq; cauſam ſuturas oportuiſſe cõparari: hoc autem libro, qui nunc eſt in manibus, ſecundam earum explicamus vtilitatem. Fuerit vero & tertia quędam, quę ad vaſa tenuia excidentia pertinet: quibus & ipſis congruentia feciſſet foramina, quemadmodum & craſſis, niſi futurarum generationẽ proſpiciens neceſſariã, ea ad hanc rem ſimul vſa etiam fuiſſet. Craſſiora igitur fuliginoſorum excrementorum per has ſolas ſuturas vacuantur, H quandoquidem tenuioribus vel cranion ipſum eſt peruium: eſſet autem & craſſioribus peruiũ, quantum ad cauernas attinet, niſi læuem (vt diximus) vtrinq; ſuperficiem eius eſſe oportuiſſet.

A.l. 1. f. 1. d. 5. ſu. 1. c. 1. 10. e Etc. 2. h

A. ibidem. h

Cur Cranium factum fuerit cauernoſum. CAP. 2.

AT vero cranion quibuſdam forte videbitur fruſtra factum fuiſſe cauernoſum, cum ſuturæ propter ipſarum multitudinem ac magnitudinem nihil alieno auxilio ad tranſpirationem indigeant. His itaq; rurſus oſtẽdere eſt neceſſe propter aliam quandã vtilitatem, eiuſmodi ipſum eſſe oportuiſſe: quanq̃ properabã iam ad meatuũ, per quos excremẽta craſſa excernuntur, expoſitionẽ, ne pręſens liber ab ijs, quę ſubinde incidũt, fieret prolixior. Hoc itaq; ſolũ adhuc cũ adiecero, ad propoſitũ reuertar. Si igit̃ natura dẽſum ſimul ac tenue totũ os ſuperius feciſſet, quę ſub ſunt partes, nihil plus ex ea cõſtructione ad ſecuritatẽ fuiſſent aſſecutæ, cũ ea q̃ id vulnerãt, intro facile penetrare potuiſſent propter viæ breuitatẽ: ſin vero craſſum ſimul ac denſum, oneri fuiſſet toti animali, queadmodũ ſi quis nũc capiti ſuo onus aliquod alliget ꝑpetuoq; id geſtet. Reliquũ igitur adhuc erat tertium, vt neq; tenue neq; denſum, ſed craſſum quidẽ, rarum tñ ac cauernoſum eſſet: Eo.n. modo neq; grauaturũ erat, neq; viam in cerebrũ breuem vulnerantibus ſeſe erat daturum. Factum igitur tale eſt propter ea, quæ nunc ſunt dicta, atq; adeo ob tranſpirationem.

De Via

A *De Via crassorum Cerebri superfluorum.* CAP. 3.

RVrsus igitur ad reliquum genus meatuum cerebrum purgantium reuersi, naturæ in his artificiũ explicemus. At de duobus quidem, qui ad nares perueniũt, proximo libro tractauimus: reliquorum vero duorum, qui ad palatum descẽdunt, alter quidem ex fundo medij cerebri ventriculi profectus fertur deorsum, reliquus vero emergit quidem à meatu, qui cerebrum cerebello connectit, fertur autem obliquus deorsum, versus alterum: cum vero primum in idem simul conuenerint, locus quidam communis vtrosque excipit cauus ac decliuis, cuius labrum supernum absolutus est circulus: inde aũt semper magis ac magis arctatus descendens, in subiectũ adenem immittitur amplæ sphæræ similem, manifestam q́; cauitatem habentem: excipit autem hunc os, cribro cuidam simile, in palatum desinens. Hęc igitur est crassorum superfluorũ via. Vtilitas aũt cuiusq; instrumentorum, quę viæ ipsi insunt, perspicua quidem iam est, etiam si silentio ipsam prętercam: referã tñ, nequid hic desideretur. Cauitas igitur, quæ meatus hos excipit, quã non nulli à figura πτύελον id est peluim, alij ab vtilitate χοάνην id est infundibulum, nominãt, supernis quidem partibus quasi cisternę cuiusdam habet vtilitatem, infernis autem (vt & nomen ipsum indicat) choanas imitatur: parte autẽ inferna meatum habet sensibilem, vsq; ad adenis ventriculum. Quoniam ‖ aũt hãc choanam cerebro ipsi superne coniungi oportebat, inferne autem in adenem descendendo inseri, cõuenienter mẽbranosum extitit. Ad hæc, cum cerebrum ipsum membrana tenuis, meninx scilicet choroeides, cõtineat, non erat consentaneũ, ligamentum aliud choanę cum cerebro requirere. Conuenienter igitur portio quędam ab hac meninge protensa corpus peluis huius constituit. Porrò, quod ad vsum adenis choanã excipientis attinet, satis liquet, ꝙ excrementa transcolat: quod commodũ magnum anatomicis est ignoratum. Cur autẽ nõ statim ex choana excidant per palati foramina, cum requirere esset æquum, hoc prætermittũt: quemadmodum & de ossibus narium, quæ ἠθμοειδῆ appellãtur: neq; enim, cuius rei gratia facta hæc sint, ab eis proditum est, sed id tantummodo dixisse, ꝙ transcolant ipsa superflua, satis esse putant: quòd vero satius fuit ea transcolari, neq; protinus excidere, omnino prætermiserũt, id quod nos antea sanè ostẽdimus. Ad hęc, ꝙ nõ ἠθμοειδῆ, sed σπογγοειδῆ nominare hęc ossa melius atq; aptius esset, quod q́; hoc modo etiam Hippocrates ‖ cõparabat, indicauimus. Cũ igitur nares prõptius læderent, magna facta sunt hæc ꝓpugnacula, & ossea, lõgissime q́; porrecta: in palatum vero, ceu in os, foraminibus desinentibus, crassaq; præterea membrana intrinsecus operiendis, non fuit opus magnis tegumentis, sed tria hæc suffecerunt, aden, os, membrana. Quòd autẽ extra crassam meningem est aden iste, perspicuum esse arbitror, etiam si nõ addidero. Adde huc, ꝙ tantum est interuallum inter os palati & crassam meningem, quanta est adenis altitudo. Iam vero cõsentaneum certe fuerit recensere, quænam corpora hoc in loco natura collocarit. Perspicuum enim est, ꝙ omnium, quæ in toto insunt corpore, locorũ hic est tutissimus, cum parte quidem superiore cerebrum totũ ac cranion superiaceant, inferna autem os palati sit, atq; os ipsum: proinde, si fieri posset, animal prius sępe moreretur, quàm ab ijs, quæ extrinsecus incidunt, offensio aliqua partes has violaret.

A.l.3.f.1.t.1.c.2.182.c

lib. de Loc. in ho. Et.4. Epid. non longe à principio.

B

De admirabili Plexu Retiformi. CAP. 4.

ITaq;, quod anatomici nuncupãt δικτυοειδὲς πλέγμα id est plexum retiformem, maxime omnium, quę illic sunt, admirabile, ibi est collocatum, cõplectens quidem in orbem & ipsum adena, pertingens autem retro longissime, toti enim propemodũ cerebri basi plexus hic subijcitur. Est autem nõ simplex rete, sed eiusmodi, vt si vulgaria hęc piscatorum retia, plura alia alijs cumulata superijcias. Inest tñ naturali huic reti id eximium, ꝙ alterius replicationes alterius replicationibus sint connexæ, quod q́; ex ipsis seiũctum nihil omnino capere queas: cum enim omnia serie continua inter se sint connexa, id vnum, quod ceperis, alia sequentur. Nec vero, quibus homines vti solent, retia cum his inter se compositis, tenuitate ac totius compositionis densitate, cõtendere queant. Nec certe ex quauis materia conflatũ est, sed natura maximã portionem earum arteriarum, quę à corde sursum ad caput feruntur, materiã plexui huic mirabili subiecit. Nam exiguę quædam ab ipsis propagines in collũ ac faciem partes q́; capitis externas digressę sunt: reliquum autẽ omne, rectũ à principio factũ est, per thoracẽ ac collũ sublime ad caput tendens, atq; excipit quidẽ amice, quæ ea parte est cranij portio, & foramine in sese aperto, intra caput sine molestia deducit: excepisset autẽ & crassa meninx, secundũ q́; impetus atq; ascensus illarũ rectitudinẽ iam pertusa erat: opinariq́; quis ex his omnibus potuisset ipsas ad cerebrũ properare. At nõ erat ita: cranion. n. prætergressæ, medio inter hoc quidem & crassam meningem loco, primũ quidẽ diuiduntur in crebras eas q́; exiguas admodum ac tenues arterias: tum autem pars ipsarum in capitis anteriora, alię in posteriora, aliæ ad læuam, aliæ ad dextram feruntur inter sese mutuo complexæ, vt rursum aliam priori contrariam de se præbeant opinionem, ꝙ scilicet ire ad cerebrum sint oblitæ. At non ita ne hoc quidem se habet: nam postea ex multis illis arterijs velut radicibus in truncum coalescentibus coniugatio alia arteriarum enascitur, ei, quæ initio à corde sursum ferebatur, æquabilis: eo q́; modo iam per crassæ meningis foramina subit ad cerebrum. Cæterum quodnam tandem sit hoc miraculum, & ad quem vsum à natura nihil temere agente fa-

D

ctum sit, si recordaris eorum, quę, dum Hippocratis ac Platonis dogmata explicaremus, diximus E atq; demonstrauimus, illinc fidem non mediocrem ad hæc tibi sumperis, facile q; vtilitatē plexus huius reppereris. Vbi.n. natura exacte materiam vult conficere, diuturnam ei morā in coctionis instrumentis comparat. Id ipsum nanq; pluribus alijs locis demonstrauimus: quod autem ad pręsens institutū attinet, sat erit τῆς κιρσοειδῆς ἕλικος id est flexus variciformis, in quo sanguis ac spiritus ad spermatis generationem accommodi apparantur, meminisse, inde q; exemplum quoddam ad præsentia explicanda sumere. Nam venæ & arteriæ in illo flexu multiplici contorquentur, in primis q; flexuum partibus sanguinem syncerū continent, qui certe in vltimis flexibus ad ipsos testiculos non amplius ruber planè est: sed iam quodā modo albicat succus is, qui in ipsis continetur, exiguū adhuc requirens ad perfectam substantiæ seminis generationē, quod ei à testiculis ipsis accedit. At, quanto spiritus animalis cerebri exactiorem semine postulabat concoctionem, tanto plexus retiformis flexuosior variciformi extitit. Recte igit̃ in illis commentarijs à nobis fuit demonstratū, ꝙ spiritus animalis cerebri generatio materiam propriam habet spiritū vitalem, qui per arterias sursum fertur. Cęterum, quod initio etiā totius operis admonuimus, id nūc quoq; repetemus, ꝙ nemo scilicet probe vtilitatem vllam cuiusuis particulę inuenerit, nisi multo prius totius instrumenti actionem habuerit exploratissimam. Demōstrauimus igitur in illis F commentarijs animam ratiocinatricem in cerebro habitare per eam q; partē nos ratiocinari: spiritum q; animalem in ipsa ꝙ plurimum contineri, qualitatis proprietatem ex sui ipsius coctione adeptum. Hic aūt cum reliqua ipsius constructio, tum aūt plexus iste retiformis, mirabiliter consentire videtur ijs, quæ recte à nobis fuerunt demonstrata. Totū enim cerebrum ijs arterijs multipliciter diuisis est pertextum, multæ q; ipsarū diuisiones in ipsius vētriculos desinunt, quemadmodum & venarum ex vertice ipsius descēdentium: ex oppositis enim locis arterijs occurrunt, & in oēs, quo modo arteriæ, cerebri partes atq; adeo in ipsos ventriculos distribuuntur. Porrò, quemadmodum in ventriculum atq; intestina arteriæ & venæ ꝙ plurimę perueniunt, bilem qdē ac pituitam reliquos q; id genus humores in externā capacitatem effundentes, sanguinem aūt ac spiritum vitalem intra se ipsas retinentes: pari modo in cerebri ventriculos venæ similiter excernunt quidem superflua, sanguinem aūt retinent, arteriæ vero spiritum maxime omniū respirant: hę nanq; sursum in cerebrū ab infernis partibus ferunt̃, venæ autem ex vertice in ipsum descendūt. Quod admirabili quodam artificio à natura fuit cōparatum, vt, quæ ex ipsarum orificijs elabūtur substantiæ, totum cerebrum permeent: quādiu enim in ipsis vasis continent̃, in oēs corporis partes vnà cum illis ferunt̃: postq̃ autem semel ex ipsis exciderint, fertur vtraq; secundum G proprium momentum, leuis quidem ac tenuis sursum, deorsum autem crassa ac grauis. Ab illis igitur arterijs quę in partes ad vētriculos attinentes terminant̃, situm habentibus decliuem, nihil spiritus in capacitatē subiectam excidit, nisi qui forte ab ipsa vasorum actione pulsus fuerit: ab ijs aūt, qbus in ipsum cerebrū accliuis est positio, effluit semper spiritus, belle in retiformi plexu confectus, tantum scilicet, quantū arteriæ, quę in plexu sunt, præmiserint: neq; enim has celeriter potest peruadere, sed hęret errabundus per contorsiones ac flexus, qui multi ac varij spectant in omnes partes, supernam scilicet, infernā, ac obliquas. Proinde in his moratus diutissime, conficitur, confectus autem statim cerebri ventriculis incidit: neq;.n. ipsum amplius illic morari, neq; eum, qui non dum sit elaboratus, ferri iam oportebat. Neq; id modo in ipsis qdem ventriculis fieri ita oportebat, in ipso aūt toto cerebro non oportebat, sed & in ipso nihilo minus: quandoquidem, quæ ipsius partes meningem succingētem contingunt, eę ex vasis, ꝗ in ea sunt, propriū hauriunt alimentum, quę vero sunt remotiores, materiarum iuuantur momentis: siquidem partes omnes corporis facultatem habent, propriam sibi materiam trahendi, sed nō possunt hanc à longinquo neque magno interuallo attrahere, nisi quodpiam extrinsecus sibi accedat adiumentum. Cuius sanè adiumenti in cerebro natura maximam habuit rationem: primum quidem quòd id principalissimum erat omnium: tum autem quòd vasa, quæ ipsi insunt, magno à sese interstitio distabant: postremo quòd propter mollitiem & caloris mediocritatē attrahere minus poterat, etenim robore maiore ac calore est opus partibus tracturis. H

A.l. 1. f.1.d. 6. fu. 1. c. 4. 27. c

De Modo, quo Venæ & Arteriæ in Cerebro ac in alijs partibus inseruntur. CAP. 5.

NOn alienum certe hic quoque fuerit, sermone hoc paulum intermisso, memoriam reficere omnium, quę corpori insunt, venarum atque arteriarum, quonam pacto hę in omnes partes, vasis vtrisq; indigentes inserantur: adeo q; sibi mutuo sint vicinæ ac propinquę plerunq;, vt quę in vētriculū, ieiunum, tenue intestinum, & colon infigūtur, sese contingant. In memoriam quidē reuocemus, primū horum vasa: post illa aūt & quæ sunt in hepate, pulmone, renibus, vesica, vtero, liene, & ipso corde: ad vltimū aūt ea, quæ sunt in omoplatis, thorace, manibus, & cruribus, recordemur, vt in omnibus his non ex inferioribus quidem vena, ex superioribus autem arteria: neq; ex dextris quidem vas alterum, sinistris aūt alterum exoritur: neq; hoc quidem parte anteriore, illud aūt posteriore: neq;, ex eisdem quidem partibus multum à sese distant, sed in omnibus his ꝓpinquę sunt adeo vena atq; arteria, vt & mutuo sese contingant, & vena semper arteriæ incubet. At in cerebro, ꝙ satius esset ex locis diuersis, aut potius oīno contrarijs vasa in ipsum

inserere,

A inserere, non'ne Opificis prouidentiam admirabimur, qui à corde sursum per thoracem ac totũ collum, venas atq; arterias ad ipsum vsq; caput simul deductas, inde has quidem ad plexum retiformem, illas autem ad summũ capitis verticem, produxit? id q; non quoquo modo, sed magna cum earum securitate, vt quod animalis multum interesset: ex dignitate.n. partium, quæ nutriuntur, venarum eas alentium præstantia æstimatur. Has igitur venas si parte cranij externa ad verticem usque duxisset, à cute sola tectas, haudquaquam mihi sic viderer earum agnoscere præstantiam. Quòd, si interna quidẽ parte eas duxisset, protinus autem crassa meninge excidere, tutum quidem hac ratione eis ab externis iniurijs iter esset, at alia ratione non esset tutum: neq; enim poterant absq; ligamẽto, ipso solo cerebro inuehentes (cuius figura est rotunda, & consistẽtia mollis) citra noxam ascẽdere: neq; meninx tenuis venis ita magnis vinculũ erat satis robustum. Sed neq;, quod reliquum adhuc est ac tertium, parte quidem cranij interna perducere eas oportebat, per locum autem inter cranium & crassam meningem medium, ad verticem capitis ducere: angerent enim hoc quidem modo, dum mouerentur, in cranion impingẽtes: aut hic quoq; duram quandam tunicam comparare oportebat inter venas & cranion, cuiusmodi in omnibus ossium foraminibus apparet. Quin, si oino nullam aliam natura ipsis ingeniosiorem inueniebat securi-
B tatem, ad id saltem venisset, sicut ex ijs, quæ ipsa in transitu per ossa machinatur, indicat. At enim Opificis industrij maximum est indicium (quemadmodũ ante sæpenumero iã diximus) ijs, quæ ad alium vsum fuerũt comparata, ad alias quoq; vtilitates simul vti, neq; laborare, vt singulis vtilitatibus singulas faciat ac proprias particulas. Cum igitur ibidem crassa meninx esset, aliam tunicam non putauit esse comparandam, cum posset hæc certe duplicari atq; in se ipsam mediã venas recipere. Num igitur id solum factum ab ipsa est ingeniose? an hoc etiam adhuc artificiosius, q duplicationẽ istam non ad hanc vnam rẽ fecit vtilem: sed cũ à cerebello cerebrum seiungi oporteret (vt libro superiore mõstrauimus) in eo potissimum loco cõstituit, vbi simul quidem via vasis tuta esset futura, simul autem vtraq; sui parte, altera quidem cerebrum, altera vero cerebellum esset complexura? an tertiam adhuc solertiam audire non pigebit, quã Opifex nostri præter duplicationem hanc excogitauit? Postea enim, q crassam hanc membranam cranio connecti esset necesse (quẽadmodum id quoq; præcedẽte libro fuit mõstratum) ad securitatem magnopere interfuit nõ modo meningis ipsius, verũ etiam subiectarum particularum, quo loco crassior est ac duplex, illinc vincula ex ipsa produci. At, qm̃ per suturas emergere ea erat necesse (id enim etiã monstrauimus) rõne optima illic futurã à specie Λ græcæ literæ λαβδοειδẽ appellatã adhibuit.

C *Quo pacto Venæ intra Cerebrum distribuantur.* CAP. 6.

POstquam autem facta hęc fuerunt, quàm plurimis in trãsitu sanguinis per crassam meningẽ factis foraminibus, per ea venas alias quidẽ paruas, alias vero magnas produxit, sursum quidem ad cranij duplicationem, & in membranã, quæ circum craniũ est, pericranion appellatam: inferne aũt ad subiectam tenuem meningem: id q; non vnius tantum vtilitatis gratia, sed quò nutrirent quidem (quod propria ac pręcipua venarum oĩum est actio,) tum autẽ vt corpora omnia propinqua cum dura meninge cõnecterent. Coeuntes aũt in vertice capitis, quæ sanguinem deducunt meningis duplicationes, in locũ quendam vacuum quasi cisternam (quẽ sane ob id ipsum Herophilus ληνὸν hoc est torcular, solet noiare,) inde velut ab arce quadam oĩbus subiectis partibus riuos mittunt: quorũ numerum nemo facile dixerit, q partium nutriẽdarum numerus sit infinitus. Manant aũt riuorum non nulli quidem ex medio ipso loco in totum cerebellum secti ac deriuati, eodẽ prorsus modo, quo sulci in porrorum ac olerum tetragonis: alij autem ex parte anteriore feruntur, ea scilicet, q̃ torcular excipit, dixeris vtiq; velut riuum quendam sanguinis: quem et ipsum ex crassa meninge admodum ingeniose fabricata est, partibus enim ipsius meningis, quæ sanguinem duxerunt, ad torcular appulsis, dimissa q; illinc aliqua in partes subiectas, nõ
D amplius, quod supererat, vni venæ concredidit, sed pterea ex crassæ meningis partibus prorsum extensis riuulum effecit, ex quo primum multos riuulos per totam viam produxit.

A.1.1.f.1.d.5. fa.1.c.3.25.b

Quo pacto Venæ Meningi & Conario incumbant. CAP. 7.

POst illa vero, cum iam prope mediũ ventriculum accessisset, magnas q; venas, quę in plexus χοροειδεῖς distribuerẽtur, ab eo produci esset necesse, non amplius tãtarum venarum colligationem soli tenui meningi cõmisit, sed adenem quendam, qui ei esset auxilio, fecit: quem, cũ medium inter venas descendentes stabiliuisset, ita demum in tenuem meningem in orbem inseruit, venas q; vndiq; statuit meningi cohęrentes, vt quoad sublimes ferãtur, aden quoq; cum ipsis extendatur: cum autem in cerebrum iam descendẽtes immissæ fuerint, tunc & aden suam basim rotundam firmat in dorso cerebri. Ad eum demum modum, quæ circum adenem scissæ fuerãt, per medium ventriculum ad anteriores cõmeant, in illis vnà cum arterijs, quæ à parte inferna ascendunt, plexus q; choroeides constituunt, implicitæ: reliqua vero crassæ meningis pars (quã velut riuum quendam sanguinis esse diximus) rectà quidem secundum longitudinem, vt initio cœperat, prorsum longissime fertur, multas producens venas, quæ in totum cerebrum dispergunt. Ea certe est naturæ in deducendis venis solertia. Crassa porrò meninx, quæ prædictum sanguinis riuum efficit, non vtiq; propter hoc vnum duntaxat eousq; fuit extensa, sed aliã quoq; huic natura addidit

ra addidit futuram, quæ à vertice recta ad frontem per caput medium fertur. Atq; etiam conue- E
niebat (vt supra diximus) geminum esse cerebrum: ad eam q; rē hac meninge simul vsa est, portionem eius quandam ad frontem vsq; extendens, quę cerebrum diuideret: at ipsius quidē pars, quæ ante hanc est, quæ q; inter adenem ac torcular est media, ad perpendiculum incumbit tum meatui, qui cerebrum cum cerebello copulat, tū vermiformi, quæ in eo est, epiphysi. Itaq; sursum ad se ipsam corpora propinqua intendens prohibet, quo minus epiphysis meatus ab ipsis grauetur: quod quātum commodi afferat, nulla noua opus est probatione, si quis eorum, quę libro superiore diximus, meminerit. Pari modo, et quę in sutura est lambdoeide, menix sursum trahit corpora posteriori ventriculo incumbētia. Quin & tertia sutura, quæ στεφανιαῖα, id est coronaria, dicitur, quæ per medium anteriorum ventriculorum fertur transuersa, medium cerebri locum eundem q; q; plurimum in sublime tollit, ab omni q; compressione ventriculos vendicat: quos omnino comprimi, grauari, ac arctari contigisset, nisi meninx hac capitis parte fuisset locata. Neque enim, quemadmodum cordis vētriculi propter corporis ipsius duritiem nunquam comprimuntur, nullo ad id externo egentes præsidio, ita, qui in cerebro sunt adeo molli, ab omni compressione absq; vllo externo auxilio immunes esse poterant. Sed de suturis, quod superest iam dicendum, sequentibus libris persequemur. F

De Primis tribus Neruorum cerebri Coniugationibus. CAP. 8.

RVrsus autem ad cerebrum reuertamur, reliquas q; eius productiones exponamus, quas ante diximus summatim prius repentes. Maximę igitur ipsarum erant, quæ ad nares pertinent, quarum parte vtraq; pori sunt oculorum, propter quos sunt productiones eæ, quæ musculos eorū mouent: poris autem in idem coeuntibus prius, quàm ex crassa meninge excidant, atq; ita rursus † superiori parte }- diuisis, vnitionis eorum est πύελος id est peluis: ex vtraq; vero parte arteriæ ipsam tangunt. Hæc quidem sunt † in ijs, quæ ad duram meningē pertinent: }- quibus autem superuehitur tum ipsa, tum quod ipsa continetur cerebrum, aden est, & plexus retiformis, & ipsa in palatum perforatio. Ex quibus liquet non ita aperte audientibus, vt ijs, qui hæc contemplantur, ꝙ neq; in anteriori parte capitis neq; in basi locus vllus adhuc relinquitur vacuus ad sensificorum neruorum in linguā productionem: in anterioribus enim productiones sunt tum ad nares tum ad oculos, in basi vero aden est & plexus retiformis. Proinde, cum parte anteriore cerebrum ipsum ad productiones prius iam esset perforatum, inferna aūt nullus amplius locus esset inanis, tertius aliquis locus neruis gustatorijs fuit quærendus. Ex posterioribus quidem cerebri partibus, quòd eæ duræ sint, nerui eiusmodi gigni non poterant: ex superioribus vero, quemad- G
modum nullus alius neruus in partem vllam, ita neq; in linguam erat emersurus: demonstratum enim nobis id millies fuit, quanta natura cura prouidit, vt partes maxime principes ab omnibus iniurijs essent remotę: quando vero propter mollitiem facile à quouis erant offendendæ, ibi tum accuratius eiusmodi partes tegit, & vndiq; communit. Quòd, " si ex cerebri lateribus, quę ad oculos spectant, neruos linguæ produxisset, ne sic quidem tuta eis esset hæc via, ęque ac eorum, qui à basi enascuntur. Cum igitur ex basi neruos producere satius esset, tum propter securitatem, tū ꝙ ea parte lingua esset posita, pars autem anterior omnis à prædictis corporibus prius esset occupata, ex reliquis posterioribus ipsos producere erat necesse: atq; etiam factum ita est, ꝙ ea sola ratione probe id fieri licebat: duplex q; illic principium neruorū linguæ sensificorum fuit. Est porrò & hoc sensorium vt alia omnia duplex, partem omnem dextram sinistræ habens æquabilem: at, qm̄ molendo cibo & transglutiendo opitulatura erat, loquendi q; instrumentum futura, ob eam causam partes eius coaluerunt, tota q; gemina extitit. In partes igitur vtrasq; merito proprium statim à principio neruum produxit. At, qm̄ omnibus quoq; quę in ore sunt, partibus ab ijsdem locis sensum gustatorium tribuere esset melius, ad has etiam neruos produxit, ipsos q; omnes simul connexuit, eos quidem, qui dextrarū partiū erant proprij, ad partes basis dextras, eos vero, H
qui sinistrarū, ad alias: eos q; vtraq; parte ita antrorsum ꝓduxit, vna cum eis meninga choroeidē producēs, quæ illos nutrire simul ac tegere posset. Vt autem crassa meninx productiones has exciperet, ipsam perforauit & excauauit foraminibus non omnino penetrantibus, sed in modum fistulæ dilatans, vsque ad ossa anteriora (ex quibus neruos excidere erat tempestiuum) produxit: illic autem & ossa perforauit, & cum vtraque meninge partem quidem ipsorum in ipsam linguam, partem autem in superiorem, alios in inferiorem maxillam, infixit. Ante vero, quàm hos in partes has distribueret, velut obiter productum neruum, deinde coactum ac densatum, duriorem'que effectum ijs, qui in os desinunt, musculo temporali inseruit: siquidem motu hic, qui autem in ore sunt, gustatoria facultate, indigebant. At, quòd, qui maxillæ inferiori & linguæ infiguntur, vijs decliuibus sunt merito vsi, positio partium ipsos excipientium indicat: qui vero in superiorem maxillam ferebantur, ijs natura viam aliam conuenientem secuit: & primum quidem prorsum etiam eos traduxit, ac propter oculorū regiones deduxit, tum autem illic altero foraminum, quę ipsis insunt, simul vsa est, per quod scilicet nerui oculorum musculis infigebantur, aliam enim viam meliorem ne excogitare quidē possemus, neq; p ipsas oculorum regiones, neq; extrorsum. Loca enim, quę vltra minores oculorū sunt κανθὸς.i. angulos, temporalibus muscu-
lis

† ἐξόπισθεν.i. posteriore parte.

† in ātiquis.ἐν τοῖς τῆς σκληρᾶς μηνιγγος i.intra duram meningem.

A.l.1.f.1.d.5. su.3.c.2.21.f

A lis reſeruabantur, præterea etiam longam haberent, ac periculoſam periodon: quę vero loca ſunt in angulis maioribus, pori narium occuparāt. In ipſis vero oculorum regionibus cum duo quidem eſſent foramina, & aliud quoque præter ea tertium ad magnū angulum eſſet futurum (quē admodum procedente ſermone monſtrabo) aliud item vltra hæc quartum facere Opificis eſſet vitium, oſſium ſecuritatem pro nihilo ducentis: quò enim magis foraminum cumulatorum numerus augeretur, tanto, quod oſſium inter foramina eſſet, ob tenuitatem læſionibus magis eſſet obnoxium. Quas ob cauſas Opifex noſtri in nullam etiā aliam partem os id cenſuit quidem perforandum. Cum autem ex ijs, quæ facta iam erant, optio ſibi eſſet data, ad neruorum difficilius paſſurorum viam acceſſit, ac per eam neruos ſuperioris maxillæ traiecit: nerui enim oculorū ſenſifici non modo molliores longe motorijs ſunt, verumetiam multo principaliores: propter illos enim totus oculus factus eſt, in eis'que præcipua viſus pars conſiſtit: adde etiam ꝙ foramina eorum ſimiliter, ac nerui, ſunt magna. Merito igitur ab his abſtinuit, vt qui ꝑ magna foramina ferrentur, principaliores q́ꝫ multo ſint ac molliores: cum durioribus vero ſimul ac minus principalibus, & per foramina anguſtiora erumpentibus, neruos maxillæ traiecit, exploratum habens vicinitatem ipſorum nihil moleſtiæ habituram, magnitudinem q́ꝫ foraminis maiorem neruorum B ſenſificorum foraminibus, haudquaquam futuram, prælongum enim eſt, non exacte teres, vt illa. Et quis forte exiſtimarit longitudinem huius maiorem eſſe illius diametro: at totum foramen toti collatum haudquaquam maius amplius videbitur, aut certe non multo maius: neceſſario autem prælongum extitit, non autem, quo modo ſenſificorum, teres, quòd duos neruos mutuo ſeſe ſubſequentes, non vnum, erat contenturū. Eſt quidem certe vterqꝫ eorum (vt verum dicam) multiplex: diſſeremus'que paulo poſt de neruorum iſtorum omnium natura accuratius. Porrò in pręſentia quidem, quo dilucidior ſit noſtra hæc expoſitio, nihil impedit, quo minus vnum eū dicamus, qui in muſculos oculorum diuiditur: alium aūt eum, qui ad ſuperiorem maxillam péruenit, qui q́ꝫ excidit ſimul cum altero: cum q́ꝫ ad oculorum cauitatem peruenerit, recta ad nuncupatum malum fertur, perforatis rurſus illic, quę ſub oculis ſunt, oſſibus, tranſitum q́ꝫ ei prębentibus: haudquaquam enim ita erāt pręterituri, vt muſculos contingentes, ipſos lęderent, aut à muſculis lęderētur: nam ſatius erat & muſculorum motum ſeruare innocuum, & neruos cum multa tranquillitate incedere & neque alieno motu & ad ſe nihil pertinenti vſquam potiri. Hæc igitur prouidens Opifex, aliud deinceps collocauit ſub oculos foramē, quod ei ſuccedit, quod prius eſt & neruo vtrique commune, quod ad cerebrum ipſum terminabať. Verum hîc quidem à te-C nui ſquama oſſis teguntur tum nerui tum ipſorum meatus: in ijs vero, quæ mala appellamus, quippe quę alta ſunt, craſſis quidem oſſibus teguntur, per profundum vero feruntur contingente eos oſſe tanquā alio quopiam ipſorum neruorum gratia facto. Neqꝫ enim à natura quoqꝫ fuit prætermiſſum, quin vaſis omnibus, quæ ab oſſibus excidunt, tunicas circundaret duras, non nullos q́ꝫ ex ipſis oſſibus læues ac laxos meatus efficeret, id q́ꝫ potiſſimum quando oſſa perforanda dura ſubſtantia fuerint. At neque in neruis omnibus, neqꝫ omnibus arterijs, neqꝫ omnibus venis ad vnguem adeo id ſeruatur, vt ijs quidem, qui negligenter atqꝫ oſcitanter hæc audiunt aut potius ſecus accipiunt, non nihil forte natura lapſa videatur: ei vero, qui diligentius attendit ijs, quę dicimus, eorum q́ꝫ in anatome facit accuratū periculum, ſolum oſtendere ſuffecerit Opificis prouidētiam ſimul ac mirabilem ſolertiam. Quonam pacto vero nerui hi, qui ſubtus oculos ad malorum oſſa feruntur, tum ij, quorum ante hos meminimus, tum etiam qui inferne excidunt, linguam & os & omnes faciei particulas pertexerunt, ſermone ſequenti explicabimus, quando partium oris ac faciei conſtructionem enarrabimus: pręſenti enim ſermone ipſarum tantum à cerebro productionum vtilitates recēſere ſumus profeſſi, quarum terminus eſt os id, quod eas continet. Proinde terminum hunc præſtituētes, ſimul atqꝫ neruum oratione extra ipſum conſtitue-D rimus, rurſus ad cerebrum reuertemur, quò nullam earum, quæ intra cranion ſunt, productionū prætermittamus, neqꝫ ijs, quæ extra id ſunt, diutius inſiſtamus.

De Quarta neruorum Coniugatione. *CAP. 9.*

SI igitur id tenuerimus, prædictoqꝫ ſermoni hoc adiecerimus, ꝙ ſcilicet ab his neruis productio ad muſculos temporales pertinet, per oſſa temporum excidens, ad aliam iam tranſeamus cerebri productionem. Quartam "autem neruorum hanc numerant coniugationem anatomicorum peritiſſimi, ipſis non connumerantes eam, quæ fertur ad nares, ꝙ ipſa neruorum productiones non habeat, quo modo reliquæ, neqꝫ extra oſſa excidat: Sed prima quidem ipſarum numeratur apophyſis, nerui molles oculorum: ſecunda, nerui, qui oculorum muſculos mouēt: tertia, de qua paulo ante loquebamur, quæ oritur, vbi pars cerebri anterior cum poſteriori cōnectitur, progreditur autem per craſſam meningem, deinde in duo ſcinditur, poſtremo, quo modo diximus, diſtribuitur: quarta vero neruorum coniugatio paulo poſterius his eſt locata, magis quidem, ꝗ̄ priores, ab ipſa baſi emergens, propagines autem eius omnes ſibi ipſis ſunt propinquæ: commiſcetur quidem ſtatim neruis tertiæ coniugationis † poſt autem fertur longiſſime, deinde ſeiungitur, toti q́ꝫ palati tunicę infigitur. Exigui porrò admodum ſunt hi nerui, neruis q́ꝫ tertię coniugationis paulo duriores: quo fit, vt & tunica ea, quę os ſubungit ac illinit, durior ſit non lingua

A. ibidem. h

† Al. καὶ μετ' αὐτῶν. i. et cum ipſis feruntur. &c.

gua modo, sed etiã alijs propemodum omnibus faciei particulis. Ob eam certe causam producun E tur etiam ex paulo durioribus cerebri partibus, q̃ nerui tertię coniugationis: quanto enim magis retro progrediemur, tanto plus plus q̃ se ipso durũ cerebrum inueniemus: atq; ẽt partes, quæ ad basim ipsius pertinent, alijs sunt duriores. Merito igitur & quarta neruorũ coniugatio, vt minus mollis sit, q̃ tertia, non solum ex partibus posterioribus, sed à basi cerebri magis, q̃ illa, emergit.

De Quinta neruorum Coniugatione. CAP. 10.

POst has aũt à capitis lateribus versus ossa λιθοειδῆ id est lapidea, sunt productiones. Quinta aũt est hæc coniugatio neruorum, nõ ipsorum quidem adhuc durorum. Diuiditur porrò in ipso per ossa trãsitu in duas partes, quarũ altera quidẽ in meatũ auditorium, reliqua vero in cæcũ nuncupatũ foramen: non tñ re vera est cæcũ, vt dicit, sed existimo eos, qui primi id nomen ei imposuerũt, in ipsum demisisse funiculũ, aut setã porcinã, deinde, cũ traijcere ipsum nõ possent, illic alicubi finire ipsum putauisse. Causa vero, cur nihil elabat, est nõ cęcitas, sed flexuosa meatus obliqtas. Quòd, si paulatĩ totũ os circũcideris, neruũq; nudaueris, ipsius flexus ac meãdros dephẽdes neruusq; tibi extra excidere ad aurẽ apparebit. Ceterũ de neruorũ auditoriorũ natura prius disputauimus: de ijs vero, q p cęcũ foramẽ excidũt, dũ de ijs, q sunt extra craniũ agemus, verba faciemus.

A.ibidem.d

De Sexta neruorum Coniugatione. CAP. 11. F

NVnc aũt tempestiuum fuerit aliam sobolem neruorũ à cerebro proficiscentium verbis expromere. Sexta aũt quędã est vltra has neruorum coniugatio à basi cerebri productorum: qui non dum etiam sunt duri, omnibus tamen prædictis tanto sunt duriores, quanto iam spinali medullę sunt propiores: hæc enim durorum neruorum est principium, quoniam et ipsa cerebro multo est durior. Cuius rei ratio est facillima, ei saltem, qui tenet memoria ea, quæ libro superiore diximus, q scilicet ad sensum exactiorem, productione cerebri molliore, ad motionis vero robur duriore est opus: quod q; ob id ipsum cerebri partium aliæ quidem duriores, aliæ vero molliores extiterũt. Postremo etiam diximus, q cerebrum ipsum partibus, anterioribus, vnde incipit, cum sit molle, semper magis ac magis se ipso durum efficitur: qua porrò spinali medullæ coniũgitur, ibi reliquis suis partibus est durius: quo loco & spinalis medulla, q̃ alijs sui partibus, est mollior. Paulatim autem hæc quoque, quò magis deorsum progreditur, eo durior efficitur: etenim eius quoq; generatio eam prębet animali vtilitatem, vt durorum corporis neruorum sit principium, cum cerebrum eousq; durum fieri nequeat propter causam supra à nobis comprehensam. Ostendit autem perspicue natura non minime in hac quoq; neruorum coniugatione (de qua nunc verba facere est propositum) q fieri non poterat, vt per neruos duros perfectus aliquis sensus efficeretur: producerentur q; à cerebro quidem duri, à spinali aũt molles. Descendunt enim hi vsq; ad os latum, in omnia ferè intestina ac viscera distributi, quamuis horum maxima pars spinę incumbat: cuius ora vltima est, quod non nulli os sacrum, alij latum appellant, quò neruos desinere diximus. Satius q; fuisset (si modo licuisset) à spinali medulla per viã cõpendiosam aduenietes neruos particulis, quæ illic sunt, magna cũ securitate distribui: at non licuit certe spinali medullæ, cũ ipsa esset dura, mollium neruorũ esse principio, quo modo neq; cerebro eorum, q in artubus ipsis insunt, cum nerui hi sint durissimi, cerebrum aũt sit mollissimum. Perspicuum enim est, q artus ipsi neruos postulabãt durissimos, vt qui fortibus ac violentis actionibus mutuo subseruiũt: non tamen ęque liquet, q visceribus ipsis molliores erant tuti: quod, nequid desit sermoni, subijciam. Ac primum, q nullum viscus motum vllũ habet voluntarium, sed duntaxat, ne sensus essent expertia, neruis eguerunt, satius fuerat illis sensificos immittere: secundo autem, q corporis ipsorum substantia mollis esset consistentia, facilius erat vnienda, neruos q; eiusmodi vndiq; perplexos receptura: tertio etiam, q ventriculo sensum exactissimum cibi & potus deficientis adesse oportebat: quocirca horum etiam neruorum pars maxima apparet esse in ipsum distributa, & potissimum in eius primam partem, quæ circa os, quod vocant, est, deinceps autem & in alias H eius partes omnes vsque ad fundum. Porrò, cum semel ventriculi causa à cerebro nerui essent demissi, eò sanè alijs quoq; omnibus partibus, quæ illic sunt, distribui eos erat commodius, etiam si vtilitatẽ non admodũ magnã partibus illis essent allaturi. Quod aũt ad ventriculum attinet, omnino facultate aliqua ciborũ ac potuũ appetitrice is indigebat, quam necessario præcedebat facultas quædam, quę sensum alimẽti deficiẽtis excitaret: alijs vero partibus, quæ sunt circum ventriculum, tm̃ sensus acutioris eorum, quæ desunt, tributũ fuisse medicis visum fuit, vt eas nihilo minus ventriculo dicant appetere. Mihi vero videntur hæ exiguum quendam etiam sensum habere, ventriculo autem plurimus inesse, atque ipsius ori: apparent enim nerui maxima sui parte in vtrunq; prorumpere, ob eam q; causam vẽtriculi pars hæc sensu acutissimo est prædita: &, qui vehemẽter esuriunt, eam potissimum sentiunt contrahi, & velut conuelli, ac stomachari: quæ sanè haudquaquam sensilis adeo fuisset, nisi mollium neruorum fuisset particeps. Quibus oĩbus prędictis intelligi potest, q cum reliquis oĩbus ventris partibus, tum omnium maxime ventriculo neruis à cerebro opus fuit. Videre q; licet ex ipsis anatomis, quantam rationem natura securitatis eorum per totum descensum habuerit. Cum enim eos pręuideret iniurijs fore opportunos tũ propter mollitiem, tum ẽt q longo interuallo diducerentur, membranis saltem fortibus eos obducens,

A.ibid. fo.22.a

G

A ducens, corporibus propinquis connexuit, quæ multa descendentibus illis occurrunt. Plerunq; aũt & illis ipsis connexio hęc commodum affert non contemnẽdum, quemadmodum & neruis septimæ coniugationis excidentibus: nam neruis sextę coniugationis eos aggregans, simul atq; è capitis osse excesserint, mẽbranis fortibus circundedit, & vndiq; ad vnguem muniuit, cõmune hoc cõmodum vtrisq; machinata. Quemadmodũ enim funiculi simplices quidem ac tenues patiuntur facillime, qui vero ex pluribus eiusmodi sunt compositi, tm̃ difficultatis ad patiẽdum adipiscuntur, quanta est copia constituentium sese funiculorum: ad eundem modum, & qui nerui coniungũtur ac perplexuntur, vinculis q; cõmunibus constringunt̃, multo, q̃ simplices, ab iniurijs sunt tutiores. Quocirca, cum in plures corporis partes sibi ipsis propinquas neruos complures ferri est necesse, eosdem omni interiecto itinere vsq; ad partes illos recepturas natura deducit colligatos. Quam rem qui negligentius considerant, hos neruos omnes vnum esse arbitrantur: qui tamen haudquaquam vnus sunt, sed iam inde à principio tot sunt, quot & particulæ, quibus ipsi sunt inserendi: apparent tamen vnus esse, q inter se sint perplexi communiter omnes, ac constricti à membranis ipsos continẽtibus. Atq; illud est, quod paulo ante de neruorum natura dicturum me receperam. At enim omnem de eorum compositione disputationẽ non obiter, quo B modo nũc, sed separatim persequemur, atq; absoluemus: de neruis vero, qui ad stomachum pertinẽt (de quorum itinere verba facere instituеramus) prius exequemur. Postea vero, q̃ neruos septimæ coniugationis ab ipsis (vbi paulum essent cum eis progressi) seiungere ad linguam naturæ opifici esset necesse, rursus eos cum arterijs carotidibus, quæ non longe aberant, coniunxit, per totum q; collum cum illis traduxit, cõmunibus membranis cum illis colligãs in thorace porrò, cum arteriæ ad sinistrum cordis ventriculum essent locatę, eos rursus diuisit, vbi denuo stomacho vtrinq; connexuit. Et, cum ipsos primum natura in ventriculũ esset diuisura, qui dextra quidem parte erat, ad lęuam: qui vero sinistra erat, ad dextram circumegit, reputans obliquos prius oportere efficere, atq; ita demum diuidere: erat certe id multo securius ac tutius, q̃ si recta descendentes ita diuisi fuissent. Quin & alias omnes ab ipsis diuisiones membranis complectens, vicinis q; corporibus stabiliens semper producit, quam propter suam mollitiem patiendi habent facilitatem, externis adiumentis corrigens ac cõseruans. At de ipsorum quidem distributione, partim prius quodam loco attigimus: partim autem in sequentibus etiam dicemus, & potissimum de distributione quæ fit in iecur, cor, & laryngem.

De Septima neruorum Coniugatione. CAP. 12.

C DE septima vero coniugatione neruorum à cerebro proficiscentium nobis iam est dicendum. Quæ q protinus quidem ei coniungitur, quæ sese præcedit, dictum haud ita pridem est: nec minus etiam, q natura harum productionum vtriusque securitati consulens, connexionem earum inter se excogitauit. Iam vero, & vnde proficiscatur, & quò immittatur, nobis est dicendum, id enim adhuc in ea superest explicandum. Proficiscuntur itaque nerui hi illinc, vbi & cerebrum desinit, & spinalis medullæ est initium: progressi autem quadantenus vnà cum neruis sextæ coniugationis, post autem ab ipsis seiuncti, parte quadam sui eadem q; minima rectos laryngis musculos cõtexunt, maiori vero in totam linguam inseruntur. Hi primi inter neruos exquisite sunt iam duri: nam prędictorum omnium alij minus, alij magis sunt molles, durus tamen nullus similiter est, ac hi nerui: quin & illorum quoque, qui musculis manifesto inseruntur, alijs sunt duriores.

A.l.1.f.1.d.5. Ga.j.c.2.22.c

De Neruis musculorum Faciei, & Temporum. CAP. 13.

MVsculi autem sunt in facie, tum qui oculos, tum qui maxillam inferiorem, præter hos autẽ & qui nasi alas, labia, & buccas mouent. In oculorum porrò musculos & si prorsus minimos, magni tamen, corporis mole, nerui cernuntur inserti ob id ipsum, q ij consistentia sunt mol D liores, q̃ motorijs conueniat: quod igitur iustæ consistentię propter mollitiem deerat, id magnitudine eorũ natura pensauit. Idem accidit & in musculis temporalibus: vtriq;.n.ipsorum nerui tres inserunt̃, duo quidem à tertia coniugatione, de q̃bus iam locuti sumus: tertius aũt durior, de quo paulo post verba faciemus. Proinde hic rursus ex neruorum multitudine robur ad actiones musculis accedit. Musculi quoq; genarum, nariũ, ac labiorũ, quẽadmodũ neruorũ productiones, mole, ita et duritia, mediocres recipiunt. Cum.n.per ossa longius ferantur, ex vię longitudine duritіes eis accedit: nam, cũ principiũ molle non ꝓcul absit, natura neruũ producere durũ non poterat, paulatim tñ ipsum promouẽs atq; abducens, id q; potissimum ꝑ ossa, tũ temporis tũ interualli longitudine durũ efficit. Ad eundem modũ & spinalem medullam et cerebrũ ipsum nõ repẽte ac semel, sed paulatim, se ipsis duriora effecit. Quod si ita est, cuiuis iam perspicuũ est neruos, q linguam mouent, neq; aliunde commodius produci potuisse, neq; via vti opportuniore, q̃ qua ipsi nunc vtũtur. Siquidem partibus anterioribus loci nihil erat reliquũ: ob eam q; ipsam causam tertiam & quartã coniugationes ex posterioribus produxit. Vnde rursus magnos alios neruos producere nõ poterat: nec, si potuisset, viam tñ, qua deduceret, vllã habebat. Si enim per duram meningem eos traduxisset, neruis tertię & quartæ cõiugationis admiscẽs, æque, ac illi, molles perstitissent. Per ossa vero capitis ducere q̃dem ipsos poterat, duros q; ex hac eiusmodi via moderate efficere:

ficere: verum id quidem simul erat superuacaneum, cum aliunde prōptius deduci possent, simul E aūt ne locus quidem vllus in cranio relinquebatur, cū iam foramina multa illic ad linguæ radicē essent conuenienter igitūr ad principium productionis medullę spinalis (qua potissimū cerebrum est durius) hanc neruorum coniugationē producēs, in omni q; itinere, multo adhuc magis durū efficiens, in totam demum linguam disseminauit. At ne hoc ipsum quouis modo intellexeris, in oēm scilicet linguæ partem neruos hos esse distributos: id.n. magnum erit argumentum, ꝙ vera sunt ea, quæ diximus, artem q; Opificis ostendet maximam. Nam nerui sensifici simul atq; inseruntur, amplificati tunicam linguę externam pertexunt, subiectos musculos ne attingentes quidem: eà enim nerui motorij septimę coniugationis, in multas fibras soluti, oēs linguæ musculos pertexunt, id q; merito: neq; enim sensificorum, partibus linguæ ꝓfundis vllus erat vsus, cū partibus suis externis sapores esset contactura: neq; etiam externis partibus motorum, cum ipsi propter duritiem saporum differētias discernere nequeant. Nihil igitur ne horum quidem à natura frustra factum fuit: neq; sine causa neruos quidem linguę motores, tenuiores: corpulētiores vero oculorum effecit, quanquam minores hi musculos mouerent: illi enim robur ex duritie habebant satis magnum: hi aūt, nisi à magnitudine iuuarentur, mouere propter mollitiem oīno non possent. Temporales porrò musculos multo adhuc minus nerui à tertia coniugatione ad ipsos F peruenientes mouere poterant: ipsi.n. sunt magni, maximam q; partem maxillę inferioris occupant, maximis q; tendonibus in ipsam descendētes infiguntur. Tertium igitur ad musculos hos neruum durū vtrinq; à quinta coniugatione immisit. Proinde, quod oculorum musculis ex neruorum magnitudine inest, hoc temporales ex multitudine assequuntur. Euidentius autem prędictus neruus cernitur in ijs animalibus, in quibus tpalis musculus est magnus. Porrò, vnde durus hic neruus ad temporales musculos perueniat, tempestiuum vtiq; fuerit dicere. Postea vero, q̄ omnia productionum à cerebro principia iam sumus executi, quintam vero quandam neruorum coniugationem ex obliquis capitis partibus emergentem ossibus lapideis incidere memorabamus: ipsam q; bifidam ac duplicem factam duobus excipi foraminibus inæqualibus: ferri q; per foramen latius maiorem eius portionē recta ad aures: in aliud vero angustius foramē (quod sanè cæcum appellant) reliquam partem illapsam, per foramen quoddam, quod est prope aures, penetrare, viam q; omnem, quæ est inter nerui principium internum, & finem eiusdem externum, varie instar labyrinthi cuiusdam circumuolui: hunc sanè labyrinthum natura nō frustra effecit, sed musculis temporalibus consulens, neruum eis durum immisit: immisit nihilo minus et buccis. Ociosum enim hoc loco †neq; perforatum} ac durum cum haberet os, eo potissimum ad G duri nerui generationem est abusa. Nam, si nerui omnes, quo longius à principio digrediuntur, eo duriores ipsos licet efficere, artificiosissime comperietur viam per os lapideū huic neruo comparasse: nam tum vię ipsius longitudo, tum loci siccitas, durum ipsum ac siccum facile erat redditura: vbi enim multo humido imbuitur, nullum ei ex via longiore accedit emolumentū: vbi vero locum durum atq; aridum permeat, ibi exiccatur facillime atq; obdurescit: his omnibus accedit & ex opportuno lapidei huius ossis situ securitatis vtilitas: omnia q; videtur, qbus neruus hic egebat, ex vno hoc flexu complexa, securitatem, viæ longitudinem, loci siccitatē. Hic igitur neruus maxima quidem sua parte latum buccarum aperit musculum, exiguum autem ipsius quiddā neruis opitulatur à tertia coniugatione ad musculos temporales pertinentibus: quantum enim illis vtpote minus duris, q̄ conueniebat, ad robur motionis deerat, tantum eis à se ipso adiungit. Potissimum autem, in quibus animalibus temporales musculi sunt magni, neruus est durior. Quid igitur non ex vno magno neruo robur eis, sed ex tribus paruis comparauit? aut quid oculorum musculis ex vno magno neruo? quoniam in regionibus quidem oculorum à ratione erat alienissimum multa pro vno facere foramina: demonstrauimus enim antea, ꝙ neruis etiam, qui ad superiorem maxillam perueniunt, non erat consentaneū foramē aliud comparare, sed muscu- H lorum simul vti foramine. In temporum vero ossibus multo quidem, q̄ oculorum sunt ossa, maioribus, perforationes q; non modo multas ac crebras, quemadmodum oculorum cauitates, sed ne paucas quidem neq; raras habentibus, melius fuit foraminibus angustis pertusis neruos à tertia coniugatione emittere, cum foramen id, quod est ad os lapideum, latum esse non posset: hac enim ratione multi hi flexus perspicue perirēt, osse toto prius latis foraminibus absumpto. Si igitur neq; durus neruus poterat esse crassus, neq; ex simplicibus produci plures poterant, cum ipsi sanè in multas quoq; alias partes essent distribuendi, perspicuum est, quod iure optimo natura altero solo neruorum genere non fuit contenta, sed, ꝙ ipsa principia motus haberet complura, ea solum ratione res belle successura erat, vt, si aliquo tempore vnum quoduis ex ipsis læsum fuerit, reliquum saltem subseruiat.

†Al. ἀκατάτριπτον. i. neq; fragile.

Qui Nerui duri, qui molles: ac de ipsorum Ortu & officio. *CAP.* 14.

PORRÒ orationis cōtinuatione paulisper hoc loco intermissa pauca de nominibus verba faciā, quibus certe & iam vsi sumus, & tota sequente disputatione vsuri sumus. Duos mihi neruos intellige, alterum quidem omnium, qui in corpore sunt, durissimum: alterum autem mollissimum: tertium mihi præterea intellige medium inter vtrunque ab vtrisque extremis æquissimo ad

A mo ad portionem interuallo distantem. Qui inter medium hunc sunt, & durissimum, oẽs simul duros, reliquos vero alios, qui ab eodem medio sunt vsq; ad mollissimum, molles vocites. Ac duros quidem ad motus optime esse comparatos, ad sensus vero existimes esse ineptissimos: cõtrarium aũt mollibus inesse aptitudinẽ ad sensum exactiorẽ, imbecillitatẽ vero ad robur motionis. Cæterum, qui oĩno sunt molles, hos tibi persuade nullam prorsus ad motum habere facultatem: qui vero his sunt minus molles, qui q; ad mediũ quodam modo accedunt, motorios quidẽ esse ẽt hos, sed multum à durorũ actione relinqui. Neruorum igitur oĩum durorũ intellige mihi principium esse spinalẽ medullã, eius q; oram inferiorem durissimorũ esse principium: mollibus "vero neruis oĩbus cerebrum: medias q; anteriorum eius partium mollissimis esse dicatas, mediorũ vero neruorum substantiæ principium id esse, qua cerebrum & spinalis medulla coniunguntur. Quando igitur neruus quidam à cerebro mollis fuerit enatus, repente quidem motorius is esse non potest: exporrectus tñ ac progressus, si siccior & durior se ipso euadat, omnino tandem erit motorius. At, cum vel initio ipso alij quidem ipsorũ magis, alij vero minus, sint molles: in ipsoq; progressu alij quidem citius exiccent, alij aũt tardius: necesse est et motorios fieri, partim quidem qui minus, partim aũt qui magis, à principio secedunt. Quidã tamẽ nerui retinere videntur lon

A.l.1.f.1.d.5. fu.3.c.1.27.d

B gissime naturam, quę sibi à principio inerat: cuius generis sunt illi, qui ad ventriculum feruntur, qui, quales propemodum emerserunt, tales per totam viam cõseruant: sensificos enim ipsos manere semp oportebat. Neruorum igitur à tertia coniugatione in os peruenientiũ, qui in linguã quidem mox fuerunt inserti, molles adeo erãt, vt haudquaquam essent adhuc motorij: qui vero ad ossa maxillæ inferioris, magnos dentes p̃tergressi, exiccati in ipso itinere fuerunt, & duriores effecti, hi propter dentes (quos caninos appellamus) extra elapsi, in labiorum musculos fuerunt dispersi. Ad eundem aũt modũ, et qui per oculorum cauitates ad malorũ ossa pertinent, duriores in eo transitu adeo sunt redditi, vt, quanq̃ sint exigui, musculos moueant tum eos, q in superiore maxilla, tum qui narium alis insunt. Hæc igitur omnia tum prædicto sermoni, tum sibi inuicẽ consentiunt, durorum q; neruorum robur & mollium imbecillitatem, ostendunt: prętерea, ꝙ illorum quidẽ in agendo, horum aũt in patiẽdo vsus nobis constat: quod q; consentaneum fuit ex prædictis cerebri partibus quęq; enasci: tum ꝙ ne hic quidẽ vllus frustra productus sit, sed alicuius instrumenti causa: & ꝙ tantus est quisq; ac talis, quantus & qualis naturæ partis eũ recepturæ conueniebat. Demonstratum simul hoc sermone iam propemodum est nullam capitis nec faciei particulam neruorũ esse expertem: de oculis.n. verba fecimus, & de auribus, & lingua, & de mẽ-

C brana os totum subcingẽte, & de oĩbus labiorum & maxillæ superioris particulis. Quòd, siquid exiguum est prætermissum, quod elucidatione maiori indigeat, hoc sermone explicabitur.

De Neruis Gingiuarum, Dentium, Malarum, ac cæterarum partium faciei. CAP. 15.

A.l.3.f.7.t.1. c.1.247.g

CArnes igitur, quæ sunt circũ dentes, quas gingiuas noĩant, ac nimirum dentes "ipsi omnes, & tota cutis faciei, & tunica, quæ narium partẽ internam subungit, à tertia neruorum coniugatione propagines recipiunt. Per eam quidẽ viam, quę per maxillam fert (quam paulo ante indicauimus) & molę conspicuas ac magnas: & ex gingiuis hę quidem magis, hæ vero minus, oẽs tamen tenues ac vix conspicuas accipiunt, velut & longi dẽtes: Per eam aũt viam, quę neruos ad malum deducit, omnia fermè, quæ ad superiorem maxillam attinẽt, cum molæ ipsæ, quas vocãt, tum superiores gingiuæ: ac molæ quidem magnas & euidẽtes propagines accipiunt, paruas aũt & vix conspicuas gingiuæ & reliqui dẽtes. Ab his vero neruis, q ex regione oculorũ ad musculos temporales ascẽdunt, & palpebræ, & quæ circa supercilia sunt oĩa, & frõs tota neruos recipit. A neruo aũt, qui ex cęcis foraminibus excidit, temporalibus q; obscurã quandam mittit distributionem, ferunt quædam propagines ad glandulas, & partes alias, quæ sunt circa aures, tum aũt ad partes buccarum tenues. Maxima vero eius nerui pars buccarum motũ ad latera efficit p latum

D musculum, de quo postea erit dicendum: ipsa vero cutis pilosa sensus gratia duntaxat, quo modo & reliqua, quæ in toto est aĩali, propagines paucas, tenues, raras, ęgre conspicuas, instar araneę cuiusdã filorum, ex oĩbus subiectis partibus recipit. At cutis frõtis, ꝙ motus volũtarij sit particeps, fibras neruorum sensibiles ac cõspicuas merito est adepta: subest enim ei musculosa quædam natura ac substantia tenuis, multas neruorum fibras in se ipsam recipiẽs, à qua cutis separari non potest, quemadmodum cutis reliqui corporis, sed planè cum ea coaluit: motus q; amborũ est vnus, qui supercilia.s. attollit. Atq; eo magis admiranda est cutis cum labiorum musculis commistio: non enim possis hic dicere hos quidem subtẽdi, hãc aũt superne inhęrere, quẽadmodum in fronte, & multis vtriusq; maxillæ partibus, & manibus internis ac pedibus. Quandoquidem in his, limitibus perspicuis diuidere ac disterminare possumus, vbi musculus quidẽ desinit, oritur aũt cutis: in labijs vero per tota ipsa cõmistio facta est, abolitis & cõfusis vtrisq; inter se, vt neq; musculum neq; cutim id dicere queas, quod ex vtrisq; cõmune est ac conflatum, neq; totum, neq; si in partes diuiseris: sed aut musculos cutaceos, aut cutim musculosam, labia animalium iure vocaueris. Noua q; hæc atq; insolens compositionis ratio propter actionem peculiarem merito extitit: coniungi.n. ad amussim, ac rursum diduci, & quoquo versum circumagi, labijs erat vtile: quorũ nihil fortiter simul ac commode, vt nunc, ageretur, nisi ipsorum talis fuisset substantia.

De Neruis

De Neruis tunicæ internæ Narium, & Palati: ac crassæ meningis Ligamentis. CAP. 16. E

SEd, quoniam tunicam, quę nares intus subũgit, dicebamus eius neruorum portionis, quæ ad oculorum cauitatem fertur, esse participem, non tamen viam ipsorum indicauimus, consentaneum sanè fuerit eam, nequid sermoni desit, nũc quoq; adijcere. In maioribus vtriusq; oculi angulis videre est os in nariũ capacitates pertusum, quod & naribus & oculis est commune: ferri q; per vtrunq; foramẽ neruum haudquaquam exiguum, ab oculorum cauitate scissum statim, vt in eam nerui tertiæ coniugationis peruenerint. Porrò neruus hic cernitur non solum in mẽbranam, quæ naribus inest, dispergi, verumetiã ad palatũ vsq; progredi: cõmunis enim hæc vna tunica est naribus & ori ob eam cõmmunionem ac continuitatem, quam habet ex cõmunibus foraminibus & in idem desinentibus, per quæ etiam respiramus: cui quidẽ generatio est à crassa meninge, mẽbranosas productiones in nares quidem p foramina ossium cribro similium producente, in os aũt per foramina glãdulæ infundibuli propinqua. Proinde his quoq; partibus crassa meninx ossi capitis connectitur, quemadmodũ & p membranas, quæ sursum per suturas ferũtur, quas supra monuimus pericranion constituere. Atq; tẽpestiuum iã forte fuerit de reliquis ipsius meningis vinculis disserere, ac docere, quid causę sit, cur in plerisq; locis quidem fortiter, in alijs autem inualide, in quibusdã mediocriter, in multis aũt nihil omnino sit adnexa cranio: quod enim millies iã mon F strauimus, id nunc quoq; ostẽdemus, nihil à natura fuisse prętermissum, neq; superuacaneũ quid quam ab eadem assumptum. Videtur enim crassam quoq; meningem ossibus connectere, fortissime quidem per suturas tum lambdoeidem, tum eam, quæ recta ẽm cerebri longitudinem fertur, non amplius autem fortiter per coronalem. Iam vero & alia pleraq; tenuia ligamenta, velut fibras quasdã partibus cranij superioribus inserit atq; obliquis, à quibus oĩbus & prętcrea vasis penetrãtibus crassa meninx sursum tendit, proxima q; fit semp ac contingit ossa: partibus vero anterioribus ac posterioribus mẽbrana quidẽ ab ea ″nulla eiusmodi producit, qualis partibus superioribus pericranios mẽbrana, sed propagines has ad nares ac palatum habet, parua quędam atq; imbecilla vincula. Merito igit tenuia illa ac multa ligamẽta validiora in partibus illis adepta est, vt, quod deest, id ex ipsis penset: in ipsa porrò basi pauca habet ea q; imbecilla, vt plerisq; in locis deesse omnino videantur: ibi.n. superuacaneũ erat vinculis fortibus ossibus ipsam connectere, cum suopte nutu ac pondere deorsum semper ferat: in omnibus aũt alijs partibus, vt laxitatem cerebro dilatando ac comprimẽdo pbeat spaciosissimã, factũ iure est, vt plurimũ ab eo secederet, sursum q; ad cranion extenderetur. Merito etiam crassior inferne extitit, vt, cum cerebrum super eam oĩno esset firmandum, nullum ei exhibeat dolorem, penitus q; ab eo non sentiatur subiacentium ossium G durities. At in plexu retiformi duriorem quoq; ipsam non modo crassiorem effecit, vt sit velut os, cerebro substrata, quod ea parte est cõfertissimum: ne ue põdere depressa arterias ibi coarctet aut comprimat: cuius rei propemodum obliti silentio præterieramus, q scilicet dura meninx portionem quandam à se ipsa productam retiformi plexui substrauit, quę haudquaquam ẽt à subiectis ossibus comprimi oportebat. Quin & id argumentũ sit non minimũ prouidẽtiæ ipsius Opificis.

A.l. 3. f. 1. t. & c. 2. 181. e

De Vsu ac diuersitate Suturarum capitis. CAP. 17.

PAri modo aũt & ad suturas denuo reuersi, quãtum adhuc superiori sermoni deest, cum adiecerimus, huic quoq; libro iustum modũ statuemus. Quòd igitur ad fuliginosorũ excremẽtorum transpiratũ: & vt per eas crassa meninx ossi capitis alligaretur, quò vasa alia quidem intrò, alia autem extra exciderent: insuper q & ad pericranij generationem suturæ vtiliter constructæ fuerint, dictum ante fuit. Nunc aũt, quod adhuc superest de ipsarum vtilitate, postquam adiunxerimus, deinceps de earundem positione ac numero tractabimus. Fuit ″certe vel ob cã causam vtile cranion ex multis ossibus cõponi, vt, si quãdo percussum, ruptum fuerit (multoties enim eiusmodi solent accidere) ne per totum rupturæ eius progrediantur: sed inhibeantur illic ac cessent, vbi & saucium ipsum os cessat. Tot itaq; suturarum sunt vtilitates. Quòd vero consentaneum H fuit vnam quidem per medium capitis rectam; duas aũt esse trãsuersas, si, quæ ante dicta fuerunt, memoria tenemus, nihil multis verbis nobis opus erit. Cum ″enim caput velut sphæra quædã sit prælonga, iure vna quidem recta per medium ipsius à posterioribus in anteriora est extensa, duæ autem trãsuersæ hanc excipiunt, fit q; trium suturarum figura H græcæ literæ similis. Nam, cum secundum hanc figuram totum caput sit longius, atq; ad aurem vtranq; quasi compressum, equũ fuit suturarum numerum esse inæqualem in lõgitudine ac latitudine: alioqui falso Hippocrates ‖ naturam assereret iustam, si ipsa inæqualibus æqualia tribueret. At non est ita: quemadmodum enim est iustissima, ita, quæ sutura secundum capitis longitudinẽ recta extenditur, vnam effecit, partibus, quæ vtrinq; ipsius sunt, dextris scilicet ac sinistris ita demum latitudinem commoderatam habituris. Transuersas ″aũt duas numero effecit, alteram quidem posteriorẽ, vt antea quoq; diximus, quã lambdoeidem appellamus: alteram autem anteriorem στεφανιαῖαν id est coronalẽ: vt os capitis, quod inter duas has suturas est mediũ, ossibus vtriusq; partis mediæ suturę sit ęquabile. Maximum aũt in naturę operibus ęquitatis specimen sunt capitum fastigiatorum seu acuminatorum (gręce φοξῶν) suturę. Tres enim sunt omnino ipsorum figuræ: prima ei planè est cõtraria, quæ naturaliter sese habet, de qua haud ita pridem sumus locuti, quando scilicet caput ambas

A.l. 1. f. 1. d. 5 fu. 1. c. 2. 11. a

A. ibidem. b

1. de Fract. t. 2. & 4. 7ª. 124. g. h Et 3. de Fract. t. 53. 248. g

A. ibidem.

A bas amiserit eminentias, occipitis scilicet alteram reliquam autem frontis, æquale autem sit vnde quaq; & quasi perfecta sphęra: duæ vero aliæ sunt figuræ, quarum altera quidem in fronte, altera rursus in occipitio nullam habet eminentiam. Cæterum capitis sphærici suturæ X græcæ literæ sunt similes, duabus tantum suturis sese in duo intersecantibus, altera quidem ab aure vna ad alteram transuersa, altera vero recta per medium verticem ad frontem mediam extensa: quemadmodum enim, cum pars capitis altera exuperat, altera longior existens: ęquum fuit eam partem, quæ longior esset, plures habere suturas: sic, quando pars vtraq; est ęquabilis, numerum etiam suturarum ipsis æquabilem natura distribuit. In capite vero, quod in occipitio nō habet tumorem, suturæ quidem manēt recta & coronalis, perit autem lambdoειdes, hęc enim deperditæ eminentiæ erat propinqua: vnde ex duabus his suturis figura fit T græcę literę assimilis. Quemadmodū sanè, & cum capitis eminentia in fronte perierit, simul quidem cum ipsa perit & coronalis, relinquitur vero sola recta cum lambdoειde: rursus etiam figura hæc compositionis similis T græcę literæ efficitur. Quarta autē species acuminati capitis cogitari quidem potest, sed fieri non potest: vt si caput ad vtranq; aurem efficeretur prominentius, quàm in frōte & occipitio: quæ species si modo constare posset, haudquaq̃ sphærica ei, quæ est secundum naturam, diceretur contraria, sed B solum diceretur, ꝙ longitudo tota in latitudinem esset transmutata. Nunc autem tanta à naturali digressio fieri non potest, non enim acuminata amplius huiusmodi species, sed iam monstrum esset, nec posset viuere: cuius causa est perspicua, his saltem, qui dicta ante non omnino negligenter audiuerūt. Cum enim retro ἐπεγκρανὶς idest cerebellū, ante vero ad oculos ac nares apophyses positæ sint, iure optimo caput quod ƀm naturam se habet, pręlongę sphęrę fuit assimile: eminentia q; tam posterior, q̃ anterior, aut vtræque simul, possunt interdum amitti: non tamen eò amissio hæc potest progredi, vt aliquid etiam de ipso cerebro simul deperdatur: & sanè fieri non potest, vt quæ ad aurem est dimensio, eam quę est secundum longitudinem, superet, nisi hoc accidat: at hoc quidem fieri nequit: proinde & capitis figura eiusmodi cōstare non potest. Ob eam q; causam Hippocrates quatuor omnino figuras, & cuiusq; suturas, quo modo paulo ante habere diximus, astruxit, nusquam in suis commentarijs quintæ capitis figurę mentionem faciens. Sed hæ quidem solę capitis sunt suturę, numero ac situ iuste à natura cuiq; figurę distributę.

A ibidem.

A ibidem.

De Squamosis Ossibus capitis. CAP. 18.

PORrò ossium compositiones non hę solę sunt, sed non nullę adhuc alię sunt, quas neq; Hippocrates, neq; alius quiuis eorum, qui corporis naturam accuratius sunt cōtemplati, suturas C voluit appellare. Sed, quę à media ęquidistant, & ad vtranq; aurem constitutæ, secundum capitis longitudinem feruntur, recte mihi videntur λεπιδοειδεῖ προσκολλήματα. i. squamosę agglutinationes fuisse nominatę, vtroq; scilicet applicatorum ossium paulatim in angustam quandam squamam ac prōfundam quodam modo extenuato, tum autem eo quidem, quod superne descendit, subiecto parte interna, eo autem quod inferne ascendit, extrinsecus incumbente: non enim, vt in suturis, ita etiam hic ossa mutuo sese ingrediuntur. Cęterum ossium in temporibus compositiones ac structurę, suturę quidem et ipsę adhuc sunt: sed, eas (vt mihi videtur) Hippocrates cum coronalis partes esse arbitraretur, earū non meminit separatim. Reliquę vero, quę in superiore sunt maxilla ossium compositiones, etiam si capitis suturis penitus non sunt similes, attamen & ipsæ, suturę quędam sunt: eas q; anatomici nominare ita consueuerunt. Sed de his quidem, cum de maxilla superiore agemus, tractabimus: de squamosis autem hoc libro explicamus. Quia igitur cranij partem supernam & ad latera, quę crassa meninge est circūdata, raram quidem esse oportebat ac cauernosam: reliquam vero omnem, & potissimum quę temporum ossa nuncupamus, duram esse ac densam, ob eam causam squamosi horum ossium fines extiterunt, eo quidem, quod superne à capite descendit, intus condito, quo diutius cum crassa meninge versaretur, propter causam D quam mox subijciam: alio vero, quod inferne ascendit, duro, velut propugnaculo quodam ipsi apposito: omnia enim crassę meningis ad cranion vincula in ipsius cauernas internas desinunt. Proinde, si ęque, ac os infernum, totum esset durum ac densum, haudquaquam potuissent vincula hęc in ipsum inseri, sicut neq; in inferiorem eius partem inserūtur. At illic quidem nullus erat vinculorum eiusmodi vsus, vt paulo ante docebamus: vbi vero est vsus, partibus scilicet supernis & obliquis, conuenienter ibi laxum ac cauernosum extitit. Atqui etiam eiusmodi os cum duro ac denso vniri omnino non poterat. Dicemus autem vberius in sequentibus de huiusmodi ossium coagmētatione. Hæc quidem & ossiū squamosorum generationis est causa: alias vero suturas, per quas caput cum superiore gena connectitur, & quę sint genę huius proprię, postea recensebimus. Nunc aūt librum hunc, magnitudinem iustam iam consecutum, hic concludemus.

* Al. ἀβαθῆ. i. non profundā.

d Vulnerib ca. Et de Locis in hom. circa prīcipium.

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBER DECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Vſum oculorum, ac partium quæ viſioni inſeruiunt, explicat.

De Numero & ſitu Oculorum, ac de Cryſtallini & Vitrei humoris nutrimento. CAP. I.

OCulos autem ꝙ loco quidẽ edito conſtitui ſtipari q́ꝫ vndiqꝫ ſatius erat, antea dictum eſt: ꝙ vero & in parte corporis anteriori, in quam ẽt mouemur, melius fuit cõſtitui, ne id quidẽ eſt obſcurum: queadmodum & ꝙ duos eſſe, ꝙ̃ vnum, præſtiterit, nam, ꝙ oĩa ſenſuũ inſtrumẽta † gemina duplicia q́ꝫ eſſe oporteret, partim quidẽ prius diximus, partim ẽt in ſequentibus dicemus. Atqui, ſi oĩa hæc erant ſeruanda, ſitus eorum ſublimis, ſecuritas, ſitus anterior, ac duplicitas, cõmodius eos nuſquã locaueris. Sin vero obijcis, ꝙ non poſterioribus ẽt partibus oculi extiterint, eorum, quæ ante fuerunt demonſtrata, non recordaris, ꝙ oĩa ſenſus inſtrumenta neruos poſtulant molles: quod q́ꝫ eiuſmodi à cerebello produci non poterãt: atqꝫ ẽt ꝙ in vtrunqꝫ ipſorum productiones à cerebro immittuntur, quæ, dum per ipſa quidẽ oſſa tranſeunt, compingũtur ac denſanĩ, quo eſſent ab iniurijs tutiores: cum primum aũt ad oculos ipſos peruenerint, ſolutæ denuo atqꝫ amplificatæ in ″orbem q́ꝫ inſtar tunicæ humorem ὑελοειδῆ .i. vitro ſimilem, complexę, in humorem cryſtallinum inſerũtur. At enim hæc quoque ante diximus: nec minus ꝙ humor ipſe cryſtallinus primum vidẽdi eſt inſtrumentum: cui rei argumento ſunt certiſſimo, quæ à medicis ὑποχύματα .i. ſuffuſiones, appellantur, quæ interiacent quidem inter humorem cryſtallinũ & corneam tunicam, viſionem autẽ impediunt, quoad acu deprimãtur. Humori autem cryſtallino, qui albus eſt clarus ac ſplẽdens (hac enim ſola ratione erat futurum, vt à coloribus immutaretur) nutriri quidẽ ex ipſo ſanguine planè non licebat, vt qui multum qualitatibus ab eo diſſideret, ſed alimentum quoddam familiarius poſtulabat: atqꝫ nimirum ei obtigit, comparatum q́ꝫ ei à natura fuit alimentum accõmodatum, humor vitreus, qui quanto craſſior eſt ſanguine atqꝫ albus magis, tanto à cryſtallino humore humiditate atqꝫ albedine relinquitur. Hic enim albus eſt exquiſite, ac mediocriter durus: vitreus vero humidus quidem eſt inſtar vitri cuiuſdam igne liquefacti, albus autem tm̃, quantum ſi intellexeris exiguũ nigrum multo albo per totum eſſe admiſtum, albedinis q́ꝫ perfectionem eſſe adulteratam. In neutro autem humorũ iſtorum vena ineſt: ex quo intelligi poteſt vtrunqꝫ per diadoſin id eſt tranſumptionem, nutriri, cryſtallinum quidem à vitreo, vitreum autẽ à corpore ipſum ambiente, quod ex cerebri portione ſuperne deſcendente amplificata conflatum eſt.

† *Cod. Aldinus caret his uocib. Codices quidam manu ſcripti habent διπλᾶ καὶ δίφυῆ. vt eſt in latino. alij habent διφυῆ καὶ συμφυῆ .i. duplicia & coalita.*

A.l. 3. f. 3. c. 1 c. 1. 220. b

F

G

De Corpore Retiformi, ac de Circulis Oculorum. CAP. 2.

VOcant q́ꝫ ipſum non nulli proprie tunicam ἀμφιβληστροειδῆ id eſt retiformẽ, quòd figura qdem ἀμφιβλήστρῳ id eſt reti, ſit ſimilis. Cęterũ nullo pacto eſt tunica neqꝫ colore neqꝫ ſubſtantia, ſed, ſi exẽptũ ipſum ſepoſueris, in vnũ aceruum conijciẽs, tibi planè videbere videre cerebri portionem quandã exemptã. Porrò vtilitas ipſius prima quidẽ ac maxima, propter quam ſuperne fuit demiſſa, vt, cum cryſtallinus alteratur, id ſentiat: præterea vt vitreo humori alimẽtum aduehat atqꝫ afferat, ſiquidem arterijs ac venis multo crebrioribus, ac, q̃ ſuę moli conueniat, maioribus, referta cõſpicitur. Nam, cum nerui omnes, qui à cerebro proficiſcuntur, portione quadam meningis χοροειδοῦς vnà ſecũ enata obducantur, quæ arteriã ſecum affert ac venam, nulli tñ aliorum ſunt, quibus cũ magna adeo vaſa vnà exeãt, natura alimentũ prouidente ac pręparante non neruis modo, verum etiã oculorũ humoribus. Quin & ex hac ipſa choroeide tunica, quæ corpus hoc reti ſimile continet, tenues quędã productiones & aranei ſimiles ad ipſum extenſę ligamenta illi ſimul fiunt, ſimul ẽt alimẽtum afferunt: nam vaſa q̃ plurima ipſa hæc choroeides tunica habere in tota ſe ipſa conſpicitur, quod & nomen ipſum indicat: nunq̃.n. ita ipſum comparaſſent appellaſſent'ue, niſi inſtar χορίου q̃ plurima inter ſe vaſa velut colligaret. Hanc igiĩ ipſam vtilitatem tunica hæc præſtat, tunica q́ꝫ præterea eſt re vera, & corporibus ſubiectis operimentum atqꝫ amiculum. Principium autem huic quoque tunicæ meninx eſt tenuis, quæ cerebrum ambit, quam paulo ante dicebamus ſimul cum neruis omnibus enatam venam atqꝫ arteriam ſecum afferre. Quo loco admiranda Opificis eſt ſapientia, qui, cum nuſquam alibi ab vllo neruo, quę cum eo producuntur, meningas ſeparaſſet, ſed, vt nutriretur ſimul & vndiqꝫ operiretur, cum eo ipſas adduxiſſet, hic duntaxat, vbi primum neruus in oculum inſeritur, vtraſque ab ipſo ſeiungens ac ſubducens, craſſas ac duras ſimiliter, ac craſſam meningem, quæ cerebrum ipſum complectitur, aut potius ea duriores, effecit. Cõſiderãdum q́ꝫ hoc in loco accurate eſt, quo modo retiformi huic corpori ſimiliter vt cerebro, & quo modo diuerſe, prouidit natura: nam, quòd alijs apophyſibus

H

omnino

A omnino è cõtrario, perspicue intelligi potest, siquidem ab illis neutram meningum vsquam abduxit nec seiunxit: in oculis vero, vtrasq; tum à sese seiunxit tum à superne orta apophysi. Cerebro sanè hac quidem ratione portio eius, quę oculis inest, similiter se habet, quatenus venas habet atq; arterias totam ipsam pertexentes: quin & , ꝙ ab ea dura quidem meninx distat ꝗ̃ plurimum, ossa semper contingens & cum eis colligata, hac vero ratione non amplius similiter se habet, quatenus mollis & tenuis meninx ipsum vel reliquit, vel superne venas atq; arterias illi gratificatura attulit. Ad hæc, quæ apparẽt ac euidentia sunt, huius separationis vsum tibi ostendãt. Sola enim digreditur, vasis q; oĩno destituitur: paulo vero post rursus apparet nihilo minus choroeides ea, quæ in cerebro est à supernis oĩbus locis vasorum immissiones ꝗ̃ plurimas recipiens: diceres eam velut in alimenti emporium quoddam missam, exiguum quiddã ante, ꝗ̃ reuertatur mittere per tenuia illa vasa, quasi per seruitia quædam, quorum paulo ante meminimus: reliquũ vero omne secum vnà afferre. Reuertitur enim immensam vasorum tenuium sibi ipsis propinquorum copiam quandam afferẽs: cum quibus omnibus rursum in superiorem productionem inseritur, vt eorum insertio palpebrarum pilis persimilis esse videatur: sic enim comparant, id q; meo quidem iudicio non absurde, qui naturę opera studiosius perscrutantur. Vbi vero primum B inseritur, superna hęc productio sistitur ibi, neq; progreditur vlterius, ea. s. vtilitate perfuncta, cuius causa demissa fuerat, inseritur q; corpori crystallino, cuius affectuum potest cerebro certus esse nuncius. Absolutus porrò circulus insertio hæc, ac coalitus merito fuit: cum enim prędicta insertio in medium crystallinum, quod rotũdum est, vndiq; facta sit, circulus necessario est factus, qui certe maximus est in crystallino, ipsum q; in duo diuidit: omnium. n. quæ corporibus rotundis connectuntur, ad maximum in ipsis circulum connexio est tutissima, vt quæ plurimis ac certissimis apprehensionibus corpora coalescentia vniat. Ad eundem hunc circulum consentaneũ erat, humorem vitreum motu vlteriore inhibere. Quocirca medius vehitur in ipso crystallinus, quasi semisecta quæpiam sphæra in aqua. Atq; etiam parte alia interna, quæ est velut ipsius crystallini hemisphærion, securitatis gratia ea coniunxit circulus vnus, quem supra maximum esse eorum, qui in crystallino insunt, diximus, terminus q; vtrisq; est communis, ligamentum q; his ipsis efficitur, & præterea corpori retiformi, & quarto tunicę choroeidi: nam tunica hæc inter ea est fortissima, & quæ stabilire ipsa maxime ac tegere queat. Verũtamen, queadmodum ad tuenda illa satis virium habebat, ita ad se ipsam tuendam non satis habebat, nec circũiacẽtium ossium duritiam ferre citra noxã poterat: vt igitur in cerebro, ita hic quoq; à crassę meningis tunica cir- C cũuestitur: Distat q; certe tunica hæc ab ea in aliis oĩbus partibus, solis q; vasorum productionibus ipsi cõnectitur, in hoc tñ memorato circulo, qui crystallino inest, coniungitur: quintaq; pręter quatuor prędictas in vno loco est hęc coniũctio, quę subiectis omnibus commoditatem pręstat haud aspernandam, tum ne à circũiacentibus ossibus afficiantur, tum etiam ne in vehementissimis motibus aliquo tempore à sese abrumpantur. Dura igitur meninx tuto choroeidi est applicata: hæc vero rursus retiformi: retiformis vitreo ac crystallino humoribus: illi quidem per totum ipsum, huic autem per solam iridem. Itaque per corpora media humor vitreus tunicæ omnium extimæ est vnitus,† durissimæ quidẽ illi, iridi vero mollissimę: } quod natura ex opportuna adeo positione inter hęc est machinata. Ad eundem autem hunc circulum sexta quædam tunica extrinsecus prope accedit, in duram tunicam inserta in qua musculorum oculos mouentiũ sunt aponeuroses. Septima autem pręter has omnino est alia, περιόστεος scilicet insertio, quæ simul quidem totum oculum cum ossibus colligat, simul autem & mouentes ipsum musculos operit. Quin tibi membranam hanc cõspicari vel ante anatomen licet, albam quidem, cuiusmodi etiam cernitur, desinentem vero in circulo, vbi & alię omnes subiectę sunt, & vbi album nigro coniungitur: appellatur porrò locus hic ab hominibus harum rerum peritis, iris: nõ nulli vero στέφανον D id est coronam, nominant. Quòd, si hęc probe dissecueris, nihil q; confundens consideraris, circulos videbis hic septem sibi ipsis deinceps insidentes, crassitie tamen ac colore discrepantes: vt ne, si velis, quidem locum hunc aliter, ꝗ̃ irim, appellare queas.

A. ibidem.

A. ibidem.

† Aldus habet durissimę mollissimus.

De Cornea ac Cærulea Tunica oculorum. CAP. 3.

AT enim non ea duntaxat sapiẽtię Opificis sunt opera, sed iis multo adhuc maiora, quę iã iam dicturi sumus. Nam ad mediũ vsq; crystallini circulos septẽ oratione iam perduximus, qui sibi ipsi incũbunt illic ac cohęrẽt: quod aũt id subsequit̃, maxime admiraberis, si ante, ꝗ̃ à nobis diceris, ipse solus eius rei artificiũ contẽplari aggrediaris. Quid tandẽ poterat effici cõmodius, vt simul quidẽ humor crystallinus propria sensibilia exacte sentiret, simul aũt tuto cõseruaret̃ neq; ab vllis externis violaret̃? An oĩno nudũ ipsum ac sine munimento relinquere ꝑstiterat? ac sic ne tpis qdẽ momẽtũ durasset, qn statim periisset ac penitus labefactatus fuisset, vt q præ natiua mollitie nulli extrinsecus occurrentiũ obsistere queat. An dẽsum ei ꝓpugnaculũ quoddã quod vẽdicare illũ ab externis iniuriis posset, ꝑponere satius erat? at piculũ fuisset, ne ꝓpugnaculũ eiusmodi ipsum abderet, tenebras q; ei ꝑpetuas offunderet, sensu q; oĩ priuaret. Si ea igitur cõstructio, ꝗ̃ sensum pfectũ ei cõseruabat, patiẽdi facilitatẽ inferebat, ꝗ̃ vero patiẽdi difficultatẽ suggerebat, ea dẽ ipsa sensum pfectũ vitiabat, visoriorũ instrũorum cõstructio in magnã redacta erat difficultatẽ.

At natura ne hic quidem erat similiter ac nos hæsitatura, sed primo quidem id, quod erat melius, E inuentura ac prouisura, tum aũt summo artificio id cõstructura: nam, ꝙ operimẽtũ crassum qdem ac durum propriã oculorũ actionem esset vitiaturũ, tenue præterea ac molle iniurijs obnoxium esset futurum, durũ quidem sed tenuissimum, si albũ quoq; esset factum, cõmodius fore ꝓuidit. Ad ipsum igitur fabricandum cõuersa, oĩno ex aliquo septẽ iridis circulorum ipsum cogebatur producere: ex mollibus tñ quatuor tunicam duram producere non poterat: ex reliquis vero tribus externis, qui vltimus oĩum est, periostij.s.circulus, tametsi internis quatuor multo est durior, vsum tñ operimenti præstare non potest: qui autem post hunc est secundus, alijs à suis musculis indigebat tegumentis: reliqua "igitur erat à meninge tunica dura, quæ choroeidem tunicã cõplectitur, ex qua operimentum hoc gigni poterat. Considera aũt hic quoq; naturæ prouidentiam simul ac fabricam. Cum.n.crassa quidem esset admodum hæc tunica, sed densa minus, q̃ vsus flagitabat, tenuiorem simul ac densiorẽ cœpit producere: post aũt paulatim ꝓmouens, partem eius maxime mediam longe tenuissimã ac densissimam effecit: apte diceres eam cornibus admodum extenuatis similem: vnde ei nomen etiam à cornu similitudine periti anatomarum congruere rati, κερατοειδῆ.i. corniformem seu corneã tunicã appellarunt, quod nomen ad hanc ætatem mansit. Hæc igit̃ cornea tunica facta iam tenuis dura ac densa, ꝓtinus vtiq; splendida erat futura, cuius F modi ad splendorem trãsmittẽdum esse posset opportunissima nõ secus, ac cornua accuratissime derasa atq; extenuata. An igitur, etiam si, quẽadmodum natura hęc & eiusmodi, summa rõne ac prouidẽtia agere potuit, ita & nos imitari aliqñ possemus, aliquod operũ eius, ꝙ.s.cõstrui ipsum aliter melius fuisset, accusare possemus? ego vero existimo multos nostrũ ne id quidẽ posse. Neque.n.artem naturæ exponunt, eo.n.modo oĩno eam admirarentur: sin minus, eam saltem nõ vituperarent: tũc.n.ęquum esset eos meliorẽ aliam, q̃ nunc habet, constructionẽ ostẽdere: aut, si id minus possent, eã admirari. Cum.n.septem in iride sint circuli, tu, qui naturæ conuitiaris, profer nobis aliũ ad tunicę corneæ generationẽ accõmodatiorem: vel, si id non potes, tibi q; forte nõn videtur recte à durissimo oĩum enasci, ostẽde rursus, quid' nã melius in tunica hac, quæ producta est, effecisses, si loco Promethei nostri cõstitutus fuisses: an non tenuẽ ipsam et albã, vt libere ac sine mora visiones immitteret: durã aũt, vt humorẽ crystallinũ tuto stiparet, effecisses? haudquaq̃ inficiari id queas, quanq̃ multo sit facilius inuenire aliqd, quod animaduersum non fuerat in ijs, quę facta iam sunt, ac cauillari atq; immutare, q̃ inculpate oĩa principio excogitare & construere. Sed vel nunc deniq; resipiscẽs denuo reliqua naturæ opera cõsidera. Hęc siquidẽ cornea tunica, tenuis ita & densa facta opportunissimũ est instrumẽti visorij propugnaculũ, ne oculi ab exter- G nis violẽtur, ne' ve impediant̃: at vero tria alia necessario cõstructioni eiusmodi adiunxit incõmoda, quę tu quidẽ ò sapiẽtissime calũniator, Promethei facultatem nactus, fortasse non animaduertisses: qbus Prometheus nequaq̃ inferior fuit, sed plane perspexit, vt qui nosset προμηθεῖσθαι.i.prouidere, primo quidẽ tunicã hanc corneã alimenti difficultate laboraturã, vt quæ neq; longo adeo interuallo attrahere queat, neq; in se ipsam venas recipere, ꝙ densa sit dura ac tenuis: secundo aũt aduersus externas offensiones humorẽ crystallinũ tueri qdem posse, eandem tñ ipsam sua duritia nihil minus externis illis, crystallino molestię futuram: tertio, immissam oculis superne visoriam facultatem dissipaturã ac discussurã: cuius substantiã tu quidẽ ignorans esse splendidã, ignorans aũt & ꝙ corrũpitur, subito occursu splendoris lucidioris ac vehemẽtioris discussa, nõ recte malũ ei domesticum circũposuisses, tunicam adeo splendidã. At aĩaliũ Opifex non item: sed primo qdem prouidit, quo' nam pacto cornea nutriretur: secũdo, quo modo humorẽ crystallinũ nõ attingeret: postremo qua rõne splendorẽ non discuteret: eaq; oĩa vnica duntaxat machina correxit: quam tibi fortasse exponerem naturæ calũniator acutissime, nisi esset mihi exploratũ te rationibus, quæ de visu afferrentur, vehemẽtissime repugnaturum. Verũtamen pone illa te nõ audiuisse, neq; paulo ante nos dixisse eius substantiã esse splendidam: sed eã non dictã fuisse neq; cognitam supponẽs, id ipsum operibus ipsis demonstrãdũ, si lubet, disce, aut potius recordare, quo' nã H pacto à splẽdida ac vehementi luce oculi nostri offendãtur. Quantum certe quidẽ Xenophontis milites læsi oculis fuerint, ꝙ per multam niuem iter fecissent, te fortasse præterit: neq;.n.mirũ mihi videtur te illius quoq; historiam nunq̃ attigisse. Arbitror aũt nunq̃ ẽt audiuisse Dionysiũ Siciliæ tyrãnum domum super carcerẽ cõstruxisse clarissimam ac longe splẽdidissimam, calce illitam: neq; ꝙ in eam domũ postea, q̃ diutissime carcere infimo fuissent cõclusi, vinctos ipsos sursum educebat: qui ex multa ac profunda caligine in splendidam lucem egressi lucẽ quidem erant cupide intuituri, intuiti vero occęcabant̃, lucis splẽdidę occursum repẽtinum ac confertũ non ferentes. Missa igitur hęc faciẽtes, eorũ, quę quotidie apparẽt, memoriã tibi reficere conabimur, in primis quidem pictorũ, & potissimũ, qñ in albis corijs pingunt: offenditur.n.facile eorũ visus, si omni remedio fuerit destitutus: quod sane ꝓuidẽtes, colores cęruleos ac fuscos apponũt, in quos subinde intuẽtes, recreãt oculos ac reficiũt. Atq; ẽt ophthalmia laborantes lux quidem redarguit ac lędit, fusca vero ac cęrulea sine molestia intuent̃. Eodẽ accedit, ꝙ, q luce clara à lõginquo percipere quippiã volunt, aut manus supra oculos ad ipsa supercilia obtẽdũt, aut aliud quippiã manibus tũ maius tũ densius. Quin & in magnis Solis defectibus Stellę ob eandẽ causam nobis apparẽt, quod

A.ibidem.e

*In antiquis legitur affirmatiue.

A quod etiam suis tẽporibus accidisse Thucydides memoriæ prodidit. Sed & ex puteis profundis stellę conspiciũtur, potissimum qñ Sol non est in meridie. Atq; etiam Solem ipsum siquis oculis incõniuentibus velit intueri, oculos celeriter perdat: multi q; in Solis defectibus, cum eum affectum, qui soli acciderat, planius nosse cuperent, fixis oculis Solem intuẽtes, imprudẽtes prorsus fuerunt occæcati. At enim per niuem iter facere q̃ oculis sit perniciosum, si minus Xenophonti credis, experiẽtia tibi discere id licet: sin vero naturalius quippiã audire sustines, vbi ellychnium ardens aut aliam quãpiam flãmam in Sole luculẽto constitueris, cernes eam protinus marcescere: atq; ẽt, si prope quãlibet flãmam magnam ellychnium posueris vel aliam quamuis flammam minorem, repente extinguetur, cum, quæ minor lux est, à maiore vincatur semper ac dissipetur. Futurum igitur erat, vt non solius crystallini splendor in oculis, sed cum eo vitrei ẽt dissiparet: quod ne accideret, sed diligentissime seruaretur contentus vndiq; ac cõstrictus, tunica choroeide à tenui meninge producta natura prouidit, multis partibus illam tum nigram tũ fuscam tum cęruleam efficiens. Hanc igitur ipsam ab iride vna cum cornea promouit, quo prædictas tres vtilitates præstaret: corneam sibi vicinam situ ipso aleret: eãdem q; , ne humori crystallino incideret, prohiberet: visui deniq; affecto medicamentosum esset spectaculum, quæ causa (vt ego arbitror) B est, vt omnes natura duce, cum lucis splendore offendimur, palpebras repente claudamus, ad naturale remedium properantes. Non possum equidem cœruleum hũc colorem, quo tunica hæc tincta est, non admirari. Cum enim neq; in vlla alia corporis parte, præterq̃ in hac sola, inueniat: neq; alia quęuis præter hãc indigere eo videatur, perspicuum iam fit, quod toto sermone semper demonstrauimus, nihil scilicet neq; diminute neq; ociose à natura factum fuisse.

A. l. 5. f. 5. t. 1. c. 1. 210. d

De Foramine tunicæ Cœruleæ. CAP. 4.

NEc minus eo admiror asperitatem, quæ intus, tunicæ humorem vitreum contenturæ innuritur: humida.n. hæc quidem ac mollis instar spongiæ cum sit, humorem crystallinũ contingens, totius tunicę vicinitatem pręstat ipsi innoxiam. Quo adhuc impensius externã eius dẽsitatẽ demiror, qua corneam tunicam duram contingit: non modo.n. humorem crystallinum nihil oportebat à tunica hac cœrulea offendi, sed ne ipsam quidem quicq̃ à cornea affici. His oĩbus admirabilius est tunicæ huius foramen ad pupillam: nam omnia funditus perijssent, quæ natura pulchre ante erat fabricata, si id solum ab ea fuisset pretermissum: verũ, vt aliud nihil, sic ne id quidem erat pręteritura, ibi enim tunicam cœruleam, ῥαγοειδῆ dico hoc est vuiformem seu vueam, pertudit: appellãt autem ipsam ita, acino vuæ leuitatem eius externam, & asperitatem internam, C opinor, comparantes. Et quà hoc duntaxat est foramẽ, nulla tunica alia est inter corneam & crystallinum media, sed veluti per tenue admodum & album cornu splendor internus cum externo communicat ac commiscetur. Vt igitur nec per hoc foramen tunica cornea aliquando crystallinum humorem tangeret, Opifex nostri prouidit, simul quidẽ portionem hanc corneæ foras longius abducens: simul autem humorem quendam tenuem ac sincerum, cuiusmodi in ouis reperitur, crystallino circunfundens: ac tertio pręter hęc spiritu aereo ac splendido omnem pupillę locum opplens. Sic quidem res habet: eget tñ adhuc ratio hęc demonstratione potissimum propter illos, qui neq; actionem neq; vsum vllum student inuenire, sed omnia cupiunt esse occulta omnino q; ignorari. Tunica igitur hęc cornea, qua parte quidem ab iride enascitur, humori crystallino apparebit tibi proxima, cum oẽs oculorum tunicę ac humores eo loco cohęreant: exterius vero progrediens, semper magis magis q; digreditur, quoad plurimum, qua est pupilla, successerit: quod ex anatomis ipsis discas licet, nec minus ex suffusorum compunctionibus. Nam, cum suffusiones omnes loco inter corneam tunicam & humorem crystallinum medio consistãt, instrumentũ, quod, vt eas educat, immittitur, per amplissimum spatium sursum ac deorsum, huc atq; illuc, & (vt in summa dicam) in orbem, & quoquouersum circumactum, neutrum predictorum D rum corporum attingit, tanq̃ magna à sese distent intercapedine.

A. l. 5. f. 5. t. 1. c. 1. 210. c

De Humore tenui, ac Spiritu, qui Pupilla continetur. CAP. 5.

A. ibidem. e

QVod autem inter crystallinum humorem & tunicam vueam humiditas quędã tenuis cõtinetur, quod q; locus is, qui est ad pupillam, spiritu est plenus, ex his potissimum potes intelligere: Primum ꝙ in viuis oculum tensum vehementer & vndiq; plenũ cernas, nullam q; eius partem laxam vsquam aut corrugatam. ꝙ, si mortuo ipso dissecare oculum volueris, iam certe quodã modo rugosiorem, q̃ pro naturali habitu, ipsum comperies vel ante anatomen: postea vero, q̃ tunicam corneã dissecueris, statim humor tenuis effusus occurret, qui sępe etiã in compũctionibus cernitur per vulnus effluere, statim aũt totus oculus fiet rugosus contractus ac laxus: si vero distenderis, tunicas q; à crystallino diduxeris, interuallũ maximũ apparebit vacuũ. Si igitur locus hic prius quidem, cum aĩal viuebat, plenus erat tunicas q; distentas habebat, mortuo aũt ipso idem quidem vacuus fit, laxantur aũt circũfusę tunicę, perspicuum est, ꝙ aut spiritu quodam, aut humore, aut vtroq; erat refertus. Quin et, si alterum oculorum clauserimus alterum aperientes, amplificatã ac dilatatam & veluti inflatam pupillã intuebimur. Proinde non ratione modo cõstat pupillam quidem spiritu refertam sic affici, verum etiam artificio maxime experiri hanc rem potes, ac probare ijs, quę euidenter apparent. Dissecto.n. animali si ab internis partibus

bus tunicam vueam inflaueris, cernes foramen diduci: itáq; experiētia fit perspicuum pupillam E spiritu impletam amplificari. Cæterum ratio hæc aliud nihil adstruit, q̄ꝙ impleta parte interna vueæ plurimū protenditur ac distenditur, fit q; foramen ipsum, maius, quo modo & alia oīa quibus membranosis ac tenuibus foramina quædam insunt ac perforationes, vt concidere in se ipsa queant. Ad eum sané modum et ipsorum cribrorum tunicas extendi est necesse, alioqui ipsarum foramina concident. Si igitur viuente adhuc aīali mēbranas vtrasq; tensas videre liceat, clauso q; altero oculorum alterius pupillam amplificatam: mortuo aūt eo laxas iam vel ante, q̄ humor tenuis sit euacuatus, postea vero, q̄ vacuatus fuerit, laxissimas fieri, satis liquet, ꝙ ab vtrisq;, humore .s. ac spiritu, quādo animal viuebat, eædem oppletæ erant: sed spiritus quidem, vtpote tenuior ac leuior, facile ante anatomen euacuatur, humor vero adhuc remanet, vt q sensibili vacuatione indigeat. Quin & valde senibus cornea tunica interdū adeo fit rugosa, vt alij quidem prorsus nihil, alij vero male, ac vix adhuc videant. Incidentibus. n. alijs super alias rugis, tunica q; ob eā causam duplicata crassitiem q; acqsitiā assumente, spiritu præterea superne ad pupillā parciore affluente, pro portione oculi ijs impediunt: id ipsum. n. ꝙ spiritus parcior à principio affluat, in causa potissimum est, vt pupilla corruget. Ex quibus oībus intelligi potest spatiū omne, quod est post humorem crystallinū, spiritu simul & humore tenui assidue repleri: quod q; in cęteris partibus humor, in ipsa vero potissimū pupilla spiritus inest plurimus. Senibus igit cornea tunica est corrugata: quod vitium eis accidit tum ab imbecillitate senectæ, tum ēt spiritus superne affluentis inopia. Affectus autem, quem φθίσιν. i. tabem appellāt, solius est imminutæ pupillæ, nihil cornea priuatim affecta: quocirca & alteri oculorum magnā partem accidit, vt cognitu ipse sit facilis, neminem q; medicorū lateat, qñquidem sanus, qui in propinquo est, affecti vitiū prodit: in senibus vero cum vtriq; oculo symptoma hoc sit cōmune, multos fallit, quia non modo corneę est corrugatio, verū etiam pupillæ angustia. Accidit ēt interdum vuea propter tenuis humoris inopiam impensius laxata: sed de hoc affectu non est nūc dicendi locus. Qui vero affectus accidit propter spiritus inopiam, meatibus. s. superioribus obstructis, aut propter senilem imbecillitatem, is pupillā spiritu repleri indicat: quēadmodum certe & ꝙ clauso altero oculorū, alterius pupilla dilatatur.

De altero Vsu Tenuis humoris, & spiritus, ac de Vsu Partium oculi singularum. CAP. 6.

NVm igitur humor hic tenuis, & spiritus, q pupilla continet, ad eā rem duntaxat conferunt, vt. s. tunica cornea plurimum ab humore crystallino sit dissita, neq; ipsum vnq̄ contingat, an ad alia quædam adhuc cōferunt? At de spiritu quidem in cōmentarijs de visu abunde docuimus, ꝙ. s. est lucidus, maximum q; ad oculorum actionem affert momentum: De humore vero G ex his intelligere poteris, ꝙ non modo ad spatium vacuū opplendum, verū etiam ne humor ipse crystallinus ac portio vueæ interna exiccetur, maxime est necessarius: si primū quidem didiceris in cōpūctionibus ex largiori eius vacuatione oculos offendi, affectum q;, q à medicis γλαύκωσις i. glaucedo nuncupat, siccitatem quidē esse ac concretionem immodicam humoris crystallini, & cæcitatem prę oībus maxime, qui oculis accidunt, morbis inferre: post aūt, si expenderis ac si consideraris tuniceæ vueæ substātiam, nam pars eius, quæ humorē crystallinum attingit, spōgię madidæ est assimilis: porrò huiusmodi corpora omnia durescunt, cum exiccantur: indicant aūt hæc spongiæ, & his nihilo minus acini, atq; aīalium linguæ. Cęterum, si pars ea vueæ exiccata fuerit, oēm eo modo perdiderit vtilitatem, cuius gratia facta talis fuerat. Oportet igitur partem eā semper madere, vt sit mollis. Hæc itaq; omnia admirabilem quandam præ se ferunt prouidentiam simul & artem, & eorum maxime innatum humoris crystallini amiculum. Quandoquidem cornea instar propugnaculi cuiusdā ac muri ipsi comparata est, violentiam eorum, quæ extrinsecus incidunt, excipiens: propria vero ipsius tunica non modo tenui cæpę cortici est similis, verum ēt araneis tenuibus est tenuior atq; albior: &, quod his est amplius, non totum vestit humorem crystallinum, sed, quę eius pars vitreo humore inuehitur, prorsus sine munimento est ac tunicæ ex- H pers, ea. n. parte humores inter sese coniungi præstiterat: quæ vero eius pars omnis extra prominet, tangit q; vueam, tenuem hanc ac lucidam induta est tunicam: atq; ēt ipsius pupillæ imago in ea velut in speculo quodam consistit, qñquidem lęuis est hęc tunica ac fulgens supra omnia specula. Omni igitur parte visus instrumentum à natura est excultum, siue spectes ipsius in mollitie symmetriam, siue positionis opportunitatem, siue coloris fulgorem, siue vim operimētorum. Nam operimētum id, quod sibi est naturale, læue est & lucidum ac splēdens, instar speculi: quod vero huic est proximum, venosum, molle, nigrum, ac pertusum est: venosum quidem, quo corneam abunde nutriat: molle aūt, ne contactu suo humorem crystallinū affligat: nigrū, vt splēdorem colligat atq; ad pupillam trāsmittat: pertusum, vt, quē † transmisit splendorem, foras emittat. Quod autē oīum est extremum operimētum ac propugnaculum, tenue albū ac durum est, quasi cornu: tenue quidem & album, vt splendores prompte trāsmittat: durū, vt tuto cōseruet. Num igitur hęc solum, an pręterea figuram quoq; crystallini laudare est ęquum? non. n. sphęra est absoluta & vndiq; æquabilis, quamuis naturæ ea figura sit amicissima ac conueniētissima propter causas sępius à nobis cōmemoratas. Attamen non erat tutum humorē hunc exacte facere sphęricum, neq; enim incumbentes circulos ac coalescentes, qui in spatio sunt iridos, vnq̄, quo modo nunc,

† Additur in quibusdā cod. ὁ ἐγκέφαλος i. cerebrum.

A nunc, admisisset: ad hęc in vehementi ac violento motu aut plaga, quæ oculo non nunquam accidūt, in periculum fuisset adductus, ne è vitreo humore exturbaretur, etenim connexiones ac sedes in absolute rotundis sunt fallaciores, quam in planioribus, ceu super deuexas & ob id ipsum facile lubricas rotunditates vehantur. Hæc quidem figuræ crystallini est causa: omnia quę, quę ad oculū pertinent, tuto disposita videntur præter tegētem ea corneam tunicam: ipsa.n. prima omnium ac sola omnibus iniurijs est exposita, fumi quę, & pulueris, & frigoris, & æstus, & contundentium, atque incidētium incursus excipit, vt quæ à superna crassa meninge esset enata. Ob eam igitur causam nostri Opifex exploratam habēs eius nobilitatem, & si eam alijs necessario præposuit, quod aliud nihil magis aptum haberet, varie tñ ipsam muniuit, palpebris, cilijs, circumpositis ossibus, atque etiā cute. Cilia quidem quasi vallum quoddam corporibus exiguis, suis pilis, propulsandis, ne facile apertis oculis inciderent, primo loco constituit: palpebras vero ipsas, vt simul coirent ac complicarentur, oculum quę clauderent, siquid forte corporum maiorum in eum incurrat: porrò aduersus maiorum adhuc molium incursus, superne quidem supercilia constituit, inferne aūt mala, ad maiorem aūt angulum nasum, ad minorem ossis iugalis productionem: à quibus omnibus maiorum corporum occursus prius excipientibus oculus ipse in medio locatus nihil læditur, cutis

B motu ad patiendi difficultatem non mediocriter ipsi etiam conferente. Vndique.n. hæc contracta, oculum intro cōprimit, in angustissimū ipsum compellēs: ipsa vero in multas ibi plicas corrugata vna cum palpebris, siquid ossium deuexitatem prætergressum intro in oculos feratur, prima vim oēm excipit, prima patitur, periculum prima subit, ac prima labefactatur: secūdæ vero post ipsam palpebræ contunduntur, incidunt, rumpuntur, ac modis omnibus cōmotæ patiuntur, velut scuta quædam ante corneam obiecta. Ex qua igitur substantia consentaneū erat scuta hæc gignere? vtrū ex molli admodū ac carnosa? at, si essent eiusmodi, facilius quam ipsa cornea afficerētur, essent quę quiduis potius, quam propugnacula: An ex dura admodū & ossea? at neque mouerentur facile, neque sine dolore corneā contingerent. Proinde ex dura quidem omnino substantia, sed quæ moueri facile, & cum cornea versari sine eius noxa posset, palpebras fieri consentaneum fuit.

De Vsu Periostij, & Tarsi, ac de Pilis superciliorum & palpebrarum. CAP. 7.

QVin etiam cōnecti eas ossibus, oculo ipsi fuit melius. Quare cum & hoc ipso constructionem palpebrarum præditam esse oporteret, & ante hoc, motus agilitate, patiendi difficultate, & vt corneam sua consuetudine ac contactu non offenderet, ęquum est naturā admirari, quę omnia hæc tam exquisite molita est, vt neque excogitari queat alia melior constructio.

C Mēbranam enim, quā περιόστιον appellamus, à supciliorum labijs abducens, atque in tantā producens longitudinem, in quantam palpebras extendi oportebat, rursus eā per partes palpebrarum inferiores reduxit, non duplicās ipsam instar scuti cuiusdam duplicati, vt quibusdam est opinio, sed ne vsque ad principiū quidē, vnde emersit, reducens: sed subiectis quidē ipsi, oculum vero continentibus, musculis annexuit: inde quę ad iridem vsque produxit, vbi ipsam in corneam tunicā inseruit. Spatium vero inter duas portiones periostij corporis mediū viscosa atque vnctuosa occuparunt, cum mēbranis quibusdā à musculis extensis, quo loco etiam, quas vocant ὑδατίδας, gigni contingit, vnctuosis his corporibus (quę molliendarum sua pinguedine palpebrarū gratia à natura fuerūt comparata) supra modum naturalem aliqñ auctis. Ad portionem aūt huius constructionis palpebrę inferiores extiterunt à malarum periostio quadantenus quidem extenso, reuertente aūt rursus ad corneam. Qua parte vero hæc periostios remeare incipit, substantia quædam membrana durior adtensa est, quam ταρσὸν nominant, claudens ac comprehendens & constringens, quod deuexū efficitur ex eius duplicatione: ad eū quę ipsum vsum est instituta, & alios duos præter hunc, quorum maiorē quidē ac artificiosiorem paulo post explicabo, minorem aūt nunc exequar. Tarsus iste tenuibus quibusdā pertusus est foraminibus, ex qbus palpebrarū pili emi-

D cant, tarso ipso sedē atque extensionis rectitudinem propter duritiem suppeditante. Quemadmodum.n. superciliorum pilos sibi ipsis mutuo cōcidere pręstiterat, ita hos & rectos & tēsos semper conseruari, vsum.n. vtrunque, quorū causa extiterant, potissimum præsentis cōstructionis beneficio erant præstaturi: qui supercilijs quidē insunt, id omne, quod à frōte atque adeo à capite defluit, prius, quam oculis incidat, excipientes: qui vero palpebris insunt, arenam, puluerem, parua animalia volitantia intro in oculos incidere, aut quicquam demum eos offendere prohibentes. Atque etiam id opus naturæ maxime quis admirabitur, quod neque sursum ad supercilia spectantes neque deorsum ad malas pilos palpebrarū fecerit, neque intro in ipsos oculos nutantes: quandoquidem primi vsum, cuius gratia extiterāt, labefactassent: secundi vero oculis ipsis incōmodassent, cōtinuitatem obiectorum spectandorum intercidentes. Quid iam loquar de cōmensurato ipsorum inter se interuallo, an non admirabile id videtur? nam, si longius à sese distitissent, multa oculis incidere potuissent, à quibus nunc arcentur: sin vero sese contingerent, noctem quodam modo oculis offunderent, quod neque accidere oportebat, neque vsum euertere, cuius gratia facti fuerant.

De Vsu Musculorum, qui Oculos mouent. CAP. 8.

AT postea, quam palpebras oratione iam sumus executi, totum quę oculū absoluimus, tēpestiuum fuerit exponere, vnde nam motum ei suppeditabimus: qñquidem desidem ipsum penitus

atq; immobilẽ relinquere Opificis est aut causas visionis ignorantis, aut eius, quod in singulis est E melius nihil curantis. At neq; id ignorare ei conuenit, qui tantã certe sapientiam simul ac prouidẽtiam in tota animalis fabricatione adhibuerit, neq; floccifacere. Quas nam igitur visionis causas esse dicimus, quas oportet eũ intelligere, quo q; pacto ei, quod est melius, prospicere oportet? Non ex quauis positione visibilia omnia cernere possunt oculi, queãdmodum neq; aures ex omni situ audibilia possunt audire: cum neq; ex obliquis ac lateribus, neq; ex posterioribus, neq; ex superioribus vel inferioribus, neq; (vt summatim dicã) aliud quidpiam, nisi quod pupillæ est directum, queant cernere. Si igitur immobiles penitus oculi extitissent, quod sibi ex directo oppositum esset, duntaxat videntes, paucissima prorsus cerneremus: ob eam sanè causam eos sic disposuit, vt possent plurimum circũagi, & cum ipsis totum etiam collum ad motus fecit habile: ob eã etiam potissimum causam duo extiterunt, à sese commemorabili interuallo distantes: qui igitur altero sunt cæci, non vident ea, quæ spectant ad illũ oculum etiam, si propinqua fuerint. Si igitur eos motu volũtario oportebat esse preditos, oẽs autem huiusmodi motus fiunt p musculos, perspicuum est, ꝙ & Opificem oculis musculos circumponere conueniebat: & nos non simpliciter ita ipsorum vtilitatẽ referre, sed numerũ quoq; & magnitudinẽ ac positionem explicare. Postꝗ igitur oculorũ motus sunt quatuor, vnus quidẽ, quo intro versus nasum adducuntur: alius autẽ, F quo extra versus paruum angulum abducuntur: tertius, quo sursum versus supercilia tolluntur: quartus, quo deorsum versus malas trahuntur, cõsentaneum fuit & musculos, qui motuum illorum duces essent, totidẽ esse numero, duos quidẽ à lateribus, alterum. s. in altero angulo: alios aũt duos, quorum vnus est infernus, alter supernus. Degenerantes aũt omnes in nerueas exilitates (quas græce aponeuroses appellant) circulum vnum efficiunt lati tendonis in iridem desinẽtis. Cum vero oculum circũagi etiam esset melius, natura alios duos musculos positione obliquos effecit, singulos in singulis palpebris versus minorem angulum supra ac infra extensos: proinde horum etiam musculorum beneficio oculum maxime quoquouersus prõpte circumuertimus ac circũagimus. Est porrò & alius quidam musculus magnus circa eorũ radicẽ, constringens quidẽ ac muniẽs nerui illius mollis immissionẽ, oculum vero sursum attollens & eleuans, ac non nihil etiã simul cõuertẽs: facile. n. rumpereť mollis ille neruus, in vehementibus in caput lapsibus violenter cõcussus, nisi vndiq; stabiliretur ac interciperetur, modis q; oibus cõstipareť. Quòd, si vnꝗ alicuius oculum alterũ totum vidisti prominẽtiorem, si qdem videt adhuc, acciderit q; absq; percussione hic affectus, scito neruũ hunc mollem esse extensum, ꝓpterea, ꝙ resolutus musculus non potest amplius ei obsistere, neq; continere ac constringere: sin vero amplius non videt, neruus ẽt G ipse est iam affectus: Quòd si propter vehemẽtem percussionem prominere oculũ contigerit, siquidem adhuc videt, musculus ipse solus: sin vero minus, neruus quoq; est ruptus. Ad hunc igiť vsum musculus hic factus, in orbem q; totam oculi radicem cõplectẽs, quibusdam anatomicis triplex, alijs duplex esse videť, non nullis vero simplex, quem per quasdam fibras sibi ipsis applicatas ac cõmissas, & earũ productiones ipsum ita distinguunt. At, siue vnũ quis ipsum ex pluribus compositũ, siue duos, siue tres velit dicere, vna oĩum eorum est vtilitas, de qua ante locuti sumus.

De Motu Palpebræ superioris. CAP. 9.

HÆc quidem tot ac tanta naturę sunt in oculorum constructione opera: quod aũt nihilo minus ijs atq; alijs ante dictis oĩbus quis admirari possit, non dũ id diximus. Palpebras nanq; oĩno oportebat motu voluntario ẽt esse præditas, alioqui nullus ipsarum erat vsus: omnibus porrò volũtarijs motibus natura instrumenta quædã cõparauit, quos vocamus musculos, q particulas per quosdam tendones in ipsas insitos mouent. Demonstratum aũt est à nobis in libro de motu musculorũ, ꝙ partes oẽs, ꝗ motu voluntario sunt prædite, duobus vt minimũ indigent musculis sibi ipsis oppositis, altero. s. extendente, & altero flectente: nec minus sanè demõstrauimus, ꝙ nullus musculus motus vtrosq; potest efficere propterea, ꝙ partem, quã moturus est, oĩno trahit H ad se ipsum: & ꝙ ẽt vnicus est situs, cum sit vnicus musculus. Quod si ita est, quo nam pacto palpebræ mouebunť? nam, ꝙ ad inferiorem attinet, ea prorsus est immobilis: superior autẽ moueri quidem cernitur, tñ sophistarum nõ nulli, cũ neq; mouentes eam musculos, neq; motus rationẽ inuenirẽt, eò impudentię sunt progressi, vt ipsarũ motum à nostra voluntate pẽdere negarent, sed naturalẽ esse, quo modo ventriculo, intestinis, arterijs, cordi, ac multis alijs instrumẽtis, preter voluntatẽ atq; institutũ motus insunt: arbitranť. n. satius esse mẽtiri, ꝗ suam ipsorum ignorantiã confiteri. At in quibusdã quidem, etiam si vulgus ipsum mendacium non deprehendat, siquis tñ Solem supra terrã, ac lucẽ, & oĩno diem esse neget, cum ea oẽs videant, is furere iudicabiť. Quid, siquis dicat, cum ingredimur, non nostra voluntate crura circũferre, sed cõtra voluntatẽ ac naturaliter? mihi quidẽ et hic nihilo minus priore insanire videbitur. Cum. n. nobis liceat et velocius ea mouere & tardius, aut frequentius ac rarius, aut penitus continere & rursus ad motum excitare, quo pacto nõ is desipiat, q actionẽ hanc naturalẽ, ac præter nostram voluntatẽ esse dixerit? Si enim oculos, vbi clauserimus, quãdiu vellemus, continere ita non possemus: & rursus, vbi vellemus, reserare, ac similiter postea deinceps claudere: id q; vicissim vtrũq;, quãdiu vellemus, facere, palpebrarũ motus nõ esset nr̃a actio: Sin vero hæc efficere possumus libere, vt volumus, & quãdiu

A diu volumus, si modo secundum naturam palpebrę se habent, perspicuum est, quòd à nostra voluntate superiorum palpebrarum motus pēdet: alioqui frustra nobis essent à natura datę si, cum vis quędam extrinsecus in oculos irruit, quæ læsura ipsos ac percussura esset, claudere volentes non possumus. At nihil mirum est eiusmodi à sophistis effutiri, quibus solius gloriæ, nulla veritatis, est cura. Hæc sanè eorum impudentia argumentum est non aspernandum artificij naturæ. Cum enim palpebræ superioris motum cernamus perspicue, modum tamen, quo is fiat, dicere non possimus, neque musculos, per quos efficitur, inuenire, quid tandem, si ipsi animalia etfingeremus (quod de Prometheo poetarum fabulis est proditum) fecissemus? certe hoc saltem constat, quòd palpebra superior immobilis nobis omnino opinor relicta fuisset. At forsitan dicent, q à supercilio productos musculos toti palpebræ tarso inseruissent: at sic quidem, o sapientissimi, tota palpebra euerteretur ac contorqueretur, atque ad supercilium reflecteretur. Cæterum hoc etiam condonemus, probe q; aperiatur: exponant deinceps: quonam pacto claudetur. Neq; enim à palpebra inferiore productum alium musculum tarso inserere poterunt, id enim esset absurdissimum: neque partibus internis ipsum palpebræ superiori subfigere. Primo enim ne sic quidem claudi, sed retrahi ac duplicari complicari q; palpebram hanc continget ab huiusmodi B musculo tensam: præterea vero & musculus ipse positionem habebit absurdissimam ab oculo toto compressus, ac totum ipsum comprimens, arctatus præterea atque ad motum impeditus. Accusandi sanè mea sententia sunt sophistæ, qui, cum non dum inuenire, neque exponere opera naturę queant, eam tamen inscitia condemnant. Conueniebat enim, vt mihi videtur, eos demonstrare, non fuisse melius oculos palpebris esse præditos: aut præditos quidem esse, at immobilibus: aut mobilibus quidem, at non secundum voluntatem: aut secundum voluntatem quidem, verum musculis sic quodam modo dispositis: Hi autē adeo sunt acuti, vt, cum palpebræ euidenter moueantur, neque, quo pacto id fiat, intelligant, neque alium quempiam motum inueniant: eò vero amentiæ progrediuntur, vt eum, qui tot ac eiusmodi formauit ac cōstruxit particulas, nō dum artificem esse fateantur. Et, si de domus quidem, aut ianuæ, aut tecti, aut id genus cuiuspiā constructione inter opifices esset controuersia, quo pacto ad eum vsum, cuius gratia instituitur, pulcherrime compararetur: tum autem cæteris quidem explicatu id esset difficile, vnus autem inter eos id si explicaret, ab omnibus iure celebraretur, peritus q; artifex haberetur: naturę vero opera cum non dico prouidere, sed ne facta quidem intuiti, ingenio assequi possumus, an non ea hominum opificijs maiora mirabimur? Verum hos iam missos faciamus: id autem cōsideremus, C quidnam tādem in palpebræ superioris motu admirabile id sit, quę à maiorū nostrorum doctissimis excogitata fuerunt, prius explicantes. Dictum quidem iam prius quodam loco fuit, q sub cute palpebras cōtegente mēbranæ sunt tenues: hinc autē huius quoq; explicationis sumā nūc initium. Membranæ enim hæ musculos quidem palpebram mouentes & ipsæ tegunt, qui parui planè sunt: extenduntur autem ipsę à neruosis tenuitatibus, quæ in tarsum inserūtur. Ante autē docuimus tarsum hunc esse chartilaginosum, instar vinculi cuiusdam corpori membranoso palpebram gignenti subiectum: at, quod illorum paruorum musculorum dilatatas productiones atq; extenuatas recipit, hactenus planissime non docuimus. Nunc igitur tum hoc ipsum disce, tū autem quòd alter quidem musculorum in maiore angulo oculi apud nasum obliquus constitutus, ad tarsi partem dimidiam, quæ illic est, peruenit: alter vero totus & ipse quoque obliquus, & ad minorem angulum extensus, ad reliquam tarsi partem dimidiam sibi propinquam prorumpit. Quando igitur musculus prior dictus agit partem palpebræ sibi continuam, quæ est ad nasum, deorsum trahit: cum vero alter, reliquam sursum trahit. Prioris porrò caput cum ad maiorem angulum sit constitutum, secundi autem ad supercilium: cumq; musculi omnes versus proprium principium tendantur, necesse est, parti palpebræ alteri, quę ad nasum est, motus deorsum D fit, alteri vero, quę est ad minorem angulum, sursum. Quòd, si vterque eodem tempore tendant iuxta palpebram, sursum quidem ea ipsius pars, quæ est ad minorem angulum, trahetur, quæ vero est ad maiorem, ea deorsum trahetur: qua re accidet, vt oculus non magis sit apertus, quàm clausus: ea q; palpebræ figura est, quam Hippocrates χαμπυλον id est curuam ac reflexam appellauit, quā in morbis magni mali signū numerat: palpebræ q; euersionem hanc alicubi nominat ἴλλωσιν: fit q; affectus is vtroque musculorum cōuulso, partem q; tarsi sibi cōtinuam ad se ipsum trahente. Quòd, si alter quidem musculus agat, ad se ipsumq; palpebram trahat, alter autem prorsus cesset, aperiri tunc ac claudi totam palpebram contingit: trahit enim semper pars altera tarsi, quæ mouetur, vnà secum & reliquam. Causa autem huius rei est durities: si enim membranosa esset pars ea, aut carnosa, aut quouis alio modo mollis, nō vtiq; partem motam altera sequeretur: id quod preuidens natura, durum ac chartilaginosum tarsum ipsi palpebræ apponens, vtriusque musculi fines in ipsum immisit. Quemadmodum sanè, si virgam quandam curuam ac reflexam vtrauis parte accipiens traxeris, tota sequitur: ad eundem modum et tarsus totus, vtriusuis musculi tractum sequitur: atque tertia hęc & maxima generationis tarsi est vtilitas, quam paulo ante in aliud tempus reieceram. Quę itaq; ad palpebram superiorem pertinent, sic habent.

In coac. prænot. ante mediū. Et 1. prorrhet. com. 2. t. 35. 47. 174. a. Et t. 49. 175. c

De

De Inferiore Palpebra. CAP. 10.

CVr vero non & palpebra inferior motus fuit particeps, cum ad eundem vsum facta fuisset, locum q; recipiendis musculis non minus haberet accommodum? Natura certe videri hic possit iniusta, si cum vtrique palpebræ totius motus partẽ dimidiam posset tribuere, ipsa totum cum alteri esset gratificata. Neque in hoc solum, verum etiam in eo nihilo minus videri possit iniusta, quòd inferiorem multo minorem effecerit: oportebat enim, quemadmodum auribus ac labijs & nasi alis, ita & palpebris vtrisque magnitudinem ac motum tribuere æquabilem. At positio huius discriminis est causa: si enim palpebra inferior, longior, quàm nunc est, extitisset, non fuisset similiter constans, sed in se ipsam defluens corrugaretur, laxa q; fieret, ab oculo q; discederet: &, quod his adhuc est maius, colligeretur in ea lippitudo ac lachryma, & eiusdem generis omnia, quę in excernendo difficultatem haberent. Ex quo intelligitur satius fuisse paruam ipsam fieri, talis enim oculo semper astricta, atque appressa, & ad vnguem circumplectens, excrementa omnia facile exprimit: quæ cum esset huiusmodi, perspicuum est, quod motu etiam non indigebat. Anatomicorum quidem certe præstantissimi, naturæ in palpebris artificium inuenisse ac pulchre exposuisse videntur, vt iam diximus: ego vero ipsis omnino iam assentirer, si mihi persuadere possem vidisse me perspicue eum musculum, qui est ad maiorem angulum. Nunc autem neque illum aperte vidi vnquam: & in αἰγιλώπων curatione chirurgica non modo abscinditur plerunque, verum etiam locus ille totus sic aduritur, vt non nunquam squamæ à subiectis ossibus abscedant, cum interea palpebra ad motum nihil impediatur: ob eam causam videtur mihi indigere animaduersione. Quòd si mihi ipse olim persuasero rem omnem pulchre inuenisse, in libro de dubijs motibus (quem ego scribere constitui) id indicabo: nunc autem de eo id solum dixisse mihi suffecerit, naturæ solertiam esse tantam, vt, cum eam tanti viri tandiu conquisiuerint, omnem tamen non inuenerint.

De Nasi foramine, de Carne, glandulis, & pinguedine Oculorum. CAP. 11.

DEinceps autem, quæ ad oculorum angulos pertinent, sunt vestigãda. Nam, si corpus id carneum, quod maiori angulo incubat, est vtile, minori certe nocere natura videri queat, q eũ operimento vtili priuauerit: sin vero est inutile, maiori rursus incommodat, onere superfluo eam grauans. Quî igitur explicari id poterit? & quî nam neutri natura incõmodat? Operimentum foramini, quod est ad nares, corpus hoc carnosum, quod est ad angulum maiorem, natura imposuit. Vtilitas autem illius foraminis, animali est duplex: vna quidem, quã supra memorauimus, cum de neruis à cerebro ortis ageremus: alia vero, quam nunc tempestiue referemus. Cõfluunt per foramina hæc in nares omnia oculorum excrementa: & medicamẽta quidem ocularia, multi plerunque non multo post inunctionem expuerunt, alij vero emunxerunt: ad eundem enim vsum meatus hic ab angulo in nasum est perforatus, ad quem & nasus ipse in os, quandoquidem emungentibus, per nasum, quod confluit, excidit, excreantibus vero per os. Ne igitur per angulos excrementum effluat, ne've assidue lachrymemus, prædictis meatibus corpora hæc carnosa fuerunt apposita, quæ prohiberent quidem, ne oculorum excrementa per angulos vacuarent, ad proprios autem meatus impellerent. Demõstratio vero eius, quod dicimus, fuerit maxima, errores, in quos sæpenumero incidunt ij, qui medicos ocularios se ipsos nominãt. Non nulli enim eorum, quę vocant πτερύγια, καὶ μεγάλα τραχώματα, συκώσεις, τύλλυς τῶν βλεφάρον id est vngues, & magnas asperitates, ficationes, & callos palpebrarum, pharmacis acribus colliquãtes, simul & carũculam neruosam, quę est ad maiorem angulum, imprudẽtes colliquarũt. Alij vero in ἐγκανθίδον id est carnis in maiore angulo excrescentia, curatione chirurgica plus æquo de caruncula rescindentes, effluxum excrementis ea parte aperuerũt, quem affectum ῥοιάδα, quidem appellarũt: de cuius absurditate quorsum attinet me hic verba facere? At hęc quidẽ accurate à natura fuerũt prouisa, & præter hęc adhuc, illa quę in palpebris sunt tenuia admodũ foramina, quę paulo sunt extra maiorem angulum: ad nasum enim vsq; pertinent, tenuem q; humorẽ dant vicissim atq; accipiunt. Vtilitas porrò est non aspernenda in eo dando, quod abundat: accipiendo autẽ, quod deficit, quò ipsorum naturalis symmetria conseruetur ad motuum agilitatem: quandoquidẽ siccitas earum exuperans propter duritiem, flectendi ac mouendi difficultatẽ illis ingenerat: humiditatis autem affluentia, infirma reddit ac mollia: sola autem media cõstitutio ad naturales omnes actiones est præstantissima. Ad motuũ etiam facilitatem duæ quoq; glandulæ in vtroq; oculo extiterunt, altera partibus infernis, altera supernis: quæ meatibus non obscuris humidum in oculos effundunt, similiter, ac glandulæ, quæ linguæ radici adiunctæ saliuam in os deriuant. Quòd autem circunfusam oculis pinguedinem nullius alterius gratia natura comparauit, ipsius etiam durities indicat: cuius beneficio cum non facile colliquantur, tum etiam madefieri perpetuo ac humectari possunt, quòd vnctuosa sit ac pinguis.

De Visorijs neruis: ac Hypotheses de Visione. CAP. 12.


ABsoluta nobis propemodum sunt omnia, quæ ad oculos pertinent, prȩter vnum, quod proposueram quidem prætermittere, ne multi auersarentur tum disputationis obscuritatem,

tum

A tum etiam rei prolixitatem. Postquam enim in eo explicando mathematicam speculationem attingere esset necesse, cuius non modo sunt ignari eorum pleriq; qui sese doctos profitentur, verũ etiam eius peritos auersantur atq; oderunt, ob eam causam latius mihi visum erat id omnino missum facere. Interea autem, cum in somnijs fuissem accusatus, quod in diuinissimum quidem instrumentum essem iniquus, in Opificem autẽ ipsum impius, nisi magnum opus ipsius in animalibus prouidentiæ explicarem, somnio sum perpulsus, vt, quod prætermiseram, resumerem, in fineq; libri huius apponerem. Quemadmodum enim in neruis sensificis à cerebro ad oculos descendentibus, quos certe & poros Herophilus nũcupauit, quod solis ipsis viæ spiritus sint conspicuæ ac sensibiles, quemadmodum inquam hoc ipsum est admirabile, ac supra id quod in neruis reliquis habet: ita & quod ex diuersis quidem locis proficiscuntur, progressi vero sibi mutuo cohærent, post autem rursus à sese digrediuntur ac separantur. Quid igitur causæ est, cur natura non ex eodem loco initium supernæ ipsorum productionis duxit? neq; post, quam alterum quidem à dextris, alterum autem à sinistris produxit, recta ad oculorum regiones adduxit, sed introrsum prius reflectens ac coniungens, ipsorum q; poros vniens, post illa vtrunq; rursus ad oculum secundum rectitudinem supernæ productionis produxit? Non enim eos commutauit, illũ quidem, qui ex dextris emergit, ad oculum sinistrum: eum vero, qui ex sinistris oritur, ad dextrum B ducens, sed horum neruorum figura X græcæ literæ est simillima. Quos siquis negligentius dissecuerit, alternare eos forte putauerit, & sese mutuo conscendere: at nõ est ita, cum enim sibi ipsi mutuo intra cranion occurrerint, meatus q; suos vnierint, protinus denuo separantur, aperte indicantes se ob aliud nihil conuenisse, nisi vt meatus suos cõiungerent. Quod cui rei sit vtile, quãtam q; visus instrumentis præbeat vtilitatem, postea, quàm Dæmon aliquis imperauit, ei obsecuturus expediam, eos, qui libros hos euoluent, prius cohortatus, qui recte tum alijs disciplinis tum autem geometria sunt instituti, tenent q;, quid circulus, quid conus, quid axis, atq; eiusdem generis omnia, expectent parũper, concedant q; mihi, vt ꝑpter ignorãtes (qui sunt plurimi) quid nam nominibus his significetur, quàm potero breuissime, exponam. Neque enim ne illis quidem ipsis disputatio hæc omnino erit inutilis: sed, si animum ei attẽderint, discent, quo nam pacto homines ignaros docere hæc conueniat. Vbi primum autem hęc sciuerint, visorias quoq; rationes eis coniũgemus, quo propositum citius absoluamus. Sit itaq; circulus quidã, qui ab altero oculorum cernatur, clauso adhuc altero, circulum autem voco figuram, quæ à medio vndique distat æqualiter: ab huius autem circuli medio puncto (quod sane & centrum eius vocatur) vsque ad C pupillam centrum id videntem, rectam mihi lineam intellige, quæ nusquam sese inflectat neq; à recto cursu aberret: sed, quemadmodum si aut pilum tenuem aut araneam ad perpendiculum à pupilla ad centrum circuli extensam intelligeres, sic & rectam illam lineam. Intellige rursus mihi à pupilla ad lineam circulum circũscribẽtem (quam vtiq; & περιφέρειαν id est circũferentiam, ipsius vocant) rectas lineas alias quàm plurimas quasi araneas quasdam tenues ordine extensas: figuram q;, quę ab his omnibus rectis lineis circuli circũscribatur, conum nomina: eius q; verticem intellige pupillam, & basim circulum: lineam vero rectam, quę à pupilla ad centrum circuli extensa est, tum omnium aliarum rectarum tum coni totius mediam, axem appella. Cum vero deuexum quoddam ac conuexum solũ nominas & intelligis, intelligis vtique omnino & amborum medium, lęue scilicet ac planum, cui nihil vsquã inest neq; deuexitatis neq; cõuexitatis: planam vero superficiem mihi voca partem spatij huius superiorem. Post hęc autem intellige in axe ipsius coni, qui à pupilla ad centrum circuli per aerem protenditur, granum aliquod milij, aut id genus exiguum quiddam, sublime pendere: centrum vtiq; circuli obscurabit, ipsiusq; conspectũ pupillæ eripiet. Iam vero, si hæc intellexisti, deinceps facillimum tibi fuerit intelligere corpus quoduis, quod in medio eius, quod extrinsecus cõspicitur, & visus id conspicientis, positum fuerit, D luminibus viam obstructurũ, prohibiturum q;, quo minus id, quod ante oculos est locatũ, amplius cernatur: quo corpore funditus sublato, aut secus medium ad latera subducto, obiectum id rursus videri contingit. Quòd, si id quoq; iam intellexisti, colligas nunc, oportet, rem videndam omni caligine carere, neque quicquam medium in linea, quæ recta ab oculo ad ipsam est extẽsa, cõstitui oportere. Quòd, si id quoq; planum tibi est, haudquaq̃ temere à mathematicis pronũciatum esse tibi videatur, quę cernũtur, ea per rectas lineas cerni: voca vtiq; mihi rectas has lineas, visiones: tenuesq; illas araneas, quę à pupilla ad circuli circũferentiã extenduntur, non amplius araneas, sed visiones: circuli q; circumferentiam dic per visiones illas videri, ipsius q; centrum per aliam visionem in axe coni locatam, omnemq; circuli planitiem per multas quasdam visiones ad ipsam peruenientes. Harum autẽ visionum, quæ æqualiter ab axe absunt, in quauis planitiei parte fuerint, eas ὁμοταγεῖς id est eiusdem stationis ac loci nomina: quę vero secus, ἀνομοιοταγεῖς, id est stationis dissimilis. Existimo autem te aliquando vidisse Solis radios per foramen angustum excidentes, ac prorsum tendentes, nusq̃ deflectentes, sed recta omnino via ac inflexibili vadentes: talem mihi intellige & visus viam. Quę postq̃ plane intelligis, si quidem ea intelligis, sin autem minus, illa iterum ac sæpius repete: &, vbi exacte perdidiceris, ad ea, quæ postea sunt scripta, aggressus, vnum quidem hoc ac primum mihi prædiscas, quòd eorum corporũ, quę videntur, quodq;


non

nõ videtur,neq; solum neq; nudum: sed quidpiam circũ ipsum omnino apparet, cum visiones, E
quę corpus id complectuntur,accidant interdum quidem cuipiam eorum,quæ vltra corpus vi-
dendum,sunt: aliás autẽ cuidã,quod ad ipsum est. Secundũ aũt disce, ꝙ corpus,quod à solo dex-
tro oculo cernitur,id si propius est, in sinistris magis partibus esse putatur,sin longius abest, ma
gis quodã modo in dextris: quod vero à sinistro solo conspici
tur,in dextris situm esse,si id est propinquius,magis aũt in sini
stris,si est remotius: quod autem ab vtroq;,in medio. Tertium
præter hæc edisce, ꝙ alterius oculorum pupilla compressa, aut
certe sursum aut deorsum adducta,apparẽt duplicia,quæ antea
simplicia apparebãt. Hęc aũt ipsa quanq̃ mathematici intelli-
gunt,cõcedant tamen mihi in multorum gratiam,de singulis
pauca dicere. Ac primum quidẽ de primo dicemus, ꝙ scilicet
aliud quidpiam cum eo, quod videtur, simul apparet,quod q;
iuxta alia videntur omnia. ¶ Intelligatur enim pupilla esse a:
magnitudo aũt, quę videtur, esto b c: & incidant visiones ab a
pupilla in vtrunq; ipsorum b c. Esto autẽ vltra b c, magnitudo
d e: & projciantur visiones a b,& a c: incidant q; d e,quæ sunt
iuxta f g, perspicuũ certe erit, ꝙ magnitudo b c,videbitur,non
aũt magnitudo f g: ob eã q; causam abscõdetur ita magnitudo
f g,vt omnino nõ appareat: magnitudines vero,quę ab vtraq;
eius parte sunt, d f scilicet, & e g, iuxta b c,conspiciuntur: atq;
etiam ipsum b c,alio modo dicemus iuxta illorũ vtrũq; videri.
Ratio igitur eius,quod primum propositum fuerat,est huius-
modi. Secundi vero rationẽ,ꝙ scilicet id,quod altero inspici-
tur oculo,non eodem loco apparet, quo,quando alio oculo in
spicitur: neq;, cùm ambobus simul oculis spectatur,eodẽ loco
cernitur,quo quando altero solo: sed in alio quidem loco à dex
tro oculo,in alio autẽ à sinistro,in alio ab vtrisq; videtur,dictu-
ri nũc sumus. Dextra itaq; pupilla sit a: sinistra vero b: magni
tudo autẽ,quę videtur c d: visiones q; incidant ab vtraq; pupil
la ad c d, & allapsæ projciantur. Videbitur itaq; magnitudo c
d à dextra quidem pupilla secundum rectitudinem magnitu-
dinis e f, à sinistra vero secundum rectitudinem g h,ab vtrisq;
vero simul secundum rectitudinem c d. Quare non eodem in
loco esse videtur,quod seorsum visio altera videt, & quod reli-
qua: neque quod ambæ simul,& quod tantũ altera. Quòd si-
quis demonstrationes has,quæ lineis tradũtur,non assequitur,
ipse rationem hanc expertus demũ assentietur. Stans enim iux
ta columnam aliquam, deinde vtrunq; oculorũ vicissim clau-
dens,cum dextrum quidem oculum clauserit,quędam eorum,
quę prius à dextro in dextris columnæ partibus cernebantur,
sinistro non videbit: cum vero sinistrum clauserit, quædam eo
rum,quæ à sinistro ante videbantur in partibus sinistris colum
næ, rursus dextro non videbit: quando autem vtrosque simul
oculos aperuerit,vtraq; videbit, maior enim pars occultatur,
cùm altero oculorum intuemur,quàm cùm simul vtrisq;.Itaq;
secundum rectitudinem esse putatur id omne, quod cernitur,
illorum,quæ omnino tegunt: nam, quæ iuxta id cernũtur om
nia,alia quidem in dextris eius partibus,alia vero in sinistris,vi
dentur esse locata: sola igitur ea,quæ non videntur, secundũ re
ctitudinem eius,quod videtur, erunt sita: sed alia quidem fue-
rint dextro oculo visibilia,alia vero sinistro. Quocirca & posi-
tio magnitudinis videndæ vtrique oculorum peculiaris appre
hendetur: ambobus autem,quę neuter videbat,omnino fiunt
cõspicua. Quapropter minus obscurum est,quod ambobus oculis simul videtur, quàm si altero
duntaxat,vterlibet eorum is sit,spectes. Quin &,si à columna plusculum digressus,vtrunq; ocu-
lum aperire ac claudere vicissim intuens in columnam volueris,illa tibi repente ac semel transili
re videbitur,si dextrum clauseris,versus dextram partem, sin autem sinistrum,in alteram: atque
etiam aperienti tibi dextrum,ad læuam columna trãsilire putabitur,sinistrum autem, ad dextrã:
dextro enim oculo in sinistris magis partibus columna esse videtur: sinistro vero in dextris ma-
gis: simul vero vtrisq; aspicienti,medium locum obtinere putabitur eius,qui seorsum vtrique vi
debatur,



F

G



H

A debatur: Quòd si stellam aliquam eodem modo vis inspicere, aut etiã Lunam, & potissimũ quã do plena fuerit ac vndique æquabilis, repente ac confertim tibi trãsilire putabitur, in dextram quidem partem, sinistrum oculum aperienti, claudenti autem simul dextrum, in sinistram autẽ contra agenti. Perspicuum igitur est cuiuis experto hæc ita apparere. Quęnam autem eorum sit causa ac necessitas, paulo ante per lineas indicauimus. Quin & quòd, alterum oculum si peruerteris, si deorsum quidem pupilla fuerit detracta, humilius ac depressius id apparebit, quod intuebere: sin autem sursum tracta fuerit, contrarium, licet tibi id experiẽtia comprobare. Quæ autem sit horum etiam causa, absque prędictis rationibus nũquam didiceris. Nã nisi in vna superficie plana, visoriorum conorum axes fuerint constituti, necesse omnino erit alteri quidem oculorũ altius, alteri autem depressius, quod spectatur, videri. Cuius enim rei axis ipse altior cono fuerit, hac & conus ipse totus est altior: sed conus, qui ab humiliori loco ijs, quæ videntur, accidit, omnes ipsius visiones eiusdem stationis habet humiliores: qui ab altiori loco, easdem habet cõtrarias. Quoniã autem, quod altioribus visionibus cernitur, altius esse putatur, quod autem humilioribus, humilius, par est, vt altius quidẽ cono altiori, humilius autem humiliori, quod cernitur, appareat. Eius autem argumentum tibi fuerit euidens, si id, quod altero oculorum compresso duplex falso appa

B ret, illo oculo clauso, altero intueri volueris: vna enim prorsus efficitur phantasia seu imaginatio positionis eius, quod videtur, quam habebat clausus nunc oculus, quãdo patefactus erat: reliqua vero manet immutabilis, quem à principio habebat, locum seruans. Quãquam, cum vterque secundum naturam haberẽt, vnum cernebatur obiectum: clauso altero, positionis ipsius apprehẽsio immutabatur, ipsum q; obiectum, trãsilire videbatur: post autem rursus alterum oculum aperientibus, rursus transferebatur, neq; vnquam eodem in loco claudentibus & aperientibus vtrũuis manebat. Postquam vero ijs, qui altius aut inferius pupillam compulerunt, altera quidem positionis phantasia perit omnino, reliqua vero firma atq; immutabilis perstat, vbi scilicet alterum oculum clauserimus, propterea neq; omnis pupillę inuersio duplicem rei videndæ affert phantasiam, sed quæ ipsam altiorem aut humiliorẽ habitu naturali fecerit. Cęterum, cum pupillam ad maiorem aut minorem angulum adducimus, facimus, vt, quod cernitur, sinistrũ magis aut dextrum appareat: non tamen duplex efficimus, manent nanq; in vno plano conorũ axes. Quibus vero inuersi fuerint oculi siue statim ab initio in ipso scilicet vtero, siue postea, si neutra quidem pupilla altior etiam fuerit, sed in eo solum lęsi sunt oculi, quòd eorũ alter adductus est versus nasum aut abductus, nihil in rerum videndarum dignotione hallucinãtur: quibus vero pupilla in-

C ferius aut altius est traducta, hi grauissime offenduntur, plurimum q; laborant, dum nituntur pupillas ipsas conuertere, eas q; æquales constituere, vt exacte videant. Quod autem singula suis locis exacte videantur, argumentum id fuerit, quòd tactus ipse à visu deductus non fallatur, neque à visis aberret. Pręterea & per tenuissimas acus fila ac pilos facile diuidunt, & qui altero oculo carent, et qui vtrisq; simul vident: quod certè nunquam fieri posset sine certa visorum dignotione. Quoniam aũt (vt dictum est) omne, quod videtur, iuxta aliud quippiam videtur, consentaneum iam est, vt eorum, quæ circum se ipsum sunt, aliàs quidẽ dextrum ipsum, alias vero sinistrũ aliàs secundum rectitudinẽ esse imaginemur: eoq; modo rationes sibi ipsis non pugnãt. Infinitæ porrò alię sunt visoriarũ hypotheseon probationes, quas nunc recensere non licet: neq; enim ne hęc quidem nostra sponte scripsimus, sed iussu Demonis cuiusdam, vt dixi: an vero modum orationis huic operi conuenientem assecuti simus, ille ipse viderit.

Quinam Axes Visorij, & quam habeant positionem. CAP. 13.

NOs autem finem huic libro statuamus, rursus admonentes necesse esse axes conorum visoriorum in vno eodem q; plano habere positionẽ, ne, quod est vnũ, duplex appareat. Axes vero hi in nobis principium habent meatus ipsos à cerebro proficiscentes. Oportebat igitur, cũ

D adhuc animal vtero gereretur ac conformaretur, in vna quadam plana superficie eos locari. Quę nam tandem futura erat plana hęc atque ęqualis superficies, in qua natura meatus hos cum animal conformaret, collocauit? an dura quædam membrana, aut tunica, aut chartilago, aut os fuit? haudquaquã enim molle instrumentum cedens q; tangentibus, rectum seruari poterat. At vbi ipsam tandem posuisset, aut quonam pacto tuto simul ac sine compressione vtrisque meatibus subtendisset? quòd.n. eo loco ad pyelum factu hæc erant difficilia, compertissimum ij habent, qui in anatomis sunt versati. Neque hoc nunc dico, quòd natura machinam aliquam generationis eius ac positionis inuenire non potuisset, quò neque læderet quidquam propinquorum, neque ipsa læderetur, si omnino efficere eam fuisset necesse, neque per aliud facillimum ac promptum, positionem duorum pororum in vno plano suppeditare potuisset. Quid igitur est hoc facillimum ac promptum, quod à principio explicare est propositum? mutua pororũ inter se coitio. Duæ enim lineæ rectæ sibi ipsæ in commune quoddam punctum occurrentes velut extremitatem earum, in vno penitus sunt plano, etiamsi inde in immensam quandam longitudinem in vtranq; partem producantur: et lineę rectę, quę duas has quantumuis protractas coniungunt quocunque loco, idem planum habent cum illis duabus, quod omnis triãgulus in vno omnino sit plano. Quòd, si quis, quæ dicuntur, non assequitur, palam est, quòd ne elementa quidem Geo

metriæ

materiæ intelligit. Mihi autem longum fuerit horum etiam demõſtrationes ſcribere, etenim ne eas quidem intelligerent, niſi prius multa perdidiciſſent. Euclides certe libro vndecimo elementorum id ipſum, quod nunc dicitur, demonſtrauit: eſt q; id ſecundum eius libri theorema, cuius propoſitio ſic ſe habet: Si duæ lineæ rectæ ſeſe ſecent, in vno ſunt plano, omnis q; triangulus in vno eſt plano. Demonſtrationem igitur ab Euclide ediſce: quam ſimul atq; didiceris, ad nos reuertere: tum autem in animali has duas lineas rectas, poros ſcilicet, qui ſunt à cerebro, tibi oſtendemus: Quorum vterq; in oculum ſuæ partis perueniens (vt ante dictum eſt) inſtar retis inuoluitur in orbem vſq; ad humorem cryſtallinum, intra ſeſe humorem vitreum cõplectens, vt in vno plano ſit pupilla, ac totius oculi radix, ad quam neruus ſolui incipit. Tertium q; præter hæc oſtendemus, ipſum ſcilicet neruorum viſoriorum in partibus cerebri anterioribus concurſum (à quo permeare per vnum planum auſpicãtur) totos oculos in iuſta poſitione effeciſſe, ac pupillarum, quæ ipſis inſunt, neutram reddidiſſe altiorem. Ob eam certe cauſam ſatius fuit neruos ſenſum videndi oculis exhibituros ab vno principio proficiſci.

Cur Nerui Viſorij ſeſe in media productione interſecent. CAP. 14.


CVr vero nõ protinus ſuperne ab ipſo cerebro vnum vtriuſq; principium natura fecerit, ſed alterum quidem à dextris eius partibus, alterum à ſiniſtris productum, ita in medio loco ipſos inter ſe coegit ac cõiunxit, dicendum deinceps fuerit. Fieri nõ poterat, vt ex hoc loco producerentur, non dico, magni adeo nerui, quantus vterq; horum eſt, ſed ne multo quidem minores: quandoquidem peluis (quam ſuperiori ſermone expoſuimus) quæ meatum illic, qui cerebrum purgat, in ſe ipſa continet, eo in loco eſt ſita: neq; alibi poterat locari, vt quæ excrementũ omne in palatum erat eructatura. Eadem autem ratione neq; pori, qui ad nares à cerebro perueniũt, in alio loco locari poterant, neq; ex alijs partibus cerebri primam ducere originem: cum enim in facie media naſus eſſet, poros certe, qui ad ipſum pertinerẽt, mediam partem cerebri anterioris occupare oportebat. Si igitur alibi non erat melius neq; poros hos locare, neq; peluim: eo autem loco, vbi nunc ſunt, conſtitutis, nerui à medio loco produci non poterant, quod reliquũ eſt, id ſatis liquet, ꝙ vtrinq; quidem produci præſtiterat, progreſſos vero aliquantum in idem ſibi conuenire. Porrò admirabilius quoddam opus naturę cognoſces in horũ neruorum productione, quod mihi viſum eſt ſatius libro decimoſexto in anatome neruorum explicare: nunc quidem certe Dęmonis imperium ſum executus. Quòd, ſi nõ ſuperuacanea, ſed cuipiam vtilis futura eſt oratio, cum iam tandem homines ſocordiam circa pulcherrima, quæ eos deuinctos habebat, excuſſerint, nihil forte oberit, quæ à maioribus de horum neruorum coitione dicta fuerunt, ea recenſere. Quidam enim aiunt ipſos ob id prius intro deflectere, poſtea autem foras egredi, ne, ſi recta eſſent ſiti, aliquid paterentur. Alij vero dicunt factum fuiſſe, vt ſuos affectus inter ſe cõmunicarẽt, malum q; alterius in vtroſq; diuideretur. Quidam autem dicunt ſenſuum omnium principia ad vnum reduci principium oportere. At hi quidẽ, ſi viſum ad vnũ principium reduci debere ſolum dicerent, noxę magnitudinem, niſi id fieret, oſtendentes, certum eſt, quòd eo modo verũ dicerent, neque prędictæ rationes à nobis eſſent inuentæ: nunc autem, cum primum ſenſorium, quod ſenſus omnes excipit, vnum eſſe oportere dicant, rectè id ſentientes, ob id q; ipſum molles hos neruos in idem exiſtiment conuenire, in eo certe plurimum hallucinãtur: nam, quòd ſenſus omnes cerebrum excipiat, cõfiteri eſt neceſſe, alioqui neque aurium, neque linguæ nerui, neque etiam aliarum omnium animalis partium ad vnum principium videbuntur reduci. Pari modo autem, quòd etiam exiſtimãt neruos congredi inter ſe, vt affectus communicent, id contra naturę prouidentiam aſſerunt, cùm ipſa longe aliud machinetur, vt iam in multis ante oſtendimus: ſatius enim eſſet, ſi fieri poſſet, alterum alteri non compati. Si cui vero ratio hęc probabilis eſſe videbitur, ea etiam vti licebit, quemadmodum & ea, quæ confirmat neruos ruptum iri, ſi ſecundum rectitudinem fuiſſent locati. Mihi vero ne hæc quidem probantur: nerui enim, qui ad ventriculum perueniunt, ab ipſius pondere depreſſi ſępenumero rumperentur, niſi prius circum ſtomachum inuoluerentur: pori vero, qui ad oculos perueniunt, nil tale erant paſſuri, cum neque pondus ad oculos tantum vnquam accederet, quantum vẽtriculo, cibo & potu referto: qui neq; decliuem habent poſitionem, neq; longe à principio abſunt. Quòd, ſiquid horum etiam adeſſet, at muſculi ſaltem, qui neruos hos complectuntur, & ante muſculos craſſę meningis productio, quæ in nullo alio neruo tantam habet craſſitiem aut duritiem, ab hoc periculo hos neruos poterant vindicare: ante enim, quàm nerui extra cranion excidant, haudquaquam lædi queunt, quomodo neq; cerebrum ipſum, tametſi aſſidue concutiatur: neq; productiones, quę ad nares vſq; pertinent, licet ſint tenues admodum, molles ac pręlongę. His certe rationibus, vt dixi, cuiuis vti licet Ego vero, quòd non admodum illis crederem, eſſemq; perſuaſus nihil à natura fruſtra fieri, cauſam huiuſmodi poſitionis neruorum diutiſſime ſcrutatus inueniſſe me arbitror, eo q; magis cũ alicui dęorũ digna eſſe, quæ ſcriberetur, eſt viſa. Prius enim, quàm ille iuſſiſſet (oportet enim eum, qui deos eſt teſtatus, vera dicere) ne hunc quidem ſermonẽ eram proditurus, ne multorũ ſubirem inuidiam, qui quiduis potius ferant, quàm animum inducant Geometriam attingere: conſtitueram q; prędictis tribus opinionibus recitatis eam quidem ex eis, vt vero proximam,


comprobare,

A comprobare, quæ meatus astruxit ob id extitisse obliquos, ne dirumperentur: ipse autem id tanquam verum ei adiungere, quod satius erat spiritum, qui à cerebro ab vtrunq; oculum proficiscitur, si quando alter eorum clausus fuerit aut omnino mutilus, in reliquum cõmeare, visoria enim facultate eo modo duplicata visus acutior erat futurus. Quod etiam manifeste accidit: si enim volueris aliquid inter oculos in naso secundum longitudinem extendere, aut asserculum, aut tuam ipsius manum, aut aliud quiduis, quod prohibere queat, quo minus ab ambobus oculis vnumquodq; eorũ, quæ extrinsecus sunt obiecta, cernatur, vtroq; obscure videbis: si tñ alterum clauseris, multo clarius intueberis, vtpote facultate quæ in vtrosque antea diuidebatur, in alterum iam cõmeante. Hanc igitur duntaxat vtilitatem, cur meatus hi fuerint coniuncti, erã memoraturus, quæ & ipsa quidem erat vera: sed, quemadmodum sexcentis exemplis iam comprobauimus naturam alia quidem prima ratione facere, alia autem ex abundanti: ita hic quoq; prima quidem & maxime necessaria vtilitas est, ne, quod extra intuemur, duplex appareat: secũda vero ea, quæ nũc dicta est. Deus autem aliquis, vt dixi, primam mihi imposuit scriptionem, testis q; mihi ille ipse fuerit me ipsius obscuritatem subterfugisse. Testis etiam est me non hic modo, verum etiam in multis alijs horum commentariorũ locis sponte non nullas demõstrationes omisisse, aut Astro-
B nomiæ, aut Geometriæ, aut Musicæ, aut alterius cuiusdam logicę speculationis egentes, ne medici libros meos penitus auersaretur. Quin & in omni vita millies id mihi cõtigisse sum expertus, vt, qui iucunde & libenter mea consuetudine vterentur propter mea nõ nulla in ægrotis opera, in quibus illis videbar exercitatissimus, postquã me in disciplinis quoq; versatum esse cognouerunt, sæpe mihi insultabant, neq; admodum delectabantur amplius meo consortio. Ob eam igitur causam nunquam lubẽs huiusmodi sermones attigi: hic autem, quemadmodum dixi, solum vt dei iussis satisfacerem, mathematicis theorematibus sum vsus.

An sit aliquid hoc opere omissum: ac de Communicantia Crystallini cum obiectis. CAP. 15.

AT forte quis interfatus interrogauerit, quo'nam pacto, si meapte sponte multa prætermisi, plenum est hoc opus ac perfectum, vt nullius particulę omissa sit vtilitas, sed quarũdam ne vnam quidem solam, aliarum plures recensuerim. Cui respõdere promptum est, simul q; responsionem ex ijs, quæ ipse obiecit, cõfirmare. Postq̃ enim Opifex nostri fuit adeo sapiens, vt singula ipsius opera non vnam duntaxat habeant vtilitatem, verum etiam duas aut tres aut plerunq; plures, in eo facillimum est non nullas earum, quæ vulgo sunt obscuriores, prętermittere. verbi gratia, superiore sermone vtilitatem quandam scripsi figuræ humoris
C crystallini: at ibi etiam primam ac principalissimam omisi propterea, q ad demonstrationem lineis opus erat, quã certe nunc exequemur: postquàm enim semel principia visoria attingere sum coactus, haudquaquam amplius obscura fuerit oratio, quę est huiusmodi: Posteaq;, quæ videntur, secundum rectas lineas videntur: ante humorem autẽ crystallinum, foramen vueę est situm, per quod cũ suis obiectis communionem erat habiturus: perspicuum iam est ei, qui memoria tenet ea, quæ ante diximus, q figura exacte rotunda paucioribus sui partibus, plana autem pluribus, cum suis obiectis cõmunicabit. Quod, si non dum intelligis, id quoque per lineas explicabo. Esto igitur pupillæ, quæ perfectus est circulus, diameter a b: humoris vero crystallini diameter quidem c d, pars vero eius, quæ est ad pupillam conuersa, sit c e f d: & ducantur à pupilla, humorem crystallinum tangentes lineæ b e, a f: liquet sanè, quod e f pars eius, cum obiectis communicabit: quæ vero ex vtraque parte sunt, scilicet c e, d f, ne vna quidem sui
D parte communionem cum vllo visibili habebunt. Si vero minus esset deuexus humor crystallinus, maior vtique eius pars communicasset, quod lineæ rectæ, quæ contingunt, minorem quidem partem eorum, quæ multum sunt deuexa, maiorem autem eorum, quæ ampla sunt, complectantur. Supponatur igitur crystallini facti latioris pars, quæ ad pupillã conuersa est, c g h d: ducanturq; rursus à terminis pupillæ, contingentes lineę b g, a h: ipsius igitur pars g h, cum obiectis communicabit, pauca omnino parte ab vtrinque contingentibus circumscripta, quæ communicatione est priuata: si enim planus omnino esset, totus ita communicaret. Nunc autem, cum demonstrauerimus ipsum oportere esse rotundum, quo sit ab iniurijs tutior, fuerit et hoc opus naturę admirabile, quæ simul quidem rotundum ipsum, simul autem pluribus sui partibus, obiectis communicaturum, effecit.





Sic quidem se habẽt, quæ ad oculos pertinẽt: de reliquis vero totius faciei particulis deinceps tractabimus.

Galeni

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBER VNDECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Reliquas faciei,& capitis proprias partes abſoluit.

Proopſitum libri. *CAP. I.*

QVod igitur in toto capite adhuc eſt reliquũ, quod expoſitione indigeat, hoc libro explicabimus. Supereſt autem, ni fallor, facies propemodũ tota: & ſuperiorũ nõ nulla, cuiuſmodi ſunt muſculi, quos κροταφῖτας i. tẽporales appellamus: atq; auriũ ſubſtãtia, quę extrinſecus adiacet, quandoquidẽ de ipſarũ baſi interna, vbi primũ vox ſentitur, prius tractauimus. Atq; etiam de muſculis tẽporalibus tantũ certe diximus, ꝙ ſcilicet vnus vtrinq; in quadã extremitatẽ prę lõgã maxillæ inferioris inſerit: quod q; principia neruorũ F vterq; eorũ habet plura propter vtilitatis neceſſitatem, vt, ſi quando vnum ex ipſis vel duo affecta fuerint, motus maxillæ inferiori per reliquum ſaltem ſuppeditetur.

De Temporalibus Muſculis, & de eorum Diuerſitate in magnitudine & robore pro animalium diuerſitate. *CAP. 2.*

CVr autem natura muſculos hos propemodum totos in capitis oſſibus abdiderit, ea oſſa, quibus hi incubãt, excauans admodum atq; exculpens, plurimum autẽ circumiacentia omnia attollens, ceu tegmentum quoddam pilis coagmentatum, cum alios quidem ſimpliciter oſſibus imponat, nũc quidem exponere fuerit tempeſtiuũ. Ad eũdem aũt modũ, & cur aliorũ ferè oĩum muſculorũ moles, vt cuiuſq; animaliũ magnitudinis ratio fert, fecerit, præter ſolos muſculos temporales: plurimũ enim præter totius corporis analogiam in animaliũ generibus in magnitudine ac paruitate variãt. Ne lõge abeamus, in hominibus quidẽ ſunt minimi ac minimũ neruoſi: maximi vero & neruoſiſſimi leonibus, lupis, canibus, & (vt ſummatim dicã) omnibus, quæ καρχαρόδοντα id eſt dentes ſerratos habentia, appellamus. Aliorum aũt animalium porcis quidẽ, & aſinis, ſunt maximi, non tamen æque neruoſi: proximi vero ijs ſunt boues, deinde equi. Debiles aũt ac exiles ſimiliter habent homo, ſimia, lynces, ac cebi: poſtea autem capræ, oues, & cerui. Simiarum aũt ipſarũ, quæ maxime homini ſunt ſimiles, muſculos tẽporales habent ſimillimos: quæ vero ſunt diſſimiles, ad cynocephalorum q; formã digrediũtur, eæ fortiores ac maiores dẽtes habẽt, quo modo & ipſe cynocephalus, qui natura eſt inter ſimiã & canem medius: proinde muſculus temporalis tanto ei eſt robuſtior ac maior, q̃ ſimijs, quãto minor atq; imbecillior, quàm canibus. G Eſt aũt ſimillima homini ſimia, vt q̃ rotundam pręcipue habet faciem, dẽtes caninos paruos, latũ os pectorale, claues lõgiores, minimũ piloſa: q̃ recta ẽt ſtat belle, vt & gradi ſine errore, & currere velociter poſſit. In hac igitur ſimia, queadmodũ homine, exiguũ quiddã partis capitis piloſæ muſculus tẽporalis occupat: reliquum vero, vt & cynocephalis, ad plurimũ ſurſum ad caput extẽditur, aures aũt ſupergreditur verſus poſteriora, ſecundũ caput totũ extenſus, in omnibus dẽtes ſerratos habentibus: his nanq; nõ modo eſt maximus ꝓ corporis mole, verũ etiã robuſtior. Aſinis vero, ac bobus, & ſuibus, & (vt ſimpliciter dicam) quibus maxilla eſt magna, ſolus tẽporalis muſculus eſt maximus proportione magnitudinis ipſius maxillæ, nõ tamẽ robuſtus quidem, quemadmodum fortibus ac ferocibus. Nam propter duo hæc tẽporales muſculos natura magnos efficit, ob actionis in mordendo robur, & magnitudinẽ maxillæ inferioris: cuius gratia cum eſſent facti, illius tum actioni tum conſtructioni iure fuerunt conſentanei. Cum igitur dẽtes ſerratos H habentibus robur in mordendo inſit, maximus ſimul ac fortiſſimus muſculus ipſis extitit: verũ maximus tantũ, non etiam neruoſus neq; robuſtus neq; in agendo præpotẽs in aſinis eſt, bobus, ac ſuibus, atq; alijs animalibus, quæ maxillam quidem inferiorem habent magnam, in mordendo tamẽ nullum eis adeſt robur: ſatius enim fuit magnam maxillam à magno muſculo moueri. Homini autem ceu maxillam paruam habenti dentes q; ad ſolum eſum idoneos, muſculus temporalis merito paruus extitit: neque enim conueniebat ſuperflua magnitudine eũ onerare muſculum, qui neq; maxillam magnã vecturus erat, neq; actionem vehementem obiturus, qualem leones ac canes obeunt: non enim in morſu fortitudo hominis conſiſtit ac vires, neq; eo cætera animantia domat, ſed (quemadmodum iam inde ab initio oſtẽdimus) ratione ac manibus. Naturæ q; ſolertiam admirari quis poſſit, quemadmodum Hippocrates ‖ admirans, aſſidue iuſtam nominabat, vt quæ non, quod prima ſpecie atq; imaginatione apparet, ſed, quod viribus atq; vtilitate eſt æquabile, eligat. Quod (vt mihi videtur) diuinæ iuſtitiæ eſt proprium, non modo inuenire quę oportet, verũ etiam tribuere cuiq; pro merito ac dignitate, neq; ſuperfluum quidquam, neq; mancum efficere eorum, quæ facere conuenit. Eſſet aũt (vt ego arbitror) ſuperfluum, ſi magnus quidem extitiſſet temporalis muſculus, paruam autem maxillam moturus eſſet: mancum vero,

de Fract. com. 1. t. 2. & 4.7ª. 224.g.h. Et co. 3.t.53.248.g.

niſi

A nisi magnus esset, vbi magnam maxillam mouet. Atqui nullum animal minorẽ, quàm homo, aut maiorem, q̃ asinus aut equus, est sortitum: conuenienter igitur & moturi ipsam musculi, vt hominibus sunt minimi, ita illis fuerũt maximi. Cur aũt maxima oĩno maxilla inferior porcis, asinis, bobus, & eq̃s fuit: minima aũt hominibus, simijs, cebis, lyncibus: media vero magnitudine inter vtranq; aliorum animalium fuit, antea diximus, cum ostẽderemus eis animalibus nihil opus esse, vt prona cibum ore sumerent, q̃bus aut manus essent, quo modo hominibus, aut velut manus, quo modo simijs: quibus vero hæ non essent, vt equis, ea & collum maius, ob idq; ipsum maxillam etiam habere maiorem: præterea auibus, quæ longa habent crura, ob eãdẽ causam collum longius ac rostrum produxisse, q̃ his sanè particulis pro manibus ad suppeditãdum alimentum essent vsuræ. At, quoniam paulatim natura in animalium generibus ab extremis discedere consueuit (quemadmodum id quoq; recte ab Aristotele est demonstratum) ob eã causam primæ quidem simiæ post homines maxillam adeptæ sunt longiorem (monstrauimus enim antea sæpe numero eas ridiculam esse hominis imitationem:) secunda autem, & tertia, & alia deinceps vniuersa, secundũ proprium ordinem. Proinde consentaneum fuit, vt, quę inter ea, quę manus habent & quę omnino non habent, sunt media (cuius generis sunt, quę dentes serratos & pedes fissos habent) ea longitudine instrumentorum colli & maxillarum medium inter extrema locum B obtinerent: comedentia siquidem pedibus vtuntur quodam modo similiter ac manibus. Ob eam quidem certe causam homo omnium animalium temporalẽ musculum habet minimum, quod & maxillam, quam hic mouet, tum minimam, tum ad actiones habet imbecillam.

De Securitate Musculorum temporalium. CAP. 3.

CVr tandem solus hic musculus in capitis ossibus est abditus, cum alia quidem ossa ipsum excipiant, alia autem in orbem complectantur adeo, vt exigua eius pars ad finem frontis emineat? an non huic soli, sed etiam oculorum musculis hęc vtilitas est communis? nam inter omnes musculos potissimum hi, si læsi fuerint, cõuulsiones, febres, soporem, & deliria inferunt. Vt igitur minime afficerentur ab extrinsecus ipsis incidentibus, quæ contundere scilicet atque incidere solent, natura ossa dura in orbem, quasi septum quoddam, circũiecit. At cur læsi noxam maximam inferũt? quia neruorum principio sunt proximi, solum q; ipsos os prohibet, quo minus cerebrum ipsum contingant. Porro musculi temporales propterea, quod sunt magni, magis, quàm oculorum musculi, nocere cerebro possunt propterea, quia etiam neruorum, qui ad oculorum musculos feruntur, principium est vnicum, plura vero eorum in temporales immittuntur.

« C Si igitur, quemadmodum Hippocrates dixit, quę propinqua, quę cõmunia, et quę prima sunt, « maxime lęduntur, nihil aũt propinquius cerebro, q̃ temporales musculi, neq; quiuis alius musculus per plures neruos cerebro communicat, consentaneum est principium exaudire quam celer« rime ac sentire ipsorum affectus. Ob eam igitur causam Hippocrates etiam recte dixit plãgas in temporibus factas lætales esse ac stupefacientes. Et ante Hippocratem natura quoque preuidit maximam fore animalibus perniciem, nisi securitati musculorum temporalium prospexisset: proinde locum, quàm potuit, munitissimum effecit, primum quidẽ cauum ipsis receptum, velut antrum quoddam comparans: ossiũ vero adiacentiũ externas superficies simas, velut thalamos quosdam efficiens: superioribus aũt eorũ oris ἄμβωνας i. margines, imponens ad musculos spectantes: vt omni ratione, quoad maxime liceret, conseruarẽtur, exigua q; ipsorum pars supra ossium septum extaret. Quam tñ & ipsam sine munimento oĩno nõ destituit, sed partim ex superiacentibus capitis ossibus, partim ex eis, quę sunt ad fines superciliorum, prelongum os vtrinq; productum, foris quidem deuexum, cauum vero versus musculum efficiẽs, vtrinq; circũposuit: quorum hoc quidem à partibus superioribus versus supercilium deducens: illud aũt ex inferioribus in satis magnam altitudinem attollens: post autẽ ad medium viæ ipsa inter se coniungens, D fornicem quendam hunc osseum vtriq; musculorũ pretendit: qui, siquid durum aut violentum musculis extrinsecus incideret, ante musculos vulnera cõtusiones omnes q; molestias esset excepturus. Haudquaq̃ igitur os quoduis est hoc ζυγωμα id est iugale (sic enim anatomici appellãt,) sed medullæ est expers, densum, atq; instar lapidis durum, natura id maxime agente, nequid pateretur id propugnaculum, quod his musculis erat prætentura.

> in lib. de Humoribus non procul a principio.
> de Articulis com. 2. t. 9. 263. f E t. 21. 264 g
> A. l. 1. f. 1. d. 5. 2. l. c. 3. 11. d

De Musculis, qui Aperiendo & claudendo ori, & Masticationi deseruiunt. CAP. 4.

> A. l. 1. f. 1. d. 5. fa. 2. c. 9. 117. a

HAnc itaq; constructionis securitatẽ musculi tẽporales habuerunt. Desinens porrò vterq; in magnum vnũ tẽdonẽ, corωnæ i. curuo acumini, maxillæ inferioris infigitur: qui, si tẽsus fuerit, sursum eã trahit: quod cum accidit, aĩalis os clauditur: quod certe a quibusdam musculis aperiaĩ, est necesse, in contrariũ ipsum trahentibus, eos q; musculos in partibus maxillæ inferioribus esse cõstitutos: siquidẽ recte demonstratũ nobis fuit musculum omnem, partẽ in quam inseritur, ad se ipsum trahere. Qui nam igiĩ hi sunt, & quot, & vnde ꝓducti, & quod nam eis motus est principiũ? Musculi quidem ipsi numero sunt duo, quot etiã sunt tẽporales: inferiores vtriq; vtrisq; superioribus parte maxillæ inferioris altera oppositi. Principium aũt generationis ex posterioribus capitis partibus habẽt, quo loco sunt ꝓcessus στυλοειδεῖς, sic enim anatomici a colũnæ specie, qui partibus his sunt, tenues ossium capitis processus appellitant: potes autẽ, si vis, vocare

cos γραφιοειδεῖς, aut βελονοειδεῖς i. graphio seu stylo & acui similes: maxillæ autẽ inferiori infi- E gũtur statim post flexionẽ ad eũ vsq; locũ, qui est ad mentũ, vnus vtrinq; ex internis partibus adhęrens: qui certe, si tensi fuerint, os ipsum aperiunt, quemadmodum temporales claudunt. Alij aũt quidam duo musculi ad mandibulæ in masticationibus circũactionem à natura fuerunt cõparati, qui carnosam quoq; maxillarum partem constituunt: quos non nulli vtrũq; non simplicem musculũ sed triplicem esse existimant, ꝙ tres ipsorum sunt aponeuroses, aut tendones, aut in maxillas insertiones instar principiorũ quorundam, vocant.n. non nulli hoc quidem modo, alij aũt alio: qui cũ perspicue eorũ speciem student indicare, quæ alijs oĩbus est dissimilis, suspicionem cuipiam præbere queant de ipsis inter se nõ cõuenire: siquidem hic ait tria vtriq; musculo adesse principia, ille vero fines, aut capita, aut aponeuroses, aut tendones, aut insertiones. Est aũt nulla, quod ad hanc saltem rem pertinet, viris anatomicis in re controuersia, sed in docendi ratione. Triangularis.n. quodã modo musculorũ vterq; est, velut verticẽ quendam trianguli atq; acutiẽ iuxta vocatam malam, habens: hinc aũt vnum trianguli latus versus zygomatis extremitatem porrigitur: aliud vero versus inferiorem mandibulã: reliquũ vero ac tertium, velut basis quędã, prædictum vtrunq; latus oĩbus maxillæ inferioris memoratis partibus cõiungẽs, secundũ ipsius longitudinem extenditur. Porrò musculus hic, q̃ alibi, est neruosior in loco, qui est subter malas, F quo loco habet velut verticẽ. Mouetur aũt & maxillam circũagit pro varia fibrarum atq; insertionũ actione, natura prouide & hoc moliente, vt motibus alijs alios vicissim excipientibus multiplices fiant in masticationibus actiones. Cõuenienter itaq; musculos hos μασσητῆρας i. masticatores, nuncupãt, tametsi ad musculos quoq; tẽporales nõ minime appellatio hęc pertineat: illi.n. vnam eam actionem in masticationibus dũtaxat obeunt, vt dentes vehemẽter inter se cõmittãt, quam rem consequitur, vt, siquid inter eos fuerit, id cõminuatur: porrò cibũ leuigari atq; in partes minimas conteri à molaribus, quasi molis, masticatorũ musculorum est actio, hi enim ipsi & cibos mutant, &, qui à dentibus exciderunt, rursus ijsdem cõmissis atq; applicatis adducũt tensi ac contracti, tẽporalibus musculis nihil ad id conferentibus. Lingua vero ad actionem hanc confert non minimũ, vt quæ instar manus cuiusdam, cibos in ore assidue trãsfert ac voluit, quò pars ipsorum oĩs itidem cõteratur: extrinsecus aũt vnus vtrinq; masticator hic musculus, velut secunda quædam manus, linguę adiutor est comparatus. Maximo aũt ad eam rem ei sunt auxilio fines buccarũ inferiores, qui cutacei sunt, spectant q; ad labia, ad quos perueniũt tenues, ac lati musculi, vtraq; parte vnus, toti collo circumiecti: mouentur.n. ab his buccę cum labijs, etiam si maxilla immobilis omnino fuerit: musculi q; omnes ipsam mouentes, peculiare quippiam quodam G modo, cuiusmodi alius nullus, habuerunt. Sed de masticationibus dicendi finem faciamus.

1.de Artic.t.5. 7ª.263.b

Quare Temporales atq; his oppositi musculi excarnes in medio fuerint. CAP. 5.

Temporales porrò musculi, quiq; eis infra sunt oppositi os aperientes, alia ratione & ipsi omnibus alijs musculis sunt dissimiles: quandoquidem ex medijs temporalibus tẽdo emersit, quem in maxillæ inferioris corωnen sublimem diximus prorumpere: neque enim in vllo alio musculo tendonis productionem eiusmodi reperias. Eorum autem vterque, qui ipsis sunt oppositi, à parte capitis posteriore enatus, quando ad nuncupata παρίσθμια i. tonsillas, ac maxillæ inferioris flexionem peruenit, non amplius est musculus, sed tendo planè est, carnosa omni substantia nudatus. Hoc quidem & alijs inest musculis, in tendonem.s. desinere: quod autem horũ vtique est proprium atq; eximium, quodq; in nullo alio inest musculo, id mox dicam. Tendonũ horũ vterq; paulũ progressus, non amplius est tendo, sed rursus fit musculus, maxillę q; inferiori immittiť, vt supra docuimus: ex quo intelligiť partes horũ musculorũ, carnosas in principio ac fine esse, neruosas aũt in medijs: quod in nullis alijs musculis reperias, quemadmodũ neq; ex medijs temporalibus tendonem enasci. Causam vero horũ si cupis discere (frustra enim à natura nil fit) partim quidẽ eorũ, quæ prius diximus, meminisse te oportet, partim autem alia nũc adhuc di H scere: meminisse quidem eorũ, quæ generatim de musculis fuerunt dicta, quas ob causas alij qdẽ in tendones desinant, alij aũt nequaq̃: discere vero nũc adhuc, quæ de his audire oporteat. Causam itaq;, cur vtrunq; musculũ temporalem in magnũ vnũ tẽdonem desinere oportebat, ac per illũ corωnæ ipsius maximæ infigi, quæ tenuis quidem ac dura suapte natura est & prælonga ac in sublime extensa, inuenire tibi, etiam si nõ doceamus, est promptissimũ, nisi oscitãter omnino sermones illos audiuisti: quos tñ ego reficiẽdæ memoriæ gratia paucis repetã. Nam, nisi p tendones adeo magnos maxilla sursum attolleretť, primũ quidẽ millies abrupta fuisset, si tãtũ pondus à corporibus imbecillis penderet: pręterea haudquaq̃ facile moueretť, neq; enim sursum trahere ipsam minor alius tendo neq; substantia carnosa potuissent. Quam ob rem aũt tẽdo iste ex medijs musculis existat, protinus dicã, vbi prius paucis memorię causa id repetiero, quod iam inde ab initio libri huius demonstrauimus: cuius summa hęc fuit, musculos tẽporales, cum multa egerent securitate, ossium vndiq; corona cinctos fuisse adeo, vt eorũ pars exigua dũtaxat, ossium cauitatẽ exuperet. Si enim id tenes memoria, partes q; capitis habes cognitas, potes iam ĩtelligere, cur, si natura longos secũdũ capitis longitudinẽ recta ad corωnas tendẽtes musculos hos imposuisset, haudquaquam operimentum vllum inuenisset, quod eis fabricari potuisset, pręterq̃ ꝙ tumorẽ quidẽ

immensum

A immensum illic excitasset, inania vero ac strigosa oīno loca ea reliquisset, in quibus nunc insunt: neq3.n. vlla alia particula positionem ibi habuisset cōmodissimam, nō oculi, nō nasus, non aures, iam enim causam positionis eorū ante memorauimus. Quodnam vero iugale natura ante ipsos opposuisset, cuiusmodi est id, quod nunc ante eos est oppositum, si secūdum capitis longitudinē eos extendisset, aut quęnam ossium supercilia seu labia excitasset, non reperio. Si igitur positio eorum secūdum longitudinem musculos ipsos reddebat prominentes, prędidio q3 spoliabat, eminentias q3 ac concauitates iniquas in toto capite faciebat: quæ vero pręsenti loco est positio, tum ipsis securitatem prębebat musculis, tum capiti toti æqualitatē, non erat cōmodius alibi eos constituere. Quod si ita est, constat q3 ipsorum medium corωnæ, quæ motu indigebat, esse directum, tendonē iam hinc emergere fuit necesse. Quod vero ad eos attinet, qui ipsis sunt oppositi, quiq3 in medio sui tendonem habēt, maius multo artificium ostēdunt: maxime q3 his nos attentos esse oportet, vbi pars aliqua admirabilis atq3 insolens ab alijs q3 generis eiusdem discrepās pspicitur. in his enim natura aut analogiæ est oblita, aut artificiosum quippiā excogitans, eas à cōmuni aliarum captu ac fabrica deduxit. In toto tn̄ hoc opere ostendisse iam mihi videor naturam nusquam frustra multum ab analogia discedere, sed vel propter eximiam quandam vtilitatem, peculiarem B præter cæteras partem efficere: vel propter magnam necessitatē, prima ipsius ac principalissima constructione excidentē, ad secūdam accedere: quemadmodum certe in his etiam musculis fecit. Quorū productionis locus proprius non erat retro, vnde nūc extiterūt, sed partes colli anteriores, sic.n. secundum rectitudinem proprij principij potissimū vterq3 maxillam deorsum attraheret: verum, si hic locati fuissent, equidē ab ipsis colli spondylis enati, in primis ipsi arctati fuissent nō minimū, alias q3 partes oēs, quæ illic sunt, arctassent. Nusquam.n. propemodū in toto corpore alibi, loco tam exiguo tantam instrumentorū cernas multitudinē: quorū tamen nullū transferre erat integrum, nō stomachū, non trachæam arteriā, non laryngē, multo aūt minus circūiectos eis musculos, non venas, non arterias, non glandulas, non neruos: alia.n. ab infernis sursum, alia aūt à supernis deorsum ferri oportebat, alioqui neq3 caput venarum aut arteriarū, neq3 partes infernæ neruorum aut musculorum, fuissent participes. Perspicuū præterea est, ꝙ cibum, potum, ac spiritum per hanc viam cōmeare oportebat, ascendere vero rursus efflationem & vocem ad multas aīalis cōmoditates. Nec minus etiam cuius est perspicuum, ꝙ erat necesse arterias ac venas ibidem in vtrasq3 maxillas, linguam, os, capitis anteriora ac posteriora, collum totū, & simul ipsius spinalem medullam distribui. Necesse aūt nihilo minus predictis erat vasorū diuisionibus incūC bere glandulas, necubi læderentur, si sede ac stabilimento essent destituta. Quin & alias quasdam glandulas ibidem (quarū antea memini) ipsius trachæę arterię gratia natura cōparauit. Tanta igitur instrumentorum copia, quæ transferri nusquam sine maximo aīalis detrimēto queat, locum omnem illic iam occuparat. Quo factum est, vt iure musculi maxillam inferiorē aperientes nō à colli ossibus sint producti, sed vnde iam diximus: et vbi potissimum locus multis instrumētis est refertus, partibus ad tonsillas attinentibus, tendo eorum vterq3 excarnis est ac tenuis: quādoquidem, si crassiores essent, transire pre locorum angustia non possent, tenues autem si amplius fuissent æque, ac nūc sunt facti, imbecilli admodum extitissent. Quocirca, cū simul ab iniurijs tutos esse eos oporteret et simul angustos, iure optimo natura totam eorū carnem locis illis subtraxit: solos aūt ac nudos tendones producens: cum vero primum extra angustias eos constituit, tunc iam paulatim eos carne circūuestiens, musculos rursus ipsos effecit. Tria itaq3 hæc musculorū genera ad mouendum os natura adhibuit: quorum alij quidem aperiunt, alij vero claudunt, alij varie circūagunt, nihil vsquā neq3 in positionibus, neq3 in formis, neq3 in cōmodis insertionibus, hallucinata. Apparet.n. ipsorum quisq3 in illā maximæ maxillæ partem prorumpere, qua simul facillime apprehendi ipsa poterat, & ad motum, cuius gratia musculus extitit, accōmodatissima.

D *De Magnitudine Musculorum, qui Os aperiunt, claudunt, & circumagunt.* CAP. 6.

A.l.1.f.1.d.5. su.2.c.9.17.a

DIfferentiam vero ipsorum in magnitudine, ac neruorū mouentiū principium, si considerare volueris, mirabilē hic quoq3 naturę equitatē reperies. Siquidem eos, qui velut pendentē à sese totam maxillā inferiorem attollūt ac sustinent, consentaneū erat ordine etiā esse maximos: oppositos vero ijs inferne versus illa mouentes, ad quæ natura ēt grauia omnia feruntur, multo minores: medios vero amborū magnitudine esse reliquos, quemadmodū & positione sunt medij. Alij vero musculi duo ex internis maxillę inferioris partibus, qua ipsa est maxime caua, situm habentes, sursum extensi versus os capitis musculis temporalibus adiutores sunt dati, vt qui etiā maxillam sursum trahere queant: qua enim ratione plura neruorum musculos mouentiū principia extiterunt, eadem ratione & ab internis musculis subsidium hoc affuit.

De Ortu Neruorum Faciei, ac de communi naturæ arte. CAP. 7.

A.l.1.f.1.d.5. su.3.c.2.21.g

POrrò neruorum principiū oībus faciei musculis tertia neruorū est coniungatio, qui à cerebro proficiscuntur, atq3 ēt alijs ꝓpemodum oībus ipsius partibus. Nā in tēporales ac masticatorios musculos, & hos certe internos in ore: tum in dentes omnes, in labia, in nares, atq3 faciei cutim vniuersam nerui prædicti sunt distributi, perforatis in ipsorum gratiam ossibus, & in quācunq3 partem singulę propagines iter intenderint, transitū prębētibus. Feruntur vero semper ad

partem,quæ sensum aut motum postulet,vt nulli parti nerui portio neque supersit,neq; deficiat, E sed æqualis semper partis moli atq; vtilitati ad vnguē sit. Oportebat autem(vt ego arbitror) os adeo durum(si modo sine artificio oīa huiusmodi sunt cōstructa)potissimū ne pertusum quidē oīno esse multis ac crebris foraminibus: ꝙ,si ꝑtusum esset,casu quodā inueniri pertusum,quippe per quod nullum pertransiret instrumentū. Quin & ad quasdam partiū oris internarū,& faciei externarum,neruos accedere prorsus non oportebat, quibusdā aūt non vnum sed plures distribui, hæc.n.fortunæ sunt opera: ceterum tum oībus immitti, tanta q́; esse singulos magnitudine, quanta particulæ erat necesse,haud scio,an hoīnum sit sobriorū ad fortunā opificē id reuocare: alioqui quid tandem erit,quod prouidentia atq; arte efficitur? omnino.n.contrarium est, quod fortuito fit.Itaq; primum quidē aut intrinsecus per os,aut extrinsecus per ossa faciei,neruos omnes ferri oportebat,vt videlicet illi quidem à duris cibarijs,hi vero ab extrinsecus irruentibus lęderentur: Secundo aūt dentium radices alias quidem neruos habere,alias aūt minime: tum radices quidem molarium, ꝙ hi magni sint,exiguos, reliquorum vero dentium,ꝙ ij sint exiles, magnos habere. Esse præterea musculorum masticatoriorum partem aliquam nerui expertem erat necesse,quid.n.opus esset oēs eorū fibras moueri? ad hęc cutis ēt hanc quidem partem,neruorū habere insertiones,aliam aūt minime,nam ne id quidē erat necesse totam ipsam sensu prę̄ditam F effici. Hæc quidē atq; huiusmodi artis scilicet ac sapientię opera esse dicemus,si modo fortunę tribuenda sunt,quæ sunt cōtraria: fiet q́; iam,quod in ꝓuerbijs dici solet,fluuij sursum scilicet fluēt, si opera,quæ nullū habent neq; ornamentū neq; rationē neq; modum,artis esse,contraria vero fortunæ duxerimus. Equidem de nominibus nunq̃ laboraui: sed,si vis fortunam id nominare, quod ita iuste partes oēs aīalis conformat,modo id intelligas ac cōcedas te non iuste hanc in verbis nouationem consectari,liceat tibi ēt Solem supra terra intuenti,eiusmodi constitutionem noctem nominare,atq; ipsum ēt Solem non lucem,sed,si lubet,tenebras: liceat preterea tibi nunq̃ à tali sapientia desistere,quemadmodum ne nobis quidem à nostra inscitia,vt,qñ partes omnes conuenienti sibi constructione iuste præditas esse cōpererimus, causam horū non fortunam sed artem esse ꝓnunciemus. At per deos immortales(illorum.n.insanię me miseret)cur oībus quidē faciei partibus à neruis superioribus propagines,perforatis ossibus inseruntur,os vero aperientibus quanq̃ propinquis,nullus tñ ab his neruis digressus,est insertus,sed neq; ad tēporales ex his ascendit,quemadmodum neq; ex illis ad hos musculos descēdit? cur aūt oīno cutis fuit diuisa ad oris generationem? iam enim ad id trāsire mihi est tempestiuum: quo pacto non in spina,vel capite,vel aliqua alia corporis parte diuisa reperitur? fortunæ enim hęc sunt opera. Quo modo vero, G si quidē calor fuit,qui contineri amplius non poterat,aut spiritus(eiusmodi enim delirāt,)cutim oris dirupit,nō aūt in capitis vertice id effecit,neq; eā dirupit neq; expirauit,cum calor ac spiritus suopte impetu in sublime atq; ad superiora ferantur? Quo pacto aūt,si atomorum cōcursu quodā ac colligatione corpora nostra sunt conflata,non ab ijs caput potius,aut pars alia corporis quæuis perrupta fuit,vt os ibi efficeretur? Qui autem, si fortuito diruptum fuit,dentes protinus in se ipso ac linguam habuit? aut quo pacto nasi ac palati meatus cerebrum purgantes, mutuis foraminibus quidem in idem conueniūt? neque.n.erat necesse in ruptis corporis partibus dentes enasci,quandoquidem in ano ac pudendis, præsertim muliebribus,nihilo minor est ruptio, attamen in ipsis nullus inest dens,neque os omnino subiacet ne minimum quidem.

De Dentibus,ac de Naturæ artificio in singulis animalibus. CAP. 8.

VIs'ne hæc quoq; belle atomis ipsis contigisse? cur duos & triginta oīno dentes habemus, vno ordine in vtraq; maxilla sedecim collocatos? parte quidem anteriore, quos τομεῖς i. incisores appellant,acutos ac latos,qui morsu possunt incidere: proximos aūt his dētes caninos,inferiore quidē basi latos,parte aūt superna acutos,qui,siqd ꝓpter duritiē ab incisoribus scindi minus potuit,id frangere ipsi queāt: hos maxillares sequūtur(quos certe etiā μύλας i.molas seu mo H lares appellant)asperi ac lati,duri ac magni,q̃ incisa ab incisorijs,aut fracta à caninis,læuigare plane ac terere queāt.Quorum si vnum quoduis mente immutaris,vtilitatē repēte cernes labefactatā: quandoquidē,si læues oīno fuissent,haudquaꝗ̃ munus suum obire cōmode possent,nam oīa ab inęqualibus atq; asperis cōminuūtur cōmodius. Ob id ipsum certe & molas,in quibus triticū molunt,cū tandē contritæ ac læuigatæ fuerint,rursus excidūt atq; exasperant.Neq;,si asperi quidem essent,non aūt etiam duri,quicꝗ̃ ex eis assequeremur,vt qui prius contererentur,q̃ cibos cōminuerēt. Iam vero,si asperi ac duri quidem essent,lati aūt nō essent,nec sic quidē plus assequeremur siquidem, quę lęuiganda sunt, ea latis basibus affirmata esse oportet: quę sane causa est,cur in caninis atq; incisorijs lęuigari nihil queat,ꝙ ij sint angusti. Quid,si oīa hęc quidem haberent, essent aūt exigui,non'ne in eo solo reliqua quoq; vtilitas simul labefactaret,ꝙ tēpore longissimo ad ciborū læuigationē nobis opus esset? Idem porrò & de incisorijs,& qui post hos sunt acuti, esto iudicium,in quibus mēte inuenies labefactatā vtilitatē,si quiduis eorū, quę ipsis insunt,immutaris. Sed demus hæc quoq; oīa sapienter fausta quapiam fortuna sic fuisse cōstituta,si solam eorū positionem immutaris,vide quid futurū sit.Finge mihi aīo molares quidem parte externa, interna vero incisores atq; acutos esse sitos,tum considera,quęnam horū dētiū adhuc esse posset vtilitas,

A.l.1.f.1.d.5 fu.1.c.5.11.

A vtilitas,& quęnam latorum: non'ne confunderentur reliqua alia,quanq̃ pulcherrime à prudentissimis atomis prouisa,si in sola ipsorum dispositione lapsę essent? At, siquis choream hominũ duorum & triginta ordine disposuerit,eum vt hominẽ industriũ laudaremus: cum vero dentiũ choream natura tã belle exornarit,non ne ipsam quoq; laudabimus? Quòd si vis, hęc quoq; ad fortuitum atomorum concursum referamus,vt non modo dentiũ alij quidem facti sint acuti,alij aũt obtusi: tum aũt alij quidem leues,alij aũt asperi: preterea alij parui,alij magni: verũetiam positionem ipsorum fœliciter adeo sine arte extitisse existimemus,id quoq; tibi donabimus: verum quid de radicibus dicemus,quamobrẽ paruis quidem vna,duæ vero maioribus aut tres, quatuor maximis sint? Rursus.n.hic quoq; admirabiliter forte quadam opus artificiosum concursus atomorum effecit perinde,ac si opifex quidam æquissimus ipsis prefuisset. Porrò,ꝙ & molariũ medij quidem maximi, qui vero in vtraq; parte ipsorum sunt,minores extiterint,quo pacto nõ hoc atomorũ opus est admirabile? non enim(siquid iudico) conueniebat internam oris capacitatẽ, quæ certe,quo modo anterior,est angustior,magnos æque habere dentes,ac mediam, quæ est ad buccas,quæ q̃; est amplissima: iniquũ.n.hoc quoq; fuisset,angustis oris partibus dentes magnos indere,amplis vero exiguos. Quin etiã,cum linguã ad radicem esse oporteret ampliorem(quemadmodũ id quoq; cõprobauimus)magnos illic dentes adiacere non pręstiterat. Ad hęc,ꝙ natura,ossium maxillæ vtriusq; processus fecerit tenues(quos φατνία id est præsepiola,appellãt à presepum similitudine,quibus pecudes vtuntur)quo pacto non id quoq; opus erit fortunæ admirabile? singulis.n.dentibus pręsepia hęc sunt circundata,quos constringunt ac continent adeo valide,vt non facile concutiantur. Iam vero,ꝙ & radicibus ipsorum loca effecerit cõuenientia,magnis quidem magna,paruis aũt parua,mihi quidem id quoq; mirabilis cuiusdam æquitatis opus esse videtur. Nemo sanè homo artifex,neq; eorum,qui ligna clauis inter se adaptãt, neq; eorum, qui tractant lapides atq; elaborant, cauitates excipientes,æquales ad amussim cõpactorum eminentijs adeo fecerit, vt dentium radicibus fœlicissimus atomorum concursus cõparauit. Sciebat enim,vt opinor(tametsi mentem non habebat)cauitates quidem latiores,ossium harmoniam laxiorem effecturas,angustiores vero non permissuras dentium radices ad fundum vsq; pertingere. Atq; ẽt,ꝙ ligamentis ipsi fortibus,præsepibus sint alligati,& potissimũ ad radices,vbi & nerui inseruntur,quo pacto non id quispiã admiref,multo q̃; magis,si fortunæ,nõ artis,id est opus? Quod aũt omniũ maxime quis admiretur,(etiã si supra dictam bonã fortunã oĩbus atomis Epicuri & molibus Asclepiadis concesserit,non amplius tñ concedet, sed illis nõ assentietur,affirmabitq; æqui cuiusdam pręsidis potius,quàm fœlicis motus,opus esse)dentium æquabilitas est: nã, ꝙ inferni supernis oĩno sint æquabiles,etiamsi vtręq; maxillæ non ita habeant,summę æquitatis est specimẽ. Porrò,ꝙ & dextri sinistris sint ęquales,tum aũt pręsepia p̃sepibus,radices radicibus, nerui neruis,ligamenta ligamentis,arteriæ arterijs,venæ venis factæ fuerint ęquales, quo modo adhuc credere possim fortunæ,nõ artis,esse opus? Ceterũ,ꝙ & numerus vtrorũq; sit idẽ dextris ac sinistris vtriusq; maxillæ partibus,non'ne id quoq; æquitatis cuiusdã est specimẽ? Demus tñ hęc quoq; fœlicissimis atomis,quas tñ illi temere nulla q̃; ratione aiunt moueri, sed parum abest, quin illæ maiori ratione,quàm Epicurus & Asclepiades,omnia efficiant: cũ alia enim omnia,tũ hoc quoque in ipsis est mirabile,quod scilicet non solũ in hominibus,verũetiam in alijs etiã animalibus,intus molares,extra vero incisores constituerint: quandoquidem in vno animaliũ genere fieri poterat,vt illę fœliciter mouerentur, sed in omnibus similiter id effecisse,nõ caret prudentia neque ratione. Quòd aũt fortibus animalibus acuti multi dentes ac fortes sint comparati, ne id quidem possum reperire,cur motus temerarij opus sit habendũ. Quòd,si ouis & leonis dẽtes vnquam vidisti,discrimen,vt arbitror,agnouisti: verum,quòd caprarum dentes ouium dentibus sint similes,pardaleωn vero & canũ leoninis,quo pacto id non est admirandum? Porrò, ꝙ & vngues ipsis etiam sint similes,fortibus quidem acuti ac validi ceu gladij quidam innati,nulla autem timidis sint eiusmodi,magis adhuc id est admirandum, quandoquidem,quòd partes circumfusę ac propinquæ iuste sint conformatæ,mirificæ huic atomorum fœlicitati acceptum fortasse referre quis possit: quòd tamen nulli animali vngues quidem fuerunt robusti,dentes autem imbecilli,Opificis est cuiusque particulæ vtilitatem memoria tenẽtis. Atque ẽt,quòd ijs animalibus,quę pedes habent fissos in digitos,collum breuius sit factum,quàm vt per ipsum cibum ori admouere queant: ijs vero, quę vngulas habent solidas,aut bifidas,longius,vt prona atq; inclinantia pasci queant,quo modo & hoc non est opus Opificis partiũ vtilitatis memoris? Ad hęc, quod grues quidem ac ciconię,cum crura haberent longiora, ob eam causam rostrum etiam magnum,& collum longius habuerint,pisces autem neque collum penitus neque crura,quo pacto non id etiam est admirandum? quid enim pisces pedibus aut collo indigebant,cũ neque ambulare ipsos esset opus neque vocem edere? ceterum,quòd in tam numeroso piscium genere, ne in vno quidem ipsorum atomi memoria lapsæ pedes cuiquam aut collum fecerint, memoriæ fidelissimæ est opus. Nam in homine solo, aut vno quouis animalium genere,atomorum concursus credi forte possit esse fœlix: quòd vero in omnibus similiter fœlices,id omnino est incredibile,ni si illis mentem quoque tribuamus.

A1. 1. f. 1. d. 5. fu. 1. c. 5. 12. a

De causa Differentiæ dentium, ac de Oris magnitudine. CAP. 9. E

A. l. 1. f. 1. d. 5. fu. 1. c. 5. 11. h.

CÆterum "de alijs quidem animantibus alius aliquãdo nobis explicandi locus fuerit, homo vero (ad eum enim nobis est reuertendum) vnum parte vtraq; dentem caninum produxit, cum leones, lupi, ac canes, multos vtrinq; habeant, Verũtamen hic rursus natura certo sciebat se animal mansuetũ ac ciuile effingere, cui robur ac vires essent ex sapientia, non ex corporis fortitudine. Quantum igitur ad frangendum quippiam duriorũ erat necesse, id ipsum duo satis erant prestaturi. Proinde incisores iure, numero duplo plures effecit, q ipsorum vtilitas latius patebat, & his adhuc plures molares, q ipsorum vtilitas pateret latissime. Horum aũt dentium numerus non est definitus, sed, qui longiores quidem habent maxillas, quinq;, sunt vtrinq;, qui vero minores, quatuor, maxima tñ ex parte sunt quinq;: neq; vnq̃ reperias quatuor quidẽ in sinistris, quinque aũt in dextris: aut cõtra in sinistris qnq;, in dextris quatuor: aut in maxilla inferiori quatuor, superiori autem quinq;: quanq̃ atomos semel saltem aliquãdo numerí paris obliuisci oportebat. Proinde, tametsi sexcenta atomis sim largitus memorię opera, quo pacto ipsis tribuere mentem atq; intellectum queam, quæ ne ipsarũ quidẽ auctores audent largiri? quo modo enim in re huiusmodi memoria quædã æquabilitatis aut analogiæ demonstrari queat? Quo pacto aũt homo paruum os haberet, leones aũt ac lupi atq; omnia (vt in summa dicã) quæ καρχαρόδοντα id est serratos dentes habentia, appellant, longissime haberent fissum, nisi hic quoq; vtilitatis partiũ nostri opifex memor fuisset? ad portionem enim vnguiũ & dentium robur, consentaneũ fuit oris quoq; esse magnitudinem. Quænam.n. illorum cõmoditas cũ paruo ore fuisset? aut quid homo assequeretur, si multos quidem haberet molares, adapertum aũt os esset plurimũ? Quę.n. de masticatorijs musculis paulo ante fuerunt dicta, abunde docere possunt, quantum pars ea, quę est ad oris scissuram, ad exactã cibi cõminutionem cõferat. Id.n. si amplius in hominibus, quemadmodum in lupis, esset adapertum, neq; cibos exacte contererent, neq; ex magnitudine quicq̃ ad vires eis accederet, vt qui dentes multos acutos non habeant: sin vero rursum animalibus illis in arctissimum os esset redactum, quo modo & hominibus, periret vtiq; eis acutorũ actio. In vniuersum igitur, si oia animalia expenderis, comperies, quæ in mordendo viribus pollent, ijs non modo os esse maximũ, verũ etiam dentibus eiusmodi refertum: quibus autem potissimum in cibis masticandis, & ijsdem planè læuigandis, dentium constat vtilitas, eis os esse exiguũ, & in eo multos qdem molares, acutos autem aut prorsus nullos, aut singulis maxillę partibus singulos. Porrò, quẽ admodum partes hæ ad portionem inter se fuerũt cõparatæ, ad eũdem planè modum & vngues in animalibus quidem mansuetis aut timidis lati molles atq; obtusi, agrestibus aũt aut fortibus acuti magni fortes ac rotundi: quod ab ipsis atomis pretermitti (vt mihi videtur) minime oportebat, sed fortibus quidem vngues ad incidendum ac retinendum accomodos efficere.

Al. ἐγγίγνοι τοι. inesse.

F

G

De Conformatione ac Motibus Linguæ. CAP. 10.

QVin & linguæ molem ori ad amussim adaptatam esse oportuit, quò in omne eius partem pertingat: quod sane, si minor esset, haudquaquam obtineret: nusquã autem à loci angustia impeditur, quod facillime (vt arbitror) ei accideret ab immoderata magnitudine. quòd vero in omnem partem ipsa prompte moueatur, quo pacto id non est admirabile? nec minus eo, q ex animalis voluntate, non ipso inuito, quo modo arterię: q, si non nostra voluntate ipsa moueretur, qui fieri posset, vt masticatio trãsglutitio ac sermo, nostra esset actio? Porrò, q ea ab animalis voluntate proficisci esset melius, ob eã causam motus ei à natura per musculos fuisse tributos, quis est, qui non id etiã iuste laudauerit? Cęterum, cum ipsam sursum ad palatum attolli oporteret, atq; deorsum ferri & ad latera circũagi, ob idq; ipsum multos habuerit musculos, aliũ motionẽ aliã prestantẽ, qui id mirũ nõ est? Quòd, si ipsa est gemina, quo modo & reliqua omnia sensuũ instrumẽta, vt ante docuimus, non alienũ fuit vtraq; ipsius parte numero ac magnitudine musculos esse æquabiles. Pari modo.n. & duas habuit in se ipsam insertas arterias, vtrinq; videlicet vnã, duas itidem ẽt venas, ac neruorũ coniugationes duas, alterã quidẽ mollẽ, alterã vero duram: illã quidem in extremam ipsius tunicã distributam, hanc aũt in musculos dispersam: q "illa qdem cõiugatione sapores discernere, hac aũt motu volũtario moueri ipsam oportebat: quemadmodum prius à nobis dictum est, neruorũ à cerebro productiones exponentibus. Quibusdã tñ animalibus, vt serpentibus, lingua est diuisa: hominibus vero cum non esset melius neq; ad comestionem neq; ad sermonem, linguam esse fissam, merito partes eius fuerunt vnitæ ac cõnexæ: perspicue tñ his quoq; est duplex, cum neq; à dextris ad sinistra musculus vllus aut vena aut arteria aut neruus trãijciat, neq; ex sinistris ad dextra. Quòd aũt sedis ac firmitudinis gratia magna ad basim ac fortis fuit, celeris vero motus causa, ad extremitatem tenuis, mihi quidem hæc quoq; nõ cuiusuis prouidentię esse videnť. Porrò, q musculorum alios quidem ad palatũ ipsam linguã tollere sursum oporteret, alios aũt deorsum deprimere, alios ad latera circũagere, ob eã causam alios ex superioribus partibus, alios ab infernis, alios à lateribus in ipsam fuisse insertos, quis neget id summæ prouidentiæ esse opus? demonstrauimus.n. in commentarijs de motu musculorũ musculos omnes partes ipsas versus proprium principium retrahere. Proinde, qui superne inseruntur musculi, necessario ipsam sursum erant moturi: qui vero ab infernis proficiscuntur, deorsum:

H

A. l. 3. f. 6. t. 1 c. 1. 244. e

ad eundem

A ad eundem modum & obliqui, motus in vtrunq; latus erant edituri. Sed, quoniam exiccata ipsa ad motus tardior efficitur (quod sanè indicant ij, qui siti immodica infestatur, tum ij, quibus in febribus ardētibus humor omnis oris est exhaustus) huic quoq; rei natura mirifice ꝓuidit, ne ipsa tali affectu facile prehenderetur. Admonuimus enim antea in larynge, ꝙ propter hanc eius vtilitatem glandulas spongijs similes, vnam vtrinque, apposuit: quod ipsum in lingua etiam fecit, ab eis q; meatus per obliquas partes atq; inferiores humorem pituitosum in ipsam eructant liquidum, linguam ipsam atq; inferiora, latera q;, & omnia, quę in oris sunt circuitu, humectantes: superiora.n. meatus à cerebro descendentes habebant, de quibus antea sum locutus. Proinde omnia, quæ ad linguam pertinent, à natura comparata sunt plenissime ac perfectissime. Nam cū alia omnia, tum etiam vinculum id, quod partibus ipsius infernis est, non mediocrem præ se fert prouidētiam. Cum.n. musculus oīs ad proprium principium suapte natura retrahatur, necesse vtiq; erat linguam à musculis ipsi ad radicem insertis tractam, in se ipsam contrahi, ac instar sphærę rotundam fieri, ab ipsis tensam: qua re futurū erat, vt non itidem ad dentes anteriores ac labia pertingeret, neq; sedem haberet securam, vndiq; soluta. Ob hec itaq; oīa mirabili quodam artificio natura vinculum cōparauit tm̄, quantum accōmodatissimū erat futurum: non.n. simpliciter nec

B quouis modo ipsum effecit, sed cū admirabili quadam cōmoderatione. Quandoquidē, si lōgius in lingua progrederetur, aut citius æquo subsisteret, deterius eo quidem modo ad vocis dearticulationem esset cōparata, neq; minus ad motum in masticationibus esset impedita: ad duo enim hæc cōfert, tum vt basis eius sit firma, tum vt extremitas facile quoquouersum pertineat. Atqui, si vinculum hoc paulum progrederet̄, minus quidem, ac si factum oīno nō fuisset, sed ꝓpemodū similiter, lingę ita incōmodaret: sin vero idē lōgissime ꝓgrederetur, haudquaq̄ ad palatū, aut ad dentes superiores, aut ad alias multas oris particulas linguā extendi sineret. Adeo igitur mensurata est ac certa ipsius cōnexiōis symmetria, vt, si vel tantillū adieceris aut ademeris, totius instrumenti actionem vitiaueris. Estq; in primis admiranda natura, si res adeo paruas semper recte efficit, raro aūt labitur: quanq̄, quātum in ijs est, qui nos procrearunt, ac vtero gestarunt, non lapsus sed rectus successus inuentu rarus est. Ebrij.n. cum ebrijs coeunt, &, qui præ crapula, vbi terrarū sint, nesciunt, cū mulieribus ita affectis consuescunt: quo fit, vt genituræ principiū statim eo modo sit vitiosum: quod & mulieris vtero gestantis peccata sequuntur, cuius generis est in corpore mediocriter exercendo desidia, cibi immoderate sumpti, iræ, ebrietates, balneæ, venereorū vsus intēpestiui, quæ nemo facile numerarit: attamē aduersus tot iniurias natura obsistit, ac plerunq;

C voti compos efficitur. Cum tamen neq; frumēta, neq; hordea, neq; vites, neq; oliuas ita seminet ac conserant agricolæ: sed primū quidem, cuiusmodi terræ sua cōmittant semina, multum diu q; prouident: post aūt magnam curam adhibent, ne multo vuido demersa putrescant, ne've squallore exarescant, aut frigore extinguantur. In homine vero vel seminādo vel dum vtero geritur nutriendo, nullus eam adhibuit diligentiam: sed, quemadmodū in omni vita alijs omnibus se ipsos ducūt posteriores, alij quidem insatiabilibus voluptatibus atq; abdomini seruientes, alij diuitias aut dominationē aut magistratus omnino ambientes: ad eundē modū & ipsam primā generationem posthabuerūt. Sed illos iam missos faciamus, ad reliquaq;, quę his sunt proxima, trāseamus.

De partibus Oris, quæ ad Transglutitionem, Vocem, ac respirationem editæ sunt. CAP. II.

QVæ igitur natura machinata est tum in epiglottide, tum larynge, & (vt summatim dicam) in transglutiendo, ac voce edenda, oīa ante recensuimus: quorum siquis meminerit, spero ipsum admiraturum vtilitatis partium concentum, crediturum q; perspicue non caloris cuiusdam aut spiritus motum temere os rupisse: omnino.n. vna quęuis partium eius internarum aut manca esset, aut superflua, aut prorsus inanem vsum habere deprehenderetur. Verū, cū omnes ad esum, ac transglutitionē, vocē, ac respirationē paratæ esse cōperiant̄, nulla q; sit ocio

D sa, aut inchoata, aut melius aliter habere queat, magnū (vt ego arbitror) est argumentū non modo os ipsum, verū etiam oīa, quę ad ipsum pertinent, fuisse artificiose constructa. Atq; etiam de tunica, ea oīa subungēte prius locuti sumus, ꝙ ipsa à cerebro neruorū mollium portionem haud aspernādam recipit, vt, quo modo lingua, ipsa etiā (opinor) saporū sit diiudicatrix: quod q; mollitiem ac duritiem habet moderatā, vt neq; sensus expers sit neq; ægre sentiat plus iusto exiccata atque indurata instar ossium, neq; facile patiat̄ vulnerata vel contusa à cibis acrioribus aut durioribus. Locuti sumus & de gurgulione in cōmētarijs, quos de voce cōscripsimus, ꝙ ipse voci ad magnitudinē atq; elegantiam conferat, & vt aer ingrediēs ab eo prius incidat̄, impetus q; ipsius violentia frangat̄, ob idq; ipsum & frigiditatis: tum ꝙ non nulli, q̄bus ille ad basim vsq; esset amputatus, non modo deterius perspicue sunt locuti, verū etiam frigidiorē senserūt inspirationē. Quin etiam ibidē admonuimus, ꝙ pleriq; eiusmodi, pulmone ac thorace refrigerato perierūt: quod q; gurgulio nō temere est abscindēdus, sed pars q̄dam basis ipsius est relinquēda. Proinde, ne de his quidē plura hic cōmemorare est opus, sed capita rerū dūtaxat recensere suffecerit. Scripsimus aūt prius & de narium foraminibus, quo pacto ea mirifice excipit os, ventriculis cerebri prælocatū, quod spongiæ est assimile: tum & de ipsorum in os perforatione, quę est in palato, ꝙ ipsa scilicet extitit, ne inspirationis initium sit secundum rectitudinem tracheæ arteriæ, sed deflexio quædā

ſit,ac velut ambages prius,q̃ ſpiritus ad arteriam perueniat. Quam rem duplex(vt mihi videtur) E commodum ſequebatur,ne "ſcilicet,cum aer nos ambiens nõ nunq̃ valde ſit frigidus, pulmones aliquo tempore refrigerentur: tum ne exiguæ moles pulueris aut cineris aut id genus cuiuſpiam ad arteriam vſque perueniant. In hoc enim flexu ſpiritus quidẽ ferri vlterius poteſt, eiuſmodi vero corpuſcula inhibẽtur,vt quæ prius in ipſo flexu corporibus incidunt humidis ac mollibus, ac viſcoſum quippiam habentibus, quorum omnium beneficio poſſunt retinere, quæ incidunt. Quòd,ſiquid ad os vſq; permearit,ibi hærebit iuxta palatum,ac columnam,ſic enim et gurgulionẽ hanc appellant. Cuius rei argumentum eſt maximum id,quod quotidie accidit tum ijs,qui in puluere multo luctantur,tum ijs,qui iter eiuſmodi permeãt: emungunt enim hi paulo poſt,atq; expuunt puluerem excreãtes. At,niſi prius quidem narium pori recta ad caput ſurſum ferrẽtur, poſt hæc autem obliqui ad palatũ reuerterentur,gurgulionem q; ſeſe excipientem ibi haberent, perſpicuum eſt,φ nihil prohiberet,quo minus eiuſmodi omnia in arteriam inciderẽt: nam id ẽt accidet ita,ſiquis per os reſpirarit. Vidi equidẽ pleroſque athletas in eo potiſſimũ victos, φ puluere per os inſpirato ſuffocari ab eo periclitarentur: in id autem periculi fuerant adducti, φ magna ac ſubita inſpiratione indiguerant,nam hoc duntaxat tempore animalia per os inſpirant,ea ſaltem,quę ſecundum naturam ſe habent. Quandoquidem phlegmone,aut ſcirrho orto,aut alio F quopiam affectu meatus narium obſtruente,coguntur tum quidem etiam per os inſpirare: verũ id fit propterea,quòd narium meatus non ſe habent ſecundum naturam: alioqui,cum ſani hi planè ſunt,ore nihil eſt opus,niſi quis aſthmate multo ac vehemẽti vrgeatur. Qua ex re intelligi poteſt id,quod iam antea dixeramus,naſum ſcilicet primum ordine reſpirandi eſſe inſtrumentum, os vero,ſi nullus affectus animal infeſtat,nullo pacto reſpirandi eſſe inſtrumẽtum,ſed in memoratis iam caſibus animali quippiam ad reſpirationem auxiliari. Liquet autem,quòd & columella non mediocriter confert, ne puluis aut eiuſdem generis ſubſtantia quædam in laryngem incidat: quem tertium huius particulæ vſum præter duos ante dictos numerabis. Partiũ igitur,quę ad os pertinent,ſatis iam probauimus nullam fruſtra neque inchoate fuiſſe factã,ſed omnes mole corporis,conſiſtentia,conformatione,ac poſitione,belliſſime fuiſſe comparatas. Quòd, ſiquid horum non expoſuimus,ex prędictis agnoſci id poteſt: abunde eſt enim in vna aut duabus partibus,omnium,quæ ipſis inſunt, vſum commemoraſſe,quemadmodum in lingua fecimus. Quæ enim in illa diximus,cum ipſius in magnitudine ſymmetriam laudabamus, ſi partes ſingulas excuſſeris, itidem in omnibus reperias: nulla enim earum adeo eſt exigua,quæ non munus ſuum expleat: nulla contra magnitudine adeo exuperat, vt partes alias comprimat,aut ipſa ab eis coarctetur. Ceterum naſi quidem foramina inſpirationi, columellæ vero magnitudo tribus vtilitatibus,abunde ſufficit. Epiglottis autem talem ac tantam corporis habet molem,quãta eſt pars ea, G quam ipſa erat clauſura. Ad eundem modum tum laryngis,tum ſtomachi meatus: ille quidem reſpirationi ac voci, hic autem ciborum tranſitui,magnitudinem habet,quanta maxime eſt opus. Item & dentes ſinguli,reliqua q; omnia mirabilem quandam proportionem ac ſymmetriam inter ſeſe habent: quæ omnia indicant perſpicue,quod initio totius diſputationis admonuimus, φ ſcilicet noſtri Opifex vnicum fabricæ ſuæ finem ſpectans,omnia hæc conſtruxit.

De Auribus & Naſi alis. CAP. 12.

A Muſculis itaque tẽporalibus ſum auſpicatus, vt ordine ipſo impulſus dicerem aliquid de fronte atque auribus, φ ea ex capitis partibus ſupererant: verum oratio noſtra ipſa rerum conſecutione impulſa,poſt tẽporales muſculos,alios quoque inferioris maxillę muſculos attigit: poſt autem tum os,tum partes ad ipſum attinentes,explicuit. Ad ea igitur,quæ reſtant,reuertẽs, cõmuniter de auribus & naſi pterygijs id eſt alis(ſic enim fines eius infernos,qui mouẽtur,appellant)precipiẽs. Subiungã aũt & ſpeciem vniuſcuiuſque horũ ſiĉ tractatorũ. Diximus iam antea, φ nudæ ac eminentes partes,quæ q; externis iniurijs ſunt expoſitæ,ex ea oportebat eſſe ſubſtantia,quæ neque contundi neque frangi facile queat: cuius rei repetendæ tempus iã incidit: cum.n. H partium vſus ſit cõmunis,oratio,quę de ipſis habetur,cõmunis etiam ſit,eſt neceſſe. Aures certe cõplicari perſpicue cernuntur, cum nihil interea patiatur: &,ſiquãdo quis pileum aut galeam capiti circũpoſuerit,nihil ex auriũ cõpreſſiõe offendi cernitur: molles "enim cũ mediocriter ſint, eo q; facile incidentibus cedant,eorũ vim exoluunt. Nam,ſi durę penitus æque,ac oſſa,eſſent,aut molles,vt carnes,duorũ alterum neceſſario accideret,aut enim rumperẽtur facile,aut oĩno contũderẽtur. Ob eam ſanè cauſam chartilaginoſæ extiterunt. Cur autem omnino promineãt,id ꝑtinus dicam. Natura omnibus ſenſuum inſtrumentis operimentum fabricatur,alijs quidem, ne cerebrum,quòd eis eſt propinquum,lædatur: non nullis autem propter ſecuritatem propriã. Eius generis eſſe oſtendimus os,olfactus inſtrumẽto præpoſitum, quod à coli ſimilitudine ἠθμοειδὲς nuncupatur: atque etiam naſus totus eius generis eſt propugnaculum. In oculis preterea oſtẽdebamus palpebras,naſum, tum quas malas vocitamus,ſupercilia q;,& cutis circumfuſæ motionẽ, tutãdorum ipſorũ gratia extitiſſe. De lingua vero nihil (opinor) attinet dicere,vt quæ in ore,quaſi ſpecu quodam, eſt concluſa. Supereſt igitur auditus inſtrumentum, in quo & ipſo primum quidem meatus, qui eſt in oſſe lapidoſo,inuolucrum effecit,nequid eorum,quæ extrinſecus incidunt,

A.l. 1.f. 1 d.5 ſui. c.4. 11.f

Vulgati cod. habent ὕτω, vt vertit etiã interpres. Alij tamen manuſcripti libri habent ὕπω i.nondum.

A.l. 1.f. 1. d.5. ſu.1.c.4. 11.g

A cidunt, ipsi noceret, de quo flexu abunde antea tractauimus: postea vero, quẽadmodum superciliorum pilos supra oculos constituit, qui priores, siquid a capite in ipsos deflueret, exciperent, ad eũdem modum, voluit auribus quidpiã apponere. Verum in oculis quidem, quos loco sublimi sitos esse oportebat (id enim probauimus) magnum adeo propugnaculum nõ efficere, vt ipsos obscuraret, ad rem magnopere pertinebat: in auribus vero contra se res habet, quæ.n. ipsis erant astruenda, non modo sonum illabi prohibere non debebant, sed insuper sonum aliquem & ipsa fundere. Cuius rei Hadrianus Romanorũ consul testis est locupletissimus, qui, cũ sensum hũc læsum haberet, manus cauas, quo audiret facilius, a posterioribus ad anteriora spectantes, auribus obtendebat. Huc accedit, ꝙ & Aristot. dicebat equos, asinos, canes, & reliqua aĩalia oĩa, quæ magnas habẽt aures, eas semper circũagere ac vertere ad sonos ac voces, vsum partium a natura edocta. At hoĩbus magnitudo tãta esset incõmoda, dũ caput pileis, aut galeis, aut aliis id genus tegere vellent, quod nõ raro erant facturi: qñquidem in equis ẽt bellicosis (quanq̃ asinis multo minores aures habeant) ea magnitudo esset molesta, qñ caput eorum esset tegendũ. Tantũ aũt sursum eas extendi, meatibus q; extare, quantũ nũc extensæ sunt, p̃stiterat: ita enim simul adsonant, meatum q; operiunt: simul aũt nihil impediunt, quo minus quiduis capiti iniciatur. Merito igit̃ aut B nihil oĩno in hoĩbus mouentur, aut exiguũ quendam atq; obscurum habent motum: cum enim paruæ sint, parum omnino aut prorsus nihil erat, qđ nos iuuissent, si mobiles ac versatiles essent. Porrò, ꝙ extrinsecus quidem deuexę, intrinsecus aũt cõuexę extiterint, factũ id propterea est, neq; qd meatui incideret, ne ue ipsæ facile afficerent: docuimus.n. iã sæpenumero, quod rotundũ est, oĩum ab iniuriis esse remotissimũ. Ad eũdem ẽt vsum vtraq; ipsarũ multos habuit flexus: magis .n. eo modo cõplicari p̃nt atq; in se ipsas duplicari, q̃ si simplex tota vniusq; figuræ vtraq; fuisset.

De Partium ornamento, ac pulchritudine. CAP. 13.

CÆterum, quo pacto natura earũ ẽt pulchritudini prouidit (nã id quoq; ex abũdãti facere cõsueuit, nullã partẽ impolitã, neq; illaboratã, aut sine rhythmo ac lepore relinquẽs) id iã cõsideres, licet. Quẽadmodum.n. boni artifices, præter opus institutũ, artẽ suã ostentãt, verbi gratia, in claustris seu obicibus, clypeis, & plerũq; in ensium capulis, ac nõ nunq̃ etiam in phialis, ornamẽtum quoddã, ac statuariũ opus aliquod, quod ad vsum partis nihil pertineat, aut hederã quandam, aut vites flexuosas, aut cyparissum, aut id genus quiduis insculpentes, sic & natura ex abundanti omnia mẽbra, ea q; potissimum hominũ exornauit. Quæ ornamẽta multis in partibus clare apparent, obscurantur t̃n aliqñ ab ipsius vtilitatis splendore. In auribus certe manifeste apparent: C quẽadmodum (ni fallor) & in cute extremi pudendi, quã præputium appellant: item & in ipsis natium carnibus, euidẽter aũt partis ipsius turpitudinem, si nuda carnibus fuisset, simiã conspicatus agnosces. In oculo porrò, tametsi omnibus his longe sit præstantior, pro nihilo ducitur pulchritudo, ꝙ ipsius vtilitas valde est admirabilis. Contẽnitur & nasi ornatus, & labiorũ, & aliorum sexcentorũ, ꝙ ipsa vtilitatis pulchritudo aspectus voluptatẽ multum superat. Quod, si exiguum quiddam de labiis aut nasi alis fuerit abscissum, dictu difficile fuerit, q̃ deformis facies tota sit futura. Sed hæc omnia (vt dixi) à natura non primo scopo, sed velut operis additamenta ac lucra fuerunt facta: quibus vero ipsa maxime incumbit, & in quæ semper intuetur, sunt ea, quæ ad actiones atque vtilitates pertinent. Diximus.n. antea, qui nam actio ab vtilitate differret: tum ꝙ constructione quidem ac generatione prior est partis actio: dignitate vero prior quidem est vtilitas, actio autem posterior. Monstrauimus autem, & ꝙ vera pulchritudo ad vtilitatis successum ac bonitatem refertur: tum ꝙ primus partium omnium constructionis scopus est vtilitas.

De Pilis: ac Mosis, & Philosophorum variæ de generatione sententiæ. CAP. 14.

POrrò, ꝙ necesse sit naturam ex abundanti non nunq̃ pulchritudinem assequi, intelligunt ii, qui naturę opera perscrutantur: quod cum nusq̃ superiori sermone docuerim, de eo dicen-D dum nunc mihi maxime putaui. Nã pili, qui ad genas proueniunt, nõ modo maxillas operiunt, verũ etiam decus atque ornamentũ afferunt. Venerabundus.n. magis mas apparet, id q; potissimum, si ętatis progressu pili vndique ei pulchre circunfundant̃: quę causa ẽt fuit, cur malas, quas vocant, & nasum natura pilorum expertia ac nuda reliquerit: syluestris.n. eo modo ac fera facies tota fuisset, haudquaquã aĩali mansueto ac politico conueniens. Sed ad operimẽtum certe malis ipsa ossium crassities confert, naso autẽ expirationis caliditas: proinde ne hæc quidem omnino sunt nuda. Atque etiã oculos tangas, licet, id q; potissimum in frigore, tunc.n. calidos euidentissime cognoscas: non igitur ne ipsi quidem nudi omnino neque sine munimento sunt aduersus frigus, vt quibus calor insitus opituletur, qui nullis operimentis externis indiget. Verũtamen mulieri totũ corpus molle, instar puerorũ, semp ac glabrũ habẽti, ne faciei quidem glabrities ornamẽti expers erat futura: alioqui etiam aĩal hoc mores non habet ęque venerandos, ac masculus, proinde ne forma quidẽ ei erat opus venerãda: sæpe.n. iã, ne dicam per totum sermonem, ostẽdimus naturã aĩę moribus, corporis formã fecisse cõuenientẽ. Sed ne operimẽto quidẽ muliebre genus eximio indigebat, quo frigus propelleret, vt qđ domi partem maximam sese contineat: capite t̃n comato tegumenti gratia & ornatus egebat, quod ipsis cum viris iam est cõmune. Quin & propter vtilitatẽ aliã necessariã tum genarum tum capitis pili nobis insunt. Cũ enim ex humoribus

halitus

halitus ſurſum ad caput efferatur, craſſioribus eius excrementis potiſſimum ad pilorum alimentum natura abutitur. In viris autem, quanto hi mulieribus ſunt calidiores, tanto hæc quoque excrementa ſunt plura: proinde duplicem ijs natura inuenit vacuationem, alteram ex capitis, alteram ex genarum pilis. At de his quidem hæc ſufficiant. Cur autem frons quoque pilos non habeat, quo modo & caput totum, tum cur ſola cutis frontis motu voluntario ſit prædita, dicendum deinceps fuerit. Tegitur ſiquidem certe & frons à pilis capitis, quantum volumus: vt ea certe ratione pilis proprijs ipſi non ſit opus. Quòd ſi pilos produxiſſet, tondere ipſam aſſidue nobis fuiſſet neceſſe, quod ipſa oculis incumberet. Porrò tum alibi, tum etiam in inſtrumentis alimento dicatis, demonſtrauimus naturam magna cura prouidiſſe, ne corpus homini negocium ſubinde faceſſeret, ne've illum ſibi ipſi neceſſario ſeruiendo inſtar mancipij ſemper haberet addictum. Conueniebat enim (opinor) animali ſapienti ac ciuili corporis curam habere mediocrem, non, quo modo nunc vulgo homines ſolent, qui amicum quempiam illorum operam implorantem ſubterfugiunt, ſibi ipſis negocium eſſe excuſantes: poſt autem aliquò ſecedentes picantur ac comuntur, vitamque omnem in cultu corporis non neceſſario conſumunt, prorſus, an corpore quippiam habeant præſtantius, ignorantes. Sed horum quidem miſereri oportet, nos autem, quæ ſunt propoſita, inquirere atque oſtendere non modo propter oculos frontis cutem glabram merito extitiſſe, ſed etiam ob eos ipſos motu voluntario eſſe præditam. Oportebat enim eos multum poſſe aperiri, cùm externa multa vno tempore intueri conarentur: ac rurſus, dum clauduntur, cogi ac conſtringi ad vnguem ab omnibus circumiacentibus, cum alicuius incurſum contra ſeſe metuunt. Ad vtraſque igitur vtilitates natura cuti omni ipſis circumfuſæ, tum ei, quæ "ſupra in fronte eſt, tum ei, quæ infra eſt ad malas, motum voluntarium adhibuit, vt alternatim, tum extenſa tum rurſus in ſe ipſam replicata aperire oculos ac claudere queat. Cæterum ne ſuperciliorum quidem pilos neglexit, ſed ſolos certe hos, tum eos, qui in palpebris inſunt, æqualem ſemper ſeruare magnitudinem inſtituit: quanquam capitis quidem ac maxillarum plurimum augeri poſſint, quandoquidem in ijs vtilitas erat duplex, alia quidem, quæ ad partes operiendas pertinere, alia autem ad craſſiora excrementa conſumenda. Quarum prior admodum eſt multiplex, cum neque per omnes ætates operimento itidem egeamus, neque per anni tempora, aut regiones, aut corporis conſtitutiones: non enim capilli conueniunt itidem viro, puero, & ſeni, neque etiam mulieri, neque æſtate aut hieme, neque in loco calido aut frigido, quemadmodum neque ei, qui ophthalmia aut capite alioqui laborauit, & ſaniſſimo. Satius itaque fuit nos temporis mutationi ſeruientes, capillos aliàs magnos, aliàs minores facere. Oculorum porrò pilis ac ſuperciliorum ſiquid addideris aut abſtuleris, illorum vtilitatem corrumpas: illi enim, ne quod corporum exiguorum oculis patefactis incideret, velut vallum quoddam ipſis ſunt præpoſiti: hos autem inſtar muri cuiuſdam propulſare oportebat, ac primos omnia, quæ à capite defluerent, excipere. Si igitur eos, quàm oporteat, minores aut rariores effeceris, tantum etiam vtilitatem vitiaueris, ſi quidem illi incidere in ipſos, hi vero influere permittent, quæ prius coercebant: ſin vero maiores eos aut denſiores effeceris, non amplius vallum aut murus oculis, ſed carceri cuidam ſimile fuerit id operimentum, pupillas.n. occultabunt atque obſcurabunt, quas tamen omnium inſtrumentorum minime obſcurari oportebat. Num igitur noſtri Opifex ſolis his pilis æqualem ſemper ſeruare magnitudinem præſcripſit: hi autem ſiue imperium præſcribentis metuentes, ſiue Deum ipſum præcipientem reueriti, ſiue melius eſſe hoc facere perſuaſi, obſeruant id, vt mandatum ſibi fuerat? An Moſes quidem ita de natura ratiocinabatur, & melius hic quam Epicurus? potius autem eſt dicendum neutro modo, ſed generationis principium, quod à Creatore ducitur, quo modo Moſes, in omnibus generalibus ſeruantes, quod ad materiam attinet, ei adijcere. Ob eam nanque cauſam Conditor noſtri æqualem ſemper magnitudinem ſeruandi neceſſitatem ipſis impoſuit, quod id erat melius: poſtea vero, quàm eiuſmodi efficere pilos conſtituit, his quidem durum corpus inſtar chartilaginis cuiuſdam ſubiecit, alijs autem cutem duram chartilagini per ſupercilia connexam. Non enim ſat erat eos duntaxat velle tales eſſe: neque enim, ſi lapidem repente velit facere hominem, efficere id poterit: atque id eſt, in quo opinio noſtra ac Platonis, tum aliorum, qui apud Græcos de rerum natura rectè conſcripſerunt, à Moſis diſſidet. Satis enim habet is, ſi Deus materiam exornare velit, ea autem repentè eſt exornata: omnia enim Deum facere poſſe arbitratur, etiam ſi ex cinere equum aut bouem facere velit. Nos autem non ita ſentimus, ſed confirmamus quædam naturam facere non poſſe, eaque Deum ne aggredi quidem omnino, ſed ex ijs, quæ facere poteſt, quod melius eſt, eligere. Iam vero, cum pilos in palpebris ſatius eſſet æquales ſemper eſſe magnitudine ac numero, non ipſum quidem id voluiſſe affirmamus, illos autem mox factos fuiſſe, neque enim id facere potuiſſet: affirmamusque eos, etiam ſi millies voluiſſet, nunquam tamen tales futuros, ſi ex cute molli producti fuiſſent, nam (vt alia omittam) recti ſtare omnino non potuiſſent, niſi in duro fixi fuiſſent. Vtraque ſanè Deo attribuimus, tum eius, quod eſt melius, in ipſis opificijs electionem, tum etiam materiæ delectum: cum enim ſimul rectos ſtare in palpebris pilos oporteret, ſimul autem æquales magnitudine ſemper conſeruari ac numero, corpori chartilaginoſo eos affixit: quos ſi ſubſtantiæ cuipiam molli ac carnoſæ infixiſſet, non Moſe modo, verumetiam malo imperatore eſſet inertior, qui murum in palude aut vallum iaceret. Quòd autem ſuperciliorum etiam pili ijdem ſemper conſeruentur, ad eandem in materia electionem pertinet.

Quemadmodum

A.l.1.f.1.d.5. ſu.2.c.3.16.d

A Quemadmodum enim herbæ ac plãtæ, quæ ex terra humida ac pingui proueniunt, altissime crescunt, quæ vero ex petrosa ac squallente, paruæ ac duræ, nulliusq; incrementi permanent: ad eundem, opinor, modũ & pili, q ex humidis ac mollibus partibus emergunt, plurimi sunt incrementi, cuiuimodi sunt in capite, axillis, ac pudendis, qui vero ex duris atq; aridis, exiles sunt ac nullius incremẽti. Quocirca duplex ipsis est origo, quemadmodũ herbis ac plantis, alia quidem à Conditoris prouidentia, alia vero à loci natura. Qñquidem agrum videre sæpe est, cum triticum aut hordeum adhuc, quasi herbæ quedã teneræ ac paruæ, emergũt, ijs esse refertũ: ac prædium quoddam aliud non aliter, q̃ agrum, desertum & veræ herbæ plenũ: verum hoc quidem humor innatus, aruum aũt agricolæ prouidentia refersit. Quod si qui sint, qui formã seminũ nuper è terra natorũ ab alia herba discernere nequeãt, solus ordo enatorũ indicare ipsam potest: ortus enim ipsorum æquabilitas, tum externæ circũscriptiones lineis ductæ, satis ostendunt prædiũ artificio quodã, ac prouidentia agricolæ fuisse dẽsatũ: in spõtaneis vero densitatibus cõtra oĩno accidit, neq; n. æqualis est prouectus, neq; certis quibusdã limitibus distinctus. Eius generis sunt pili tum axillarũ tum aliorum membrorum, nullis certis lineis descripti, quemadmodũ sunt ij, qui in palpebris superciliis ac capite sunt, sed inæquales habẽtes terminos, nulloq; ordine proiecti, quandoquidem à loci

B humore prouenerunt, neq; ipsius Opificis sunt operã: quo fit, vt calidis naturis sint plurimi, frigidis autem nulli omnino, aut paucissimi gignantur. Quorum autem Opifex ipse curã habet, quẽadmodum arui agricola, ij in oĩbus naturis insunt, calidis, frigidis, humidis, siccis: nisi si qñ prorsus supra modũ fuerint intemperatæ, cuiusmodi est petrosa atq; arenosa terra. Vt igitur terra omnis solertiam agricolæ recipit, præter eam, quæ adeo est praua, ita ẽt omnis temperatura corporis sana artem Opificis aĩalium admittit. Nec defluunt hi palpebrarũ aut superciliorũ pili, nisi in magnis partis affectibus: quemadmodum nec à capite ẽt defluunt, nisi in eius affectibus quidẽ, sed, q̃ prædictorũ, minoribus. Nã plantæ, quæ in terra dura atq; arida proueniunt, quemadmodum generationem habent difficilem, multamq; postulant prouidentiã, ita interitũ habent difficilẽ: fortiter enim radicibus sunt fixæ, continenturq; vndiq; ac constringuntur. Ad eundem vtique modum & Æthiopum capita paruos quidem nulliusq; incrementi habẽt capillos præ cutis siccitate, verum non facile caluescunt. Quæ omnia cum Opifex prouideret, in palpebris quidem & superciliis satius esse ratus, exiguos quidem & nullius incrementi verum stabiles pilos efficere, in cute dura ac chartilaginosa radices eorum, quasi in lapidosa quadã atq; argillacea terra, fixit: in lapidem enim plantæ principium inseri oĩno non poterat, quemadmodum certe nec in os pi-

C li radix. In capite vero (locus enim iste erat iam tẽperatus) velut aruum ipsorum fecit, quod partim affluentis humiditatis quidpiam ebiberet, ne ea partibus subiectis esset perniciosa, partim autem & caput ipsum non nihil operiret. Iam vero & circum pudenda pili quoq; necessario prouenerunt, calida enim ac humida sunt hæc loca: operimentumq; ac ornamẽtum eius loci partibus prebent, non aliter, q̃ nates quidem ano, præputium autem pudendo: his enim, quæ necessariam habent generationem, Opifex passim belle abutitur, vt qui in omnibus excellit, atq; in melioris electione & eo efficiendo admodum est ingeniosus.

De Cutis omnis differentiis. CAP. 15.

CVm igitur partes omnes eo modo exornaret, eas, quæ ad supercilia pertinent, non præteriit, neq; aliam quamuis, sed (quod nuper diximus) conuenientem cuiq; eorum, quæ facturus est, materiam prius subijcit, tum autem ex ea, quod conuenit, efficit. Nam, q frontis cutim moueri præstiterat, supra comprehensum fuit: quod autẽ fieri non potest, vt sine musculo pars quæuis motu voluntario agatur, cum exploratum ei esset, musculosam quandã substantiã ac tenuem ipsi subiecit: nam musculorum moles semper efficit, vt cuiusq; partis mouẽdæ magnitudo postulat. Atq; in hoc solo loco cutis substantiæ musculosæ est vnita, quemadmodum partes manuũ inter-

D næ, & plãtæ pedum cum tendone coalescunt. Quòd autem non de nominibus nimium anxius, sed eorum discrimen volens ostendere, verbo vniri in fronte sum vsus, in pedibus vero ac manibus coalescere, intelliges aperte, si accurate partes ipsas voles dissecare. Nam tẽdones (vt, dum de ipsis ageremus, docebamus) à musculis superioribus in cutim manus internam, & pedis imã descendẽtes, eas sensiles magis & glabras minusq; circumuersatiles, q̃ alias cutes, efficiunt: in fronte vero substantiæ subiectæ, quæ musculosa est, pars superficiaria, ipsi cutis efficitur: tertia vero alia cutis est differentia, quæ in toto inest animali, quæq; cum subiecta musculosa substantia hæret appensa, non autem coaluit: quarta deinde est labiorum, cum qua musculi simul (vt ita dicã) pereunt, cutiq; per totum commiscentur: quorum nihil temere neque frustra factum fuit. Ceterum partes quidem eas supra exposuimus, diximusq;, q eę melius aliter habere non poterant: de cute vero omni, quæ est ad oculos, hoc sermone, qui nunc est in manibus, dicere instituerams, cum ostenderemus, q à partibus subiectis excoriari non poterat, tum q idem ipsum partibus manuum internis, ac pedibus imis, inerat: at neutra harum, quo modo ea, quæ est in fronte, est laxa, neq; motum habet sensibilem, vt quæ neq; ad eundem vsum, eiusmodi sit comparata: hic vero in frõte, nisi laxa esset, moueri motu voluntario non posset. Quo modo autem id ei insit, protinus subijciam. Subiectæ quidem musculosæ substantiæ vbique est vnita ipsius superficiaria pars,

Al. 1. f. 1. d. 5. fu. 2. c. 3. 16. d

ria pars, à subiectis tamen ossibus est soluta: distinguitur enim ab eis per periostion membranā, E quæ & ipsa tota laxa ossibus incumbit, nulla membrana illis coalescente, sed per tenues quasdam fibras eis appensa. Nusquam igitur alibi eiusmodi cutis substantiam reperias, ꝙ eius nullus erat vsus. In malarū autem partibus, quæ ad oculos pertinent, musculorum quidem subiectam substantiam haudquaquā reperias, sed quo modo cutē totam, laxam adhuc habentem subiectam periostion membranam. Quòd "autem pars eius inferior buccis coalescat, superior vero subiectæ in fronte musculosæ substantiæ sit vnita, simul cum his moueri potuit: quintam q̃3 hanc, si vis, prædictis quatuor speciem cutis annumera, verum ꝭm propriam speciem nihil à totius aīalis cute discrepat. Quòd vero sola à duabus cutibus ijs q̃3 mobilibus contineat̃, cum ipsis vnita ac coalescens, ea ratione motu voluntario fuit prædita, in eo q̃3 iam à reliqua totius animalis cute dissidet. Ab eadem Opificis industria labiorum quoq3 substātia sola eiusmodi extitit, vt eam aut musculum pro cute, aut cutē musculosam, iuste vocites: nā & moueri ipsam motu voluntario oportebat, multo q̃3 alijs musculis esse duriorem: vnde ex cute ac musculo ipsam temperauit.

A.l.1.f.1.d.5. su.2.c.6.16.g

De Labiorum musculis. CAP. 16.

QVatuor "aūt sunt musculorū ad labia peruenientium principia, perspicua quidē ac manifesta ante, q̃ cuti permisceantur, cum ea vero admista amplius oīno non apparent, ab illius q̃3 F substantia separari nequeunt: nā (quemadmodū ante docuimus) ex tota cutis substātia toti musculosę substantiæ admista aīalium labia sunt cōflata. Cur aūt quatuor in ipsa musculi ꝓrumpant: & cur duo quidē ab ora vltima maxillæ inferioris orian̄, reliqui vero duo parū sub malis: postremo cur neq3 plures eos esse oportebat neq3 pauciores, neq3 maiores neq3 minores, neq3 aliūde ortos: ea iam explicabo. Quatuor quidē sunt musculi, ꝙ motuū principia quatuor labijs esse oportebat, vtriq3.s. duo: vnum quidem, quod ad læuā, alterū autem, quod ad dextram ipsa circūageret: quibus mouēdorum instrumentorū magnitudines ad portionem respondent. Capita aūt sunt appensa alijs quidem superne versus malas, motus.n. obliquos vtriq3 labij parti erāt præbituri: inferiorū rursus obliqua quidem oīs etiam est positio, obliqui vero sunt & motus. Opificis autem solertia similis hic quoq3 est ei, quam millies iam monstrauimus. Quandoquidem per quatuor musculos, motus octo effecit, quatuor quidē obliquos, in vtroq3 labio duos: præter eos autem alios rectos quatuor, duos quidem omnino rectos, cum.s. labia plurimum à sese distant, alterum quidem sursum ad nasum protēsum, alterum deorsum ad mentum detractum: tum quando inter se cōmittuntur, superno.s. deorsum, inferno autem sursum, tracto. Quemadmodum.n. in carpo ac brachio ostēdimus ex obliquis motibus rectos fieri, sic & in labijs accidit: si enim mu G sculus solus vtriusuis labij agat, motus fit ad obliquum: sin vero tensi vtriq3 fuerint, eo modo iam totum simul labrum sursum quidem à musculis superioribus trahitur, deorsum aūt ab inferioribus. Atq3 etiam tensis fibris externis labia foras deflectere, intro autē cedere ac complicari ab internis, accidit: vt, si duos hos motus ijs, qui planè sunt recti, annumeres, quatuor quidem ex abundanti accedentes, octo autem oīno labiorum motus reperias, quatuor enim sunt obliqui. Eorum vero, qui extrinsecus eis accedunt, quos nunc recēsuimus, primus quidem, dum labia diducun̄, efficitur: secundus vero, cum coeunt: tertius autem, cum foras digrediuntur: quartus, cum cōplicantur. Vt autem maximi non hi soli, sed cū eis hi etiam, qui in buccis sunt, efficerentur, musculum latum ac tenuem natura extrinsecus subiecit, vnū in parte vtraq3 vsq3 ad colli spinā pertinentem. Ferūtur autem fibrę ipsorum sursum, alię quidem à pectorali osse & à clauium vtraque, quà pectorali ossi est cōtinua, rectæ versus labrum inferius, alię vero à reliqua clauium parte, obliquę iam ad clauium latera: quibus aliæ magis adhuc obliquæ sunt, quę ab omoplatis sursum & ad labiorum latera ascendūt, ac quicqd buccarum his est propinquum: nam, quod buccarum est reliquum, id omne retro aliæ quędam fibrę ad aures trahūt. Porrò musculus is anatomicis viris erat ignotus, tametsi ex omnibus propemodum colli partibus neruorum vim immensam recipit: ve H rum motus eius perspicue tibi apparebit, si clausa exacte maxilla labia & buccas lōgissime ad partes omnes, quas dixi, velis abducere. Huius autem musculi actione inuenta, statim & vtilitas cognoscitur, ꝙ ad sermonem scilicet ac masticationem valde confert. Quòd autem præstiterat neruos quoq3 ad labrum inferius ab ijs, qui per maxillam inferiorem feruntur, deducere, ad alterū vero ab ijs, qui feruntur per superiorem, id quoq3 arbitror esse perspicuum. Ad eundem modum & arterias ac venas à propinquis in ipsorum vtrunq3 producere multo pręstiterat, q̃ à locis quibusdam remotioribus inducere ac requirere. Verum de iusta arteriarum, venarum, ac neruorum, in membra omnia distributione, procedente sermone exequemur.

A.l.1.f.1.d.5. su.2.c.7.16.h

*Al. χειλῶν i. labiorū. & ita oīno videtur legendū.

De motu Alarum nasi. CAP. 17.

QVòd aūt nasi alas chartilaginosas simul esse atq3 animalis arbitratu moueri oportebat, partim quidē ante docuimus, partim vero & nunc admonebimus. In" inspirationibus paulo maioribus & subitis, itē & efflationibus, motus earū nō parū confert: q̃ causa sanè fuit, cur mobiles extiterint. Chartilaginosæ vero fuerūt, ꝙ ea substātia nō facile contundat̃ nec rūpat̃. Ex aīalis porrò volūtate mouet̄ur, ꝙ ita fieri pręstiterat, q̃ sine voluntate, quo modo arterias, moueri: quod nisi quis iā intelligere per se queat, quę passim antea inculcauimus, nō satis attēte perlegit.

A.l.1.f.1.d.5 su.1.c.4.11.g

A legit. Quin et ꝙ musculos eis inseri fuit necesse, si quidem motum erant habituri, id quoq; cuiuis arbitror esse perspicuum, cum iam millies de musculorum motu ac natura audierit. Sed sunt fortassis, qui discere à nobis cupiant, qui nam sint hi musculi, & quãti: tum aũt quæ nam eorum sit positio, & vnde profecti ad nasi alas perueniant: non enim amplius hæc ratione, sed ex anatome inueniuntur. Doceamus igitur iam primũ eos subtus malas enasci iuxta principia musculorũ ad labia descendentium: deinceps autẽ & positionem, ꝙ.s. quadantenus cum his coniuncti, semper magis magis q; obliqui ad nasum digrediuntur. Exigui sanè sunt, vt partium ab eis mouendarũ ratio postulabat: quod certe cõmemorare est superfluum, potissimum cum ijs, qui libros hos legũt, exploratã iam habeant Opificis prouidẽtiam. Nec minus, ꝙ à neruis, qui per maxillam superiorem feruntur, propagines quædam exiguæ ad eos deriuantur, recensere erat superuacaneum: sed tñ, ne quid sermoni desit, id quoq; subijciamus. Pari modo aũt & tunicã nasi meatus subungentem fortasse nihil hic attinuerit memori auditori explicare: dicamus tñ hanc quoq; ꝑpter vsum duplicem animalibus extitisse, priorem quidem, cuiusmodi est tunicæ illius vsus, quæ laryngem ac tracheiam arteriam totam intus subcingit, posteriorem autẽ, vt instrumentum omne sensus sit particeps, haudquaquam enim nasi quidem os aut chartilago sensum habere poterat. Quod vero ad neruos attinet, qui in tunicam hanc insertũt, nihil est, ꝙ amplius hic dicam: diximus enim B de ipsis antea satis multa, cum coniugationum ex cerebro productiones oratione recenseremus. Atq; etiam de nasi foraminibus, quæ cõmunia ipsi cum oculis sunt, quæ q; parte vtraq; ad maiorem vsq; angulum perueniũt, in aliarum oculorum partium expositione ante disseruimus: neq; conuenit eorum, quę ante diximus, quidquam denuo à nobis velle audire. Et, siquid exiguum à nobis est prætermissum, quod ab ijs, qui diligenter hosce libros euoluerunt, intelligi queat, id existimare oportet nos dedita opera prætcrijsse: cum enim, quę cum eis proportionem habent, millies iam exposuerimus, facillimum esse arbitramur ea, quæ relicta sunt, inuenire.

A.l. 1.f. 1.d. 5. su.2.c. 8. 16.h

De Vsus Ossium differentia: ac de ijs, quæ medullam habent, vel non habent. CAP. 18.

AD ea igitur, quæ in eis, quę ad caput pertinẽt, supersunt explicanda, rursus reuertamur, agamus q; quã breuissime poterimus, rursus ab ossium multitudine ac situ auspicati. Nã cur septem quidẽ ipsius capitis sint, nouem aũt maxillę superioris, duo inferioris, cũ scire est æquum, q nullũ naturæ operum ignotũ velit relinquere, q certe solus iure physicus est habendus. Redire aũt hic quoq; in memoriam oportet eorũ, quę antea de omni ossiũ cõpositione diximus. Aut.n. motus gratia, aut perspiratus, aut trãsitus cuiusdam, aut partium discriminis, aut securitatis ac pa- C tiendi difficultatis, ipsorum constructio extitit. Motus quidẽ gratia in digitis, carpis, gibbis cubitorum, humeris, coxis, genibus, astragalis, costis, spõdilis, et (vt summatim dicam) in oĩbus dearticulationibus. Perspiratus aũt (quemadmodũ in capitis suturis cõmemorabamus) causa, ac pericranij generationis simul ac trãsitus, et quorundã vasorũ, quę partim extra partim intro ferunt, capitis suturas factas fuisse demõstrauimus. Quin ẽt & patiendi difficultatem quãdam ac securitatem oĩbus ijs adesse, quæ ex multis constant, tum in ijs, quæ de suturis capitis prodidimus, tum ẽt, dum de manibus ageremus, maxime demõstrauimus. Ob discrimen vero partium in ossibus, cõpositiones quoq; in squamosis ossibus fuisse memorauimus. Atq; ẽt artuum capita (quæ vtiq; epiphyses ac condylos appellant) ob eandem causam extiterunt: vbi.n. os medullam habet, eius finibus vtrinque caput, instar operculi cuiusdã, vt plurimum videas adnasci. Mihi q; ab hac ipsa oratione, quæ nunc sunt proposita, videntur esse auspicanda, ostendendum q; primum quidem, cur, cùm maxilla inferior medullam habeat, eiusmodi substantiæ superior sit expers: post autem cur, cùm inferior medullam habeat, in neutro tamẽ ipsius fine epiphysin reperias, vt in brachio, cubito, radio, femore, tibia, fibula, ac omnino ijs, quæ medullam habent. Protinus vero simul cũ ijs demonstrabitur quamobrem in quibusdam animalium generibus maxillæ superioris os me- D dullam non habeat, quemadmodũ inferioris. Quòd, si hec ostẽderimus, ita demum ad multitudinem ipsorum ac positionem reuertemur. Ordiẽdum igit̃ nobis ab eo est, quod euidentissime in oĩbus animalibus cõspicitur, ꝙ nullum paruũ os medullam habet, ꝙ sinum nullum habeat commemorabilem ac magnũ, sed cauernulas duntaxat, eas q; exiles atq; angustas: quandoquidem, si, præterquam ꝙ est exiguum, cauum ẽt extitisset, imbecillum omnino fuisset: quemadmodum, si quoduis magnorum densum fuisset ac sine sinu, graue foret ac gestatu difficile. Cum enim nunc quoq; tibia, femur, brachium, ac reliqua, quę eiusdem sunt generis, maximis ad motum indiguerint musculis, quid euenturum putamus, si neq; sinum magnum adeo habuissent, neq; consistentijs rariora fuissent? Cuius rei maximum est argumentum, ꝙ omnibus imbecillioribus animantibus ossa sunt laxiora ac caua magis, fortioribus vero densiora ac pleniora magis fuerunt, natura, opinor, id obseruante, ne instrumentis imbecillis magna appenderet pondera. Proinde canis lupus pardalis, reliqua q; omnia, quę musculis ac neruis sunt robusta, suibus ouibus ac capris dẽsiorem multo ac duriorẽ ossiũ habẽt substantiã. Quin & leo, qui oĩum est ferocissimus ac fortissimus, ossa oĩa medullæ expertia habere creditur: re enim vera cætera eius membra omnia talem euidentissime ossiũ habent substantiã: in femoribus vero, & si quis alius id genus est artus, obscuram ac tenuẽ per medium ipsorum peruadẽtẽ cernes cauitatẽ. Proinde, siquid aliud, id quoq; ex

A.l. 1. f. 1. d. 5. su. 1. c. 1. 10. f

eorum est numero, quæ euidētissima sunt, naturam musculorum imbecillitatem ac robur intui- E
tam ad ipsorum portionem ossium pondera effecisse. Cum.n.duplex ei esset totius ipsorum con
structionis scopus, ad propriam.s.securitatē durities, ad "animalis vero motū læuitas, neq; ades- A.ibidem.f
se simul duo hęc esset facile (illa.n.ex densitate ac duritie, hæc vero ex cōtrarijs constabat,) satis li
quet, φ id eligere præstiterat, quod esset cōmodius. Cōmodior porrò animalibus est motus, vt q
ēt ex ipsorum est substantia: nō enim, quatenus est aīal, ægre omnino patitur, sed ex se ipso moue
tur. In quibus tñ propter musculorum robur, ac totius corporis fortitudinem vtrūq; comparare
erat licitum, his oībus densa ac dura, instar lapidum quorundam, ossa effecit. Quod in omnibus
animātibus adeo seruat, vt non modo gressile nullum, sed ne volucre quidem aut aquatile, aliter
habeat. Quādoquidem aquilis dēsissima est ac durissima ossium cōcretio: post ipsas autem & fe-
rocibus accipitribus, circo, & palumbario, ac similibus: post aūt & alijs, vt gallis gallinaceis, ana-
tibus, atq; anseribus, laxa simul ac caua et leuis ossiū est consistentia. Si igitur homo non est ęque
fortis, ac leo, neq; musculis neq; toto corpore, iure optimo, quę ossa in eo sunt maxima, ea non ca
ua modo, verū etiā laxa extiterunt. Iam vero, si caua iure fuerūt (superiori porrò sermone millies
iam demonstrauimus naturam oībus, quæ gratia alicuius parata fuerunt, ad alium quoq; quem-
piam vsum probe vti) haudquaquam ea relictura erat inania, cū ipsa penum quādam alimēti fa- F
miliaris in ipsis posset reponere. Nā in cōmētarijs de facultatibus naturalibus demonstrauimus
medullā "ossibus propriū esse alimentum: & ossibus cauitate carentibus tale quiddam in eorum A.ibidem.f
cauernulis contineri: postremo neminem admirari oportere, si medulla est crassior eo succo, qui
in cauernulis habet̄, quanquam eiusdem vsus gratia hic extiterit. Ea igitur est causa, cur, quæ ossa
sunt caua, medullam habuerint. Porrò capitū processus (quos græci vocāt ἐπιφύσεις) non pro-
tinus oīa, quæ medullam habēt, sunt adepta: quādoquidem maxilla inferior medullæ quidpiam
in se ipsa habet, processum tñ nullum habet, densior enim est, q̄ vt processu indigeat. Nam, cū la-
xitas simul ac cauitas adsunt, protinus videre est caput quoddam ad finem ei adnatū, tū φ opercu
lo quodam indiget, tum φ densum id esse oportet ac solidum: & maxime qua parte in dearticu-
lationem desinit, quæ enim dearticulantur, ossa dura postulāt, vt quę assidue erant mouenda atq;
inter sese atterenda. Rursus igitur reuocare in memoriā oportet vtilitatē quandā, quam haud ita
pridem docuimus, quę nam ea esset in ossium compositionibus. Fieri.n.non potest, vt partes na
tura contrariæ belle inter se vniantur: quo pacto enim densum cū raro, aut laxum cū duro socie-
tatem amicā habere queant atq; inseparabilē? ob eā certe causam ossa capitis squamosa ingenio-
sissime à natura inuenta fuisse memorabamus, vt quę "dēsis temporū ossibus ac duris, bregmatis G A.ibidem.g
seu sincipitis ossa laxa ac cauernosa coniungerent. Ad eundem sanè vsum artuū quoq; capita oīa
densa ac dura fuerūt ossibus laxis ac raris adnata. Quo modo igitur & hic natura fecit? vnire qui
dem inter se contraria despexit, amicitiā aūt ipsis inter se quādam ac cōsuetudinem innoxiam ex
insertiōnis modo est machinata, chartilaginem instar glutinis cuiusdā vtrisq; adlinēs, cauernulas
quidē ossis laxi, quæ sunt in finibus, refarciens, asperitates vero læuigās: quæ chartilago duro ex-
trinsecus circūfusa adeo valide suo ipsius interuentu ipsa inter se colligauit ac coniūxit, vt, nisi qs
ea coxerit aut siccauerit, cōpositionē deprehēdere nequeat. Vbi vero non magnū ossium est di-
scrimen, sed ora, quæ cauitatē claudit, exiguū quiddā ambiente ipsam osse est densior, ibi naturā
cupidius epiphysim machinari est supfluum, quēadmodum in osse maxillæ inferioris: non enim
brachio, femore, atq; alijs id genus ossibus paulo est densius, sed totum oīno ab illis discrepat, po
test q; ipsum per se medullā sine vlla externa epiphysi sibi claudere. Causa vero, cur multo illis sit
durius, ob id q; cauitatē habeat exiguā, est nuditas: nisi.n.ex propria sua substantia patiendi diffi
cultatē esset adeptū, facile vtiq; prominens adeo ac nudū expositū contunderetur ac cōprimeret̄.
Quòd aūt cauitatē oīno habeat, cum ipsum durum esse oporteat, in causa fuerūt musculi tēpora-
les, qui nobis non sunt fortes adeo, ac leonibus, vt densum ac durū & plenum sine molestia os at- H
tollant. Et sanè cum leonis in mordendo vires potissimum consistāt, fortem habeat maxillā, est
necesse: non.n.in ea dentes validos natura fixisset, nisi talem ipsam prius effecisset. Pari modo &
collum totū validum ei effecit, ipsius spondylos per fortia ligamēta inter se coaptans. At homo,
qui politicū est animal ac māsuetū, maxillā adeo fortē non requirebat: cum tñ eam, quā os brachij
ac femoris, ab iniurijs tutiorem, simul aūt propter musculos tēporales leuem postularet, vtriq; vti
litati cōuenientē planè est adeptus. Eandē certe prouidentiā in superiori etiam maxilla reperias,
quæ omnino medullæ fuit expers, φ prorsus non moueretur: altera enim vtilitate detracta, ad so
lam patiendi difficultatem fuit comparata, quam ex ossium multitudine accidere ostendimus.

*ἐμφύσεως.i. insertionis. est in impressis: i antiquis autē, συμφύσεως.i. coalitus. et ita videtur esse legendum.

De Substantia, ac suturis Ossium capitis. *CAP. 19.*

ATq; etiā ipsorum discrimina lineis à sese distingui, φ ipsa vniri rite nō possent, satius fuisse
ostendimus. Inest aūt id quoq; non minime maxillæ inferiori: cum enim ipsa vtilitates ha-
beret diuersas, ex diuersis quoq; substantia ossibus est conflata. Malarum itaq; ossa sunt crassissi-
ma, nasi tenuissima, reliqua vero durissima: nam patiendi difficultatem malis crassities, illis vero
durities suppeditat: reliquus autem nasus imbecillior extitit propterea, φ ipsius offensio animali
nocere magnopere non poterat, perinde, ac siqua aliarum maxillæ superioris partiū esset affecta.

** In aliquibus cod. legitur τῇ ἄνω.i. superiori. & ita uidetur legēdum.*

Nam

A Nam aut in neruos, qui per eam ferũtur, aut in masticatorios musculos, finire offensionem est necesse, alijs maxillæ partibus affectis, nõ nunq̃ vero & partes ad caput pertinẽtes attingere, si propinqua illis ossa fuerint affecta. Si igitur nasi ossa læsa fuerint, minimam animali afferẽt noxã, quo fit, vt multum à principalioribus duritie ac crassitie vincantur. Ob hanc igitur ipsorũ dissimilitudinem non immerito malarum ossa propriã habẽt circũscriptionem, nasi aũt rursum aliam quoq; propriam: ad eũdem aũt modũ & reliqua, quæ sunt supra malas, & quod in summa est maxilla, & ea, quæ sunt in nasi in os perforatione. Quæ vero secundũ longitudinem in vtraq; maxilla est sutura, eò parata fuit, q corpus est geminum dextris. s. ac sinistris: de cuius vtilitate sępenumero admonuimus. Obscura aũt est ea in ossibus dẽsissimis, cuiusmodi est occipitis, frontis, palati, & summæ maxillæ: vnde, opinor, & controuersia de ijs inter anatomicos fuit, cum alij quidem carere suturis ea omnino affimarẽt, alij aũt ob compositionem densam atq; exactam suturas apparere negarent, si tamen diutius coquerentur aut exiccarentur, eas tandem apparituras esse. At de ijs quidem, quæ ita in controuersia posita sunt, in alijs vberius disputauimus. Quod vero inter vtrosq; conuenit, præsenti proposito sufficit, q scilicet prædictorum ossium quodq; durum est admodũ. Cuius certe si vtilitatem inuenerimus, non erit amplius factu difficile, vt causam quoq; multitudinis ossiũ reperiamus. B Sũt sanè hæc durissima, q ad patiendi difficultatem sunt cõparata, vt quę ante alia oĩa sint opposita: quod q̃; nullam habent causam, cur rara, ac cauernosa esse debeant, quo modo summi ″capitis ossa. Maxima. n. vaporum vis ex toto corpore sursum ad illa fertur, vt quæ loco celsissimo sint constituta, ob eam q̃; causam (quemadmodum ante monstrauimus) multiplicem ipsis natura per ea vacuationẽ cõparauit. Quæ vero ad latera situm habent, præterq̃ q ea causa eis non adest, nobis etiam cadẽtibus, aut percussis, aut quauis alia ratione sæpe erant offendenda: neq; enim quis facile in capitis verticem ceciderit, aut ea parte plagã prompte acceperit: reliqua vero ossa omnia tum occipitij, tum frontis, tum auriũ, plagas non raro excipiunt, & lapsibus frequẽter offenduntur. Qñ igitur illa quidem neq; similiter plagis erant obnoxia euacuatione q̃; indigebant, hæc autem plagas sępenumero erant exceptura vacuatione q̃; non indigebant, nõ immerito sanè rara quidem illa ac cauernosa, densa vero ac dura hęc extiterunt. Palati ″vero os contra, velut cuneus, quidã, mediũ inter caput ac maxillam superiorem incũbit, continens iam in sese meatuũ cerebrum purgantiũ foramina: præterea aũt & ad basim totius capitis subiacet, quemadmodum & ipsius pars ossi occipitij continua: ob hæc igitur omnia densum ac durũ extitit. Fortassis aũt vel pp vnum eorum quoduis tale iure extitit, quia. n. ex ijs est, quæ ex basi capitis sunt, quæ C sanè dura esse debebant, & quia ab excrementis, quæ à locis superioribus promanant, per ipsum perlapsuris breui extabuisset ac cõputruisset, si laxum fuisset, ob eam causam durũ ac densum est factũ: huc accedit ẽt, q medium inter caput ac maxillã superiorẽ est sitũ, eo q̃; validum esse oportet: ossiũ porrò alis similiũ productio ex ipso est facta, sedẽ simul atq; operimẽtum musculis, qui in ore sunt, à lateribus exhibitura, in cauitatibus enim ab ipsis circũscriptis horũ musculorũ capita sunt appensa. Quæ cũ ita habeãt, siue prædictæ ossiũ partes suturis re vera carẽt, siue pp exactã cõpositionẽ nõ cernunt, q tñ ea dura esse ac densa oporteat, aperte mõstrauimus. Non ergo cum propinquis vniri belle poterant, q ea rara sunt: quo factũ, vt eorũ cõpositio sit perspicua, prę ter q̃ q alias plerasq; vtilitates exhibet, quarũ ante meminimus, transitum scilicet instrumẽtis quibusdam per sese, aut connexionem, aut excrementis perspiratum, aut deniq; patiendi difficultatem.

A l. 1. f. 1. d. 5. su. 1. c. 2. 11. g

A. ibidẽ. c. 3. d

Reliqua, quæ ad Numerum ossium Capitis pertinent. CAP. 20.

QVæ ″porrò bregmatis ossa appellant, quæ duo sunt, & eadem laxa, & propterea capiti desuper incumbentia, ac vndiq; à duris, ac densis ossibus circundata, parte quidem posteriore ab osse occipitij, anteriore vero frontis, vtrinq; vero ab ossibus temporum, meritissimo lineis fuerunt distincta. Septimum aũt ad hæc est os palati, quod non nulli quidem maxillæ D superioris, alij vero capitis esse autumãt: vtrisq; instar cunei incũbit. Reliqua vero omnia maxillæ superioris nouẽ sunt numero, duo quidẽ nasi: ante hæc vero tertiũ, in quo dentes incisores cõtineri dicebamus: vtrinq; aũt duo, malarum scilicet, in quibus reliqui dentes omnes insident: supra quæ, alia sunt duo, quæ sunt ad anteriorem zygomatis productionem atq; oculorum cauitatem infernam: duo vero reliqua sunt iuxta nasi in os meatus. Porrò, cum in anatomicis cõmentarijs lineas ossium prædictorũ quodq; circũscribentes, prędixerimus, superuacaneum hic fuerit ea repetere: tanq̃ enim iam oẽs sciant ea, quę in dissectionibus apparent, ita huius sermonis enarrationem oẽm instituimus. Quòd ″vero ad os maxillæ inferioris attinet, vnicam dũtaxat in se ipso habet diuisionem, & eam non planè perspicuam, in extremo mẽto: quam propterea, q corpus est geminum, ei factam fuisse diximus: reliqua vero eius vtrinque pars omnis nullam habet diuisionem, q natura (ni fallor) metuerit maxillam inferiorem in multa ossa diuidere, ne in vehemẽtissimis motibus dissoluatur facile ac conteratur. Magni autem ac fortes erant futuri maxillæ huius in mordendo ac corpora dura comminuendo motus: ob id q̃; articulis eius accurate prospexit, alteri quidẽ, qui κορώνη nuncupatur, os iugale circumponens, maximum q̃; musculi temporalis tendonem infigẽs: alteri vero, quas μαστοειδεῖς. i. mammillares, capitis appellant productiones, tutum circumponens præsidium, neq̃ in violentis motibus à subiecta cauitate prolabatur.

A. ibid. c. 3. e. d

A. ibi c. 4. 11. h

Merito

Merito aũt hunc articulum ex posterioribus partibus habuit corone: ipsa autẽ recta sursum tenditur. Nam, ꝙ os claudatur, soli huic coronæ ac musculo temporali ferendum est acceptũ, qui totam maxillam sursum trahit: aperiunt autem ipsum tum posterior articulus, qui est ad mammillares productiones, tum musculi articulum mouẽtes, quos musculis temporalibus oppositos esse diximus. Habet sanè dearticulatio hæc circum se ipsam fortia quædam ligamenta, ac præterea chartilaginem multam in orbẽ sibi circũfusam. Porrò, cum semel, quæ cõiter oĩbus insunt articulis, audiueris, ea in particularibus omnibus oportet recordari: nobis autem faciẽdum omnino est, ne identidem eadem repetamus. Non tamen pigere debebit lectores ea intelligere: quemadmodum ne naturã quidem piguit ea, re ipsa efficere. In agendo igitur & intelligẽdo nihil est prętermittendum: in exponẽdo autem, quod cõmune est, dixisse semel est satis. Cum igitur iam naturæ in omnibus dearticulationibus solertiam recensuerim, non nulla autem eodem pertinentia postea sim relaturus, æquum esse putaui ea in præsentia prætermittere. Tibi autem conuenit singulas earum in anatome ipsa excutere, num, quæ continere oportere diximus, ea omnia habeãt: nam ita demum naturam maxime admiraberis, si omnia eius opera perlustraris.

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBER DVODECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

De collo pertractat ac de spina dorsi.

Libri Propositum. CAP. I.

ABsolutis iam oĩbus capitis proprijs partibus nõ alienum fuerit de cõibus ẽt ei cũ collo partibus deinceps pertractare. Sũt aũt partes colli & capitis cões eæ, ꝑ quas caput ipsum deprimimus, atq; attollimus, ad latera q; circumagimus: quorum nihil sine dearticulatione, ligamẽtis, ac musculis, agere possumus. Porrò dearticulatio, ossiũ est cõpositio ꝓ motum voluntarium cõparata. Pespicuum q; est ea, quæ cõponunt, pauciora duobus oĩno esse nõ posse: nec minus, ꝙ & ligamẽta oĩa, itidem & musculi, ab osse altero ꝓducti, in alterũ inserunt. Qua ex re intelligi põt dearticulationẽ oẽm, ligamentũ, ac musculũ, ad cõponẽdos ĩter sese articulos esse asũpta, ea q; cõibus partibus rite esse annumerata.

De Necessitate Ligamenti, chartilaginis, & nerui. CAP. 2.

POrrò "monstratum nobis sæpe fuit motũ fieri planè non posse, nisi ossa dearticulẽtur simul ac per musculos connectantur, si modo aliquid esse, non solũ quod moueat, verũ etiã quod moueatur, est necesse: quorum illud quidẽ est musculus, hoc autem ossium est cõpositio. Quòd autem ne ligamentum quidem vsu careat, sed, etiam si ad motus generationem non sit necessarium, conferat tamen ad recte mouendum, de eo prius quoq; docuimus: summam tamen disputationis totius nunc repetemus, ꝙ nisi ossa, quę dearticulantur, à ligamentis continerentur, nihil vetaret, quò minus ea in singulis motibus luxarentur, sua q; sede dimouerentur, modo huc modo illuc à suo situ deflectentia: quod ne accideret, natura omnem ossium dearticulationem in orbem complectitur vinculis fortibus quidem, sed quæ laxari possent non minimum atq; extendi. Admirari q; aliquis forte in primis queat hoc ipsum eius opus, ꝙ corporis substãtias ad vsus multum discrepantes inuenerit idoneas. Vt enim ossa quæ dearticulant, exacte simul ligarent ac continerentur nec facile in motibus vehementioribus à sese abrumperentur, ligamentũ, quoad maxime potuit, durum atq; ab iniurijs remotissimum efficere oportuit: vt aũt ossibus à musculis tractis prompte obsequerentur, molle rursus esse oportuit, atq; ob id ipsum imbecillum. Atqui forte quidem imbecillo, ac durum molli, est contrariũ. Quę nam igitur fuerit in his naturæ solertia, quæ corpus inuenit, quod cõmoditatem vtrãq;, quod satis esset, haberet, idem q; ab iniurijs tutũ esset, ex ipsa anatome discas, licet: inuenies enim ligamentum omne durum adeo, vt valide simul colliget, neq; motum impediat: molle vero eousq;, quoad nõ frangatur, neq; facile abrumpatur. Quod etiam ex Hippocrate discas, qui ait: ‖ Quibus humiditas copiosior intus enutrita, corpora, quæ circa articulos sunt, humectarit, his artuum capita facile exiliunt. Eos vero, qui præ horũ corporum duritie curui iã sunt, existimo te vsu quotidiano edoctum nõ ignorare, quantũ ad motum impediãtur. Illis autem, qui ſm naturam exacte se habent, cùm alia corpora, quæ circa articulos sunt, tum maxime tendones & ligamenta commoderata sunt, vt & moueantur facilius, et aduersus iniurias sint tuti. Porrò, ꝙ in illis oĩbus industriam admirari oporteat, in quibus symmetria ipsa adeo est certa, vt, si vel tantillum addideris aut abstuleris, totũ opus euertas, nemo est, qui ignoret. Quæ ergo latitudinem habent magnam, ea vel idiotæ possunt efficere: ꝙ, siquid angustum fuerit ãc sine vlla latitudine, id non cuiusuis sapientiæ atque experientiæ est putandum.

A.l.1.f.1.d.5 fu.2.c.1.16.c

1.de Artic.t.25 7[a].256.d. Et 6.Aph.59.Ext. ord.53 g. Et d Loc.in hom circa principiũ

* *In aliquibus cod. legitur n id: ſt vel.*

Ob eam

A Ob eam sanè causam, cum Hippocrates|| ipsam medicinæ artem longã esse dixisset, subdidit: Occasio autem præceps. Quod, nisi occasio præceps esset, sed latitudinem haberet magnã, haudquaq̃ longa esset. Sic enim & in omni artificio ipsius symmetriæ angustia solertiam ac perfectionem indicat: quam licet in animalium corporibus inuenire, non modo in ligamẽtis, sed in alijs etiam oĩbus partibus. Nam, cum tria hęc sint corpora simplicia, quibus pręsenti proposito indigemus, chartilago, ligamentum, ac neruus: cum q; chartilago sit durior, neruus autem mollior, medium autem inter vtrunq; ligamentum: mirabiliter natura singulis vtitur in oĩbus animalis partibus, nunq̃ in chartilaginis locum, neruum aut ligamentum, neq; in ligamenti locum, chartilaginem aut neruum, neq; in nerui locum, ligamentum aut chartilaginem transponens: ante enim monstratum nobis fuit durum non esse ad sensum appositum, neque molle ad mouendum.

1. cõ. Apho. 1. Ex.ord. fo. 2. b

De Necessitate Tendonis, ac musculi. CAP. 3.

ERgo neq; per neruum solum pars quęuis mouetur, neq; per chartilaginem vel ligamẽtum, Chartilago enim vnctionis quidem cuiusdam vsum articulis præstat: motorijs vero instrumentis cõnexa superfluum eis pondus præbuerit, instar lapidis eis appensa. Quod autem ad neruum attinet, quantum habet mollitiei, tantundem & sensus habet: verum imbecillior est, q̃ vt totos artus mouere ac transferre queat. Ligamentum vero, cum in medio horum sit, tuto quidem colligare potest, neq; impedit quo minus membra moueãtur: motorium tamen instrumentum esse ipsum non poterat, cum non ex principio animal mouente, quo modo nerui, sed ex osse originem ducat: probauimus enim molle esse oportere huius principij corpus: porrò neq; ex molli durum planè, neque ex duro molle quicquã potest nasci. Ob has igitur causas natura non potuit solis ad motus voluntarios vti ligamẽtis, quòd sensum non habebant neque motum, vt quæ ei loco, qui principem animæ facultatem continet, non sint deuincta: neruis autem solis vti non poterat, vt qui propter mollitiem tanta onera transferre nequeant. Conueniẽter igitur, vbi membrum solo ligamine indiget, ibi solum est ligamentum: vbi vero sensu solo, neruus: vbi motu voluntario est opus, vtrunq; ibi reperias, neruum quidem, qui missum à ratione imperium perferat motus q; principium præbeat, ligamentum vero, quod robur ad ea, quæ à neruis mouentur, gestanda suppeditet. Mistum ergo ex ambobus, motus instrumentum quoddam efficere oportebat, quod omnino neruo quidem durius, ligamento autem mollius erat futurum: proinde & sensus minus quidem q̃ neruus, sed magis q̃ ligamentum, particeps erat futurum: atq; etiam roboris ac imbecillitatis, aliorum q; contrariorum, quę neruis insunt ac ligamẽtis, medium locum

C erat habiturum propterea, ꝙ substantiæ vtriusq; sese constituentis est particeps, neutram tamen synceram neq; solam neq; secretam habet, sed ex ambabus est conflatum. Atqui nihil per totum cum alio potest cõmisceri, nisi prius in partes exiguas fuerit cõminutum: vtrunq; igitur in fibras tenues diuidere fuit necesse, tum autem eas inter sese ad motorij instrumenti constitutionẽ connectere, quod substantia inter vtrũq; est medium. Verũ, si id fecisset solum, neq; spatia inter ipsas media, substantia molli (quę instar stœbes cuiusdã ac sedis firma ac tuta esset futura) oppleuisset, ne temporis quidem momentum seruari potuissent, quin contunderentur ac rumperentur. Stœben igitur hanc natura (quę eius in omnibus est sapientia) haudquaq̃ reliquit inutilem: sed, quo æstus ac frigora propulsaret, atque operimentũ rebus pilo lana'ue coagmentatis esset simillimũ, tum fibris ipsis in orbẽ circũiecit, tum aũt venis atque arterijs substerniculũ quoddã atque amiculum admirabile comparauit. De quo primo oĩum libro admonuimus, carnẽ id nominari dicentes, quod vtilitates eiusmodi animalibus præbeat: tum aũt ꝙ ipsa aduersus caloris ac frigoris vim est remedium, quanq̃ hęc quidem inter se pugnent. In cõmentarijs vero de motu musculorum prędiximus neruos ac ligamenta in fibras dissolui, ipsis q; carnem simplicem esse permistam: diximus præterea ex iisdem fibris coeuntibus inter se ac commistis tendonem qdẽ conflari, ex om-

D nibus autem musculum. Nunc vero vtilitatem, quam ex tendonis ac musculi ortu percipimus, sumus executi. Nam tendo primũ est motus instrumentũ: musculus" vero ad constituendum ipsum fuit comparatus, carnis q; compositę animali præbet vtilitates. Cadẽti enim ipsi aut alioqui procumbanti substerniculum fit molle: cum autem cæditur, operimentum rebus lana pilo'ue coagmentatis simillimũ: cum vero vulneratur, propugnaculũ: prętererea, dum frigus vrget, calfacit: dũ æstus, præbet vmbraculũ: postremo autẽ ante partes oẽs principes genus carnosum iniurijs omnibus est oppositum. Ad eum modum natura ex oĩbus fructum percipit ornat q; animal ac munit. Hæ quidẽ rationes de ligamentorũ vtilitate tendonum ac musculorum hoc communes, de quibus hac potissimũ totius enarrationis parte scribere occupauimus, cum de neruorũ natura simul & vsu ac principio abunde supra disseruerimus: atq; ẽt nunc de articulorũ oĩum principalissimo sermo nobis est institutus. Proinde ne in eo quidẽ habere quis potest, quod in hoc, cõmunẽ rõnem tractãtibus nobis obijciat. Admonuimus aũt iam sępenumero nos cõmunia oĩa semel qdẽ quodã loco pfecte explicare, sed ea tñ in particularibus repetere, quo opus totũ q̃ paucissimis finiamus. Superiori. n. sermone docuimus musculos quosdam in vnum magnum tẽdonem desinere, alios autem partibus carnosis ad membra peruenire, tendonibus multis ac minimis ea mouentes, quod cõmune est ac vniuersale, docentes: quin & particularia quædam adiecimus.

Al. 1. f. 1. d. 5. fu. 2. c. 1. 16. c. d

De Articulo Capitis, ac eius motibus. CAP. 4. E

RVrſus igitur ad capitis articulum, quem à principio ſuſcepimus explicãdum, reuerſi, naturæ in eo fabricam expendamus. Cõuenit.n. ipſum (vt arbitror) quo modo & alios omnes, pro dignitate fuiſſe exornatũ, quandoquidem "articulus iſte animalibus magni adeo eſt momenti, vt omnium ſolus nõ dico luxationem magnam, ſed ne deflexionem quidem, vel temporis momẽto ferre queat: repente.n. reſpiratione ac voce, motu q́ꝫ omni ac ſenſu, totum animal priuatur, ipſa nimirum neruorũ radice affecta. Principium.n. horum omnium eſt cerebrum, in ipſum q́ꝫ velut in aruum quoddam anima rationatrix ſemen mittit: germẽ vero inde, velut truncus quidã, in arborẽ magnã exurgens, ſpinalis eſt medulla: à quo trunco per totã ſpinam extẽſo nerui q̃ plurimi deducti, inſtar ramorum quorundam in ſexcentas propagines diſtribuũtur. Corpus aũt vniuerſum per eos ſumit primum quidem & maxime motũ, poſt eum autem ſenſum. Verum, quę horum ſit diſtributio, procedẽti ſermone explicabimus. Capitis porrò articulus tutiſſimã oĩum merito habet conſtructionem, vt quod in ſe ipſo neruorum oĩum partes inferiores mouentium radicem contineat: accedit autem ei & ſecuritas à ligamentorum craſſitie, muſculorum multitudine, & oſſium exacta compoſitione. Fortiſſima enim tria ligamenta oſſa inter ſe connectunt, quorum vnum maximum ac latum totam dearticulationem in orbẽ complectitur, alia autẽ ſunt F duo inſtar neruorũ mediocriter teretia: quorum alterum quidem finem productionis prælongæ vertebræ ſecundæ cum capitis oſſe connectit, alterum vero tranſuerſum, velut angulum rectum efficiens, à partibus primi ſpondyli dextris ad lęuam pertingit. Octo autem muſculi ex ipſis duntaxat partibus poſterioribus dearticulationi incumbũt, ipſam tegẽtes ſimul ac mouẽtes. Oſſium vero ipſorum figura, ac compoſitio exacta, etiam ſiquis eam ſolũ intueatur, admirabilis videtur: ſin vero nõ modo intuearis, ſed etiam particularum, quæ ipſis inſunt, omnium vtilitatem animo reputaris, non artem ſolum miraberis, verum etiã Opificis noſtri prouidentiam hymnis celebrabis. Cum enim capitis totius motus duos genere eſſe oporteret, vnum quidem, dum deorſum inclinamus ac ſurſum attollimus ipſum: alterum vero, dum ad latera circũagimus: neceſſe fuit aut duplicem facere dearticulationẽ, aut ex duobus obliquis motibus ſimplicibus rectũ vnum compoſitum efficere, quemadmodum in manibus carpis ac pleriſq́ꝫ alijs partibus comprobauimus: in illis enim quòd motum rectum ita fieri præſtiterat, demonſtratum ante nobis eſt: in capite vero ꝙ minime pręſtiterat, hoc libro diſputabimus. Cęterum rurſus hic quoq́ꝫ motus partiũ quarundam in memoriam reuocare oportet, in quibus non erat melius ex motibus obliquis rectum efficere. Ea enim naturę opera potiſſimum ſunt exponenda, in quibus ipſa videtur ſimilitudinis G vtilitatum meminiſſe: nam, qñ in eis, quæ motum ſimilem poſtulant, conſtructionem nuſquam immutat, ſed eandem ſemper retinet, intelligi tum poteſt ipſam proportioni atq́ꝫ ęquitati accuratiſſime proſpexiſſe. Quando igitur præſtat ex duobus obliquis motibus rectum vnum compoſitum efficere? qñ obliqui à rectis parum differunt. Quãdo vero non eſt melius? cum partẽ longius oportet in vtranq́ꝫ partem abducere, tunc enim motum rectum validum eſſe ac fortem eſt melius: nam, ſi id fieri vbiq́ꝫ poſſet, natura ex obliquis rectos ſemper efficeret, vt quæ certe ſtudeat per pauciſſima inſtrumenta actiones plurimas animali comparare: verum fieri non poteſt, vt motus duo obliqui à recto deflectentes, fortem illum efficiant. Ob hęc igitur ne in capite quidem ſatius fuit ex motibus obliquis rectos comparare, ſed vtriſque priuatim præſtitit muſculos atque dearticulationes efficere: atq́ꝫ adeo dearticulationes ipſæ duplices, muſculorum q́ꝫ eas mouentium genera duplicia extiterunt, ac generis vtriuſque differentiæ duæ. Dico autem genera quidem duplicia motuum, rectorum ſcilicet & obliquorum: differẽtias autem vtriuſq́ꝫ generis, extẽſionem quidem ac flexionem rectorum, ad læuam vero ac dextram circũactionem obliquorum. Quocirca & muſculorum caput moturorum quatuor eſſe differentias oportuit: alij enim ipſum attollunt, alij autem deprimunt: alij ad dextram, alij ad lęuam, circumagunt. H

De Bina articuli Capitis articulatione. CAP. 5.

QVo igitur modo omnia hæc mirabiliter natura conſtruxerit, iam exponamus, à dearticulationibus exorſi. Primo quidẽ "ſpondylo duas indidit cauitates, capitis, quæ ibi ſunt, deuexitatibus ſiue proceſſibus prorſus æquales: quarũ altera quidem eſt in dextris, altera autem in ſiniſtris, quo modo & capitis ipſius proceſſus. Proinde perſpicuum planè eſt, ꝙ natura cauitates has atq́ꝫ eminentias, motuũ in vtranq́ꝫ partẽ gratia cõparauit: qñquidem, ſi rectorum gratia natura ipſas feciſſet, oĩno aliam quidem partibus anterioribus, aliam aũt poſterioribus, po fuiſſet. Cum aũt vnũ genus dearticulationis ac motus adhuc ſupereſſet, ad eũdem ſpondylũ fieri ipſum non poterat, vt qui iam motus obliquos haberet ſibi concreditos: quemadmodum enim in cubito ac radio duplicẽ in gibbo cubiti dearticulationem ꝑꝑ motum genere duplicẽ fuiſſe demonſtrauimus, ꝙ ibi etiam melius eſſet motum obliquũ à recto diſtare plurimum, ita ẽt hic accidit. Rem autem oẽm intelliges, ſi diligẽtius ſermoni attẽderis. Cum motus obliquos à rectis diſtare plurimũ præſtaret, duorũ alterũ accidat, eſt neceſſe, aut duplices eſſe dearticulationes,† aut locũ vnũ vndiq́ꝫ admodũ rotũdum: vt.n. quoquouerſum articulus facile circunferatur, ſimilem vndiq́ꝫ eſſe oportet ipſius formam, quandoquidem, ſi pars eius aliqua eminentijs aut concauitatibus

A.l.1.f.1.d.5. ſu.2.c.1.18.c. Et c.10 f.17.d

A.l.1.f.1.d.5. ſu.1.c.8.12.g

A.ibidem.

†Cod. antiqui habent ἢ μίαν ἱκανῶς χαλαρὰν ἐκ παντὸς &c. i. vel unam abunde laxam, ex omni parte rotundam.

A tatibus iniquis exuperarit, inhibebit aliqñ ac propemodum labefactabit vtriusq; generis motum aliquem. Ita nanq; humeri ac ischij articulus, simul quidem rotundissimus ac laxissimus extitit: ob eam q; causam brachiũ potest quoquouersus circumagi, ac femur, id q; à musculis dearticulationes complectentibus, & magis certe brachium, q̃ femur: manus.n.ad illius membri finem, ad huius aũt pes, adhæresc it: illa quidẽ apprehensionis, hic aũt ambulationis, instrumentũ: quapropter illi quidẽ motuũ varietas, huic autẽ ambulationis securitas magis cõpetit. Ob eã igiẽ causam humeri articulus non modo, q̃ ischij, fuit laxior, musculi q; ipsum imbecilliores, ac ligamenta tenuiora continẽt, verũ etiam cauitatem quidem superficiariam, ischij vero profundã, est adeptus. Ligamentũ pręterea teres & idem fortissimum ex femoris capite, mediæ ipsi cotylæ connexum, in ischij articulo ob eandem causam natura effecit: non tñ in humeri articulo, ꝙ ipsum ad motus multiplicis agilitatem cõparabat: quo fit, vt oĩum maxime articulorum luxationi assidue humeri articulus sit obnoxius. Quod naturam nõ latuit, sed (vt antea dictum millies nobis est) cũ constructionis securitas cum motuum varietate pugnat, quod in quoq; articulo est vtilius, id ipsa eligit: in manu vero constructio, quę motuũ agilitatem præstaret, fuit optabilior. Capitis autem articulus luxationem nõ tolerat, ꝙ is principalis admodũ sit, animal q; ipsum protinus labefactet:
B alioqui profecto ne huic quidem motus varietatem inuidisset. Nihil enim certe oberat in vtrãq; partem caput eousq; circũagere, vt non modo, quę sunt ad latera, sed etiam posteriora, videre posset: verum fieri non poterat, vt sine laxa dearticulatione, motum facilẽ adeo efficeret. Maluit igitur natura paucissimos capiti motus eos q; tutos, q̃ varios & eos nõ tutos, tribuere: quare nõ simplicem neq; laxum eius fecit articulum, sed duplicem simul ac robustum.

Aduersus Sophistas de Capitis dearticulatione. CPA. 6.

TEmpestiuum sanè est (posteaq̃ hæc ita se habent, demonstratum q; est capitis articulum duplicem esse oportere) cõsiderare †, num capiti vtilius fuisset ad primum quidẽ spõdylũ motus obliquos habere, quo modo nunc habet, ad secundum autem rectos: an satius fuisset eos modo contrario construere, ac per articulum quidem ad primum spondylum extẽdere ipsum ac flectere, per articulum aũt, qui esset ad secundum, ad obliqua circumagere. Hoc loco certe optarem mihi aliquẽ ex his acutis naturę calumniatoribus respondere, vt, quemadmodum interrogati sępenumero in partibus singulis, num constructionem meliorem aliquam queant excogitare, vt plurimum quidem nihil probabile prorsus afferunt: non nunq̃ vero, cum afferre aliquid conantur, maxime fiunt ridiculi: ad eundem modum nũc quoq; de optione proposita aliquid respon-
C deant: quandoquidem nos forte ducti amicitia, quæ nobis cum natura intercessit, constructionẽ aliam meliorem videri possimus præterijsse. Non conuenit igitur adhibere nos ad eam conuincendam, sed eos, qui bellum acerrimum naturę indixerunt. Verum, qm̃ fieri non potest, vt illos in hoc libro inducamus respondentes, licebit saltem cuiq; lectori à libro digresso, ab ipsis sciscitari, quid dicant: ac nosse, vtri spondylorum dearticulationem ac capitis motum obliquum cõmittere præstiterit. Ego.n.demonstrabo, ꝙ primo spondylo: rationibus q; nõ probabilibus (quibus vtunt̃ hi, qui naturam insectantur) sed scientificis ac propemodũ mathematicis vel inuitos cogã naturam laudare, meliora q; aliqñ consectari, si tñ non modo corpus humanum atq; animam humanam habeant, sed mens eis quãtumuis exigua insit: nullus enim auditor mihi æque molestus est, atq; is, qui dicta mea non assequitur, quãdoquidem eorũ, qui assequunt̃, nemo vnq̃ à nobis discessit, qui vlla in re naturã inertiæ postea cõdẽnarit. Vt igitur in sermonibus mysticis imperant prophanis, vt sibi aures obstruant, ita & ego nunc non humanis legibus, sed verissimis mysterijs initians, eis denuntio, vt sibi aures obstruãt, qui in demonstrandi methodo non sunt initiati, sed, quod ad eam attinet, prophani: citius enim asini lyram, q̃ illi veritatem eorum, quę hic memorantur, intelligent. Quod tametsi non me falleret, præuiderem q; paucissimos fore, qui dicta mea as-
D sequerentur, quo tamen ijs gratificarer, non piguit nõ initiatis quoq; misticos sermones promulgare. Nõ enim liber hic lectorum poterit habere delectum ac iudicium: neq; ab indocto quidem fugiet, docti vero manibus se ipsum inseret. Quin et Opifex nostri, cum hominum eiusmodi ingratitudinem haberet exploratissimam, non tñ à sua fabrica est deductus. Præterea Sol ipse horas anni efficit, fructus q; perficit, non curãs (opinor) neq; Diagoræ, neq; Anaxagoræ, neq; Epicuri, neq; alterius cuiusuis calumnias: nemo enim bonus quicq̃ inuidet, sed omnia iuuare atque exornare solet. Pari modo & nos, cum compertum haberemus librum hunc in sexcentorum hominum reprehensiones ac calumnias incursurum, non aliter, q̃ puerum orphanum, qui in manus hominum stultissimorum atq; indoctissimorum inciderit, scribere tamen paucorum illorũ causa aggredimur, qui ea, quæ dicuntur, accipere recte ac dijudicare possunt: atq; ad eos præsens sermo pertinet. Ad propositum itaq; iam reuertamur.

Ratio Conformationis & articulationis Primæ & secundæ Vertebræ. CAP. 7.

CVm vertebræ omnes spinali medullæ in orbem sint circundatæ, quæ talem habet facultatem ac tantam, qualem ac quantam sæpe iam docuimus, laxam fieri dearticulationem non licebat, neque capitis cum primis vertebris, neque aliarum inter se. Ne igitur cauitates magnas atque rotundas ad vnguem ibi quæsiueris, neque capita sphęrica, neque ligamenta tenuia, neq;

A.ibidem.

† Legitur ĩ aliquibus codic. κὴ ἐρωτᾶν, πότερον βέλτιον ἰ. & interrogare, num et c.

musculos imbecillos, neq; dearticulationem simplicem, sed, si duplicem oportet esse dearticula- E tionem (hinc.n.sermo noster deflexerat) recte asseruimus à natura factã esse duplicẽ primi spondyli cauitatem, quæ capitis deuexitates cõtineret: secundi aũt vtrinq; vnũ esse processum accliuẽ ac prælongum, qui ligamento robustissimo capiti est connexus: eius.n.beneficio caput erat attollendum atque deprimendũ, ad obliqua vero per articulos cum primo spondylo mouendum. Hoc sanè loco physicum te esse oportet simul et anatomicum, & vbi dearticulationes, quas dixi, fueris conspicatus, tecum reputare, num fieri possit, vt caput totum ad obliqua circũagatur, nisi capitis eminentię & cauitates subiectæ mutuo sese contingant: ꝙ, si fieri id nequit, oportebat q; oĩno in eiusmodi dearticulationibus, capitis os cũ subiectis cõmitti, sequitur necessario ea ad primum spondylum fieri oportere. Qui igitur secunda dearticulatio, quæ rectorum motuũ dux est, non minus hac tutam habitura est cõstructionem, nisi, quo modo nunc habet, vertebra secunda fortem ac longã productionem habente, sursum quidẽ ad caput tendentem, ligamento aũt forti ac terete connexam prius, q̃ caput attingat? Appellant autem medici iuniores productionem hanc { à nuclei similitudine } πυρηνοειδῆ, nam veteres, atq; adeo Hippocrates ‖ ipse "dentem nominauit. Inuehitur autẽ ora ipsius superior partibus primæ vertebrę anterioribus atq; internis: vnde cum hoc in loco spinalem medullam esset contactura, ipsam q; cõpressura ac contusura, po F tissimũ, dum moueref, natura, quò nihil afficeretur, remedium duplex est fabricata, Nam primę vertebrę partem eã excauauit, dentem q; ipsum ibi indidit, ligamentũ forte trãsuersum ei extrinsecus circundãs, quod simul ipsum à spinali medulla dispesceret, simul autem ad primæ vertebræ cauitatem alligaret. Quòd, si perijsse ipsum aĩo finxeris, nullam aliã meliorẽ custodiã spinali medullæ excogitare poteris: neq;.n.primæ vertebrę cauitas sola dentẽ in se ipsa continere in oĩbus motibus, nisi ligamentũ sit circũdatũ, poterit: quod & ipsum si per hypothesin fuerit cõcessum, aliud tñ manebit incõmodum, cõprimetur enim eo casu spinalis medulla ac contundetur. Nunc aũt, cum ligamẽtum intercedat, simul violentiã processus πυρηνοειδοῦς exoluit, simul spinali medullæ fit propugnaculum: tunc enim nihil impediebat, quo minus ipsa oĩno contunderetur, ossi nudo atq; errabundo assidue incidens. Quòd aũt ex partibus anterioribus secundę vertebrę dẽs sit productus, partibus aũt internis atq; anterioribus primę inuehat, qui non id ẽt iure laudabit? tutior.n.locus hic erat posteriore, ipsa q; spinalis medulla minus sic habitura erat negocij. Cõstat igitur ex his, ꝙ non solũ primam vertebrã oportebat cum capitis osse dearticulari, verũ etiam secundã cũ prima. Quòd, si simul cõmissę hę fuissent, altera alterius motus impedisset, cũ, quę quiesceret, agẽtem aliã retraheret ac coerceret: nunc aũt vtraq; vicissim motum suum sola potest obi- G re quiescẽte altera. Si igitur primas vertebras inter se dearticulari erat melius, formã dearticulationis conuenientissimam natura oĩno eis dedit. Quę nam est ea cõuenientissima? mihi sanè ne furiosus quidem quispiam aliam præter eam, quæ nunc est, videtur esse dicturus. Nã primæ vertebrę cauitatibus supernis, quibus capitis eminentias excipit, alię quędam cauitates parte inferna consimiles subiacent, quę secundę vertebrę deuexitates complectuntur: quarum beneficio neq; vertebrę secundę cum capite connexio (cuius actio erat caput sursum tollere ac deprimere) à prima quicq̃ habet negocij, quãuis ea sit interiecta: neq; motus reliquus ad latera, propter dearticulationem cum prima impeditur quicq̃ à secunda. Quòd vero cauitates quatuor primę vertebræ fuerint, mirum fortasse non videbitur: neq;, ꝙ duæ quidem superioribus eius partibus, duæ autem inferioribus fuerint locatę. Fortassis autem neq;, ꝙ parte vtraq; ipsę sint, alię quidẽ à dextris, alię autem à sinistris, quispiam admirabitur: quanq̃ omnia hęc vtiliter sint facta. Neq; etiam forte admirabitur, ꝙ cauitates magnitudine eminentijs ad vnguem sint ęquabiles, dicet q; id factum artificiose non fuisse, sed fortuito & non à quadam Opificis prouidẽtia cõparatum fuisse: quanq̃, maiores quidem si fuissent, laxum statim atque errabundũ effecissent articulum: minores autem si fuissent, præ angustia ægre mobilem. Quin, & ꝙ cauitates superiores longius distent à sese, mi- H nus vero inferiores: tum ꝙ inter vtrasq; tantũ sit interuallum, quantum etiã est inter deuexitates, quas ipsæ recipiunt, id etiam, si vis, fortunæ tribuas. Quòd certe labia cauitatum externa sint altiora simul & ad internam capacitatem cõuersa: interna vero humilia† ac velut effluuium quoddam in externam capacitatem habentia. } haudquaq; equidem id tam mirifice, fortuna quadam factum fuisse concesserim. Perspicuum.n.est, ꝙ natura in partibus conformandis prouida, propterea labia eiusmodi cauitatibus est machinata, vt, si quando ingredientes ipsas deuexitates in motibus vehementioribus exiguum quiddã aberrare contigerit, foras tñ non excidant, sed quò toti dearticulationi est tutissimum. At q; ẽt, quæ ad dentis processum pertinent, atque ad primæ vertebræ cauitatem ipsum recipiẽtem, quo pacto quis existimare queat casu ea accidisse? Quod, si hæc quoque concesserimus, at saltem ligamentum id, quod oram processus accliuis capiti connectit, tum etiam id, quod dentem simul constringit simul spinalem medullam tegit, neminem sanæ mentis arbitror fortunę non artis opus existimare. Cum enim quatuor & viginti totius spinæ essent vertebræ, quòd in nulla alia eiusmodi sint ligamenta: neq; in hac prima alibi, q̃ oportebat, sint facta, nemo (opinor) audebit dicere fortuito id cecidisse. Quid vertebrarum oium processus ac foramina, non'ne ea non artis solum, sed etiam incredibilis cuiusdam prouidentiæ, esse putabimus?

2. Epid. sect. 2a. post medium.

A. l. 1. f. 1. d. 5. su. 1. c. 8. 12. h

† Hæc non habet interpres.

A putabimus? At non dum de ijs est dicendi locus: non enim simpliciter de spina ac vertebris insti tui verba facere, sed motus capitis edocere, quos iã monuimus per dearticulationes ad primã ac secũdam vertebrã fieri. Has igitur solas hic exponere est necesse. Quod, siquid artificiosius inest tum in harum vertebrarum, tum in spinæ totius, constructione omni, id postea explicabimus.

De Musculis, qui Caput mouent. CAP. 8.

A.l. 1. f. 1. d. 5. su. 2. c. 1 0. 1 1. d

RVrsus igitur ad propositum reuertamur, in memoriam reuocãtes primũ, ꝙ capitis motus tum propter ligamentorum vires, tum ob articulorum exactã constructionem, ac musculorum ipsos mouentium robur ac multitudinem, mirifice ita habere diximus, vt melius nihil neq; tutius excogitari possit. Atq; id etiam prius refricabimus, ꝙ ex ijs, quæ fuerant proposita, duo iã sunt demonstrata. Propositum .n. fuerat de articulis capitis ac ligamẽtis disserere: quod cum fecerimus, ad reliquum adhuc ac tertium iam transibimus, ostẽdemus q; num naturæ ars quædã sit, tum quæ nam ea sit, in musculis caput mouentibus: quo loco nihil, quod ad ipsorum cõstructionem pertinet, omittemus, sed, quem oẽs situm magnitudinem & robur habeant, tum qui nam ipsorum oĩno sit numerus, explicabimus: ostendemus q; & hic nihil esse ociosum aut mancum, & (vt summatim dicam) nihil aliter, q̃ nunc est, melius habere posse. Optimũ sane fuerit, cũ ea, B quæ apparent, iam adsint, eorum rationes ac demonstrationem afferre: nulla .n. oratio queat exprimere exacte adeo atq; informare ea, quæ apparent, vt visus ac tactus. Sed, qm̃ ea, quæ ad ostensionem pertinent, iam absunt, in eo q; difficilior est hęc oratio, conandum tñ est, quoad eius facere potero, nihil obscurum relinquere, ducto hinc alicunde initio. Musculi, qui caput mouẽt, numero sunt octo et viginti, aut eo plures, instar chori cuiusdam in orbem ipsum circũstantes, quorum alius aliam habet actionem. Sunt aũt ipsorum octo quidem partibus anterioribus, quatuordecim autẽ posterioribus, ex diametro sibi ipsis oppositi. Alij vero vtraq; parte duo, quorum alij quidẽ ex dextris, alij aũt ex sinistris, oppositi & ipsi inter sese, primum quidẽ & maxime collum ad se ipsos trahunt, cum illo autem & totum caput. Demonstratum certe millies nobis iã fuit naturam cum alia oĩa iuste constituisse, tũ aũt musculo omni, motu aliquo prædito aliũ motus contrarij auctorem opposuisse: claudicare .n. motum, nisi id fecisset, erat necesse, aut funditus aboleri

A. ibidem. d

propterea, ꝙ cuiusq; musculi vnica est actio, coitus in sese .s. ac contractio. In primis quidẽ caput inclinãtium atq; attollentium musculorum, octo quidem ijdem q; parui retro, circum articulum ipsum sunt locati, quibus maiores alij in toto collo extẽsi, per primas quidem fibras solius capitis motibus seruientes eos obeunt, qui ad primam sunt ac secundam vertebram: per proximas vero, C mouent quinq; reliquas colli vertebras. Cæterum ex octo musculis, quos paruos esse diximus, quatuor, motus recti sunt auctores, qui ex osse occipitis exoriuntur paulo supra dearticulationẽ: inseruntur autem in secũdi spõdyli processum posteriorem, ac in partem primi proximam. Reliquorum vero quatuor, duo quidem, quo modo prædicti, ab osse occipitis producti, foras tñ obliqui digredientes, obliquis primi spondyli processibus inseruntur, motũ totius capitis obliquum efficientes: reliqui aũt duo primum spondylum secundo coniungentes, obliqui, positionem habent duobus prædictis contrariã, ac motum oppositum. Illi .n. caput habentes obliquũ, vnã cum eo secundã vertebram ad primã adducunt: hi aũt ad naturalem statum, id est rectum, inclinatum ipsum reducunt: etenim situs eorum, vtrinq; prædictas duas musculorum cõiugationes coniungentium, triangulũ efficit. Porrò musculorum magnorum coniugationes tres (quę etiam quatuor dici possunt, & duæ propter musculorum complexum, quem in administrationibus anatomicis indicauimus) eundem cum musculis, quos ῥαχίτας id est dorsales, appellamus, habẽt motum: quẽ paulo post explicabo. Mouent aũt per primas quidẽ fibras (quæ in primũ & secũdum spondylũ inseruntur) solum caput: per reliquas vero primũ quidem reliquos quinq; colli spõdylos, simul aũt cum eis caput mouent. Hi igitur oẽs musculi caput retrorsum attollunt, quorũ qui D sunt obliqui, motus obliquos sensim efficiũt. Anteriorũ vero, q stomacho quidẽ subiacent, per primas fibras, quę in primum ac secũdum spondylum sunt infixę, caput ipsum solum flectunt: ac simul obliquis fibris ad obliqua etiam deducunt, per quas musculorum ẽt paruorum propriam habent circunscriptionem: ꝑ reliquas vero collum flectẽtes, simul cum eo totum caput cogũt nutare. Reliqui vero sex nõ rectum, quo modo hi, capitis nutum, sed sensim obliquũ efficiunt, prę ter hoc ẽt caput in anteriora conuertunt: post aures .n. exorti, sub ipsis ad pectorale os & clauem sibi ipsis continui pertingunt, vt siquis ipsum (cum vnus sit) triplicẽ esse dixerit, nõ errarit. Disseruimus autem de musculis oĩbus, non modo in anatomicis administrationibus, verũ etiam in alio libro: in quibus primis (vt iã inde ab initio admonuimus) eum prius exercitatum esse oportet, qui volet, quæ hic dicuntur, exacte asseq. Quatuor aũt alij musculi robusti & magni, vtraq; parte duo, dextra ac sinistra locati, collum ad latera cum parua declinatione mouent, antorsum anterior ipsorum coniugatio paulum inclinans, reliqua autem retrorsum: productionem porrò ex perforata quidem secundæ vertebræ apophysi coniugatio anterior habet, ex primi vero obliqua eminentia nascitur coniugatio alia. Porrò musculorum numerus, magnitudo, positio, ac motionis ratio tibi iam planè apparet: ꝙ enim plures sint, q̃ viginti, nemo tam computandi imperitus est, qui id ignoret: ꝙ vero alij quidem ipsorum sint maiores, alij autem minores, partim quidem

diximus iam euidenter, partim autem, nisi quis omnino mentis est expers, facile intelliget necessario antedictis id consequi: fieri.n. non potest, vt musculus is, qui in clauem inseritur aut in pectorale os, sit exiguus, quemadmodum neq; qui parte posteriore dearticulationi ipsi incumbũt, magni esse possunt. Ita autẽ omnis eorum positio, postq̃ capita ac fines noueris, fit perspicua: ad eundem autem modum & actio, ea enim fit pro fibrarũ positionis modo, quemadmodum millies iam diximus. Docuimus etiam, ꝙ omnes musculi fibras habent, vt plurimum, secundum suã longitudinẽ porrectas: nec minus, ꝙ raro fibras in eis reperias transuersas aut obliquas, si eorum spectes multitudinem, qui fibras habẽt ſm longitudinem. Proinde si, dum compositionem explicuimus, de fibris nihil statuerimus, eas intelligere oportet modo aliarum omnium esse disposi tas. Nihil igitur amplius de musculorum capitis constructione superest, sed omnia abunde dicta sunt, & numerus, & positio, & magnitudo, & motus. E

De Multitudine ac magnitudine musculorum Caput mouentium. CAP. 9.

DEinceps autem ostendamus rursus, cuius gratia omnia hęc diximus, musculorũ caput mo turorum constructionem aliam meliorẽ ne excogitari quidẽ posse. Cum.n. dearticulationem esse oporteret tutissimam, melius q; esset caput laxissime ac quoquouersus moueri, ea q; pugnare inter se ostẽderimus, ac constructionis quidem securitatem in paucis ijsdem q; exiguis motibus consistere, agilitatem aũt ipsorum ac varietatem in laxa dearticulatione, primo quidẽ laudare naturã est necesse, quæ id, quod magis erat necesse, elegerit: post aũt, cum alterum penitus non modo nõ neglexerit, sed vario artificio correxerit, in eo admirari ipsam cõuenit, nõ modo simpliciter laudare. Securitas itaq; capitis articulis, ex ijs, quę diximus, accessit: motuũ aũt detrimentũ, quod eã necessario sequebaẽ, musculorũ multitudine ac magnitudine & situ vario recõpensauit. Nam, ꝙ multi hi sint ac magni, nemo est, q ignoret. Quin & ꝙ situs eorũ sit multiplex, ex eo clare cõprobatur, ꝙ caput corona vndiq; cingũt: ob eam q; causam capiti nullus motus deest, quocunq;.n. ipsum inclinare volueris, eius musculi, q ea parte situm habet, beneficio expedite id poteris. Quod aũt & magnitudines q̃ plurimum discrepantes iure sint nacti, id nunc est exponendũ. Minimi quidẽ oĩum sunt posteriores, q caput erigũt, vt qui soli exacte dearticulationẽ cõplectunẽ: quod.n. alijs circũpositis ex magnitudine, id illis expositione opportuna accedit. Sola autẽ vna alia musculorũ coniugatio opportunã æque habet positionẽ, quo modo & motũ oppositũ, prima.s. portio musculorũ stomacho subiectorũ. Queẽadmodum.n. posteriores, q dearticulationem sunt complexi, solum caput attollunt, ita prima horum musculorum portio ad flectendum ipsum est cõparata: quod aũt ipsorum est reliquum, progreditur q; vsq; ad quintã thoracis vertebram, flexionẽ rectam efficit non modo vertebris oĩbus, super quas est exporrectum, verum etiã cum eis & toti capiti. Postq̃ aũt ex musculis octo exiguis ac posterioribus, q caput ad obliqua inclinant, rectã quidẽ erectionẽ efficiunt, cũ coniunctim ac bini agunt: obliquã autẽ, qñ alter eorũ solus agit: similiter aũt & qui maiores ipsi incubant, qui vsq; ad collum oĩno sunt extẽsi: ob id q; erat necesse quosdã ei parte anteriori apponere musculos obliquã flexionẽ edentes, ideo musculi sex, qui ad clauẽ ac pectorale os perueniunt, fuerũt comparati, q caput possunt flectere atq; etiam antorsum circũagere. Pari modo & musculorũ quatuor, qui collũ flectunt ad latera, si vnus solus egerit, ad illũ inclinatur: tota vero anterior coniugatio exiguum quiddam flectit antorsum, nusq̃ præterea inclinans ad latera: quemadmodum &, cũ posterior agit, paulum quidem attollitur, verum in neutram partẽ inclinatur: oĩbus vero quatuor simul agẽtibus in nullam oĩno partem pro pensum perstat. Apparet q; etiam hic natura non oblita eius, quod millies iã fuit demõstratum, ꝙ vnius actionis gratia instrumẽta multa cõparat aut ꝑꝑ motus vehemẽtiam, aut quia magnum animali præstat vsum. Nã, ꝙ motus capitis aĩalibus sit vtilissimus, hic potissimum nobis est explicandum: ꝙ vero ꝑꝑ partis magnitudinẽ musculorum robustorum actione indigeat, ne id quidẽ est obscurũ, nam id ei est eximium, & cuiusmodi in nullo alio osse, quod dearticulatur, reperias. Nusq̃.n. alibi tñ alterũ os superat alterum, quantum os capitis, primorũ spõdylorũ ossa superat: non.n. dixeris capitis os duplo aut triplo esse maius, sed ne quadruplo quidẽ aut quintuplo: quã q̃, si horum vnũ esset, ita quoq; multis (vt ego arbitror) partibus superaret. Atqui nõ ita se res habet, sed quoduis capitis ossiũ vtroq; spõdylo multo est maius: nam præter maxillam inferiorẽ sedecim sunt omnino: qua adiũcta (queẽadmodum addere est equũ, cum totius capitis sit pars) ne supputare quidẽ queas, quot partibus vtroq; primorũ spõdylorũ totum capitis os sit maius. Nõ igiẽ fieri poterat, vt maximũ os minimis ossibus dearticulatũ, musculos oẽs in vtrunq; illorũ inseret, sed necesse oĩno fuit à capite quidem eos oẽs pendere, non tñ oẽs in primas vertebras inseri, sed eos solos, quibus erat licitũ. Erat porrò, vt opinor, licitũ aut eis, qui motus rectos ad vnguẽ capiti suppeditãt, aut eorũ aliquẽ, qui ad obliquũ deflectũt. Merito igiẽ non oẽs, q caput mouent, in primos spõdylos infigunẽ, sed parte qdẽ posteriori parui soli: anteriori vero prima portio musculorũ stomacho subiectorũ: à lateribus parui alij musculi, qui primã vertebrã capiti coniungũt.

A.l. 1. f. 1. d. 5. su. 2. c. 10. 17. f

F

G

H

De Paruitate primarum Vertebrarum, & Spinæ ex multis partibus conformatione. CAP. 10.

PRoinde neminem eorum, qui meminerunt, quot partes in collo poni erat necesse, arbitror maiores, q̃ nunc sunt, primos spõdylos requisiturum. Soli.n. hi locum omnem, qui illic est, occupassent,

A occupassent, neq; locum vllum partibus, quę ad stomachum laryngem atq; asperam arteriā pertinent, fecissent reliquum: quae sunt q̄ plurimae, quas q; antea recensui, habent q; singulae hae positionem maxime necessariam, & quae transferri nequeat. Caeterum non ob id modo primę vertebrae maiores fieri non potuerunt, verum etiam propter alia magna ac multa, quae tibi singulatim iam explicabo. Nam, vbi ea oia demonstrauerimus, fuerit q; spinae natura omnis atq; vtilitas nota (quod solum adhuc superest expositione q; indiget.) apparebit tibi euidentissime id quoq; mirabiliter à natura esse constructum. Est aūt id, musculos spinales fibras habere obliquas, cū sint ipsi statim recti secundum spinae longitudinem extēsi, neq; vnq̄ natura facere id soleat, nisi eximij cuiusdam vsus gratia: vt plurimum.n. musculi cuiusq; fibrę sunt longissimae, fibrarum q; positio est exporrecta. Repetenda igitur hinc rursus nobis est disputatio. Spinā natura aīalibus velut carinam quandā corporis ad vitā necessariam molita (eius.n. beneficio nos quidē recti ambulare possumus: aliorum vero aīalium quodq; gradiunt̄ ea figura, qua ambulare ipsa praestiterat, quemadmodum in tertio libro docuimus) nō cum solum eius vsum esse voluit, sed quēadmodum illa studiose facere solet, vt vna cōstructione partis ad multas alias simul vtilitates vtat̄, ita hic quoq;: Primum quidē spondylos oēs intus excauauit, viam hanc comparās opportunam cerebri portioni,

A.l. 1. f. 1. d. 3. su. 1. c. 6. 12. b

B quae per ipsam erat descensura: Secundo aūt non ex vno osse simplici atq; incomposito totam spinam effecit, quanq̄ ad sedem tutam id esset vtilius, cum neq; luxari, neq; distorqueri, neq; eius generis affectum quęuis incurrere, sine varia (vt nūc) dearticulatione posset. Et quidē, si tm̄, vt difficulter patereī, rationem habuisset, neq; scopum alium in partibus cōstruendis haberet antiquiorem, haudquaq̄ aliter, q̄ simplicē, ipsam effecisset, aut oīno incōpositam: neq; enim, si lapideū vel ligneum animal effingere velis, aliter ipsum feceris: satius.n. est stabilimentum vnum esse per totam spinam porrectum, q̄ plurima esse exigua, & ea articulatim diuisa. Atq; etiā artus eiusmodi, in aīalibus lapideis aut ligneis existimo esse longe anteponendos: & reliquū corpus totū, eiusmodi simulachrorum, si vno lapide sit conflatū, multo aduersus iniurias est tutius, q̄ si ex multis sit cōpositum. Animali vero quod mēbris suis esset vsurum, pedibus q; suis ambulaturum, ac manibus apprehensurum, dorsum q; inclinaturum ac erecturum, non erat melius in pedibus aut in manibus tota q; spina os vnicum habere: sed, cum multis ac varijs motibus animal esset vsurum, satius fuit ipsum ita comparare, q̄ ad motū ineptū illud efficere: quacunq;.n. ipsius parte animal motu destituitur, ea nihil oīno videtur à lapideo discrepare, eo q; modo animal amplius non est. Quapropter, cum motus animali secundum ipsius substantiam maxime insit, is autem fieri sine articu-

C lis nequeat, ob id satius fuit ipsum ex multis partibus fuisse cōflatū. Sed hoc in loco multitudinē earum certam ac perscriptam contemplare: non enim, si crus multis indiget partibus, protinus etiam & mille indiget: sed alterū natura habet scopum, quo partis cuiusq; numerus proprius indicatur: est aūt scopus is totius instrumenti patiendi difficultas. At tu quidem forte scopum vtrūq; vicissim considerans, cum motus partium omnium necessarios ac varios mente intueberis, naturam accusabis, quae tam magnum os cruris ac brachij sit fabricata: cum autem contra, securitatem solam spectaueris, spinae os esse vnicū oportere iudicabis, non, quot nunc sunt, plura, q̄ viginti. At natura non vicissim, sed vtrunq; perpetuo considerat, priorem quidem dignitate actionem, post illam autem, securitatem: ad sanitatis vero diuturnitatem, securitatem quidem esse priorem, posteriorem autem, actionem. Quo'd, si tu quoq; expendere ita volueris, spero me nunc quoque in dorsi spondylis comprobaturum (quo modo in manibus ac cruribus prius ostendi) ne excogitari quidem posse exactiorem ac iustiorem actionis simul ac dyspatheiae mistionem.

De Spinali medulla, ac Vsu Spinae. *CAP.* 11.

A.l. 1. f. 1. d. 3. su. 1. c. 6. 12. b.

NAm, si os vnicū totius spinae fuisset, q̄ ijs partibus animal immobile fuisset, velut veru quodam confixum aut palo affixum, nihil verbis est opus: id.n. ne nos quidem, ni fallor, si Pro-

D methei loco fuissemus, latuisset. Verū, quod neq; ego, neq; tu, neq; alius quis homo, amplius animaduertisset, non tamen Prometheum ipsum praeterijsset, id protinus dicam, cur nō duo scilicet vel tres aut quatuor aut omnino pauci facti sunt spinae spōdyli, sed ita multi simul ac multis modis, quo modo nunc, inter se cōmissi. Ostendam enim oēm ipsorum numerum optimam habere mensuram: processus, atq; articulorum cōpositiones ac cōnexiones, ligamenta prȩterea, ac perforationes oēs, mirifice adeo ad actionem simul ac patiendi difficultatem esse cōparata, vt, si quiduis eorum quantūuis exiguum immutaris, aut perijsse funditus animo finxeris aut extrinsecus adiectum esse, vel actio quaedam manca, vel pars imbecilla statim deprehendatur. Auspicanda certe mihi narratio est à parte oīum, quae sunt in spina, principalissima, quam νωτιαῖον μυελὸν id est spinalē medullam, noīant. Neq;.n. affirmare quis possit, quin eā existere fuerit necesse: neq; q̄ aliam positionem meliorem habere potuerit ea, quę est ad spinam: neq; q̄ hac quidem ipsa aliam habere potuerit tutiorem. Si enim omnino non extitisset, duorum alterum accidisset: aut enim partes omnes animalis, quae sunt sub capite, immobiles omnino essent, aut in earum singulas neruū à cerebro deduci oporteret. Verum, si immobiles oīno fuissent, quod paulo ante diximus, verum fuerit, q̄ scilicet animal nō amplius esset animal, sed velut lapideum aut luteum opus esset: q̄, si à cerebro neruus exiguus in partes singulas esset deductus, Opificis id esset securitatis eorum ra-

A. ibidem.

tionem prorsus nullam habentis. Non solum.n.neruum tenuem, qui frangi ac contundi potest, E magno interuallo deducere non erat tutum, sed ne vllum quidē fortiorū instrumentorum, neq; ligamentum, neq; arteriam, nec venam: nam hæc quoq; perinde, ac spinalis medulla, † à proprio principio magna enata, velut stipites quidam, dum progrediuntur, ac iā prope partes singulas accesserunt, ramos mittunt, quod à principio ipso proficiscitur, partibus omnibus suppeditantes. Proinde satius erat spinalem medullam velut fluuiū quendā ex cerebro tanq̄ fonte manantem, locis omnibus, quæ præterit, neruum semper immittere, tanq̄ sensus ac motus riuulum: quod sanè ita manifesto accidit, semper enim propinquis quibus q; partibus ex parte medullæ spinalis propinqua productus neruus immittitur. Verum huius quoq; rei antea meminimus, neq; existimo quenq̄ adeo hebetem, qui non putet longe tutius esse per mediam spinalem medullam motum à rationali principio partibus omnibus inferioribus immitti, q̄ nullius interuentu mitti ad singulas à cerebro per tenuem quempiam neruum. Quod autem huic est proximū, considerare iam fuerit tempestiuū. Cum enim spinalis medulla, velut alterum quoddam cerebrum, partibus omnibus, quæ sunt sub capite, extiterit: eam q; non aliter, q̄ cerebrum, septo quodā duro atq; ad patiendū difficili muniri, ipsum q; septum fieri & alicubi constitui oporteret, non'ne satius fuit, quę quasi carina "corpori animalis est subiecta atque sanè ossea, eam parte interna exculpere ac cauam ipsam efficere, vt via simul ac tutum spinali medullę esset præsidium: Porrò quatuor iā has spinæ vtilitates numeres, licet: primā quidē velut sedis cuiusdā & fundamenti instrumentorum ad vitam necessariorum: secundam aūt, velut viæ cuiusdā spinali medullæ: tertiam, tuti præsidij: quartam, motus instrumenti, quē dorso ac spina aīalia obeunt: quibus quinta ex abundanti accidit, viscerum ab anteriori parte spinæ incumbentium munimētum. Verum hoc quidē necessario erat secuturum, scopi vero, in quos natura intuita, oēm eius constructionem est molita, quatuor sunt prædicti. Atq; ēt sigillatim proprium quiddam ipsi fuit tributum: nam, ꝙ velut carina est & totius animalis stabilimentū, ob eā causam ex ossibus conflata est, et his duris: ꝙ vero spinalis medullæ est via, ob id intus est caua: ꝙ aūt ipsi instar muri est, ob id multis propugnaculis in orbē est munita, quæ paulo post explicabo: ꝙ vero motus est instrumētum (nā id in primis explicare mihi est propositum) ob id ex pluribus ossibus pet articulos commissis inter se constitit.

† Ex Græ. clarius. à proprio pricipio singula enata magnū veluti truncū progrediundo produxerūt ac dum prope singula membra accesserūt ramos mittūt, id quod a principio &c.

F A.l.1.f.1.d.5. su.1.c.10.10.e

A.ibidem.

De Multitudine ossium, ac de Musculis spinæ. CAP. 12.

CAusam vero, cur non ex duobus aut tribus ossibus longis æque, ac in manu quidem est brachium & cubitus, in crure aūt tibia ac femur, sed ex quatuor quidē & viginti in hoībus, præter os latū, quod extremę ipsi subiacet, in reliquis aūt animalibus, ex pluribus, ego docebo, ostendam q; hic quoq; artem naturæ, tribus capitibus disputationē totam cōplexus: primo quidē, quo mihi maxime ad præsens institutū est opus, ꝙ.s. spinæ spōdylos multos oīno esse ac paruos oporteat: secūdo aūt, ꝙ quatuor quidē ac maxime eius sint partes, collū, μεταφρένον.i.dorsum, lūbus, & os, qđ à qbusdam ἱερόν.i.sacrū seu magnum, ab alijs vero πλατύ.i.latum, nuncupaī: tertio vero, ꝙ in collo "septē spondylos esse oportebat, in dorso duodecim, in lūbo quinq;. Quod vero ad os, magnū attinet, ostendā & ipsum fuisse melius ex quatuor conflari. Primum igiī caput, quo maxime ad præsentia indigeo, ꝙ ex multis ac valde paruis ossibus spinā cōstare erat melius, euidēter fuit demonstratū, cū spinalis medullæ naturā repeteremus, & affectus, in quos animal incidit, cū spondyli sede sua dimouentur: nam ipsius natura cerebro est assimilis: & symptomata, qbus aīal prehēditur, eis symptomatibus sunt similia, quę affecto cerebro nobis accidunt, motus.n.& sensus oīum partiū, quæ sub affecto spōdylo sunt, lędunī. Verū nemo hæc quidē ignorat: quod vero ait Hippocrates, ‖ si multi quidem spondyli ordine sese cōsequētes emoti fuerint, malū id est: sin vero vnus quiuis ex ceterorū harmonia ac cōpage exilierit, exitiosum.non oēs itidē intelligunt: est q; id ipsum, quo nūc maxime ad pręsentia egemus. Scribit itaq; ipse Hippocrates, symptomatis causam nos edocēs, ꝙ, si multi simul emoti fuerint, singuli paulū dissiti, tunc circularis nō autē angularis spinalis medullæ fit contorsio: ꝙ, si vnus aliquis spondylus exciderit, spinalis medulla ex loco exiguo deflectēs dolebit: spondylus q;, qui exilijt, ipsam cōprimet, nisi sanè ēt perruperit. Quod, si hæc ita se habet, spinalis q; medulla magnā eā q; simultaneā flexionē sustinere non pōt, spina vero ipsa p magnos ac laxos articulos multum q; dissitos moueri sine molestia nō poterat, melius fuit ex multis paruis, singulis paulū cōerentibus, totā ipsam cōflari: sic.n.flexio fit nō angularis sed ƒm circuli circunferentiam ac rotunditatē, noxā q; ex spinali medulla cōpressa aut cōtusa aut rupta effugit. Itaq;, ꝙ ex multis ossibus motus exiguos habentibus spinā fieri præstiterit, pspicue iā ostēdimus: eo q; maxime ad rē psentē indigere dicebamus. Atq; in psenti qdē reliqua duo capita in aliud tēpus reijciamus: ,ppero.n.ad musculorū spinalium expositionē, cuius gratia oīa hæc fuerūt dicēda, quę & ipsa p se sunt vtilia, musculorū q; cōstructionē explicant. Qn̄quidē, si spinæ spondylos multos esse oportere demōstrauimus, cōsentaneū sanè est cuiq; ipsorū motū inesse propriū: ꝙ, si musculi duo à capite vsq; ad os latum extēsi fibras haberent longas, secundū longitudinem exporrectas, fieri nō posset, vt spondyli singuli priuatim mouerentur, fibras enim oēs itidem attraherēt: nūc vero, ꝙ obliquę in quoq; spondylo fibræ fuerint, tū ad latera circūagere, tum flectere atq; erigere, nunc hanc nūc aliā spinæ partē possumus. Porrò, cum mouere ipsam

G A.l.1.f.1.d.5. su.1.c.8.12.g

4. de Artic.t.1. 7ª.283.a. Et cōmē 3.t.48.& 51. Et de Locis in homi. circa principium.

H

A singillatim possimus, possumus & totam simul mouere, fibris q; musculorũ omnibus simul agere: non tamen constructionem eã, quæ totam simul spinam mouet, particularis sequeretur, cum enim musculorum fibras secundum spinæ lõgitudinem tẽderemus, simul quidem totã prompte moueremus, singulos tamẽ spondylos non item. Melior igitur habẽda est cõstructio, quæ vtrũq; simul probe pręstare potest, q̃ quæ alterũ tm̃. Quod si alij duo pterea motus, ceu cumulus, huic constructioni accesserint, quo pacto non infinitis partibus altera præstantior fuerit? atqui accedunt: conuersiones enim spondylorum ad latera vtroq;, nunc quidem ex fibris singulis seorsum agentibus sumus adepti, tunc aũt flectendi & erigendi facultas nobis tantũ adfuisset. Recte igitur dictum ante fuit spinæ totius communes hosce musculos partibus suis superioribus, quę capiti sunt cõnexę, articulos, qui sunt ad primos spinæ spondylos, mouere: fieri.n.nõ poterat, vt repẽte ac simul fibræ eorum in primis spondylis solis rectę efficerentur, cum spinam ad finem vsq; positionis ordinem eundem seruare esset necesse. At vero deterius nihil ex eiusmodi positione erat futurum, cum caput motum rectum ex ipsis esset habiturum, & preter eum, duos alios laterales. Hęc quidem causa fuit, cur spinales sanè musculi fibras ita sitas habuerint.

Cur Primæ vertebræ pos lerioribus sint minores. CAP. 13.

A.l.1.f.r.d.5. u.1.c.&.12.c

B AD reliqua vero, quæ ad spondylos pertinent, nobis est accedendum, omnia quę antea reieceramus, conuenienti ordine explicaturis: quorum primum id (ni fallor) erat, vt de paruitate spondylorum cum capite dearticulatorum diceremus. Quod autem propter instrumentorum copiam, quę locãda ibi omnino erant, primi spondyli magni esse nõ poterãt, dictum nobis haud ita pridem fuit. Quod aũt, si aliorũ omniũ structurã ac syntaxim, quæ subiacent, spectes, ad rẽ magis pertinuit superiores fieri semper minores, id quoq; perspicuũ esse arbitror: siquidẽ, quod gestatur, minus esse oportet eo, quod gestat. Quæ causa fuit, cur natura omniũ spinę ossium infimũ fecerit maximum, ipsum velut fundamentum quoddam spõdylis omnibus subijciẽs: secundum vero magnitudinis locum habet spondylus illi coniectus, quartus quidem & vigesimus post primum situs, lumbi aũt spõdylorum ordine quintus. Hi aũt ipsi, cum alijs rursus sint subiecti, merito sunt maximi, & potissimũ eorum quintus, vt nuper diximus: reliqui aũt, quantum situ ab infimo discedunt, tantum & magnitudine cedunt. Quo fit, vt quinq; lumbi spondylorũ primus sit minimus: & eo rursus minor est, dorsi postremus, qui cum eo est commissus: atq; hoc rursus, qui ipsum antecedit: idq; ipsum fit semper vsq; ad ipsum caput, nisi forte aliquis paulo maior adiacẽtibus sit interiectus, idq; cum magna vtilitate, quemadmodum id quoq; procedente sermone de C monstrabimus. Hæc itaque est causa, cur primi spondyli parui extiterint.

Cur Primæ vertebræ intus latæ sint, extra tenues. CAP. 14.

QVod autẽ processus alios non habeant, quo modo reliqui: tum aũt cur corpore aliorũ quidem omnium sint tenuissimi, cauitate autem interna ijdem sint latissimi, eius rei vsum dicẽdum deinceps fuerit: nam, q natura nihil faciat frustra, siquis sit, cui non dũ sit persuasum, vana sunt ea, quæ adhuc scripsimus. Verũ, etsi neminem esse arbitror, qui de natura adhuc hæsitet, nõ tñ existimo eundem planè esse physicũ, sed non nulla adhuc ipsius operum ignorare. Properet igitur is celerrime ad ea, quæ restant: ac primum quidem, quod ad spõdylorũ omnium cauitatem pertinet, cõmunem constructionis scopum discat: tum aũt solus sine nobis ex cõmuni particulare in colli spondylis coniectet. Qui enim audierit naturæ in spina excauanda crassitiem spinalis medullæ pro scopo fuisse propositam, is cuiusq; spondyli differentiam nõ difficillime inueniat. Nam cum (vt paulo ante monuimus) ob nullã aliam causam natura spõdylos sic exculpserit, nisi vt viam quandã hãc tutam spinali medullæ compararet, oportuit sane capacitatem ipsorũ internam spinalis medullæ crassitiei esse æqualem: quæ cum in spondylis omnibus non sit æqualis, sitq; in primis maxima, consentaneum est, vt horum etiã spõdylorum latitudo aliorum sit maxima. Iam vero, si latos quidem hos ob spinalis medullę, quę illic est, crassitiem: leues aũt, q omnibus superiaceant, effici par erat, perspicuum est, q statim tenues quoq; esse erat necesse: nam, qui fieri posset, vt leues essent, si lati simul ac crassi fuissent facti? Primi igitur spondyli ob hanc vtilitatem lati quidem internis suis cauitatibus, tenues autem corporis mole extiterunt.

antiqs est ἁπλᾶς l. simplices.

D

De Crassitie spinalis medullæ, de Spinæ productionibus, ac de ijs, quæ ab ea oriuntur. CAP. 15.

A.ibid.m.f

CÆterum spinalis medullæ crassitiem cuius rei gratia natura fecit inęqualem, aut cur tenuẽ magis ac magis atq; angustã partibus infernis effecit (omnino enim hic quoq; iustã aliquã mẽsurã spectãs, quãtã eã esse oportebat, tantã in singulis spõdylis est molita) inuenerit forte qspiã hæc sine nobis. Addamus tñ & quid de his sentiamus, vsum spinalis medullæ in memoriã reuocantes: nam, ad quẽ vsum omnino est facta, pp illum satius fuit ipsam in singulis spõdylis efficere tantam, quãta nũc est. Ipsam sanè extitisse ob id diximus, vt nerui partes oẽs, quę sunt sub capite, moturi, distribuerentur. Proinde in eo natura videtur admirãda, q tantam à cerebro produxerit medullã, quanta maxime partibus omnibus infernis esset suffectura: atq; cernitur tota in neruorum propagines consumi, non aliter, q̃ arboris truncus in ramos quàm plurimos. Oportebat aũt (opinor) si nulla arte animal fuisset conformatum, aut si natura non cum scopũ in spinalis medullæ crassitie sibi proposuisset, ipsam aliquãdo inueniri aut nõ secundum spinæ longitudinẽ totam extensam,

tatam,aut superfluum quidpiam habere,facta iam in partes omnes distributione. Quod,si mi E nore ipsam superne ex cerebro produxisset,q̃ partium vsus postulabat, statim quidē pars ipsius vltima inueniretur vacua,statim aūt & partes infernæ prorsus essent immobiles ac sensus expertes: Quod,si maior extitisset,non nulla ipsius pars ad postremam spinam esset superflua, velut riuus quidam stagnās ociosus atq; inanis.Si igitur horū neutrum in quouis animalium genere inuenitur,sed,quēadmodū medulla vnà cum spina cœpit, ita cum ea finit,quam causam dices,cur non ijs,quæ diximus,assentiri debeas,simul & naturam admirari? cū enim in neruos octo & quinquaginta spinalis medulla esset diuidenda, tantam ex cerebro produxit,vt distributioni in neruos planè esset æqualis,neq; in ipsa deficeret qdpiā,neq; superesset.Equidem naturā pro dignitate admirari satis nequeo.Quod,si locum,vnde primum singuli nerui à spinali medulla proficiscuntur,didiceris,ac p̄terea quanta cuiusq; sit magnitudo,tum in quam feratur partem,non modo naturæ artem,verūetiam æquitatem laudabis. Loca enim, vnde nerui emergunt,adeo sunt tuta,vt nerui non premātur,neq; contundantur,neq; rumpātur,neq;(vt in summa dicam)in tot ac eiusmodi spinæ motibus afficiātur: moles vero cuiusq; est tanta,quantam pars recipiēs postulat: via aūt omnis,quę est inter primam productionem & finē vltimum,mirabiliter ad cuiusq; securitatem est comparata.Sed de his procedenti sermone omni tractabimus. Quod aūt de constructio F ne spinæ solius est reliquum (de qua hoc in libro agere statueram) id explicabo,rursus,vnde digressus eram, reuersus. Cum enim spinalis medulla velut alterum quoddam cerebrum partibus oībus,quæ sunt sub capite,esset futura: & spina ipsa simul qdem via indiuertibilis,simul aūt tutū prę̨sidium ei esset cōparata,ob eā causam natura tū alia multa atq; admirabilia in spōdylis est machinata: tum aūt,& quā ἄκανθαν i. spinā seu spinæ apicē,vocāt,ex medijs partibus postremis produxit,quæ esset velut vallū quoddā ante spinā totā oppositum,quod prius ipsum cōtūderetur ac cōminueretur modis q; oībus afficeretur,q̃ ad vllum spōdylū noxa p̄ueniret. Vsque ad posteriores sanè fines spina ipsa est os,ibi vero chartilago quàm plurima ei circumiacet. Demonstratum enim id nobis antea etiam fuit, chartilaginis substātiam ad subiecta instrumēta tegenda ac defendēda maxime esse idoneam,vt quæ neq; cōminui neq; rūpi,quēadmodū dura atq; friabilia, neq; incidi neq; contūdi,quēadmodum mollia ac carnosa,queat. Huic aūt rursus chartilagini ligamēta neruosa,lata,fortia,& crassa indidit,seruatura simul ac totam spinam colligatura,vt vnum corpus sit,quod ex oībus productionibus est conflatū,quanq̃ non parum à sese distēt: verum vinculum neruosum est in causa,cur omnes hę spondylorum productiones velut vnum sint, simul autem cur motus earum sit multus. Nā durum eousq; est vinculum hoc,vt facile flexa spina extendatur: molle aūt eatenus,vt neq; rūpatur neq; quidquā omnino afficiatur,cū ea extēditur. Quanquā,si ipsum paulo durius esse animo finxeris,motibus repugnabit, spondylos q; in sua pristina sede continebit,cum diductos ipsos sequi nequeat: quod, si mollius esset, tametsi motū nō moraretur,cōpositionis tn̄ ipsorum inter se securitatē consuetam nō perinde seruaret: nunc autem, cū durum sit mediocriter,ad vsum vtrūq; admodū est aptum. Ad eundē aūt modū & vinculum, quod partes spondylorū anteriores cōnectit,symmetriā in duritie ad vnguem partibus illis conuenientē est adeptū.Sed de his paulo post agemus. Porrò spina p̄ter ea,q̃ data sibi ad securitatem memorauimus,figurā quoq; productionū oīum consentientē admodū est adepta, quarum quæ situm supra habēt,deorsum: quæ infra,sursum spectāt,vt ipsius forma ędificijs illis sit simillima, quæ ψαλλίδας i.fornices ac testudines,nuncupāt: quorum formā sępenumero iam diximus figurarum oīum ad patiēdum esse difficillimā.Nō igitur amplius est mirum,si soli spondylo,q in medio est spinæ,productio posterior,quę acanthan efficit,in neutram partem inclinat, id est neque in collū neq; in lumbos,sed oīno est recta atq; in nullam partem propēsa, retro exporrecta: nam id quoque ab eadem manat prouidentia. Aut quo pacto similem ipsam totam fornici effecisset, nisi primum quidem productiones omnes parte inferna enatas,sursum adduxisset, quēadmodū H certe & supernas, deorsum: secundo aūt in terminum quendam communem rectum ac nusquā inclinātem coniunxisset,qui velut fornicis summitas quædā esset futurus? Atq; ēt productionū oīum magnitudo, quas acanthā constituere diximus, in oībus spōdylis est inæqualis,id quoque natura admirabili quadā prouidentia fabricante.Neque enim,quibus locis pars quædā princeps situm eundem cum medulla habebat,in ijs cōsentaneum erat nullam ipsarum magnitudinis habere rationem: neq;,in quibus medulla erat sola, in ijs pręlongas efficere erat ęquū: sed ne à paruis quidem spondylis acanthā producere longā,neq; à magnis breuē.Merito igitur,cum in thorace cor esset locatū, magna q; arteria spinę incūberet,natura longissimas ibi fecit productiones, quæ acanthan constituunt: in alijs vero partibus omnibus breuissimas. Porrò alię, spinæ,partes sunt, lumbus, os sacrum, & collum: quarum lumbus quidem & collum ex vtraque parte thoracis spondylorum sunt: sacrum vero os est,quod tum maximum est tum infernū, quod etiā velut fundamentum quoddam spondylorum compagini naturam subiecisse memorabamus. In lumbis quidē,spondylorū moles est memorabilis,ac parte interna vena caua ac magna arteria eis incubant: ad os vero magnum moles corporis est memorabilior,verum instrumentum nullum princeps ei subiacet. Merito igitur secundum thoracis spondylos,quæ in lumbo retro sunt

productiones,

A productiones maximæ factæ fuerũt: qui vero in collo sunt spõdyli, cum oĩum essent tenuissimi, longas simul ac tutas productiones habere nõ potuerunt, rũperẽtur enim facile hæ ꝑpter tenuitatem. Recte igitur dictũ paulo ante à nobis fuit naturam in molẽ spondylorũ intuitam, atq; instrumentorum spinæ incũbentium discrimen, inæquales ipsorum in spina fecisse productiones.

Ratio multorum Problematum, quæ ad Vertebras, & partes dorsi spectant. CAP. 16.

NOn igitur amplius, opinor, dubitabimus, quid sit, cur duodecim omnibus dorsi spondylis productiones omnes non sint æquales. Nã, etiam si omnes potissimũ sint in thorace, non tamen ij sunt prope cor, qui sunt infra ad diaphragma, sed iam lõgius absunt, queadmodum qui sunt in lumbis. Neq; etiam causam ignorabimus, cur diximus partes maximas spinæ totius esse quatuor. "Cum enim thorax sit medius, eum q; vtrinq; circũstent, supra quidem collum, infra vero lumbus: communiter autem, quæ singulatim diximus omnia, os latum fulciat: quatuor maximæ partes spinę totius necessario conficiuntur. Cur autem pars alia ex septem spõdylis, alia ex duodecim, alia ex quinq;, reliqua autem ex partibus quatuor (horum enim vsum quoque dicere sum professus) postea audies, vbi primùm sermonem hũc totum absoluero. Cur vero nouem q; dem omnino in lumbi spõdylis sint productiones, vndecim autem in colli †{spondylis quinque B inferioribus: septẽ vero in duobus primis: sicuti sanè septẽ in oĩbus thoracis spondylis:} id consecutione quadam ad prædicta nobis est exponendum. Queadmodũ certe productio cuiusq; spõdyli parte posteriore, quæ acanthan efficit, propugnaculi vsum præstare ostendebatur, ita & aliæ productiones transuersę spõdylis, sunt duæ, quę simul quidẽ lateralibus ipsorũ partibus simile ꝑbent præsidium, simul autem velut sedes quędam sunt musculis spinæ internis atq; externis subditę: his enim omnibus incumbunt vnà cum arterijs venis ac neruis, quæ partim ad ipsos partim per ipsos feruntur. Est porrò & alia quoque tertia earum spondylis thoracis vtilitas, ad costarum videlicet dearticulationem, quæ maxime ad respirationis actionem est necessaria: sed de hac quidem fusius seorsim scripsimus. Prędictarum vero productionum fines, quo modo & achantæ totius, ad mediam spinam sunt conuersi, ꝗ (vt opinor) spondyli omnes ad eum locum inclinent ꝑpter causam, quam supra diximus. Cur autem crassæ sunt laterales spõdylorum thoracis productiones, tenues autem in spondylis lumbi & ossis magni, in colli vero spondylis crassę & bifidę? an ꝗ, in thorace cum costæ non solum eis essent inarticulatæ, verũ etiam per totum incumberẽt, ob id consentaneum fuit firmas ac stabiles in eo facere productiones: lumbi vero & ossis magni productionibus cum vasa solum ac musculi incumberẽt, nihil robore erat opus? Quæ vero sunt C in collo, meritissimo extiterũt †bifidæ: ac finium alter quidem is q; maior, ad aliorum portionem deorsum: alter vero ac minor, sursum spectat. Ceterum is solis ipsis ex abundanti accessit, ꝗ productionẽ posteriorẽ omnium minimam habuerunt, vt paulo ante diximus: quanquam spinalis medulla ea parte plurimum polleat, demonstrauimus enim partes ipsius primas alijs esse principaliores. Ob eam causam crassas simul trãsuersas productiones ipsis fecit, ac bifidas, vt quod securitatis propter acanthæ breuitatem, illius loci spondylis deerat, id ex transuersis cõpensetur. Hactenus quidẽ omnia, quæ ad spinam pertinent, iuste habere videntur. Hinc vero considerandum diligentius atque attendendũ ijs, quæ de alijs omnibus productionibus dicentur, atq; etiam dearticulationibus, quæ in ipsis insunt. Cum enim spondylos oporteret simul quidem spinã efficere velut vnum corpus stabile ac firmum, simul autem ad motũ expeditũ, naturã ob id par est admirari, q̃ artificiosissime ad vtrunque vsum, tametsi contrariũ, spinã rite cõpararit. Nam spondyli omnes, pręter duos primos, partibus quidem anterioribus tuto inter se colligati, posteriore vero dearticulati, firmitatẽ quidẽ in posterioribus figuris propter anteriorẽ harmoniã ac compagẽ sunt adepti: ad motum autem non sunt impediti, ꝗ nõ coaluerint, & parte posteriore articulis nõ mediocribus sint distincti. Ob eã sanè causam antorsum quidẽ plurimũ flecti possumus, retrorsum D vero nõ item: perrumpes enim, si vim feceris, vinculũ anterius, quod ita exacte ipsos inter sese cõiungit, vt credas ipsos coaluisse, laxamentum q; indulget exiguum in spinæ posteriora reclinantibus: fieri enim non poterat, vt simul quidem forte esset, simul autem multum extenderetur. Quãquam id quoq;, quoad licuit, mirabiliter à natura fuit comparatum: mucosum enim ligamẽtum hoc (sic enim Hippocrates appellauit) effecit: verum de tota illius substantia in sequentibus tractabimus. Spinã vero cũ ne similiter quidẽ in partes vtrasque flecti esset melius (infirma enim sic ac laxa penitus esset) oportuit naturam eligere id, quod erat vtilius. Potes hic quoque vsum cõsiderare, ꝗ ad omnes vitę hominis actiones melius erat spinam antorsum flecti, quod etiam vasis parte anteriore spinæ incumbentibus, magnę scilicet arteriæ, ac venæ cauę, longe minus erat molestum: rupta enim fuissent, si extensa plurimũ ac refracta, dum spinam totam retrorsum flecteremus, fuissent. Iure igitur, cum eã parte anteriore spondylis constrictam exacte esse oporteret, dearticulationes parte posteriore extiterunt. Iam librum hunc quoq; finiam. Cum enim ad totam spinam explicandam supersint adhuc quàm plurima, quę in hoc libro dici omnia nequeant (in immensam enim prolixitatem liber incideret) satius mihi visum fuit, quę restãt, omnia proximo libro reseruare, pręsertim cum ea commode diuidi possint, vt pars eorum in hoc libro recte scripta esse videatur, pars autem in proximum librum rejci queat.

A.l.1.f.1.d.5. fe.1.c.2.12.c

† Hæc in multis impressis desiderabantur.

† In antiquis legitur [illegible] *i. bifidæ simul et crassa.*

lib. de Artic. com.3.t.30.7ª. 271.d

Galeni

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBER TERTIVSDECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

De reliquis, quæ ad dorsum pertinent, ac de scapulis tractatur.

De Dearticulatione Vertebrarum ad partem dorsi posteriorem. CAP. I.

CVm autẽ spõdylorum locus posterior in tres partes diuidatur, primã, quæ exacte posterior est, quo loco est acantha seu spina: duas, q̃ vtraq; huius parte sunt, quas productionum trãsuersarũ radices terminãt: ꝙ ea parte, q̃ omnino est media, non modo nõ præstiterat, sed ne licebat quidẽ, ipsarum dearticulationes efficere, cũ ea ab acantha iam esset occupata, arbitror id omnibus esse perspicuum. Ex duobus vero locis, qui relinquuntur, si in altero F ipsorum spondyli inter sese fuissent dearticulati, in alio autem tuto connexi, primum quidem natura suę ęquitatis fuisset oblita, quæ locis similibus inæqualia tribuisset: tum autem & spinam ipsam totam in partem alteram propensam effecisset: postremo motuum, qui ipsi insunt, partem alteram necessario impediisset ac vitiasset. Neq; enim in vtranq; partem circumagere ipsam itidem possemus, cum parte altera claudicaret: nutantibus autem spondylis pars spinæ, quæ non dearticulatur, sequi dearticulatam non posset, illius'q; motum offenderet: quo fieret, vt non dimidia modo pars, sed paulo minus actio tota periret. Hos quidem vsus ex spondylis omnibus vtroq; posteriore loco inter se dearticulatis percipimus.

De Productionibus Vertebrarum. CAP. 2.

CAusa "vero, cur alijs quidẽ ꝓductiones ꝑlongę extiterint ac duplices, alijs autẽ simplices ac breues, ad magnitudinẽ ipsorum inęqualem est referenda: nã, quod duplex est ac ꝑlongũ, id tum ad securitatẽ simul, tũ ad motus constantiã, est anteponendũ: simplex aũt articulus ac breuis, præterq̃ ꝙ facile elabitur, motũ habet inchoatũ ac mãcũ. Et quidẽ, si spondyli oẽs tuto potuissent duplicibus simul ac ꝑlongis ꝓductionibus cõstrui, haudquaquã id nobis natura inuidisset: verũ fieri nõ poterat, vt spõdylorum tenuium simul ac exiguorũ duplices simul ac ꝑlongæ, ac tu G tæ aduersus iniurias, fierẽt ꝓductiones: nã cum graciles eo modo ac angustę, vt & ipsi spondyli, esse deberẽt, contererentur facile ac rũperẽtur. Cũ igitur ipsorũ quisq; ijs, qui vtraq; parte sunt, superna scilicet atq; inferna, sit cõiunctus, merito duę quidẽ accliues, totidẽ aũt decliues, ꝓductiões extiterunt. At ipsę qdẽ oĩum spondylorum sunt cõmunes: ex abũdanti aũt velut cumulus, vt diximus, magnis spõdylis alię duę sunt decliues. Cũ enim ex decliuibus ꝓductionibus accliuibus inuectis spondyli dearticularentur, ad securitatẽ maiorem natura alterã decliuium totã dearticulationi subiecit, ligamentũ q; validum ex ipsius fine productũ, sub accliuẽ totã submisit, ne, si forte motu aliquo vehementi aĩal agitaretur, articulus sede sua excideret. Verũ, si prædictis tribus ꝓductionibus (quarum vna est omniũ maxima, quæ acanthan constituit, ac duæ transuersę) duas quidem accliues, quatuor aũt decliues adiũxeris, nouem omnino ipsas reperies: quot sanè & quales in lumbi spondylis inesse mox cernũtur, quẽadmodum in collo "vndecim pręter mediã illam anteriorẽ, magnã, decliuẽ: hęc enim corpus ipsum spondylorum est. Verũ insignes ipsorũ productiones sunt, tum illa quæ acanthan efficit: tum transuersarũ vtraq;, quę (vt prius dictũ est) etiã est bifida: tum quatuor, quę articulis sunt dicatę: ex abũdãti vero duę alię accedunt, superioribus ipsorum finibus vtraq; parte subiectę, quę cauitatem, spondylorum decliuium corpus excipien- H tem adaugent: quas solum si inspexeris, repente ipsarum vsum perspicue intelliges. Causam autem, cur oblõgi parte inferna colli spõdyli extiterint, paulo post afferemus, vbi sermonem hunc, qui nunc est in manibus, absoluerimus. Porrò dorsi spondylis singulis productiones septẽ extiterunt, tametsi non oẽs formam habent similem: ꝙ spondyli eius nouem superni posteriorẽ productionem habeant maximam, vt supra fuit cõprehensum: trãsuersas vero crassissimas: tum accliues ac decliues, ijs, quę collo insunt, similes, id est breues simul ac latas. Decimus aũt, qui hos sequitur, cętera quidem est similis, nõ tñ posteriorem productionem habet alijs cõsimilem, longã decliuem & tenuem: neq; etiam ipsas quatuor, per quas cũ alijs vtrinq; spondylis dearticulatur, habet similes, sed supernę quidẽ duę prelocatorũ nouẽ spondylorũ ꝓductionibus accliuibus, reliquę vero duę decliues reliquis decliuibus, sunt similes. Huic enim soli spondylorum omnium id est eximium, quod vtraq; dearticulatione propinquo sibi spondylo vtriq; inuehitur: reliquis vero omnibus, qui sub hoc decimo sunt locati, id inest, vt accliues quidẽ productiones sint cõuexę, decliues vero, sint deuexæ: ob id deuexis quidem, subiectis spondylis inuehuntur, accliuibus autem superiores excipiunt. Qui vero supra hunc in dorso sunt ac collo, hi oẽs recipiunt simul ac decliuibus productionibus ambiunt accliues, q̃ sensim fiunt deuexæ. At, qui in dorso est decimus,

A.l. 1. f. 1. d. 5 fu. 1. c. 8. 12. f. g

A. ibidem.

*Al. ὑποτεταγμένων id est sublocatis, quod idem esse videtur.

A mus, solus omnium spondylorum (vt diximus) vtriusq; productionis fines mediocriter deuexos adeptus inuehitur adiacentibus, in cauitates quasdam superciliosas desinentibus. Qui vero huic sunt proximi duo spondyli, productiones eas, quæ acanthan constituunt: pariter aūt & accliues ac decliues, quibus mutuo dearticulantur, lumbi spondylis habent similes. Quin & postremi hi duo dorsi spondyli, productiones duas reliquas decliues ex partibus infernis ad tutandos articulos submissas (à quibus diximus ligamenta quædam valida enasci) atq; ab alijs seiunctas habent: verūtamen soli hi spondylorum omnium obliquas vtrinq; (quas antea trāsuersas appellauimus) non habent. Quæ igitur causa dissimilitudinis horum sit, dicendū deinceps fuerit: frustra enim natura nil facit. Medium totius spinæ spondylum, qui in acanthan rotūdam quasi fornicem solum desinit, ostendimus rectam ac nusquam inclinātem merito habere posteriorem productionem: verum medius hic, omnino est ille dorsi decimus. Natura enim hic quoq; totam spinam in partes omnino æquales diuisit, mole spondylorū æstimata, nō numero: multo enim plures sunt superiores: verum inferiores corporis mole tanto illis sunt maiores, quantum numero ab ijsdem vincuntur. Mirari q; ipsam conuenit vt æquissimam, vt quæ, nō quod prima statim facie apparet æquabile, sed quod re vera est eiusmodi, elegerit. Merito igitur spōdylus iste, quemadmodū situ

B preter cæteros habuit eximium, & cum eo productionem posteriorem, ita & dearticulationes. Vt enim tota spina æqualiter flecteretur, hūc certe spōdylum medium immotum esse oportuit: reliquos vero omnes mutuo à se digredi & à medio, id q; sensim, superiores quidē sursum, deorsum autem inferiores. Ad quem sanè motū iam inde ab initio natura dearticulationes adaptans, superioribus quidem ipso medio productiones effecit, deuexas quidem accliues, cauas vero sensim decliues: inferioribus autem contra, cauas quidem fecit accliues, deuexas autem decliues. Cum enim (vt antea ostēdimus) ex parū obliquis motibus spina rectos sit adepta: qui vero motus sunt ita parum obliqui, hoc habeant, vt perfici possint, cum cauitates vtroq; circū stabiles deuexitates circumferuntur, iure optimo medium quidem spondylum vtraq; dearticulatione fecit immobilem: reliquos vero omnes, infernos quidem infernis dearticulationibus, supernos autē supernis. Oportebat enim vtiq; cum spinam curuaremus, infernos quidē ad partes infernas cedere, superiores vero sursum tendere: quin &, cum sursum spectamus atq; erigimur, spondylos motum prædicto contrarium habere oportebat, supernos scilicet deorsum, infernos autem sursum. Porrò figuræ vtriusq; terminus est, vt, cum flectimur, spondyli, q̄ possunt lōgissime, mutuo à se digrediantur, perinde, ac si longior tunc spina esse deberet: cum vero erigimur, cōtra, vt cun

C ctì coeant ad medium spondylum accedentes, ac si spinam totam tunc breuiorem esse oporteret. Quòd vero cauitates, quę circum ossium inter se dearticulatorum deuexitates vtroq; vertuntur, ad motus obliquos sint aptissimę, si memoria tenes radij motum atq; dearticulationem, quam habet cum brachio: aut carpi cum tenui cubiti processu, quē non nulli à columnæ figura, στυλοειδῆ nominant, tertio ad vim intelligendi non amplius, opinor, tibi opus erit exēplo. Quòd, si opus fuerit, redi in memoriam articulationis nauiformis cum astragalo, & astragali cum tarso, quo modo in his omnibus motus obliqui fiant, cum cauitates vtroq; circum deuexitates manentes immotas feruntur. Cum enim cauitas vna circū vnam eminentiā vertitur, solos motus obliquos ad latera efficit: quod aūt ex duobus obliquis, si positi simul fuerint parum à motu medio partem vtroq; circūagentes, est compositum, sæpe iam demonstrauimus rectum vnum necessario effici, si vtriq; agant. Quin &, ꝙ in spina satius erat ex obliquis rectos efficere, id quoq; demonstratum ante fuit. Quorum omnium si recordaris, arbitror te naturæ artem ac compositionem optimam magnopere admirari, quę spondylis inuenit motum aptissimū, ac productionū multitudinem ac magnitudinem, & (vt summatim dicam) omnia tum inter se, tū spinæ vsibus omnibus, cōsentientia. Etenim reliqui duo dorsi spondyli, alijs omnibus subiecti, non iniuria pro transuer-

D sis productionibus decliues articulis subditas habuerunt: quorum alter quidem vltimam costarum notharum habet sibi incūbentem, quæ breuis admodū est ac tenuis, obscureq; ac parum mouetur: alter vero phrenῶn habet epiphysin. Nō igitur ipsis opus fuit, quo modo & alijs thoracis spōdylis, productionibus trāsuersis, validis, affirmatis simul ac tuto cum partibus, quę illic sunt, ossium costarū dearticulatis: sed pro ijs decliues habuerūt proximis lumbi spondylis adsimiles.

Cur prima Colli Vertebra caruit posteriori productione: ac de Foraminibus, magnitudine & ordine Vertebrarum. CAP. 3.

Al. 1. f. 1. d. 5. seu. 1. c. 8. 11. h

NVm igitur in his omnibus natura omnino fuit iusta, soli autē primo colli spondylo posteriorem productionem preter ęquum inuidit: an id quoq; melius fuit sic cōparari? Spero te (si modo memoria tenes ea, quæ proximo libro scripsimus) prolixiorem demonstrationē non postulaturū. Docuimus enim in eo libro musculos rectos ac breues, qui caput totū erigunt, oēm ipsius occupare articulationē. Cōuenièter igit̄ hac pte primus spōdylus nullā habuit ꝓductionē, cum iā ipsam musculi occupassent. Neq; enim par erat animalia, huiusmodi motu priuare: neq;, cū ipse seruaretur, acutus ossiū ꝓcessus musculis submitti poterat, nō modo enim ipsos sedes sua pelleret, verūetiam motui ipsorū morā afferret contundens ipsos, ac pungens, vulnerās, modisq; omnibus violans: quæ sanè causę fuerūt, cur primo spōdylo posterior processus fuit ademptus,

Porrò

Porrò, attendas animum maxime, velim, huiusmodi naturæ operibus, in quibus ipsa à simili cõ E structione instrumentorum similium digrediens, non temere à similitudine diuertit, neq; pro ea quiduis eligit, sed quod operibus suis erat dũtaxat conueniens. Neque enim decimus dorsi spondylus solus omnium spõdylorum temere ac fortuito rectam habet posteriorem productionem, quamuis alij singuli deuexam: neq; reliqui duo, qui post ipsum sunt, frustra transuersis caruerũt, quemadmodum neque, qui in collo est primus, posteriore: sed omnia hæc natura videtur ob id esse secuta, ꝙ ita comparasse præstiterat. Quemadmodum certe & soli primo spondylo obliqua foramina, per quę nerui à spinali medulla excidunt, non quo modo alijs omnibus colli spõdylis, insculpsit. Alijs siquidẽ omnibus, quà sibi inter se coniunguntur, ad latera foramen inest semicir culo simile, oblongum, intro vsq; ad spinalẽ medullam penetrãs, vt ex ambobus locus vnus fiat tam latus, q̃ crassus est is neruus, qui per ipsum est præteriturus: primus vero spondylus neq; in suis partibus, quibus cum secundo dearticulatur: ac multo minus in superioribus, quibus cum ca pite etiam dearticulatur, foramen vllum habuit eiusmodi, sapienter hic quoq; arte ea, quæ anima lia conformat, prouidente simul ac in neruis omnibus, qui à spinali medulla proficiscũtur, noxã declinante, quæ tum neruos ipsos tum spondylos etiam, si aliunde emergerẽt, manebat. Licet igi tur hic quoque, vbi foramina fueris conspicatus, reputare, quo pacto spondylis ex vsu magis fuit F hic solum esse perforatis, neruis autem id ipsum fuit tutissimum. Nam foramina hęc, ac nerui, qui per ipsa emergunt, sub productionum accliuium ac decliuiũ radicibus sita, vndiq; muniuntur, vt collocari alibi melius non potuerint: ad posteriores nanq; productiones ipsos relegari non erat tutum, tum ꝙ nullum illic haberent munimẽtum, tum etiam ꝙ prius, quàm ad partes anteriores peruenirent, longum eis iter esset emetiendum: quòd, si antorsum magis, q̃ nũc sunt, essent trans positi, & spondylos ipsos læderent foraminibus tunc profundis excauatos, & ipsorum ligamentum imbecillius efficerent, atq; instrumentis, quæ illic spinæ incumbunt, incõmodarent. Quorũ nullum erat aspernãdum, neque dignum quod à sapiente Opifice negligeretur. Nam siquis ner uus partibus anterioribus ob viæ periculum esset offensus, id animali fraudi esset, siquidẽ ipsum sensus ac motus particeps erat futurũ: quòd, si spondyli, qua parte ipsi sunt crassissimi ac sibi ipsi mutuo incumbũt, ea essent pertusi, securitas compositionis ipsorum necessario lęsa nõ nihil fuisset, non aliter, quàm si parietem crebris ac latis foraminibus perforatis: ligamentum vero, quod eos connectit, quod (vt ante diximus & postea dicemus) fortius esse oportebat, inualidius omni no redderetur, neq; amplius totum sibi ipsi continuaretur, sed multis locis plerunq; velut diuide retur ac eroderetur, quemadmodum si quid eiusmodi ipsi nunc quoq; accidat. Porrò, quæ parte G anteriore spondylis incumbunt, in dorso quidem venæ quædam sunt, quę thoracem nutriunt, ac maxima omnium arteria & stomachus: in lumbi vero spondylis incubãt tum memoratę arteriæ pars inferior, tum venæ cauæ loci illius portio, ac musculi maximi, quos ψόας nominant: in colli autem spondylis sunt musculi caput inclinantes, ac stomachi pars superior. Quę partes omnes (à quibus partem spinæ anteriorem diximus esse occupatam) haudquaquam constitui alibi melius poterant. Recte igitur natura medium pręteriens, vbi primum ipsorum spondylorum latera de sinunt, illinc à spinali medulla neruos produxit, tum nequid ipsa afficeretur, tum ne spinę cõpositio redderetur imbecillior, tum etiam ne ligamentorum cõtinuatio intercideretur, aut ne, si per longum ac periculosum iter nerui ferrentur, pati aliquid periclitarentur: quo loco vero ipsi nunc sunt siti, is vndiq; planè est tutus, productiones accliues ac decliues quasi vallum quoddam oppo nẽs. In lumbo aũt (ab eo enim nobis est auspicandum, ꝙ ipse, maximos cũ haberet spõdylos, cõ memorabiles etiam habuit productiones) si alterã productionum decliuium accuratius conside raris (quam antea diximus, ꝙ in ligamẽtum forte desineret, vtilitatem nõ mediocrem productiõi bus accliuibus articulationes efficiẽtibus afferre) nõ ad eũ dũtaxat vsum reperies vtilem, sed mul to etiam magis primæ nerui productionis gratia comparatã: post neruum enim exporrecta, mu- H rus re vera est ac propugnaculum aduersus ea, quæ illi quoquo modo incidunt, prima omniũ excipiens ac propulsans: &, si vulnera excipere, aut cõteri, aut quouis alio modo affici sit necesse, ea omnia in sese recipiens potius, q̃ neruus afficiatur. Hanc igitur productionem in lumbi spondylis videas magnam (ꝙ ipsi sunt maximi) & duobus postremis thoracis similem: in alijs vero decẽ spondylis eandem vtilitatem neruis præstãt productiones laterales, quibus costarum ossa inuehuntur atq; dearticulantur: qui cum sint inferioribus minores, atque productionẽ hanc memora bilẽ habere eos esset necesse, nullus q; amplius locus decliui productioni relinquerẽt, coacta fuit natura eo, quod propter alium quendam vsum paratum fuerat, ad aliud simul vti Et quidem cer te magnus hic locus erat ac munitus, situs q; erat ad neruum tutandũ opportunissime. Reliqui vero colli spõdyli, neruorum productiones habẽt à transuersis productionibus (quas bifidas esse diximus) tectas ac bene stipatas: nam omnibus his præter primum spõdylum in vtroque late rali ipsorum fine, neruorum productiones extiterunt. In collo quidem vtrique spõdyli, qui inter se sunt coniuncti atque ęquales (vt docuimus antea,) ad foraminis, quod neruũ deducit, generationem, quoad maxime licet, conferunt: in lumbi verò totius spondylis neruus inuehitur fermè oræ vltimæ superioris spondyli, ꝙ illinc quidem productio ipsum muniens emergat. Præterea,

cum

A cum ſpondyli ipſius ſint magni, alter ipſorũ ſolus neruo loci ſatis præbere poteſt: at in collo, ſpõdylorum paruitas ſola neruo viam prębere non poterat. Ob id certe ipſum, ad finem cuiuſq; natura, velut ſemicirculum quendã exculpſit, cum nollet ſpondylos ipſos perforare propterea, ꝙ, ſi id feciſſet, oſtendiſſet, q̃ ſint tenues, eos q; imbecilliſſimos effeciſſet. Ob eã certe cauſam ipſorum corpora alia alijs mutuo inſidentia, prælonga quidẽ infra, caua vero partibus ſupernis fecit, quo ſubiectorum ſpondylorum accliues ꝓductiones, quæ & cauitatem ipſorum generant, & finẽ ſuperioris prælõgum cõplectuntur, nõ nihil etiam ad cõmunis foraminis generationẽ conferant: parte enim horum externa eſt ipſe velut ſemicirculus, & poſt ipſum ſunt ſpondylorum articuli, medius autem inter vtrunq; neruus emergit, ſimul quidẽ ab omnibus circunfuſis eminẽtijs munitus, ſimul autem ex vtroq; ſpondylo exiguum quidpiam exculpens. Quę ſculptura haudquaquam tibi appareat, ſi ſpondylos à ſeſe omnino diduxeris ac ſeparaveris, ſed dixeris ipſam ſecutam neceſſario vtriuſq; productiones: tantam natura diſpatheiæ habuit rationem cum aliorum omnium ſpondylorum, tum vero eorum, qui collo inſunt, ꝙ ipſi eſſent minimi: & omnia effecit, ne ipſorum corpora perforaret, ne ve imbecilles ipſos efficeret, aut omnino ſpinæ compoſitionem, quòd ipſa eſſet velut animalis totius, compaginis carina quædam, ac veluti fundamentum.

B Quod vero ad lumbi ſpondylos attinet, admonuimus ante, videre nos aperte poſſe, neruum lateribus partium infernarum inuehi. In dorſi vero ſpondylis inuehitur quidem hic quoque fini superni ſpondyli euidenter, non tamen ſimiliter, ſed vt etiam ſpondylum infernum attingere videatur. In colli autem ſpondylis, ꝙ ipſi omnium eſſent minimi, vterq; ſpõdylus æqualem portionem ad viam nerui contulit, cum natura cauitatem quandam inter vtriuſq; productiones effecerit obſcure adeo, vt nulla ipſorum pars exculpta eſſe videatur, ſed neceſſario id ſecuta. Num igitur ſolas prædictorum foraminum generationes natura ſpectans, prȩlonga quidem inferne, caua vero ſuperne corpora colli duntaxat ſpondylorum effecit: an & aliud quidpiam vtilius prouidit? Ac cur tandem alios omnes ſpondylos in planum, læuem, atq; vndiq; æqualẽ, omnino q; ſolidum circulum terminauit, ea q; parte ipſos inter ſe connexuit, ſolorum autem colli ſpondylorũ non eandem fecit ſyntaxin? quia, cum ſpondyli ſinguli primum conſtructionis ſcopum haberẽt duplicem, ſedem ſcilicet tutam ſpinæ totius, ꝙ ea eſſet velut carina quædam ac fundamentum: ac motum, cum animalis eſſent partes aliorum quidem omnium, qui ſunt ſub collo, ſpondylorum vſus in ſecuritate eſt maior, ſuperiorũ vero in motione. Nã, ſi animo reputaris, quòd ad plures actiones neceſſe eſt, collum varie celeriter ac multum, nunc inclinemus, nunc attollamus, atque

A.l. 1. f. 1. d. 5. ſu. 1. c. 7. 12. e

C ad latera circũagamus, q̃ totam ſpinam moueamus, naturã (vt ego arbitror) laudabis, quę vtrique ſpinæ parti, quod ex vſu erat, elegerit, collo quidem motionẽ, reliquæ vero ſpinæ ſedem. At neq; inferni ſpondyli alij incumbere alijs tuto poterãt, ſine lata baſi ac forti vinculo: neq; superni moueri facile poterant, ſine longo proceſſu aut laxo ligamento, quandoquidẽ (vt ante oſtendimus) articuli omnes, qui varie mouentur, in capita rotunda deſinunt. Et quidem, ſi natura nullã prorſus ſedis ſecuræ ſpondylorum colli habuiſſet rationem, ſed ipſos dũtaxat ad motus velocitatem, vt brachium & femur, comparaſſet, in capita rotunda, vt hos artus, terminaſſet: at vero ſecundæ ipſorum vtilitatis nõ fuit oblita, ſed ob id eos fecit longos eouſq;, quantum ipſi poſtulabant, non modo ad motum facilem, verũetiam tutum. Sumit autem ad ſecuritatem & alia nõ contẽnenda, quorũ alia quidem ſpondylis oĩbus ſunt cõia, alia aũt eximia ſolis q; colli ſpondylis peculiaria.

De Ligamentis, Muſculis, ac Neruis vertebrarum. CAP. 4.

NAm ligamenta omnia, quæ ipſis vndiq; ſunt circundata, quę q; in productionibus lateralibus inſunt ac multo magis in poſterioribus, communia ſunt omnibus ſpondylis: muſculorum vero, qui illic ſunt, robur ac copia & magnitudo, eximia ac propria colli ſpondylorũ ſunt. Qui cum ſint exigui, multi tamẽ ac magni & fortes muſculi ſunt circũfuſi: Atque etiã fines ipſo

D rum laterales, qui cauitatem omnem ſupernam efficiunt, ſupernorum ſpondylorum eminẽtias, quæ cauitates has ingrediuntur, conſtringunt. Quorum omnium beneficio fit, vt, quanquã omnium maxime laxam habeant compoſitionẽ, alijs tamen ſpõdylis nihilo minus ſint tuti. Sic igitur natura cum alia omnia, quæ ad ſpondylos totius ſpinæ pertinent, tuto exornauit, tum autem neruorum productiones, quo modo maxime conueniebat, effecit. In primo aũt ſpondylo, qui (ſi ipſius dearticulationum, quas libro ſuperiore expoſuimus, meminimus) multum ab alijs diſcrepat, neque ex partibus ſupernis, quibus cũ capite eſt dearticulatus, neque ex infernis, quibus ſecũdo ſpõdylo inuehitur: neq; ex lateralibus, quo modo in alijs, tutũ erat neruũ ꝓducere: motus.n. ipſius eſt vehemens, poſitionẽ q; multum variat, vt qui aliàs quidem ad vnguem amplectatur aut capitis eminẽtias aut ſecundi ſpondyli deuexitates, aliàs aũt ab illis diſcedat plurimum. Si igitur in ipſis dearticulationibus neruus eſſet locatus, periculũ eſſet, ne ipſe contunderetur quidem, dũ omnino cum ipſis coiret, aut diuelleretur, cum plurimũ diducerentur: adde, ꝙ neque ſpondylus ipſe exculpi poterat, cum ibi eſſet tenuis. Quare, cũ neque ex lateribus, quo modo in alijs, neque qua capitis corώne ſecundum ſpondylum ambit, nerui tuto produci poſſent, vbi primus ſpondylus eſt craſſiſſimus, ibi natura ipſum prope ſupernas dearticulationes foraminibus tenuiſſimis pertudit, quibus oĩbus rebus potuit, patiẽdi difficultatem tum ipſi ſpondylo tũ neruo cõparans.

Nam ad

Nam,ad neruũ quod attinet,nemo est qui dubitet,quin natura tutius fuisset collocatura, si ab ar- E ticulis ipsum abduxisset. Nec de spondylo etiam dubitabit, quin & ipse extra omnẽ teli iactum sit cõstitutus,ꝙ,qua parte est crassissimus,ea foraminibus quàm tenuissimis sit perforatus. Quare,siquis alia,quæ spondylis omnibus bona toto sermone inesse diximus,non prouidẽtia quadã & arte,sed fortuna quadam accidisse dixerit, id(opinor)adijcere nõ audebit, ꝙ primi spondyli foramina fortuito extiterunt. Apparet enim perspicue,tum ꝙ non pręstiterat ab vtroque ipsius fine neruos quosuis producere,ob id q̃3 fuisse pertusum: tum ꝙ periculum esset tenuem spondylũ perforari, idcirco q̃3 angustissima ipsa habuisse, atque ijs partibus,quibus ipse potissimũ erat crassissimus. Atqui crassities ea maxima in eis partibus primi spondyli à natura fuit comparata,non ociose neq3 temere,sed primum,vt ibi tuto perforaretur: deinde vt parte inferna,secundi spondyli deuexitates,superna vero capitis eminentias exciperet: qua enim spondyli ipsius partes maxime erant laboraturæ,has præter cæteras satius fuit fortes efficere.

De Coniugationibus neruorum Vertebrarum,ac de eorum in Septum transuersum distributione. C A P. 5.

NVm igitur hæc quidem omnia recte à natura facta fuerunt,vtrunque vero neruorum excidentium,in quas non oportuit,partes distribuit? an in eo etiã admirari eam conuenit, quę vtrunq3 in musculos primo spondylo incumbentes atq3 adiacentes distribuit? cum enim moueri F ipsos oporteret,consentaneum fuit ex propinquis spinali medullæ partibus neruum recipere. Quid "reliquos omnes musculo,qui collo sunt circunfusi,caput q̃3 mouẽt,non ne ipsos quoq3 satius fuit illinc alicunde ex spinali medulla colli,neruorum principia sumere? Cũ enim prima cõiugatio sit tenuis,ob id q̃3 ex ipsa portio capiti distribui nequeat,ex secũda cõiugatione id efficit: ac per supernos musculos neruus vterq3 perlabitur,obliquus quidem primum in partẽ posteriorem ac superiorẽ,obliquus aũt rursus post hęc prorsum ac sursum progressus,in caput totũ demũ dispergitur,tum ad partes ad aures attinentes,tũ ad posteriores,vsq3 ad verticẽ ac ossis bregmatis initiũ: de quibus postea tractabimus,dum de neruis libro decimosexto agemus. Quod vero neruorum secundę coniugationis infra supererat,in propinquos oẽs musculos est distributũ,à q̃bus primorum spõdylorum motus tum inter sese tum cum capite fiunt. Emergunt aũt hi nerui non ex lateralibus foraminibus,vt in tertia ac quarta coniugatione,neq3 ex ipso perforato secũdo spõdylo,quo modo est primus: nam ex lateralibus non poterat propter causam,quam in primo attulimus: a nulla vero eius parte alia emergere poterat, ꝙ ipsi primus spondylus esset circũdatus. Vbi igitur solum licuit,ibi natura locum quẽdam comparauit in vtraq3 scilicet acanthæ parte inter primum ac secũdum spondylum,per quem secunda neruorũ coniugatio egreditur,quæ nihil G ab ipsorũ motu læditur. Tertia "vero neruorum coniugatio,qui à spinali medulla oriuntur,ex cõmuni foramine secũdi & tertij spondyli emergit: musculis q̃3 buccas mouentibus,& illis,q collum totum cum capite toto retro erigũt,distribuitur. Pars vero ipsius,quæ prorsum fertur, vtriq3 coniugationi,secũdæ scilicet,cuius iam meminimus,& quartæ,de qua verba mox faciemus,permiscetur. Porrò distributionẽ exactam,quã in anterioribus colli partibus ipsarũ coniunctio habet,libro decimosexto explicabimus. In præsentia vero id modo intellexisse suffecerit,ꝙ tertia ac quarta cõiugatio neruos cõmunibus colli & capitis musculis suppeditat,ac præterea musculis buccas mouentibus,queadmodũ certe & partibus omnibus,quę sunt post aures. Quinta "vero cõiugatio,quæ prędictas quatuor sequitur,productionem habet,qua quartus spõdylus cũ quinto coniungitur: distribuitur aũt simul atq3 emersit, quomodo prędictę. Pars vero ipsius quædã retro per profundum fertur in cõmunes colli & capitis musculos: alia vero pars antorsum in musculos buccas mouentes,& caput inclinantes: alia aũt ac tertia,in medio prædictarum ipsius partium sursum versus scapulæ summitatem fertur,verum hæc quidem musculis eius loci ac cuti circũfusæ distribuitur,queadmodum à prædictis omnibus ad cutim aliquid peruenit. Ad radicẽ aũt neruorum pars quædam vtriq3 vicinarum coniugationum,sextæ scilicet & quartæ,miscetur: &, H qui neruus à quarta ad ipsam descẽdit tenuis,is manifesto cernitur parti eius permisceri, qua maximam portionem ex eius loci spondylis neruus diaphragmatis collectã habet,vtrinq3 vnus,qui sub membranas thoracem sepientes fertur. Sextę "vero post hãc coniugationis sub quinto spondylo excidentis mistio fit magna cum propinquis vtrisque,sed plurima eius pars ad sima scapularũ extenditur. Auget autem quodã modo partibus anterioribus & diaphragmatis neruũ,quemadmodum & alijs omnibus eius loci spondylis propagines quasdam exiguas immitti,quo modo & reliquę coniugationes neruorum,qui sunt in collo: quorum particularem omnem distributionẽ,accuratius dum seorsum de neruis agemus, explicabimus. In pręsenti vero summã tantũ ac caput cuiusq3 coniugationis statui exponere,cuiusmodi est,ꝙ scilicet septimę coniugationis,q̃ post sextũ spondylũ ex cõmuni ipsius & septimi spõdyli foramine oritur, magna fit cũ vtraq3 ꝓpinqua commistio,partemq3 sui maximam extendit in brachium: quemadmodũ certe & ab octaua coniugatione,quę à spinali medulla post septimũ spondylum exoritur, maxima pars in cubitũ peruenit,permista ẽt hac,ac contexta cũ vicinis coniugationibus: ita ab ea coniugatione, quæ post octauum spondylum præcedenti miscetur, pars non exigua ad manus extremas peruenit. Sunt autem nerui hi ad primum inter costas interuallum,minimum locum occupãtes,ꝙ primæ etiam

A.l. 1.f. 1.d.5. fu. 3.c. 3.11.d

A.ibidem.

A.ibidem.f

A.ibidem.

A etiam costę sunt minimæ. Ob id q; post septimum spondylum natura cœpit thoracem effingere (tametsi manus nō dum, quod satis esset, haberent) quòd ea coniugatione, quę est post octauum spondylum, ad vtraq; vti poterat, primum scilicet inter costas spatium & manum. Atq; etiam ad diaphragma mirabiliter admodum neruos ex spinali medulla colli, & ad musculos intercostales ex singulis propinquis spondylis deduxit. Differt enim diaphragma ab alijs omnibus musculis non figura modo, verū etiam situ & actione: rotunda enim est ipsius figura, situs vero obliquus, partibus q; anterioribus ac superioribus ad pectorale os pertingit, inde autem retro semper ac de orsum fertur, donec spinam contingat, cui etiam ad lumbum coalescit: caput autem, ad quod fibræ in musculis omnibus annectuntur, non (vt quis opinari possit) est ad pectorale os, quemadmodum neq; ad lumbum, sed in media totius diaphragmatis parte, quæ est neruosa. Proinde neruos, qui fibras illas mouerent, à loco quodam edito manare erat necesse, vt in omnem partem ex æquo actionem extenderent. Sic enim habente diaphragmate, vt nunc habet, necesse fuit caput musculi vel in medio eius locari, vel oppositis medio partibus, quæ scilicet integrum ipsi circulū circūscribunt, qua quoquouersus vicinis coalescit: verum, si, quò thoracem moueret, extitit, necesse fuit partes quidem ipsius extremas esse, per quas thoraci coalescit, caput autē illis omnibus
B esse oppositum, cum nullus alius locus esset aptior medio diaphragmate, in quod iugum hoc neruorum cernitur descendere. Quòd, si nerui ijs partibus diaphragmati insererentur, per quas thoraci coniungitur, finem vtiq; haberet in parte ipsius neruosissima ac media: at vero, non in finem musculorum, sed in ipsorum principia, nerui moturi inserantur, est necesse. Ob eā certe causam diaphragma solum partium earum, quæ sunt sub clauibus, neruos à spinali medulla colli recipit, aliarum vero inferiorum nulla: per longam enim viam eos ducere, cum ex vicinis immittere partibus liceat, Conditoris esset ignorantis, quid nam sit melius. Propter hanc igitur vtilitatem nerui sublimes ad diaphragma perueniunt, totum thoracem peruadentes. Porrò, ꝙ sublimes ipsos omnino ferri esset necesse, parti diaphragmatis sublimi inserendos, ob id natura membranis thoracem dispescentibus, quò ipsos in itinere tutos redderet, est vsa, extensi enim propter has ac adnati, continentur ab ipsis ac stabiliuntur.

De Neruis Thoracis, ac de magnitudine eius, & colli. CAP. 6.

QVin & thorax ipse cœpit post septimum spondylum compingi, postꝗ scilicet ad nullam præterea partem neq; inferiorem, neq; etiam colli aut manus, neruos mitti oportebat. Melius. n. fuit spinalem medullam thoracis, neruorū propagines ex propinquo omnibus,
C quę illic sunt, partibus suggerere: ob eamq; causam à neruis, qui singulis insunt spatijs intercostalibus, portio non exigua per musculos ad externa excidit, quæ ad radices costarum in instrumenta, quæ sunt ad spinam, dispergitur: post autem prope deuexa maxime singularum costarum in corpora thoraci circūfusa, veluti & prope pectorale os, partibus, quæ illic sunt, disseminatur. Iure igitur, cū, quæ quidem supra thoracem sunt oīa, ex propinqua spinali medulla colli, neruos recipere: quę vero thoraci insunt omnia, ea quoque ex spinali medulla propinqua, quæ est in dorso: vni vero inferiorum, diaphragmati. s. ex colli ipsius spinali medulla neruos immittere oporteret: omniaq; ex prędictis spōdylis propagines receperūt: hîc quidem collū desiit, post ipsum autem natura cœpit thoracem fabricari. Proinde non immerito homini & simiæ, atq; alijs aīalibus, quę non longe à natura horum absunt, collum ex septem spondylis est factū. Duos enim ex ipso vsus mōstrauimus, priorem quidē in nobis, propter laryngis constitutionem: alium vero in ijs animalibus, quę crura habent longa, qbus, cum cibum è terra sibi quærītent, manuū vice, colli longitudo inest: at de illis quidē nunc dicere non est institutum. Homini vero ac similibus collum ex septem spondylis iure est compactum, cum eiusmodi magnitudo laryngi conueniat, partes q; oēs (quas à spinali medulla colli neruos recipere pręstiterat) quod satis est, recipiant. Nam in cōmen-
D tarijs, quos de voce conscripsimus, monstrauimus larynga (qui primum est vocis instrumētum, necessariam q; in collo habet positionem) quo quidē tempore extēditur, longiorem, ꝗ ante, videri: cum vero summe flectitur, æquatur exacte sic, vt nullus relinquatur locus vacuus, neque vllis vtrinq; ossibus impingat, superne quidē maxillę, inferne vero claui. Cū igitur partes oēs corporis respondentem proportione habeant inter se magnitudinem, oportet vtiq; & thoracē habere magnitudinē alijs etiā, non sibi soli, conuenientē, si modo demonstratum recte fuit neq; respirationem neq; vocē posse sine eo fieri. Quin & cor ipsum primum, ac cū ipso pulmones, illius etiā præsidio indigere ostendimus. Quas ob causas necesse fuit naturā, dum thoracē fabricaretur, hos quatuor scopos sibi ꝑposuisse, vocem scilicet, respirationē, cordis ac pulmonis magnitudinem. Licet aūt tibi primum cōsiderare pulmonis magnitudinem, qui neq; maior neque minor asperę arteriæ sectione fieri poterat: quousq; enim ipsa diuisa progreditur, eatenus pulmonis carnem ei circūtexi oportet. Atqui illa latitudinē habuit ac longitudinē, quāta ad respirationē ac vocem sat erat, queadmodū res ipsa indicat. Sequebaī aūt arteriā pulmonis generatio, ac huius magnitudinem thoracis magnitudo: siquidem omnē eius capacitatē à pulmone repleri erat melius, quemadmodum in cōmentarijs de respiratione ꝑbauimus. Quin & cor positionē ac magnitudinem in thorace sibi ipsi habuit conuenientem, si tenes memoria ea, quæ antea de ipso præcepimus.

A. l. 1. f. 1. d. 5. su. 1. c. 8. 12. g

De Numero Vertebrarum, de Osse sacro, ac de Ortu neruorum, qui in crura distribuuntur. C A P. 7. E

QVod igitur thorax conuenientem habuit magnitudinem, ex dictis patere iam arbitror. Quod autem spondylorum quoq; magnitudines paulatim augeri oportuit, id etiam fuit antea demõstratum: ac nimirum apparet id mirabiliter à natura fuisse seruatum: spondyli "enim inferiores tanto incumbentibus sunt maiores, vt hos sine molestia gestẽt, hi vero sine molestia à subiectis vehantur. Verum hos tam magnos thorax totus duodecim requisiuit: tãtus fuit tum numeri spondylorũ, ac magnitudinis ipsorum paulatim crescentis, & totius thoracis generationis concentus. Qui vero deinceps hos sequũtur quinq; spinæ spõdyli, eadẽ ratione sunt facti, qua ij, qui sunt in collo. Nã, cum nerui, qui à spinali medulla ꝓficiscuntur in musculos spinales ac hypogastrij, ac siqui alij ibi sunt locati, diuidant, primas quidem oportuit ꝓductiones ad ea mitti, post aũt & ad crura: ac tunc os sacrum oriri, quod simul quidẽ velut fundamẽtum quoddã spinæ esset futurum, simul aũt ossa ischiorum ac iliũ incumbẽtia sibi, exciperet: sine quibus neq; pubis ossa cõstare poterãt, quę vsus necessarios animali erãt præstatura: cruriũ q; ad ischion dearticulatio omnino non fuisset. Horum.n. primorũ gratia, tum aũt vteri vesicæ ac intestini recti, os natura est molita, quod πλατὺ id est latum, alij ἱερὸν id est sacrũ, nuncupãt. Porrò, quemadmodũ neruus ortus ex primo spatio intercostali totus propemodum ad manum accedit, ad eundem modum hic quoq; neruus is, qui per primũ foramen ex osse lato excidit, ijs, qui ad crus ferũtur, cõmiscetur. Proinde cõiugationes, quæ sunt sub diaphragmate, neruorũ à spinali medulla proficiscentium, qui ad musculos prædictos & crura feruntur, quinq; quidem spondylis indiguerunt: sexta vero, quæ eas excipit coniugatio, primis ossis sacri foraminibus. Sũt autem & aliæ tres in eo cõiugationes, quæ in partes superiacentes distribuuntur: consentaneum enim fuit illis quoq;, ex partibus vicinis neruos distribui. Verũ nõ est præsentis instituti de neruorum distributione verba facere (de ea enim seorsum agemus) sed spondylorum numerum omnem explicare, ac cum eo sacri ossis magnitudinem. Perspicuũ itaq; iam est collum merito ex spondylis septem constare: thoracem aũt, qui ipsum subsequitur, ex "duodecim: ac post eũ, lumbum ex quinq;: os vero sacrũ tantũ, quantũ nunc est, & reliqua omnia, quæ ad spinã pertinẽt. Ipsum porrò os sacrũ in fine chartilaginis habet epiphysin, eiusdẽ vtilitatis gratia, cuius pectorale os habuit, et totius spinę acantha, ac costarũ notharũ capita, & partes oẽs corporis nudæ ac prominentes: diximus.n. de ijs iam sæpenumero. Dearticulatur autem cum vltimo lumbi spondylo, quo modo ille spondylis alijs.

A.l. 1.f. 1.d.5. su. 1 c. 10. 13.e

A. ibidem c. 9 13.c

De Ligamento Vertebrarum, ac de Tunicis medullæ dorsi. C A P. 8.

LIgamentũ aũt validum, exacte adeo anteriores omniũ ipsorum partes colligat, vt medicorũ G plerisq; ne colligari quidẽ ea parte, sed coalescere spondyli inter se videatur. Desinit aũt ligamentum hoc, parte quidem posteriore in tunicam meningas spinalis medullæ ambientem: anteriore vero paulũ progressum, vtraq; parte inseritur in chartilaginẽ, quæ spõdylos inungit. Porrò spondyli oẽs ab ea connexione, quam parte anteriore habẽt, retro progressi paulatim à sese diducuntur, locum omnem medium refertum habentes humiditate crassa ac viscosa, simili ei, quæ per alios propemodũ oẽs articulos est dispersa: idcirco succi eiusmodi vtilitas partibus omnibus expedite mouẽdis est cõmunis, vt prius etiã ostẽdimus. Hęc igitur omnia admirabilia sunt operũ naturę spectacula: quemadmodũ & meningis vtriusq;, quę sunt circum spinalem medullam, species omnis speciei earũ, quę totũ cerebrũ in orbẽ cõplectuntur, planè est similis: nisi ꝙ nullũ habet mediũ interuallum, vt in capite, sed in hoc sanè discrepat, ꝙ crassa meninx tenuẽ tãgit, ac totã in orbem continet: præterea ꝙ tertia quædam tunica valida admodum ac neruosa extrinsecus ijs est imposita. Quæ igitur est horũ causa? natura enim nihil facit frustra. Cum spinalis medulla q̃dam habeat cũ cerebro communia, alia vero propria, in cõmũnibus quidem cõmunem quoq; habet cõstructionẽ, in proprijs vero propriam ac discrepantẽ: sunt aũt ei cum cerebro communia, ꝙ corporis substantia sit similis, & neruorũ etiam sit principium: propria vero, vt cum cerebrum H pulset ac moueat, quanq̃ osse immobili contineatur, ipsa tñ non moueat, tametsi à spõdylis mobilibus cõtinetur. Non ab re igitur ipsis, similiter quidẽ duę meninges fuerũt datæ, altera quidẽ ad vasa, quæ ipsis insunt, colligãda, totamq; eorũ substantiã, quæ mollis est admodum, constringendã: altera vero, vt tegat, & aduersus ossa circũfusa muniat: ipsaq; etiã ossa extrinsecus sunt data, veluti ꝓpugnaculũ ac murus, qui possit eorũ, quę incidere ac cõtundere & quoquo alio modo violare queant, sine molestia impetũ excipere: Priuatim vero vtriq;, ꝙ cerebrũ quidẽ pulsabat, crassa meninx tm̃ ab eo discessit, quoad ipsi, dum dilatatur, suscipiendo satis esset: ꝙ vero spinalis medulla non pulsabat, crassa meninx cum tenui sese coniunxit ab ea ne tantillum quidẽ seiuncta: ꝙ vero rursus capitis ossibus nullus motus conspicuus inest, spinalis aũt medullę ossibus vehemẽs, cerebro quidem nullum extra crassam meningem aliud operimentũ fuit circundatũ: spinali aũt medullæ tertia illa tunica neruosa crassa ac fortis (cuius paulo ante memini) est circundata, nam, dum spinam aliqñ flectimus ac curuamus, aliquando extendimus, eodẽ, quo ipsa, modo spinalis medulla flexa ac tensa facile vtiq; frangeretur, si nullum eiusmodi tegumẽtum ei esset circumpositum. Ac etiam humor "viscosus huic tunicę est circumfusus, quo modo & tunicę spondylos colliganti, & articulis omnibus, & linguæ, & laryngi, & meatui vrinario, & oculis pinguedo, & (vt summatim

* Aldus tamen habet λευκῆς i. alba.

A.l. 1.f. 1. d. c. 1. 7. a

A summatim dicam) omnibus ijs, quæ moueri assidue oportebat: metuendū.n.erat, ne exiccata quidem ipsa dolerent, ac tandē actiones ipsorum labefactarētur. Quod homines imitati, curruū axes atq; plaustrorū vngūt prius succo humido ac viscoso, quo nihil illi patiātur, & moueant celerius.

De Vertebrarum vasis. CAP. 9.

NVm igitur hęc quidē omnia ea solertia natura in spinali medulla ac spina tota comparauit, venas vero atq; arterias ipsis vel non immisit, aut non vnde oportebat, aut non quot præstiterat, aut minores, aut maiores, q̄ conueniebat? An hic quoq; eam admirari conuenit, quæ singulis spinæ partibus ab adiacentibus vasis propagines suppeditauit, vnam singulis spondylis coniugationem tantæ magnitudinis, vt in corpora omnia spōdylo circumiacentia diuidi plane queat? Sed, qm̄ cōiugatio neruorum vna ex singulis spondylis enascebatur, planum est, quod ipsorum numerus, venarum atq; arteriarum numero, æqualis erat futurus. Quæ igitur de neruis a nobis, dum, vnde nerui exorirentur, explicaremus, fuerūt dicta, ea de arterijs, quoq; ac venis dicta fuisse putare oportet: rursus q; eam hic admirari, ꝙ locum exortus tum vasis ipsis, tum spondylis, tutissimum elegerit. Nam foramine vno ex ijs, quæ antea fuerunt in neruorum expositione dicta, ad trium instrumentorum transitum est vsa, neruum quidem intus foras, foris aūt intro arteriā ac venam deducēs. Hic igitur rursus eorum, quæ in alijs fuerunt demōstrata, recordatus (ꝙ partes oēs animalis alimentum ex vasis propinquis ad se ipsas attrahunt, quod q; ipsa a loginquiore trahere nequeunt, ob eamq; causam vasa assidue diuiduntur) tenuia foramina, quæ parte anteriore singulis insunt magnis spondylis, considera, per quæ, vasa nutrientia in ipsos inserūtur: paruis enim nihil eiusmodi inesse videas, ꝙ natura exploratum habebat vim trahendi ex vasis ossibus propinquis, in spondylis quidem minoribus manere adhuc posse synceram, in magnis vero ob intercapedinis longitudinem exolui. Ob eam igitur causam paruis quidem spondylis prędicta duo foramina satis esse possunt, per quæ intro quidem venæ & arteriæ, foras vero nerui ferebantur: magnis autem non hęc modo, verum etiam, quæ vasis nutrituris seruirent, natura conuenienter est machinata. Eadem, opinor, ratione in magna ossa omnia, vt brachium, femur, cubitū, ac tibiam, vasa quædam tenuia inseruntur, paruis vero nihil eiusmodi fuit opus. Quemadmodum igitur a venis propinquis atq; arterijs nō a longinquo nec per longā viam, cùm alijs omnibus animalis partibus, tum maxime ijs, quæ sunt ad spinam, rami vasorum tenuium accedunt: ad eundem modum & nerui partibus spondylo cuiq; vicinis ex spinali medulla, quæ est ad eum spondylum, distribuitur, natura scilicet vbiq; hoc agente, ne longo interuallo vasa tenuia diduceret, si nihil tn̄ C aliud maius sit, quod impediat. Sed de his quidē fusius, cū de vasis omnibus cōmuniter agemus, dicemus: quem ego tractatum antea scio me sępe reiecisse: in quo etiam de colli spondylis agemus propterea, ꝙ solis ipsis foramina in trāsuersis productionibus insunt. Quòd enim vasa quædam per ipsas permeent, etiamsi anatomicorum pleriq; ignorent, inuentu tn̄ cuiuis nō est difficile, præsertim si ea, quæ de dissecandi ratione conscripsimus, perlegerit: quę nam vero viæ eiusmodi sit vtilitas, libro de vasis, decimosexto scilicet, commemorabitur. Nūc autem id vnum solum cum adiecero, ad sermonem de scapulis me conuertam. Est autem id vnum, vt dicam vtilitatem, propter quam natura ex locis prędictis neruos diaphragmatis produxit: quòd autem in medias phrenas eos inseri præstiterit, tum ꝙ ob eam causam proni ac decliues ferantur, demōstratum ante fuit. At cur primum nō ex ipso cerebro ipsos produxit, cū ipsi sic ferri sublimes etiā possent? Quòd, si ex collo præstiterat, cur tribus primis coniugationibus pręteritis, ex quarta portionem quandam araneis similem, ex quinta vero memorabilem, postremo ex sexta aliam hac quidē minorem at maiorem prima, eis tribuit? licebat enim ex primis tribus spondylis, aut contra ex tribus colli posterioribus neruum producere, si modo ex multis principijs omnino accersere ipsos melius esse existimabat, vt, siquando vnum aliquod principium aut duo passa fuissent, reliquum D diaphragmati subseruiret: nā, ꝙ ex spinali medulla colli orti nerui sint robustiores, & propterea ad actiones actiuas aptiores, patere id arbitror. Prope thoracem autem ipsorum principium noluit statuere, ne, cum ad membranas thoracem intersepientes, ac thoracem ipsum (cui innixos ipsos descendere oportebat) ferrentur, flexione ipsos vti angulari esset necesse: didicimus.n.ipsos nō ex anterioribus spinę partibus, sed ex lateralibus exoriri. Cum igitur ad mediū locū (ibi enim sunt mēbranę thoracē diuidētes) ferunť, sensim quidē sese ex prędictis spinalis medullæ partibus exorti inclināt: quę motū cū flexione fecissent, si ex partibus inferioribus essent producti. Quocirca in animalibus collū lōgius, q̄ simia, habētibus, nihil penitus ex quarta cōiugatione neruorū a spinali medulla ferť ad diaphragma: vt neq; in ijs, quę valde longū habent collū, ex quinta: semper.n.natura videť longiores deductiones euitasse non in neruis modo, sed etiā in arterijs venis ac ligamētis. Quam igitur quarta neruorū coniugatio a collo proficiscentiū habet in simijs altitudinē, eam sexta habet in ijs, quę collū lōgum admodū habent: aut quinta in illis, quę mediocre.

A.l. 1.f. 1.d. 5. fu.1. c.7. 12.d

De Scapulis. CAP. 10.

TEmpestiuum sanè est iam scapularū (quas Græci ὠμοπλάτας nominant) partes explicare, ostēdere q; in illis quoq; artē naturę. Quòd, si eas ex animali exemptas animo finxeris neq; amplius esse, nullam rationem inuenies, qua humeri articulum constituas. Nam necesse omnino

A. ibidē. c. 17. 14.b.

erat, si brachium erat futurum, ipsius caput cauitatem ingredi: cuius cauitatis gratia & ceruix scapularum est enata, & quædam in eius extremo insculpta est capacitas magnitudine tanta, quanta capiti brachij dearticulando esset aptissima. Hæc quidem vtilitas prima est ac maxima, propter quam natura fecit scapulas. Ex abũdanti aũt alia quędam accedit, nec ipsa quidem exigua, partiũ thoracis, quę illic sunt, custodia. Nam partes ipsius anteriores tuemur, multo ante, quæ nocitura sunt, præuidẽtes, aut prius saltu cedẽdo, vt omnino eius, quod contra nos sese infert, impetũ declinemus: aut propugnaculum aliquod ante pectorale os opponendo: aut manibus arma quædã sumendo. Plerunq; aũt solas ipsas vel nudas periculo obijcimus, satius esse rati ipsas parte quauis vulnerari, aut frangi, aut conteri, aut abscindi, q̃ sinere noxam ipsam pectorali ossi accidere: ipse enim thorax respirationis est instrumẽtum, quemadmodum & pulmo, qui in eo continetur: cor vero totius vitæ est principiũ. Periculũ igitur imminebat, sicubi hæc læsa fuissent. Ex partibus vero posterioribus periculum quidem erat æquale, verum, cum illic oculi non essent, præuidere æque, quæ erant nocitura, nõ poteramus. Oportuit igitur hic naturam æque ingeniosum quoddam artificium excogitare, neq; loca hęc prorsus negligere. Quocirca primũ quidem quasi multiplex vallum quoddam spinę spondylis infixit, multos illos processus, quos (vt ante docui) ipsa accliues ac decliues effecit, obliquos ad latera deducẽs, † {rectos secundum longitudinem totam sursum vtraq; spinæ parte vsq; ad costas extẽdens, quos primum scapulis, deinde carniũ magna copia texit.} Ob id.n. ipsum spinam vtriq; scapulæ propriam produxit, secũdum id vallum ante partes thoracis, quæ illic sunt, obijciẽs. Hac ipsa rursus spina recte ad aliud etiã vtitur: Leniter.n. finem eius superiorem adaugens, & rectum attollens, atq; ibi claui coniungens, ἀκρώμιον, quod vocant, effecit: quod esset simul quidem operimentum ac præsidium humeri inarticulationi: simul autem & prohiberet, ne caput brachij parte superna excideret: post autem efficeret, ne scapula ipsa à thorace digrederetur. Quòd, si nihil ibi ante dearticulationem esset locatum nullo negocio à quouis extrinsecus incidente læderetur: facile etiam caput brachij ad scapulæ ceruicem transcenderet, vt quod nec profundam in se habet cotylen, nec supercilia magna. Quòd, si nõ ea parte clauis fuisset connexa, nihil vtiq; prohiberet, quo minus os latum scapularum nusquam stabilitum thoraci incideret, coarctaret q; ibi humeri articulũ, multos q; brachij motus impediret: quod varie ob id potissimum potest moueri, ꝙ à thorace absit plurimum. Nam, si eius costas tangeret, aut omnino prope esset locatum, quo modo se habet in quadrupedibus, manus ad pectora le os, oppositumq; pectorali ossi humerum, ad epomida p̃terea, ac ad collum, circũagere nõ possemus: quemadmodũ ne nunc quidem, qñ luxatum brachium costis acciderit, ad nullam.n. partiũ oppositarũ in eiusmodi affectibus manus possumus tollere, ꝙ costarum deuexitas in huiusmodi affectibus brachio accidat, quæ ipsum extrorsum & ad latera depellat. Qui affectus nobis accide rent etiam, cum secundũ naturam haberemus, nisi acrωmiũ à pectorali osse plurimũ esset dissitũ: in horum.n. medio clauem velut sustentaculum ac stabilimentum quoddam natura constituit.

† Al. rectos secundum longitudinem extendẽ, partes aũt, quę ab vtraq; spinę parte ad costas sunt, scapulis quidẽ primũ ac p̃cipue, deĩde vero carnium multitudine texit.

De Arte naturæ in Partibus scapularum. CAP. II.

RVrsus igitur hic quoq; cõsidera artẽ, quæ animalia effinxit, vt in omnibus est ęqua: tametsi certe propositũ mihi fuerat solius hominis constructionẽ explicare, fieri tñ sæpe nõ potest, etiãsi maxime nolim, quin aliorũ etiam animaliũ cõstructionem attingam. Non.n. temere, neq; frustra natura in hominẽ humeri articulum lõgissime à thorace abduxit, in quadrupedibus vero proxime collocauit: sed, qm̃ ille quidem manibus varie esset vsurus, motũ desiderabat, ob eam q; causam positũ admodum amplum ac spatiosum: in illis vero nõ item, neq;.n. manus habent, sed artus anteriores non aliter, q̃ posteriores, soli ambulationi subseruiunt, quare crura thoraci affirmata esse præstitit. Propterea sanè pectoralia ossa quoq; hominibus quidem lata, brutis vero acuta atq; angusta extiterunt: quòd, si contra facta fuissent, in hominibus quidem prędictas manuũ actiones morarentur non aliter, q̃ si nunc medio pectorali ossi lignum prælongum imposueris, quod à collo vsque ad hypochondria perueniat: brutis vero si pectoralia ossa essent lata, impedirent, quo minus artus anteriores belle thoraci affirmarentur. Æqua igitur hic quoq; perspicue, vt in alijs omnibus, fuit natura, quæ bipedi quidẽ ac recto animali thoracẽ fecit latũ, humeri vero articulum exporrectũ valde constituit: quadrupedibus vero rursus acutũ quidem thoracem, coniunxit aũt ei ossa lata scapularum, ac crura affirmauit. Ad eandem aũt prouidẽtiam clauis generatio est reuocanda: cum.n. scapulas extrorsum spectare oporteret, vtranque clauem inter os pectoris, ac spinæ finem, quæ ad scapulas est, natura constituit. Cum.n. pectorale os sit lõgum (nam à iugulis vsque ad hypochondria peruenit) locum dearticulationis ad claues haudquaq̃ reperias aptiorem eo, qui nũc ipsi adest: latissimum.n. ibi est ac fortissimũ, neq; vlla costa amplius cum eo dearticulatur. Ad eundem aũt modum ipsarũ cum scapulis connexio oportunissime extitit, tum vt humeri articulus extra promineat, tum ad muniẽdum articulũ ipsum, tum ad prohibendum, ne parte superna excidat. Merito itaq; homo ne, si volet, quidẽ ambulare quatuor artubus queat, ꝙ in ipso scapularum articuli longe à thorace sint abducti. Merito etiam simia vt in cęteris plerisque (docuimus.n. id antea) hominis ridicula imitatio est, ita & in artubus: nam, ipsius crura quantum ab humanis cruribus discrepẽt, cum priuatim de ipsis ageremus, monstrauimus, quẽadmodum

A dum certe, & summæ manus constructio. Quod vero ad scapulas ac claues attinet, homini maxime est similis, quanquam ea parte homini similis esse non debebat: nam, quod ad ambulationis celeritatem pertinet, simia inter genus vtrunque ambigit, neque enim bipes penitus est neque quadrupes: sed, quatenus est bipes, clauda est, nõ enim recta plane stare potest: et quatenus est quadrupes, mutila simul est ac tarda, quod humeri articulus à thorace plurimũ sit abductus, quẽadmodum si idẽ articulus in alio quopiam animãte à thorace diuulsus extra secessisset. Quemadmodum autem simia, quod animam habeat ridiculam, corpus ob id habuit ridiculum, ita homo, quod animã haberet rationalem, ob id etiam corpus solum inter ea, quæ sunt super terram, habuit diuinũ, atque optime ad animæ facultatem comparatum. Ceterum, quod omnium animantium solus stet rectus, antea ostẽdimus: nec minus, quod solus manibus recte vtatur. Veruntamen nunc etiam id tibi apparebit, si humeri articulũ, aut totius thoracis formam, aut clauis generationẽ inspexeris: satis.n. ea esse possunt ad artem naturæ indicandam, quam multo adhuc apertius, quæ dicturus sum, ostẽdent. Nam cur nõ rectam à pectorali osse ad scapulas clauẽ extẽdit, sed ad iugulũ ipsum, deuexã quidẽ foris, intus vero cauã, post autem contra, extrinsecus quidem cauã leniter, intus vero deuexiorem? nihil enim horũ temere nec frustra à natura fuit factũ: sed ad iugulũ propter eandem cum pectorali osse vtili-

A.l. 1. f. 1. d. 5. su. 1. c. 16. 12. a

B tatem, quo modo hoc, caua quidem parte interna extitit, quò videlicet locũ aptum his instrumentis præberet, quæ superne deorsum, atque inferne sursum per collũ feruntur: cum vero à iugulo cœpit discedere, tũ paulatim antorsum redit vsque ad acromiã, quantũ finis particulæ ipsius clauis intumescentis retro secesserat: quod, si retrorsum solum tenderet ad colli latera progrediẽs, non satis à thorace distaret. Colligat autem ibi ipsam spinæ, os paruũ scapulæ chartilaginosum, quod ipsum neque in simijs quæras: veluti enim in alijs quibusdam, ita in hoc quoque, humana cõstructione superãtur. Homo vero hæc etiã pter cetera animantia securitatis gratia est adeptus, quod non per ligamenta solũ mẽbranosa duo ossiũ fines cõnectũtur, sed ex abũdãti tertiũ aliud os ipsis incũbit chartilaginosum, alijs quibusdã ligamẽtis fortibus (à quibus occultatur,) subiectis ossibus se ipsum cõnectẽs. Porrò, quãobrẽ chartilaginosum extiterit, cũ deberet eminere, ac primũ eorũ, quæ extrinsecus incidũt, impetũ excipere, dictũ mihi ante fuit, dum cõmuniter de oĩbus huiusmodi statueremus.

De Humeri articulatione. CAP. 12.

SEd nunc demũ tempestiuum est ad ipsum humeri articulũ orationem conuertere, atque in primis ostẽdere naturam iure caput brachij rotundissimum effecisse, & cauitatem, quæ scapulæ ceruici inest, paruã simul ac supinam: tum autem qui nam musculi ipsum moueãt, & quot, & quanti: tum quam vtilitatẽ singuli præbeant: postremo quod neque plures esse numero aut pauciores, neque

C maiores aut minores, neque alium positum habere ipsos præstiterat. Porrò vtilitas non erit obscura, cur & caput brachij fuerit rotundum, & scapulæ cauitas superficiaria ac supina, siquis memoria tenet ea, quæ libris prioribus dicta nobis fuerunt. Cum.n. manus tota ad multos ac varios motus esset cõparata, caput quidem brachij rotundũ habere ipsam oportuit, hac enim figura nullam ad motus celeritatẽ inuenerimus aptiorem: ipsam autem cauitatem ei subiectã neque magnopere profundã, neque in magna supercilia desinentẽ. Si.n. non exigua cauitate, brachij articulus esset inclusus, sed magnis in orbem supercilijs esset constrictus, haudquaquam circũagi quoquouersus facile posset: hoc autem ipsi potius fuit, quam securitatis vtilitas, illius.n. gratia tota manus extitit. Parũ abest igitur, quin assidue brachij caput luxetur, vt quod cauitate exigua adeo vehatur, vt pars ipsius maxima extra sit, nullo que innixa sublimis pendeat. Qui igitur fit, vt non assidue in motibus vehemẽtioribus excidat? nã, quod ad prædictã constructionẽ attinet, id omnino accidere ipsi erat necesse. Ad miraberis rursus hic quoque artẽ naturæ, si, quæ ad eius securitatẽ sit machinata, cõspicabere. Tria enim ligamẽta valida os brachij cũ scapulæ ceruice iungentia, preter cõmune omniũ articulorũ rotundum, est machinata: duos preterea scapulæ processus recuruos, qui articulum muniũt: atque

A.l. 1. f. 1. d. 5. su. 1. c. 18. 14. c

A. ibidẽ quod quatuor.

D ex vtraque horum parte musculos maximos ipsum constringentes. Ceterũ ligamẽtum latum & mẽbranosum, quod omnibus articulis inest, ex labijs eius cauitatis exoritur, quæ in scapula inest: & totã dearticulationẽ in orbẽ omnino complectẽs, in capitis brachij initiũ infigitur. Aliorũ vero triũ duo quidẽ prorsus sunt teretia, quo modo nerui, tertium vero leniter est latum. Enascitur autem primũ quidem ex fine apophyseos, quã ab anchoræ similitudine ἀγκυροειδῆ nominant: alterum vero, quod hoc est maius, ex scapulæ ceruice, ea maxime parte, qua cauitatis, quæ ipsi inest, supercilium est altissimũ: huic quidem certe caput brachij sedem præbet securã, quod tantam superioribus atque anterioribus sui partibus habet cauitatem decliuem latæ incisioni similem, quãtum est ipsum ligamentũ: alterũ vero prius dictum ab internis capitis brachij partibus attenditur. Reliquũ vero ac tertiũ ex eodem loco, quo secũdũ, exoritur: obliquum autem illi subnascens, inseritur & ipsum in primũ capitis brachij initium, quo modo latũ ligamẽtum, quod totũ in orbem articulũ complectitur, est.n. ipsum quodã modo ipsius articuli pars: prædicta vero duo ligamenta ad musculum brachio incũbentem perueniunt, quem, dum de manu ageremus, in caput radij diximus inseri. Nã hic quoque videas, licet, naturæ solertiã, quã sexcẽtis locis iã demonstrauimus, ipsam scilicet non nunquam instrumẽtum vnum propter situm opportunum, ob cũdis multis vsibus efficere appositũ. Cum.n. musculos oẽs (vt, dum de ipsis seorsum ageremus, demonstrauimus) ligamen-

torum substantiæ participes esse oporteret, constituit ipsa simul quidem musculis, simul autẽ hu- E
meri articulo vtilia: nam hunc constringentia ac continentia prohibent excidere, in musculum
vero disseminata magnam quoq; ipsi ex se ipsis præbent vtilitatẽ. Ad eum igitur modũ humeri
articulus à ligamentis munitur. Porrò à scapulæ processibus, superno quidẽ, qui est ad acromiũ,
quẽ quidã à coruini rostri forma κορακοειδῆ nominant: interno vero à processu, qui ab ancoræ &
Ϛ literæ similitudine ancyroeides & sigmoeides appellat, in orbẽ à maximis musculis ac tendoni-
bus, qui totã mouent dearticulationẽ, vndiq; cõstringitur: de qbus dicere nũc est tempestiuum.

De Musculis Brachij, & scapularum. CAP. 13.

IPsorum quidem "fines ossi brachij infiguntur, quorum alij quidem brachium ipsum attollũt, alij aũt deprimunt, quidã pectori adducunt, alij extra abducunt, non nulli orbiculariter ipsum circũagũt. Ad pectus certe adducit is musculus, qui ad mammã oritur, magnitudine mediocris: præterea autem & brachium trahit deorsum leniter, vt sit depressionis humilioris auctor. Alius vero contra, ex editis pectoralis ossis partibus enatus, adductionis sursum est auctor. Alius autẽ præter hos tertius, geminus aut duo coalescentes (vtrouis enim modo de ijs dixeris, nõ errabis) ex toto quidẽ pectoris osse oriuntur: adducunt autẽ pectori os brachij totum, idq; æquabile atq; in nullã partẽ propẽdẽs, cum tensi ambo fuerint: quòd, si ipsorum alter solus egerit, qui ex inferiori F bus pectoralis ossis partibus oritur, humilem efficit adductionem, alter vero editiorẽ, non tñ editã adeo, vt prædictorũ secundus, neque alter humilem adeo, vt primus. Nam musculus exiguus, qui à mãmæ locis attollitur, prædictorum quatuor musculorũ humillimum excipit: altissimũ autem portio alia musculi, qui est ad epomida, quæ claui adhæret. Nam musculus hic duo habet capita: internis quidẽ partibus epomidos, ipsi, dico, claui est insertus: externis autem partibus spinæ scapulæ adhærescit in demissioribus ipsius partibus. Verum solius huius musculi, cum tẽsus est, actio brachium extrorsum extendit, parum à media ac recta oĩno extẽsione ad latus inclinãs: alterius vero musculi, qui est ac clauem, actio non immerito intro similiter inclinat: tensis autem æque fortiter ambobus brachium rectam planè ac mediã extensionem assumit, nusquam declinans. Atqui alij etiam duo musculi, vtraq; spinæ, quæ est ad scapulam, parte, vnus similem prædicto habent actionem: siquidem tensi simul, brachium sublimem prorsus tollẽt: quòd, si seorsum vterq; tendatur, modicũ ad latus inclinabit. Octauus vero alius vltra prædictos est musculus, qui ortus ex maxima parte imæ in scapula costæ brachiũ extrorsum abducit, ijs, qui sunt ad pectus, oppositus, qui brachium sursum attollunt. Duæ porrò post hanc musculorum sunt motiones, brachium extrorsum ac deorsum circumagentes: verum amplius quidem extra abducit musculus G is, qui ex inferiori fine imæ in scapula costæ proficiscitur: alius vero, qui simã eius partem totã cõplectitur, minus quidem extra, sed deorsum magis brachium circumagit. Reliquus vero alius vnus est musculus, qui deprimit, ipsumq; retro agit: cui prædictus musculus paruus succedit, qui efficit, ne brachium, dum deprimitur, vllã in partem inclinet. Contẽta.n.hoc fuit natura, tametsi omnium erat minimus, propter naturalẽ totius manus ad inferiora impetum: nam robore magno est opus ad tantum onus attollendum, sed corpus omne ferri deorsum potest, vel absq; vlla animali actione. Proinde naturam admirari est æquum, quæ ad brachium attollẽdum epomidos musculum validũ ac geminũ construxit, & duos alios, ex vtraq; spinæ scapulæ parte vnum: vni vero & eidem exiguo musculo, oppositum illis motũ tribuit: adiuuãt aũt prorsus hunc & imi eorũ, qui à pectore oriuntur, vt quorũ neruosæ tenuitates coalescant: adiuuat aũt aliqñ is quoq; musculus, qui ab inferioribus dorsi partibus oritur: Tensis.n.simul quatuor ad quasdã vehementiores actiones, manus violenter deorsum trahitur, cũ aũt nulla vehementi actione est opus, vel musculus ille paruus est satis. Quemadmodum aũt in his, musculorũ magnitudines natura iuste est metita, ita & in alijs oĩbus. Quandoquidem geminũ eum, qui à pectorali osse oritur, maximum effecit, vt qui ossi brachij secundum longitudinem esset inserendus, quo brachium ad totũ thoracem adduceret: si vero (quod satius est) nõ vnum geminum iudicaueris hunc musculũ, sed duos coniunctos, impensius adhuc naturę laudabis æquitatẽ, quæ altiorem humiliore multo maiorẽ effecit, ꝙ vehementior actio ei esset concredita. Dictum.n.nobis paulo ante fuit, ꝙ, qui musculi brachium attollunt, actione indigent vehementiore, corporũ scilicet nutum ad inferiora renitentem sibi habentes: qui vero ipsa deprimunt, non modo ab eo corporum nutu non læduntur, sed etiam adiuuantur maxime, impellente scilicet eò, quò ipsi properant, adeo, vt non magnas ad suã actionẽ vires desiderẽt. Ob id certe ipsum & musculi, qui brachia circũagunt, in oĩbus dearticulationibus ipsi tum robusti sunt, tum tendones habent neruosissimos, quod motuum omniũ is est violẽtissimus, multis q; partibus simplicem viribus superat. Quemadmodũ enim, si multos motus sese mutuo subsequentes intellexeris, in promptu fuerit colligere, quanto vnum superent, sic intelligas mihi motum eum, qui brachium circũagit, multis deinceps constitutis ad portionẽ respondere. At forte existimas naturã ęquitatis suę fuisse oblitam, cum vides eum musculum, qui ab inferioribus dorsi partibus sursum fertur: non.n.magnũ ipsum esse oportebat, cum brachium deorsum esset tracturus: quin potius ipsam iure accusaris, si id solum effecisset: nunc aũt, cum pręter hũc, duos alios motus prębeat animali, quorum altero brachium retro cirũagit, altero totam scapulam

A.l.1.f.1.d.5. su.2.c.17.18.f

A scapulam deprimit, non amplius ipsam iure accusaris. Verum conuersus iam ad scapulam, cum propter rerum cōmunionem vnius mouentiū eam musculorum meminerimus, de omnibus cō sidera, à proposito nūc musculo auspicatus: quē solū natura q̄ plurimis ipsam attollētibus oppo- suit, ex inferiori quidē thoracis spondylo educens, post autem partibus scapulę illic inserens. Ex hac enim cōmunione deorsum ipsam trahit: nā pars eius, quæ sursum ad brachiū fertur, quę huic est continua, ob illius motum fuit facta, de quo motu nuper agebamus: verū pars eius, quę parte inferiori scapulæ est inserta, trahit illam deorsum. Melius.n. fuit nō humeri modo dearticulatio- nē sed etiā totā scapulā aliqn̄ nos mouere, nō modo sursum aut deorsum trahentes, sed retro etiā ad spinam, atq; antorsum ad collum totum ac pectus abducentes. Trahit vero sursum ipsam mu- sculus latus ac magnus, qui à spina enatus, sursum ad os occipitis puenit: trahit ēt sursum & mu- sculus tenuis, qui ab ijsdem capitis ōssibus ortus, ipsi ad spinæ basim inseritur. Retro aūt alij duo *musculi abducunt ad totam animalis spinam: quorum editior ipsam inflectit sursum ad colli spō dylos, reliquus aūt abducit ad spondylos dorsi: tensis vero ambobus simul secundum proprij si- tus rectitudinem, fertur ad dorsum. Et sane etiam is musculus, qui ex laterali primi spōdyli apo physi exoritur, scapulæ q̄; finibus, qui sunt ad acrωmium, inseritur, hoc quidem maxime trahit, B cum eo autem & scapulam totam ad partes colli laterales: vt ad anteriores, musculus tenuis, qui ab labdoειde oritur: inseritur.n. hic ossi scapulæ prope acrωmiam. Atque etiam ex musculis, qui à pectorali osse ad eam sursum feruntur, qui est editior, non solum mihi videtur brachij caput tra here, sed etiam scapulam ipsam, vt qui ligamento dearticulationē totā continenti inseratur: simul enim trahunt tendones eiusmodi non modo ossa illa, quibus sunt infixi, sed non nunq̄ etiam ea, quæ cum ipsis quouis modo communicāt. Videtur autē musculus hic sua tenuitate neruosa lata brachij capiti inseri, ac parti anteriori totius dearticulationis ligamenti. His oībus musculis vnus duntaxat est inferne oppositus, cuius primi omnium meminimus: quē sane ob id ipsum oporte- bat non oīno esse paruū, ac prętorea ob reliquas duas vtilitates: nam & deorsum trahere brachiū, & extrorsum circūagere ipsum, erat necesse. Tempestiuum mihi certe est iam librū hunc cōclu dere: sequente autem ad partes genitales conuersus, naturæ quoq; in eis artificium explicabo.

*Græci anti- qui codices ha bent ὅρων i. terminus.

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBER QVARTVSDECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Quæcunque ad genitales virorum, & mulierum partes attinent, explicantur.

Quid actum superioribus libris, quid hoc agendum. CAP. 1.

CVm tres primi naturæ sint in partibus animalis construēdis scopi (nā ex ip sis quasdā fecit ad viuendū necessarias, cuius generis sunt cerebrū, cor, & he par: quasdam ad viuēdum cōmodius, vt oculos, nares, aures & manus: quas dam ad generis instaurationem, vt pudenda, "testes, ac matrices,) q̄ nulla q- dem pars, nō modo quæ ad viuendū, verū etiā quæ ad cōmodius viuendū est comparata, melius, q̄ nunc habet, construi potuit, abūde nobis antea fuit demonstratum. Hoc autem libro partes, quæ nobis ad generis instauratio- nem à natura sunt tributæ, supersunt adhuc explicandæ.

A.l.1.f.1.d.5. c.1.9.f

De Generis animalium conseruatione. CAP. 2.

D HAc certe natura, si fieri potuisset, maxime optasset suum opificium esse immortale: quod cū per materiam nō liceret (nam quod ex arterijs, venis, neruis, & ossibus, ac prętorea carne est compositum, incorruptibile id esse non potest) subsidium quod potuit ipsi ad immortalitatem est fabricata, instar sapientis cuiusdam vrbis conditoris: qui non id modo agit, vt vrbem suam in præsens tantum tempus populo frequentet, sed prouidet, quo pacto in omne tempus, aut saltem diutissime ciuitas conseruetur. Nulla tn̄ ciuitas floruisse adeo memoratur, vt non dies ipsa cōdi- toris memoriam deleuerit: naturæ vero opificium multis annorum millibus iam constitit, atque in posterum stabit, nam mirabilem quādam artem inuenit, quo modo in demortui aīalis locum nouum aliud sufficiat. Quę igitur sit hęc ars tum in alijs oībus, tum aūt in homine, vt nullū aīalis genus pereat, sed īcolume sempe maneat atq; immortale, sermo hic docere promittit, hinc initiū sumens. Omnibus aīalibus natura concipiendi instrumēta tribuit, ipsis q̄; instrumētis eximiam quandam vim voluptatis effectricem: animæ vero ipsis vsuræ incredibilem quandam atq; ineffa bilem vtendi cupiditatem coniunxit, à qua aīalia incitata ac stimulata, etiamsi mentis ac rationis expertia ætate q̄; tenera sint, prouident tamen non secus, ac si essent prudentissima, vt genus sui sit superstes. Cum enim (vt ego arbitror) non ignoraret substantiam, ex qua animalia est molita, perfectam sapiētiam non admittere, pro ea, quod solum recipere ipsa poterant, id eis est largita,

escam scilicet atque illecebram ad salutem generis ac conseruationem, incredibilem voluptatem E vsui partium coniungens.

De Arte naturæ in Vteri collo. CAP. 3.

IN primis igitur id naturæ commentum est admirabile: secundo autem loco instrumentorum constructio, quam cuiq; animali dedit corporis ipsius formæ conuenientem. Porrò, quod ad cætera animantia pertinet, licebit tibi olim à nobis discere, cum ea, quæ Aristoteles prætermisit, adijciemus. In homine vero (huius enim constructionem initio suscepimus exponēdam) prima quidem pudendorum natura q̄ sit ad suū vsum apposita, nemo ignorat, nam & positionem habet accōmodam, & magnitudinem, & figuram, ac totam deniq; cōformationem: post autem, & cum instrumentorum cuiusque in profundo cōditorum (quæ per anatomen sunt animaduersa) vtilitatem didiceris, certo scio, ꝙ artem, quæ ipsa condidit, admiraberis. In fœmineo enim genere matrices ventri subiecit, qui locus est tum ad vsum venereorum, tum ad sperma recipiendum, & præterea ad fœtus incrementum, & perfecti enixum opportunissimus. Neq; enim locum vllum in toto animalis corpore inuenias ad quiduis prędictorum accommodatiorem: sed is tū ad coitum est optimus, ꝙ longe ab instrumentis, quæ faciei insunt, sit dissitus: tum ad fœtus augmentū opportunissimus, ꝙ possit sine molestia distendi plurimum: tum ad partus vtilissimus, ꝙ ad inferiora & ad crura exitus fœtui sit futurus facilior. F Quandoquidem matricum collum (quod iter spermati quidem intro, embryo vero iam perfecto extra, natura ante muniuit) in pudendum muliebre desinit: quod, cum animal concepit, clauditur ad vnguem adeo, vt ne minimum quidem aut intus foras laxet, aut foris intro recipiat: Quod in coitu eousq; "patet ac tenditur, vt semen p latam viam progrediens, facile in matricum sinum perueniat: in partu vero plurimum distenditur, sic, vt totum embryon ea via permeet. Non igitur immerito factū à natura est neruosum ac durum: neruosum quidem, vt plurimum vicissim contrahatur ac dilatetur: durum autē, nequid in eiusmodi mutationibus afficiatur, & ad sperma excipiēdum dirigatur. Nam, si prę mollitie in se ipsum concidens, plexus quosdam ac flexus efficeret, ab ijs semen prohiberetur, quo minus ad sinus matricum celeriter perueniret, atq; in eo humor ac spiritus à sese separarentur: cum tamen coire ipsa sit necesse, hunc quidem, vt motus principium, illum autem, vt materiam ad fœtuū generationem appositam. Non enim sanguis quidem menstruus prima ac propria est gignēdi animalis materia, quemadmodum alibi demonstrauimus: sed cum seminis humiditas à calore insito incitata matricum tunicis inciderit, cum ipsa sit viscosa, corporibusq; asperis inciderit, non secus ac pinguedo facile agglutinatur. Atque inde vno temporis momento multa fiunt, ea q; admirabilia naturę circa animalis generationis principium opera. G Nam matrix ipsa q̄ celerrime semini vndiq; adhęret: collum aūt totum conniuet, & eius maxime internum orificium: qui vero humor matricis asperitates illinit, toti superficiei internæ subtensus, membrana tenuis efficitur. Interea autem spiritus vndiq; ad vnguem retentus non elabitur, motusq; naturales primus orditur: nam & humiditatem quidem tenuē è venis & arterijs pertingentibus in matrices attrahit, et eā similē humoribus, quibus ipse occurrit, reddit, crassitiemq; quandam ac copiam iam tum ipsis apparat. Quòd, si nō repente in sinus matricis incideret, sed in itinere aliquātum moraretur, exinaniret statim, atq; ab humore excideret, & expirādo euolaret, vt qui exiguus est ac leuis. Vt aūt nihil tale accideret, natura collum matricis durū mediocriter effecit, vt, cū semēn intro fertur, tensum simul ac dilatatū eousq; dirigatur ac dilatetur, quoad satis esset semini sine impedimento ferēdo, & post ipsius ingressum claudendo orificio. Quòd, si iusto esset durius, facile quidē dirigeretur, non tn̄ facile ac celeriter concideret: quemadmodū si esset, q̄ nunc est, mollius, citius in se ipsum concidere totū quidem posset, dirigi tn̄ ac tendi atq; dilatari, ipsi esset difficile. Ad vtrasque igitur vtilitates quanq̄ contrarias, ex contrarijs qualitatibus natura ipsum iusto modo tēperauit, tantùm ipsi duritiei tribuens, quātam latitudinem simul ac rectitudinem tribuit, vt esset ad semē H recipiendum commoderatum: mollitiem vero tātam ei miscens, vt facile dilatari posset plurimū ac cōtrahi. Ne igitur amplius mireris, cum aut in animalibus dissecandis intueris, aut scriptū ab Herophilo aut alio quopiam anatomicorum reperis, collū matricum omni alio tempore esse cōtortum atq; obliquū, quo scilicet neq; semen intro fertur, neq; embryon extra: id enim constructioni prędictę est consentaneum, quæ se habet in mollitie ac duritie mediocriter. Quandoquidem si, q̄ sat est, matricum collum esset durius, haudquaq̄, dū sese contrahit, contorqueretur: nūc autem, cum ipsum molle etiam satis effici prestiterit, qn̄ is laxatus iam in se ipsum considet, rugas non nullas ac flexus & contorsiones habeat, est necesse: quod, ne, quæ in matrice habentur, refrigerentur, multum habet momenti. Causa enim, cur in menstruis purgationibus ac partubus mulieres maxime refrigerentur, est, ꝙ tunc matricum collum fit rectum, atq; apertum: quòd, si similiter semper haberet, similiter etiam semper refrigerarentur.

A.l.3.f...c.1. c.1.380.e

*Aldus habet spiritus.

De Vteri sinibus, ac de mammarum cum Vtero societate. CAP. 4.

AT collum hoc vnicum, matricis vero capacitatem natura non fecit vnam: sed in cānibus quidem atque alijs quibusdam, quæ multos fœtus vtero gestare est necesse, conceptacula fecit quàm plurima: in homine vero atque eiusmodi, quemadmodum corpus totum dextris ac sinistris

*Aldus hal et porcis.

A sinistris est geminum, ita & matricis sinus, alter quidem in dextris, alter vero in sinistris est locatus. Natura enim prouidēs, ne quod animalis genus periret, q̄ qdē propter corporis imbecillitatē aut viuere vitam omnino breuissimam debebant, aut erāt futura esca fortioribus, ijs omnibus assidui interitus remedium excogitauit, fœcundam scilicet generationē. Est certe hoc opus naturę admirabile, oēm tamen, certo scio, superabit admirationem sinuū numerus, quem natura mamillis fecit æqualem. Nec est, ꝙ sophistę hic dicant causam hic nullam esse, sed fortunam quandā imperitam nullo artificio hoibus quidem duos matricum sinus, canibus vero quā plurimos effecisse: quod enim tot sint mammę, quot sinus, id mentem nostram debet à temerario ortu reuocare. Quod, si in homine ac sue fortuna dominatur, saltē, ꝙ in alijs omnibus animalibus fœtuum numerus vberibus sit æquabilis, id haudquaquam ne impudentissimis quidē sine prouidentia fieri videbitur, nisi impudentissimi sint oīno: nisi ēt, ꝙ ″mammis lac tunc accedit, quo tempore fœtus iam plane est absolutus, id dementi cuipiam fortunę, non arti eximię, ferāt acceptum: ꝙ, si aliud nihil, id tn̄ solum cuiuis persuadere queat factum fuisse artificiose: cum enim tenera adhuc sint atque imbecilla recens nata animalia, edulia solida non dum possunt conficere: ob eā igitur causam natura perinde, ac si vtero adhuc gererentur, alimētum ex matre ipsis comparauit. Quibus vero B animalibus propter corporis siccitatem humor superfluus subnutriri non poterat, vt volucribus omnibus, ijs natura nouam quandā pullos educādi rationem excogitauit: ipsis enim pręcipuum quendam amorem in ea, quę procrearunt, ingenerauit, quo impulsa bellum pro pullis cum ferocibus animalibus, quæ ante declinabant, intrepide suscipiunt, victum q́ȝ ipsis conuenientem suppeditant. Quod autem ad aliorum animalium partes omnes attinet, quāta in eis naturæ sit prouidētia, olim seorsum explicabimus: homo vero (de eo enim sermo ab initio nobis est institutus) cum partes alias omnes corporis mirabili quadam arte haberet (vt probauimus) cōstructas, quæ tn̄ ad generationem pertinent, nulla in re illis sunt inferiores: vt enim matrices duæ mulieribus sunt factæ in vnum collum desinētes, ita et vbera duo, vtrūq́ȝ suę matrici, instar boni cuiusdā serui, subseruiens. Vnde Hippocrates ait: ‖Mulieri geminos vtero gerenti si māmarū altera erit gracilis, geminum q́ȝ fœtum gerat, ipsa alterum abortiet: et, si dextra quidē gracilescat, masculū, sin vero sinistra, fœminam. Quod Hippocratis dictum illi est consonū: ‖Fœtuum, mares quidem in dextris, fœminę autē in sinistris sunt potius. Non me pręterit, quantam disputationem attingā, neq́ȝ fieri posse, vt quis partium genitalium vsus sine actionibus naturalibus satis exponat: nam iam inde ab initio totius disputationis demonstrauimus neminem vsus singularum instrumenti C particularum posse inuenire, nisi cognitam prius habeat actionem. Quemadmodum igitur toto præcedenti sermone hypotheses proposito, quod tractabamus, ea, quæ alibi fuerunt demōstrata, fecimus, tum autem particularum vsus exposuimus, ita nunc quoq́ȝ faciemus. Nam, ꝙ in dextra matrice fœmineus fœtus raro contineri inueniat̄, in libris de anatome Hippocratis copiose dictū à nobis fuit. Apparet autem perspicue quotidie māmarum cum matricibus communio, nō modo, cum fœtus intereūt, de quibus Hippocrates‖nos docuit, verum etiam ante id, cum adhuc animal se habet secundum naturam.† Exiguæ porrò, dum ″fœtus augentur, sunt māmę, quo modo & matrices: cum aūt perfecti fuerint, & pariēdi tēpus institerit, simul cum matricibus, quod satis est, intumescunt: quod cum vtriq́ȝ instrumento accesserit, matricis quidem partes sunt sperma recipere, & fœtum perficere, mammarum vero, quod iá est natum, educare. Quod si aīalia attentius dissecueris, reperias in ijs quidem, quæ adhuc augentur, vesicas multo matricibus esse maiores, in perfectis autem matrices vesicis: vesica enim ad portionem omnium aliarum partium augetur, vt quæ omnibus ætatibus ęqualiter seruiat: matrix vero, neq́ȝ dum augētur adhuc animalia, neq́ȝ cum iam cōsenuerunt, rite actionem suam potest obire, siquidem alimenti benigni abundantis fœtibus est vsus, cuiusmodi in solis florētibus animalibus potest abundare. In declinanti-D bus enim, ꝙ vires sint imbecillæ, alimentum non rite concoquitur, quo fit, vt cum illis bene agatur, si ad suum proprium vsum alimētum, quod satis sit, possint comparare: in eis autem, quę augentur, valentes quidem sunt vires, ob eam q́ȝ causam alimentum benignum coquunt plurimū, quod cum duabus actionibus, nutritioni scilicet & auctioni, sufficere oporteat, superfluum nihil relinquit. In solis igitur ętate florentibus, ceu augeri iam desinentibus, & viribus adhuc valentibus, magna benigni alimēti est affluentia: quapropter natura in his quidem animalibus matrices efficit maximas, in imperfectis vero, & eis, quę consenuerunt, exiles: ꝙ illa quidem ad concipiendum magnitudinem habere oporteat commemorabilem, his vero, ꝙ otiosa esset futura, magnitudo erat planè superflua.

De Successione Operum naturæ. CAP. 5.

NVm igitur omnia hęc in māmis ac matricibus fiunt, instrumētis ipsis, quid agendū sit, mēte quadam prouidētibus? Hoc certe modo ne instrumenta quidem maneant, sed aīalia sint mente prędita, vt quibus mouēdi tēpus ac modus esset cognitus. Si vero naturalem quandam in ipsorum constructione addideris necessitatem, quę ad motus prędictos ipsa agat, instrumēta quidem iam & animalis partes seruabuntur, artem vero mirabilem Opificis præ se ferent. Quemadmodum enim, qui errantium astrorum periodos imitantur, simul atq́ȝ per instrumenta quædam motus

Marginal notes:

* Aldus habet porcus.

A.l.3.f.12.t.1. c.1.281.d

5. Aph.38.Ex. ord..41. a

5.Aph.48.41 h Et 2.Epi sec.6. circa medium.

2.Epi.sect.1.circa medium.

A.ibidem.e

† Fidelius ex græ. Exiguæ porrò, dum augetur animal, sunt mammæ, quo modo & matrices: cum aūt perfectum fuerit, & tēpus, quo generare potest, institerit, simul cum matricibus intumescūt ad decentē magnitudinē: in quo vbi vtraque instrumēta cōstiterint, matrices quidem &c.

motus principium ipsis tribuerint, ipsi quidem discedunt, illa vero non aliter, q̃ si ipsorum opifex E semper adesset, agunt: ad eundem, opinor, modum singulę corporis partes motus continuitate quadam ac successione à primo principio assidue agunt, nullo, qui præsit indigentes. Nos autem si minus aperte omnia naturę opera explicare possumus (sunt enim explicatu difficillima) conandum saltem est, vt ea omnia mente consequamur. In primis quidẽ causa, propter quam vbera cũ matricibus communionem habeant, est inueniẽda: tum autem, cur masculi quidẽ in dextro matricis sinu inueniantur, fœminę vero in sinistro, exponendum: præterea de lactis generatione, ac cur matrices vnà cum mammis augeantur ac minuantur: tum ante hęc omnia, quę nam maris sit natura, & quę nam fœminę, nam rei huius disqsitio (vt mihi quidem videtur) velut principium quoddam ac fons aliorum inueniendorum est futurus. Recte quidem Aristoteles mihi censuisse videtur fœminam mare esse imperfectiorem: non tamẽ totam hanc disputationem est executus, sed caput ipsum prætermisisse videtur, quod ego nunc adijcere conabor, quę ab illo recte fuerunt demonstrata, & ante ipsum ab Hippocrate, hypotheses ad præsentia sumẽda, quod ad rem absoluendam desideratur, id exequendo.

Cur Mulier viro imperfectior: ac de Similitudine genitalium mulieris & viri. CAP. 6.

EST igitur fœmina mare imperfectior, vna quidem ac prima ratione, quia frigidior, siquidem F in animalibus calidum est actiuum magis, frigidum autem calido minus: secunda vero ratione, ea, quæ ex dissectione apparet: hæc enim potissimum est ratio, quam paulo ante innuebam dictu mihi esse difficilem, verum, cum tẽpus me inuitet, ad eam audacter est aggrediendum. Tu aũt, qui hoc in loco versaris, tractatũ q̃ hũc euoluis, ne prius, vera sint nec ne, expẽderis, q̃ ea, quæ dico, ipse tuis oculis inspexeris: nam certo scio partiũ ipsarum aspectum, quod verbis deest, adiecturum. Oẽs igitur, quæ viris insunt, partes in mulieribus ẽt reperias, nisi in eo duntaxat discrepent (quod in hoc toto sermone tenere memoria oportet) q̃ in mulieribus quidem partes hæ intus sunt conditæ, in viris autem sunt extra ad nuncupatum perinęum: vtras enim harum priores mente voles concipere, mulierum quidẽ extra inuertẽdo, virorum aũt velut intro vertendo atq; replicando, oẽs sibi inter se similes inuenias. Intellige autem mihi prius virorum pudẽda inuersa simul & inter rectum intestinum ac vesicam intro se recipiẽtia. Verum, si hoc accidat, quẽ matrices locum occupãt, eum iã à scroto occupari est necesse, extrinsecus autem vtrinq; testes ei adiacere, ac collum eius sinus qui fit, colẽ maris effici, q̃ vero cutis est in fine colis (quod nunc præputiũ appellamus) ipsum pudendum muliebre repræsentare. Intellige autem mihi rursus matricẽ inuersam simul ac extra prominentẽ, non'ne testes ipsius quoq; parte interna esse est necesse, ipsam G aũt extrinsecus velut scrotum quoddã eis esse circundatã, collum autẽ, quod ante in perinæo erat abditum, nunc pendere ac pudendũ virile effici, pudendum q̃; muliebre (quod est velut cutacea quædam huius colli epiphysis) in vocatum prępụtium transferri? Consentaneũ his sanè est & arteriarum ac venarum & præterea vasorum spermaticorum positionem vnà cum his transferri: nullam enim in viris partẽ inuenias, quę in mulieribus non insit: tãtum positione diffident: quę enim in mulieribus sunt intus, eę in viris sunt extra. Cuiusmodi & in talparum oculis accidere videas: hæ enim vitreum ac cristallinum humorem etiam habent: & pręterea tunicas his circundatas (quas ortas à meningibus esse diximus) non minus habẽt, q̃ animalia, quę oculis vtuntur: sed neq; eis aperti fuerunt oculi, neq; foras prodierunt, sed ibi imperfecti fuerunt relicti, similes eorum oculis, qui vtero adhuc geruntur, manentes. Est sanè naturarũ in animalibus (quemadmodum Aristoteles copiosissime ostendit) non parua differentia. Alia enim non longe à plantis recesserunt, sunt q̃; ea oium animalium imperfectissima, sensu vnico tactus scilicet prædita: quo in genere sunt ostreorum plurima, quibus non solum nullum inest sensus instrumẽtum, sed ne mẽbrum quidem aut viscus vllum habent cõformatum, sed propemodum sunt plantæ. His autem amplius recesserunt, quæ gustandi habent instrumentũ: & ijs adhuc amplius, quę odorãdi etiam H habent instrumentum: quibus adhuc multo magis, quæ audiendi etiam instrumento sunt prędita. Proxima vero sunt perfectis, quibus cum hæc omnia tum etiam visus instrumẽtum adest: cuius sanè generis sunt & pisces: verum hi neq; pedes habẽt neq; manus. Leones vero ac canes non pedes modo, verum etiam velut manus sunt adepti: et his adhuc magis vrsi ac simię. Solis autem hominibus manus iam est perfecta, quo modo & ratio, quæ ipsa est vsura, qua diuinius nihil mortali animali inest. Sicut igitur homo animal est omnium perfectissimum, ita in eo ipso rursus vir muliere est perfectior: cuius perfectionis causa est caloris exuperantia, hic enim primum est naturæ instrumentum: in quibus igitur est parcior, in his opificium sit imperfectius, est necesse. Nihil igitur est mirum, si fœmina mare tanto est imperfectior, quanto frigidior. Nam, quemadmodum talpa oculos habet imperfectos, non tamen imperfectos æque, vt quibus animalibus ne ipsorum quidẽ omnino vlla est delineatio, sic & mulier partibus genitalibus viro est imperfectior: partes enim ipsius formatæ intus fuerunt, dum ipsa vtero adhuc gestaretur: cum autem extare & foras emicare præ caloris imbecillitate non possent, ipsum quidem animal, quod cõformabatur, imperfectius eo, quod vndiq; est absolutum, reddiderunt: toti vero generi vtilitatem non aspernandam præstiterunt, oportebat.n. quandam esse fœminã. Nec credendum est Opificẽ, partẽ totius

A tius generis nostri dimidiam sponte imperfectam ac velut mancam fuisse facturum, nisi imperfectionem hãc magna quædam vtilitas fuisset secutura, quam mox explicabimus. Fœtus ipse materiam postulat copiosam, nõ modo ad primam sui constitutionem, sed ad oẽ etiam deinceps incrementũ. Proinde, duorum alterum accidat ipsi, est necesse, aut ipsius vtero gerentis alimentũ rapiat, aut superfluũ accipiat: verũ rapere quidẽ non erat melius: superfluũ vero assumere non poterat, si fœmina fuisset exquisite calida, discuteret.n.ipsum sic & facile exiccaret. Frigidiorẽ igitur eam eousq; fieri satius fuit, quoad alimentum, quod coxisset ac confecisset, totum discutere non posset: quod enim est frigidius, ne concoquere quidẽ potest, quod vero planè est calidum, vt concoquere, ita discutere valide potest: quod igitur non ita multum ab exquisite calido relinquitur, & coquere satis, vt quod nõ amplius est frigidũ: & relinquere aliquid superfluũ potest, ceu quod non vehementer adeo sit calidum. Hæc igitur est frigiditatis fœminæ vtilitas, quam mox secutura erat partium imperfectio, cum ipsæ præ caloris imbecillitate foras prorumpere non possent: quod commodum ad generis instaurationẽ est secũdum ac maximum, nam, si extra prodijssent, scrotum vtiq; extitisset: quod, cũ intus iã subsideat, matricum substãtia est factum instrumentum semini recipiendo ac retinendo, fœtui præterea alendo ac perficiendo aptum. Statim autẽ & testiculos fœmina erat habitura minores atq; imperfectiores, ac sperma, quod in ipsis erat futurũ, parcius ac frigidius humidius q́; sequuntur enim hæc quoq; necessario caloris penuriã. Non igitur semen eiusmodi, generando animali satis esse poterat: fuit tamẽ & ipsum vtile, neq; enim frustra factum fuit: quod procedẽte sermone exponemus. Mas vero, quãto est calidior, tanto ipsius testiculi maiores extiterunt: semen autem, quod in ipsis generatur, cum sit summe coctum, principium est animalis effectiuum. Ab vno igitur principio, quod ab Opifice sapiẽter fuit inuentũ, & quo fœmina mare fuit imperfectior, nata sunt omnia, quæ ad animalis generationẽ pertinẽt: tum ꝙ fœminæ partes foras excidere nequeant, ipsæ q́; alimenti benigni superfluum colligãt, semen q́; habeant imperfectum, & cauum instrumentum ad semen perfectum recipiendum: tum quòd in masculis contra omnia accidant, pudendum scilicet sic prælongum, ad venerem q́; ac semen excernendum aptissimum, semen q́; ipsum sit multum ac crassum & calidum.

Quare Fœtus mares, aut fœminæ procreentur. CAP. 7.

NOli igitur putare semen ipsum alia quadam ratione ad maris, alia ad fœminæ procreationẽ moueri, eo enim modo nequaꝗ̃ principium animalis cuiusdã specie similis fieret, si motus haberet omni ratione sibi pugnantes: verum: (vt nuper diximus) quod quidẽ semen est imperfectius in motu, fœmina, quod vero ꝑfectius, mas efficit. Quẽ motũ perfectiorẽ, vel imperfectiorẽ inæqualitati in calido & frigido iure tribueris: ad quod vnũ principiũ (si mõ planè es physicus) particulares oẽs actiones reuocabis. Qui igit̃ principium id potest fœtibus ingigni? nã, qui existimant fœminã semen fœcundũ emittere, ijs mirum non videtur fœminã tunc cõcipi, cum seminis fœminini motus, masculini motibus præualẽt. At hi nõ intelligunt primũ qdẽ duorũ motuũ principia facere inter sese pugnãtia: q̃nquidem, si semen fœminæ, motus potissimum habet principium, oĩno eiusdem cum mare motus habet principium, ipsum q́; oportet cũ semine maris misceri, ac tum demũ, velut vnum, postea agere: quod, si id non oporteat, quid impediet, quo minus fœmina solo semine in se ipsam emisso, ita demũ fœtũ absoluat? atqui hoc accidere nõ videmus: cõstat ergo ꝙ omnino semen maris flagitat. Quod si ita est, misceatur cum eo, est necesse, atq; ita vtrũq; semen in vnum motum conspirent: fieri enim non posset, vt, si vtrũq; motu inter se discrepante mouerentur, in vnius animalis procreationẽ cõspirarent. Vt autem paucis rem oẽm complectar, siquis aliã quampiam seminis fœminini viam atq; motus ordinem, aliam aũt maris existimet, is haudquaquam in rebus naturalibus censebitur exercitatus. Siue.n.fœminæ semen, siue sanguis, qui in matrices promanat, motus principium quoddã conferat, oĩno motus principium D idem cum maris semine habere est putandum. Quod in gallinis est perspicuum: cõcipiunt enim hæ oua, quæ ὑπηνέμια.i.subuẽtanea, nuncupant, sine coitu cum mare: quibus ouis ꝙ desit quidpiam ad perfectionẽ, id indicio est, ꝙ animal ex ipsis gigni non possit. Quòd tamẽ hęc quoq; formam oẽm habeant, quam & alia oua, apparet euidenter: vt enim perficiãtur, solam à masculo desiderant caliditatem. Verum hoc in gressilibus quidem animalibus adesse non potest: cum enim omnia hæc volucribus longe sint humidiora, corpus fœmininum oĩno habẽt imbecillum, quod eò motus progredi non potest, vt formã artificiosam fœtui imprimat: solum aũt, si quod animalis est genus temperatura eousq; siccum, vt humoris frigidi redundantiã in fœminę semine possit quadantenus absumere, id fœtum eiusmodi, qualia sunt in gallinis ea oua, sine mare potest efficere. Verum in gressilibus quidem aĩalibus, quid reperias, quod ouo proportione respondeat, nisi quem medici appellãt molæ conceptũ? quæ sanè caro quædã est ociosa, atq; informis. Si igitur eousq; volunt semẽ fœminæ progredi, primũ quidẽ, ꝙ parum artificiosam actionẽ ei tribuũt (quę vtiq; vel soli menstruo forte affuerit) nemo est, qui ignoret: secundo autem, ꝙ mentiuntur etiam in eorum, quę fiunt, historia: non enim, sicut gallinę sine maribus oua pariunt, ita mulierẽ aliquando viderunt sine viro vel molã vel eiusmodi quippiam aliud concepisse. Satius igitur est maris semẽ motus principium supponere, fœminæ vero ad animalis generationẽ existimare ipsi aliquid

aliquid conferre. Quãtum aũt id ſit, quod confert, paulo poſt explicabo, cum primum præſentẽ E diſputationem concluſero. Vt enim anatomici ipſi nos docent, ab vno hoc motus principio ſtatim, vt ſemen in vterũ eſt coniectũ, & certe diutiſſime poſt, neutrum pudẽdorũ adhuc formatur, ignorabis q̃; ſit'ne mas, an fœmina, quod conceptũ eſt: poſtea vero tandẽ deprehendit̃, fit q; perſpicuũ: cauſam aũt, cur tale fiat, partim quidẽ ex ſpermate habet, partim aũt à matre trahit. Quo pacto aũt ipſarum cauſarũ vtrãq;, hanc quidem iam inde ab initio habeat, aliam aũt poſt aſſumat, ſtatui id demonſtrare nõ rationibus probabilibus, ſed euidẽtibus demõſtrationibus ex diſſectionibus inuentis, ex qbus, certo ſcio, admirabilis tibi naturæ ars illuceſcet, ſi quæ dicturus ſum, attente audieris. Nã vena caua, quà primum adhuc ex hepate emergẽs, ſublimis ad ſpinã flectitur, dextrum habet renẽ ad dextrã ſibi adiacentẽ, tum deinceps paulo infra ad læuam ſiniſtrũ. Producit aũt ex ipſa vas venoſum maximũ in vtrũq; renem: atq; ẽt ſub vtroq; horũ vaſorum videas alia duo vaſa ęque magna à maxima arteria, quæ ſpinę incũbit, profecta, nõ aliter q̃ venas, in renes inſeri. Tanquam aũt ren dexter prope iecur ſit locatum, ſiniſter aũt inferius (ſicuti in ijs, q̃ de nutritionis inſtrĩs, ſuperius dictũ eſt,) ſolis ijs vaſis, quæ in renes infiguntur, peculiare quiddam obtigit, cuiuſmodi alijs nullis neq; eorũ, quæ à vena caua, neq; eorum ẽt, quæ à magna arteria promanant: illa.n.oĩa bina ex ijſdem locis vaſis vtriuſq; exoriuntur: venæ autẽ & arteriæ, quæ ad renes F pertinent, à magnis quidẽ vaſis, at non ijſdem locis oriunt̃, ſed, quãto ren dexter altero eſt altior, tanto & vaſorum, quæ in ipſum infiguntur, productio ea eſt altior, quę in alterũ inſeritur.[a] †Qm̃ igitur poſt hęc, ad partes genitales iugum arteriarũ & venarum fertur, quod ab eiſdem partibus proficiſci debebat (non enim amplius aliæ quidẽ ipſarum ad ſublime, aliæ autem ad imum pertinent inſtrumentum, ſed matrix ſiniſtra eandẽ cum dextra habet poſitionẽ, tum teſticuli vtriq; æquali loco ſunt ſiti) iccirco vaſorum, q̃ ad ipſa ferunt̃, quæ ad dextrã matricẽ, atq; ipſius teſticulum progrediunt̃, à magnis ipſis vaſis, quæ ſunt ad ſpinã, proficiſcunt̃, vena quidem à caua vena, arteria autẽ ab arteria magna: quæ vero "ad ſiniſtrũ teſticulum in maſculis, aut ad matricem ſiniſtram in fœminis perueniunt (ſunt aũt hæc ẽt duo, vna ſcilicet arteria, & vna vena) non amplius à magnis ipſis vaſis, ſed ab eis, quæ ad renes ferũtur, emergunt. Ex quo intelligi poteſt teſticulũ ſiniſtrum in maribus, et matricẽ ſiniſtrã in fœminis, ſanguinem impurũ adhuc atq; excrementoſum, humidum ac ſeroſum, recipere. Qua ex re accidit, vt ipſa quoq; inſtrumenta, quę recipiunt, haud ſimilia fiãt temperamento: quemadmodum.n. ſanguis purus excrementoſo eſt calidior, ita & partes dextrę, q̃ ex ipſo nutriunt̃, ſiniſtris fiunt calidiores,[b] †tametſi natura principio ſuperabant: demonſtratum.n. nobis ſæpe eſt id quoq; ab Hippocrate[c] ‖ recte fuiſſe dictum, ꝙ partes, G quæ ẜm rectitudinem ſunt ſitę, neceſſario plus inter ſeſe communicant ac fruuntur. Non igitur amplius miraberis, ſi matricum dextra ac teſticulorum dexter, non ſolum ꝙ ſecus ac ſiniſtra, nutriantur, ſed ꝙ etiam ẜm hepatis rectitudinem ſunt locata, ſiniſtris admodum ſunt calidiora. Atqui, ſi hoc eſt demonſtratũ, ac pręterea conceditur maſculum fœmina eſſe calidiorem, probabile etiam eſt partes dextras maſculorum, ſiniſtras fœminarum, eſſe generatrices. Eodem certe pertinent, & q̃ ab Hippocrate[d] ‖ ſunt dicta: Vteruis teſticulus τραγᾷν extrinſecus apparuerit, ſi dex » ter, maſculus: ſin vero ſiniſter, fœmina. Cum.n. primum partes genitales intumeſcũt, vox q; mu » tatur ac grauior atq; aſperior efficitur (id enim eſt τραγᾷν id eſt hircire) tunc Hippocrates pręcipit obſeruare, vtra partium ſit fortior: quæ enim prius tument, incremẽto q; ſunt maiore, eę vtiq; ſunt fortiores. Verũ, nequis hic hallucinetur, diſtinctione quadam eſt opus. Quãdoquidem pars fortior aut imbecillior altera bifariam dicitur: vno quidem modo ſimpliciter ac natura in toto genere, altero autẽ in ſolius huius indiuidui animalis compagine. Siquidem cor hepate, arteriæ venis, & nerui carnibus, poſtremo dextra omnia ſiniſtris, in omni animalium genere ſunt fortiora: fieri tñ poteſt, vt verbi gratia, Dioni aut Theoni dimidia capitis pars dextra ſcilicet, aut partis dextræ oculus ſiniſtro, ſit imbecillior. Ad eundem ſanè modum & teſticulorum ſimpliciter quidem H dexter eſt fortior, priuatim aũt huic cuipiam ſiniſter poteſt eſſe fortior[e] ⁝ etenim & † natura frigidior ꝗ eſt ſiniſter dextro vt plurimũ, ob eam q; cauſam ſcrotũ, quo inuoluit̃, eſt laxius. Interdum ẽt alioqui in multis contrarium inuenias, vt, cum in prima compactione affectus aliquis dextro teſticulo acciderit, in his certe ſiniſter eſt fortior: quin etiã, cum dexter ren poſitione ſiniſtro fuerit propinquus (id enim aliqñ etiã accidit ſed raro) inueniũtur tũc à vaſis, quę in ipſum inſerunt̃, propagines: ad dextrum quidem teſticulum in maſculis, ad dextrã vero matricem in mulieribus, tendentes. Vt igitur generatim dicam, quælibet in aĩali pars morbida magis atq; imbecillior in oẽm vitam redditur, ſi quod vitiũ vel exiguũ in prima cõformatione ei obtigerit: cuius vitij culpa tũ in primũ maris cum fœmina coitũ intempeſtiuũ, tum in grauidæ victus rationẽ ſequẽtem, eſt cõferenda. Verũ de his qdẽ nõ eſt nunc dicẽdi locus. Porrò teſticulus dexter, cùm altero imbecillior factus fuerit, in eo affectu, quem tragon nominãt, ſiniſter prior eleuatur: quo caſu colligere poſſumus id animal fœminas procreare: quemadmodum, ſi ẜm naturam ipſe permanſerit, dexter autem prior in trago attollatur, id animal (quantum in ipſo eſt) maſculos gignat. Siquidem fieri aliqñ poteſt, vt, etiam ſi initium à fœmina ſit profectum, ſemen, quod alioqui fœminã erat generaturum, à dextra matrice calfactum, fœtum efficiat maſculum: cõtra, quod maſculum

erat

A † *Ita etiã habẽt cod. antiqui græci, ut traduxerat interpres. Aldus autẽ. Quoniã igitur partes genitales his ſubiacent, iugũ uenarum et arteriarum quod ad eas fertur, ex eiſdem partibus proficiſci erat neceſſe. Sed melior uidetur interpretis lectio.*

B † *Al. ex antiquis. et hæ partes poſitione hac re ab initio præſtabant.*

C 2. Epid. ſect. 3ª. circa mediũ. Et 6. Epid. ſect. 2ª. t. 12. 3ª. 162. e. Et. 3. de Arti. t 32. 7ª. 271.

D 6. Epid. ſec. 4. t. 27. 3ª. 186. h

E *Aldus legit varicoſior.

A. l. 3. f. 20. t. 1. c. 1. 371. f

A erat geniturum, à sinistra refrigeratum in contrarium trāsmutetur. Quandoquidem, si semen sit paulo frigidius, matrix vero plurimum sit calida, nil miri est ab ea, quod spermati deest, adijci: sin vero plurimum sit refrigeratum, deinde in ætate declinantis aīalis in dextrā matricem inciderit, haudquaq̃ ab ipsa iuuabitur. Cum igitur duplex sit masculorū generationis principium, in fœminis quidem dextra matrix, in masculis vero dexter testiculus: matrix autē vt plurimum valentior sit ad fœtum sibi assimilandū, vt quę diutius cū eo versatur: consentaneū est fœtum masculum in dextera, fœmininum vero in sinistra bonā partem inueniri: siquidem vt plurimū ipsa sibi ipsi semen assimilat. Potest tñ accidere, vt interdū à vi caloris, qui semini inest, subacta masculum pro fœmina fœtū fieri pmittat. Hęc certe sunt rara, magnoq; egēt excessu. Vt plurimū autē masculus in dextra, fœmina in sinistra matrice iuenit: quorū est causa principiū venarū matrices nutriētiū.

De Vasorum Vteri, & Mammarum societate. CAP. 8.

PORrò, quid causę sit, cur māmę tantū habeant cum matricibus consensum id iam explicabo: etenim mirabilem quandam id quoq; naturæ artem indicabit. Cum enim partes vtrasq; ad vnum opus obeundum comparasset, ipsas coniunxit per vasa, quę, dum de thorace ageremus, ad māmas venire memorauimus, venas & arterias ad hypochondria ac totum hypogastrium deducendo, post autem ijs, quæ à partibus infernis sursum feruntur, coniungendo, à quibus venæ ad matricem ac scrotum perueniūt. Sola enim hæc in animalibus vasa partim quidem ex partibus, quæ sunt supra phrenas, profecta, ad inferna corporis ferūtur, partim aūt ex inferioribus sursum: ꝙ prædictas solas particulas p vasa coniungi erat necesse, vt, qñ in matricibus fœtus augeretur ac cōformaretur, illi soli venę cōes ex vtrisq; alimentum affundant, qñ vero natus fuerit, māmis rursum alimentū totum affluat. Quæ causa est, cur eodē tempore mēstrua belle procedere nequeāt, & fœmina lactare: altera enim pars, dum sanguis ad alteram trāsfertur, sicca semper relinquitur. Cęterum, ante conceptum in muliere ætate florente quidquid sanguinis superflui colligitur, natura singulis mensibus per venas ad vterum pertinentes id excernit: cum autem iam conceperit, ex ijsdem vasis fœtus trahit alimentū. Porrò venæ, quæ illic sunt, latitudine ac longitudine sunt tantæ, vt fœtum non modo affluenter nutriant, verum etiam superfluum quidpiam semper congerant: quod, cum toto conceptus tempore in his cōibus vasis, ceu prōptuarijs quibusdā alimenti, aceruatum ea attollit ac omnino distendit & veluti exundat, locum, in quem transferat sese, requirit: quem reperire non potest, nisi māmas: in quem locum simul venæ distentæ ac grauatę id immittunt: simul autem ventris totius moles, quæ propter conceptum ipsis incidit ac premit, ad C locum cedētem propellit. [a] ‖ Ita igitur lac mēstruo germanū esse ait Hippocrates. [b] † Proinde, cū vitium aliqđ fœtui ipsi acciderit eiusmodi, vt nō amplius alimētū, quod satis sit, attrahere queat: aut cum in mulieris corpore delictum eiusmodi contigerit, vt non satis sanguinis suppeditare ei amplius possit: eo casu operum naturæ ordo quidē confunditur ac perturbatur, contrarijs aūt affectibus māmæ præhendantur, est necesse, impleantur quidē lacte ante tempus, cū fœtus est imbecillus, gracilescant aūt postea, cū matrices alimenti penuria laborāt. Vnde Hippocrates [c] ‖ dicebat, « Mulieri in vtero habenti, si lac ex māmis fluxerit copiosum, fœtus redditur imbecillus. nempe ꝙ superfluū oē sursum ad māmas ascendat, quod fœtus in venis reliquit, cū ipse præ imbecillitate, « quantū sibi ad moderatā nutritionē satis esset, attrahere neqret. Qñ vero rursus inqt, [d] ‖ « Mulieri in vtero habēti si māmæ graciles repente fiant, abortiet. tunc fœtū fortē quidē esse est putandū, sed copiosum ei alimentū deesse: quare primū quidē ex venis matrici cōibus sanguinē trahit, atq; interim māmę gracilescūt, ita aūt non multo post fit abortus, cū.s. nutrimentū oino ei deficit.

Sed hęc qdē oia physica sunt ꝓblemata, q̃ cōsecutione quadā ad ea, q̃ nunc sunt ꝓposita, recēsuimus: propriū aūt pręsentis enarrationis erat, vt cōionis matricū cū māmis vsum explicaremus, & vasorū, quę ab eis vasis, q̃ in renē è directo sitū inseruntur, profecta, in testiculū ac matricem siniD strā perueniunt: oīa.n. hęc natura excogitauit, quò duplex generationis principium fœtibus cōpararet, vt alter quidem eorum esset mas, alius vero fœmina. Atq; de his quidem res sic habet.

De causa Voluptatis, quæ in Venereorum vsu persentitur. CAP. 9.

CÆterū, cur cū vsu partiū genitaliū, voluptas qdē maxima sit cōiuncta, cupiditas aūt ęstrodes .i. stimulās in oībus florētibus aīalibus vsum pcedat, deinceps nobis dicēdū, nō primā adhuc neq; principalissimā causam vestigātibus (diximus.n. antè, naturā eiusmodi oīa fuisse machinatā, quò genus in perpetuū maneret incorruptū) sed materialē atq; instrumentariā. Non.n. ob id tm̄, ꝙ dij, qui aīalia effinxerūt, voluerūt aut immēsam venereorū cupiditatē esse ingenitā, aut ingentē voluptatē esse coniunctā, protinus cupiditas ac voluptas animalibus accesserūt, sed ex materia atq; instrīs ad ea ipsa apposite comparatis. Arterię.n. & venæ, quæ à locis, quæ ad renes pertinent, ad partes genitales feruntur, matricū quidē fundū pteruehunt, lateralibus vero ipsarū partibus postea inuectæ, in duo diuidunt: tū aūt pars alia illinc à lateribus ad testes fœminæ secedit, qui & ipsi matricibus adiacent: altera vero ad fundū progressa, multipliciter in ipsum tota distribuitur. Cōmittuntur aūt hic fines vasorum, quæ in sinistrū sinum matricis sunt diuisa, cum finibus eorū, quæ in dextrū eiusdē sinū sunt distributa: quo fit, vt dextra matrix exiguā quidē, sed tñ serosam humiditatem adsumat: quæ humiditas pter dictū antea vsum, aliū quempiam erat præ-

statura

A.l. 1. f. 1. d. 5. su. 5. c. 5. 25. f

A 2. d Mor. vul. sect. 3a. ꝓpe fi.

B † *In impressis græcis addunt hæc verba:* τῆς μὲν ὀκταμηνίου ἀπαρτίζουσης, τῆς δὲ τροφῆς ὑπερβαλλούσης, *id est octimestri quidē perficiēte, nutrimento uero immutāte. uel ut alij, superāte. sumpta quidem & hæc ex 2. Epid. sect. 3a. prope finē. quæ tamē ad hunc locum pertinere nō uidetur.*

C 5. Apho. 52. Ex. ord. 42. b

D Ibid. Apho. 37. 40. h

ſtatura maximum, vt quæ acrimoniam quandã ac mordacitatẽ habeat, quod humoris genus, om E
nium maxime põt partes ipſas ad agendũ excitare, voluptatẽ q; dum ipſę agũt, prębere. Quòd,
ſi parua quędã ac leuia magnorum ac mirabiliũ naturę operum exẽpla, quo res ſit clarior, in hãc
diſputationẽ oportet afferre, eiuſmodi quiddã mihi accidere intellige, cũ humores hi ſeroſi inca-
leſcunt, quod maxime accidit, cũ humores acres ſub cuti animalis ſæpe ſunt aceruati: titillant.n.
tunc ac pruritum excitant, & ſuo motu voluptatem afferunt. Quando igitur non modo eiuſmo
di humores vacuari poſtulant (eo q; nos excitant ac pungunt ad ſeſe excernẽdum,) verum etiam
ſpiritus multus ac calidus expirare gliſcit, incredibilẽ quędam exiſtimare oportet voluptatis eſſe
exceſſum. Præterea, cùm partibus his natura ſenſum, ꝙ cuti, longe exactiorem propter eandem
vtilitatem tribuerit, mirũ amplius videri non debet, neq; cur ipſis illinc voluptas maior accedat,
neq; cur cupiditas ingens ipſam præcedat. Hæc autem cauſa etiam eſt, cur plerũq; à vaſis, quæ in
dextrum renem inſeruntur, propagines quædam ad matricem è directo ſitam ferantur: cum.n.
vtilitas horum ſeroſorum excrementorum duplex ſit futura, prior quidem ad augendam in ſini-
ſtris partibus frigiditatem, ſecunda vero ad cupiditatem ac voluptatẽ ingentem in vſu inſtrumẽ-
torum excitandam, prior quidem ſemper ſiniſtris, ſecunda vero aliquando dextris per longa va-
ſa ineſt. Accedit "autem eò aliud præterea quoddam adiumentum non aſpernandũ à corporibus F A.l.3.f.20.t.1. c.2.372.h
glandulоſis, quæ vtraq; parte colli veſicæ ſunt locata: in quibus & ipſis humor quidam ſpermati
quidem ſimilis, verum tenuior longe continetur: cæterũ de eo quidem paulo poſt tractabimus.
Ipſum autem ſemen ſpirituoſum eſt ac ſpumoſum, vt, ſi extra effuſum aliquãdo fuerit, paulo poſt
diminutius multo appareat, ꝙ cum initio excideret, deſiccetur q; citiſſime præ viſcoſitate, non
quemadmodum mucus & pituita diutiſſime perdurant, neq; ſiccantur, molem q; æqualem ſer-
uant: tenuis enim & aquoſa ac cruda horum, craſſa autem & viſcoſa & ſpiritu vitali plena ipſius
ſeminis, eſt humiditas.

De Seminis generatione, & quo pacto emittatur. CAP. 10.

QVando igitur in proprium locum inciderit, principium fit animalis generationis: cum au
tem in alienum, expirat quidem ex ipſa humiditate repente ſpiritus, relinquitur autem vi-
ſcoſa humiditas, quæ in ſe ipſam conſidet. Cauſa vero etiã generationis huius hæc eſt.
Ex ijs vaſis, quæ ad matrices accedunt (quæ ad latera ipſarum diſtribui diximus,) quæ pars fertur
deorſum, inuoluitur modo perſimili ijs vaſis, quæ in teſticulos maſculorum perueniunt. Vena
enim "ſuperiacet, ſubiacet autem arteria, útraq; flexus multos numero æquales efficiens inſtar ca A.l.3.f.20.c.1 371.e
preolorum quorundam varie implexorum: quo implexu ſanguis & ſpiritus, qui ad teſtes ferun- G
tur, diutiſſime coquũtur: clare q; cernas humorem, qui in primis flexibus habetur, adhuc ſangui-
neum, in ſequentibus deinceps magis magis q; albeſcere, quoad in omnium poſtremis totus al-
bus omnino fuerit redditus: qui flexus poſtremi in teſtes terminantur. Teſtes vero, cum ſint la-
xi ac cauernoſi, humorem, qui in vaſis cœptus erat concoqui, excipientes, & ipſi rurſum perco-
quunt, perfectius quidem ad fœtus procreationem maſculorũ teſtes, maiores cum ſint & calidio
res, & id quod in eos fertur, exactius iam elaboratum ſit: tum propter interualli longitudinem tũ
propter vaſorum coquentium robur: imperfectius autem teſtes fœminarum id efficiunt, vt qui
minores ſint ac frigidiores, minus q; exacte coctum humorem excipiãt. Cur autem ſanguis, cũ
in vaſis diutius moratur, albeſcat, ſiquis eorum meminerit, quæ in libris de facultatibus naturali-
bus demonſtrauimus, cum ſpero facile inuenturũ: demõſtrauimus enim in illis partem omnem
alimentum ſibi ipſi aſſimilare. Quid igitur mirum eſt, ſi cum tunicæ vaſorum ſint albæ, ſangui-
nem in formam ſibi ipſis ſimilem immutent? At forte quęret aliquis, cur in nullo alio vaſe id ac-
cidere cernatur: cui prõptum eſt reſpondere, quòd in nullo alio vaſe ſanguis ita diu moratur, ne-
que.n. vlli alteri vaſi non dico flexus tam multi inſunt, alij alijs cumulati, ſed ne vnicus quidẽ om
nino ineſt. Quòd, ſi moraret̃ diu nec præterflueret ac vacuaretur repẽte, liceret & in alijs quibuſ- H
dam aĩalis partibus ſuccum eiuſmodi reperire: quanquam & vaſis cuiuſq; humidum natiuum, à
quo ipſorũ tunicæ nutriuntur, eſt eiuſmodi. Quare nihil mirandũ eſt, ſi in prædictis flexibus ſan
guine velut ſtagnante ſuccus ſpermaticus congeratur. Quem cum teſtes exceptum perfecte qui-
dem in maſculis, imperfectius vero in fœminis, conficiant, perſpicuum eſt, ꝙ alio quodam vaſe,
quod ipſum rurſus accipiat, atq; ad exeretionẽ deducat, opus erit. Hoc certe loco ſiquis accura-
te in partiũ diſſectionibus verſatus fuerit, fieri non poterit, quin naturæ artem admiretur. Cum
enim marem ſemen foras eiaculari, fœminam autem in ſe ipſam, oporteret, ob eam cauſam & va
ſa, quæ ſemen à teſtibus acciperent, in maribus quidẽ ad pudendũ exporrexit, & ad meatum, qui
illic eſt, orificio adaperuit, per quem etiam lotium foras emittitur: in fœminis vero tum in ipſas
matrices inſeruit, tum conſtituit, vt in capacitatem internã ſemen excernerent. Quæ oĩa quan-
quam ſunt admirabilia, multo tamen ex ijs, quæ iam ſubijciam, magis mirabere. Cum enim vtili-
tas vtriuſq; ſeminis non eſſet ſimilis, quòd neutrum neque multitudine neque viribus alteri eſ-
ſet ſimile, neque vas ſpermaticum forma aut latitudine aut longitudine ſimile extitit: ſed mariũ
quidem latum eſt ac longum, & cum iam prope pudendum acceſſerit, velut ſinus quoſdam ha-
bet: fœminarum vero contra anguſtum ac breue. Hoc enim, tametſi eſt exiguũ ac tenue, ſatis ta-

men

A men esse poterat recipiẽdo semini ac deducẽdo: marium vero nisi longum simul ac latum & κιρσώδης.i.varicosum, extitisset, quo nam pacto semẽ tum multum tũ crassum excepisset? quo modo item facile deduxisset? quo modo confertim ac repente in matrices eiecisset? Verũ hęc quidem naturæ opera sunt mirabilia: tum etiam ꝙ in coitibus partes genitales vndiq; extenduntur, quò simul quidem matricum collum dirigatur ac pateat (vt ante memorauimus,) simul autem semen excernat. Quantum.n.ad ea, quæ in vasis continentur, excernenda ipse partium velut spasmus, q in coitu venereo accidit, habeat momẽti, ex magnis epilepsijs, & eo affectu, qui γονόῤῥοια id est inuita seminis effluxio, nuncupatur, discas. Siquidem in vehemẽtibus epilepsijs, ꝙ corpus totum vehementer conuellat & cum eo partes genitales, semen idcirco excernit: in gonorrhœis autem soli vasa spermatica afficiuntur. Quæ igitur tẽsio in prædictis affectibus, vasis ijs accidit, ea & in coitibus cum ijsdem accidat, semẽ excernũt. Porrò venereorum cupiditatem, & in vtẽdo partibus ipsis voluptatem, quo pacto seminis substantia cogat fieri, dictum nobis ante fuit.

De Vsu Seminis muliebris. CAP. 11.

QVin & fœminæ semẽ, præterquam ꝙ confert animalis generationi, ad hęc quoq; est vtile: vt enim fœmina quoq; ad venerem excitetur, &, cum coit cum mare, collum matricis pateB faciat, semen non minimum habet momentum. Quantum vero sit, quod ipsa ad animalis generationem cõfert, dicẽdum deinceps est, repetitis prius ijs, quæ in libris de spermate cõscripsimus: in quibus demõstrauimus semẽ maris intus in matricibus manere, quemadmodum dixit Hippocrates, cũ fœmina est cõceptura: preterea idẽ semen maris, principium seu originem membranarum ac vasorum omnium esse, ipsum enim amplius coquitur, atq; initio statim ex fœminæ semine nutritur, tanquã id natura familiare magis sit, q̃ sanguis, & omne, quod nutritur, à similibus augeri facilius possit. Quòd aũt ex eo tunica ἀλλαντοειδής gignatur in ijs cõmentarijs: quos de semine cõscripsimus, indicauimus. Porrò, qui humor in illis corporibus glandulosis gignitur, in meatum vrinarium effunditur, in masculis quidem vnà cum semine in matricem delatus, in fœminis autem & foras & in muliebre pudendum effusus. Vtilitates autem eius in vtrisq; quidem tam maribus, q̃ fœminis sunt, ꝙ ad venerem excitet, ꝙ in coitu delectet, ꝙ deniq; meatũ vrinarium madore aspergat: in masculis autem propria & præcipua est, qualis seminis in fœminis: sunt enim inter se specie simillima, semẽ, quod in testibus fœminarũ continet, & humor qui in glandulosis corporibus mariũ est, cum & robur & calor masculorũ detentum in his partibus humorem ita cõcoquat, vt nihil ei ad fœminarũ semẽ desit. Vnde (opinor) & meatus, qui ex ijs C corporibus proficiscũtur, nõ dubitant vasa spermatica nuncupare: ac primus quidẽ Herophilus παραστάτας ἀδενοειδεῖς.i.glãdulosos appellauit: &, q à testiculis explantant, παραστάτας κιρσοειδεῖς hoc est variciformes, noĩare occupauit. At fœmina, cum masculo frigidior sit, inconcoctũ adeo tenuem q; in glandulosis parastatis hunc humorẽ habet, vt nihil ad prolis generationẽ cõferat: iure q; ideo is effunditur suo iam functus officio, in vterũ vero trahitur alius, (marium nẽpe humor.) Quòd autem nõ solũ in venerem humor hic meatum excitet, sed, dum erumpit, ẽt delectet meatum q; madefaciat, ex hisce præcipue nosces: planè siquidẽ tunc fœminis effluit, cũ & ipsæ vehementer in coitu oblectant, & qui concumbunt, circa pudendum sibi eum offundi percipiunt: atqui & spadonibus istud ipsum voluptatẽ quandã afferre videtur: vt nullã posthac amplius probationem inquirere debeas. Quòd autẽ meatum madefaciat ac molliat, est quidem & ex sua ipsius natura notum: tanquam enim viscositatem quandam ac crassitiem habẽs instar olei meatum inungit, ne exiccatus consideat, prohibeat q;, quo minus per sese lotium ac semen facile ferantur. Quin & alias quasdam glandulas eiusdem vtilitatis causa demostrauimus extitisse, cuiusmodi sunt ad pharyngem, linguam, asperam arteriã, atq; intestina. At nunc nuper quidã, ꝙ graciles & penuria alimenti laborãtes & siccas has omnes partes haberet, ob eam causam visus D est nobis nõ posse prius meiere, ꝗ copiosum in vesica lotium aceruasset, ꝙ meatus ipsi siccus esset ac consedisset. Oportebat igitur meatum ipsum à lotij multi ac subiti superne valide immissi impetu aperiri, alioqui haudquaquã homo ille meiere potuisset. Eã q; causæ cõiecturam curationis euentus confirmauit: oleosis enim vnguentis locum oẽm perfundentes, corpus q; vniuersum renutrientes (erat enim ipsum summe gracile & pręcipue partes illę) his remedijs hominem sanitati restituimus. Verum in coitu quidem repẽte ac simul vnà cũ semine id elabitur, sensum q; idcirco sui facit, reliquo aũt tempore omni paulatim, eo q; sensu non deprehẽditur. Quare ne eum quidem, qui ex multo venereorũ vsu humore hoc exhaustus fuerit, & non aliter, ꝗ is, cuius nunc meminimus, vix meiat, male putauimus sanari posse, victum temperantiorem ei præscribendo.

Constat igitur omnia hæc à natura prouidenter esse comparata, & præter hæc adhuc cornuum (quas κεραίας vocãt) generatio. Si.n.rectè in ijs, quæ de facultatibus naturalibus ꝓdidimus, fuit demonstratũ, tum cæteris oĩbus animalis partibus, tũ matricibus præcipue, facultatẽ inesse propriæ qualitatis attractricẽ, oportuit oĩno aliquem ẽt στόμαχον. i. meatũ, ipsis ad huiusmodi succũ attrahendũ fuisse cõparatũ. Porrò matricibus succus familiarissimus est (cuius ẽt recipiẽdi gratia extiterunt) semẽ: quod cũ sit duplex, duplices quoq; ipsis stomachi extiterunt: ad virile quidẽ semen trahẽdũ stomachus is, quẽ αὐχένα.i.collũ anatomici priuatim noĩant, quod ad muliebre pudendum

Lib. de Genitura circa mediũ. Et de Natura pueri, in principio.

Libidẽ.c.1.2

dendum diximus pertingere: ad semē vero à proprijs testiculis trahendum κεραῖαι.i.cornua, fue E
runt comparata, quæ propterea sursum ad ilia spectant, paulatim q̃; arctata desinunt in fines angustissimos, vtraq; ipsorū, διδύμῳ sui lateris (sic enim Herophilus testiculū nuncupat) coniuncta. Quòd aūt eò pertingit vas, ad portionē nuncupatorum in maribus varicosorum parastatarū est, id quod paulo ante nominatum à nobis est spermaticū. Insunt autem ei & corpora musculosa, quæ ad testiculos descēdunt in masculis, à musculis hypogastrij. Quocirca quod ad hoc etiam pertinet, fœmina ipsa partes oēs habet, quas & masculus. Quòd si alias quidē ipsarum minores, alias autem maiores habet, ars naturæ hic quoq; est admiranda, quæ nihil ne in fœminis quidem fecit minus, quod maius esse oportebat, neq; rursus maius, quod minus esse conueniebat.

De Magnitudine ac positione Testium, mulieris & Viri. CAP. 12.

QVòd nanq; testiculos, ac meatus spermaticos in maribus maiores esse melius erat, supra id monuimus. Cum aūt id esset satius, natura iure sursum cornua matricum porrigens prope testiculos sustulit, vt, quod vas spermaticum eò peruenit, paruum esset: cōtra autem in masculis fecit, vt in hoc libro dictum nobis fuit. Cum enim testes vtrinq; radicem καυλοῦ (sic.n. pudendum virile nominant) circūstent, si in vasis spermaticis cōformādis aliud nihil fuisset machinata, non solū non maiora ipsa fœmininis effecisset, sed multo ēt minora. Longum igiť quen F
dam viç circuitum ipsis excogitauit, ipsa quidē prius ducens sursum ad ilia, rursum aūt per interna deducens ad eum vsq; locū, vnde pudendum enascitur, vbi semen erant eructatura: quo loco multis flexibus ea contorsit, varicosos q̃; effecit, vndiq; plurimum, quoad licebat amplificando ac dilatando, receptacula ea affluentiæ seminis comparans innumera. Quòd, si nolis oscitāter, quæ hic à me dicunť accipere, sed ad dissecanda animalia concedens operum naturæ spectator esse velis, videbis vasa spermatica maris non parum superare, sed lōgitudine profunditate ac latitudine multis partibus reperies fœmininis esse maiora. Ob eas igitur causas mulierum testes parui admodum extiterunt, & matricibus vtrinq; adhærentes ad epigastrion: virorum aūt testes tum magnitudine fuerunt longe maiores, tum sub ventrem fuerūt abducti, vt ne ipsum quidem omnino tangant. Si enim eos in ventre quoq; collocasset, præterquā ꝙ arctarētur simul & arctarēt partes, quæ illic sunt, vasorum etiam spermaticorum necessario longitudinem minuissent: quæ nūc quidem inferne sursum subeuntia, ac rursus superne deorsum descendentia, longitudinem acquirunt commemorabilem: tunc enim superne deorsum duntaxat tēdentia, de ea lōgitudine, quam nunc habent, partem totam dimidiam amisissent. Fœminarum vero testiculi, cum parui penitus essent, vasaq; exigua essent productura, loco, quem nūc possidēt, opportunissimo sunt siti, vtráq; G
quidem matricis parte positi, paulo autem supra cornua abducti. Quòd aūt & magnitudini vasorum spermaticorum in mare natura magnopere prouiderit, discas licet tū ex piscibus, tum maxime et ex auibus. Cum.n. & ipsas fœcunditatis causa semen copiosissimum aceruare oporteret, ob eam q̃; causam, quo vasa citius succum affluentem coquerent, & in seminis boni generationem conficerent, ipsa in loco calente collocari esset melius, non simpliciter prope meatus semen excernentes ea constituit (breuia enim sic extitissent) sed longissime abducens, diaphragmati cō iunxit: qui locus certe oīum est calidissimus, vt qui à quatuor visceribus operiatur, superne quidem à corde & pulmone, inferne autem ab hepate & liene: quin & spatium, quod est in medio, erat maximum, quod totum vasa spermatica erant occupatura: videntur q̃; oīa à natura in quoque animalium genere mirabiliter fuisse inuenta. Verum de alijs quidem aīalibus fortassis olim tractabimus. Homini vero (de eo enim præsens sermo est institutus) interuallū hoc non piscibus modo neq; auibus, sed omnibus animalibus breuius, &, si aliarum partiū analogiam spectes, ipsos quoq; testes magnos habenti, positio hęc nō erat opportuna. Nam, vt alia omittam, haudquaquam, quo modo illa animantia, multi seminis ipsum esse oportebat: semen autem mediocre hominum testes, etiam si calidis instrumentis non sint propinqui, propter magnitudinem ac caliditatem possunt gignere. Sed de horum positione hæc sufficiant. H

De Seminarijs Vasis, ac de Venis, arterijs, & neruis genitalium. CAP. 13.

DE magnitudine autem vasorum spermaticorum (hinc enim sermo noster est digressus) mirari oportet naturam, quo pacto prius ipsa à testibus deducēs ad ilia, eádem rursum ad maris pudēdū reduxit: quo loco postea ad meatum, qui à vesica proficiscitur, orificia aperuit, ꝑ quē etiam vrina excernitur. Non modo enim, ꝙ propter solā magnitudinem tam lōgum inuenit circuitum, sed ēt, ꝙ securitati eorum prouiderit, æquū est ipsam admirari. Quo enim meatu, qui est à peritonæo, velut fistula quadam, nutrientia testiculos vasa deduxit, eodem ad spermatici vasis ascensum est simul vsa, cōem tribus vasorum generibus securitatem vnum hunc meatum inueniens, illinc aūt rursus deducens, coxendicū quidem ossibus à lateribus, pubis vero ex anterioribus, osse lato ex posterioribus ipsum muniuit. cuiusmodi enim sit hoc quoq; miraculum in ossiū memoratorum cōpositione, ne interpretari quidem fuerit facile. Ad spinę quidē finem os, quod sacrum & latum nuncupatur, est subditum: vtrinq; aūt à lateribus ipsis ossa duo adhærēt, multis partibus prædicto maiora & figura admodū varia, quę maxima sui parte ad ilia sursum spectant, ad latera vero & infra paulum procedunt, partibus vero anterioribus, rotūdis apophysibus satis

A.l.1.c.1.d.
c.1.9.g

magnis

A magnis mutuo coeunt: qua vero prędicta hęc omnia coniunguntur per chartilaginem, internas superficies, alia quidem magis alia minus, omnia tamen simas cauas & leues adepta, vnum efficiunt magnum osseum fornicem, qui operit simul ac munit partes omnes animantis, et vasa spermatica, quæ internam ipsius capacitatem occuparunt. Siquidem vesica prima ossibus pubis subiacet, sic enim anatomici paulo ante memoratas ossium apophyses rotundas, quas inter sese mutuo cohærere diximus appellare consueuerunt: post hanc autem sunt matrices fœminis: post matrices, intestinum rectum. In masculis vero vasa spermatica per eum potissimum locum descendunt: quæ, ꝙ & longa sint & tendi contrahi q; vehementer in coitibus ipsa oporteat, robustam admodum natura ipsis tunicā effecit. Et, quoniam id eis, in maribus magis, q̄ in fœminis, accidit, idcirco & tunica in maribus beneficio parastatarum variciformium robustior extitit: eadē autem ratione his multo imbecilliores, adenosi facti sunt, ꝙ & minimi sint, & humorem consistentia tenuem contineant. Sic natura in omnibus est æquissima, cum reliqua omnia, tum robur & imbecillitatem, tum crassitiem ac tenuitatem, prout cuiq; est æquum, distribuens. Etenim, si in dissectionibus consideraueris, quanta sit cuiusq; venarum & arteriarum & neruorum, qui ad genitales partes perueniunt, magnitudo, ęquitatem Conditoris (scio) admirabere. Nerui enim sunt B mediocres, venæ vero & arterię non maximę solum, sed etiam duplices ad eas perueniunt. Alterum enim earum iugum ex locis renibus propinquis proficiscitur, quod in testiculos & matricū fundum diximus distribui: alterum autem ex vasis, quæ sunt ad os sacrum, seiunctum, partibus inferioribus inseritur, vbi primum in fœminis quidem matricis collum, in maribus autem virga exoritur: nam partes omnes matricum inferiores, & ipsarum stomachus, ac prӕterea tum quę ad muliebre tum quæ ad virile pudendum attinēt, ex his vasis nutriuntur. Vtilitas autem ipsarum, alia quidem est vt magnarum, alia autem vt duplicium: cum enim non sibi ipsis solis matrices, sed etiam fœtibus alimentum comparent, iccirco magnis indigent vasis: magnis autem * testes etiam indigent, quòd neque ipsos solum nutriri, verum etiam semen gignere oporteat. † Quòd autem arteriarum & venarum iugum, quod gratia nutriendi solum, ad partes genitales peruenit, impurum adhuc & excrementosum sanguinem continet: non oportebat autem ad nutriendum & ad alias quasdam vtilitates præbendum (quales paulo ante ostendebamus esse eis vasis, quæ sunt à renibus) serosum & acrem nec vndequaq; benignum habere sanguinem: omnibus est perspicuum. Ob has igitur causas, quæ ab osse lato feruntur, ex vasis magnis adiacentibus manant: neque inuenias locum alium propinquum magis, vt venas & arterias & neruos minore in C tercapedine ad partes genitales adducas: retinet que natura hoc loco, quod iam sæpe diximus, vt breui interuallo alimentum partibus nutriendis adducat. In altero autem principio, quod a renibus oritur, videri possit sui ipsius oblita, nisi quis exploratas habeat prædictas vtilitates a vasis, quæ superne descendunt. In fœminis certe interualli longitudo minus apparet, vtpote in quibus in ventre matrices sint positæ: in maribus vero ceu appensos testes habentibus, quæ ad ipsos à renibus venæ & arteriæ procedunt, longiores apparent. Omnia igitur inter se testantur, recte quæ dicta, simul etiam naturam in omnibus iustam ostendunt. Nam & neruorum iugum simul cum vasis, quæ ab ijs, quæ sunt ad os sacrum, emergunt, extenditur ac diuiditur, quemadmodum cum venis & arterijs in alias partes peruenientibus: siue enim per minimum interuallum, siue per loca tuta, vasa nutritura duci oporteat, perspicuum est, quod vtraque neruos habere est æquum: quare ab eisdem proficiscentur locis, & per eandem viam simul ducentur. Arterias vero & venas superne manantes cum genitalia instrumenta ex abundanti assumant, iure nullus ex spinali medulla, quę est ad lumbos, neruus vnà cum illis fertur: per longam enim viam hos quoque deduci non erat melius. Quin & crassities eorum exacte pro vsu ipso est mensurata. Cum enim tres sint scopi in neruis partibus singulis distribuendis (vt antea demonstra-D uimus) sensus quidem in instrumentis sensificis, motionis in motorijs, dignotionis molestiæ in reliquis omnibus, matricibus quidem totis, & partibus masculorum omnibus, quę ad testiculos & scroton pertinent, paucissimis opus fuit neruis, qui in ipsas distribuerentur, vt quę neque ad sensum exactiorem neq; ad motum aliquem voluntarium inseruiant, sed ne meatus quidem sint excrementorum, velut intestina: at virga maris, & matricum stomachus, atq; alia, quæ ad pudendum ipsum pertinent, tanq̄ sensum quendam exactiorem ob coitum venereum postulent, merito neruos plures sunt adepta. Si igitur memineris nos demōstrasse hepar, & lienem, & renes, neruis minimis indigere, & præterea partes genitales, præter eas, quę ad pudendum pertinent: deinde videris in animalium dissectionibus partes genitales, quò modo & prædicta viscera, neruis exiguis esse prędictas, solas vero eas, quę sunt circa pudendum, neruos magis insignes habere: certo scio te in eo quoque iustitiam naturę admiraturum. Proinde hoc neruorum iugum neq; admodum est tenue, quemadmodum id, quod in hepate est liene ac renibus, neque ita commemorabile, vt id, quod vētriculo inest, sed crassitie amborum, quoad fieri maxime potest, est medium, ꝙ & mista quędam ab ipso instrumentis accessura erat vtilitas: nam alijs quidem partibus vtilitas accedit, qualis hepati & renibus: ijs vero, quę ad pudendum attinent, qualis à neruis, qui sunt ad ventriculum, accedit.

A.l.1.f.1.d.5. c.1.9.f

† Quod vero illud arteriarū & venarū iugum, quod nutriendi solū gratia ad partes genitales peruenit, impurū adhuc & excrementosū sanguinem continere non debebat. Aliud autē, quod præter nutritionē alias etiā quasdam erat præbiturū vtilitates, (quas paulo ante ostendebamus inesse eis vasis, quæ sunt a renibus) serosum et acre et non sine benignum habere sanguinem debet: omnibus est perspicuum.

De Tunica, Fibris, Ligamentis, & situ Vteri. CAP. 14. E

CVr autem intestina omnia & ventriculus ex duabus tunicis constiterint, matricibus vero vna satis fuerit, quemadmodum & vtriq; vesicæ, diximus quidem id iam summatim sermone præcedenti, cum instrumẽtorum nutritioni dicatorum constructionem exponeremus: necesse tamen est nunc quoq; tantũ dicamus, quantum ad matricum doctrinam interest. Vesicarum quidem corpora natura dura & vix patibilia comparauit, vt quæ tantum excrementa essent receptura: intestinis vero ac ventriculo, vt quę coctionis potius essent instrumenta, quàm superfluorum receptacula, carnosior substantia erat accõmodatior: non enim, quò bilem reciperent aut pituitam aut alia deniq; serosa excrementa, quæ plerunq; à toto corpore cõfluunt, natura hæc comparauit, sed eis, cùm aliarum actionum gratia extitissent, vsa etiam est vt excremẽtorũ meatibus: proinde merito forma substantiæ corporis ipsorum suis actionibus fuit accõmodata. Porrò tunicarum numerus propter vsum acquisititium eis accessit: periculum enim erat (vt, cum de eis ageremus, demõstrauimus) ne altera tunicarum interior scilicet, non nunq̃ afficeretur ac corroderetur: vt igitur in ea sola malũ sistatur, alteram extrinsecus ei circũiecit. In matricibus vero, vt quæ sanguine puro ac benigno alantur, vnica tunica satis esse potest: sed, quoniam non solum intro eas semen attrahere in coitibus oportebat, sed etiam retinere quo tempore vtero geritur, & excernere cum fœtus fuerit perfectus, ob eam causam genus omne fibrarum natura ipsis est molita: id enim persæpe iam repetijmus, ꝙ singula instrumenta, dum agunt, fibris rectis quidem ad sese attrahunt, transuersis verò excernunt, retinent autem omnibus simul. Quæ vero membrana extrinsecus his est circundata, vtrasq; matrices in idem cõiungit tegit'q; & cum vicinis corporibus colligat. Quin & alia quædam matricibus sunt ligamenta cum eis corporibus, quę sunt ad spinã, & cum alijs circũfusis: quæ ligamenta omnia laxa sunt admodũ, vt neq; laxa adeo in vlla alia parte reperias, nulla enim alia sua natura plurimum diducitur, & postea in minimum cõsidet. Oportet sanè & ligamenta vnà cum viscere toto † extendi, & ipsum sequi, neque ipsa abrumpi, neque viscus sinere errare aut in sedes alienas præter modum inuadere. Quod vero ad ipsius positionem attinet, ꝙ stomachus quidem in muliebre pudendum delinat, decenter ibi locatum fuisse supra fuit comprehensum: quòd si illum deorsum spectare oporteat, liquet, ꝙ reliquam totam capacitatem in ventre sitam esse oportuit. Cur autem ante quidem est vesica, retro vero rectum intestinum, in medio vero amborum matrices, nisi ꝙ melius fuit, cum ipsæ, dum cõceperunt, q̃ plurimum extendantur, ex posterioribus quidem partibus velut substerniculum quoddam ad spinam, ex anterioribus aũt velut propugnaculum, habere? Tenuissimæ.n.omnino matrices sunt, G quo tẽpore gerunt, nempe ꝙ profunditas in longitudinem sit absumpta, eo'q; imbecillimę: quin etiam propter tumorem ad loca oĩa circunfusa progrediuntur. Haudquaquam igitur sine molestia ac nocumẽto cum vicinis ossibus versatæ fuissent, si nulla particula media intercessisset. Cur autem natura non in ipsos testes spermaticum vas inseruit, sed nuncupatam ἐπιδιδυμίδα, mediã amborum locauit? quoniam laxi admodum testes & cauernosi ac molles, cum spermaticis vasis densis fortibus ac duris, coalescere tuto non poterant. Quare hic quoq;, quę sæpe iam monstrauimus, natura effecisse videtur, corpora.s. quæ substantiam habent contrariã, non vniuisse, sed semper in eo laborasse, vt vinculum quoddam necessitudinis inter ipsa medium collocaret: quãtum enim robore & dẽsitate & duritie epididymis à spermaticis vasis superatur, tantum ipsa testes superat. Quin & ex partibus ipsius eæ, quæ vasis spermaticis inseruntur, sunt durissimæ: quæ autẽ testibus, eæ sunt mollissimę: quæ vero in medio sunt, omnes ad portionem inter sese exuperant: siquidẽ, quæ sunt vasis spermaticis propinquiores, eę sunt durissimę, quę testibus, eadem ratione sunt mollissimę. Cur vero epididymides in fœminarum testiculis non sunt sensibiles ac manifestę, sed vel omnino non videbũtur tibi inesse vel paruę omnino esse, nisi ꝙ primum quidem didymus id est testis, ipse fœminis est exiguus, & vas spermaticum itidem paruum? proinde ni- H hil miri est, quod ea coniungit, paruum esse. Prҽterea & substantię ipsorum inter se discrimen est exiguum, non autem, vt in masculis, maximum. Nam maris testes humidiores sunt ac molliores fœminarũ testibus, & vasa spermatica duriora: cõtraria vero his sunt in fœmina: ipsa enim spermatica minus sunt dura ob memoratas iam causas, testiculi autem minus rari et laxi ac humidi, ꝙ substantia sint frigidiores, nequaq̃ enim ab calore natiuo flatu distenti fuerunt, &, vt dicat quispiam, fermentati. Iure igitur optimo sibi inuicem substãtijs sunt affinia, vtpote cum testiculi duriores sint effecti, vasa vero spermatica, quę in eos inserũtur, sint molliora: quare non indigebant † magno aliquo vinculo, quod sese connecteret, quod q; paulatim ab alterius duritie discedẽs, ad mollitiem alterius accederet. Quòd ″ autem testes in mare sunt penduli, ob id & musculus ad ipsorum vtrunq; vnus, ab ilibus peruenit, vt hi etiam motus volũtarij sint participes. Quid autem semen fœmininum masculo conferat, & quę vtriusq; sit sustantia, & omnia huiusmodi, in commentarijs, quos de Semine scripsimus, demonstrauimus. Oportet q; hic librum hunc terminare, proximo enim artem omnem naturę in fœtibus explicabimus.

† *Additur in quibusdã cod. græcis, πλανω̃σθαι.i. errãti.*

† *Vbi cod. græcus Aldinus habet μεγάλου τοῦ συνάψοντος, codex quidam habet μέσου τοῦ συνάψοντος, vt sic postea uertatur. quare non indigebãt medio, quod copularet, quod q; & cet.*

A.l. 1. f. 1. d. 9 fu. 2. c. 23. 20. a

Galeni

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBER QVINTVSDECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Absoluit reliqua de genitalibus, de fœtibus, ac de coxendicis articulo.

Quid Superiori libro actum sit: ac de Substantia pudendorum. CAP. I.

CVm vero multa adeo atq; admiranda instrumẽta ad generis conseruationẽ à natura sint cõparata, quæ libro superiore exposuimus, si p dissectiones pudendi cõstructionẽ inspexeris, certo scio te ipsius fabricã nihilo minus illis admirabilem iudicaturũ: In primis quidẽ (vt ab eo, quod prõptum est atq; oĩbus notum, incipiã) ꝙ postq̃ duo facere aĩalia, quæ procrearent, esset melius (vt antea probauimus,) ob eam causam natura, partiũ alias quidem ad recipiendũ, alias vero ad excernẽdum semen fecit accõmodatas: post aũt, ꝙ facultates indidit, quę cõmode instrumẽtis vterenť: postremo, ꝙ partes oẽs etiam minimę positionẽ habent optimã, magnitudinem, connexionem, cõformationem, & oĩa deniq;, quæ millies corporibus inesse diximus. Nullam enim in ipsis partẽ reperias superfluam, neq; quæ desideretur, aut quam transponi aut transformari oporteat: non, in qua non sit dẽsitas aut raritas, si illis esset opus: vel meatus, quibus excernere humiditatẽ, aut capacitates, q̃bus recipere esset necesse: sed oẽs, vt cuiusq; vsus postulat, summe ornatas inuenias. Neq; enim aliũ quẽuis totius corporis locum excogitare queas, in quo vtrũq; pudendũ locari cõmodius potuisset: neq; hic quidem, verum exiguum quiddam ab hoc ipso loco in alterutrã partem deductũ, vel in anteriorem, vel posteriorem, vel superiorẽ, vel deniq; inferiorem. Ceterum, ꝙ ipsum locari eo loco, quo nunc est, oportuerit, libro superiore abunde exposuimus: quòd vero ne minimum quidẽ ab hoc ipso loco in commodiorem alium transferri potuerit, mihi, dum explico, animum attendas. Quó nam tãdem velles maris pudendum trãsponi (ab eo enim incipiam) vtrũ propius anum, q̃ nunc est? verum illi ipsi incumberet, negocium q́; egerẽtibus exhiberet: nisi forte satius esse existimas id semper oblongum atq; intẽsum habere: sed sic molestiam in tẽpus diuturnius transponas: egerentibus enim nihil negocij facesset, sed tota reliqua vita erit permolestum, tum autem, iniurijs expositum, non aliter, ac si quis manum protensam semper circũferat. Forte superius alicubi † supra pubem, } vel ad hypogastrium locatum esse præstiterat: sed adde hic rursum, vtrum tensum esse semper, an laxum, an horum alterutrum vicissim esse debeat. At, si tensum semper fuerit, præterq̃ ꝙ iniurijs esset expositum, in omni reliqua vita esset molestię, solo q́; coitus tempore commodabit: sin vero laxum semper esset, oĩno sic quidem esset inutile, vt quod non posset id agere, cuius gratia extitit: quòd, si vicissim quidem nunc laxum nunc tensum erit, in primis quidem admirari est æquum, si cuiusmodi ipsum iure esse oportet, tale nũc esse appareat: post autem considerandum, quę nam potissimum constructio ipsum in contrarias adeo constitutiones citissime possit transmutare. Num, si venosum extitisset, facile quidem impleretur & facile etiã euacuaretur, ac tensionem validam, dum repleretur, acquireret? atqui sanguinis substantia non posset tam celeriter aut replere aut vacuari, sed aer vel spiritus vel quiduis eiusdem generis, quod suppeditari prompte queat. Præterea, dum esset repletum, venæ tunica tensionem validam non sustineret: forti enim ac neruosa substantia ad huiusmodi actiones est opus. At forte arteriosum id fuisse præstiterat: verum pręter ea, quæ de venis diximus, pulsant etiam arteriæ proprio quodam rhythmo: neque, cum refertæ fuerint, imperare ipsis queas, eodem loco maneant: quemadmodum neq;, cum cõtractę fuerint, impedire, quo minus dilatenť. Num igitur neruosum satius erat pudendum effecisse? at hic quoq; hęsitaremus, ex quo neruo faciendum id fuisset. Quãdoquidẽ, qui proprie appellãtur nerui, qui à cerebro ac spinali medulla oriuntur, præterq̃ ꝙ nullam habent perspicuam cauitatem, neq; sua natura dilatantur neq; contrahuntur, etiam mollities ipsa ei actioni, quæ per tensionem obitur, obsistit: Porrò, quę ab Hippocrate ‖ noĩantur ligamenta, à recentioribus aũt medicis nerui colligantes, duritie quidem ad tensionis actionẽ non sunt inhabiles, nulla tamen cauitas eis inest: quæ vero ex musculis manant neruosa corpora, quæ ‖ Hippocrates tendones appellat, non modo ꝙ, vt prædicta, cauitatis sunt expertes, sed ꝙ etiã duri minus sint, q̃ ligamenta, idcirco omnino ad pudendorum constructionẽ sunt inutilia. Atqui, si tria quidem oĩno sunt corporum neruosorum genera, iam autẽ, & quod genus à cerebro ac spinali medulla, pariter & quod à musculis exoritur, vtrãq; ratione inuentũ est inhabile, tum ꝙ mollius sit, q̃ pudendo conueniat, tum ꝙ cauitatis est expers: quod vero ex ossibus producitur, quatenus est durum, est vtile, quatenus vero est solidum & cauitatis expers, inutile, nullum certe nerui genus ad pudendi constructionem vtile relinquitur: demonstratum aũt est, ꝙ neq; arteriæ neq; venæ: quòd autem neq; carnes, neq; glandulæ, neq; os, neq; chartilago, neq; aliud quicquam id genus,

B C D

† κατὰ τὸ ἐπίσχιον. sed videtur legendũ esse ἐπὶ ἐπίσιον. ut patet inferius. litera g. & ex Rufo in libro de nõibus partium corporis humani.

‖ Libro de Arti. sect. 1. t. 24. 7ª. 256. c. Et sec. 3. t. 3. & 45.

‖ Ibidem sec. 1. t. 12 & 52. Et sec. 2. t. 5. 263. b

planè est perspicuum. An non igitur mirari quidem oportet primùm sapientiam Opificis simul E ac prouidentiam? cum enim multo sit facilius rerum oīum ortum verbis explicare, q̃ rem ipsam opere construere, tm̄ tamen verba nostra sunt sapientia eius, qui nos condidit, inferiora, vt ne exponere quidem possimus ea, quæ ille nullo negocio condidit: post autem, cū admirati fuerimus, & verbis, quæ nam hæc sit in pudendo cōdendo solertia, exequi non potuerimus, ad partis dissectionem est transeundum, inspiciendum q̃3, num aliā quandam corporis substantiam Opifex noster pudendo conuenientem inuenerit: Tum aūt, si nihil inuenerimus, quod non in alia etiā parte reperire liceat, mirandū, cur non iisdem instrumentis actiones easdem tribuerit: sin vero substātiam quandam corporis inuenerimus, qualem in nulla alia parte videas, rursus hic quoq3 Opificis prouidentia laudanda, neq3 prius ab eo, quod scrutaris, est discedendum, q̃ per dissectionem exploratissimum habueris. Si igitur aliqñ spectasti medico quodam iis, quibus naturæ opera curę sint, ostendente, sin minus, at nunc saltē inspice corpus neruosum, quod à pubis nuncupatis ossibus enascitur, cauū simul & omni humore vacuum: id certe est, quod nunc verbis indagantes, non ostendebamus, neq3 vnq̃ ostendemus prius, q̃ anatome ipsa nos edocuerit: quod enim in vlla alia corporis parte non videramus, id excogitare non audebamus. Quòd, si re vera sumus physici, oīno intelligimus, ꝙ postq̃ durum simul & cauum proprium corpus pudēdorum esse oportebat, ex osse quidem emergit non aliter, quam reliqua omnia ligamenta, solum autem ex omnibus erit cauum, ꝙ vtilitas ita flagitet. Hæc sanè Opifex nostri fieri voluit. Cū aūt facta sint, haudquaq̃ aggrediaris neq3 audeas, quo pacto facta sint, inquirere: quæ enim ne ꝙ facta quidem sint, inuenias, nisi dissecādo edoctus fueris, quò nam iure quærere audeas, quo modo facta sint? Satis habes tantum quidem inuenisse, ꝙ pars omnis, qualem vsus exigebat, fuit constructa: scrutari autem, quo pacto talis facta fuit, si aggrediaris, conuincaris nō intelligere neq3 tuam imbecillitatē, neq3 Opificis tui potentiam. Cæterum (cum, quæ ad pudenda attinent, siue neruos siue aliter velis nominare, inuenta tibi iam sint, omnino quidem rectè ex ossibus emergere debere tum propter propriam substantiam, quæ est eiusmodi, qualis ante memorata fuit, tum ꝙ ad ipsorū actiones sic erat melius, vt rectum ac stabile totum pudendum seruaretur, à corpore stabili exortum) ad propositum, vnde sermo digressus est, reuertamur. F

De Pudendorum positione. CAP. 2.

DE positione enim pudēdorum verba facere auspicati ostendimus virgam nuncupatam ex ossibus oriri oportere. Verum, si ex ossibus, propius quidē anum, q̃ nunc est, oriri potuit, sed non fuit vtilius, vt antea ostendimus: porrò à partibus, quę sunt secundum *epigastrium oīno G non potuit, nullum enim ibi est os: proinde ex ossibus pubis omnino exorietur, id q̃3 ex superioribus ipsorum partibus, sic.n. plurimum ab ano erit dissita, tum ad coitus locum oportuniorem erit nacta. Quòd autem neq3 ex sinistris partibus vbi nunc est, neq3 ex dextris est sita, hinc disces: diximus iam ante sæpenumero, ꝙ, qñ vna pars aliqua est sine coniuge, positionem mediam requirit: quòd, si coniugium duarum partium fuerit, vtraque pars à media abesse vult ęquabiliter: &, sicubi id forte non seruetur (quod raro accidit) quærenda tunc in eo discriminis est causa, vt, dum de hepate ageremus, demonstrauimus: vbi autem seruatur, ibi id explicare est superfluum.

*Quidam codices græci hēnt κατὰ τὸ ἐπιγάστριον. ut uertit interp̄s. Cod. tamē antiquißmi & Aldinus hēnt κατὰ τὸ ἐπείσιον. Vt supra pag. 210.c

At, cum de pudendorum positione, et de neruorum cauorum ac cauernosorum, qui in eis sunt, substantia ac generatione dictum abunde sit, quod de ipsorum constructione deest, exponemus, prætermissis hic quoq3 iis, quæ omnibus adeo sunt perspicua: vt, si quis ostēdat vnicum oportere esse pudendum, aut arterias ipsum habere vel venas vel cutim, hæc non amplius pertinent ad vestigationem vsus partium, sed physica sunt problemata. Cuius generis est & illud, qui fiat, vt nobis volentibus pudendum intendatur, tum quo pacto aliquando absq3 voluntate nostra id ipsi accidat: quòd enim id accidat, dum neruus cauus spiritu est refertus, præsentis instituti est proprium: quo modo autem id fiat, ad speculationem naturalem pertinet. His igitur finibus nos ipsos continentes, quæ disputationi restant, ea adiiciamus, oportet. H

De Vsu Tensionis virilis Pudendi. CAP. 3.

REstat aūt primum quidem id explicare, cuius paulo ante meminimus, ꝙ scilicet in coitibus pudēdum exactè tēsum esse oporteat. Non.n. (quod forte quispiam existimarit) solius coitus causa pudendum tensum exactè esse est vtile, sed quo "meatu diducto ac directo semen q̃ longissime eiaculetur: qui meatus nisi rectà ferretur, sed aut obliquus esset aut alicubi in sese concideret, ibi tum semen hæreret. Siquidem ὑποσπαδιαῖοι, quos vocant, ꝙ ob id vinculum, quod ad finem virgæ habent, meatus eis est contortus, generare nō possunt: non ꝙ semen fœcundū non habeant, sed ꝙ in virgæ flexibus hærens ferri prorsum nequeat: quam rem curatio ipsa comprobat, vinculo enim abscisso generant. Hoc certe vitium oībus semper contigisset, nisi natura prouidisset, vt in coitibus meatus latus simul & rectus omnino esset. Secunda autem alia naturę machina ad ipsum est vtilis, corporis ipsius neruosi situs, tum musculorum vtrinq3 appositio. In partibus enim pudendi inferioribus, seminis meatus secundum longitudinem exporrectus, medius est constitutus: incubat autē huic neruus cauus: vtrāq3 vero horum parte, musculi duo, quò meatus ceu à manibus quibusdam in vtranq3 partem distractus dilataretur toto pudendo stabili manente:

A.l. 1.f. 1.d. 5 c.1. 9.g

A manente: futurum vero ſanè erat, vt meatus latitudo per huiuſmodi conſtructionem conſeruaretur. Vtile autem eſt meatum, dum ſemen excernitur, latiſſimum ſimul & quàm rectiſſimum ſeruari, quo ſemen totum ſibi ipſi continuum confertim q̃ celerrime ad matricũ ſinus perueniat. At, cùm veſica etiam prope eſſet conſtituta, non erat melius ad excernendũ lotiũ, alium efficere meatum, ſed meatu ſeminis ſimul vti: iure igitur & ipſius collum, totum perinęum occupauit, vt quod ſurſum ab ano, cui primo incũbebat, vſq; ad pudendi exortum feratur. In mulieribus vero, vt quibus pudendum non eſt prælongum, collum veſicæ eiuſmodi apophyſin nõ habet: ſed pudendum quidem ipſum muliebre ano imminet, in finem aũt eius ſuperiorẽ collũ veſicæ deſinit, vnde lotium profunditur, quod non magnopere oportuit eſſe flexuoſum, vt in viris, neq; adeo longum. Quod vero ad cutis epiphyſes, quæ ſunt in finibus vtriuſq; pudendi, pertinet, in mulieribus quidem tum ornamenti gratia extiterunt: tum, ne matrices refrigerarẽtur, operimẽta ſunt oppoſita: viris autem, præterq̃ ꝙ ornamẽtum quoddam afferunt, carere ipſi omnino ijs non poterant, ſi quid eorum, quæ prius diximus, recordamur, cum docuimus, quònam pacto mas ac fœmina cõformentur. Cuiuſmodi aũt pharyngi vua eſt propugnaculum, tale eſt matricibus, quam nympham appellant, quæ tegit ſimul ac prohibet colli orificium, quod ad muliebre pudendum B pertingit, refrigerari. Hæc itaq; inſtrumẽtorum genitaliũ eſt compoſitio, magnitudo, conformatio, ac reliqua omnia, quorum conſtructionem admirabilem quiuis ſine me inuenire poterit.

De fœtus Tunicis, ac de Venis, & arterijs, quæ ex Vtero in ipſum inſeruntur. CAP. 4.

QVæ vero in animante, dum vtero adhuc geritur, natura machinatur, ipſum conformans, & alimentum ac ſpiritum à matre inducens, & loca excremẽtis comparans, explicare quidem aperte fuerit difficile: ſi tamen in diſſectionibus accurate perſpexeris, admirari te ſtatim cogent. Toti.n.ipſi membrana tenuis vndiq; eſt circũiecta, quam ἄμνιον id eſt amiculum, appellant, fœtus velut ſudorem excipiens. Huic autem extrinſecus tenuior alia incumbit, quam ἀλλαντοειδῆ.i.inteſtinalem, nuncupant, in ipſius veſicam perforata: quę & hęc in ſe ipſa colligit vſq; ad partum, ipſum velut fœtus lotium. His autẽ extrinſecus in orbem χορίον.i.ſecũdæ, ſunt circũiectæ, matricem totã intrinſecus ſubungentes, vt, quod ipſis ſubeſt, nullo pacto matricẽ contingat: per eas q; medias, fœtus matrici cõnectitur. In ſingulis enim orificijs vaſorum, quæ intrinſecus in matricem pertinent, per quæ etiam ſanguis menſtruus in ipſam ferebatur, gignitur, quo tempore vtero geritur, aliud vas, arteria quidem in arteriæ, vena vero in venæ orificio: vt ſint ea, quæ generantur, numero æqualia ijs orificijs, quę intro in matricẽ deſinunt. Colligat aũt ea inter C ſe tenuis quidem, ſed fortis membrana, quæ extrinſecus vaſis oĩbus circumhæret, partibus vero matricum internis inſeritur. Hæc membrana oĩbus matricis partibus, quę ſunt intra orificia, duplex ſubijcitur, producitur, ac cũ memoratis vaſis oĩbus progredit̃, vtráq; ſui parte, cuiuſq; partem dimidiam conueſtiens: vt duplex hæc mẽbrana operimentum eis ſit ac munimentũ, & ligamẽtum tum inter ſeſe tum cum matricibus vtriſq;. Exiguum ſanè eſt vaſorum quodq;, cum primum à matrice exoritur, cuiuſmodi ſunt arboris radices extremæ, in terrã defixæ: ea vero paululum progreſſa, per coniugationem coaleſcunt, ex duobus q; vnum procreatur: rurſus q; illorum ſingula cũ ſingulis eiuſdem generis coaleſcunt: fit q; id perpetuo, quoad parua oĩa in duo magna coeant, quæ velut ſtipites quidam, fœtui per locum vmbilici inſeruntur. Quatuor itaq; oĩno hic ſunt vaſa, duæ ſcilicet arteriæ, & venæ totidem, nullis diuerſi generis inter ſe commiſtis, ſed venis quidem ſemper cum venis, arterijs cum arterijs, in idem coeuntibus. Proinde hoc naturæ opus eſſe primarium tibi perſuade, etiã ſi nullus moneam. Quòd enim, cùm tanto interuallo vaſa quã plurima inter ſe miſta ferantur, nunq̃ tamen venam arteriæ, neq; arteriam venæ, reperias inſertam, ſed ſemper utraq; vaſa proprium vas agnoſcant, ei q; ſoli vniantur, artis mirabilis, non fortunę temerarię, eſt indicium. Porrò, ꝙ in omnibus etiam aĩalibus, quę ſuapte natura ſunt ad ſalien D dum procliuia, vt ceruis & capris, vaſorum productiones matricibus ſint connexæ non per tenues modo membranas, ſed cum eis etiam per carnes viſcoſas, velut pinguedinem quandã, quo pacto non eſt mirabilis prouidentiæ ſpecimen? Quòd vero per nullam aliam partem neq; vena neq; arteria fœtui inſeratur, q̃ per ſolum vmbilicum (qui locum medium totius animalis obtinet) ne id quidem artem aſpernandam indicat. Quòd autem neque venę hepar prætergreſſæ in aliud quoddam viſcus infigãtur: neq; arteriæ aliò quopiam, q̃ ad magnam arteriam, quę ab ipſo corde exoritur, ferantur, quo modo id mirandum non eſt? Quòd aũt non quoduis ſit interuallũ medium, neq; in quemuis locum memoratorum inſtrumentorum vaſa hęc inſerantur, ſed venæ quidem in partes hepatis ſimas, arteriæ vero in partem magnę arterię, quę eſt ad lumbos, ne hæc quidem artis contẽnendę ſunt indicia. Siquidem venas videre eſt ſtatim, vt vmbilicum ſuperarint, inter ſeſe mutuo coire, vnam q; effici: quę poſtea mẽbranis fortibus cõueſtita, corporibus q; vicinis colligata, ad viſcus vſq; vna ipſa, vt erat, progredit̃: oportebat.n.ipſam prius ad venarum principium in fœtu accedere, poſtea illinc in oẽs partes diſtribui. Arterias aũt oportebat & ipſas ſanè in arteriarum principium ſiniſtrum, videlicet cordis vẽtriculum, inſeri: verum, cum hic ventriculus à locis vmbilici longiſſime ſit diſſitus, non erat tutum eas velut pendentes tanto itinere ſurſum ducere: quid igitur reliquũ erat, quod eſſet melius, niſi per breue interuallũ ipſas ducere

A.l.3.f.21.t.1. c.2.381.e

l.t.f.t.d ...98

ad eas,quæ à corde exoriuntur? nam à corde quidem maxima arteria exoritur,mediæ autem ſpi- E
næ incumbit,omnem ipſius longitudinem occupans. Ad hanc igitur oportebat arterias applica-
re & connectere, quæ à matrice ad fœtum perueniũt: atqui & accedunt, & cum ea iunguntur: vi-
detur q; ne hic quidem à natura fruſtra quicq̃ fieri. Cur igitur nõ per breuiſſimam viam eas de-
duxit ad magnam arteriam? etenim via breuior erat tutior,& naturæ ipſi cõſuetior,vt libris prio-
ribus demonſtrauimus. An hic quoq; mirari oportet ipſius prouidentiam? vbi enim nihil aliud
ex via eſt commodi,breuiſſima eligit: cum aũt ex viç longitudine maior ſecuritas,q̃ ex viç breui-
tate, accedit, tunc natura non dubitat longiore via circũagere. Ob eam certe cauſam nunc quoq;
viæ compendioſæ quidem ſed pericoloſç,longiorem quidem verum tutiſſimam,videtur antepo-
ſuiſſe: noluit.n.arterias rectas ab vmbilico ad ſpinã ducere,ſiue duæ ſiue vna factæ eſſent, nulla iti-
neris parte in nullo inſtrumento conquieturas: vt interim omittam,ꝙ locus hic ab inteſtinis & re-
nibus iam occupatus fuerat.Cum autem propinqua eſſet veſica, id q; potiſſimum in ijs fœtibus,
qui nuper concepti fuerint, in ijs enim fundum veſicæ locis vmbilici adhæreſcit, facile factu erat
ipſis arterijs eà veſicam conſcendere, ac per totam ipſam,velut per deſcenſum quendã,ad magnã
vſq; arteriã peruenire. Sed non aſcenderunt eam ſimpliciter, neq; enim ſtabiles permanerent ſe-
de deuexa inuectæ, niſi vinculo quodam fuiſſent colligatæ: quamobrem ipſas vtiq; membranis F
fortibus colligauit,vtranq; parti veſicç ſui lateris connectens. Atq; ita iam, velut partes quçdam
ſint,ipſius veſicæ, vſq; ad magnam arteriam tuto perducuntur. Quæ igitur ad arterias pertinẽt,
ea fuerunt prouidẽtia comparata. At cur vena non in gibba hepatis, ſed in ſima inſeritur, niſi ꝙ
bilis receptaculum ibi erat locatum, ſatius q; erat purgari ſanguinem prius, q̃ in totum animan-
tis corpus diſtribueretur? Cur aũt ipſa † poſt vmbilicũ ſtatim in vnã eſt redacta, arteriç vero lon-
go itinere manẽt duç,niſi ꝙ tutius erat venas coaleſcentes vnum magnum vas efficere? minus.n.
iniurijs eſt obnoxium,quod maius eſt vas: præterea ẽt vni hepatis parti eam inſeri erat neceſſe: ar-
terias vero,vt quæ ſuper veſicam tuto vehendæ erant, neq; ſtatim ad cordis ſiniſtrum ventriculũ
erant peruaſuræ,nõ erat neceſſe vnam effici: omnino enim,ſi & has ſublimes ad cor ſurſum natu-
ra duxiſſet,vt venas ad hepar, protinus vtiq; & has vnam feciſſet.

† μετὰ τὸν ὀμφαλὸν, id eſt poſt vmbilicũ, habent plerique cod. græci, ut interps uertit. Aldus tamẽ habet κατὰ τὸν ὀμφαλὸν.i.in umbilico.

De Humoribus fœtus, ac de Securitate tunicarum. CAP. 5.

QVatuor igitur ſunt prædicta in vmbilico vaſa,duæ ſcilicet arteriæ & venæ totidem, in me-
dio ſui habentes οὐραχὸν.i.vrinaculum, ſic enim anatomici nominare conſueuerunt mea-
tum,qui ex fundo veſicç exortus, lotium in memoratam paulo ante tunicam ἀλλαντοειδῆ.i.inteſtinalem deriuat,quæ ita à ſimilitudine figuræ,quam cum ἀλλᾶσι.i.inteſtinis,habet,ap- G
pellatur. Sed ex quatuor vaſis,quç ſunt circum vrinaculum, ſuperioribus quidem partibus ſunt
venæ, ſurſum enim eas mox progredi ad hepar prçſtiterat: inferioribus autẽ arteriæ, etenim deor-
ſum & has ferri veſicç lateribus inuehendas erat melius. Protinus igitur vtrunq; vaſorum iugum
natura loco opportuno collocauit, per quç, velut per truncos quoſdam, fœtus trahit ex matrice
ſanguinem & ſpiritum. Inter hæc vero oĩa,& vaſa exigua,quç in matricem ipſam inſeruntur,me-
dia eſt quçdam velut truncorum radicatio: nominatur aũt hæc radicatio chorion, quod eſt vaſo-
rum multitudo membrana tenui connexorum, quç haud facile numerare queas. Quòd vero du-
plex ſit hçc membrana,& cur,dictum nobis ante fuit: per mediam enim ipſam vaſa oĩa feruntur,
quæ ſecundis inſunt, colligata ſimul ab ipſa ac tecta. Reliquarum vero duarum quæ inteſtinalis
quidem noĩatur (quã ad veſicam diximus eſſe pertuſam ad vrinaculum) ad vrinam recipiendam
fuit cõparata: longe.n.præſtiterat fœtum non per pudendum lotium reddere, ſed,vt nunc habet,
per vmbilicum. Poſtq̃.n.totum ipſum membrana,quam ἀμνίον.i.amiculum noĩant,cõplectitur,
aliam humoris ſpeciẽ recipiens,nõ erat conſentaneum huiuſmodi humorẽ cum lotio permiſceri:
euidẽter enim apparet humor is, qui eſt intra inteſtinalem,tum tenuior eſſe tum flauior tũ acrior
eo, qui eſt intra amiculum, vt etiam hanc membranam diſſecantium olfactum angat ac feriat. H
Quod igitur ſudoris inſtar intra amiculum aceruatur,in orbem fœtui eſt circũfuſum,quod cutim
ipſius lçdere haudquaq̃ poteſt: ſeorſum autem lotium à fœtu eſt abductum ac ſeiũctum, neq; cu-
tim, neq; venas, quæ ſecundis inſunt, attingens, ne ab eius acrimonia partes vicinæ læderentur.
Vtilitas aũt eſt non contẽnenda eius humoris,qui intra amiculum continetur.Fœtus enim in eo
quaſi innatans,ſurſum tollitur ac vehitur,vt minus ſit grauis ijs vinculis, per quç matrici cohære-
ſcit.Quç res Hippocratem impulit,vt diceret,‖ Quç vẽtrem ferẽtes, bimeſtres aut trimeſtres ſine »
cauſa manifeſta abortiunt,ijs acetabula mucore ſunt plena, neq; poſſunt fœtum præ grauitate re- »
tinere,ſed ipſe abrũpitur. Acetabula (grçce κοτυληδόνας) vocat vaſorum,quç ad matrices perue-
niunt, orificia (id enim alibi demonſtrauimus,) dicens ipſa non poſſe fœtum vehere neq; geſta-
re,cùm mucore referta fuerint,ſed permittere ipſis,vt præ pondere abrumpantur. Id certe omni-
bus ſemper accideret vterum gerentibus, niſi fœtus humori,qui intra amiculum habetur,innatã-
do leuior fieret,ipſa q; vaſorum cum matrice connexio minus detraheretur. Qui vero ipſi matri
leuiorem aiunt eſſe fœtum, ꝙ ipſe humori, qui eſt intra amiculũ,innatet,ridiculi planè ſunt, non
intelligentes ipſum quoq; humorẽ à matre geſtari. Accedit aũt & alia quçdam ijs humoribus cõ-
munis vtilitas, quo tempore animal paritur: fœtus enim facilius collo matricis elabitur,cum ipſe
humore

A.l.1.f.1.d.5. ſu.4.c.5.24.a

5.Aph.45.Ex. ord.41.g

A humore multo perfunditur, quod ei tunc accidit propterea, quod necesse est tum mẽbranas rumpi: non modo enim humor iste fœtibus lubricandis confert, sed collum ẽt matricum ad maximam dilatationem reddit facile, à prædictis.n.humoribus humectatum, mollius redditur dilatatur q; facilius. Comprobant aũt, quod dicimus, non minimũ ipsæ obstetrices: cum.n.repente ac simul humor effluere occuparit, ipsæ naturam imitari coactæ, humores quosdam habent, quibus collũ matricum perfundant. Oĩo.n.naturæ opera sunt opulenta: simul vtitur.n.ipsa (quemadmodũ sæpe demonstrauimus) in melius oĩbus ijs, quæ alioqui necessario erant comparãda. Pari modo & ijs humoribus, quos propter fœtum procreare oĩno oportebat, tum ad fœtus, dum vtero geritur, vecturam indolẽtem est abusa, tum etiam, vt in partubus celeriter excideret. Cæterũ mẽbranæ hę tenues sunt adeo atq; aranearum telis similes, vt, nisi quis eas moderate inter dissecandum contractet, facile abrumpanť. Qui igitur nõ dirumpunť, cum grauida ipsa currat aliqñ ac saliat? vna hæc quoq; est naturæ ingeniosissima solertia, intelligentis vnũ esse oĩbus corporibus tenuibus maximum ad patiendi difficultatẽ præsidium, si alia alijs cumulentur: quandoquidem quæ ex lanis, vel alijs quibusdam pilis aut fibris, concinnanť ac contexunť, robur longe maximum ex mutua cõpositione adipiscunť, cum seorsum cõnexorũ quodq; natura sit imbecillimũ. Si igitur B non modo propinqua sibi inter se fuerint, quemadmodum ea sunt, quæ consuuntur à nobis & connectuntur, sed etiam perfecte sint vnita, ex hac vnitione robur longe maius ipsis accedit. Nõ igitur est mirum, si, qñ membranę quatuor sibi mutuo incũbunt, robur ex ea coniũctione acquirant: sed id maxime admirabile est, quod non solum sibi ipsę mutuo incũbant, sed multis quidẽ locis coalescant, multis etiam à sese inuicem per tenuia fibrarũ fila ab vna ad alteram peruadentia pendeãt: quas natura, quoad eius facere potuit, vnire voluit, vt, quod roboris cuiq; priuatim à se ipsa deerat, id oẽs à sese mutuo adipiscerentur. Cur igitur (dicet forte aliquis) non statim initio natura singulas ipsas fortes effecit, cum oĩum securitati vellet prospicere? quia, si crassas eas fecisset ac duras (non.n.alia quapiam ratione robur eis cõparare potuisset) pondus vtiq; cum tumore maximo à grauida pependisset: quod non illi modo futurum erat molestum, sed ẽt angustiam non necessariam fœtui præbiturũ: huc accedit, quod, dum pariendum esset, rumpi ipsæ oẽs non facile potuissent. Vt igitur matricis capacitas tota fœtui cederet, ipsa q; grauida pondere minus premeretur, atq; in partu ipso facile rumperentur, iure natura membranas oẽs tenues efficiendo, ipsis securitatem ex mutua inter se connexione est machinata. At quę nam ea naturæ est solertia (id.n. superest explicãdũ) vt, quanq̃ collum vesicæ meatum iam habeat, per quem animal post partum C lotium reddit, non tamẽ eo quicq̃ vtatur, sed totum lotiũ sursum ad vmbilicum atq; vrinaculum ascẽdat? oportebat enim, cùm vesica vtrinq; effluxus haberet, non magis lotium per vrinaculũ, q̃ per collum euacuari. Quæ sanè huc à medicis afferunť, ea admodũ sunt absurda, quãuis prima imaginatione videantur valde esse probabilia. Duo enim hęc pro cõfessis assumentes, quod lotij excretio motu fiat voluntario, & quod fœtus non dũ actionibus eiusmodi vtatur, ex eis inferũt excretionem iure optimo per vmbilicũ fieri: non enim musculus in eo est præfectus, qui seruiat actioni animantis voluntariæ, quemadmodum in collo vesicæ. Sed eos maxima latuerũt, toto q; cœlo aberrarunt, non intelligentes, quod neq; musculus iste collum vesicę constringẽdi habeat facultatem: neq; quod fœtus volũtarijs actionibus iam vtatur: neq; quod perfectum aĩal, cum meiere voluerit, musculum hunc, qui effluxioni meatus pręsidet, soluit & à tensione laxat non aliter, q̃ eos, q sunt ad anum, cum egerere voluerit: excretio aũt fit, cùm vesica motu naturali circum humores, quos in se ipsa continet, vndiq; contrahitur, in quo musculi epigastrij opis non nihil conferunt, quãdo repente ac copiosius simul excernere voluerimus. Cæterum de ijs tum in cõmentarijs, quos de facultatibus naturalibus, tum in ijs, quos de motu musculorum conscripsimus, tum in libris de ratione dissecandi abunde disputauimus: quòd vero animans iam sit, cum ventre adhuc cõtinetur, D cum saltem partibus omnibus fuerit cõformatum, tum in cõmentarijs, quos de demonstratione prodidimus, tum in libris de placitis Hippocratis & Platonis probauimus. Verũ, etiã si animans non sit, quod in ventre habeť, hæc ratio æque dubia erit: musculus enim, q os vesicæ claudit, erit ociosus: cum aũt ipsa circũ contentũ intus humorẽ contrahitur, cõsentaneum est per duos meatus aliquid excerni, non aũt per vnum dũtaxat, qui sursum ad vmbilicũ peruenit. Ea quidem est in ea ratione difficultas: at res ipsa ostendit naturæ in oĩbus solertiam, quã ipse prius in fœtuum dissectionibus conspicatus, ita demum causam ratione poteris inuenire. Diuisa.n.ea peritonæi parte, quæ vesicę est præposita, vtrunq; simul facito, vmbilicũ quidem attollito, & quod in vesica continetur, cõprimito, manu ipsam cõprehẽdens: cernes aũt lotium per meatũ, qui est ad vmbilicum, in intestinalẽ effluere. Quin etiã, si ipsam rursum intestinalẽ cõpresseris, vesicã impleueris: sin contra vesicam, mẽbranã ipsam impleueris. Atq;, quod tunc accidet, te docebit, lotium occupare effluere per meatũ, qui est ad vmbilicum, propter ipsius meatus rectitudinem ac magnitudinem, nam latitudo ipsius vrinaculi multis partibus est maior ea, quæ collo inest. Quid iã loquar de rectitudine? non.n.ipsa est cõparanda: siquidem collũ vesicæ admodum est obliquum, rectũ vero ad perpendiculũ vrinaculũ, vmbilico sanè toto sursum sublato, & velut à matrice per vasa, quæ secundis insunt, pendente. Præterea nullus musculus extrinsecus vrinaculo est circũiectus,

custodiens, ne excrementa intempestiue effluant, cuiusmodi in natis est musculus ad collum vesi E cæ: nullum enim tempus fœtui est intempestiuum ad eius generis excrementum excernendum, queadmodum iā perfectis: in ijs enim musculus iure est præfectus, qui nihil foras dimittat prius, q̃ animus iusserit, in fœtibus vero frustra esset ac superfluus: natura autem nihil facit frustra.

De Ordine generationis in fœtu. *CAP. 6.*

SEd, qm̃ de his quoq; abunde iam dictum est, ad reliquam fœtuū constructionem transgressi, qua re iam natis dissideant, exponamus, artem quoq;, q̃ in illis est, explicātes. Erit autem in his hepatis magnitudo nulla re minus digna admiratione iā inde ab initio, cum primum cernere perspicue licet partes oēs fetus conformatas, & maxime vsq; ad partum. Maiori.n.mēsura, q̃ pro aliarum partium portione hepar in primis illis temporibus excedit, excedit aūt non mediocriter & vsq; ad partum: secundū ipsum, cerebrū & cor excellunt magis, q̃ pro aliarum particularū portione. Causa aūt huius rei est, q hepar quidem venarum est principiū, cor arteriarum, cerebrū neruorum. Cōsentaneum igitur est, quemadmodum, cum architecti primum domus fundamentū, & nauis carinā compegerunt, postea tuto sua ædificia sup hęc extruunt, ad eundē modum naturā in animalibus à proprio principio tuto ac valide iam cōpacto singula vasorum genera pducta, in totum corpus ptendere. Verum, cum fœtus magis eo vsu indigeret, quem præstant venæ, vt qui F diutissime plātarum more regatur, principiū harū mox à prima generatione fecit robustissimū. Cerebro.n.& cordi, & instrumētis, quæ ab eis emergunt, vtilitas, quæ à venis proficiscitur, erat necessaria, q ea sine sanguine neq; generari, neq; augeri possint: hepati vero ac venis, arteriarum quidem vsus erat exiguus, neruorū aūt nullus ante, q̃ essent consummata. Ob eam igitur causam natura venosum genus statim ab initio robustū effecit ac magnū, post aūt alia duo cœpit augere.

At cur pulmo in ijs, qui adhuc vtero geruntur, est ruber, non aūt, vt in perfectis aīalibus, subalbus? quia tunc nutritur (queadmodum reliqua viscera) per vasa, vnicam tunicam et eā tenuem habentia, ad ea.n.ex vena caua sanguis peruenit, quo tēpore fœtus vtero gestatur: in natis vero occæcatur quidē vasorum perforatio, aer aūt copiosissimus tunc incidit, sanguis vero paucissimus idē q; tenuissimus: quin etiam pulmo tunc motu perpetuo agitatur, animali nimirum respirante, quo fit, vt sanguis à spiritu incisus motu duplici, altero, quem ex arterijs habet, altero, quē ex toto pulmone acquirit, tenuior adhuc se ipso & mollior ac velut spumosus efficiatur: ob eam q; causam substantia carnis pulmonis ex rubra graui ac densa in albam leuem ac raram transfertur. Quam rem opinor me dixisse pulmoni esse vtilissimam, dum in motibus respirationis thoracē sequitur: ægre enim præ pondere moueretur, si similem alijs visceribus carnem habuisset. Æquum igitur G est hic quoq; naturā admirari, quæ, cum viscus augeri dūtaxat oporteret, sanguinem purū ei suppeditabat: cum vero ad motum fuit translatū, carnem leuem instar alę cuiusdā fecit, vt facile à thorace dilataretur ac comprimeretur: ob eam igitur causam in fœtibus vena caua in arteriā venosam est pertusa. Cum aūt id vas venæ officium huic visceri præstaret, necesse fuit alterū vas in arteriæ vsum trāsmutari: quocirca natura id quoq; in magnā arteriam pertudit. Verū, cū hic vasa inter se aliquantum distarēt, aliud tertiū vas exiguum, quod vtrunq; coniungeret, effecit. In reliquis vero duobus, cū hæc quoq; mutuo sese contingerent, velut foramen quoddam vtriq; commune fecit: tum mēbranā quādā in eo, instar operculi, est machinata, quæ ad pulmonis vas facile resupinaretur, quo sanguini à vena caua impetu affluenti cederet quidē, phiberet aūt, ne sanguis rursum in venam cauam reuerteretur. Hęc quidem oīa naturæ opera sunt admirāda: superat vero oēm admirationem prædicti foraminis haud ita multo post cōglutinatio. Etenim, q̃ primum animās in lucē est æditum, aut ante vnū vel duos dies, in quibusdam vero ante quatuor aut quinq;, vel non nunq̃ plures, membranam, quæ est ad foramen, coalescentē reperias, non dum tn̄ coaluisse: cum aūt animal perfectum fuerit, ętate q; iam floruerit, si locum hunc ad vnguē densatum inspexeris, negabis fuisse aliqn̄ tempus, in quo fuerit pertusus: multo aūt magis, in ijs, quę adhuc vtero gerū H tur, aut in nuper genitis, mēbranam conspicatus ad solā quidē radicē firmatam, reliquum vero totum corpus in vasorum cauitate pendulū, existimabis fieri non posse, vt ipsa vnquā perfecte coalescat. Corpora sanè neruosa ac tenuia, etiam si quis repēte, atq; vbi primū fuerint diuisa, glutinare aggrediatur, voti cōpos non fit, {neq; magnopere cohærent,} nedum si iam pridē fuerint perfecta: atqui membrana illa tpe procedente oīno coalescit, non, q neruosa sit ac tenuis, neq;, q motu perpetuo agitetur, impedita. Pari modo id vas, quod magnam arteriam venæ, quæ fertur ad pulmonem, connectit, cū aliæ oēs animalis particulę augeantur, non modo non augetur, verum etiam tenuius semper effici conspicitur adeo, vt tempore procedente penitus tabescat atq; exiccetur. Quod igitur hæc oīa natura affabre faciat, declarat singulorum vsus: inuenire autem ipsius facultatem, qua hæc hęc efficit, humani ingenij captū superat, cum hoīes ipsam posse aliquid omnino certe non credant, nisi plane sępe fuerint conspicati. Sed de his quidem iam finem scribendi faciam: diximus enim de his antea sępenumero, cum de pulmonis instrumentis ageremus.

Vteri os Impregnationis tempore exquisite claudi, Partus tempore aperiri. *CAP. 7.*

ALiud autem naturæ opus referam, non minus, q̃ alia, admirabile, & quod omnes vel ante anatomen norunt: neminem enim fugit neq; q os matricis, quo tempore fœmina fert ventrem,

A trem, omnino est constrictum ac clausum: neq; q plurimum patefit, cum tempus appetit pariendi: partus aũt fit, cũ fœtus ita iam est perfectus, vt per os nutriri possit. Alio nanq; tẽpore omni ne specilli quidem cuspidem in matricis collum queas immittere, in partubus vero integrum animal illinc egreditur. Quemadmodum certe, paulo ante memorata mẽbrana q cũ vasis quidem coalescit, clare videmus, quî autem id fiat, superat humanũ ingeniũ: ita & in matricibus, q os quidem eousq; aperitur, vt possit fœtibus facilem præbere exitum, nemo ignorat, sed, quo pacto id accidat, mirari possumus, intelligere non possumus. At natura tũ hęc, tũ alia omnia in partu animalis admiranda machinatur cõmenta. Etenim diligenter prouidit, quo pacto fœtus, qua conueniebat figura, ad collũ matricis perueniret: nec minus, quo pacto, dum ipsum peruaderet, nullam partem sauciaret, ne've colon luxaret, caput enim fœtus primũ collo matricis indidit, tum per id alijs ipsius partibus viã muniuit. Atqui, si fœtus obliquus aut trãsuersus pararet egredi: aut si secundum longitudinẽ quidem, sed non vt nũc, id est caput nõ insereret, quod non nunquam etiã sed raro accidit: vel crus ante caput, vel manũ exerẽs: difficilẽ alijs membris exitũ efficeret: Sed si ter, aut quater commode excidens, semel impediretur eo certe modo accideret ex quadringentis, verbi gratia, fœtibus centum impediri: sed, cũ in plurimis millibus semel forte accidere id cer

B natur, in mentem nobis inde venire debet, quæ bona is artifex, qui nos cõformauit, nobis sit largitus: tum autem agnoscere clare debemus non eius modo sapientiam verum etiam potentiam. Quis enim Phydias aut Polycletus bonus adeo est artifex, vt in multis operũ factu difficiliũ millibus ne semel quidem hallucinetur? Nũ igit his dũtaxat nominibus naturam iure laudabimus, an, quod omnium est maxime admirabile, non dum à nobis est comprehensum, q scilicet, quod nascitur animans, omnium partium actiones docuerit? non enim os modo & stomachum & vẽtriculum alimenti instrumenta comparauit, sed animal generauit, quod his statim sciret vti, facultatem quandam sapientiæ ipsam à sese doctam ipsis ingenerans, qua freta animalia ad alimẽtum sibi ipsis familiare accedũt. Verũ, quod ad alia animãtia oĩa pertinet, alius erit explicandi locus: homini vero alimentum quidem lac comparauit: in eãdem autem diẽ præstitutã vtrunq; duxit, in mammis quidem eius, quæ peperit, alimẽtũ: in animalibus vero quæ sunt nutriẽda, conatũ ad huiusmodi succum capessendũ. Nam, si quis papillam mammæ, ori infantis indiderit, confestim quidẽ eam suis labrjs constringet, protinus autem buccis dilatatis succum attrahet, post autẽ curuata lingua, in fauces propellet, perinde ac si id multo ante tempore didicisset. Inde autem stomachus in ventriculũ deducit, & ipse velut edoctus: deinde ventriculus, vbi eo est vsus, mittit in-

C testinis, quod sibi est superfluum: hęc autẽ deinceps sibi mutuo dispertiunt vsq; ad postremum. Producuntur autẽ postea in infante dentes, ne is semper matri esset molestus: & cũ dentibus mandendi actio accedit, quæ & ipsa, vt cæteræ actiones, à nemine est edocta: reliqua q; deinceps omnia accedunt, quæ non est præsentis instituti explicare. Nunc autem, cum id, quod nobis propositum fuerat, paucis quibusdam exceptis, absoluerimus, ad ea transire tempestiuum est.

De Musculis, qui articulum Coxendicis mouent. CAP. 8.

SVperest aũt in hoc toto opere de musculis disserere, qui ἰσχίον id est coxendicis articulationẽ, mouẽt, de quibus nullũ prorsus verbum feci: tum librum vnum tribuere cõmunibus corporis instrumẽtis, arteriæ, neruo, & venæ. Verũ hæc quidẽ proximus liber, qui erit decimussextus, explicabit: de musculis vero articulũ ischij mouentibus nunc agamus. Quòd igitur eum oportebat ad motus minus quidem varios, verum securiores, quàm humeri articulum, comparari libro decimotertio indicauimus: quin et de ossibus ipsis, qualia natura sint, tum quòd optime sint ad eam actionem, propter quam extiterunt, comparata, libro tertio verba fecimus, rerum enim similitudo nos impulit, vt communiter de ipsis tractaremus: quod vero soli articulo ischij est peculiare, quod q; cum nullo alio doctrinam habet communem, hoc libro commemorabimus.

D Natura animantibus crura attribuit, quò essent ambulationis instrumẽta, equo equidem & cani, asino & boui, atq; omnibus eius generis animalibus, quatuor: solis vero hominibus inter pedestria omnia, duo fuerunt tributa. Simiæ vero crura sunt eiusmodi, qualia homini sunt infanti nũc primũ eis vti conanti: etenim quatuor artubus, quo modo quadrupeda, graditur: præterea anterioribus, tanquam manibus, vtitur. At, vbi homo iã increuit, non amplius anterioribus artubus vtitur, vt pedibus: simia vero perpetuo inter vtraq; ambigit, q ad vtrunq; sit constructa, tum vt manibus obuia prehendendo non aliter, q̃ reptilia, scandat: tum vt in securo vestigio currat instar pueri, nõ enim poterat ad vtraq; recte cõstrui. Ob eam causam & pedum digitos plurimum à sese diductos habuit, & musculos quosdam eorum, qui genu dearticulationẽ mouẽt, infra ad multam tibiam descendentes: pari modo & ischij articulum homini habuit propemodum consimilem, non tamen penitus est similis, quemadmodum nec tota manus. Cæterum & musculos carnosos, qui nates constituunt, simia habet ridiculos, vt & alia omnia, imitationẽ enim hominis ridiculam hoc animal esse docuimus: homo vero eosdẽ habet sitos bellissime tum ad decus partiũ necessariarũ, tũ ne anus sedẽdo cõtũderetur aut alioqui angeretur. Hos igitur solos simia habet decurtatos, reliqua vero oĩa itidẽ, atq; in hoĩe, se habẽt. In hac igitur disputationẽ oẽm, quam de musculis ischij articulũ mouentibus sumus habituri, expende: eã enim priores anatomici sibi

proponebant,

* κέκλεισται i. clausum est, est in antiquis vt verterat interpres, quamuis Aldina habeat κεκόλληται i. conglutinatum est.

proponebant, cum de his musculis vellent tradere: sed tamē, quemadmodum & alia permulta in E toto corpore non animaduerterunt, ita & hic musculos integros non viderunt. Nos autē ipsam quoq; musculorum anatomen seorsum conscripsimus: præterea in libris de ratione dissecandi exposuimus, & quot numero essent, & quęnam esset horum musculorum forma: statim etiam causas subiecimus, cur in eis priores sint lapsi. Cum "igitur articulum hūc flecti quidē oporteret crure sublato, extendi vero eodem depresso, in hisq; actio eius præcipua consisteret (vsus enim ipsius est minor, cū intro ad alterum crus adducitur aut cum extra abducitur, et eo adhuc minor, dum in vtramuis partem circūagitur) nemo inficiabitur, quin naturæ industria insit in horum musculorum discrimine, quod in magnitudine ac numero spectatur: musculos enim crus extendentes ac flectentes fecit tum maximos tum plurimos: secundū illos magnitudine ac numero eos fecit, qui idē crus mouēt ad latera: deinde his quoq; minores eos effecit, qui crus circūagunt. Hoc modo iure optimo prima musculorum differentia est triplex, eamq; natura motuū vtilitate est mensa: singulas vero dictas ante tres differentias, rursus in duas partes diuidentes, quantum musculi partis vtilioris exuperent, exponamus. Nam flectentes extendentibus tum magnitudine tū numero sunt minores: adducētes intro, foras abducētibus: porrò, qui femur in orbem circūagunt, quodam modo sunt æquales. Hæc quidem totius disputationis sunt capita: ipsorum vero demō F strationes deinceps persequamur. Crurū actio, cuius causa extiterunt, est ambulatio, cursus, & statio. Verum ambulatio quidem & cursus cruribus ipsis contrario inter se modo affectis, statio vero itidem habentibus fit: in statione enim crus vtrunq; ad terram est firmatum ac similiter protensum, in ambulatione vero aut cursu alterum quidem firmatū est, alterum vero transfert: quo casu magis laborat crus, quod firmū manet, eo, quod circūfertur, quandoquidem, quod transfertur, se ipsum solum mouet, quod vero est firmatum, non modo se ipsum in nullam partem propēsum extendit, sed etiā corpus totum vehit, onus gestās duplo maius eo, quod prius, ambobus stātibus, gestabat: sed in crure transferēdo musculi, qui ipsum flectunt, plus agunt, stantibus autem, qui extendunt, vehemēter semper tenduntur, quia, si vel tantillum remiserint, periculum erit, ne corpus totū animalis collabatur. Flectitur igitur crus ad inguē, cum ipsum attollimus, &, si crus in ea figura voles continere, oportet flectentes musculos esse tensos: extendit autem, cum id ad terram deprimimus: summam aūt extensionem habet & tēsionem vltimam, cū stamus. Proinde natura iure optimo fortibus multis ac magnis musculis actionem hanc cōmisit: Primū quidem ei, qui totum articulum ex posterioribus partibus tegit, qui proportione respondet musculo, qui est in epomide: Post autem ei, qui ipsum excipit, qui à partibus omnibus externis ab osse iliū ori G tur, inseritur autem in partem magni trochāteris altissimam, paulū etiam à parte anteriore cōplectens: Tertio ei, qui post hunc, ab externis, & inferioribus ossis ilium partibus emergit, inseritur aūt primis internis magni trochanteris partibus, deinceps autem & partibus anterioribus circūhæret: Quarto præter hos ei, qui ab osse lato emergit, inseritur aūt posterioribus omnibus partibus vsq; ad summitatem magno trochanteri. Sed primus omnium memoratus inclinabilem extensionem fortem efficit, femur duobus finibus sursum trahens, quorum si alterū dūtaxat extenderis, non amplius inclinabilem, sed declinantem ad latera tensionem sursum efficies: secundus autem musculus attollit simul ac femoris caput intro trahit: reliquorum aūt duorum vterq; sursum quidem tendit paululū, sed alter quidem femur extra circūagit, alter autem intro paulo magis tendit, quàm sursum tendat, multo vero minus, q̃ musculi, qui hanc ipsam actionem habent, quos vltimos exponam. Nunc enim, vt cœpi, extendentes omnium primos explicabo, post aūt flectentes, postremos eos qui mouent ad latera: cum aūt à natura motus plurimi misti facti sint (vt sępe iam diximus) id agente, vt per pauca instrumenta multas animalibus actiones efficeret, idcirco inter musculos crus extendentes, eos etiam, qui motum alium pręterea obeunt, cogar attingere. Prædictorum enim quatuor musculorum, primus quidem omnium, quem admonui H proportione respondere ei, qui est in epomide, quiq; duabus insertionibus crus extendit, ipsum rectum omnino efficit, cùm vtra q; insertione agit: minimum autem ad latera deducit, cùm earū tantum altera. Pari modo &, quem secundum numerauimus, extēdit simul, & exiguum quiddā caput fœmoris intro trahit. Ad eundem modum & tertius & quartus minimum quidem (vt dixi) extendunt, sed aliquanto plus circūagunt. Alius autem præter hos est quintus musculus, omnium maximus, qui in corpore sunt, musculorum, internis ac posterioribus partibus toti ossi femoris vsq; ad genu circūhærens: huius musculi fibræ posteriores, quæ ex ischio manant, crus firmum stabiliunt, dearticulationem extendentes: præstant autem id maxime & fibræ, quæ per partes inferiores ab osse pubis exoriuntur cū minimo quodam intro motu, quādoquidem, quæ his sunt altiores, femur intro adducunt, quemadmodum, quæ omniū sunt altissimæ, adducūt antorsum simul ac sursum trahunt. Porrò, qui prędictis quinq; musculis sunt oppositi, ipsamq; dearticulationem flectunt, illis sunt tum numero tum magnitudine inferiores. Quorum supernus est rectus, vnicoq; tendone ex duplici exortu conflato in summitatē parui trochāteris inserit. Tū, q cū eo in ipsum quoq; trochāterē descēdit, īferius īserit. Musculus itē alius ex partibus anterioribus ossis pubis enatus, velut pars quædam maximi, obliquus attendit, similem actionem cum eo

A.l. 1. f.1.d. 5. su.2.c.26. 20.e

habens,

A habens. Tum quartus, qui dearticulationem, quæ genu inest, extendit per aponeurosin, quæ patellam genu supergreditur. Verum hic quidem per accidens femur flectit: Alij vero tres prima actione: qui superne quidem defertur, paululum inclinans intro: qui vero à partibus ossis pubis anterioribus manant, multũ quidem intro inclinantes, parum vero sursum trahentes: quartus vero (quem femur flectere per accidens monui, ꝙ non primo articuli ischij causa extitit, magnam quidem facit tensionem sursum ac flexionem, multo tamen prædicto primo minorẽ. Hic enim & à lumbis & à partibus ossis ilium internis ortus, peruenit ad paruum trochãtera: Ille vero, qui genu dearticulationem extendit, cuius etiã gratia extitit, cum ex recta spina ossis ilium oriatur, idcirco se ipsum intendens, non tibiam modo sursum trahit sua natura, sed etiam femur flectit: nam, si ex partibus inferioribus dearticulationis, quæ est ad inguen, productus fuisset, solã vtiq; sic tibiam mouisset. Verum id ipsum à natura factum fuit prouide, quæ ab dearticulationis, quæ est ad inguen, parte superiori musculum hunc produxit, vt ipse obiter alium quendam motũ obiret animali necessarium. Qui vero intro femur adducunt (duo sunt ij, quos prius diximus à partibus ossis pubis anterioribus enasci) non modo intro crus trahere, sed flectere etiam mediocriter possunt. Tertius autem alius haudquaquam longitudine prædictis est similis, sed longus est ad-
B modum: ex partibus enim ossis pubis anterioribus productus toti cruri circũtenditur vsq; ad genu in caput ipsius internum desinens: quin & maximi musculi pars interna eandem actionẽ habet. Extrorsum autem femur abducit tum etiam pars altera eius, qui primus omnium fuit numeratus, & qui ab osse lato emergit, quem etiã ipsum parum circũagere diximus. Reliqui autẽ alij sunt duo musculi, qui femur mouent, vnus quidem ex internis, alter vero ab externis ossis pubis partibus emergens: qui ambo circa ischium nũcupatum obuoluti coalescunt, inserentes sese vni cõcauitati per tẽdones robustos, in posterioribus femoris partibus locati, ad ipsum potissimũ primũ magni trochanteros exortum. Hi omniũ prædictorum musculorum soli, vterq; versus se ipsum trahens, femur inuertit ac circũagit. Nam, quemadmodũ in prima dinumeratione explicui, musculi, qui obiter paulum crus circumagũt, vnà cum ijs, qui crus extẽdunt, hoc ẽt modice peragunt, cum ipsi prima ratione à natura ad ischij articulum extendẽdum essent instituti. Omnes quidẽ musculos femur mouentes recẽsuimus, qui numerum ac magnitudinẽ habent proportione vsui motuum, quorũ ipsi sunt duces, respondentẽ. Statim autẽ cum prædictis intelligere possumus vsum exortuũ & insertionum, ac positionis interim & motus oĩum musculorũ. Cum.n. sursum ad primũ exortum trahũtur, finis quoq; cum eis trahatur, atq; adeo crus ipsum, est neces-
C se. Quare ex superioribus quidem partibus musculus is descẽdat, oportet, qui crus sursum trahit: eorũ vero, qui ad latera mouent, intrinsecus quidem exoriri est necesse eos, qui intro crus adducũt, extrinsecus vero, qui foras. Sed, quoniam femur circumferri ac circumagi in quibusdã motibus oportebat, natura vel totum corpus eiusmodi musculorum, aut solos tendones, qui actionẽ hanc erant obituri, in orbem circumuoluit. Recti sanè musculi motum habent simplicem, crura ad eas partes secundũ rectam lineam trahentes, ad quas ipsorũ capita spectant: qui vero vel totis suis corporibus, aut ẽt tẽdonibus circa quippiã obuoluũtur, circularẽ potius, ꝙ rectũ efficiũt motũ. Ad eũ certe modũ necesse est vltimos quoq; dictos duos musculos, ꝙ magno trochãteri inserũtur, quiq; obliq; nõ rectã ad partẽ à se mouendã ferũtur, motus duces esse suæ positionis, similis.

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBER SEXTVSDECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Neruorum, arteriarum, & venarum communes vniuerso corpori distributiones exequitur.

De communi Artificio naturæ in neruorum, venarum, & arteriarum productione. CAP. I.

DE communibus totius corporis instrumentis, arteria, vena, & neruo prius quidẽ, dum partes exponeremus, verba sæpe fecimus. Satius vero mihi visum fuit non sparsim modo de ipsis disputare, sed re omni in vnam summam collecta, quod superest, adiungere. Perspicuum porrò est, quòd hic quoque oratio nostra pro hypothesi ea sumet, quæ prius à nobis fuerũt demonstrata, cerebrum scilicet neruorum esse principium, cor arteriarum, iecur venarum: quæ cum in totum corpus distribui oporteret, attente me audias, dum ego distributionis æquitatem expono. Si enim alijs quidem partibus maiora, alijs vero minora hæc, prout partis cuiusque dignitas fert, reperiantur fuisse distributa, id ꝗ; in toto corpore seruetur, Hippocratis iudicio subscribemus, qui naturã iustam appellauit: quòd, si ea quoq; cum oĩ securitate ferri ad partes singulas cernãtur, eam non iustam modo, verum etiã artificiosam ac sapientem ꝓnunciabimus. Nihil sanè interfuerit, à cerebro exponere incipias,

A.l.1.f.1.d.5. c.1.9.a.b

lib. de Fract. sect.1.t.2.& 4. 7ª.214.g.h. Et sect.3.t.53. 248.g. Et 1. de artic.t.34.7ª. 257.f

re incipias, an à corde, an ab hepate: facere enim non potes, quin ea, quę dicturus es, communiter E ad tria simul principia pertineāt: cum alioqui ipsa rerū natura, ne si aliter quidem facere velis, tibi permittat, ꝓpterea, ꝙ rationes cuiusq; principij peculiares, quas prius præter communes memorauimus, terminari, vt vis, nequeunt. At quæ nam sunt communes trium principiorū rationes? Posteaquàm propositum nobis est arteriam & venam & neruum in partes singulas ducere, non nullæ q; ipsarum longe à principijs sunt disiunctæ, multo certe magis ad rē ptinuit neq; tot numero producere, quot sunt partes, neq; omnino multa, sed, vbi maximum vnicum ab quoq; principio instrumentum, velut stipitem, ꝓduxeris, tum demū ab eo progrediente velut ramos quosdam in partes propinquas disptire. Sic certe aquas potabiles, qui earū rerum sunt periti, in vrbes deducunt ac distribuunt: fonti enim maximum vnum aquæductū vbi applicuerint, ab eo interdum quidem & alijs quibusdam locis prius, quàm ad vrbem sit peruentū, dispertiunt: sin minus, at saltem in vrbe tota, quo sic partibus eius distribuant, vt nulla aquam desideret. Quemadmodū igitur eos maxime laudamus, qui non modo in omnes vrbis partes aquam distribuerint, sed qui præter id ipsam æquissime distribuerint, sic & naturam laudabimus, si eam vbiq; iustam inuenerimus. Quòd si, cùm iustitia sit duplex, altera quidē vel idiotis cognita, altera, quæ proprie ad artifices pertinet, naturam comperiamus artificiosiorem elegisse, multo magis ipsam laudabimus. F Quòd si forte cupis cognoscere, qualis nā sit hæc iustitia, Platonem diuinissimum audias, dicentem, eum, qui vere ac iuste sit imperaturus, aut qui artifex sit futurus, oportere in æquo distribuēdo intueri cuiusq; meritū ac dignitatem. Neq; enim aqua ne in ciuitatibus quidem mole ac pondere ęqualis locis omnibus est dispertita: balneo enim cuidam publico, ac deorum luco cuipiam, pars aquæ maior est tributa: fontibus vero biuiorum, & balneis priuatis, minor.

De Arteriarum & Venarum & Neruorum ortu. CAP. 2.

TEmpestiuum vtiq; est, idem artificium in distribuendo, in animalibus, consideres à natura prius vsurpatum. Siquidem arteria vna maxima à corde est producta, velut truncus in multos palmites ac ramos diuisus: vena autem (quam propter magnitudinē cauam appellant) ex gibbis hepatis sursum ac deorsum procedēs, trūco cuipiam bifido est assimilis propterea, ꝙ & corporis nostri alia quidem pars hepate est altior, alia vero humilior. Ad eundē modū arteriam, quę ex corde enascitur, cernes protinus imparibus sectionibus bifariam esse diuisam: altera maiore, quæ ferť deorsum, ꝙ ibi corpus sit maius: altera minore, altioribus corde partibus disseminata. Simile quiddam prędictis etiā à cerebro produciť, spinalis medulla, quæ partibus oībus, quę sunt sub capite, neruos immittit. Admirabile sanè & hoc esset, si neq; vena, neq; arteria, neq; neruus ad pro G pria principia recurrere cernerenť: verum adhuc est admirabilius, si, cū plurima in suo quæq; genere (vti diximus) à principio in partes vltra diuidanť, paucissima tñ vasa paucissimi q; nerui reflexi, velut δίαυλον i. curriculū quoddā, emetiantur, id q; non frustra neq; temere, sed mirabilis cuiusdam vtilitatis gratia: cum enim vnū aliqd propter vsum ab alijs discrepantem propriā etiā pręter cætera constructionem est adeptum, in eo naturæ sapientia, & particulariū omniū memoria, æquitas summa, ac prouidentia, aperte conspicitur. Cęterū, ꝙ à trunco propagines quędā in vno solo neruorū principio propter vsum necessariū extiterit, mihi quidem id quoq; maximum esse videtur artificij naturæ indicium. Nec minus, ꝙ, cum in oēs corporis partes nerui ferātur, nullus tñ neq; in ossa, neq; in chartilagines, neq; in ligamēta, nec deniq; in quasuis glandulas inseratur, nam harum quoq; natura est duplex. Ossium "porrò substantia multis quidem locis velut stabilimentum ac sedes alijs partibus est subiecta, alibi etiam passim velut propugnaculum quoddam ac murus, hæ enim duæ sunt ossium vtilitates: chartilagines vero ipsorum partes quasdam, quò læues sint ac politæ, subungunt, vti in articulis: vtitur autē & ipsis natura non nunq̄ ceu corporibus mediocriter cedētibus. Ob eas certe causas superuacaneū erat ossibus ac chartilaginibus sensum vllum aut motū voluntarium tribuere: addam & ligamentis ipsis, quibus neutrum horum H erat opus, vt quæ, velut funiculi, aliarū partium quasdam cū ossibus, & ossa cū alijs, colligant. Nec vero pinguedo quoq;, vlla in re neruos desiderat, quæ instar olei pinguis, partibus animantis mēbranosis ac neruosis est affusa: porrò ipsius origo atq; vtilitas hæc est. Generatur "ex sanguinis parte pinguiore p tenues venas effusa, affusa aūt siccis corporibus ac tenuibus, vt ea ipsa corpora pingui natiuo humectet, quæ celeriter in diuturnis inedijs ac vehementibus exercitationibus & caloribus immodicis exiccantur atq; indurescūt. Glandulæ vero, quæ sunt, velut stabilimentum diuisionis vasorū, nullis sanè ad id neruis indigent, ꝙ neq; sensum neq; motum voluntariū ad id postulent. Quę vero glandulæ ad succos animāti vtiles generandos fuerūt comparatæ, quemadmodum venas & arterias perspicuas non nunq̄ ac magnas, ita & neruos habuerūt cōmuni ratione partium omnium huiusmodi, quas ego tibi iam persequar. Ad motum nanq; volūtarium natura in animalibus vnum genus instrumentorum cōstruxit, quos musculos appellant. Proinde, quanq̄ nerui omnes vtrasq; habēt facultates (sensum dico ac motū) nulla tñ pars alia, quę neruos recipit, motu volūtario est ꝑdita, sed sentit dūtaxat, quemadmodū cutis, membranæ, tunicę, arteria, vena, intestina, matrix, vesica, ventriculus, ac viscera omnia, & glandularum species altera. Quòd vero & sensuum instrumēta neruos ad sensum flagitabāt, quid opus est cōmemorare? de

his enim

A.l. 1. f. 1. d. 5 fu. 1. c. 1. 5. 1 o. e. f

A.l. 1. f. 1. d. c. 1. 10. b.

A his enim omnibus antea verba fecimus, cum de ipsis seorsum ageremus. Nunc autē admonere etiam oportet, ꝙ natura nulli parti neruum frustra inseruit, sed ijs, quę sensu solo aut motu voluntario indigebāt: neq; ijs rursum temere, sed ijs, qbus sensu exactiore erat opus, neruos molles: ijs vero, quę motum voluntariū flagitabant, duros omnes: quibus aūt vtrisq; opus erat, neruorum genus vtrūq; inseruit, natura hic quoq; (vt arbitror) prouidente ac pręparāte ad sensum quidem neruum, qui facilius pateretur, ad motum aūt, qui valentius ageret. Quę igitur instrumenta non modo motum habēt simpliciter voluntarium, sed sensum etiam obtinent cōmuni partium omnium sensu tactus excellentiorem, vt oculi aures & lingua, ea tum molle tum durum neruorum genus habent: quorum molle quidem inseritur in eis in proprium sensus instrumētum, durum vero in musculos. Porrò genus alterum neruorum, molle scilicet, ventriculo inest hepati intestinis omnibus ac visceribus, quemadmodum & ex ossibus omnibus solis "dentibus, tum ꝙ hi ijs, q̃ sibi occurrūt, nudi sint expositi, tum ꝙ ipsos vnà cum lingua sentire oportebat ac sapores discernere, non aliter, q̃ cæteras oris particulas. Demōstratum enim à nobis ante fuit naturam exactiorem sensum partibus illis tribuisse, quæ assidue erant ijs occursuræ, q̃ incidunt aut frangunt aut rodunt, aut calfaciunt vehementer aut refrigerant, aut alio quouis modo alterant, vt animal à do-

A.l. 1. f. 1. d. 5. fu. 1. c. 5. 12. a

B lore ferendę sibi ipsi opis admonitum, quod sese angit, prius amoliatur, quàm pars sit labefactata. Sic itaq; & dentibus neruos molles inseruit. Tum ad cutem totam fibrę quędam à singularum partium neruis productę prorumpūt. Non enim, quemadmodum in singulos musculos aliquis neruus péruenit, ita & ipsius cutis est ꝓprius aut definitus, sed ex partibus subiectis fibræ quędā ad ipsam perueniunt, quæ simul ipsam cum subiectis partibus connectunt, simul etiam sensum ei suppeditant. Atq; hęc quidem de neruorum omnium distributione sunt communia.

Qui Nerui, in quas Partes inserantur. CAP. 3.

NVnc aūt tempestiuum est particularia persequi: atq;, vt inde exordiar. Cum partes inter se multum discrepēt natura situ & actionibus, satius fuit eis, quas alijs sensu exactiore præditas esse oportebat, neruum à cerebro immitti tum maiorem tum molliorem: quæ vero ad multos simul ac vehementes motus fuerunt comparatæ, maiorem quidem & ijs neruum, sed tamen duriorem tribui. Quod certe natura in partibus omnibus studiose adeo obseruauit, vt haudquaquam paruus aut durus neruus ad partem sensu exactiore indigentē accedat: neq; magnus ad eā, quę non sensu magis indiget, q̃ motu vehementi: quēadmodum neque mollis ad eas, qbus vsus in motus robore consistit. Tantus certe neruus in vtrunq; oculum est infixus, quantus in nullā

C aliam partium maximarū: nec mollē ęque alibi etiam inuenias, sed soli oculi (quāuis partes sint minimæ), ꝑpter vtilitatis dignitatem maximos simul ac mollissimos neruos habuerunt: nam sensuum aliorum omnium hic est certissimus, vt qui maxima ac plurima eorum, quæ corporibus insunt, eminus discernat, colorem, magnitudinem, figuram, motum, positionem, atq; interuallū inter sese & ea quæ videt. Si enim animo conceperis multa grana milij humi esse ꝓiecta, aut ijs qdpiam exilius, ac plane horum cuiusq; discreueris primo positionem, post & alia memorata, ipsius sensus perfectionem, opinor, ac eorum commodorum multitudinem, quæ ipsis animalibus præstat, admirabere: quod, si sensum hūc semoueris, neq; grana milij numerare poteris, ne dicā colorem, aut substantiam ipsorum dijudicare. Hic vero & ea, quæ procul sunt dissita, renunciat iudicat q; alia quidem moueri, alia vero loco manere, alia vero, quo pacto inter sese cōnectantur, alia, quomodo seiunganť. Cum igitur sensus quidē in patiendo sit, motus aūt, quo nerui mouent cū musculis, in agendo, optimo iure ipsi quidem primo videndi instrumento in oculo neruus mollis, mouētibus vero ipsum musculis durus est insertus. Ad eundem autem modum & linguæ (q̃ pars est & ipsa exigua) natura duo neruorum genera tribuit, alterum quidem molle, quo ipsa sapores esset dijudicatura, alterum vero durum, quo motus multos ac varios esset habitura. Porrò

l. 1. f. 1. ... 1. c. 1. ... o. c. f

D ad aurem vtranq; vnū neruū mollē induxit, aliosq; duros ijs auribus immisit, quę motū aliquem erant habituræ. Molliū etiā neruorū nasus quoq; fuit particeps, & dentes, ac totū palatū, nā hęc quoq; sensu exactiore indigebant: verū, si neruis opticis eos contuleris, duri admodū & parui tibi esse videbuntur. Rursum pręter ea q̃ dicta sunt, nerui optici meatus etiā habēt sensibiles: quæ etiā causa fuit, cur crassi extiterint. Admirari aūt satis pro merito naturā in horū neruorū cōstructione nō potes, si, quo modo videamus, ignoras. Proinde, si volueris per magnum ocium demōstrationes expendere, quas tum in alijs quibusdam locis, tū libro decimotertio de demonstratione fecimus, probantes visus instrumentum spiritum habere splendidum assidue sibi à cerebro affluentem, neruorum opticorū constructionēm miraberis. Caui enim intus fuerunt, quò spiritum reciperent, sursumq; vsq; ad cerebri "ventriculū ob eandem causam pertigerunt: vbi enim vterq; ventriculus anterior desinit ad latera, illinc nerui optici exoriuntur, ipseq; ventriculorum velut thalamus, ꝑꝑ illos neruos extitit. Quod opus naturę admirabile anatomicis fuit incognitū, ꝙ ipsi, fines ventriculorum non sint assecuti, neque considerarint, cuius rei causa ita sint formati, neq; viderint productiones neruorum opticorum superiores ventriculorum finibus esse coniunctas. Propter has igitur causas oculorum nerui caui simul & maximi & mollissimi extiterunt, cum alij quoq; sensus, magnos & molles neruos habeant. Cæterum pedes ac summæ manus omnino

l. 1. f. 1. ... 1. 10. 3.

A.l. 1. f. 1. d. 5. fu. 3. c. 2. 11. c

nino à prędictis discrepant tum actione, tum substantia, tum positione: nam actiones habent ro E bustas ac vehementes, preterea substantiam habent duram, ac positionem à capite remotissimã. Ob eã igitur causam nullus à cerebro neruus prædictis partibus immittitur, quo modo neq; brachijs neq; cruribus, sed à spinali medulla dũtaxat neruos duros, brachia & crura accipiunt: alijsq; pręterea oĩbus, quæ sunt sub facie, nerui à spinali medulla suggerunt, pręterq; intestinis et visceribus, atq; etiã pręter hęc vocis instrumentis: ꝙ horũ quidẽ non nulla omnino cũ cerebro coniuncta esse oporteret: alia vero, ꝙ ꝓpe ipsum essent sita, solo q; sensu indigerent, neruos eosdẽ habuerũt. Ad cor enim & hepar "neruos accedere erat necesse, ꝙ omnia facultatũ animal regentiũ principia oĩno oportebat esse coniũcta: quemadmodum in libris de placitis Hippocratis & Platonis à nobis ẽst demonstratũ. In ventriculũ etiã & potissimũ in eius os neruos accedere oportuit, ꝙ id sensu demonstrauimus exactiore indigere. Porrò, ꝙ vox principalissima sit omniũ animæ actionum (nam cogitationum mentis est nuncia) oportuit eam quoq; fieri per instrumenta, quæ neruos à cerebro assumerent. Ob hęc igitur potissimum nerui à cerebro longe à suo principio protenduntur: cum eis autem (vt dictum est) exiguæ quędam propagines in testinis, renibus, spleni, pulmoni, ac stomacho distribuuntur. Sed de his quidem paulo post tractabimus.

A.l.3.f.14. et c.1.307.f

De Neruis Voci seruientibus. *CAP.* 4. F

DE ijs vero partibus, quarũ potissimum causa nerui à cerebro descenderunt, iam dicamus, à partibus voci seruiẽtibus auspicati. Verũ hoc quoq; loco pro hypothesi ea sumemus, quæ in libro de voce fuerunt demonstrata: principio enim demonstratum fuit nullam partis vtilitatẽ prius posse cognosci, q̃ totius instrumẽti actio sit explorata. Cũ igitur larynx sit primũ ac principalissimum vocis instrumentũ, ex tribus quidem chartilaginibus conflatũ, habẽs aũt in se ipso medio glottidem, ac musculos circiter viginti ei ferè rei seruientes, cõsideres iam, licet, quo'nam pacto natura eis oĩbus neruos à cerebro dispertierit. Horum enim musculorũ non nulli transuersam magis quodã modo, alij obliquã habẽt positionẽ, alij rectam, nec ipsam oĩno inter se similẽ: nam "quidam eorum superne orti, finibus suis infernis partes quasdam laryngis mouẽt: alij vero contra oriuntur quidem inferne, superioribus aũt finibus agunt. Æquum certe (opinor) fuit ijs, qui superne deorsum ferrentur, neruum superne immitti: ijs vero, qui ex inferioribus partibus sursum ferrentur, indidem esse neruorũ principium: quẽadmodum certe & transuersis, aut obliquis, secundum positionis figuram, neruorũ quoq; principium sibi conueniens dari æquũ fuit. Cæterum in ijs, quæ de voce scripsimus, ostẽdimus eos supne deorsum ferri, qui ab osse hyoeide ad chartilaginem scutiformem, perueniunt, & eos, qui ad os pectorale, ab ambobus: ab infernis G vero partibus sursum ferri indicauimus eos, qui arytenoeidem chartilaginem mouent: rectos itaque penitus esse quatuor, inclinantes autem ad obliquum, duos: eos vero, qui fines inferiores chartilaginis scutiformis cum chartilagine, quę nomine caret, connectunt, leniter esse obliquos: quin & eos musculos, qui trium chartilaginum maximam stomacho connectunt, transuersas habere fibras ad obliquum spectantes, alias quidem magis, alias vero minus. His certe natura (nihil enim vetat hinc auspicari) à sexta coniugatione neruos immittit duabus apophysibus: quorũ alter quidem ad verticem chartilaginis scutiformis intrò in ipsum laryngem pertinet: alter vero ad òbliquos musculos accedit, à quo etiã ad musculos ad pectorale os porrectos, fines perrũpunt. Duæ quidẽ hę sunt coniugationes neruorũ ad positionem obliquam spectantium. Tertia vero est alia eorum, qui ad musculos chartilaginem scutiformem sursum tollentes perueniunt: quæ cũ altius principium postularet, non potuit à sexta coniugatione produci, vt quæ ad vẽtriculũ feratur: sed natura rationẽ inuenit, qua his quoq; à cerebro neruũ rectum superne deorsum tẽdentẽ insereret. Atq; p totũ laryngem hi extenduntur vtraq; parte duo, vnus ad læuam, alter ad dextrã: atq; ẽt horũ finis musculis, qui ad pectorale os ob osse hyoeide deferuntur, infigitur: non nunq̃ tñ & ad musculos humiles extenditur, quos diximus à scutiformi oriri, quemadmodum & altioribus aliqñ à sexta coniugatione nerui inserũtur. Quòd vero ab his solis cõiugationibus neruos ipsi accipiunt, id omnibus animalibus est cõmune, quòd ipsi neruis à cerebro manantibus indigerent, ceu decliuem positionem habẽtes, ac voci seruientes. Hęc igitur à natura iuste simul atq; artificiose sunt cõstituta. Cum vero tres supersint in larynge musculorum coniugationes, maxime quidem necessariorum (vt demonstrauimus) ad vocis generationem: rectam aũt positionem habentium, vt capita quidem sint inferne, fines autem ipsorum superne: fuit sanè necesse à partibus infernis neruos ipsis immitti. Verum cerebrum nõ erat inferne: à spinali igitur medulla atq; huius partibus infernis neruos deriuari erat necesse, in eo q; naturã illam iustissimam solis vocis instrumentis vel principalissimis iniqua tribuere, si neq; à cerebro, neq; à primis spinalis medullæ partibus, neruos suppeditaret. Videamus igitur, qua ratione summè vtriq; prospexerit, tũ ei, quod ad actionẽ erat necessarium, tũ ne in hos musculos esset iniqua, neruos illis tribuendo ignobiliores. Constituit igitur eos à cerebro deducere (quo modo & alios, quorũ ante meminimus) secũdũ sextã cõiugationẽ, à qua sexta oportuit cordi et vẽtriculo & hepati neruos distribui: sed curriculũ quoddã in ducẽdo efficere, prius qdẽ ad inferna laryngis deducẽdo, illinc aũt rursũ ad principalissimos ipsius musculos reducẽdo. Sed nerui recurrere sine flexiõe nõ poterant: itaq; natura

A.l.1.f.1.d.5. fu 4 c.11.17.g & 18.a

H

fuit

A fuit coacta neruis inuenire velut metã quandã, circa quã obuolutos ipsos ferri amplius deorsum prohiberet, inciperet aũt ipsos ad laryngem reducere. Hanc aũt metam oportebat vtiq; tum corpus solidum esse, tum positionem habere transuersam aut saltem obliquam: non enim poterant nerui ex illo decliui impetu retrocedere, nisi circum eiusmodi corpus quoddã flexi fuissent. Porrò, ꝙ eiusmodi nullum erat in toto collo, natura iugum ipsum neruorum ad thoracem deducere fuit coacta, atq; illic flexionẽ vestigare: quam vt primum repperit, ibi iugum neruorum flexit, ac per collum rursus ad laryngem reduxit, sed non similem ipsis fecit flexionem: eoq; modo videri possit suæ iustitiæ oblita, quæ æqualibus neruis inæqualia tribuerit: alterum enim neruorum longissime per thoracem deorsum deduxit, alterum vero haud ita multo post ad collum reduxit. Quænam igitur horũ etiam est causa? non enim neruorum est differentia (omnino enim sunt similes) sed ipsa locorum, quæ peruadunt, cõstructio. Per sinistram enim thoracis capacitatem maxima arteriarum (quam velut truncum quendã diximus à corde enasci) primo quidem obliqua emergit: post aũt protinus diuisa, altera quidẽ parte sui, maiore scilicet, spinæ innititur, altera vero minore sursum ad clauem fertur. atq; inde alterã quidem sui partem in scapulã, manum, & partem colli sinistrã, & partes alias, quæ illic sitũ habẽt, distribuit: reliquã vero ad sternon, hoc est os B pectorale, sursum extẽdens rursus diuidit, id q; bifariã inæqualibus partibus. Quarũ partẽ vnã, sinistrã scilicet, eandem q; minorẽ arteriã efficit carotida, alterã vero, maiorẽ scilicet, & dextrã attollit obliquã: à qua paulum progressa multæ fiũt apophyses. Etenim ad altas thoracis partes fertur quædã arteria, alia ad dextram mãmillã per sternon defertur, & ante has quidem dextra carotis accliuis producitur, deinde reliqua arteriæ pars obliqua versus primæ costæ productionẽ accedens, ad scapulam ac manũ & colli partes dextras dispergitur. Cum ea igitur inter dextrũ thoracem ac sinistrũ sit differentia, redeamus in memoriam, ꝙ neruus vterq; à sexta coniugatione vnà cũ arterijs carotidibus fertur deorsum, ipsa propinquitate stabilitus, ac cõibus operimentis munitus. Vbi igitur primũ vtræq; arteriæ oriuntur (quẽ ego locum nuper indicaui) eò vtrunq; neruũ deduci fuit necesse, deinde illinc partem ipsorum aliquã extendi, quæ ad laryngem ferretur: sed, quoniam neruos ibi à motu decliui ad accliuẽ transferri oportebat, flecti ipsos omnino fuit necesse. Quænam igitur vtriq; neruo fuit optima flexio? Sinister quidẽ ad primũ carotidos exortum flecti non poterat: siquidem pars arterię magnæ, quæ sursum ad sternon fertur (à qua carotis est abscissa) paulominus est recta, nisi ꝙ exiguam habet ad partes dextras totius thoracis propensionem. Alterum vero germen arterię, quę sursum fertur (quod ad sinistram scapulam et manum se C cedit) similem ferè habet & ipsum positionem: propemodum enim & ipsum totum est rectũ in læuam partem leniter propendens. Reliquum igitur est, vt ad truncũ ipsum maximæ arteriæ flectatur, quæ flexio mirabiliter ad ipsius nerui vsum est cõparata non modo magnitudine, sed etiã robore ac positione. Hãc igitur ipsam natura elegit, circũq; eius basim sextę coniugationis propaginem inuolutam ac sursum recurrentem asperę arteriæ imposuit, vt ipsi inuecta tuto ad laryngem ascenderet. Verum in dextris thoracis partibus eiusmodi nulla erat flexio. Ne igitur eam quæras, quę nusq̃ est, neq; naturam accuses, ꝙ flexiones discrepantes vtriq; neruorũ inuenerit: sed id considera, quenam alia flexio in sinistro thorace, prædicta reperiri poterat commodior, non. n. aliam reperias meliorem: quẽadmodum ne in dextro quidem ea, quæ à natura fuit inuenta. Quęnam igitur est ea? Verbis quidem difficile est tantam artem interpretari: incredibilis. n. est naturę solertia in huius flexionis inuentione, vt, nisi quis eam viderit, fabulari potius, q̃ vera dicere eũ putet, qui hęc exponere aggrediatur: attamen, quoniam cętera verbis sum persecutus, non verebor hęc quoq; exponere. Recordare autem mihi arterię, quam paulo ante dixi in dextro thorace obliquam habere positionem, & à sese primam carotida accliuem producere, deinde reliqua parte obliquã peruenire ad primam costam: tum considera, cum dexter neruus carotidi D adhęrens per totum collum descendat vsq; ad primum ipsius exortum, num locum aliquem reperire queas cõmodiorem eo, quem natura ad neruum hunc flectendum repperit. Vbi enim primum post carotida, arteria obliqua diuiditur, ibi solũ, licet periculose, necesse tamen fuit neruũ flectere. Si enim alius quispiam locus hoc fuisset cõmodior, ad eũ satius fuisset naturam hoc relicto accedere: nunc aũt, cum nullus sit alius in dextro thorace, sed solus is, quẽ nũc diximus, naturam quidẽ nõ fugiebat, q̃ esset is periculosus, verũ, cũ eò esset redacta, vt omnino vti eo cogeretur, ea omnia est molita, ex quibus potissimum securitatem ipsi liceret comparare. Primum enim à magno neruo ipsum recursurũ diduxit, vbi primum obliquã arteriã attigit, deinde dorso arteriæ impositũ flexit ad eum angulũ, qui fit in carotidos productione. parte enim carotidis externa eum deduxit. vbi aũt circũ maiorem inuoluit, per angulũ, qui ex ambobus fit reducere illinc cœpit p partes carotidis internas, quoad ipsum dextrę parti asperę arterię imponeret. Cum aũt post flexionem sursum tendit, natura apophysin quandã à sexta coniugatione, instar manus, ei porrigit, quæ & ipsa cum magno neruo colligans, flexionẽ simul ac reditũ ei tutum efficit. Quę vero sunt ab vtraq; flexionis ipsius nerui parte, dextra. s. ac sinistra, ea apophysibus à sexta coniugatione fulciunt, quã natura ad ea loca ducit. Quinetiã & in ipso larynge ipsis neruis recurrentibus (de qbus sermo oĩs hic est institutus) cõmistio quędã fit cũ ijs neruis, quorum prius meminimus, quos à se

xta

xta coniugatione productos, diximus ad profundum laryngis progredi. Nam partes illorum re- E
currentium cum illis coeunt in omnibus quidem animalibus, quæ mihi videre contigit: euiden
tissime tñ in vrsis, & canibus, & bobus, et reliquis huiusmodi animalibus videas, natura vtrisque
neruis robur ac vires ex mutua inter se societate, machinâte. Diximus enim antea corporum vel
imbecillium connexiones ad robur aliquid sibi mutuo conferre.

De neruis Viscerum, & intestinorum. CAP. 5.

DE neruis vero, qui ad viscera & intestina accedunt, dictum quidẽ prius nõ nihil fuit: quod aũt deest, id est adijciendũ. Portio" quidẽ neruorũ quędã à cerebro ad hæc mittitur, exigua quidem ad partes cæteras: magna aũt ad os ventriculi, ꝙ natura partem hanc fecit instrumentum appetitus eduliorum, quæ est ad portam (vt sic dicamus) omniũ instrumentorũ, quæ ad alimenti dispensationẽ à natura fuerũt comparata. Syncerũ certe ipsum, & cũ nullo alio neruo duro mistũ superne deduxit, in ipso transitu partẽ ex eo exiguã decidens stomacho, pulmoni, & asperæ arterię. Ex eadẽ aũt coniugatione syncerũ neruũ dedit hepati & cordi ob dictã mihi antea rationẽ. Ad alia vero oĩa, quæ sunt sub diaphragmate intra peritonæũ, ab his quoq; neruis pars quædã accedit, non amplius syncera, sed ijs neruis, qui à spinali medulla oriuntur, permista (neruis enim, q ad radices costarum feruntur, ab ipsa thoracis spinali medulla, & post thoracem à duobus aut tri- F bus spondylis aliquid accedit:) qui, dum progrediuntur, cõmiscentur cũ reliquijs eorũ, qui † } ad ventrem } descendũt, quibus & ipsis proprie nerui quidam à spinali medulla cõmiscẽtur. Ex hac mistione oĩa propemodũ, quę sunt intra peritonæũ, neruos accipiunt, robur quidẽ ac vires ex spinalis medullæ, sensum vero ceteris exactiorem ex cerebri mistione assumentia. Est aũt & aliud mirabile naturę opus ab anatomicis ignoratum. Vbi enim aut lõgo itinere neruum est ductura exiguũ, aut motui musculi vehementi ministraturũ, ibi substãtiam eius, corpore crassiori quidẽ, cetera autem simili, intercipit. Videbitur enim tibi neruus esse conglobatus, primo quidem aspectu ipsis adnatus ac circũhærens: si tamen dissecueris, apparet euidenter, ꝙ neq; adnatus est neq; circũheret, sed apparet similis quędã neruis substantia continua ac vndequaq; vnita ac omnino neruo similis, qui tum ad ipsam peruenit, tum rursus ex ipsa porrigitur. Ipsa igitur sola substantia (quę similis est nuncupato γαγγλίῳ) neruos crassescere contingit, vt manifeste neruus, qui post ipsam est, in orbem maior appareat eo, qui est ante ipsam. Porrò ipsam videbis cũ in alijs quibusdam partibus, tum precipue in ijs neruis, qui à cerebro descendunt, non semel aut bis, sed sexies inesse: primum quidem in collo parum supra laryngem: post autem cũ in thoracem incidunt, ad radices costarum progredientes: tertio, quando primum è thorace exeunt. Cum igitur in vtraq; G animalis parte dextra scilicet ac sinistra huiusmodi corpus ter inueniatur, non ab re diximus sexies in ipsis inueniri. At de his quidem neruis abunde iam tractauimus.

A l. 1. f. 1. d. 5. su. 3 c. 1. 21. c

† Sic habent cod. antiqui & interpres. Alius habet: ἐπὶ τὰ στέρνα.

De neruis colli, Scapularum, & Capitis. CAP. 6.

ALiorum vero, qui ex cerebro quidẽ producuntur, ad collũ vero et ad omoplatas id est scapulas, descendũt, distributionẽ deinceps persequamur. Neq; enim ne hic quidem natura ipsa, cũ posset ex spinali medulla colli hos neruos producere, huius rei oblita, frustra à longinquo eos deducit, sed in illos musculos inserit, qui positionem simul habẽt sublimẽ, simul scapulã sursum ad caput trahunt. In primos igitur memoratos scapularum musculos, et eosdem latos, q ab occipitio oriuntur, desinunt aũt in scapularum spinam, magnus neruus à cerebro inserit, emergẽs vnà cũ alijs, quos diximus ad sextam coniugationem exoriri. Sed illi quidem pariter deorsum feruntur propter vtilitates, quas, paulo ante memoraui: declinant aũt ad latera colli ibi sublimes procedentes, vsq; ad musculũ, ad quem ab initio contendebant. Maximũ enim neruum musculi hi habuerũt non modo propter magnitudinem, verũ etiam propter actionis vehemẽtiam, totã enim scapulam sursum trahunt. Post hos aũt nerui cõmemorabiles musculis à primo quidẽ spondylo ortis, in sublimẽ aũt scapulæ partem insertis, à natura sunt dati: nam & horum musculorũ motus H est vehemens. Multa vero neruorum principia ij musculi habuerunt, qui caput circũagunt (quorum fines ad pectorale os & clauem perueniunt) ꝙ & motus ipsorũ est compositus, fit q; ex fibris deinceps sibi mutuo incũbentibus. Ob eam igitur causam ad primam quidem productionem, à neruis ad magnos musculos vtriusq; scapulę accedentibus, propago quędam musculis inseritur: deinceps aũt à colli spondylis: vt quodq; principiũ ad se ipsum trahens musculũ, motũ per vices varium efficiat. Qua ratione accidit necessario, vt, qui obliquam quidem habent positionẽ, principia motus in diuersis locis habeant constituta. Pari modo primis quidem partibus horũ musculorum, neruorũ aliquid superne est datũ. Quin & musculis duobus, qui sunt ad παρίσθμια id est tonsillas: & ijs, qui animalibus magna voce preditis insunt, qui sunt ad musculos ad imam partẽ ossis hyoeidis, qui & superioribus partibus laterũ primæ chartilaginis in quibusdam animalibus sunt connexi, neruus à cerebro datur propterea, ꝙ voci ædendæ seruiunt. Preterea alia quædam neruorum tenuium coniugatio ad linguę radicẽ peruenit in illis euidentissime animalibus, in q bus prædicti musculi prorsus sunt minimi. Nascitur aũt hęc neruorũ coniugatio ad eã coniugationem, quam Marinus sextã nũcupat, quę oĩbus quidẽ animalibus inest, quę homini sunt quodã modo similia: discrepat aũt (vt diximus) in eis, q̃ aut magna voce sunt prædita, aut ad mordẽ

dum

A dum sunt comparata propter magnitudinem musculorum hyoeidi cõnexorum: in ijs enim præ dicti nerui magis consumuntur, in alijs autem ad pharyngem & linguæ radicem magis perueniunt. Nullus autem alius neruus eorum, qui à cerebro producuntur, infra faciem descendit, sed omnes partim in musculos faciei, partim in sensifica instrumenta distribuuntur. Cæterum, qui distribuantur, antea diximus: proinde nunc rursus ea commemorare fuerit superfluum, cum ad spinalem medullam colli transire melius sit, ostendentes, quo pacto ex ea quoque natura neruos iustissime distribuerit. In primis certe, quemadmodum à cerebro multis partibus, quæ sunt sub facie, quandam nerui partem distribuit, nõ temere neque quouis modo, sed propter memoratos vsus, sic ad caput ex spinali medulla colli neruos sursum ducere ipsam non piguit, magnos quidẽ in cæteris animantibus, quibus & temporalis musculus est maximus, atq; aurium substantia magna est, facile q; ac multum mouetur: omnino autẽ exiguos ijs animalibus, quibus nihil horum inest, vt homini & simiæ. Nam & musculus temporalis his est exiguus, & aurium substantia ferè immobilis, ꝙ ipsorum quibusdã ea sit minima. Ob hanc igitur causam nerui his animalibus exigui ad caput ascendunt, duo quidem ex partibus posterioribus, duo autem à lateribus in cutem distributi & aurem vtranque. Porrò, quemadmodum deliniamenta quædam musculorum ipsis

B sunt circũ aurem, sic & nerui minimi ad hunc locum veniunt: in ijs vero, quæ mobiles valde ac magnas habent aures, quemadmodum in orbem auris multis musculis est redimita, ita & nerui magni in eos distribuuntur: distribuuntur aũt hi à secunda colli coniugatione. Cum.n.ad capita musculorũ neruos oẽs ire oporteret, necesse fuit ipsis inferne sursum ascẽdere, vt in musculo temporali videre est: nam huius quoq; caput natura prope os occipitis locauit, in qbus animalibus est maximus: iure igitur & ex collo pars quędam nerui sursum per occipitium pręteriens ei insoritur. Predictam vero positionẽ caput temporalis musculi potissimum qdem in animalibus, quę dentibus serratis sunt prædita, habet, post illa aũt & in ijs, quæ maxillam habent magnam: in his enim aĩalibus tẽporalis musculus, magnus à natura est cõparatus, cũ illa quidem ad fortiter mordendum, hęc vero ad maxillam gestandã, musculum validũ flagitent. Porrò musculus tenuis ac latus, qui buccam vnà cũ partibus oris lateralibus mouet (quem anatomici, qui ante me fuerunt, cum cute excoriando corrũpebãt) artem quandam naturæ pręse fert admirabilem. Cum.n.musculi huius principia sint multa, desinat aũt in buccas ac labia, os aperiens ad latera, idcirco fibras omnes habet ad eas partes tendentes, & cum eis neruos. Vnà igitur cum fibris, quæ à spina spondylorum colli producuntur, nerui ferũtur per collum vsq; ad anteriora transuersi, ijdem q; maxi

C mi ac plurimi, quoniam & ligamẽtum mẽbranosum, quod fibras cõtinet, à spina fuit productũ, musculi q; principium principalissimum in eo loco est: fibris vero, quę à scapulis ac claui sursum ferũtur, nerui sunt minores, qui ẽt secundũ fibrarũ processum procedũt. Cũ aũt vnica sit vtrinq; in quoq; colli spondylo productio, eadem q; radicem nerui habeat transuersam, incredibile est, quonã pacto in omnes fibras, quæ sunt in partibus ꝓductionis musculi anterioribus, nerui inserantur, ad motum sursum conuersi, per flexus quosdam ingeniose à natura inuentos, alios quidẽ circum musculos quosdam vel arterias aut venas, alios aũt per mẽbranas, quas ipsa foraminibus tenuibus ꝑtudit, quę sunt ipsis neruis æqualia. Quę vero fibrę sunt obliquæ, ijs neruus obliquus facilius sese inserit. In eis vero, quæ partibus posterioribus, nimirũ ex spina, feruntur, impensius naturæ opus mirabere. Oportebat.n.vnà etiam cum ijs neruos à spina procedere, quemadmodum etiam apparet: siquis tñ eos viderit, existimabit ex ipsis ossibus spinæ emersisse: res autem non ita habet, nam his quoq; neruis spinalis medulla colli est principium, è cõmunibus q; spondylorum oĩum foraminibus, quæ sunt ad latera ipsorum, primum exortum habẽt. Hoc.n.vnum est principium ad vtranq; partem cuiusq; spondyli neruis à spinali medulla prognatis, quos natura mirabili quodam artificio distribuit statim, vt prodierũt secus vertebrarum processus, alios

D quidem transuersos ad posteriora colli & anteriora adducens, non nullos aũt circum flexus quosdam inclinãs, rectos, ac decliues, & obliquos. Cum hæc igitur varietas in quibusdam neruorum productionibus appareat, siquis diligenter resecuerit, quod ad neruos pertinet, qui à spina feruntur, admirabilius adhuc ac difficilius inueniet. Proinde id quoq; maximum naturæ operũ etiam ijs, qui videntur in dissecando esse acutissimi, fuit ignoratum: cum.n. omnino musculum hunc non norint, multo magis neruos, qui in ipsum inseruntur, ignorarint. Sed natura propaginem à singulis omnium neruorum colli productionibus, post secundum, ducens transuersam ad posteriora per profundum vsque ad spinæ radicem, hinc ducit sursum cum spina vsque ad prędictum ligamentum tenue ac latum, instar membranæ: deinde ipsum pertundens foraminibus tenuissimis, neruis æqualibus, rursus neruos per collum antorsum reducit. Quod, si musculos, qui intercedunt, exemeris, videbis post primam productionem, quam ex spinali medulla singuli nerui faciunt, ipsos (neruos inquam) prius quidem retro transuersos, per musculos in profundo colli sitos penetrare: rursus autem in superficie sub cute antorsum similiter transuersos progredi, & super latum ligamentum vehi (hoc enim ligamento in omnibus vtuntur) &, cũ recurrere cœperint, in ipsius foraminibus flecti. Post hæc vero adhærescunt, gestantur, & per ipsum adducuntur. Reliquæ sanè partes omnes huius lati ac tenuis musculi (qui vtrinque vnus est) sic

neruis contexuntur: quæ vero ipsius partes ab radice aurium per buccas super musculum mansorem vectę, neruis vtuntur per foramen cęcum excidentibus, positionem habent fibris, quæ ei parti insunt, similem, & principium propinquius. Hoc opus ac miraculum naturę anatomicis fuit incognitum, quo modo & alię multæ eximiæ machinæ in animantis constructione. Quandoquidem, & ꝙ tres musculorum sint coniugationes, quæ caput & collum retro attollunt: tum ꝙ alię quatuor in capitis ipsius articulo ad primum & secundũ spõdylum sine collo caput solum retro moueant: item ꝙ aliæ quædam sint ad latus vtrunque, medici ignorarunt. Natura autẽ (vt prius ostendi) nihil horũ frustra nec sine causa egit: neruis q́ꝫ prędictos omnes musculos mouentibus, spinalem medullam fecit principium, secundum q́ꝫ musculorũ motus neruo cuiqꝫ iter cõparauit: id qꝫ maxime in toto animali vsurpauit. Quemadmodum.n.ad musculos colli, nerui ab inferioribus partibus sursum feruntur, ꝙ ij caput {antorsum} moueant, ita & duobus musculis, qui retro ad dorsum totam scapulam abducunt, ad spinam neruorũ principiũ est constitutũ, progrediuntur q́ꝫ simul ac diuiduntur vsqꝫ ad scapulam. Ducit autẽ natura ad hos quoqꝫ musculos neruos per locum admodũ profundum: eorum vero capitibus ipsos inserens, eadem quidẽ via, sed altiore ducit sursum per transuersam positionem. Pari modo autem & in musculo magno, q hos consequitur, qui q́ꝫ inferioribus scapulæ finibus adhærens eam ipsam per eas apprehẽsiones, quæ illic sunt, trahit deorsum, & post ipsam brachium, sursum per axillam progrediens, inuenias neruos oẽs ita sitos, quo modo & ipsas fibras: & maxime quãdo superne tẽdũtur ad costas versus axillã. Quòd, si cute tota thoracis sublata videre volueris modũ, quo nerui feruntur, non simplicem aut vnicum, sed varium admodum conspicabere. In cutim siquidem ac membranas nerui superne descendẽtes dissеminantur: musculis vero, qui ipsis subsunt: et illi, de quo nunc agimus, ad portionem, qui vnus est è maximis: ac tenui, qui est post ipsos, qui q́ꝫ nec ipse anatomicis est cognitus, nihil ex his neruis propagatum inseritur: sed videre est neruos prope quidem transire, sed proprijs vtrinque partibus disseminari.

De neruis Thoracis. CAP. 7.

VIdebis aũt in thorace alios quoqꝫ musculos & eos multos, vt in collo, alios quidem neruos superne descendentes recipere, alios aũt econtra ab infernis sursum ascendẽtes: ad fines.n. vsqꝫ musculorũ, vbi partes mouẽt, nerui quoqꝫ prograediẽtes dispergunt. Musculum certe, qui à nothis costis & mãma sursum fertur ad humeri dearticulationẽ, videre licet esse ꝓxime eũ, q à collo deferi quidẽ, anteriora vero thoracis dilatat, & horũ ipsorũ ea, quę sunt ad simas partes scapularum: quo modo & proxime eũ, quẽ primum dixi, videre est eos, qui à pectorali osse ferũtur ad brachiũ. His itaqꝫ, qui sursum feruntur, ex partibus thoracis intercostalibus nerui extra excidẽtes distribuũtur, & alij nõ nulli flexibus obliqs ab vltimis colli finibus prope aponeuroses: qui vero à collo deorsum ad thoracem ferũtur, ijs spinalis medulla colli neruos immittit. Quonã autem pacto nerui ad musculos intercostales ferantur, cũ in libris & de causis respirationis, & de ratione dissecãdi, copiose disseruerim, superuacaneum esset hic rursus artem naturę exponere: quemadmodum, & qui nam ad diaphragma ferantur, cùm libro decimotertio indicauerimus. Quod autem neqꝫ scriptum à nobis prius fuit, neqꝫ ijs, quæ nunc exposuimus, similẽ habent cõstructionem, id forte non est prætermittendum. Musculi itaqꝫ, qui sunt ad epomida, totum quidem brachium attollunt: neruum autem validum flagitant, cum partem maximam sursum tollant, & eã non nunquam plurimum: quem sanè neruum loco musculi editiori infigi est necesse. Vnde igitur ei neruum adducemus adeo altum? neqꝫ.n.ex ambiẽte nos aere, neqꝫ ex capite per musculos colli superficiarios eũ deducemus, iter.n.haberet periculosissimum: sed neqꝫ ex collo obliquum simul & per superficiem neruus ad musculum editum sub cuteqꝫ iacentem, deduci poterat. Nos itaqꝫ cum (vt videtur) ne verbis quidem neruum ei musculo, qui est ad epomida, inuenire possimus opportunum, natura id pręstitit facillime. Ad quartum.n.& quintum colli spondylum, ex spinali medulla neruum produxit, quem ad partem epomidos externam simul & superiorem duxit, ita profundum vtrunqꝫ, vt ne apparerent quidem: ad ceruicem.n.scapulæ, & humeri dearticulationem per profundissimum eius loci iter eis muniuit, alterum quidem ad partem superiorẽ ceruicis scapulæ sursum ducens, reliquum autem sub ipsam traducens, deinde perflexum vtrũqꝫ, in musculos brachium sursum tollentes distribuens. Eadem certe prouidentia, & arte natura lijaslomnibus scapulæ musculis neruos distribuit.

De neruis Manuum & Crurum. CAP. 8.

QVod vero ad eos attinet, qui ad manus perueniunt, dictum quidem antea nobis fuit, quo pacto oriantur ac connectantur. Diximus etiam, ꝙ natura huiusmodi neruorum mistiones securitatis gratia est molita: proinde mistiones has in neruis potissimum efficit, q aut nulla re fulciuntur, aut iter longum sunt emensuri. Diximus præterea, ꝙ tutius erat arterijs, neruis, ac venis, quę in artus distribuerentur, per interna iter facere. Vbi igitur, quo pacto nerui in totas manus ferantur, pauca verba fecero, ad seriem orationis continuam reuertar. Nam nerui omnes, qui ad summam manum feruntur, ingeniose adeo sunt abditi, vt vel medicorum plerosqꝫ fugiant. Per internã.n.brachij partem ad cubitũ imi accedũt, prope gibbi cubiti dearticulationẽ

prętereuntes

A prętereuntes: quæ dearticulatio cũ tota sit excarnis atq; ossea, periculum erat, ne nerui in superficie sub cute excarni ossibus inuecti, itinere vterentur periculosissimo, si nihil natura ad eorũ securitatem, cuiusmodi nunc est, esset cõmenta. Eum.n.neruum, q ad paruos digitos accedit, capite brachij interno aucto, inter caput brachij & gibbũ cubiti abdidit. Eum autem, qui ad magnos fert p mediã dearticulationẽ in parte eius loci profundissima, oĩno inter cubitũ, & radiũ traiecit. Deinde vtrunq; musculis cubiti internis, qui sunt maximi, occultans, ad carpum traduxit, indeq; iam eos diuidere incipit, ossiũ eminentijs ceu propugnaculis vtens in neruis occultandis simul & circum eorum bases inuoluendis. Tertium autem alium neruum ad externam cubiti partem duxit, musculo carnosissimo, qui illic est, vsa, vice propugnaculi. Maiores vero neruos merito partibus manus internis distribuit, ꝙ manus actiones oẽs per eas obeat. Eãdem autẽ arte vsa est & in cruribus, nũc quidẽ ossium eminentijs, alibi aũt musculis magnis, neruos occultans, plusq; ex eis distribuens illis partibus, quæ aut magnæ sunt, aut ad vehementes actiones sunt cõparatæ: minus vero ijs, quæ minores sunt, vel nullã actionẽ vehementem obeunt. Hi quidẽ communes sunt scopi constructionis musculorũ, quos natura non in manibus modo vel cruribus, sed etiam in toto animali seruauit. Differunt tñ nerui manus à neruis crurũ, itineris, quo feruntur, ratione B (de quo nunc ago) in eo, ꝙ nerui oẽs ad manus per internum brachium accedunt: nõ tñ in crure oĩno sic habet, qñquidem præter paucissimos quosdã (de qbus paulo post dicam) oẽs per partes femoris posteriores "deorsum feruntur. Id quod necessario differẽtiam articuli humeri cum articulo ischij est secutũ: siquidẽ humeri articulus à colli vertebris (vnde nerui producũtur) est dissitus: ischij vero articulus cũ lũbi vertebris simul est cõiunctus, & cũ osse, quod sacrum nuncupãt, ex quibus collecti nerui (quo modo in libris de ratione dissecandi diximus) ad crura descendunt. Cũ igitur nullus esset locus medius eiusmodi, qualis ad alas est in manibus, natura fuit coacta ex lateribus cuiusq; spondyli neruos productos, per posteriores femoris partes deorsum ad crura ducere. Quo loco cum maximum musculum haberet, sub quo eos occultare posset prius, ꝙ̃ ad crus deduceret, incredibile est, qua arte hîc quoq; inter caput femoris & os latũ neruos traducit, ipsos qdem his ossibus occultans, occultans aũt & musculo, q parte posteriori dearticulationem operit, quiq; vsum & situm ei habet similem, q est ad epomida: inde aũt tuto iam per profundissimũ femur vsq; ad poplitem duxit, distribuens cuiq; musculorũ femoris, neruũ, prout eorũ ratio fert. A poplite vero per surã, idest posteriorem tibię partem γαστροκνημίαν græce dictam, quæ tota est carnosa, alios quidem in externam tibiam, alios aũt in internam duxit, alios p mediã ipsam C deduxit, musculis, q illic sunt, distribuens. Eos igitur, qui per internã surã ferũtur, ad talũ ac tibiã occultans, ad inferiorem pedis partẽ duxit: illos vero, q per externam suram, ad talũ & fibulam abdens, ad anteriora simul & superiora pedis deduxit. Quòd, si voles diligenter, quod dico, in ipsa dissectione considerare, ipse rerũ aspectus magis te persuadebit, naturæq; opera coget admirari. Videbis.n.cur nusquam ne semel qdem neruus aberrans, aut tibiæ, aut fibulæ supercilia ascẽdat, aut per tali deuexitatem & fibulæ iter faciat, sed perpetuo sub ossiũ labris cęlatus, & circũ ceruicũ bases inuolutus, tuto itinere feratur. Nullum igitur neruũ neq; ad curuaturam cubiti, propterea, ꝙ ea est excarnis, inuenias expositũ, neq; ad genu & tibiã anteriorem, sed vbiq; in profundo inter ossiũ propugnacula, aut chartilaginum, aut ligamentorũ, aut carnium. Quæ si in singulis neruis ad particularia conuersus exponere aggrediar, periculũ erit, ne liber hic in immensam prolixitatem excedat. Sufficiat igitur hæc summatim dixisse, pręsertim cũ in libris de ratione dissecãdi cuiusq; memoratorũ constructionem exponam. Quos libros non modo non impedio, quo minus qs veritatis amator euoluat, &, quę de quoq; musculo ac neruo diximus, excutiat: sed etiam, vt id faciat, moneo, eo enim modo magis ab ijs, quæ iam diximus, persuadeatur.

A.l. 1. f. 1. d. 5. lu. 3. c. 5. 23. a

De neruis Musculorum ossis Pubis. CAP. 9.

D NVnc aũt ad id, quod superest, trãsire est tempestiuum. Cum.n. musculi, q ex ossibus pubis emergũt, neruis indigeant, necesse fuit quosdam adduci per partes internas: oẽs enim illac duci non poterant (vt paulo ante diximus) propter sitũ loci, vnde nerui oriuntur, q extra spectat, multo etiam magis propter angustias: oportebat enim neruos, q superne deorsum ferũtur, iter facere inter caput femoris & ossa pubis. Verum locum hunc partes aliæ occuparant, quę transferri aliò non poterant. Nam neq; venæ neq; arteriæ à magnis vasis, quæ sunt ad lumbũ, deriuatis licebat alia via ad crura diuertere: præterea musculũ, qui in paruũ trochantera inseritur, quiq; dearticulationem flectit: ad hoc, meatũ peritonæi in musculis, qui simul cum contentis in ipso vasis descẽdit, oĩno necesse est iter hàc facere. Cum igitur nerui oẽs hàc ad crura descẽdere non possent, vsus aũt ipsorũ prædictis musculis esset necessarius, quãtũ illis solis est satis, ad ipsorum capita accedit, magnum foramen ossis pubis pręterlapsum. Fertur aũt vnà cum vasis neruus non paruus, tum horũ ipsorũ gratia, tum locorum, quæ peruadũt vsq; ad genu, quæq; à neruis per posteriora progredientibus multũ sunt dissita. Ab hoc neruo cutis tota, quæ illic est, productiones recipit: quemadmodũ certe & à foraminibus, quę sunt ad os latũ quod vocant, parui musculi, qui sunt ad id os, tum qui ad ãnum vesicam & tèsticulum: ad hæc mẽbranę, quę illic sunt, & vesica, & matrix & peritoneum. Semper enim natura solet à propinquis (vbi nullus alius vsus prohibet),

*Aldus habet μήτραν i. matricem.
*αἰδοῖον legit Aldus i. pudendum.
*Aliqui legunt περιναῖον.

neruos, venas, & arterias partibus immittere: quo etiam nomine ipsam admirari maxime conue E nit: neq; enim, cũ vsus postulat à longinquo adduci, exemplo pigri opificis ipsam piget adducere: tum etiam à propinquissimis, partibus omnibus distribuit, cum aliud nihil impedit: æque.n. prouidet, vt nihil inchoate, atq; vt nihil superfluũ faciat. Quatuor.n. arterias & totidem venas solas ab alijs locis in aliam viã longam duxit, propter vsus summe necessarios: quos quidẽ superioribus quoq; commentarijs iam exposui, referam autem nunc quoq;, rem à principio repetens.

De Ramo magnæ Arteriæ descendente. *CAP.* 10.

CVm enim de neruis abunde iam dixerimus, tẽpestiuũ iam est ad vasorũ distributionẽ transire, ac primũ quidem de arterijs disserere. Est certe vas quoddã maximũ (vt ante dixi) quod à sinistro cordis vẽtriculo, velut stipes, enatũ in totũ corpus distribuitur. Hoc igitur vas maximũ statim, vt à corde emersit, in duas partes diuidit, quarũ altera ad spinã deflectitur, partibus omnibus inferioribus arterias imissura: altera vero sursum ad caput fert, quæ & ipsa oibus, quæ sunt supra cor, vasorũ ꝓpagines est p̃bitura. Diuisio aũt ipsarũ (vt supra monui) fuit inęqualis, ꝙ in aiali plures sub corde, q̃ supra cor, sint partes: atq;, quæ pars arteriæ deorsum fertur, tanto est maior ea, quę ad iugulũ ascendit, quanto partes inferiores numero superiores excedũt. Hæc certe non sunt parua æquitatis & artificij opera. Quibus tñ id est maius, ꝙ, cũ arteria sublimis emergat, ob eã q; F causam sine stabilimento sursum ac deorsum per totũ thoracem iter esset factura, natura securitati ipsius prospexit, ipsum qdem pulmonẽ velut fulcimentũ quoddã ei supponẽdo, deinde ipsam mẽbranis ceu viculis qbusdã intercipiẽdo, ac per iter cõpendiosissimũ ad munitissimas simul ac firmissimas partes ducẽdo, nã pars eius, q̃ fertur deorsum, ad locũ ꝓductioni ipsius è directo oppositũ consistit nusquã declinans, sed rectissima ac cõpendiosissima via progrediens quintũ thoracis spondylum conscendit. Altera vero pars post primã productionem statim partem quandã à sese mittit sursum ad sinistrã spatulã & axillam, quæ pulmoni inuecta, & mẽbranis fulta, fertur sursum vsq; ad primam costam, nusquã diuisa, non.n. tutũ erat sublimẽ ipsam diuidere: illinc aũt iam quandam à sese partem mittit ad spatia prima intercostalia: post aũt & ad hypochondrion ac mãmam mittit alterã, quæ toti pectorali ossi est subdita: tũ tertiam ad spinalem medullã colli, quę per sex spondylorũ foramina penetrat, mittit q; etiã obiter musculis propinquis propagines: reliquum aũt huius arterię in totam manũ sinistrã & scapulã distribuitur. Altera vero maior pars totius arterię, quæ sursum fertur, vnde & hęc oriebatur, sursum ad iugulũ recta tendit, quę & ipsa celerrime ossi medio pectoris coniũgitur. Ne igitur hoc solũ in eis inspexeris, sed locũ etiã ipsum studiose considera, vbi primũ vtraq; arteriæ pars ossibus inuehitur. Videbis.n. os nõ propu G gnaculum modo neq; sedem vtriq; arterię parti esse comparatũ, sed adhuc prẹter hęc alteri quidem vasorũ membranam ac chartilaginem substratam, quæ partes vertebrarũ internas sublinẽs, instar strati cuiusdam mollis ei est comparata: alteri vero, quæ sursum ad iugulum ascendit, maximam & mollissimam glãdulã instar strati illic substrauit. Quòd, si nullum aliud esset vas in thorace, nec pars, quę superne deorsum aut inferne sursum ferretur, quęq; eodẽ pręsidio indigeret ac prouidentia, solis vtiq; ijs {duabus} arterię magnę partibus retro quidem spina, ante vero pectorale os, ministeria atq; vtilitates, quas diximus, suggererent: nũc autem, cũ vena caua inferne quidem sursum feratur, superne vero deorsum stomachus, & vena quę thoracem nutrit, non conueniebat eorum securitatem pro nihilo ducere, sed tegere, & colligare, & substernere, & præsidiũ ac propugnaculum vtrunq; os ante ipsa obijcere. Quę certe apparet sic habere, nihil q; ne minimum quidẽ ab animalium Opifice per negligentiam fuisse prætermissum. Primũ enim, cũ posset stomachũ pectorali ossi, venã cauam spinæ cõiungere, ecõtra fecit: stomacho.n. spina est propinquior pectorali osse, venę aũt cauæ pectorale os spina est propinquius. Siquidem stomachus ab initio per totũ collũ spondylis inuectus ferẽ: vas vero, quod à dextra cordis auricula fertur sursum venæq; cauæ est continuũ, ob eam q; causam medicorũ pleriq; ipsum venam cauam appel- H lant, prope pectorale os est: & melius fuit vtriq; propinquũ os, q̃ remotũ, facere propugnaculũ, & q̃ in partem cõtrariam per totam thoracis capacitatem vas sublime ducere. Pręterea aũt aliud quoq; cõmodum quoddã ex huiusmodi positione vtriq; parabatur: stomacho quidẽ, vt recta ad ventriculũ sese excepturũ accedat spinę incũbens, ne've cogatur per mediũ diaphragma penetrare, quod necessarium foramen iam prius habebat in venæ cauæ transitu: venę vero cauę, cum ad iugulũ peruenerit & arteriæ à corde occurrerit, vt parata sit positio opportuna. Statim aũt cũ hoc arterię quoq; seruatur positio, vt, cũ per collum diuisę ferantur, arterię quidem in profundo sint, venę aũt ipsis incumbant. Nõ solũ igitur ex eo, ꝙ stomachus spinę sit impositus & arteria & vena, quę inferiora thoracis nutrit, pectorali ossi aũt caua subiaceat: sed etiã ex eo, ꝙ non æquali inter se ordine stomachus & arteria & vena sint imposita, neq; certe in medio stomachus sit situs, arteria autem in lateribus: sed, ꝙ hęc quidem in medijs spõdylis sit exporrecta, simul autem cum ea ad latera stomachus, optime à natura fuit constitutum. Quãto.n. arteria stomacho ad vitam est principalior, tanto sedem tutiorẽ habuit: cuius rei non parua est demonstratio, ꝙ per colli spondylos oẽs & quatuor primos & thoracis medios stomachus iter faciat. Neq; enim, cũ solus super spõdylos vehebatur, è re fuisset tutiore via relicta aliam periculosiorẽ persequi: neq;, cum instru-

mento

A mento principaliori occurrit, non ei loco primario cedere. Porrò vena ea, quæ costas thoracis octo inferiores vtrinq; alit, ceu minor arteria, iuxta ea est extesa: verum de hac quidē paulo post, cum de venis agemus, tractabimus: ad arteriam vero rursus reuertemur. Cum enim maxima arteriarum (de qua agebam) per partes thoracis inferiores trāsit, vtroq; mittit propagines in ea loca, in quibus musculi sunt intercostales: etenim ab ipsis pars maxima in hos musculos diuiditur, perlabitur autem nō exigua & in musculos thoracis externos. Neq;.n. tutius neq; cōpendiosius erat aliunde arterias ad eos duci, quemadmodū neq; ad phrenas nec ab vlla alia arteria nec ab alia ipsius parte, sed ab hac arteria, quæ illic est sita, & parte eius ea, qua phrenas præterlabitur. Quinetiam neq; ventriculum nec lienem nec hepar deniq; præstiterat arterias aliunde recipere, quàm ab hac sola maxima, cum primum ad loca, quę sunt sub phrenibus, peruenerit. Ab ijsdem aūt locis arteria etiam intestinis omnibus distribuit, ꝙ & mesenterij vertex prope erat situs, erat q; necesse illinc primum non arteriam modo, sed venam etiam & neruum in oēs intestinorum flexus atq; inuolucra dispertiri. Deinceps aūt cū renes sint siti, in ipsos rursus maximū arteriarū iugum perrupit: sed de magnitudine quidē earum diximus, cum de renibus ageremus: cur autē non ex alia arterię parte sint productæ, nunc dicemus. Natura sanè videtur vasis maximis, vt aquęducti-

B bus vti: ex omnibus.n. locis, per quę ea prætereunt, vicinis oībus velut riuos quosdam, ac canales mittit magnitudine discrepantes pro dignitate & vsu partium recepturarum: omnes certe breuissimo interuallo mittit, quocirca & arterię pars, quæ in dextrum renem prorumpit, altiorem exortū habet, q̄ ea, quę ad sinistrum it, ꝙ & renum ipsorum positio sit inæqualis, vt antea demonstrauimus Neminem igitur mirari oportet, si arteriæ sinistrę, quę ad thoracem feruntur, ex eodē loco, quo dextrę, producuntur: productio vero in dextrum renē ea altior extiterit, quę fertur in sinistrum, pro vtriusque instrumentorum eas recepturorum positione: sed id potius admirari cōuenit, ꝙ arteriæ, quæ ad testiculos feruntur, eas ordine consequuntur, quæ accedunt ad renes. Siquidē, quæ partibus sinistris proficiscit̃, oīno aliquid perpetuo ex ea, quæ fertur ad renes, assumit, non nunq̄ autem etiā sola vtit̃: quę vero à dextris proficiscitur, semper quidem ab ipsa magna arteria oritur, interdū autē assumit etiam aliquid ab ea, quę ad renē fertur. Quòd aūt eas oportebat quodam modo assumere non nihil materię impurę ac serosæ, libro decimoquarto demonstrauimus. Quòd vero, cum prope testiculos accesserint, flexu multiplici inuoluantur, id quoq; quanq̄ eo libro diximus, nihil tn̄ etiam nūc oberit memoria repetere, ne, quod nuper à me dictum fuit, naturam generatim in oībus animalis partibus seruare, id nisi, vt decet, exponatur, vitiari alicubi

A.l.3.f.21.t.1.c.2.381.d

C putetur. Cū.n. ad *oēs, vt diximus, partes, natura breuissimo interuallo arterias & venas adducat, ad solos oium testiculos & māmas non à propinquis vasis, sed à longinquis duxit, haudquaq̄ primi scopi oblita, sed meliorem alium secuta. Lac.n. ac semē ex sanguine exacte cocto generantur: coctionis autem perfectionem tēpus moræ ac consuetudinis cum vase ferente ipsis tribuit: mora enim ex necessitate accidit in longioribus: longiora vero semper sunt, quę à longinquo veniūt. Conuenienter igit̃ testiculis ac mammis natura nō à propinquis vasis, sed longissimo interuallo sanguinem ac spiritum adducit. Atqui, si semen ipsum confici exactius oportebat, sola interualli longitudo ipsi non sufficiebat, quo modo lacti: alioq natura fuisset iniusta, si inęqualibus ac dissimilibus rebus æqualia ac similia oīno tribuisset. Ob eam igitur causam nō à lōginquo modo venas & arterias ad testiculos, vt ad māmas, deduxit, sed pręterea multipliciter eas prius, q̄ inserat, inuoluit, diuturnam, opinor, ex eo cum vase ferente consuetudinem ipsi materiæ cōparans. Sed venæ quidem in hoc solo loco inuoluūtur, arteriæ vero hic quoq;, quo modo & venę. plurimum autem in plexu, quem δικτυοειδῆ id est retiformem appellāt, propter eundem vsum: nutriunt.n. hæ spiritum animalem, qui cerebro continet̃, qui certe multum ab alijs spiritibus natura discrepat, proinde nihil mirum est, si longissime deducto ac prius elaborato & omni ratione alterato

D indigeat alimento. Alias autem haudquaq̄ inuenias arterias aut venas à longinquo ad vllam partem accedentes, sed breuissimo interuallo oēs à magnis vasis propagatas. Verum de venis quidē paulo post differemus: à magna aūt arteria alię sunt post prædictas apophyses ad musculos epigastrij, non enim ne ad hos qdem musculos vasa aliunde breuissimo interstitio adduci poterant. Quinetiam & per totum iter magnę arterię, quod à quinto thoracis spondylo auspicata per totā spinam facit, aliæ quædam sunt vasorum paruorū propagines in spinalem medullā prorumpentes, binæ magna ex parte diuisæ, partemq; sui non contēnendam retro mittunt ad musculos dorsales. Penetrant autē intra, ossa quà ipsa inter sese cōmittuntur, quáq; nerui intus foras ferūtur: duplex q; ad singulas cōmissiones est apophysis, ꝙ & foramē est duplex, alterum quidem à dextris spinæ pártibus alterū vero à sinistris. Hæ omnino q̄plurimæ sunt per totam spinam exiguarum arteriarum coniugationes, numero neruos, qui ex spinali medulla producuntur, ęquātes: intróq; cum venis penetrat ad tenuem meningem, quæ spinalem medullam ambit. Atq; etiam in vnaquáq; arterię productione, ea, quæ est velut truncus aliarum, quáq; in media spina est porrecta, diminuitur, q̄ ante, efficitur, quemadmodū & trunci arborum post productos ramos, & fluuiorum fluxus post riuulorum deriuationes. Quare, si comparaueris eius magnitudinem, quæ est ad quintum thoracis spondylum, cum magnitudine eiusdem, quæ est ad vltimum spinæ spon-

*μερῶν i. partibus est in antiquis cod. quē ādmodū etiā fortasse legerat interpres: μυῶν autem ē in impressis ob quā dictionē alij hunc locum vertere alterū quidē ad dextros spinæ musculos alterum vero ad sinistros. melior tamen videtur prior lectio.

dylum, multo minor tibi facta esse videbitur,quinetiam,quanquam vena caua ad spinam altior arte E ria superne deorsum feratur,hoc tn̄ loco arteriæ subiacet: vtranq; enim oportebat,eam,quam ini tio adepta erat,positionem retinere,cū aliud nihil cogit ipsam immutari, ipsum q; vas tenuius crassiore inuehi. Postea vero,quam dorsum prætergresse in crura essent diuidendæ,satius fuit in illis, vt in toto etiam animali,venas arterijs esse superiores,ipsarumq; situm non cōmutari,quo tutior esset ipsarū per crura delatio. Non tn̄ ne corporum quidem,quę sunt ad os latū,natura fuit imme mor,sed ijs quoque venas & arterias,prout ipsorum magnitudo & vsus postulabat, distribuit: si quidem vesicæ exigua,magna vero ac duplicia matricibus,vasa infixit,vt quæ nō solas ipsas matrices,sed fœtum etiam in ipsis matricibus concipiendum essent nutritura. Quæ igitur à locis re nibus propinquis ad testiculos perueniunt, vsq; ad ipsarum fundum disseminātur: quæ vero tū ad partes,quę ad collū pertinent,tum ad eas,quæ sunt infra post testiculos,perueniūt,à vasis,quę ad crura feruntur,producuntur eodē loco,vnde in masculis ad virgam accedunt. † Ex his autem locis rursus vasa venosa sursum feruntur,quę propter cōmmunionem cum ijs vasis coniunguntur,quæ deorsum à mammis feruntur,quorum libro decimoquarto fecimus mentionem. Hę ita que venę in profundo tibi occurrunt,aliæ vero in superficie parte externa finis musculorum epi gastrij,prope inguen. Ab ijsdem locis vna coniugatio exiguorum vasorum,ad ea,quę ad puden F dum pertinent,accedit. Reliqua coniugatio venarum,quę māmis & thoraci cum partibus genitalibus sunt communes,venis,quæ deorsum à mammis in superficie feruntur,occurrit. Diximus aūt antea de vasis,quæ ad crura ferūtur,quod itinere tutissimo per partes internas exporrecta ferant. Hoc enim itinere progredientia,parte anteriore & externa totum crus ante se,instar propugnaculi, obiectum erāt habitura: parte vero interna,qua feruntur,musculos,q illic sunt maximi,sub illos enim & per hos transeunt: ad inguen autem natura magnas glandulas in ipsorum diuisiones,velut fulcimentum quoddam, indidit, & aduersus externas iniurias operimentum obiecit. Magna igitur vasa in nulla artuum parte,neq; in pedibus,neq; in manibus per summam superficiem apparent, sed intus in profundo (vt diximus) abdita ferūtur,eo q; magis arteriæ,q̄ venæ, quo maioris sunt momenti, pericula q; maiora ex sanguinis profluuio,si sectæ fuerint, afferunt. Non nulla vero exigua,etiam ad cutim necessario peruadunt,alimētum partibus, quę illic sunt, prębitura. De distributione autē ipsorum in singulos musculos cuperem nō nihil nunc quoq; attingere,sed video tractationē prolixam admodum futuram. Proinde satius mihi videtur, vbi scopos constructionis fuero persecutus, ipsorum particularem disquisitionem ad opus de ratione dissecandi remittere,in quo alia etiam pleraq; hic à me omissa perfecte absoluētur. Nam opus G illud olim duobus commentarijs fueram complexus,nunc autem visum mihi fuit aliam longiorem scribere expositionem,quę particularem omnium contineat enarrationem.

*νωτιαῖον est in impreßis. sed interpres videtur legisse νῶτον. Alij legunt peritonæum.

† Aldus addit,i. ex lumbis.

De Ramo ascendente Arteriæ magnæ. *CAP. II.*

REdeo igitur iam ad alteram arteriarum,quam à corde ad collum & scapulas & manus & faciem & totum deniq; caput cernas distribui. Hęc enim in ipso per thoracem transitu, quo modo ea,quę fertur deorsum,musculis intercostalibus, & spinali medullæ,& ijs, quæ sunt extra thoracem,mittit apophyses: & pręter has,etiam mittit eas,quę ad mammas eunt(de quarum vsu antea diximus,) tum aūt eas,quę & ad scapulas & ad manus accedunt. Quod autem ex ijs est reliquum,vna scilicet vtrinq; arteria,fertur sursum ad caput. Ab his certe vasis apophyses,oēs faciei & colli partes contexunt. Ex eis autem,quę in scapulas diuiduntur,musculi spinales propagines recipiunt. Ab his aūt ipsis,cum primum ad collum extra thoracem emicuerint,ferūtur propagines per foramina cuiusq; sex primarum vertebrarum,quæ sunt ad latera,vsque ad caput. Non.n. amplius itidem arteria in vertebris ipsis est exporrecta, quo modo in tota spina: musculi enim, qui antorsum caput detrahunt,oīno erant hoc in loco cōstituēdi,cū alio transponi non possent: atque etiam stomachum in ijs,& ante ipsum asperam arteriam,collocari erat necesse,vt,cum de H ipsis seorsum ageremus,demonstrauimus. Non igitur licebat ipsam hic similiter in spinalem me dullā inseri. Id etiā naturę opus mihi videtur admirabile,cuiusmodi ab ipsis artificibus fieri sæpe solet,siquid affabre sint facturi: sculpunt enim id subinde ac perforant & circūradunt,quo venustum efficiant. Cum.n.hic quoq; natura posset processibus vertebrarum lateralibus pro ipsarum propugnaculo vsa,sursum ad caput vsq;, arterias,quę in spinalem medullam ituræ erant,ducere, nō ita fecit,neq; solo dicto præsidio fuit contenta,sed singulas apophyses perforans concinne simul & in orbem,iter vasis ipsam foraminum seriem muniuit. Tanq̄ autē serie cōtinuata apophy ses inter se sint structæ, non magnum inter foramina est interuallū,qua neruis,qui à spinali medulla proficiscuntur,est exortus: ea certe ab arteria exigua quædam propago in spinalē medullā accedit. Vsa est enim simul hic quoq; natura foramine nerui ad vasa intromittenda, nō arteriam solum,sed etiam venam cum ea traijciens. Finis autem vasorum,quæ sursum vsq; ad caput ferun tur,postq̄ primum spondylum est egressus,bifariam diuiditur: altera quidē parte ad cerebrū posterius intro fertur: reliqua vero ad musculos articulo capitis circunfusos disseminatur, finibus vasorum,quæ in tenui meninge sunt locata,ipsum coniungens: musculos autē,qui sunt in superficie,& cutim,vasorū propagines,quæ sunt in scapulis,contexunt. Nusquā enim in corpore mu

sculum

A sculum vllum inuenias, qui vena & arteria careat, sed in omnes ipsos tutissime ac minimo interuallo ex propinquis locis prorumpunt. Nam & arteriarum coniugationem, quæ ad manus eũt, natura non nudã neque in superficie, sed, quoad maxime licuit, intus in profundissimo abdens prorsum duxit, in axillis quidem, vbi primum in propinquos musculos diuiduntur, superne ac deorsum glãdulas validas diuisionibus velut fulcimentum quoddam inserens: vasis autem ipsis extrinsecus quasi operculũ quoddam & propugnaculum inijciẽs, vt in inguinibus, ita per internum brachium in musculos oẽs distribuẽs deduxit. Inde rursus tuto per internam ac mediã gibbi cubiti dearticulationem ad cubitum deducẽs, quoquouersus dispertiuit, nullius oblita musculi, sed pro cuiusq; dignitate omnibus vas magnitudine conueniens distribuẽs. De quibus etiam ipsis, quemadmodum & de ijs, quæ cruribus insunt, in libris de ratione dissecandi tractamus.

De Arterijs Carotidibus. CAP. 12.

IN præsenti vero pauca dicam de reliquo arteriarum iugo, quod antiquo quidem nomine carotidas appellant. Fertur autem id rectum sursum ad caput in profundissimis colli partibus abditum. In ipso vero transitu & musculis, qui illic sunt, & glandulis & venis obscuræ quædam ab ipsis propagines inseruntur, quemadmodũ & ipsi spinali medullæ: quo loco non modo arteriæ,
B sed venæ etiam, quæ ibi in profundo arterijs sunt propinquæ, vbi sexta ac septima vertebra inter se cõmittuntur, diuidũtur. Nam arteriarum pars altera rectã per foramina cuiusq; sex primarum vertebrarũ, quæ sunt in apophysibus lateralibus, fertur, quemadmodum in libris de ratione dissecandi docuimus: altera vero obliqua soli sexto inuehitur: idcirco hęc maior alijs vertebris extitit. Cũ igitur vtreq; arterię carotides bifariã diuidãtur, & altera quidẽ pars retrorsum magis eat, altera vero antorsum, rursum harũ vtraq; bifariam diuiditur. Deinde altera pars eius, quam antorsum tẽdere diximus, ad linguam accedit & internos maxillæ inferioris musculos: altera vero magis quidem in superficie, quã illa, est locata, magis tamen et ipsa glandulis tecta, sursum ad interiora aurium, vsq; ad temporalem musculum fertur, ibiq; diuiditur, atq; à posterioribus sursum vsq; ad verticem ascendit: quo loco vasorum fines, quæ sunt in sinistro capite, cũ eis, quæ sunt in dextro, & internorum cum externis passim cõmittũtur. Reliqua vero arteriæ carotidos pars, quã retro magis ferri dicebã, diuiditur & ipsa in duas partes maximas primum partibus inęqualibus: quarũ minor retro magis ad basim cerebelli ascendit magno ac prelongo foramine ipsam excipiẽte, quod est in fine suturę inferioris, quę λ literæ gręcę formam repręsentat: reliqua vero anterioribus partibus per foramen, quod est in osse lapidoso, sursum fertur & ipsa ad plexum retiformem.
C Quẽ ego prius dixi toti ferè basi cerebri subiacere, quiq; ex memoratis arterijs generatũ, & vsum pręstat non aspernandum, sed, si vlla alia pars, præstantissimum: ob eam q; causam natura loco omnium tutissimo ipsum constituit: de quo, nõ est, cur plura verba faciam, dictum.n. mihi prius de eo abunde fuit, cum partes cerebri exponerem, vbi autem id tantùm adiecero, finem pręsenti plexus retiformis expositioni imponam. In cerebrũ quidẽ ipsum iugum arteriarum haudquaq̃ exiguũ ascendit, ex quo plexus χοροειδὴς qui est in ventriculis cerebri, generatur, ac venis quę ibi sunt†permixtis tenuis meninx contexitur. Alię vero exiguę in posteriora & anteriora feruntur: quarum illæ quidem ad cerebellum et spinalis medullæ productionem pertinent, hę vero ad oculorum sedes vnà cum neruis opticis feruntur: committunturq; fines vasorum posteriorum ijs vasis, quę sursum per foramina vertebrarum colli feruntur, vt non ita pridem docuimus, eorum vero, quę antorsum ad oculos eunt{fines cum eis committunt}quę sunt in facie & naso. Vt vero summatim dicam, natura in facie & toto capite arterias quidem q̃plurimas cum arterijs, venas autem cum venis, tum à dextris ad sinistra tum ex sinistris ad dextra, tum à parte anteriore ad posteriorem & rursus à posteriore in anteriorem, & ab externis intro & ab internis foras ducens committit: quandoquidem & per ossa capitis inuenias arterias q̃plurimas exiguas velut fibras quasdam à crassa meninge extra tendentes: & ab externis intro subeuntes, sibiq; mutuo vtrasq; ad ossium commissuras, coniunctas. Commiscentur autem arterię venis, & venę arterijs. & vtraque hęc neruis, & his ambobus nerui in toto corpore animalis: quod multis locis clare deprehendũt ij, qui accuratius in dissectionibus versantur, vasorum.n. exiguitas non facile deprehenditur, nisi mentem admodũ intendas, in dissectionibus q; sis versatus. Quin & totius huius connexionis vsum esse necessarium est perspicuũ, si demum nutriri, & sentire, et caloris natiui symmetriã partibus omnibus animalis conseruare ex vsu est futurum: arterię.n. & venę partis cuiusque sensus omnino sunt expertes, siue illas frangere velis, siue vrere, siue incidere, siue laqueis excipere. Hoc autem loco scire retulerit id omnibus propemodum arterijs & venis inesse, q, cum in musculum vel viscus vel omnino in partem aliquam inseruntur, tenues quasdam propagines corporibus circumfusis semper mittant, venę quidem numero interdum q̃plurimas & mole corporis insignes, arteriæ autem numero quidem illis pauciores, vt plurimũ autẽ magnitudine quoq; inferiores, mittunt tamen & ipsę. Causa vero huius est, q partes omnes alimento indigent, calidę frigidę, durę molles: vt autem caloris natiui modus ad vnguem conseruetur, non amplius similiter omnes postulant: nam partes, quę naturali temperamento sunt frigidę, etiamsi ad vltimum aliquando venerint frigiditatis, sustinent tamen, & viuunt, & rursus sine molestia recalescunt. De-

D

codices manuscripti habẽt, vt interpres. Aldus habet permixtis tenui meningi contexitur. vt intelligatur de plexu choroeide.

mōstrauimus autem hæc omnia tum alibi, tum in commētarijs de vsu respirationis & pulsuum: E neq; oportet in hoc opere (quod initio statim diximus) alicuius actionis naturalis demonstrationem requirere, nam actionum cognitio vsus inuentionem præcedit: proinde post illas planè cognitas hæc à nobis scribuntur, in quibus explicandis pro hypothesi illis vtimur: quæ tamen & ipsa vicissim confirmant nos ea, quæ ad actionem pertinent, recte demonstrasse.

De Similitudine productionis Venarum & arteriarum. CAP. 13.

INuenias igitur venas quasdam sine arterijs, sed arteriam nullam sine sua coniuge vena. Intelligere autem hic oportet arteriā coniugem, non eam, quę tangit, aut quæ per membranas eis est coniuncta (inest enim id quoq; plurimis) sed eam, quæ propter eūdem vsum extiterit. Intelliges autem planius, quod dico, in ipsa sermonis enarratione. Quemadmodū.n. arteria, quę ex sinistro cordis vētriculo producitur, truncus est arteriarum, quę in toto sunt animante, omnes enim arteriæ (vt demonstrauimus) ab ea ducunt originem, eodem modo venę, quæ in totū animantis corpus sunt diffusę, à vena caua sunt exortæ, velut rami quidā à trunco. Arterijs vero, quę à corde in pulmones sunt diuisę, quę sunt velut radices, proportione respondent eę venæ, quę sunt ad ventriculum, lienem, & mesenterion: ijs autē arterijs, quę sunt in corde, venæ, quæ sunt in hepate, respōdent. Atq; etiā ex venæ cauæ partibus, quæ deorsum ad spinā fertur, eā mihi intellige proportione respondere parti magnæ arteriæ maiori, quæ fertur deorsum: eā vero, quæ sursum fertur ad iugulū, minori: Aliam vero omnē ab his distributionē, eā quidem, quæ fertur penes arterias, pariter diuisionē habere arteriarū diuisioni respondentem, quam ego in arterijs exposui: eam vero, quæ seorsum aliquando est seiuncta, in genere quidem artis & scopi contineri, qui arterijs inest; dissidere vero propter vsus quosdam peculiares atq; eximios, quos ego nunc persequar. F

De Venarum Distributione, pro ratione partium singularum. CAP. 14.

NAtura partibus omnibus venas cum summa æquitate distribuit, ijs quidē, quæ eiusdē sunt generis, pro solo generis discrimine: ijs vero, quæ diuersi sunt generis, pro copia substātiæ, quę ab ipsis defluit, propter quam animantium corpora alimento indigent: quandoquidem, si nihil deflueret neq; vacuaretur, sed ipsorum habitus idē perpetuo maneret, quid esset, quod alimentum appeterent, aut senectam aut mortem formidarent? Cum igitur nutriri corpora sit necesse, quod ea vacuētur, alimētum ęquale sit oportet, copiæ eius substantię, quę defluit. Defluit autem plurimum quidem à calidis ac mollibus corporibus, & ijs, quę mouētur assidue aut vehemēter: minimum autem à frigidis & duris, & quę moderatas obeunt actiones. Frigus "enim corpora densat cogit ac constringit, prohibet q; substantię defluuium: calor vero contra, corpora rarefacit liquat tenuat ac digerit. Quin etiam, & quod ad substantiam ipsam attinet, quę durior quidem est & lapidea, permanens est, nec facile dissipatur: quę vero humida est ac mollis, celeriter quidem à calore in halitus resoluitur, eo q; cito perit atq; exhalat. Pulmoni igitur omnia insunt, quę ad celerem vacuationem pertinent, nam & mollissimus est & calidissimus, motu q; agitatur perpetuo. Ossibus vero insunt velut ex diametro cum eo pugnātia, etenim frigida sunt & dura, bonam q; totius vitę partem quiescunt: ob eas certe causas perdurat ipsorum substantia, nec facile dissoluitur. Ne igitur mireris, si ijs quidem natura exiguas adeo tribuit venas, vt ne clare quidē appareant, etiam si animal magnum fuerit: pulmoni vero vena maxima à corde est inserta: vt enim alia iuste, ita hoc quoq; fecit, tantum vtrisq; mittens alimentum, quāto indigebant. Nunc itaq; duas partes inter se comparaui, quarū altera quidē plurimo, altera vero paucissimo eget alimento: in medio vero harum sunt omnes alię, quarum alię quidem magis, alię vero minus vacuantur, alimento q; indigēt. Non nullę autem, tametsi substantia sint duriores, vt cor, tamē propter caloris natiui copiam alimentum copiosius consumunt: aliæ vero, quanq; sunt molliores, vt cerebrum, minus tamen ob caloris inopiam digeruntur. Vena igitur omnium maxima, quæ animali insunt, ex hepate in vtranq; corporis nostri partem enascitur, superiorem scilicet & inferiorem. Prope ipsum autem venæ latæ ac breues, ad renes deciduntur, non hercule quod multo alimento egeant, sed quod (vt ostendimus) hæ venæ sint tanq; stomachi attrahētes, renibus q; in trahendis serosis excrementis inseruiant. Reliqua vero omnis earum distributio in tota spina & cruribus eo modo habet, quo modo in arterijs: nusquā enim vena ab arteria relinquitur, sed, vbi vas arteriosum videris, ibi necesse est venam etiam esse, paucis tamen venis in corpora, quæ ad cutim pertinent, sine arterijs, diuisis: id quod accidit in manibus & cruribus, & ijsdem externis atq; anterioribus potissimum, quod partes hæ positionem habeāt minus præcipuam, q̄ internæ, quo modo & in alijs omnibus partibus. Atque etiam distributio omnis venarum in intestina, quam à portis hepatis habent, simul cum arterijs fit: præterea ea, quę fit in omentum ventriculum & lienem, in quę omnia vena vnica diuiditur, quę ab hepate quidem oritur, incipit autem ibi diuidi cum arterijs, quę à magna oriuntur, vbi primum diaphragma superauit. Hęc itaq; omnia videntur à natura prouide fuisse cōparata, venę q; thoraci à caua opportunissime distributę: quà enim primum fertur sursum à gibbis hepatis, iam inde ad diaphragma magnas propagines mittit: vbi vero cor iam attingit, ibi eam, quæ octo costas vtrinque alit, emittit. Quam si videris, quo pacto ex alto velut suspensam ad spinam vsque traiecerit, propinquis ipsam corporibus fulciens, certo scio,

A l. 1.f.1.d.6. fu. 1.c.7.28.b G

H

to scio,

A to scio, quod hic quoque naturæ artificium ac prouidentiam videbis non contemnendam. Diximus autem prius in hoc opere de ijs, quę cordi insunt ac pulmonibus & id genus alijs. Diximus etiam & de vasis, quę ad mammas & testes feruntur, dum communiter de venis & arterijs ageremus, qꝙ vtræque communem vsum haberent. Pari modo, & cum de arterijs ageremus, de venis diximus, quę ad manus perueniunt, qꝙ communis vtrarumq; sit ratio: vt enim in cruribus, ita & hic in externis atq; anterioribus brachij partibus, natura proprias mittit venas per superficiẽ sine arterijs. De quarum distributione in quanq; partem, præterea & de trãsitu per totum brachium & crus, in libris de ratione dissecandi dicturum me recepi. Quemadmodum autem hic brachium et crus vna vena superat, ita & in collo in superficie est altera vena iugularis sine coniuge: arteria vero vna vtraq; parte, sinistra & dextra. Per profundum vero vnà cũ arterijs, quas carotidas vocant, quæ illic sunt iugulares, eodem modo diuidũtur, nisi quòd ad plexum retiformem (vt, cum de his ageremus, indicauimus) arteria magna fertur sursum per foramẽ, quod est in osse lapidoso: ad cerebrum vero fertur, quod venarũ iugularium quę per profundum feruntur, est reliquum, per foramen aliud neruorum sextæ coniugationis. Diximus etiam de vasis, quæ sunt in ipso cerebro, quando partium ipsius vsus exponeremus. Tempus certe est, vt iam librum hunc finiamus.

B

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI LIBER DECIMVSSEPTIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Vniuersi corporis proportio, ac huius operis vsus explicantur.

Quid Vsus ab Actione differat, ac de partium corporis proportione. CAP. I.

VLtimus mihi hic liber adhuc de vsu partiũ corporis humani superest: nihil.n. relinquitur, cuius speciatim non meminerimus. Sed, qm̃ vsus in oĩbus non est ęqualis neq; idem, satius vtiq; fuerit de his definiuisse, et, quod cuiq; ipsorum est proprium, indicasse. Partis igiť actio ab eiusdem vsu (vt antea diximus) C differt, qꝙ actio quidem motus quidã est actiuus, vsus vero nihil aliud est, q̃ quod vulgo appellatur εὐχρηστία.i. ad vtendum aptitudo quædã. Porrò actionem motũ esse dixi actiuũ, qꝙ pleriq; motus fiãt patiendo, quos sanè passiuos ẽt nuncupãt, qui tum partibus quibusdam accidunt, cũ ab alijs mouentř. Is enim motus inest ossibus, quæ in brachijs & cruribus sunt, fit q; à musculis qui ipsis insunt, nunc quidẽ extra, nunc aũt intra ad dearticulationes ossa mouẽtibus. Quòd, si ipsum primũ mouẽs (quod est princeps animæ facultas) respexeris, musculi rationẽ instrumenti habebunt: sin id os, quod ab ipsis mouetur, †non hanc, sed effectoris} habebunt rationem. Prima itaq; vtilitas aĩalibus ab actionibus accedit, secũda à partibus: nullam.n. partem propter se ipsam habere cupimus, superuacanea enim ita esset, si actione esset orbata, & abscindenda potius, q̃ optanda. Præterea, siqua esset in corpore aĩalis pars eiusmodi, haudquaquam diceremus eius aliquẽ esse vsum: cum autem neq; in homine vlla sit eiusmodi neq; in alio animali, idcirco naturam prædicamus esse artificiosam. Equidem, quod mihi accidit, cum primum elephanta sum conspicatus, referam; quod facile intelligent, qui id animal sunt conspicati, qui aũt non viderunt, non magno negocio intelligent, si modo mentẽ ijs, quæ dicturus sum, attenderint. Habet enim hoc animal, quo loco D alijs est nasus, partem quandam pendentem angustam ac longam adeo, vt ad terram pertingat: quã cum primum sum conspicatus, superuacaneam atq; inutilem esse putaui: cum aũt aĩal ipsum vti ea pro manu aĩaduerti, tunc non amplius ipsam iudicaui esse inutilem, qꝙ vsus huius partis cũ actione vtili esset coniunctus, q̃nquidem partis vsus ita demum apparet, si actionem habeat vtilem. Elephas igitur extremo huius particulæ sic omnia tractat, atque ita rebus apprehendendis applicat, vt ne minima quidem numismata ipsum effugiant, quę etiã, sublata pronomea seu proboscide (sic enim partem eam vocãt, de qua nunc agimus) rectori, qui sibi insidet, tradit. Quemadmodum igiť si aĩal parte hac non vteretur, ipsa esset superflua: & natura, quę ipsam conformasset, non vbiq; esset artificiosa, ita, cũ actiones per eã obeat vtilissimas, ipsa quidẽ est vtilis, naturam aũt ostendit esse artificiosam. Postea vero, cũ ipsam aĩaduertissem in fine esse perforatã, intellexissem q; præterea animal ipsum per foramina illa velut per nares respirare, cognoui sanè eũ quoq; vsum animali partem hãc præstare. Postquã aũt mortuo elephante, vsq; ad radicem partis ipsius dissecans, meatus, qui à foraminibus sursum feruntur, repperi non aliter, q̃ in nobis, exitum habere duplicem, vnũ quidem, qui ad ipsum cerebrum perueniebat, alterum aũt in os perforatum, impensius adhuc naturę artem sum admiratus. Vbi aũt ẽt didici ipsum animal, cum fluuium aut lacum profundum trajcit, vt totũ ipsius corpus demergať, per sublatam in altum hãc proboscidem

† AF & hanc & effectoris.

respirare,

respirare, naturæ prouidentiam intellexi non in eo duntaxat, ꝙ partes omnes ipsius animalis pul E
chre construxerit, sed ꝙ ipsum etiam eis vti docuerit: queadmodum initio totius operis demonstrauimus. Porrò ad artem naturæ cognoscendam abunde fuerit totum corpus animalis extrinsecus inspexisse, ac cuiusque partis actiones cõsiderasse, ijs saltem, qui ita sese compararunt, vt eas iuste considerent ac diiudicent, non autem vt inimici naturam calumnientur: quãdoquidem, qui corporũ elementa talia substantia initio posuerunt, vt ars naturæ coniungi nequeat, bellũ aduersus eã coacti sunt suscipere. Quòd aũt coniungi nequeat, hinc discas, licet. Quod aliquid artificiose est formaturũ, aut extrinsecus tangat id quod format, aut totũ ipsum pũadat, est necesse. At, cũ insectibilia vel incõpactibilia corpora, quę nõ nulli statuunt elementa, quicquã aut extrinsecus tangendo aut per totum se intus inserẽdo ne ipsi quidem dicãt conformãdi vim habere, relinquitur ipsa fortuito concursu inter se cohærẽtia, corpora sensibilia cõstituere. At, quæ ita temere cohęrent raro quidem opificium vtile efficiunt, contra aũt sæpenumero inutile ac vanum. Ea certe est causa, quę eos viros, qui prima corpora eiusmodi esse adstruunt, cuius generis sunt, qui atomos introducũt, perpulit, vt naturam negarint esse artificiosam. Cum.n. statim extrinsecus videamus aperte nullum animal vllam partẽ habere inutilem, attamen conantur hi aliquam ad contra dicendum arripere, quæ prima facie, aut in dissectione, talis appareat. Ea sanè ratione partes oẽs F
explicandi necessitatem nobis imposuerunt, vt ad ea etiam descendere simus coacti, quę nihil habent momenti aut ad curationem, aut ad prænotionem, aut ad dignotionem morborum: vt cum consideramus, qui musculi, & quot linguam mouent. At eo certe nomine mihi subit viros illos admirari, qui naturam aiunt arte carere, si statuarios quidem laudant, cum partes dextras sinistris æquales oĩno fecerint: naturam autem non laudant, quæ præter partium æqualitatem actiones etiam exhibuit, ac præterea statim, vt animal fuit genitum, vsum earum ipsum edocuit. An Polycletum quidẽ iure admirabimur propter partium statuæ (quę canon id est regula fuit appellata) conuenientiam ac proportionem: naturam autem nõ modo non laudabimus, sed omni etiam arte priuabimus, quę partium proportionem nõ solum extrinsecus more statuariorum, sed in profundo etiam seruauit? Non'ne & Polycletus ipsæ naturæ est imitator, in quibus saltem eã potuit imitari? potuit autẽ in solis externis partibus, in quibus artem considerauit, ab ijs, quæ maxime sunt in promptu, auspicatus, quarum manus vna est, instrumentum homini maxime proprium, quinq; habẽs digitos in latos vngues desinentes, in quoq; ipsorum tres articulos ac motus, quot & quales libro primo exposui: quæ omnia plena sunt summi artificij. Atqui, vt hæc omittã, ipsa æquabilitas artem præsefert admirabilem, quam statuarij multis freti instrumentis, ægre tamen G
assequuntur. Omitto magnitudinis in partibus omnibus proportionem, vt in manu ipsa, quam libro primo ostendimus à natura factam fuisse ad apprehẽsionem, quo modo crus ad ambulationem. Considera autẽ, quo pacto natura in magnitudine ipsius, summa symmetria est vsa. Cum enim membrum hoc à scapulis pendeat, graue omnino ac gestatu difficile atque ad actiones ineptum fuisset, si ad pedes vsq; extensum esset: ac multo id magis si ad terram demissum traheretur, tametsi ad aliquid accipiendum, quod esset remotius, tanto magis esset idoneum, quãto longius. Quia vero parua quidem manus, quanto leuior est ac portatu facilior, tãto deterior est ad ea, quæ longe sunt dissita, apprehendenda, quæ vero ad ea apprehendenda est vtilis, ea grauis ac gestatu difficilis erat futura, magnitudinem eius eousq; auxit, quatenus gestatu difficilis non sit. Ei igitur, qui naturæ opera vere examinat, vel manus sola ante anatomen visa sufficiat: qui vero naturæ est (vt dixi) inimicus, etiam si artem, quę intus in ipsa manu est abdita, fuerit conspicatus (quã nos primis duobus libris exposuimus) ea tamẽ quæ ipse viderit, magno studio ac solicitudine reuoluit, quærens aliquid, quod queat calumniari. Ad eundem aũt modum & in cruribus, siquis magnitudinis symmetriam, ac motus cuiusq; vtilitatem vere examinarit, non'ne artem naturæ non laudabit modo, sed etiã admirabitur? Si enim animo finxeris hominẽ aliquem crura habere H
parte dimidia duntaxat proportione decẽti constructa, intelliges (opinor) primum quidem corpus, quod superiacet, q̃ graue ipsi erit ac gestatu difficile: secundo, q̃ periculosa eidẽ erit ambulatio: postremo, q̃ erit ad cursum impeditus. Ad eundẽ modum & femoris ad tibiã, & tibiæ ad pedem, proportionẽ considerans, summã quãdam naturæ artem inuenies. Queadmodum rursum & partium, quæ tum pedi ipsi, tũ summæ manui insunt, nã huius quoq; partes mirabiliter inter se consentiunt: quo modo certe & brachij partibus ad cubitum, & cubiti ad summã manũ, & huius etiam partibus inter se, incredibilis quædã est proportio. Atq; hæc omnia artẽ Opificis ostentant. Quin & digitorũ duntaxat proportio ei certe, qui naturę inimicus non fuerit, eandem artẽ ostenderit. Cur enim nemo adhuc digitos triplo maiores, q̃; nunc sunt: aut cur rursus eosdem nõ ęque paruos habuit, vt cuiusq; est ipsorũ primum internodium? Ad quod equidem respõdeo, ꝙ magnitudines eiusmodi vtilitatem ipsorũ vitiarent. Tu aũt operũ naturæ generosissime calumniator, nihil horum consideras, sed, si ex centenis millibus millium hominum vni aliq̃n digitos sex procrearit, id solum consideras. At, si Polycletus exiguũ quiddam ipse in mille statuis peccasset, haudquaquam ipse eũ accusares: &, siquis ei id obijceret, malignum eũ esse diceres. Id igitur ipsum conuerte, ac cõsidera, quid tandẽ dicas, si in mille quidem hoĩbus natura peccasset, in vno

vero

A vero solo recte egisset, non'ne, quod rite cessisset, fortunę diceres, non artis, opus esse? q, si in decies mille, id multo magis dicas: nunc autem, cum non in mille neq; in decies mille hominibus, sed ne in cẽtenis quidẽ millibus millium quidquã videamus ab ea fuisse peccatum, quæ ipsa recte egit, ad fortunã audes referre? mirabili certe æquitate in naturam vtereris. Quòd, si tragœdorum aut comœdorũ certamini interesses, eum'ne, qui alijs decẽ millibus præclare gestis in vno lapsus esset, vt imperitum dãnabis, laudabis aũt eum vt peritum, qui semel recte se gesserit? Deliramenta hæc planè sunt, hominum q; officia, qui elemẽta, quæ initio male posuerunt, tueri turpiter conantur: quæ cum videant labefactari, si natura concedatur esse artificiosa, eiusmodi impudenter effutire coguntur. Quãquam, vt dixi, nihil opus erat omnes corporis partes per anatomen eruere, nam vna quæuis extrinsecus conspecta, satis esse poterat ad artẽ eius, qui ipsum condidit, ostentandam. Nec certe attinet aurium aut superciliorum æqualitatẽ ac vsum commemorare, aut palpebrarum, vel ciliorum, vel pupillæ, aut cuiusuis eiusdem generis, quæ vim naturæ incredibilem ac sapientiam declarant, cũ satis id, quod in promptu est, quod q; cutim appellámus, artem ipsius possit ostendere. Siquis enim ipsam per se cõsiderarit, viderit q; in multis quidem partibus eam sibi ipsi esse continuã, in paucis autem quibusdam foramina habere, cõsiderabit oĩno, vtrum partibus illis temere sit perforata, nulla re per ea foramina in corpus ingrediẽte vtiliter, aut ex eodẽ exeunte, an oĩum vtilitas sit maxima. Nam aliud quidem horum foraminũ, quo cibis ac potibus & præterea aeri nobis circũfuso esset ingressus, extitit: aliud vero, quo humidis ac siccis excremẽtis esset exitus: atq; in primũ quidẽ perforata est spiritus via, quę est per nares, in secundũ vero seminis exitus. Excernendorũ aũt excremẽtorum causa alij meatus sursum ad cerebrum per nares perueniunt: alibi corpus foraminibus pertusum reperias, vt per ea animal possit audire: alio loco vidẽdi gratia est scissum: nusquã foramen est superuacaneum. Quẽadmodum etiam & pilorum generatio est necessaria, & vbi opus est, eorundem priuatio est commoda: generatio quidem (vt maxime demonstrauimus) in capite supcilijs ac palpebris, priuatio vero in partibus manuũ internis ac pedum infernis. Nec vero musculus vsquam cũ cute frustra coalescit, sed quibus in partibus id accidit, ob vsum necessariũ (vt demõstrauimus) contingit. Quis igitur adeo est demẽs aut operum naturæ inimicus, qui non ex cute statim, & ijs, quę primum occurrunt, artẽ Opificis intelligat? Quis non statim animo cõcepit mentem quandam esse, quæ vim habeat admirabilẽ, quæ q; terras omnes peruadens, in omnes eius partes extendatur? Vbiq; certe animalia procreari videas, quæ constructionem habent admirabilem. Quãquam quæ'nam vniuersi pars, terra est ignobilior? attamẽ mens quædã cernitur ẽt ad ipsam à superioribus peruenisse corporibus: quæ siquis contemplatus fuerit, statim substantiæ pulchritudinem admirabitur, primum ac maxime Solis, post ipsum Lunæ, deinde syderum: in quibus par est, quanto corporis substantia eis est purior, tãto etiã mentẽ inhabitare meliorẽ ac perfectiorẽ ea, quæ in corporibus terrestribus habitet. Cum.n. in limo, in colluuie, in paludibus, in plantis, fructibus q; putrentibus, aĩalia tñ gignãtur, mirificam habenti indicationem eius mẽtis, quæ ipsa condidit, quid de corporibus superioribus est putandum? Licet aũt nunc, ipsam perspicias naturam rationalem vel ex ipsis hoĩbus, si Platonem, Aristotelem, Hipparchum, Archimedem, ac cõplures huiuscemodi alios cõtẽpleris. Cum igitur in tãta colluuie (quo.n. alio nomine quis appellet id, quod ex carne, sanguine, pituita, ac bile vtraq; est conflatum?) mens adueniat adeo eximia, quantam putãdum est esse eius excellentiã in Sole, Luna, alijs q; syderibus? Mihi quidẽ, dum hęc mente reuoluo, non exigua quædã mens eiusmodi per ipsum ẽt aerem nos ambientẽ videtur esse extensa: fieri enim non potest, cum lucis ipsius Solis sit particeps, vt non ẽt vim ab ipso assumat. Nec dubito, qn mihi sis in his oĩbus subscripturus, si modo artificiũ, quod animalibus inest, diligẽter ac iuste examinaris, nisi (quẽadmodum dixi) aliqua de ipsius vniuersi elemẽtis opinio, quã temere quidã posuerũt, inhęserit. Nã, si quis nulli sectę addictus, sed libera sentẽtia rerũ consideratione inierit, cõspicatus in tanta carniũ ac succorũ colluuie mentẽ tamen habitare, conspicatus item & cuiusuis aĩalis constructionẽ (omnia.n. declarant Opificis sapientiam,) mẽtis, quæ cœlò inest, excellẽtiam intelliget: tum opus de partium vtilitate, quod prius exiguum sibi esse videbatur, perfectissimæ theologiæ verum principium constituet: quæ theologia multo est maior atq; præstantior tota medicina. Non igit̃ soli medico opus de vsu partium est vtile, sed multo certe magis medico philosopho, qui totius naturæ sciẽtiam studeat sibi comparare: eum q; oportet his sacris initiari. Arbitror enim nullam gentem, neque hominum societatem, apud quos vlla deorum est religio, quidquam habere sacris Eleusinijs aut Samothracijs simile: ea tamen obscure docent, quæ profitentur: naturæ vero opera in omnibus animantibus sunt perspicua. Neque enim existimes in solo homine tantam inesse artem, quantam sermo superior explicuit, sed, quodcunque aliud animal {dissecare} velis, parẽ in eo artem Opificis ac sapientiam reperies: &, quanto ipsum minus fuerit, tanto maiorem tibi admirationem excitabit. Quod declarant opifices, cum in corporibus paruis aliquid insculpũt: cuius generis est, quòd nuper quidam in anulo Phaetonta quatuor equis inuectum sculpsit. Oẽs enim equi frenum os & dentes anteriores habebãt: quæ equidem principio præ exiguitate non videbam prius, q̃ spectaculum hoc incredibile ad claram lucem conuertissem: non tñ ne sic quidem

*οὐρανὸν. i. cœlo. sunt qui legendũ putent, ἄνθρωπον, i. homini.

dem partes omnes mihi apparebant, quo modo nec alijs plerisq3. Quod si quis aliquando ipsas vi E dere plane potuit, eas incredibili artificio esse concinnatas affirmabat: nam & pedes sedecim quatuor equorum numerabamus, quorum qui partes omnes oculis discernebant, mirabiliter articulatas esse asserebant. Quanquam horum quicquam, opus crure pulicis præstantius non habebat: nam, præterquàm ꝙ pars toti cruri pulicis inest, dum ipsa viuit alitur atque augetur, maior adhuc alia quædam esse videtur artis eius, qui pulicem condidit, vis atque sapientia, ꝙ ipsam nullo labore formet nutriat et augeat. Cum igitur ars tanta in tam abiectis animalibus appareat, quę dixerit aliquis accessionis vice ab Opifice fuisse facta, quantam eius vim ac sapientiam in præstantioribus inesse putabimus.

Tria Commoda maxima, quæ habentur ex horum Librorum lectione. CAP. 2.

Sunt q legant. opificis.

VNum igitur ac maximum hoc nobis accedit ex hoc opere commodum, non tanquam medicis, sed (quod eo est præstantius) tãquam scire aliquid cupientibus de vi ipsius vtilitatis: quam philosophorum non nulli omnino esse negant, tantum abest, vt animalibus prospicere fateantur. Secunda autem vtilitas est ad affectus partium, quæ intus in profundo corpore delitescunt, cognoscendos: quam ad rem actionis cognitio magnum habet momentum. Quemadmodum enim, qui iam exploratum habet, ꝙ crurum quidem actio est ambulatio, ventriculi autem F ciborum concoctio, si quem viderit, qui ambulare non possit, statim iudicat partem cruris aliquã esse affectam: in eo aũt, qui aut non cõcoquit, aut male concoquit, ventriculi. Ita, q nouit facultatem animæ ratiocinatricem esse in cerebro, deliria phrenitidas lethargos manias melãcholias intelliget accidere, cum cerebrum aut prima ratione aut per cõsensum afficitur. Quemadmodum igitur in actionibus, sic & in vtilitatibus res se habet. Vt enim ambulatio tollitur, si nerui ac musculi, q cruribus insunt, fuerint affecti, ita tolletur, si os aliquod fuerit fractum, aut suo articulo dimotum. Si vero nescimus, ꝙ per ossa cruribus innitamur, haudquam scire possimus, ꝙ ossibus læsis animal lædatur. Eo q3 modo fit, vt ad cognoscendum, quæ nam pars sit affecta, non minus conferat vtilitatum, quàm actionum cognitio. Eadem est ratio & de futurorum prænotione. Quemadmodum enim ad ambulationem, ossium, quæ cruribus insunt, sanitas est vtilis, sic qui affectus ijs incidunt incurabiles (vt in ijs luxationibus, quæ cum vlcere accidunt) significabunt ambulationis noxam in futurum tempus insanabilem. Quin, & si sine vlcere luxatio maneat insanabilis (quod accidit in coxendicum luxationibus) præterquàm ꝙ futuram necessario cruris claudicationem ante significabit, modũ etiam ipsius talem fore indicabit, cuiusmodi Hippocrates in libro de articulis || scriptum reliquit. Tertia prẹter prædictas vtilitas huius operis est aduer G sus sophistas, qui nobis non concedunt crises morborum à natura fieri, qui q3 ipsam, vllam animantium habere prouidentiam pernegant. Cum enim partium vtilitates sibi ignotas, nobis proponunt, in eo sperant se artem naturæ labefacturos: Hippocratem q3 irrident, || ꝙ nobis naturam imitari in ijs, quæ ipsa per crisim facere consueuerit, præcipiat. Ob eam sanè causam cogimur & ipsi partium omnium vsus examinare, quæ etiam si nihil ad affectuum dignotionem aut futurorum prænotionem conferãt, fructũ tamen ex hoc opere medicus etiam ad curationes maximum percipiet, quemadmodum & ex eo opere, in quo de actionibus disputatur. Nam in partibus quibusdam cędendis, aut circuncidendis, aut abscindendis, nẹpe quando corruptæ quodam modo fuerint, aut in eximendis sagittis vel iaculis infixis, si singularum partium vtilitatẽ probe calluerit, præscribet, quas nam audacter & secure, aut quas timide ac caute, incidere oporteat.

*Al. uentriculum.

Sect. 3. t. 73. 7ª. 276. c

1. Aph. 21. Ex. ord. 10. a. Et 4. Apho. 2. Ext. ord. 27. c. Et libro de Arte circa finem.

Quem Locum hic Liber habeat similitudine cæterorum. CAP. 3.

HÆc tota ac tanta huius, quod ad finem perduximus, operis commoda liber iste, velut bonus quidam ἐπωδός, explicat. Dico aũt nunc ἐπωδόν non eum, qui ἐπωδαῖς id est incantationibus vtitur, sed, quemadmodum apud poetas μελικοὺς (quos non nulli lyricos appellant) in choris est στροφὴ quædam atq3 ἀντίστροφος, sic & tertius est ἐπωδός, quo stantes H ante deorum aras canebant, vt aiunt, hymnis deos celebrantes. Illi igitur librum hunc comparans, nomen ipsi illinc traductum imposui.

Hæc erant in antiquis libris.

Explicit liber XVII & vltimus de vtilitate particularum Galeni, & per consequẽs totus liber vniuersalis, cuius sunt XVII tractatus seu libri, translatus de Græco in Latinum à Nicolao de Rhegio de Calabria Anno Dñi M C C C XVII Die penultimo mensis Martij, XV Inditione.

Galeni

GALENI DE VTILITATE RESPIRATIONIS LIBER VNVS

Iano Cornario medico interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Respirationis vtilitatem esse, calorem innatum conseruari, & spiritum animalem nutriri.

Propositum libri, ac Opiniones veterum de Vsu respirationis. CAP. I.

QVæ nam est vtilitas respirationis? quod enim nõ vulgaris ea sit, hinc apparet, quod ne momentum quidem temporis ea deperdita sufficere possimus: ex quo manifestum est ad nullam particularem actionem, sed ad ipsam vitam, eam pertinere. Quẽadmodum enim, si ijs, quæ ad ambulandi munus comparata sunt, priuati fuerimus, ambulandi damnũ percipimus: &, si ijs, quæ ad videndum vtilia sunt, priuati fuerimus, non videmus: ita etiam, si ijs, quæ ad vitam necessaria sunt, priuemur, morimur. Quod est igitur illud tam ingens à respiratione nobis commodum? num animę ipsius generatio est, vt Asclepiades ait? an generatio quidẽ non est, verum corroboratio quædam, vt Nicarchi Praxagoras? an innati caloris ventilatio ac refrigeratio quædam, vt Philistion & Diocles dicebant? an & nutritio & refrigeratio vt Hippocrates? aut horum quidem nihil est, verum arteriarũ explectionis gratia respiramus, velut Erasistratus putat? Tot enim fermè extiterunt sectę de vtilitate respirationis, etiam si aliquæ ex relatis non videantur differre, velut eorum, qui dicũt innatum calorem corroborari à respiratione, & qui dicunt eundem ventilari: nihil enim diuersum dicunt hi ab ijs, qui refrigerari tradunt. Atqui dictionem non adeo, sed sentẽtiam, spectare oportet, quæ sanè in omnibus vna existit: refrigerationem .n. ipsam non ꝓpter se ipsam, veluti neq; ventilationem aut corroborationem, cõmodas perhibent, sed quod insitum calorem cõseruant. Atq; si hoc hæ tres opiniones commune habent, nempe insiti caloris conseruationem, difficilis planè de omnibus ipsis tractatio oboritur, & quæ egre discerni possit propterea, quod animæ substantiam ignoramus. Si quidẽ igitur actio animę est vita, atq; ipsa à respiratione magnopere iuuari videtur, quã diu vtilitatis modũ ignorare nos verisimile est? quousq; sanè animæ substantiã ignorauerimus, vt ego planè opinor. Attamen audendum est, & veritas inuestigãda: quam etiam si non assequamur, omnino tñ propius, q̃ nunc sumus, ad eam perueniemus. Et primũ vtiq; oĩbus supra relatis sententijs in duo capita coactis, vtrum tandem ipsorum verius est, inuenire conabimur: videtur enim aliæ quidem ex eis ad aeris, qui inspiratur, substantiam respicere, aliæ vero ad qualitatem. Qui igitur animam generari dicunt & nutriri, & arterias expleri, substantiam solum causantur: qui vero ventilari & roborari ac refrigerari, qualitatem. Iuxta quam rationem etiam, qui cibum vt dulcem, aut austerum, aut calidum, aut frigidum exhibet, qualitatẽ solam respicit: qui vero vt nutrientem, is substantię respectu eum offert. Hoc igitur primum determinabimus, vtrum substantia aeris, qui per inspirationem aduenit, indigeamus, an qualitate, an vtrisque?

6. Epid. sect. 6. t. 1. & 2. 3 . 194. b. & 195. c. Et lib. de Alimen. post mediũ, & & rursum versus finẽ. Et de Flatibus nõ lõge à principio. Et de Natura pueri à principio.

Respirationis Vsum non esse in sola aeris substantia. CAP. 2.

QVandoquidem igitur, postquàm inspirato aere substantia eius abundamus, nihilo minus suffocamur, quàm si nihil omnino inspirassemus, apparere videtur substantia eius nobis non opus esse. Verum ad hoc Erasistratus inquit, quòd neq; cor ipsum aerem ex pulmone trahere potest, si respiratio cohibeatur: in huiusmodi enim constitutionibus æqualem organorum respirationis molem secundum dimensionem seruari. Si igitur aliquam aeris partem attraheret cor, vacuus relinqueretur attracti locus, id quod impossibile existit: ne itaque impossibile

bile fiat, neque ab initio inquit eum transsumi: oportet enim, si aliquid transsumendum est, non so- E lum esse quod trahat, sed & quod tribuat: non tribuit autem thorax æqualem dimensionis molem seruans: neq; igitur cor ipsum trãsumere potest, sed conatur quidem, vt antea, perficit autem nihil, atque inde consequitur suffocatio. Quandoquidem igitur, vt ex aere quid attrahat cor, thoracem id permittere necesse est: permittit autem, cum dimensionẽ transmutat: transmutat autem inspirantibus nobis aut expirantibus: & tunc sanè cor transsumet. Atque hæc quidem Erasistratus. Cæterum, qui ei contradicunt, primum quidem, ꝙ neq; demonstrauerit alicubi, ꝙ vacuum omnino non sit in corporibus dispersum, sed ꝙ non sit aceruatim dispersum, commemorant. Postea vero, etiam si hoc concedatur, ꝙ neque in mundo vsquam vacuum sit admistum, attamen non impossibile esse aiunt eandem substantiam fusam & penitus tensam, maiorem, ꝙ̃ antea, locum occupare. Et tertium, ꝙ cum euidentibus sermo ipsius pugnet: videmus etenim cor in respirationis cohibitione aerem ex pulmone attrahere, id quod ad cordis distensionem consequitur: neq; enim possibile est ex Erasistrati sentẽtia distendi & nihil attrahere, vacuus nanq; sic fieret locus: si vero non distenditur, manifestum est, ꝙ neq; mouetur: atqui apparet ipsum moueri: contrarium itaq; primi cõsequitur, nimirum cor in respirationis cohibitione aerẽ attrahere. Ad hæc vero Erasistrati sectatores rursus tum de fusione simul q; contractione contendunt, omni- F no contraria statuere conantes, tum de vacui complexu, tum ꝙ cor à pulmone quidem tum nihil trahat, verum à magna arteria, cui prius ipsum suppeditabat: quidã vero neq; distendi neq; contrahi cor dicunt, sed veluti cõcuti. Porrò, quæ ab Asclepiadæ sectatoribus dicta sunt, visa sunt mihi merito relinquenda esse, vtpote manifeste absurda, & iustas reprehensiones ab ipso Asclepiade indepta. Duplex igitur necessario aduersum illos fit contradictio, vt contra eos quidem, qui ab arteria aerem attrahi asserunt, membranas agnatas id impedire (quẽadmodũ ipse Erasistratus inquit) dicamus: contra eos vero, qui concuti solũ cor perhibent, præter id, quod euidentius est, loqui indicemus, apparet enim ꝙ partim distendatur, ac partim contrahatur: in cõmune autem vtrisque dicamus omnium arteriarum motum ęqualiter fieri tum circa respirationem, tum iuxta eiusdem cohibitionem. Quæstio igitur de fusione substantiæ in infinitam sermonis longitudinem apud vtrosque euagatur. Ad hoc vero, ꝙ à magna arteria cor aerem trahere non potest propter agnatas membranas, respondentes inquiunt Erasistratum de naturali administratione hæc dixisse, non de violenta, atque ea quæ fit præter naturam: Cum enim necessarium sit cor distensum attrahere, tunc ex pulmone quidem id facere, cum habeat, quod inde trahat: minime vero à magna arteria accipere, cum membranæ id fieri prohibeant: cum vero destituitur pulmone ni- G hil suppeditante, tunc sanè ex magna arteria ipsum reuellere, membranis violenter præbere coactis. Cæterũ de motu arteriarum, ꝙ tum circa respirationem, tum iuxta eiusdem cohibitionem, similiter fiat, nihil miri esse aiunt Erasistrati sectatores: in tantum enim eum solummodo euariare à naturali dispensatione, ꝙ non à pulmone, sed à magna arteria, cor spiritum trahens, eundem rursus ad illam remittit: atq; ob hoc ipsum animal suffocari inquiunt, ꝙ pulmonis contributione sit priuatum. Atque hæc sunt, quæ ab vtrisque contradicuntur. His accedit amplius, quod non dum est relatum, iam vero priuatim & seorsim ab alijs, dicetur, quod mihi valde efficax, vtpote euidentissimum existens, videtur, quid sit tandem, quod circa respirationis cohibitionem prohibeat cor aerem ex pulmone trahere, contrahi vero thoracem, hoc ipsum pati à natura aptũ. Si enim instrumentum esset, quod neque distendi neque considere posset, fortassis sensum aliquem haberet, quod ab Erasistrato dicitur: quando vero iuxta illius ipsius traditionem contrahi potest, quid prohibet etiam nunc in tantum considere ipsum, inquãtum à corde euacuatur? præter alia enim & per musculos pro animantis voluntate moueri thoracem Erasistratus ait. Et in hoc nihil difficultatis est, si ipse thorax vndequaque à musculis comprimatur, simul q; etiam euacuatio, quæ superne fit, cohibeatur: id quod in spiritus detentionibus & egestionibus contingit, H vndequaque enim in eiusmodi actionibus thoracem premimus & cõtrahimus, superiorem asperæ arteriæ meatum cum vi claudentes, vt nequid per ipsam euacuetur. Quòd, si non solum non premamus, sed & ipsum meatum aperiamus, largus aer cum quodam strepitu foris fertur, atque appellatur huiusmodi res, efflatus quidam, ab expiratione, quæ citra strepitum fit, copia & velocitate motus tantummodo differens: etenim, vt inspiratus aer aceruatim rursus respiraretur, multa vndequaque tensione thoraci opus fuit. At vero tensio ipsa tribus actibus communis existit: apertio vero superni meatus propria est ipsi efflatui. Itaque nihil difficultatis est, etiam cum respirationem cohibemus, vndequaque premere thoracem, ac supernum claudere meatum: ita enim nedum non obsistere, immo operationem trahẽtis cordis coadiuuare, poterit. Et aperte coarguitur falsum esse, quod Erasistratus dixit, ꝙ impossibile sit cor ex pulmone aerem transsumere circa respirationis cohibitionem. Licet enim vnicuiq; experimẽtum à se ipso accipere ita, vt sexcenties inspirationem faciat, plurimum q; vndiq; thoracem premat, & nihil rursus expiret: apparebit. n. nihilo minus in ipso cor quidem pulsare, suffocari autẽ homo, atq; id eo magis ac citius, quo plus inspirauit: quod ipsum etiã mediocriter indicat non substãtia, sed qualitate spiritus, cor

opus

A opus habere. Si nanque cor substantia opus haberet, magis vtiq; ex penuria ipsius, q̃ ex abundantia nocumenta acciderent: atqui hoc fieri non conspicitur, sed, cum maxime spiritu redundat, tūc præcipue affligitur. Tertium insup non vulgare signum est, ꝙ, qui hoc modo suffocantur, p expirationem sanantur: oportebat aūt magis inspirationē esse, quod sanaret, si ob penuriā substātiæ aeris suffocaremur. Tria sanè hæc manifeste profligant Erasistrati sermonem: vnum quidē ac primum, ꝙ cor aerem trahere potest circa respirationis cohibitiones, nihil enim in hoc obstare visus est thorax: alterū aūt secūdum, ꝙ tunc magis suffocamur, cū plus inspirauimus: & tertiū, ꝙ neq;, tametsi valde vehementer thoracē vndiquaq; cōprimimus circa respirationis cohibitiones, aer à corde cōsumitur, sed expetit animal expirare, id.n. est suffocationis medela. Ex his equidem perspicue consequitur non ob inopiā substātiæ aeris, sed pp aliud quippiam aīalia suffocari. Porrò ad reliquas ex prædictis ambiguitatibus rursus transgredientes, cōsiderabimus prius, qui dicant veriora: ac primū sanè eā tractabimus, quę est de motu arteriarum. Equidē ij, q contra Erasistratios ambigunt, motum arteriarū mutari oportere aiunt circa cohibitionis tēpus, siue concuti solum, siue ēt contrahi cor supponamus: si enim concutit, oīno immobiles fieri oportet, cū nihil ab ipso accipiant: si vero distēdatur ac contrahatur, duplum apparere oportet pulsum. Cū.n. natura

B li modo habebat aīal, vbi contrahebat̄ cor, spiritū in arterias mittebat, hę vero vbi implebat̄, distēdebant̄: vbi vero distendebat̄ cor, ex pulmone attrahebat, hę vero tunc dū vacuantur cōtrahunt̄. At vero circa cohibitionis tēpus, vbi distēdit̄, ab arterijs trahit, atq; oībus sanè manifestū est, ꝙ recurret spiritus, qui prius per ipsas ex corde fuit delatus: atq; ita, si par fuerit priori, parē ēt faciet distentionē arteriarū: si vero paucior, minorē oīno faciet, q̃ antea, distentionē, atq; ipsam nimirū circa id tēpus faciet, quo prius cōtrahebant̄: id vero nihil aliud est, q̃ duplicari motus arteriarum. Atq hoc ita fieri non apparet: quare manifestū est falsas esse suppositiones. Amplius aūt & hoc interrogant, an nihil ex arterijs euacuetur circa cohibitionis tēpus. Antea equidem cum ꝟm naturā animal spirabat, ipse Erasistratus oē id euacuari opinat̄, quod ad ipsas à corde est demissum: manifestū est aūt quod extra corpus excernebatur, vel qūocunq; aliter euacuabatur. Nunc aūt qd tandē dicent? num pertrāsire quidē ita velociter ipsum p arterias, velut ēt antea, non tñ vel minimum eius euacuari? Et quo modo possibile est simul quidē euacuari, nō tñ rursus attrahi ex ambiente, qñ cor ab arterijs attrahit vbi distendit̄, neq; vero hoc ipsum dicere licet. Atqui, si omnino possibile est, cum cor distendit̄, attrahi quicq̃ ab arterijs extrorsum, ex superfluo thorax & pulmo sunt facti: neq;.n. hoc dici potest, ꝙ minus traheret ex arterijs, q̃ ex pulmone, qñ incūbentibus ēt

C mēbranis nihilo minus tñ trahere potest. Manifesta aūt fiunt hæc ex pulsuum magnitudine: atq; vnicuiq; patet, ꝙ multo magis traheret, si non in magnæ arteriæ osculo membranę innatę essent. In vniuersum autē, si neq; cor neq; vlla aliqua arteria spiritu in respirationis cohibitione caret, id quod ex ipsorum distentionibus, quę eandem, vt prius, molē conseruant, fit manifestum, suffocatio tñ excipit euidēter, palàm fit, ꝙ non inopia substātiæ ipsius aeris aīalia suffocet. Patet q; iam ēt Asclepiadæ opinionem vnà cum Erasistrati esse confutatam: similiter item Praxagorę & Philotimi, & siquis alius, nutricationis solius, ipsius aīalis spiritus gratia nos respirare dixit. Cæterum rationabiliter & ex præmeditato in sermone adiectum est, solius. Neq; enim ꝙ impossibile sit nutriri aīalem spiritū à respiratione indicat hic sermo, sed ꝙ suffocatio respiratione cohibita, non pp nutrimenti aīalis spiritus defectum, ipsis animalibus contingat, adest.n. ipsis largus in pulmone spiritus: atq; aliàs longius tps requiritur ad hoc, vt aīal propter nutriētis spiritus inopiam pereat. At vero cum Asclepiade de aīa sermonibus non tm̄ hæc, sed alia ēt alibi à nobis dicta pugnant: demonstratum.n. in illis est, ꝙ animæ substantia, etiā si non vna sit, per oēm tñ vitā ad multū tempus duret. At iuxta Asclepiadem neq; numerare possibile est, quot substantias habeat: siquidem sanè, quę paulo ante erat, nunc penitus perijt: alia aūt nunc est, paulo post & ipsa interitura: gene

D rabitur vero rursus altera: quod impossibile & absurdum esse, illic clare à me est demonstratum.

Quis Vsus est respirationis. CAP. 3.

AD quæstionē igitur, an ipsius aeris substantię an alicuius qualitatis inopia animalia, quę suffocantur, moriantur, iam responsum ac euidēter indicatum est alterum impossibile esse: relinquitur itaq; alterum, nimirum ob penuriam qualitatis alicuius animalia in respirationis cohibitione suffocari. Quę sit igitur ista qualitas, inquirendum venit. Quandoquidem igitur, vbi amplior, q̄ꝫ secundum naturam, caliditas in locis circa cor & thoracem fuerit congregata (quemadmodum in ęstuosis oībus contingit morbis,) statim, & amplius solito respirare appetimus, videri possit vtiq; refrigerationis gratia respiratio fieri. Verum rursus, si perfrigeratis ijsdem organis (quēadmodum in magna fame, quā bulimon gręci appellāt, & vbi quis in magno frigore sit versatus, contingit) non solū non refrigerare eam, quæ in nobis est, caliditatem oportet, sed ēt calefacere, vt quæ parum abest, quin penitus sit perfrigerata, & tñ respirare appetimus, videtur sanè contrariū esse ei videlicet, ꝙ respiratio refrigerationis gratia fiat. At vero aliqui contra instantes, refrigeratione semp opus habere aiunt insitam aīantibus caliditatē, verū, cum aucta ea sit, amplio re, pauciore vero, cū debilior sit facta: atq; eiusmodi affectiones non solū non cōtrarias huic dogmati esse aiūt, verū & testimoniū prębere opinant̄. Arduū igit̄ hoc primū est & difficile iudicatu,

cum

cum ab ijsdem apparentibus subcontrarias indicationes habeāt. Neutros enim possibile est à sen E tentia sua auocare: alteros quidem, quod refrigeratio est vtilitas respirationis, siquidem calefactis respirandi organis, magis consueto respirare appetimus, refrigeratis vero vice versa minus inspiramus: alteros autē, quod nequaquam horum gratia refrigeratione opus habemus. Cum dicit igitur Hippocrates‖ (inquiūt) in libro prænotionum, Spiritus frigidus ex naribus atque ore exhalans perniciosus iā valde existit. Eiusmodi affectionem animo concipere quis potest, qualis aliquando contingit: reperiet autē (vt opinor) talem, vbi multum perfrigerata sunt respirationis organa, factā. Oportebat igitur (inquiūt) neq; in totum respirare hoc modo affectos, vtpote qui, quod refrigeratione indiget, non habeāt. Queadmodum enim, si neq; oīno à principio statim quicq; factum fuisset, quod refrigeratione indigeret, nulla fuisset respirandi vtilitas: ita ēt, si prius erat, nūc vero perijt, non indigebimus. Ad hæc porrò inquiunt, quod motus per respirationē sufflando accendat. Idipsum vero non idē esse cum priori, non longa dissertatione mihi egere videtur: prius.n. dicebāt refrigerari, nūc vero accendi: cōtraria aūt vtraq; sunt refrigerari & accendi, alterū.n. extinguit, alterum accēdit caliditatē: & alteri, vt ne vratur, quod ipsum suscipit corpus, contingit, alterū, ne perfrigescat idē, facit: nisi sanè per accidens frigidum accedere dicant: ita vero non respirationis vtilitatem, sed efficientē causam diceret. Præstat igitur ad id, quod commune habent hæ sectæ, F transire, atq; illud prius perscrutari. Periculum enim est omnes, quicunq; de insita caliditate aliquid dixerunt, de ipsa cōseruanda somniare, non posse aūt exacte & articulate sententiā suā exprimere: atq; ob id, opinor, alij refrigerationē, alij ventilationē, alij corroborationē scribūt. Maxime vero puto ipsos ad hæc impelli per ea, quæ circa flāmas apparent, has.n. manifeste videmus ita cito perire, cum aere priuatæ fuerint, veluti animantia: queadmodum indicāt medicinales cucurbitæ & oīa, quæ angusta & caua circumposita ac perspirationem prohibentia, facile ipsas extinguunt. Si itaq; repertum sit, quid tandem flāmæ in huiusmodi dispositionibus patientes extinguant, forte ēt inueniri possit, quid nam sit, quo vt vtili à respiratione caliditas animātibus insita fruat. Ad ipsius aūt inuentionem oēs modos percurremus, per quos flammæ videntur extingui & augeri. Non solū enim, si † cauū quiddā quis ipsis circūponat, sed & balneis, & Solis ardoribus, & excellentibus frigoribus, & vehemēter ventilatæ, & multitudine materiæ sup ipsas coaceruatæ, & cōtra inopia alimenti vident extingui. Augentur autē ac roborant à moderato frigore, & si moderate ventiles, & cōmoderato abundent alimento. Præter hæc vero ēt illud insuper addatur, quod oēs flammæ duplici motu moueri vidētur, altero à materia, ex qua accēduntur, per quē maxime sursum ferunt & vndiquaq; disperguntur, altero vero huic contrario, ad sui ipsarum principium G ac velut radicē vergente, per quē considunt & contrahuntur. Etenim, si facis quā maxime supernā extremitatē accēderis, confestim ad infernā perueniet ignis: & si postq; lucernę flammā extinxeris, ad extremum fauillosę fuliginis sursum vergētis alium ignem admoueris, iam rursus ardentem lucernæ funiculū videbis, cū nihil tale fieri possit, si ignis motum sursum tantū haberet. Vltra hæc vero omnia euidenter apparentia, ēt ratione perscrutabimur primū quidē, quod postremum oīum relatū est, à qua necessitate duplex motus fiat: postea vero alia singula deinceps. Quādoquidem igitur oīs flāma velocissimam habet corruptionem, semper enim in ambientē dispergitur, ob id necessariū est etiam generationem eius velocissimā esse, aliàs enim neq; minimo momento duraret: atqui generatio vniuscuiusq; flāmæ est, ex subiecta materia accēdi. Merito igitur non solū extra à proprio principio, sed & cōtrarium ipsi in proprium principium vergentē motum sibi à natura insitum habet. Itaq; & corrumpi oēm flammam necessarium est, si aut materia, aut altero motu sit priuata. Vt enim in vniuersum dicam (velut sæpe etiā in alijs locis demonstratum est, ex motibus contrarijs, quorum alter alterum mutuo excipit & consequitur, alterum sine altero conseruari impossibile est. Ob id igitur moderate frigido ambiente aere omnis flamma opus habet: qui enim excellenter calidus est, motum alterum ipsius immodice extra extendēdo, H frigidus vero alterum immoderate intra protundendo extinguit vterq;. Nam immodice vētilari flāmam ad materiam reprimit, velut etiā frigidus ambiens facit: supra modum vero moueri, flāmam dispergit, velut etiam calidus facit. Cæterū ex ijs, quę motum immodice intra cohibent, est & cucurbita, & quicquid aerem eorum, quę ab interna flāma combusta sunt, prohibet ab externi frigoris contactu: at vero cōmoderatio, omnium conseruatrix est flāmarum. Eodem modo igitur vero non dissimile est contingere & circa insitā animātibus caliditatē, vtpote quę materiam, vnde accēditur, sanguinē habet, à natura itē insitum principiū motus in vtrāq; partem ita, vt altero priuata ēt reliquo ex necessitate priuetur: & ob id ipsum, siue à respiratione prohibeas, siue sanguine, statim corrumpitur, nam & lucernę flāmam tolles suffocando, aut omnino oleo priuādo. Simile itaq; ponito cor funiculo, oleo sanguinē, organo pulmonē, circūsitus nanq; est forinsecus cordi ad cucurbitę similitudinē. Verū, quo tpe respirat aīal, assimilaueris ipsum potius cucurbitę pforatę: vbi vero respiratio cohibet, impforatę & vndiquaq; cōclusę. Queadmodū itaq; cucurbita perforata flāmā intra se extinguere nō potest per foramē respirantē: quę vero cōtra conclusa est, euestigio suffocando eā extinguit: Ad eundē modū pulmo arctus & dēsus, velut in respiratione cohibita est, extinguit: pforatus & rarus, qualis circa respirationē est, insitā caliditatē cōseruat.

Ego

in Prog. cō. 1. tex. 24 cla. 4ª. 194. h

† τίτανον, id est calcē est in impresis. antiquus interp legit cōstrictiuū.

A Ego vero, etiam cum fornacem viderem, ob id, ꝙ perspiratione͞ non haberet, extingui, & postea ipsum aperiri, atq; tū multam fuligine͞ expirare, tum multū purum aerem externū inspirare, atq; vtroq; facto flāmā splēdore͞ recipere, nō paruā esse ratiocinatus sum expirationis vtilitate͞ ad hoc, vt id, q͞d veluti fuligo sanguinis est, euacue͞t. Fauilla.n. & fumus, & fuligo, et oīs huiusmodi vitę materię superfluitas nihilo minus, q͞ aqua, igne͞ extinguere cōsueuit. Quare ex oībus potissimū recipiēdi sunt, q dicūt insiti caloris gratia aīalia respirare. Nā & moderate vētilari vtile est, & mediocriter refrigerari. Ambo.n. hęc internā caliditate͞ vident͞ corroborare: necessariū q; est motū habere ad fuliginosum, vt ita loquar, extra euacuādū, quod à sanguinis vstura redūdat. Hæc q͞de͞ scientificā persuasione͞ non habēt, neq; necessariam demonstratione͞, quale͞ in alijs semper adducere in vsu habemus, non tñ fide oīno carent: Velocitas.n. interitus aīalis talem causam desiderat: Cū alimentū quide͞, quod ij, q nutritionis ipsius animæ gratia respirare nos dicūt, causant͞, longiore tpe opus habeat: Generatio vero aīæ, quā Asclepiades causam tradidit, cōsentiat quide͞ velocitati, pugnet vero cū alijs infinitis, & cū ijs, quæ in principio dicta sunt huius tractationis, & in cōmune cum oībus sectis, quæ ob inopiā aeris perire animalia putāt respiratione priuata. Si igit͞ velocitas interitus aīalis ꝑꝑ alimenti substātiæ ipsius aīę defectū fieri non potest, propter generatione͞ aute͞
B ipsius fieri possibile est, sed per falsorū argumētorū pretextus, innatę vero caliditatis ꝑditio nihil habeat, q͞d se ei opponere videat͞, rōni vtiq; magis cōsentaneū est, vt alijs dimissis hāc recipiamus.

Respirationis Vsus experientia indicatur. *CAP.* 4.

RVrsus igitur eam repetētes explorabimus, q͞nquidem alijs verior apparet. Itaq; ex ventilatione principij ipsius insiti caloris, & ex moderata refrigeratiōe, & ex eius, quod in ipso velut fumosum est, in totum defluxione, vnum coaceruatur caput & summa, conseruatio videlicet caloris naturalis. In hęc igitur principia videamus, an possibile sit oīa reducere particularia. ac primum in manus sumamus id, quod circa balnea contingere videmus, in quibus diutius versantes exoluimur, ac tandem e͞t morimur. Si.n. propterea, ꝙ calidū respirando attrahimus, id contingit, oportebat, inquiunt, etiam eos, qui super lebetem aquę calidæ consistunt, deinde progredientem inde vaporem respirando hauriunt, eandem iniuriam perpeti: & tñ hi minime videntur lędi. Ex quo conspicuum est, ꝙ non ob caliditatem respirando attractam, sed propter spiritus ex toto corpore euacuationem in balneis exoluamur. Quo modo igitur & hanc ambiguitate͞ dissoluemus? Si vtiq; hoc copulatum verum esse dicemus, quod suffocari eos, qui ex lebete vapore͞ inspirant, oporteat, si quidem omnino refrigerationis gratia respirarint: non tñ hoc eorum assumptū con-
C cedamus. s. Atqui non suffocantur. suffocantur.n. non minus, qui ex lebete vaporem respirando hauriunt, q͞ qui in balneis. Si vero e͞t non suffocarētur, nihil fortassis miri esset: perspiratio nanq; per vniuersum corpus similiter, vt ea, quæ per os fit, in balneis offenditur. Non sunt aūt eade͞, per os tm̄ male respirare, & tum per os, tum per totum corpus ide͞ facere. Eius rei potissima demonstratio in multis ęgris contingit, q per totum diem iudicatorie exudāt, atq; id multo magis, q͞ qui in balneis, nō tñ exoluunt͞ similiter, vt illi, neq; oīno suffocant͞, quousq; externum frigidū aerem spirando attraxerint. Quod si ipsos pallijs contectos calidum aliquid respirando haurire coegeris, confestim suffocaris: atqui, si perfrigeratos & rigentes ita contegas, non solū non suffoces, sed neq; omnino lędas, donec fuerint excalfacti, nam tunc non amplius sustinent, veluti non consuetum. Ex quibus omnibus conspicuum est, ꝙ non ob euacuatum ex toto corpore in balneis spiritum exoluamur ac vitam finiamus, sed propter caliditatem. Admirari porro subit non tā alios, q͞ Erasistratum, qui tam euidenter apparentia vanitatis coarguere audet, quem non verisimile est inexpertū esse doliaris vaporarij hydropicorū, quod non minus ab alijs veteribus, q͞ à Chrysippo Gnidio est laudatum. Euacuantur.n. hi toto corpore multo citius et amplius, q͞ in balneis, non tñ suffocantur, propterea ꝙ frigidum aerem inspirant, quo siquis ipsos priuet, breui immoriuntur.
D Quo modo igitur, inquiunt, in graueolentibus specubus, & recens calce oblitis domibus, & ab extinctarum prunarum fœtore suffocamur? Iuxta Erasistratū equidem, quia tenuis in eiusmodi constitutionibus existens aer, ab arterijs non recipitur, nec continetur, sed facile euacuant͞, & ob inopiam spiritus animal perit. Nos aūt dicimus, ꝙ nihil fuerit, vtpote cum Erasistratus nihil tale demonstrauerit, quod aut tenuem in talibus redderet aerem, aut vt ne ab animātium corporibus recipi {ac contineri} posset: nisi forte vera causa alia sit, aut difficilis extet inuentu. Ad prædicta igitur longius sermone͞ extendere cogimur, conabor tñ pro viribus in compendium oīa contrahere. Si vero nihil habeam, quod dicā, recisis multis contradictionibus id apparere assero, motus videlicet, arteriarū in eiusmodi dispositionibus neq; magnitudine, neq; tpe prioribus inferiores esse, vtpote quæ plenæ spiritu, qui ꝑ ipsas fertur, existāt: oportebat aūt in eis nō solum velociore͞ aut minorem pulsum apparere, sed eas e͞t oīno pulsu priuari, vtpote aere ipsarum ventriculos explēte penitus priuatas. At vero, si Erasistrati (inquiunt) causam rejcis, alterā nobis profer. Proferam aūt, si prius vos dixeritis mihi, ob quā causam marini piscatores ex torpedinis cōtactu torporem incurrant. Si vero nihil habetis, quod dicatis, hoc tñ nobis referre permittatis, nēpe vim esse huius aīantis stupefactoriā eorum, q͞ contingit, adeo forte͞, vt e͞t per infixū ipsi tridente͞ ad manus piscatorum perfacile vitium accurrat. Itaq; concederis piscium quasdam esse qualitates ac vires,

quarum aliæ torporē, aliæ altiorē soporem, aliæ frigiditatem, aliæ putrefactionē, aliç aliud quod- E dam malum inferāt, Aeris aūt nullā talē vim esse pmittetis? Verum nō habemus (aiunt) euidentem demonstrationem, quæ nam qualitas hæc sit, & quæ tandem vis. Quid igitur hoc ad præsentia? per obscura.n. nihil rite neq; euertitur, neq; confirmatur. Transeamus itaq; à talibus ad confirmationē euidentem, vtrā tandē sectam euertere queamus. Quæ quidē igit̃ necessario Erasistrati opinionē euertunt, statim à principio nobis relata sunt: Quç vero nostram confirmāt, talia quidē non inuenimus, vt necessario concludant, attamen oīum aliorū maxime credibilia sunt: supra hoc q̃ à nullo penitus eorū, quç palàm apparent, hæc opinio nostra euertatur. Quare Erasistrati de respirationis vtilitate opinionem hic iam relinquere iustum est, q̃nquidem et in libris de pulsibus multipliciter erroris est conuicta: ipsi vero ēt reliquorum apparentium causas ad pręsentem suppositionem conducētes breuibus percurremus. Velut est, q̃ in exercitationibus amplius & frequentius respiramus. neq;.n. dissimile vero est, ēt ob calorem ex vehementi motu auctum fieri. q̃.n. neq; hic propter arteriarum expletionē respiramus, manifestū est ex eo, q̃ à principio statim sæpe vehementer cōtingat, non tñ respiratio mutetur prius, q̃ multū calefiamus: vbi vero excalfacti sumus, etiam si ad multum tempus à motu quiescimus, tñ eandem respirationis speciē conseruari videmus. Quin & in æstuosis febribus similiter respirare appetimus, ob eandem cau F sam. Vbi.n. maximum fuerit, quod vtilitate indigebit, hic etiam non absonum est ipsam vtilitatē multū augeri, maior nāq; flāma ampliori aere, minor pauciore opus habet. Oīs vero flāma ipso indiget ob eam, quam prius dixi, necessitatē. Nequaq̃ igitur mirum est, si loci circa cor & pulmonem perfrigerati externum aerem desiderant, indigent q; eius per inspirationem attractione. At trahunt.n. sed parum & per multum tempus, valde nanq; & crebro non expedit paruā caliditatem vētilare. Propter quid igitur pueri quidem plus & frequētius, puberes vero minus & rarius respirant? Num, q̃, qui crescūt, plurimū habēt insiti caloris, necessario aūt seqtur ad multitudinē caliditatis, magnitudo & frequētia respirationis? Si vero aīalis spiritus à respiratione ēt nutritur, etiam ob id plurimum & frequentissime pueri respirant, q̃ nutrimento ampliore, vt qui crescāt, opus habēt. Si vero etiam fuliginosum plurimum in respiratione diffunditur, etiam ob id plurimum & frequētissime respirant: vbi enim amplius alimentum conficitur, ibi etiam superfluitas amplior. Quibus itaq; pueri calidiores adolescentibus esse videntur, hi talem referēt causam crebrioris ipsorum respirationis. Quibus aūt adolescentes calidiores pueris videntur, hi prędictam causam non admittent. Atqui de senibus nemo dubitat, quin sint multo tū pueris, tum adolescentibus frigidiores: testimoniū aūt frigiditati præbet ipsa respirationis species, quæ in eis minor fit G & rarior. Consimilia porrò ijs, quç in ętatibus apparent, in temporibus, & regionibus, ac naturis contingunt. Testimonium q; præbet calidis semper respiratio maior & dēsior, frigidis minor & rarior. Parum etiam & frequenter respirant, qui cibum acceperunt ac biberunt, ob septi transuersi coarctationē: Sic & prægnantes: In aqua ēt inter cutē, & in hepatis inflāmationibus, ventris q; ac splenis, cōsimiliter respirant propter eandem causam. Cæterum de propria horū respiratione in libris de spirandi difficultate dicet̃. Nunc satis est, vt hoc rursus demōstretur, nempe oīa manifeste apparentia prædicto dogmati nostro, de vtilitate videlicet respiratiōis, testimoniū præbere.

De Animalis Spiritus nutritione. CAP. 5.

VIdeamus aūt deinceps, num aīalis spiritus à respiratione nutriri possit. Dicamus aūt prius, quo modo quid aīalem spiritum vocamus, cum substantiam animę nos ignorare simus cōfessi. Q̃nquidem igitur ventriculi spiritus iuxta cerebrum, cum vulnerātur, statim immobiles ac sensus expertes nos reddunt, oportet vtiq; oīno hunc ipsum spiritum, aut ipsum aīæ substātiam esse, aut primum vtiq; ipsius organum. Dictū vero alibi de ipsis fusius & diligentius, vbi ēt hoc statim dictum est, quod necessariū est hunc spiritū nutriri. Vnde igit̃ (inquint) aliūde alimentū habebit, q̃ ab aere per inspirationē attracto? Atq et ex sanguinis euaporatione non diffidēs vero H est ipsum nutriri, quēadmodum multis celebribus tum medicis, tū philosophis est visum. Verū, qui Erasistratū sectant̃, non eodē modo, quo Hippocrati adhærētes, ex inspiratione aīalem spiritum nutriri tradūt: Illis.n. ex corde per arterias ad cerebri mēbranas, His vero statim per nares in cerebri ventriculos peruenire spiritus videtur. Erasistrati equidē de his opinionē ēt hic relinquemus, multiformiter à nobis in libris de pulsuum causis conuictam: Ad veram aūt transgrediētes considerabimus hoc, quod palàm apparet, cuius iam sæpe experimentū fecimus. Cum.n. arterię circa collū laqueis cōstringunt̃, nihil patitur aīal, neq; statim, neq; postea: quēadmodū nos aliq̃n experiundi gratia illas laqueis constrinximus, atq; totū diem aīal inspirare, & expirare, ac moueri citra impedimētū visum, ad ꝓfundā iam noctē mactauimus, vt qui putaremus tam diutinā experientiā nō amplius fidelē ac tutā esse, posse.n. in tanto tp̄is spatio, quo laquei circūnexi fuerant, aliquod ex principalibus mēbris per cōsensum lęsum esse. Admirabamur igitur, cū reperiremus arterias ex principalissimis vitalibus organis, ipso videlicet corde, ad principalissima aīalia organa, ipsum videlicet cerebrū, protensas, ita citra oēm vitę offensam, iniuriam eam tolerātes. Sed de his ēt in libro de vtilitate pulsuum amplius queremus. Quod vero ex eis ad præsens vtile existit, cuius q; gratia carotidum arteriarum circa collum mētionem feci, idipsum rursus dicetur, nempe,

A pe, Quòd cerebrum spiritu à corde allato non valde habet opus. Reliquum est igitur aut euapo rationem ex sanguine ipsi sufficientem esse, aut p nares inspirationem. Atqui nec euaporatio- nem largam contingere verisimile est, si arteriæ laqueo sunt constrictæ: quod ipsum etiam in libro de vtilitate pulsuum demonstratur. Necessariũ igitur est ex inspiratione p nares potissimam alimenti partẽ aiali spiritui accedere. Atq; hoc est, quod ab Hippocrate dicit: Principium alimẽ ti spiritus, os, nares, guttur, pulmo, & alia respiratio. Ex oibus.n. his nutrit nullatenus impeditus. Si vero ẽt impediat vnum quodcũq; tandẽ ex ipsis, attñ per reliqua alimẽtum ei suggerit. Discere aũt ex apparenti, de quo dicturi sumus, euidẽter licet de spiritus ex pulmone in arterias totius corporis transumptione, ꝙ aut modice omnino, aut neq; oino contingit. Cum.n. aliqñ ad os ac nares pueri magnã vesicã bubulã, aut aliud quoddam vasculum, vt nulla parte quicꝗ ex respiratione per totum diẽ ꝓterspiraret, apposuissemus, vidimus citra obstaculũ puerũ spirantẽ: ex quo manifestũ est, ꝙ parũ, aut penitus nihil, arteriæ aialis extrinsecarum qualitatum necessitate vrgentur, & maxime caliditatis. Etenim frigidior spiritus nõ similiter penitus pertrãsire potest. Oportet aũt prompte per oia organa, animæ spiritum transire. At vero calidior penitus quidem penetrat, verum primum & exurit & colliquat corpus, postremũ vero ẽt ipse extinguitur & perit. Et

B in apoplexijs quidem frigidior est, in febribus vero calidior moderato redditur. In apoplexijs ita que retinet, vt non facile penitus pertransire possit, & ob id sanè in motus priuationẽ vitiũ finit. In febribus vero penetrare quidẽ penitus potest, verũ exurere ad similitudinẽ ignis, non vero nutrire aut augere corpora valet. Ne igit parũ esse putemus aialibus moderatæ caliditatis vtilitatẽ, verũ maxime necessariã, ꝓsertim spiritui aiali & principalissimis organis, iã vero & vniuerso corpori. Iure igit principiũ naturalis caliditatis ipsum videlicet cor, respiratione intantũ egens habemus, quantum ẽt ipsi moderata caliditate indigemus. Demonstratum.n. est impossibile esse saluam esse caliditatẽ citra respirationem. Inspirans namq; & expirans est totũ corpus, iuxta Hippocratis sententiã. Verũ & nos alibi id demonstrauimus. Moderata aũt respiratio oibus alijs membris p arterias contingit. Cerebro vero & cordi duo pcipua adiacent respirationis organa, illi nares, huic pulmo. Cæterũ, vt pulmo moueret, thorace opus habuit: & ꝓpterea, vt cordi quidẽ copulatus pulmo, primũ respirãdi organũ existit: vt vero à thorace mouet, secundũ. Si vero & sanguinis euaporatione ad nutricationem aialis spiritus indiget (credibile.n. & hoc ipsum est) maximã habuerint sane aialia & hãc à moderata caliditate vtilitatẽ. Etenim frigidus sanguis quo modo in vaporẽ solueret? Immodice vero calidus facile quidẽ in vapores dispergi potest, verum tur

C bidos & fumosos: talẽ vero minime esse conuenit spiritum animalẽ, sed, vt si quem alium, purissimum & optimũ. Ob id igitur, vbi sanguis melancholicus et biliosus in vitiosos vapores soluuntur, alter ad melancholiam, alter ad phrenitin, perducit: propterea q; in æstuosis etiam febribus facile delirant. Nã, tametsi bonus fuerit sanguis, ob multitudinem tñ caloris fumosos vapores emittit. Fuerit q; & hoc non exiguum à naturali caliditate emolumẽtum, vt videlicet euaporatio moderata, pura, & bona fiat. At vero, si quis vnãquamq; particulã ex proprijs constitutionibus agere supponat, neq; sic parũ profuerit moderata caliditas ad constitutionis conseruationẽ. Siccum equidẽ aut humidũ immodice nullũ membrũ in pauco tpe fieri poterit, frigidũ autẽ extreme aut calidũ manifeste fieri possit: atqui vniuscuiusq; mẽbri substãtia, frigidi & calidi & sicci et humidi quedã tẽperatura existit, vt eã à nulla alia re ita cito corrumpi posse verisimile sit, velut a caliditate immoderata. Quòd si ita habet, ẽt actionem mẽbrorũ à nullo promptius lædi euidens existit. In alijs quidẽ igitur organis actionũ offensa parui momẽti est: In his vero, q̃ ad vitã ptinent, magni refert: In his postremũ, quæ non solũ ad vitã conducunt, sed ẽt ad alia rationem principij habent, maximi: talia aũt sunt cerebrũ & cor: quare eorũ cõstitutionis læsio euestigio vitæ dãnum infert. Atqui ipsam constitutionẽ nihil prõptius immutare valet, q̃ caliditas ĩmoderata. Itaq; ambo hoc

D sermone demõstrata sunt, tũ vtilitas cõmoderatæ caliditatis, tum vtilitas, quæ ipsi p respirationẽ accedit. Necessariũ igit iã, non credibile solũ, sed & verũ nos inuenisse, perspicue oibus apparere. Et summatim sanè dicimus vtilitatẽ respiratiõis esse innati caloris cõseruationẽ. Licet aũt quãnis animæ substantiã ignoremus, attñ ex diuisione nihilo minus ratiocinari, ijs, quæ euidenter apparent in demõstrationis vsum assumptis, ex quorũ numero et hoc est: Spiritum, qui in ventriculis circa cerebrũ cõtinetur, alterum ex duobus esse necessariũ est, aut aię ipsius substãtiã, aut primum eius organũ. Sed, si primũ, cerebrum in se ipso aiæ substantiam habere necessarium est, & hãc insitam esse caliditatẽ, aut spiritum, aut totã ipsius cõstitutionis speciem, aut si qua alia preter ipsam incorporea facultas existit. Cæterum necessariũ est hoc primũ, vnũ quoddã organũ ex predictis habere ad motũ subseruiẽs, cum ipsa omnino ad aliqd sufferendũ impatiẽs existat, & mortis tpe instãte, p primorũ ipsius organorũ læsionẽ soluatur. Quare, siue cõstitutio cerebri offendat, siue simul circa ipsum spiritus, siue caliditas sola, mors ex necessitate aialibus contingit. Atqui nec cõstitutio breui aliter offendi potest, q̃ per caliditatẽ immoderatã, quẽadmodũ est demonstratũ: nec ipsa ẽt hæc amplius adhuc caliditas: sed neq;, qđ restat adhuc, tertium, spiritus videlicet ipse, occasionẽ aliquã habere potest alterius repentinę corruptionis præter eas, quæ antea sunt relatę, nimirum substãtię ipsius totius euacuationẽ, & immoderatã caliditatẽ. At vero in respirationis cohi-

Lib. de Alimẽ. circa medium.

6. Epid. sect. 6. t. 1. 3ª. 194 g

bitionibus causam assignare non possumus, ipsam vacuationem totius substãtiæ, quemadmodũ E in vulneribus ventriculis cerebri inflictis habemus. Relinquitur igitur, ꝙ ob immoderatam caliditatem vita excedimus. Atq; hæc quidem maxima est respirationis vtilitas. Secũda vero est aïalis spiritus nutritio. Prior equidem per vtrasq; respirationis partes contingit, inspirationẽ videlicet & expirationem, altera nimirũ refrigerante & ventilante, altera fuliginosum diffundente: secunda vero per inspirationem solum accidit. Quòd igitur aliqua aeris pars circa distẽtionem cordis in ipsum cor attrahitur, vt expleat factam euacuationem, id ipsum magnitudo distentionis ipsius sufficienter indicat. Quòd vero etiã ad cerebrum inspiratur, in alio opere est demõstratum, in quo de Hippocratis & Platonis dogmatibus disputamus. Porrò, cũ cor à pulmone aerẽ ad se partim attrahat, partim q; vicinis arterijs trãsmittat, quam ob causam tñ aer, qui expiratur, nihilo paucior appareat, q̃ is, qui per inspirationem attractus est, dicetur quidẽ alio loco diffusius. Nunc aũt hoc solum dicere sufficiet, ꝙ vapor quidã oĩno expiratur, par copia portioni spiritus, in cor et arterias transumptæ. Quæ vero sint corporis affectiones, in q̃bus paulo amplior, q̃ trãsumptus est, aut paucior, aut cõpar expirañ, in libris de difficultate spirationis diceñ. Atq; hæc sanè mihi de respirationis vtilitate sufficere videñ. Quæ vero de ipsa ab aliquibus vitiose dicta sunt, facile deprehẽdere poterint, q singula, quæ hic tradita sunt, nõ obiter, nec tanq̃ aliud agentes perlegerint. F

GALENI DE CAVSIS RESPIRATIONIS LIBER VNVS

Iano Cornario medico interprete

Nunc diligenter recognitus

ARGVMENTVM LIBRI

Tres esse Respirationis causas, Facultatem voluntariam, Instrumenta deseruientia, & Vtilitatem. Liber ex duobus fortasse, quos Galenus composuit, excerptus.

RESpirationis causas præsenti sermone demonstrare ea potissimum gratia instituimus, ꝙ neq; cõtrouersia de ipsa defendi, neq; ipsa impedita, aut etiam penitus præclusa corrigi possit ab eo, qui causas ipsius ignoret. Qui enim causam efficientẽ re vera deprehẽderit, is demum solus tum offensionis differẽtiam, tum curandi modũ cognoscet. Cęterum, H vt rem rudi modo adumbremus, cum tres sint in genere respirationis causæ, facultas voluntaria, instrumenta voluntati subseruientia, & ad hæc vtilitas ipsa, ob quam ẽt prioribus causis opus habemus: Vtilitas sanè principẽ inter respirationis causas locũ obtinet, vtpote quæ innati caloris symmetriã & cõmoderationẽ conseruat, & animalis spiritus substantiam nutrit. Volũtas vero disponit & velut ad rhythmum coaptat respiratorias actiones. Verum instrumentorũ species multifida ac multiformis existit. Quædam.n. ad vecturã spiritus destinata sunt: Quædam aerem susceptant: Quædam vero ex eis ea, quæ moueñ, mouent. Principium itaq; est aer, qui per os & nares trahitur, materia existens vtilitatis respirandi, bifariam partitus: & altera quidẽ minore sui parte ꝑ nares ad cerebrũ defertur, altera vero maiore ꝑ asperã arteriam in pulmonẽ deuehiñ. Atqui ipsa arteria organũ vocis, via est respirationis. Pulmo vero, velut ventriculus profundus, spiritui destinatus est. Eius aũt dilatationem & cõtractionem thorax gubernat, qui musculis mouetur, & ossibus dearticulatur. Quin & ipsum septum transuersum respirationis organum est. Rotundius autẽ est, & in centro suo neruosum, circumcirca vero carnosum: sicut etiam circa costas musculi, qui quidem in medijs ipsorum regionibus existunt duo

& viginti

A & viginti numerantur, duo quidem primarum costarum, totidem etiam extremarum, & præter hos tres ex collo vtrinq; prouenientes, deinde hi septē qui iuxta spinā porrecti, & cum ipsis q circa abdomen consistunt, octo. Atq; tot sanè sunt musculi respirationi subseruiētes. Actiones aūt singulatim, septi quidem transuersi, vt respirationem inuiolentā faciat: eorum vero, qui circa costas sunt, vt thoracem exactè dilatēt & contrahāt. Qui cum duplices sint, externi expirationem, interni inspirationem perficiunt. Et primorum quidem duorum actio est, vt supernam tm̄ thoracis partem dilatent: extremorum vero, vt infernam eius partem contrahant. Qui vero ex collo deueniunt, retrahunt simul & dilatāt altas thoracis partes. Ex rectis vero circa collum musculis, hi, qui ad clauiculas extenduntur, fines chartilaginum, quæ istic sunt, cōtrahunt. Quemadmodum etiam hi, qui ad costarum in spina radices porriguntur. Qui demum circa abdomen sunt musculi, septi transuersi sedes existentes, thoracis contractionem iuuant. Cum itaq; duo genera respirationum sint, inuiolēta & violenta: habeat q; vtraq; ipsarum proprias partes duas, inspirationem videlicet & expirationem: fit, vt in totum quatuor sint respirationis partes. Cęterum in singulis his quatuor partibus propria quędam instrumentorum natura est. Inuiolentæ quidem inspirationis septum transuersum: Violentæ vero tum musculus in simis scapularum situs, tum interna B intercostalium pars. Similiter autem & expirationis, inuiolētæ quidem musculi circa abdomen: Violentæ vero externa intercostalium pars. Atq; hoc quidem modo musculorum res se habet. Porrò nerui duo, qui ad septum pertingunt, ex dearticulatione inter quartum & quintum colli vertibulū progressi, in ipsam neruosam septi partem se inserunt: Qui vero in musculos intercostales ex spina disperguntur, ad pectorale os deferuntur, non vtiq; recti secundum longitudinem animantis extenti, neq; velut musculi, obliqui, sed transuersim feruntur, caput habentes vertibulum, finem vero os pectorale. Quin &, qui in alios musculos respirationis opifices ferūtur nerui, ferè oēs ex spinali medulla nascuntur. Quare, cum tales & tot existant respirationis causæ, manifestum vel penitus rudi existimo, qua in re singulę inter se distēt. Volūtas equidē similis est equiti, q habenarū motu equos impellit: Habenis autē similes sunt nerui, quēadmodū equis musculi. Sic vero & vtilitas extremum respirationis votum est, quemadmodum victoria artis aurigandi.

GALENI DE PVLSVVM VSV

Thoma Linacro Anglo interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Vsus Pulsuum est in caloris innati singularum partium conseruatione, quæ ventilatione, refrigeratione, & noxij eductione, perficitur.

Pulsuum Vsus in quibus dissimilis, in quibus similis, Respirationis Vsui videatur. CAP. I.

QVem'nam esse dicat quis pulsuum vsum? eūdem'ne qui respirationis, ceu fermè tum medicis tū philosophis omnibus est visum: an præter hunc, alium? Neq;.n. protinus illis citra q; examen est adhibenda fides, præsertim cum refragari huic sententiæ, ex rebus euidētibus non paucę videantur: in primis q;, quod nunc subijciam. Nā respirationē si cui adimas, illico mortem afferes: at, pulsu si permultas particulas priues, nō magnopere lædes. Quippe, si vel arterias, quæ per inguina descendunt ad crura, vel quæ per alas feruntur ad manus, laqueo complecti velis, vniuersas quidē, quæ in his artubus arteriæ habentur, pulsu priuabis: non tn̄ artubus ipsis, aut voluntarium motum adimes, aut etiam sensum. Quòd si spatio temporis non torpent modo frigent q;, ac pallida redduntur, sed etiam ali desinant, per communitatem consensum q; magis hęc, q̄ ex pulsuum impedimento fortasse contingant. At si neruos funiculo religes, immotas prorsus insensibiles q; particulas extemplo

plo reddas. Debebant igitur & arteriæ, vbi similiter neruis essent affectæ, quod singulis membris E ante contulissent vtile, idipsum protinus præstare desistere. Iam, quod omnium maxime est alienum, si ipsas, quæ in collo sunt, arterias vinculo exceperis, nullam euidentem noxam animali attuleris: tametsi cor cum cerebro, princeps scilicet instrumentum actionum vitalium, cum principe animalium hæc cõtinuant. Si igitur arteriarum, quæ tanti præsertim sunt momẽti, noxa nihil manifesti animali incõmodat, multo minus aliarum quæuis illi officiat. At vero, si, cum læsę sunt, nihil tñ officiunt, constat, arbitror, & cum valentes sunt, nihil eas conferre. At quo modo igitur ex pulsu maxime pręsagimus? An inquies, Minime quidem vt ex causis id genus, quę plurimũ momenti habeãt, sed vt ex opportunis signis? ita nimirum, vt siquis mortem ex incuruis vnguibus, & ijs nigricantibus coniectet. Nam cum ea, quæ vitę ipsi sunt vsui, ex necessitate quædam sequantur, tum vtiq; in eius, quod vitæ vsum præstat lęsione, omne periculum vertitur: quod vero necessario consequitur, id periculi eius fit signum. Ac princeps quidem viscus cor est, ex quo nascuntur procedunt q; arteriæ, atq; etiam eundem cum illo motum custodiunt. itaq; incõmoda motus eadem sentiunt: atq; ita non exiguæ rei indices esse possunt. At vero monstratum est non idem esse, rem magnam indicare, & rem magnam posse. Vnde nam igitur tũ medicis omnibus, tum philosophis in mentem venit, vt respirationi, & pulsui eundem vsum tribuerint, præsertim F illa nobis (vt videtur) necessaria, hoc (vt apparet) vel omnino nullum, vel planè exiguum conferente vsum? Mihi sanè videntur ita vtique, vt & maior eorum pars scribit, inde adeo eundem vtriusque motus existimasse vsum, ꝙ vterq; similes ijsdem ex causis mutationes accipiat. Nam, & qui exercitantur, & qui in balneo lauantur, & qui aliter quouis modo excalfiunt, eorum non modo respirationem celeriorem frequentiorem q; ac maiorem contueri licet, sed etiam pulsus pari modo mutatos. Prętera, qui algent, aliter'ue quolibet modo sunt refrigerati, horum, sicut respiratio rarior, tardior, ac minor visitur, ita & pulsus. Iam, qui vrẽtibus decumbunt febribus, vt maxime ij & celerrime & densissime respirant: ita maxime velocissime & densissime arteriæ ijs pulsant. Quòd si ab immodicis alimentis pulsus visuntur maiores respirationes minores, neque id quidem scrupulum rationi injiciat. Quippe minorem hi respiratum, quàm pulsum, idcirco habent, quòd angustus transuerso eorum septo superest locus. Cæterum, quanto minorem, tanto hunc habent & crebriorem, scilicet respirandi paruitatem, assiduitatis eius ope pẽsantes. Quod enim aeris natura thorace nequeunte se latissime aperire, ex minore respiratu amisit, id densitate restituit. Ideo q; tantundem minor simul & frequentior respiratio potest, quantum maior simul atque rarior. Diximus autem hoc loco rariorem pulsum eum, qui comestioni succedit, non vtiq; G cum eo, qui comestionem præcedit comparantes (quippe quo est frequentior) sed ad respirationis speciem referentes. Igitur, si respiratio, pari cum pulsu modo, ijsdem ex causis mutatur, non tamen parem noxam, cum perit, affert (nam id quoq; prius est monstratum) vtique diffidentia aduersa'que nihilo minus ex æquo inuicem, colligas, licet, nempe tum ambos à natura eiusdem vsus gratia datos, tum non eiusdem. verum ita fieri non potest, cum alterum eorum verum esse, non ambo, sit necessum.

Pulsum Calorem singularum partium conseruare. CAP. 2.

ITaque inuestigandum nobis esse videtur, qua parte altera rationum claudicet, ipso respirationis vsu pro norma nobis proposito. Quem vtiq;, vbi de ea tractauimus, duplicem esse, sicut Hippocrates || existimauit, indicauimus: alterum: qui maior est, ipsius insiti caloris custodiam: alterum, qui minor, animalis spiritus nutritionem. At in horum vtroq;, ex attracto per nares spiritu accedere cerebro vtilitatem diximus. Quo minus mirum est, cum exiguum illi cõmodum ex corde suggeratur, si carotidibus vocatis arterijs vinculo exceptis, exiguum quoque sentiat incommodum. Dicat hic fortasse quispiam ne minimum quidem apparere incommodum, quando per integrum diei spatium (vt sæpe experti sumus) animal sine noxa perduret. Et sanè rectè H dicet. Iam id cum nos dubios haberet, eiusmodi quendam experiundum euentum excogitauimus. Prius autem ratiocinationem ipsam, vnde in ipsum veni, proponam. Quoniam demonstratum nobis in alijs est eos ventriculos, qui in cerebro habẽtur, animalis spiritus, qui assidue nutriri postulet, plenos esse, demonstratum quoq; non minus est spiritum hunc in motu voluntario consumi, satius fore visum est, vt animal, cui vinctæ arteriæ essent, currere cogeremus. Quoniam igitur diu probe currere vidimus, dein languidius, postea currere non posse, operepretium videbatur causam requirere, propter quã diu quidem cucurrit, perpetuo autem non potuit, nec rursus diutinum cursum continuare, sed eum statim remittere absumpto scilicet animali spiritu. Sed & huius ipsius euentus causa videbatur plexus ille, qui ab Herophilo reticularis est vocatus. In hoc enim carotides arteriæ, cum ad cerebrum ascẽdunt, antequam duram eius membranam transierint, multifariam ab ipsa finduntur, multis ceu versibus sibi implexę innexæ q;, veluti si retia retibus superposita intelligas: tum spatium non exiguum, quod cerebri basis dicitur, occupant: cum potuissent in ipsum cerebrum, quò scilicet à principio tendebant, membranis eius statim traiectis, se inserere. Nunc igitur mirificũ illum siue plexũ, siue nexum textum'ue appelles, tam tuto loco à natura, quæ nihil temere moliatur, cõditum esse, ꝙ magnus aliquis vsus ab eo præstetur,

Lib. de Alimẽ. statim post medium. Et rursus versus finẽ. Et de Flatibus nõ longe à principio. Et de Natura pue. à prĩpio. Et de Carnibus, circa medium.

A præstetur, insinuare est visum. At, q̄m & intestinorum, &, quæ in testes se inserunt, vasorum reuolutionem, tum vt materiæ in his contentę perfecte concoquerentur, tum vt secuturis functionibus abunde pręparatę superessent, factam contemplabamur, non alienum à ratione videbatur hic quoq; tale quippiam commentã esse naturã, ac simul materiam eam, quæ in arterijs continet̃ (ea est sanguis calidus, & tenuis, & halituosus) longo tẽpore conficere, simul aïali, qui in cerebro est, spiritui copiosum alimentum præparare: Proinde, quãuis continuatio cum corde cerebro sit adempta, tñ satisfacere ei longo tpe posse reticularẽ textum, potissimũ si animal quiescat, ceu animali spiritu in motũ voluntariũ minime tum cõsumpto. ac, quod difficillimũ videbatur, maximeq; negocium facessere, nẽpe quod in carotidibus arterijs accidit, id nullam etiam habere dubitationem apparet. Similiter nec, quod in reliquis oĩbus contingit, quarum qualibet vinculo excepta nulla in præsens noxa particulæ affert̃. Oportebat.n. (arbitror) hic quoq; æstimari non esse simile, aut principiũ ipsum insiti caloris pati, aut aliquod eorũ, quę ab illo calorẽ accipiunt. Quippe id semper esse pręcalidum debet, vt quod se ipsum & alia tũ moueat vnà pulsatorie, tũ calefaciat: his satis ad salutem est, si vel exigui cõpotes sint caloris. Et principium quidem ipsum si naturali calore priues, non ipsum modo refrigeres, sed etiam vniuersa, quæ ab eo prius calorem ceperunt.

B Reliquorum nulli, licet arterias vinculo constringas, omnem adimere calorem possis, q̄n & per tunicas ipsas non nihil confluxerit. Est.n. iuxta Hippocratis sentẽtiam totum corpus sibi conspirabile atq; confluxile. Quare si non per arterias, at certe per alia, & potissimũ venas propter eum, qui est de vna in alteram, continuũ transitum, in oẽm particulam deferetur caloris aliquid. Omnia igitur alia cum rerum euidentia consentiunt. Nec mirum videri pręterea debebit, si principiũ caloris, vbi respiratione priuat̃, plus, q̄ cętera, noxę cõtrahit. Quippe in cucurbitulis ijs, quibus medici vtunt̃, flãma ilico extinguit̃, calor tum in aere incluso, tum in ipso corpore diu manet, id q; nullius nutrimenti ope. Simili modo in domibus ijs, quæ igni excalfiunt, calor sæpe remanere cernitur igni extincto. Non ergo est similis calor is, q cordi naturalis est, ei, qui cæteris partibus: cum id feruere semp sit opus: his satis sit, si non sint frigidæ. Intelliges clarius, quod dicitur, si cor aïalis nudaueris, tegumentum id, quod ei velut tunica circundatum est (περικάρδιον Greci vocant) diuidẽs, nulla alia pectoris parte confossa. Etenim celerrime interit animal, si cor ipsum refrigeres: sin calidũ serues, nihil patitur. Sanè refrigerabis, si in frigido aere chirurgiã administrabis, præterea, si frigidam asperseris: calidũ diutissime seruabis, si diuersis rationibus veteris. Cæterum, si corde iam refrigerato, & propterea animali iã mortuo velis alterutro ventriculo-

C rum eius adaperto, & pręcipue sinistro, digitũ in eum statim mittere, magnum inibi calorem deprehendes, longe q; maiorem, q̄ in alijs sit partibus, dũmodo pro naturæ modo se habeãt. Quippe par caloris portio vt cordi est minima, sic reliquis partibus est oĩno magna. Proinde, vbi, quod pro naturæ modo est, non seruatur, cordis quidẽ calor, qui veluti flãma est, perit, reliquorũ calor longo spatio durat. at vero illi sola respiratio calorem tuetur. Alijs partibus duplex eius custodia est, & pulsus qui veluti quędã respiratio est, & quod ex abundantiore naturę gratia accedit, quod à corde confluit. Duplici igitur causa particula queq; cor ipsum superat, quo minus noxam ex caloris inopia celeriter contrahat. Siquidem, cum illi plurimo sit opus, cęteris exiguo, cum q; illi à nullo calor confluat, sed alijs ab illo, vtiq; illud celeriter à naturali statu recedit, hęc minime.

Influere à corde Calorem per arterias & venas & per alias omnes particulas, ac talem esse Pulsum omnibus partibus, qualem respiratio soli cordi. *CAP. 3.*

QVòd autem non solum per arterias, sed etiam per venas, & alia vniuersa confluat à corde calor, quoniam de hoc paucis prius facta mentio est, rursus idem resumendum demõstrandum q; nobis est, sed propositis prius euidẽtibus euẽtis, ex quibus id colligi concludi q; possit. Ergo multis monarchis, gregarijs militibus, iam sæpe singulari pugna decertantibus, &

D sed & venatoribus ita venas, & arterias vulnerari contigit, vt necesse medicis fuerit eas vinculo excipere. qui omnes non longo interposito spatio frigidiores sibi redditas partes senserunt: ac citius quidem, quibus tum arterię, tum venę fuere deuinctę: serius, quibus arterię tm̃: minime vero, quibus solę venę. Ex quibus manifestum est, per venas quoq; aliquem particulis accedere calorem, quanq̄ longe minorem, q̄ qui per arterias trãsmittatur. Quin siquam corporis partẽ citra vllum vulnus arctissime deligare velis, ilico eã liuidam frigidã q; effectam contemplabere: quod planum est inde adeo euenire, q calore, qui per oẽs partes superne confluxerat, est priuata. Ergo, cum hoc quoq; demõstratum iam sit, nihil q; iam aduersari videatur, quò minus vnus respirationis, & pulsuum vsus sit, facile promptum q; collectu arbitror caloris in quaque parte custodiendi causa pulsum esse conditum. Itaque quod ex respiratione vni pręstatur cordi, id ex pulsu calori illi, qui in toto est animali, accedere: cõmunem autem vtriusq; esse & animalis spiritus nutritionem, verum arteriarum magis propriam: siquid eorum meminimus, quę de reticulari textu præ diximus. Q̄m igitur in his, quæ de respirationis vsu tradidimus, monstratum nobis est natiuum calorem per immissum spiritum refrigerari, eundem quę per emissum hunc veluti purgari, fumido scilicet excremento expulso, ambos vero ad eius custodiam vtile aliquid conferre, patet, arbitror, & quod de pulsu dicendum erit: nempe in diastole siue sublatione arteriæ substantiam

Lib. de Alimẽto ante mediũ.

quampiam attrahi: in systole, id est summittenda arteria, quod ex humorum deustione in toto E animali contractum velut fumida superfluitas est, id expelli.

Aduersus Archigenem & alios, repleri Arterias in dilatatione, in constrictione vacuari. CAP. 4.

QVanquam non ignoro tum Archigenem, tum priores eo non nullos, dum contrahitur arteria, impleri eam existimasse: dum dilatatur, vacuari. Quippe arbitrãtur ad tractum, systoles motum esse appositissimũ, coniectãtes id tum ex ore, tum naribus. Quæ, sicuti illi aiũt, in trahendo spiritu, contrahunt, in reddendo, dilatantur: queadmodum in ægrotantibus fieri cernitur. Immo vero nec in his id alia vlla in parte visitur, q̃ in extremis & chartilagineis nariũ partibus. Ac cernitur quidem id aliq̃n in his, qui celerrime currunt, aut aliàs laboriose exercitant, nec tñ in vllo alio aut sano, aut laborante. At vero naturalem statum, quicunq; is sit, in minime impeditis, prorsus q; sanis potius, q̃ in alijs apparere par est. Verum esto in omnibus ita fiat, appareant q; tum nares, tum labra ijs, qui spiritum recipiunt, contrahi, quæ'nam ex his quæsitæ rei fides? Non.n. arterijs respõdere portione nares, & labra dicent, immo ipsa arteriarum ora his potius respondere. Arterijs autem ipsis eas, quæ ab his ad cor, spiritus quasi viç, pertinent. Itaq;, si illas in spiritu reuocando ostendere contractas possunt, vtiq; aliquid ipsis exemplum contulerit: sin minus, prȩterq; q nihil his confert, etiam contra se id afferunt: nobis scilicet è diuerso dicturis, q, tanq̃ fauces, & pulmones, & pectus vniuersum in recipiendo spiritu dilatantur, itidem arte F rias, quo tempore trahunt, dilatari oportet, non quo spiritum reddunt. Quin quies illa, quæ contractui earum succedit, cum multo maior sit ea, quæ dilatationem sequitur, sicuti, quæ receptum spiritus præcedit, ea, quæ illi superuenit, indicat in eo quoq; responsum quẽdam esse pulsibus cũ respiratione. Cuiusmodi.n. instrumentis spiritus res est inspiratio, eiusmodi arterijs est dilatatio. & cuiusmodi est illis spiritus emissio, eiusmodi arterijs est contractio. Huius aũt duplicis, & compositi arteriarum motus, quem nunc pulsum appellamus, auctor et origo est cor (sicuti tum à nobis, tum alijs ante nos q̃ plurimis est proditum.) Non tñ ad eum modum, quo Erasistratus existimauit, sed sicut Herophilus, & Hippocrates, ferme q; philosophorũ, & medicorum veterũ probatissimi quiq;. Nam, quæ in cordis corpore vis est, vnde contrahitur ac dilatatur, in omnes arterias p tunicas earum influens, sic eas cogit aperit q;, quẽadmodum ipsum cor. Sicuti igitur illud, cum dilatatur, ea, quæ osculis suis appropinquant, trahit, cum contrahitur, expellit: sic & arteriȩ, cum se aperiunt, ad se vndiq; trahunt, cum contrahuntur, in omnem partem expellunt.

Arterias vim à corde suscipere, ac cum omnibus partibus corporis communicare. CAP. 5.

QVid aũt sibi hoc velit, quod vndiq; & in oẽm partem dixi, adhuc clarius faciam. Numerosi in arterijs meatus partim veluti spiramẽta in earũ sunt tunicis, partim osculorũ specie in G intestina, & ventriculum, & externã hanc cutim finiuntur. Quin etiam continuatȩ tum sibi, tũ vero cordi maximis scilicet meatibus, vel potius vniuersis suis capacitatibus sunt: Venis vero non perinde magnis meatibus, sed ipsarum quidẽ synastomoses sensum nostrum effugiũt. Vnde, si ipsis, ceu parum cõstantibus merito fidẽ abroges, per alia certe, quæ veteribus sunt prodita, eos esse credas neq; in postremis ex hac rei euidentia. Siquis nanq; accepto animali quouis ex ijs, quibus amplæ manifestæ q; venæ & arteriæ sunt, veluti boue, sue, asino, equo, oue, vrso, simia, pardali, homine ipso, vel similiũ aliquo, magnas multas q; illi arterias vulneret, vniuersum aĩalis sanguinem pes eas exhauriet. Huius rei periculũ subinde fecimus: &, cum semper vacuatas cum arterijs venas deprehendissemus, verum esse dogma de cõibus arteriarum et venarũ osculis, & cõmuni de vna in alteram per ea transitu nobis persuasimus. Quippe per hos trãsitus arteriæ dilatatæ ex venis trahunt, contractȩ contra, in eas regerunt. Sicuti nimirum per ora, quæ in cutẽ finiũtur, quicũquid halituosum fumidum'ue excrementum habẽt, id excernũt: Recipiũt aũt ex circundato nobis aere non exiguam in se portionẽ. Atq; id est, quod Hippocrates || foras intro q; spirabile totũ corpus dixit. Pari modo ex vẽtre, & intestinis tũ attrahunt, tũ rursum expellunt. itidem & p tenues meatus, quos veluti spiramẽta per totas habẽt tunicas, ex circũpositis spatijs vicissim trahũt atq; expellunt. A corde vero ipso accipiunt quidẽ plus, sed reddunt minus. Causa in his mẽbranis est, quæ in earum superna nascuntur parte. De quibus qm̃ Erasistrato disputatũ abunde est, frustra nunc à nobis de ijsdem agatur. Verum videt̃ ille suspicari, q cum contrahunt̃, nihil prorsus ex arterijs in cor recipitur, nisi per eas, quæ sunt in pulmone. qđ sanè ita nõ est: cum fortassis ẽt pro ipsis naturæ modulis se habẽte aĩali exiguum aliquid recipiat̃. Quippe non adeo mihi ad vnguẽ os magnæ arteriæ vident̃ obstruere, vt nihil ex ea reddatur. alioqui, si sic tum obstruãt, certe violẽta quapiã occasione aĩal vrgente, necessario id fieri, verissimum mihi videt̃. Hoc vero & per alia à nobis prodita est demonstratũ. nec magnus eius alioqui vsus ad propositam est disputationem. Siquidem, si arteriæ cordi aliquid impertiunt, sic vtiq; ex omni parte tum trahãt, tum rursus remittant: sin secus, ex omni certe parte trahent, transmittent aũt in omnem partem, præterq̃ in cor. Ac mihi sanè melior videtur hoc dogma, q̃ Erasistrati sint hypotheses: cum nec conspicabile sibi esse, nec confluxibile corpus possit, si arteriȩ ex omni quidẽ parte trahãt, in oẽm autem non transmittãt: præterea actionis earũ vtilitas hac magis ratione ad totum animal pertingat. quippe cum eo pacto quælibet particula tum refrigerari, tum vero purgari, ipsis arteriarum

6. Epi sec. 6. t. 1. 3. 194. h.

varijs

A varijs motibus vsa, possit. Vt autem Erasistratus est opinatus, canalium anima carentium, nõ instrumentorum vita præditorum vsum animalibus arteriç prçstant. Nos vero alibi integro volumine multifariam indicauimus sanguinem in arterijs etiam recte se habente animali contineri. Quod si est, illud cuiuis pateat, ꝙ non ex eo, ꝙ spiritu, qui à corde mittatur, implẽtur, vt Erasistratus putauit, idcirco dilatantur potius, quàm ex eo, ꝙ dilatantur, implentur. Quippe, si sanguine essent vacuæ, fieri fortasse posset, vt exiguo tempore, quod à corde confluit, ad fines earum perueniret: sanguinem vero in se habentibus fieri omnino nequit, vt motus celeritas cum ea dilatatione consentiat, quç ex ijs à corde implendis proueniat. Neq; enim eo, ꝙ implentur, idcirco dilatantur: verum ex eo, ꝙ dilatantur, idcirco implentur. Atq; hoc quidem & sçpe & passim tum à nobis ipsis, tum eorum, qui nos prçcesserunt plurimis ante est demonstratum, arterias ita, vt cor, se ipsas mouere, vicissim se attollentes summittentes q;, id q; eadem, qua ipsum, vi: quam scilicet à corde ortam per tunicas earum transmitti diximus.

Dilatationem & Contractionem esse Arteriarum actiones. CAP. 6.

Aptius vero mihi dubitare videntur, qui illud querunt, diastole'ne, an systole, an vtraque, arteriarum actio sit censenda. Non secus arbitror, ꝙ de respirationis partibus merito à prioribus est quçsitum, vtrum'ne attractio ipsa spiritus, an eius redditio, an vtraq; actio sit existimanda. Verum de illis alibi dicta sunt, quç verisimilia videbantur. De pulsuum vero motu nũc quærendum. Ergo, si, vti dictum est, eiusdẽ vsus causa respiratio & pulsus animalibus essent dati, atq; ab ijsdem facultatibus manarent, vtiq; facile esset ex respirationis similitudine, etiã de pulsu coniecturam facere. At, qm̃ pulsuum vitalis vis, quç à corde manat, effectrix est respirationis (vt indicauimus) aĩalis, quç ꝓdit à cerebro, vtiq; nihil ex ijs, quç de illa sunt inuẽta, ad proposita nobis conducat. Iam ex eo quoq; difficultas quçdam ad inuentionem oritur, ꝙ post mortem nõ perinde vt venas, sic etiam arterias in se recidere videmus. Illæ simul, ac vacuæ sanguine sunt, ꝓrsus in seipsas sidunt ita, vt superna earum tunicæ pars cum inferna cõmittatur: Arteriæ semper dissidẽtibus cernũtur partibus. quod scilicet propter alteram earum tunicam, quæ dura est, euenit. Quãquam sunt, qui hoc ipsum adeo euenire post mortem dicant, ꝙ frigore tum rigeant, nõ ꝙ natura tales sint. Alij, cum in aquam calidã coniecissent, ac mox ita dissidentes cõspexissent, sic eas se habere etiã prius, quàm animal moreretur, sibi persuaserunt: quippe in priorem habitum frigiditate iam discussa fuisse reuersuras, si scilicet ex hac nouum habitum contraxissent. Itaq;, cum prorsus perdifficilis hæc sit quæstio, quibus coniectans rationibus vtrunq; motum arteriarum actionem putem, iam subijciã. Quòd diastole sub virium robore magna sit, sicuti ẽ diuerso sub imbecillis viribus parua, manifeste cernitur. Atqui oportebat, si, quemadmodum quidẽ autumant, cõtractio ipsa arteriç sit actio, dilatatio vero tunicarum ipsius in naturalem partium distantiam spõtaneus reditus, primum quidem eandem semper esse dilatationum magnitudinem, deinde magnitudinem nihilo magis robustarum, q̃ infirmarum virium opus esse. quorũ vtrunq; falsum est. Accedit q;, quo id conijciam, aliud nõ paruum, ꝙ maximi altissimiq; pulsus ijs affectibus, qui commodissime per crisim paulo post finientur, fiunt: Quamuis hoc tẽpore vires esse imbecillas ne insanus quidem dixerit. Nã, si cõmode aliquid per crisim viribus imbecillis finitur, vtiq; incõmode id fiet ijsdem robustis. Quod si est, mortem ipsam roboris virium opus esse dicemus. quo quid dici magis ridiculum potest? Quinetiã, ꝙ ictus vehemẽtia alijs pulsibus maior sit, alijs minor, intendi ac remitti actionem eorum testatur. Quòd si, tanquam spiritus expulsio, sic diastole actionis esset remissio, vtiq; nec intensio in ea, nec remissio, sicuti nec in spiritus emissione cernerent, nec oĩno robur & vehemẽtia ictus. Ac diastole quidẽ per hæc & alia his similia ex actionũ mihi genere videntur. seruari q; etiam hactenus pulsuum cum respiratione similitudo potest.

Contractionem pulsus efflatui, qui fit in respiratione, assimilari. CAP. 7.

D Einceps illud considerandum videtur, an, sicuti spiritus emissio actionis pectoris remissio est veluti q; cessatio, efflatus vero actio, atq; idcirco intẽtionem & remissionem admittens, quod emissio spiritus non facit, sic systole in pulsibus relaxatio arteriarũ operis sit, alia q; huic annexa actio, quæ efflatui respondeat. Ac mihi id quoq; videtur verissimum esse. Porrò conijcio id tum ex ijs, quæ communiter de vniuersis vitæ facultatibus alibi nobis demonstrata sunt, tum ex proportione ad ipsam spiritus emissionem. Siquidem in ijs, quibus de eiusmodi facultatibus egimus, visum est quodq; instrumentum contrarias inter se, sibi insitas facultates habere. Rursus similitudo ad respirationem, exigit in arterijs actionem, quç portione respondeat efflatui. Etenim absurdum maxime sit, nisi potius eiusmodi, quod fieri omnino nõ possit, esse aliquem naturç systoles arteriarum vsum, nec tamen vim ingenitam, quç eiusmodi motũ efficeret, datam esse. Rationabilius igitur lõge est, sicuti, cum de spiritus difficultate agerem, est indicatum, vbi ex humorum deustione collectus fuliginosus vapor plurimus est, tum animal efflatum appetere: contra, cum vel ob succi temperiem, vel caloris mediocritatem nihil talis excrementi colligitur, tum spiritus tantum redditionem: in arterijs quoq; vbi tale excrementum redundat, similem efflatui systolem edi, reliquas, cũ id, quod ex ipsis vacuatur, halitui, quàm fumo, est similius. Sanè multa eorum, quæ in pulsu apparent, euidentia documẽta sunt. Veluti &, quæ per somnum in ijs, qui am-

pliter

pliter comederunt, fieri aduertimus. In his enim remissior fit diastole, vt quæ tũ minor effecta, E tum vero tardior intelligatur: Intensio autem fit systoles in vtroque, cũ & velocior, quàm prius, & magis intro se recipere noscatur. Videntur autem hęc tum merito per somnum fieri, tum cũ spiritus missione consentanea esse. Quippe intro magis, q̃ foras, naturali calore se ferente, eo q̃ꝫ et circa viscera & ventrem, qui succos & cibos concoquat, iam plurimo collecto necessum est ex crementum, qm̃ id quoque copiosius gignitur, naturalem vacuationem desideret. Proinde in respiratione spiritus missio & maior, & plerunqꝫ cum efflatu ægris inter dormiendum visitur: maxime qꝫ id, vbi largius comederint. In pulsibus vero arteriæ contractio ad eundem se exhibet modum. Sic porrò & pueris ambo excellunt. quippe vehemens est his propter incremẽtum concoctio. Contra senum ętas tardiorem & minorem videtur habere systolen, vtpote minus necessariam, cum & imbecilliter concoquat, & succos minime conficiat. Iam ad portionem horum, tũ anni tempus, tum regio, tum omnis, vno verbo, circundantis nos aeris ad frigus & calorem mutatio, pulsus alterare videntur. Pari modo & animi affectus omnes, & vitę sortes, & morbi, arteriarum motũ introrsus extrorsus've promouent. quãquam scilicet oportebat, si diastole cessatio & quies esset, primũ illud accidere, vt non aliàs videretur celerior, aliàs tardior: deinde vt terminus & finis motus semper is esset, quem ex naturali compositione arteriæ possiderent. Verũ F cum vltra quoqꝫ hunc terminum se ipsas moueant, indicium est tum etiam obitæ actionis. At, inquiũt, arteria non agendo aliqd, celerius interiusqꝫ descendit, sed propter tunicarum mollitiem: habiles enim sunt tales cessante diastole, & vlterius & celerius, q̃ duræ, ĩ se ipsas recidere. At hoc, viri probi, mutationi illi modulorum pulsus, quæ ex ætate spectatur, fortasse cõsentire dicemus. tametsi paulo post, quemadmodũ dissentiat, indicabimus. Cæterum plurimis alijs affectibus euidẽter repugnat: in quibus scilicet subitanea est modulorum pulsus mutatio: cum nihil adeo in tãtillo tempore mutari in mollitiem et duritiem possit. Fallit autem nõ minime nos, &, quod à veteribus medicis probe dictum, nõ recte à nobis intelligitur. Quippe faciliores ad motus erũt molles tunicæ, cum scilicet facultates ipsæ aliquid per eas moliũtur. siquidem sic illis sunt magis obsequentes, &, vt sic dixerim, ad id, quod volũt, sequaciores. Cum vero, postquã ab ijs sunt motæ, rursum permittunt ad statum proprium redire, tum vtiqꝫ duræ, quàm molles, celerius reuertuntur. Non aliter planè, quàm duræ stirpes, quæ difficilius, q̃ molles cogenti ipsas cedũt, vix q̃ꝫ trahentem sequuntur: dimissę rursus in priorem statum facile redeũt. Quinetiam supra id, quod hoc sic fieri apparet, etiam ratio idem confirmat. Omni enim corpori suus quidam status est, oĩs tum doloris, tum vero, vt Hippocrates ‖ ait, laboris expers, scilicet in medio excessuum sui motus G positus. Nec ab hoc citra offensam id remoueris. Estqꝫ maior offensa tum ipsi moto corpori, tum vero facultati, quę id mouet, cum ipsum durum siccum q̃ꝫ est. Quod enim sic est affectum, valentiorem habitum habet, quàm id, quod mollius est atqꝫ humidius. Quanto autem, quicquid eorũ, quę passura quicquam sunt, valẽtius fuerit, tanto vtiqꝫ eum, qui nouum illi statum inducit, difficilius sequitur. Ergo, si, quod mouetur, ab eo, quod mouet, patitur, agit autẽ facitqꝫ in ipsum id, quod mouet, ratio est, vt, quãto ęgrius patitur id, quod durius est, tanto etiã idem difficilius moueatur. Proinde, siue stirps vlla, siue animãtium pars vlla instrumentalis à facultate quauis moueatur, quod durum est, vtpote difficilius patibile, difficiliusqꝫ mobile, minus obsequetur: quod mollius est, facilius ducetur. At, quod est durum, ceu valentiore firmatum habitu, velocius in suũ statum reuertitur. Nam in ipsis stirpibus, quę tenellę nouellę q̃ꝫ sunt, tum vitilium vsum prębere, tum vero ad reditum in naturæ habitum segnes esse cernuntur. E diuerso, quæ absoluta iã dura q̃ꝫ sunt, cum impetu maiore ac motu celeriore reuertũtur. Ergo præter id, ꝙ à subito mutatis arterię motibus refutatur eorum ratio, vt dixi, etiam nec cum ijs, quę fieri euidenter apparent, cõsentire videtur eorum hypotesis: indicato pręsertim, ꝙ mollius & imbecillius corpus, vt facile ducentem sequitur, ita segnius in naturam reuertitur: Durum cõtra, tum roboris renixu vix vincitur, tum tardius sequitur, ac celerius, cum suo impetui dimittitur, ad propriam naturã festinat. H Quę ambo, vt summa complectar, tum mollibus arterijs, tum duris per vices incidunt.

1.de Fracturis t.16.7ᵒ.226.g.

Epilogus totius libri. CPA. 8.

DE pulsuum vsu dixi rem totam. Nam & quòd naturalis, qui per totum animal diffunditur, caloris gratia sint conditi: & quòd dilatata arteria, is refrigeretur, cõtracta rursus purgetur. Et quòd motus hi, spiritus motibus omnino sint assimiles. Et quòd animali spiritui conducant. Et ꝙ vna re tantum respiratio & pulsus dissideant, nempe quòd illa ab animali facultate, hic à vitali manet. Reliquis, vel quòd ad vtilitatem, vel quòd ad motus modum spectat, similiter se habeant. Dictum præterea ac demonstratum est facile vtique, qui hæc curiose relegerit, discernere posse & quæ recte à prioribus sint dicta, & quę secus. Facile vero eiusmodi homini est, & quæcunque membratim de vtraque actione quæruntur, ea inuenire.

Galeni

GALENI DE SVBSTANTIA FACVLTATVM NATVRALIVM FRAGMENTVM

Bartholomæo Syluanio Salonensi interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Satis esse ad probabilitatem vsque prouehi in problematis, quæ neque ad sanitatem, neque ad morales virtutes necessariam cognitionem habent.

Ac quisquam fortasse eorum haud leuem dissensionem putabit, qui animalia calida, plãtas frigidas esse affirmant: minus sanè intelligens, vbi subtilius edisserat quis, eũ vniuersum id, quod quęsito consequẽs est, ad scientiam vsq; extremam{decernere:} vbi autem in re quapiam alia intendens, obiter de his pronunciet, contentum esse, si, quod obuio sensu percipitur, calidum, vel frigidum dicat. Plato igitur ipse animalia semper animata appellat: lapides vero, & herbas, et ligna, atq;(vt in vniuersum loquar) stirpes omnes de inanimatorum corporum numero esse ait. At, cũ in Timæo naturalem contemplationem paucissimis{aperiens} auditoribus, qui scientiarios sermones percipere, intellectu q; assequi valent, posthabita vulgi sententia, in mundum totum extentam ipsius asserit animam, sibi ipsi virum non constare, ac pugnantia dicere nequaquã putandũ est: vti neq; Aristotelem, aut Theophrastum, qui multitudini alia, familiaribus vero ac sodalibus auscultationes conscripsere. Nam, vbi quodpiam sensum omnem refugiens dogma, ac verborum copiã in demonstrationem exigens intempestiue recitatur, audientes offendit. Nõ prius igitur de eiusmodi rebus pronunciare conuenit, quàm paulatim per longam demonstrationem ad rationis totius conclusionem fuerit peruentum: neq; mundi animam per lapides, & testas, & C arenam, & flagrantia, putrescentia q; animalium permeare cadauera. Nam, si simpliciter adeo, vt vulgus patenter capit, quidquam id genus Plato dixisset, vtiq; omnes eum patrocinantes condẽnarent. Ego igitur, quibus ille adductus in hanc opinionem deuenerit, alijs cõmentarijs aperui, nihil sanè ipsi consentiens, aut repugnans. Neque enim ille ipse ita pronũciat, quę ad naturalem pertinent meditationem, sed vsq; ad probabile ac verisimile eam progredi inquit. Sanè plantas principium in se motus habere & propriorum sensum atq; alienorum, verum esse arbitror. cęterum importune de rebus eiusmodi verba facere magis illo ipso caueo. Verum, si me quis roget, quid superius animalia stirpibus habeant, respondeo & sensum, & appetitionis motum, & vires modo expositas, nempe attractricem, & expultricem, & detentricem, & alteratricem: quas non animarias, sed naturales voco: nimirum, cum ex hoc neque medicę arti, neq; morali philosophię quidquam accedere incommodi videam. At, vbi de naturali moralis philosophię parte, qualem ducit Plato, dicere mihi fuerit necesse, non nulla quidem planè approbo, ac viro suffragor: in quibusdam vero ad probabile vsq; accedo: quemadmodum in aliquibus prorsus addubito, cũ in dissonantibus ad alterum eorum, vt quod probabilius sit, nequaquã inclinet animus. Quemadmodum nos animę compotes esse omnes homines norunt, quippe qui tum ea palàm vident, quæ ꝑ D corpus geruntur, cum ambulamus, currimus, luctamur, ac varijs modis sentimus: tum vero ex quodam nobis omnibus natura probato axiomate, quo nihil sine causa fieri ęstimamus, causam horum subesse aliquam operum cõcipiunt animo. sed, cum, quę nam ea sit, haud intelligatur, imposito inde nomine, ꝗ facere ea possit, quę facit, potestatem esse rerum, quę fiunt, singularum effectricem. Sic igitur omnes & scammoniam alui purgandę, vt mespilum supprimendę facultatem obtinere aiunt. At, qui naturalẽ(vt vocãt) contẽplationẽ elaborauere, cũ alij sibi aliter ipsi ꝑsuaserint, partim incorporeas quasdam habitare in sensilibus substantijs facultates dixerunt, partim substantias ipsas pro sua quãque natura agere: siue ex quatuor elementorum constet temperatura, siue ex certa primorum corporum compositione, quę aliqui atoma, hoc est indiuidua, alij autem anarma, id est incompactilia, non nulli impertia, quidam similaria inquiunt esse. Etenim nostram quoq; ipsam animam, sunt, qui incorpoream quandam substãtiam, sunt, qui spiritum, sunt alij, qui ne subsistentiam quidem eius peculiarem vllã esse arbitrentur, sed corporis substantię proprietatem dici eorum, quę facere nata est, facultates habere: cum non illarum sint vllę propria natura prǫditæ, sed substantia per se agens, opera sua & à se facultates ad ea, quę fiunt, dicatur eorum, quæ natura efficere apta est, obtinere. Itaq; ego medio quodam inter hos ordine meipsum statui. Nam, cum de cæteris dogmatis absolute pronunciem, partim ꝗ veritatem in ipsis norim,

norim, partim quòd eius nihil nouerim, in ijs, quæ modo recẽſui, vſq; ad probabilitatem prouehor, atius quidem eſſe exiſtimans de ijs, perinde atq; in alijs, vti ſenſerim, profari: haudquaquam vero mihi ipſe, id quod alij faciunt, perſuadens ea certa notitia tenere, quorum certam demonſtrationem minime ſum conſecutus. Libet igitur & de id genus vniuerſis diſſerere, quæ cognitionẽ quidem ad corporis ſanitatem, aut morales animi virtutes neceſſariam non habent: cæterum de eus afferrent, ſi ita certo cognita forẽt, quàm ea, quæ nacta ſunt abſolutionem in medicina ac morali philoſophia: quam ego ſanè vtilem eſſe affirmo, & omnibus operam nauare volẽtibus comparabilem. Ac ſcripti mihi de hoc ſunt duo libri. Nũc, quod ſum pollicitus, præſtabo, vtiq; hinc initio deſumpto. Corpora quidem, quę apud nos ſunt, ex quatuor elemẽtorum temperatura cõflari vniuerſa certo me ſcire aio: q̃ præterea & per ſe contẽperentur tota, non, vt putabat Empedocles, exiguis comminuta partibus miſceantur. Num autem ſe totas peruadentibus corporeis inuicem ſubſtantijs, an ſolis qualitatibus, neque cognitu neceſſarium arbitror, neque pronuncio. Cæterum qualitatibus fieri temperaturas probabilius cenſeo. Animam vero, an immortalis corporeis miſta ſubſtantijs animalia regat, quemadmodum, an vlla quoque per ſe animæ eſſentia ſit, conſtanter noſſe haudquaquam profiteor. Illud tamen mihi liquido conſtat, licet in corpora deforis immigret, ancillari tamen eorum naturis, quę ex certa, vt dixi, elementorum temperatione proueniunt. Atque hac in re nihil ſanè medicam artem inde offenſum iri puto, quòd in animæ immigratione, & demigratione exploranda (Gręci ἐμψύχωσιν & μετεμψύχωσιν vocãt) hallucinemur. Nanque & animam recepturum corpus idoneum eſſe oportet: & eo in temperatura admodum alterato animam protinus digredi, tum vehementer algeſcente in euacuationibus ſanguinis, ac refrigerantium medicaminum potionibus, cumq; ambiens aer frigidus impendio fuerit: tum immodice quoq; per febres caleſcẽte, & flammę inſpiratus attractus q́; aut ſupercalefacientium medicaminum hauſtus. Non ita vero ſolum alterata corporis temperatura videmus ſeparari ab ipſo animam, ſed vbi etiam priuatum prorſus reſpiratione fuerit: nimirum cum quędam tunc quoq; alteratio fiat in corpore. Itaque, ſi naturalis in corpore æquabilitas ſeruetur temperamẽti, ſeiungi ab eo impoſſibile animam eſſe mihi intelligere videor. Proinde eius eſſentiam ſcire, quę'nam ſit, neq; ad morborum curationes, neq; ad ſanitatis tutelam neceſſe eſt, vti neque ad moralem philoſophiam, actiuam q́; ac ciuilem: eam enim quiuis, vt lubet, à cõtemplatrice diſtinguens nominet. Sed latius mihi de his in alijs commentarijs ſcriptũ eſt. Cum vero, quot quales've naturales facultates ſint, oſtenderimus, quęſtio quædam per conſequentiam oboritur, quo modo proprium eas attrahere dicamus, alienũ autem ſecernere. Siquidem impoſſibile eſſe videtur vt antequã noſcant, quale proprium ac familiare ſit, quale externum, aut attractionem faciant germanorum, aut alienorum ſecretionem: at agnoſcere ſenſorię facultatis munus eſſe conſtat. Ob id igitur quædam in hoc ſermone obauditio eſt: tametſi Plato aperte dixerit, genus ſenſionis in plantis diuerſum eſt: nimirum cũ audientes, quandam eis agnoſcendorũ propriorum atque alienorum vim ineſſe exiſtiment: horum enim tantũ ipſis dignotio eſt, quæ tum per voluptatem, tum per moleſtiam, aut aliquos ſimiles his, proportione've conuenientes affectus progignitur, cum ſenſilium nequaquam diſcretionum aliarũ particeps ſit vegetalis anima. Neq; enim viſilium, neq; audibilium, neq; olfactilium, neq; guſtabilium, neq; tactilium qualitatum dignoſcendarum iudicium obtinet, ſed eorum tantum, quę alere, vel non alere poſſunt. Nam, quę alendo ſunt, ad ſe ipſa trahit, detinet, concoquit, atq; ad nutriendæ ſubſtantię geniale ac commodum transfert: quæ inepta alimoniæ ſunt, nequaquã admittit. Itaque recte dicere mihi Plato videtur ſtirpes ſenſu eſſe præditas, cognatorum videlicet, atque alienorum: eatenus q́; animalia dici non incongrue potuiſſe, cum id quoq; accedat, vt nec interno priuatæ ſint motu. Sed, cum nec eiuſmodi cognitio ad medicinalem philoſophiam neceſſaria ſit, contentus ſum ſolius gratia ſequelæ ad veriſimile vſque progrediens Platonem commendare, & plantas animalium vocabulo nuncupantem, et vnius participes, domeſticorum atque alienorum diſcretiui, ſenſus aſſerentem: qui (ſi exacte conſideres) iucundorum, & non iucundorum generis eſſe videbitur. Non enim alia vlla de cauſa germanum eas attrahere, vel ſibi ipſis aſſimilare, quàm ob fruitionem, & ingenitam eis voluptatem, dicere poſſumus. Verum ſcire hoc duntaxat, vt dixi, ad medicinam ſatis eſt, nempe attrahere proprium, quo etiam aluntur, alienum autem excernere. Cæterum magis adhuc ad moralem philoſophiã inutilis eiuſmodi rerum exquiſita cognitio eſt. Quapropter neque eius meminit Plato.

*

Galeni

GALENI BREVIS DENOTATIO DOGMATVM HIPPOCRATIS EX SERMOME XCIX IOANNIS STOBAEI

Conrado Gessnero Tigurino medico interprete.

B ARtis elementa ea sibi palam placere dicit, quę manifesta sunt.[a] Cōstat igitur tum homo, tum animalia cuncta, ex solidis, humidis, & spiritibus. Sed neq; stirpium natura triplici horum genere caret. Sed & viuunt, & augentur, & gignūt, & nascūtur per horum constitutionē.[b] Ac solidorū quidē essentiā ossibus, neruis, & chartilaginibus assignat: deinde mēbranis quoq;, arterijs, & venis, nā hęc in genere solidorū alicubi numerat. Horū vero cōpactionis & formationis probabiles sequutus ratiōes, caput originē putat. Disseruit aūt de solidorū natura in libris de fracturis et articulis, ac alijs similibus: de spiritu in cōmentario de flatibus peculiariter inscripto: de humidis in libro de humoribus, & altero de humana natura scripsit, & alibi sparsim.[c] Sunt autē illi humores sanguis, pituita, & vtraq; bilis, scilicet flaua & atra. Ex his sanguinem ait natura calidū & humidū esse, colore rubrum, qualitate dulcem: Pituitam vero frigidam & humidam, & albam, magis q; salsam: At bilem flauam, calidam & siccam, pallidā, & amaram: Deniq; alterā, frigidā & siccam, nigram, & flatuosam esse.[d] Ætates etiam ei quadrifariam distinguere placet, anni q; partes similiter.[e] Abundare autem vnumquēq; ex prædictis humoribus ætate & anni parte sibi conueniente: Videlicet ætate puerili abundare sanguinem, ac tempore veris: Vigente autem bilem C flauam, & æstatis tempore: Postea declinante nigram, item q; autumno: Demum in senectute pituitam, nec non hyeme: Naturas enim humorum, temporibus anni respondere. Itaq; ver calidū & humidū est veluti sanguis: ęstas calida & sicca: autumnus frigidus & siccus: postremo hyems frigida & humida, simili ratione qua humores. Eodem modo diem quoq; numero natura q; partium diuidit, vt quę supradictis parua quadam proportione consentiant.[f] In vniuersum autē viriles naturas à muliebribus differre auctor est: mares enim ad calidius & siccius temperamentum inclinare: fœminas contra ad frigidius ac humidius.[g] Et rursus aliud, sed minus discrimen * in vtroq; sexu seorsim reperiri, penes situs regionum, & aeris proprietates, ac victus rationes. Ad hæc singulos humores in hominis corpore peculiarem vsum exhibere: Sanguinē alere, calfacere, sanitatem bonum q; colorem efficere: Bilem flauam continere corpus, non permittere latētes meatus dissolui, incitare & acuere sensum, concoctioni prodesse, excrementorum ductus faciles & apertos efficere: Atram vero bilem sedem ac veluti fundamētum esse reliquis humoribus: postremo Pituitam neruis, membranis, chartilaginibus, articulis, & linguę, ad motus facilitatē prodesse.[h] Item genitale semen tum viri tum mulieris ex ęquo ei cōferre videtur ad zoogoniā i. vitam fœtui pręstandā, id q; ab omnibus corporis partibus abire.[i] Et mares in dextro vteri latere, D fœminas in sinistro generari. Prępollere aūt dextras partes lęuis, & supiores inferioribus.[k] Morborū autē causas censet alias ab ictibus violentis, alias ab aere ambiēte nasci: plurimas vero à prædictis humoribus, cū aut abūdant, aut deficiunt, aut qualitate mutātur, aut ex loco in locū trāieāt.[l] Præterea vsum remediorū huiusmodi, q̄ causis contraria sint, approbat.[m] Morborū alios acutos facit, alios diuturnos, & alios medios.[n] Fieri autem ait acutos vt plurimum à bile & sanguine, ætate vigente, æstiuo & verno tēpore: diuturnos vero à phlegmate, & atra bile, & in senibus & hyeme: medios autē causis mixtis puenire. Itē qui morbi salubres, qui cōtra lethales sint, prænosse docet.[o] Asserit quoq; prenotionē & predictionem necessario ad artem pertinere, ac inter se differre: aliquando enim prenosse duntaxat oportere medicum, aliquando etiam predicere, tutum esse. Prenotionem diuidit in symptomata preterita, & presentia (quę aliquid obscurū aut incertū habēt) & futura.[p] Ad hęc decretorios dies cognosci iubet: Nā acutas ægritudines magna ex parte diebus imparibus, diuturnas cōtra paribus iudicari: & hos quidem, impares inquā dies, æstate, in iuuenibus, partibus dextris, & supioribus, criticos esse: in cōtrarijs, vero pares.[q] Quin etiam locos primario affectos inuestigare precipit, istis enim cognitis non parū adiuuari medicum & ad signa discernendum prædicendum q;, & ad morbum curandum.

A de Carnibus à principio. De Ijs quæ in medicat. fiūt cō. 1. tex. 1.
B 6. de Morb. uulg. sect. 8. ante medium.
C 4. de Morbis ad initium.
D 1. de Dięta. Et li. de humorib versus finē.
E de Nat hu. com. 1. tex 32. 33. 34 35. fol. 31. h. & 32. a. b. c
F 1. de Dięta. versus finem.
G lib. de Aere, aquis, & locis.
† *Al. in singulis horum generibus inter se reperiri. Vt non tantū de sexu, sed de alijs omnibus supra positis, intelligatur.*
* *ὑγιαίνειν. sed forte ὑγραίνειν i. humectari. & videtur magis veritati consonū.*
H 4. de Morb. à principio.
I 5. Aphor. 38. & 48.
K 1. de Morb. a principio. & 4. circa mediū.
L 1 de Nat hu. 20. & 21.
M 2. de Nat. hum. tex. 1.
N de Dieb. iudicatorijs. Et 1. de Dięta iuxta principium.
O 1. Epidemi. sect. 2a. tex 48. & 49. Et 1. Prognost. tex. 2.
P de Septim. par. Et 2. Epidem. sect. 6. circ. med. Et 2a. aphor. 24.
Q 1. Epidem. com. 3. tex. 13. de Affectionibus circa med.

GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS
LIBRI NOVEM

In quorum primo quædam in principio desiderantur.

Ioanne Bernardo Feliciano interprete.

Nunc demum ab Alexandro Iustiniano Chio Medico ad vetustorum exemplarium græcorum fidem accuratissime castigati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Ex dissectionibus, natura q; rei, Cerebrum neruorum, Cor arteriarum, Fontes ac initia esse indicat: quibus tanquam fundamentis iactis reliquo opere vtetur. Prior tamen disputatio non nihil q; posterioris deest.

Cordis Sinus viuente animali sanguine repletos esse. CAP. 5.

Vide i͞fra 252. p. 2 h

∗ Sed & illius quod cõtinẽter pectoris ossi adhærebat, cõputruerat: & ita manifeste inspicere cor licebat, sicut in aïaliũ dissectionibus fit, cũ dedita opera id denudamus. Puer itaq; seruatus est, cũ partes circa pectus carnẽ contraxissent, & inter se se fuissent conglutinatæ, atq; huiusmodi operculũ cordi essent effectæ, cuiusmodi prius vertex tunicæ erat. Nec mirandũ est, ꝙ denudato corde puer salutẽ fuerit consequutus: q̃ppe cũ nihil amplius affectio illa mali attulerit quã q̃ quotidie in thoracẽ pertusiones ac perforationes cõtingũt. Sed neq; ea, quę cor circundat, tunica in signe aliquod periculũ inducit, quẽadmodũ & Herophilus, & multi alij medici dixerunt. Neq; igit̃ puer ille per totũ curatiõis tẽpus lęsionẽ vllã in operatione est passus, neq; aliquod aliud aïal, si eodẽ modo fuerit dissectũ. Sed quorsum hęc dicta à me sunt? vt cor in vtrisq; sinibus sanguine tũc esse plenum ostendam. Vñ id cõstat? ex eo sanè, ꝙ, si ipsum vulneraueris, sanguis continuo effluit. At ex Chrysippi sñia oporteret, vt vel spiritus prius exinaniri, deinde ita sanguis seq cõspiceretur: vel ne oĩno quidẽ seq, quẽadmodũ neq; in cerebri vẽtriculis sequit̃. Sed, vbi excisa caluaria crassam mẽbranã detraxerimus, atq; ita denudato toto cerebro vulnerare quẽlibet ex vẽtriculis eius aggressi fuerimus, neq; tũc statim contineri in ipsis sanguinẽ, neq; postea seq apparet. Ita quoq; in mortuo iã aïali nunq̃ fit, vt in sinistro cordis sinu concretũ sanguinẽ non reperias. In cerebri vero vẽtriculis nullo alio modo inuenies, nisi, si eo vnà cũ caluaria colliso arterię aliquę, aut venę, quę in eo sunt, diuulsæ fuerint. Ita sanè & in bobus euenit, qui ad exortũ dorsi medullæ vulnerantur, sanguinẽ in aliquẽ ex anterioribus vẽtriculis diffundi interdũ reperimus. Et neq; hîc miri q̃cq̃ est, si posteriore ventriculo vulnerato, & vnà cũ ipso multis ac magnis vasis diruptis, aliq̃n vsq; ad anteriores sanguis penetrarit. Posset etiã quandoq; laqueo suffocato aïali fieri, vt ex nimia violentia uas aliquod eorum, quæ in cerebro sunt, rumpatur. Cuiusmodi plerunq; etiam in quauis alia parte videmus accidere, cũ ex copia sanguinis, vel fusione ruptũ vas aliquod fuerit: quod si in aqua suffocatum aïal est, nõ simili modo rũpi vas consueuit. In oĩbus vero alijs mortis aïaliũ generibus in cerebri vẽtriculo cõtineri sanguinẽ nũquã, sicut in corde semp, inuenies. Sed de ijs, q̃ in mortuis apparẽt, ex abũdãti ꝓbatione dictũ à me esse existimo. Redibo rursus ad viua aïalia: ac tibi ostẽdã denudato corde, ex eo sanguinẽ statim ꝓfundi, nõ solũ si scalpellũ in sinistrũ eius sinũ, verũ ẽt si stilũ, aut acũ demiseris. At, si modo id erat necessariũ, exinaniri prius spiritum oportebat, vt subsequeretur sanguis: quippe cum foraminis angustia non parũ ad morã temporis conferre potuisset. Sed non ita se habet res: confestim enim † simul cũ eo } consequitur sanguis, quod vulnus intulit. Vt, neq; si in adhibendo scalpello admodum acceleres, incruentũ extrahere vnquam id possis. Qua re plenum esse sanguine sinistrum ventriculum perspicuum est.

G

H

† id. græce ἕπεται γὰρ αὐτίκα μάλα τῷ τρώσαντι. videtur Felici. legisse ἅμα non μάλα. ita potius. mox enĩ ad id, quod vulnus intulit sanguis consequitur. vt neque, si ĩ inferẽdo vulnere admodum accele res, incruentũ id extrahere poßis, quod vulnus ĩtulit. ita enim melius redditur vox illa, χειρουργία.

† Rasis 28 cõtinentis tex. 1, c. 2, pag. 346, 2, hunc locũ citans, totam hanc historiam ponit, cuius hęc sunt verba.

In primo cap. de expositione Hipp. & Plat. dixit. Quidã infans passus est fistulã in pectore perueniẽtem vsq; ad os, quod erat in medio thoracis eius, & discooperiẽdo totũ id, quod attinebat ei inuenimus, ꝙ ibi erat corruptũ: vnde coacti fuimus ad incidendũ eã: sed locus corruptus de ea erat super quẽ latebat cellula cordis. Cũq; videremus hoc, dubitabamus vehementer de expoliatione carnis corruptæ seq: cũ fuerit propositum nostrum ad conseruandũ panniculũ indutũ super eum intrinsecus, & de salute ipsius: & oportune totũ id, quod continuatum erat cum thorace putrefactum fuerat similiter. Dixit, inspiciebamus inde cor manifeste, sic vt videremus illud, si esset discoopertũ sciẽter in anatomia. Dixit, & saluatus est ipse infans, & generata fuit caro in ipso loco, in quo facta fuit incisio de thorace, dũ repletus fuit locus, & cõtinuata fuit pars ipsius cũ parte, gerendo vicẽ ad cooperiendũ cor ad modũ illius, quod gerebat ante hoc caput cellulæ cordis. Dixit, hoc non est magis mirabile in hoc q̃ in alijs vulneribus, pro quibus aperitur inde pectus & c.

Auic. hoc totum accepit à Rasi, vt supra lib. 4, f. 4, tex. 3, c. 10: & sic incipit. Inquit Gal. Fuit adolescens habens fistulã in pectore suo, quod iam peruenerat ad os & reliqua.

Eadem videtur esse historia, quam recitat Galenus lib. 7 de Anat. Administr. Cap. 12 & 13 de puero Marylli mimographi in palęstra icto, qui ex pectoris osse exciso & pericardio putrefacto, cor nudum ac detectum habuit, & tandem tamen curatus fuit.

Aduersus

A *Aduersus Erasistrati sectatores, quòd Sanguis in cordis sinum spiritus præter naturam non fluat, Sed ibi natura contineatur, contra vero in ventriculis cerebri animalem spiritum contineri. quodque Aristoteles, & Praxagoras cor neruorum esse originem, præter ea, quæ in dissectionibus apparent, senserint.* CAP. 6.

NAm, quod ab Erasistrati sectatoribus dicit, prius q̃ denudatũ sit, spiritũ solũ in ipso cõtineri, vbi vero est denudatũ, sanguinẽ incidere, nihil aliud est, q̃ hominũ oratio, qui ad redargutionẽ impudenter se gerunt. sed eorum tamen impudentiã hanc redarguere ẽt facillimũ est. Si enim in cordis sinũ spiritus pręter naturã sanguis incidisset, oĩa, opinor, naturalia eius opera confundi necesse erat: vt & arterię simili modo nõ amplius palpitarẽt, sicut q̃n spiritu ex ipso corde ꝓficiscente replebantur, & q̃plurimæ eius operationes interirẽt, vtpote cũ fons ipsarũ nõ amplius extaret. Erasistratus. n. vitali, Chrysippus aĩali spiritu plenũ esse sinũ hunc asserit. Sed nulla oĩno læsio aĩal occupat. id quod, qui à nobis discere voluerit, vnicuiq; licet. Queadmodũ videlicet nõ paucis ex ijs, qui nõ credebant, & in altero statim aĩali vicissim cõparatione facta, & in vno & eodẽ sępe ostendimus, quot & quales affectiones vniuersum corpus ex cerebri ventriculi vulneratione inuaderent. quid dico vulneratione? Immo si ante etiã, q̃ vulneraris, quelibet ex ipsius sinibus cõpresseris, continuo efficies, vt sine motu & sensu, spiritu itẽ & voce priuatum aĩal collabatur. Idẽ in hominibus quoq; ipsis, [a] †si vulnerati fuerint, euenire conspicitur. [b] †Nam, dũ fracta ossa excidimus, laminas, q̃ mẽbranę custodes appellãtur, subijcere cogimur, ne, si paulo violẽtius cerebrũ ipsis quispiã cõpresserit, sensu, & motu omni volũtario homo destituatur. ⌡Id autẽ, si cor denudatum cõprimamus, accidere non cõsueuit. Quin probe scio me olim cuidã permisisse, vt, quia cor vehemẽter palpitans è digitis eius exiliebat, fabri forcipe ipsum cõprehenderet. at neq; tunc animal neq; quantũ ad sensum, neq; quantũ ad [c] incitationis motum attinet, vlla lesione afficiebatur: sed magna voce clamabat, & sine vllo impedimento respirabat, & omnia mẽbra vehementer mouebat. Solus enim arteriarum motus ita [d] intercepto corde offenditur. nihil q; aliud aĩal patitur: sed, quoad vixerit, & mẽbra omnia agitat, & respirat. At, si cerebrũ ita cõpressum sit, omnia è contrario eueniunt. pulsant quidem arteriæ naturalem in modum simul cum corde: sed nullum membrũ mouetur: & animal neq; respirat, neq; vocẽ emittit. Iã vero ex his aliud quoddam maius etiã declaratur, neq; videlicet cor cerebro vllo, neq; cerebrũ corde ad propriã motionẽ indigere. Non tñ hac de causa ea, quæ ex dissectione apparẽt, à me in pręsentia fuerunt cõmemorata, sed vt animalẽ spiritũ in cerebri sinibus contineri demonstrarẽ. Qua in re nunc Chrysippũ vel maximè reprehenderim, ꝙ, cũ syncerũ quendam & purũ esse spiritũ velit, qui in principali animæ loco contineretur, eũ non conueniẽter in corde collocarit. Tametsi Chrysippũ in eo admittere quispiã posset, ꝙ modeste sententiam suã pronunciarit, vt neq; cor neruorũ esse originem cognoscere sibi vendicaret, neq; quidpiã aliud, quod in quęstionẽ hanc veniret. quippe cũ dissectionis animaliũ imperitũ se esse fateatur. Aristoteli vero & Praxagoræ, qui præter id, quod in dissectionibus apparet, cor neruorum esse originẽ asserunt, crimini dandum merito est. Nam, ꝙ alia multa in dissectionibus exacte nõ perspexerint, ex scriptis, q̃ reliquerunt, animaduertere licet. Quòd aũt, quasi vel prorsus ipsi cæcutirent, vel cũ cæcis colloquerentur, ita de neruorũ origine scripserint, id non prolixa oratione confirmandũ est, sed ad sensus argumentũ deducendum. Apparent enim, sicut superius declaratũ est, alij nerui ex cerebro palam, alij ex dorsi medulla exoriri. ipsa vero medulla è cerebro exortum habere conspicitur. Melius igitur erat, vt neq; absolute neruorũ originẽ esse cor assereretur, id quod Aristoteles fecit: neq; [e] †cũ excogitata⌡ quadã versutia, vt Praxagoras. Is enim vir, cum ex corde exoriri neruũ nullũ videret, & aduersus Hippocratẽ contenderet, atq; iccirco neruorũ originẽ cerebro eripere prorsus vellet, eò deductus est, vt vel insigni mẽdacio vti nõ erubuerit, dum arterias progressione et scissione tenuiores effectas in neruos transmutari affirmat. Nam, cum neruosum corpus ipsarũ sit, at concauum, continua in animali discissione facta, adeo exiguas earũ cauitates euadere inquit, vt inter se se tunicæ considant. Quod vbi primum contigerit, arteriam iam esse neruum videri. Quam quidem rationem Erasistratus, cum ita impudenter exposita sit, ne confutatione quidem dignam esse existimauit.

Arteriarum descriptio, & quòd omnes è corde oriantur aduersus Praxagoræ figmentum, qui eas in neruos degenerare asserebat, quod q; omnium neruorum origo sit e cerebro. CAP. 7.

EGo vero, quandoquidem semel constitui de omnibus considerare, pauca quædam aduersus Praxagoram dicendum mihi esse duco, presertim cum etiam Chrysippus hominis meminerit, eius q; auctoritatem ijs opposuerit, qui neruos initium à capite habere opinãtur. Nam neque nos de eo contendimus, ꝙ non debeat res ita ex dissectione apparere, sicut Praxagoras inquit, si merito quispiam cor esse neruorum originem existimaturus sit. Non aũt ita esse, licet millies iam verum cognoscere cupientibus in animalibus ostenderimus, hoc etiã in loco, arteriarũ quoque dissectionem exponere, sicut superius neruorum, non recusabimus. E sinistro enim cordis sinu arteria maxima exoritur, quasi quidam arteriarum omnium truncus, quę per totum animalis corpus distribuuntur. Ex ipsa autem hac ea primum progerminat, ἡ περιστεφανοῦσα i. quæ cor ipsum coronat: ita enim dissectionis studiosi appellant. atque hic quidem ò optime Praxagora dicere arteriam hanc inscissione minui, atque in neruos desinere, nullo modo potes. Post vero hanc ita

bipartito

A †ἀνατιτραμένων. cum terebrantur.

B †Cum enim in ossibus confractis excidẽdis μηνιγγοφύλακας, hoc est membranarũ custodes, subijcere cogamur, si paulo violentius cerebrum ipsis quispiam compresserit, sensu, & motu enim voluntario, homo destituitur.

C * voluntariũ καθ' ὁρμήν.

D * compresso. Legendũ enim opinor in græco cod. θλιβείσης, non διαληφθείσης, vt ex ijs, quæ statim de cerebro dicuntur, patet.

E † Melius Cornar. ex insidiosa. græce. n. est ἐπιβεβουλευμένης. ἐπιβουλεύειν enĩ est insidiari. vel cogitata, absque ex.

bipartito diuisa magna arteria maior eius pars deflexa ad spinam in medijs vertebris firmatur, altera sublimis rectà ad iugula ascendit. Primas igitur eas mihi inspice, quę ex ipsis ad thoracem deferuntur, & tandem aude aliquam asserere in neruũ mutari: sunt enim duæ & viginti numero, in vnoquoq; intercostali vna. Simul cum ipsis autem nerui ex dorsi medulla exoriuntur. Ac per totum thoracem simul protendi ac discindi duo hæc vasorum genera tum in tunicã costas succingentẽ, tum in musculos intercostales, conspiciuntur, tertio quodam venoso vase ipsis adiuncto, quod simul cum ipsis exortum simul protenditur, ac dispertitur. Sed nihil nũc opus est, vt de venis disseramus: alibi enim de ipsis longior pertractatio nos manet. Ad arterias igitur rursus redeamus, atq; omittamus iam has, quæ in thorace sunt: cum ne ipse quidem Praxagoras vllam arteriã in thorace desinere in neruũ asserere ausus fuerit. Atq; si in thorace nerui quã plurimi cõspiciuntur, & nulla arteria ibi in neruum mutatur, ex arterijs ortum neruis nõ esse perspicuũ est. Sed iam ad eas, quæ extra thoracem sunt, veniamus. Quarum primum par illud est, quod ad scapulas ascendit, ex quibus non parua pars et ad medullam ipsam interius subit, & in musculos colli dispergitur. Secundum par earum est, quæ ad manus feruntur: quas vel maxime, veluti in neruum desinentes, mihi innuere Praxagoras videtur: quamq; apertius quoq; has, quàm illas thoracis videre licet (vtpote quæ maiores sint) in tota brachia ad digitos vsq; discissas ferri: sed neq; vlla ex his in neruũ abijsse conspicitur. Nam, quæ ad articulos manuum sunt, quas dignoscendarũ febriũ causa attrectare nobis mos est, quæ q; inter indicem & pollicem sunt collocatæ, sunt quidẽ prorsus exiguæ: & tamen in neruũ non dum abierunt: euidenter q; etiam ante dissectionem palpitare cernuntur. Sed in his fortasse non ita exacte conuincendus Praxagoras est, sed venia ipsi aliqua est danda, si paruas arterias intuitus non sit. Tametsi, cũ in neruos mutari ipsas tenuiores asserit, nõ hebetem visum scilicet causatur, sed acutum profitetur. At vero eas, quæ in alis existũt, est enim in vtroq; brachio vna, quæ simul & magnæ sunt, & quatuor paria insignium neruorũ circa se habent, reuocare in memoriam illis volo, qui Praxagoram adeo extollunt. Nõ dum enim vlla ex his arterijs his in partibus incepit discindi, & magni adhuc nerui adeo sunt, vt si cæcus ẽt sit quispiam, eum latere, si contrectet, nõ possint: qui quidem vnde nam sint exorti, ex quibus q; arterijs progerminarint, dicere Praxagoras debet. Sed quid ad hoc dicendum ipsum prouocare est opus, cum nos verum exponere iam ualeamus? Primum siquidem par neruorum ex quatuor illis, quę dicta sunt, è dorsi medulla manifeste enascitur, qua parte quarta colli uertebra quintæ committitur: Secũdum deinceps inter quintam & sextam: sic & tertium, ubi sexta septimæ cohæret: post quod simili modo succedit quartum. Postremum uero neruorũ par è regione ea exoritur, quæ inter ultimam colli & primam thoracis uertebram interiacet: atque hoc illud est, quod ad summas usque manus pertingit. Ita enim dissectionis peritissimi ex ijs, qui ante nos fuerunt, scriptum reliquere: quorum doctrinam & in prioribus disputationibus, & in præsentibus, seruandam mihi esse duco, illis tamen omissis siquid uidelicet uel non aduerterunt, uel non exacte petractarunt: alibi enim de his dicendum mihi erit. Non igitur inquirendæ sunt arteriæ, ex quibus neruos uerbis procreantes uel digitos, uel quidpiam aliud, quod in manibus est, mouere ualeamus: quippe cum habeamus iam neruos & plures arterijs & maiores, non ex tragica illorũ transformatione, sed ex dorsi medulla exortos. Praxagoræ igitur mẽdacia deprehensa iam manifeste sunt, ut eius quidem causa ad arterias explicandas procedendum amplius nobis nõ sit. Sed, quia tamen pollicitus sum me, quemadmodum superius neruorum in omnes animalis partes distributionem exposui, ita nunc quoque in arterijs esse facturum, ad reliquas arterias commemorandas descendam: ac primas quidem eas addam, quæ ad mammas feruntur: secundas, quæ supra thoracem: tertias, quæ infra permeant: quartas uero eas omnes, quæ in in crura dispertiũtur. Mammarum igitur arteriæ ex ea oriũtur, quæ ad iugula ascendit. Hæ ad os pectoris, quod στέρνον uocatur, delatę paululum infra clauicularum cum eo dearticulationem sub ipso perpetuo feruntur: ac postremo sub pectore extra thoracem elabuntur: non tamen hic totę discinduntur, vna enim ipsarũ pars per abdomen descendens, atq; ibi in plures scissa cũ ijs, quę ab inguinibus ascendunt, [a] † simul iungi conspicitur. Sed paulo post de illis dicemus, vbi disputationis ordo requiret. Nũc ad eas, quæ supra ossa iuguli sunt, redeundũ: atq; ita exordiẽda oratio est. Vbi primũ ex thorace emersit, ac clauiculas trãsgressa in mediũ iugulũ peruenit erecta arteria in duas partes scinditur. Inde vero par magnarum arteriarum quoddã efficitur: quę non recte quidem καρωτίδες i. soporarię appellantur, sed iam tamen obtinet nomen ex multa omnium, qui post Hippocratem fuerunt, philosophorum & medicorum [b] ignoratione. Sed & hos soporem supradictarum arteriarum affectionem esse male existimasse, & Hippocratem non ita sensisse in secundo horum cõmentariorum libro, demonstrare mihi necessarium est. In præsenti autem disputatione nomine hoc arterias non fraudabo, sed esto, nunc vsq; etiam soporarię nominentur. Quis autem & positionis simul, et scissionis, totius q; in partes supra iugula distributionis ipsarum modus sit, nũc explicabo. Ferũtur sanè etiã nunc erectę, sicut à principio profectę fuerãt: [c] † ea vero, quę quasi trũcus ipsarum est, recta ad caput tendit, ac progerminationes quasdam paruas circa collum musculis, qui ibi sunt, effundunt. Vbi vero [d] † ad maxillã iam peruenerũt, vtraq; bipartito scinditur, atq; ita cum

πικρῶς acerbe amare.

A † in eundẽ pertingere locum. εἰς ταὐτὸν ἥκειν.

*B * ἄγνοιαν legisse videtur Felicianus. in græco tamen codice, ἄνοιαν habetur i. imprudẽtiam, vt alij vertunt.*

C † ipsarum autem veluti stipites recta ad caput tendunt. Græce ita, τὸ δὲ οἷον πρέμνον αὐτῶν, εὐθὺ τῆς κεφαλῆς. licet .n. Galeni verba vnũ esse carotidũ veluti stipitem innuere videãtur, tamẽ duo re uera sunt, cum & ipsæ duæ sint: ideo vitandi ambiguitatis gratia, stipites, aut trũci, vertendũ censeo.

D † πλησίον ἤδη γένεται τῆς γένυος.

A ita cum quatuor omnes effectę sint, duæ in linguã, & vniuersam faciem, & cæteras partes capitis, quæ extra caluariam sunt, discissæ sparguntur: duæ reliquæ per caluariam † discurrentes in cerebrum deueniunt. Atq; harum quoq; arteriarum meminisse opus est: non enim parua de ipsis restat disputatio: cum non simplici quodam modo, & ita vt incidit, in cerebrũ ineant, sed sub crassa membrana mirabilem illum contextum reti similem efficiant. Nunc autem neq; harum arteriarum, neq; alterius cuiuspiam naturã omnẽ, quæ ex dissectione percipitur, dicere mihi necesse est. Huiuscemodi siquidem pertractatio ad libros de vsu partium, & de dissectionis administratione magis est accõmodata. In præsentia.n.eatenus earum dissectionem persequor, quatenus ad cognoscendũ illud facit, ꝙ ex sinistro cordis sinu arteriæ omnes exoriantur. Maior igitur maximæ arteriæ pars in media spina non per dorsum tantũmodo, sed per lumborũ etiam totum spatium firmata est. Ea primas propagationes, vt superius dixi, per totum thoracem mittit: deinde vbi transuersum septum iam egreditur, ipsi quoq; alterũ par exhibet. Deinceps post primam ex ijs, quæ infra thoracem sunt, duplex arteria post ipsa statim præcordia ex ea prognata, quæ sita ad spinam est, in lienem, & ventrem, & iecur, & omnia intestina, totum q; medianũ dispersa fertur. Postea per paria iam procedentes, duæ multo maiores hac, quæ modo dicta est, ad renes, aliæ duæ B per abdomen, & lumborũ musculos, par vnum per singulas vertebras ad latum vsq; os deferuntur. Quin etiam & ad vterum, & testes inde descendunt. Quædam item impar ad medianũ abit. In interiorem quoq; ipsius dorsi medullæ partem exiguæ quædam arteriæ ex magna illa exortæ per totam spinam duæ per singulas vertebras ineunt. Posteaq̃ vero ad sacrum os magna arteria iam deuenit, inde in magnas partes iam scinditur, quarum singulæ in singula crura delabuntur, in transitu partibus, quæ circa os sacrũ sunt, vesicæ item, & inferioribus vteri, &, vt semel dicam, genitalibus omnibus membris germinibus quibusdam insertis. Nihil.n.opus est, neq; hic, vt distributionis earum modũ exactius explicem. Ex ijs arterijs, quæ ad crura deferuntur, vbi prope inguina iam deuenerũt, vna ad vtrunq; exoritur, quę in superiores partes corporis per abdomen ascendit. Hic autẽ vtræq; discissæ cum illis cõmittuntur, quę à mammis descendunt: ita, vt quatuor hæ simul vniantur. De his arterijs dictum mihi etiam superius est, vbi eas exponebam, quę per thoracem disperguntur. Reliquæ duæ crurum arteriæ singulæ per singula inguina delatæ in interioribus femoris partibus vsq; ad genu protenduntur: à quarum vtraq; in vtriusq; femoris musculos arteriæ discinduntur. Quod reliquum earũ est, per poplitem descendens, & in omnes tibiæ partes, & in pedem distribuitur. cuius distributionis modum neq; hic vlla necessitas est C explicare: sed satis ad rem est, si oẽs, quæ in animali sunt, arteriæ, breui oratione ex vna illa exoriri demonstrentur, quam ex sinistro cordis sinu, tanq̃ è terra truncũ produci asseruimus. Est autem quedã altera arteria, quæ ex eodẽ sinu exoritur venosa tunica, quæ in totũ pulmonẽ animalibus, quibus pulmo est, discinditur: ijs vero quæ pulmone carent, in eam partẽ, quæ pulmonis vicem obtinet, quemadmodum in branchias piscibus. Hanc arteriam parti ei stipitis plantæ comparare quispiam posset, quę sub terra obruta cõtinetur: quippe cum hęc quidẽ in eas, quę in pulmonem disperguntur, quasi in radices quasdam findatur: magna vero, quæ in totum corpus distribuitur, † quasi ramos arterias omnes per corpus diffundit, quas paulo ante cõmemoraui. Hac enim comparatione vsum Hippocratem sicut venarũ iecur, ita arteriarũ cor esse radicationẽ asseruisse existimo. Sed de hac similitudine in sequentibus latius dicetur, vbi de iecore & venis disputatio habebitur. Nunc enim ad demonstrandum & arterias omnes è corde exoriri, & nullam ex ipsis in neruum mutari, sed omnium neruorum originem è cerebro esse, satis hæc sunt.

† *transgressæ* διεξερχόμεναι

† *omnes, quæ in animante sunt, arterias veluti ramos à semet ipsa diffundat.* οἷον πτερκλάδως ἀποσμερίζειν ἑαυτοῦ ἁπάσας τὰς κατὰ τοῦ ζῶου ἀρτηρίας.

Aduersus Aristotelem, quod Cor non sit origo neruorum. Et qua ratione natura nerui sit dyudicanda. CAP. 8.

OMisso igitur iam Praxagora, qui falsa impudenter cõmentus est, rursus ad Aristotelẽ transeamus, qui ipse quoq; è corde exoriri neruos asserit. Confuse autẽ & indistincte de neruo- D rum origine ab eo dictũ bis est. Oportebat enim, opinor, vt, qui è corde produci ipsos diceret, is quo pacto in vnũquodq; animalis membrũ è corde neruus progrederetur, demonstraret: quemadmodum nos de arteria paulo ante fecimus: non satis esse existimaret, si absolute tantummodo hoc asseruisset. Vnde quod in tertio de partibus animalium scriptum reliquit, nullo modo conuenire Aristoteli videtur. Verba ipsa ascribam. Habet autem, inquit, & neruorum copiam cor: atq; id merito quidem. ex eo enim motiones existunt, quæ trahendo, & laxando perficiuntur. huiusmodi igitur ministratione & robore opus est. Quòd enim huiusmodi ministratione & robore illi corporis parti opus sit, quę principatum animę in se contineat, perspicuum vnicuiq; est. Cor autem eam esse partem non solum non demonstrauit Aristoteles, sed ne probabili quidem ratione vlla confirmauit: Nisi fortasse ꝙ neruorum copiam in se habeat, id satis argumenti esse opinatus fuerit, ꝙ origo neruorum sit. At eo pacto & manus & pedes neruorum originem esse existimabimus. Si enim satis esse opinemur, vt, qua multi nerui fuerint, ea in parte neruorum principium esse statuamus: nihil obstabit, quo minus membra hæc quoq; neruorum origines putemus. Simili modo quoq; reti similem contextum, qui sub crassa cerebri membrana conspicitur, arteriarum originem esse, non cor asseuerabimus: eo ꝙ innumerabilis arteriarum multitudo in ipso existat. Sed hęc ex superabundante probatione dicta mihi sint, ꝙ etiam si multi in

corde nerui apparerent, non propterea omnium, qui in corpore animalis sunt, neruorum prin- E
cipium id merito esset statuendum. quãdo vero neq; neruos multos habet cor, absurdior Aristo-
telis opinio euadet. In corde enim non nullæ quidem neruosæ discriminationes reperiuntur, † q̃
tñ nondum nerui sint. Id quod vel ex ipso Aristotele demonstrari breuibus potest. Ipse enim est,
qui nos docuit, vt ad operationem & vsum vniuscuiusq; instrumenti, nõ ad fabricã respiciamus,
cum quę nã sit eius essentia, cõsiderare volumus. Nam si de essentia oculi interrogemur, quid nã
sit, instrumentũ cum esse visiuum respondebimus. Non enim, ꝙ ex tot ac talibus humoribus, tu-
nicis, & membranis, & musculis certo quodam modo compositis constitutus sit, eam oculi essen
tiam esse vult Aristoteles, rectè admodũ sentiẽs, quemadmodũ etiam à nobis alibi demonstratũ
est. Nunc vero cũ ita opinetur Aristoteles, ad hoc nulla mihi esse opus demonstratione existimo.
Si enim aduersus aliquẽ alium disputationem instituerẽ, demonstrandum proculdubio mihi es-
se ducerem vnumquod q; membrum operationibus atq; vsibus, non corporis forma iudicari.
Quoniam vero cũ Aristotele mihi est res, qui multo prius, q̃ nos idẽ sensit, commemoranda tan-
tũ mihi ea sunt, quę ipse & in secundo de anima, & in libro de animalium partibus asseruit, dum
idem & diuersum instrumentum ex operationibus, non ex corporis specie iudicandum censet.
Si enim visiuum sit instrumentum, oculus est, etiã si diuerso modo & homo & cancer constitu F
tum id habeat. Si item sit ingressiuum, est crus, siue elephantis, siue capræ, siue ouis, siue hominis
illud fuerit. Quòd si hęc ita sese habent, iudicari à te neruus debet, ò bone Aristoteles. non ex cor
poris specie, sicut à plerisq; è vulgo, & inexercitatis in disputando solet, sed operatione & vsu.

† *Corr. melius non tamen iã etiam nerui* ἐμλωὶ ἤση γέ πω ϗ νεῦρα.

Quid differant neruus, copula, & tendo. *CAP. 9.*

TRia enim instrumenta sunt, quæ inter se corporis forma similia cum sint, operationibus &
vsibus non parum distant. E quibus aliud neruus, aliud cõpula, aliud tendo appellatur. Ac
neruus qdem è cerebro prorsus, aut dorsi medulla exoritur, sensumq; aut motum, aut vtrũq;, qui
bus inseritur, membris inducit. Copula sensu omnino caret: vsum vero eum, quem vel nomine
ipso præ se fert, exhibet. Reliquus tendo finis musculi neruosus est, ex copula & neruo procrea-
tus: quemadmodum & in libris de musculorum motione, & in dissectionis administrationibus
demonstratum à me est. Neruus præterea omnis teres exquisite est: tendones vero nõ omnes: &
item minus copulæ: pleræq;. n. ipsarum in membranæ speciem dilatantur: sed membrana omnis
tenuis planè, ac mollis: copula & dura & crassa penitus est: ac non nullæ quidem ex ipsis † nerui
chartilagineę & nominantur, & sunt. At neq; membrana, neq; neruus, neq; tendo in tantã duri
tiem vnquã venit. Sed ex neruis aliqui etiam molles admodum natura sunt, qui ad sensum tantũ G
modo sunt idonei: aliqui vero, licet duriores his sint, quantum ad corporis constitutionem atti-
net, longo tamen interuallo à copularum duritie absunt. Sic etiam membranæ, quãuis duritie in
ter se differant, longe à copulis distant. At tendones, cum ex copulis & neruis durioribus con-
stent, medij inter vtraq;, tanto neruis duriores, quanto molliores copulis, interiecti sunt omnia
autem tria hæc genera alba, & exanguia, & foraminibus carentia sunt, & quæ in fibras rectas re-
soluuntur, copulis tñ admodũ duris exceptis: quippe cum eæ in fibras resolui non admodũ pos-
sint. Si igitur nominare ita vis, quemadmodum Hippocrates, ‖ id quod sensum & motum exhi-
bet, neruum, aut tenorem, (vtrisq;. n. nominibus ille idem vocat) quod vero sensu vacat, copulã:
in quod musculus desinit, tendonẽ: cor non habere neruorum copiam euidenter demonstrabo.
Sin autem confundere appellationes vis, sicut pleriq;, qui post Hippocratem fuerunt, voca, si li-
bet, neruos omnia, modo triplici differentia distinguas, vt sensiuos, et voluntarios eos voces, qui
è cerebro & dorsi medulla exoriuntur: copulatiuos, qui sensu carẽt: & tertio loco eos statuas, qui
ex musculis in neruum abeuntibus prodeunt.

* σύνδεσμος, *quẽ alij ligamẽtũ vertũt.*

† νευροχονδρώδης.

‖ de Artic. sect. 1. t. 47. Et sect 3. t. 9. 35. & 36. Et 1. de arti. 24. Et sect. 3. t 30. & 45. 1. de art. t. 52.

In Corde copiam neruorum non esse, motusq; voluntarij Musculos esse instrumenta. Et præterea hac in re qua ratione fuerit Aristoteles deceptus explicat. *CAP. 10.* H

ATq; ita quoq; euidenter non habere cor neruos sensiuos & voluntarios magnitudine aut
copia alicuius momenti ostendam. Sed, sicut antea dictum est, paruus quidam è cerebro de
scendens in ipsum inseritur. Quid igitur est id, quod ab Aristotele dicitur, cum ait, habet autem
etiam neruorum copiam cor? Nam neq; mentiendi studiosus, neq; omnino dissectionis impe-
ritus vir erat: vt ipse quoq;, non secus ac Chrysippus, amicos mentientes sequutus esse existima-
ri possit. Vnde mihi quidẽ videtur, quæ ab Herophilo neruosę discriminationes appellatæ sunt,
eas ipse non neruosas, sed neruos prorsus nominasse: hę autem fines membranarum sunt, quæ
orificijs cordis adiacent: de quibus quidem Erasistratus exquisite, Herophilus negligenter scri-
psit: ipsis sis autẽ fit, vt hę mẽbranę cordi coniungãtur, ac copulentur: vsus enim eos, quos copu
læ, non quos nerui, exhibent. Sed si etiam neruos, & non neruosas partes esse has concesserit
quispiam, non necessario propterea sequitur, vt neruorum origo cor sit: cum nullum neruum in
vllam corporis partem ex eo ferri monstrare valeamus: sicut superius à cerebro, & dorsi me-
dulla ostendimus. Ac mihi profectò videtur Aristoteles, cum duo rectè statuisset, vnum, robore
quodam non vulgari ad voluntarias operationes opus esse alterum, nullum huiusmodi robur
cerebro inesse: tertio postea ex sensu assumpto, ꝙ copia neruosarum copularum in corde repe-
riuntur,

A riuntur, non amplius sustinuisse in particulari dissectione immorari, & quærere, quo pacto in singula corporis membra è corde neruus deueniat: sed quasi prorsus id consequatur ea, quæ dixi, asseruisse. Multas etenim huiuscemodi etiam apud medicos dissectorias sententias praue scriptas inuenire licet: qui, quod ex dissectione apparet, expectare noluerunt, sed ex consequutione quadam, quasi inspexissent, ita esse sperarunt. Sic quoq; mihi videtur errasse Aristoteles, cum duas sumptiones veras statuisset, tertiam vero probabilem, quæ prope ad veritatem accederet. Verum enim esse affirmo instrumētis, quę motura aīalis membra sunt, robore quodam esse opus, nihilq; huiusmodi è cerebro existere: in corde autem esse copiam neruorum, probabile esse, et non verū. Sed nos sanè instrumētum, quo animalis membra moueri debent, possumus demonstrare, quod ab ipso consideratione quidem satis perspectum, quia tamen ex dissectionibus inquirere id neglexit, † sensuum q; inuentionem recusauit, homini ignotū permansit. Nullus enim neruus eiusmodi est: sed qui nominantur musculi, illi sunt, qui neruos excipientes membra mouēt. Ac videtur quidem vectis cuiusdam vim habere musculus, quantum ad neruum spectat. Quemadmodū enim pondera, quæ manibus mouere non possumus, vectibus adhibitis moliri consueuimus: sic corporis membra cum neruis mouere non valeamus, ad ea mouenda musculos sumus conse-
B quuti. Neruus enim in vnoquoq; musculo in fibras dissolutus cum fibris copularum commiscetur atq; implicatur ita, vt ex vtrisq; vnum quoddam corpus neruosum conflatum è musculi corpore producatur, qui tendo dicitur. Ita enim non Hippocrates || tantummodo, sed Homerus etiā vocat. qui quidem tendo ex instrumentis exoriens extremæ illius vectis partis vicem obtinet, quę ponderibus admouetur. Neq; inueniri in corpore membrum vllum potest, quod ex nostra voluntate moueatur, cui musculus aliquis præpositus non sit, qui è cerebro neruum excipiat. Quicunq; autem hac de re certiorem comprobationem requirit, ei commentaria duo, separatim vtrunq;, conscripta à nobis sunt: alterum, quod de musculis omnibus agit, quæ q; vniuscuiusq; operatio sit, exquisite docet: alterum, quod neruorum in musculos distributionem omnem exponit. Quin etiam in dissectorijs administrationibus, & in libris de vsu partium latius de omnibus his à nobis pertractatū est. Quare nihil deesse iam amplius puto: sed & sibi, & omnibus ijs, quæ euidenter apparent, esse cōsentiens mihi videtur, qui cerebrum neruorum originem esse statuit. Atq; ita quidem arteriarum etiam cor esse originem demonstrauimus. Venarū autem esse principium iecur in sequentibus declarabitur. Hic igitur primo libro iam absoluto ad ea pertractāda in secundo mihi est transeundum, quæ ex ijs consequuntur, quæ in hoc fuerunt demonstrata.

*θεωρήματα.

† cod. impreßi ita habet δεῖν τοῦ τ' ἐκζευγνύντος τὴν διὰ τῶν αἰσθήσεων εὕρεσιν, ἄγνωστόν τε μεῖναι τ' ἀνδρί. In quibus sanè primis verbis mendū inesse suspicor idq; ita corrigendum existimo. διὰ τοῦτο ἐκζυγόντε &c. vt sit sensus ob id, inuētionē, quæ duce sensu comparatur, effugisse: atque viro incognitum permansisse.

|| de Arti. sec 1. t. 12. 7ª. 253. h. Et t. 52. 257. h. Et sect. 1. t. 5. 263. b

C

GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de Sumptionum fatuitate, quibus, Stoici, ac Peripatetici in probanda rationalis facultatis sede vtebantur. Ac ex dissectionibus functionum omnium principia docet esse dignoscenda.

Quid actum sit libro superiori, Quid hoc agendum. CAP. 1.

D CVm de Hippocratis, Platonis q; decretis tractare instituissem, principiū ab eo sumpsi, quod vi ac potestate primū est: ex quo cętera ēt ferè oīa particularia seq demōstraui. Id aūt erat, eæ, q̄ corpus nostrū regūt facultates, quot numero, quales q; singulæ essent, quem q; in aīalis corpore locū sibi quæq; vēdicaret: nihilq; huiusmodi in causa tā cauendū esse cēsui, q̄ ne quid poneretur, quod ijs, quæ euidēter apparēt, aduersaretur: perinde atq; illi faciunt, q vel nullum brutum aīal concupiscere, aut irasci, vel originem neruorum esse in corde asserunt. Cuiusmodi omnia arrogāter ab ijs hominibus fuisse cōficta satis constat, qui, vt nouam aliquam priuatam sectam constituerent, quæ à veteribus præclare dicta fuerant, labefactare, atq; euertere studuerunt. Hæc igitur atq; id genus cætera hominū cōmenta, & mendacia in primo libro refutaui. nunc ad alterum orationis illorum genus descendam: ac quàm manifestissime potero, quo nam modo etiam hac in parte errēt, aperire conabor.

Quàm fatuis & vanis rationibus vsus sit & Chrysippus, & reliqui, qui perperam de principibus animæ partibus senserunt. CAP. 2.

REctius fortasse agetur, si perspicuitatis gratia in huiusce libri initio distinguamus, quę nam rationum differentia ea sit, quibus illi, qui perperam quamlibet quęstiōnem pertractant, vti consueuerunt. Dico itaq; sumptiones, id est græce λήμματα, quas concludendi gratia assumunt, partim planè falsas esse, partim propositū considerationi minime accommodatas. Prorsus

*προβλήματα. problema.

falsę illę sunt, de quibus in primo libro fusius actum est: cum videlicet vel nullum irrationale ani- E mal concupiscere, aut irasci, sicuti Stoici, vel etiam ex corde oriri neruos, quispiam dixerit. Non accommodatæ rebus quę sint, abunde in commentarijs de demonstratione dictum est: in qui- bus † omnibus satis explicauimus qualis'nam sit via, ratio'q; demonstrandi: hortati'q; sumus in primo horum commentariorum libro, vt in ea se exerceat vnusquisq;, qui ad aliquid demōstran- dum animum adijciat. De qua quidem demonstratione optime à veteribus philosophis Theo- phrasto atq; Aristotele in secundorum Resolutoriorum libris scriptum esse affirmo: atq; ob eam causam precipue spero minime longam mihi cum illis de tribus animalis principijs futuram esse disputationem: vulgares enim & oratorias assumptiones reijciunt, ac verentur in demonstratio- nibus scientiam ingenerātibus assumere. Quibus tamen Chrysippi libri referti sunt: dum ad fi- dem sumptionum, quas ponit, faciendam interdum vulgares quoslibet, interdum poetas, vel ip- sam, si dijs placet, etymologiam, vel talia quępiam adducit: quę vt nihil conficiunt, ita incassum consumunt ac terunt tempus, nobis pimo reclamantibus, vnum'q; hoc probantibus conclusio nis sumptiones minime esse demonstratiuas: deinde etiam in certamen descendentibus, ac con- tendentibus vulgares, ac poetas nihilo minus, immo interdum amplius nobis, quàm illis, attesta ri ac fauere: neq; aliter, cum paulo liberius ocium nacti sumus, etymologiam quoq; ostendimus F non magis illis, quàm nobis, astipulari. Quàm vero arrogans testis sit etymologia, quippe quę & sępissime æque veritati contradicentibus, & non raro mentientibus magis, quàm vera dicenti- bus, attestetur, in alio tractatu, qui est de recta nominum ratione, à nobis demonstratum est: vbi Chrysippum falsa super hac voce ἐγὼ vti etymologia etiam probauimus. Sed quid opus est eadē etiam hic repetere? Chrysippo enim is mos est, vt bis, ter've, quin etiam quater interdū, & quin- quies, de eadem re diuersis in libris differat: id quod illis, qui temporis rationem habent, magno- pere cauendum est. Quæ tamen in primo de anima, cum † de principatu membrorum ageret, de voce hac ἐγὼ scripserit Chrysippus, exempli causa hic ascribam. Ita vero cum ἐγὼ dicimus, hac in » parte nos ipsos monstramus, vt nostram ibi esse mentem asseueremus: quasi proprie et natura du » ce monstratio illa huc deferatur. Quin etiam sine hac, quę manu fit, monstratione, nutu in nos » ipsos relato solemus vocem hanc ἐγὼ proferre: cum protinus talis sit naturæ, vt cum monstratio » ne, quam mox subscribam, pronuncietur. Ἐγὼ enim ita pronunciamus, vt in prima syllaba eius » proferenda labrum inferius in nos ipsos cum monstratione quadam deprimamus. Secunda vero » syllaba ita apposite ad menti motum, nutum'q; in pectus inclinatum, talem'q; cōmostrationem » subsequitur, atq; adiūcta est, vt nulla remotio ac separatio inde, quemadmodum in verbo ἐκεῖνος G » idest ille, appareat. Tota igitur hac oratione Chrysippus sicut nullam demonstratiuam sumptio » nem, qua probaret animę principatum in corde esse, assumit: ita duas ad propositam quęstionem minime idoneas in vnum complicat: alteram ab etymologia, quòd, cum ἐγὼ vocem pronuncia- mus, in prima syllaba, quę est ε, os ac mentum inferiorem in partem quasi ad pectus retrahamus: alteram, quòd pronunciando manu ad pectus admota nos ipsos significemus, cū dicimus, ad me hoc pertinebat, tibi hoc ego dico. Quòd vero nasum etiam attingant pleriq; homines, dum di- cunt, mihi hoc dato, ad me hoc pertinet, tibi hoc ego dicam, prorsus est oblitus. Atqui cum de vo ce ἐγὼ ageret, minime est oblitus ἐκεῖνος non à simili, sed ab eadem prorsus syllaba quę est ε, inci- piente. Debebat autem, opinor, quemadmodum de hac re meminit, nec tamen absurditatem dis soluit, ita etiam super pectoris monstratione de digiti ad nasum admotione mentionem non sup primere, atq; hic quoq;, si libuisset, insolutam dubitationem omittere: nisi fortasse quispiam opi netur simplicem per se prolatam Chysippi enunciationem demonstrationem esse. Quid enim inquit? Secunda verò syllaba ita apposite ad menti motum, nutum'que ad pectus inclinatū, ta- » lem'que cōmostrationem subsequitur, atq; adiuncta est, vt nulla remotio ac separatio, quemad- » modum in verbo ἐκεῖνος, appareat. Cum animaduertisset enim vocem hanc ἐκεῖνος ab eadem, qua H ἐγὼ, syllaba incipere, opus'que ea de causa esse, vt eandē quoq; pręse ferret significationem, in se- quentium syllabarum diuersitatem quęsiti solutionem reiecit: quę in hunc modum se habet: Di xerat secundam vocabuli huius ἐγὼ syllabam remotionem nullam significare: subiunxit id in κει syllaba accidere: quod quid aliud est, nisi sola ac mera enunciatio, quę nullam demonstrationem non modo certam, ac sciētię effectricem in se habeat, sed ne vsq; eò quidem probabilem, vt ad ora toriam, aut cauillatoriam, prope accedere videatur? Cur enim κει syllaba remotionem quan- dam potest significare, γω nō potest? non'ne demonstrationem huiusce rei afferre debebat? Cur etiam, si digitum ad pectus admouerimus, principatum animę ibi esse significamus: manu ad na sum admota id non fit? Nempe ęquum est, vt, si monstratio ipsa idoneum est argumentum ad principalis partis animę indagationem, haudquaquam ea in pectore valeat, in naso non valeat: sed eandem in hoc etiam vim habeat: vel si minus in hoc idonea est, neq; in pectore esse existi- metur. Quid est, quamobrem, cum in assensionibus annuimus capite, in quam partem incline- tur caput, in ea significemus animę principatum esse potius, quàm in ipso illo, quod mouetur? veri enim similius est, vt, quod primum in nobis annuētibus membrum moueatur, in eo animę principatum esse existimemus, quàm in alia quapiam parte, ad quam, quod mouetur, mēbrum

feratur

† græcus codex habet ἄπασιν. sed legendum censeo ἄπασαν, vt sit sensus. in quibus, vniuersam viam, rationem'que demōstrandi, qualis'nā sit, satis explicauimus.

† ὑπερ ἡγεμονικοῦ de principe animæ parte. vel de animæ rationalis sede præcipua, et principatu.

A feratur, atq; inclinetur: vt taceam de hominibus illis, qui cum assentiūtur, capite renuere consueuerunt: occurreret enim fortasse & diceret barbaros, sicuti in cęteris peiores ac stultiores grecis sunt, ita in hoc etiā errare. † Omnia igitur quęcunq; ad argumentationes spectant propositę rei minime esse consentaneas in libris de demonstratione ostendimus: propterea disserēdum de his fusius in pręsentia non est: sed ita moderandum in his perinde atq; illis quę ab etymologia fuerant petita: nam etiam de illis in libro de recta nominum ratione satis super q; disputatum est.

Inde Antiquos errasse, quod scientię effectrices sumptiones non distinxerint a dialecticis, oratorijs, & captiosis. CAP. 3.

QVoniam vero, quas debeamus propositę quęstioni idoneas sumptiones cōquirere, abunde in libris de demonstratione cum a veteribus obscurius paulo ac pressius, tum vero a nobis, qui illorum scripta exposuimus, illustrius ac vberius explicatum fuit, iccirco in pręsentia satis erit, † si vnum tantum ex commentarijs illis caput deprompsero, ad quod tanq̄ ad scopum omnis singularium indagatio dirigatur. Caput eiusmodi erat. Ab ipsa quęsitę rei substantia accōmodatas ad rem sumptiones esse ducendas. Verbi causa in his de quibus Chrysippus tractat, id est animę principatu, vt definitione rei, qua de cōtrouersia est, prius explicata, ea tanquā

B formula, ac scopo rerum omnium, quę sigillatim erunt dicendę, postmodum vtamur. Principatus igitur, vt ipsi ijdem volūt, animę est, vnde & sensus, & motus, qui per appetitionem fit, principium existit. Ex quo fit, vt qui cor in se eundem principatum habere conetur demonstrare, nō aliunde probare debeat quàm ex eo, quod omnis, quę per appetitionē fit, motionis origo in reliqua omnia animantium membra ex corde emanet, atque in id sensus omnis redeat, ac reflectatur: Quod vnde euidentius constare quam ex dissectionibus possit, non video. Nam si cor membris generatim omnibus & sensus, & motus facultatem suppeditat, ex eo cōceptaculum aliquod, ac meatus exoriatur necesse est, qua distributio illa fieri possit. Quare ex via ratione q; demonstrandi iam patet vtilius esse, vt dissectis animalibus ibi primum exploremus, quę nam sint eę, & quot numero partes quę a corde exeant, ac reliquis membris dispensationē illam procurent: deinde si tales ac tot esse constiterit, videamus qua sensus, vel motus, siue vtrunq; simul, qua q; aliud quid traducatur: atq; ita demum, quarum in animalibus cor facultatum fons existat, pro comperto habeamus. Quodcunque vero extra hanc viā inciderit, & superuacaneum, & alienum a proposito existimari debet. Atque hac potissimum ratione scientiam pariens ac demonstratiuum conclusionis assumptum ab oratorio, exercitatorio, & captioso distat, de quibus quidem nullam

C prorsus neque artem, neque meditationem a Zenone, vel Chrysippo traditam fuisse satis liquet. Vnde effectum est, vt in eorum libris omnis generis assumptiones confuse, nullo habito delectu commixtę sint: sæpe q; pręcedat, si ita inciderit, oratoris argumentatio, sequatur exercitatoria, ac dissertatoria, deinceps scientiam efficiens: postremo loco, si ita fors tulerit, captiosa collocetur: nempe quod ignorabant scientię effectrices sumptiones ad rei, de qua ageretur, substantiam referri, eum q; finem ac scopum habere. Ex reliquis igitur omnibus, quę extrinsecus petuntur, sumptionibus, eas quibus vtitur dialecticus tum ad exercitationem, tum ad sophistas coarguendos, tum etiam vt de adolescentis profectu periculum faciat, eius q; ex animo fœtum educat, atque ad inuentionem alicuius rei dubitatione aliqua oblata eum promoueat: eas inquam omnes siue dissertatorias, siue exercitatorias, siue locales, ac topicas, tuo arbitratu appelles licet. De nominibus enim parum laboro, modo distinguere eas ab ijs, quibus scientia comparatur, summo studio nitaris. Quę autem ab his etiam remotiores sunt, maxime q; exemplis, verisimilibus scilicet, ac ciuilibus rebus, inductionibus q; huiusce modi quibusdam, vel testimonijs nituntur, vtro libuerit modo siue probabiles, siue oratorias dicere, non magni faciendum, illud curandum, vt naturam ipsarum diligenter agnoscas. Longissime a rei, de qua quęstio fit, substan-

D tia absunt cauillatorię ac captiosę: de quibus vniuersis tractatum a veteribus sigillatim est, de cauillatorijs propositis, seu malis pronunciatis, seu propositionibus, seu sumptionibus, seu rationibus (nihil enim ad pręsens negocium interest:) in captiosis coargutionibus, quos elenchos appellant: de oratorijs, in artibus rhetoricis: de disceptatorijs, in topicis: de sciētiam facientibus in libris de demonstratione, quę videlicet secunda resolutoria ipsi inscripserunt. Quamobrē quicunque aliquid conatur demonstrare, debet is prius sumptionum ipsarum differentiam probe tenere, deinde multa diuturna q; exercitatione id assequi, vt vel si alius dixerit, ex quo quidque genere sumptum sit ex dictis, agnoscat: vel si nemo dicat, statim ipse ad quamlibet rem propositam accommodata possit inuenire. Atque vt vno exemplo complectar, quemadmodum in supputandi arte fieri consueuit, ita hic quoque faciendum. Supputator quis effici cupit: principio numeros omnes quos illi quadratos, vel parte altera oblongos nominant, ediscit. deinde non exiguum tempus in partiendi, & multiplicandi meditationem impendit. postremo quam paucissimis quibusdam regulis adhibitis iam ad quamlibet propositam summam subducendam idoneus euadit. Vnde non possum non mirari sæpenumero arrogantem istam vulgarium hominum sapientię opinionem: qui si forte proponatur, atticarum drachmarum quinque & viginti millium, sexcētarum, triginta septem, fœnus centesimum quod nam sit mēsibus quatuordecim

† omnes igitur argumentationes, quęcunque pugnantia sunt propositę rei &c. in gręco .n. cod. non ... legitur, sed ... legendū opinor, vt paulo post ex ipsomet constat Galeni, qui ... quod sit declarat.

† si vnum ipsorum ... & summarum memoriā renouauero, gręce est ...

* ... exercitationē Ander.

exactis,rem statim ad supputatores deferunt, planè conscij, propterea, quòd neque exercuerint, E neque didicerint quippiam,vt puto,nullam se huiusmodi supputandi peritiam callere: Demonstrationis vero vsum sibi temere arrogãt: quamuis neque ab alijs quicquam prorsus didicisse, neque per sese ipsi inuenisse,cum non quæsiuerint,certò sciant: præsertim cum, etiam si demonstrãdi viam aliquam didicissent,satis id non esset futurum,sed adhuc adhibenda fuisset proculdubio prius exercitatio. Siquidem neque oratores id satis habent,si,quo modo diuidẽda sibi vnaquęq; causa sit, arte didicerint: sed insuper ad artis pręcepta exercitationem quoque adiungunt. Vellem itaque qui se demonstrandi peritum esse ait, viam prius ac rationem qua ad demonstrationes tractandas vtitur, in medium afferret: deinde quàm exercitatus in ea fuerit, manifestaret. Nunc vero multos inuenias,qui quo modo syllogismi † qui ex tribus de modo propositionibus constant,qua item ratione,qui indifferenter concludunt,vel si qui alij tales sunt,vt prima vel secunda v tantur † positione,resolui debeãt,apprime sint exercitati. Sicuti videlicet & in alijs huiuscemodi,vt ex tertia,vel quarta positione syllogismo resoluant. Quanq; alio modo poterant, & breuius iuxta Antipatri traditiones id facere: vt omittã interim quòd tota hæc talium syllogismorum complexio nihil aliud est,quàm maxima inutilis rei curiositas: quod ipse etiam Chrysippus re videtur comprobare,qui in operibus & scriptis suis nusquam ad decreti confirmationem horum syllogismorum adminiculis indigeat. Quo modo autem internosci,ac distingui sciẽtiæ effectrices sumptiones à dialecticis,oratorijs,ac captiosis possint, neq; quicquam alicuius momenti tradiderunt Chrysippei, neq; aliqua ad id aliorum pręceptione vti videntur. Immo non erubescunt scriptis mandare,cor animæ principium esse eo argumento posse patere, quòd manum ad pectus cum nostri ipsorum commostratione adducamus: quod capite inferiorem in partem annuamus: quòd vocabulum hoc,ἐγώ,pronunciemus. Atqui monstratio ipsa nihilo magis in corde,quàm in naso & fronte,hæc enim interdum ab hominibus solent monstrari & nutus non minus in capite,quàm in pectore principem animæ partem esse significat. De voce vero ἐγώ quàm absurde adducta in argumentum fuerit in secundo de recta nominum ratione explicatum est. Quòd siquis exercitatione consecutus fuerit, vt sumptionum differentias & agnoscat, & inueniat,cum eo minime longa mihi opus erit disputatione: sicuti cum Peripateticis: quibus cum,q animæ principatus in capite, irascendi vis in corde, cupiendi in iecinore contineatur iuxta proprias ipsorum doctrinas mihi erit agendum. Contra Stoicos vero longa necesse est vti oratione, homines sanè sicut in friuolis, inutilibusq; logicæ contemplationis argutijs admodum exercitatos,ita in vtilibus & inexercitatissimos,& prauis quoq; argumentationum vijs assuetos,vt labor G mihi duplex subeundus sit, vt non modo, quid rectum bonumq; sit, doceam, sed etiam longe prius à praua consuetudine eos remoueam. id quod licet difficile factu admodum sit,non desperarem tamen confici posse, siquis ex ipsis esset, qui paulo vlterius vellet tractatui de demonstratione acquiescere,& iuxta eum tum audire,tum dicere citra vllam pertinaciã, benigneq; & amice conuinci pateretur: sed non patiuntur. Quin de proposita subinde re prius quærunt, quàm quomodo quæri debeat, statuerint. Vnde quæ nam amplius nobis spes reliqua esse potest,vt à falsis illis suis opinionibus homines retrahamus?

† *Quidam in græco legẽdũ putant.* οἱ διὰ δύο τροπικῶν ἢ τριῶν· *qui ex duobus conuersius, aut tribus &c. ita enĩ, quãquam minus latine,* τὸ τροπικῶν *verteri. alioud enim* τρόπος *apud stoicos erat, aliud* τροπικὸν, *quandoqide* τροπικὸν *apud ipsos erat, quod apud Peripateticos* συνημμένον *i. connexum. Vide Alex. & philop. in priori. resol. apud quos non nulla etiam ad hũc locũ pertinentia reperies.*

† θέματι. *quid sit* θέμα *vide apud Alex. in prio. res.*

Qua ratione scientiæ effectrices Sumptiones à cæteris dignoscantur. Vanam esse à membri situ sumptam ratiocinationem, Vocis principium in corde non esse. CAP. 4.

SEd quoniam non illos tantum, sed omnes alios docere constitui, qui tamen nondum prauarum rationum consuetudine vitiati, haudquaquam inemendabilem animi peruersitatem contraxerunt: incipiam rursus ad propositam materiam à principio demonstrare, quemadmodum scientiæ effectrices sumere aliquis possit,quæ veram demonstrationem constituant, sumptiones: qua item ratione has ab alijs internoscat: præterea sumptionum earum,quæ demonstrationem quidem,sed quæ videatur,neq; sit demonstratio,constituant,naturam in ipsa hac, quę in H manibus est,disputatione explicabo: quæ omnium horum inter se sit differentia, quoad eius fieri poterit, manifestissime,ac planissime dicturus. Cum itaq; excutienda de corde quæstio proposita sit, an in ipso animæ principalis vis existat, ex qua videlicet & sensus & quæ per appetitionẽ fit motionis origo in reliqua omnia membra diffunditur: sciendum est, omniũ earum sumptionũ quęcunq; ab ijs,quę in corde insunt,sumentur, duplicem futuram esse differentiam. Quæ.n. ex ipsa,quę in quęstionem venit,re sumpta fuerint, scientiam parient: cętera omnia in alterũ genus,quod scientiã parientibus adiacet,referentur: quęcunq; autem ab hominum opinionibus, vel vulgarũ,vel poetarũ,vel philosophorũ,siue ab etymologia aliqua, siue à nutibus, siue ab assensibus siue re quapiã alia huiuscemodi ducẽtur,tertij generis ea censebuntur, quę cum duplici interuallo ab his qbus scientia fit,distent,à captiosis non longe absunt,æquiuocis nominum cõmunionibus,verborũ q; figuris plerunq; cõstantia. Exordiendũ igitur ab ijs quæ cordi adiũcta sunt: de omnibus q; ordine prius per capita,& generatim,deinde etiã sigillatim & per species disserendũ est. In corde est situs,quantitas, nexus,formatio, dispositio & motus: à quorum primo, hoc est à situ incipiemus,quot q; inde propòsita exoriri possint aperiemus. Collocatum "cor est, si ad thoracem quidem spectemus, in media ferè parte: basis enim eius in medio prorsus totius thoracis

προτάσεις.

A.l.3.f.ri.t.i.c 1.fol.176.b

A thoracis sita est loco: mucro, inferior q́ pars tantum protenditur, quantum cordis magnitudo occupat spatij. Si vero ad totum †corpus, tanto à medijs partibus superius recedit, quanto ab vmbilici, quod exquisitissimum mediũ est, sedibus distat. Ad guttur quoq; vnde respiramus, ita apta positura eius est, vt per medium pulmonem ipsi annexum sit: à sinistro enim cordis situ quędam venoso corpore constans arteria exorit, quæ primũ in totidem, quot sunt pulmonis fibrę, scindit partes: quæ quidem partes postea in multas etiam ipsæ diuisæ portiũculas singulæ in singulas fibras distribuuntur, donec tota in illud officium arteria absumpta euanescat: cum cuius imis partibus quæ arborum germinationis in modum q́ plurimæ diffundũtur, asperæ arteriæ capita postrema cõmittuntur: quę quidem arteria eodem modo, quo venosa illa, in totum viscus diuisa dispergitur. Sanè ad pulmonem eo situ adiũctum est cor, vt ab ipso vndecũq; exteriore in parte cooperiatur. Cordis positura in hunc modum est, à qua sumi argumenta possunt, tum quantum ad totum corpus, ꝗ situm in medio fuerit, vt facultatum, quę ab ipso exeunt, in omnem corporis partẽ ęque fiat distributio: tum etiam quantum ad asperam arteriam, ꝗ per eam vocem emittat. Quin etiam siquis & vsum & actum spirandi cordi applicaret, non nulla etiam inde sumerentur argumenta. Pari ratione quoq;, qui nullum argumentum omittere vellet, ex eo quòd mediam pectoB ris sedem obtineat, haberet aliquid quod ad hoc probãdum facere posset. Nihil tamen ex his adhuc scientiæ effectiuum esset, neq; eiusmodi quod propositam rem demonstraret, donec per ea, sensus, & voluntarij motus in animalibus originem in corde esse, non efficiatur. Nõ enim necessario consequitur, vt cor omnium principium propterea sit, ꝗ in medio collocatum fuerit, quanquam ne id quidem, ꝗ in medio sit, verum esse conspicitur: siquis enim exactè rem perpendere voluerit, is inueniet vmbilici sedem medium in animali locum obtinere. Simili modo non est necesse, vt iccirco origo omnium quæ in animali sunt facultatum cor sit, quia in medio situm est pectore. Neque etiam siquis ita dixerit cerebrum in capite tanquam in arce magni instar Regis collocatum sensus omnes quasi apparitores et satellites habere circumiectos, quicquam is conficiet, vt ea in parte principatum animæ esse necesse sit. Nihil etiam probamus cum dicimus, quod in vniuerso est cœlum, idem in homine esse caput, ac propterea sicut illud deorum domicilium habetur, ita in hominis cerebro rationis sedem haberi debere. Quæ omnia licet ijs quæ de corde dicta fuerunt, longe sint probabiliora, non secus tamen ad exquisitæ scientię fidem faciendã idonea sunt, atque illa quæ de voce afferebantur, quòd à corde crearetur, atq; emanaret. Nam si demonstrationem aliquam super hac re nos doceant, libenter audiemus: si vero à positione ac situ C tantum sibi progrediendum censent, illud quidem vitio non vacat: cum eadem ratione tum pulmonem, tum asperam arteriam, vocis originem esse possimus asserere: atq; eo etiam probabilius, quo hæc vocalibus instrumentis quàm cor viciniora esse cõstat, siquidem primum ac proprium vocis instrumentum guttur est. Quod eo argumẽto patet, quòd si infra ipsum asperam arteriam incideris, vocale animal amplius non erit: libere tamen, & sine vllo impedimento anhelitum ducere adhuc valebit. Quòd si homo fuerit qui vulnus ea in parte acceperit, poteris ad loquendum eum inuitare: accinget se ille ad vocem emittendam, & loqui cupiet, nihil tamen nisi quandam cum sibilo expirationem audies: †quam, cum sine loquendi desiderio fit, exufflationem appellare consueuimus: nam in expirationibus extra quidem fertur spiritus, non tamen cum sibilo aliquo, }neq; profuse statim, sed paulatim egreditur. Iam vero cum animal ad vocem emittendam sese præparat, thoracis & abdominis musculi admodum in eo cõspiciuntur distendi, † ijsdem q́ ipsis videre licet prius tamen, quàm ex vulnere arteriæ læsio aliqua acciderit, guttur ipsum inflari, si paulo intẽtius vociferare voluerimus.} At vulnere affecta arteria, ad vocis expressionem & generationem labor omnis frustra suscipitur: cum exufflatio tantum illa sequatur, quam à simplici expiratione in eo discrepare docuimus, quòd hic cum sono simul atque impetu expulsus D spiritus exinanitur, ibi sensim & quiete exit. Vnde accidit, vt duplex error ab ijs committatur qui vocem ex corde oriri atq; emitti aiunt: vnus, ꝗ à positura eius argumentantur: alter, ꝗ ne ab ea quidem, ita vt debebant, progrediuntur. Nam & thoracis & abdominis, vbi quis vocem edere voluerit, musculi omnes distenduntur, intentionem motionem q́ illam neutiq; à corde consecuti: quippe ꝗ nulla noua atq; aduentitia ad id functione vti potuerit: neq; præterea cum ab inferioribus locis sursum ascendit spiritus, nisi prius temperetur, formetur q; à gutture, continuo vocis, sed, vt superius iam dictum est, exufflationis speciem adipiscitur: quod in tractatu de voce planius demonstrauimus: percutitur.n. à gutturis chartilaginibus perinde vt plectro quodam exufflatio hæc, atque ita in vocem euadit: tribus vero chartilaginibus, quæ à multis, varijs´que musculis mouentur, guttur ipsum cõstat. Quibus quidem de rebus, qua s. ratione & chartilagines ipsæ consistant, & musculi moueantur, sicut à me in proprijs libris satis explicatum fuit, ita ijs qui à positura tantum argumẽta accipiunt, nihil perceptum cognitum q́; est. Ex eo fit, vt postea mirentur, ac stupeant, cum nec opinato orationem illam, quæ ait à cerebro vocem creari, audierint: quod magis etiam faciẽt, si dixerimus omnes voluntarias motiones, musculorum officio procurari. Mirantur quippe, nos q́; incredibilium absurdarum q́; rerum assertores appellant: cum ipsi absurdiores ꝗ̃ nos in eo sint, ꝗ nos quæ oratione pollicemur, eadem possumus in animalium

† ζῴου, aial.

* Andernacus. Quin etiã καὶ μὴν δὴ.

† Ita potius. quam ἐκφύσησιν hoc ẽ exufflationẽ nominamus: cũ uero in expirationibus, sine loquẽdi desiderio spiritus extra fertur, nullo cũ sibilo, &c.

† Ita rectius. quos sanè, etiã ãtequam aspera arteria vulnus quodpiam acceperit, manifeste tẽdi uidere licet, si paulo intẽtius vociferari uoluerimus et c. Illud.n. verbũ τὸν λάρυγγα in cod. græ. procuildubio uacare credẽdũ est.

dissectionibus monstrare. illi nihil amplius habent quod dicant, q̄ propterea effici, vt ex corde E vocis originem esse credamus, quia cor iuxta guttur collocatum fuerit. Sed antepofuerunt isti certe compendiariam, planam q̃; discendi viam longæ illi atque asperæ: tametsi illa ad rem quam quærimus deducit, hæc plana & breuis longe à veritate aberrare compellit. Neq; quisquã ex ipsis adhuc fuit, qui equo animo vnq̄ adesse mihi voluerit, cum musculos omnes, ex quibus tum respiratio, tum vox efficeretur, illis vellem ostendere. quanq̄ non in his tm̄ precipua demonstrationis vis cõsistit. sed tertia hæc totius huius rationis pars est: musculi enim instrumenta quædam spirationis, vocis q̃; effectricia mouent, ipsi à neruis qui à cerebro diffundũtur motionẽ adepti. Quorum quidem neruorum, si vel laqueis constrictum aliquem intercluseris, vel etiam præsecueris: motu statim orbaueris musculum illum, inquem neruus ille pertingebat: membrũ q̃; illud quod prius, q̄ sectus neruus fuisset, à musculo eo motionis compos efficiebatur, immobile reddideris. Quicunq; igitur est non ficte cognoscendæ amore veritatis captus, ad me accedat euidẽter oĩa si modo integris illæsis q̃; sensibus p̄ditus fuerit, in ipsis animantibus inspecturus, Quòd & ab alijs instrumẽtis, alijs q̃; musculis, & neruis, lenis, minime q̃; coacta, & ab alijs violenta inspiratio fiat. Lenem & non coactã appello, quæ in bene valentibus, nulla q̃; vehementi motione agitatis cernitur: violentam autem, quæ tum in morbis nõ nullis, tum in exercitationibus paulo vehemen F tioribus accidit: in qua protinus oẽs etiam scapularũ partes simul attolli conspicies. Et quidẽ in expirationibus, prout duobus his inspirationum generibus correspondent, deprehendes aliorũ instrumentorum officio, & musculorum, & neruorum, lenem illam & paruam: aliorum, violentam hanc magnam q̃;, quam exufflationem nuncupamus, existere. His omnibus expeditis deinceps proprium vocis instrumentũ tibi ostendam: guttur inquã, & qui id mouẽt musculi: tũ musculorum neruos qui à cerebro descendunt: inde ẽt linguam: quod aliud, non vocis illud quidẽ, sed loquelę, siue locutionis, vtrouis modo appelles, instrumentũ est: musculos itẽ, & neruos à cerebro eò pertingentes: & demũ cõpluribus animalibus preparatis, id dabo operã, vt singula, q̄ superius diximus, officia, alia in alio desinere atq; interire videas, dũ singuli q̄ à cerebro emanãt nerui, p̄ciduntur. At vero desideret quispiã fortasse hoc loco audire quodnam sit propriũ operationum siue functionũ in animali, de quibus nũc agimus, instrumentũ: qui q̃; item musculi, q̄ motionem præstent, & quot numero sint, quamq̃; magni existãt, quo've situ dispositi habeant, quos preterea neruos, quot, quãtos q̃;, qua've ex parte à cerebro germinantes excipiant: quis deniq; sit modus quo ipsa, quæ à neruis agitationem recipiunt, instrumenta moueãtur. Sed quod superius etiam à me dictum est, ea scribendi ratio mihi non probatur, vt eadem sæpius iterentur. Siquis tñ G re vera studiosus, discendiq̃; cupidus est, habet is alia de rebus his omnibus à nobis cõscripta opuscula. Primum est de thoracis, pulmonis q̃; motu: ibi à thorace pulmonem moueri docuimus. &, cum dilatatione illa sua attollitur, aerem exteriorem attrahere, quæ inspiratio dicitur: cum contractione deprimitur, quem intra se continebat spiritũ, ad guttur, os q̃; ipsum elidendo foras rursus emittere: quam rem exspirationem nũcupamus. Alter subsequitur tractatus de causis respirationis: in quo de musculis omnibus, instrumentisq̃; quę à musculis mouẽtur, & neruis, q̄ vim illam animantẽ ad musculos à cerebro transmittunt, satis explicatum fuit. Tertiũ his annexũ est opus de voce, de q̃; musculis à quibus vocis instrumenta agitantur, neruis q̃; à cerebro ad hos pertinẽtibus. Quo circa id satis ad præsentem causam fuerit, si ita dicamus: Si spiritu qui in pulmone est, ab eo qui è corde exit, informato, sibi q̃; postea gutturis aerem conformante vox crearetur: ea nõ statim interiret, vbi vel colli, vel capitis nerui præcisi fuissent: multo minus etiã contuso cerebro, vel ad ventriculos vsq; vulnerato: siue etiam dorsi medulla intersecta. Nam si vel aspera arteria, quam λάρυγγα quoque græci appellant, vel pulmone, vel corde ipso affecto vox interire constaret, nihil sane mirandũ esset: quippe quę à corde etiam proficisceretur, ortum q̃; haberet: cerebro vero, neruo q̃; aliquo colliso ex ijs, qui ab ipso ad gutturis musculos tendunt, id accidere, quo tan H dem modo absurdum, atque ab omni ratione prorsus alienum non est, si nullum horum munus ad vocis generationem exigebatur? atqui contrarium atque illi statuunt, sensui patet. Si enim cor denudaueris, vt in superiore etiam libro à nobis dictum est, id q̃; ipsum apprehensum manu comprimas, ac collidas, non tamen ob id spiratione, aut voce priuari animal videbis: neque vel in vna aliqua motus, qui per appetitionem fit, functione impediri. Si vero cerebrum detractis ossibus aperueris, aliquem q̃; ex eius ventriculis compresseris: statim efficies, vt aĩal nõ modo mutũ, spiratione q̃; orbum, sed etiam omnibus prorsus sensibus, motionibus q̃; voluntarijs priuatum collabatur. Aduertendum tamen, id quod superius etiam admonui, ne simul, dum cor nudamus, adigendo cultro alteram ex thoracis cauitatibus vulneremus: quod si satis præcauerimus non tantum comprimere cor, vel collidere, vel tale quid facere nostro arbitratu licebit, verum etiam si totum auulsum extrahere voluerimus, non minore chirurgię fœlicitate id consequemur. Conspicitur quippe hoc in multis sacrificijs, quæ de more ita peragi consueuerunt, in quibus interdum victima erepto corde, aris q̃; iam imposito, cum respirare, & intente clamare, tum vero fugere etiam tantisper visa est, quoad per sanguinis profluuium conciderit. Quamuis quatuor maximis vasis diuulsis cito fiat, vt sanguine exinanita intereat. Quamdiu tamen vixerit,

A xerit, respirat, & vocem emittit, & currit. Quibus vero tauris, id quod quotidie videre licet, dorsi medulla, qua ad primam colli vertebram exortus eius atq; initium est, abscinditur, subito illi non modo nõ currere, sed ne digitum quidem progredi amplius possunt: cũ vnà cum incisione illa, et respiratio, & vox, quarum origo à superioribus partibus defluebat, cõtinuo euanescat: in quibus tamen videri potest cor vnà cum arterijs omnibus post ictum aliquandiu adhuc pulsare: quia videlicet pulsus illius principium à cerebro non est. Quemadmodum enim motiones hæ diuersæ sunt genere, ita neutra alterius principio indiget. Est q; cor proculdubio pulsuum, cerebrum voluntarij motus fons, atque origo: neq; vlla ratio afferri potest, quæ omnium in animali functionum, atq; operationum vnum tantum esse initium cogat. Qui enim constabit vel fieri nõ posse vt multa sint, vel non ita esse, quę apparent? Verum de hoc in sequentibus libris longior mihi cũ istis instituetur disputatio: nũc ad id, de quo modo dicebã, redeo: neq; spirationis, neq; vocis motus fabricatricem vim atq; originem in corde esse. Quamuis enim propter illud potissimũ fiat respiratio, non tamen ab illo fit: neq; idem est ab aliquo fieri quidpiam, & propter aliquid. Qua de re, hoc est de vsu respirationis, vnus à me peculiaris scriptus est liber.

Aduersus Zenonem, Diogenem Babylonium, & Chrysippum de principio vocem efficiente. CAP. 5.

B QVi igitur vocem, vel respirationẽ à corde proficisci opinantur, positurę vicinitate decepti sunt: ꝙ eos latebat nõ prorsus necesse esse, vt membrum aliquod principium illius sit functionis, iuxta quam collocatum cernatur. Sicut etiam illi, qui cerebrum aurium, oculorum, narium q; sensus, eo tantum ꝙ proximum est, principium esse censent, male argumentantur: quos situs quoq; in errorem traxit: immo nec situs, sed falsa potius ipsorum de sensu opinatio. Siquidem huiusmodi aliquo ad demonstrationes illas suas vtũtur pronunciato: Omnibus functionibus ex propinquis membris origo est: quod cũ pro vero posuerint, assumpserint q; alterum ex conspectioribus, patentibus q; ad sensum rebus, hoc modo: Cerebrum autem aures attingit: conficiunt postea ac cõcludunt, inde esse functionis ipsarum principium. Verum pronunciatum hoc, omnibus functionibus ex vicinis principium esse, neq; sensui, neq; intellectui euidens est: vt vel primum esse, vel ex sese adhibere persuadẽdi necessitatem possit.† Eadem ratione nihil conficitur, cum ex eo, quia vocis & spirationis mẽbra iuxta cor sunt, ex corde illarũ ortum esse dicunt. Conclusio itidem illa Zenonis, quæ à Stoicis in cœlum fertur, quam etiam Diogenes Babylonius ante omnia in libro de animę principatu retulit, non aliunde ꝙ̃ ex pronunciato

C isto, quod modo dixi, laudem illam, ac plausum sibi conciliauit. Quod euidentius patebit, si eam « hic adscripserimus: ad hunc enim modum est. Vox per guttur procedit: ꝙ si à cerebro procede« ret, non per guttur procederet: vnde autem oratio, inde etiam vox procedit: procedit vero à ra« tione & mente oratio: non igitur in cerebro mens est. Eandem conclusionem Diogenes non ijs« dem verbis interrogat sed ita: Vnde emittitur vox, inde etiam articulata vox: si articulata, etiam « significans: significans vero vox nihil aliud q̃ oratio est: oratio igitur inde quoque emittitur, vn« de & vox: vox autem non ex capitis sedibus, sed, vt apertum est, ex inferioribus emittitur. per ar« teriam enim sine dubio transmeat: neque oratio igitur à capite, sed ab inferioribus potius emitti« tur. Atqui illud quoque, orationem à mente proficisci, verum est: quippe cum nõ nulli etiam ip« sam ita definiant, orationem vocem esse significantem profectam à mente {& ratione} Alioqui « etiam verisimile est, vt à mentis notionibus informata, & quasi expressa oratio exeat, & tempore « intra cogitandi, & proferendi spatium porrigatur: efficitur itaq; vt mens etiam ipsa non in capi« te, sed in inferioribus & præcipue in corde collocata sit. Hæc Diogenis conclusio est, quæ contra ꝙ̃ Zeno fecit, verbis prolixe extendit: sicut enim in illa non nulla desunt necessaria pronunciata, ita in hac redundant quædam. Prius tamen, ꝙ̃ ipsas refellam, volo adhuc Chrysippi ẽt rationem

« D subiungere, quæ talis est: Conueniens sanè ac probabile est, vt ea sit præcipua ac dominãs animæ « pars, in qua notitiæ rerum imprimũtur, & ex qua oratio emanat: neq; enim alius orationis, alius « mentis, neq; alius vocis, alius orationis fons est: neq; in vniuersum atq; absolute alia vocis origo « est, alia præcipua, dominansq; animæ pars. Consentaneam quoq; his mẽtis diffinitionem illi as« signant, qui ita dicunt: mentẽ orationis fontem esse. In summa vnde oratio emittitur, illuc etiam « ratiocinationem, intelligentias, & meditationes orationis, vt dixi, fieri necesse est: quæ omnia in « corde fieri, cum ex eo & vox & oratio per guttur emittatur, perspicuum est. Non alienum prę« terea à verisimilitudine est, vt in quo, quę dicuntur, imprimi cõstet, ex eo quoq; exprimantur: vo« ces q; inde, quo prædictum est, modo efficiant. Atq; hę Stoicorum de voce cõclusiones sufficiãt: si enim omnes quæ ab alijs interrogantur, vellem deinceps ascribere: in immensam quandã prolixitatem excurreret volumen. Quin ne has quidem Chrysippi & Diogenis cõmemorassem, sed satis habuissem, si vel sola Zenonis à me fuisset excussa: nisi olim mihi cum quodã Stoico de eo « verbo /procedit/ orta esset disceptatio, quo in ratione illa sua Zeno vsus est, cũ inquit: Vox per « guttur procedit: procedit enim eo significato ego intelligi volebam, quo egreditur, vel emittit: ille, cum neutrum horum significari diceret, nihil tñ præterea habebat tertium, quod affingeret. Vnde coactus fui eo præsente locum hunc cum aliorum Stoicorum libris conferre, qui trãsumptum

† Hic non nihil deest i græco codice, quod asteriscus ostẽdit, quod coniectura supplevit Felici.

ptum id verbum in aliud immutarāt: posuerant q́ꝫ tum egreditur, tum emittitur. Quod cū Chrysippum & Diogenem facile modo ostenderim, non esse necesse amplius existimo, vt post hos aliorum orationes ascribam. Sed iam ad examinationē ascriptarum deueniam: exordiar q́ꝫ à Zenone, vt qui & huiusce de voce conclusionis, & totius Stoicorum familiæ pater, atqꝫ auctor extitit. Erit igitur primū huiusce conclusionis assumptum, verbo, procedit, in aliud euidentioris sensus gratia immutato, tale: Vox per guttur emittitur. tū alterū deinceps: Quòd si à cerebro emitteretur, non per guttur emitteretur. iam hoc non modo ex primo illo genere, quod demonstrationibus accommodatum esse dixi, non est assumptum, verum ne ex secundo quidem, vel tertio. in quarto enim captiosarum sumptionum ordine contineri manifestum est. siquidem vocabuli quædam figura subest spe †reprehēsionis eludendę callide simul & captiose ad ambiguitatē concinnata. Nam cum inquit, ꝙ si à cerebro procederet, vt ἀπὸ intelligatur, per guttur non procederet, vitiose & frauduleter ἀπὸ præpositionem apposuit. Duæ enim cum sint in istiusmodi orationibus certę, minime q́ꝫ ancipites prępositiones ab, id est ὑπὸ, & ex, id est ἐξ, neutram sumpsit. cū planius alioqui dicere ita potuisset. si ex cerebro ꝓcederet, per guttur non ꝓcederet. vel si minus placebat ex cerebro, à cerebro, quod est ὑπὸ, prorsus dicere debuisset. quę.n. per guttur emittitur vox profecto & ex aliquo quod est ἐξ, & ab aliquo emittitur: quod est ὑπὸ. ex aliquo puta vasa eā continente: ab aliquo aūt sicut à facultate et virtute quæ conceptaculo illi motum pręstat. Verbi gratia vrina p penem egredit͂, ex vase, hoc est vesica, q̄ superius paulo collocata est, à facultate quæ vesicam in se ipsam contrahit, & ita efficit, vt vrina exprimatur, emissa. ea vero prępositio ἀπό pro ex' ne an pro, ὑπὸ, assumpta fuerit, in dubio est. Quòd si pro, ἐξ, posita sit, vera erit oratio, si pro, ὑπὸ, falsa. illa.n. ita diceret: si ex cerebro emitteretur, nequaquā per guttur emitteretur. hæc sic: si à cerebro emitteretur, nequaquā per guttur exiret: cum ὑπὸ videlicet. Quę oratio q̄ falsa sit, non est opus, vt prius à me probet͂, q̄ꝫ illi responsionem conclusioni huic inuenerint: vrina per penem procedit: ꝙ si à corde emitteretur, id est, ὑπὸ, nequaquam per penē exiret. atqui à voluntate nostra emittitur (cum ὑπὸ intellige) non igitur in corde est voluntas. Similis de deiectione oriri potest interrogatio. siquidem ea quoqꝫ per sedē à nostra volūtate primum mouente emittitur, quę quidem voluntas profecto quemlibet pedis vel longissime ab ea distantem digitum statim mouet: neqꝫ vllum ex intercapedine, quin id q̄ꝫ celerrime fiat, impedimentum offendit. Nam siue in cerebro, siue in corde colloces voluntatē, vel cogitationē & mentem, vel quodcunqꝫ libuerit appellare (ad præsens enim nihil intersit) nullum prorsus temporis spatiū reperietur inter volendi digitum mouere, & ipsum mouendi actum intercessisse. Quod etiam in sensibus proculdubio euenit: in quibus vbi pupugit, vel vulnerauit aliquis nulla temporis mora est expectanda, ut animal sentiat: sed simul & ferrum incidit, et animal sentit. Cū Zenoni quoqꝫ et Chrysippo cum toto suo Stoicorum cœtu ita placeat, ut si sensus fieri debeat, motionem, quę à re quapiam extrinsecus membro fuerit oblata, ad principem usqꝫ animæ partem distribui ac diffundi necesse sit. Sicut igitur nullum, quod quidem sensu percipi queat, temporis momentum inter mēbri uulnerationē, aīalis q́ꝫ persensionē cadit: ita cum homo uel digitū, uel pedem inflectit, nihil interuenire fatendum est spatij inter id tēpus, quo uult, & quo mouet. Pari ratione neqꝫ inter urinæ excretionē, atqꝫ faciendi uoluntatē quicquā erit interponendum. Simul enim atqꝫ animæ principalis pars ita uoluerit, statuerit q́ꝫ, confestim sensuū instrumēta in officio sunt. Quo igitur modo ò sapientissimi illud soluemus, Si à corde emitteretur urina, per penem nō excerneretur? quam enim solutionē attuleritis, ea nos quoqꝫ uti poterimus. Verum in disputationibus istis uestris iure potest aduersarius urgeri ac cogi, ut soluat. Hic nō ita: sed præstat ut nos dissolutionem quoqꝫ addamus. Præsertim cum nihil in se habeat reconditi, nihil prolixi, nihil difficilis: imo prōpta, patentia q́ꝫ oīa sint. Nihil obstat (ita enim iam soluemus) quin per penem excernatur urina, cum origo motus, quo uas continens contraheretur, à principali animæ parte fuerit immissa. Siue cerebrum deinde, siue cor animæ principatus sit, id iam ad præsentis rationis solutionē nihil referre arbitror. nam si cerebrum erit, inde origo motus, & ad urinā, et cibi excrementa emittētia, & ad crus, & pedē, & digitos mouētia instrumēta descēdet: si cor, à corde simili modo. Sic quoqꝫ licet uox p guttur emittatur, nihil, ut puto, est, cur cerebrū motionis, q̄ gutturis officiū antecedit, causa atqꝫ origo esse nō possit. Relinquitur igitur adhuc sicut à principio res quæsita in paribus mometis: ut nihilo magis, quod quidē ꝑcipiatur, in alterū dogma declinet. Nam queādmodum de uesicæ, ac sedis motionibus incertum adhuc restabat ad utrum, cerebrū' ne, an cor earū principium referri deberet: sic de uoce & spiratione eūdem in modū dubia adhuc res est, utri uisceri ducatus sit demandandus. Sed ut superius iam dictum est, positurae uicinitas utrosqꝫ decepit: quæ sumptionū scientiam ingenerantium, atqꝫ ad demōstrationē accōmodatarū speciē obtulit, cū lōge aliter ueritas sese habeat. Quippe et ille qui oīum principiū cor esse statuit, non ita ὀbseruat in oculis uicinitatē, ut eos, quāuis uicini nō sint, à corde tanꝗ à fonte quodā sensum, & motū hauri re non asserat: & q cerebro principatū tribuit, non ab alio quopiā mēbro spirādi instrumentis, & uocalibus motionem suppeditari ait, sed illud ipsum sicut cæteris, ita is quoqꝫ motus uolūtarij auctorē esse. Hinc fit, ut ea quę in præceptis de demōstratione generatim tradidimus, in quacūqꝫ rerum

Marginalia: †redargutiōis effugiēdæ, ἀπὸ ὀρεγαδῶς τὸν ἔλεγχον.

Marginalia: * verebitur, Ander. et sanè melius, nam i græ. ἐυ λαβηθήσεται legitur.

Margin letters: E, F, G, H

A rum materia sigillatim vera esse reperiantur. Non enim, ab omnibus quæ propositæ rei insunt sumi veræ assumptiones possunt, sed ab eo tantum, quod rei quæ in quæstionem venit, coniunctum est. At Zeno, & Chrysippus, & Diogenes, alij q; omnes Stoici, etiam si millies conclusionis illius suæ fiducia reclament, ac repugnent, nunquam tamē inuenient, qua ratione errores qui in illa commissi sunt, valeant excusare: cuius quidem secundum assumptum, si tamē exacte, si plane, si distincte fuisset dictum, in secundum genus tandem reducebatur: quoniam vero figura vocabuli versute ambiguitatem in se contraxit, quarti generis hac de causa censetur. Quod si cauillum probe aduertens Zeno volens, sciens que id assumpsit, sophista potius, quam philosophus: si ignorans, eo est imprudens vsus, in logica disciplina minime exercitatus est existimandus. Nobis certe danda est opera, ne vnquam vel eiusdem modi rationibus scientes vtamur, hominis enim hostis planè veritatis fallacia est: vel in eas, quod imperiti atque inexercitati habetur, inscientes incidamus: Æquè absurda quarta sumptio est, vbi ait, Oratio à cogitatione & mente procedit: vt ἀπὸ sit, nam oratio hæc, quæ vox significans est, quamuis à cogitatione cum ὑπὸ præpositione, sicuti alia omnia per voluntatem effecta, emittatur, non tamen ex ea, sed ex gutture egreditur: nec prius etiam quàm per voluntatem fingatur, spiritus ille ascendens vox est,

B sed materia, vt diximus, quædam voci accommodata, quam exufflationem appellamus, ex pulmonis asperis arterijs emissa, quarum profecto nulla cor attingit. Zeno igitur siue sciens, siue imprudens id fecerit ambiguo illo verbo vsus in quartum sumptionum genus incurrit. Diogenes vero plerunque in secundum, semel etiam ipse in quartum delapsus est. Cum enim inquit: vnde vox emittitur: & item: vox autem nō ex capitis sedibus, sed, vt apertum est, ex inferioribus emittitur: ex secundo genere argumentorum propositiones sumit: vbi vero orationem à mente emitti ait per ἀπὸ cum per ὑπὸ à mente dici debuisset, iam in quarto genere versatur. Quapropter huius errorum eadem poterit esse reprehensio, qua contra Zenonis conclusionem vsi modo superius fuimus. Neque dissimile in Chrysippo negocium erit: nam cum dicat ex qua oratio emittitur, eam esse dominantem animæ partem: castigabimus ita orationem, & dicemus: à qua oratio emittitur, illam esse dominantem animæ partem, id est cum ὑπὸ & non ex qua. Eadem ratione vbi inquit: in summa vnde oratio emittitur, illuc etiam ratiocinationē fieri necesse est: non vnde dicemus, sed à quo membro (ὑπὸ intellige) oratio emittitur, circa id etiam & in eo ratiocinationem fieri necesse est: cōstat enim illuc pro illic Chrysippum posuisse: quod idem est quod in illa parte corporis: neque credendum eo aduerbio, illuc, in illam partem eum voluisse intelli-

C gere, quamuis, illuc, in locum, illic, in loco significet: sed existimandus potius est Chrysippus in voce solœcismum commisisse, quàm ita prorsus sensu carentia pronunciasse: quippe cum hoc satis illi familiare sit, fere que in singulis orationibus accidat, illud, sensu carentia vt loquatur, minime consuetum: licet enim aliquando falsa, sicut hac in oratione, non tamen sensu carentia dicit: cum falsum ab eo quod sensu caret, quàm plurimum distet. Quando igitur vero propius est, vt illuc pro in illo membro dictum à Chrysippo sit, in græcam elocutionem mutata oratio, talis euadet: vnde oratio emittitur, illic etiam ratiocinationem fieri necesse est: hoc est in illo membro: quod tamen planè esse falsum asseueramus: neque enim siquid per voluntatem ex aliquo emittitur, id continuo ea in parte cogitationem esse ac mentem ostendit. Quemadmodum neque vrina, neque sputum, neque mucus, neq; stercus id facit: Patet iam hoc fuisse quod Zenonem primum, & eum quidem maxime, deinde alios Stoicos errare compulerit: nihilo minus etiam Chrysippum, in hac præsertim, quam superius scripsimus, oratione. Nam in alia quam non admodum multo post hanc scripsit, verum fateri coactus est: coactum esse propterea dico, quia cum rationem alterius minime veram vellet refutare, deinde aduertisset genus illud contradictionis non minus contra se quoque inferri, propriam tamen, vnà cum aduersarij ra-

D tione subuertere non dubitauit. Sanè debuerat vel hæc, vel illa non scribere, præcipue cum ita inter se sint vicina: nam si hæc vera est oratio, illa proculdubio vera non est: si illa vera, falsa hæc. Nos tamen vtpote in scientiam parientibus disciplinis exercitati agnoscere, & discernere veram & falsam facile possumus: inexercitatis creari dubitatio solet, & ea quidem non parua, vtrā illarum admittant. Subscribam ipsa quoque verba, quibus Chrysippus priorem rationem probat non esse demonstratiuam, in hunc modum. Ita est, vt disserui plura cum ipsis: postremo ab ipsis quæremus, nunquid, si etiam datum fuerit à capite eos prouenire, principium esse ad prædictas partes necesse sit: ferè enim quæ quispiam dixerit de eo, quòd è pectore per guttur vox feratur, origine quadam à capite accepta: eadem quoque dici poterunt si principatus in corde fuerit, & motuum initium à capite existat. Quod Chrysippus his verbis sibi vult, id tale est. Quamuis concesserit quispiam caput originem neruorum esse, non tamen in ipso principatum esse prorsus etiam dabit. Quæ enim illi possunt de voce afferre, quòd è pectore per guttur emittatur, originem functionis capite membris suggerente: easdem quoque de neruis nos possumus dicere, quòd à capite orti, tamen à corde operationem functionem que adipiscantur. Chrysippus igitur iam confessus est fieri posse, vt è pectore per guttur emittatur vox, licet caput partibus his motionem præstet. Quare non debet ea ratio quasi demonstratiua, vt plerisq; Stoicis videtur,

Verba Chrysippi mendosa sunt in græco impress. cod.

tur, amplius adhiberi: cum alioqui à situs vicinitate, vt dixi, progrediatur. Quin etiam putandum est deesse conclusioni Zenonis ad absolutam perfectam'q; interrogationem, sumptiones quasdam: quod euidentius demonstrabitur, si lucidius planius'q; sumptionibus mutatis effabimur: vt cõclusio talis efficiatur: Vox per guttur emittitur: quod si à cerebro emitteretur, per guttur non emitteretur: vnde autem oratio, inde & vox emittitur: emittitur vero à cogitatione & mente oratio: non est igitur in cerebro mens. Primum assumptũ ex euidentibus, patentibus'q; sensui est, vt probatione nulla indigeat, cum omnia sensui exposita ex se probata satis sint: secundum neq; sensui neque intellectui euidens est, cum neq; ex primis pronunciatis principium habeat: siquidem ita interroganda conclusio fuerat, vt ex primis ac demonstratiuis exordiretur: Vox per guttur emittitur: at omne quod per aliquid emittitur, ex continentibus illi ac proximis membris emittitur: non est autem continens gutturi cerebrum: è cerebro igitur non emittitur. Post hanc conclusionem altera interrogatio erat struenda, quæ cõclusum assumptum fecisset, huiusmodi: Vnde vox emittitur, inde etiã significans vox, hoc est oratio: emittitur autem ex mente oratio, non ex cerebro: non est igitur in cerebro mens. Hoc modo à Zenone interrogãdæ erant conclusiones, vt vel nulla sumptio prætermissa, vel nihil redundãs ac superuacaneum admissum foret. E

Quãquam etiam pressius interrogare licet, si vtrasq; rationes in vnam contraxerimus, ita: Oratio per guttur emittitur: at omne quod per aliquid emittit̃, ex continentibus illi mẽbris emittitur: quare etiam oratio ex continentibus gutturi partibus emittitur: cerebrum vero gutturi nõ est continens, non igitur è cerebro oratio emittitur: †sed è mente,} non itaque in cerebro mens. Possumus tamen & dominantem partem loco mentis ponere, & principatum, & præsidentem, & ducem, & imperãtem, & principem: nec secus ratiocinantem, intelligentem, vel cogitãtem licet appellare: nihil enim interesse existimandum est in nuncupationibus, modo subiecta res eadem seruetur. Si omnes ita rationem hãc interrogassent, neq; vel maxime necessariam sumptionem omisissent, quæ explicat, oẽ quod per aliquid emittatur, ex continentibus coniunctis'q; illi membris emitti: vel minime necessaria non frustra addidissent: deprehensum sane esset, rationem hãc à positura profectam ad propositam rem demonstrandam minime esse accõmodatam. Nam si in ea sumptione, quæ ait, à mẽte (ἀπὸ intelligas) orationem emitti, ex præpositio fuisset collocata, falsum esse affirmassemus: siquidem non è mente, sed à mente ipsam emitti dicimus, cum ὑπὸ. Si vero ἀπὸ præpositionẽ pro ὑπὸ intelligamus, vt sit tale assumptum, Oratio à mente (id ὑπὸ est) emittitur, veram quidem esse assumptionem, nihil tamen conficere aut cõcludere rationem fatebimur: cum non eodem modo omnes propositiones fuerint interrogatæ, sed aliæ ex aliæ ab habeant. F

Margin: †at è mẽte, seu *cogitatione, emittitur.*

Quod si omnes vno modo interrogentur cum ex præpositione, in prima mendacium erit: cum ὑπὸ, veritas quidem in prima, sed vniuersalis, quæ prætermissa ab illis fuerat, itidem'q; singularis, falsæ ambæ euadent: vniuersalis ita, Omne quod per aliquid emittitur, à continẽtibus illi membris emittitur: singularis, oratio à gutturi continentibus partibus emittit̃: per ὑπὸ vtraq;: cum non à continentibus per ὑπὸ, sed ex continentibus vere dici possit. Aperte iam declaratum puto, illos primã propositionem captiose et sophistice, si scienter: si imprudenter, imperitia artis pretermisisse. Proinde fallunt auditorem, quippe qui exacte, vtra vera sit sumptio, quę cum ἐξ, an quæ cum ὑπὸ, interrogetur, discernere nequeat. Prorsus enim sumptionem ad verbum præsertim nullam dicunt: ea postmodum ad constituendam rationem quasi iam dixerint, vtuntur: nam ea, si à cerebro emitteretur, nequaquam per guttur emitteretur, prætermissæ sumptionis vi vera esse existimatur, atq; apparet. Ratio itaq; Zenonis in hoc secũdo quod modo retuli assumpto, omnia peccare conspicitur: primum ꝙ ἀπὸ prepositionem in ipso collocauit, cum vel ἐξ, vel ὑπὸ, debuisset: deinde quia præcipua quæq; prætermisit, tum vniuersalem hanc, Omne quod per aliquid emittitur, ex cõtinentibus illi partibus emittitur: tum singularem propositionem, Vocẽ & orationem ex continentibus proximis'q; gutturi partibus emitti. G

Iam vero his ita distinctis, si cum ἐξ præpositione omnes interrogẽtur sumptiones, falsa erit quę orationem ex mẽte emitti affirmat: si cum ὑπὸ, & vniuersalis superius commemorata, Omne quod per aliquid emittitur, à continentibus illi membris emitti, & singularis ea, Orationem à gutturi continentibus partibus emitti, ambæ mentientur. Si vero mixtæ interrogationes fiant, vt aliquæ sumptiones prorsus ἐξ, aliquæ ὑπὸ tñ, recipiant, vt hæc, Oratio à mente emittitur: in sumptionibus quidem nihil habebimus quod reprehendamus, totam tamen rationem nihil conficere asseremus: cum propria conclusionis proposita inter sese applicari amplius non possint. Alterum enim ex ipsis, tale est: Oratio à mẽte emittit̃: alterũ, Oratio è cerebro nõ emittitur: atqui oportebat vt ambo vel cum ὑπὸ præpositione, vel cum ἐξ, interrogarentur, si commune vtrisque aliquid, quod effectum cõclusione esset, erat inferendum. Plura de rationis huiusce prauitate addidissem, nisi etiã Chrysippus, & eius absurditatem agnouisset, & modũ assumptionis in ea, quam modo recitaui, oratione patefecisset: cum diceret fieri quidẽ posse, vt ex pectoris partibus emittatur oratio, & caput tñ ipsis initium motus præstet: sicuti quoq; vt nerui exortum è capite habeãt, initio facultatis motricis à corde accepto. Quod quidẽ recte ab eo dictũ esse patet: ac propterea magis reprehensione dignus est, ꝙ cũ veri naturã cognouerit, eo nõ vtatur: sed aliunde argumenta adhibeat H

Margin: *nunc vuvi.*

ta adhibeat à positura sumpta: atq; illa precipue, quę poetę, vulgus, etymologia, reliquaq; huiuscemodi suppeditauerint, praue admodū: cum rectius debuisset demōstratiuę artis sumptionibus seruatis discussionem rei, ac iudicium a sensibus petere: sed bonus ille quasi non ex sciētia, sed forte casu q; verum dixisset, a quæstione ipsa longe recedens poetarum testimonia producit.

Qua ratione per dissectionem Principium vocis, & reliquarum actionum dignoscendum. CAP. 6.

QVod igitur Chrysippus vidit quidem, sed nulla est postea cōclusione persecutus: id in præsentia mihi addendum, atque explicandum puto. Quoniam fieri potest, vt, licet omnium neruorum origo cerebrum sit, vim tamen, facultatem q; sentiendi, ac volendi à corde accipiat: simili etiam modo, quanquam ex thoracis partibus oratio emittitur, nihil obstat, quin motus ipsius origo a cerebro descendat: quærendum deinceps restat, neutrum ne alteri, an alterum alteri facultatem aliquam, ac virtutem impertiat. Quæ in hunc modum pertractari quæstio optime poterit: si principio in animalium dissectionibus diligēter explorauerimus, quæ & quod sint ea, quę cerebrum cordi coniungunt: deinde vbi id patuerit, sigillatim his ipsis ad collum vel præsectis, vel collisis, vel laqueo interclusis animaduerterimus, qui animalibus affectus ex ea re casusq; accidant. Cor cerebro tria vasorum genera connectunt, ex ijs quidem, quę toti corpori communia habentur, venæ, arterię, nerui: venæ, quæ iugulares appellantur: arteriæ, quæ carotides, quasi tu soporarias dicas, nerui, qui his arterijs annexi, atq; associati sunt. Iugulares tamen venæ & soporales arteriæ non sunt simplici absolutoque modo, quemadmodum nerui, præsecandę: peribit enim statim animal immodica sanguinis profusione enectum: sed melius est, † vt prius animalis collum tum superiore, tum inferiore parte laqueis duobus arcte constringamus, deinde inter laqueos partem in medio acceptam præcidamus: vt nullum sanguinis profluuium inde consequatur. Neruos siue collidas, siue laqueis, aut digitis comprimas, siue seces, ex his omnibus læsionibus vnum eundum q; casum accidere animali conspicies: mutum quippe statim efficietur: nulla que alia functio neque tunc illico, neque post aliquanto noxam aliquam contrahet. Si vero arteriæ vel interceptæ laqueis, vel eo, quo dixi, modo abscissæ fuerint, animal neque mutum, neque sopitum euadet: id quod plerique, qui post Hippocratem dissectione male vsi sunt, memoriæ prodiderunt: sed tantum efficietur, vt omnes, quæ supra vulneratas partes fuerint, arteriæ penitus pulsu omni priuentur. Venis vel laqueo comprehensis, vel, qua docuimus, ratione præsectis functionem euidenter interire nullam deprehendes. Ex his ita sensui expositis ratiocinari facile possumus neque cor ad pulsuum motum cerebri opera aliqua indigere, neque cerebrum cordis, vt & sentire, & per voluntatem fungi officio suo animal queat. Cor enim ad propriam motionem cerebro non egere, vel inde perspicuum est, quod si antedictæ venæ, arteriæ, nerui, laqueis intercipiantur, nihilo minus tamen adhuc cor ipsum pulsat, nec non omnes per totum animalis corpus distributæ arteriæ ab eo officio non vacant: solæ enim supra laqueos extantes pulsum amittunt, inferiore earum parte vsque ad cor quamuis perpetua, tamen, vt aliæ, adhuc palpitante. Quin etiam cerebri facultatum primam originem non esse in corde, cognoscere ex eo licet: quod cum ijdem nerui vel præciduntur, vel laqueis comprimuntur, mutum animal tantum redditur: inspirat, & expirat nullo oblato impedimento, vtroque eo, quem superius diximus, inspirationum & expirationum modo: iam in quattuor membris, hoc est brachijs & cruribus, functio omnis adhuc, quemadmodum antea, extat: audit etiam, & videt, reliquis que omnibus sensibus integris fungitur: sola enim animalis, vt dictum est, vox interit, si nerui, qui arterijs annexi sunt, præsecentur. At enim Medici & Philosophi illi, qui ex supradictarum arteriarum vel præsectione, vel coarctatione sopiri animal opinabantur, atque inde argumenti conclusione sumpta conficiebant, cor esse, quod sensum motum que cerebro suppeditaret, errasse in horum, quæ oculis percipiuntur, experientia sunt existimandi: licet, quæ ex positione hac consequebantur, optime viderint. Nemini enim dubium est, quin si ex ea re sopitum animal re vera fieret, quod verbum illis, sensu motu q; orbatum significat: necessario consequeretur, cor esse, quod primam & sensus & motus originem cerebro præstaret: licet cerebrum in totum corpus per neruos vim eam postea distribuat: vt quasi magni Regis præfectus secundam quandam, non principalem originem obtinere videatur: demonstratum siquidem in superiori libro est, sicut arteriarum cor, ita neruorum originem cerebrum esse: Efficeretur itaque, si verum esset, quod dicunt, cerebro animalem vim a corde per arterias suppeditari: sed verum non est. Quin de euidentibus, quæ in dissectionibus extant, mentiti esse deprehenduntur: nam animal nec neruis quidem sectis, nedum arterijs sopitum efficitur: sed si nerui ledantur, obmutescit: si arteriæ, nequaquam id fit: si venæ, multo etiam minus. Plerique vero & Medici & Philosophi vna cum arterijs neruos etiam vinculis constringebant: atque inde cum vocem illico concidere animali viderent, arterijs ascribendam noxam illam censuerunt: soporem q; appellarunt, non recte: nisi velint fortasse obmutescentiam soporem nominare: licet, quantum ad hoc attinet, in nomine tantum errasse viderentur: sed in re ipsa peccant, cum ex arteriarum læsione mutum euadere animal opinentur.

† Ita rectius. ut eas primū in superiore, tum inferiore colli parte laqueis etc.

Aduersari

Aduersari sibiipsi Chysippũ, quod modo incertã rõnis ac metus sedẽ, mõ eã sensu patere affirmauit. CAP. 7. E

VIdeor iam mihi quæstione hac, vtrum à corde cerebro, an à cerebro cordi facultas ac vis aliqua suggeratur, explicata, id absoluisse, quod Chrysippus faciẽdum monebat. Ipsæ vero eo neglígentior in rei inuestigatione haberi debet, ꝗ cum viam, qua res quæsita persequenda erat, videret, ea minus vti postea voluit. Grauius tamen crimen illud est, ꝗ eodem in libro nec longo interuallo repugnantia inter sese scribere veritus non est: qui cum superius tanquam demonstratiuam Zenonis rationem attulisset, paululum progressus eiusdem solutionem quoque ostendit. Quanquam alias quoq; contrarias ac pugnantes Chrysippi sententias deprehendo in eadem hac ipsa de animæ principatu tractatione: in cuius principio, quibus in animalis membris partes aliæ animæ collocatæ sint, constare inter omnes asserit: de sola principali quæstionẽ esse, eo ꝗ nullum huiusce rei sensum, neq; euidens argumentum habeamus: non multo tamen post de hac quoque parte, quasi manifesta res sit, ita disserit. Verba eius hęc sunt. Ita sedes ipsa cognitionem nostram » videtur refugere, cum neq; vllus sensus huiusce rei extet, sicut in reliquis: neq; argumenta aliqua » certa sint, quibus ratiocinando confici hoc possit: nec enim alioqui in tantam tum medicis, tum » philosophis controuersiam res venisset. Hæc cum prius dixisset Chrysippus, postea ait, omnes » homines mẽtis affectuum in thoracis præcipue, & cordis partibus sensum percipere: in hunc mo E » dum. Pleriq; omnes vero in hanc sententiam propendere ac ferri mihi videntur, vt in pectore & » præcipue eo loco, quo situm est cor, quasi sentiant affectus, qui in mente acciderunt: quod maxi » me in timoribus, ægritudinibus, ira, atque excandescentia fit. In hac oratione etiam si omnia alia » desideres, saltem illud fuit, quod /quasi/ addidit, non ausus absolute dicere, sentiri ab hominibus in pectore affectus mentis, quasi sentiant, inquit: paulo post autem detracta illa particula, quasi, ita scribit. Quę enim singulorum affectuum in mente accidit perturbatio, ea ita in pectore extat, » vt sensum non effugiat. Inde subdit. Nam si ira hoc in loco est, consentaneum videtur, vt ibidem » reliquæ cupiditates collocentur. Et item subsequendo, etiã irascentium affectus, inquit, & aman » tium in pectore esse apparent. Et deinceps etiam non cessat de affectibus ita differere: quasi in pe » ctore & cordis præcipue partibus consistere videantur: vt ego hominem demirer, cur, quod initio dixerat, non deleuerit: vbi ait, neq; sensum vllum euidentem principalis animæ partis existere, neq; certum argumentum: nec alioqui adeo inter sese & medicos & philosophos digladiatos fuisse: vel, si placebat illi hæc oratio, quo modo non erubuerit paulo post subsequendo sensuũ iudicijs decretum examinare, & verbum /extat/ vel /apparet/ interponere. Videor mihi operępreclum facturus, si hic quoque, quemadmodum paulo ante feci, ex his orationibus, quas secum pu G gnantes atque aduersantes scripsit Chrysippus, veriorem elegero. Nullo quippe sensu in nobis percipimus principatum animæ in pectore, vel in corde contineri. Quo circa prius Chrysippi dictum approbo, quo verum confitetur: alia quibus de sensu mentitur, non approbo: neque enim ipsum in hac oratione vnum tantum, sed duos & eos quidem magnos errores commisisse existimo: primum, quod, cum totum corpus in huiuscemodi animi affectibus manifeste videamus immutari, & modo pallere, frigescere, tremere, id quod in metu fit, modo rubere, calescere, & vehementer intendi, vt in excandescentia, de nulla tamen ille, præter ꝗ̃ thoracis parte, mentionem facit. Alterum erratum illud est, quod, licet concedamus in timoribus, mœroribus, anxietudinibus, excandescentijs, reliquis q; affectibus maiorem in modum, ꝗ̃ alia membra, cor è naturali sua constitutione deturbari, non tamen rationalis animæ pars, sed irascens, vel cupiẽs ibi esse demonstrabitur: vt contrarium magis, quàm id, quod volebat, ratione hac efficiatur. Nam si dum cogitamus, discimus, vel etiam docemus, nullus præcipuus in corde motus apparet, in affectibus vero oĩbus apparet, perspicuum est planè in corde non esse rationalem partem, sed irrationalem potius, affectibus q; obnoxiam in eo contineri. Quod si occurrat, & dicat, vbi affectibus obnoxia sit, ibidem etiam rationis capacem esse oportere: illud ipsum, quod à principio in quęstionem ve H nerat, vt apertum, promptum q; assumet. Verum longe rectius fuerat demõstrationem aliquam afferre, quàm ita sine vlla probatione quæsitum assumere. At neque in libro primo de anima, neque in his, vbi agit de affectibus, demonstrationem vllam vnquam adduxit, cur, vbi irrationalis pars est, ibidem rationalẽ esse oporteat, sed hoc vt concessum absolute vbiq; assumit. Cum tamen Plato ipse quasdam in quarto de republica demonstrationes ascripserit, quasdam in Timęi disputationibus postea dicendas distulerit. Quas quidem ego in sequentibus his commentarijs vniuersas recensebo, nunc enim non dum hoc mihi probãdum est: sed illud potius, Rationalem animæ partem, quam & principalem, & mentem, & dominantem appellat Chrysippus, in cerebro esse. Quod cum probatum fuerit, si prętere alia aliqua facultas in corde contineri neque aliunde profecta esse deprehendetur, duo iam proculdubio principia habebimus: deinceps† tertium simili modo supererit indagandum. Cæterum huius tractatio in sequentem librum differatur, nunc eò, vnde huc deflexit oratio, redeamus: quo modo videlicet Chrysippus sibiipsi aduersari statim, ac pugnantia inter sese dicere nõ aduertat †cum in oratione de voce: tum vbi interdum negat vllum sensum nos sedis illius, in qua principatus consistit, habere: interdum ait. Quanquam neq; hoc quidem probandum nobis proposueramus, sed obiter incidit.

† tertia simili mõ supererit ĩdagãda. ἐφεξῆς δὲ καὶ τρίτων ὁμοίως ἐξευρήσομεν. facultatẽ .n. innuit, quæ in iecinore est.

† Ander: magis accedit ad Gal. sentẽtiã. uertit enĩ ita. Quẽ ad modũ tum ex sermone de uoce ostẽdimus: tũ ex eo, quod pronũciat interĩ nullũ sensum nobis obuenire loci principẽ animã continentis, nõ nũquam uero dicit ipsum manifeste apparere.

Stoicorum

A *Stoicorum & Peripateticorum rationes de Rationalis facultatis sede omnes inefficaces, atque sumptionibus scientiam parientibus differre.* CAP. 8.

ILlud in principio huiusce libri propositum fuit, vt sumptionum differentias ostenderemus: vbi primum ipsarum genus scientiæ effectiuum, ac demonstratiuum, secundum exercitatorium, & vt Aristoteles diceret disceptatorium siue dialecticum, tertium probabile & oratorium, quartum captiosum appellabamus. Ad hæc illas, quæ ab ijs, quæ cordi insunt, & accidunt, ducuntur in ea tm̄, de qua quæstio est, re docebamus scientiæ effectrices esse: alias omnes disceptatorias: quæ extrinsecus testimonijs constāt, oratorias: quæ nominis communionibus vel vocabuli figuris callide ad fraudem concinnatæ essent, captiosas. Scientiæ effectrices quidem in singulis rebus paucę admodum sunt, & quæ numerari facile possint. Disceptatorię, quippe cū ex singulis, quæ rei insunt, atq; accidunt, existant, q̄ plurimę reperiuntur. Talis enim illa fuit à voce sumpta interrogatio, quā à positione proficisci demonstrauimus. Nec non quæ ab inspiratione & expiratione fiebat. Nec dissimilis ea reperietur, quę à morsu, qui in angoribus accidit, progressum facit: cū enim morsiunculæ illæ euidenter in ore ventriculi creentur, isti ad cor illas referunt: videntur q; ita à positione argumentari, qui ex eo oriri affectū in corde opinantur, quia iuxta ventriculi orificium cordis situs conspiciatur. Nam illi, qui morsu cor ipsum re vera affici existimant, proculdubio longe errare conuincūtur: cum in inferioribus partibus sub chartilagine pectoris morsus hi thoracem attentent: cor in media thoracis sede collocatum sit. Accedit ad hoc, ꝙ neque quispiam fuit, qui in doloribus, reliquis q; tum animi, tum corporis affectibus cor ipsum morderi vnquam senserit. Quin etiam neq; cordis dolor, quem cardialgiam appellant, cordis illius, quod in thorace continetur, dolorem significat, sed ęquiuocatio quędam subest, nemini, qui modo veterum lectioni sit assuetus, ignota. Eodem.n. vocabulo & thoracis viscus, & ventriculi orificium cor appellare veteres consueuerunt: & frequentissimum apud ipsos nomen hoc reperitur. Ego tamen, vt aperte verbi huius significatio explicetur, duo tantum vel tria exempla hic subiungam. Nicander ita inquit. Quod q; gulæ exceptor, seu cor epulare vocatur. Item Thucydides. Et vbi ad cor malum hoc desederat, ipsum subuertebat, ac turbabat: vt omnes, quæ à medicis nominatæ sunt, bilis expurgationes postea sequerentur. Hippocrates etiam ad hunc modum scriptum reliquit. Mulier cordis dolore vexabatur, nihil q; comedebat, tantum farinam succo mali punici subegit: eam q; semel in cibum sumere satis habuit: atq; euomuit quędam, vt Cerion. Omnes hi satis euidenter ostendunt os ventriculi cor fuisse appellatum. Cuius quidem cordis esse affectus aliquis sine dubio potest, quam cardialgiam vocant: quem tamē huic visceri, in quo an animę principatus contineatur, quæstio proposita est, nunquam accidisse compertum est. Verum neq; omnem oris ventriculi dolorem cordis dolorem nuncupant, sed illum tātum, cum acrimonia humorum proritat, & mordet: id autem in angoribus fit: vnde mœrore confecti bilem euomere consueuerunt. Non nullis quoq; per inferiores partes descendit humor ille, & ex aluo summe biliosa egeruntur. Neq; dolore vexatis tantum, verum etiam ijs, qui diutius paulo ieiuniū tolerarint, accidit, vt morsus hos ventriculi sentiant: præsertim cum vehementi aliqua exercitatione fatigati cibum nullum assumpserint: siquidem & mœror, & vehementior exercitatio facit, vt flaua bilis in ventriculum confluat: à qua postea iritati, & morsi homines cordis dolore laborant. Cur vero id fiat, hic non est explicandi locus. Sed satis, ꝙ quidem ad præsens negocium spectat, hoc sit, cum ostenderimus cordis dolorem, quemadmodum etiam morsum, qui in mœroribus sentitur, nō esse cordis, quod est viscus, sed orificij ventris affectionem: atq; hic quoq; à positurę vicinitate argumentationem esse factam, sicuti etiā ab accidēte ea fit, cum vehementius palpitare cor in pauoribus dicunt, quarum neutra scientiam parit. Adde ꝙ si etiam ita esse, vt volunt, cōcederemus, id Hippocrati, & Platoni, non Stoicis, & Peripateticis suffragaretur: perinde atque illa, quę Chrysippus in thorace, et pręcipue ad cordis partes accidere irascentibus scripsit. Quoad enim, dum docemus, discimus'ue, vel quomodocunq; in aliqua scientia animus agitatur, quicquam in corde accidere non probent, sed tantum, dum affectibus permouemur, id fieri asserant, tātum abest, vt veterem rationem refellant, vt etiam confirment. Istiusmodi igitur omnia ex secundo sumptionum genere sunt. Nec minus etiā illud: Cum cor primum ante alia omnia animalis mēbra formari dicunt: neq; enim hoc si dederis, originē quantum ad facultates spectat, de qua pręsens disputatio habetur, sed quantum ad generationem tantum probat. De principiorum autem differentia satis dictum, ac discussum in superiore libro à nobis fuit. Illud tamen, cor sicut omnium aliorum mēbrorum moueri primum incipit, ita vltimum desinere, est quidem ex demonstratiuis sumptionibus, cum motionis originem ipsum esse hoc pacto demonstremus: sed non efficit, vt omnem, sed pulsuum tantum motum, qui diuersus genere à volūtario est, ab eo oriri fateamur. Nam quo modo cor volūtaria agitatione moueri primū incipiat, & vltimū desinat, illud quidē probari nullo modo potest. Hoc itaq; assumpto cōficieť non, quod Aristoteles & Chrysippus opinanť, sed cerebū volūtarij in nobis motus, cor alterius inuolūtarij principiū esse: q̄d Platoni, Hippocrati q; visum est. Quāuis aūt satis hęc ad propositarum rerum probationem sint, qm̄ tamen assumptiones oēs, quę ab ijs, quæ cordi sunt adiuncta, sumuntur, hoc libro percensere instituerā, finē faciā, vbi reliquas

2. Epi. sec. 2. in principio.

quas subiunxero. Inter has etiam Aristotelis illa est, de qua in primi libri calce disseruimus ab ijs, E que cordi insunt, accepta. Neruorum inquit copiam in eo apparere. Nos neruosa quędam corpora in corde esse demonstrauimus, neruos nullo modo esse: ac neruosas corporis partes specie tm̃ non item functione, & vsu neruis esse similes: instrumenta autem diuersa'ne an eadem sint, functionibus, & vsibus debere iudicari: quamobrem de ijsdem amplius agendum non est. Ad aliud igitur veniam, quod oẽs ferè cõmemorarunt: qui facultatum oĩum, quæ in animali sunt, cor principium esse opinantur. Vnde, inquiunt, vt alatur animal, origo existit, in eodem mẽbro rationalis animæ pars est: in corde aũt, vt alatur animal, origo est: quare in eodem est & rationalis, & intelligens pars: hi vtrisq; assumptionibus mẽtiuntur. Nihil enim prorsus concedimus, neq; in corde principium nutricandi esse: quippe cum vnum ex ijs sit, quæ discutienda in hoc tractatu proponuntur: & quæsitum, vt concessum, assumi nullo modo debeat: neq; vnam esse vtrarũq; facultatum originem. Immo contrarium nos defensitamus. Proinde hosce homines miror, qui nulla præposita demonstratione ita absolute vtraq; ea, de quibus quæstio est, non vereantur assumere, quod faciunt, cum dicunt. Vnde principium alimenti est, ibi quoq; esse animæ principatum: deinde assumunt, in corde alimenti principium esse: nam neq; hoc verum est: cum alimẽti & humidi, & sicci, os, gula, venter, vt ait Hippocrates, || principium sit: neq;, si etiam q̃ verissimum esset, F » necessario consequatur, vt vbi alimenti origo sit, eodem in membro rationem esse oporteat: nam hoc vnum ex quæsitis erat. Illud alterum quęsitum falsum est. Primũ enim alimenti principium est os, stomachus, siue gula, & venter: Secundum è iecinore in ventriculum pertinentes venæ, in quibus sanguis primum gignitur: Tertium iecur ipsum: Quartum post iecur vena caua, in qua primum excrementis oĩbus segregatis purus sanguis relinquitur: à qua quidem vena eodem modo, vt cętera omnia animalis membra, cor alimentum postea recipit. Verũtamen illud quoq; minime est concedẽdum, si ita dixerint: vnde suppetit spiritus, ibi esse animæ principatum: deinde addatur assumptio, ex corde spiritum suppetere. Si enim animalem spiritum è corde aiunt exoriri, ipsum illud, quod in controuersia est, assumunt: si vitalem, nulla est cõsecutio, cur idem vtrisq; principium esse necesse sit. At longe melius Erasistratus, q quæsito non, vt isti, simpliciter assumpto, sed multis prius rationibus confirmato, probat è capite animalem spiritum, è corde vitalem proficisci. Quòd si dicant neutrum horũ spirituum in interrogatione cõclusionis ab Erasistrato positum fuisse, sed tantum, qui sicco & humido alimento proportione respondet, quem appellat materialem: hac quoq; de re Hippocratem || loquẽtem audiãt. Principium (inquit) alimenti spiritalis os est, nares, guttur, pulmo, & reliqua spiracula. Ex quo fit vt nulla ex his rationibus, quas G » afferunt, quicquam valeat: Neq; Diogenis illa, cum ait: Quod primum & alimẽtum & spiritum » haurit, in eo est animæ principatus: primum vero alimentum & spiritum haurit cor. Quærimus, quam vim habeat verbum illud, primum, si vt instrumentum accipitur, cor hoc modo alimentũ, & spiritum haurire falsum est. Nam alimenti, os, gula, venter: spiritus vero os, nares, guttur, pulmo, principia sunt. Si vero primum in eam sententiam dictum est, vt, vnde est origo motus haurientibus instrumẽtis, intelligatur, vera est prima sumptio: fatemur enim cum vel comedere, vel bibere, vel respirare volumus, originem motus à capite demitti. Secundã quippe, quæ rem, quæ in disceptationem venit, quasi concessam acceperit, reprobamus. Quam tamen absq; confirmatione aliqua sumit Diogenes, suam q; ita controuersiam constituit. Nec diuerso modo suis idem rationibus vtitur: quemadmodum hic. Id quod nãtura voluntarijs agitationibus hominem mo » uet, est ãnimæ quędam exhalatio: at omnis exalatio ex alimento ascendit: quamobrem efficitur, vt & quod primum motionibus volũtarijs mouet, & quod nutrit nos, vnum & idem esse necesse sit. Quando hæc à Diogene scripta sunt, ne hominem in omnibus prorsus exagitemus, de animæ quidem substãtia, ex alimenti'ne, an spiritus euaporatione consistat, nullam nobis in præsentia cum illo litem esse affirmabimus: illi tantum contradicemus propositioni, quæ ait vnum esse, H & quod nos voluntarijs motionibus primum mouet, & quod nutrit. Contraria enim planè oĩa his, quas statuit, sumptionibus efficiẽtur: ex sanguine quidem fieri nutritionem confitẽtes. *

Lib. de Alimẽ. paulo post medium.

Ibidem.

*inquit. nã pro φύσει, φησί, legendũ uidetur in græ. impresso cod.

*animalis. ψυχική enim in græ. habetur.

Et ipse proprij decreti iam oblitus, sanguinem, quod Empedocles et Critias existimarunt, animam esse affirmat: si vero Cleanthem, Chrysippum, & Zenonem secutus ex sanguine animam ali, eius q; substantiam spiritum esse dixerit: qui fieri poterit, cum sanguis alat, moueat spiritus, vt & alens, & mouens idem sit? Quare iam patet rationem Diogenis, pręterquam q alia multa absurda in se collegit, inefficacem etiam esse, nihil q; concludere: cum id positis sumptionibus inferatur, quod nullam cõsecutionis necessitatem habet. Verum in sequentibus libris diffusius de hac re differemus. Nunc finis præsenti tractatui imponendus videtur. Nam cum promiserimus nos hoc libro de ijs, quæ in corde esse euidenter apparent, verba facturos, non opus est, vt puto, amplius, vt eas argumentationes discutere aggrediamur, quæ ex decretis magis, q̃ ex ijs, quæ in dissectionibus apparent, constitutæ sunt.

Galeni

GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

Quæ Chrysippus primo libro de Animæ primatu nugatur, neq; antea fuere confutata, omnia ferè seriatim ad puerilia ac fabulosa vsque refelluntur.

Refellitur Chrysippi sententia ex primo libro de Anima, qua rationis sedem in corde esse probare conabatur, cum ea aliud potius quàm id de quo quæstio erat, probari videatur. - *CAP. I.*

NEcesse quidem esse non philosophis tantum, sed etiam medicis, si modo nō temere ad artem accedere voluerint, de ijs, quæ nos gubernant, facultatibus considerare, & quot nu*mero sint generatim, & qualis quæque sigillā*tim habeatur, quo'ue in animalis membro singulæ constitutæ sint, in primo libro satis demonstratum fuit. Optime vero de his sensisse Platonem & Hippocratem pluribus quidem ostendimus etiam in eodem, in secundo tamen pręcipua quæque huiusce rei sumus persecuti, omnium sumptionum, quibus ad propositum decretum celeberrimi philosophi vtebantur, differentijs expositis. Superest, vt pauca quædam adhuc de ijsdem subijcientes, reliquam partem orationis huiusce nostræ absoluamus. Quatuor dixeram esse omnes sumptionum differentias: sumi alias ab ijs, quæ membro insunt ex quæsitæ rei substantia: alias ab ijs quidem, quæ membro insunt, non tamen ex proposita, quæsita'que re duci: extrinsecus à testimonijs tertias: quartum genus ad hæc addideram vocabuli figuris ad ambiguitatem vafre concinnatum: nec pauca ascripseram exempla, quo modo singula sumptionum genera inueniri possent: ita vt verba etiam ipsa eorum, qui his vtebantur, producerem. Quibus satis super'que confutatis, in hoc tertio de numero, & substantia virtutum docere decreueram: tum eodem pacto, cum de virtutibus egissem, erat animus de numero & differentia accidentium disserere. Sed quidā ex his vel maxime illustribus sophistis, qui ea, quæ Chrysippus de corde scripsit, ꝙ solum ipsum in animalis corpore origo animę principatus existeret, eiusmodi esse contendebat, quę refelli nullo modo possent: tertio hoc commentario reliqua Chysippi, quę omiseram, persequi me præter institutum coegit.

Fortasse tamen hoc quoq; ipsum in laudis occasionem eatenus euadet, ꝙ qui ea, quæ à nobis in secundo libro dicta sunt, meminerint, cognoscent nos firmissima ex Chrysippi dictis, ac validissima quęque à principio confutasse, infirma ac leuia errata omisisse: vt illud est, quod in primo de « anima libro, cum de partium eius principatu agere inceperit, conetur'que ibi probare originem « ipsius in corde duntaxat contineri, ita scriptum reliquit. Anima est spiritus nobis innatus, ꝑ to« tum corpus, quoad vitę in eo habilitas extiterit, diffusus, ac permeans. Ex huius igitur partibus, « quæ singulæ singulis membris dispensatæ sunt, eam, quæ ad asperam arteriam pertingit, vocem « esse dicimus: quæ ad oculos, visum: quę ad aures, auditū: quæ ad nares, olfactum: quæ ad linguā, « gustatum: quę per totam carnem ęquabiliter spargitur, tactum, quę ad testes pertinet, vim aliam « quandam huiuscemodi, seminariam vtiq; ac genitalem: principem vero ipsius animę partem, in « quam oēs hę alię cōueniunt, atq; ex qua dependent, esse in corde asseueramus. Quę cum ita se ha« beant, de alijs oibus inter oēs constat, de solo principatu, cum alij alijs in locis eum dicant esse, dis« sensio est: non nulli enim in pectore, in capite alij collocant. Neque etiam in eo consentiunt oēs: « sed dissident quoq; simili modo, qua in parte vel pectoris, vel capitis sit. Plato vero tripartito ani« mam diuidens rationem in capite, iracundiam in pectore, ad vmbilicum cupiditatem esse ait. Ita sedes ipsa cognitionem nostram videtur refugere, cum neque vllus sensus huiusce rei extet, sicut in reliquis, neque argumenta aliqua certa sint, quibus ratiocinando confici hoc possit: nec enim alioqui in tantam tum medicis, tum philosophis cōtrouersiam res venisset. Hęc prima est Chrysippi de principatu animæ oratio, quam in primo libro posuit. In priore enim dimidia parte huiusce libri de substātia animę tractat: in altera subsequēte, quę ab his supra hic à me scriptis verbis exordium sumit, conatur ostendere animæ principatum in corde contineri. Principium igitur huiusce tractatus cōmendatione dignum sanè haberi debet: cum perinde, vt eum decebat, qui de tanto decreto verba facere auspicaretur, & dilucide simul, & accurate dictum sit. Nam Platonem tres aię partes posuisse, quæ q; illę sint, qbus q; in aīalis locis collocatę, egregie explicauit. Tum etiam hanc de decretis controuersiā, quippe quæ sensum refugiat, ratione persequendā esse, atq; agitandam: quæ vero sequunt̄, non amplius cohęrent. Par quippe erat, vt primum rationes, quibus Plato persuasus ita statuebat, afferret, deinde eas refelleret, ac reprehēderet: tum suam ipse opinionem non probabilibus argumentis, quibus sophistę & oratores vti consueuerunt, sed scientiam efficientibus, & demonstratiuis confirmaret, vt philosophos decet, qui studio veritatis incumbunt.

**genere, κατὰ γένος enī hē gra. codex, & paulo post κατ᾽ εἶδος i. specie. quod Felici. per sigillatim expressit.

* συμμετρία quidā in græ. īpresso cod. legendū putant, i quo εἰς τρία deprauate legitur.

cumbunt. Quid igitur Chrysippus: ita'ne fecit, an prorsus è contrario? oblitus sanè fuit, quasi ni E hil omnino de Platonis sententia prius dixisset: incipitq; argumenta adhibere ex eo sumptionū genere, quod non ex rei ipsius natura, sed ex testium, & vulgi opinione fidem facit. Ascribam verba ipsa, quæ in hunc modum se habent. De quibus deinceps quęremus, similiter q; à cōmuni » propensione, atq; ab ijs, quę ex hac solent dici, orationibus progrediemur. Communem propen » sionem appellat Chrysippus communem omnium hoīum opinionem ac cōsensum: tum infert. Et in his satis videntur à principio eo propendere ac ferri, vt principatus animæ nostræ in corde » sit. Inde post hæc iam argumentationem ipsam aggreditur, ita ad verbum scribēs. Pleriq; omnes » vero in hanc sententiā propendere ac ferri mihi vident, vt in pectore, & præcipue eo in loco, quo » situm est cor, quasi sentiant affectus, qui in mente acciderunt: quod maxime in mœstitijs, timori » bus, atq; ira fit: & præcipue in excandescentia hoc apparet: cum ea à corde exhalans ac vaporans » extrinsecus ad quasdam partes expelli, faciem q; ac manus inflare videatur. Hic iam Chrysippū, » cum oīa & confundat, & turbet, non possum non magnopere demirari: qui cum paulo superius dixisset Platonem existimare in thoracis sedibus irascibilem partem esse collocatam, nec quibus rationibus motus Plato ita crederet, aperuisset: hoc q; ipsum sine refutatione omisisset: transit sta tim ad sua probāda: id q; primum oīum argumentum adducit, quo irascendi vim in thoracis par F tibus esse confirmet. Neq; enim alijs rebus ex his videlicet, quæ extant, nunc demōstrare euiden- tius possemus è pectore & corde iram & furorem excitari, q̄ his argumentis, quę à Chrysippo al lata sunt. Quasi, inquit, in excandescentia hoc apparet: cū ea euaporans è corde expelli ad quasdā » partes extrinsecus, faciem q; ac manus inflare videatur. Hoc dicto Chrysippus veterem illam ra » tionem videtur concedere, quæ feruorem quendam innati caloris, dum irascimur, in corde fieri opinabatur: quo quidem feruore postea efficitur, vt & facies infletur, et totū rubescat, calescat q; corpus, cor q; ipsum vnà cum omnibus animalis arterijs vehemēter palpitet, ac saliat. Nunquid Plato secus ait, cum in Timæo ita scribit? Cor vero, qui simul & venarum fons est, & eius etiam » sanguinis, qui in omnia mēbra vehementer circūfunditur, in satellitis, apparitoris q; sedem ac do » micilium constituerunt: vt cum irę vis imperio rationis feruesceret, vbi scilicet iniustum aliquid, » siue extrinsecus ab alijs, siue intrinsecus à libidinibus perpetraretur, statim, quicquid in corpore » sensiuum est, per oēs meatus iussis, minis q; perceptis exaudire, atq; obedire posset. Item post hęc » ita deinceps scribit. Cum vero ex cordis palpitatione in terribiliū rerum timore, & ex irę excita » tione præuiderēt fore, vt totū hoc irascētis partis domiciliū æstuosum, ac propemodū ignitū red- » deretur, subsidium illi pulmonū forma aggenerata inuenerunt. Quare ò bone Chrysippe cū di- G cis irā à corde vaporare, atq; ad exteriores partes propelli, faciē q; inflare, Platonis decretū scribis.

Homeri atque Hesiodi carmina, quæ citantur à Chrysippo, nihil facere ad eius opinionem confirmandam. *CAP. 2.*

*Al. non. *Al. irascēte.

AT nēq; hoc tibi in quęstionem venerat, vtrum irascens animæ pars in corde esset collocata, sed vtrum rationalis. Hoc debueras probare, nec multum laborare postea de iracundia: neque versibus poeticis librum refercire: quos subsequendo ita scribis:

Ira, furor q; viri, qui longe melle fluente
 Dulcior, vt fumus, generoso in pectore gliscit. Et item,
Hunc ira turbatum extulit præcordijs. Et rursus.
 Intus mihi ardor auguratur palpitans.

Et sexcenta id genus alia per totum librum: quibus efficitur in corde esse iracundiam, cum ratio- nem, non iracundiam ibi esse demonstrare nunc oportuisset: vel certe si nullo modo id poterat planum fieri, æquum fuisset, vt conatus saltē esset Chrysippus aliquid afferre, cur in vno eodē q; membro & iracundiam, & rationem esse conueniret. Sed cum nulla in parte huiusce libri hoc fe cerit, eam sumptionem tanq̄ concessam vbique depromit: statim enim cum sequitur ita subdit. H Nam si ira hoc in loco est, consentaneum videtur, vt reliquæ etiam cupiditates, & certe reliqui af » fectus, & cogitationes, & quicquid huiuscemodi est, ibidem collocetur. At nulla necessitas est, vt » eadem sede sint cogitationes, qua affectus. Quod si quis hoc, quasi constet, ita promptū, expedi- tum q; sumere voluerit, is rē ipsam, qua de fit quęstio, sibi quasi cōcessam sumet. Nam cū Plato as serat nō ex eodem mēbro rationem, iracūdiam, & cupiditatem existere: & Zeno vniuersa hęc in corde cōstituat: partes erant Chrysippi, & vniuscuiusq;, vt videtur, q post Platonem & Zenonē ad examinanda vtraq; hæc dogmata accedere vellet, alterum ex ipsis demonstratione aliqua con firmare, alterū aliqua reprehēsione confutare. Si vero sine probatione, sicuti facit Chrysippus, ita pronūcies, ibidem esse rationalem aīæ partem, vbi ea, quæ affectibus obnoxia est, tm̄ id ab officio philosophi abest, vt ne oratores quidē, aut sophistæ iure possint sibi arrogare. Nitūtur quidem illi probabilibus argumētis: quęsitum tn̄ ita absolute sumere neq; sophistis, neq; oratoribus, neq; dialecticis, neq; demonstratiuis, neq; prorsus ex omnium numero cuiquam licet. Satius igitur fuerat, vt, quemadmodum Plato suo decreto confirmando operā nauauit, sic quoq; Chrysippus Zenonis dogma corroborare conaretur: neque tantam versuum ex omnibus poetis excerptorū copiam ascriberet: quippe qui nil habent aliud argumenti, nisi vt ira, furor, metus, formido, au- dacia,

A dacia,fiducia,ac tolerantia,atq; id genus cętera,partim affectus cordis,partim effectus et operationes esse videantur. Quid enim sibi volunt ea ex Homero hinc inde collecta carmina?

Valde intus cor ipsi in pectore latrat. Et,
Pectora percutiens cordis sic increpat iram,
Cor tolera,grauiora aliàs,peiora q; passum. Item,
Sic imo Atrides suspiria corde trahebat,
Dum ratibus q; suis stragem, Danais q; timeret. Et,
Sed mihi bile tumet cor. Et,
Non potuit cohibere iram sub pectore Iuno,
Sed loquitur. Et item,
Seruat adhuc tamen ille odium sub pectore,donec
Vindicet.

Quibus omnibus non ratio,sed iracundia in corde esse ostenditur. His itidem nihilo secius:

Ira etiam,quæ vel prudentem exasperat ipsum,
Ira,furorq; viri,qui longe melle fluente
B Dulcior,vt fumus,generoso in pectore gliscit. Item,
In cor assidue bellandi iniecit amorem. Et adhuc etiam,
Addita q; est illi maior fiducia corde. Et,
Corda autem laertiadæ dolor intrat Vlyssis. Tum,
Ast illi patrios animos in pectora misit. Præterea,
Sed sæuit Achilles,
Magnanimo q; truces in pectore concipit iras. Item,
Iram perniciosam,& inexorabile pectus,
Dij tibi formosæ causa tribuere puellæ. Rursus quoq;,
Sic furor Æneæ generoso in pectore surgit. Nec non,
Succendit pectus Iouis omnipotentis in iram. Item,
Et mi animus magna est in pectore concitus ira,
Exardet q; magis, bellandi incensus amore. Item,
Ipse alte inclamans, iras in pectore cunctis
Mollijt: at iam iam q; fugam circunspicit Hector. Item,
C Nelide cor me, atq; animosus concitat ardor. Item,
Cor q; illi est ad bella ferox, animus q; virilis. Rursus,
O vtinam velut est animoso in pectore feruor,
Sic quoq; firma forent Nestor tibi membra. Et quoq;,
Nosti etenim qualem sub pectore continet iram
Fœmina. Et item.
Sic q; tuum sub pectore firmum
Cor toleret, quamuis hodie me plurima cernas Dura pati. Rursus,
Dixerat: atq; illis animauit pectora dictis. Et etiam,
Telemachus magnum concepit corde dolorem. Et,
Sic ait his cor castigans sub pectore dictis. Et item,
Cor q; illi paret tolerans,ac comprimit æstum.

Hæc atq; alia numero propemodum infinita carmina, quæ adducit Chrysippus, irascibilem in corde esse animæ partem confirmant, quæ si vniuersa ascribere voluero, librum etiam ipse,velut Chrysippus fecit,illis replebo. Sed satis super q; est Homerica hactenus addidisse. Quoniam vero quàm plurima etiam ex Hesiodo sumpta à Chrysippo sunt,duo quoq; vel tria ex ipsis commemorare exempli gratia sufficiet.

D

Huic furor,atq; animus forti sub pectore creuit. Item,
Et quasi habens cruciãtem animũ sub pectore bilem. Et rursus,
Ira quidem exarsit generoso in pectore cunctis.

In quo quidem obstupesco: & Chrysippi magnanimitatẽ,quippe qui nobiscum nimis liberaliter agat,perinde vt causa postulat,mirari non possum. Hominis enim erat, qui tot poetas perlegisset,nosceret q; ab ijs omnia decreta alia alijs versibus introduci,id quod etiã Plutarchus in Homericis meditationibus ostendit,ea tantum ex ipsis colligere carmina,quæ decreto illi,quod ipse sectaretur,fidem facerent: alia omnia quæ vel repugnarent,vel cõtrarium prorsus statuerẽt,omittere. Ipse vero omnia promiscue commemorat. Atqui hac in causa huiuscemodi oẽs versus fuerant prætermittẽdi ac respuẽdi: illi colligi debebant,quibus intellectum,mentem,cogitationem, rationem q; in corde esse probare quispiam potuisset: cuiusmodi hæc sunt:

Iuppiter eripuit tunc illi è pectore mentem. Item,
Consilium quod sit nobis in pectore,nosti
Neptune. Et etiam,

Ista tuo semper sententia pectore fixa est. Rursus

E

Nempe mihi talis minime sub pectore mens est.

Nam, quemadmodũ superioris illius generis carminũ, quę animi affectus in corde contineri asserunt, maxima quędam copia apud poetas reperitur: ita quoq; huius alterius nõ pauca habeñ, quibus rationis sedem in corde esse probare, quantum quidem ad poetas attinet, vnusquisq; posset.

Carmina quædam Homeri, Euripidis, ac Tyrtæi adducere Chrysippum, quæ suæ opinioni aduersantur. CAP. 3.

HÆc Chrysippo, si modo testibus dũtaxat agere, ac diiudicare litem hanc decreuerat, vel sola erant excerpenda, atq; adducenda. Qui vero multa ex priore illo, pauca ex secundo genere affert, si rei veritatem explicare, atq; ostendere vult, cum plura sine dubio illa sint, operam sanè is egregie nauat: sin, quod Chrsiyppus studet, tẽtat demonstrare, sibi ipse aduersatur: & maxime in his, vbi iracundiam à ratione castigari euidenter ostendit Poeta, sicut hic.

Pectora percutiens cordis sic increpat iram:
Cor tolera, grauiora aliàs, peiora q; passum.

Ita.n. Homerus Vlyssem secum loquentem inducit, cum ex indignatione flagitiorum, quę ab ancillis in domo committi videbat, accensus in corde calor ferue sceret, ipsum q; superata ratione iam iam iracundia ad sumendum de mulieribus suppliciũ importune esset præcipitatura. Eundẽ quippe ordinem inter se habent ratio, & iracũdia, quem eques, & equus, quem venator, & canis: iustius quidem est & cõuenĩẽtius, vt, quod natura nobilius melius q; est, dominetur: eques videlicet equo, cani venator, iracũdiæ ratio: sed incidit, vt non semp naturæ lex in hoc coniugatarum rerum ordine administrãdo seruetur. Equus.n. ferox & indomitus interdum sine vllo modo excurrẽs sessorem quoq; vel virium imbecillitate, vel equestris artis imperitia succũbentem secum rapit. Ita etiam ira non nunq̃ vehemens atq; ad sumendas intempestiue pœnas paulo violẽtius excitata, infirmã, aut indoctã rationem subigit, & secum trahit. Quòd si & eques, & ratio tam viribus, q̃ scientia præditi fuerint, proculdubio & ille equum, & hæc iracundiam cohibebit, ac vincet: sin vel vtroq;, vel horum altero caruerint, periculum imminet, ne, quod superius nobilius q; natura est inferiori ac viliori sese tradat, ac submittat. Hoc Scythis, & Gallis, multis q; alijs barbaris nationibus, atq; ex nostris vel pueris, vel ineruditis hominibus vsu venit, vt iracundiam ratione habeant potẽtiorem. Id quod Homerus cũ vellet ostẽdere, Hectorẽ, & Achillem, & quosdam alios huiuscemodi iuuenes iracundiæ succumbentes induxit: Vlyssem vero, Polydamantem, & Nestorem illi dominantes: plerunq; adeo potenter, vt ad nihil iniustum atq; irrationabile agendum ne excitetur quidem: interdũ ita, vt si excitetur, statim eam rationis fręno compescãt. Quẽadmodum in ijsdem his versibus Vlysses: omnes seriatim ascribam.

F

G

Atq; ibi sollicitus, vigilans q; iacebat Vlysses,
Secum animo voluens pugnam, cædem q; procorum.
Cum videt ex aula lætas prodire cateruas
Fœmineas, risum inter se, blandum q; susurrum
Miscentes, quæ nocte procis iunxisse cubile
Consuerant: pectus q; illi subito arsit in iras.
Multum agitat secum, mentem q; animum q; furentem
In diuersa rapit, surgens'ne occideret omnes,
An sineret tunc illa procis connubia iungi
Vltima, valde intus cor ipsi in pectore latrat.
Vt q; canis paruos catulos sua pignora seruans
Ignoto oblatrat, quicunq; accesserit, atq;
Vim facit, & morsu cunctis pugnaciter obstat,
Sic indignanti cor oblatrabat: at ille
Pectora percutiens cordis sic increpat iram.
Cor tolera, grauiora aliàs, peiora q; passum.
Illo scilicet horrendus quo tempore Cyclops
Mandebat miseros socios, in tanta pericla
Durasti, ex antri donec te limine prudens
Consilium eripuit, cum iam interijsse putares.
Sic ait his cor castigans sub pectore dictis,
Cor q; illi paret tolerans, ac comprimit æstum.

H

Nisi his carminibus Homerus rationis & iracundiæ certamen in prudẽte viro apertissime exprimit, rationis q; victoriã, & alterius obediẽtiam, nihil profecto amplius erit, quod in hoc poeta intelligere valeamus. Nam si tam aperta atq; euidẽtia in dubium vocantur, quid in alijs certi atq; explorati habeas, non liquet. Cum.n. Vlysses flagitia ancillarum videret, & ab iracundia ad puniendas eas violenter traheretur, ratio ipsum rei importunitate demonstrata refrenat, ac cohibet: & qm̃ à ratione iracundia ad differendã in aliud commodius opportunius q; tempus vindictam

non

A non facile poterat induci, vehementius corripit: ac quasi equus excurrens à sessore valido iniecto freno violēter retrahitur, his verbis: tolera ô generosissimum cor nunc etiam, vt prius Cyclopis iniurias, cū socios interimi, ac laniari cōspiceres, fortiter sustinuisti. Vnde, vt mihi quidē videtur, sicut opportunissime à Platone in quarto Reip. ita importunissime hic à Chrysippo carmina hęc cōmemorantur. Multo magis ēt illa intēpestiue adducuntur, quę Medea apud Euripidem inqt, cum animus ipsius rationis atque iracundiæ seditione agitaretur. Videbat quippe q; nefarium, quam q; detestabile facinus erat perpetratura, cum cædē liberorum aggrederet: ac propterea cun ctabatur, & differebat: neq; subito incitata id peregit: sed ipsam iracundia veluti equus effrenis vi cto atq; excusso sessore ad filios trucidandos iterum violenter trahebat: deinde rursus ratio retrahebat, ac reuocabat: mox cōtra iracundia impellebat: rursus ratio renitebat. Vbi vero sepius hinc inde ab vtrisq; his distracta tandē iracundię acquieuit ac cessit, ita loquentē eā inducit Euripides.

Cognosco quàm nefanda nunc patro mala.
Sed ira consilio est potentior meo.

Cognoscit vtiq; à ratione edocta sceleris, quod erat factura, immanitatē, sed potentiorē iracun diam esse ait, à qua violenter ad crudelitatem eam impellatur. At cōtra Vlysses iracundiā domuit B ratione: neq; iniuria: Barbarorum.n. & ineruditorum hoium exemplum proposuit Medeā Euripides, in quibus fortior ratione iracundia est: Græcorum & eruditorum, qui potētius rationis moderamen iræ temeritate habent, Vlyssem Homerus finxit. Sæpenumero autem ratio in irasci bilem animi partem adeo liberum imperium exercet, vt nulla vnquam pugna oriatur: sed altera imperet, altera audiens dicto semper sit: quod ijs accidit, qui ad summum philosophię apicē attin gere potuerunt. Sępius etiā iracundię dominium supra rationem tam validū est, vt ipsa sola sem per regnet, ducatum q; obtineat. Id tum in barbaris plerisq;, tum in pueris qui natura iracūdiores sint, tum etiam in feris non paucis, ferinis q; & agrestibus hominibus videre licet. Interdum neutra ea potentia est prædita, vt statim alteram subiugare atq; ad se attrahere possit: sed vtræ q; tanquam duæ ac diuersæ animæ partes, vel si minus partes, saltē facultates, ac potentiæ, inter se tādiu pugnant ac digladiantur, quoad altera tandem, vt in Vlysse ratio, in Medea iracūdia, victoria potiatur. Chrysippus vero cum has neq; partes animæ, neq; facultates irrationabiles, quę à rationali discrepent, esse opinetur, non dubitat tamen & Vlyssis, & Medeæ versus, quibus dogma suum ruit, in medium afferre. Quo pacto igitur cum huiuscemodi hominibus agas, qui præter q; quod nullam, vt sepius dictū iam est, euidentissimarū rerū curam habēt, ea ēt quæ decreta sua refellunt, C quasi confirment, ad probationem adhibent? Totus.n. is tractatus, in quo de aiæ principatu agit Chrysippus, poeticis carminibus refertus est, quę vel affectus in thorace et corde existere attestētur, vel duas esse aiæ facultates toto inter sese genere discrepantes, rationalē, expertem q; rationis ostendāt. Nam quemadmodū ex Homero, & Hesiodo pauca quædā paulo ante apposui ex ijs, q à Chrysippo fuerant coaceruata, ita quoq; Orphei, Empedoclis, Tyrtæi, Stesichori, Euripidis, cęterorum q; poetarū q; plurima simili cū absurditate ab eodē citanī. Cuiusmodi est Tyrtæi illud.

« Iram ardentis habens in pectore, vim'que leonis.

Leonem quidem irā habere etiam prius q̄ Tyrtęum audiremus, oēs planè scimus. Chrysippo tn̄, quippe qui leones ira priuet, consentaneū minime erat id ascribere: siquidē nullum brutum aial opinatur neq; irascibilem, neq; concupiscibilē, neq; rationabilem partem habere, sed quod in primo etiā libro dixi, Stoici ferè hæc omnia brutis in omni operatione prorsus eripiūt. Tyrtæus aūt sicut etiam Homerus, & Hesiodus, &, vt semel dicam, oēs poetę iram habere, & quidē vehementissimam leones dicunt: adeo vt hoies quoq; q iracundissimi animosissimi'que sint, leoni assimilent, ac comparent. Quin etiam, vt omittamus poetas, iracundissimos atq; animosissimos quosq; nemo non leones appellare consueuit: nec desinit in theatro vulgus hisce compellationibus quo D tidie athletas incitare. Atq; ita fit, vt in contrariū prorsus, q̄ volebat, Chrysippo res cedat: nā cum argumenta, quę à natura rei ipsius de qua quæstio est, ducuntur, vbiq; omittat, & oratorie magis, q; philosophice in testium multitudine victoriam ponat, ab ijsdem ipsis quos citat, proditur.

Qui sint Secordes, Euiscerati, & Excerebrati, quorum verborum significatio fuit à Chrysippo ignorata. CAP. 4.

QVid illud, cum inquit, propterea quosdam secordes appellari, ἀκαρδίους dico, q oēs credāt ac persuasum habeant, principatum animæ in corde contineri, non ne dignum admiratione est, q ne eatenus quidem vir iste ea quæ dicuntur percipere videatur, vt aduertat homines stultum aut imprudentem neminem ita vocitare, sed vbi huiuscemodi aliquem irridere voluerint, dicere sine cerebro eum esse: vbi meticulosum, aut timidum, sine corde? Igitur hic quoque ab ijsdem, quos produxit testes, quippe cum rationem in cerebro, iracundiam atque animum in corde esse opinentur, Chrysippi decretum redarguitur. At ipse mirabili certe quodam modo verbum illud secors conatur exponere, quoq; sensu ab hominibus dicatur, statim que illi « euisceratum annectit: verba eius ad hunc modum se habēt. Adijciunt insuper his, quę à me supe- *ἀσπλαγχνοι « rius sunt cōmemorata, ēt alia huiuscemodi dicta: verbi causa, cū euisceratos appellant: quemad- « modum dicimus cerebrum quosdam non habere, quosdam habere, ita etiam dicere nos arbitran-

tur cor habere quosdam, quosdam nõ habere, vt supradicta: vt euisceratus fortasse pro eo accipia E » tur, qui nullum intus in alterius aduersis dolorem habet, à corde communiori vocabulo ita ap- » pollatus: cerebrum vero assumitur, vel ꝙ eiusdem generis simile quoddam sit, vel ꝙ eminentiam » quandam etiam ipsum habeat nõ dissimilem. Hactenus Chrysippus, cuius quidem orationem » oportet ter & quater, multo cum ocio, studio q; & diligentia non mediocri perlegere, atq; ita de- mũ credere id in ea reperiri, quod in prouerbio est, cum aiũt, [a] † Nihil apprehẽde, & fortiter tene. Ego equidem cum multas sæpenumero in multis libris orationes legerim, in quibus nomina & verba inter se sine vllo sensu constructa sunt, nusquam id tam exquisite factum vnꝙ vidi, ꝗ in hac Chrysippi modo à me cõmemorata oratione: ænigma enim planè est tum mirabili quadã obscu ritate perplexum, tum intempestiua breuitate cõcisum. Cum tñ in nullo suo scripto breuitatem sectari consueuerit, sed contra, adeo prolixus sæpenumero sit, vt in toto aliquo libro de ijsdem re- bus multis varijs q; modis vltro citro q; orationem inuertat. Obscuritas quidẽ familiaris ipsi est, quæ ex interpretis atque explicatricis facultatis imbecillitate consequitur: quod ipse etiam in se agnoscere videtur, qui ter atq; etiam quater eádem de re verba non grauatur protrahere: breui- tas & insueta ipsi est, & raro, nisi vbi suorum decretorum [b] scrupulum occurrere aliquem intelli- git ineuitabilem, ab eo vsurpatur: [c] † quem vult, credo, ne conuinci immorando refelli' ue possit, F cursim transmittere. Sicut enim cætera omnia manifestius exprimere contendit, ita mihi videtur velle ea, in quibus redarguitur, obscuritate, ac breuiloquio contegere: vt scilicet diluisse obiecta crimina, non penitus omisisse, hoc modo existimetur, omnis' que præterea facultas cõtra ea, quæ oĩno non intelligimus, dicendi nobis præripiatur. Veruntamen hæc quæ ascripsi verba, vbi ex- ponit Chrysippus quo modo vulgares euisceratum, quem item ad modum cerebrum non habe re, accipiant, tale quid argumenti habere mihi videntur. Euisceratos quosdam eo significato vo- cant quo secordes, iccirco quia viscus cor est: quoniam vero etiam cerebrum & viscus est, & vnũ ex principalibus, cerebrum non habere eosdem dicunt, quos euisceratos nuncupãt. Hanc tamẽ expositionem [d] † Stoicorum nullus admittit, sed aiunt longe aliud esse quod illis verbis signifi- cetur: quale vero id sit, nõ explicãt: internum scilicet, atq; vt ipsi appellãt, esotericum atq; arcanũ quiddam. Quin nos statim, quippe qui temere contradicere prius audeamus, ꝗ vim verborum exploratam habuerimus, increpant: non nulli etiam vehementius in nos inuecti conuicijs pro- fanos, minime' que habiles disciplinis, litigiosos' que noĩant: negant' que hoc tam ineruditis ho minibus se esse enunciaturos. Verum isti alia nolentibus etiam nobis prolixe admodum tractãt, Vbi est autem ad huiuscemodi aliquid ventum, vt dixi, quod nullam garrulitatem non admitte G ret, tum hi qui libros componunt, cito simul & obscure præteruolant: tum qui eos explanãt, ma gis simulando nolle alios docere, ꝗ se victos fatendo, inuidię audientibus suspicionem exhibent. Sed euisceratos atq; excerebratos iam omittamus, ne vlterius Chrysippo, testibus, quos ipse pro duxit, euidẽter cõuictis molesti esse pergamus: eo' que vnde digressi fuimus, reuertamur. Chry sippus itaq; cum librum totũ Homeri, Hesiodi, Stesichori, Empedoclis, Orphei q; versibus re- ferserit: insuper' que ex tragœdia, Tyrtæo, cęteris' que poetis non pauca addiderit: non aduertẽs suã hanc mirabilem inquã immensiloquentiam, hoc.n. conuenire illi nomen arbitror: deinde ad verbum ita subnectit. Hanc quidẽ garrulitatem, aniculæ, fortasse etiam literarũ magistri, esse di- » cent, qui versus velit ꝗ plurimos sub eandem sententiam reducere. Recte hoc dixisti Chrysippe: » rectius tñ fuerat, si non dixisses tñ, sed vitasses etiam anilem hanc garrulitatem. Nã quid anilius, quid nugacius, quid grãmatistæ conuenientius, quid tandem à demonstratione, quę philosophi est, alienius remotius' que reperiri potest, ꝗ cum statim in principio Platonis dogma recitaueris, non adscribas etiam quo modo id ab eius successoribus cõfirmatum sit, sed omittas, penitus' que ita reijcias? obiectiones quoq; rationum Stoicarum, earum' que dissolutiones prætereas, vbi de- monstrationibus, quæ scientiam parerent, vti, atq; ita decretum tuum firmare ac fundare debue- H ras? tum poetarum dicta colligas? tum imperitorũ vulgus in testimonium cites? quid q; mulier culę sup hac re dixerint scriptis tradas? pręsertim cum parũ fœliciter his ẽt tuis testibus res agat. Poetæ siquidẽ, & vulgares, plerũq; contra ipsum oẽs pronũciant, Quis enim poeta est, qui multa rationis expertia animalia homine vehementius & concupiscere, & irasci, non prodat? Quis è vulgo in sermone verbis perinde non vtitur, ac Platonis decretum exigit? secordem enim vnus- quisque eum appellat, qui, meticulosus, & timidus, imbellis' que est: cum vero ad fortem aliquã rem obeundam incitare hominem voluerit, cor resumere ac recipere eum hortatur. Nec non eos qui stultum quid dixerint excerebratos, & imprudentes irridendo nominat: alios contra inge- niosos & intelligentes, quorum scilicet prudentia laudi est. At., qui nemini miserentur, neminẽ amant: & siue laudentur, siue vituperentur, iuuentur, an lædantur, nihil prorsus laborant, omni, quemadmodum lapides sensu carentes: eos euisceratos vocant. Atq; ita demum loqui consueue rũt, vt, quorum summã sensuum stupiditatẽ sugillare voluerint, euisceratos: quorum ignauiam, secordes: quorum amentiam, excerebratos nuncupent. Quoniam vero iecur tertium aliud est vi scus, in quo aĩæ concupiscibilis vis continetur: opus' que est, si perfectus animę hoĩs cultus orna- tus' que esse debet, vt huic quoq; propriarum motionum congruitas aliqua existat: recte etiam

ille

A † Erasm. in chili. meminit huius prouerbij. Cape nihil, & serua bene. dicit q; in eos videri dictũ, qui cũ doceant friuola, tamẽ iubet auditores meminisse.

B * σφάλμα græ. habet co. Ander. errorẽ vertit, & melius.

C † Cod. græcus ita habet. βούλεται γάρ, οἶμαι, παρατρέχειν αὐτὸ διὰ ταχέων, ἀλλ' ὑπονόον ἐξ ἐλέγχεω. in his verbis super ταχέων asteriscus est, sed potius ἀλλ' in ἄλλο muta to locus is ad integritatẽ suã potest restitui. quod ẽt vidit Ander. ita.n. uertit. Vult.n. (ut opinor) breuibus ipsũ percurrere, aliud coargui sustinens. Volebat enim Chrysippus breuitatẽ suã, & obscuritatem inusitatã, redargui potius, quam suorũ dogmatum errorem.

D † nõ oẽs Stoicorum admittunt. græ. cod. οὐ πάντες προσίενται.

A ille qui in hoc ſicut in aliȷs duobus torpet, male q́; affectus fuerit, euiſceratus nuncupabitur, cui contrarius eſt viſceroſus, quem μεγαλόσπλαγχνον græci appellant. Qualem Euripides viſceroſam re vera Medeam inducit: quæ oẽs trium viſcerum facultates, & motiones vegetas vehementes q́; habebat: libidinoſiſſima fœminarum, iracũdiſſima, & calidiſſima. Concupiſcibilis quidẽ animæ eius partis libido in quantam intemperantiam fuerit effuſa, ſatis argumenti id eſſe poteſt, quod de amore Iaſonis tradunt: cui ſuccumbens illa, ſuis proditis ac deſertis, peregrinum hoiem ſecuta eſt, ei q́; ſe vitam q́; ſuam penitus credidit. Iraſcibilis vero ꝙ vehemens eſſet ea non parua ſunt indicia, quæ in liberorum dira illa animaduerſione patrauit. Rationabilis aũt partis calliditas & prudentia (nam in hoc quoq; non quælibet, neq; triuialis ab Euripide fingiť) ex illis agnoſci optime poteſt, quæ ad puniendos inimicos excogitauit: quæ q́; ſecũ ipſa diſputat, dũ reprimit animũ, ſuadet q́; irę à nefariȷs ſceleribus abſiſtat. Vnde nõ immerito de ipſa ita inquit Euripides.

Quid'nam faciet anima
Viſceroſa, atq; irrequieta,
Oeſtro iritata malorum?

Et hęc quidem viſceroſa. Euiſceratus aũt, & parum viſceratus, ſiue, vt μικρόσπλαγχνον exprimaB mus, paruiuiſcerus ille eſt, cui tum praua ſunt tria hæc animæ membra, tum etiam parua, tum ad motiones lenta, ac difficilia. At vero quod mihi his cõmemorandis in mentem venit, non grauabor exprimere. Dictum à veteribus philoſophis eſt fieri nõ poſſe, vt qui cũ garrulis hominibus diſputationem habet, is ſit ab omni prorſus garrulitate alienus. Id quod mihi in præſentia intelligo contigiſſe, cui à Chryſippi garrulitate adducto neceſſe fuit et vulgariũ, et Euripidis, dicta explanare. Nunꝗ tñ profecto commiſiſſem cum tanti decreti demonſtrationes ſcribere propoſuerim, vt ſponte in has nugas fuiſſem delapſus. Nam non modo Euripides, vel Tyrtæus, vel quiuis alius poeta, vel etiam prorſus è vulgo aliquis, ſatis locuples teſtis eſt, cui ſine vlla demonſtratione de dogmate fides adhiberi debeat: ſed ne ipſius quidem medicorum conſenſu oĩum facile principis Hippocratis, neq; Platonis philoſophorum omnium eminentiſſimi, tanta eſt auctoritas. Neque enim ſi poſteriores omnes inuidia rũpantur, multa'que contendẽdi ſtudio abſurda impudẽter cauillentur, vt Chryſippus, Platonis vel gloriam ſuperare, vel demonſtrationum ornatum aſſequi poterunt. Nullus tñ eſt recte ſentiens qui velit viris his, licet longe aliȷs oĩbus ſcientia præſtiterint, ſi abſolute quid ſuper hac re dixerint, acquieſcere: ſed probationem omnes expectant. At Chryſippus ne vnam quidem demõſtrationem ex illis quæ à viris his allatæ ſunt de propoſiC to dogmate nec refert, nec refellit: ſed Tyrtæum, & Steſicorum adducere in teſtimonium nõ veretur: qui ſi viuerent, interrogarentur q́;, an de horum decretorum ſciẽtia altercati eſſent, faterentur proculdubio nihil ſe huiuſcemodi vnꝗ intellexiſſe. Quin ex Chryſippo ſibi his de rebus aliquid diſcendum potius, ꝙ̄ ex ſe demonſtrãdum cenſerent. Chryſippus vero hos ad imperitos homines ſcilicet deduceret, doctus ad indoctos, mẽtis compos ad inſanos, rationum conſecutionis peritus ad eos qui non modo cum aliȷs, ſed ẽt ſecum, & in verbis & actionibus ſemper diſſentiũt. At vero licet vulgares omnes & inſaniant, & ſecum et cum aliȷs ſemper diſſideant, hãc ſaltem, vt videntur, prudentiã in ſe habent, ꝙ ad ea quæ dicũt eiuſcemodi teſtes, qui contra ſe teſtimonium pronuncient, minime adhibent. Chryſippi autem ſapientia imperitorum ẽt inſipientiam in eo tranſgreſſa eſt, ꝙ teſtimonia, quibus condemnaretur, corrogauit. Qua in re nugari etiam ego ea de cauſa coactus ſum, vt Chryſippum in oĩbus maxime erraſſe manifeſtarem. Neq; enim aliquã à Platone, & Hippocrate allatam demonſtrationem recenſuit, neq; infirmauit: neq; ipſe aliam quãpiam ſcripſit: neq; quibus agi teſtibus oportebat, ſatis cognouit. Quàm quidem ſibi contraria ac pugnantia dicat Chryſippus etiam in primo libro à nobis oſtenſum eſt: non minus tñ hoc loco hoĩs ſtoliditas poteſt conſpicua eſſe ac manifeſta, cum ea quæ celare debuerat, quippe quę raD tiones ſuas funditus euertant, non modo non celet, verum etiam ſibi atteſtari exiſtimet.

Aliæ quædam Chryſippi rationes fatuæ ac nihil ad rem attinentes refelluntur. *CAP. 5.*

SEd omiſſis iã huiuſcemodi nugis, omnes quas interrogat rationes ſeriatim videamus, à principio rurſus totius tractationis, nequid pręrermiſſum ſit, examinatione repetita. Ipſam orationem, quamuis paulo longior ſit, totam apponam: quæ ad hunc modo ſcripta eſt. Nam ſi ira hoc in loco eſt, conſentaneum videtur, vt reliquæ etiam cupiditates, & certe reliqui affectus, & cogitationes, & quicquid huiuſcemodi eſt, ibidem collocetur. Rumori autem obſecundantes pleriq; multa vera dicunt ſupradictam illam propenſionem ſecuti. Primum enim, vt hinc incipiamus, ex hoc inquiunt quidam aſcendere iram, & deuorare bilem quoſdam volũt: cum etiam dicimus deuorari ab aliquibus inuectiuas & contumelias, & non deuorari, ex eadem propenſione loquimur: ſimiliter cum dicimus nihil illis horum deſcendere, † Zenonem quoq; ipſum deuorato dicto abrȷſſe aſſeueramus, cum ad apprehẽſores ſuos ait omnia ſe quæſita in ore geſtare, non omnia deuorare: ⟩ ſiquidem neq; de uoratio, neq; deſcenſus dictorum alioqui dici poteſt proprie, niſi principatus animę noſtræ, in quem omnia hæc deferuntur, in thorace habeatur. Nam ſi in capite eſt, ridicule atq; improprie admodum deſcendere dicitur de verbis: propria enim eorum eſſet aſcenſio potius ꝙ̄ deſcenſio, † cum ſenſus auditus ante dicto modo ad mẽtem reflectatur. Si igitur

† quidam de uorato dicto abut. Et Zeno ad eos, qui ipſum reprehendebant, quod oĩa quæſita in ore gereret, inquit, At non oĩa deglutiuntur.

† ſecundum antedictũ modũ auditus [illegible] ad [illegible] [illegible] in thorace eſt [illegible].

in thorace est anima, & descensus eius proprie dicetur, si in capite improprie, atq; absurdissime. In E his rursus Chrysippus vulgariũ testimonium, quod adducit, contra se esse non intelligit: ascẽdere.n.iram seu furorem, aut descendere bilem, cætera'q; id genus quę dicuntur, illis potius attestantur, qui iram omnesq; affectus in inferioribus partibus, rationẽ in capite collocatam esse censent. Quin etiam animaduerti solitos dicere homines sibi verba non descendere, non cum non percipiunt, neq; intelligunt ea quæ dicuntur: sed cum dicto aliquo in iram, vel tristitiam, vel furorem vel talem aliquem affectum irritati, aut parum curent, aut perturbatione non afficiantur. Et hæc quidem garrulitas hactenus: post quã alterius meminit Chrysippus, ita. Mulieres quoq; magis » tale quid præ se ferunt: cum enim non descendunt ipsis ea quæ dicuntur, frequenter digitum ad » cordis sedem deducunt, negantes, inquam, dicta eò descendere. Hoc argumentum superiori co- » gnatum duo insuper alia quàm scitissima argumenta in se collegit: vnum, quòd quæ hæc dicunt fœminæ sunt, non vt in superioribus viri: alterum, ꝙ monstratione, quasi gestu & saltatu quodam exprimunt ea quę oratio in viris indicabat. Verum ò optime Chrysippe, contra te fœminarum testimonium citas: neq; enim illę ita loquuntur, seu, vt tu dixisti, manuum gesticulatione re presentant, cum intelligi à se negant ea quæ dicuntur: sed cum vel conuicijs, vel minis, vel tali quapiam iniuria lacessitæ significare volunt se neq; irasci ob id, neque excandescere, neque ægre F ferre omnino. Quanquam te quoq; id minime latere arbitror, quippe cum hoc loco etiam paulo post tibi ipsi oblocutus in hunc modum scripseris. Ex qua quidem propẽsione naturali ea quæ » dicuntur non descendere asseueramus siue minas, siue conuicia, adeo vt ipsas feriant, aut attin- » gant, atq; ita perturbetur mens. Ex eadem propensione est illud, cum dicunt, profundam aliquas » mentẽ habere, propterea ꝙ nihil huiuscemodi descendere eatenus potest, vt eã attingat. Iam igi- » tur ipse etiam Chrysippus testatur non descendere in pectus ea quæ dicuntur, solere de minis, & conuicijs dici: mentis tamen nomen orationi huic adiecit, cum iracundię debuisset. Considerare enim, & intelligere quæ dicuntur, & quid repugnet, quid'q; consequatur, cognoscere, rationabilis facultatis officium est: sicut irascibilis, cum minis, aut conuicijs prouocatur, non irasci, aut excandescere. Sed hoc Chrysippus in sequentibus ait. Inter hanc vero modo ascriptam orationem, & eam quam pauloante retuli de mulieribus, alia quædam verba intercedunt: q ię quidem ne videar quicquam omnino præterijsse etiam ipsa ascribam. Ea eiusmodi sunt. His vero consenta- » neum est cum dicimus quosdam, quę sibi visa fuerint, euomere. Item profunditatem multarum » talium rerum esse consueuimus affirmare, quod cum supradictis consonat. Nam si vbi (id quod » simile dictu est) diem esse deuorauerimus, atq; in mente hoc recondiderimus, postea è contrario G » rebus eodem modo se habentibus, quo prius, diem non esse affirmemus, nõ absurde, neq; impro » prie euomere id dicimur. Equidem ego neminem ita loquentem vnq̃ audiui, vt euomere in hũc » sensum diceret: sed respuere, & expuere, & eijcere, siue reijcere, & deponere dicunt, cum volunt significare à prauis opinionibus quempiam recessisse. Quòd si etiam euomere diceretur, ita esset dictum, sicut respuere, & reijcere, cętera'q; id genus, quæ per translationem vsurpantur. Sed huiuscemodi argumenta non modo philosopho, sed ne oratori quidem tractanda esse, & in superioribus libris satis demonstrauimus, & nunc etiam possemus breuiter ostendere artibus, regulis'q; oratorijs in medium adductis: quibus illi vnde in vnaquaq; causa sumenda sint argumenta, pręcipiunt. Nihil enim huiuscemodi traditum ab illis reperitur, vt ea sunt quibus Chrysippus libros suos referlit. At vero si totam hanc Chrysippi orationem vellem ita exacte excutere, vt nullum errorem irreprehensum prætermitterem, nihil esset quo minus in infinitam prolixitatẽ liber hic produceretur. Quare his omissis ad ea quæ sequuntur, iam descendam: vbi Chrysippus poetarũ testimonia adducere incipit paucis quibusdam suis verbis interpositis, quibus sæpenumero quid sibi velint carmina, explicat, sæpe etiam quasi cõpendium quoddam atq; vniuersæ rei summam colligit. Exorsus igitur à quodam Empedoclis dicto ipsum enarrat, atq; in ipsa enarratione ratio H nes paulo grauiores aggreditur: è quarum numero illa est de voce, quam in secundo horum cõmentariorum volumine retulimus. In quo quidem libro mihi visum erat satius esse, vt eæ tantũ rationes, quæ probabilitatem aliquam in se haberent, apponerentur, non quæ prorsus abiectę essent, & mulieres, vulgares, etymologias, vel manuum admotiones, nutus'que, ac renutus capitis, siue etiam poetas in testimonium adducerent: in his'q; decreueram cõquiescere. Sed amici rectius iudicarunt esse, vt neq; meras Chrysippi effutias alias, neq; has omnino prætermitterẽ: sed cum absurditatem earum notarem, tum vero demonstrarẽ eas, præterquam quòd nihil amplius astruunt, contra Stoicorũ decreta quoq; fuisse assumptas. Inde effectum est, vt omnia ista postea hoc libro sim persecutus. Cum igitur de voce in superiore libro satis super'que omnia absoluerimus: nihil'que amplius nobis dicendũ hic restet: ad ea quæ post hanc de voce rationem à Chrysippo afferuntur, commemoranda iam deueniam. Ea sunt tum de manuum illatione & admotione, cum pectus nos ipsos commonstrando attingimus: tum de ἐγὼ voce, id quod etiam in etymologicis retulit, asserens in ea demonstrationem quandam sensui patentem inesse: propterea ꝙ scilicet in prima eius syllaba pronuncianda mentum, labium'que inferius ad pectus retrahatur. Verum de his quoq; & in secundo horum commẽtariorum libro, & in eo quem de recta nominum

ratione

A ratione inscripsimus, à nobis satis dictum arbitror. Subsequuntur quæ de cordis etymologia his
« argumentis nō dissimilia in eodem primo de anima libro ita à Chrysippo scripta sunt. His omni
« bus consonat & consentit nomen ipsum cordis, quod græci καρδίαν nuncupant. Ita enim dictum
« esse constat quasi κρατία, hoc est ex quodam dominio, & principatu, quòd in ipso dominans, ac
« princeps animæ pars contineatur. Sed, ò bone Chrysippe, neq; nos id inficiamur cor viscus esse in nobis, quantum ad vitam quidem attinet, omniū præcipuum: sed absolute & simpliciter præcipuum, non concedimus: neq; enim cordi natura id tribuit, vt dominaretur, imperaret'q; alijs, cum regere ac gubernare hominis corpus opus esset: sed cerebro imperium, cordi obedientiam demandauit: perinde vt nos demonstramus. Deinceps progrediendo Chrysippus hęc subijcit.
« Hac parte incitamur, hac assentimus, in hanc sensuum omnium instrumenta pertingūt. Hæc de
« mum sola ex scientiam facientibus sumpta sunt capita. Quòd si ea probasset Chrysippus, & hominem laudassemus, & Stoicorū decretis acquieuissemus. Quoniam vero ita pronunciauit tm̄, neq; ea quæ dixit confirmare conatus est, nos autem & superius demonstrationes attulimus, probauimus'que hæc omnia ex corde minime fieri, sed ex cerebro in quo origo illorū omnium existit, & inferius etiam nihilominus sumus domonstraturi: ęquū videtur esse, vt non amplius iam
B Chrysippi, sed Hippocratis, & Platonis decretis fidem adhibeamus. Hæc igitur capita, in quibus tota horum dogmatū vis firmitas'que cōsistit, tam cito Chrysippus pręteruolat, vt mentionē tm̄ de illis faciat: cætera vero, quæ opus nō esset, superflue dilatat. Deinceps de voce, neruorū'que origine disserit, qbus vtrisq; in superioribus cōmentarijs satis occurrimus. Tum de nomine hoc se corde agit: vim'que eius nititur explicare: qua de re superius paulo etiā à nobis dictū est. Illud tm̄ in præsentia ex eadem Chrysippi oratione annotandum, quòd his quæ à me supra dicta sunt asti
« pulatur: id sic habet. Ex hoc bene cordati quidam dicuntur esse, quēadmodum bene animati: &
« cordis dolore laborare, qui solicitudine curis'que vexantur: quippe cū in corde ille ex mœstitijs
« curis'que conceptus dolor existat. His verbis Chrysippus aperte iā nobis testatus est, neminem imperitum, vulgarem'que esse qui rationalē animæ vim in corde esse opinetur. At neq; secors eā habet vim, vt apud vulgares, quod ipse putat, inanimum significet, sed timidum: sicut etiam cor dolere, curis agitari dicunt. Id quod ipse quoq; Chrysippus ijsdem his modo à me supra scriptis verbis testatur, cum inquit: quippe cū in corde ille ex mœstitijs curis'que cōceptus dolor existat. Ita fit, vt Chrysippus imprudens vbiq; non rationalem partem, non scientiæ capacem, non veritatis indagatricem, sed animi affectus in corde esse confirmet: id quod etiam facit cum sequendo
« C infert. In summa, vt in principio etiam dixi, optimi hoc ostēdunt timores, dolores'que, qui hac in
« parte existunt. Hic quoq; Platonis rationem astruit. Et deinceps pari modo, in corde irascibilem
« animę partem collocatam esse, probare se non intelligit: in hunc modum. Nam & cordis palpita
« tio, & totius animæ concursus ad cor in pauoribus euidens est: cum minime superueniendo suc
« cedendo'que alijs accidant, vt ea quæ natura mutuā quandā contagionē inter sese habent. Vnde
« etiam in semetipsos contrahuntur ad cor, vtpote principatum collecti homines, atq; ad mentem,
« vtpote sui ipsorum conseruatricem: ęgritudinis quoq; affectus hic fieri perbelle apparet, nullo
« alio corporis loco contagionem vllā, consensum'que doloris patiente: si enim vehemētes aliqui
« dolores existant, nullus alius est locus, qui affectus hos pręse ferat: at cor vel maxime. Oīa hæc à Chrysippo vere admodum dicta esse affirmamus. Quin etiam monitos velim istius sectæ homines, vt memoria teneant hæc: neq; amplius ea de re, quod videlicet pauores, & angores, omnesq; id genus affectus in corde consistant, aliam à nobis demonstrationem requirāt. Quanquam hoc quoq; quasi cōcessum ab ipsis Stoicis sumitur. Siquidem non tm̄ Chrysippus id facit, sed Cleanthes, sed Zeno prompte, atq; absolute, ipsa hæc ponit. Verum non hoc in præsentia est inspiciendum, sed illud tantum, in quo tota huiusce rei controuersia cōsistit: an in hoc rationalis etiā pars
D sita sit loco. Quòd si, quemadmodum ijs quæ à Chrysippo sæpe iam repetita sunt, perspicue ostēditur iracundiam in corde contineri: ita nos quoq; de ratione, quòd in capite, & cerebro sedem habeat, similes quasdam, vel etiam vehementiores probationes apponeremus, quid aliud quàm Platonis, Hippocratis'que dogma, vtrorumq; rationibus coniunctis demonstraretur.

Epilogus earum rerum quæ de cerebro, & corde, veris ac scientiam parientibus rationibus demonstrata sunt. CAP. 6.

MElius itaq; fortasse est, vt quando ad hoc oratione incidimus, scientiam afferentes demonstrationes, de quibus in superiori cōmentario latius disseruimus, sumptionibus etiam quibus quæq; proposita res demonstrari possit, assignatis, breuiter hic cōmemoremus. Fuit autem hoc caput, ex ijs quæ insunt, & accidunt vtriq; visceri, ex quæsitæ rei substātia incipere oportere: quæ vero inessent, & acciderēt priuatim vtrisq;, superius sumus persecuti. Quorū etiā capita hæc fuerunt: primum, sicut arteriarū cor, ita cerebrum instrumētorum oīum quę sensum, & motum, qui per voluntatem fit, in omnia animalis membra traducunt, qui nerui appellantur, originem esse. Deinde cerebri ventriculis collisis, vel vulneratis, totū repente animal sopitum collabi, neq; tamen vel arteriarum, vel cordis agitationem interire: sic etiam si eodem modo cor affectum fuerit, arteriarum quidem motiones lædi, totum vero animal neq; in sensu aliquo, neque in motu

noxam

noxam vllam videri contraxiſſe. Mox oſtendimus etiam neutrum alteri ſupradictas facultates, E neq; cor cerebro vel ſenſiuam vel motiuā agitatione ſcilicet voluntaria, neque cerebrū cordi pulſuum incitatiuā, ſuggerere: ſed viſcera hęc ſuæ vtrunque facultatis quendā quaſi fontem exiſtere. Quod nunc etiam morborum teſtimonio, id quod diffuſius in ſequentibus libris faciam, poteſt comprobari. Nam ſi in cerebro vitium ſit, in delirium animal, motus q; , & ſenſus priuationē prompte incidit. Si cor laboret, nihil huiuſmodi patitur, ſed intermori, & perire etiam quandoq; conſueuit. Si igitur ita ſe habent hæc, ſicut re vera ſe habent, & qui dicunt neruos ex corde oriri, dicere quidem, & ſcriptis etiam mandare, vt alia multa & dicunt, & ſcribunt, nō tamen euidēter in animalibus monſtrare id poſſunt: Principium enim, vnde nerui oriuntur, cerebrum eſſe neceſſe eſt: quæ vero Chryſippus prolixa atq; effuſa admodū oratione de corde diſſeruit, eiuſmodi eſſe, vt non conſiderare, & ratiocinari viſcus, ſed excādeſcere, ſed timere, ſed dolere, cętera q; alia, quæ iraſcibilis animæ tum operationes tum affectus ſunt, probent.

** Ander. in ſyncopen prolabi.*

Sumptiones reliquas, quæ à Chryſippo primo libro de Animæ primatu interrogantur, pueriles ac falſas eſſe. *CAP. 7.*

QVod itaq; iam ſuperius hoc in libro dixi, id nunc etiam mihi repetendum de Chryſippo eſt, Illum videlicet ea in oratione, quæ ante à me ſcriptas ſubſequitur, ita abſolute atque expedite hoc ſumere, ex vno eodem q; membro facultates vtraſque exortum habere, nulla neq; demonſtratione, neq; ſuaſione, neq; probabilitate adiuncta: vt ex ipſis verbis patebit, quę ad hunc modum habent. F Æque igitur abſurde pronunciabitur, ſi vel mœſtitiam, et anxietudinē, » † & ægritudinē, * dolores negent eſſe: vel dolores alio in loco quàm in principatu fieri aſſerant. » Eadem de lętitia & fiducia, quarum in corde ortus apparet, dicere poterimus. Quo enim modo » cum pes dolet, vel caput his in locis, qui laborant, dolor accidit: ita dolorem ex mœſtitia conce- » ptū in pectore exiſtere ſentimus: cum neq; mœſtitia dolor nō ſit: neq; alio quopiā in loco, quàm » in principatu concipiatur. Ad hęc reſpondere Chryſippo debemus, ad omnia ſigillatim quę interrogat capita, ſtatim à principio, vbi inquit mœſtitiam, & anxietudinem, & ægritudinē dolores eſſe, exordio ſumpto. Siue enim quis, vt Chryſippus, nos interrogando, ſiue affirmando ita dicat, orationē eius probabimus: concedemus q; anxietudinem, mœſtitiam, & ęgritudinem dolores eſſe genere: Immo vero ſi nominibus ſecundū gręcorū conſuetudinē vti volumus, ægritudinē & dolorē nihil inter ſe differre aſſeremus: ſicut neq; pilam à columna, † neq; enſem à gladio: anxietudinis tamen, & mœſtitiæ, dolorem eſſe quaſi genus non diffitebimur. Quod vero ait in principatus loco dolores effici, hoc iam Chryſippo minime dandū eſſe cenſemus. Quin ipſe debet, q̄ in vno eodem q; viſcere vtreq; hę facultates ſitæ habeantur, probatione aliqua cōfirmare. G Sed quid ego in vno eodem q; viſcere dico? Non ita cum Chryſippo loquendum eſt, ſed cū Ariſtotele potius: ille enim plures quidem in anima noſtra facultates, quę genere inter ſe diſcrepēt, eſſe non negat: non tamē id tribuit, vt in alio, atq; alio viſcere, cum cor vnum omnium principiū ſtatuat, collocatę ſint. Chryſippus vero nec facultates quidē ipſas inter ſe diſtare quicq̄ fatetur: neque aliam vim qua excandeſcat animal, aliam qua concupiſcat, aliā qua ratiocinetur & cogitet, eſſe concedit. Quocirca neq; à nobis quæſtio ita, vt modo fecimus, proponenda eſt, vt ab iſtis ꝓbationem vllam exigamus, qua in eodem loco iracūdiam, rationem, & concupiſcētiam ſedem obtinere confirment: ſed illud à Chryſippo, vel quopiam alio eiuſdem familię philoſopho, requirendum, vt id quod prius in controuerſiam venire debet, communius q; ac generalius eſt, ſtatuant ac demonſtrent: id eſt vt oſtendant ratiocinari, iraſci, cibū potum q; ac venerē appetere, eiuſdem eſſe facultatis functiones. Nos porrò ſeiuncta hæc eſſe, euidēter poſſumus cū in alijs animalibus, tum vero in pueris oſtendere: quippe qui vt ratione minimum vtuntur, ita iræ & cupiditatibus vehementiſſimis quaſi beſtiæ ſeruiunt. Et ex nobis ipſis quoq; ille qui ratione plurimum vtitur, minimū cupiditatibus, ira' que affici videtur: contra qui irrationabili alicui animę parti ſuccūbit, H is maxime à ratione deſciſcit. Atq; hic Medeæ Euripidis, Homerici' que Vlyſſis, exēplū repetendū: in qbus vtreque hæ animæ partes inter ſe diſſidentes, non vnā eſſe facultatē perſpicue poſſunt manifeſtare: peruicit autē in ſapiēte potior, in indocta & barbara inferior nequior' que pars. Quod in multis etiā alijs hominibus videre licet, in quorum anima id accidit, vt ratio modo cū ira, modo cum cupiditate, certet ac pugnet. At Chryſippus vnà cū alijs Stoicis de ratione quidē carentibus animalibus nobiſcum pedem confert, ac reſiſtit decreto, neq; iraſci, neque concupiſcere bruta aſſerens: de cuius orationis impudentia ſuperius à nobis dictum iam eſt. De pueris vero oratione vltro citro' que perplexa tergiuerſantur: neq; vno modo omnes, ęque impudēter tamē omnes, contra perſpicua ſenſui' que expoſita reclamāt. Qua de re in ſequenti libro plura diſſeremus. Pari autē ratione etiam de animæ affectuum differentia nihil afferunt, in quo vel cum euidentibus rebus, vel inter ſe cum alijs, vel ſecum quiſq; conſentiant. De quibus quidem omnibus in eo qui deinceps ſcribendus nobis eſt, hoc eſt quarto libro, agere conſtituimus: nam hic tertius * neſcio quo modo ſeſe huc inſinuauit atq; intruſit, ex Stoicorū litigijs exortus, qui non tantū contra quædam, ſed contra omnia etiam à Chryſippo ſcripta dicendū nobis eſſe cēſuerūt. Quanquā ego eorum oīum, quæ & ipſe Chryſippus ſuperflue à ſe eſſe ſcripta animaduertit, & aliquis fortaſſe, ita

** ἀγωνίαν.*
† non eſt in co. græ. ipreſſo, ſed ex his, quæ ſequuntur, videtur addendum.

† ita melius Ander. neque lumina ab oculis. græce n. ē ὦπας καὶ ὀφθαλμούς.

A tasse,ita vt ipse inquit,à grāmatista quopiā,vel blatterāte anicula allata esse existimarit, ne vllam quidem hic mentionem mihi faciendam duxi. Cętera vero vniuersa bifariā partitus, quæ oīum firmissima videbātur esse,in superiore libro prosecutus sum: quæ autem de animæ affectibus cō trouersiam mouebant, in quarto horum commentariorū libro pertractare decreueram.Id quod quidem,si salutem nobis deus prestiterit, omnino peragemus.Quando igitur in præsenti hac di sputatione oīa ea referre decreuimus,quæ Chrysippus in priore de animæ principatu libro disse ruit,tempus iam est,vt ijs quæ superius commemorata sunt,deinceps reliqua subnectamus. Ta-
« lis vero ijs,quę ante ascripsimus, verbis Chrysippi oratio continuatur. Ex qua etiā propensione
« cuncta huiuscemodi iactantur,attigi ac strinxi cor tuum: quasi animam dicas. Nec nō cor verbis
« stringo,dicimus: nō q loquendo aliquis possit in nos ad cerebrum,vel viscera, vel iecur intrare:
« sed in eandem sententiam qua supradicta.Illa enim eo modo mihi videntur dici: quasi ita loqua-
« ris: interiora tua tango,iniuria scilicet adeo intrinsecus penetrante.Corde autem perinde vt ani-
« ma vti consueuimus. Ex hoc quidem,si quis ei animum intenderit,manifestius liquebit, hęc qui dem dicta,vt omittamus q nihil demonstrant,vulgares'que atq; imperitos in testimoniū addu- cunt,nihil quicquā de proposita quęstione efficere ac concludere: sed affectibus obnoxiam ani-
B mę partem,carentem'que ratione esse in corde,non rationalē ostendere,apertissime cōstat. Vnde in istis,cum perinde absurda sint,vt ea quę sępius à me sunt redarguta,non amplius immorandū censeo. Hanc vero orationē altera statim subsequitur: vbi qua ratione euiscerati, cerebrum'que non habentes dici consueuerint, exponit: de qua etiam superius satis à nobis dissertatum fuit.
« Sed post hanc aliam his verbis ascribit. Ex huiuscemodi maxime propensione mihi videntur
« etiam ij,qui paulo iracundius ad vltionem in aliquos inuehuntur,ad cor euellendum incitari.
« Qua quidem propensione postea vehementius incitati ad reliqua etiam viscera generis commu
« nione vniformiter feruntur.Hic rursus Chrysippus diuersum quid se à proposita cōsideratione, nescio quo modo, confirmare non videt.Nam qui aliquibus interminātur,quemadmodum ali- quando eruturos se eorum oculos aiunt, vel caput fracturos, vel crura comminuturos,ita quoq; interdum cor se euulsuros iactant, hoc est interfecturos. Sed quid ad rem hoc facit? siquidem in hunc modum etiam minantur homines,vt aures & nasum abscissuros interdum,sæpe discerptu ros se esse aliquem dicant. Quin etiam quędam apud poetam mulier optans hęc loquitur.

O vtinam infixis ego dentibus huius.
Rodere vel medium possem iecur.

C Quid igitur Chrysippe mi,non'ne etiam iecur animæ principium esse pronunciamus? atque id Homero etiam teste, tāto poeta: cui fidē tu adhibere maiorem,quàm vulgaribus porrò deberes: hic sanè cum alia de iecinore scribit, tum hæc.

Et Tityum vidi clare telluris alumnum,
Porrigitur cui tota nouem per iugera corpus.
Hinc atq; hinc geminus rostro vrget vultur obunco,
Immortale iecur tondens: iacet ille supinus.
Nec depellendi manibus datur vlla potestas.
Latonę nanq; ausus erat tentare cubile
Impius,ęterno fuerat quę iuncta Tonanti,
Cum Pytho Panopei peteret per amœna vireta.

His versibus poeta concupiscibilem animę partem in iecore esse euidenter ostendit: propterea enim,inquit,q concupiuit Tityus Latonæ stuprum offerre,iccirco vultures iecur ipsius rodunt, vtpote in eam partem supplicio illato,vnde origo iniurię extiterat. Quanquam hic Chrysippus laudandus est,quòd ea quę opinionem suam euertunt,de industria subticuerit. Vbi vero vel ni
D hil efficit,vel contra se testes producit,eum ibi quid quā'que rē sequatur,quid cuiq; repugnet,nō intelligere prorsus existimo: perinde atq; in his etiam quę supra ascripta cōsequūtur: vbi inquit:
« Et irascentium etiam,atq; amantiū affectus circa thoracē fieri apparent,vt concupiscentia quoq;
« his in locis maxime existat. Singulis huiuscemodi dictis ita inferendum, atq; vrgendum. Quid igitur Chrysippe hoc ad rationem qua de agimus? Non enim de irascentibus,vel concupiscenti bus,an scilicet in thorace,circa'que thoracem ita affectis hominibus perturbationes moueantur, controuersia nobis fuerat,sed vtrum ratiocinans etiam pars ibi sedem haberet.Post hæc deinceps
« in hunc modum scribit.Optime autem hoc ostendunt,vt dixi,etiam quæ in nobis ipsis fiunt, &
« orationum, & similium meditationes.Quo enim omnia hęc conficiuntur,in eo etiam locutio-
« nis explicationem fieri,atque eo ipso loqui nos, ac cogitare prorsus conuenit. Vera hęc sunt ò Chrysippe quę scribis. Nam qua parte nobiscum meditamur, vel etiam silentio cogitantes tractamus,atque agitamus aliquid,ea ratiocinās proculdubio est.Sed debueras tu prius demon- strare,vtrum cerebrum an cor, id quod à principio propositum in quęstionem fuerat, esset id quod cogitaret ac ratiocinaretur: neque primam sumptionem ab omnibus concessam sumere, atq; ita existimare amplius aliquid ad rei quęsitæ inuentionem te esse habiturum: nam quo mem bro consideramus, & dissertamus,in eo esse animæ principatum nemo est qui non fateatur. At

hoc non

hoc nō erat quod quærebamus, sed illud, vtrum cor pars ea esset: id quod à te probatum minime E fuit: nisi videlicet in corde sentiri ratiocinātem partem asseris. Atqui in principio huiusce totius orationis ita ad verbū dixeras. Adeo sedes ipsa cognitionē nostrā videtur refugere, cū neq; vllus » sensus euidens huiusce rei extet, sicut in reliquis: neq; argumēta aliqua certa sint, qbus ratiocinā- » do effici hoc possit: neq; enim alioqui in tantā tum medicis tum philosophis controuersiā res ve » nisset. Hæc effatus Chrysippus si rursus cogitationum sensum nos habere, q in corde existant, in eodē libro asserere vellet, neq; sui meminisse, & cōtra aperta euidentia q; mētiri videretur: sed nō est eiusmodi vir iste. Quare nequaquā affirmaret per sensum aliquem harum supradictarū rerū cognitionem existere, q in corde efficiantur. Verum si non per sensum, sed per demōstrationē aliquam id fieri posse assereret, libenter admodum audiremus. Sed ea, de voce, ratione etiam nūc vti mihi videtur: quod ex his, quæ inferūtur, ita colligo. A mēte, inquit, & cogitatione loqui, & » †in nobis ipsis loqui} vel vocem explicare necesse est: tum astruit cor cogitare, & intra nos ipsos » vocem explicare, & foras etiam emittere. Cum enim id concessum posuerit, eiusdem mēbri esse » & loqui † & in nobis ipsis loqui, } deinde assumat loquelā cordis functionē esse, postea ex vtrisq; his efficit internam illam locutionem in corde generari. Nos tamen quoniam in superiore libro Zenonis conclusionem super hac re interrogatam, q scilicet vox è corde emitteretur, vitiosam F esse satis demonstrauimus, etiam hanc Chrysippi rationem vnà cum illa sublatam esse existimamus. Quocirca ad ea quæ sequuntur inspicienda iam deueniendum. Huic conuenienter gemi » tus quoq; inde prorumpunt. Et gemitus etiam ò Chrysippe & voces ex thorace quidem, & pul- » mone, non tamen ex corde emitti asseremus. Alibi enim sigillatim demonstratū à nobis est, neq; id absolute, neq; perinde vt à te nunc, qui nullam penitus probationem apposuisti. Post hæc ver suum copiam ascribit Chrysippus, ac plerosq; sicut superius ostendi, sibi ipsi aduersantes. Quæ vero carminibus interponuntur verba sunt quidem quàm paucissima, sed continent tñ quandā etiam ipsa Chrysippi oblocutionem ac repugnantiam: quam in sequenti libro, vbi de animę affe ctibus verba facere constitui, persequemur. In præsenti dicta tantum ipsa cōmemorabimus, quæ ita se habent. Poeta autem in his exuberans, rationalem, & irascibilem vno hoc in loco collocatas » esse multis versibus manifestat, in eodem etiam concupiscibilem adiungens, perinde vt fieri de- » bet. Aperte iam hic & irascibilem, & concupiscibilem aliud quid à rationali concedit esse, atq; in corde omnes sedem habere affirmat. At hoc Aristotelis, non Stoicorum dogma est. Quin etiā deinceps versibus illis præpositis vbi poeta in corde rationem esse pronunciat, inde subdit. Iam vero etiam concupiscibilem hic contineri, his ostendit. G

Nunquam aliàs animum languenti in pectore nostrum
Seu Dea, seu mulier, tanto deuinxit amore.

Deinde sequitur: Iracundiam quoq; esse his in partibus, hęc atq; id genus plura declarant.

Non potuit cohibere iram sub pectore Iuno,

Sed loquitur, Et,

Ira etiam, quę vel prudentem exasperat ipsum, Ira furor q; viri &c.

His atq; huiuscemodi omnibus Chrysippus iracundiam & cōcupiscentiam, facultates quasdam animæ esse à rationali diuersas non diffitetur: sed de his, vt dixi, in quarto libro disseremus. Nunc vbi reliqua, quæ in Chrysippi libro continentur, cursim perstrinxero, pręsenti huic dissertationi etiam ipse finem imponam. Post carminum illam adductam copiam, dein Chrysippus de voce, de oratione, de neruorum origine, quę q; his affinia sunt, tractauit: quæ porrò sola ex omnibus, quæ ei libro insunt, viro philosopho conueniebant. De quibus etiam nos superiori disputatione pretermissis ijs, quæ meram garrulitatem in se habere videbantur, satis super q; egimus.

Ortus Mineruæ fabulam non rectè à Chrysippo explicatam, neq; ad propriam opinionem accommodatam fuisse. *CAP. 8.* H

NVnc tñ qñquidem hoc in libro addere hæc sententia fuit, & alia superius posita disserui, & deinceps quæ de Minerua scripsit Chrysippus, hic subiungā. Cum .n. deæ huius fabulam decretis suis aduersari intelligeret, qppe quæ è Iouis capite genita esse existimetur, ita inqt: ipsius enim verba, licet paulo ꝓlixiora possint videri, oīa ascribā. Audio uero quosdā ita dicere ad ꝓban » dū ac persuadendū in capite aīæ principalem partē esse. Nā q Minerua quæ.s. consiliū, ac pruden » tia est, è Iouis capite nata sit, significationē esse aiunt, hac in parte principatū haberi debere: neq; » enim in capite consiliū ac prudentiam aliter gigni potuisse, nisi ibidem principatus aīæ esset, affir « mant: quod cum dicunt, probabilitatē quidē aliquatenus sequunt, errant tñ mea quidem senten » tia, & quæ de his historiæ tradiderunt, ignorant: qua de re in præsenti quęstione latius paulo di- » cēdum esse duco. Nō nulli quidem absolute ita aiunt è Iouis capite ipsam genitam esse, neq; quo » modo, quàve ratione id factum sit, explicant. Hesiodus vero diffusius rem hanc in deorū genea- » logia exequitur: cum alij in Theogonia ortū ipsius deæ ita percenseant, Iouem primū cum Me- » tide, deinde cū Themide, cōsuetudine habita ipsam procreasse: alij aliter ipsius generationē refe- » rāt, cū lis videlicet inter Ioue et Iunonē incidisset, illā p se ipsam Vulcanū, Iouē vero Mineruā ex » deuorata Metide genuisse. Metidis quidem deuoratio, & in Iouis corpore Mineruę generatio »

in vtrorūq;

---

† ἐν ἑαυτῷ λέγειν.

† ἐν ἑαυτῷ λέγειν.

' Græ. cod. impressi non habet hāc dictionem, videtur autē à Felici. ex coniectura hic apposita, nā eius fit mētio in initio sequentis libri, vbi authoritatē Chrysippi ad verbū penè Gal. repetit.

In impresso cod. mendum inesse suspicor.

A in vtrorũq; oratione habetur: ſed differentia in eo eſt, quo modo cõfecta hæc fuerint: id quod ad præſentem diſputationem minime facit: quod enim commune in vtriſq; eſt, id tãtum ad præſentem tractationem confert. Scriptum autem in Theogonia, hoc eſt deorum ortu, in hũc modũ eſt.

Iuppiter ipſe Deûm rex eſt connubia prima
Metidis ingreſſus, quæ prudentiſſima cunctos
Conſilio præcellebat diuos q; homines q;.
Cum q; eſſet flauam pariturus forte Mineruam,
Deceptam blandis verbis, & fraudibus illam
Deuorat, in q; ſuum corpus, ventrem q; recondit,
Quo recti & praui fieret conſultus ab ipſa.

Deinde progreſſus paululum ſic inquit:

Ipſe autem flauam de vertice Pallada ſacro
Ædidit, armipotentem, horrenda q; bella cientem,
Militiæ q; ducem intactam, cui clangor, & ingens
Armorum crepitus, clamoſa q; prælia curæ.

Perſpicuum ſane eſt intro in pectus Metin reconditam fuiſſe: atque ita ex capite progenitam B Mineruam. In ſequentibus etiam, cum plura hac de re narret Poeta, ita cecinit.

Ex lite hac celebrem natum pulcherrima Iuno
Vulcanum peperit ſummi ſeiuncta cubili
Coniugis, ingenio præſtantem, atq; arte fabrili
Cœlicolis cunctis: at Iuppiter ipſe puellam
Oceani natam, & formoſæ Tethyos, abſq;
Concubitu Iunonis adit: fallit q; ſagaci
Conſilio, quamuis agitantem plurima Metin:
Corripiens q; manu in corpus, ventrem q; recondit.
Hoc metuebat enim, ne aliud violentius ipſo
Fulmine conciperet, pareret q;: iccirco repente
Iuppiter altitonans, regnator q; ætheris ipſam
Abſorpſit. Fortem confeſtim abſorpta Mineruam
Pallada concepit: quam deinde hominum q; deum q;
Progenitor peperit ſupremo è vertice ad vndas
C Tritonis fluuij. At Iouis intra viſcera Metis
Palladis alma parens latitans reſidebat honeſti
Inuentrix, iuſti q;, omnes homines q; deos q;
Notitia rerum ſuperans. Huic altera coniunx
Affuerat dea ſancta Themis: quæ in ventre Mineruam
Exornans armis fabricata eſt ægida diuæ,
Ægida terrentem q; viros, & caſtra fugantem:
Vnde armata fuit primo virgo ędita partu.

" His dictis Cryſippus deinde hæc ſubnectit. Quæ quidẽ de Minerua dicuntur, huiuſmodi ſunt, " quę aliam quandam ſignificationem exhibẽt. Principio enim Metis appellatur, hoc eſt conſiliũ, " quaſi quædam prudentia, & rerum, quæ in vitæ actionem veniunt, ars: qua ſcilicet artes de- " uorandæ à nobis, ac recondendæ intra nos ſunt: qua ratione etiam deuorare quoſdã dicimus cõ " tumelioſa verba: ob deuorationẽ autẽ recondi poſtea in ventrem conuenienter apteq; dicuntur. " Præterea deuorata huiuſcemodi arte conſentaneum eſt, vt intus matri ſimilis filia procreata ſit. " Iã vero quo modo, quáve parte ea, quæ in nobis ex ſcientiam efficiẽtibus pariuntur, exeant, vide " D re licet: conſtat enim oratione efferri, ac per os ex capite: capite ſcilicet eodẽ modo appellato, quo " pecudis caput dicere conſueuimus: quo capita ab aliquibus ablata fuiſſe memorantur. Qua ratio " ne cum accipiatur, ex vertice etiam orta eſſe perhibetur, pleriſq; huiuſcemodi ĩmutationibus vo- " cabulorum in alterius rei ſignificationem aſſumptis. Omiſſa etiam hac hiſtoria ex eo tãtũ, ꝙ na- " ta è capite eſt, haberet aliquis, quę diceret: nõ enim in capite natam eſſe ipſam inquit. Niſi inuer- " ſa atq; immutata oratione eã hac parte exiluiſſe alibi natã dicere voluerimus: vt etiã hoc ad aliud magis, vt dixi, ſignificandum referatur. Quæ enim in nobis ipſis artificioſa pariuntur, ex capite egreſſa ſupradictam fabulam maxime exprimunt. Et hæc quidem Chyſippi oratio eſt. Quoniã vero longa admodum eſt, & eã ob cauſam fortaſſe non nulli ſenſum eius nõ planè percipiũt, breuiter, qd ſibi velit, conabor explicare. Nõ aduerſatur mihi, inquit, fabula, quæ ex Iouis capite Mineruam, hoc eſt prudentiam, natã eſſe ait: nõ enim hoc tantũ in ea percenſetur, ſed etiam illud, Iouem deuorata Metide, ac quaſi grauidũ ex ipſa effectum conceptam ac genitam in ipſo puellam per caput peperiſſe. Ita aũt celebratam fuiſſe fabulam ait, propterea ꝙ artes omnes, quæ ex ratiõe in corde conſiſtunt, atq; ortum habent, per orationem, quæ è capite egreditur, in lucem proferũtur. Nam etiam os capitis pars eſt: neq; capillata tantũ, ſed tota ẽt ſupra collum pars caput appellatur: quo ſignificato ita loquimur, cum abſcindi alicuius caput dicimus. Quòd ſi etiam nõ per os

Græ. cod. hic mendoſus eſt.

Iouis,

Iouis, sed è vertice Mineruam egressam fuisse fabulentur, nihil absurdum esse inquit: cũ pleræq; E huiuscemodi vocabulorum immutationes alterius rei significationem præ se ferãt. Hac oratione Chrysippus in cęteris quidem & probabiliter simul & ingeniose fabulã interpretatur, ad Stoicorum decretum eam accommodans atque adaptans. Quod vero summam rei continebat, præcipuum q; erat, de quo certare maxime conueniebat, quàm breuissime præteruolauit: perinde atque superius fecerat, cum id, quod vulgo dicunt, quosdam nõ habere, quosdam habere cerebrum exponeret. Quemadmodum enim ibi rem ipsam, de qua quæritur, citissime pręterijt extrinsecus copiosissime oratione producta: non secus etiam hic, quod rem ipsam continet, breuibus pertransit, satis q; habet ita dicere, Ea de causa è vertice non ex ore genitam Mineruam fuisse, quod pleręq; huiuscemodi vocabulorum immutationes alterius rei significationem pre se ferant. Decebat quippe Chrysippum vel neutiquam omnino fabulã attingere philosopho viro ad decreti probationem minime necessariam, vel, quando attigit, quicquid contradictionem ac repugnantiam maxime habere videbatur, accurate persequi: neque vereri, si multis verbis opus fuisset, multa etiam scribere. Siquis tamen vellet huiuscemodi fabulas aliter etiam interpretari, multas posset ex ijs, quæ in dissectionibus patent, argumentãdi occasiones accipere. Quibus quidem de rebus in sequentibus, cum de animali spiritu verba erunt facienda, pluribus agemus. Nunc breuiter ca- F pita tantum demonstrationum, quæ fieri possent, referemus. Quemadmodum enim corpus ipsum cordis, cum ex seipso dilatatur, ac contrahitur, vicissim materias & attrahit, & emittit: eadẽ ratione cerebrum etiam cum vult spiritum, quem in ventriculis suis continet, quem animalem nuncupamus, in aliquod membrum transmittere, accommodata huic rei agitatione motum id facit. Hic autem spiritus, qui in ventriculis continetur cerebri, parua quadam ex parte fortasse ex ijs etiam, quę ad ventriculos ipsos pertinent, venis gignitur: maximum vero ac pręcipuum ortũ huic, arteriæ illæ, quę sunt ad reticularem in fundamento cerebri sitam texturam, suppeditant, à corde ipse ortum habentes. Vnde, si quis veris rebus fabulam vellet coaptare, posset ita dicere: in inferioribus partibus conceptam prudẽtiam, qui est spiritus animalis, in capite adolescere ac perfici: Et pręcipue circa verticem, qua in parte medius atque idem principalis cerebri ventriculus est. Ego tamen, id, quod Plato ipse inquit, huiscemodi omnia fabulamenta pulchra alioqui ac iocunda, sed nimium strenui, & laboriosi, nec fortunati admodum hominis esse existimo: atque id nulla alia de causa, nisi quia post hoc necesse erit Hippocentaurorum & item Chimęrę formam ad examen redigere atq; interpretari: influet q; ac sequetur talium Gorgonum & Pegasorum infinita series, aliarum q; incredibilium absurdiorum q; insuper atq; à ratione omni abhorrentium G naturarum multitudo. Quibus siquis fidem nullam adhibeat, velitq; singula verisimilitudini applicare, atque ita quasi crassa quadam & rustica philosophia vti, sanè huic multo ocio opus erit.

Ex Phædro.

Perlecta hac oratione debebat Chrysippus à fabulis temperare, neque earum sensibus exponendis tempus conterere: quo cum semel aliquis incidit, obruitur deinde innumerabili sequentium fabularum copia: vt vitę omne spatium consumendum illi sit, qui omnia exponendo persequi atque absoluere conetur. Rectius profecto, meo quidẽ iudicio, fuerat, vt veritatis re vera cupidus ac studiosus, non, quid poetę dixerint, aduerteret: sed prius scietiam efficientium sumptionum, de quibus in secundo libro tractaui, inueniendarum via ac ratione percepta, in ea postea exercere tur: cum q; exercitatione satis profecisset, tum demum ad singularum quæstionum tractationem accedens, ibi sumptionum, quę in demonstrationes adhibendę essent, delectum haberet: consideraret q;, quibus nam ex ipsis à solo sensu, quibus ve ab experientia & vsu tum vitę, tum artiũ, quibus etiã ab intellectui euidentibus rebus sumptis efficere, quod propositũ esset, possemus. Si hac via Chrysippus ingressus fuisset omissis fabulis, etymologijs, nutibus, ac renutibus capitis, manuum q; motionibus, labiorum q; figuris, ac poetarum testimonijs, vnà cũ mulieribus, alijs q; insipientibus, & ipse verũ inuenisset, & nobis temporis conterẽdi occasionẽ minime exhibuis- H set: dum ostendere ipsi cogimur, neq; ijs quidem, quos citat, testibus quicquam amplius in causa sua efficere. Poetę siquidẽ pleraq; cõtra ipsius decreta dicunt, nec secus fabulę, & vulgus, et vnusquisque alius, quem quasi suæ astipulantem sententię in priore de anima libro adduxit. Hęc sunt à Chrysippo in disputatione de aię principatu scripta: Quę eo consilio à me fuerant in superiori libro pretermissa, quòd iudicabam, etiam si ille redundare nimis' que esse in his minime veritus est, mihi tamen conuenire, vt ab huiuscemodi nugis essem alienus. Quoniam vero, vt dixi, quibusdam amicis † gloriæ ac victorię studio incitatis ita placitum est, vt harum quoque rationum mentio à me fieret, in gratiam eorum librum etiam hunc conscripsi: vt quantum ego quidem pręstare potui, quæ à Chrysippo superflue fuerant scripta, breuiter pretererim, neque ea tamen subticuerim non pauca, quę videbantur præsenti huic tractatui vtilia futura.

*φιλοτιμίας.

Galeni

GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Recensentur errores Chrysippi de affectibus, ac perturbationibus: & de ea, à qua oriuntur, facultate.

Chrysippum non recte sensisse de Irascibili, & Concupiscibili animæ facultate, ac sibi ipsi quoque aduersari. CAP. I.

SI nimis prolixe oratio trahitur, non nostrę id, sed illorũ culpę est ascribẽdũ, qui libros suos prauis argumentationibus referserũt. Siquis enim eas silẽtio prętereiret, nõ tã contemptu, q̃ solutionis inopia, videri posset breuitatẽ B secutus. Si contra seriatim omnia vellet refutare, verendũ esset, ne tã longa euaderet disputatio, vt nunquã finẽ esset inuentura. Quocirca ego horum vtrunq; crimen euitare cũ velim, mediã quandã & moderatã viã repperisse mihi videor, quę & à deficienti breuitate, et à superflua prolixitate, ęquis interuallis distet. Omissis.n.omnibus alijs Stoicis ea tñ, q̃ Chrysippus de earũ, q̃ corpus nostrũ regũt, facultatũ decreto scripserit, producẽda in pręsentia: atq; ijs, q̃ ab Hippocrate & Platone dicta sunt, cõparanda mihi esse censui. Cũ aũt q̃ plurima ab eo scripta sint argumẽta, qbus aiæ affectus in thoracis sedibus existere probaretur: cur vero ibidẽ ratio cõsistat, ne vna qdẽ demõstratio allata sit, sed semper illud prõpte vt cõcessum sumat, vbi affectus aiæ existãt, ibi rationẽ quoq; esse: nos & superius non pauca contra ipsum hac de re disseruimus: & nũc, quę restant disserenda, persequemur. Sed si eadẽ semper de ijsdẽ scriberet Chrysippus, neq; in plerisq; dogmatibus anceps à seipso dissentiret, nõ longis mihi opus esset ad respondẽdum ambagibus. Quoniam vero alibi alia ac diuersa de ijsdem scribere inuenitur, neq; sententiã hominis interpretari, neq; vbi erret, ostẽdere facile est. De animæ igitur facultatibus, quę nos regunt ac gubernãt, cum in primo de anima libro Platonis sententiã explicauerit, in capite rationẽ, in corde iracũdiã, C ad vmbilicũ cupiditatẽ dispositã esse, subsequẽdo ipse ad cor tria hæc cõtrahere ac cogere nititur. « Verba eius in hunc modum habẽt. Poeta aũt in his exuberans rationalẽ & irascibilẽ hoc vno in « loco collocatas esse multis versibus manifestat, in eodem etiam concupiscibilem annectens, per- « inde ac debuit. Mox subdit: Rationalem enim partem hic esse his versibus significat.

Ast hoc consilium, prudens q; in pectore mens est,
Verum animo nunquam nostro sub pectore suasit.

Deinde pluribus carminibus appositis ita infert: Iam vero etiam concupiscibilem hic contineri his ostendit.

Nunquam aliàs animum languenti in pectore nostrum
Seu dea, seu mulier tanto deuinxit amore.

Et paulo post rursus iracundiã quoq; esse his in partibus, hæc atq; id genus plura declarant.

Non potuit cohibere iram sub pectore Iuno: Sed loquitur. Item
Ira etiam, quæ vel prudentem exasperat ipsum.
Ira, furor q; viri, qui longe melle fluente
Dulcior, vt fumus, generoso in pectore gliscit.

D Vt euidẽtissime ac manifestissime hic prę se ferat Chrysippus se etiam ipsum, quemadmodum Hippocrates & Plato, cõcupiscibilẽ & irascibilẽ facultates aiæ esse à ratione diuersas opinari: in eo tñ ab illis dissentire, q̀ in corde omnes, vt Aristoteles, non in tribus visceribus, cerebro, iecore, & corde, vt illi, esse dicit. Quin ẽt & facultatũ ipsarũ effectus siue opera & affectus versibus his, quos ascripsit, satis super q; videtur ostẽdisse: dũ enim inquit, Nunquã alias animũ &c. amorẽ cõcupiscibilis affectũ esse declarat. Iracundiã vero irascibilis eo versu probat: Non potuit cohibere irã &c. Nihil autẽ interfit in pręsentia siue effectus, aut opera, siue affectus, huiuscemodi omnia appelles: postea hanc rẽ diligenter excutiemus. In priore igitur de anima libro Chrysippus nõ modo vllam esse animæ facultatẽ vel concupiscibilem vel irascibilem nõ inficiatur: sed affectus etiã ipsarũ edocet, & locum in corpore illis vnum assignat. In omnibus vero libris, vbi de affectibus ipsis agit cùm tribus illis, in quibus rationales huiusce rei quæstiones pertractat, tum curatorio, quẽ moralem inscribunt non nulli, non eodẽ modo de ijsdẽ sentire deprehenditur, sed quędam quasi in vtranq; partem scribit: quędam ita, vt nullam esse animæ facultatem neque cõcupiscibilẽ, neq; irascibilẽ, existimare videatur. Nam cum diffinitiones affectus exponit, irrationalem vim quandã in anima affectuum esse causam significat, vt paulo post verbis eius explanãdis mõstrabo: postea, vbi quęrit, vtrum iudicijs succedãt affectus, à Platonis opinione manifeste recedit, quippe

quippe qui ne à principio quidem in problematis diuisione mentionem vllã de eá sibi esse faciẽ- E dam cẽsuerit. Quanquam hoc illi primum, vt qui in diuisionis defectu errauerit, crimini dari po test: affectus enim, exempli causa, amor, cum aut iudicium quoddam sit, aut iudicijs succedat, aut motus quidam ἔκφορος concupiscibilis facultatis existat, eodem modo ira, aut iudicium, aut quidã irrationalis affectus, qui iudicium subsequatur, aut facultatis irascibilis motio quędam vehemẽs sit ipse neq; ita, cum quęstionem trifariam secari liceat, orationem hãc tractat: conatur q; ostende re melius esse, vt ipsos affectus potius iudicia, quàm iudicijs succedẽtia existimemus, quę in prio re de anima scripserat, sanè oblitus, amorem concupiscibilis, iram esse irascibilis facultatis.

Errasse Chrysippum in affectuum diffinitionibus, ac alicubi facultates animæ distinxisse, quo pacto Hippocrates & Plato distinxerunt. CAP. 2.

QVemadmodum vero hic simul & suorum scriptorum oblitus est, & contra veterum dog- ma dicendum sibi esse non putauit: ita in generalium affectuum diffinitionibus, quas pri mas exposuit, prorsus ab eorum sententia diuersus abit: qui ęgritudinem diffinit præ- sentis mali esse recentem opinionem: timorem mali expectationẽ: voluptatẽ præsentis boni re- centem opinionem. Proculdubio enim in his rationalis animę partis tantũ, & cupiditate, & ira- cundia pretermissa, mẽtio facta est. Siquidem ipse tum opinionem, tum expectationẽ in ratione F tantum cõsistere arbitratur: in cupiditatis tamen diffinitione, quam expetitionem irrationalem esse inquit, attingit quidem, quantum ad vocabulum attinet, scilicet, irrationalem animę faculta- tem: sed in explicatione postea eius dissentit: quippe cum expetitio, quã in diffinitionem assum- psit, id aũt est ὄρεξις, rationalis sit facultatis: ita enim ipsam diffinit, expetitionẽ appetitum ratio- nalem esse inquiens ad quandam, quatenus decet, iucunditatem tendẽtem. In his quidem diffini tionibus appetitiones, opiniones, & iudicia esse affectus existimat: in alijs quibusdam sequẽtibus Epicuro magis & Zenoni, quàm suis decretis cõsentanea scribit. Ægritudinem diffiniẽs demis- sionẽ inquit esse ob id, quod videtur fugiẽdum: & voluptatẽ elationẽ ob id, quod videtur expe- tendum. Demissiones quippe & elationes, cõtractiones & diffusiones, nam & has quandoq; cõ memorat, irrationalis facultatis esse affectiones constat, quę opiniones consequuntur. At talem affectuum substantiam esse Epicurus & Zeno, nõ ipse Chrysippus opinatur. Quapropter demi rari hominẽ cogor, qui in rationalis exactę q; doctrinę professione non exacte agat. Non enim in his tãtum manifeste à se ipse dissidet ac dissentit: sed etiam ibi, cum de perturbationis, siue affe- ctus diffinitionibus scribens, perturbationem asserit irrationalem, ac cõtra naturam animę com motionẽ, vehementioremq; ac redundantẽ appetitionem esse. Deinde irrationale explicãs, quod G sine ratione, & iudicio est, ita dici ait. Tum in exemplum vehementioris illius ac nimię appetitio nis eos, qui vehementi cursu agitantur, assumit. Quę vtraque porrò superiori illi orationi, quę iu dicia esse affectus statuebat, aduersantur. Quod euidentius constabit, si verba eius ascripserimus. Prior oratio in hunc modum habet. Primum autem sciendum est rationale animal natura ratio » nem sequi, ac secundum rationem tãquam ducem agere: sępenumero tamen etiam temere ad ali » qua ferri, & rationi non obtemperans ab aliquibus magis, quàm par sit, depelli. Qua impulsione » vtręq; constãt diffinitiones, & ea, quę est pręternaturalis motionis temere ita atque irrationabi- » liter factę, & ea, quę ex appetitionis redundantia nimia q; vehemẽtia sumitur. Irrationale enim » hoc ita est accipiendum, vt quod non obtemperat rationi, quod q; auersatur rationem, intelliga » mus. Qua etiam impulsione solemus dicere protrudi quosdã in moribus, & temere sine iudicij » ratione ferri. Nęq; si aberrans fertur aliquis, aut incuria quadam in ratione labitur, his verbis no- » tare consueuimus: sed maxime si secũdum eam feratur, qua affectus describũtur, impulsionem. » cum natura cõparatum sit, vt animal rationale non moueatur eo modo anima, sed ratione. Atq; vna quidem Chrysippi oratio, qua priorem perturbationis diffinitionem explanat, hic desinit. Alteram, qua diffinitio altera explicatur, deinceps post hãc in primo de perturbationibus tracta H tu scriptam, tibi iam subnectam. Ad hunc modum etiam appetitionis vehementia ac redundan » tia dicta est: propterea ꝙ congruam sibi & naturalem appetitionum constantiam transgrediun- » tur: fiet autem, quod dico, hoc exemplo manifestius, ac planius. Dum ex appetitu incedimus, cru » rum motio non est vehementior, neq;, vt ita dicam, redundat, sed suspendit quodam modo appe » titum & moderatur, vt & stare, cum voluerimus, & ingredi possimus. At in ijs, qui ex appetitio- » ne currunt, non ita amplius fit: sed pręter appetitionem crurum alternatio concitata nimis est, ac » redundat, vt efferantur effusi: atq;, vbi semel inceperint, non valeant continuo ita moderata cru- » rum vicissitudine moueri ac ferri. Quibus profecto simile quid in ipsis appetitionibus accidere » mihi videtur, dum longius à rationis constantia discedunt: quemadmodum cum ad non obtem » perandum illi incitantur. Atque hęc vehementia ac redundatio, quę dicitur, in cursu pręter appe » titum fit, in appetitu vero ipso pręter rationem. Siquidem naturalis appetitionis constantia per » rationem, quatenus & quoad ipsa voluerit, efficitur. Quapropter cum ita, eodemq; modo trans » gressio accidat, tum vehementior ac redundans appetitus, tum cõtra naturam & irrationalis ani » mi commotio appellatur. Hactenus Chrysippi orationes. Age vero vtrasque diligentius cõside » remus à priori exordiẽtes: qua docet, & exponit, quo modo perturbatio animi, motus irrationa- lis &

**In cod. græ. impressis hic corrupte legi- tur, ὡς, pro ἔχι. & ex se- quẽtibus, vbi Gal. eadẽ repe tit, intelligi potest.*

A lis & preter naturā esse dicat.Nā cū duo significata huiusce vocabuli irrationalis esse cognosceret quorū alterū tm̄ in diffinitione hac sua accipi vult,hoc est sine iudicio,recte sane fecit,cū nullā nobis reliquerit ambiguitatē, sed expresserit se perturbationū appetitionē eo modo irrationalē appellare,quatenus rationē auersatur,eiq; nō paret,sine q; iudicio existit.Cū igitur auersari inqt rationē irrōnalē illā affectuū appetitionē,ab inanimatis rebus,brutis q; animalibus segregauit: qppe cū moueatur interdū & lapis & lignū,cętera q; sigillatim inanima,nō ita tn̄ vt rationē auersentur,eius q; imperiū detrectēt.Quod.n.rōni obtēperandi & sequendi facultatē a principio nō est adeptū,qui fieri potest,vt parere nolit id rōni,eam q; auersetur? Non vti quidē ratione satis accōmodate in vniuersum dici etiā de his posset: sed illa qbus natura insita est & parēdi & sequēdi habilitas,& auersari,& nō parere merito dicentur,cū interdū aliter cōtra naturā ferūtur. His igitur Chrysippus in nullo neq; in animo,neq; animali,quod tn̄ rōnis expers sit,animalē affectū inesse ostendit.Cum vero sine ratione,& iudicio fieri perturbationum motionem scribit,deinde subnectēs addit: neq; si aberrans fertur aliquis,& incuria quadam in ratione labitur: sed si auersus ipsi, minime'que obtēperās est: perturbationes ipsas ab erroribus & peccatis distinguit admodū apte. Peccata siquidem & errores nihil aliud sunt,q̄ praua iudicia,q̄ falsa atq; à veritate aberrans ratio.

B Perturbatio cōtra,nullus est rationis error,nulla incuria,sed rationis imperium detrectans animę quidam motus. Qui enim,vt patriam seruet,liberorum vitam negligit,aut alijs iugulandos eos tradit,aut ipse etiam eos iugulare non veretur: opinione & specie boni,& ratione quadam vsus id facit. At Medea non modo ratione aliqua ad trucidandos filios inducta nō est,sed è contrario prorsus retracta: quę quidem cōsideratione & ratione,quę nam mala sit perpetratura, cognoscere se inquit,iram tamen esse consilijs potentiorem suis,asserit: hoc est,nō subiectum esse affectū, non parere,non obsequi tanquam dominæ cuidā rationi: sed habenas detrectare,recedere ab ea, imperiū'que reijcere: quasi alterius cuiusdam facultatis illa perturbatio, vel opus, vel affectio sit, non rationalis: qui enim fieri id potest,vt idē sibi ipsi nō pareat,se auersetur,se nō sequatur? Hęc sanè omnia: pręter q̄ ꝙ nihil in se reprehendendum habēt.sunt etiam vere & distincte,& ad Platonis sententiam dicta.Similiter quoq; quę in secundæ diffinitionis expositione scripta sunt,vbi velociter currentes commemorat,qui neq; si subsistere voluerint facere id statim possunt. Perspicue enim hic altera pręter rationem facultas à qua affectiones huiuscemodi existant, ostenditur. Quod euidētius cognoscere poterimus,si causam cur eueniat,vt stare confestim non possint plериq; ex ijs qui currūt,inuestigauerimus. Atq; huiusce rei inuētio inde nobis offertur,ꝙ nō omni-

C bus ita contingit,sed illis tm̄ qui per planum aliquē,aut etiam decliuem campum ferūtur.Nemini enim est videre qui per accliuia loca decurrat,id accidisse: statim siquidem,vbi voluerint,sistūt quippe cum corporis moles & grauitas nō possit hos,sicuti illos violēter deorsum trahere.Quod propterea euenire cōstat,ꝙ impetus ipsorū & motus causa cōposita est: altera vt animaliū quę ex appetitione mouentur,altera vt inanimatarū rerum,quę pondere inclināntur,& grauant. Ita saxa plerunq; è montibus pręcipitata,non ante q̄ ad planitiē aliquā,aut vallē deuoluta fuerint, valent impetum retinere. Vnde satis iam liquet hoc etiā exemplo facultatē quandam natura irrationalem diuersam à ratione perinde vt est in animaliū corporibus grauitas,significari. Nō posse vero ipsos ob hoc statim vbi voluerint,consistere,non tm̄ ex accliuiū decliuium'que locorum differentia,sed ex diuersitate etiam motionis vel in ipsa planitie colligitur.Qui enim retro corporis impetum currendo reflexerit,is liberam habet cum voluerit,subsistendi potestatē. Qui contra in anteriorem partem currit,ab eodē ipso impetu & procliuitate corporis,ne id queat,prohibetur. Atq; ita fit,vt oēs hunc admodum currant,ab ipsa rei natura edocti,procliui corporis in anteriora impetu motionis celeritatem adiuuari. Quemadmodū igitur,ò bone Chrysippe,ijs qui nihil à corporis mole ad motus velocitatem iuuātur,in promptu est subsistere,illis vero qui ex duplici cau-

D sa celeritatē adipiscuntur,volūtas ad cohibendū non amplius sufficit: ita in animæ appetitionibus fieri manifestum est.Cum ratio sola in causa est,penes eam etiā solam erit sedandæ atq; inhibendæ appetitionis facultas.Si vero vel ira, vel cupiditas irrationales vtiq; facultates & corporis grauitati persimiles ad eam accesserint,illico quidē vbi vult,insistere nō potest, mora tn̄ quadam,vt in currētibus fit,fortasse id consequetur.Fortasse,addidi propter causarum singularium, quæ appetitionem incitant,inęquales vires. Cum.n.& ratio,& concupiscentia,& ira ipsam moueant,si ab vna ex his extiterit quiescentibus reliquis,ab eadē sola subiugabitur & regetur. Verbi causa, si à ratione fit,ab eadem poterit & sedari: & denuo,si sola voluntas affuerit,excitari: si ab iracundia aliqua,aut cupiditate, ab eadem cum desistet.Si à duabus simul agentibus,vt ratione,& aliqua irrationali facultate excitata fuerit, vel retrahet ratio,& ita quę,fortior erit, victoriā consequetur: vel cōcurret eadem,& sedabitur nunq̄ perturbatio.Concurrere rationem cum affectu hoc modo dico,cum ea quę ille fecit,ratio etiam comprobat: id quod in intemperātibus videre licet,qui, cum in anima ipsorum cupiditatē ratio sponte sequatur, iucūdissimis rebus frui summū bonum esse censent. Resistere vero rationem affectui tum assero, cum homo propositæ voluptatis delectationem honestam quidem aut bonam minime esse opinatur, sed validiori quodam concupiscibilis partis motu ad ipsam attrahitur. Quòd si superior euaserit ratio, sui suorum que affectuū

continens homo & est & dicitur: si cupiditas vicerit, contrariam huic appellationem sortitus in E cõtinens nominatur. Qui vero à ratione sola ad iucũdarum rerum vsum ducitur, perceptionem ipsarum non fruitione, sed vtilitate metitus, is tẽperãs vocitatur: sicut intemperans, qui contra à concupiscentia sola trahitur, sequente etiam tanq̃ ancilla quadam ipsa ratione. Huic atq; id genus cõplexioni causarum appetitiones mouẽtium etiã Chrysippi exẽplum astipulatur. Nam qui per accliuia atq; ardua currunt, eos rationalis sola vis ducit: irrationalis, quam corporis grauitatẽ esse diximus, eos qui è precipitio inuiti feruntur: at qui per decliuia currũt, ab vtrisq; mouẽtur. Nec secus qui per plana, si in anteriorẽ partem cursum intẽdant: nam si retro reclinentur, currere qui dem etiam ita poterunt, sed minus q̃ alij, & cum voluerint, sistent. Ita patet Chrysippum nihil in diffinitionum præsertim explanatione, quod veteribus contrarium sit, pronunciasse.

Chrysippum sibi ipsi ac cæteris Stoicis aduersari in affectibus definiendis. CAP. 3.

CVm vero procedendo deinceps considerat, vtrum affectus iudicia quędam, an iudiciorum subsecutiones sint existimandi, vtrobiq; à veterum disciplina recedit: in eo tñ multo magis, quod, quod peius est, videtur elegisse. Aduersatur quippe hac videlicet in re Zenoni, sibi, alijs q; Stoicis, qui non iudicia ipsa animę, sed quę iudicia sequuntur, irrationales contractiones, & humiliationes, & morsus, elationes q; & diffusiones, animę affectus esse opinantur. Posidonius tñ F ab vtrisq; his opinionibus prorsus remotus atq; alienus, neq; iudicia, neq; iudicijs succedẽtia esse affectus putat, sed oriri eos ex irascibili & concupiscibili facultate censet, in omnibus veterẽ ratio nẽ secutus: & frequenter etiam in eo, quẽ de affectibus scribit tractatu, Chrysippum percõtatur: ab eo q; quę tandẽ sit vehemẽtioris ac redũdantis illius appetitionis causa, requirit: ratio quidem preter sua negocia, suos q; terminos, redundare amplius nõ potest: alteram igitur esse facultatem rationis expertẽ necesse est, quę in causa sit, vt vltra rõnis terminos appetitio redundet ac supet: sicuti vt cursus supra voluntatis terminos effundatur, irrationalis causa corporis grauitas efficit. Verum minime mirum esse debet ꝙ multis Chrysippus refragetur, nec minus ꝙ à veritate aberrauerit: veniã enim homini nato & peccanti dari conuenit: sed ꝙ ne aggressus quidẽ omnino est veterum rationes dissoluere, secumq; dissentit, illud vero nõ admirationi esse nullo pacto potest: Cum modo perturbationes sine ratione & iudicio fieri existimet: modo nõ tãtum iudicia sequi, sed iudicia ipsa eos esse affirmet. At iudicij penitus expertem esse, & iudiciũ ipsum esse affectũ, summopere scilicet inter se repugnant. Nisi forte aliquis tueri Chrysippum volens iudicij vocabulum plura significare dicat, & in diffinitionis expositione pro deliberatione sumptũ fuisse: vt idem sit sine iudicio, quod sine deliberatione: Cum vero iudicia appellat perturbationes, appeti- G tus ipsos & assensus iudicia ab eo fuisse nominatos. Quod quidem siquis admiserit, efficietur, vt redundans assensio perturbatio sit: & rursus instabit Posidonius, & causam, vnde redundatio illa esse possit, regret. Adde ꝙ vel maximus in doctrina error à Chrysippo cõmissus est: nã si quod maxime rem causam q; continet, illud est, vt nominis communio, quam æquiuocationem dicimus, distinguatur, atq; explicetur: quo significato sine iudicio fieri perturbationes, quo item iudicia easdem esse dictum sit: & ipse in quatuor libris, quos de affectibus scripsit, nusquam id fecisse inueniatur: quo tandem modo merito accusari non debet? Nemo enim sanè, qui vel summam breuitatem sectetur, posset tam necessaria recte silentio pretermittere, & multo magis, si vt Chrysippus facit, orationem longissime protraheret.

Melius alius interpres, circumspectione.

† librorũ locis ita, ita vertendũ quemadmodũ & Ander. nã in impress. græ. cod. corrupte legitur χωρὶς pro χωρίοις.

Quàm abberrarit Chrysippus in Cupiditate definienda, ac in Perturbationibus nunc ad rationalem animæ facultatem, nunc ad irrationalem, reducendis. CAP. 4.

VErum de his etiam paulo post videbimus. Nunc cum sexcenta huiuscemodi possim referre, quę fortasse postea, si paulo liberius ocium nactus fuero, in vnum librum omnia cõgeram, pretermissis cęteris ea tñ, quę ad propositam rem pertinent, commemorabo. Cum igitur in pri mo de perturbationibus libro cupiditatẽ expetitionẽ irrationalem esse definierit, ipsam tñ expe- H titionem, quam ὄρεξιν greci dicũt, rursus in sexto generalium diffinitionum appetitionem rationalem esse ait ad iucundum quoddam, quatenus decet, incitatam: ita quoq; in libris de appetitione definit, vt cupiditatis diffinitio si explicetur, talis euadat: Cupiditas est appetitio rationalis ad iucundum quoddã, quatenus decet, incitata, irrationalis. Verũ siquis in diuersis libris, vel † absq; libris etiam diuerso in sermone ita torpeat, vt dictorum repugnãtiam non aduertat, minus culpandus fortasse fuerit. Cum vero in eadem re, quam dicit quispiã, contraria & penitus inter se pugnantia connectit, doctrinam is in eo confundit & turbat, magnam que difficultatẽ & hesitationem redarguere ea conantibus exhibet. Perinde ac siquis ita dicat, se, cum sursum descenderit, collocutus que cũ lapide fuerit, & per mediũ saxum nauigarit, in gurgitẽ lacus ascẽdisse. † Si.n. hunc non ascẽdisse arguere velis, propterea ꝙ sursum dixerit se descendisse, illud idẽ se quoq; dixisse asseuerabit verbo illo /sursum/ apposito. Si etiam fuisse cũ nullo collocutũ refellas, se hoc quoq; significasse respondebit: cum lapide enim colloqui & non colloqui idem esse, cùm nemo cum lapide loquatur: & reliqua simili modo captiose poterit interpretari ac tueri: vt longe melius sit talium orationum genus, in quibus opus est, vt non ea quæ ex vsu singula verba significãt, sed alia quędam intelligamus, statim à principio euitare. Pari ratione Chrysippus aget, si sine iudicio dixeris

† ita potius vertẽdũ. Si.n. hunc nõ descẽdisse arguere velis, propterea quod sursum dixerit cũ mãsisse, cũ descẽderit. nã in impresso cod pro μεμυηκέναι videtur legendum μεμενηκέναι hoc est mãsisse, vt etiã Ander. vertit.

A dixeris affectus animæ fieri,ille & cum iudicio existere,& iudicia quoq; ipsa esse: si sine ratione & irrationales asseras,ille neq; irrationales neq; in rationis experte aliqua animæ facultate, sed in ratiocinante fieri,cuius officium est iudicare, & rationales iccirco esse: si imperium cõtumaciter detrectando,& auersando rationem eos dicas effici,ille nulla sibi altera opus esse facultate,qua contra rationem contumaciter mota affectus existant. se q; talem quampiam vim,vt quidam philosophi qui concupiscibilem & irascibilem introduxerunt,nõ admittere: ac demum solũ se hominis principatũ rationalem existimare tibi intelligendum esse censebit. At vero siquis corãm in quæstionem aliquam ex tempore incideret,deberet ille qdem ita etiam tum distincte,tum perspicue verbis vti: veniam tñ errorũ,si id nõ faceret,consequeretũ.Cum vero ille,qui & demonstratiuam, & rõnalem dissertationem ex professo scribit,inobedientem rationi motum quendam appellet, velit'q; eum nos rõnalem intelligere: vel eũ auersari quidẽ rõnem nõ neget,nihil tñ aliud esse , q̃ rõnem & iudicium ipsum dicat: cur ignosci ei debeat,cur'que nõ sit vel maxime reprehendẽdus nõ video: quippe qui erubescere & verecũdari,lætari & gaudere de eadẽ re dici impudenter neget. At Chrysippus cum enucleate oĩa ita tractare proposuerit,vt vel vocabula ipsa obseruanda in cõmentarijs nimis morose qñq; censeat,quod paulo ante non ex ratione,& iudicio fieri dixe- B rat,ꝑgrediendo postea in rõne ac iudicio idẽ cõsistere affirmat: cũ posset oẽs huiuscemodi ita intẽpestiuas & prẹter græcorũ vsum fictas ẹquocationes vitare,& grẹcis verbis ac dilucidis distinguere,atq; absoluere disputationẽ.Nã irrationale quemadmodũ inuocale & decollatum, hoc est ἄφωνον & ἀτράχηλον duobus modis oẽs accipiũt: neq; hoc verbũ in tertio significato vsurpatum reperiri vsquã potest,neq; apud recentiores,neq; apud veteres grẹcos, quantũ ex libris ipsorũ licet coniectare. Inuocale siquidẽ & decollatum (cogit.n.me Chrysippi interpretatio verba hec exponere,) ita appellãt,vt interdũ priuatio vocis vel colli, interdũ deprauatio significetur. Cum.n. pisces inuocales esse dicimus,vel plantas,id designamus,vt nullã prorsus habere vocẽ intelligantur. Cum inuocalẽ citharœdũ,vel prẹconẽ appellamus, vocis deprauationẽ ac vitiũ innuimus, id est aut exilis,aut asperæ,aut obscurẹ,aut tale quippiã: non voce penitus carere hominẽ significamus. Quemadmodũ ẽt decollati quidam homines appellantur,non ꝙ sicuti pisces, nullum oĩno,sed ꝙ paruum habeant collũ: fieri.n.non potest,vt ita decollatus homo aliquis sit,vt collo penitus vacet. Ita fit,vt hic quoq; duo illa significata,sicut in verbo inuocali,seruent. Nec dissimilia his sunt, impedatus,decrus,deuentris,decostis,demanus,atq; id genus alia: in qbus,in,vel de,particula nominis vniuscuiusq; significatum quãdoq; tollit ac negat,qñq; nõ tollit: in eundem mo- C dum vocẽ hanc /irrationale/ inuenio & apud veteres oẽs vsitatam fuisse,& à nostrẹ tẽpestatis hominibus vsurpari. Si.n.vel piscẽ aliquis,vel cancrum irrationalem dicat,vocis huius irrationalis significatum oĩno destruit. Si aliquod dictum reprehendendo dixerimus irrationale,seu irrationabile esse,non ꝙ nullã in se rõnem habeat,sed ꝙ reprehensione dignũ ac stultũ prauum'que sit, ita appellabimus. Tertium vero aliud,aut certe quartũ,vt isti extorquent,significatũ in vsu apud
" græcos,qui quidem vocis huius explicationem profiteantur,non est. Id quod Chrysippus etiam
" ipse his verbis ostendit. Iccirco non ab re animi perturbatio cõmotio contra naturã esse à qbusdã
" dicitur: vt in metu & libidine similibus'que apparet: omnes.n.eiusmodi motus & cõstitutiones
" rationi nõ obtemperant,eam'que auersantur. Vnde eos,qui ita affecti sunt, irrationabiliter ferri
" dicimus,nõ ꝙ in ratiocinando errent,vt dici posset ex cõtraria ad cõsentaneũ rationi significatione,sed ꝓpter rationis auersationẽ. Euidẽter hic Chrysippus duo significata huiusce nominis irrationalis,quæ apud grẹcos re vera habentur,ostẽdit: vnum,cui rationi cõsentaneum opponitur: alterum,quod particeps capax'que rationis neutiquã est. Illud sanè quod rationi consentaneo aduersatur,error est,& iudicium prauũ: hoc quod sine ratione vlla fit, est appetitio in perturbatione,& cõmotio. Si vero plura huiusce nominis irrationalis: significata fuissent, de illis etiã aliqd D dicere nõ esset grauatus,vt planũ fieret,animi perturbationẽ,nullo ex illis modis fuisse appellatã irrationalẽ,sed illo tñ,vt ipse dixit,qui ex aspernatiõe rationis efficitur. Nam cum quis male iudicat, nõ aspernatur ille quidẽ rationẽ,sed in ea errat & fallitur. Appetitus vero,qui in ira & cupiditate existunt,cum nõ vtantur ratione,irrationales nominãtur à Chrysippo altera significatiõe, vbi /in/ præpositionem docuimus annexẹ sibi partis significatũ negare,ac tollere. Animi.n.motus aduersus rationem contumax ex significatione irrationalis est,vt nullum in se rationis vsum contineat. Quòd si in ipso quoq; ratione vtimur,non recte Chrysippus in primo de perturbatio
" nibus libro illud dixit. Neq; si aberrans fertur aliquis,aut incuria quadã in ratione labitur, sed si
" auersus ipsi minime'que obtẽperãs est. Et rursus in libro de perturbationũ curatione ea ipsa quæ paulo superius à me recitata sunt: vbi irrationale,quod rationi consentaneo oppositũ est, dicebat in perturbationis diffinitione nõ fuisse assumptũ,sed alterũ,quod cõtumax esset,auersaretur que
" rationẽ: nam subsequẽdo ita inquit. Vnde incontinentes oẽs hæ cõstitutiones habẽtur, quippe
" cũ sese minimè contineat,sed perinde ac illi,qui intente currunt,cum incitationem eam sustine-
" re non valeant,efferuntur. Qui vero ratione duce mouentur,ea'que motum suum regunt, qua-
" liscunq; ea fuerit,dominãtur ῃ omnibus huiuscemodi motionibus,& appetionibus, vacant que
" perturbatione. Hic etiam verba illa /qualiscunq; ea fuerit/ orationi adiuncta,perspicuam faciunt

inter errores & perturbationes distinctionem. Siue.n. recta sit & vera ratio,siue praua & falsa, E nunq̃ in perturbatione esse poterit,qui per eam mouet̃:sed si vera fuerit,decenter,recte & cõstãter mouetur: si falsa,praue,& cum errore.Nam cum dux ratio est,vel virtus,vel error sequitur,perturbatio nunq̃. Verbi causa,voluptatem bonum esse opinari, sicut Epicurus, peccans est & falsa ratio,omnes q́3 operationes & singulares motus animæ,quicunq3 voluptatem tanq̃ finem praue coniectant,prauos quidem necessario,& errantes habet,nondum tñ perturbationibus affectos. proprium quippe perturbationis illud est,vt sine ratione animus moueatur. Vnde apte Chrysippus ita scripsit: Qui vero ratione duce mouent̃,ea q́3 singulares videlicet animi motus regunt,horum appetionibus dominant̃,deambulãtibus persimiles: neq3 ab ijs,perinde atq3 illi qui p decliuia currunt, violenter ferunt̃: suprascriptæ.n.orationi etiam hęc adiũgit in hũc modũ. Qui vero rõne duce mouent̃,ea q́3 motus suos regũt,qualiscũq3 ea fuerit,horũ appetitionibus dominãtur, vt pareant simul atq3 ipsa indixerit: vt in deambulãtibus vsu venit. Non cõtentus his,subnectit: Propterea ita irrationales motus perturbationes dicuntur esse, & contra naturam: quippe qui è rationali constitutione egrediantur. Quid ita? Quia scilicet sine vlla prorsus ratione sunt,eamq́3 aspernãtur,quã nobis ducẽ oĩum singulariũ actionũ natura cõcessit? q̃ qdẽ in perturbationibus nõ pręest. Vnde oẽs perturbationum cõmotiones è rationali cõstitutione egressas fuisse inquit. F recte admodum.Nam si rationalis aĩalis cõstitutio ducem habet rationẽ,ea´que non dominatur, neq3 perturbationum motionibus pręest: egressus profecto est ille è rationali natura,qui perturbatione cõmouetur. Iam vero si ratio appetitui non præest,respondeant nobis Chrysippei,quid illud tandẽ sit quod præsit.Nõ sufficit sanè,si neq3 rõnem,neq3 quãpiam aliam facultatem dicãt. ita.n.motum aliquem sine causa esse concederent: quod ante omnia cauẽdum esse ipsi pręcipiũt: & Epicurũ cũ tale quippiam posuerit, reprehendunt. Si igitur nihil sine causa fit,& hic est nõ Chrysippi tñ,aut Aristotelis,aut Platonis,sed omniũ ferè philosophorum cõis consensus: respõdeant iam ecque´nam perturbationum motionis causa sit: neq3.n.vt in peccatis,& officijs,ita hic princeps,& causa esse ratio potest.Proinde Posidonius vtpote scilicet ab ineunte ætate in geometria versatus,magis´que q̃ cęteri Stoici demonstrationibus sequendis assuetus,erubuit contra euidenter patẽtia certare,atque,vt Chrysippus,sibi ipsi contraria ac repugnãtia dicere: conatur´que non tantum se,sed Zenonem etiam Citticum Platonicis conciliare.

Chrysippi sectatores atq; ipsum etiam Chrysippum errasse in reddenda causa perturbationum, quidq; Posidonius hac ipsa de re,aduersus reliquos Stoicos disseruerit. CAP. 5.

Reliqui autem ferè Stoici nescio quo modo Chrysippi errores,sequi q̃ verum eligere malue G runt.Qui´que ex ipsis maxime celebres nunc habentur,identidẽ nobis sciscitãtibus ecquã causam perturbationum motus ponendam arbitrentur,vltro citro´que orationem inuertunt, ac miscent,& nihil tandem explicant: sed interdum errantem orationem,& falsam opinionem perturbationum motionis causam esse dicunt: aliàs Chrysippi oratione deterriti etiam ab his recedunt,& quosdam sine causa motus statuunt: & nunq̃ in eadem responsione persistunt: sed quãlibet in partem,euripi instar fluxum transmutant ab ea responsione,quę rationem et opinionem perturbationum causam esse ait,ad eam quæ nescio quo modo sine causa moueri animam dicit, atq3 ita in perturbationes incidere: & rursus ab hac temeraria,& incausata motione eò transeunt, vt perturbationũ motus esse rationales affirmare nõ dubitent: vtriq3.n.responsioni in promptu adiacens redargutio insistere in neutra eos permittit. Nam cum perturbationum motus à ratione fieri dicunt,errorem à perturbatione discernere nequeunt: cum vero rationem etiam ipsam omittunt,in motum quendam sine causa delabuntur. At vtraq3 hæc absurda euitare facile poterant: illud,nullam inter errorẽ & perturbationem relinqui distinctionem, si perturbationes à ratione separassent: hoc,nihil sine causa fieri,si irrationales quasdam facultates in anima esse perturbationum causas confessi essent.Neque vero alij tñ,sed Chrysippus quoq3 in libris de perturba- H tionibus in nulla firmiter opinione stabilitur,sed quasi in tẽpestate fluctuat: & modo sine vlla ratione perturbationes fieri: modo facultatis esse rationalis dũtaxat eas asseuerat,eam´que ob rẽ in brutis nõ effici aliàs sine iudicio oriri: aliàs iudicia ipsa esse. Adde,q̃ non nunq̃ in id incidit,vt perturbationum motus temere excitari dicat: quod nihil aliud est,si vim vocabuli diligenter perpendas,quàm sine causa. Ad ea enim quæ paulo superius scripserat, ita deinceps subiungit. Conueinenter perturbationum generi assignatur etiam terror: ex eo q̃ exagitatur & temere fertur. Si temere, sine causa intelligis Chrysippe,tibi ipsi, Aristoteli,Platoni,omnium demum hominum notionibus refragaris,atq3 in primis rerum naturæ,qua nihil sine causa fieri comparatum est. Si vero sine ratione vis significare,efficis vt irrationalitas ita quidẽ introducatur, restet tñ adhuc id de quo à principio quærebamus, hunc preternãturalem, motum cum à ratione non existat, ab alia quapiam causa esse debere. De te igitur quærimus,quæ causa ipsum creat: & fabricatur? nos quidem modo irascibilem vim,modo concupiscibilem eã esse dicimus. Tu neq3 has fateri,neq3 rationalem audes affirmare: sed temere fieri dicis: atq3 ita absolutum te à quęstione arbitraris: quasi nescias, quicquid temere & casu fieri dicitur, id ex cognitione nostra,nõ ex veritate ita appellari consueuisse, vt diuinus Hippocrates‖ testatur. Nobis quidem, inquit,fortuitũ est: sed causæ ipsi minime.

*παράλογον, *præter rationem.*

‖ de Alimento non longè à principio.

A minime est fortuitum. Eodem modo Chrysippus cum perturbationem esse vehementiorem ac redundantem appetitum enarrat, & in eo tractatu qui moralis, seu perturbationum curatorius inscribitur, & in primo rationalium quæstionum, vltra rationis constătiam fieri motionis huius excessum inquiens, causam qua id efficiatur non apponit. Atqui debebat hic quoq; non implicare & confundere superflua hac prolixitate orōnem, sed causam cur redundet appetitus reddere. atq; ita breuibus se expedire: vt sicut in his qui per decliuia currunt, præter voluntatē etiam corporis grauitas causa est motionis: simili modo in animi ptrurbationibus quod nā aliud diceret ad rationalē facultatē accedere, quod immoderatę illius, & vt ipse appellat, effusę motionis in causa esset.

" Quæ vero in libro de perturbationū curatione scribit, in hunc modū se habent. Proprie vero etiā " appetitus vehemētior ac redundans dicitur esse perturbatio, perinde ac si quis effusorum motuū " redundantē agitationē appellet, cum ex rationis auersione redundantia illa nimia q; vehementia " efficiatur. Quod vero est sine redundantia hac † conseruatoriū ac salutare nuncupamus. Nam cū " trāsgreditur rationē appetitus, & cōtra hanc profuse ferī, apte dicitur redūdare: atq; ex hoc cōtra " naturā esse, & irrationalis, vt describimus. Qui trāsgreditur, inqt, rationē appetitus, & contra hāc præceps fertur, immoderatam illā perturbationis efficit motionē. Non est igitur Chrysippe ratio

B effusi atq; immoderati motus causa, quippe cum etiam tu contra rationē illum existere fatearis: vt vero simul & contra rationē aliquid & à ratione fiat, esse nullo modo potest: causam tñ cur fiat cōstituere necesse est: at ea rationalis minime est. Efficitur igit, vt quę perturbationem creat, facultas quędā sit irrationalis. Et fortasse non ab alijs, sed à nostra ipsorū acerbitate conuincimur: quippe cum liceret nobis ò bone Chrysippe ex duobus alterum affirmare, vel inter errorē & perturbationem nihil interesse, vel ad errores superuenire perturbationes: siquidē vtrum horū dixissemus, immoderati illius contra rationē motus causam nullā cogebamur afferre. Sed neutrum tu qdem ausus es dicere, veritus scilicet, ne contraria aperte euidentibus asserere videreris: tibi ipsi tñ aduersari nō vides, cum contra rationē motus quosdā existere, qui auersentur, ac detrectēt rationem: deinde paulo post eosdē à ratione fieri dicas. Eadē hæc repugnātia in eo etiā cōspicitur, cū perturbationes animi tum iudicia esse, tum sine iudicio fieri asseris. Dictum illud quidē ex primo de pturbationibus libro sumptū, vbi sine iudicio fieri pturbationes ait Chrysippus, superius apposui. Eandē vero etiā in curatorio libro, quem moralem quoq; inscripsit, hominem sequi opinionem, cognoscere ex his verbis facile possumus. " Non.n. in eo ꝙ singula bona iudicamus esse, " dicuntur ægrotationes: sed in eo ꝙ ad istas supra modū procliuius q̄ naturalis constantia postula

" C ret, excidimus. Sed si quis forte ita dicat, non negauit Chrysippus his verbis ægrotationē esse iudicium, non tamē in solo iudicio falso ægrotationū ortum collocat, sed supra modum quiddā nimiumq; ait accedere, ex his sequētibus Chrysippi sensus patebit. " Vnde nō absq; ratione mulierifurētes nō nulli, quidā auifurentes appellātur. " Si enim furoris nomen i. μανία, non frustra in ęgrotationis annexo inditū est, & furor ab experte rationis facultate, quæ est in corpore, existit, † efficitur, vt nihilo secius ex rationalibus sit ægrotatio. Atenim dixerit quispiā non ex irrationali facultate furorē fieri, sed ex eo ꝙ vlterius q̄ deceat & iudiciū, & opinio efferatur: quasi ita dicat, ægrotationes in animo effici, nō cum absolute aliqua de re, ꝙ bona vel mala sit, falso opinamur, sed cū summopere vel bonam, vel malā, ipsam esse existimamus. Siquidem opinio de pecunijs ꝙ bonæ sint, non dū ęgrotatio est: sed vbi quis ipsas summū bonū esse arbitratur, et si pecunijs priuetur nō amplius vitā vitalē sibi esse putat, tum demū ea ægrotatio dicitur: in hoc enim auaritia, & nimiū pecuniarū desiderium, quæ sunt ægrotationes, consistunt. Sed ita dicenti occurrit Posidonius ad " hunc modum scribēs. Cum hæc à Chrysippo dicātur, dubitaret quispiā, quid est cur sapiētes, qui " honesta omnia esse summa & insuperabilia bona existimant, non moueantur etiam ipsi cum per " turbatione, & vel effrenate cupiant quæ appetūt, vel ob ea quæ adepti fuerint, lætitia inaniter ge

" D stiant. Etenim si magnitudo eorū quæ vel bona vel mala apparent, opinionem mouet, vt rectū, " conueniensq; esse arbitremur illis tum præsentibus, tum aduentantibus, cōmoueri: nullamq; ra" tionem admittamus, q̄obrem alio modo moueri ab eis debeamus: hoc idē etiā illis qui bona sua " insuperabilia & summa opinātur, cōtingeret: id quod minime conspicimus. Similiter quoq; il" los qui vel peccant, vel maxima detrimenta ex vitijs sibi aduentura suspicantur, timore frangi ac " demitti, atq; in ægritudines nō mediocres incidere oporteret: at neq; hoc euenire cōsueuit. Post " hæc Posidonius deinceps subiungit. Si etiam ad magnitudinē eorum quę videntur, animi quoq; " imbecillitatē in causa, vt perturbationes fiant, esse dixerint: atq; ideo sapientes omni prorsus per" turbatione vacare, stultos turbari cum imbecilles fuerint, nō illa quidem communi imbecillitate, " sed ea quæ modū excesserit, ac supra q̄ deceat, effluxerit: neq; ita soluetur quęstio, nam eos ex ani" mi morbo in perturbationes incidere omnes fatētur: quo modo vero moueatur animus, vel mo" ueat, adhuc in dubio relinquitur, nec demonstratur. Deinceps etiam hæc scribit: Neq; solum qui " superefluentem prauitatem habent, & sunt in procliuitate cōstituti, in perturbationes incurrūt: " sed omnes etiam stulti, donec praui fuerint, tum in magnas, tum in paruas perturbationes labun" tur. Item subnectit: Siquis vero opinetur pro ratione accidentium fieri, vt ita moueatur quispiā, " vt aspernari rationē, magnam perturbationem indicet, nō recte opinat: ex mediocribus siqdem

Marginalia: * — † quod in impressis græ.co. legitur Σωστι... Ander. vertit, facile consistens: alij. facile si... sed causa ... ita ... sit, non ... — * — † Suspicor hic mediū aliquod esse in co. græ. nec mihi satis facit illud ἢ i. quam, quod aliqui post verbū ... additum putant. — *

& paruis etiam id fit. Deinde subsequitur ita. Si q; duo eadem imbecillitate prediti sint, & similẽ E boni vel mali opinionem speciem q; cõcipiant, alter in perturbationẽ incidet, alter minime: atq; ille minus, hic magis: & qñq; imbecillior maiora impendere suspicatus non mouetur: idẽ quoq; ipse ob easdem res interdũ perturbať, interdũ non: & alias magis, aliàs minus afficitur. Insueti.n. in terroribus, ęgritudinibus, cupiditatibus, voluptatibus magis mouentur: & prauiores statim à perturbationibus corripiũtur. Post hęc Posidonius poetarum dicta quędam, & veterũ historias subiungit, quæ suis his rationibus videãtur astipulari: & deinde ita infert. Malũ igitur ab insueto cito corripitur: itẽ id quod est contrario modo existimatum, quod tñ diutina postea cõsuetudine mitigať: in quibus opiniones, nec non imbecillitates sępenumero ęquales sunt, ꝑturbationes aũt neq; ex æquo, neq; pares existũt. Progrediens vero interrogationes quasdã, quęstiones q; ponit, quas, licet paulo longiores videantur, ijsdem illis verbis nõ grauabor ascribere. Quid est, cur non nulli, cũ magnas res opinenť esse, cõsilio q; imbecilli sint, consultant tñ, alios q; in deliberationem adhibent cõsultores: id quod peruigil Agamẽnon apud poetã facit. Nã statim ob cladẽ susum q; exercitũ vnà cũ alijs principibus incredibili quodã mœrore perculsus, vbi sedata fuit ꝑturbatio, quamuis accidentium opinio rationum q; infirmitas ꝑseueraret, nequaq̃ tñ quiescendum cẽsuit.

> Ast hæc voluenti melior sententia visa est, F
> Primum Nelidæ propere tentoria adire:
> Atq; ibi consilium simul indagare, viam q;
> Quærere, qua afflictis rebus præstare salutem,
> Perniciem & posset cunctis auertere Grajs.

Cum q; ipsum ad se procul per tenebras aduentantem vidisset Nestor, quis q; esset interrogasset, quadam cum miseratione ita respondet.

> Erro adeo, neq; enim mulcet mea lumina somnus,
> Sed bello exagitor Græcorum, & clade recenti.
> Nam Danais valde timeo, nec mens mihi firma
> Sat manet, at trepidat dubijs in rebus: & ipsum
> Cor pauitat, latebris q; è pectoris exilit imis.
> Deficiunt q; mihi venienti crura tremore.

Si igitur corde ita prę timore palpitante ac saliente ad consultandũ accedit, illi qui in perturbatio nibus sunt, nequaq̃, cũ opinantur pro accidentiũ magnitudine cõuenire, vt nullã rationẽ admittant, ex perturbationibus mouentur. Quòd si neq; amplius timens, sed timorẽ secũ reputans ea G dicit Agamẽnon, non iniuria posset aliqs dubitare, cur nã eadem opinione, imbecillitate q; proposita alij rationẽ auersentur, alij admittãt, † causam vero totius perturbationis afferre non posset. } Deinceps etiã hęc subiungit Posidonius. Quòd aũt non solũ auersentur rationẽ in cupiditatibus, vt inquit, sed insuper etiã opinentur, licet nõ vtile sit aliquid, id tñ sic quoq; habendũ esse, atq; amplexandum, repugnantiã in se habere videtur: veluti etiã hoc ꝙ quispiã ad aliquid tanq̃ magnũ & vtile feratur, & ob magnitudinẽ eius, etiã si inutile sit, dignum existimet: vel ob vtilitatẽ, licet nullã habeat magnitudinẽ, immo è contrario paruũ sit, ita tñ nihilo minus affectet, & sequatur. Esto, auersentur eos qui nõ esse id vtile asserunt, eos q; qui probaturos se pollicẽtur inutilẽ rem esse, nugari arbitrentur: & quia magnum est, vtile quoq; esse, id quod sectãtur, putẽt: illud tñ absurdũ non esse nullo modo potest, vt, quia magnũ ipsum bonũ esse suspicantur, necesse sit ẽt si maximũ malum fuerit, sumendum id quoq; opinari: & vel si interire contingat, hac voce proise qui, hoc mihi nunc confert. Verisimile enim minime est, vt causa, cur illud ad quod impellũtur, magnum bonum sit, in opinione sita esse iudicetur. Quærendum tñ est. Et quidem ego quid ad hæc Posidonio respondeam, non habeo: neq; quantum & ex ipsa rerum natura, & ex nostrę tempestatis Stoicis coniectare licet, habiturum quempiam aliũ crediderim. Cum enim neq; pauci, H neq; vulgares nostris his temporibus extiterint Stoici, nihil à quoq̃ probabile ad has Posidonij propositas dubitationes dictum audiui. Sed de his aliàs quoq; dicemus.

† ita habet codex græ. τὸ δ' αἴτιον τοῦ πάθους παντὸς οὐκ εἴρηκεν. i. causam vero totius perturbationis nõ retulit.

Fateri plerisque in locis Chrysippum, Facultatem à rationali diuersam in hominibus reperiri. CAP. 6.

NVnc ipsum etiam Chrysippum non semel atq; iterum, sed sępius, fateri diuersam quãdam à rationali facultatem in animis hominum inesse, quæ perturbationũ causa sit, vel ex ijs perspicere facile possumus, vbi animæ relaxationem & imbecillitatem, sic.n. appellat, sicut cõtraria contentionem & vires, illorum quæ non recte aguntur, in causa esse inquit: quæ enim non recte agunt homines, ea Chrysippus partim in prauum iudicium, partim in relaxationem imbecillitatem'que animæ refert: quemadmodum ea quæ recte exequuntur, recto iudicio vnà cum animi contentione effici asseuerat. At vero sicut iudicium rationalis facultatis opus est, ita contentio, robur, virtus'que erit diuersę cuiusdã à rationali facultatis, quæ tenor, id est τόνος, ab eodem appellatur. Desciscere inquit nos interdum ab ijs quæ recte decreuerimus, cum tenor ille animæ remittitur, neque vsque ad finem perseuerat, rationis'que imperijs non obtemperat, quę'nã sit perturbatio scilicet liquido demonstrans. Verum quandam eius orationem hac de re agentem iam ascribam,

« A ascribam, ex morali de perturbationibus libro sumptam. Præterea etiam sicut fortasse in corpore
« tenores ex neruorum viribus remissi, ac cōtenti dicūtur, quatenus in his, quæ per hos efficiūtur,
« operibus vel valentes, vel inualidi reddimur: ita quoq; in anima tenor quidam, vt cōtentio, & re-
« laxatio appellatur. Item deinceps. Queadmodum.n. in tremore, & renixu alicuius rei alijsq; hu-
« iusce modi quę neruorum ministerio fiunt, est constitutio quædam effectrix, & e cōtrario relaxa-
« trix & cedens, cum nerui resoluti, & remissi fuerint: pari ratione etiam in anima neruosum quid
« dam huiusce modi reperitur: vnde per translationem eneruatos quosdam, quosdam neruos habe
« re dicimus. Deinde vero hoc ipsum exponens, ita scribit. Alius terrore ingruente desistit: alius lu
« cro, vel damno oblato resolutus succubuit: alius ob alia huiuscemodi nō pauca: singula.n. ex his
« subuertunt, in seruitutem q; redigunt animum nostrum, vt succumbētes ipsis amicos & ciuitates
« prodamus, nos q; ipsi in multa ignominiosa flagitia incurramus, theatrali illo impetu resoluto ac
« refracto: qualis ab Euripide Menelaus introducitur. Stricto.n. ense in Helenam quasi eā occisu-
« rus fertur: deinde vbi eam vidit, stupore adeo ob pulchritudinem correptus est, vt ne tenere qui-
« dem gladium amplius potuerit, sed abieccerit. Sicut obiurgatio in eum ita fertur.

Vbi papillas eius aspexti, statim
B Tibi coruscus gladius è manu excidit:
Et proditricis osculum excepsti canis.

Hęc quidē oīa recte à Chrysippo dicuntur, cū eo tn̄ quod ait iudicia perturbationes esse, pugnāt: nam cum Helenam interimere decreuisset Menelaus, strictum q; ensem intentaret, vbi prope ip sam accessit, pulchritudine stupefactus ob relaxationē illā, & imbecillitatē animi (id.n. est quod in tota hac oratione Chrysippus probare nititur) non modo ensem abiecit, sed mulierē ēt est de- osculatus, seq; ipsum quasi seruū ei dedidit: nō ab aliqua ratione dissuasus mutato scilicet iudicio, sed nullo prorsus iudicio, nullaq; prorsus ratione in cōtrariū q̄ à principio iudicauerat, incitatus. Vnde etiā ipse Chrysippus subnectēs ait. Quapropter cū oēs mali ita desciscēdo, succūbendo q; agāt, multis de causis imbecilliter male q; singula āgi dicerentur. Omnes quidē malos desciscēdo à ratione, & succumbendo perturbationibus agere, atq; inde imbecillitatem quādam, & relaxa- tionē in animo præ se ferre, verissime dictum est: q vero ait multis de causis hoc fieri, id quod ora tioni huic ipse apposuit, neq; male id quidē: sed melius tn̄ fuerat si multæ hę causæ quæ nā essent, ipse deinceps explicasset. Nihil quippe esse inueniet, si quis diligenter animaduertat, quod tracta- tionē de pturbationibus, & pręcipue curatoriam, in qua hæc scribit, cōtinere ita videatur, vt cau-

*agere. nam πράττειν gr. cod. habet.

C sarū omniū cognitio, ob quas qui ex perturbatione aliquid agunt, ab ijs quæ prius iudicauerant, recedant. At Chrysippus tantum abest, vt vniuersas persequatur accurate, vt ne hanc quidem ip- sam, qua de loquitur, plane exposuerit: neq; .n. si dicamus animi esse imbecillitatē, id sufficiet: cū communis hæc omnibus perturbationibus, vnaq; tantū sit. At ipse multas esse ait causas, quæ im becillitatē scilicet animę hanc coarguant: sicut in Menelao pulchritudinē Helenę, in Eriphyle aurū, in alijs aliud qd. Infinita.n. sunt singula, à quibus illi qui ex perturbationibus viuunt, à prio ri suo cōsilio deturbantur. Nos autē in aliqua pauca capita orationem cogere debemus, nō infini- ta hæc cōsectari. Ita facit Plato, cū inquit regiam quandā & dominatricem esse scientiā: neq; vnq̄ ea p̄sente aliqua in re erraturū esse quēpiā: sed vel dissuasos homines, vel oblitos, vel coactos, vel illectos alios alijs in rebus peccare: obliuisci aūt, et dissuaderi non est perturbatio, sicut neq; sciētia penitus carere: imperitia siquidem, inscitia q; ea est, nō perturbatio. Quòd si quis vel ira coactus, vel voluptate illectus ab ijs quæ prius decreuerat, deficit, aio imbecillis, & relaxatus est: motio q; ipsa pturbatio recte appellat. Queadmodū vtiq; huius in tragœdiā introducti Menelai animus cupiditate illectus à iudicio ,pposito q; destitit. At Medea ira indignatione q; coacta id fecit. De qua etiam ipsa, nescio quo modo Chrysippus contra se non sentiat versus hos Euripidis citasse.

D Cognosco quàm nefanda nunc patro mala.
Sed ira consilio est potentior meo.

Nā si decretis Chrysippi erat attestaturus Euripides, nequaquā dixisse oportuit, eam cognoscere, sed, id quod maxime cōtrariū est, nescire, et nō cognoscere q̄ nefanda patraret mala. Quòd aūt co gnoscere dicit, & ab ira superari & vinci, qd argumenti habet, nisi hominē duo appetitionū Me- deę principia statuisse? alterū quo res cognoscimus, scientiāq; earū habemus, quę est rationalis fa cultas: alterū irrationale, cuius functionē irasci esse cōstat. Hoc Medeę animū impulit & coegit: alterū illud i. concupiscibilis facultatis, Menelaū illiciens ita subegit, vt quocunq; imperaret, secu tus sit. Chrysippus tn̄ nō modo repugnantiā hanc nō aduertit, sed sexcenta alia huiuscemodi nō
« veretur scribere perinde atq; illud, cū inquit. Est vero, vt opinor, res quędā maxime cōmunis irra
« tionalis hæc, rationis q; auersatrix ,ppensio ac delatio: vt quosdā ferri etiā ira dicamus. Et itē: Ic-
« circo erga pturbationes cōmotos, perinde quasi mēte deturbati fuerint, ita nos gerimus, vt quasi
« ad immutatos, atq; eos qui neq; apud se, neq; in se amplius sint, verba faciamus. Deinde etiā hęc
« eadē exponens subiungit: Hæc vero immutatio, excessusq; ex seipsis non aliunde oritur, q̄ vt su-
« perius docuimus, ex rationis aspernatione. Nam q ira ferantur aliqui, exturbentur q; ex se, neq;
« apud se, neque in se sint, alia q; huiuscemodi perspicue, iudicia esse perturbationes, in rationali q;

animæ facultate existere significant. Et hęc: Vnde ab amantibus, aut aliqua aliarum cupiditatum E libidine vehementer agitatis, tum etiam iratis huiuscemodi voces audire licet, cum dicunt, suo se animo indulgere velle, sibi'que, siue id melius, siue peius fuerit, permitti debere: nihil'que super hoc à quoquam dicendum: atque eo modo prorsus etiam si peccent, sibi'que inutile id videãt futurũ, esse tñ faciendum. Hęc profecto quæ à Chrysippo ita dicuntur, irascibilẽ vim diuersam à ratiocinante esse demõstrant: animalis'que, cũ in perturbatione fuerit, appetitionẽ modo illius, modo concupiscibilis imperio subditã esse: sicut cum perturbatione vacat, à ratione moderatur ac regitur. Nec dissimilia his sunt, quæ in hunc modum scribit: Ex qua maxime propensione ac delatione etiam amasij erga se amatores ita affectos volunt, qui inconsideratius, sine'que rationali aliqua cura degant, rationis'que admonitionibus nõ obtemperẽt, immo ne audire quidẽ tale quippiam patiantur. At hæc veteri decreto consentiunt: sicut & quæ sequũtur. Adeo'que procul à ratione absunt, vt nihil velint vel admittere, vel audire: vt non iniuria de illis dici hæc possint.

Venus nec vllis monita verbis subsidet.
Sed si vrgeas, magis, magis'que intenditur.
Amor'que castigatus infestat magis.

Hæc, & sequentia dogma vetus astruere de affectuum ortu videntur: vt sunt hæc: Ac quasi intẽ- F pestiuã obiurgatricem, parum'que eorũ, quæ in amore fieri consueuerunt, peritam rationẽ, perinde atq; hominem qui importune admonere velit, refugiunt. quippe cum dij quoq; ijs ipsis periurium concedere videantur. Et item, quę deinceps inferuntur: Præterea, inquit, magis ipsis quippe qui cupiditatem sequantur, quicquid libuerit, facere liceret. Hic quidem manifeste profecto dixit, quippe qui cupiditatem sequantur, quemadmodum superius iram dixerat: nam rationem sequi neq; hic, neq; alibi vspiam eos qui in perturbatione sunt constituti, sed aduersari, fugere, non admittere, alia'que id genus inquit. Sanè etiã cum Menandri versum citat, vbi ait. In doliũ mentem subiugatam tradidi, proculdubio veteri decreto attestantem, sententiam profert. Nec secus vbi exponit, quid sit, in seipsis, apud'que se ipsos esse, hoc modo: Proprie etiã efferri dicimus, qui ita irascuntur, ad similitudinem excurrentium cursorum ex redundãti nimia'que illorum pręter currendi appetitione, horum pręter rationem vehemẽtia: neq; enim qui hoc modo mouentur, ex seipsis, sed ex alia violentia quadam extrinsecus fuisse incitatos dicendum est. Hic quoq; violentiã quandam esse ait quę moueat incitet'que affectus omnes, rectissime sentiens: nisi ꝙ violentiam extrinsecus dixit, cum debuisset non extrinsecus, sed in ipsis hominibus eam esse affirmare: quippe cũ nõ ideo extra se ipsos homines euasisse dicamus, in se'que ipsis nõ esse, quia id, quod G in perturbationis impetum eos impellit, extrinsecus sit: sed quia pręter naturam feruntur: siquidem rationalis animę pars, cui naturale est dominari, imperare'que alijs, tũc non dominatur, sed aliorum dominio, imperio'que ratione carentium animę facultatũ subdita est. Id quod huiuscemodi exemplis non aduertit Chrysippus se confirmare. Addit enim Herculis apud Euripidem cum Admeto collocutionem. Ita.

Quid proderit ô Admete, si semper gemas? Ita Hercules: respondet Admetus:
Et ipse noui, sed amor est, qui me extrahit.

Perspicuum porrò est concupiscibilis facultatis, nõ rationalis amorem esse, qui totum animum extrahit, homines'que in actiones cõtrarias, quàm à principio constituerant, impellit. Apposuit etiam hęc quę Achilles Priamo dicit.

Æquo animo tolera, assiduo nec te ipse dolore
Conifice: proficies etenim nihil inde: nec ipsum
Sic poteris nati lachrymando excire cadauer,
Sed grauiora tibi potius tormenta parabis.

Hæc Achillẽ apud ipsum Priamum disserere inquit. Ita.n. his ijsdem, verbis scribit: exturbari etiã H non raro ex ijsdem his iudicijs contingit, nec seipsos continere homines à perturbatione superatos. Nam hic quoq; exturbari è iudicijs, nec continere sese ipsos, & modo apud seipsos esse, modo non esse, & reliqua huiusmodi, quam vim habent, nisi vt ijs quæ euidenter patent, veteri'que de affectibus, aię'que facultatibus decreto, nõ Chrysippi sentẽtię adstipulẽtur? Eodẽ modo quoque in libro de affectibus dicta hæc sunt: Siquidẽ excussio, & immutatio in nobis, & inobedientia illa in rationẽ nihilominus in voluptate cõspicitur. Et itẽ: Ita.n. exturbamur, è nobis'que ipsis eximus, atq; adeo prorsus in erroribus excecamur, vt interdũ siue spongiã, siue lanã in manu habuerimus, eã cõtinuo attollẽtes, quasi aliquid effecturi, proijciamus: si gladiũ forte, aliud've quippiã tunc habuissemus, eo nihilo secius vsuri: & deinceps. Sępenumero autẽ fit, vt ex hac cęcitate claues mordeamus: fores ipsas, si cito nõ aperiãtur, tũdamus: lapides in quos offenderimus, † vindicemus, cõdemnando, ac quędã in loca proijciẽdo: atq; hæc oĩa quibusdã quasi maledictis absurdissime prosequamur. Non aliter etiã progrediendo, Ex his, inquit, tum irrationalẽ in perturbationibus impetum agnoscere possumus, tum ꝙ huiuscemodi in occasionibus excecati feramur: diuersi'que admodũ ab ijs quę prius cõstituta nobis fuerant, habeamur. Demũ si vellẽ omnia ex libro de perturbationibus, quęcunq; Chrysippi dogmati repugnant, euidenter'que apparẽtibus Platonis'que

† vindicandi [illegible] cõstrin- [illegible] ac quæ [illegible] in loca ip- [illegible] proijcia- [illegible] legendũ [illegible] in græco [illegible]

A Platonis q; sententię attestantur, excerpere, hic q; ascribere, immoderata profecto nostri libri prolixitas euaderet. Ibi enim plena oīa his vocibus sunt, cum dicit, exturbari e iudicijs, e que ijs, quæ prius cōstituerant homines, ob iram, libidinem, voluptatē, vel huiuscemodi aliquid: furiose que moueri: tum neq; in se, neq; apud sese esse: mente item excęcari: & irrationali quodā impetu ferri: & reliqua id genus. Quæ quidem omnia alicui alteri per ocium colligenda relinquimus.

Quæ a Posidonio scripta sunt aduersus Chrysippum de causis perturbationum. CAP. 7.

NOs quando formam eorum satis aperte demonstrauimus, ad quædā quæ a Posidonio contra Chrysippū dicuntur, descēdemus. Diffinitio, inquit, ægritudinis, sicut aliæ multæ perturbationum diffinitiones à Zenone dictę & à Chrysippo scriptis mandatæ perspicue sententiā ipsius refellunt. Nam ægritudinem opinionem recentem, qua malum quis sibi adesse putet, esse ait: quam etiam breuius qnq; in hunc modum proferunt: ægritudo est opinio recens mali præsentis: recens appellantes quod tempore propinquum est. Quærit igitur Posidonius ab illis causam cur fiat, vt mali recens opinio animum contrahat. † Atqui si vera sunt quæ Chrysippus asserit, nequaq̄ in diffinitione particula illa /recens/ poni debuerat: ex ipsius siquidem sententia magni mali potius opinionem, aut intolerabilis, aut impatibilis, vt ipse solet vsurpare, ægritudinem B esse oportebat, nō recentem: atq; ita duabus ex partibus Chrysippum vrget Posidonius. In hac enim secunda diffinitione sapientum, & peccātium, quæ superius dicta sunt, exempla producit: illi enim in magnis bonis, hi contra in magnis malis se esse opinantes, nequaquam tamen in perturbationes incidunt. In prima vero quærit cur non præsentis mali opinio quælibet, sed recens tātum ęgritudinem causet: dicit que propterea ꝙ omne immoderatum, et nouum, si repente incidat, illud efficit, vt ex prioribus nostris iudicijs nos deijciat, atq; exturbet: meditatione autē, & assuetudine attrectatum, et inueteratū, vel nihil prorsus, vt perturbationem vsq; moueat, vel parum admodum exturbat. Ideo que oportere ait in rebus nō dum præsentibus, quasi iam adsint, præimmorari: verbum vero hoc /præimmorari/ apud Posidonium, idem valet quod præfingere, & præformare sibi id quod euenturum est, atq; ita paulatim in eo, quasi iam euenerit, consuescere. Propterea etiam dictum illud Anaxagoræ huc retulit: qui cum illi nunciata fuisset mors filij, admodum constanter dixerit, sciebam me genuisse mortalem. Atq; hinc ait sumpta sententia Euripidem Theseum ita loquentem induxisse:

> † *Hæc sunt ex impre[illegible] [illegible] & mœrore [illegible] [illegible] vero [illegible] [illegible], aut nō eod. modo contrahat.*

Consilio ego sapientis edoctus viri,
Mala, & dolores mente versabam mea.
C Dulci'que fingebam exulare patria,
Mortes meorum que experirier graues,
Casus'que acerbos perpeti alios insuper.
Vt si, quod ante cogitassem, quippiam
Mihi euenisset, id minus me affligeret.

Ita quoq; dicta esse illa refert.

Si miseriarum primus iste esset dies,
Nec iam labores pertulissem nauibus
Multum, diu'que concitum tranans mare,
Tumultuare, mente'que exagitarier
Erat necesse, ceu rudem equuleum iugi,
Freno'que primum nunc coercitum nouo,
Obtusus at nunc, sum'que duratus malis.

Et item.

Nunc mala vigent, sed longa molliet dies.

Molliri autē tempore ac mitigari perturbationes, opinionibus tamen adhuc permanētibus, quibus mali aliquid euenisse arbitramur, vel Chrysippus ipse in secūdo de perturbationibus libro in D hunc modum scribēs testatur: Quæret quispiam quo modo ægritudinis remissio efficiatur, vtrū opinione aliqua immutata, an omnibus permanentibus: atq; id qua de causa. Deinde subiungēs inquit. Videtur vero mihi permanere opinio ea, quæ illud quod adest malum esse statuit, sed inueterata efficere, vt contractio, & vt puto, incitatio ipsa ad contractionē remittatur: fortasse etiā, si hęc permaneat, reliqua minime obtemperant, quadam alia superueniēte affectione: cur id fiat, abstrusa ratio est. Ita enim & flentes desistunt, & qui flere nolunt, flent, cum similes species subiectę res ipsis exhibuerint, & occurrerit aliquid, aut nihil. Nam quo modo lamētorū & ploratuū sedatio fit, ita verisimile est etiam in illis fieri: quippe cum in initijs res magis moueant: sicut in risum mouentibus euenire diximus: & alia huiuscemodi. Fatetur igitur ipse etiā Chrysippus diuturnitate temporis, licet permaneat opinio, perturbationes sedari: cur vero id contingat, abstrusam rationē esse ait. Deinceps itē alia, quę simili modo eueniunt, ascribit: cuius causam cognoscere nihilo secius non profitet. At Posidonius nō ita Chrysippe horū causas ignorare se inquit: sed probat admitti que veterū dicta, quæ postea recēsebo. Tu vero, cū neq; causas à veteribus adductas cōmemores, neq; aliam quāpiam ipse inueneris, solutam quæstionē satis putas, si causam te ignorare fatearis. Atqui id quod totā hanc rationalium quęstionum, & curatoriam perturbationum tractationē continet, nihil aliud est, q̄ si causas, vnde & existunt & sedantur perturbationes, inuenerimus.

inuenerimus. Nam hac demum ratione fieri posset, vt & ortus earum impedire, & ipsas, vbi exti- E
stent, sedare optime sciremus: siquidẽ vnà cum causis & ortus, & incrementa rerum, de medio
tolluntur. Inde etiam est ꝙ tu in libro de perturbationibus nõ habes quid nobis huiuscemodi scri
bas, cui animum intendentes, & ne oriantur Perturbationes cauere, &, vbi exortæ fuerint, eas cu-
rare valeamus: cum Plato hac de re diuina admodũ scripserit: vt etiam Posidonius significat, qui
hominem admiratur, diuinum q́3 appellat: eius q́3 tum de affectibus, tum de animæ facultatibus
dogmata, ea q́3 insuper quæ ab eo de prohibenda perturbationũ origine & tumore sedando con
scripta sunt, summis præconijs celebrare non desinit. Immo his omnem de virtutibus ac finibus
disciplinam annexam esse: atq3 omnia deniq3 moralis philosophiæ decreta hinc, id est ex animæ
facultatum cognitione tanquam ex funiculo vno dependere affirmat. Nec non ipse ex ira & cu-
piditate surgere perturbationes docet: cur'que temporis mora eædem subsidant, licet opiniones
& iudicia manserint, quibus vel adesse iam mali aliquid, vel euenisse decernimus: luculentissime
demonstrat. Qua in re Chrysippi etiam testimonio vtitur, qui in secundo de Perturbationibus
ita scriptum reliquit: Ægritudine autem quasi saturati eodem pacto non nulli videntur desistere. »
Quemadmodum de Achille Patroclum lugente hæc poeta inquit: »

Ast vbi iam satis est flendo oblectatus Achilles, F »

Concepit q́3 animo rursus, mẽbris q́3 vigorem, ad consolandũ Priamum animum adiecit, mœ- »
roris irrationalem vexationem ostendens. Inde postea subiungit. Quam ob causam neq3 despe »
randum est, cum iam inueteratæ fuerint res, perturbationis q́3 inflammatio resederit, posse fieri vt »
ratio subintret, & quasi loco suo recepto perturbationis temeritatem ante oculos proponat. Ma »
nifeste enim hic Chrysippus fatetur tum perturbationum inflammationem restante adhuc opi-
nione tempore remitti, ac residere: tum homines motionibus illis perturbatis saturari: atq3 eã ob
causam, intermittente paulisper quiescente q́3 perturbatione, rationẽ inualescere. Quæ quidem
omnia sicut verissima sunt, ita ijs, quæ ipse statuit, repugnant: Quemadmodũ & illa quę sequun
tur hoc pacto. Ea quoq3 de perturbationum mutatione dicta sunt.

Nempe celer tristis satias solet esse doloris, Ploratus q́3 grauis.

Item ea de ægritudinis illectatione: quippe cum in miseria constitutis hominibus flere, & deplo
rare calamitates, iucundum quodam modo & delectabile videatur. Post hæc item illa:

Sic fatus cunctis plorandi incussit amorem. Et,

Integrat atq3 iterum Philomelæ flebile carmen.

Possent sanè innumera etiam alia à poetis colligi testimonia, quæ ęgritudine, lachrymis, ploratu, G
luctu, victoria, honore, omnibus q́3 id genus rebus satiari homines ostendunt: in quibus causam
inuestigare cur tempore sedentur perturbationes, in q́3 appetitum inualescat ratio, haud difficile
negocium est. Nam cum affectus animæ propria quædam appetibilia habeat, quæ affectet, vbi
ea est consecutus, repletur, satur q́3 efficitur. Atq3 ita fit, vt motum illum suum qui animalis appe-
titionem superabat, & secũ quocunq3 ferebatur, rapiebat, modereẽ ac sedet. Causæ igitur sedatio-
nis perturbationum minime, vt Chrysippus dicebat, abstrusę, immo nisi quis studio cum veteri-
bus certandi ac contendendi id faciat, apertę satis, claræ q́3 habentur. Quid.n. euidentius, ꝗ̃ in ani
mis nostris esse facultates, quę natura altera voluptatem, altera dominium, victoriam q́3 appetãt?
quas quidem etiã in alijs aĩalibus aperte conspici idem Posidonius affirmat: sicut & nos statim in
exordio primi libri demonstrauimus. Ibi quoq3 iure Chrysippũ reprehendit, cum ait: Fortasse ẽt »
si hæc permaneat, reliqua, quadam alia superueniente affectione minime obtemperant, fieri non »
posse inquiens, vt & adsit appetitio, & functio eius ab aliqua alia causa impediatur. Vnde etiam »
cum inquit /ita enim & flentes desistunt, & qui flere nolunt, flent, cum easdẽ species subiectæ res »
ipsis exhibuerint/ causam hic quærit Posidonius, quid tãdem sit, cur pleriq3 cum nolint, sępenu-
mero fleant, lachrymas q́3 inhibere minime valeant: alij vero cum flere velint, prius desistãt: id q́3 H
euenire ait ex perturbatis motionibus tum nimium ingruentibus atq3 vrgentibus, vt à volunta-
te coerceri nequeant, tum prorsus sedatis ac pacatis, vt nõ amplius excitari à nobis possint. Atq3
ita rationis pugna, dissensio q́3 cũ perturbationibus inuenietur: nec non animę facultates euiden
ter seruabuntur: non scilicet vt Chrysippus inquit ob causas aliquas abstrusas hoc fit, sed ob eas q̃
à veteribus satis sunt explicatę. Non modo enim Aristoteles & Plato ita opinati sunt, sed multo
ante cũ alij non nulli, tũ Pythagoras: à quo primo, vt idẽ refert Posidonius, dogma hoc institutũ,
à Platone postea confirmatũ, perfectius q́3 absolutũ fuit. Hinc vero est ꝙ cõsuetudo, et demũ tem
pus maximam vim ad perturbationum motus habere videatur. Cõsuetudine enim fit, vt animæ
irrationalis vis in eo, in quo quis assueuerit, sensim inolescat: Tẽpore vero, vt superius dictũ est,
quies sedatio q́3 perturbationum efficitur, irrationalibus animæ facultatibus ijs, quæ appetebant,
expletis. Rationis aũt cognitiones, & iudicia, & in vniuersum scientiæ omnes & artes, solo tem-
pore neq3 tenaces firmæ q́3, vt perturbationũ assuetudines redduntur: neq3 mutari cessare q́3, sicut
ægritudo alij q́3 affectus, facile possunt. Quis enim cum bis duo quatuor esse cognoscat, tempo-
ris processu satiatus ab ea opinione vnquam destitit? Quis ab ea, quòd omnes à centro ad ambi-
tum sint ęquales, mutatus est, aliter q́3 sensit? In singulis deniq3 cõtemplationibus nemo reperie-
tur

* Græ. cod. hẽt ἀπάρξεις, q̃ subsistẽtiæ sonat.

A tur qui satiatus veterem opinionē deposuerit, perinde vt fletus, vt dolor, vt gemitus, ploratus q; et luctus deponi consueuere, licet eædem de rebus tanq̃ malis permaneant opiniones. Quanquā vero satis sunt hæc ad ea argumenta quæ Chrysippus tum de animæ perturbationibus, tum de his quæ ipsas efficiunt, facultatibus non recte scripsit: in quinto tamen libro de ijs ijsdem differere ita constitui, vt plerisq; alijs prætermissis sola ea commemorem: in quibus vel sibi ipsi aduersatur, vel ijs, quę euidentia sunt, reclamare non erubescit: atq; ibi si qua à Posidonio contra Chrysippum dicta fuerint, non supprimam.

GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER QVINTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Errores Chrysippi in dignoscendis ac curandis perturbationibus inde maxime ortos esse demonstratur, q̃ tres esse animæ facultates negauit, atque ea de re Platonis demonstratio declaratur.

Quid differant in definiēda perturbatione Chrysippus, Zeno, & Posidonius, quid q; hoc libro agendū. C A P. I.

De animi perturbationibus necessaria quidem etiam per se nobis erat dissertatio, longe tñ magis eam Chrysippei necessariā reddidere: quippe qui ad demonstrandū locum, in quo animæ principatus insideret, ea vsi sint. Cum enim probarent, oēs vt ipsi putant, vt vero res se habet, solos iracundię affectus in corde existere: deinde assumerent, vbi essent affectus animę, ibidem quoq; ratiocinantem partem consistere: tum demum rationalem facultatē in corde inesse conficiebant. At nos irę quidem motus inde ortum habere, verum esse asseueramus: non tñ concedimus, aut in vno eodem q; loco irascibilem vim, & rationalem existere necesse esse: aut vnius eiusdem q; facultatis iram, & ratiocinationem esse operationes seu effectus: sed demonstrandum ipsis esse censemus, sicut alia quæ ad ra C tionem spectant, ita hoc, idem. s. & affectuum, & ratiocinationis debere esse principiū. Chrysippus igitur in primo de perturbationibus libro affectus iudicia quędā esse rationalis partis nititur probare. Zeno nō iudicia ipsa, sed iudicijs superuenientes cōtractiones & solutiones, elationes itē & deiectiones aię ipsos esse arbitratus est. Posidonius aūt ab vtroq; dissidens Platonis decretū admittit, ac ꝓbat: Chrysippeis q; refragatus, neq; iudicia, neq; succedētia iudicijs esse affectus confirmat, sed motiones quasdā diuersarū irrationaliū facultatū, quarū altera à Platone concupiscibilis, altera irascibilis nūcupat̃. Sed cū à Posidonio multa ad ꝓbationē veteris decreti dicta sint, ea quæ ad rem facere videbant̃, in superiore libro qui totius huius tractationis quartus est, in calce breuibus recēsere oīa conatus sum: nā in priori parte per me ipsum differens, tū euidētia illa quæ Chrysippi decreto repugnarent, tū ea q̃ idē ipse non expectata aliena reprehensione sibi ipsi contraria scripserat, cōmemoraui. Quæ quidē licet ad confirmandū hoc, q̃ facultates aiæ, quibus cupimus, irascimur, ratiocinamur, plures sint, nō aūt vna, sicut Chrysippo visum est, satis sup'que esse possint, non pauca tñ alia ēt hoc in libro subiungā, quę Chrysippus & sibi ipsi cōtraria, & veritati antiquorū'que decreto consentanea ꝓtulit. Reliqua. n. quæ perperam ab eodem dicta sunt numero quāplurima, prætermittēda in presentia mihi esse statui: cū q̃ video disputationem hanc, si sin D gula refellere voluero, multitudine librorū nimiā euasurā: tum q̃ satis exploratum habeo fore, vt isti qui Chrysippi dogma approbant, ex contentione quā cū veteribus exercent, litigiosius mihi in illis sint cōtradicturi: in his vero vbi non mō euidenter patentibus repugnat, sed ēt se ipsum refutat, pudebit aliquos fortasse, vt spero, & ad meliora trāsfugiēt: id quod Posidonio cōtigit: cum erubesceret scilicet aliorum Stoicorum dogma manifeste falsum defendere. Qui quidem Stoici adeo contentiosi sunt, vt qm̃ rationalis facultatis esse perturbationes dixerūt, eas in brutis animalibus, pleriq; etiam in puerulis, quippe qui etiam ipsi non dum rationales sint, esse non concedāt. At vero ita impudenter se gerere cōtra ea quæ omnibus hominibus manifesta aperta'que haben tur, sophistę: non posse autem quæ proposuit quispiam perpetuo conseruare, sed sibi aduersari in scriptis, inexercitati in disputatione hominis est existimandum. Quæ vtraque egregius Chrysippus in q̃plurimis commentarijs suis committere deprehenditur. De alijs igitur alibi differemus.

Quam inepte Chrysippus animi perturbationes corporis affectionibus assimilarit. C A P. 2.

De animi perturbationibus vero q̃ rationalis facultatis minime sint, & superior liber totus mihi est consumptus in ijs, quæ ipse etiam fatetur: & hic etiam nihilo secius consumetur, principio inde repetito. Perturbationem animi motum esse irrationalem præter naturam, non tam veteres, quàm Chrysippus quoq; ipse concedit: hunc que ipsum motum in sapientum animis

mis non existere inter vtrosq; etiam constat: qualis vero sit stultorum hominum animus, & in ip E sis perturbationibus, & ante q; perturbentur, non eodem modo postea exponunt omnes. Chrysippus ipsum similem esse ait corporibus, quæ ex qualibet vel leui causa in febres, aut alui fluxus, aut quidpiam tale incidere consueuerunt: sed hoc à Posidonio reprehenditur: non enim huiusce modi corporibus, sed simpliciter valentibus insipientium animum comparandum esse contendit: propterea q; siue magna, siue parua de causa febricitent corpora, quantum ad morbi tamē inuasionē, et affectionem nihil differunt: sed in eo differentia est, q; aut sunt procliuia natura ad incidendū in morbos, aut non: idcirco q; nō recte à Chrysippo animæ sanitatem corporis valitudini, ægritudinem item illi corporis constitutioni, quę facile in morbos incideret, assimilatam fuisse: animum siquidē sapiētes nullis perturbationibus affici posse, corpus vero quod impatibile sit, reperiri nullum. Atq; idcirco conuenientius esse affirmat, vt animus imperitorum vel corporis sanitati, quæ procliuitatem ad incidendum in morbos habeat, vel ipsi morbo etiam comparetur: quippe cum quidam habitus inueniatur, qui vel valitudinarius sit, vel ægrotet. Consentit nihilo minus etiam ipse cum Chrysippo, vt ęgrotare stultorum animos dicat: esse tñ eos superius dictis corporis constitutionibus perquam similes asserat. Ita enim ad verbum inquit. Vnde etiam mor- » bus animæ similis est, non vt Chrysippus opinatur, morbosæ corporis habitudini, qua efficitur, F » vt in inordinatas, non in eas, quæ certo quodam circuitu redeunt, febres incidāt hoies: sed potius » vel corporis sanitati, quæ procliuitatem ad incidēdum in morbos habeat, vel ipsi morbo est com » parandus: corporis siquidem morbus, iam ægrotans habitus est: at qui à Chrysippo dicitur mor » bus, procliuitati magis ipsi in febres similis videtur. Hic Posidonium, q; insipientium animos cū » perturbationibus vacāt, sanis corporibus similes esse dixerit, laudo: q; huiuscemodi constitutionem morbum appellarit, non approbo. Nam si recte comparatione vsus fuisset, primo prudentiū animos corporibus omni affectione carentibus assimilasset (an vero aliqua eiusmodi corpora inueniantur, nec' ne, superuacaneum, quantum †ad propositum negocium} spectat, disceptare:) mox proficientium in sapientia hominum, bono habitu præditis: inde mediocrium, ijs qui absq; bono illo habitu valent: tum vulgarium, & insipientium, illis qui leui de causa ægrotant: iratorū postremo, & excandescentium, vel demum perturbatione aliqua affectorum, morbo iam correptis. Veruntamen in hoc illud mihi videtur cauisse Possidonius, ne in omnibus nimis contentiose à Chrysippo dissentire videretur. Quæ enim causa afferri alia potest, cur animæ morbum ille corporum constitutioni tum valentium, tum ægrotantium compararit? nempe nō vtrisque, sed solis ægrotantibus par erat ęgrotantes animas conferri. Fieri enim nequit vt vna eadēq; res, hoc G est animæ mobus duobus contrarijs, sanitati & morbo recte ęquiparetur. Nam si potest, sanitatem quoq; morbo similem dicere necesse erit: siquidem morbo animæ vtrunq; & morbus, & sanitas comparabatur: quæ q; eidem sunt æqualia inter se quoq; esse manifestum est. At Chrysippi absurdior longe oratio est: cum neq; ijs, qui in certo quodam circuitu redeuntibus morbis, vt tertianis, aut quartanis febribus constituti sunt, comparandum animæ morbum concedat. Ita.n. scribit. Intelligendum vero morbum animæ corporis febriculosæ cōstitutioni simillimum esse: » qua scilicet nō certo quodam circuitu, sed inordinate febres, & horrores ex dispositione alioqui, » leuibus q; superuenientibus causis ingruunt. Nescio profecto quæ causa sit, quamobrem eos qui ad ęgrotandum parati sunt, iam ægrotare, eos vero qui iam ægrotant, ne ægrotare quidem prorsus dicat. Nam qui quartanis, aut tertianis laborant, cum horrent, & febricitant, tunc in morbo cōstituti sunt: cū vero mutata morbosa illa constitutione nihil huiuscemodi patiuntur, sed in intermissione, quæ appellatur, consistunt, extra morbum positi censentur. Morbosam siquidem constitutionem vel lugentibus, vel amantibus, vel inuidētibus, vel id genus aliqua perturbatione affectis merito conferre quis posset: nam isti quādiu vel dormiunt, vel alicui rei animum intentum habent, perturbationibus vacant, paulo post tamen ipsis illis rebus quibus afficiebantur, memo- H ria repetitis, similem febrium accessionibus motionem quandam patiuntur. Quibus aūt neq; luctus, neq; aut cupiditas aliqua recens, aut ira instat, ij valentibus corpore æquiparantur: ac quoniam ex his non nulli facile à morbo corripiuntur, nō nulli non ita, efficietur vt in illis etiam qui animo valent, eadem ratio, similitudo q; habeatur: nondum tamen, quanquam procliues in morbos sunt, animo ægrotare dicentur: quando neq; illi corpore. Sed respondebit scilicet aliquis fortasse Stoicorum, ac perinde, vt solent, non eandem esse animæ ad corpus in affectibus, morbis, & sanitate rationē dictitabit. Quid ergo ò boni viri (ita.n. nos vrgebimus) corporis affectionibus, & morbis, animæ perturbationes assimilatis? Quid Chrysippus in libro morali de perturbationibus ita scriptitat? Sicut enim ad ęgrum corpus est quędam ars, quam medicinam nūcupamus: » eodem pacto quoq; ad ægrum animum ars quędā esse debet: neq; par est, vt in singularibus spe- » culationibus, et curationibus corpore inferior aius reperiatur. Proinde sicut corporis medici offi » cium est, vt intra morbos, qui corporibus accidunt, & curationes vnicuiq; generi accōmodatas » sit, vt more ipsorum loquar: ita etiā animę medico conuenit, quàm optime potest, intra hæc vtra » que esse. Hoc vero ita se habere, siquis proportionem hanc ab exordio conferre penitus volue- » rit, liquido cognoscet: nam ad hæc collata proprietas, & curationū similitudinē, vt puto, & vtra- »

† ad propositā similitudinē. nā in græ. cod. pro εἰκὸς εἰκόνα mihi legendum videtur, quod ēt Andernа. aduertit.

rumque

A rumque medicinarum inter se proportionem patefaciet. Proportionem quandam in anima esse ad ea quæ corporibus contingunt, non modo ex hac suprascripta oratione, sed ex sequentibus etiam satis copertum esse reor in hunc modum a Chrysippo prolatis. Perinde enim vt in corpore considerantur vires, & imbecillitas, contentio, & relaxatio, & tenor: præterea sanitas, & mala valetudo, bonus habitus, & malus: reliqua itẽ, quæ deinceps enumerat, affectiones, ægrotationes, & morbi: eadẽ ratione, inquit, simile quid omnibus his in anima quoq; rationali, & existit, & appellatur. Postea ita infert: Vt opinor ab huiuscemodi proportione & similitudine, & vniuocatione, quæ in ipsis inuenitur: quippe cum animo quoq; robustos esse, aut imbecillos quosdã dicamus, quosdam intentos, aut relaxatos, item ægrotare alios, alios valere: nec dissimili modo affectio, & ægrotatio, alia q; id genus in animo dici consueuere. Aperte hic Chrysippus eorũ, quæ in anima sunt, ad ea quæ in corpore conspiciuntur, quandam seruari proportionem vult: affectuum vtiq; ad affectus, ægrotationum ad ægrotationes, morborum ad morbos, virium ad vires, imbecillitatis ad imbecillitatem, &, vt semel dicam, omnium eorum quæ vniuoce dicunt, sigillatim ad omnia: nomẽ enim, cum vniuoca esse dicat, idem, eandem q; rationem ipsorum esse non dubitat: vt quocunq; modo vniuersaliter morbum in corpore diffinieris, eodem etiam morbum animæ diffiniri necesse sit. Velle vero Chrysippum proportionem in oĩbus seruare atque explicare vel ex his perspicuum est, cum scribit: Quod si aggrediatur aliquis hoc facere, neq; assequatur, non propterea est a similitudine recedendum: sed vitio verti id doctrinę vtpote falsę merito debet. Nihilo minus idem etiam in sequẽti hac tota oratione videri potest, quam in morali de perturbationibus libro ita scriptam posuit: Vnde apte admodum Zenonis oratio progreditur. animæ, inquit, morbus corporis inconstantiæ q̃ simillimus est: dicitur autem corporis morbus esse † calidi & frigidi, sicci & humidi, eorum q;, quæ sunt in corpore, inæquabilitas quædam. Et paulo post ita subiungit: Sanitas autem corporis bona quædam temperatura, & ęquabilitas eorum, quæ superius diximus, esse cẽsetur. Item deinceps: Existimo enim bonum corporis habitum esse optimã supradictorum temperaturam. Et mox: Atq; hæc in corpore non ab re dici cõsueuerunt: nam in calidis & frigidis, siccis & humidis æquabilitas vel inæquabilitas sanitatem vel morbum, in neruis vires vel imbecillitatem, contentionem vel relaxationem, in mẽbris pulchritudinem vel deformitatem efficit. Hæc quidẽ optime Chrysippe bene omnia disseruisti: sed age animę affectionum, quæ vniuoce ad ista dicuntur, proportionem, sicut pollicitus es, nobis assigna: atq; a sanitate & morbo, si videtur, exordire. Nam quemadmodum sanitas corporis est simplicium eius partium, quæ elementa appellamus, calidi inquã & frigidi, sicci & humidi ęquabilitas: eodem pacto animæ, credo, sanitas, æquabilitas erit simplicium eius partium: quę qdem partes quales, quot q; sint, quo' ue modo sese habeant, tibi explicare necesse est, si modo præstare id quod pollicitus es, nihil q; prætermittere volueris. Quin etiam morbus animæ pari ratione inæquabilitas quædam erit, & discordia earundẽ harum inter sese partiũ, quarum æquabilitas animæ sanitas esse dicebatur. At vero partes hæ ex Platonis sententia nullæ aliæ sunt, q̃ irascibilis, & rationalis: & quę tertia his annectitur, concupiscibilis: vt & sanitatis & morbi animæ similitudo ad corpus in omnibus seruari optime possit: siquidem consentientes inter se hæ tres partes, nulla q; in re prorsus dissidentes sanitatem animæ, dissentientes contra ac discrepantes morbum creãt: morbus vero superius quiddam, atq; vt paulo ante dixi, vniuersalius est: cuius notionem ita cõplectimur: morbus est rei natura cognatæ ex aliqua corruptela dissensio: ad hunc enim modum a Platone in Sophista diffinitur: quam quidem diffinitionem generalem esse, omnes q; singulares morbos penitus tam animæ, q̃ corporis, tam in cæteris animantibus & plantis, q̃ etiam in totis ciuitatibus comprehendere, facile cognosci potest. Ita scilicet seditionibus, intestino q; aliquo bello laborantes ciuitates ægrotare dicimus, propterea q̃ ea quę in ipsis inter se cognata natura sunt, in dissidium ac pugnam venerint. Hæc est morbi q̃ maxime generalis notitia: nam cum dicimus eum esse simplicium partium inter se discrepantium, contractior euadit diffinitio: atq; etiam magis, si calidi & frigidi, sicci & humidi inter sese inæquabilitatem dixerimus: hæc.n. non alterius cuiuspiã, sed solius corporis morbus est: sicuti animæ tm̃, ratiocinantis facultatis discordia, ac seditio. Chrysippus vero in hac præceptione dupliciter peccat: primum quia a se ipse dissentit, cum in morali de perturbationibus libro morbum aĩæ vniuoce cũ morbo corporis appellari dicat, in primo rationaliũ quæstionũ, dissolubili, pronę q; ad corruptionẽ sanitati eũ comparet: deinde q̃ ne illud quidẽ p̃stare potuit, quod in curatorio & morali, q inscribit̃, libro vere proposuerat. Quid' nã partiũ aĩæ inter se æquabilitatẽ, & inæquabilitatẽ, qua & valere & ægrotare anima dicitur: nã cum perturbationes oẽs & morbos in sola rationali facultate existere cõstituat, merito hęsitat, quarum q; partiũ æquabilitas sanitas aĩæ esse possit, demonstrare non valet: eodem modo pulchritudinem in æquabilitate, deformitatẽ contra in inęquabilitate partiũ consistere cum dicat, merito postea quarum partium æquabilitas sit pulchritudo, & quarum inæquabilitas sit deformitas, expedire nõ potest. Atqui postea, quæ superius apposui, in hũc modũ scribit: Ideo & pulchra & deformis anima proportione quadã ex certarũ partiũ vel ęquabilitate vel inęquabilitate dicetur. Recte sanè ex æquabilitate certarũ quarundã partiũ vel inæquabilitate, pulchram aut deformem, sanam aut

† Ita potius. eorũ, quæ in ipso sunt calidi & frigidi, sicci ac humidi, inæquabilitas quædã.

aut ægram animam dici, à Chrysippo positum est: sed postea quia quę'nam sint hæ partes, expli- E
care nequit, vtpote in vna sola rationali parte sanitatem & morbum, pulchritudinē & deformitatem collocans, implicare orationem cogitur: functiones q; eius quasi partes commemorare. Ita enim subsequitur. Partes animę sunt eæ, quibus ratio, quę in ipsa est, rationis q; affectio, & dispositio constat, & est pulchra vel deformis anima quantum ad principalē dominatricem q; partem attinet, † cū hæc eo modo } secundū proprias suas diuisiones affecta fuerit. Si quales'nam hæ diuisiones essent, ascripsisses Chrysippe, negocio omni absoluti fuissemus: sed neq; hic, neq; ī aliquo alio libro quicquam hac de re dixisti: ac quasi in hoc vis omnis, & causa huiusce de perturbationibus tractatus sita non sit, statim à contemplatione atq; explicatione hac recedens, in rebus minime necessarijs nihil q; ad rem facientibus dilatas orationem: quippe immorari in hoc decebat, & quæ'nam istæ ratiocinantis animæ facultatis partes essent, demōstrare. Quod quia tu pretermisisti, prudens'ne an imprudens coniectura non assequor: nitar ego tua dogmata secutus, quid tibi velis super hac re excogitare, sententiæ q; tuę exquirere veritatem.

† Forte ita melius. cū hoc aut illo modo. nā in impreßis græ. co. videtur deesse alterum οὕτως, uel similis uox.

Confundere Chrysippum rationem cum anima, ac de sanitate, & morbo, itidem de pulchritudine ac deformitate animæ perperam à Platone dissentire. CAP. 3.

ATq; à supradictis illis tuis verbis incipiā, quæ ita se habēt: Partes, inquis, animæ sunt eę, quibus ratio, quæ in ipsa est, constat, ad illa nos reuocans fortasse, quæ de ratione disseruisti, rationem esse notitiarū quarūdam, & anticipationum collectionē asserēs: sed si notitias singulas, et anticipationes singulas, animæ partes esse arbitraris, duplici errore inuolueris: Vno, q non aīæ, sed rationis partes has esse dicendum erat: nam vel tu ipse tum in tractatu de ratione ita scriptū reliquisti, nō etenim idē est anima, & ratio: tū in eadem hac superius citata oratione id ostēdis, vnū ex ijs, quæ in aīa consistunt, esse ēt rationem: aīam vero, & quod in ipsa consistit, idem esse nullo modo posse. Alter error est, q quāuis hoc irreprehēsum omitterer, notitias tn̄, & anticipationes non animæ partes, sed functiones, & operationes asserere debueras: at ex proprijs operationibus F
componitur nihil, † sed oculi operationes sunt singulorū colorum albi & nigri, flaui et fusci, aliorum q; oīum dignotiones: sicut vocum & sonorū auris, acuti nēpe & grauis, magni & parui, lenis & asperi: non tn̄ partes hæ neq; oculorum, neq; aurium sunt existimandę. Quin tu ēt probe nosti corneum folliculum, & acinosum, glacialem item & vitreū humorē, alia q; id genus, oculorum: quēadmodum ēt ossa, chartilagines, neruos, mēbranas, reliqua q; huiuscemodi aurium esse partes non ignoras. Neq; igitur partes cum functionibus in anima confundas: notitias siquidē, & anticipationes functiones, & operationes animæ esse nemini dubiū est: aliæ vero sunt partes, G
vt tute alibi doces: spiritus videlicet auditorius, & visiuus, vocalis, & genitalis, præterea ante oēs alios principalis ac dominans, vbi consistere etiam rationem dixisti: qua præcipue parte deformitatem & pulchritudinē animæ effici aiebas: hic igit spiritus duas habet partes, duo q; elemēta, ac duas constitutiones, frigidum scilicet & calidum, ac si alijs à natura ipsorum nominibus appellare voluerimus, aerem & ignem, quæ inter se tota sunt cōmixta ac confusa: quin etiam ex corporibus, in quibus insita sunt, vaporē quēdam contrahunt. Sed mirarer si horum ęquabilitatē sanitatem & pulchritudinē principalis animæ partis esse velles: corporis enim in his sanitatē, non principalis animæ partis tuo etiā iudicio collocari cōuenit. Perijt igitur nobis totū exēplum, tota'que vniuocationis promissio prorsus euanuit: cum morbū vel sanitatem, pulchritudinē aut turpitudinē in principali animæ parte eodē modo cōsistere, quo in toto corpore, mōstrare nequeamus. At tu hoc pollicitus prius fueras, recte sanè & cognoscens & seruans omnium antedictorum notionē: non tn̄ sequi omnia vsquequaq; potuisti: neq; proportionem hanc & similitudinē animæ cum corpore nobis exposuisti. Sed iam rursus ad institutā disputationem redeundum, vt idoneū aliquem finē nostra cōsequatur oratio. Morbi notitiam in primo de perturbationibus cōfundit Chrysippus, cū similem dicat animæ morbū corporis constitutioni, quæ facile in febres, aut fluxus, tale'que aliquid incidit: in curatorio seruat quidē morbi notionē nulla habita rōne q sibijpsi H
manifeste repugnet, nō tn̄ morbum, cętera'que quę proportionē cum corpore habere inquit, explicare oīno potuit †. Adde q sanitatem animæ cum pulchritudine confundit: in corpore vero vtraq; enucleate distinxit, sanitatem in elementorum, pulchritudinem in membrorum congruitate constituens: id quod aperte sua illa superius à nobis citata oratione colligere licet: vbi sanitatem corporis ęquabilitatem in calidis, & frigidis, siccis, & humidis esse affirmat, quæ elemēta corporum sunt: pulchritudinem vero non in elementorum, sed in membrorum apta cōgruentia, digiti, videlicet ad digitum, digitorum'que oīum ad palmam, & ad manus articulum, & horum ad cubitum, cubiti ad brachium, oīum deniq; ad omnia positam esse censet: perinde atque in Polycleti norma literis mandatum conspicitur. Nam cum omnes in eo libro congruitates corporis Polycletus docuisset, opere demum orationem confirmauit, iuxta libelli præcepta statua fabricata: quam eodem nomine, quo librum inscripserat, normā appellauit. Pulchritudo igitur corporis ex oīum medicorum philosophorum'que sententia in membrorum apta cōnexione sita est: sanitas in elementorū congruentia, quæcunq; elementa ea fuerint: nā siue ex tumoribus, & meatibus, vt Asclepiades dicebat, constent animalium corpora: siue ex indiuiduis corpusculis, vt Epicurus:

† Ex impreßis græ. hæc sunt restituēda, nō sanè oculus, nō auris, non manus, non crus, neq; aliud quicquam oīum.

† Addēdū ex græ. impreßis, vt pollicitus ē.

A Epicurus: siue ex similaribus partibus, vt Anaxagoræ placuit: siue, vt Chrysippus opinatur, Stoici q; omnes, & ante eos Aristoteles, & Theophrastus, & prius etiam Plato, & Hippocrates ex calido & frigido, sicco & humido corpora animaliū constituantur: elemētorum in omnibus æquabilitas cōgrua sanitatem efficiet. Siquis ergo est qui horum, quæ in corpore sunt, proportionem similitudinē q; ad ea, quæ sunt in anima, sicut pollicitus est Chrysippus, seruare penitus velit, planum facere is debet, ex quibus simplicibus partibus quasi elementis tota animæ compago constiterit, vt in harum postea inter se proportione sanitatē & morbū apte inuenire valeamus: id quod à Platone factum est. Chrysippus vero neq; hanc sanitatis, quam promiserat, similitudinem, neq; pulchritudinis exequi potuit: sed simul pulchritudinem cū sanitate confudit: nam secūdum proprias rationis diuisiones, pulchram vel deformem animā fieri dixit. quo modo vel sana vel ægra reddatur, ne verbo quidem facto, simul, vt reor, vtraq; hæc cōfundens, neq; valēs exquisite & definite de his quicquam pronunciare. Quod Plato cum alijs quibusdam in locis, tum in Sophista optime præstitit: qui animæ partiū seditionem dissidentiam q; esse morbum dicit: temerarias autem eius motiones, & immoderatas, hoc est functiones atq; actus ex appetitione proueniētes turpitudinem appellat: ita quoq; consensum, cōgruitatem q; partium eius inter se sanitatem, motionum q; æquabilitatem esse pulchritudinem asserit. Etenim quemadmodum corpus pulchrum in æquabilitate mēbrorum naturam habet suam, eodē modo actus ex singularium motionum congrua æquabilitate pulcher, honestus q; euadit, quē ad sensum saltare non nulli, pancratio decertare, luctari, atq; incedere etiā decore & pulchre dicuntur: turpiter alij, & indecenter: quippe cum ex congruētia singularium motionum operationū pulchritudo, ex incōgruitate deformitas manifestetur. Platonis verba ex Sophista ad hunc modum habent. Ho. duę vitiorum species in anima dicendæ sunt. Thæ. Quæ nam? Ho. vna morbo corporis, altera turpitudini perquā similis. Thæ. non intelligo. Ho. morbum fortasse & seditionē non idem esse opinaris? Thæ. neq; quid ad hoc respondeā, habeo. Ho. nunquid aliud seditionē putas, q̄ rei natura cognatæ ex aliqua corruptela dissidentiam? The. nihil sanè aliud. Ho. aliud ne quid turpitudinem, q̄ ex incongruētia prouenientem deformitatē? The. nequaq̄ aliud. Hęc sunt quibus vniuersaliter de morbo & turpitudine, qualis vtrorūq; natura esset, edocuit Plato. Qua vero ratione in animis nostris efficiantur, deinceps explicat: atq; hæc de morbo disserit. Ho. quid? non'ne in animis praue affectorū hominum opiniones à cupiditatibus, iracundiam à voluptatibus, rationem ab ægritudinibus, omnia q; inter se dissidere animaduertimus? The. maxime. Ho. at hęc vniuersa natura cognata sunt. C The. quidni? Ho. si igitur seditionem & morbū animę esse dicamus, non errabimus. Subsequendo deinde docēs quo modo turpitudo animis inolescat, ita sermocinatur. Ho. quid? illa quę motione aliqua prædita, cum finē aliquem sibi proponant, cum q; nitantur attingere, in singulis appetitionibus aberrant, fine q; ipso frustrātur, nunquid ex æquabilitate congrua partium inter se, an cōtra ex inęquabilitate id facere dicemus? The. Ex inæquabilitate scilicet. Ho. At animas oēs scimus quicquid ignorauerint, inuitas ignorare. The, planè. Ho. ignorare vero nihil aliud est q̄ desipere: cum animæ vtiq; ad veritatem incitatæ aberrat intelligētia. The. profecto quidem. Ho. aīam igitur stultam, turpem, & inconcinnam esse statuendum est. Ita in Sophista Plato de sanitate & pulchritudine, turpitudine & morbo tum generaliter, tū peculiariter disseruit: generaliter notione ipsorū descripta: peculiariter, quo in animis nostris accidant, modo explicato. Reliquas eius orationes haud sanè paucas in multis libris, vbi de sanitate & pulchritudine, turpitudine & morbo agit, non mihi videtur in præsentia adducendi locus: sed cum de sanitate & morbis tractandum nobis erit, probandum q; eādem fuisse Hippocratis & Platonis his de rebus sentētiam, eas etiam commemorabimus.

Chrysippum, quod causas perturbationum ignorauit, curationes etiam ac medelas ipsarū ignorasse. CAP. 4.

D NVnc quia neq; de pulchritudine & sanitate, turpitudine & morbo, neq; de ijs tantum quæ ad corpus attinent, absolute nobis est sermo, sed de animę affectibus proposita erat consideratio: cętera omittemus, ad institutum q; ipsum reuertemur, quod demonstrare proposueramus, id est, neq; in vna tantū animæ parte, neq; in vna facultate & iudicia & affectus existere, vt Chrysippus sentit, sed plures esse, diuersas q; genere tum facultates, tum partes. Animę quidem facultates tres esse numero, quibus cupiamus, irascamur, & ratiocinemur, vel Posidonius ipse, & Aristoteles etiam concedit: locis vero etiam inter se separatas esse, aīam q; nostram non modo facultates multas in se habere, verum ēt ex partibus diuersis genere, natura q; discrepantibus compositam esse, Hippocratis Platonis q; decretum confirmat: de cuius veritate multa à nobis dicta iam sunt, multa q; etiam dicētur. Nūc redeo iterum ad Chrysippū, qui neq; facultates has inesse in animis nostris fatetur, sed oēs operationes, & affectus in sola ratione consistere affirmat: neq; quo modo aut ortę curari, aut anteq̄ existant, caueri possint perturbationes, vllam artem docet. Qua de re sicut de alijs plurimis secum dissidere vel ex eo constat, q cum in primo de anima libro has facultates animæ esse posuerit, vt in superiori libro citatis etiā verbis eius satis aperte declaraui: in libris postea de perturbationibus, perturbationes ipsas rationalis animæ facultatis esse iudicia quędā asseuerauit. Nos porrò ea quę vere dixit Chrysippus locupletissima Hippocratis & Platonis decretorum

torum esse testimonia putamus: quippe cum ab hoīe non intelligente tantum dicta fuerint, sed E qui veterum decretum omnibus modis labefactare atq; euertere studuerit: hęc enim de huiuscemodi rebus testimonia corū esse hoīum consueuerunt, qui à veritate ipsa coguntur verum fateri. Sed ad alia rursus, quæ in hanc sententiā scripsit Chrysippus, descēdemus: atq; ea partim sibi non constare, partim euidentibus repugnare, partim vtroque modo peccare, manifestissime ostendemus. Sed prius illud quod in fine orationis Chrysippi iam antedictę positum fuerat, repetendū est, sanitatem inquā & morbum, pulchritudinem & turpitudinē animæ, in partibus ipsius fieri: partes q; has notitias anticipationes q; esse. Primum ex his propositum illi remittamus: quāuis enim superius satis probauerimus nō debere ex operationibus animæ morbum aut sanitatē, sed pulchritudinem tm̄ & turpitudinem poni, tamen etiam siquis illud ipsum cōcedat, reliqua non recte firmè dicta conabor ostēdere. Nam si ex mutua duorum iudiciorum pugna perturbationū ortus resultat, necesse erit aut alterum ex his iudicijs verum esse alterum falsum, aut vtraq; falsa: si modo hoc, logicam enim quandam quęstionem habet, facile aliquis concesserit. Siue tn̄ vtraq; falsa, siue alterum ex ipsis verū esse dicamus, perturbatio iudiciorū pugna nullo modo erit. Quippe si adæquantur inter se iudicia circa persuasionē, ea de re sustinendus prorsus est assensus: si alterum longe probabilius apparet, assentiri quidem, & ex assensione illa agere aliquid, non inconsi- F derate tn̄, necesse est: vt siquis voluptatem bonum esse opinatus paruū quid habeat, à quo in contrarium retrahatur: vel si honestum quis solum bonum existimans, à nescio qua tamen etiā ipse alia opinione reuocetur, vt non firmiter, constanter'que credat: aut si quēadmodū Pyrrho vtraq; in æquilibrio ponens negationem & assensum inhibuerit: nullo enim ex his modo perturbatio existet: id quod ipse ēt Chrysippus verbis illis, quæ à me in superiori libro fuerunt citata, aperte « declarauit: Vbi inquit nequaquam, si aberrās fertur aliquis, aut incuria quadā in ratione labitur, & cętera, quæ sequūtur, perturbationem consistere, sed si rationi immorigera est appetitio: adeo vt hic quoq; Chrysippus sibi ipsi cōtradicere deprehendatur. Cum enim perturbationē ab errantibus iudicijs separauerit, nihilo minus tamē rursus in mutua iudiciorum pugna morbos animæ & perturbationes consistere affirmat. Nihil igitur mirum esse debet, si recte à Platone affectuum curationes & medelæ traditæ sunt, vt Posidonio quoque videtur, à Chrysippo vero perperam. Qui enim neq; omnes perturbationum causas ausus sit explicare, sed se in præcipuis hęrere fateatur, vt in superiori libro videre licet: neq; in istis tamen quas affert, recte quidquam dixerit: qui fieri potest, vt is de perturbationum curatione conuenienter tractet?

Ex Puerorum perturbationibus ac institutionibus multis q; rationibus conuinci posse, plures esse Animæ inter se dissidentes facultates. G *CAP. 5.*

AT vero si quatuor Chysippi libros omnes refutare vellemus, vt superius etiam dixi, multo plura nobis volumina essent conscribenda. Quo circa quę ad propositā rem sunt perq; necessaria, ea tantum persequemur: ac primū de dispensatione, quę in puerorū animis est, expediemus. Dici sanè non potest aut ipsorum appetitiones à ratione, quam non dum habent, gubernari: aut ipsos non irasci, non dolere, non lætari, non ridere, nō flere, non alijs huiuscemodi perturbationibus affici: multo siquidem & vehemētiores perturbationes pueris, q̄ adultis sunt. Sed hæc tamen Chrysippi decretis non sunt consentanea: quēadmodum neq; illud, nullā naturalem neq; ad voluptatem conciliationem, neq; à dolore alienationem esse: omnes enim infantes ad voluptates absq; vllo magistro gestiūt, labores'que auersantur: irasci etiam eos videmus, calcitrare, mordere, dum vincere prorsus ac superiores euadere volunt: sicuti non nulla quoque ex alijs animalibus nullo præter victoriam proposito præmio idem factitant. Quod euidenter in coturnicibus, gallis, pdicibus, ichneumone, aspide, crocodilo, innumeris'que alijs bestijs, intueri licet. Non secus infantes ad voluptatem, & victoriam, conciliationem quandam præ se ferunt: postea vero vbi paululum adoleuerunt, naturalem ēt quandam cum honestate conciliationem ostendūt: eru H bescūt siquidē procedēte ętate, si peccauerint: honestis'que actionibus delectātur: iustitiam'que, & alias virtutes sibi asciscunt: multa'que ex harū virtutum notitia agunt, qui prius quo tempore paruuli erant, perturbationes sequebātur, rationis'que pręceptis nō obediebāt. Cum igitur tres has conciliationes naturales habeamus in animis nostris insitas, singulas ex singulis animę partibus, prouenientes, ex concupiscibili ad voluptatem, ex irascibili ad victoriam, ex rationali ad honestatem, Epicurus solam prauissimæ partis conciliationē spectauit: Chrysippus solam optimę, ad honestum, quod idē est quod bonum, propēsos nos esse affirmans. Omnes vero has tres conspicere solis veteribus philosophis licuit: quarum duabus omissis Chrysippus non iniuria in vitiorum generatione postea hæsitat: & neq; causas eorum, neque quo modo consistant, explicare, neq; quo modo peccent infantes, valet inuenire. Quę omnia etiam Posidonius reprehendit, atq; arguit. Nam si ad honestatem infantes statim à principio propensi essent, prauitatem oporteret non intrinsecus, & ex ijs ipsis, sed extrinsecus tantum ipsis accidere: at quāuis bonis moribus imbuantur, optime'que erudiantur, peccare tn̄ certe in aliquo conspiciuntur: quod idem Chrysippus etiam fatetur. Quanquam licebat ipsi, dissimulatis ijs, quæ euidenter apparēt, illud tm̄ fateri, quod proposito suo erat cōsentaneū, Pueros, inquam, si bene honeste'que instituti essent, tempo

ris progres-

A ris progressione in viros sapientes omnino euasuros: sed contra aperta ac patentia non est ausus ita mentiri. Quin licet sub philosopho solo educentur, vt nullum neq; viderint, neq; audiuerint vitiorum exẽplum, non necessario tñ philosophaturos: duplicem q; esse peruersitatis causam ait, vnam ex instructione suggestione q; multorum hoium, alterã ex ipsa rerũ natura prouenietẽm. Mihi de vtraq; dubitandum videtur. Cur.n. vbi viderint, audiuerint ue aliquod vitiorum exemplum, nõ oderint illud, aut fugiant, siquidẽ nullam cum eo affinitatem, nullam q; naturalem conciliationẽ habent, mirari satis non possum: atq; eo magis, ꝙ qui nihil neq; auditu, neq; visu perceperunt, à rebus ipsis illecti decipiuntur. Quę.n. necessitas tandem est, vt pueri à voluptate perinde ac bono aliquo illiciantur, si nullam cum hac conciliationem habent, auersentur, & fugiant laborem, si neq; ab eo natura alienati sunt? Quid est cur laudibus, & honoribus lætentur, & gaudeant, vituperia, & ignominias moleste ferant, & fugiant, si neq; ad hæc naturalem quãdam, aut conciliationem, aut depulsionem adepti sunt? nam si minus vocibus his, vi saltem vocabulorum assentitur Chrysippus, ad singula ex supradictis tum cõciliationem, tum reiectionem insitam in nobis esse. Cum.n. de bonis & malis imaginũ ꝓbabilitate, & suggestione in animis prauorũ per uersitatem inolescere dicit, causa ab ipso est requirenda, qui fiat, vt voluptas tanꝗ bonum, dolor B tanꝗ malum probabilẽ visionẽ & speciẽ offerat. Cur item victoriam olympicã, statuarum q; dedicationem laudari, celebrari que à plerisq; quasi bona, cladem contra, et ignominiam vituperari quasi mala audientes prompte ita credamus & persuadeamur. Hæc quoq; reprehendit Posidonius, omnium q; ipse falsarum opinionum causas assignare conatur, in speculatione enim eas effici ait ex affectuũ deorsum trahentiũ grauatione, quam antecedant tamen falsæ quędam sententiæ in iudicio ratiocinantis facultatis debilitatæ ac languẽtis: exurgere siquidem appetitionem in aĩali ex rationis iudicio aliqñ, sępius ex affectuum motione asserit. Quin etiam physiognomica euidentia à naturę scilicet coniectoribus obseruata orationi huic conuenienter annectit. Ex animalibus quippe & hominibus quæ lato sunt pectore ac calidiora, animosiora, quę laticlunia et frigidiora, timidiora esse consueuerũt. Addit etiam ex regionibus quantũ ad timiditatem, & audaciam spectat, voluptatem & laborem non paruam in moribus hoium extare differentiam: quasi affectuum animi motiones corporis affectionem, quã ex aeris cõtinentis tẽperatura non parum contingit variari, subinde consequantur: sanguinẽ.n. in animalibus caliditate & frigiditate, crassitudine & tenuitate, alijs q; quibusdam nõ paucis differentijs diuersum esse. Qua de re Aristoteles copiosissime dissertauit. Nos quoq; progressu disputationis locum idoneum nacti non nulla C cõmemorabimus: cum.s. de his & Hippocratis & Platonis verba erunt producenda. Nunc aduersus Chrysippum mihi suscepta est disceptatio, qui neq; aliud quicꝗ de perturbationibus, neque illud prorsus cognoscit corporis vtiq; temperaturas sibi ipsis consentaneas affectuosas motiones efficere: ita enim solet appellare Posidonius. At Aristoteles manifeste iam oẽs has animi constitutiones vocat, qua q; ratione in diuersis temperaturis cõsistant, exponit. Vnde in nõ nullis perturbationum curationem facilem, expeditam que esse ea de causa crediderim, ꝙ neq; has affectuosas motiones admodũ fortes, neq; rationem imbecillã, hebetem que natura habent: sed ex inscitia, praua que cõsuetudine ex affectibus viuere huiuscemodi hoĩes coguntur: in illis contra difficilem, & laboriosam, in quibus perturbationum motus ex corporeæ constitutionis necessitate insiti magni, & vehemẽtes extiterint: ratio vero natura infirma, atq; hebes. Debemus enim hos scientia verorum instruere, affectuosas q; ipsorum motiones bonorum studiorũ consuetudine frangere ac retũdere, si reddere meliores volumus. Ita quoq; in procreatione, vt hominem ad virtutem formemus, primum seminis, deinde victus, quo vsura prægnans mulier sit, cura est habenda: cibi nimirum, & potus, exercitationũ, quietis, somni, vigilię, cupiditatis, & irę, aliarũ que id genus rerum: de quibus omnibus diligentissime tractauit Plato: Chrysippus autem non mo-D do ipse nihil idoneum dixit, sed sectatoribus etiam suis, praue ita fundata disputatione, nullã inueniẽdi occasionem reliquit. Hæc etiam damnat Posidonius, ea que quæ Plato de puerorũ, dum adhuc in vtero fœtificãtur, informatione disseruit, de que educatione, institutione que eorundẽ postea ꝗ in lucẽ editi suscepti que sunt, mirũ in modũ extollit: atq; ipse in primo de perturbationibus libro quasi compendiũ quoddam eorum quæ à Platone dicta sunt, scripsit: quo modo educandi, instituẽdi que pueri sint, vt affectuosa, irrationalis que animę pars moderata motionibus rationis que imperijs obtẽperans efficiatur. Eam siquidem optimã puerorũ institutionis pręparationẽ esse ait, si affectibus obnoxiam animę partem ad principatum rationis ꝗ promptissimam reddideris: eo ꝙ parua à principio rationalis facultas, & imbecilla est, magna postea, ac fortis circa quartũ decimum annũ euadit: qua ętate imperare, & dominari, sicut auriga pari iugaliũ equorum, ita ipsa cupiditati, & iræ maxime solet: cum neq; nimis validę hæ facultates, neq; infirmę nimis, aut segnes, neq; supra modum concitatæ, aut contumaces, aut immoderatæ, aut petulantes, sed in oĩbus ad rationem sequendam, ei que obtẽperandum paratę sint. Mox ipsius rationis institutionem, & virtutem dicit naturæ rerum, quemadmodum aurigæ aurigalium speculationum, scientiam esse: nullam.n. in irrationalibus animæ facultatibus, sicut neq; in ipsis equis, ingenerari sciẽtiam posse: sed in his propriam virtutem ex irrationali quadam consuetudine, in aurigis ex

disciplina comparari. Sequitur postea tota ea de virtutibus oratio duplicem errorem illorum ar- E
guens, qui vel sciẽtias esse virtutes oẽs, vel facultates & potentias opinantur: necesse quippe esse
vt irrationalium aïalium animæ partium irrationales quoq; virtutes sint, rationis vero solius ra-
tionales: vnde merito illarum virtutes potentias, rationis solius scientiam esse oportere. At vero
Chrysippus valde peccat, non ꝙ virtutes nullas potẽtias & facultates fecerit, (non.n.magnus est
hic error, neq; de hoc dissentimus:) sed quia, cũ multas sciẽtias, & virtutes esse dixerit, statuit vnã
tñ animæ facultatem: quod quidem nulla ratione fieri potest, vt vnius facultatis multæ virtutes
existant: siquidem neq; perfectiones multæ vnius rei inueniuntur: vna.n.singularum rerum est
perfectio: & virtus perfectio est, id quod ipse etiã fatetur, vniuscuiusq; naturæ. Quocirca melius
Aristochius, qui neq; multas animæ virtutes, sed vnam tñ, quã bonorum & malorum scientiam
appellat, esse inquit: neq; de perturbationibus aduersantia, vt Chrysippus, suis decretis contexit.

*Quæ Posidonius scripserit aduersus Chrysippum de fine ab omnibus expetendo, ac de causis perturbatio-
num, qui q; sit vsus dignotionis harum causarum.* CAP. 6.

SEd de virtutibus posterius dicemus, qm̃ Chrysippus etiam de his Platonem carpit: nunc obi
ter de ipsis à nobis facta mentio est ex consecutione quadam, propterea ꝙ dogmati de affecti-
bus decretũ de virtutibus necessario annexum est: id quod Posidonius etiam testatur his ijsdem F
verbis in primo de affectibus libro paululum à principio, ita scribens. Censeo.n.cõsiderationem »
de bonis & malis, de finibus, de virtutibus à recta de perturbationibus disceptatione pendere. »
Rectam profecto de virtutibus opinonem cum sententia de affectibus coniũctam esse satis mihi
videor ostendisse. At vero idem de bonis, & finibus intelligi, ex hac quam ascribam Posidonij
oratione manifestabitur. Causa vero perturbationum, hoc est dissensionis, & ingenialis, hoc est »
infelicis vitæ est, cum genium in nobis insitum, qui cognatus nobis est, et eãdem habet naturam, »
quam ille qui vniuersum gubernat, non in omnibus sequimur: sed deteriori, & aïali succũbentes »
efferimur. Qui vero hoc non aduertũt, neq; veram perturbationum causam assignare, neq; rectã »
de fœlicitate, et cõsensu sententiã possunt habere: non.n.vident prius esse, vt ab irrationali, & in- »
geniali, omni q; diuinitatis experte aïæ facultate nulla in parte agamur. Hic Posidonius q̃ errent »
Chrysippei non modo in disputatione de affectibus, verum ẽt de fine, aperte demonstrat: non.n.
finis est, vt illi dicunt, sed vt Plato, naturæ consentiens vita. Nam cum in nobis duæ animæ partes
sint, vna potior, deterior altera: qui meliorẽ sequitur, is consentienter naturę viuere merito dicen
dus est: ille contra dissentienter, qui à peiore regitur, & gubernatur: atq; hic ex perturbatione, ille
ex ratione vitã instituit suã. Non contentus his Posidonius apertius ẽt, & vehemẽtius in Chrysip G
peos inuehitur, quippe qui finem non bene exponant: eius oratio in hunc modũ habet. Quibus »
non nulli omissis, consentienter naturæ in omne illud contrahunt, quod causa primorum natu- »
ralium fieri potest: quod nihil aliud est, q̃ finem voluptatem, aut tranquillitatẽ, aut tale quippiam »
constituere: ad hoc in ipsa statim pronunciatione repugnãtiam præ se fert, honestatis, aut beatitu »
dinis in se continens nihil: consequitur enim necessario finem, non autem est finis: sed fine recte »
diffinito vti etiam ad infringendas dubitationes possumus, quas sophistæ proponere consueue- »
runt. Non tñ ita est, cum hoc modo interpretamur viuere ex peritia oïum quæ secundum totam »
naturam accidunt: vt eandem vim habeat perinde ac si dicamus, consentiẽter naturę viuere: cum »
non hoc parum atq; abiecte ad differentias consequẽdas faciat. Hoc profecto sufficiebat ad osten
dendam absurditatem dictorum Chrysippi de fine agentis, illud q; exponentis, quo modo asse-
qui possimus, vt consentienter naturæ viuamus: satius tamen esse existimo ea quæ sequuntur à
Posidonio scripta subiungere, hoc modo: Causa vero perturbationum inuenta absurditatẽ hanc »
sustulit: principia peruersitatis in appetendis fugiendis q; rebus patefecit: modos exercitationis »
distinxit: dubitationes de perturbationum appetitione omnes explanauit. Nõ parua inquit, neq; »
triuialia ex purturbationum causę inuentione nos esse consecuturos. Nam ex hac quid sit consen H
tire naturæ exacte intelligimus: qui enim ex perturbatione viuit, non consentit naturæ: sed ille
consentienter naturæ viuit, qui perturbationibus vacuam traducit vitam: quippe cum hic ratio-
nalem, & diuinam, ille irrationalem, brutam q; animæ partem sequatur. Principia item peruersi-
tatis in appetendis fugiendis q; rebus causa perturbationum inuenta edocuit: siquidem quæ pro
pria irrationalibus animæ facultatibus sunt, ea quasi absolute propria hallucinãtes non nulli opi-
nantur: non aduertentes lętari, & superare alios, brutę animæ partis tñ esse appetibilia: sapere au
tem & cætera quæ bona simul & honesta sunt, rationalis, & diuinæ. Modos quoq; exercitatio-
nis reperta perturbationum causa nobis præscripsit. Hac etenim cognita curabimus ex Platonis
disciplina vt alij certis quibusdam in rhythmis, cõcentibus q;, & studijs, alij in alijs degant: obtu-
sos, & segnes, demissi q; atq; infracti animi homines in orthijs numeris, vehemẽter q; animum
mouentibus harmonijs, huiuscemodi q; studijs, in contrarijs animosiores, ferocius q; exultantes
educabimus. Nam qua de causa effectum est, obsecro, ita enim Chrysippeos percontabor, vt si-
mul ac Damon musicus tibicinæ, quæ adolescentibus quibusdam temulentis, insana q; agẽtibus
phrygium canebat, mutare modum in dorium iussit, continuo illi à temerario illo impetu desti-
terint? non.n.rationalis facultatis opiniones dedocere ac mutare cantilenis valemus: sed affecti-

bus

A bus obnoxia animæ pars, cum sit irrationalis, ipsa sanè motibus quibusdam irrationalibus & excitari, & sedari potest: ita enim natura comparatum est, vt irrationale ab irrationalibus, rationale à sciētia, & inscitia, & vtilitatem & detrimētum adipiscatur. Atq; hoc ex agnita perturbationum causa emolumentum esse ait Posidonius. Insuper etiam dubitationes, inquit, de appetitione per-
« turbationum oēs explanauit: quæ cuiusmodi sint, ipse subsequendo ita declarat. Existimo.n.iam
« dudum vos videre eos q ratione persuasi, vel iam adesse sibi aliquod malum credunt, vel impen-
« dere, non ob id tñ timere, aut mœstitia affici prius q̃ visionem quandam illorum animo percepe
« rint. Nam quî potest irrationale à ratione affici, nisi imagine quadam sensibus expositæ picturæ
« perquā simili obiecta pulset? Ita fit vt ex narratione audiētes nō nulli in cupiditatē incidant: alij
« moniti paulo euidentius, vt leonem fugiant, anteqũ ipsum videant, terreantur. Recte sanè & hæc à Posidonio dicta sunt, & sequentia etiam vbi causas oēs Chrysippi dubitationum persequitur: de quibus in calce superioris libri satis à me dissertatum fuit. Vnde recte præsenti sermoni finem
« impositurus mihi videor, vbi vnam tm̃ eius orationem ascripsero, quæ ita ait. Veruntamen pec-
« cantes, cum magna mala sibi impendere opinentur, non timēt: non.n.ab irrationali tunc aīę par
« te, sed à rōnali, feruntur. Deinde idem, quamobrem inueteratæ perturbationes quietiores, imbe-
B cilliores q; efficiantur, causam reddit: quam Chrysippus in secundo de perturbationibus ignorare se confessus est: de qua quidē in fine quarti libri iam diximus: & nunc etiam dicemus breuibus quasi in compendium Posidonij longam orationem contrahentes. Affectibus obnoxia animæ pars mora temporis partim saturatur proprijs cupiditatibus, partim diuturnis motibus defatigatur: adeo vt cum duabus his de causis quiescat, moderetur q; affectionis motus, rationis imperiū inualescere iam possit: non secus ac si equus aliquis excurrens sessorē secum rapiat, deinde partim cursu defatigatus, partim expleta cupiditate subsistat, vt rursus eques in dominiū restituatur suū: id quod sæpenumero fieri videmus. Adde q̄ qui iuuenilis ætatis aīalia erudiunt, permittere illis solent vt fatigentur, effusis q; etiam cursibus atq; effrenatis saturētur, postea inuadunt ac coercēt. De his, atq; huiuscemodi anceps Chrysippus hæsitauit, vtpote qui nec possit horum causas in affectibus obnoxiam partem referre, & præterea, quod idem in sequentibus Posidonius manifestat, non modo ab ijs quæ sensu percipiuntur, sed à Zenone, sed à Cleanthe etiam ipso dissentiat. Nam Cleanthis sententiam de affectibus obnoxia animæ parte ait ex his versibus constare.

Rō. Quid nam sit ira, quod velis, mihi explica.
Ira. Ego facere quod volo, profecto est regium.
C Rō. Effare tamen id clarius.
Ira. Vt sicut appeto eueniat, est quod volo.

Hæc alterna carmina Cleanthis esse inquit Posidonius, in quibus cum introducat rationem cum ira quasi diuersa quadam parte colloqui, sententiam de affectibus obnoxia animi parte perspicue ostendit. Chrysippus vero perturbationibus obnoxiam à rationali nihil differre arbitratus perturbationes brutis aīalibus non veretur eripere: quæ cupiditate, & ira gubernari nemini dubium est, vt Posidonius ēt pluribus demonstrat: animalia enim quæ immobilia penè sunt, saxis q; stirpium modo, alijs q; huiuscemodi inhærent, cupiditate sola regi asserit: irrationalia oīa vtrisq; facultatibus concupiscibili & irascibili vti: hoīem solum assumpto præter illa duo rationali principio, tres adeptum esse partes. Hæc, atq; alia permulta in toto de perturbationibus tractatu recte à Posidonio dicta habentur. Nam sicut Chrysippus in ipsis, vt ita dicam, elementis huiusce de perturbationibus contemplationis lapsus, q̃plurima postea cogitur falsa subijcere: ita qui veris principijs vtitur, his que ipsis consentanea vsquequaq; subiungit, eum recte dicere, sin minus ad vnguem in omnibus, saltem in plerisq; necessarium est. Atq; hic pręsens dissertatio finem accipiat: nam considerare quæ sit hac de re Zenonis sententia, esset ab instituto nostro alienum: qui eam
D ob causam diximus, alijs oībus Stoicis omissis, queę à Chrysippo dicta fuerāt, excutere tm̃ nos velle, ne nimis lōga ac verbosa nostra euaderet oratio. Id enim in his libris disserere polliciti sumus, nō quid quisq; philosophus de anima sentiat, sed q̃ vera Platonis & Hippocratis decreta habeantur: cuius gratia etiam contra Chrysippum tota hæc nobis est suscepta digladiatio. Zenonis itaque, si idem cum Chrysippo sentit, ijsdem quoq; criminibus affinis censebitur: si Platonis principia vnà cum Cleanthe & Posidonio sequitur, in nostræ philosophiæ partibus stabit: sed si, quod ego credo, perturbationes iudicijs succedere opinatur, medius erit inter pessimam Chrysippi sectam, & optimam, quam Hippocrates & Plato primi omnium constituerunt. Quanq̃ Posidonius Pythagoram facit auctorem: non ex ipsius operibus coniectura sumpta, quæ nulla ad nos peruenere, sed ex ijs quæ à discipulis eius literis mandata postea fuerunt. Sed quod etiam paulo ante dixi, non historiam veterum dogmatū recensere, sed sola Hippocratis & Platonis dicta dispicere nostra hæc promittit oratio: quod ipsum q̃ breuissime potest, nunc agit: neq; in hoc multitudo librorum spectanda est, quæ copie, & magnitudini rerum, de quibus est sermo, merito ascribi debet: sed illud attendendum, videndū q;, breuius ne de his ijdē dici potuerit, vt tñ nihil quod necessarium esset, prætermitteretur. Id quod ex ijs quæ Chrysippus de affectibus scripsit, videre licet: nam cum ille quatuor libros atque eos adeo magnos composuerit, vt singuli nostris duplo

maiores euaserint, nos tamen in duobus ne integris quidem et sententiam eius de perturbationibus statim pensitauimus, & quæ contra hanc à Posidonio scripta fuerant, etiam adduximus. Nostra igitur aduersus Chrysippum disceptatio hic concludatur. Siquis enim bene his quæ à me dicta sunt, animũ aduerterit, eum existimo facile cætera omnia errata illis in libris sigillatim inuenturum. Qui vero hæc non aduertit, neq; si plura adhuc dicantur, attendet. E

Platonis sententia de tribus animæ siue partibus, siue facultatibus, quæ nostram vitam regunt. *CAP. 7.*

IAm ad Platonis demonstrationem in quarto Reip. libro positam descendam, qua ille animæ partes, quibus ad motum voluntarium incitamur, tres esse confirmat: sciendum tñ hic tres esse inter se differentes partes non necessario probari: nõ enim magis partes ꝙ̃ facultates astruuntur: tres vero esse † siue partes, siue facultates appelles, à quibus vita nostra administratur, orationem in eo vim afferre, nullam q; contradictionem admittere. Vnde fiet vt his quoq; quæ dicemus, & Chrysippi improbetur opinio, & cõmune Aristotelis, Platonis, & Posidonij decretũ stabiliatur: aliam nempe qua ratiocinamur, aliã qua irascimur, qua cupimus item diuersam esse facultatem: ꝙ tñ substantia inter sese hæ differant, differẽtibus q; in locis sitæ sint, nullam hinc demonstrationem, quę scientiam afferat, possumus habere: sed in sequenti cõmentario q vniuersi huius operis sextus scribet̃, iuxta Hippocratis & Platonis doctrinam euidentibus sumptionibus id probabit̃. Harum quidẽ, quas subiungam, demonstrationũ vim neq; ipse Plato ignorat: qui eas aggressurus ita præfatur. Et scias ò Glauce, mea, quidẽ sententia, nunꝙ̃ ex his rationibus, quibus nunc vti mur, exacte istud colligemus: alia siquidẽ longior, amplior q; via est. Qua vtiq; ad probandũ tres esse aïæ nostræ partes progredimur, quæ non sedibus tm̃ corporis, verum etiam substãtijs, naturis q;, facultatibus item, et functionibus differunt: vt in sequẽti libro ostendemus: vbi etiã rationem eam quam hic innuit, sumus explicaturi. Cur vero, licet demonstrationi, quam dicturus est, non magnopere confidat, ea tñ vtatur in præsentia, siquis modo à me dicta aduerterit, facile cognoscet: hac videlicet ratione tres esse, quæ vitam nostram gubernant, facultates, aperte id quidẽ demonstrari: substantia vero inter se differre, nõ item: satis. n. ad propositum faciebat in Rep. vbi de iustitia, alijs q; virtutibus, de omnibus enim in sequentibus differit, negocium est, si tres diuersas facultates esse constitisset. Ita siquidem etiam Posidonius opinatus Chrysippo relicto Aristotelem & Platonem magis secutus est: magis propterea dixi, quia tres hi hoĩes de virtutum differentia non nihil discrepantes, in [a] † conclusione tñ inter se cõueniunt. Quod etiam ipsum planũ faciam, vbi de virtutibus mihi erit differẽdum. Nunc Platonis demõstrationes in quarto de Rep. positas commemorabo: verba q; ipsa vnde hãc exorditur orationem, ascribam: quæ ad hunc modum se habent. So. Idem proculdubio nunꝙ̃ vel in eodem vel ad idem contraria vel facere vel pati simul volet. Deinde cum hoc confirmasset, cætera q; quæ aduersari videbãtur, excussisset, subiungit. So. Quid vero? annuere & renuere, appetere aliqd & recusare, attrahere & reijcere, alia q; id genus oĩa non'ne contraria inter se constitues, siue effectiones, siue affectiones fuerint? nihil enim hoc refert. Glau. nimirum contraria. So. quid igitur: sitire, & esurire, & demum cupere, & velle, & eligere, non'ne hæc oĩa ad eas quas modo dixi species referendas putas? verbi causa cupientis animam non'ne vel appetere dices illud quod cupit, vel attrahere quod elegerit, vel ad illud annuere quod sibi suppeditari velit, quasi ab eo, cuius generationẽ expetit, [b] † interrogetur? Glau. Ego quidẽ. So. Quid? non eligere, nolle, non cupere non'ne ad reijciendi, expellẽdi q; à se, oĩum q; his contrariorum speciẽ reponemus? Glau. quid'ni? Hac oratione Plato, cęteris q; sequentibus aliam esse cupientẽ aïæ partem ostendit, aliam ratiocinantem. Quo'nã modo? dũ esurimus quidẽ, cibis, dum sitimus, potione expleri cupimus: in pueritia tñ instar brutorũ ratione q; carẽtium aïalium saturitati vacamus, neq; vtilitatis, neq; lęsionis vlla habita ratione: in ætate vero, & ratione constituti, si ex potione detrimentũ aliquod nobis euenturũ credimus, sępenumero nihil prorsus bibimus: sæpe etiam minus ꝙ̃ appetamus: cum inde quoq; læsio aliqua timetur, aquã interdũ, licet vinũ cupiamus, in potu sumimus: qñq; frigidam appetentes, calida vescimur: ad insipientes, qui q; ratione nõ vtũtur hoĩes, perinde ac infantes, & bestiæ, neq; oportunitatem expectãt, neq; quantum, aut quale esse debeat quod [c] † sumendũ sit, considerant. Bestias quidẽ, et infantes ratione minime vti etiam Chrysippei oẽs consentiunt: incitari vero à facultate diuersa à ratione ad fruendas eas res quas cupiunt, modo fatentur, modo hinc inde oratione perplexa negant. Atqui poterant, vt amatores veritatis decet, prompte ratiocinãdo colligere vim quandam esse irrationalem, quę ad corporis voluptatẽ non pecudes tm̃, & pueros impelleret, sed etiam eos qui pecudũ more vitã traducunt: ad [d] † quam primam demonstrationẽ ipsa orationis cõsequutio nos duxit, ad Platonis demonstrationes nõ parũ facientẽ. [e] † Cum igitur in viros pfectos non tã ætate, ꝙ̃ ratione euaserimus, ratione ipsa} spectemus pugnã ratiocinãtis animæ partis cũ concupiscibili in morbis, alijs q; multis conditionibus, in quibus videtur nõ dum esse tempestiuũ vt vel sitiens potionẽ, vel esuriens cibũ sumat, vel qui horret calefiat, vel qui calescit refrigeret̃, vel q in venerem turget, venereis vtatur. Irrationalis siquidẽ quæ in nobis est facultas, ad singula quæ appetimus, nos trahit: ratio contra retrahit intẽpestiuum impetum, & coercet: pugna q; inde sæpe numero

F G H

† Addẽdũ puto, solas. nã in græco cod. pro μύρια legẽdũ videtur μύνα.

A † Codex manuscriptus hẽt σύμπαν. hoc est in summa.

B † In græco cod. impreß. legitur ἐρωτῶντος. sed corrupte pro ἐρῶντος. i. amãtis. quã lectionẽ sequitur Ander. & Ficinus in Platone. et ita inferius legitur. p. 161. b.

C † Forte bibẽdũ sit, nam pro τώματος. in græ. impref. cod. πόματος legendũ arbitror.

D † huiuscemodi itaq;.

E † Ita potius. ad viros autem iã perfectos nõ tam ætate, quam ratione sermone progredientes.

A numero valida insurgit: quæ geminam esse naturam in nobis dissidentium inter se facultatum facile declaret. Nam si vna tm̃, quemadmodum in pueris, esset, nihil prohiberet, quo minus appetitis rebus frueremur: sic etiam si solam ratione̅ haberemus, quæ nulla in re dissentire, ac retrahere nos cõsueuisset, nullum negociũ esset, siquis aut sitiens non biberet, aut esurie̅s non comederet: neq; continens aut temperãs qui non biberet appellaretur, perinde atq; ille qui cũ non vult, non ambulat: sed cum duæ sint quę hominem distrahunt facultates, irrationalis potionis appetens, rationalis cohibens, in hoc temperantiæ & continentiæ ortus conspicitur: atq; illud quod ad virtutes non paruum momentum habet, obiter mihi dictum sit, neq; continentiã, neq; temperãtiam, si tollatur cõcupiscibilis facultas, vllã futuram. Sed ad rem. Anima porrò eius qui sitit neq; vult bibere, alia quadã aut parte aut facultate potum appetit, alia fugit & auersatur: vna.n.& eadem facultate idem admitti et reijci simul nullo modo potest. Nã siue admittere, et fugere, siue seq, siue appetere dixeris, id nihil refert: eodem modo etiam si velle, si expetere, si asciscere, si amplecti, aut concupiscere asseramus, huiusmodi verborum distinctio nihil ad præsentem considerationem faciet, immo è contrario importuna erit, quippe quę rerum quęstionem ad verba transferat. Vnde consulto non nulli, ne cõcludit ac confici quicq; possit, ad singula verba instare atq; occurrere cõ

B sueuerunt. Si expetere potionem dicamus, sitientem negant ita dici debere: causam.n. quandam esse expetitionem, (ita enim appello ὄρεξιν) ad solum q; sapiente̅ pertinere aiũt: quã ita diffiniũt, Appetitionem dicentes esse rationalem ad iucundũ aliquid, quatenus decet, incitatam. Si etiam concupiscere dicas, neq; id concedent: sitim quippe non tam stultis q̃ prudentibus accidere: concupiscentiam ipsam & prauã esse, & in stultis prauis q; hoĩbus tm̃ existere, quod ex diffinitione colligatur: quæ ait, Concupiscentiã expetitionem esse effuse ad potiendũ inclinatã: vel si breuius diffiniant, expetitione̅ irrationalem. Atq; ita egregie admodũ, si dijs placet, increpabunt sepenumero non mõ in rerum sciẽtia, verum ẽt in verborum vsu, hoĩem alijs multis longe prestante̅. Cuius generis non nulli ẽt ex veteribus, vt inquit Plato, extiterunt, qui vocabula noue transumpta vsurpabant. Quorum causa in ea, quam superius adduximus, oratione Platone̅ non vnum absolute scripsisse, sed oĩbus verbis, quibus eade̅ res significari posse videbatur, vsum esse existimo: expetere siquide̅, concupiscere, appetere, annuere, velle, eligere, attrahere: & horum cõtraria nolle, non eligere, pro vna eade̅ q; re videt̃ sumpsisse: proposuit enim, quid sibi vellet ea res, exprimere, aperte q; explanare, demonstrationi vacans, studens q; rem per verba interpretari, non circa syllabas, nouas cõmentitias q; effutias excogitare. Supradicta igitur oratione diuersam à ratiocinãte

C esse concupiscibile̅ demonstrauit: †nam licet cuilibet voleñti possem totum illius libri sequente̅ locum recitare, lõgum tñ nimis, si oẽs eius orationes ascripsissem, esse iudicaui. ⁊ Quòd si ea quæ in disputationis huius calce est, recenseri debet, vt planior queãdmodum mihi videt̃, ad secundũ caput trãsitus efficiatur, neq; ipsam reticebo, ad hunc modũ scriptã.
« So. nõ' ne sitiẽtis aĩa, quatenus sitit, nihil aliud q̃ bibere vult? non' ne hoc expetit? non' ne ad hoc appetẽdũ incitatur? Glau. plane vero. So. si aũt aliquid est, quod ipsam sitiente̅ retrahat, nõ' ne aliud qd in ipsa erit, diuersum ab eo quod sitit, ad bibendum q; ipsam vt bestiã impellit? neq;.n. dicere possemus idem eadem parte sui, circa idem simul contraria facere. Glau. minime quidem. So. perinde atq; de sagittario non est dicendum manus eius attrahere simul, & impellere arcum, sed alterã esse q̃ attrahat, quæ impellat, alterã. Glau. prorsus illud quide̅. So. dicemus' ne aliquos interdum esse, qui, cum sitiãt, nolint tñ bibere? Glau. multos sanè ac sæpe. So. Quid igitur de his dicẽdum est? non' ne in aĩa ipsorum partem inesse quandam quæ iubeat bibere, quandã quę prohibeat? quippe cũ diuersum à iubente esse id quod cohibeat, necesse sit. Glau. mihi quidem videt̃. So. non' ne id quod ista prohibet, cũ fit, à ratione proficisci, ea vero quæ impellunt & trahunt, à perturbationibus & ægrotationibus oriri, asserendum est? Glau. constat. So. haud igit̃ absurde duas has partes, diuersas q; inter se esse

D statuemus: eam q;, qua ratiocinamur rationale̅: illã qua amamus, esurimus, sitimus, alijs q; cupiditatibus, libidinibus q; afficimur, irrationale̅, † repletionum q; quarũdam & voluptatum aliarum concupiscibile̅, ⁊ appellabimus. »

His verbis diuersam esse ratiocinantem aĩę partem à cõcupiscibili ostendit. Verum, vt prius ẽt dixi, non dum id mihi propositũ est demonstrare, diuersas scilicet specie has duas animæ partes esse: sed satis ad rem illud est, quod sine vlla dubitatione concluditur, ratiocinari, & cibos potiones venerea q; cõcupiscere, eiusde̅ facultatis minime esse. Id quod Chrysippus vnã cũ plerisq; Stoicis nescio quo modo ignorauit: quanq;, vt superius quoq; à me dictũ est, quod ignoratione cõmittimus, ignoscendum: sed illud nullo modo venia dignum ce̅seri debet, q in disputatione tractanda ita peccat, vt ad tanti dogmatis cõfirmatione̅ ea adducat, quę comicis, vel tragicis poetis dicta fuerint: hoĩbus sanè qui nihil ꝓbare constituunt, sed id tm̃, qđ dicenti personæ conuenire videatur, ornatu orationis adhibito explicare consueuerunt: quæ vero à Platone ad demonstrationem huiusce rei scripta sunt, neq; cõmemoret, neq; conetur cõfutare, sed semper absolute id sumat, vbi affectus aĩæ sunt, ibidem partem ratiocinãtem esse. Chysippus sanè semper talis est. At Plato vbi in supra citata oratione cõcupiscibile̅ à rationali satis distinxit, conat̃ postea ab his ipsis irascibile̅ quoq; segregare: cuius quide̅ orationis principiũ huiusmodi est.
« So. atq; hę duę in anima species definitę sint: illa vero iracũdię, qua irascimur, nunqd tertia, an

† ita potius ex græci cod. collatione uertendũ est. ⁊ diuersas .n. ipsius Platonis orationes adscribere longum iudicaui: nã cuiuis volẽti, totũ illius libri sequente̅ locũ licet perlegere.

† ita potius. repletionũ quarundã appete̅tem & voluptatũ amicã. nã in græco co. ἑταῖρον legitur, nõ ἑτέρων.

an alteri ex his cognata eſt exiſtimanda? Glau. alteri fortaſſe, hoc eſt concupiſcibili. So. At vero E
audiui ego neſcio quid, quod credo, Leontium olim Aglaionis filium, cum ex Piræo ſub boreali
muro redijſſet, ſenſiſſet´que intus apud carnificem iacere proſtrata cadauera, ſimul & ſpectare cu
pijſſe, & ęgre affectum oculos auertiſſe, tantiſper´que ſecum pugnaſſe, faciem q́; obtexiſſe, donec
cupiditate ſuperatus oculos diduxit, ac patefecit, atq; ad cadauera accurrens, en, inquit, miſeri pul
chro ſpectaculo ſaturemini. Glau. ipſe quoq; audiui. So. hæc tamẽ oratio iram cum cupiditatibus
interdum pugnare ſignificat, quaſi diuerſum quiddam ab illis. Glau. ſignificat quidem. Hac ora-
tione Plato concupiſcibilem diuerſam ab iraſcente eſſe probat, eo, quod à principio poſuit, vſus
pronunciato, fieri non poſſe, inquam, vt aliquid vnum plane, & ſimplex, & incompoſitum ean
dem rem & appetat, & abhorreat: eadem & gaudeat, & moleſtetur. Neceſſe. n. eſt aliud eſſe quod
cupiebat ſpectare mortuos, aliud quod prohibebat: cum ex ſpectaculo cupiẽs voluptatem, pro-
hibens moleſtiam & dolorem eſſet concepturum: nam iraſci contra cupientẽ, & appetitionibus
eius indignari, & prohibere, & increpare, & accuſare, cętera q́; huiuſmodi, alterius partis procul-
dubio non ipſius cupientis, ſin minus partis, facultatis ſaltem alterius officia ſunt. Non dum. n.
hoc in libro, ſicut ſæpius à me iam dictum eſt, certamen nobis cum Ariſtotele & Poſidonio inſti
tutum eſt: qui fatentur quidem diuerſa inter ſeſe eſſe ea quibus ratiocinamur, iraſcimur, & concu F
piſcimus: non tamen ſpecies, aut partes animæ, ſed facultates tantum eſſe affirmãt: nos in ſequen
tibus libris non facultates tantum, verum etiam partes ſpecie inter ſe diſcrepantes eſſe demonſtra
bimus. Sufficit in præſentia contra Chryſippum hæc ſolum probaſſe, vt hominis negligentiam
in his oſtendamus, qui validas has Platonis interrogationes ad quæſiti decreti confirmationem
neq; recenſuerit, neq; ſit conatus labefactare: cum tñ totum primum librum de anima, in quo de
principatu agit, † inſipientium ſermonibus, poeticis q́; } carminibus repleuiſſet. Neq; vero in eo
tñ libro Platonis rationes prorſus reticuit, ſed etiam in cõmẽtarijs de affectibus, & tribus logicis,
& in illis quos ſeparatim † abſq; cauſis } conſcripſit, curatorio, & morali, idem, feciſſe deprehendi
tur. Sed iam reliqua Platonis proſequamur. So. Nõ´ne etiam alibi ſępe animaduertimus aliquos
cum à cupiditatibus præter rationem trahuntur cõuiciari, atq; indignari illi quod in ſe eſt, à quo
trahuntur: & quaſi duo ſint, quæ diſſideant, iram adiutricem rationi in huiuſcemodi hominibus
effici? Nam cupiditatibus ipſam adhærere, cum ratio non eſſe agendũ aliquid præſcribit, neq; in
te, neq; in alio, puto, vnq̃ aĩaduertiſti. Glau. nunq̃ mehercule. In priore oratione Plato in qua il-
lius mentionem fecit, qui ſpectare cadauera cupiebat, aperte quidem demonſtrauit iraſcentem à
cupiente diuerſam eſſe facultatem, non tñ ratiocinãtem ab vtriſq; his differre perſpicue dixit: ſed G
quodam modo etiam ibi rationem indicare viſus eſt: Hic vero ſatis abſolute id pertractat. Cum
enim aliquem pręter rationem trahit cupiditas, vt ſuperius adductum Leontium, ira tunc inſur-
git, rationi q́; opitulaẽ: ac frequenter vnà cum ratione immoderatæ motioni intemperãtis animę
partis dominatur, cohibet q́; ipſam, ac vetat, impetum q́; appetitionis reprimit. Quemadmodũ,
verbi gratia, ipſe Leontius poterat increpita ſua ſpectandorum cadauerũ incontinẽtia præterire,
neq; aſpicere. Interdum fit, vt vtriſq; his partibus premẽtibus, atq; obiurgantibus, renitẽtibus q́;,
ac retrahentibus concupiſcibilis tñ ſuperior euadat: id quod in hoc qui ſpectare mortuos cupie-
bat, eueniſſe Plato cõmemorat, plura ſimul vna hac oratione oſtendens: iraſcibilem nẽpe à cõcu-
piſcibili, atq; ab vtriſq; diuerſam eſſe ratiocinantẽ partem: iraſcibilem itẽ nunq̃ cõcupiſcibili ſup-
petias ferre, vno hoc propoſito exẽplo declarauit. Nullus. n. ſeſe obiurgat, ſibi q́; iraſciẽ, ꝙ ab im-
portunis libidinibus deſiſtere propoſuerit: quis. n. eſt, qui in morbo conſtitutus, non mediocri q́;
feruore oppreſſus, cum frigidam vehementer appetat, ratione tñ collegerit mortem ſibi allaturũ
potum illum, atq; ita impetum refrenauerit, ſuum, ſe poſtea reprehẽdat, atq; indignetur, ꝙ bene
rem conſiderauerit? nullus profecto ex oĩbus: ſed cũ ratio ſponte concupiſcibilem ſequitur, vnà
cum ratione etiam iraſcibilis accedit: illi ſiquidem iracundiam in miniſterium, & auxilium cõtra H
tertiam aĩæ ſpeciem natura, quaſi canem venatori, tradidit: cum vero aduerſatur ratio, diſſidet q́;,
ac pugnat, cum ratione iracundia ẽt ſtat, eam q́; tuetur ac defendit. Iracundiam aũt ſemper rationi
contra concupiſcentiam opitulari ex ſequenti etiam oratione perſpicuum facit Plato ita ſcribens.

So. Quid vero? cum aliquis iniuriam inferre ſe putat, non´ne quo generoſior, eo minus poteſt
indignari, ſi famem, ſi frigus, ſi tale quippiam aliud ab eo patitur, quem iuſte ea facere exiſtimet?
Glau. verum eſt. So. quid? cum iniuria quis affici ſe arbitratur, non´ne in hoc excandeſcit iracun
dia, & ferocit, & illi quod videtur iuſtũ, auxiliatur, & famẽ, et frigus, omnia q́; alia huiuſmodi pa
tiendo tandẽ vincit: neq; prius à genoroſo incepto deſiſtit, q̃ vel res finẽ cõſequatur, vel ipſa à ſo
cia ratione, tanq̃ à paſtore canis, reuocata mitigetur? Hic Plato duos hoĩes introducit, qui ambo
quidem ijſdem malis affecti à principe aliquo & potente, eſuriant, ſitiant, & frigeant: alter tamen
ſibi perſuadeat iuſte, alter iniuſte id pati. Deinde ait eum qui iure ſe id pati exiſtimat, propterea ꝙ
prior ipſe offendit, æquo animo perferre omnia, neq; contra eum qui iuſte pœnam infligit, indi
gnari: atq; hoc quidem eo magis, quo generoſior fuerit: quod dictum eſt de eo qui ſupplicio affi
citur: nam is quanto generoſior natura eſt, tanto fert patientius punitionem. Alter autem, qui ſe
iniuria affici putat, iraſcitur, atq; indignaẽ: defendit q́; id quod ſibi videtur eſſe ius. Quæ quotidie
in ſeruis

† Longis ſermõibus ſeu potius poeticis. nam in manuſcripto codi. μυκρῶν legitur.

† ab ipſis. nam ĩ manuſcripto codi. legitur αὐτῶν non αὐτιῶν ut in impreſ.

A in seruis contingere videmus: nam qui vel furti, vel talis alicuius criminis conuicti fuerint, si cædantur, si inedia aut ignominia castigentur ab heris, non irascuntur: at illi qui vel pati, vel passos esse tale quippiam iniuria se arbitrantur, semper sæuientem iram in animo ad sumendas iniuriarum pœnas habent. Quibus vtrisq; exemplis planum nobis fit, iracūdiam à natura nobis esse datam, vt rationi opitularetur: rationi autem opitulari tunc cernitur, cum ab aliquo vel intrinsecus, vel extrinsecus offendi se ac violari opinatur: opinari itaq; se offendi rationis, opem afferre contra vim illatam iracundiæ proprium est. Cum igitur immoderate ad aliquid labitur cupiditas, secum q; rationem violenter trahit, iracundia contra ipsam rationi adiutrix accurrit: cum extrinsecus aliquis offendit, vlcisci illum conatur: sed si ratio à nullo se iniuria affici opinetur, quāuis maximos cruciatus iuste patiatur corpus frigore, fame, siti coercitum, nequaꝗ excādescit iracundia. Qua ex re patet irascibilē partem quoad naturalem statum seruauerit, semper rationalis opiniones sequi: fieri enim potest, vt aliquādo deprauata contumaciter contra rationem etiam ipsa mo-
« ueatur: id quod non multo post etiam Plato ipse manifestat. An quemadmodum, inquit, in ciui-
« tate tria sunt genera hominum quæ ipsam continent, quęstuarium, auxiliare, consultorium, ita ēt
« in anima tertia hæc est irascibilis vis, quę natura rationi auxiliatur, nisi mala educatione fuerit cor-
B rupta. Quæ nam sint irascibilis partis deprauationes, explicandi nunc nō est tempus: nam in sequenti libro id mihi tractandum proposui, vbi de perturbationibus animæ ex Platonis sententia, morbis q; omnibus ipsius, & peccatis, vitijs q;, quomodo & existant, & vbi extiterint, curentur: de pulchritudine item, & sanitate, omnibus q; virtutibus dissereremus: in quibus omnibus non parum neq; leuiter lapsum fuisse Chrysippum cōstat. Nunc vnam adhuc Platonis orationem subiungam, vbi diuersam à ratione iracundiam esse ostendit, statim post supradicta in quarto Reip.
« in hunc modum scribens. Glau. Nam et in infantibus hoc videre quiuis potest: statim enim vbi
« nati sunt, iracundia pleni conspiciuntur: rationis vero† non nulli, vt mihi videntur, nunquam cō-
« potes fiūt. So. Recte medius fidius loqueris: in bestijs etiā id quod dicis, intueri aliquis posset: pre-
« terea quæ superius adduximus, Homeri carmina attestantur. Pectora percutiens cordis sic incre-
« pat irā. Aperte siquidē hic Homerus partem de meliori & peiori ratiocinantē obiurgare alterā irrationalem quæ indignabatur, quasi diuersam, inducit. In his Plato euidenter irascibilem à rationali diuersam esse ostendit. Pueri enim sicut & bestiæ iracundia pleni sunt: rationis vero minimum participes. Quanꝗ bestias non nulli audent dicere neq; iracundiam, neq; concupiscentiam in animo habere: qui de pueris quid dicturi sint, non video: non enim horum perturbationes ra-
C tione colligendę ac probandę sunt: sed satis est id tantum in memoriā reuocare, nos nō aliter nūc irasci, ꝗ cum pueri eramus: cum & facultas eadē sit, & modus ēt quo oriuntur perturbationes, similis: in vno tm̄ differimus, ꝙ adulti viri, cum in perturbatione constituti non sumus, sed ratione ducimur, iracūdiam, sicut canem pastor ferocius in alienos incitatū, multis in actionibus cohibemus: pueri cum sumus, nihil tale facimus: quemadmodum neq; bestiæ: propterea quia in his nunꝗ, in pueris non dum appetitionibus ratio dominatur. Recte quidem à Platone cum hæc dicta sunt, tum illud quod in fine orationis positum est, vbi Homeri testimonium adducit, ita scri-
« bentis. Pectora percutiēs cordis sic increpat iram. Nam hic inquit induxisse Homerum partem quæ de meliori & peiori ratiocinatur, obiurgare alteram irrationalem quæ indignabatur, quasi diuersam. Vellem profecto locum hunc legisset Chrysippus, atq; animaduertisset: prorsus vtile illi erat futurum: didicisset. n. hinc quando, & quibus de rebus Homerus in testimonium debeat citari: neq;. n. in principio orationis, sed vbi satis proposita res fuerit demonstrata, tunc iam veterum etiam testimonia citari conuenit: neq; in incertis penitus rebus id faciendum: sed vel in perspicue euidentibus, vel in ijs quæ expositam sensibus notitiam habuerint: quales sunt animę affectus: qui non longis rationibus, exquisitis q; demonstrationibus, sed sola eorū quæ patimur, mo-
D nitione animaduersione q; indigent: vt à Posidonio quoq; dictū est. Ad confirmandum in cerebro esse rationem, vel in corde iracundiam, non magnum momentum ex testibus affertur: sed totum negocium demonstrationi cōmittendum est. At vero ad probandū diuersam esse ab irascente rationalem, neq; longa aliqua opus est demonstratione, neq; testibus admodum sapientibus: sed satis est Homerus his superius modo citatis versibus: satis Thucidides, qui ait: Et qui mini-
« mum ratione & consilio vtuntur, ij plerunq; ira in res gerendas, prælium q; incidunt: satis De-
« mosthenes, à quo ita scriptum est: Verūtamen siquis repente considerationem anteuertens efferatur, eum insolenter agere necesse est: quod iracūde facere Plato dixit. Reliqui præterea oēs tam oratores, ꝙ poetæ, & fabulatores erunt ad faciendam huic rei fidem idonei: iccirco quia ob euidentiam rei qui ita non sentiat, reperitur nemo. Animaduertenda igitur est suprascripta Platonis oratio cum ob alia, tum vt videamus, caute eum produxisse Homerum, non vt rationem in cerebro iram in corde esse confirmaret, sed vt iracundiam à rationali parte tantum differre testaretur: id quod ob rei perspicuitatem notum oībus est. Illud vero non item omnibus patet: sed demonstratione indiget. Quocirca etiam ego recte iam, vt mihi videor, pręsenti libro finem imponam: atq; in sequenti tres has animæ partes esse locis etiam distinctas iam aggrediar demonstrare.

† aliqui nunquam, multi sero, compotes fieri uidentur. ita habent vulgati codi. Plat.

GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Probatur multis rationibus, ac ex ipſa quoque diſſectione, Iecur venarum ſanguinis,& concupiſcibilis animæ, principium eſſe.

Quid ſit Operatio, quid Affectio: quod q; eadem res vtriſq; nominibus poteſt appellari. CAP. I.

PRopoſitū nobis à principio fuerat de ijs quæ nos gubernāt facultatibus conſiderare, oēs'ne ex corde ſolo proficiſcerentur, vt Ariſtoteles & Theophraſtus exiſtimarūt: an tria principia, quemadmodū Hippocrates & Plato opinati ſunt, potius eſſent ſtatuēda. Veruntn̄ quia Chryſippus non ſolum de principijs, ſed ēt de facultatibus ipſis, controuerſiā cum veteribus inſtituit, F opus eſſe duxi, vt prius excuſſa eius opinione, ita ad propoſitā à principio qōnem reuerteremur: probaremus q́3 cerebrū, cor, & iecur, tria eſſe regētiū nos facultatū principia. Nūc vero iam ad hoc noſtra aduenit oratio: cuius exordium ſumetur à noīum quorundam explicatione, quibus & ſuperius iā vſi ſumus, & in reliqua diſſertatione ſępius vtemur: ne.n. quicq̃ aliorſum ac dictū fuerit, accipiatur, ſed oīa in promptu ſint diffinita atq́3 explicata, maxime neceſſariū videtur eſſe, vt accurate ſingula noīa, qua de re dicanť, in pręſentia diffiniamus: pręſertim cū ex hoc ēt contingat, vt non nullę, quas diſtuleramus, qōnes facile enodentur: qualis.ſ. ea eſt, vtrum cupiditas & iracundia operatiōes an affectus appellandi ſint: reliquaq́3 id genus. Operatio itaq́3 motio eſt effectiua: effectiuam dico, quę ex ſe proficiſciť. Affectio eſt motio ex alio in alio. Quo fit, vt neceſſe ſit frequenter operationem & affectionem in vno eodem q́3 ſubiecto cōuenire, neq́3 eo quicq̃, ſed ratione tm̄ diſtare. Nam quę ab incidente in re inciſa diuiſio efficitur, cum vnū & idem ſit, incidentis operatio, inciſi affectio eſt. Eodem pacto ira operatio eſt iracūdiæ: reliquarum vero duarū partium, adde ēt totius corporis noſtri, cū vtiq́3 ab ira ad actiones violenter impellitur, affectio eſt. Atq́3 hoc vnum eſt vtrorumq́3 horum noīum ſignificatum: alterū illud, cum operationem ſm naturam, affectionem præter naturam, motum eſſe intelligimus. G Sed cum, ſm naturam, multis modis dicatur, in cū ſenſum accipiendum nunc eſt, vt ſignificetur, quod prima rōne à natura fit. Prima vero ratione illa à natura fieri dicemus, quæ quaſi fines ab ea coniectanť, nō quæ ex conſecutione quadā alijs ſuccedere cōſueuerunt: talis motus ſm naturam eſt, ſiue ex ſe aliquid, ſiue ab alio moueať. Patere iam arbitror quod dico: melius tn̄ eſt, vt exemplo rem adhuc euidentius expoliamus. Motus cordis, qui in pulſibus fit, eſt operatio: qui fit in palpitationibus, eſt affectio. Ex corde quidem eſt ēt quæ ex palpitatione fit motio, non tn̄ ſecundum naturam: ex eodem eſt pulſuum agitatio, ſed ſm naturam. Pulſus vero nomen ita in præſentia accipi velim, ſicut Praxagoras & Herophilus, atq́3 omnes ferè poſteriores ad noſtram vſq́3 ætatem vſi ſunt. Nam antiquior huiuſce vocabuli vſus, vt in Eraſiſtrati & Hippocratis ſcriptis videre licet, diuerſus quidam eſt: de quo non nulla poſtea dicemus. Cum igitur proprium cordis motum nos pulſum appellemus, palpitatio affectus in ſecundo ſignificato nominabitur. Neq́3 tamen pulſus omnis eſt operatio: maiorem enim aut minorem, q̃ naturalis cōſtitutio patiatur, velociorem aut tardiorem, frequentiorem aut rariorem, aut quouis alio modo exturbatum pulſum, nullo modo appellare operationem poteris, in ſecūda operationis ſignificatione. Nam quāuis in eiuſmodi pulſibus cor ex ſe ipſo moueatur, ſm naturam tamē H non mouetur: vt ſi ita contingat, nihil mirum eſſe debeat vnam eandem q́3 rem, & operationem nominare, & affectionem. Verbi cauſa, minor naturali pulſus non eodē quidem ſignificato, ſed priori tm̄ operatio eſt, motio.n. huius quoq́3 eſt effectrix: ſecunda autem ſignificatione non operatio, ſed affectus, quia præter naturam moueatur, dicendus eſt. Eodem modo in ira, & reliquis affectibus, ſe habet res: omnes ſiquidem ſi ad primum operationis ſignificatum ſpectemus, ſunt operationes affectibus obnoxiæ animæ partis: quatenus vero effuſi & immoderati motus ſunt, neque ſecundum naturam, non operationes ſed affectiones dicentur, in ſecunda ſignificatione ſumpto vocabulo. Qualis enim eſt in motu arteriarum magnus pulſus, talis in motu iracundiæ ira: qualis item paruus pulſus, talis eſt lentitudo: quæ nihil aliud eſt, quàm defecta quædam iracundiæ motio: at quæ in ira fit, modum excedit, nimis'que vehemēs ac redundās eſt. Atq́3 hac ratione ira, ægritudo, timor, libido, excandeſcentia, eiuſdem generis reliqua, ſimul & operationes & affectiones dicentur. Quin etiam, quatenus totum corpus vnà cum anima ab ijſdem his rapitur, motio ea animalis affectio in vtroq́3 ſignificato erit: ſæpe enim fit vt iracundiam, ſæpe vt cupiditatem, reliquæ duæ partes ſequantur tractæ ac raptæ: non ſecus atque in bigis euenire interdum ſolet: alter enim equus vehementiori impetu proruens alterū vnà cum toto curru, & rectore ſecum

A re ſecum trahit: alter ob imbecillitatem trepidus ſequitur, & ipſe quoq; auriga violenter fertur. Tūc porrò effrenati equi motio dici & operatio & affectio ipſius poterit, operatio in primo ſignificato, quia motio ex ſe ipſo eſt: in ſecundo vero, cum motus præter naturam ipſi ſit, non operatio amplius, ſed affectio: at aurigæ motus in neutra ſignificatione operatio eſt, ſed vtrobique affectio, ſiquidem neq; ex ſe ipſo, neq; ſecundum naturam ipſi eſt. Multę enim motiones, licet neque effectrices, neque ex ſe fuerint, quia tamen ſecundum naturā ſunt, operationes dicuntur, qualis cruris aut totius manus motio eſt: aliūde enim nō ex ſe, ſicut cor: principium agitationis habēt: & tamen ingreſſio ipſa crurum operatio & eſt & dicitur in ſecundo ſignificato. Quanquam nō nulli harum ſignificationum imperiti ingreſſum, non crurum, ſed per crura operationem eſſe affirmant, vere illud quidem, quātum ad priorem precipuam q; vocabuli ſignificationem ſpectat: in eo tamen non recte, q̄ ita tantum dicendum eſſe cenſent, neque dant, vt alio modo poſſimus interpretari. Sic itaq; iraſcentia & cupiditas, tā operationes quàm affectiones dicentur. Nam cū ſint facultatum animæ commotiones quædam immoderatæ, neq; ſecundum naturam, eo q̄ ex ſe mouentur, operationes: quia immoderate mouētur, erunt facultatum ipſarum affectiones. Adde quòd animæ etiam totius, non facultatum tantum agitatarū, affectiones erunt iidem illi motus: facultatum, quia immoderatæ: animę totius, quia pręter naturam mouētur. Non enim à motionibus affectibus obnoxię partis, ſed à rationis iudicijs regi adminiſtrari q; vitam noſtram conuenit: quòd ſi è contrario fiat, pręter naturam illud eſt, atque ob id ex perturbatione etiam vita omnis traducitur. His igitur de cauſis ſiquis iram, aut libidinem, aut aliquam quę in his exiſtit perturbatio, vel operationem, vel affectionem appellarit, is ſanè minime eſt reprehendendus prius quàm ab eo vocabuli ſignificatum requiſiueris, ad quod ſpectans, ita appellauit. Nam Plato etiā ipſe famē & ſitim, libidinē deniq; & irā, mō operationes, mō affectiōes inuenitur noīare: nihil q; ad propoſitum negocium attinere ſiue hoc ſiue illo modo dicas, in quarto Reip. oſtēdit, ita ſcribēs:

B

« So. Quid vero annuere & renuere, appetere aliquid & recuſare, attrahere & reijcere, alia q; id genus omnia, non'ne contraria inter ſe cōſtitues, ſiue effectiones, ſiue affectiones fuerint? Deinde exemplis planius id facere volēs, ita ſubijcit: So. Quid igitur? ſitire, eſurire, & demum cupere, & velle, & eligere, non'ne hęc omnia ad eas quas modo diximus, ſpecies referenda putas? verbi cauſa cupientis animam, non'ne vel appetere dices illud quod cupit, vel attrahere quod elegerit, vel ad illud annuere quod ſibi ſuppeditari velit, quaſi ab eo, cuius generationem expetit, †interrogetur? Glau. Ego quidem. So. Quid? non eligere, nolle, non cupere, non'ne ad reijciendi, expellendi'que à ſe, omnium'que his contrariorum ſpeciem reponemus? Hęc ſunt Platonis verba, quę non modo, vt dixi, aperte probant nihil intereſſe, ſiquis eſurire, ſitire, cupere omnino aliquid, vel appetere, & declinare, effectiones ſiue affectiones, hoc eſt operationes ſiue affectus appellauerit, ſed etiam de animę partibus docent.

† *Vide. ſupra 258.g*

C

Platonem nunc tres eſſe Animæ ſpecies, nunc eam in tres partes diſtingui aſſeueraſſe. CAP. 2.

VNde rectius profecto erit, ſi eas nō prętermittamus, ſed totum illum ſermonem, quem in quarto Reip. diſſerit, tres eſſe affirmās animę noſtrę ſpecies, repetamus. Sed animaduertendum hic eſt, ipſis'que etiam nominibus attēdendum: neq; exiſtimādum eſt Platonem, cū dixerit animam noſtram tres habere ſpecies, ac deinde in tres partes eandē diſtribuat, eorum quę dixerat fuiſſe oblitum: nam rationē, iracūdiam, & cupiditatē recte poſſumus & ſpecies & partes animæ appellare: perinde ac ſiquis cū venas, arterias, neruos, oſſa, chartilagines, carnes, reliqua eiuſdē generis corporis ſpecies vocauerit, mox de iiſdē agat quaſi de partibus. Etenim & partes re vera corporis noſtri hæc ſunt, quippe cum ex ipſis totum perficiatur: & ſpecies itē nihilo minus: in ſolis enim ſimilaribus id quod differt, ſpecies non ē, ſiue ſit carnis, ſeu venę, ſeu adipis pars: neque verum eſt, ſi de his intelligētes dicamus ex tot talibus'que quibuſdā ſpeciebus totum conſtitui. Sed in diſſimilaribus id fit, vt ſpecierum formarum'que differentia numerū partibus præſcribat. Similem quandam rem eſſe animam noſtram ait Plato ex tribus compoſitam partibus: quas ita effingit, vt concupiſcilem varię cuidam, multorum'que capitū beluæ, iraſcibilem leoni, homini rationalē comparet: hæc quippe imago aptior conuenientior'que ea eſt, quā in Phædro poſuit, vbi duas partes equiformi animali, tertiam aurigæ, ſimilē facit. Quanq; prioris illius imaginis in nono quoq; de Rep. meminit, quaſi euidētius, qualis vnaquæq; animæ ſpecies ſit, per eam oſtendatur. Plato quidē, quippe qui & ſedibus eas ſeparatas, & naturis longe inter ſe diſcrepantes opinetur, merito ſpecies, & partes appellat. Ariſtoteles & Poſidonius non ſpecies, aut partes eſſe, ſed vnius ſubſtantiæ è corde proficiſcentis facultates dicunt. At Chryſippus, ſicut in vnam ſubſtantiam, ita etiam in vnam facultatem & iram & cupiditatem cogit: qui quantum à veritate diuerſus abeat, ſatis ſuper'que monſtratū iam arbitror. De Ariſtotelis vero errore, qui tres vnius naturæ potētias & facultates eſſe exiſtimat, tametſi ſuperius abunde diximus, nihilo ſecius tamē in ſequēti libro etiam dicemus. Cæterum prius Platonē rationem, iraſcentiam, & cupiditatē, tum partes, tum ſpecies animæ appellare, ex ipſius verbis probabimus: qui in Timæo de concupiſcētia animę differēs, cuius ēt ſtirpes †ait eſſe participes, ita ſcriptum reliquit. Hoc tamen quod nunc dicimus tertię animę ſpeciei eſt particeps, quę inter pręcordia & vmbilicum collocata eſt. Item in eodem

D

† *Cod. Græ. impreſſi habent, ἧς καὶ τὰ φυτὰ μετέχει [illegible], hoc eſt cuius etiā ſtirpes ſunt participes. & hāc lectionē ſequitur Andernacus. Felici vero videtur legi τὸ μετέχειν [illegible].*

in eodem hoc libro in hunc modũ de rationali anima inquit. Hoc iam de præcipua in nobis animæ specie considerãdum ita est, vt dicamus genium à deo † in ipsa singulis concessum esse, quẽ quidem genium in suprema corporis nostri parte habitare, & nos à terra ad cœlestem cognationem attollere asserimus. Rursus in eodẽ libro cupiditatẽ & iracundiam simul vtrasq; animæ speciem appellauit his verbis. Aliã quandam in ipso animę speciem astruxerunt mortalẽ, quę vehementes, ac necessarias in se affectiones haberet. In eodẽ quoq; Timæo tres animæ nostrę partes, species vocat hac oratione. Est enim id quod sępenumero diximus, tres videlicet aię species in nobis fuisse constitutas. Simili modo in Rep. in quarto cum irascentiã diuersam à concupiscẽtia esse docuisset, quærit deinceps nũquid à ratiocinãte etiam differat: atq; ita subnectit: Num diuersum qd est, an ratiocinãtis species quædam, vt nõ tres, sed duę sint in aĩa species, ratiocinans nimirum, & concupiscens? Nec secus etiã in nono his verbis scribit: Sed vbi duas animę species sedaueris, tertiã q; in qua prudẽtia est indita, agitaueris & moueris. His ẽt: Queadmodum igitur dixi, altercantur vniuscuiusq; speciei voluptates, atq; ipsa vita, nõ modo ad honestius & turpius, aut peius & melius, sed ẽt iucundius aut iniucundius viuẽdum, qua ratione fiet, vt quę nã ex his verissime dicat, cognoscamus? Quid amplius opus est verba Platonis ascribere? Satis planè vel hæ orationes esse debent, quibus hominis sentẽtia innotescit, tres vtique animæ species has esse, rationalẽ, concupiscibilem, & irascibilem. Adde quòd solas has duas separatim inueniri inquit, concupiscibilem in stirpibus, in dijs rationalẽ. Cur vero sola iracundia in nullo corpore esse possit, procedendo nostra declarabit oratio, illis ex Timæo assumptis verbis, quibus generationis eius necessitatem docet: vt scilicet aduersus concupiscentiam ratio eã adiutricẽ haberet. Merito igit species animæ has appellat Plato & in his quæ superius ascripsimus dictis, et in alijs multis, quæ, quoniã cuidẽter satis hominis opinio ex his patet, nõ est necesse in præsentia cõmemorare. Quòd si partes ẽt istæ ab eodẽ nominãtur, nemini id mirũ esse debet, ex ipsius enim doctrina habemus, primum quicquid species fuerit, posse etiam partẽ appellari: non tñ quicquid pars est, esse id continuo etiã speciem. Deinde illud, fieri nõ posse vt qppiam compositum similare dicamus, totũ enim cum sibimetipsi continuatum sit, ex certis quibusdam, numero q; definitis cõpositum est partibus, at in similaribus partium multitudo nullo potest numero circũscribi. Neq; mihi in hoc lõgiore puto opus esse oratione, vt probem has merito à Platone tum species, tum partes fuisse nuncupatas.

† ipsam, videtur vertendũ ex vulgatis Platonis codicibus vt ipsamet pars rationalis animæ genius esse intelligatur.

† addẽda sunt hæc verba sequentia. tanquam canem quendam contra multorum capitũ et agrestem feram cupiditatem.

Plantarum & cordis exemplo demonstratur iecur esse venarum principium. CAP. 3.

SEd aliam in capite, aliã in corde, aliam in iecinore collocatã esse, illud vero nobis propositum à principio fuerat. De quarum duabus partibus in superioribus libris demõstratum cum sit, restat, vt de concupiscibili in hoc peculiari quadam demonstratione tractemus. Prius tamẽ illud mihi præmonendum cẽseo, non ex ita perspicuis, ex q; ipsa prorsus quęsitæ rei natura ductis argumẽtis sicut in superioribus, hic quoq; nostrã futuram confirmationem: sed ab ijs tñ, quę ꝓpriè rei accidunt. Nam ibi siue nerui laqueo intercludebant, siue præcidebant, statim cernebamus continuas cũ cerebro partes functiones suas pristinas cõseruare: reliqua quæ vltra laqueũ, aut sectionẽ erant, & sensum, & motũ continuo amittere. Simili modo arterias quæ cordi essent annexę, micare: quę vinculo discluderẽtur, pulsu oĩno carere videbamus: perturbationes item aię quę in ira, & terroribus cõtingunt, cor ipsum è naturali sua cõstitutiõe exturbare manifeste cõspiciebantur. Necnon illud addideramus, si collisum fuisset cerebrũ, aut ad vẽtriculos vsq; vulneratum, totum corpus lędi. Hoc q; esse satis euidẽs argumẽtum, ꝙ ipsum & motionis, & sensus initiũ esset statuẽdum. At in iecore siue ipsum nudatum collidamus, siue laqueo venas cõstringamus, nihil ostẽdere eiusmodi possumus: quippe cũ neq; euidentis alicuius motus, sicuti cor pulsatorij, cerebrũ sensiui, & voluntarij, principiũ sit: neq; vt vtrũq; illorũ, repẽtinã noxã corpori afferat: iecore enim debilitato, sensim aĩal, mora q; tẽporis lęsionẽ in alimẽto ꝑcipiẽdo, & colore cõtrahit: itidẽ & pars ea, in quã vena vel laqueo cõprehẽsa, vel penitus recisa ꝑtingit, diutino quodã interuallo tum macescere, tũ decolorascere cernit, non tñ illico quicquã quod quidẽ ęstimatione dignũ sit, offenditur, talis enim cuiusdã facultatis origo iecur est, qualẽ in plãtis esse cõstat, vocet enim in ꝑsentia facultas: postea exactius multarũ facultatum nõ minus originẽ esse iecur demõstrabimus. Quin rectius substantia aię, ꝗ̃ facultas appellabitur ea quę in singulis visceribus continetur: in cerebro rationalis, in corde irascibilis, ĩ iecore cõcupiscibilis, aut naturalis, siue vt Aristoteles, altrix, aut vegetabilis, aut generatrix, vt ab vno ex his nomẽ sortiat: à vegetando vegetabilis, ab alendo altrix, à generando generatrix. Plato vero à cupiditatum multitudine concupiscibilẽ nuncupauit. At Stoici ne animam quidem prorsus quę plantas dispenset, ac procuret, sed naturam appellandam censent. Sed appellet sanè quo voluerit vnusquisque nomine, modo in manifesta rei discrepantia demonstratione vtatur, perinde vt nos & superius de cerebro, & corde fecimus: & nunc de iecinore disserere aggredimur. Ab euidentioribus autẽ exordiemur, quo in his exercitati tum facilius obscuriora indagare, tum propositiones ad ea probanda in promptu habere valeamus. Euidentius sanè illud fuerit, si à venis incipiẽtes excutiẽdum proponamus, vtrũ sicut arteriarum ẽ cor, & neruorũ cerebrum, ita harũ origo iecur sit: an, vt nonnullorum snĩa ẽ, non arterijs tantum, sed ẽt venis à corde facultates mittantur. Verum antequam hęc agamus, de plantarũ generatione

A generatione, & dispensatione considerandum videtur, par enim est vt facultas hęc, de qua quæri mus, cum in his sola insit, partis eius clara nobis indicia exhibeat, vnde emanet. Semē igitur cum iactum in terrā fuerit, si aridus sit ager & siccaneus, nihil amplius ad plantę ꝓcreationē inde concipit: sed cū terra ad sese totum innatum ipsius humorē attrahat, fatiscit. Quod si moderate rigua gleba fuerit, tūc emollit primū semen, & tegumentū & cortex, quo quasi cute circundat, intumescit: mox humore insito in aerē cōuerso rumpitur. Inde ex illa ruptura germinatio quędā, tenuis illa quidē, ac mollis egrediēs in vtrāq; partē ꝓtenditur: in superiorē aerē versus, & inferiorem in terrę ꝓfunditatem: quā quidem & cōtinuum incremētum accipere, & ferri semper quo semel in cepit, cōspicimus. Processu vero tēporis, si arboris alicuius magnę semen id fuerit, pars ea quę in aerē subijcitur, truncus: quę deorsum in terrā penetrat, radix efficitur, atq; vtraq; si multifida arbor est, in multas scindit particulas, vt vnū & ortus & incremēti oībus plantæ partibus principiū locum illum esse appareat, vnde & supra trunci & infra radicationis origo effluxerit: videatur q; inde quasi è laribus quibusdam ea quæ arborē regit, virtus & facultas proficisci: quam quidē contrario agitari motu satis constat: deorsum in terrā dum primas radices tum scindendo diffundit, tum† augēdo producit: sursum dū stirpes nouos, et ramos ꝓgerminat, atq; eos subinde in alios, in

† [illegible]

B summa vsq; & minutissima, tenuissima q; flagella ac virgulta diffindit. Atq; hāc superiorē partē quę eadē arbor est, tū sua, tū fructuū causa videtur ad hunc modū formare: inferiorē quo alimenti suppeditatio non desit: cum eodē scilicet munere fungatur in plantis radicū extremitas, quo in aīalibus os: ac plane fibris quasi osculis multis nutrimētū à natura fabricatū ac ꝑparatum è terra illę attrahāt. Age vero similitudinē hanc in aīali contēplemur, ac primū mihi maximam arteriam specta, quæ quasi trūcus à corde exorta in duos ramos discindit, quorū alter qui minor est, ad caput ascēdit, q maior, ad spinā explicatur. Intuere ēt oēs eius, eo modo quo in primo libro disserui- mus, per totū corpus dispersas pullulationes. Alterā insuper arteriā obserua ex eodē cordis sinu exeuntem, quę parti illi plantarum, quę in terrā radices agit, perq; similis, in pulmone scissa disperditur. Eodē.n. modo cor è pulmonibus aerē per has arterias attrahit, quo per radices plātæ ex humo alimētum oē cōcipiunt. Atq; hę duę quidē è corde emanantes arterię maiores vtrisq; suis pullulationibus existunt. Ac quēadmodū in plātis pars ea, quæ è terra eminet, trūcus est, oīum q; aliarum superiorum crassissima cernitur: quæ in radices dispertitur, omnium itidē inferiorū: quę vero media inter vtrasq; est, totius plantę principiū esse constat, eodē mō illa arteria quasi stirps omnium quę p totum corpus spargunt, maxima est. Itē quę ad pulmones permeat, omnium ea-

C rum quæ in pulmone sunt, latissima cōspicit, cor vero ipsum, vtrarū q; mediū cū sit, merito ipsas gubernantium facultatū initium censendū erit. Quanquam naturę haud inexperto hoī absq; his ēt quę diximus, satis liquet maiora minorum esse principia: quemadmodum fontem omnium in quos distribuitur, riuulorum initium esse non dubitamus. Non desunt tñ qui adeo absurde opinentur, vt quæ subsequuntur, maiora originibus suis esse contēdant: fluuiorum videlicet abundātia ac copia decepti, qui parui admodum iuxta fontes cum sint, in recessu augentur. cum tñ non semper id necessario eueniat, nō nulla.n. sunt flumina q̄ alia multa alueo suo excipiunt atq; inde non immerito augescunt, non nulla contra quæ in riuos diducta pristinam magnitudinem amit tunt. Nullus.n. fluuius vnquam reperietur, qui ex vno tantum fonte ortus caput suum ex alius reliquo corpore habeat. Sed si ex pluribus fontibus colligatur, nemini dubium, quin tota illa col lectio singulis fontibus maior appareat. Verūtamen omisso hoc exēplo, si in animalium corpore minora vasa maiorum esse initia statuemus, efficietur, vt ratio secum ipsa pugnet: dū in quolibet corporis membro originē esse aliorum trium instrumentorū, arteriæ inquā, nerui. & venę cogimur affirmare, vt digitum aut calcaneū maximæ arteriæ, & cauæ venæ, & spinalis medullæ prin cipium esse, tria enim hæc arteriarum, venarū, & musculorum quasi trunci quidam sunt. Vnde

D fortasse qui rationem istam introducit, is neq; arborum cacumina verebitur, neq; extremas radicum fibras principia plantæ appellare. Quo quid absurdius esse possit, nō video. Nam radicū extremitates dici quidē possent arborei alimenti principia, perinde ac venæ quæ in ventrē pertingunt, nec non arteriæ, quæ in pulmonem numerosa pullulatione diffundūtur. Ita vero absolute omnes venarum fibras principia vocare absurdissimum est, quippe cum neq; alimenti, neq; dispēsantis facultatis quippiā aliud, nisi id quod diximus, esse principiū possit, at isto modo quodlibet membrum principium erit. Quod si aliquas fibras esse principia, aliquas non esse dixerint, improbatum dubium q; fundamentū statuent. Qui enim magis hęc, quam illa, scilicet quæ in cerebro, quàm quæ in pulmone, q̄ in iecore aut liene, quàm quę in cerebro, quæ q; in alio quopiam membro aut viscere, quàm quæ in iecore aut liene principia sunt existimāda? Equidē rationem hanc cum ex Pelope pręceptore meo qui ꝓbare vasorum omnium originem cerebrum esse nitebatur, adolescentulus audiuissem, neq; tunc ex tempore admisi, neq; postea re considerata approbaui. Nam quæ à capite quatuor illa venarum paria ferri dicūtur, inserta in Hippocratis operibus, ibi q; ab alio manifeste mihi videntur concinnata: cū nuspiam ostēdi queant. alia enim quę de venis dixit Hippocrates, quæ omnia in libris de dissectione scripta reliquit, conueniunt cum anatomicis alijs monstrantur q; etiam a nobis, quatuor vero illa paria præterquam q à nullo alio

dissectionis

dissectionis scilicet professore cõmemorãtur,neq; ostendi quidem possunt ab aliquo,sed nõ nulli E eorum qui ea ponunt,quamuis monstrare non valeãt,credere se Hippocrati aiunt: quasi de re cõ templabili ratione, non sensibus exposita agatur. Alij monstraturos quidem se promittunt: sed tamen id nunquam prestant. Quanquam si in aliquo alio ex ijs qui ascriptitij sunt libri Hippocratis,|| quatuor hæc venarum paria reperirentur,minus mirum esset, sed in eo ẽt,sunt,qui de natura hominis inscribitur iuxta finem: posteriore scilicet eius libri parte, quæ est de victus ratione: cui venarũ ẽt dissectionẽ,quæ nullam omnino cum oratione victus habet connexionẽ, adiunxerũt: nam lõge probabilius priori huius operis parti annecti poterat. Verũ ille qui hoc cõcinnauit,ita magis latere posse fraudẽ suã arbitratus est, si ad finẽ ascripsisset. Quã tñ neq; rationẽ vllã habere, qua priori opusculi parti adiungi queat,cuilibet qui modo librũ eum legerit,perspicuum esse debet.de natura enim hominis ibi agitur,quę ex elementis constat,non quę ex dissectione apparet. At vero de dissectione harum venarũ,eam neq; Hippocratis,neq; Polybi tractationẽ esse,et ante nos alij demonstrarunt,& nos etiam,si deus aliquando cõcesserit,vt de germanis veris q; Hippocratis libris cõmentarium scribamus,pluribus ostendemus: explicabimus q; quę nam sit Hippocratis de venarum origine sententia: quam tum ex libro de alimento,|| tum ex secundo vulgariũ morborum colligere possumus. Sed hoc aliàs,aliud q; in tempus differendum: nunc ad id, à quo F digressus fueram,probandũ reuertar. Quemadmodum, inquam,in plantis maiora corpora sunt minorum & ortus & dispensationis principia,eodem modo in animalibus quoq; esse. Redeo.n. rursus ad Pelopem,qui cerebrum neruorum omnium originem esse concedebat. Fatetur quippe etiam ipse à cerebro oriri duos neruos,atq; ex vno,crassiore q; stirpe in multas,tenues q; particulas discissos,in oculorum musculos disperdi. Quin etiam sequentem neruorum coniugationem crassissimam esse ait in exortu,deinde in quam plurimas sectam fibras in faciei, & oris partes distribui: perinde atq; illa quæ sequuntur paria. Sed ne multis morer,dorsi medullam asserit è cerebro progerminare: atq; inde quasi è trunco numerosam sobolem neruorum existere: qui velut rami ex ipsa epullulant. Hęc sanè vera sunt,cum q; ijs quę euidenter apparent, consentiunt. At illud,parua scilicet magnorum esse principia,partim ijs quæ in neruis liquido perspiciuntur,repugnat(semper enim in his maiora minorum esse originem patet)partim, vt supra dictum est, etiã ijs aduersatur quæ in plantis,quę q; in arterijs,& corde animaduertuntur,summa quippe impudentia est,velle aliud viscus quàm cor arteriarum principium constituere. Nam cernuntur manifeste arteriæ ante etiam quàm pręcidantur, si laqueo interceptę tantum fuerint,animalis motionem interimere: non modo si recidãtur,ac penitus separentur. At cor solum ex omnibus anima- G lis visceribus exemptum,etiam aliquandiu naturalem suam functionem seruare conspiciť: quippe quod & sibimetipsi,& alijs omnibus,quæ ab ipso emanant, agitationis origo sit: arterię vero ab ipso corde,vel laqueis,vel sectionibus separatę,vbi noxam eam senserint,motum continuo amittunt. Quod si affirmare aliunde originem arteriarum existere summę impudentię censetur: restabit,vt maximas arteriarũ partes minimarũ esse principia statuamus: at maximæ latissimæ q; ex omnibus animalis arterijs illæ proculdubio sunt,quæ ex corde prodeunt: neruorum ẽt origines crassissimæ,sicut in plantis quoq; videmus: quarum & truncus ramis omnibus,& radicatio radicibus ipsis et fibris longe maior crassior q; est: radicationem appello partem eam inferiorem, quam paulo ante plantæ originem esse demonstraui. Quin etiam Hippocrates ipse mihi videtur hinc ad animalia nomen hoc transtulisse,|| cum inquit,sicut arteriarũ cor,ita venarum iecur radicationem esse. Nam quemadmodum è plantarum radicatione radices deorsum aguntur,& stirps sursum oritur: eodem pacto è corde arteriæ altera in pulmones,altera in totum corpus animalis dispergũtur: è iecinore item venæ altera in ventrem,altera in corpus vniuersum distribuũtur. atq; illæ radicibus persimiles sunt venæ,quæ in ventrem pertingunt. Quod etiam idem Hippocrates declarat,ita scribẽs.|| Quod arboribus est terra,id animalibus venter est. Caua vena est, quę H trunci vice frangitur: quę ex gibbo iecoris exorta,inde in vtranq; animalis partem tam superiorem q̃ inferiorem recta protẽditur: latissima tñ ipsius ea est pars,quæ infra iecur,minus lata, quæ per præcordia superius tendit,vtrisq; autem his adhuc minor,quæ cordi applicatur. Atqui si cor esset cauę etiam venæ,sicut est arterię magnæ principium: nullo modo non maxima ea pars quæ cordi continua est,conspiceretur.

de Ossium natura, circa mediũ. 2 de natura hum. t. 6. 7ª. 183.b

circa medium sect. 4. à principio.

Deest nõ nihil in cod. Græco.

In lib. de alim. circa medium.

in Lib. de humorib. circa medium.

Iecur sanguinem cordi tanquam materiam non præparare, sed habere in se sanguinis gignendi facultatem. CAP. 4.

SI vero aliquis in eam opinionẽ venit,vt credat facultatẽ venis à corde,materiam à iecinore, à quo scilicet sanguis emanat,suppeditari: atque iccirco eam venæ partem inferiorem superiore esse latiorem dicat,eo quòd infra iecur plura sint membra,quàm supra,quibus omnibus alimẽta subministrari necesse sit: is sanè illis ijsdem quę ipse statuit,ea quæ non vult,mihi videtur concedere. Nam sanguinem è iecore emanare cum dicimus, quid aliud statuimus, quàm sanguinis procreatricem facultatem in eo viscere contineri? Si igitur vt alatur animal,sanguinis generatio est,atque ea in iecore fit: viscus hoc, non cor altricis facultatis principium erit existimandum. Quod enim membrum materiam ad alimentum toti corpori idoneum procurat, id verisimile est esse

A est esse altricis, & vegetabilis facultatis principium: sicut videlicet in plãtis eam partem esse diximus, quæ radicatio nũcupabatur: illa siquidem per numerosas radicum fibras nutrimẽtum è terra eliciendo in se colligit, atq; inde in totam plãtam per stipitẽ digestũ iam transmittit. Nam si huiusce facultatis perinde atq; pulsatilis cor, principiũ esse posuerimus, superuacaneũ iecur eam quę nihil temere operatur, naturam fecisse constabit: quippe cum in corde cibi illa in sanguinẽ mutatio fieri potuisset. Quòd si dicas, iecur quasi ministrum ad magnũ quoddam opus, a natura cordi adiunctum fuisse, quo videlicet ipsi materiam prępararet, sicut ipsum à ventre præparatam accipit, verisimilis quidem erit ratio, non tamen vera: apparet enim non tanquam ministrum principi iecur cordi materiam idoneam præparare, sed ipsum esse principem, qui distribuendi habeat potestatem: cuius rei euidentia exempla in ipso animalis corpore licet considerare. Omnia enim membra, quæ materias alijs pręparant, totas eas atq; integras illis ipsis quibus p̃parant, solent reseruare: neq; alius quispiam meatus à pulmone aliorsum tendit, quam vnus ad cor: neq; è ventriculo & intestinis, prę ter quàm ad iecur aliquod permeat foramen: neq; ex reticulari contextu, nisi in cerebrum: neq; ex semen pręparantibus conceptaculis, nisi ad testes exitus aliquis patet: ita etiam qui biliosum humorem colligunt meatus, omnes in vnum demum vas, iecori scilicet annexum folliculum † deferunt, atque hinc ad ieiunum intestinum demum egerunt: } non secus ac renes vrinam in vnam tantum vesicam transmittunt. Si itaq; iecur eo consilio natura fabricasset, vt cordi sanguinem præpararet, nequaquam ei dimidium tantum suppeditandi munus iniunxisset. Hoc enim neq; ministri, sed ducis, ac principis: neq; materiæ quæ non tota præparata fuerit, officium est: sed ministri est p̃parare tantum: materię nisi prius integrę fuerit digesta, non distribui. Verum p̃spicuum est iecori neq; vt ministro, sed principi, neq; vt deficientem materiam p̃paranti, munus hoc sanguinis fuisse demandatum: nam membra quę infra septum transuersum in animali reperiunt̃, quæ supra dimidium esse constat, nemini dubium est, quin omnia à iecinore sanguinem accipiãt. † Immo vero ex dissectione discamus non modo hæc, sed & septũ ipsum, & quæ cor circuit, membranam vnà cum alijs omnibus vicinis, tum quæ thoracẽ sepiunt, tum q̃ pulmonẽ leniter ambiunt, alimentum ex caua prius, quàm ad cor deferat̃, sumere: atq; ita cognoscamus plura ex animalis mẽbris manifeste, sineq; vlla dubitatiõe ex iecore nutricari: } paulo post sanè ẽt totam eam partẽ quæ supra cor est, alimẽtum ex iecore habere demõstrabo. Sed nũc illud tm̃ quod minime est cõtrouersum, sumamus, ea quę infra cor sunt, à iecore ali, immo etiam thoracis ipsius † totas duas partes: } cui rei argumẽto esse possunt cũ alia vniuersa quæ in dissectionibus cõspiciunt̃ atq; extãt, tum p̃cipue ipsa sanguinis excremẽtorũ purgatio: natura quippe, quasi p̃fecta atq; absoluta iam esset, formã q̃; cõuenientem adepta humoris generatio, ipsi excrementorum expurgatoria instrumẽta, renes, lienem, bilis q̃; receptricẽ vesicam p̃parauit, quartum vero cibi, aut materiæ cuiuslibet quæ à calore immutetur, ne excogitare quidem licet, sed ad summum tria numero sunt: id quod & ibi alijs iam tractatibus demonstratum est, & rursus hic p̃cedente disputatione ẽt demonstrabit̃. Sed nunc dictum est, vt veri nihil p̃termissum esse videret̃, non q̃ ad p̃sentem rem p̃bandam opus eo sit. Cõsensu enim omnium, renum & fellis receptaculi functione sanguinem expurgari constat, at in corde neq; aliud purgatoriũ instrumentum natura præparauit, neq; humorem ipsum diuersum alioqui reddit: nam qui in dextro cordis vẽtriculo sanguis est, non dissimilis ei reperitur, qui per omnes venas in toto animalis corpore diffunditur, sic illũ qui per arterias fertur, ab eo qui in sinistro sinu conspicitur, non esse diuersum manifestum est. Quanquam hic sinistri ventriculi tenuior & flauior plerunque, quandoq; è contrario crassior nigrior q̃; apparet, calidior vero semper. Qui in dextro est sinu, eandem speciem habet, quam cum alius omnis, tum qui in iecore: vtpote qui nihil eximium ex ea in ventriculo dextro mora acquisiuerit. Iecur vero nullum humorem in alimentum membrorum animalis cordi præparare, sed D ipsum totam humoris formam perficere, inde argumentum maximum habere possumus, quòd vna tantum vena cernitur è iecore, seu è corde exoriri: neque alia quæpiam ex alia ipsorum parte extat, quæ humorem ipsum & succum iam concoctum in totum corpus semel traducat: cum tamen ex arterijs altera sit, quæ introducat spiritum, altera quæ educat. Videtur enim natura nõ ijsdem vasis, neq; ijsdem meatibus ad materias semicoctas, & plene cõfectas vti: quippe cum neque fieri possit, vt ex iecore simul & ad cor semicoctum alimentum sursum emittatur, & iam perfecte concoctum eadem via feratur deorsum: sed debuerat profecto esse altera vena quę semicoctam materiam induceret, altera quę exquisite confectam educeret: nunc vero vna inducit, educit nulla, præter eam quæ ad pulmonem pertingit: de qua quidem accuratius in libris de vsu membrorum disseremus, causam inuestigantes, cur è corde, & non è caua vena, produxerit natura venam hanc quę visceri alimentum præstaret.

Venas è iecore non è corde oriri, ex dissectionibus, & cæterarum partium exemplis probatur. CAP. 5.

VErum hæc quę in manibus est materia, dissectionũ euidẽtijs maxime omnium indigere videt̃: nullã enim è corde venã neq; in iferiores partes, nisi quæ è iecore sanguinẽ defert, neq; in superiores, tẽdere cõspicimus: sed caua vena è iecore rectà ad iugula vsq; ascẽdit, vt suũ quẽdã ramum cordi applicare, non ipsa è corde ortum habere videat̃: cuius rei manifestũ indicium esse debet

† locus restitutus.

† Clarius alter interpres ac magis ad sententiã Galeni, licet non nihil mẽdi ĩs in græcis codicibus, hæc verba transtulit. Clarius autẽ, si [illegible] pñ [illegible], & membranã cor integentẽ vna cum alijs mẽbranis vicinis, tũ quæ thoracẽ intersepiũt tũ quæ pulmonẽ ambiũt, alimentũ haurire ex caua vena prius quàm ad cor perueniat, a cõsectione edocti fuerimus, [illegible] mus plures animalis particulas ex iecore nutriri.

† Græc. cod. habet [illegible] in quo licet [illegible] videretur legendũ [illegible] vt sibi [illegible] sermo & propterea esset vertendũ, inferiores omnes partes, non totas duas.

debet id, quod in magna arteria videre licet. Quod quidem spectare vnumquęq; vellem, atq; ita E demum ad cauam venã considerandã descendere: vna enim maxima arteria è sinistro cordis ventriculo egressa in vtrasq; arterias, tum eã quę ad caput tendit, tum eam quę ad spinam inferius deuoluitur, euidenti scissione partitur: ita etiam debebat ea si è dextro sinu exoritur vena, manifestam in vtrasq; partes distributionem exhibere. Quod cum non ita appareat, immo ex ea, quæ è iecore ad cor ascendit, diuidi videatur, quî fieri potest, vt quẽadmodum sinister cordis sinus arteriarum est, ita dextrum venarum originẽ esse existimemus? ex dissimilibus enim indicijs dissimilis quoq; fiat demonstratio, necesse est. Quòd siquis argumentum hoc, quod ex vasorum exortu sumitur, leue esse opinetur, quãquam leue id minime est, illud saltem, certo scio, leue esse nõ dicet, q multa animalia dextrum cordis ventriculum non habere inueniantur. Nam si in plerisq; animalium generibus iecur esse & cauam venam perspicuum est, dexter vero cordis ventriculus non cernitur, nulla ratione possumus arbitrari ex eo vẽtriculo cauam venam ortum habere. Quę vero sint, & quot eorum animalium genera, in quibus dexter sinus desit, numero quidem comprehendere non valeo, sed tamen commune hoc repperi in multis quæ dissecui. Nam licet in alijs non conuenirent, illud tamen pręcipuum sortita sunt (quod omnibus aquaticis inest) vt ex aere non respirent, neque pulmonem habeant. Hoc enim hucusque in omnibus animalium gene F ribus obseruatum est, vnà cum pulmone dextrum cordis vẽtriculum & interire, & generari: cuius causam ego multum diu q; indagaui: scripsi q; in libris de vsu mẽbrorum, quę mihi ea de re probabilia visa sunt. Culices quidem, muscas, vermes, formicas, neq; dissecui, neq; dissecare vnquam aggrediar: nam cum in magnorum animalium dissectione multos falli frustrari q; videã, non'ne in minoribus debemus id magis euẽturum sperare? Ex omnibus igitur quæcunq; ad hunc vsq; diem à me dissecta sunt, nullum fuit quod cor, & iecur, & cauã venam, & arteriã magnã nõ haberet: apparet q;, sicut arteria è corde, ita vena è iecore, ẽt si nullus prorsus sit cordis dexter sinus, exoriri: atq; ideo scindi ẽt conspicitur infra cor, postea q̃ pręcordia traiecit, non secus atque alibi cũ prope iugula accesserit. In alijs vero animalibus, non paucis illis quidẽ, dexter cordis vẽtriculus extat, vena tñ caua nihilo minus prius, q̃ cor attingat, in duas magnas partes cernitur discindi: id qđ in volucribus omnibus, & reptilibus, gressilibus itẽ non paucis, intueri licet: vt manifeste pateat in plerisque animalibus cauam hãc venã è iecore originẽ habere: vas quippe quod è viscere hoc egredit̃, proculdubio latius duplo inuenitur vtrisque scissionibus, quasi nimirũ hoc loco bifariam vena ipsa scindat̃: q̃uis aũt interdum aliquo ĩ animali latior altera ex his partibus cõspiciat̃, vtræque tñ simul cauę venæ æquales sine vlla controuersia reperiunt̃: vt quasi locutione declarent, il- G lam tanq̃ truncum esse, se ab illa discissa tanq̃ ramos, & flagella fuisse productas. Neque tantũ caua è iecore & gibbosis exit partibus, sed altera ẽt è concauis promanat: quę à nõ nullis porta iecoris, ab alijs ianitrix nuncupat̃: non enim totã illã venã portam esse aiunt, sed partẽ tm̃ eius illã, quæ primum è iecore extare cernit̃, quę ẽt omnium latissima est: ex qua in vtrasque partes scindit̃ vas, distribuitur q; tum in oẽs simas iecoris partes, tum in ventrẽ ad id quod omentum vocant. Cũ q; in his oĩbus q̃ plurimę venæ sint, nulla est quæ continuata cordi spectet̃. Quo circa cõtigit, vt nõ nulli veritatis .s. studiosi, cũ hęc audissent, ac demirarent̃, nec crederent, vellent q; sibi omnia mõstrari, vbi viderunt, maxime eorum sententiam damnarint, qui cor venarum originẽ esse contendunt. Nam quemadmodum si vnam quãlibet in toto animalis corpore venam adeo separatã inuenissemus, vt neque iecori ipsi, neque alicui ex venis, quę è iecore oriunt̃, cõiungeretur, nequaquã dixissemus venę illius orginẽ iecur esse: ita quoniã nõ vnã, neque duas, sed innumerabilem venarum multitudinem reperimus, quę nullam cum corde habẽt cõnexionem, merito venarum illarum à corde nõ esse principium fatendum est. Nõ ab re igitur iecur venarũ radicatio, arteriarum cor appellatum fuit: in arbore vero is locus, vbi depositum semẽ fuerat: in his enĩ omnibus radicatio origo totius rei nõ tam in generatione, q̃ in indispẽsatione ẽt dicit̃. Quòd aũt ea quæ in H dissectionibus euidẽter patẽt, vel cõtraria opinãtes inuitos cogãt verum fateri, inde vel maxime colligere posses, q nullus ex anatomicis qui scriptis mãdare venarum dissectionẽ aggressus fuerit, principium aliud doctrinę idoneũ pręter iecur facere potuit: sed, siue ambigere de principio dixit, vt Herophilus: siue vt alij multi, & noster ẽt Pelops satis se compertum habere: oẽs tamen ferè de iecore tractauerunt. Pelops vero in mirabilẽ quãdam & incredibilẽ absurditatem incidit, cum in vno eodẽ q; libro venarũ principiũ cerebrum esse cõstituat, dissectionem q; venarũ describẽs à iecore incipiat. Nam in secundo quidẽ Hippocraticarũ introductionũ libro acre admodum certamẽ instituit, vt cerebrum nõ tam neruorum, q̃ venarum, & arteriarũ principium esse demõstret: in tertio vero dissectionẽ venarũ à iecore, perinde vt alij ferè omnes anatomici, exordit̃: ad docendi enim rationẽ idoneum ac cõueniẽs est, vt hoc viscus principiũ statuatur. Quorum sanè prudẽtiam desidero, si sine causa aliqua naturali consentaneũ esse ipsum ad docendi rationem putãt. Ego equidẽ certo scio, id quod inter oẽs cõstat, nihil quod vel factũ sit, vel fiat, sine causa existere. Nã si de oĩbus abditis & obscuris, sicut Empirici, dubitare se fateantur, nulla mihi cum istis erit disputatio, cũ neque originẽ ipsorũ scrutaturi, neque omnino corpora incisuri sint: Sin rationẽ se habere affirment, qua ea quę sensum effugiunt, inuenire possint, quãobrẽ prius huiusce rei

quam

A quam dicunt, causam non considerarunt? Cõsentaneũ est & idoneũ ad docẽdam venarum disse ctionẽ principiũ iecur constituere? sine causa'ne o sapiẽtissimi, an quia naturalẽ quandã præemi nentiã prorsus habet, ideo ẽt ad doctrinę principiũ cõuenientius est? quæ igit̃ pręeminẽtia ea sit, quęrendũ: non ociose ita, & negligenter p̃tereundũ. Atq; hoc ipsum principiũ inuẽtionis nobis exhibebit, quod ab oĩbus dissectionis ꝓfessoribus cõcessum est: esse id.s. ad doctrinã idoneũ. Nã si nullius alterius rei, huius saltẽ ipsius rõnem reddere nobis poterũt, cur esse ad doctrinę princi- pium idoneũ asserant: nõ sane quia colore rubrũ sit, aut fibris distinctũ, aut quia vni ex ipsis bilis cõceptaculum appensum cernatur, neq; ob aliud quippiã huiusmodi: sed ꝓpterea ꝙ oẽs venæ cõ tinuatæ cũ ipso esse cõspiciunt̃: id quod nullius, nisi principiȷ indicium est. Nulla.n.alia de causa in neruorũ dissectione principiũ doctrinæ aliud p̃termisso cerebro facere possumus, nisi quia ho rum principiũ est cerebrũ: quod si minime cõcedatur, nulla alia excogitari causa amplius potest. neq; aliã ob causam similiter principiũ in arteriarum doctrina cor statuimus, nisi quia re vera est. quod.n.a natura principiũ cõstitutũ est, id a se fieri doctrinã ẽt cogit. Nã siquis aquę alicuius in- ductitiæ in vrbẽ exponere distributionẽ vellet, is nõ aliunde ꝙ̃ a primo aquæ ingressu narrauõis exordiũ sumeret: necesse q; oĩno esset, vt loco prius explicato vbi aqua a principio intro influxit, B ab eo oẽm narrationẽ contexeret. Quo circa stultũ est velle aliud naturę rei, aliud doctrinæ inue- nire principiũ: doctrina.n.q̃ secundũ rei naturã fit, idẽ principium cũ re ipsa habet. Neq; potest quispiã qui recte exponere vel generationẽ & ortũ, vel gubernationẽ alicuius velit, initium ꝙ̃ id qd' verũ est, cõueniẽtius inuenire: ortus q̃ppe domus de fundamẽtis coget, ortus nauis de carina primã mẽtionẽ facere. eodẽ modo si volueris ciuitatis alicuius, aut gẽtis, aut exercitus administra- tionẽ explicare, prima in vnoquoq; origo tibi erit repetẽda. Demirari igit̃ cõuenit eos q rectã do ctrinã nullo modo fieri posse arbitrant̃ sumpto aliũde principio, & t̃n affirmare nõ dubitãt se ve- ram originẽ venarũ ignorare: cũ vtraq; hæc, id est, rectũ doctrinę, et verũ rei principiũ ita inter se mutuo cõnexa sint, vt nulla rõne diuelli a se inuicẽ possint. Nã q recto docẽdi mõ vtitur, is a prin cipio naturali incipit: q verum rei principiũ nouit, idẽ rectum doctrinæ initiũ minime ignorat.

Cor neq; generationis sanguinis, neq; venarum esse principium, sed arteriarum duntaxat, idq; etiam in fœtibus apparere aduersus Erasistratum. CAP. 6.

ATq; hæc quidem ad originis venarũ demonstrationẽ sufficerent. Quę t̃n subiungã, nihilo minus erunt firma argumẽta, cor neq; sanguinis corpus totũ alentis, neq; receptaculorum eius procreatricẽ originem esse: vtrunq; aũt separatim ꝓbabo: ac prius non esse id alentis, sangui C nis principium: alentis dico, propterea quia, vt alibi ostendi, alterius cuiusdã sanguinis, qui alium animalibus vsum exhibet, generationẽ cor esse non negauerim: nunc quod ꝓpositum est, eũ san guinem a quo vniuersa animalis membra nutriuntur, e iecore nõ e corde proficisci, illud vero de monstrare aggrediar, ab euidentibus quę in dissectione apparent, initio sumpto: id quod Erasi- strateis maxime repugnat, qui nunc profecto nobis absurda se, & vana confirmare fatebuntur. Expositum est euidens hoc in tractatione de febribus ab Erasistrato: mẽbranas quasdam esse ait orificijs insertas receptaculorũ, quibus ad materię tum admittendæ, tum amandandę ministeriũ cor vtatur. atq; has quidem membranas non nulli ausi sunt negare, dixerunt q; ab Erasistrato, vt dogma confirmaret suũ, fuisse confictas. Cęterum adeo notæ oĩbus medicis sunt, vt qui eas igno ret, rudis plane esse censeatur. In orificio cauæ venę tres sunt huiuscemodi mẽbranulę cuspidum aciebus structura ꝙ̃ simillimę: vnde, vt puto, non nulli Erasistratei tricuspides eas appellarunt: in arteria venosa (ita voco eã quæ ex lęuo cordis vẽtriculo in pulmonem dispergitur) sunt itẽ forma similes, numero vero dispares mẽbranæ: soli.n.huic orificio duæ adhęrent: reliqua tres vtraq; ha bent σίγμα litteram gręcam effigie imitantes: quorũ vtrũq;, vt Erasistratus inquit explanans eui dentiã hanc, educit, alterũ sanguinẽ in pulmonem, spiritũ alterum in totũ corpus.† Atq; ita fit, vt D mẽbranæ istę opportunis vicissitudinibus alternatę cõtraria ministeria cordi exhibeant, vt eidẽ placet: quę intromittentibus materias vasis inhærent, deforis introrsum uergũt: ut a materiarum introeuntiũ impetu impulsæ reclinent̃, atq; in cordis cauitatibus resupinatæ ora ipsa aperiant, ex peditumq; aditũ materijs, quæ attrahũtur p̃stẽt: neq;.n.sponte materias influere tanq̃ in inanimẽ aliquã cisternã: sed cor ipsum distẽdi, ac perinde ut fabrorũ folles attrahere, atque ita repleri inq̃t. In uasis uero quę materias educunt, cõtrario modo insertantur mẽbranę ab interiori parte foras versus: vt reiectę ab exeuntibus, quo tẽpore scilicet cor materias suppeditauerit, ora patefaciant: aliàs semper diligenter claudant: neque quippiã quod egressum fuerit, regredi sinant. Sic vero ẽt eæ, quę intromittentibus vasis incũbunt, vbi cor contrahit̃, vt ora claudant, & nihil ex attractis ab illo, rursus foras recurrere ꝑmittant. Si igitur ita se habet res, o Erasistratei, reliqua omittamus, atque id tantũ quod in controuersia est, consideremus: caua vena quę e iecore sanguinem in cor inuehit, vtro tandem modo insertas membranas habet, ab interiori parte foras versus, an e cõtra- rio deforis introrsum tendentes? Sed fortasse neque hoc magnũ aliquod momentũ affert: respõ debitis enim ita esse effectũ, vt in iecore sanguis preparet̃, atque inde in cor deferatur, ibi postea reliquã ꝓprię formæ absolutã recepturus perfectionẽ: quod profecto rõne vacare non videtur. Nullum enim perfectum, & magnũ opus repente vnaq; aggressione fieri, totam'que suã expoli- tionem

† deest non nihil in impres. græ. cod.

tionem ab vno instrumento acquirere pōt. Quod si ita est, ostendite nobis vas aliud, quod è corde sanguinem absolute perfectum educat, atq; ipsum, vt arteria, spiritū in totum corpus dispēset. Atqui orificia omnia sunt numero quatuor, duo in vtroq; ventriculo: in sinistro vnum quod spiritum è pulmone immittit, alterum quod educit: reliqua duo in dextro, alterū quod in pulmonē sanguinē emittit, alterū quod è iecore admittit, de quo tota hæc nostra disputatio est: neq; vllum aliud quintum os in corde possumus inuenire, quo è iecore admissum sanguinē in totum corpus distribuat. Ne igitur dicatis vniuerso corpori à corde & sanguinē & spiritum trāsmitti, ac principium esse & arteriarū & venarum idem viscus, cum nequeatis vas vllum aliud ostendere, quod è corde exoriatur, neq; aliunde q̄ ex mēbranis: quas quidem ea quæ nihil temere operatur natura, nequaq; in præstantissimo viscere constituisset, nisi maximū aliquod ministeriū illi fuissent exhibituræ. Vnde maxime oīum Erasistrati prudentiam desidero, qui in vno eodem q; libro, qui est primus de febribus, cor esse & arteriarū & venarum originem asserit: & receptaculis introducentibus membranas deforis introrsum vergentes insertas esse, non veretur affirmare. Neq;.n. illud dicere potest, sanguinis quidem iecur esse principium, sed venas gubernantis cor facultatis: nam cū neq; arterijs vim immitti ex corde per tunicas fateatur, nunqd venis fatebitur? Si igitur membrum illud principiū esse dicimus, quod ijs quæ ex se oriuntur, vel vim vel materiam saltem oīno suppeditat, cor principiū venarū statuere nullo modo possumus.: facultatē enim ipsis iuxta Erasistratum non suppeditat, qm̄ neq; arterijs: sanguinis vero materia è iecore manifeste prodire cognoscitur. Neq; ēt quia oēs in cor pertingāt venæ, possumus cor venarū principium existimare: non.n. pertingūt, vt superius demonstratū est. Num vero, qm̄ in prima formatione è corde ortus ipsarum generatio q; extitit, iccirco cor venarū principiū est appellandū? sed non de huiuscemodi origine quæstio fuerat, sicut in primo libro statim in principio disseruimus. Adde q, quia generationis ipsarū non quærebatur initium, neq; ipse Erasistratus demonstrationē vllam afferre conatus est, qua probaret naturā in formādo fœtu è corde venarū genus produxisse: neq; in neruis, neq; in arterijs tale principiū considerauit, sed solius dispensationis in aīali absolute formato originem statuit, arteriarū cor, neruorum caput: vt neq; venarū cor alio modo, q̄ hoc, esse originē dixisse eum credendū sit. Merito ergo hoīs de venis est obscura sententia, qui nihil de sanguinis generatione dixit, sed totam hāc functionē inconsideratam ꝑtermisit, cum multo magis necessaria aīalibus, q̄ ventriculi operatio sit. Quod vel inde patet, q licet ventriculus cibos oīno conterere non valeat, modo succos aliquos assumamus, vt multis in nationibus lac solēt, viuere possumus: si sanguinis generatio tollaī, vitā quoq; tolli necesse est: cuius qdem sanguinis procreationis munus iecori'ne, an venis, an cordi demandatū sit, manifeste non est ausus explicare: tm̄ abest, vt demonstrationem aliquā attulerit. Neq; tm̄ de hac functione, quæ cibos in qualitate immutat & alterat, disserere neglexit: verū etiam cum de nutritione, quæ eodē modo fit, aggressus esset tractare, aliorum omniū potius q̄ alterationis mentionem fecit. At si fecisset, non dubito quin illud statim simul intellexisset, omnibus quæ ab aliquo alterantur, in alterantium speciem mutationem fieri. Nam quemadmodum ignis ex ligno in similem sibi formam mutato & generationē simul & alimentum accipit: ita etiam plantæ, & animalia sibi ipsis simile alimentum reddere conspiciūtur: quod vel ex semicoctis excrementis licet colligere, quæ similia subinde fiunt corporibus quæ aluntur, quorum scilicet sunt excrementa. Verūtamen paulo naturalior hæc est dissertatio: auditoribus q; indiget, qui in naturaliū facultatum rationibus prius fuerint exercitati: de quibus alibi peculiari tractatu egimus, hic etiam paulo post non nulla dicam. Prius tamē volo totam de Erasistrati sententia orationem absoluere, qua demonstratur venas etiam in prima fœtus in vtero formatione ex corde originē non habere. Omnes.n. venæ quæ sunt in inuolucro conceptus exteriore, quod chorion nominant, quæ fœtum vtero coniungunt, sunt maximę illius à iecore exeuntis progerminationes. Illa vero veluti stirps ac truncus cum ramis multis, hoc est vasculis ijs quæ ex ipsa in inuolucrum exterius oriuntur, aliquandiu indiuisa, atq; vna permanens, magnū id interuallum quod ab ipso est viscere traijcit: foras vero iam exorta in duas discinditur, magnum q; alterum interuallum penetrat: quod ipsum duobus etiam finibus terminatur, vno quē modo dixi, cum extra cutem primum emergit: altero cū ex amnio hoc est interiore exit inuolucro, totus enim hic transitus venam à iecore ad vmbilicū pertingentem in duas diuisam partes cōtinet. Tertius alius locus in inuolucro scilicet exteriore duas has venas excipit: quæ tñ non amplius duæ ꝑmanent, sed multifariam v træq; scindūtur in multas alias aliorsum per inuolucrum dispersas: ab his item aliæ, atq; inde rursus aliæ, quēadmodum è ramis virgæ, oriuntur venulæ: quousque in tenuissima conceptacula desinant, quæ extremas plantarum fibrās imitari videantur. Immo conuenientius fuerat, vt neque venā è iecore prodeuntem trunco in multos ramos diuiso, neque extremas propaginibus, cōpararemus: sed has radicū fibris in terra defixis, illā toti radicationis principio similem diceremus: videntur enim quodam modo venarum extremitates in vtero radicatæ inde alimentum id est sanguinē, ad iecur vtpote principium totius plantæ referre. Quòd si iecur principium nolueris constituere, cor certe nullo modo poteris: sed cogeris omnia illa quæ in vterum pertinēt, exilia capita venarū principia ponere. Quod si feceris, arteriarum quoque extremitates

*propagines legēdū arbitror, nā in græ. cod. βλάστας legendū puto, non ῥίζας, vt quidā male meo indicio corrigūt lectionum vulgata, quæ φλέβας habet, stare non potest.

E F G H

tates

A tates in vuluam penetrantes,pretermiſſo corde,ipſarum originem dicere neceſſe erit. At neruis quid facies? oſtendes'ne originem etiam ipſorum ex iiſdem his locis emanare? ſed nullus apparet neruus neq; ex vtero in ſecūdas peruenire,neque in ipſis ſecundis,neq; in vmbilico, aut deforis intrò ſubire,aut de interiori ſede extra prominere,quod iccirco factū eſſe cōſtat,quia nulla omnino neceſſitas fuit, vt origo neruorū concepti fœtus quemadmodum arteriarum & venarum matri coniungeretur,illæ enim prægnantis corporis materijs indigēt,neruorum vero origo non ita.Quin etiam ſuperius demonſtratum eſt maxima conceptacula minorum eſſe principia. Vnde etiam quę è iecore exoritur vena, omnibus quę circa ſecundas inueniūtur,origo eſſe cenſebitur,ſicut etiam arterijs illa quæ è corde exit: omnibus.n.quę in inuolucro conſpiciuntur,propria virtus ex ea prouenit,non ex his in illam deuehitur: ſiquidem fœtibus ex ſemine, non ex vulua, facultatum ipſos adminiſtrātium origo eſt,cuius rei argumētum id erit,ſi arterias quę circa vmbilicum ſunt,vel laqueo conſtringas,vel digitis comprimas,omnes continuo quę in ſecundis videntur,pulſu omni atq; agitatione vacare cōſpicies: at ſi motionis principium vterus exhiberet, contrarium fieri neceſſe erat. At vero videor diutius,q̄ par erat,immoratus eſſe in re aperta,ab oībus q; ferè diſſectionis profeſſoribus conceſſa.Nam quo modo ventrem prægnantis incidere de-

B beamus,atq; ita fœtum vtero adhuc inhęrētem denudare,non noſtra eſt inuētio,ſed à multis antiquioribus traditum obſeruauimus: à quibus etiam id concedi perſpicuum eſt,fœtum facultatū ipſum gubernantium origines in ſe ſitas habere. Quo circa ab hac quęſtione, vtrum fœtus in ſe principium venarum habeat, an à prægnantis vulua accipiat.recedendum iam videtur,idq; indagandum ex quo viſcere venę exoriantur.Quod ipſum etiam facile admodū ex diſſectionibus inueniri poterit. quò.n.omnes,quę in ſecūdis ſunt,cōueniunt,inde proculdubio exoriunt̄. at hoc omnibus,qui oculis prędíti ſint,euidenter patet,in vnam,inquam,quę è iecore oritur,cōcurrere omnes: ſicut arterias in magnam arteriam quę eſt ad ſpinam, coire manifeſtum eſt: quanquā illic,ſicut ab exteriore parte fœtus trāſmeat arteria in totum interius inuolucrum,quod amniū appellant,ita vſq; ad ſpinam etiam duę perſeuerant: hic vero venę duæ,quæ ab vmbilico progrediūtur,in vnam tantū venam coeunt,quę recta ad iecur pertendit: ſed duæ illæ arteriæ neq; cordi ipſi penitus,neq; magnæ arteriæ committuntur,veſicam.n.vtrinq; complexæ deorſum tendūt, donec illis quæ ſunt in cruribus cōcepti fœtus iungantur: quæ quoniā ſunt ab ea,quæ eſt in lūbis magna arteria,deriuatæ,ea de cauſa nō nulli anatomici ad magnam coire duas illas dicere non dubitarunt,non vere,ſi rem exacte exquiras: ſed ſi ita intelligas,vt à me dictum eſt,neq; diligentius

C euidentiam hanc examines,nō admodum falsò.Quapropter demirari huiuſcemodi homines ſatis non poſſum,qui cū arterias oēs quæ in chorio & vmbilico ſunt,è corde exoriri aſſerāt,quis neque ei,neq; magnæ arteriæ quæ eſt ad lūbos,annexæ cōſpiciātur,ſed illis crurū quæ à magna ipſa deriuationem faciunt: de venis aliter dicere vidētur.Cōuenit.n.ſanè,vt arbitror,ſicut arteriarum omnium cor principium ſtatuimus: ita venarum omnium & vmbilici & inuolucri iecur ſtatuamus.nā vaſa,quæ à deriuatis ab alio deriuantur,eandem originem, quam illa à quibus deriuant̄, habere neceſſe eſt. Quantum igitur ex diſſectione conſpicitur, cū euidentiora originis indicia iecur habeat,multo magis ipſum venarum,q̄ cor arteriarum,principium ſtatuendum eſt.Neque præterea illud te lateat,venas,ſi originem à corde traherent,pulſum habituras fuiſſe.

Aduerſus Praxagoram,et Philotimum de Arteriarum pulſatione: CAP. 7.

AC non iam cum Eraſiſtrato aut Eraſiſtrateis mihi ſermo eſt,ſed cum illis, qui nō quia replētur ſpiritu arterię,propterea diſtēdi & pulſare: ſed è contrario,quia diſtendūtur & pulſant: ideo repleri opinātur.Quæ eſt multorū eruditorumq; hominū cōmunis ſententia, perinde atq; illud,ꝙ tunicæ arteriarum vim illam,qua diſtenduntur & cōtrahuntur,à corde accipiāt.à quibus tamen neſcio quo modo mihi videntur diſcrepare Praxagoras & Philotimus: qui cum in aliis cō

D ſentiāt,illud peculiare ſibi vendicarunt,vt ex ſeipſis omnino pulſare arterias dicant: ac ſiquis carnem ab animalis corpore reciſam humi palpitantem depoſuerit,perſpicue ibi arteriarū motū animaduerti poſſe. Nollem profecto adeo ab euidentia aberraſſe tātos viros,vt palpitationem à pulſu diſtinguere non valuerint.qui ſanè ſicut hoc cognoſcere,ita illud quoq; debent non ignorare, ſi arteria ſola præſecta fuerit,non agitari amplius: ſicuti cum vinculo intercluditur, licet à cordis coniunctione minime ſeparata ſit,hoc idem pati manifeſte perſpicitur.At.n.iſtud quo modo admiratione dignum non eſt, ſi cum eſt extra animalis corpus, neq; tantum à corde,ſed ab aliorū omnium membrorū connexione cōſpirationeq; diuiſa,libere pulſat: pulſu vero omni priuatur, cum adhuc iuncta cū omnibus eſt,ſi tm̄ laqueo comprehēdatur? Verum neq; extra corporis cōpagē ò egregie Praxagora palpitat, ſi penitus ab animali abſcindatur. Sed quid amplius ipſum hac in re conor refellere? ſatis quippe eſt oſtendiſſe ſolas arterias, cum ab animali fuerint reciſæ, motu omni,ac pulſu prorſus vacare.à corde igitur motum habent. quod recte ab Eraſiſtrato etiā dictum eſt: qui tamen non recte poſtea motionis ortum expoſuit.Neque enim vtris inſtar inflati à corde ſpiritum exprimente replentur arteriæ: ſed quia cordi coniunctæ ſunt, ex eoq; originem habent, ideo eiuſdem facultatis cum toto viſcere participes efficiuntur. Quòd vero totum cordis ipſius corpus diſtentum ac contractum ex ſeipſo pulſet, fortaſſe etiam ex diſſectionibus

ipsis hoc agnoscere poteris, si dextram eius partē aperueris. Nudari enim cor debet sine vlla thoracis incisione gladiali chartilagine extracta, iuxta quam inuolucrum cordis annexum est. tertia siquidem hæc est thoracis in medio pectore à duabus reliquis diuersa inanitas, & amplitudo. si igitur ita feceris, & in rectum dextram thoracis partem, vt dictum est, dissecueris, euidēter dextri cordis ventriculi pulsum videbis. neque te fugiet meatum illum, qui cordi cōnectitur, à caua vena progerminatum, etiam ipsum, quēadmodum arteriç, pulsare. An verò id accidat ex eo, ꝙ vim & facultatem suscipiat à corde adeo vehemēter influentem, vt illuc vsq; ebulliat & redundet, an ex sanguinis in contrarias partes agitatione, quæ ad dextram cordis auriculam fit, an alio quopiā modo caua vena motionem illā adipiscatur, superuacaneum est in præsentia considerare. Satis ad propositum illud esse debet, ꝙ patet venam hāc, non sicut magna arteria, vnà cum aliis omnibus quæ per totum corpus discurrunt, oīno pulsare. Aperte igitur neq; primæ generationis venarū, neque post primum ortum dispensationis cor originem esse demonstratum est. E

Occurritur obiectioni quorundam, qui cor venarum principium existimarunt, ac ex propria iecoris substantia ipsum esse sanguinis faciendi principium demonstratur. CAP. 8.

RESTAT vero, vt quod opinati nō nulli fuere, valde absurdum illud q̄dem, sed tñ à quibusdam ex illustribus medicis approbatum prius explicemus: deinde qua in re id peccet, ostendamus. Aiunt, sicut viæ principium dicimus, eadē ratione posse fieri, vt aliquid principium venarū sit: & nihilo minus id non obstet, quin finis quoque recte appellari queat. in ratione enim ad aliquid Athenas principium easdem esse posse, & finem. Atq; hoc modo non tam cor, q̄ omnia alia membra conceptaculorum ad ipsa pertinentiū & principium, & finis dici poterunt. cor quidem venæ cauæ nihilo magis principium q̄ finis existimabitur: at ianitricis nullo pacto, quippe cum neque ipsa cordi cōmittat: neq; aliqua ex ijs, quæ ab illius scissione dispergūtur: neq; alicuius demū quæ per totum corpus cōmeat, aut principium, aut finis esse censebit. Vnde frustrantur iam voto illi, qui, quod minime omniū ad rem facit, viarum mētionem attulerunt: cum talis quæstio vtilem futurā esse sperantibus inutilis euaserit. Iecur itaq; principium simul & finis vniuersarū venarum, & nullum aliud neque viscus, neque mēbrum propterea erit statuendū, quia cū nullo alio membro venæ per totum corpus diffusæ continuari conspiciuntur. Rursus vero à principio summatim colligamus orationē: atq; ita dicamus. Si primæ generationis venarum originē requiris, iecur est: si dispensationis materiæ, qua totum corpus alitur, & facultatis principium spectas, neque ita aliud quodpiam viscus inuenies, quod principium iudicari aptius possit. addo etiam, licet de naturali origine nihil agamus, si aut doctrinā tm̄, aut viam, aut vtcunq; demum aliter principium consideres, nihil aliud nisi iecur magis consentanee principij rationem suscipiet. Nam cū verum sit & naturale venarum principium, quocunque modo etiā inueniri principium, mirādū non est. Nunquid igitur finienda nostra hic est disputatio, an illud subiungēdum, quod superius distulimus, cum diceremus videlicet neminē, qui in rationibus de potentijs aut facultatibus naturalibus esset exercitatus, aliud vllum viscus, q̄ iecur generationis sanguinis aptiorem causam esse constituturū? Melius fortasse est, quāuis quod ab initio proposueramus optime absoluteq; demonstratū sit vt hoc quoque, ne quidpiam videamur omisisse, nō subticeamus. Quod nutrit, in eius quod nutritur naturam substantiamq; immutatum abire, cum à nobis alibi, tum ab optimis fere quibusq; & medicis & philosophis confirmatū est. an vero licet è ventre in iecur redditus succus sanguis cernatur effici, oīno necesse sit immutationem illam à iecinore procurari, in hoc non omnes consentiunt: sed non nulli ipsas venarū tunicas sanguinis esse creatrices arbitrantur: q̄ vere, nō video: nam si ipsas exinanieueris, nihil prorsus à membranea, aut neruea natura distare conspicies. Isti igitur merito damnandi sunt, qui venarum tunicis secundum naturam ipsarum sanguinis creandi munus deferunt, nō secus ac siquis à neruis, aut membranis, aut lacertis, aut chartilaginibus, aut adipe, aut deniq; ab exangui corpore sanguinē contendat generari, neq; enim rubrum tunicæ humorem, sed candidum, & viscosum procreare consueuerunt: ex quo nimirum & ipsæ procreatæ sunt, & augentur, & aluntur. qua de re in primo de semine libro satis demonstrauimus. Atqui si id quod mutatur, in mutantis similem speciem euadit, quid "iecoris carne conuenientius ad sanguinis generationem reperias? si cōspissetur enim sanguis, caro iecoris prorsus effecta erit. Sed rerum naturalium, cum aliarum, tum earum pręcipue, quæ in tractatu de naturalibus facultatibus fuerunt explicatæ, ignoratione fit, vt plerique nobis negocium facessant. Constringitur enim venter ad cibos, accommodatum sibi alimentum ex illis eliciens, quoad saturatus, ac perfecte repletus quidquid superat excrementi, in ieiunum expellat, attrahit inde etiam iecur cibum in ventre prius cōcoctum: qui nō ea quidem causa à ventre immutatur, vt iecori suppeditetur, sed quia non datur, vt, cum simul duo corpora in mutuum congressum venerint, nō mutuo agant, & patiātur: id quod etiam in eodē tractatu à nobis probatū fuit. Et pręterea natura ita comparatū esse, vt fortius & validius alterū quod imbecillius fuerit, vincat, atq; immutet. Sicut igitur ventris reliquiæ iecori accōmodæ sunt: eodē modo quod à iecoris alimēto superuacaneum est, reliquis oībus vtile efficitur: neque tñ illorum causa iecur nutrimētū immutauerat: sed eo quo dixi modo res cessit: dum immutatur, & diuersificatur, habilius ad alia membra alenda

F G H

A.l.3.f.14.t.: c.1.307.e

* Melius, ossibus, vt Ander. in nam in græ.cod. impress. pro ἱςῶν legendum videtur ὑςῶν.

A.l.1.f.1.d. c.2.5.d

A alenda euadit. Quemadmodum enim ipsum iecur tum ex ventre, tum ex intestinis per venas alimoniam attraxit: ita quæ post ipsum constituta sunt, per alias venas in se illam candē e iecore exugit, tum deinceps ex his alia: atq; hoc tantisper, vsq; dum in omnia animalis membra alimentum digeratur, atq; ita fit, vt sequenti continua q; illa successione vnumquodq; membrū alteri sequenti materiam pręparare, ac præ coquere videatur. Eodem modo iecur redditum à ventre succum sibi ipsi similem efficit, hoc est carni, substantię q; suę, quæ videlicet à quibusdam medicis: parenchyma nuncupatur, quasi interfusionem dixeris. Nam vnumquodq; instrumentarium animalis membrum compositum cum sit ex alijs simplicioribus partibus, propriū quiddam in substātia ita adeptū est, vt nihil aliud in vniuerso animalis corpore simile reperiatur: sic vētris corpus proprium quoddā diuersum ab alijs omnibus habet: sic lienis: sic cerebrū: sic renes: lingua etiā nec non oculi, & vesicæ, & vteri simili modo se habent, arterię vero, nerui, & venæ communis vtilitatis causa instrumentis indita sunt: sicut nō nullis membranę, & colligamina. At sine his tū vniuscuiusq; corporis proprietas consistit, vnde pręcipuam quādam pręter alia omnia functionē adipiscuntur, nam in cōmuni communis sit functio necesse est. Neq; n. fieri potest, vt ex corporis locis aut venę, aut arterię, aut nerui functio immutetur: sed siue in calce, siue in cerebro arteriā consideres, continuo etiam cōmunem omnium arteriarum functionē simul cōcipis: idem in neruo, vena, osse, chartilagine, membrana, colligamine, adipe facis. Ex propria igitur specie substantiæ propriam etiam esse functionem oportet. Porrò qualis est pulmonis substantia, talē nullā aliā inuenies: cerebri item corpus id est, quale nullū aliud, cordis substātiæ simile exquisite nullū mēbrū aliud reperiri potest: renum, lienis q; natura ab omnibus alijs diuersa habetur: quocirca in singulis ex substantiæ proprietate propria quędam functio consequitur, singulorum quoq; horum caro pręter alias oēs præcipuam quandam nacta est proprietatē. de oculo quid dicam? q eximius est, q nulli ne minimum quidē similis glacialis humor? nempe neq; similis cuiq; eius est functio. Nihil itaq; mirandum, si iecoris etiam corpus ex propria sua natura functionem propriam consecutum est: maxime rubrum enim cernitur perinde ac sanguis, non qui ab aere frigido circunfuso spissatus ac coagulatus fuerit caliditate eius extincta, atq; inde è refrigeratione nigrore contracto, sed qui à calore innato perficiente magis q vitiante concreuerit, vtroq; n. modo siue coagulatio, siue iecoris caro fiat, sanguis immutatur, sed quę in coagulationem fit mutatio, via est quædā ad putredinem: quæ in iecoris substantiam, naturę operatio. Adeo nihil quicq tam simile sanguini inuenire possumus, q iecoris species est. Neq; bene id à non nullis dictum est, cū affirmant sanguinem, si in tepidam aquam instillaueris, carni quę primum recenti concretione constiterit, esse perquam similem: cum longe maiorem efficaciam ingeniti caloris cōgruentia ad exacte absolute q; sanguinis naturam excolendam sortita sit. Si igitur vnumquodq; membrū succo substantiæ suæ quàm simillimo nutricatur, eum q; sibi alterando, & immutando pręparat: sanguinis generationē nihil aliud, nisi caro iecoris procurabit, quę quidem caro, sicut supra demonstrauimus, proprium corpus iecoris est, propterea ab alijs omnibus segregatum vnicum quoddā viscus, atq; vniforme extitit. Hoc eodem colore cor etiā pręditum est, sed nō adeo, vt iecur, quod humidius corde, atque ob eā causam rubicundius, mollius q; euasit: at cor siccius, calidius q; iecore ideo effectum est, vt & esset durius, &, quemadmodum arterię, duplici motione posset agitari, atq; ita ex ea agitatione insiti caloris proportio ęquabilis conseruaretur: vt in libro de vtilitate pulsuū à nobis dictum est, ex duritia vero firmitas visceri compararetur, quia assiduā illam motionem, quæ interdum vehemēter admodum à natura incitatur, toleraret. Proinde neq; proprius eius sanguis iecoris sanguini similis est: sed quo calidius viscus viscere, eo flauior sanguis cōspicitur, quem colorem siccioris sanguinis, sicut humidioris ruborem proprium esse cōstat. De quibus quidem coloribus etiam Plato in Timęo scriptum reliquit. Nos vero eius orationem explanantes, veram D esse demōstrauimus alio in libro, quem de coloribus peculiariter composuimus. sed nunc rē propositam absoluamus. Sanguinis temperatura humidi, colore vero rubri prima in iecore generatio est: cuius vehicula, à quibus deriuatur, distribuitur q; in totum corpus, venę habētur: at flaui, & tenuis, subtilis q; substantię sanguinis alterius, et spirituosi in lęuo cordis ventriculo ortum esse non dubitamus, quod quidem genus sanguinis in totum corpus postea deuehunt arterię, ac dispensant, id quod diffusius in commentarijs de facultatibus naturalibus ostendimus. Ita effectum est, vt et quod superius distuleram de sanguine qui est in corde, iam dixerim: & simul q erret, qui cor originem venarum esse opinantur, demōstrauerim. nam quia sanguinis cuiusdam est principium, continuo venarum etiam originem existimarunt esse: quasi arterię sanguinem quendam tenuissimum, & calidissimum non habeant. Igitur sicut arteriarum, ita etiā spirituosi, & feruētis sanguinis in animalibus cor est principium, & fons: vt ex hoc iracundiæ quoq; sedem in eo collocatam esse facile cognoscamus, atq; iccirco Plato cor eius sanguinis fontem esse dixit, qui per omnia mēbra vehementer circunfunditur. Porrò non idem est si dicamus sanguinis fontem absolute, & addamus, qui vehementer circunfunditur: qui enim è iecore proficiscitur, non vehementer fertur, quippe cū neq; spirituosus sit, neq; quæ eum continent venæ, quicq pulsent. at qui à sinistro cordis ventriculo prouenit, & calidior, & spirituosus admodum est: vt etiam conceptacula eius

** Græcus codex hic corruptus est. Ander. aliter vertit.*

eius pulsare conspiciantur: quanquam hoc genus conceptaculorum à vetustissimis tum medicis, E tum philosophis, perinde atque alterum, venam appellari video: sed ab alijs quæ pulsat, arteria, quę pulsu vacat, vena nuncupatur.

Hippocratem & Platonem Venarum nomine Arterias vocasse, ac Iecur ortus venarum et concupiscibilis animæ initium posuisse, quod Homeri etiam testimonio comprobatur. CAP. 9.

De veteri illa nomenclatura cũ & multi prius, & nos alibi testati fuerimus, nunc etiam, quatenus præsens negocium exigit, pauca quædam subiungam: ac de arteria illa loquar, quę ad cubitum pręsertim sinistrum commeat: Cuius agitatio cum in ortu infantis velox, & magna, & valida reperitur, validam in corde irascibilem vim esse significat, ac pręditam vegeto ac feruido calore: quem furiosum, & iracundum appellare consueuerunt. Hippocrates arteriam hanc in secundo vulgarium morborum libro venam vocat, his verbis: ‖ Cui vena, quę est in cubito, pulsauerit, furiosus ille & iracundus euadit: cui sensim mota fuerit, lentus. Pulsare, & pulsus de adeo vehementi arteriarum agitatione accipi ab antiquis, vt prius, quã tactu prehensauerimus, oculis subijciatur, cum ex alijs, tum ex his vel maxime patere potest: cum pulsui quietam motionem, & lentum furioso & iracundo, quasi ira vacuum opposuerit: atque ita obiter nõ paruum quid à nobis effectum est, cum in explanatione venarum vocabuli, Hippocratem ostenderimus ante Platonem irascibilis facultatis originem in corde posuisse. Qua de re paulo post ẽt non nulla dicemus. F Nunc ad Platonis verba redeo, quibus arterias venas appellat, quæ sunt hæc: Cor vero simul & venarum fontem, & eius sanguinis qui per omnia membra vehemẽter circunfunditur. Nã cum conceptacula pulsantia nõ dum, vt nunc, arteriæ vocitarentur: sed tantum illas sic veteres appellarent, quę ad pulmonem sitæ à recentioribus aspere nominantur: merito Plato, vt distingueret quarum venarum cor esse originem vellet, ita adiunxit /& eius sanguinis qui per omnia mẽbra vehementer circũfunditur/ de cuius vtilitate aliàs dicemus: ille vero qui è iecore proficiscitur, in alimẽtum oĩbus corporis partibus præparatus est. Vnde opinor & Plato de illo differẽs in hunc modum ait: In toto hoc loco quasi præsepe quoddam corporis alimenti fabricati. Iam vero cũ dicat eam, quæ in iecore animæ species sita est, cibos & potus concupiscere, neq; de corde quicq; huiuscemodi addat, perspicuum facit quid sentiat, è ventre vtiq; in iecur alimentum deferri, atq; inde ad cor partem quãdam transmitti ad sanguinis illius generationem. Verũtamen cum in libris de naturalibus facultatibus satis super q; declaratũ sit, non è sedibus ventris statim ad cor, sed ad iecur prius cibi digestionem fieri, nõ opus est in præsentia pluribus id agere: Sed illud tñ addendũ videtur. Summe calidũ iracundiæ viscus esse necesse est: concupiscentiæ nõ est necesse: sed G in plantis vel plurimum ab irascibili distat, in aïalibus non ita quidem calidum, sed tñ non parum caloris in se habet: nam neq; tam calidum humorem generaret, nisi ipsum etiam eadem qualitate præditum esset: neq; si feruidæ illius caliditatis esset principium, pulsu carentes venas haberet, id quod videlicet Hippocrates ostendens ita scripsit: ‖ Radicatio venarum iecur: radicatio arteriarũ cor est, ex his euagatur per oĩa sanguis, & spiritus, & calor per hęc promanat. Sanguinẽ è iecore ait, spiritum è corde, ex vtrisq; calorem euagari ac promanare: vt nihil intersit siue venarũ, siue sanguinis, siue animæ concupiscibilis principium iecur esse dicamus. Quanq; conuenientius est medico, de corporis instrumẽtis, philolopho de animæ facultatibus, doctrinã instituere suam: alterũ enim ex altero demonstrari perspicuũ est. Ita Hippocrates & Plato videntur scripsisse: hic de corporis instrumẽtis, ille de animę facultatibus plura disseruit. Hac de causa Hippocrates, ‖ Radicatio, inquit, venarum iecur. dissectionem q; venarum in hunc modum scribit: Iecoraria in lumbo vsq; ad magnam vertebram deorsum tẽdens vertebris committitur: inde sublimis per iecur, & precordia in cor transigit, atq; ipsa recta iugula adit. Inde aliæ in collum, alię in scapulã, aliæ deorsum reflexæ à vertebra & costa declinant: à sinistris qdem vna est vsq; ad iugula: à dextris etiam vsque ad quandam huiusce partem alia paulo inferius reflexa, vbi illa desierat, ibi costis H coniungitur: vbi vero ad eam quę in corde est, coierit, ad sinistra reflectitur: & reflexa deorsum ad vertebras tantisper descendit, quoad eò vnde inceperat, tandem perueniat, reliqua sua parte costis omnibus distributa, atque inde riuulis singulis ex vnaquaq; productis: vna q; perseuerat esse à corde aliquatenus porrecta, atque id in sinistra parte magis: deinde infra arteriam fertur, quo usque eum in locũ condatur, vnde iecoraria se sustulerat. Prius tñ q̃ huc perueniat, ad extremas duas costas bipartito scinditur, cuius alter ramus hinc, inde alter ad vertebras veniunt, atque ibi consumuntur: ipsa vero recta ad iugulũ à corde pertendens supra arteriã euadit: atq; inde, quęadmodum ea quę in lumbis est, infra cor pergit: atq; ex eo ad iecur excurrit parte altera ad portas & fibram, altera ad reliquum ipsius corpus paulo infra pręcordia: pręcordia vero iecori ita annexa sunt, vt non facile possint separari. Geminæ item venæ à iugulis aliæ hinc, aliæ inde sub pectus in imum ventrem deueniunt: quo nam vero inde ferantur, mihi non dum compertum. Pręcordia autem sunt ad vertebram sita quæ infra costas est: atq; ea in parte qua renes ex arteria adiacent, circunducũtur. E renibus duæ arteriæ ortum habẽt, hinc atque hinc altera, vtraq; intenta: huc vero à corde reflexa vena iecoraria desinit. Ab iecoraria vero per præcordia maximæ duę, vna hinc, alia inde transeunt, quæ in summo perreptant, ac multifidæ per præcordia feruntur,

eadem

Sect. 5. versus finem.

lib. de Alimen. à medio.

2. Epid. sect. 4. in principio.

A eadem circũeuntes quibus etiam innexę sunt, atque hæ supra pręcordia magis conspicuę extant. Ita Hippocrates dissectionem venarum descripsit, quæ è iecore exoriũtur, inde scilicet principiũ earum esse manifestans: cuius orationem cum alibi, tum in secundo dissectionis Hippocratis libro exposuimus. Plato vero non ex venis, sed ex ea, quæ ipsas regit facultate è iecore proficiscen
« te in Timæo differens, hoc modo rei huius explicationem facit. Partem autem animæ quę esculē
« ta, & potulenta, atque ea demum cõcupiscit quæ corporis naturę necessaria sunt, inter pręcordia
« & vmbilicum collocauerunt, in toto hoc loco quasi pręsepe corporis alimēti, fabricati: atque ibi
« eam veluti agreste quoddam pecus alligarunt: quam alere corpus sibi connexum, si mortale dura
« turum est genus, necesse est. Et paululum progressus subiungit. Hoc igitur, inquit, cum deus cõ-
« sideraret, ibi iecoris formam cõstituit. De hoc viscere sanè vtrũq; quasi inter se partiti fuerint orationem, ille de instrumētis, hic de gubernante facultate disseruerunt. De corde vero vtroque mo
« do ambo tractauere: Plato in Timęo ad hunc modum. Cor vero, qui simul & venarũ fons est,
« & eius etiã sanguinis qui in omnia membra vehementer circũfunditur, in satellitis apparitorisq;
« sedem ac domicilium constituerunt: vt cum irę vis imperio rationis ferueſceret, vbi scilicet iniu-
« stum aliquid siue extrinsecus ab alijs, siue intrinsecus à libidinibus perpetraretur, continuo quid
« B quid in corpore sensiuum est per omnes meatus iussis, minisq; perceptis, exaudire atque obedire
« posset: atque ita rationem sequeretur omnino: eam q; quæ in homine præcipua est, dominari in
« omnibus sineret. Hoc modo Plato vtrasque rationes commiscuit, & de irascibili & de corde, ab eo q; exorientibus conceptaculis verba faciens. Hippocrates item neque ipse nihil de hac animi facultate dixisse inuenitur: ac præcipue in ea quã superius ascripsimus oratione: || in qua ex pulsu venæ cubitalis de animæ moribus coniecturam sumendam docet: & || vbi de curãdo pallore, ma
« cie q; in frigidis corporis habitibus tractat, studium curam q; habendam esse iracundiæ inquit in ducendæ, & coloris recuperãdi, & succationis cã. Quæ verba Plato videtur explanare, cum ait de corde: vt cũ iræ vis ferueſceret: quod ipsum posteriores philosophi diffinitionē etiam irę esse voluerunt: caloris qui in corde est, seruorem esse ipsam asserentes. Adde q; cum de febris ortu disse-
« rens Hippocrates, || augetur, inquit, pedes refrigerans, ex thorace incēsa, atque ad caput quasi flã-
« mam emittens, innati caloris cor videtur principium agnoscere. Veruntamen non est præsentis operis institutum vt hominum horum omnes orationes vel colligam, vel explicem: cum id alijs commentarijs peculiaribus facturus sim: sed tantum id propositum fuerat quod in principio dixi, considerare, & iudicare dogmata hęc, in omnibus inter se cõueniant, nec ne. Quoniam igitur
C satis demõstratum arbitror venarum, sanguinis, & concupiscibilis facultatis originem eē iecur, hoc in loco est dissertationi huic finis imponendus. At vero quoniam nõ modo Hippocrates & Plato ita opinati sunt: sed etiam ex poetis quos testes producit Chrysippus, non pessimi quiq;, visum est hoc etiam subiungere, ob eius admirabilem scilicet sapiētiam, qui omissis vbiq; sciētiam parientibus demonstrationibus, poetarum, fabularum, mulierum q; testimonijs in decretorũ cõfirmationem vtitur: neque tamen aduertit contra se illa omnia adduci: & contraria prorsus omnes constituere, q iram in corde, rationem in cerebro, vt superius ostendi, contineri arbitrantur. Possem quoque illud pluribus comprobare testibus, q; irascentiam in iecore ijdem collocent, sed ne videar id quod fugiendum moneo, sectari, inutilibus q; rebus tempus conterere, Homeri tantum mentionem faciam, qui Tityum, quia impudice Latonam solicitauerat, apud inferos icirco supplicia luere inducit:

> Et Tityum vidi claræ telluris alumnum,
> Porrigitur cui tota nouem per iugera corpus.
> Hinc atque hinc geminus rostro vrget vultur obunco,
> Immortale iecur tondens, iacet ille supinus:
> D Nec depellendi manibus datur vlla potestas.
> Latonæ nanq; ausus erat tentare cubile
> Impius, æterno fuerat quæ iuncta Tonanti,
> Cum Pytho Panopei peteret per amœna vireta.

Non cor fecit, non cerebrum, non aliud quodpiam membrum Tityi, qui ex amatoria concupiscentia Latonam stuprare conatus fuerat, sed iecur rodi: cum dicit in viscere eo, vnde contumelię causa extiterat, quemadmodum conueniebat, ipsum cruciari. Id quod etiam nunc qui peccantes seruos puniunt. facere consueuere: fugitiuorum enim crura adurunt, lacerant, cædunt: furãtium manus, edacium vētrem, nugacium linguam cohibent, ac torquent, atque, vt semel dicam, in illa membra pœnas infligunt, quæ flagitiosis actibus functionem ministrãt. Siquis vero ex ijs, qui Chrysippi dogma conantur tueri, causam aliam afferre potest, quam ob rem effectum sit, vt Homerus ita puniri Tityum induxerit, ego equidem libenter audirē. Sin autem nil dixerint, neque inuenerint, par esse mihi videtur, vt Homerum approbemus, qui ante Hippocratem & Platonem hoc idem statuisse conspicitur: atque eius dicta etiam in testimonium eorum, quę à me demonstrationibus confirmata iam sunt, adducamus.

2. Epid. sect. 5. versus finem. Ibidem sect. 4. in fine.

De rat. vict. in ac. sect. 4. t. 39. 7ª. 139. f

GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER SEPTIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Neruos omnes à cerebro oriri demonstratur: Ac modus explicatur, quo Sensus & motus instrumenta, ex facultate à cerebro ad ipsa delata, alterantur.

Quæ Causa fuerit Prolixitatis superiorum librorum, Quidq; hic agendum. CAP. I.

Non ego prolixitatis huiusce tractatus in causa sum, vt superius dixi, sed illi qui falsis rationibus, et argumẽtis quæ de principali anima interrogant, nõ paucos libros impleuerunt. Quæ quidẽ siquis irreprehensa omisisset, quẽadmodũ ego à principio cõstituerã, nõ videretur verũ penitus demonstrasse: si refellere voluisset, oĩa, vt nihil prętermitteret, seriatim cõmemorando, longius, q̃ necesse erat, protracta oratio fuisset. Quoniam vero, cũ priora iã cõmentaria absoluissem, non defuerunt qui rationes Chrysippi, aliorũ q; tanq̃ veras approbarent, quas inquam de principe anima interrogarunt, visum est amicis, quibus pręcipue obsecutus hæc conscripsi, vt refutationes solutiones q; illarũ adderentur. Cumq; alterũ ex duobus esset necesse, vt vel producerẽ ac dilatarem tractatum, vel non viderer perfecte demõstrasse animal à tribus principijs dispensari ac regi, prolixitatem orationis in hoc potius mihi eligendã putaui. Quanquam rei ipsius finis consilium hoc nostrũ omniũ rationum refellendarũ recte susceptum fuisse ostendit. Nam neq; Stoicus quispiam, neq; Peripateticus philosophus, neq; medicus amplius ita temerarius: vt superius dixi, inuenietur: cũ non nulli etiã sine vlla dissimulatione ad verarũ rationũ partes transierint, tam medici, q̃ philosophi: illi è cerebro & sensus & motus facultatẽ in oĩa animalis membra defluere: hi ratiocinãdi vim animæ ibidem esse concedentes: erubuerũt quippe à dissectione manifeste redarguti, priore sumptione amplius vti, cui alteram ab oĩbus concessam adiungente, falsam ratiocinationem colligebant: cũ dicerent, vbi neruorũ origo esset, ibi esse animæ principatum, quã quidem veram esse non dubitamus: sed quæ prius sumebatur, cum deberet ex dissectione peti, ab illis conficta, qui è corde neruos ortum habere opinabantur, falsam merito totius rationis conclusionem efficiebat. Alij vero non nulli, quibus non veritas, sed quę ab initio statuerant, magis placebant, sumptionem alterã ab omnibus concessam conati labefactare deridiculi tandem apparuerũt: quippe cum & demonstratum sit, eam ex ipsa rei quæsitæ natura, vel substantia, vel vtcunq; volueris appellare, fidẽ habere: & oẽs illud quod sensui & voluntarię motioni originem exhibet, principatum animæ esse & intelligant, & appellent. Adde q ostendimus etiam eandem hanc rationem non probabilibus tm̃ principijs, sed scientiam quoq; parientibus, id quod demonstrandi artis viæ q; proprium est, sumptionibus innixam esse. Neq; vero in ijs tm̃ refutandis quę de animæ principatu interrogarunt, lõgiores euasimus: sed etiam dum ea quæ de animę perturbationibus scripsit Chrysippus tum in logicis tribus libris, tum in curatorio, refellimus: atq; ibi ipsum à seipso dissentire ostendimus. Incidit pręterea vt Posidonij scripta, quibus veterem rationẽ cõprobat, atq; ea quę à Chrysippo perperam dicta sunt tam de affectu animę, q̃ de virtutum differentia arguit, in mediũ produceremus. Nam quemadmodum affectus animi, si sola rationalis esse concedatur, nulla neq; concupiscibili, neq; irascibili adiuncta, tolluntur: ita ex virtutibus nullam aliam, excepta prudentia, restare necesse est. Atqui etiam hic si quis virtutum animæ differentias vellet oratione persequi, ea q; omnia examinare, quę tum in quatuor libris scripsit Chrysippus, tum in eo disseruit, in quo contra Aristonem virtutes esse quales probat, non vnum aut duos, sed tres vel quatuor libros implere eum oporteret. Quanq̃ hic quoq; vna est breuis ratio scientiæ effectrix, quę Chrysippũ & vera non exponere, & superuacanea vti prolixitate coarguat. At illi qui neq; in demonstratiua arte eruditi sunt, neq; prorsus qualis ea sit: cognoscunt, solam magnitudinẽ, multitudinem q; Chrysippi librorum attendentes, omnia quæ ibi scripta sunt, vera esse arbitrantur: licet enim vera sint ex ipsis pleraq;, ac pręcipue quę eo in libro, quo quales esse virtutes ostendit, continentur: quia tamen quæ hoc in libro dicuntur, illi contraria prorsus sunt, qui vnam tãtum in anima vim constituit, quæ rationalis & iudicatoria nominetur, sublatis reliquis duabus cõcupiscibili, & irascibili, sicut fecit Chrysippus, illud vero merito homini est vitio dandum. Quòd autem Aristonis sectam ea quæ ibi scripta sunt, labefactant ac destruunt, in eo quidem reprehendi à nullo debet. Vnam enim esse virtutem opinabatur Aristo, quæ plura nomina, prout diuersa respiceret, consequeretur. At Chrysippus non in respectu habitudine q; ad aliud multitudinem & virtutũ, & vitiorum existere ostendit, sed in proprijs substantijs, quæ qualitatibus immutari vicissim consueuere: vt veterum ratio constituit. Quin etiam ipse paucis mutatis, alijs q; verbis vsus, virtutes esse quales disserit: ea q; argumenta adhibet, quę quidem illi, qui affectuosa omni parte animę

sublata

A sublata rationalē tantū ponit, minime conueniebant. Quo modo ergo sum ego in causa huiusce prolixitatis, si cogor in praesentia ostendere alienae sectae argumentis visum Chrysippum, Aristonis tamen recte confutasse sententiā? Iustius sane in illos culpa huiusce longitudinis est rejcienda, qui neq; sciunt quę nam res sit uia hęc demonstratiua: neq; in ea quicq; sunt exercitati: ueritatis praeterea nullā rationem habent. Isti plane sunt qui contra oēs demonstrationes ratiocinari volunt: nec verentur vel turpiter in oēs versari partes, modo possint efficere, vt quaeuis ratio imperfecta esse videatur. Quemadmodum etiā nunc, cum iam diu scripti sint qui ante istum editi sunt libri: ac per multos annos ab optimis quibusq; & Peripateticis & Stoicis perpēsa oia fuerint: repente e Peripateticorum schola extitit quidam, qui membranulas esse diceret, quae e corde ad cerebrum eius q; inuolucra ascenderent, eo q; animalē transueherent facultatem: atq; haec audet dicere is qui dissectionem ne minimum quidem attigit. Cum vero a nobis etiā superius demōstratum fuerit cerebrum ad neruos facultates transmittere, ipsum q; quasi fontem esse: neq; a corde eas, vt nō nulli per neruos quos statuunt, vt alij, per soporarias arterias, accipere: coacti sumus tñ rursus ostendere non modo neruos vllos, sed ne membranas quidem, a corde in caput pertendere: nam quis iuxta collum mēbranae non nullae appareant, eas tñ e corde non esse vel inde cognoB scant, q, si praecidantur oēs illae, atq; etiam excidantur, nullam laesionem pati animal cōspicietur: quippe cum mēbranae vbicunq; fuerint, membrorum integumenta quaedam sint, ac nullam praeterea functionem, nullum q; vsum alium, sicut arteriae, nerui, & venae, habeāt. Quemadmodum igitur hic non ego, sed qui neq; in arte demonstrandi exercitati sunt, neq; veritatis studio incumbunt, nimiae prolixitatis causa existimari debent: sic quoque de virtutum multitudine scientiam efficiens ac demonstratiua ratio vna, atq; eadem breuis admodum est: multae contra ac longissimae euadunt, quae ex imperitia, & contentione, non ex veritate consurgunt. Quae nam vero ea est scientiae effectrix? quae. s. vt in tractatu de demonstratione exposuimus, ex ipsa rei natura progreditur. Incipiendum. n. a virtutis notione: atq; inde ad substantiae inuentionem transeundum, indagandum q; vna ne an plures virtutis animae substantiae inueniantur, substantiae in cōmunioni significatione sumpto vocabulo: vt in libris de demonstratione dictū est: vbi substantiae nomē ita accipiebamus, vt quasi essentia, vt inquiunt, optima vniuscuiusq; naturae perfectio intelligeretur. Quod si uirtus tale quippiam est, in vnaquaq; re vna tm̄ reperietur. Nam si quod optimum est, in vnaquaq; re id vnum est, vna que est perfectio, in rationali animę parte scientiam esse virtutē necesse est. Et si sola rationalis in animis nostris inest facultas, nō opus est multas virtutes C requiramus: si vero irascentiam etiam concędemus, huius etiam oportebit peculiarem quandam esse virtutē: perinde atq; si alia tertia introducatur concupiscibilis, tres subinde virtutes efficientur: at quarta ex mutua harū inter se habitudine & conuenientia resultabit. Nunquid hęc longa ratio est? minime: sed non secus atq; aliae oēs scientiā parientes, breuissima: sed longa nos vti oratione cogunt isti, qui nugas quā prolixissime protrahunt, sicut in praesentia nobis si non prorsus longa, mediocria saltem quędā, de animae virtutibus adhuc disserere necesse est. Nam si, vt superius probatū est, tres sunt diuersae partes, rationalis alia, alia concupiscibilis, alia irascibilis, diuersę quędam virtutes, vna in singulis existet. Voca aūt, si vis, que in rationali est, siue sapientiam, siue prudentiam, siue scientiam, siue quomodocunq; tibi visum fuerit. Quę vero in irascibili est, fortitudinem, vel quo vis alio nomine appellato: de nominibus. n. parum laboro, modo illud constet vnam esse oportere. Si placet etiam quę in reliqua, hoc est cōcupiscibili parte, efficitur virtus, temperantiam nomina. De Platonis & Aristotelis circa hanc discrepantia, cum haud magna admodum sit, alias considerabimus: sed quia singulę totius animę partes pro dignitate queq; sua pulchritudinem quādā habent, non iniuria totam animā iustā appellaueris. At vero in partibus irrationalibus virtutes, quę existunt, habitus quidam tm̄, & potentię sunt: in rationali aūt nō haD bitus modo, ac potentia, sed scientia etiam est virtus: hec siquidē sola aię pars scientię capax particeps que habet: reliquę potentias qdē, & habitus siue bonos siue malos, possunt acquirere, sciētiam vero quoad rationis fuerint expertes, minime possunt. Veritas igitur adeo breuis euadit.

Quae fuerit Aristonis de Virtute sententia, illamq; Chrysippum perperam aliquando confutasse. CAP. 2.

SEd post reprehensionem ad falsitatem errorem que ipsum veniendū, quanq̄ neque hoc naturali prudentia prędito homini admodum prolixum erit. Cum enim Aristo vnam tantum esse animę facultatem qua ratiocinamur, putaret, virtutem etiam animę vnā tantum constituit, bonorum videlicet & malorum scientiam: quae quidem scientia, cum bona sunt eligenda, & fugienda mala, temperantia: cum agenda sunt bona, mala non agenda, prudentia: cum alia fidenter suscipit, alia detrectat, fortitudo: sed cum, prout vnicuique conuenit, distribuit, iustitia ab eodem nominatur: Atque, ut semel dicam, cum absq; actione anima nostra bona et mala cognoscit, ea sapientia, & scientia appellatur: cum ad uitę actiones accedit, plura sortitur, quę modo diximus, nomina, nunc prudentia, nunc temperantia, interdum fortitudo, alias iustitia nuncupata. Atque hęc est de animę uirtutibus Aristonis sententia. At Chrysippus nescio quo modo contradicere conatur homini, qui cōstanter commune cum ipso propositum usquequaq; seruat: si enim bene

omnia & cognoscamus & agamus, vita nostra ex scientia gubernatur: si male & falsò, ex ignorã E
tia: vt idem etiam Chrysippus vult, atq; iccirco vna est virtus scientia: vnum item vitiũ: quod in
terdum ignorantia, interdum inscientia appellatur. Siquis ergo mortem, aut paupertatẽ, aut mor
bum timeat quasi mala, cum deberet bono animo esse & confidere, quippe cum ea indifferentia
habeantur: is scientię defectu peccat: verum enim ignorat, vt Aristoni scilicet et Chrysippo vide
tur: vitio q; illo animi laborat, quam timiditatem vocant. Cui quidem contrariam esse virtutem
aiũt fortitudinẽ, quæ est confidendi & non confidendi scientia: hoc est de ijs, quę re vera vel bo-
na vel mala fuerint: & non sicut sanitas, diuitię, morbus, paupertas, falsam quandam speciem &
opinionem obtulerint: quorum scilicet nihil neq; bonum est, neq; malum, sed indifferẽs. Vnde
si aliquis est, qui voluptatem bonum, molestiam malum existimet, secutusq; suam hãc opinionẽ,
illam eligat, hanc fugiat: ignarus est naturæ boni, atq; ideo intemperans euadit. Nam cum in om
nibus actionibus eligamus quod videtur esse bonum, fugiamus contra quod malum apparet, na
tura q; insitam hanc ad vtraq; propensionem habeamus: philosophia est quę verum bonum, ve-
rum q; malum nos docet: atq; ita peccato omni vacantes reddit. Chrysippus vero, quasi loquẽdi
aliquis imperitus, nescio quo modo vocabulorum, non rerum differentiam aduertit: existimatq;
singulis his vocibus diuersum bonum significari, cum dicimus eligendum, faciendum, confiden F
ter apprehendendum: nec tamen diuersum est, sed planè idem in omnibus quod ex hac dictione
bonum significatur. Hoc enim solum est quod eligere, quod agere, quod confidenter aggredi
vnusquisque debet: malum è cõtrario quod non eligeret, non ageret, non confidenter aggrede-
retur quispiam. Quemadmodum igitur qui dicit nos oculos habere, non diuersum quippiam
significat, ac cum dicit, nos luminibus, vel visu præditos, aut præterea visiuum membrum nos
habere, aut membrum inspiciendi, aut videndi instrumentum: pari modo qui habere nos scien
tiam bonorum & malorum ait, is non aliud quid significat, quàm cum dicit eligendorum &
non eligendorum, agendorum & non agendorum, audendorum & non audendorum scien-
tiam in nobis inesse: cum omnibus his verbis nihil aliud nisi bonum & malum etiam ex Chry-
sippi sententia exprimatur: siquidem igitur bonum solum ipsum est eligendum, agendum, & au
dendum: vt bonorum scientia in diuersis materijs, aut actionibus operans plura nomina acci-
piat, horum vnumquodque ex relatione quæ est in materia, aut actione resultat. Plato vero
quemadmodum in quarto reip. disputationem de animæ partibus vna breui demonstratiua ra-
tione complexus est: ita etiam de virtutibus eiusdem agens deinceps breuibus docet: atque in La
chete in hunc modum scribit. Siquis virtutes esse existimat scientias, non multæ illæ quidem es- G
sent, sed vna tantum bonorum malorum q; cognitio. Non est igitur Plato tam longæ prolixæq;
orationis in culpa, non ego, nõ Aristo, sed is qui temere producit disputationem sumptionibus
non demonstratiuis, sed dialecticis tm̃, atq; etiam rhetoricis, & captiosis innixus, quod in secũdo
horum commentariorum libro (nõ.n. id nunc agimus) cũ differentias sumptionum declararem,
satis demonstratum puto. Eodem modo etiam, vbi de virtutum differentia tractat Chrysippus,
omissis scientiam efficientibus, & demõstratiuis, in reliquis tribus sumptionum generibus vaga
tur: in eo tamen libro vbi virtutes esse quales docet, scientiæ magis effectricia adhibet argumen-
ta, quæ vt Aristonis sententiam re vera destruunt, ita hypothesi proprię parum conueniunt.

Ex cerebro Neruos oriri vel Erasistrati testimonio, ab eodemq; Animalem spiritum produci qui est sentiendi, & mouendi instrumentum. CAP. 3

VErum quia video nimia pręsentis operis prolixitate nõnullos indignari, aliàs peculiari etiã
cõmentario de virtutũ differẽtia tractare cõstitui. Nũc eorũ causa qui disputatiõis exitum
studiose expectant, vrgentq; me vt reliqua subnectã, iam ad sequẽtia descendã. Demonstratũ est
geniti animalis à tribus principijs fieri dispensationẽ, quorũ vnum in capite collocatum id habet
munus per se quidẽ, vt imaginationem, memoriã, intellectionẽ, cogitationemq; causet: per aliud H
vero, vt sentientibus animalis mẽbris sensus, ijs q; quæ per appetitionẽ mouẽtur, motus originẽ
præstet: Alterũ in corde "situ est, cuius opera per se sunt animæ tenor, quẽ τόνον dicũt, & in ijs quę
ratio iusserit, inuicta constantia: † eiusdẽ in perturbationibus est quasi feruor quidam insiti calo
ris, cũ anima vindictã sumere de eo cupit qui videtur offendisse: quæ ira appellatur: per aliud ve-
ro id efficit, vt mẽbris sigillatim omnibus calorẽ, arterijsq; illã micationis pulsusq; agitationẽ sup
peditet. Reliqua facultas in "iecore sedẽ obtinet, vniuersamq; in animali nutricationẽ ꝓcurat: cu
ius maxima pars & nobis, & sanguineis omnibus sanguinis est procreatio: ad eandẽ hãc pertinet
iucundarũ rerũ fruitio, in qua cũ vehemẽtius ꝙ par est, mouetur, incontinentiã, intemperantiãq;
efficit. Iam vero demonstratio, quę originẽ "neruorũ in capite esse probat, simul etiã partẽ ipsius
capitis continuo manifestat: nã cũ duæ sint huiusce rationis propositiones, vna ex ipsa propositæ
rei notione, aut substantia, aut natura, aut quouis modo appelles, sumpta, altera ex dissectione pa
teat: si hęc apparentior diligenter cognita fuerit, statim ẽt simul partẽ capitis, vnde nerui oriãtur,
non membranas aut inuolucra, sed ipsum cerebrum esse cognoscemus. Vniuscuiusq;.n. nerui na
tura triplici substantia constat, media quadam & intima, arborum medullæ quàm simillima, quæ
haud dubie è cerebro ortum habet: exterioribus duabus, prima, quam è tenui membrana, alte-
ra, quam

A.l.1.f.1.d.5. c.1.9.d

† alter interpres magis ad sentẽtiam Galeni, secũdum affectum autẽ veluti &c.

A.ibidem.

A.ibidem.

A ra, quam è dura & crassa exoriri compertum est. Vnde Erasistratus cum exteriorem nerui partẽ per multum tempus solam conspiceret, quę è crassiore membrana progreditur: ab ea totum neruum oriri opinabatur: atq; ea sententia pleraq; ex cõmentarijs suis refersit: ab operiẽte cerebrum membrana inquiens neruis originem esse. Verum vbi iam cõsenuisset, solis q; artis speculationibus vacans diligentiores dissectiones faceret: tandem neruorũ intimam partem quasi medullam è cerebro nasci aĩaduertit. Oratio eius ita habet. Speculabamur ẽt & naturam cerebri: quod quidem erat bipartitum sicut in cęteris animalibus: & ventriculum oblonga forma collocatum: atq; hi in contactu partium, communi perforati erant tramite in vnum coeuntes: ex eo q; in cerebellum quod vocatur, tendebant: in quo quidem alius quoq; erat paruus sinus: at vero singulæ partes mẽbranulis dispertitæ, munitæ q; sunt, & ipsum ẽt cerebellum, siue occipitium per se ipsum: & cerebrũ quo q;, quod ieiuno intestino persimile multiplici est sinuositate implexũ: multo magis tamẽ cerebellum multis, varijs q; anfractibus fabricatum cernitur: vt qui id videat, cognoscere facile possit, quẽadmodum in reliquis aĩantibus, vt ceruo, & lepore, & siquod aliud est, quod in cursu omnibus alijs pręstet, conspicimus ad id munus vtiles neruos, & musculos optime fuisse fabricatos, sic in homine, quia omnibus cogitatione antecellit, varietatem hanc in cerebro, ac B multiplicitatẽ extitisse: neruorum item ortus omnes è cerebro erant: &, vt semel dicam, omnium quæ in corpore sunt, principium esse cerebrum apparet: nam & sensus narium continuato quodam foramine cerebro committitur: similiter aurium. ad linguam etiã, & oculos de cerebro exortus feruntur. His verbis Erasistratus fatetur se id quod prius ignorauerat, tunc perspicue inspexisse, omnes scilicet neruos è cerebro exoriri: de quatuor etiam ipsius ventriculis, quos vno ante anno nõ nouerat, exquisite scripsit. Quod si in viuentibus animalibus periculũ fecisset, id quod nos nõ semel atq; iterum, sed sępius fecimus: certissime cognouisset, duram illã, crassiorẽ q; membranam operiendi cerebri causa factam fuisse: mollem, & tenuem, vt eodem etiã fungeretur munere, sed magis tamen vt omnia quę in cerebro continentur conceptacula, arterias scilicet, & venas, colligaret. Quæ vero ex dissectione ad dogmatum horum inuentionẽ petenda sunt, licet diffusius in dissectorijs tractationibus dixerimus, nunc tamen etiam breuius partem tm̃ eam commemorabimus, quæ ad pręsens negocium facere videatur. Si extracto capitis osse in viuente adhuc animali crassum inuolucrũ denudaueris, id q; hinc inde à media illa recta compage, qua duplicatum in cerebrum penetrat, ei q; connectitur, hamato ferramento sustuleris, & vel solum secueris, vel totum etiam exemptum detraxeris, sensu & motu orbari aĩal minime videbis. Idem C contingit, si pars ea, qua totum cerebrum posterius integitur, vel pręcidatur sola, vel tota excidatur. Quin etiam si cerebrum ipsum quomodocũq; incidas, non prius sensum & motum amittet animal, q̃ ad aliquem ventriculum vulnus penetrauerit. Postremi quidem ventriculi vulneratio maxime omnium animal lædit: secundo loco medij: minima ex anterioribus vtrisq; noxa contrahitur: atq; hoc in senioribus magis, minus in iuuenibus fieri conspicitur. Hoc idẽ quod sectiones, collisiones quoq; faciunt nulla dedita opera factæ: sed dum valde etiam cauent homines, vt in vulneratis videre licet, cum ossa capitis confracta sunt. Ex quibus sensui patẽtibus rebus suspicari posset fortasse aliquis alterum ex duobus, vel si incorporea est anima, spiritum illum qui in cerebri ventriculis continetur, primũ animæ quasi domicilium esse: vel si est corpus anima, eundem illum spiritum esse animam: sed quia videmus cõllisis* ventriculis animal paulopost rursus sentire, & moueri, neutrum horum sentiẽdum est. Rectius vero erit, si existimemus in ipso quidem cerebri corpore habitaculum animæ esse, qualiscunque substantia eius fuerit, nõ dum enim de hoc consideramus, sed primum ipsius instrumentum ad sensus omnes, & item ad motus qui ex appetitione fiunt, hunc esse spiritũ: vnde fiat, vt exinanitus animal minime vita priuet, sed stupidũ sensu motu q; erepto tantisper reddat, quoad rursus collectus restituatur. At si spiritus ani- D mæ substantia esset, fieri nullo modo posset, quin simul atq; ipse esset euacuatus, continuo quoq; animal interiret. Consentaneum igitur rationi est spiritum hunc in cerebri vẽtriculis oriri, atq; iccirco eò coire & arteriarum & venarum non paruã multitudinem, ex quibus videlicet plexus illi existunt, qui choroides à secundarum similitudine appellantur: atque ipsum primum esse, vt dixi, animæ instrumentum. Magis quoq; in eam sentẽtiam induceteris, vt crederes spiritũ hunc ibi generari, vasis ac præcipue arterijs ipsum in cerebri cauas expirantibus, si reticularem contextum animaduerteres: qui ex ijs quę in caput pertinent, arterijs conficitur, cum primum caluariã transgressæ ad ipsum cerebri fundamẽtum siue basim, sic enim appellant, concurrerint. Ibi enim natura locum minime angustum, quasi cauernulam quandam à crassiore cerebri membrana circundatam, reticulari illi texturæ præparauit: in quem quidem locum ab arterijs quę soporariæ dicuntur, non parua q̃dã portio, vno. s. ex vtraq; parte ramo promisso, peruenit: quę postea in multiplicẽ sobolẽ discissæ retis formam cãcellatis fibris conficiunt: neq; eam simplicem: sed præterq̃ q connectuntur inter sese oẽs, ac coeunt, multæ sunt miro quodã modo sibi mutua perplexitate superiectæ: & rursus ex hac textura tam magnum arteriarum par exoriens, quãtum id erat quod à principio è soporarijs processerat, in cerebrũ ingreditur: & cũ alias eius partes, tũ ventriculorũ ambages multis ramulorũ implicationibus innectit. Spũs igitur q in arterijs cõtinet vitalis et est & dicitur:

*contractis, alter interpres coniũctis, græce est, συναχθεισῶν.

& dicitur: qui in cerebro, animalis: non quod substantia animæ sit, sed quod primū est eius ibi habitātis E instrumētū, qualiscūq; substātia postea fuerit. Sicut vero vitalis spūs, & in arterijs, & in corde gignitur, materia generationis ex inspiratione et humorū exhalatione sumpta: ita animalis ex vitali perfectius cōcocto oritur, quippe cum oporteret ipsum exquisitissimam omnium immutationem adipisci. Nam si natura & semē & lac cum velit exacte conficere, quamuis aiali spiritu sint potestate longe inferiora, diuturnam illis in instrumentis concoctionis morā machinata est: atq; iccirco semini, testibus annexum anfractum, lacti, vasorum ad mammas tendētium longinquitatem præparauit: merito etiam hic cum in cerebro è vitali spiritu animalem efficere studeat, reticularem hunc cōtextum, quasi varium quendam labyrinthum iuxta cerebrū fabricauit. Hoc itaque idem membrorum ipsa fabrica præ se ferente, didicimus spiritum hunc animalem neq; substantiam animę, neq; domicilium eius, sed primum tātum instrumentum esse: eo quod, cum ex vulneratione fuerit euacuatus, illico aial quasi mortuum collabitur: cum iterū colligitur, reuiuiscit. Omnium præterea quæ vel dicta sunt, vel restāt dicenda, partim ex membrorum ædificio, partim ex accidētibus, quę incisiones aut collisiones consequuntur, inuētio peti optime potest. Iam vero ex meatibus cerebri alij per infundibulum quod dicitur, in palatum pertingunt, alij in principium narium cessant, in visiuis alij neruis apparent: alius item quidam * * F in primum ortum dorsi medullæ cōmittitur: qua maxime in parte, si crassa mēbrana vulneretur, meatus totus vnà cum extremitate vētriculi cerebri posterioris aperitur: Id quod pręcipue fuit in causa, vt Erasistratus deciperetur, existimaret q; ex mēbranę vulneratione immobile cōtinuo animal reddi: inspiciebat quippe in bobus qui in prima vertebra ferirentur, statim, vbi mēbrana diuisa confracta q; esset, motum interire: id tñ non ex lęsione membranæ, sed ex posterioris ventriculi denudatione, contingebat. Quod vel inde perspicuum esse oībus potest, quod licet alijs oībus in partibus dirupta fuerit mēbrana, aial nullū huiuscemodi nocumentū patitur. Verū de tota cerebri ipsius natura alijs in libris dictum est: quæ quidē ex dissectione extant, in dissectorijs tractationibus exposuimus: quis vsus constructionis vniuscuiusq; membri habeatur, in libris de vsu partium explicatū fuit: in cōmentarijs etiam de Hippocratis dissectione non pauca attigimus. Nūc vero ea tñ quæ ad præsens propositum faciunt, differenda mihi esse censeo. Cū igitur nerui à cerebro, cerebrum q; operientibus membranis oriātur, per interiorē partem quę à cerebro exit, sensus & motus oībus animalis membris suppeditatur: reliquæ duę exteriores à membranis progerminantes, idem officium neruis exhibent, quod ipsæ membranę cerebro præstant: vnde quāuis vtrasq; neruo detraxeris, nullam noxam contrahet mēbrum id quod neruus pertingit. Idem fiet G etiam cerebro vtrisq; mēbranis denudato: nullum.n. inde aial, quod quidem statim accidat, patietur nocumētum. Nam quod per cōtagionē tēporis processu postea sequatur periculū, nihil ad rem.

A.l. I. f. I. d. 6. su. I. c. 4. 27. a

Quibus neruis spiritus, quibus facultas, à cerebro ad sensum & motū efficiendum mittatur. CAP. 4.

VTrum vero perinde vt in cauis cerebri spiritus cōtinetur, quo euacuato totum animal stupidum redditur, ac propterea vtilem esse eum ad sensus motus q; membrorū dicebamus, ita quoq; in singulis neruis spiritum quēdam esse existimandū sit: Vtrum item spiritus is innatus, insitus q; maneat, atq; illo qui à fonte promanat, tanq̃ nuncio quodā pulsatus excitetur: an insitus quidem minime sit, sed illo tempore quo mouere mēbrum aliquod volumus, de cerebro denuo influat: ego sanè non possum absolute ita pronūciare: sed in mediū excutiēda vtraq; hęc proponantur. Quin etiam tertium illud, quo modo.s. alteratio qualitatis in cōtinuo corpore efficiatur: quam innuere mihi videntur illi q quādam sine substātia vim influere dicunt: à quibus qualitatū per alterationē in continua corpora diffusiones, facultatis & virtutis influxus appellant: quemadmodum cum à Solis splendore in ambientē aerem profecta quædā qualitas in totum eius corpus Solis substantia immota permanēte diffunditur. Id quod in tractatu de demonstratione satis à nobis fuit demōstratū. Non igitur fieri potest, vt absolute ita, sine q; vlla probatione pronūcie- H mus, vtrū è cerebro ita vis quędā per neruos influat ad mēbra: an spiritus substātia vel vsq; ad partes eas quæ sentiūt & mouent, perueniat, vel aliquatenus neruos ita penetret, vt vehementē illam immutationē in eos inducat, quæ postea ad ipsas vsq; quæ mouentur partes, diffundatur. Cuiusmodi quiddam in inspiciendi et sensu cōtingere in cōmentarijs de demōstratione patefactū est. Nā spiritum lucidū transmeare p illos neruos, eos q; vtrinq; manifeste perforatos esse, & qua è superiori origine emanāt, & qua oculis cōmittunt, in magnorum aialium dissectionibus videre licet: quanq̃ foramen quod est in inferiori parte, vbi oculos attingūt, pleriq; dissectionis artifices p spectū habent: quod vero in suprema origine latet ex anteriorum ventriculorū cerebri obliqua conuersione, oībus ferè ignotum est. Nam cum vtraq; anterior cauā inferiorem partem habeat, vbi nasi meatuum radix est, angustam atq; oblongam: superiorem contra, qua ad medium tēdit ventriculum, latā: accidit vt conuersio quædam inde in obliquum efficiatur, quę paululum deorsum ad basim ipsam vergat: non tñ illuc vsq; perueniunt ventriculi, sed paulatim in angustū contracti instar cornu non ad amussim directi, sed sensim retorti, desinunt. Ad hāc cauarum extremitatem visiuorum neruorum origo annexa foramē quoddam satis obscurum habet. Quod tamē cōspicies, si tria hæc obseruaueris: primū, vt magnum aial habeas: deinde, vt statim post mortem dissecetur,

A disseceturs: postremo, vt aer circũfusus clarus lucidus q; sit. Si his ita constitutis apte adeo vẽtriculi extremitatem detraxeris, vt omnia adiacentia ipsi corpora detegantur, neq; diuellatur, aut frangatur aliquo modo nerui exortus, foramen ibi spectare proculdubio poteris. Vnde spiritum quẽdam per os meatus ad oculos transuehi cum fabrica ipsa docere te potest, tum hoc argumẽto percipies: videbis enim si claudatur alter oculus, alterius pupillam dilatari: si aperiatur, in naturalem suam magnitudinem redire. Atqui palàm est necesse esse, vt cum acinosa tunica ab aliqua substãtia distenditur, interiore parte eius repleta in foramine pupillæ laxetur: atq; hoc nullo alio præterea modo accidere possit. Neq; illud dubium tam velocem exinanitionẽ et repletionem non ab humore aliquo, sed à spiritali sola influente substãtia effici. Qm̃ autem vtriq; hi meatus in vnum concurrunt, quod ex dissectione euidenter patet, verisimile est cõmunem cũ locum, vbi vtrorũque coitio est, susceptum spiritum, dum alter oculus conniuet, ad alterum totum trasmittere. Cui rei id vel maxime attestatur, quod in suffusis videmus: qbus si altero oculo clauso alterius pupillæ foramen laxius apparet, indicat saluam adhuc inspiciẽdi facultatem esse: si nihil huiuscemodi contingit, penitus interijsse: ac propterea ij etiam, si bene deducta fuerit suffusio, nihilo secius vident: non nulli vero sunt, qui sine suffusione quoq; non vident: in quibus scilicet obducta altera

B palpebra pupillam eandem orbis, quam prius habebat, seruare magnitudinẽ cernimus: eo ꝙ nulla amplius spiritalis substantia ad oculos descendit, qua acinalis tunica intrinsecus repleta distendi consueuit. Vnde nõ immerito visiuorum neruorum meatus in his obstructos esse à multis pręclaris medicis dictum animaduerti. Noui etiam ego quẽdam, qui cum eodem hoc malo affectus esset, narrabat nobis se prius, ꝗ in eam calamitatem incidisset, in somnis patefactis repente palpebris magnam ante oculos lucem solitum videre, quod scilicet & mihi, & alijs multis euenit, quæ tamen lux subinde diminuta fuerit, vt nihil penitus amplius appareret: atq; ita videndi sensum sibi obscuratũ simili modo penitus interijsse. Adde ꝙ in leonibus, et pardis, alijs q; animalibus quibus lucidi admodum splendidi q; oculi sunt, noctu videre licet orbẽ splendoris in pupilla apparere, vbi eam ad nares contorserint. Vt colligere possimus tãtum à pupilla in medio spatio auctum visorum conum, quantus pro rata interualli portione ipsius orbis extiterit. Qui quidem conus quibus maior natura est, in ijs maior etiam splendoris orbis conspicitur: quibus minor, in ijs pro ratione paruitatis tanto minor etiam orbis apparet. Quid igitur? nunquid sicut per neruos visiuos spiritus hic transmeat, ita in reliquis omnibus fieri sentiẽdum est, an id in tenuissimis neruorum fibris concedi non potest? necesse enim erit meatui illi circũiectum quoddam nerui vel ara-

C nearũ telis tenuius corpus excogitemus, adeo vt et ipsum ꝗ facillime discerpi, & meatus in singulis, penè dixerim, momentis obturari queat. His de causis ego non omnibus neruis meatus esse dandos crediderim. Sed diceret fortasse quispiam, si datur, vt vnus omnino neruus sine vllo foramine facultates inferioribus membris ab origine traducat, dabitur etiam vt omnes. Quid igitur dicendum cum in exortu spinalis medullæ adeo sensui patens meatus, sicut etiam in visorijs neruis existat? Quid aliud? nisi, ideo factum esse, quoniã imbecilla cum sit virtutum facultatum q; traductio ad continua, præcipue cum vel maiora paulo fuerint, vel duriora, vel vehementiori aliqua alteratione indigeant, si subtilioris substantiæ quodantenus cum violentia, & ictu immissio fieret, augeri alteratio ita posse videbatur: dictũ est enim eam quæ à plerisq; virtutis facultatis q; diffusio nuncupatur, alterationis esse traductionem: id quod in aere etiam à solari splendore fieri non dubitamus. Eodem igitur modo verisimile est spiritum qui ad oculos fertur, primo incursu cum ambiente aere vniri, atq; ipsum contactum ad naturæ suę proprietatem alterare atq; immutare: non tamen vlterius latius q; extendi.

Quo pacto fiat Visio, quid q; differant inuicem Sensus & Motus nerui, ac ipsa sentiendi media, & instrumenta. CAP. 5.

D Atq; hoc ad hunc maxime modum fieri credes, si prius, qua ratione par sit intuitum nostrũ effici, didiceris. Cuius quidem dissertationis tale erit principiũ. Corpus quod videtur, duorum alterum, vel ex se ipso ad nos aliquid mittit, quo cũ propriam sui ẽt dignotionẽ nobis ostendit: vel si nihil mittit, vim aliquam sensiuam à nobis ad se vsq; peruenire expectat. Vtrum verius sit, ita iudicabimus. Per pupillæ exiguum foramen inspicimus, quod si expectaret vt partem aliquam, aut facultatem, aut simulachrũ, aut qualitatem ex corporibus extrinsecus obiectis ad se accederet, rerum magnitudinem nullo modo perciperemus: verbi causa, vasti alicuius mõtis: tum magnum siquidem spectrum, quãtus ipse est, in oculos nostros ingredi oporteret: quod penitus est absurdum: vt omittam interim ꝙ vel in vno eodem q; temporis momento, etiam si innumerabiles essent, qui viderent, ad singulos eædem imagines ferrentur: si contra spiritus intuitiuus exiret, nulla ratione posset tanta diffusione dilatari, vt omnes visui expositas res circunfusus complecteretur. Nam quid aliud esset ꝗ commentitia illa Stoicorum gutta, quę cum toto mari commiscetur? Restat igitur adhuc, vt aer circũfusus tale instrumẽtũ nobis sit quo tempore videmus, quale est semper neruus in corpore: siquidẽ eodem pacto aer nos ambiens à spũs visiui occursu, quo à solis fulgore, affici videtur. Nam & ille supremo aeris termino contacto statim vim suam fulgidam in totum dispergit: & nostra per visorios neruos acies progressa spiritali substantia prædita,

*An ler. uertit, apparens. na græcus cod. impress. habet φαινομένη. Fe licianus vero uidetur legisse προϊοῦσα.

prædita, cum in aerem incidit primo appulsu in eũ alterationem inducit, quę longe, late q; in cõtinuum .s. nos ambiens corpus sparsa, repente in totũ diffunditur: id quod liquido etiam in vi Solis inesse conspicimus. Nam si solidum aliquod corpus in medio opponamus, videbimus, confestim aerem interceptum fulgore destitui: vtpote qui dum continuã accipit mutationem illustraẽ, non in semel accepta mutatione perseuerat: nã si ita esset, aliquãdiu lux in eo sublato ẽt illustrãte permaneret. Eodẽ modo quoq; si neruum pręcidas, tota ea pars quę à continuitate cerebri per sectionẽ fuerit separata ilico stupida efficitur. Patet igitur similem quãdam effectionem vtrisq; cõtingere & neruo & aeri: qui quidẽ ex sua ẽt ipsorum natura similitudinem quãdam iam habent: & ad rem imutantem exq; lite assimilantur æquabili continuitate, semper q; assidua ac recenti informatione indigent, sicuti circunfusus nobis aer cum illustratur: nã calor in eo diutius vel semoto calefaciẽte perspicue remanet: frigiditas item nihilo secius absente illo quod frigus inducebat: fulgor vero statim cum illustrante euanescit. Eadẽ natura in arterijs cernitur: nam ẽt ipsæ perinde ac nerui, aut incisæ, aut laqueo interclusæ pulsu omni micatione q; orbanẽ: non quia, vt Erasistratus opinatur, spiritu à corde imisso priuenẽ: hoc enim fieri nullo modo posse, & alibi à nobis demonstratum est: & nunc etiam, ne aliquid prætermissum esse videatur, postmodũ demonstrabimus: sed id propterea efficitur, quia tunicas cum cordis corpore connexas habent, ab eo q; vim F influẽtem assidue accipiunt. Proprietas igitur hæc communis cum omnibus sensificis facultatibus, quę à cerebro oriuntur, esse reperitur, vt per neruos ad propria vsq; instrumenta deferantur. At neruum eandem cum cerebro substantiam habere constat: nisi quod quatenus compactiore materia constitutus est, ne facile à quolibet pateretur, eatenus à cerebri natura videtur recessisse: & quatenus compactus induruit, eatenus assiduo cerebri auxilio indiget. Nam si talis, quale est cerebrum, prorsus remansisset, nulla eius ope indiguisset. Natura enim ita cõparatum est, vt substantiarum proprietates facultatum etiam sibi conuenientium proprietates secum habeant. Vnde fit, vt quantum vnusquisq; neruus ex ijs qui proprie sensifici appellantur, à natura cerebri recesserit, tantum etiam sit à virtute facultate q; eius remotus: illi autem sensifici proprie vocantur, qui ad sensuum instrumenta mittũtur, alijs quidem, qui mouent mẽbra, molliores. Quod ipsum etiam sapienter à natura prouisum est: sensus quippe, nisi neruus aliquo modo afficiatur, fieri nõ potest: motus vero in efficiendo tñ consistit: atq; iccirco non immerito qui sensum affert, mollior, qui motionem pręstat, durior est factus. Quãquam sensus tactus, cuius sensibile crassius existit, omnes etiam qui motum inducunt, capaces sunt. At vero hic neruus visus è contrario non modo ꝙ sensui patẽti foramine est traiectus, sed etiam ꝙ mollis, magnitudine q; insignis est, præ G se fert præstantiam virtutis: quod q; vbi ad oculos peruenit, in eos subit, atq; in omnibus cerebro assimilatur: totus q; est inter cerebrum & oculum: cuius quidem interior pars mollior, exterior durior: vtrũq; bene procurante opifice: vt & duritie in transeundo tutus redderetur, & mollicie quatenus posset, in cerebri natura conseruaretur. Hinc patet omnium neruorum nõ modo qui è cerebro, sed etiam qui è dorsi medulla oriuntur, maximum hunc visorium esse effectum: multa enim præter alios omnes præcipua sortitus est: ꝙ in intima parte penitus est perforatus: ꝙ mollis intrinsecus, extrinsecus durus: ꝙ per ipsum multa spiritalis substantia de cerebro ad oculorum sedes deuehitur: cõueniebat quippe vt foramen eius aliqua densiore substantia circũdaretur, quę nisi crassior neruus euasisset, nũquam erat futura. Crassitudo tñ ea duplicem adepta est formam, intus mollem, extra duram. Iam vero oculum etiam ipsum non parum cerebri substantiam trahere manifeste ex dissectione cognosces. Inuenies enim sub tunicis intus duos orbiculares & globosos humores, alterum mollẽ, perinde ac vitrum modice solutum ac fusum: alterum ita durum, vt mediocriter concretã glaciem imitetur: vnde à medicis molliusculus vitreus, duriusculus glacialis, ille ex vitri, hic ex glaciei similitudine nuncupatur. Non enim tam corporis habitu, q̃ colore etiam tum vitrum, tum glaciẽ referunt, cum sint exquisitissima puritate, pelluciditate, claritate H perspicui: vitreus ille meatũ à cerebro ad vtrosq; tendentẽ prius excipit: deinde glacialis qui globo leniter cõpresso similis apparet: meatus itẽ vnà cum circundãte neruo primo ingressu quẽ in oculũ facit, penetrata exteriore eius tunica, vtrisq; his afficitur modis: spiritum nãq; cum humoribus cõmiscet, quo tota eorum substantia sensiua efficiatur: deinde sua soluta, ac dilatata substantia vitreum humorem complectitur, capite nimirũ in maximũ glacialis orbẽ inserto: ita vt figura illa in latum diffusi atq; expansi nerui verriculo similis tibi esse videaẽ: qua ex causa corpus hoc amphiblestroidẽ, id est verricularem, tunicã appellarunt: ꝙ si totum ipsum extrahas, conerisq; id in vnũ simul cõfundere ac cogere, particula cerebri proculdubio videbiẽ: si q; alicui ostendas, qui vnde id sumptũ collectum q; sit, non viderit, partem cerebri sine vlla cũctatione corpus id quod ostenderis, esse affirmabit: neq; credet talem substantiã in oculis contineri. Tali fabricę excellẽtia oculus præter omnia alia sensuum instrumenta præditus est: neq; mirum esse debet, quãto enim certius, subtilius q; q̃ alia primum sensibile habet, tanto ad cerebri naturam q̃ alia propius accedit: in nullo siquidẽ alio instrumento inuenies, ipsam cerebri substantiam, neq; in vẽtriculis tãta animalis spiritus copia, quanta in oculo continetur: qui non iniuria est, vt dixi, ita conditus, cùm ambiente aere esset vsurus instrumento: tale est autem illi instrumentum aer ad propriorum sen-

sibilium

A sibilium dignotionē, quale est cerebro neruus: vnde quā habet rationem cerebrum ad neruum, eandem oculum ad aerem habere manifestum est. Proprium aūt sensibile visus, quod primum ēt sensibile noīaui, est colorum genus: illos.n. primos, & per se, & solus ex omnibus sensibus percipit visus, sicut sapores gustatus: cum illis vero postea coloratum corpus, sicut gustatus id quod sapores in se habet, ēt dignoscit: in eo tñ differunt, quod gustus queadmodum cæteri aīalis sensus, expectat vt ad se offeratur sensibile: visus per medium aerē ad coloratum porrigitur. Quo fit vt solus vnà cum colore rei visæ & magnitudinē, & formā ēt percipiat: quod nullus alius sensus, nisi qñq; tactus, atq; id per accidens, potest: sed hoc in quinto de demonstratione satis pertractatum: soli item visui præter alia concessum est corporis colorati & situm, & distātiam insuper discernere, nullo alio sensu id valente. Neq; in præsentia dicendi est locus quanto in errore versentur illi qui olfactui, & auditui positura cognitionē vel vaporē emittētis, vel aerem percutiētis corporis nituntur ascribere: cum latius de omnibus quę ad hos duos sensus spectant, in quinto de demonstratione disseruerimus, vt dictum est. In quo quidē tractatu qui fuerit exercitatus, melius promptius q; ea quæ nunc dicuntur, percipiet: explicata nanq; ibi sunt omnia, quę quo in loco sit visui expositum corpus conspici attestantur: quod vel ipso sensu euidentissime patet, vt geometræ ēt B ipsi nulla adhibita demonstratione, sed quasi ex se manifesta sint, ita hæc statuant. Cum tamen de intuitu nostro non nullæ ferantur demonstrationes, vel per rectas lineas cū fieri: vel si in aliquod leue admodū, & fulgidum corpus inciderit, inde qua occurrit per rectos angulos retorqueri. Si igitur visus solus ex alijs sensibus proprium sensibile medio aere vsus nō quasi baculo, sed quasi conformi sibi, ac cognato membro, attingit, soli q; hęc præcipua dos ipsi concessa est, cū eo quoque vt per reflexionem intueri queat: merito illo desuper influēte lucido spiritu indiguit, qui in aerem occurrens cum quadam quasi percussione sibi similem redderet. Apte igitur dicemus visus instrumentum lucidum esse, aereum auditus, vaporosum olfactus, gustatus humidum, terreū tactus: nullo enim alio modo potest, cum ex similium alteratione consistant. Atq; hoc est quod Empedocles volebat significare his versibus:

Conspicimus terram tellure, liquore liquorem,
Aere naturam aeream, ignem cernimus igne.

Sentimus enim re vera terrestri sensu, hoc est tactu, terrestrem insitam in rebus naturam: lucidissimo q. est visus, lucidā: non secus ēt aereo auditus sensu proprias aeris affectiones dignoscimus: quemadmodū gustatu qui humidus natura, spongiosus q; est, saporum qualitates nobis innotescunt: superest vnius olfactus nēpe instrumentū, quod non in narium meatibus sedem habet, vt C pleriq; putant, sed " in extremitatibus anteriorum cerebri sinuum, quò narium meatus pertinēt: qua maxime in parte vaporosos esse cerebri ventriculos constat. Sed de hoc qui copiosius legere voluerit, habet vnum à nobis conscriptum librum, qui de olfactus instrumento inscribitur.

A.1.3.f.1.t.1. c.2.181.c

Testimonia Platonis de Sentiendi instrumentis: quod q; Vt Sensus fiat, necessaria est in ipsis alteratio. CAP. 6.

QVintus quippe hic, licet non sint quinq; elementa, sensus euasit, quia odorū genus mediā inter aerem & aquam naturam sortitum est. Id quod etiam Plato in Timæo inquit his ver« bis. Dum enim aqua in aerē, aer q; in aquam mutatur, medij extiterunt odores vniuersi. Loquitur idē de visus instrumēto: id q; ignis purissimi esse genus affirmat, quē ipse splendorem, « & lucē appellat, à pruna, & flāma longe distantē, ait enim: Post hęc considerandū est ignis gene« ra multa extitisse: primum flāmam, quod q; à flāma procedit, minime vrens illud quidē, sed lucē « oculis exhibens: tum quod flāma extincta in ipsis ignitis corporibus restat. Ex his tribus generibus quod non vrit, vt ipse inquit, sed lucē oculis exhibet, in visus instrumento plurimum repe« ritur. Quod ipsum etiā in eodem Timęo ita explicauit: Ex oībus instrumentis primum luciferos « D construxerūt oculos †talibus inditis causis: machinati sunt ex igne eo q non vrit, sed lumen suaue « exhibet, propriū vniuscuiusq; diei corpus constituere: effecerunt.n. vt qui intra nos est ignis syn« cerus, germanus q; huic dēse, ac leniter emanaret: toto videlicet ipso oculi corpore, sed media prę« cipue parte compacta ac densata, vt reliquus ignis qui crassior esset, contineretur, qui huiuscemo« di purus defecatus q; euasisset, transfunderetur. Hic Plato quale nā sit visus instrumentū, declara« uit. Quo modo vero videamus, in sequentibus explicat: talē.n. antedictis subnectit orationē: Cū « igitur diurnū lumē ad aciei effluxum accesserit, tūc simile cū simili cōiungit̃, atq; vnit̃: atq; inde « vnū quoddā propriū cognatū q; corpus conflat̃ ad rectū oculorū intuitū, qua nimirū ille interni « externiq; luminis cōcursus extiterit. Totū id igit̃, cū ob similitudinē ijsdē affectionibus obnoxiū « euaserit, siquid attingit, aut à quopiā tangitur, illius motiones in totū corpus ad aīam vsq; diffun« dit: sensum q; hunc præbet, quo videmus. Atq; hę quidē sunt Platonis orationes, quibus fulgidū esse ipsum visus instrumentum, sensum q; effici per ipsum asseuerat oīum fulgoris affectionum: sicuti aereæ dispositionis per auditum: simile enim per simile in affectionum cōmutationem societatem q; peruenit: sed cū duo significare posset oīs huiuscemodi oratio, qualis est etiam Empe« doclis illa, Conspicimus terram tellure, liquore liquorē: vt intelligamus, aut p instrumētum; aut per facultatē virtutē q; eiusmodi nos sentire: per instrumētum verū esse concedendum est, per facultatem

† talibus inditos alligatos q; de causis. nam vulgati codi. Pla. nō αἰτίᾳ sed αἴτια habent.

cultatem minime. Nam primum sensorium, qualecunq; id fuerit, sensibus sigillatim oĩbus com- E
mune est: vt Plato etiam tradidit cum in alijs quibusdam libris, tum in Theęteto, eo præcipue lo
co vbi in hũc modũ scribit: So. Absurdũ quippe est ô fili, vt multi in nobis, quasi in ligneis equis, »
sensus insideant: & non vna quædam sit species, & idea, siue anima, siue quomodocunq; appel- »
les, in quam oẽs hi concurrant: qua vtiq; per hos, tanquã per instrumenta, oĩa quæ sensibus expo »
sita sunt, sentiamus. Hanc sententiam pluribus cõfirmans deinceps ita subiungit. So. Age vero »
non'ne singula ea p quæ sentis, calida, dura, leuia, dulcia corporis ipsius partes constituis, an alte- »
rius? The. nullius alterius planè. So. non'ne fateri etiam voles quæ p vnam potentiã sentis, fieri »
non posse vt per aliam percipias? videlicet q̃ per auditum accipis, eadẽ te p visum posse? & quæ »
per visum, simili modo per auditum? The. Cur velle non debeã? So. quid ergo de vtrisq; his co »
gitas, per aliud instrumentum id nõ facis: neq; ẽt per aliud instrumentũ vtrorumq; sensum susci »
pere potes. The. non profecto. So. De voce vero, ac colore primum quidẽ hoc ipsum cogitas, ꝙ »
vtraq; sunt? The. ego sanè. So. Igitur etiã illud ꝙ alterutrum ab alterutro diuersum, sibi vero me- »
tipsi idem est. The. quid'ni. So. & ꝙ vtraq; duo, alterutrum autem ex ipsis vnũ. The. hoc quoq;. »
So. itaq; etiam similia an dissimilia inter se sint, potes cõsiderare. The. fortasse. So. Hæc igitur om »
nia per quem'nam sensum de ipsis cogitas? neq; enim per auditũ, aut visum cõmune aliquid de F »
his percipere valemus. Adde ꝙ illud etiam erit huiusce rei, qua de agimus, argumẽtum: nã si fie- »
ri posset, vt vtraq; falsa'ne essent nec'ne considerares, posses'ne dicere, quo id perciperes? non vi- »
sus, non auditus, sed aliud quiddam esse videbitur. The. cur non esse linguæ facultas censeatur? »
So. bene dicis: sed hæc ipsa facultas per quid tibi ostendit quod in oĩbus & in his cõe est, quo vide
licet esse, & nõ esse denominas, quæ'que paulo ante de his percontabamur? Quibus omnibus »
quæ'nam instrumẽta attribues: per quæ sensificum quod in nobis est, singula sentiat? In his igit, »
& sequentibus, tum in alijs quoq; dialogis de cõi quadam facultate & potentia docuit nos Plato,
quę à cerebro per neruos in singula sensoria penetrãs, alterationes ipsorum oẽs persentit. Quòd
si fieri potuisset, vt à proprijs fulgoris affectionibus aliud aliquid præter instrumentum alterare-
tur, aut à vaporibus diuersum aliquid à vaporoso, aut ab aere aliud ꝗ̃ aereum, aut ab humoribus
aliud ꝗ̃ gustatorium, succi q́; plenum instrumentum afficeretur, nequaquam sensoria facta fuis-
sent instrumenta. Sed nunc non ita res habet: nam quæcunq; in concurrentibus, duris q́; corpo-
ribus propriam differentiam habẽt, ea omni membro, quod quidem neruorũ particeps sit, possu
mus sentire: neq; enim quodlibet idoneum est, vt à terrestris corporis incursione afficiatur. Pri-
mus sanè horum occursus per acutũ & obtusum, secũdus per calidum & frigidũ efficitur: reliqui G
oẽs per accidens constant, magnitudine vtiq;, figura, motu, numero: quos cum ratiocinatione, et
memoria, non sensu tantum tum in visu, tum in tactu existere ostẽdimus in libro de demonstra-
tione: in quo quidẽ prius exercitatum velim, qui ea cupit, quæ nunc dicuntur, exacte intelligere.
Quemadmodũ vero sensus tactus sensilia p concursum, ita gustatus obiecta per humiditatem, sa
pores q́;, in cognitionẽ veniunt. Vnde si nimis exiccata fuerit lingua, saporum dignotio ẽt inte-
rit, cum id, quod ab illis afficitur, absit, non possit q́; quid acidum, quid amarum, quid acre, quid
austerum, quid acerbum, aut penitus astringens, quid itẽ dulce sit, quid salsum discernere. obtura
tione ẽt in narium meatibus facta odorum sensus euanescit. vocum item si aures obstructæ fue-
rint: cum propria alteratio in vtrunq; instrumentũ penetrare non valeat, in vaporosum ex odo-
ribus quorum vapor substantia est, in aereum ex vocibus quę aerea substantia constant. huiusce-
modi obstructionibus proportione respondet oculorum affectio & morbus, quæ suffusio appel
latur: in qua fulgoris vitrei meatus, qui in acinali tunica est, obstruitur: vt proprium visus instru-
mentum nõ amplius queat cum externo totum oculũ ambiente aere copulari. Quod ipsum illa
oratione significauit Plato, vbi inquit. Corporeum sanè & visibile, nec nõ tactile id quod factum »
fuisset, esse oportebat: at nihil visibile esse posset igne priuatũ: nihil itẽ tactile sine soliditate: nihil H »
solidum absque terra. quapropter, vt ex igne & terra vniuersi corpus à principio consisteret, fe- »
cit deus. Ex igne enim & terra factum esse inquit vniuersi corpus, vt & visile & tactile reddere-
tur: iccirco ẽt in animalium corporibus tangendi instrumentum terreũ, inspiciendi igneum est:
quæ quidẽ si neruos non haberent, alterari ẽt sine sensu potuissent: sed quę alterationem percipit
neruorum participatio est: neq; tñ alteratio ipsa, vt quidam putant, sensus est, sed alterationis di-
gnotio: neq; ẽt satis est ad voluptatis laboris q́; creationẽ, vt vel lenis vel aspera in corpore motio
efficiatur: sed vtrisq; his agitationibus sensus quoq; accedat, necesse est. Quòd si affectionẽ eam
vel dolorem, vel laborẽ vocare libuerit, nihil refert: tñ meminisse te illud volo, affectionẽ quam
corpora è naturali constitutione exturbata suscipiunt, & eius affectionis sensum inter se differre:
q̃quidem à non nullis queadmodum ab Hippocrate sensus solus interdũ labor appellatur: ‖ vbi
ait: Quicunq; aliqua in parte corporis laborantes plerũq; labores non sentiunt, ijs mẽs ægrotat.
Hic enim laborantes nominat eos qui aliqua in parte offensi sunt ita vehementer, vt nisi delirio
pręmerent, doleret. Cũ vero dicit, ‖ dolor fit pp calidum, propter frigidum, propter plus, propter
minus: in refrigeratis qdẽ corporis partibus ex calore: in calefactis ex frigore: corruptã itẽ natu-
rã habentibus dolores fiũt: ne putes leuẽ aliquã alteratione, sed vehementem alterationis sensum

2. Apho. 6. Ex. ord. 1. g

In lib. de Loc. in hom. versus finem.

ipsum

A ipsum intelligere: qui quidem sensus existere nullo modo potest sine patientis corporis immutatione præternaturali: leuis enim illa & parua corporum mutatio sensum quidē efficit, qui facultatem & vim agētis dignoscit ac percipit, si modo id quod alterationem suscipit, sensiuum fuerit, non tñ dolorē inducit: promptè q; vnumquodq; leuem hanc ex cognatis patitur mutationem.

Quæ de Visione problemata Aristoteli perspecta sunt, quæ item ab ipso et Stoicis perperam explicantur. CAP. 7.

IAm vero visus instrumentū, quia colorum erat dignotionem habiturum, lucidum est effectū, natura enim comparatum est, vt sola huiuscemodi corpora à coloribus alterētur: vt manifesto est indicio etiam ambiens aer, qui cum maxime purus, nitidus q; est, tūc colorum alteratione præcipue afficitur: nā videre est, si in huiuscemodi aere sub arbore aliqua recubuerit quispiam, arboris colore eum totum perfundi. Quin ēt sæpenumero accidit, vt aer clarus, vbi parietis colorem alicuius attigerit, eum subito recipiat, atq; in alterum corpus ēt transferat. Quod præcipue fit, si color vel cœruleus sit, vel flauus, aliquoq; alio modo floridus extiterit: et pfecto sicut à solari splēdore solo ipso attactu totus aer repente assimilatur: eodem pacto à colore statim immutationem accipit. Atq; hæc rectissime qdem ab Aristotele dicta sunt, tum de subita corū, quę ita alterantur, B mutatione, vt ferè nō in tempore facta esse videatur: tum de hac ipsa: cur q; colorū alterationi aer splēdidus natura pateat, eam q; ad visus vsq; instrumentū traducat. Nihil tñ quo modo positurā, quo magnitudinē, quo distantiā vniuscuiusq; rei percipiamus, ab eodem dictū esse cōstat. Quin multi ēt hominis sectatores de decreto hoc ratiocinantes facile mēdacij conuincuntur, cum neq; odores, neq; voces locum, vnde veniant, simul cōmonstrēt, vt in quinto de demōstratione fuit à nobis probatū. Huc accedit q in speculis alijs q; fulgētibus corporibus interdū nos ipsos, interdū alios quosdam à lateribus vel pone stantes inspicimus. Quod sicut cęteris omnibus, excepto Platone, ita Aristoteli etiā aduersatur: solus siquidē color per refractionē potest à visibilibus rebus ad nostram aciem peruenire: forma, aut magnitudo non potest: nam cum varietas figuræ membrorum formam constituat, ne excogitare quidem possumus vel eam aliquo modo speculo occurrere, vel si occurrat, quāuis nō refringatur, refractionem eius ad nos peruenire. Probabiliores sanè quātum ad hoc Epicuri imagines sunt: magnitudinē vero in pupillam ingredi etiam absurdius est. Hoc tamē ipsum, quod quidem omnium aliorum opiniones subuertit, quasi paruum quid ac leue pręterєunt: cum q; de distātia, & situ nescio qd conentur cōminisci, de magnitudinis dignotione, quo modo existat, nihil dicunt: sed totum hunc locū omittunt, quo proculdubio Aristote C lis opinio ruit: fieri enim qui potest, vt magnitudinem visilium sentiamus, nisi rē ipsam, quocunque in loco illa fuerit, inspexerimus? Quanquā mihi videtur Aristoteles, vbi de refractione loqtur, quæ à sensilibus rebus ad nos peruenit, animaduertisse hanc absurditatem: atq; ideo minime audere ea alicubi vti, sed eam semper quasi omni carentē probabilitate eludendo euadere. Nam cum differit quo modo iris efficiatur, quo modo item vel circa Solē, vel Lunam, qui obsolani vel antesolani nominantur, existant, tum quo modo in speculis visiones fiant: omnia hęc in refractionem visionis refert, nihil interesse affirmans, siue intuitum ipsum, siue aeris ambientis ex rebus quæ videntur alterationes refringi, ac reflecti existimemus. Non diuersum hac præsertim in re cauillum commentus ab illo Asclepiadis, qui attractionis vocabulo pro delatione vtebatur: cum enim ille absurditatem in delatione vereretur asserere, mutata appellatione audacter sententiam suam tutatus est. Ita Aristoteles, quoniam certo sciebat, si suam ipsius seruaret opinionem, fore, vt absurdas, minime q; verisimiles visionis causas singularum rerum afferret, ad alienam sentētiam se trāstulit, asserēs, vtrolibet modo interpreteris, nihil interesse. Atqui ita meritissimo ipsum argueret quispiam, si nihil refert hoc q̃ illo modo dicere, quid tu relicta tua vera opinione, aliena falsa vteris? in contrarium enim in præsentia tua tibi cedet cauillatio: cum nullam causam tam absur- D dæ decretorum mutationis adduxeris. Atq; ita plus tibi suspicionis, quàm auctoritatis inde conflabitur. Quòd si dicas propterea alienis te vsum esse dogmatibus, quia probabilius erat ita differere, huiusce probabilitatis causam requiram: nam si falsa opinio singularium rerum causas omnes probabiliores habet, q̃ vera, nemini dubium est, quin omnes tuarū quæstionum libri fidem amittant. Nos porrò per aerem medium intueri euidens est, atque inter omnes constat, sed de eo quæstio est, vtrum per aerem tanquam viam quādam mediam aliquid ex rebus quas videmus ad nos veniat: an quale est neruus ad tactiles, tale instrumentum nobis sit aer ad visiles res discernendas. Pleriq; eius sunt sententiæ, vt dicant alterationem illam ab impellentibus rebus factam, per neruū ad principalem animę partē distribui: atq; ita in dignotionem rerum nos venire: non intelligentes nullum nos doloris sensum eo in membro quod vel cæderetur, vel confringeretur, vel adureretur, habituros fuisse, nisi in eo aliqua sentiendi facultas inesset: aliter igitur atque illi opinantur, veritas se habet. Ipse siquidem neruus cerebri pars cum sit, sicut arboris virga, aut ramus, efficit, vt membrum in quo inseritur, vi eius in se totum recepta, habile ad omnia quæ ipsum attigerint, sentienda reddatur. Simile quid etiam in ambiente nos aere euenit: vbi enim illustratus à Sole fuerit, tale continuo visus instrumentum efficitur, quale est is qui à cerebro proficiscitur spiritus: prius vero quàm lucem receperit ex alteratione videlicet quæ ex emissione ictu q;

ictu q; spirituum causatur, cōsentiens cognatum q; instrumentum non euadit. Desinant igitur E dicere Stoici per circunfusum aerem quasi per baculum visionem nostram fieri: renitentia enim corpora eo modo cognoscuntur: atq; etiam magis per ratiocinationem: at oculorum sensus non soliditatem, aut duritiem, aut mollitiem, sed colorem, sed magnitudinem, sed situm corporis percipit: quorum nihil baculo dignosci potest. Multo sane est melius id dicere quod in erratis Stoicorum Epicurus pronunciat: illi enim nihil visile volebant ad inspectricem vsq; facultatem traduci: Epicurus traduci affirmat: Atq; ipso Epicuro multo melius Aristoteles, quippe qui nō corporeum simulachrum, sed qualitatem quandam, per circunfusi aeris alterationem à rebus ad intuitum vsque nostrum peruenire asseueret. Cauebat scilicet aerem sensus capacem omnino efficere: cum tamen carnem perspicue cerneret ex emanante ab origine sua facultate ad sensum percipiendum habilem effici. Quid absurdi in se habet illud, si solarem fulgorem sensificum statuas, cum talē maxime oculorum spiritum, qui à cerebro deriuatur, esse liquido pateat? fulgidus quippe etiam ipse est. Veruntamen si de animæ substantia quoq; est sententia proferenda, de duobus alterum dicamus necesse est: vel ipsam esse fulgidum hoc, ac quasi æthereum corpus (ad quod asserendum, velint nolint, consecutione eos cogente, descendēt & Stoici, et Aristoteles) vel ipsam incorpoream quidem esse substantiam, vti tñ hoc corpore tanquā principali vehiculo, quo vtiq; F medio aliorum corporum postea commercium habet: dicendū vero huiuscemodi corpus per totum diffusum esse cerebrum: cuius postea particeps factus oculorum spiritus lucidus efficitur.

Epilogus eorum, quæ hoc libro multis rationibus fuere demonstrata. CAP. 8.

AT vero vt iam de Aristotelis Stoicorum q; sententia disputationem paulisper omittamus, ex ijs, quæ diximus, sensum per alterationem & dignotionem fieri apertum est: alteratur quippe sensus ipsius instrumentum: alteratio vero ipsa ab vna eadem q; facultate omnibus sensorijs communiter impertita à principio emanāte dignoscitur: quod quidem principium siue sensum communem, siue primum sensorium appelles, nihil refert. Hoc nos superiore oratione cerebrum esse demonstrauimus: vnde omnia membra sensum & motum adipiscuntur neruis ad sensuum instrumenta pertingentibus, alijs discernendorum sensilium causa, alijs vt motum ea, quæ mouenda sunt, suum accipiant, vt sunt oculi, lingua, & aures: nam has in plerisq; animalibus moueri manifestum est, à musculis capitis comprehensas: per quos omnes in animalibus voluntariæ motiones existunt. Ex quibus omnibus recte dictum esse constat cerebrum tum sensuum oīum, tum incitatorij motus in animalibus originem esse. Quod si non propterea factum esse cerebrū dicas, quam ob aliam causam? cur membranis illum extrinsecus operuit natura? si in illis est ani G mæ principium, frusta cerebrum constitit: quid est q͏ singuli ventriculi vulnerati subitum periculum afferunt? quid est q͏ ab ipso etiam omnes nerui, & dorsi medulla exoritur? quam cerebri substantiæ quasi progerminationem quandam esse ex dissectionibus adeo euidenter patet, vt ne coqui quidem id ignorent. Sed qualem etiam habeat vim, facile cognosces, si prius ad dissectionem accedens contēplaberis ab ipsa neruos exoriri numero circiter sexaginta: atq; vniuscuiusq; vsum animaduertes, quem fabrica ipsa, atque eæ, quæ ex incisione proueniunt, læsiones tibi manifestant. Fabrica enim eadem est, quę in emanantibus à cerebro neruis conspicitur: cum interna eorum pars quasi medulla ab ipsa spinali epullulans à mēbranis vndequaq; circundetur: nam habet perinde atq; cerebrum spinalis membranas eiusdem vsus gratia fabricatas: quibus detractis vnicuiq; ab ea orienti neruo, membrum in quod pertendit neruus, nullam læsionem contrahet: quæ euidentia membranas cerebri, & spinalis operimenta quædam esse, vim vero ipsam & sensus & motus in internis quę conteguntur partibus inesse testatur. Si enim præcidas nerui medullam, continuo membrum, cui neruus inseritur, stupidum omnino & imobile reddideris. Quod vero etiam dorsi medulla à cerebro originem facultatum habeat, inde perspicuum esse omnibus potest: nam si qualibet in parte præsecetur, quicquid supra incisuram erit, illæsum sanum q; per- H manebit, inferior omnis pars sensum & motum amittet, musculis omnibus, qui ab ipsa neruos excipiebant, collapsis. Erasistratus quidem licet non antea, in senectute tamen veram neruorum originem tādem agnouit. At Aristoteles, cum semper eam ignorarit, merito in referenda cerebri necessitate hęsitat. Qua de re quid dicat, quo'ue modo refellatur, cognoscere poteris, si octauum librum nostri tractatus de Vsu membrorum perlegeris. Ita etiam horum omnium dogmatum, quę recensui, principem fuisse Hippocratem cum alibi, tum vero in commentarijs de Hippocratis dissectione, à nobis demonstratum est: atq; ideirco verba eius sicut Platonis minime nunc citaui, ne bis de ijsdem agere viderer. Platonis autē dicta, quia nullo alio in libro commemorata à nobis fuerant, merito hic ascribenda esse iudicauimus.

GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER OCTAVVS

ARGVMENTVM LIBRI

Indicatur Hippocratis & Platonis sententia de Quatuor Elementis: de Corporum ex ipsis constitutione: de Respiratione, ac de Receptaculis cibi & potus.

Breuis Replicatio eorum, quæ Septem superioribus libris pertractata sunt. CAP. I.

CVm de Hippocratis & Platonis decretis cōsiderare proposuissemus, primū illud maxime necessariū & medicinę & philosophię esse docuimus, vt plures'ne essent q̄ hoīem regunt facultates, an vna tm̄, certissime inueniremus. Deinde inqsitionem earū aggressi lege demōstratiua, notionē ab oībus cōcessam illam esse diximus, aīæ videlicet principatum eū esse, vnde origo & B sensus & motus ex volūtate existeret. Nihil aūt ad p̄sens propositū interiit, siue ex voluntate, siue ex appetitione aut incitatione, dixerimus: perspicuū enim est alias esse motiones dū brachia & crura porrigimus & cōtrahimus, dum ambulamus & currimus, dū stamus & sedemus, aliud q̄ huiuscemodi agimus: alias cordis & arteriarum, q̄ ex nostra voluntate nō efficiuntur: aliud itidē tertium genus motuū eorum, qui in alimenti dispēsatione cōsistunt. Verūtamen à voluntarijs nos exordio facto, in quibus q proprie vocatur aīę principatus, agnoscit, vnam tm̄ posse scientię effectricem colligi rōnem ostendimus, ab ipsa quæsitæ rei substantia: q̄ habeat propositiones, in hūc modū. Vbi neruorum origo ibi ēt animæ principatus est: atq; hęc præcipua rōnis propositio ab oībus tam philosophis q̄ medicis ceditur: altera quasi eius assumptio vera hæc est, Origo neruorū in cerebro est: falsa illa, Origo neruorū est in corde: quā quidem falsam aliquis & scribere, & apud dissectionis ignaros ēt iactare, ostēdere vero nullo pacto potest: nerui etenim in oīa aīalium mēbra aut à cerebro ipso continenter perueniunt, aut p mediam dorsi medullam transmittunt. Illi igitur primi huiusce prolixitatis auctores extitere, qui cōtra euidētia mentiri nō erubuerunt: Non Hippocrates, neq; Era- C sistratus, neq; Eudemus, neq; Herophilus, neq; Marinus: qui oēs post veterū memoriā dissectoriam speculationē negligētia posteritatis interlapsam pro se qsq; restituerūt. Vnde si id tm̄ quod ex dissectione extat, dictū ab illis fuisset, non tā lōgis ambagibus essemus euagati, cū vna demonstratione inueniri quæsita res facile potuerit. Nobis vero statim in primo libro opus fuit lōgiore vti oratione eorū causa, qui, quæ oīno non norāt, quasi certissime explorata haberēt, scriptis mandare ausi sunt: vbi & neruorū et arteriarum dissectionē summatim coacti sumus referre. In secundo ex rōnibus de principatu aīæ ab illis interrogatis eas maxime probabiles esse ostendimus, nō q̄ ex arte demōstratiua constarēt, sed q̄ ex genere proximo essent, quas dialecticas appellare Aristoteli mos fuit: nō nullas ēt ex ijs q̄ lōge absunt, quas in oratorias, & cauillatorias, diuidere cōsueuimus. Quod factū à nobis fuit cū ipsius materię, tū amicorū quorūdā causa, qui voluerūt ex mutua collatione rōnum d'rias ita habere, cū in vna proposita q̄stione ad alia multa ēt esset vtilis hæc exercitatio futura. Sed quia Chrysippus rōnem huiuscemodi scriptā reliquit, Vbi affectus animi sunt, ibi ēt principatus est: affectus aūt animi in corde sunt, in eodē igitur principatus sit, necesse est: eū in prima huius rōnis propositione docuimus, id, de quo qō est, assumpsisse. Nam cū Plato dixerit in capite rōnem, in corde iracundiā, in iecore libidinē esse collocatā: debebat Chrysippus D ea, quæ in confirmationē sui dogmatis adduxerat Plato, prius refellere, non ita absolute suā prolatam sententiā Platonis rationibus probabiliorem existimare. Ostēdimus insuper hoīem ne attentasse quidē in suis scriptis Platonis rōnibus contradicere: vt oēs, q non dum ēt philosophiam attigissent, geometræ, arithmetici, ratiocinatores, astronomi, architecti, musici p̄terea, gnomonici, rhetorici, grāmatici, & demum siquis in arte logica esset exercitatus, aliorū oēs orationes quas de principatu animæ scripserunt, refutatas fuisse, Hippocratis vero & Platonis veras esse, certissime crediderint. At cū Chrysippi libri de perturbationibus conscripti in rōnali parte animæ affectus oēs, iras, timores, egritudines existere assererent, eius'q; sectatores id verissime dictū esse contenderent, coactus sum iccirco ostendere Chrysippū non modo falsa pleraq; de affectibus, sed etiam sibi ipsi repugnantia, ibi dixisse. Vnde effectum est, vt prioribus duobus tres insuper libri additi fuerint: in quibus statim in initio declarauimus Posidonium maxime oīum Stoicorum scientijs eruditum, quippe qui in geometria esset exercitatus, à Chrysippo defecisse: in libro q; de affectibus affirmare à tribus nos facultatibus regi, cōcupiscibili, irascibili, et rationali: Cleantē q; eiusdē sententiæ esse; Quin etiam de virtutibus recte his principijs posse trāsigi orationem, dicere eundem docuimus: atque id in magno commentario à se peculiariter hac de re conscripto. Quibus omnibus patere arbitror prolixitatis minus me esse in causa, sed illos qui omnia tum de animæ

principatu, tum de affectibus à Chrysippo cõmenta temere ac petulanter laudarunt. Quę quidẽ E oīa irreprehensa ego omittere decreueram, propterea q, deos oẽs testor, impudentium rationum redargutiones ascribere me pudebat: melius q; esse existimabam, vt plerisq; ignotę essent: ne cognitæ nocerẽt: si vidissent philosophos hoies ea quæ ne minimum quidem sciebāt, quasi optime scirent, ita prodidisse. Minus siquidem erubescunt etiam ipsi in mendacio deprehendi. Erubescendum etiam illis est, qui cum in philosophia consenuerint, non dum cognoscũt vnam eam solam rationem lege demonstratiua de animæ principatu esse collectam, in qua assumptio vera cerebrum, falsa cor neruorum originem statuit. Vt de animæ principatu tractationem non modo in quinq; libris, sed ne in vno quidem integro cõtineri necesse fuerit, apud eos nempe qui qualis res sit demonstratio scientiam efficiens, probe cognorint: quæ, mea quidem sententia, Philosophis magis, q̃ geometris, aut arithmeticis, aut ratiocinatoribus, aut astronomis, aut architectis cõuenit. Et tamen minus in ea philosophi, q̃ illi sunt exercitati. Nam Euclides vno tm̃ theoremate quod primum in libro de apparentibus posuit terram mediā esse mundi partem, & puncti, centri q; rationem obtinere, paucissimis verbis demonstrat. Quod periti ex demonstrationis cõclusione tā pro certo habent, q̃ bis duo quatuor reddere. At philosophi ea nõ nulli de magnitudine & situ terrę effutiunt, vt inueniantur quos totius philosophici instituti postea pœniteat. Cum.n. F ij qui semper hortantur & monent nihil procaciter neq; agendum, neq; dicendum, petulantissime se gerere cernuntur: illi vero quos superius dixi artifices, licet sapientes se vt philosophos minime putent, demonstrationibus tamen apte vtuntur, nunq̃ pugnantes inter sese, aut dissentientes, nihil q; impudenter quod ignorant pronunciare audent: quo modo totum philosophię instituturn videri pudendum non debeat? Ita igitur ratio vera breuis admodum euadit: quæ, vt ego ostendam, paucis syllabis conficitur ad hunc modum: Vbi neruorum origo, ibi animę principatus: origo aũt neruorum in cerebro est: hic igitur est animæ principatus.† Vna hęc est duabus & quadraginta syllabis, hoc est duobus hexametris versibus, & dimidio contenta: altera quinq; ad summum versibus constat, ita: Vbi affectus animi manifestius corporis membra agitant, ibi affectibus obnoxiam animi partem esse cẽsendum est: at cor cernitur in ira & timore magna motus immutatione affici: in corde igitur affectibus obnoxia animæ pars collocata est. Quod si vtrasq; has simul cõponas, tota quæ ex cõpositione resultabit oratio, hexametros octo nõ excedet. Quinam igitur in causa fuere, vt quinq; libri conscriberentur de his quæ octo heroicis versibus poterant scientiam efficientibus rationibus demõstrari? non ego certe: sed philosophi illi qui linearibus demonstrationibus minime vti voluerunt: quorum me pudere dixeram. In quos itẽ culpa G referenda est, q de tertio principio, quæ quidẽ res longiore paulo indigebat oratione, non ita tñ vt integrum vnum volumen absolueret, totus sextus exaratus sit liber? in eos inquam, qui in linearibus demonstrationibus audiendis minime sunt exercitati. Siquidem huiusce etiam speculationis paucis capitibus continetur demonstratio. Sicut.n. in plantis crassissimas partes ostendimus ex origine ipsarum prodire: ita in duobus superius demonstratis principijs neruorum & arteriarum latiores partes quasi stirpes & truncos ipsis originibus adhærere diximus, alias tenuiores ramis similes truncorum progressu germinare: vnam hāc sumptionem euidentibus demonstrationibus confirmauimus. Dehinc alteram assumpsimus: vegetabilis scilicet seu naturalis in nobis facultatis, quam cõmunem cum plantis sortiti sumus, instrumenta esse venas: cum tenues quidem in vẽtrem & intestina pertingant, quemadmodum arborum radices in terram defodiuntur: omnes q; ab vna ea iecoris ianitrice ortum habeant: & rursus à iecore maxima egrediatur vena, quam cauam appellant: ex qua venulæ aliæ quasi rami quidam finduntur, ac per omnes corporis partes disseminantur. Quibus conficiebatur, iecur venarum originem esse. Cui postea adhærebat & illud, cõmunis illius cum plantis facultatis, quæ à Platone concupiscibilis nũcupatur, principium in eodem viscere contineri. Atq; hæc vna fuit demonstratio, qua iecur venarum, & H concupiscibilis originem esse probabatur. Altera est illa, quę inde sumpta fuit: q nullũ aliud mẽbrum in animali reperiretur, cui venæ omnes annexæ coniunctæ q; essent: cauam.n. venā è gibbo iecoris exorientem è dextro cordis sinu exoriri alij opinati sunt: quod si è corde similes ramis per totum corpus discinderentur venæ, possemus fortasse eam esse omnium venarum originem affirmare: sed non ita compertum est. Non.n. illæ quæ è simis iecoris exeunt, atq; in ventrem, in ieiunum, & tenue, exile q; intestinum, & cæcum, & colon, & rectum, tum in lienem, & omentũ penetrāt venæ radicibus similes, ab ea oriuntur: sed alia est harum omnium origo ad iecoris portam collocata. Quî fiet igitur vt dexter cordis vẽtriculus venarum principium existimetur, cum neq; aliæ venæ, neq; hæ quæ in simis iecoris sunt, cordi vspiam cõmittatur? At iecur non modo his, sed alijs etiam omnibus quæ per totum corpus sparguntur, coniungitur per eam, quæ à conuexis partibus eius exoritur: quam medici plerique cauam ob magnitudinem appellarunt, Hippocrates vero, ‖ eius q; sectatores iecorariam à viscere vnde egreditur, nominauere. Secũdam iam habes iecoris demonstrationem, qua esse id venarum omnium atq; iccirco altricis facultatis originẽ conficiebatur. Alia subsequitur tertia ab exuperatione, seu abundanti probatione hoc modo: Si dextrum cordis ventriculum cauæ venæ principiũ statuerimus, contrarium erit euidentibus, ijs q;

† *Græcus cod. impreß. habet* ἐννέα καὶ τριάκοντα *i. triginta & nouem.*

A.l.3.c.14.t.1. c.1.307.g

2. Epid. sect.4. in principio.

A ijs q; quæ in piscium dissectionibus reperiuntur: quorum nullius (quippe cum pulmone oēs ca reāt) cor dextrum ventriculū habere compertū est: cur vero vnà cum pulmone & oriatur, & intereat dexter cordis sinus, in libris de vsu partium demonstrauimus. Ab exuperatione itaq; vt di xi, non parua ex hac etiam ratione dogmati affertur cōfirmatio. Quin alia quoq; huic non dissi milis ratio accedit, dū cauę rectitudinem cōtemplamur: cuius quidē dextera pars à gibbo iecoris rectæ lineæ inflexibilitate ad iugula vsq; protenditur: sinistra germen in dextrum cordis ventriculum emittit: hunc nō nulli venarum oīum per totum corpus diffusarum quasi truncū esse opi nantur: quod si verū esset, prorsus etiam ipsa post exitum è corde finderetur, sicut magna arteria: quę cū oīum aliarum absq; vlla cōtrouersia origo habeatur, vbi è corde primum emersit, in duas scindi partes conspicitur: quo.s.alter eius ramus sursum, alter deorsum per corpus dispensaretur. Quocirca si caua vena è corde oriret, proculdubio etiā ipsa queādmodum arteria bifariam diuisa, altera parte ad iugula ascendisset, altera ad iecur descendisset. Quod cū minime appareat, neq; ex corde eius initiū esse perspicuum est. Hæ quatuor demonstrationes in sexto huiusce tractatus li bro positæ satis super q; esse debent, præsertim ijs qui quid sit demonstratio, non ignorant. Non nulla tñ ibidem, licet demonstrationē scientiæ effectricem non continerent, sicut duæ illæ primę

B rationes, ad dogmatis confirmationem diximus. Contradictio insuper contra diuersa opinantes habita est, vt, quantum in me fuit, propositā iam quæstionem breuissime demōstrarim. Non.n. prolixitas in nobis accusanda est, q rationes eorū falsas redarguimus, sed in illis, qui eas ita peccan tes cōposuerunt. Nam cum tres à Chrysippo rōnales de affectibus scripti sint libri, possem q; ego ijs, in qbus ab eo dissentirē, sigillatim refutandis orationē protrahere, id passus non sum: neq; oīa quæ de virtutum differentia quatuor libris cōplexus est, quæ et à Posidonio reprehendūtur, persequenda mihi esse duxi: sed erroribus tm̄ indicatis, illis qui scientiā efficientes demonstrationes intelligere possunt, in aliud tps reliqua oīa per ocium ostēdere distuli, quę Chrysippus tum secū, tum cū euidenter patentiū veritate pugnantia conscripsit. Proprium.n.ea tractatum desiderant.

Quid'nam sit Elementum, ac Hippocratem & Platonem de quatuor Elementis: & de Sanitatis & Morbi causis concordes fuisse. CAP. 2.

NVnc vero cupientibus amicis iam reliqua de Hippocratis & Platonis decretis audire, quæ restant dicenda subiungemus, à naturalibus elementis sumpto principio. Elementum appellatur minima pars eius rei, cuius est elementū: est q; in prędicamento ad aliquid, sicut & pars: simili.n.modo elementum alicuius esse elementum, & partem alicuius partem manifestum est.

C Quemadmodum igitur nostræ huiusce vocis, qua colloquendo inter nos vtimur, quatuor & viginti elementa sunt: ita oīum corporū quæ gignunt, & corrūpuntur, minimæ particulę quatuor habent: terra, aer, aqua, & ignis: vt minimū id intelligat, quod nō amplius suscipere sectionē potest: nā magnitudinis diuisio nullū habet huiuscemodi minimū: sed quę aliqñ sistat terminum q; reperiat, sola speciei sectio est, perinde ac vocis: vox.n.cōposita hæc, Irā Pelidę mecum Dea conci ne Achillis, est quoddā totum: cuius partes sunt, Irā, & Pelidæ, & mecū, & Dea, & concine, & de mum Achillis: vnaqueq; harum iterum in syllabas, syllabæ rursus in elemēta diuisionē suscipiūt. I nanq; prima syllaba vno constat elemento. ram tribus cōposita est, quorum nullū in alias mino res voces partiri potest: ac propterea r minimam vocē, atq; indiuisibilem vocamus: sicut etiā phi losophis mos est Dionem indiuiduam substantiā appellare. Ita quoq; Plato breuissimam oratio nem eā vocat, quæ ex noīe constat & verbo: breuissimā vtiq; appellans quatenus oratio est: nam vnaqueq; res quæ ex forma & dicitur, & intelligitur, cū non amplius sectionem in plures formas admittit, his noībus nuncupatur, breuissima, indiuisibilis, elementum dicta. At vero de elementi vocabulo habes in tractatu de medicis noībus integrum à nobis conscriptum librum. De magnitudinis aūt diuisione plura à geometris tradunt: quibus probāt sistere eā non posse: nullū q;

D finem habere, sed rem, quæ secatur, minorem subinde quantitatē adipisci. Cum vero sola formæ sectio deficiat, inter oēs constat in singulis rerū generibus indiuiduā quandam formam et speciē esse eodē modo, quo in naturalibus corporibus elementū est, terra inquā, aqua, aer, & ignis: cuius rei demonstrationem scribere hic mihi necesse non arbitror, cum de elemētis secundum Hippocratem aliud à me iam editum sit cōmētarium: quod quidē planius sicut pleraq; alia scripsissem, nisi illius tm̄ qui id erat accepturus, nō imperitiorum quoq;, in quorum manus erat vēturum, ha buissem rationē. Quod cū multi iam haberent, nequaq̄ alium librum mihi esse scribendum duxi: præsertim cum pauca in eo sint quæ longiore egeant explicatione: cuiusmodi hoc est quod dicebamus de elementi notione: quod latius vno eo integro, vt dixi, libro explanatum fuit: nunc per capita recensuimus oīa, quę in libro de elementis ꝭm Hippocratem magis fortasse dixissemus, si syllabis ipsis elementū indiguisset. Sed cum ab Hippocrate de natura hoīs scriptus fuisset liber, ei q; additus alius de victus ratione admodum paruus, quibus inserta quædam venarū dissectio fuit, quā qui disposuit libello de natura hominis, & de victu videt adiunxisse: nostrum illud com mentarium de elementis ad Hippocratis sententiam, huius de natura hoīs expositio est, non ita tñ facta, sicut solent qui enarrationes componunt, vt singula verba perpendant, sed vt sola ea quę dogma continent, cum suis demonstrationibus explicet: quas si discere cupis ad eum legendum

A.l.1.f.1.d.2. c.1.3.h

librum te transfer. Mihi non est mos eadem in diuersis commentarijs repetere. Hic igitur solius E Platonis verba ascribā: in quibus Hippocrati cōsentiens corpora nostra ex terra, igne, aere, aqua concreta esse affirmat. Quod cum alijs ēt in libris dicat, nunc satis erit, si locum ex Timęo citauerimus, vbi ad hūc modum scribit: Cum quatuor sint genera, ex quibus corpus nostrum compa- » ctum est, terra, ignis, aqua, aer, horum sanè præter naturā redundantia & defectus, & sedis è pro- » pria in alienā facta mutatio, ignis scilicet & aliorū, cum plus ex vno habuerint partes, nec quod » sibi conuenit, vnaquęq; assumpserit, cętera q; huiusmodi, seditiones & morbos afferūt. His ver- » bis manifeste declarauit Plato non solū ex terra, aere, aqua, igne, corpora nostra constare, verum etiam ex his mēsura quadam inter se contemperatis s̄m naturam se habere, quod idem est quod valere: deficiente vero aliquo, aut redundante, aut etiam in alienum locum migrante, ægrotare. Excessum porrò & defectum æquabilem temperaturam corrumpere nemini dubium est: quod idem ex sedium transmutatione fieri liquet, si consideremus pectoris, & asperę arterię instrumenta statim, vbi aut sanguis, aut aliquis alius humor inciderit, integram sanitatem amittere: pari modo etiam ventrem, intestina, venas, carnem pati, si intra se aeream aliquam materiam collegerint. Sed Plato quoq; ipse sequentibus verbis hoc tibi patefaciet, ita inquiens: Cum enim pręter natu- » ram vnumquodq; afficitur, & transmutatur, calefiunt, quæ prius frigebant: humescunt, quæ sic- F » ca fuerant: leuia item grauitatem adipiscuntur: sic q; omnia omnes mutationes suscipiunt: tan- » tummodo enim circa idem, idem dicimus: & similiter id quod pro rata portione vel accedit vel » recedit, id quod idem secum est, sospes ac sanū esse permittet: sed si peccauerit aliquid præter hęc » accedēs vel recedēs, alterationes perq; varias, & morbos, interitus q; innumerabiles inducet. Hic » Plato & corporis nostri constitutionem è terra, igne, aere, aqua existere, & ex horum vel defectu vel excessu, vel translatione, morbos fieri manifeste declarauit.

Cur Plato quatuor prima corpora non appellauerit elementa. CAP. 3.

SEd videbitur fortasse, quia elemēta ea non vocat, ab Hippocrate dissentire. Atqui neq; Hippocrates elementa nōiauit, sed tñ ex eorum concursu & confusione naturalia corpora cōstare asserit: nihil q; vltra hæc, cum nulla id actiua postularet necessitas, sibi progrediendum putauit, quippe qui speculatiuam artem minime tractaret. Plato vero qui contemplatiuam philosophiam nobiliorem existimabat, solas quę in elementis extant facultates considerare satis non habuit: sed causam quoq; earum generationis inquisiuit, inutilem nimirum medico speculationē secutus. Nam scire cur humectet aqua, vrat ignis, vel cur fluat aqua, sursum feratur ignis, stabilissima q; & grauissima elementorum terra constiterit, ad morborum curationes nihil cōfert: illud G enim tantum ad sanitatis cōseruationem, morborum q; medelam sufficit, vt cognoscamus ex calidi & frigidi, sicci et humidi temperatura, sanitatem effici: ex horum contra intemperaturis morbos animalibus accidere. Indagare autem an ex pyramitis partibus ignis constet, an aliqua alia causa sit cur occurrentia corpora incidat, ac diuidat, speculatiuæ philosophiæ opus est: quam tractans Plato ignis partes pyramitas esse ait, cubicas terræ: figuram'que eam, quæ ab octo basibus octaedron vocatur, aeri, eicosaedrō à viginti, aquæ ascribit. Qua de re recte'ne an secus opinatus fuerit, non est præsentis negocij definire: reddere enim rationem proposueramus, cur elementa non vocarit terram, aquā, aerem, ignē, non falso'ne formas has singulis assignet. Diuidit rursus singula hęc ratione ac cōsideratione in materiam & formam: & quia forma composita est, pyramidis, inquam, ex quatuor ęquilateris triāgulis, cubus siue hexaedros ex quadratis sex, octaedros ex octo æquilateris triangulis, eicosaedros ex viginti triangulis, rursus planarum figurarum quæ has solidas circunscribunt, ordinem speculatur: atq; inquit æquilaterum triangulum ex rectilateris duobus, quadratū vero ex quatuor, constare: ac qm̄ progredi vlterius nō poterat, in his quasi in minimis sistit: atq; ea de causa elementa hos appellat, alterū æquilateri trianguli, quadranguli alterum. Ipsius orationes ascribam: prima de pyramide ita ad verbū habet. Erit vero prima spe- H cies ex minimis consistens: cuius elementum est ea figura, quæ longius latus latere breuiore du- » plo maius habet. Secunda oratio post hanc de eicosaedro sequitur ijsdem his verbis etiā ipsa. Ter- » tia vero, inquit, ex bis sexaginta elementis compactis, & solidis angulis duodecim, quorum sin- » guli quinq; planis triangulis ęquilateris continentur, viginti habens triangulos æquilateros pro » basibus. Nunc trianguli, qui plana corpora solidas figuras terminantia constituunt, elementa vo » cata sunt. Procedendo tñ etiam quę à planis præfiniuntur corpora, elementa nominat, cū scribit: Sit igitur eadē hac ratione, & verisimili, quæ pyramidis solida figura existit, ignis elementum, ac » semen: vt sensibilem hūc vniuersum ignem collectionē esse compositionem q; paruorum quo- » rundam corporum figuram pyramidis habētium existimemus. Quasi triticei acerui vnūquodq; » tritici granum elementū esse dicas, ita singula ex his paruis corporibus elementa appellat Plato. Pari quoq; ratione vocis elementa ait syllabas primum gignere, mox ex syllabis constare nomē, & verbum, præpositionem, articulum, coniunctionem, & cætera, quæ Chrysippus orationis nuncupat elemēta. Hęc quidem, cum nulla tñ esset necessitas, disserui, ne videlicet litigiosus aliquis haberet, vnde orationem nostram labefactaret, in dogmate de elementis asserens Platonem ab Hippocratis discrepare sententia: cum neq; prorsus ipse Hippocrates terram, aquam, aerem,

ignem

A ignem elementa nominarit: sed ex ipsis nos constare dixerit, nõ requisita insuper causa quam ob rem illam, quam inesse in ipsis euidẽter cernimus, propriam vim habeant. Plato autem prætereꝗ quod ex quatuor his concedit omnia quæ gignuntur & intereunt corpora concreta esse, etiam illud postea perscrutatus est.

Quo pacto ex elementis Corpora constituantur: item quam Causam Morborum similarium Hippocrates & Plato assignarint. CAP. 4.

IAm vero modũ, quo ex elementis nostra corpora constituũtur, eundẽ vtriq; posuerunt: non ex terra scilicet aqua inspersa, Sole q; excalfacta continuo generari animalia asserẽtes, sed multis interuenientibus mutationibus: ex quatuor siquidem elementis plantarũ ortus, & fructuum, & seminum existit: quę oĩa postea ouibus, suibus, capris, bobus, reliquis q; aĩalibus, quæ vel herbis, vel arborum fructibus, vel ramis, vel radicibus vescũtur, alimẽtum præstant: at hominibus ipsa hæc aĩalia nutrimento sunt: ex quibus quidẽ cibis sanguis in ipsis gignitur, & pituita, & geminæ biles: sed sanguis plurimus, vnde solus ex oĩbus in venis apparet: alia pauciora creãtur. Atq; hic sanguis est nostræ generationis quasi materia: qui ex quatuor quidẽ humoribus constat, à dominio tñ ita appellatur: gignimur quippe ex ipso dum in vtero cõcipimur, primam q; formationem adipiscimur: editi q; in lucẽ deinceps formatorũ membrorum distinctã explicationẽ, incremẽtum, & perfectionem inde accipimus: ac principio lacte educamur ex sanguine ortum habentes: deinde ijsdem, qbus adulti, cibis vescimur, vnde rursus sanguis, & pituita, & flaua, et atra bilis generatur. Flauam vero, aut luteam bilẽ appellare in præsentia nihil interfit. Quæ porrò oĩa Hippocrates primus omnium quos sciamus & medicorum, & philosophorũ optime definiuit: atq; ideo primorum corporum ægrotationes ex intemperatura fieri prodidit: sed quę nam appellem prima corpora, prius explicemus: ne in oratione hac quicꝗ obscurum relinquatur: nã ipse Hippocrates corpus primum, aut secundum, sicut Aristoteles, non videtur appellasse. Plato secundam quandam corporum asseruit esse constitutionẽ: primam vero neq; ipsum nominasse cõpertum est: sed quia secundam dixit, aliam quãdam ante eam ponere proculdubio apparet: quam videlicet Aristoteles, vtpote qui latius de animalium partibus, & generatione tractarit, similarium nomine insigniuit: quanto.n. quis exactius, subtilius q; quãcunq; rerum naturam conatur explicare, tanto plura nomina inueniat, necesse est: corpora ita q; quę vna circũscriptione clauduntur, interdum similaria, eo ꝙ oẽs partes tum sibi mutuo, tum toti similes habeãt: interdum simplicia, & prima nuncupantur: quippe cum ea postea constituant, quæ cõposita, & instrumentaria solemus appellare: digitos inquam, manum totam, cubitum totum, totum brachium: & quæ his respondent in cruribus, digitos, pedem, tibiã, & femur: quin etiam oculus, lingua, cor, pulmo, reliqua viscera, venter, intestina instrumẽtaria sunt: ex quibus postremo totum corpus componitur. Prima igitur nostra generatio est sanguis, qui ex alimento intra corpus sumpto efficitur: est itẽ semen. Sanguinem voco, qui ex dominio hoc nomẽ sortitus est: qui q; in venis continetur: ex his * primę illæ partes existunt, chartilago, os, neruus, mẽbrana, colligatio, id genus reliqua: ex quibus postea oculus, lingua, caput, viscera, crura, & brachia gignuntur: vnde totum demum corpus cõstituitur. Quocirca Hippocrates in libro de natura hoĩs, cum hanc ex elementis vnionem commistionem q; oĩbus naturalibus corporibus cõem esse dixisset, ad eam quę in animalibus est, considerandam transijt: atq; illis quidẽ non oĩbus, sed sanguine præditis tñ, inter quę est etiã homo: ad quẽ tota deinceps eius festinauit oratio. Scribit igitur de ipso in hunc modum: Corpus hominis habet in se sanguinẽ, & pituitã, & bilem tam flauam, ꝗ atram: ex quibus natura corporis eius constat: & propterea dolet, & valet. Valet maxime, cum moderata hęc inter se cum facultate, tum multitudine, & mista optime fuerint: dolet, cum aliquid ex his plus vel minus separatũ in corpore fuerit, nec bene cum oĩbus cõfusum extiterit: necesse quippe cum vel separatum quid est, & in se ipso consistit, non solũ illud quod separatum est, morbosum effici, sed parti quoq; ei, vbi cõstiterit, & contenta fuerit, redundãtia illa dolorẽ, & laborem creari: nam cum aliquid ex his extra corpus plus, ꝗ influat, effluxerit, dolorẽ, & morbũ facit. cum item, extra motũ & mutatum aliquid, & excretũ fuerit, dolorẽ supra dicta ratione afferre duplicem necesse est: & quo videlicet abscesserit, & vnde excesserit. Hactenus Hippocrates. Quem sequi Plato illis paulo superius citatis verbis mihi videtur voluisse: vbi de quatuor elemẽtis generationis nostræ, & vniuersali morborum ratione agebat: quorũ initiũ tale fuit. Cum quatuor sint genera ex quibus corpus nostrũ cõpactũ est, terra, ignis, aqua, aer: & reliqua. Accuratius vero de ipsis, medico q; etiã vtilius scripsisse Hippocratẽ constat: quippe qui, cũ ex quatuor elemẽtis corpus nostrum dicat extitisse, ab effectricibus qualitatibus oĩno ea appellat, siccũ, humidum, calidum, frigidũ: neq; tñ de morbis secũdum eandẽ rationem sermonẽ facit. Potestate siquidẽ in corporibus, nõ actu insunt: actu vero insunt quæ ex ipsis per media alimenta gignunt, sanguis, pituita, flaua, & atra bilis: igni flaua, atra terrę, pituita aquæ corr領spõdet: atq; iccirco calida & sicca flaua bilis facultate, sicut ignis: atra frigida & sicca perinde ac terra, pituita non secus atq; aqua frigida, & humida euasit: solum autem aereum elemẽtum in aĩalium corporibus iuxta naturam suã tum in respirationibus, tum in pulsibus cernimus perstitisse: quin etiã in palpitatorijs affectionibus, inflationibus, tumoribus, atq; ijs quos

Marginal notes: 1. de Natu. hu. a tex. 18 ad 23 r. 30. — Aliter habẽt vulgati codi. Hippocratis. — Ibid. t. 11. 29. d

flatus dicere consueuimus. æquabilis aũt ex omnibus quatuor elementis temperatura exquisitum E sanguinẽ creat. melius q̃ est, vt de humoribus dicamus, quod de elementis Plato scripsit. Nã Hippocrates cum dixisset, ‖ corpus hoĩs in se habet sanguinẽ, pituitam, flauam, & atrã bilem, deinceps subiungit: & propterea dolet & valet: vt dolet per excellentiam magni morbi de omnibus preter naturã, valet de oppositis ad præternaturalia oĩa intelligatur. Inde progrediẽdo quo modo valeat docet ‖ ita: valet maxime cum moderata hęc inter se, tum facultate, tum multitudine, & mista optime fuerint. Quænam hæc? non elementa sane: sed quę continenter & proxime corporis membra producũt, sanguis videlicet, & pituita, & geminę biles. Dolet, inquit, ‖ cum aliquid ex his plus vel minus separatum in corpore, nec bene cum oĩbus cõfusum extiterit. Id quod Plato paraphrastice imitatus, ait: & sedis ẽ propria in alienã facta mutatio. sed hic, vt dixi, errat cum addit, ignis scilicet & aliorum. Quoniã genere plura vno existunt. non.n. sunt hæc quæ transmutãtur, & sedẽ in animaliũ corporibus variãt, sed pituita, bilis, & sanguis. nam sanguis quoq; sępenumero aliena sede occupata letalium morborũ cã efficitur. Illa porro, q̃ cũ plus & minus vnũquodq; ex ijs, quæ nos cõponunt, euadit, morbi cõstituãtur, & de humoribus, & de elementis cõmunis oratio est. q̃ vero idẽ fiat, cũ aliquid p se in aliquo corporis loco cõstiterit, non amplius de vtrisq; verum reperitur. perspicue.n. humores videmus, quocunq; in mẽbro per se constiterint, morbos inducere, ignem F sacrum, hoc est erysipelata, & herpetas bilem flauam: cancros nigram: tumores pituitam. sanguis quoq; ẽ proprijs vasis effusus cum in pulmone, & inter pectus & pulmonẽ collectus putruerit, tabem affert: concretus ẽt in ventre, & in magnis vulneribus extremis periculis homines exposuit. at terrã nusquã videmus per se solã in corpore cõgregatã esse: nusquã ignem: nusquã aquam: sed sanies tñ quasdã aqueo & igneo elemento inter se cõmistis, neq; illis synceris, sed cœnosam quandam crassitiẽ adeptis. eodẽ modo ẽt cum aerea substãtia humido vapore coniungit, flatuosus spiritus in aĩalibus gignitur. Recte igitur Hippocrates humores scripsit, ‖ & separatos ab alijs, & in quolibet mẽbro sigillatim collectos morborũ cãs existere. Plato vero idẽ de elementis non rectẽ.

Ibid. t. 18. Ibid. t. 19. Ibid. t. 20. Ibid. t. 21.

De secunda Humani corporis ex quatuor humoribus constitutione: quodq; Hippocrates in natura Humorum declaranda rem diligentius tractarit quàm Plato. CAP. 5.

DE generatione itaq; ex elementis, de sanitate, & morbo similarium, primorumq́; corporum hactenus. Nunc ad reliquã in Timæo scriptã orationẽ descendamus: quam tñ expositione iam præuenimus, sic ad verbum habentẽ. Cum vero secundæ constitutiones secundum naturam constiterint, secunda ẽt quædã morborum intellectio volenti cuiq; animaduertere sese offert. nam cum medulla, & os, & caro, & neruus ex illis consistant, sanguis preterea, quãuis alio quodam mo G do ex ijsdem factus sit, cæterorũ pleraq; quemadmodũ superiora eueniunt: maximi verò morbi hoc modo grauissime ingruunt. hic item Plato recte quidẽ secundam oĩum elementorũ constitutionem medullæ, & ossis, & carnis, & nerui ait esse. ex humoribus.n. quorum prima est generatio, ortum hæc habent. non recte tñ sanguinem inter ipsa connumerauit: quippe qui primæ, non secundæ cõstitutionis opus sit. Quanq̃ mihi videtur ẽt ipse dissimilitudinẽ quãdã sanguinis ad hec aduertisse, atq; ideo non absolute ita dixit: nam cũ medulla, & os, & caro, & neruus ex illis consistant, & sanguis preterea: sed addidit quamuis alio quodam modo ex ijsdem factus sit quibus verbis fatetur non eadẽ constitutione ex quatuor elementis, vt os, & medulla, & caro, & neruus, sed alia sanguinem procreari. qui quidem prior illis oĩbus, communem cum alijs humoribus generationem sortitus est, ex quibus postea prima corpora, medulla. s. caro, neruus, os consistunt: atq; alia multa. integer.n. à me de similarium corporum differentia scriptus est liber. At vero si quis à Platone quæsiuisset, quisnam alius modus sanguinis generatiõis sit ille, quem innuit, mirarer ꝑfecto, si alium posset dicere, q̃ qui ab Hippocrate fuit explicatus. diffusius.n. vir ille de humorũ generatione, differentia, & facultate tractauit: atq; eorũ quis, qua in regione, tempore, ætate, corporis habitu dominetur, optime disseruit: quæ tñ oĩa Platoni non fuit necesse cõmemorare. Sed neq; illa H Hippocratis instituto quæstio conueniebat: quid esset in causa, cur albus pituitæ humor, sanguinis ruber, flauus amaræ bilis, acidæ vero niger extitisset. cuius tñ rei inueniendæ causam ipse videtur prębuisse. Quemadmodum cum ex linguæ coloribus in corpore affectiones dignoscendas, docet, ex adustione fuliginosa nigras fieri eas affirmãs. sicut.n. extra corpus ẽ lucernis, & facibus alijsq; huiuscemodi pinguibus rebus exire fuligo consueuit: ita etiam in animalium corporibus sæpenumero fit, vt torrefactis humoribus, ac præcipue pinguibus fuligini simile quiddam generetur. Nam pituitam propterea albã apparere, quia in generatione eius multæ paruę ampullę in ea contineantur, illud vero dicere non est ausus Hippocrates: cum maioris id, q̃ arti medicę conueniret, naturę speculationis esse videretur. At Plato & hoc dixit, & de sanguinis colore in eodem libro disseruit. quæ tñ in præsentia mihi non est opus ascribere. melius.n. est vt, quemadmodũ amici quidam faciendum censent, alibi rerum medicarum in Timæo scriptarum explanationes condamus. Siquidem cũ de alijs multi cõmentaria ediderint, & longiora ẽt nõ nulli q̃ par erat, de his pauci admodum, neq; illi quidẽ bene scripserunt. In præsentia igiť id tm̃ dixisse sufficiat, quatuor humores à Platone non secus atq; Hippocrate ‖ plurimorũ morborum in causa esse existimari. id quod sigillatim de ipsis ad calcem libri scripsit. principia tm̃ orationum citabo reuocandę memoriæ causę

Ibidem.

« A riæ causa. De bilium differentia sit satis hęc annotasse. Quæcunq; autem vetustissima, concoctio-
« ni q; inepta caro colliquata fuerit, ex multa exustione nigrescit. atq; ex eo quia vndequaq; corro-
« sa adesa q; est amaritudine contracta, omni corporis parti quæ nōdum corrupta fuerit, infesta eua-
« dit. & interdum ex amara acidissima effecta, amaro videlicet magis attenuato, nigrum adipiscitur
« colorem. interdum sanguine tincta amaritudo subrubrum colorem habet: viridem vero & her-
« baceum, si huic niger admisceatur. cōmiscetur preterea flauus color cū amaritudine, cum à flāmeo
« igne recens caro cōtabuerit. atq; his quidem oībus bilis nomen est à medicis quibusdam fortasse
« inditum: vel certe ab aliquo eius ingenij hoīe, qui in multa, ac dissimilia spectans, vnum in ipsis
« genus cognomento vno dignum deprehendere potuerit. aliæ vero quæ bilis species dicuntur,
« pro colorum varietate rationem singulæ propriam acceperūt. Hæc sunt quæ à Platone de bilium
differentia scribuntur, ex nimio calore oēs ipsas, sicut Hippocrates dixit ‖: fieri asserente. Iam vero
de morbis etiam qui ex bile oriuntur tractans Plato, ita exorditur: Quæcunq; corporis partes in-
« flāmationē pati dicuntur, à bile incendi, atq; inflāmari contingit. Item de pituita ad hunc modum
« cœpit: Pituita vero acida, & salsa morborum oīum, qui destillatione fiunt, fons atq; origo est. De
« atra bile quoq; cum alia quædam, tum hæc scribit: Sanies quæ ex sanguinis serosa substantia exi-
B stit, mitis: quæ ex atrę bilis, acida, & fera est. Neq; solus Plato, sed Aristoteles, & Theoprastus, alij q; cum Platonis, tum Aristotelis discipuli hanc de humoribus Hippocratis rationem æmulati sunt. Quinetiā ex medicis grauissimi quiq;, Diocles, Plistonicus, Mnesitheus, Praxagoras, Philotimus, Herophilus. Erasistratus vero manifestam videtur aduersus Coos exercere contentionem: cuius studio, vt ostendimus alibi, veritatē neglexit. atq; iccirco quempiam ex humoribus vetur calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum appellare. Verumtamen Hippocrates in libro de natura hoīs cum alia quędam tractasse, tum ordine doctrinæ meliori q̄ Plato suisse vsus videtur. nam & quatuor humores secundum naturam esse, id quod ne attētauit quidem Plato, & ex ipsis alium alio anni tempore redundare demonstrauit. Pauca quædam de hac re etiam ex eo
« libro ‖ adscribam. Dixi aūt me ea, quæ asseram hoīem esse, semper eadem esse demonstraturum &
« lege, & natura. ea sunt sanguis, pituita, bilis & flaua, & atra. principio igitur horum nomina lege
« distincta affirmo, nullum q; ex his eodem censeri nomine: deinde natura formas ēt esse separatas:
« neq; pituitā sanguini, neq; sanguinem bili, neq; bilem pituitæ similem esse. qui. n. fieri potest, vt
« hæc similitudinē inter se habeant, cum neq; si inspiciātur, coloribus conueniant? neq; si manu at
« trectentur, calida, aut frigida, aut sicca, aut humida pari modo esse videantur. Qn̄ igitur adeo inter
« C se & forma, & facultate diuersa sunt, vnum non esse necesse est: siquidem ignis & aqua non sunt
« idem. Hæc vero vnum non esse, sed propriā singula & facultatem, & naturā habere, hinc facile co-
« gnosceres. Nam si homini dederis medicamentum pituitam educens, pituitam euomet: si bilem
« purgantē potionē, bilē vomet. simili modo atra bilis educetur, si atrā cientibus medicamentis pro
« uocaueris. si præterea pars aliqua corporis vulnerata fuerit, adeo vt vlcus efficiatur, sanguinem ef
« fluere videbis. atq; hęc omnia faciet homo diebus oībus & noctibus, hyeme & æstate, quousq; ad
« attrahendum in se spiritū, rursus q; emittendum idoneus fuerit. Idoneus vero erit tantisper, quoad
« vno ex his congenitis priuatus fuerit. sunt quippe hæc congenita homini. quid ni? Primū enim
« hoīem hæc oīa in se habere donec vixerit, deinde ex oīa hæc habente hoīe gigni, atq; in oīa hæc
« habente homine ali certissimum est: oīa inquam hæc quę assero, & demonstro. Hic Hippocrates quatuor humores natura in nobis inesse demonstrauit, non sanguinē tm̄, vt non nulli opinantur. ex superabundāti probatione deinceps eos refellit, qui vnū ex his quodlibet hoīem esse aiunt: sicut eos superius coarguerat qui corporū, quæ oriuntur & intereunt, vnum esse elementū cōtendebant. de quorū demonstratione, vt dixi, scriptum à me est eo in libro qui de elementis ad Hippocratis sententiam inscribitur. Totā hāc rōnem ēt prætermisit Plato: Hippocrates vero, vt iam di
D ctum est, in sequentibus pertractat. satis erit si principiū tm̄ adscribam orationis, quod quidem sic
« ad verbum se habet: ‖ Qui dicūt vnam tm̄ rem esse hoīem, hac mihi videtur vti ratione. cū videāt
« aliquos qui medicamenta sumpserunt, in ipsis purgationibus qnq; interire alios bilē, alios pituitā
« euomentes: vnūquodq; horum existimant esse hoīem, cuius excretione mori hoīem vident. Non
« secus qui sanguinē esse hoīem asserunt, eadem vtūtur sententia. intuiti quippe in iugulatis homi-
« nibus sanguinem è corpore effluere, eū aīam hoīum esse opinantur. Atq; hęc sunt, quæ orationi-
« bus suis adducūt testimonia. His dictis Hippocrates postea ita existimātiū cōfutat opinionē: quę omnia siquis cupit audire, legat ipsum de natura hominis librum, qui apud omnes iam habetur.

Qui Humores & Morbi, quibus temporibus & ætatibus vigeant, ex Hippocratis sententia: quod q; ab ea Plato videatur defecisse. CAP 6.

EGo vero breuitati studens ad sequentia descendam. Postea quàm Hippocrates confirmauit quatuor in nobis humores esse. atq; eos secundum naturam, qui tum redundantes quantitate, tum qualitate alterati morborum causæ existunt, deinceps ostendit hyeme pituitam, vere sanguinem, flauam bilem ęstate, atram autumno redundare. sed melius est, vt totam eius hac de re
« orationem ad verbum producamus, quæ huiusmodi est: ‖ Augetur in homine pituita in hyeme.
« ea enim est secundum naturam hyemis maxime omnium, quæ in corpore sunt frigidissima. cu-

1. de nat. hum. t. 34. 1ª. 32. b. Et 6. Epi. se. 2. t. 44. & 46. 3ª. 169. & sect. 6 t. 2. & 3. 195. Et 4. de rat ui. in ac. t. 1. 7. 134. c.

1ª. de nat. hu. à tex. 24. ad 37

Ibid. t. 28. 31. e.

Ibid. t. 32. vsque ad 41.

ius rei argumentum id est: si pituitam, & bilem, & sanguinem attingas, frigidissimam omniũ pituitam reperies. atqui tenacissima etiam est, & violentia secundum atram bilem. s. maxima agitur. quæ vero violenter impelluntur, à violentia coacta calidiora euadunt: pituita tñ his omnibus de causis nihilo minus ex natura sua frigidissima omniũ apparet. Quòd autẽ hyems corpus pituita impleat, hinc cognosces. Homines hyeme tussiũt: magis q̃ pituitosos mucos emũgunt. & tumores albi hoc maxime tẽpore, & morbi alij pituitosi existunt. At vere adhuc quoq; valida est pituita in corpore, & sanguis augetur. quo. s. tempore frigora remittuntur, & aquæ superueniunt. sanguis quippe tum ab imbribus, tum à dierum calore incrementum accipit. ea. n. anni pars, vtpote humida & calida, naturę ipsius maxime cõpetit. Quod hisce tibi patere argumentis potest. Homines vere & æstate maxime ab intestinorum difficultate vexantur: defluuia q̃ sanguinis ex naribus patiuntur: calidissimi itidem, & rubri sunt. Æstate sanè adhuc sanguis pollet, & bilis in corpore turgescit, & ad autumnum vsq; porrigitur. Autumno vero imminuitur sanguis, cui vtiq; natura contrarius est. sed bilis æstate & autumno corpus obtinet. Indicio tibi esse poterit, ꝙ homines hoc tempore & sponte bilem euomunt, & in purgationibus biliosa admodum excernunt. Idem ex febribus, coloribus q̃ hominum liquebit. Iam vero ęstate pituita imbecillissima est: se q̃ ipsa etiam obtusior: quippe cum contrarium tẽpus illud sit siccum & calidum. Sanguis autumno paucissimus in hoie: siccus enim est autũnus, & frigefacere hominẽ incipit: at nigra bilis plurima & validissima eo tempore. Cũ autem hyems superuenit, sicut bilis refrigerata minuitur, ita pituita partim pluuiarum copia, partim noctium longitudine augeri consueuit. Manent quidem omnia hæc semper in hominis corpore: sed pro tpe instante vnũquodq; modo maius, modo minus tum quantũ ad partẽ, tum quantum ad naturam spectat, efficitur. perinde atq; annus oibus tẽporibus omnium est particeps: calidi inquam & frigidi, sicci & humidi. nõ enim vnum ex his vllo tẽpore sine oibus alijs quæ in hoc mũdo continẽtur, esse potest. sed si vnũ desit, oia intereant, necesse est: cũ eadem necessitate oia constent, & à sese mutuo alantur. simili modo si ex his cõgenitis aliquid in hoie deficeret, homo viuere amplius non posset. Porrò in anno præualet maxime omnium interdum hyems, interdum ver, qñq; æstas, aliàs autumnus. sic in homine viget pituita aliqñ, modo sanguis, modo bilis prius quidẽ flaua, deinde ea quę atra nuncupatur. Huiusce rei euidentissimum testimoniũ habebis, si eidẽ homini eandem potionẽ quater in anno exhibere volueris. hyeme. n. vomet pituitosa: vere humidiora, biliosissima ęstate, autumno nigerrima. Hac oratiõe Hippocrates quãuis de temporum diuersitate tm̃ egerit, facultate tñ de ætatibus etiam, & regionibus videtur docuisse. nam semper ipse in omnibus quę qualibet in oratione pręcipit, tempus anni, & regionem & ætatem inspectandam monet. & quodcunque de vno ex his audieris, ad reliqua duo transferre te id vult per similitudinem. Eandem siquidem rationẽ in ętatibus puer, quam in quatuor temporibus ver habet: eandem iuuenis, quam æstas: eandem senex, quam autũnus: eandem postremo decrepitus, quam hyems. Pari modo & ex regionibus temperata veri: calida æstati: quę in caliditate & frigiditate inæqualis, frigiditate tñ & siccitate exuperat, autumno: frigida & humida hyemi corresspondet. Cum hæc igitur docuerit, ‖ & insuper contrariorum contrarias esse curationes, methodi artis elementa tradidit. postea in Aphorismis de morbis disserens, qui singulis & temporibus, & ætatibus infestant, ad hæc elemẽta, quasi syllabas annexuit. Citabo etiam hic eius orationem ad verbum. ‖ Morbi oẽs in omnibus temporibus quidem fiunt: quidam tamẽ magis in quibusdã & fiunt, & irritantur. ‖ Vere etenim atræ biles, insaniæ, comitiales, sanguinis fluxus, anginæ, grauedines, raucedines, tusses, lepræ, impetigines, vitiligines, & pustulæ vlcerosæ plurimæ, & pani, & articulorum dolores. ‖ Æstate vero tum non nulli horum, tum febres continuæ, & ardentes, & tertianæ, & quartanæ: vomitus item, & alui profluuia: lippitudines, aurium dolores, oris vlcerationes, genitalium putredines, & sudationes. ‖ Autumno multi æstiui etiam morbi inuadunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, & aquę inter cutem, tabes, substilla, læuitates & difficultates intestinorum, anginæ, anhelationes, ilei, comitiales, furores, atræ biles. ‖ Hyeme infestant lateris dolores, pulmoniæ, grauedines, veterni, raucedines, tusses, pectorum, & laterum, & lumborum, & etiam capitis dolores, vertigines, morbi attoniti. Hæc de temporibus cum dixisset Hippocrates, deinceps de ætatibus subiungit ad hunc modum. ‖ Iam vero in ætatibus hæc contingere consueuerunt. paruis, & infantibus puerulis oris vlcera, ἄφθας græci vocant: vomitus, tusses, vigiliæ, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates. Dentitionem incipientibus, gingiuarum pruritus, febres, conuulsiones, alui profluuia & maxime cum caninos emittunt, atq; ijs præcipue qui crassissimi sunt, & ventres duros habent. Magis vero iam adultis tonsillæ accidunt, vertebræ, quę est in occipitio, introrsum luxationes, anhelationes, calculi: lumbrici rotundi, ascarides: verrucę, satyriæ, strumæ, & alia tubercula. Grandioribus aũt effectis, & iã ad pubertatẽ, accedẽtibus, & ex his morbis multi, & febres longinquæ magis, & è naribus sanguinis profluuia accidũt. Pleriq; vero in infantibus morbi iudicãtur: alij in quadraginta diebus, alij septẽ mensibus in septẽ annis nõ nulli. In ijs aũt qui ad pubertatem iam progressi sunt, morbi qui in infantia permanserunt, nec maribus circa pubertatem: fœminis circa menstruorum eruptiones desierunt, solent inueterascere. Adolescentibus sanguinis sputiones, tabes, febres acutę, comitiales, & alij, sed præcipue

Lib. de flatib. non procul à principio.

3. apho. 19. Ex. or. 23. h

Ibi. 20. fol. 24. a

Ibid. 21. c

Ibid. 22.

Ibid. 23.

Ibid. 24. fol 25 a vsque ad 31.

« A sed pręcipue antedicti morbi. Supra hanc ætatem laterum dolores, pulmoniæ, veterni, furores,
« ardentes febres, alui profluuia, choleræ, difficultates intestinorum, mariscæ. Prouectioribus vero
« ætate, spirandi difficultates destillationes cũ tussi, vrinę stillicida, vrinæ difficultates, articulorum
« dolores, renum affectiones, vertigines, morbi stupidi, mali habitus, pruritus totius corporis, vigi-
« liæ, vētris, oculorũ, & nariũ humiditates, visus hebetudines, glaucedines, auditus grauitates. Hoc ordine doctrinæ vti debuerat Plato magis: siquidem philosopho ēt magis q̃ medico ordinem, & viã, & doctrinam sequi conuenit. Sed fortasse de ijs quæ experientia indigebant, non potuit exacte disserere, cũ ipse operũ medicinæ peritus haudquaquam esset. Atq; in hoc est laudandus q͏ de ijs dicere nõ fuerit aggressus, quæ non exacte cognouerat: sed illa tñ poterat vel ab ipsa rerũ natu-
« ra didicisse, quæ in aphorismis ‖ his verbis referuntur. Atq; in anni tēporibus vere & prima æstate
« pueri, qui q; his ætate q̃ proxime accedunt, optime degunt, & maxime valent: Æstate & autũno,
« ad quãdam partem senes: Extrema autũni parte & hyeme, in media ætate constituti. Hæc sanè de antedictis ætatibus tum in se, tum in alijs familiaribus animaduertere vnusquisq; potest, qui. s. ætate iã fuerit prouectus: qualē verisimile est Platonē fuisse, quo tpe Timæum conscripsit. Negligenter igitur illũ se gessisse manifestum est & in hac inquisitione, & multo magis ēt in ijs quæ Hippo B crates de morbis scripsit, qui in singulis & ætatibus, & tēporibus abundant atq; inualescunt. Qui-
« bus porrò si attēdisset, nequaq̃ illa scriptis mandasset, cũ inquit: Quod igitur ex ignis excessu præ
« cipue ægrotat corpus, continuos ardores, & febres continuas patitur: quod ex aeris, quotidianas:
« tertianas ex aquæ redũdantia, propterea q͏ ipsa & aere & igne segnior est: at terra, quippe quæ tar
« dissima horum omnium est, dum in quadruplis tpis circuitibus expurgatur, quartanas febres in-
« ducit: quibus serò liberari homines consueuerunt. In hac oratione primus error fuit, q͏ ad elemēta cõia omnibus corporibus, non ad ea quæ in sanguineis tm̃ sunt, redeuntium per circuitum febriũ causam reducit: cum melius ea quę manifeste in corporibus redundare cernuntur, curari possint. Secundus error ille est: q͏ ad verã quotidianę, & tertianæ febris causam ne prope quidem accessit, nam cum euidenter pateat in quotidianis phlegmaticum humorem redundare, qui humidus & frigidus est, in tertianis vero flauam bilem, quam contra summe calidam ac siccam esse constat: debuerat dicere in tertiana ignis, in quotidiana aquę elemētum redundare, sicut in quartana atræ bilis humorem, & terræ elementum. Quicunq; vero singulorum horum naturã cognoscere voluerit, habet de his tum in cõmentarijs de iudicijs, tum in libris de differentia febrium absolutam orationem. Neq; meus is mos est, vt de ijsdem eadem sæpius repetã: sed cũ semel atq; iterum quando-C que demonstrationem explicauerim alijs in libris, postea illius demonstrationis vtor cõclusione: perinde atque hoc in tractatu feci. nam cum semel in prioribus libris tria esse facultatum nos regentiũ principia demonstrarim: postea id oĩbus alijs in locis absolute sumo, admonitis quandoq; tantũ lectoribus, alibi hoc fuisse demonstratum. Ita nunc satis erit ea tantum, quę illis in libris demonstrauimus, commemorare: acutissimas scilicet, & ardentissimas febres à flaua bile oriri, & tertianam ex ardentiũ genere esse: cur vero hæc continua minime sit, vt ardens, sed intermittat, causam ibi explicauimus. Plato igitur in hoc artem Hippocratis non est assecutus: licet vsquequaq; sequi hominem conatus fuerit. De pituita præterea alba, q͏ ait ex bullis eã in se inclusis fieri, adeo quidem paruis, vt videri nequeant, quemadmodum ipse inquit, quæ tñ omnes speciem quandam exhibeant, qua talis color visui conspicuus reddatur, probabile est, ac rationi cõsentaneum: at ex colliquatione mollis carnis interdum phlegma existere, illud vero absurdissimum non esse nullo modo potest: nisi quis videlicet Prodicus immutato nomine amarę bilis humorē, phlegma nuncupet: dicat q; à verbo φλέγεσθαι, quod est inflãmari, eam appellationē habere: sed Plato etiã ipse huiuscemodi bilis calidissimũ esse humorem probe se nouisse testatur, vbi ait: Quæcunq; corporis partes inflãmationē pati dicunt, à bile intēdi, atq; inflãmari contingit: et deinde subiũgens ita: Ea-
« D dē respiratiōe accepta extra ad cutē varias feruēdo pustulas effundit: intus cohibita adustos mor-
« bos permultos inducit. Hinc pspicue cognoscimus Platonē vsitata appellatiōe de amaræ bilis hu
« more vsum fuisse: qui quidē humor flauus oĩno colore est, atq; interdũ multa admista serosa humi
« ditate luteus ac pallidus euadit. Quin ēt ex eo q͏ dixit à bile inflãmari, ostēdit se nõ in appellatiōe, sicut Prodicus, sed in cognitione naturę ipsius humoris errasse: de eo siquidē in hunc modum scribit: Cũ vero ex recente, & tenera carne aliquid cũ aere eliquescit, ventum q; intus concipit, ab humiditate q; corripitur, ampullæ quædam inde existunt: quę cum ob paruitatē singulæ visum effu
« giant, vniuersæ molem quandã exhibent videndã, colorē q; ex spumæ generatione album habēt.
« hancq; oēm tenerioris carnis eliquationem spiritu inflatam albũ phlegma esse dicimus. Nec mul-
« to post item de ipso ita scribit: Album sanè phlegma ob ampullarum spiritum intus inclusum in-
« festum admodum est: foras vero expirans ad cutem mitius quidem euadit, varijs tñ corpus albis
« maculis, & vitiliginibus inficit, alios q; huiuscemodi morbos parit. Hic bene de affectionibus à
« pituita exorientibus pronunciauit: cum vero superius omnem dixit teneræ carnis eliquationem spiritu inflatam albũ phlegma esse, non recte: declaratum siquidem est phlegmatis hoc est pituitæ ortum ex alimento natura frigidiore existere: cum scilicet ab insito calore non bene fuerit concoctum. At colliquata caro similem colore habet colliquationem pallidę bili, ad albedinē magis tendentē.

Ibidē. 18. fol. 23. g

tendentem: ita vt efficiatur quod subpallidum fuluum appellant, est præterea crassior ẽt colliqua E tio hæc quàm pallida bilis, peius q̃ olet: & quandam sæpenumero tenacitatem, pinguedinem q; in se habet. Atq; hęc satis in præsentia perspecta sint de humoribus: siquidem, vt quidam amici faciendum censent, alibi sum ea quæ in Timęo medicinalia dicuntur, expositurus.

Quæ Hippocratis, quæ Platonis sententia fuerit de innato calore. CAP. 7.

NVnc reliqua quę eodem in libro continentur, summatim referã: vt in quibus conueniant viri hi, in quibus item dissentiant, perspicere possimus, pluribus, ac diffusius postea in scribendis cõmentarijs eadẽ tractaturus. Hippocrates semper || innatum" calorem omnium naturaliũ operum auctorẽ esse ait: Plato non calorẽ, sed ignem noĩat. Age vero quo modo ab ipso animalium corpus dispensari ac regi inquiat, videamus. omne animal, inquit, in sanguine, & venis calorẽ, quasi ignis quẽdam fontẽ habet. porrò hæc omnia rectè dixit: neq; enim ex attritu spirituũ, qui sunt in arterijs, calor in aĩaliũ corporibus gignitur, sicut in lapidibus, & lignis fieri videmus: sed è contrario ab insito calore arteriarum ipsarum motus causantur. Nam cũ vel frigore: vel veneno frigefactum fuerit corpus, nulla alia re in ipso alterationem patiente, statim quidem arteriarum motus, neruorum itẽ, & musculorum cessant. Melius tamen erat non ignis, sed insiti caloris fontem dicere in corporibus nostris esse: vt Hippocrates vbiq; appellauit. Nã si ab igne ciborum F concoctio, digestio, sanguificatio, & nutritio fieret: melius, & citius ẽt in febriẽtibus oĩa hęc conspicerentur absolui: sed insitus calor tẽperatus cum sit, substantia quidem in sanguine & pituita subsistit, qualitate est congrue ex caliditate & frigiditate cõtemperatus. Verius igitur ab Hippocrate dicitur. || Quę augentur corpora, plurimũ insitum calorem habent, vnde plurimo ẽt alimento indigent: sin minus, absumuntur: senibus vero parum inest caloris: atq; iccirco paucis indigẽt fomitibus, à multis enim extinguuntur. Eadem causa est, vt cum corpus frigidũ habeant senes, nõ ita acutis febribus infestẽtur. Hic & in libro de natura hominis, || in prima ętate hominẽ ait calidissimum esse: sicut frigidissimum in extrema, quæ est senectutis. Non absolute tamen calidissimũ, quẽadmodum in ardentibus febribus, sed insito calore calidissimũ esse substantia nuper genitum infantem diximus: propterea in aphorismis, quæ augentur, inquit, corpora plurimũ calorẽ insitũ habent: sed hic quidem aphorismus modo à me citatus fuit: alia insup scribit huic consentientia his verbis. || Ventres hyeme, & vere calidissimi natura sunt, & somni longissimi: quibus temporibus etiam alimenta copiosiora sunt exhibenda: nam innatus calor multus est, quo fit, vt pluribus alimentis indigeant: argumẽto esse poterunt ætates, & athletæ. Innati caloris plurimum esse hyeme ait: cum aduentitius ęstate abundet: sed de eius sentẽtia non est opus plura in præsentia dice- G re: cum aphorismos septem cõmentarijs enarrarim: alium q; insuper ad discipulum Quinti Lycũ conscripserim: qui non intelligens vtiq; qualem innatum calorẽ velit Hippocrates, ante à me mo do recitatis aphorismis contradicere non est veritus. Nunc sufficiet verba Platonis subscribere, quæ in Timæo de alimenti digestione posuit: quorum initium tale est. Hinc iam aquæ deriuatio nem seu aquęductum huiuscemodi quadam ratione pręparauerunt: quod facilius perspiciemus, si inter nos illud prius cõstiterit: Omnia quæ ex minutioribus constituta sunt, continere maiora: quæ ex maioribus vero, minora cohibere nullo modo posse: ac propterea ignem, cum minutioribus partibus, q̃ cætera alia constet, per aquam, terram, aerem, & alia quæ ex his componuntur, penetrare: quod q; eum cõtinere valeat, esse nihil. Idem de nostro ventre cogitandum, qui cibos, & potus ingestos potest retinere: spiritum, & ignem quæ constitutione ipsius sunt longe tenuiora, non potest. His igitur deus ad irrigationẽ à ventre ad venas traducendam vsus est, reticulo scilicet ex aere & igne instar nassæ contexto. Aere quidem, & igne ad alimẽti cõcoctionem, sanguinis procreationem, & digestionẽ faciendam vti naturam rectè dictum est: ꝙ vero ex ipsis reticulum esse factum ait, & non cõmistionem potius totius cum toto, non approbo. Quemadmodum etiam illud non placet, ꝙ ignem dixerit, cum posset & melius, vt Hippocrates, innatum calorem H appellare: sed ita vocando illud mihi videtur voluisse significare, ex ignis commistione cum alijs elementis caliditatis, quæ est in corpore, ex intimis ad exteriores partes euocationẽ fieri. Quippe cum ẽt ipse ignis nomen in caloris appellationẽ mutare interdum videatur: sicut in ea oratione: Calorem vero ẜm naturam in suam sedem exterius ad cognatum ire confitendum est. His cõsentiunt etiam illa: Atq; ob eam causam per totum corpus oĩbus aĩalibus alimẽtorũ liquores ita facile perfluũt: qui cũ recẽti cõcisione extiterint, à cognatis rebus sumpti, partim à fructibus, partim ab herbis, q̃ oĩa deus ob id ipsum, vt nobis alimoniam suppeditarent, produxit, varios colores ex confusione contrahũt: plurimus tñ in his ruber color diffundit à natura incisionis, abstersionisq; ignis in humido ꝑcreatus. Vnde eius liquoris, qui per corpus permanat, talis specie color, qualẽ modo diximus, euadit, quem & sanguinem appellamus. Rubrum colorem gigni ait in sanguine ex ignis abstersione, hoc est depositione impressione q; eius qualitatis, ac facultatis: vt ex igne ele menti, & humiditatis excipientis mistione ipse sanguis efficiatur. Verũtamen cũ humiditas illa non purę aquę sit, sed admistum quiddam ẽt terreum habeat, quod corpulenta crassitudo indicat, ex omnibus gigni sanguinẽ manifestũ est, aliqua ẽt aereę substantiæ portiũcula necessario assumpta: vt alibi declaratum est. Videtur igitur ẽt in his Plato Hippocratem sequi, cum innatum calo

rem in

6. Epid. sect. 2. t. 31. 3ᵃ. 165. h. Et sect. 4. t. 24. 185. h. Et sect. 5. t. 1. Et 5. aph. 18. 21. & 22. Ex. or. 31. ... t de ali mento in fine.

Al. 1. f. 1. d. 6. fu. 1. c. 3. 26. e.

*Al. spiritu.

1. aph. 14. Ex. or. 7. a

2. Lib. t. 13. & 14. 7ᵃ.

1. Aph. 15. Ex. or. 8. a

A rem in causa esse affirmet concoctionis ciborum in ventre, & inde in iecur & venas digestionis: sanguinis creationis præterea, & sanguinis in totum corpus diductionis, & dispensationis.

Attractionem ignotam fuisse Platoni, atq; ipsum ea de causa falsam protulisse sententiam de Respiratione. CAP. 8.

IN sententia tamen de respiratione non parum discrepat: in eo primum q perspirationis potius q; respirationis causam affert: deinde q neq; id facit sine reprehensione, vtpote cum attractionē tollat, qua Hippocrates in multis naturalibus operationibus vtitur: atq; ea causa fuit, cur operationes nō nullas, quæ non sine attractione efficiuntur, in circũuolutionē retulerit. At vero qualis attractionis vis sit, licet tibi vel inde cognoscere: si fistulā orificio altero in aquā immittas, altero labijs comprehendas, atq; aerē qui in ipsa est suctu extrahas, simul aquam sequi cōtinuo videbis: non secus etiam infantes labiorum admotione tum ex papillis, tum e bombylijs angustissimi oris vasculis, humorem qui in ipsis continetur, attrahunt: adde q fabrorum etiam folles distentos exteriorem aerem p annexas fistulas ad explendam distentionem attrahere compertum est: simili modo in animalibus distentus thorax per asperam arteriam necessario in os aerem exteriorē attrahit, idem paulo post contractus in expirationibus exprimit. Atq; hanc quidem functionem B in secundo de musculorum functione voluntariam esse demonstratum est: alia vero, quem pulsum appellamus, à corde & arterijs existit: quæ quidem arteriæ, dum distenduntur, per capita quibus cutem adeunt, exteriorem aerem in corpus attrahunt: atq; id tribus de causis, vt refrigerent, vt vētilent, vt spiritū animalem gignant: dum cōtrahuntur vero, quidquid in ipsis fuliginosum fumosum q; ex humoribus creatum fuerit, id exprimendo eliciunt. Cæterum de respiratione in cōmentario de vsu respirationis satis demonstratum est: de pulsibus, vbi de pulsuum vtilitate disseruimus. Quòd item thorax distentus exteriorem aerem attrahat, in libris de thoracis & pulmonis motione declarauimus. Qui'nam vero sint, qui eum distendant, vel contrahant musculi, ostendimus in tractatu de causis respirationis: nerui autē a quibus singuli hi musculi cientur, oēs è dorsi medulla, non meo tantum, sed omnium ēt dissectionis peritorum iudicio, ortum habent: a cerebro vero ipsa medulla. Vnde è cerebro per mediam dorsi medullam nerui motum per appetitionem thoracis musculis afferunt: à quibus distentus, externum aerē per guttur & asperam arteriā in pulmonem attrahit: cōtractus, foras eundem per easdem vias exprimit. Errauit igitur Plato cū noluerit Hippocratem sequi hæc in libello de natura hominis dicentē: Et hæc omnia tibi faciet omnibus diebus & noctibus, hyeme & æstate, donec idoneus ad attrahendū in se spiritū, & rursus emittendum fuerit: attrahit vero in se homo exteriorem aerem p os in pulmonē, per cutem in arterias: ac rursus per eosdem meatus, per quos accepit, remittit. Altera igitur ex his operationibus respiratio, altera quæ per cutē fit, perspiratio seu difflatio appellatur: quas tñ vtrasq; neque inter se connexas, neq; ab vna facultate effectas, confundens Plato, vt ex ijs quæ modo dixi, demonstratum est, de respiratione in Timæo disserit his verbis: Videamus preterea quibus causis respirationis affectio in hunc modum qualis nūc est, facta fuerit. Quod ita liquebit. Cum nihil vacuū sit, in quod ex ijs quæ feruntur aliquid possit irrumpere, & spiritus è nobis foras exilhat, omnibus perspicuum est, eum non in vacuum ferri, sed vicinum aerem e sede propria depellere: depulsum vero illum, proximum, atq; hunc item alium subinde impellere: ea q; necessitate fieri vt circumagitatus compellatur iterum eum in locum vnde exierat spiritus: ingressus q; illuc ac repleta sede halitum ipsum subsequatur, atq; hoc totum quasi rota circũuoluatur: ita fit, propterea quia vacuum nullum reperitur. Quamobrem cum e pectore & pulmone foras exierit spiritus, ab aere qui corpus ambit, intro q; per raritatem carnis penetrat, & circũuoluitur, locus eius repletur. Qui aer deinde rursus regrediens, & foras per corpus exhalans, intro respirationem per oris & narium tramitem intrudit. Hic rotæ circũuolutio non simplex est intelligenda, sed quæ è cōtrarijs motibus D constat: cum enim. s. ad cutem innato calore incitato, intruditur & circũagitur in corpus p os externus aer: & contra eodē per os exeūte, aer corpori nostro circūfusus in corpus p cutim impellit: vt expiratio, & perspiratio operatio ex natura nostra sit: inspiratio affectio tam quæ per os, quam quæ per cutim fit. In neutra vero ex ipsis Plato vtitur voluntate, cum tamē citius & tardius, plus & minus, & frequentius quoq; tum inspirare tum expirare in nostra potestate situm esse dubitet nemo. Quin etiam Platonis oratio falsa esse conuincitur, eo quia sequeretur post arteriarum contractionem continuo inspirationem fieri debere: post itidem expirationem illico arteriarum distentionem subsequi: quod minime ita euenire compertum est: sed si voluerimus vel multo tempore respirationem cohibere, statim arteriæ vna cum corde agitantur: & dum inspiramus, interdum distenduntur, contrahuntur q; dum expiramus: adde quod in vnius respirationis mora cor vnā cum arterijs distendi & contrahi septies, vel octies, vel decies quandoq; conspicitur. Ratio preterea ipsa circũuolutionis & protrusionis absurda est: neq; necessarium vllo pacto videtur vt ab expiratione circũagitatus aer rursus per cutem intro feratur. Cum enim respiratorij instrumenti contractionem sequatur expiratio, aer qui nos ambit eam contractionem secutus, illi quod expiratur locum exhibet. Quod vero in alijs etiam quæ attractionem tollendo dixit Plato, absurde argumentatus fuerit, in enarratione ipsorum postea explicabimus.

1. de nat. hum. t. 31. 2. 31. & t. 6. Epid. sect. 5. t. 32. t. 194. a. Et sect. 6. t. 1. h. Et de veteri medicina ... Et de ... Et de nat. pueri.

A. l. 1. f. 1. d. 5. c. 1. 9. b

Lib. 1. t. 17. 1. 3. a.

De Receptaculis

De Receptaculis esculentorum, & poculentorum ex Platonis opinione. CAP. 9. E

6. Epid. sect. 5. t. 32. 3ª. 194. a. Et sect. 6. t. 1. & 2.

NVnc satis est ostendisse tm̃ in qbus cõsentiat cũ Hippocrate, vel ab eo discrepet. Subiungamus igit & alia. Videt Plato de respiratiõe agẽs cũ Hippocrate ſẽt cõsentire: q inspirationẽ vult fieri refrigerãdi caloris ĩnati causa: expirationẽ, vt fuliginosa excremẽta diffundãtur, ac difflẽtur. Vbi aũt hęc dicit, ibi ẽt de potu, ꝙ ad pulmonẽ ferat, in hũc modũ differit. Cũ vero ex cordis » palpitatiõe in terribilium rerũ timore, & ex iræ excitatione p̃uiderẽt fore, vt totũ hoc irascẽtis par » tis domiciliũ æstuosum ac ꝓpemodũ ignitũ redderet: subsidiũ illi pulmonũ forma aggenerata in » uenerũt: q mollis primũ, ac exãguis, deinde cauernosa spõgię instar, ac foraminulẽta est, vt spiritu » potu q́; excepto respirationẽ refrigeraret, æstũ q́; mitigaret. Si totũ nos potũ in pulmonẽ degluti » re existimat Plato, merito accusandus est: quippe qui aptissimã rẽ ignorẽt: si portionẽ quãdã potus ꝑ asperã arteriã trãsfusam exudare ad pulmonẽ arbitrat, ꝓbabile quoddã dicit: id quod in alijs dogmaticis vsu venit: in qbus ĩter philosophos & medicos disceptatio est: neq; idẽ est, falsum aliquid, & deridiculũ affirmare. Nã ẽt ipsum Erasistratũ ostendimus de vsu respirationis, de vsu itẽ pulsuũ & generatione, de deuoratione, & concoctione errasse: neq; tñ deridẽdũ eẽ ẽt existimauimus: nõ.n.oẽ qd' falsum est, cõtinuo ẽt deridẽdũ. Quinimo cũ de inflãmationis ẽt ortu, & febriũ dignotione, de sanguinis missione, non nullis q́; alijs curatorijs rõnibus errasse cũ demonstrassemus, è sectatoribus eius quidã cõtra me oratiõe cõtorta nos, nõ Erasistratũ in ijs errasse cotẽdit. F neq; tñ aut nos illũ, aut ille nos deridẽdos duxit. Cũ.n. incerta sint dogmata, & rõnũ argumẽtis ꝓbabilia alijs, alijs absurda videãtur, sicut succẽsendũ nõ est, siqs veras eẽ opiniones suas defendit: ita cõcedere, vt alij nobis ipsis cõtradicãt, debemus: at carpere mordaciter, atq; irridere quasi stultũ, aliquid qd' dogmatice in cõtrouersiã venerit, illud vero est ꝓcacis hoĩs ac petulãtis. Cuiusmodi hoc ẽ, quòd iter bibẽdũ è potu aliquid ad pulmonẽ ꝑ guttur, & asperã arteriã feratur nõ repẽte totũ, neq; ꝑ mediã instrĩ fistulã influẽs, sed ꝑ tunicã ipsam sensim irrorans. Quòd sanè verũ'ne an falsum sit, paulo post cõsiderabimus. Satis mõ sit, deridendũ illud orõnis genus à Platone nusp̃iã fuisse dictũ, nõ in vẽtrẽ videlicet ꝑ gulã, sed in pulmonẽ ꝑ arteriã totũ potionẽ deferri: in eodẽ.n. ipso hoc libro, quo ante citata de potu verba scripsit, in vẽtrẽ, queadmodũ cibi, ita potulẽta oĩa descẽdere inquit: neq; id semel, sed sæpius asserit. Quod tibi ex eius verbis facile constabit: ac primũ his post quatuor versus ab ea, quã modo recẽsuimus, oratione. Eã vero aię partẽ, quę cibos, & po » tus concupiscit, & reliqua, quibus ob corporis naturã indiget, inter p̃cordia et vmbilici terminos » collocarunt. Nõ ĩ corde & pulmone, inquit, ciborũ, & potuũ concupiscilẽ partem esse, sed infra » trãsuersum septũ: p̃cordia.n. hoc est φρένας, non ipse tm̃, sed alij ẽt veteres septũ appellarũt. Infra G vero hęc precordia tũ vẽter, & intestina sita sunt, tũ iecur ipsum: de quo hic ab eo sermo fiebat. Et paulo post rursus. Cũ futurã in nobis potuũ, & ciborum intẽperãtiã preuiderẽt, qui genus hoc » nostrũ condiderũt, nos q́; illis longe plus, q̃ aut modus, aut necessitas postularet, ob ingluuiem » esse vsuros: ne interitus ex morbis repentinis accideret, atq; ita ĩperfectum statim mortale genus » finiret, cibi & potus receptaculũ supra eũ, qui inferior vẽter appellatur, constituere. Inferius itidẽ » in eodẽ libro hæc scribit. Idẽ profecto de nostro ventre ẽt considerandũ est: qui cibos, & potus in » gestos potest retinere: spiritum, & ignẽ, quæ constitutione eius sunt longe tenuiora, non potest. » Hic ẽt manifestissime dixit cibos, & potus in ventrẽ deferri: succi q́; eius, qui in ventre ex cibi, & potus cõmistione efficitur, in venas digestionẽ, irrigationẽ ob humiditatẽ nuncupauit, mox ita subiungens, His igitur deus ad irrigationẽ à ventre ad venas traducendam vsus est. Deinde non » post multa. Cum enim, inquit, vltro citroq́; respiratio commeat, ignis interior cõnexus sequitur, » atq; idẽtidem per vẽtrẽ diuisus cibos potus q́; deprehẽdens macerat ac liquefacit: cosq́; in minu » tas particulas contritos ꝑ exitus, per quos ipse fertur, traducit: ac facit, vt quasi è fonte hausti in ri » uos, hoc est venas, ꝑmanent: atq; ita per corpus quasi cõuallẽ venarũ fluẽta diducit. Iam vero sub » sequẽdo, vbi de respiratione & concoctione agit, eandẽ sententiã seruare conspicitur: vt à stolida H illa opinione longe remotus esse videatur. Immo illi potius qui eũ adeo stultum putãt fuisse, vt in pulmonẽ ferri potũ vniuersum opinatus sit, dãnandi, ꝙ ita ĩpudẽter mentiãtur. Vtrũ vero aliqua potionis pars ꝑ interiorẽ gutturis, & asperę arterię tunicã ĩgrediatur, vnusquisq; in seipso periculum facere si voluerit, põt: stans.n. satis copiosam aquã in os recipiat, deinde resupinatus orificiũ gutturis paululũ aperiat (in nostra siquidẽ est potestate aperire & claudere cũ volumus) tunc'que interlabi pauxillũ quippiã in id ex ore p̃sentiet, quod titillare, & irritare, si paulo copiosius extiterit, consueuit. Quinetiã irritatã tussim tolerando aliquis cohibere põt, vt statim cesset, si pusillum id sit quod titillationẽ induxit. Q̃nq; ẽt fit, vt parua tussis excitata titillationẽ omnem, nulla reiectione facta, discutiat. Ex quo satis patere arbitror potionẽ, si vniuersa fuerit, & multa, ac demum tanta, vt spirationis vias occupet, tussim irritare: si vero adeo pauca sit, vt per interiorẽ gutturis, asperę'que arteriæ tunicã quadã irroratione inspergatur, neq; irritare, neq; vllum penitus, dũ per arteriam delabitur, sensum efficere. Perspicuum quoq; inde esse potest aliquam potionis particulam ad pulmonem deferri, ꝙ si quodcũq; libuerit animal ad eam sitim redegeris, vt coloratã aquã haurire patiatur, tum vel cæruleo colore, vel minio infectam potionem exhibueris, ac mox iugulatum ipsum dissecueris: colore eodem infectum pulmonem habere deprehendes.

GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS DECRETIS LIBER NONVS

ARGVMENTVM LIBRI

Docet Rationem Similitudinis ac Dissimilitudinis distinguendæ, veritatisq; in vniuersum indagandæ, propositis exemplis ex Hippocrate, & Platone.

De Methodo qua Verum & Falsum dignoscitur ex similium, & dissimilium comparatione. CAP. I.

QVoniã de omnibus quę vtriq; Hippocrates inquã & Plato dicunt, cõsiderare proposuimus, dictum q; iã est de ijs quę maximã tum in medicina, tũ in philosophia, vim habent, tempus est, vt ad reliqua excutiẽda progrediamur: in quibus nõ paruũ momentũ afferre illud videtur, vt a se mutuo simillima quæq; sciamus distinguere: cum nõ tñ vbi cõueniunt, sed multo etiã magis vbi dissentiũt, cognoscere vtile sit. Principiũ igĩ inde faciemus: monstrabimus q; hos primũ in vniuersum de his ipsis eodẽ modo pnunciasse: deinde p exẽpla specierũ medicinæ alterũ, alterum philosophię, nos exercuisse: tertio ijs ijsdẽ qbus exercuerũt, nobis viã tradidisse, p quã ingressi ppositũ assequi optime possimus. In vniuersum qdem & generatim de illis Hippocrates definiuit, quæ errores & dubitationes vel optimis quibusq; medicis exhibere consueuerunt. At Plato in hũc modũ: Primũ, inqt, debet ille q alios fallere, se à nullo falli vult, similitudinẽ rerũ optime tenere. Quod quo modo assequi aliqs posset, te idẽ Plato docebit, his verbis. Nunquid põt aliquis singularũ rerũ ignorata veritate similitudinẽ eius quod ignorat vel paruã vel magnã in alijs discernere? Nequaq̃ põt. Quemadmodũ vero vniuscuiusq; rei quęsitæ veritatẽ inuenias, ex me prius audi: rẽ tibi, & dilucide & breuiter explicabo: deinde quæ audiueris memoriæ cõmenda: atq; ita ad illorũ orationes discutiendas postea descẽdes. Ego porrò id assero quæsitarũ rerũ veritatẽ ita demũ inueniri posse, si prius vnusquisq; viæ quæ ad ipsam ducit, initiũ cognouerit: à quo si aberret, in multos errores, magnam q; hallucinationẽ delabatur oratio, necesse est: ijsdẽ iudicijs postea quibus principiũ inueneris, tibi erit vtendũ ad ea quæ ẽm principiũ, & tertio loco subsequuntur: & deinceps sigillatim oĩa inuenienda. Quo modo igĩ principiũ est inueniendũ? Nã & Plato cũ laudarit adagiũ id, quo dici solitũ est, principium dimidiũ est totius, ipse maximũ adiunxit: Principium inquiẽs vniuscuiusq; operis maximũ esse: & alij nõ nulli partim nõ modo dimidiũ totius esse principiũ, sed amplius ẽt q̃ dimidiũ esse dixerunt: partim vel totũ ipsum esse potestate videlicet asseruerũt. Ostẽdamus igĩ quo modo principiũ inuentionis rerũ quæsitarũ indagari possit, cõmemorantes breuiter ea quę pluribus cũ alibi, tũ in libro de demonstratione, disseruimus. Nam si nullũ in nobis naturale iudicãdi principiũ est, neq; artificiosum quippiã inuenire poterimus: si vero naturale id habemus, tum artificiosum inuentu haud difficile erit. Habemus ne igĩ naturalia aliqua iudicia cõmunia oẽs hoĩes? neq;.n. naturalia appellari cõuenit quæ cõia oĩbus nõ fuerint: cũ naturalia debeãt prętereã q cõia sunt, naturã quoq; habere cõmunẽ. Habere eqdẽ naturalia iudicia oẽs nos assero: atq; hoc cõmonendo potius, q̃ docẽdo, & demõstrando, quasi a me antea dictũ ita pfero: quę nã vero sunt hęc? oculi, inquã, qui ẽm naturã affecti sunt, q visui exposita videãt: aures naturali prędîtæ constitutione, quę auditui obiecta percipiãt: lingua quæ succos gustet: nares q̃ odores olfaciant: tota cutis quę tactũ mouentia æquabiliter plentiscat: ad hęc mens, vel notitia, vel quo libuerit noĩe appellare facultatẽ eã, qua dignoscimus, quid cõsequatur, quid repugnet: et reliqua quæ sub his cõtinentur, intelligimus, sicut diuisionẽ & cõpositionẽ, similitudinẽ & dissimilitudinẽ: vnde hęc pfecta dissertatio est. Hippocrates igĩ de ipsis ita scribit. Similia ne an dissimilia sint à principio ex maximis, facillimisq; pcipi põt: ex ijs vtiq; q̃ ab oĩbus vbiq; cognoscuntur: quę videri, audiri q; possunt: quæ visu, naribus, lingua, mẽte sentiũtur: qbus oĩbus cognitio nostra cõstat. Quę verba cũ satis absolute in primo cõmentario in libro de ijs quę in medicatrina fiunt exposuerim, nũc nõ est opus amplius eadẽ repetere: capita tñ summatim recensebo. Oportere inquit ad similiũ dissimilium q; exactã dignotionẽ puenire, principio inuẽtionis à naturalibus iudicijs, hoc est, sensu, et ratione sumpto: licet aũt, id quod sępenumero à me dictũ est, cogitationẽ, mentẽ, rationẽ, vel quomodocũq; volueris appellare, & tñ eadẽ Hippocratis sententia seruabitur. Quemadmodũ.n. sensus rerum quę sensui subijciuntur, iudicium est, ita intelligibilium aliam quandam esse facultatem manifestũ est: quam vocare vtcunq; vnicuiq; libuerit, permittimus, ne maius corollariũ ope ipso efficiamus: vtimur.n. noĩbus, & demũ mutua inter nos locutione, vt opiniones animæ nobis ipsis explicemus, quas ex naturę rerum contemplatione concepimus

de ijs q̃ in medicatr. f. text. 1.

cepimus,qua re omissa velle de nominibus certare ridiculum est. Quo igitur modo inquit Hippocrates rerũ naturam inueniri posse,si à maximis,facillimis q́ exordiamur? maximis, inquam, vsu: facillimis,quãtum ad nostram cognitionẽ spectat: natura siquidẽ vtraq́ hęc nobis largita est & ipsa iudicia,& fidẽ,quam sine vlla disciplina iudicijs adhibemus.Iudicia sunt instrumenta ipsa sensuum,quæ q́ instrumẽtis vtuntur facultates: fides & persuasiò,quæ sine vlla doctrina natura duce non tam in hominibus,q̃ in oĩbus alijs animalibus inest.Nam cum accedẽtem aliquem viderint,aut strepitum,vocem'ue audiuerint,confestim,si maius est id animal quod accedere conspexerunt,aufugiũt: quieta vero permanent,si minus,imbecillius q́ aduentare senserint.Siquis autẽ non credit ijs quę per sensum,& intellectionem euidenter patent: vanum erit constitutioni alicuius artis operam nauare. Sin artium effectus, vitæ humanæ vtiles esse agnoscuntur,de ipsis prorsus naturalibus iudicijs credẽtes iudicasse homines necesse est: nos q́ illis eatenus fœliciores sumus,ꝙ ea quæ illi longo temporis spatio,multis laboribus,curis q́ inuenerunt,breui tempore discimus. Quòd si posthac non negligenter artes excolere,& similium dissimiliumq́ discretioni assiduam operam studium q́ impẽdere voluerimus,nihil vetabit,quo minus veteribus meliores eruditiores q́ efficiamur. Quo igitur pacto exercere, excolere q́ nos ipsos poterimus? Si iuxta Hippocratis admonitionem à facillimis cognitu incipiamus: quippe cum ea sint quę magnam vniuersę hominum vitę vtilitatem afferant,magnam q́ inter se habeant differentiam.

Comprobatio Methodi prædictæ ex Hippocratis exemplo de Aegrotantium facie,ac Platonis de Iustitia,quæ in ciuitate,& in anima reperitur. CAP. 2.

EXemplum etiam ab vtrisq́ his sumptum producam,quò res euidẽtius dilucidius'que queat intelligi.Hippocrates porrò in presagijs scriptum reliquit.In acutis morbis ad hunc modũ contemplari debemus: primum an ęgrotantis facies,valentium faciebus,& pręcipue ipsa sibi ipsi similis sit: optimum enim in ęgrotante indicium: sicut pessimum est,cum longe à similitudine diuersa conspicitur: vt nasus acutus,oculi caui: & cętera quę sequuntur. Hic videtur presagientium locorum dignotionis principium ab ijs,quę naturalibus maxime contraria habentur, sumpsisse: eo ꝙ sint & maxima,et cognitu vnicuiq́ facillima. quibus perceptis facile poterit aliquis ad reliqua sibi mutuo proxime adhęrentia paulatim descendere: id ꝙ Hippocratem in presagijs fecisse ostendimus.De his Plato quoq́ in eundem modum scripsit: cum inducit in repub.à Glaucone & Adimanto inuitari Socratem ad totam de iustitia sibi explicandam orationem. Cum.n. sciret ad propositam quæstionem demonstrandã,eo sibi opus fore ꝙ non vna nempe esset totius animæ nostræ substantia,prius de ciuitate disserendum sibi esse duxit. Verba eius ita habent. So. Dixi id quod mihi visum est,quæstionem hanc quam aggredimur,haud facilẽ esse: sed acute admodũ cernentẽ requirere.Adi.ita videtur.So. Quo circa cum nos parum idoneos ad hoc esse videam: perinde in pertractatione eius nos geremus,vt illi,quibus quãuis obtuse intuentibus,minutæ literæ procul legendæ ꝓponuntur.Si.n.scirent easdem literas alibi & grandiores, & latiori in spatio reperiri,non'ne operæpreciũ esse iudicarent eas prius perlegere,deinde ad has minutiores accedentes,an eædem essent,contẽplari? Adi.Proculdubio: sed quid huiuscemodi ò Socrates in quęstione de iusto esse ꝓspicis? So.Tibi id dicã.Iustitia est vnius hoĩs: non'ne est ẽt totius ciuitatis? Adi.Profecto.So.Non'ne maior ciuitas est vno tm̃ homine? Ad.Est sanè.So. Maior igĩt fortasse iustitia in maiori subiecto erit,cognitu'que facilior.Si vultis itaq́ quale'nã hoc sit quod q̃rimus,in ciuitate prius,deinde in singulis hominibus considerabimus, maioris similitudinẽ,in minoris specie contẽplantes.Atq́ ita cum prius exercuisset nos in ciuitate Plato,ostendisset'que in ea partẽ aliã esse quæ imperaret, aliam quę propugnaret ac defenderet,ac postremo tertiã quæ artificijs incumbens operaretur: transit inde ad animam: similiter'que in ea ostẽdit,cũ bene habet & valet,partem esse quandã quæ imperium obtineat, quandam quæ eius dicto audiẽs sit,pinde vt in ciuitatibus principi obedire milites consueuere: tertiam demum aliam esse demonstrat,quã corporis alẽdi causa nobis,qui nos cõdiderũt,opifices addidere. Quanq̃ qui imperiti minus'que exercitati sunt in internoscendis inter se similitudinibus,tres has animæ partes vnam tãtum esse falsò opinantur.Quo autem pacto in discretione harũ exercere nos debeamus,docuit Plato tum in ciuitate per totam propemodum remp.tum in anima ipsa: de cuius pręcipua parte, hoc est cogitatione & mente,in quarto libro: de alijs quæ mẽtem sequuntur,in reliquis subsequẽtibus disserit.Sed tempus est vt quę in Phędro hac de re dixerit,iam audiamus.So.Deceptio in ijs'ne, quę multum,an quæ parum differunt,contingit? Phæ.In ijs quæ parum distant,nimirum.So.Quin etiã te ad contraria deuenisse minus aduertes, si paulatim,& nõ magnis interuallis trãsieris. Phę. Quid ni? So. Primum igitur debet ille qui alios fallere,se à nullo falli vult, similitudinem & dissimilitudinem rerum optime tenere. Phæ. Necesse sanè est. So. Nunquid ergo potest aliquid singularum rerum ignorata veritate, similitudinem eius quod ignorat,aut paruam aut magnam in alijs discernere? Phę. Nullo modo id potest.So.Constat ergo ijs,qui pręter rerum naturam opinantur, ac falluntur, errorem illum ex similitudinibus quibusdam irrepsisse. Phæ. Sic profecto accidit.So.Num igitur poterit aliquis artificiose vel alios paulatim per similitudines quasdã à vero in contrarium traducere, vel ipse hunc errorem euitare nisi singularum rerum naturam cognorit?

lib. 1. t. 5. 4ª. 190.g

A cognorit? Phæ. Minime. So. Dicendi igitur artem ille qui veritatem ignorans se tamen reperisse
« eam opinatur, inertem, vt videtur, ac ridiculam exhibet. Verũtamen quia, vt dicebat Hippocrates, quædam sunt facillima cognitu, quædam non ita, exordiũ à facillimis quæ ob euidẽtiam ab
« omnibus conceduntur, faciendum est. Id quod ẽt Platonem sensisse ex his verbis cognosces. So.
« Non'ne omnibus hoc perspicuum est nos in quibusdam eiusmodi consentire, in quibusdam dis-
« sentire? Phæ. Videor mihi intelligere quod dicis: planius tñ adhuc explices velim. So. Cum ali-
« quis aut ferri, aut argẽti nomen dixerit, non'ne idem omnes aio concipimus? Phę. Profecto. So.
« Quid vero? cum iusti aut boni nomẽ auditur, non'ne alius aliò fertur, & cũ ab alijs, tum à nobis
« ipsi dissidemus? Phæ. Maxime quidẽ. So. In quibusdam igitur consentimus, in quibusdam non.
« Phę. Ita est. So. At vtra ex parte deceptioni sumus magis expositi, vtra've in parte rhetorica pluri
« mum valet? Phę. Vbi erramus scilicet. So. Quicunq; igitur rhetoricam artem tractaturus est, is
« debet primum hæc via quadam inuenire, quandam q; vtriusq; generis figuram sibi præscribere,
« vbi errare falli q; multitudinẽ, & vbi minime necesse sit. Phę. Egregiam sanè ò Socrates speciem
« cognosceret, qui id quod ais, percepisset. So. Deinde quid singulis rebus eueniat non ignorare,
« sed accurate aïaduertere vtrius sit generis id, de quo dicturus est. Phæ. Quidni? So. Quid vero
« B amorem? vtrum ex ambiguis & controuersis nec'ne esse dicemus? Phę. Ex ambiguis proculdu
« bio. So. An putas tibi concessurũ eum esse quę de ipso dixisti, cum, inquã, tam amato q̃ amanti
« detrimẽto esse, & rursus maximum eum bonorum esse? Phæ. Optime dicis. Atq; hęc est oratio, quã in Phædro scripsit Plato. Vbi nos docet ea quę naturalibus iudicijs euidenter exposita sunt, nullam in se ambiguitatẽ controuersiam'que habere: sed in illis quæ sub hęc iudicia vel non prorsus, vel non admodum absolute cadunt, ambiguitatẽ existere. Proinde in rerum similitudinibus discernendis exerceri hominem oportere: non nulla enim sunt quæ, quantum attinet ad similitudinem & immutationẽ, ita sese habent, vt in aliquo similia, in aliquo dissimilia prorsus extent, in quibus dignoscendi peritia callere artifex debet, vt exacte simul, & celeriter similia'ne inter se, an dissimilia sint, possit agnoscere. Atq; hic illud quod semper ex me soles tum voce, tum scriptis audire, repetitũ omnino etiam nunc audies. Vniuersalis inquã methodus sine exercitatione multa in singularibus artificem bonum efficere non potest: atq; hoc tibi in omnibus huiuscemodi videre licet: quod etiam in quibusdam tantam habere vim perspicuum est, vt vniuersalẽ methodum discere vnius anni spatio vel absolutissime vnusquisq; possit: nisi tñ eam assidue per totum vitæ curriculum exercuerit, in artis operibus impedimentum offendat. Cuiusmodi artes esse ratiocinatoriam,
C rhetoricam, nec non musicam quæ instrumentis fit, nemini dubium est. At demonstratiua non tãta quidem, nec tñ pauca etiam ipsa indiget exercitatione: qua quidẽ vti debemus in singularum artium executione in materijs, quibus ad vtiles vitæ actiones nobis est opus. Nam si aliquis, quãuis optimo prędítus ingenio, quapiam in re negligat exercitationẽ, nunq̃ illis qui licet natura sint inferiores, diligentia tñ & studio superant, melior euadet. Fac. n. aliquẽ & crurum constitutione, & totius corporis robore optime affectum vsq; adeo naturam suam negligere, vt præter q̃ q nunq̃ currat, in deambulatione ẽt semper pigre segniter'que ingrediatur: fieri sanè nõ poterit vt is vnq̃ victor in olympia efficiatur, nisi prius segnitie illa deposita ad exercitationum consuetudinem se transferat, earum præcipue quæ non obuiæ cuilibet, sed cruribus accõmodatæ maximæ sunt. Nam si quis talem hoïem docendum suscipiat, supra'que tenuem funiculum ingredi iubeat, ac per erectum lignum sursum reptare, sicuti præstigiatores solent: non modo victoriam olympiacam non consequetur, verũ etiam vel quolibet homine in cursu velocior non erit. Hoc est quod ab Hippocrate & Platone scriptum est, qui exempla & ad artes, & ad omnes vitę actiones vtilia nobis tradidere: Subiungam pauca quædam: tm̃ vt illorum formam agnoscamus. Quibus tñ contenti esse non debent, vt censeo, illi qui in quacunq; arte artifices euadere volunt: sed
D assidue exercitationi vacare eos necesse est, perinde atq; oratores, qui singulis quibusq; diebus se in argumentis ad propositam institutionem idoneis exercere consueuerunt.

Exercitatio eiusdem Methodi ex Platonis loco de Mulierum natura. CAP. 3.

SVmamus igitur primum à Platone id quod in quinto de rep. docuit: vbi de mulierũ natura agere incipit: vultq; eas eadem quæ viri studia sectari, quippe cũ eadem qua illi natura prædi tæ sint. deinde huic suæ ipse orationi occurrens, non concessuros fortasse aliquos inquit eandẽ & maris & fœminę naturam esse: atq; iccirco in quo ipse eandẽ esse dixerit, ostẽdit. Tota eius oratio
« in hunc modum habet. So. Vtrum ex canibus gregis custodibus fœminas censemus oportere
« vnà custodire eadẽ quæ mares, vnà venari, & alia simul facere, an domi se continere ob impoten-
« tiam ad catulorum fœtum, & educationẽ: mares vero laborare, & studere circa gregem debere?
« Glau. Simul omnia facere quidẽ debẽt fœminæ: sed tamen illis vt infirmioribus, maribus vt for-
« tioribus vtimur. So. Fieri'ne potest, vt aliquo animali ad eadem vtamur, nisi eadẽ educatione, di-
« sciplina'que instruxeris? Glau. Nõ sanè. So. Si igitur ad eadẽ fœminis & maribus vtemur, nõ'ne
« ijsdem erunt fœminæ instituẽdę. Glau. Profecto. So. Non'ne musica & gymnastica maribus erãt
« assignatæ? Glau. Erant quidẽ. So. Fœminis ergo etiam eædem hę duę artes, & reliquæ quæ ad
« bellum pertinẽt, erunt assignandæ: ijsdẽ'que vsibus inseruiẽt fœminę, qbus mares. Hic cũ in vni

uersum

uersum Plato eadem omnia fœmineo generi tradenda esse proposuerit: deinde etiam de exerci- E
tationibus quibus nudi vti solemus, de'q; equorum gestatione agit: & tum hęc, tum ea quæ belli
causa discimus, & tractamus, exercenda etiam mulieribus censet. Vbi vero sermoni huic aduer-
satur ita inquit. So. Vis'ne vt nos contra nos ipsos pro alijs altercemur, ne desertæ alterius partis ra »
tiones oppugnari videatur? Glau. Nihil obstat, quin id fiat. So. Dicamus igitur iam pro ipsis. Ad »
uersarij. Nihil opus est ô Socrates & Glauco vt vobis alij cõtradicant: vos enim ipsi in principio »
huius quã conditis, ciui a'is, fatemini debere vnumquodq; secundũ suã naturã vnum quoddam »
opus, tractare. So. Falsi sumus sanè: quid ni? Ad. Non'ne fœmina & vir longe inter se secundum natu- »
ram differunt? So. Cur non differunt? Ad. Diuersum igitur opus vtique prout singulorũ natu »
ra postulat, iniungendum est. So. Quid tum? Ad. Quo modo nõ peccetis in pręsentia, & repu »
gnetis vobis ipsi, non video, quippe qui dicatis viros ipsos & mulieres eadem agere oportere, cũ »
tamen lõge diuersam discrepantẽ'q; inter se naturã sortiti fuerint. So. Habes'ne aliquid mi Glau »
co, quod ad ista pro nobis respondeas? In his, cum quędam de cõtradictoria facultate dixerit, de-
inceps totum contradictionis sermonem subiungit in hunc modũ. So. In discrimen sanè adduci- »
mur, vt inuitis contradictionẽ aggredi nobis opus sit. Glau. Quo modo? So. Eandem naturã ea »
dem studia exercere non debere, viriliter admodum, & litigiose, in nomine tãtum insectamur: ne F »
que cõsiderauimus vllo pacto quæ'nã sit species, diuersæ, eiusdẽ'q; naturę: & quorsum spectãtes »
definiuimus tunc, cum studia diuersę naturæ diuersa, eidem eadem attribuimus. Glau. Non profecto »
fecto considerauimus. So. Igitur licet nosmetipsos interrogare, eadem'ne sit caluorum & crinito »
rum natura, an contraria: deinde vbi concesserimus contrariam esse, quærẽdum nunquid si calui »
sutores fuerint, idem facere crinitos non sinant: & si criniti ẽ contrario eam artem exerceãt, calui »
minime possint. Glau. Ridiculũ id sanè esset. So. Aliam'ne ob causam ridiculũ est, quàm quod tũc »
non prorsus eandem & diuersam naturam posuimus, sed illam tãtum similitudinis & dissimilitu »
dinis speciem obseruauimus, quę ad ipsa studia pertinebat: id est medicum & qui medicę faculta »
ti idoneum animum haberet, eandẽ naturam habere diximus: non'ne ita videtur? Glau. Mihi q »
dẽ. So. Medicum vero & architectũ, aliam. Glau. prorsus. So. Ergo ẽt virorum fœminarũ'q; ge »
nus si ad artẽ aliquã, aliud'que studium, diuersum esse inter se apparet, hoc vtriq; assignãdum esse »
censebimus: sed si eo tantum videntur discrepare, quod fœmina parit, vir gignit, non dum quicq; de »
monstratum esse magis putabimus, quãtum ad id, de quo agimus, pertinet, à viro videlicet fœmi »
nam differre. Verum adhuc eadem & à custodibus nostris, & ab vxoribus ipsorum tractanda es- »
se cẽsebimus. Glau. Recte proculdubio. So. nõ ne igitur hortabimur eum qui nobis aduersatur, G »
hoc ipsum dicere, ad quã'nam artẽ, aut ad quod officiũ ex ijs quę ad ciuitatis institutionẽ faciũt, »
non eadẽ, sed diuersa sit maris & fœminæ natura? Glau. Conueniens sanè est ita facere. So. Id quod »
tu paulo ante dixisti, diceret etiam alius fortasse ex tẽpore satis idonee respõdere haud facile esse, »
post cõsiderationem vero non difficile. Glau. Diceret quidem. So. Vis igitur rogemus eum qui »
nobis hæc contradixit, vt attendat an ostendere illi possimus ac probare, nullum esse ad admini- »
strationem ciuitatis mulieris propriũ officium? Glau. Maxime. So. Age vero ita ad ipsum dice- »
mus: responde: non'ne ad hunc modum aiebas alium natura idoneum ad aliquid esse, alium ine- »
ptũ, quod ille facile, hic difficulter disceret: ille breui paruaq; disciplina multa inueniret ex eo quod di »
dicisset, hic multũ diu'que cum didicerit, meditatus'que fuerit, ne ea quidẽ quæ didicisset cõserua »
ret: quod'que in illo corporis dispositio mẽti ac cogitationi subseruiret, in hoc repugnaret? nũquid »
alia quędam sunt, quàm hęc, ea, quibus ingeniosum in singulis, & hebetẽ definiebas? Glau. Nul »
lus profecto alia diceret. So. Scis'ne aliquid quod ab hominibus exerceatur, in quo nõ omnia hęc »
virorum genus pręclarius, quàm fœminarũ præstet? an pluribus agemus, longius'que oratione »
vagabimur, texendi artem, & placentarum obsoniorũ'que munus cõmemorando, in quibus es- »
se aliquid mulierũ genus videtur, deridendũ'que est maxime si superetur? Glau. Vere loqueris: H »
sanè sexus à sexu in omnibus, vt ita dicam, longe superatur: fœminę tamen multę multis viris ad »
multa opera sunt meliores: in vniuersum aũt, vt tu dicis, res sese habet. So. Nullum igitur ô ami »
ce studium est ex ijs quæ ad administrationẽ vrbis pertinẽt, mulieris proprium, quatenus est mu »
lier: nullũ item viri, quatenus est vir: sed simili modo dispersę naturæ in vtrisq; animalibus sunt: »
omnium'que officiorũ particeps est fœmina secundum naturã, omnium item vir: in omnibus tamẽ im »
becilliorem esse fœminam, quàm virum, non negauerim. Glau. Prorsus. So. Quid igitur? om »
nia ne viris mãdabimus, fœminę nihil? Glau. At quo modo? So. Est enim opinor, vt dicemus, »
etiã mulier alia medicinæ apta, alia minime: musica alia, alia natura à musica aliena. Glau. Quid »
ni? So. Non'ne exercitationi etiam, & rebus bellicis idonea alia, alia inepta, belli'que exercitatio »
nis'que expers? Glau. Ita arbitror. So. Non'ne sapientiæ alia studiosa, animosa'que est, alia à phi- »
losophia abhorrẽs, & timida? Glau. Sic est. So. Est igitur ẽt custodijs idonea quædã fœmina, qdã »
minime: non'ne talem ẽt virorum custodientiũ ciuitatem elegimus naturam? Glau. Talẽ profe »
ctò. So. Restat igitur, vt & viri & fœminæ ad custodiam ciuitatis natura eadem sit, nisi quatenus »
imbecillior hęc: ille fortior robustior'que est. Glau. videtur. So. Tales itaq; fœminę cũ talibus vi »
ris, quę vnà cum ipsis & habitent, & custodiant, eligẽdæ: quandoquidẽ idoneæ, & cognatę ipsis »

natura

" A natura ſunt. Glau. Prorſus. So. At ſtudia nõ'ne eadem ijſdem naturis attribuenda? Glau. eadem
" ſanè. So. ad priora igitur tandẽ circũducti deuenimus: fatemur q; non eſſe præter naturã, vt cuſto
" dum vxoribus tum muſica, tũ gymnaſtica aſſignet. Glau. oĩno. His oĩbus verbis Plato hoc vno mulierũ exemplo exercuit nos, vt & inuenire, & diſcernere poſſemus, in quo ſimilia in quo itẽ diſſimilia ſint, quæ inter ſe cõparant. Fœminæ enim in eo ſimiles viris ſunt, quatenus & ipſæ aĩalia rationalia, hoc eſt ſciẽtiæ capacia ſunt. At quatenus virorũ ſexus robuſtior validior q; habetur ad omne q; opus, omnem q; diſciplinam melior, fœminæ aũt imbecilliores & peiores. in eo vero a viris diſcrepant. In hoc etiam contrariam viris naturam habent, q̃ fœminę ſunt atq; eam ob cauſam ad cõcipiendos fœtus idoneæ: membra enim quædã fœminis natura cõparauit, quibus viri carẽt. Vnde merito quiſpiam poſſet fœminas in aliquo ſimiles viris eſſe affirmare, in aliquo diſſimiles. Si igitur ex ſimilitudine tranſitũ ab altero ad alterũ feceris, verum dices: ſi ex diſſimilitudine, mentieris: ſi ex cõtrarietate, multo magis. Quẽadmodũ enim Hippocrates in libello de ijs, quę in medicatrina fiunt ſcripſit, à principio ſimilia ne an diſſimilia ſint, ſpectãdũ nobis eſſe præcipiẽs: deinde in p̃ſagijs contrariũ ijs, quæ dixerat de facie poſuit, hoc eſt illud quod maxime ſimili aduerſat, eſſe grauiſſimũ ac peſſimũ: Ita Plato in ſuperius citata oratione demonſtrationẽ videtur contexuiſſe.

B *Euſdem methodi confirmatio ex Hippocratis libro de Articulis.* CAP. 4.

SEd age aliud etiam ex Hippocratis ſcriptis ſubiungamus in exemplum ſimilitudinis ac diſſimilitudinis in vnaquaq; re quæ comparatur, diſcernendę. Sumpta eſt oratio ex libro de articulis, in hunc modum ſe habẽs. Exciderit ne brachiũ hiſce ſignis cognoſcẽdum eſt. Nam cũ iuſtũ habeãt corpus homines, & brachia, & crura, ſanis membris vti debemus ad ſanorum exemplum, neq; tñ alieni artus ſpectandi, ſiquidem alij alijs exarticulati magis naſcũtur: ſed eius qui laborat, membra attendenda, ſi ſanum ægrotanti diſſimile ſit. Atq; hoc quidẽ recte dictum eſt: & huiuſce modi de cauſa falſam admodum exhibet intelligẽtiam. Neq; ſatis eſt ſi ratione tantum artem hanc didiceris, ſed experiẽtia aſſidua q; cõſuetudine tractes, neceſſe eſt: multi enim ſunt qui præ dolore vel alia cauſa, licet nõ exciderint articuli, in figuram tñ ſimilẽ illi, in quam ſanũ corpus formatur, redigi non poſſunt: prænoſcere igitur, & animo cõcipere huiuſcemodi etiã figuram oportet. At vero in alam quoq; brachij caput multo magis incũbit in luxato, q̃ in ſano: & deſuper in ſumma brachij parte ſinus apparet: ſummi q; humeri os, quippe cũ in inferiori loco ſubſidat articulus, extare conſpicitur: id quod falſam quandam quoq; hic intelligentiam exhibet: ſed poſtea de hoc, cũ res digna ſcriptu ſit, non nulla ſcribemus. Huius igitur prolapſi cubitus videtur a coſtis magis, q̃ C alter diſtare: ſi tñ vim attulerit quiſpiam, admouebit quidem, ſed cum labore: ſurſum item rectum brachium attollere cubito ad eiuſdem partis aurem porrecto, aut huc & illuc intendere perinde ac ſanum non poterit. Hæc Hippocratis oratio ſimilis illi eſt, quã in præſagijs poſuit: quemadmodum enim ibi faciem ſpectare ægrotantis iuſſit, atq; id attendere, ſimilis'ne an diſſimilis ſanis, ac præcipue ſibi ipſi videretur: ita hic luxatum articulum ſano cõparat, in eodem ipſo, qui laborat, facta cõparatione, nam deceptio quam falſam intelligentiam ipſe appellat, ſæpenumero contingit, ſi cum alienis articulis ipſum cõtuleris. Sicut etiam in præſagijs oſtendit poſſe nos ex ſingularibus, an ſimilis ſit pars ea, quæ laboret, naturalem ſitum obtinenti dignoſcere, ita hic fecit: cũ alia planè ſcripſerit, illud vero in quo error ob ſimilitudinẽ ad luxatam partẽ contingere poſſet, optime notarit, quippe quod falſam intelligentiam ipſum quoque afferat: humilis enim eſt ac deiecta humeralis brachij pars, quã ἐπωμίδα appellant, non ſolũ in luxatis, ſed etiã in ijs, qui auulſionem in ſummo humero patiuntur: vt quantũ ad hoc ſpectat, cõfundatur luxatorũ dignotio, cũ ad cõe ſignũ cum auulſis deueniat. Verum hic etiã quod generaliter in libro de ijs, quæ in medicatrina fiunt, dixerat, id nunc vnius ſpeciei ſtatuit: non modo quà ſimilia ſint duarũ affectionũ ſigna, ſed etiã quà diſſimilia, demonſtrans. Nam concaua quidẽ brachij ſumma pars in vtriſq; apparet: alij

D tñ caſus quos de luxatis humeris enumerat, in ſummi humeri auulſionibus non accidunt: de quibus, vt ſuperius retuli, ſcripſit ita: Huius autẽ luxati cubitus videt̃ a coſtis magis, q̃ alter diſtare: ſi tñ vim attulerit quiſpiã, admouebit quidẽ, ſed cum labore: ſurſum item rectũ brachium attollere cubito ad eiuſdem partis aurem porrecto, aut huc & illuc intendere perinde ac ſanũ non poterit. Hæc in luxatis fieri manifeſtũ eſt. In quibus vero auulſus eſt ſummus humerus, nihil tale contingit: ſolũ enim in his illud cõmune eſt, q̃ humeralis brachij pars caua & ſinuata cõſpicitur: in qua quidẽ cõmunitate quædã eſt tum ſimilitudo, tum diſſimilitudo. Videt̃ enim locus ille depreſſior eſſe, non tñ eſt re vera ſeipſo natura humilior, ſicut in luxatis: in illis ſiquidem cũ brachij caput in alam decubuerit, extuberatio, quæ prius in brachij ſumma parte extabat, re vera interijt: id quod in auulſionibus minime eſt, cũ enim ſummus humerus ſurſum exierit, falſam quandã humiliationis loci illius ſpeciẽ exhibet. At vero melius fortaſſe eſt, vt vnã aliam ex libro de articulis ſumptã orationẽ ſubiũgamus, in qua in vna eadem q; affectione ſimilitudinẽ & diſſimilitudinẽ pleroſq; medicos fallentem oſtendit Hippocrates. Cum enim aliqua vertebra in anteriorem partem luxata fuerit, ſedes ea in ſpina depreſſa humilis q; apparet. Interdum etiam poſterioribus vertebrarum p̃ceſſibus fractis, ex quibus ſcilicet ſpinæ ſumma extuberatio exiſtit, cauus ac depreſſus locus idẽ cernitur, nõ ſecus atq; in luxatis in anteriorem partem vertebris. Cum tamen hic morbus cura-

Sect. 1. à tex. 1. & 40. 7. 25. 7. a

Lib. 1. tex. 5. 4. 190. g

tu q; facillimus, alter q; perniciosissimus habeatur. Inquit igitur Hippocrates medicos quosdam E esse, qui horum differentia ignorata facile se luxationem in vlteriorem partem curasse opinetur: hunc aũt in vlteriorem partem exitum nõ solum hoc modo verum etiam interiorem partem nominat, interiorem quidem partem, profunditatem videlicet corporis: exteriorẽ vero extimã eius superficiem, tũ anteriorem, tum posteriorem appellans. Est aũt oratio vbi ista cõscripta habentur, haec. Ex posteriori aũt parte in interiorẽ talis luxatio fieri, nisi q̃ maximũ pondus ingruat, non facile potest: ossa enim quae exterius oriuntur, talis sunt naturae singula, vt prius confringerentur, q; introrsum magnã aliquã inclinationem acciperent, ligaminibus secũ, & articulis, qui alterna quadam cõnexione inter se insinuãtur, violenter tractis: dorsi preterea medulla laboraret, si vel ex paruo spatio flexurã sinum q; haberet, tali exitu vertebra prolapsa: tum quae excidisset vertebra, dorsi medullã sin minus abrumperet, saltẽ comprimeret: cõpressa q; ipsa & intercepta multis, magnis, opportunis q; mẽbris torporẽ induceret adeo, vt cum multa alia grauia vrgẽtia q; mala adessent, non liceret medico ad reponendã vertebram animũ adijcere. Quare perspicuum est huic neq; inserere quicq;, neq; dequassare, neq; alio aliquo simili modo succurrere nos posse, nisi hominẽ disseces, in apertũ q; ventrẽ manu iniecta ex interiori parte extrorsum os ipsum protrudas: at hoc mortuo fieri, viuo nequaq̃ potest. Quorsum vero hoc scribo? vt intelligamus non nullos esse, qui cu F rasse se eos homines arbitrãtur, quibus ex interiore parte vertebrae prolapsae articulos oĩno transilierint: immo luxationem hanc curatu facillimã, nulla q; indigere insertione, sed spõte sanari opinantur. Ignorant quidem: atq; ex eo q; ignorant, lucrantur: suadent enim alijs hoc ipsum, & ipsi etiam falluntur hac de causa. Spinam quę eminet hac in parte dorsi, vertebras ipsas esse autumant, propterea q; rotunda ac teres attrectãti apparet: nec aduertunt officula esse illa à vertebris procedentia, de quibus paulo ante dictum est: at vertebrae multo vlterius abeunt: angustissimum enim ex omnibus animalibus homo pro magnitudine ventrẽ habet à posteriore in anteriorem partẽ, praesertim ad pectus: cum igitur aliquod ex his eminentibus ossibus valide confractum fuerit, siue vnum, siue plura, ea in parte depressior locus efficitur, q; hinc & inde videatur: hac q; de causa falluntur, introrsum vertebras prolapsas esse existimantes. Maximam habere vim similiũ ac dissimilium dignotionem: vnũquenq; itẽ artificem res, in quibus versatur, similes ac dissimiles discernere debere: ex hoc exẽplo facile cõstat. Cũ enim in exercitatiõe praecipua huius cognitionis pars collocata sit, nõ in vniuersalibus exẽplis spectare, sed in pluribus & varijs exerceri opus est, ab his praesertim auctoribus, qui artẽ hãc optime tractarũt, Hippocrate & Platone exẽplis depromptis.

De arti. sect. 3. à tex. 45 ad 47. 7d. 273. a

Alia confirmatio superioris methodi ex Platone: ac de methodo compositionis & diuisionis eiusdem Platonis testimonio. G *CAP. 5.*

CVm igitur in primo reip. Plato cum alijs pluribus exemplis, tum nauium gubernatorum, et medicorum, demonstrasset artifices ijs, quae administrant & tractant, non sibi vtilitates comparare, deridens hoc Thrasymachus opilionum, & bubulcorum mentionem facit, qui suae, non ouium & boum vtilitati cõsulunt: at Socrates horum diuersum esse scopum ac finẽ ostendit: aliũ eorum qui in pastoritia arte nihil aliud praeter ouium, & boum vtilitatẽ spectant, alium eorũ qui vel ad vẽditionem vel epulũ animalia ea saginare consueuerũt. Apertum est igitur medicũ etiã, quà medicus est, corporis sanitati cõsulere: quà vero ob aliud quid hoc agit, aliam habiturum esse appellationem: quippe cum non nulli lucri causa medicinam exerceãt: quidam ob sibi legibus cõcessam immunitatẽ, ac reip. vacationẽ: alij humanitate cõpulsi: gloria alij & honore allecti. Quatenus itaq; sanitatis opifices sunt, medici oẽs communi nomine vocabũtur: quatenus vero diuersos ob fines munus illud tractant, alius humanus, alius ambitiosus, gloriosus hic, ille quaestuosus appellabitur. Quocirca medicorum finis, quatenus sunt medici, minime est, vt Menedotus empiricus scriptum reliquit, gloriosus, aut vtilis. Sed ipsi Menodoto talis profecto fuit, Diocli vero nequaq̃, sicut neq; Hippocrati, aut Empedocli, alijs q; compluribus ex veteribus, qui humanitate & H benignitate hominibus medebantur. Siquis igitur in huiuscemodi exemplis se exercuerit, (sunt autem apud Hippocratem & Platonem per q; multa,) facile tum propria, tum cõmunia vniuscuiusq; artis perspiciet. Aduersus Thrasymachum siquidem in primo reip. libro Socrates differens de opilionibus & bubulcis, in eo cõmunicare eos ostẽdit, q; sunt opiliones & bubulci, at q; ille vt lucretur, hic vt edat, pecudes saginat, in eo vero quàm plurimũ discrepare. Sic & Hippocrates in libro quidem de fracturis cõmunia à proprijs discernere pluribus nos docuit, in artibus vero hoc est in libro de medicatrina, si similia sint, aut dissimilia. Tres enim hae considerationes potestate vnum & idem sunt, de proprijs inquam, & cõmunibus speculari: tum discernere similia ne an dissimilia sint ea quae conferuntur: tertia quid idem & quid diuersum sit in rebus, considerare. Solent quippe graeci similia interdum appellare, quae aliquid quod idem sit, in se habuerint. Exempla quoque in rebus quae conferuntur, per idem facienda esse Plato praecepit. Huic autem speculationi affinis quodam modo etiam illa est, quae diuisiua appellatur methodus: cuius exercitationem Plato in Sophista & Ciuili tradidit: vsum vero non hic modo, sed euidentissime atq; absolutissime in Philebo, & Phaedro, in rep. quoq;, alijs q; quibusdam tractatibus demonstrauit. In Sophista & Ciuili docet, quo modo quis loco appellationis & nominis breui & dilucida oratione

significatum

A ſignificatum eius interpretetur. Quæ oratio poſtea ὁρισμος καὶ ὅρος hoc eſt diffinitio, & terminus ſeu finis, à recentioribus per excellentiã fuit nuncupata. In Philebo, & Phædro ad artiũ cõſtitutionem diuidendi & cõponendi artẽ oſtendit eſſe q̃ maxime neceſſariã: duobus q́ꝫ modis nobis pręcipit in ea eſſe exercendũ: vno, vt à primo maxime q́ꝫ generali ad ea quę nullã amplius ſectionem admittunt, deſcẽdamus p̱ medias differentias, quibus diffinitiones ſpecierũ conſtare in Sophiſta, & Ciuili oſtẽderat: altero vt à ſpecialiſſimis, quæ multa ſunt, ad primũ genus cõponendo aſcenda mus: vna ſiquidẽ vtrorũqꝫ via eſt, iter vero duplex ab altero extremo ad alterũ viciſſim trãſeunti:
« de quibus in Phædro quidẽ ita loquitur. So. Mihi videnť ſanè cætera per luſum re vera eſſe dicta:
« ſed ſiquis duarũ harum ſpecierũ, quarum modo forte fortuna mentionẽ fecimus, vim ipſam arte
« poſſet cõprehendere, eſſet non iniucundũ. Phæ. quarum ſpecierum? So. vt, ſ. in vnam ideam for-
« mam q́ꝫ intuens, ea quæ multifariã diſperſa ſunt, cogeret, quo ſingula diffiniendo, planum faceret
« identidem quicquid docendũ ſuſcepiſſet: quemadmodũ nos in præſentia de amore agentes, cum
« diffiniuimus. quod ſiue bene ſiue male dictũ ſit, diluciditatem tñ & cõuenietiam attulit orationi.
« Phæ. alterã vero ſpeciem quã dicis ò Socrates? So. vt è contrario ſecundũ ſpecies poſſit articu-
« latim pro rerũ natura res ipſas diuidere, neqꝫ inſtar mali coqui frangere membrũ aliquod aggre-
B diatur. Hæc generatim de diuiſiua ac cõpoſitiua methodo à Platone dicta ſunt. Tranſiens deinde ad rhetoricã artem, (vno enim hoc exemplo totius tractatus erimus contenti,) hæc ſubiungit. So.
« Quando dicendi facultas animæ allectatio quædã eſt, ille qui orator futurus eſt, quot animæ ſpẽs
« ſint, cognoſcat neceſſe eſt: tot igitur ſunt ac tot, talia q́ꝫ ac talia, vnde illi tales, hi tales efficiũtur: his
« ita diſtinctis orationũ item tot ac tot, tales q́ꝫ ac tales ſunt ſpecies: tales igitur homines talibus ora-
« tionibus talẽ ob cauſam, ad talia facile perſuadentur, tales cõtra ob talia difficulter. Oportet igitur
« eũ qui hæc fuerit ſpeculatus, poſtea eadẽ in actionibus ipſis ſpectare, celeriter q́ꝫ ſenſu percipere:
« alioquin nihil amplius quicq̃ habebit, q̃; ea quæ à doctoribus audiuit. At cũ ſatis idonee poteſt di-
« cere qualis qualibus orationibus ſuadeatur: cum q́ꝫ aliquis acceſſerit, perſentit talẽ eum eſſe: & ſe-
« cum, hæc, inquit, natura nunc re adeſt, qua de ſermo ante habebatur, cui hæc oratio ad hæc perſua-
« denda eſt adhibenda: hæc oĩa conſecutus, ſi dicendi & tacendi inſuper opportunitatẽ adiunxerit,
« breuiloquij itidem, tum cõmiſerationis, & vehementiæ atqꝫ amplificationis, cæterarũ q́ꝫ orationis
« partiũ quas didicit, occaſiones & importunitates cognouerit: tunc demũ recte, atqꝫ abſolute artẽ
« hanc erit executus, prius vero minime. In quocunqꝫ aũt horũ quis defecerit vel dicendo, vel docẽ-
« do, vel ſcribẽdo, licet ex arte ſe verba facere dicat, nõ ipſe, ſed qui nõ perſuadeť, vincit. Hæc de rhe
C torica diſſeruit, docens quomodo quis eã methodo vſus cõſequeretur: non vt pleriqꝫ faciũt, experientia, & conſuetudine. Ad hæc, inferius, vbi vtilia multa connumerauit ſummatim ea colligens,
« ſic ad verbum ſcribit. So. Quare, ſi aliud quid de arte dicendi afferes, audiemus: ſin minus, ijs quæ
« diſſeruimus, acquieſcemus: vt niſi quis auditorum naturas diſcreuerit, in ſpecies q́ꝫ res ipſas diſtin
« xerit, & in vnam ideam colligere ſingula idoneus fuerit: nõ dum is dicendi artem, quoad homini licet, ſit aſſecutus. Hoc quidem in libro compendioſe cum de artium omnium in vniuerſum conſtitutione, tum de rhetorica diſſeruit, in Philebo vero exactiſſimę totam hãc rem pertractauit: ex
« qua ego oratione, quod ad propoſitũ maxime facere videatur, aſcribam. Id eiuſmodi eſt. So. Vox
« profecto nobis quę ex ore exit, vna eſt: eſt itẽ infinita rurſus multitudine cunctorũ, & ſingulorũ.
« Pro. quidni? So. Et in neutro horũ ſumus ſapientes, neqꝫ q̱ infinitam, neqꝫ q̱ vnam eam eſſe co
« gnoſcimus, ſed tantũ q̱ & quales, & quot ſint voces, tenemus: hoc enim vnumquemqꝫ noſtrum
« grammaticum reddit. Pro. veriſimile. So. idem quoqꝫ muſicum hominem facit. Pro. quo modo?
« So. vox enim ſanè etiã illa in arte vna eſt. Pro. Quidni? So. Duo itẽ ſtatuamus, neceſſe eſt, graue
« & acutum: & tertium inſuper quod mediũ inter vtraqꝫ tenorem habuerit: nõ'ne ita? Pro. ita pro
« fecto. So. non dum tñ ſi hæc ſola cognoueris, muſicæ euades peritus: ſed niſi cognoueris, nullius,
« D vt ita dicã, quantum ad hæc ſpectat, precij æſtimaberis. Pro. nullius ſanè. So. Sed vbi ò amice acce
« peris quot interualla numero vocis circa acutũ & graue, & qualia ſint, nec non interuallorũ termi
« nos, quot q́ꝫ ex his cõſtitutiones efficiantur: quæ veteres conſpicientes poſteris nobis tradidere, vt
« harmonias concentusq́ꝫ appellaremus: alias q́ꝫ quaſdam huiuſcemodi affectiones in corporis mo
« tionibus exiſtere deprehenderunt, quas numeris dimẽſas numeros vel rhythmos & modulos vo
« citandas cenſuerunt: cogitandum q́ꝫ nobis reliquere ita de vnaquaque re, quatenus vel vnum vel
« multa eſt, eſſe contẽplandum: cum hæc ita acceperis, tunc ſapiens doctus q́ꝫ euaſiſti. Cum etiã ali-
« quid aliud qualibet in re hac ratione cõprehẽderis, in eo prudẽs ſapiẽs'qꝫ efficieris. Infinitas vero
« ſingulorũ, & multitudo, in ſingulis expertem te ſapiendi, neqꝫ doctum, neqꝫ numeroſum reddit:
« quippe cum nullum in numerum aliqua in re vnq̃ reſpicias. Pro. præclare hæc ò Philebe mihi vi
« detur Socrates dixiſſe. Phi. Mihi quoqꝫ: ſed qd ad nos hæc oratio dicta eſt, qd' ue ſibi vult? So. re
« cte hoc à nobis Protarche quęſiuit Philebus. Pro. prorſus: reſponde igitur ipſi. So. faciã, ſi tñ pau
« ca quædam de his adhuc ſubiũxero. Nam quemadmodum ſiquis vnum aliquid ex his ſumpſerit,
« vt diximus, non in infiniti naturam continuo, ſed in numerum aliquem ſpectare debet: ita è con-
« trario cum quis infinitũ prius accipere coactus fuerit, non ad vnũ ſtatim, ſed ad numerũ quendam
« multitudinis alicuius capacẽ intẽdere opus eſt, ac demũ in vnum deſinere: rurſus vero hoc quod

dicimus, licet in literis comtemplari. Pro. quo modo? So. Posteaq; infinitam vocem animaduertit E » siue Deus, siue diuinus quidam homo ille fuit, vt fama est Theuth quendã apud Ægyptios huiu- » sce rei inuẽtorem fuisse, qui primus vocales in infinitate non vnũ esse, sed plura considerauit: rur- » sus alias ex his non vocis, sed soni cuiusdam esse participes cognouit, atq; has quodam in numero » esse: tertiũ inde literarum genus distinxit, quæ nunc mutæ à nobis appellantur: postremo mutas, » & soni immunes ad vnũ vsq; diuisit: simili modo vocales, & medias, quoad carũ in singulis qui- » busq;, & vniuersis, certo cõprehenso numero elemẽtum nominaret. Animaduertens præterea ne » minem nostrum vnũ ex his per se ipsum sine cũctis alijs percepturum fuisse, vinculum hoc, quasi » vnũ quoddam, atq; omnia hæc vnum quodã modo efficiẽs, excogitauit: vnam q; his grammaticã » artem præfecit. Hæc Plato in Philebo de constitutione artium scripsit, ea videlicet quæ rationali quadam methodo, nõ diuturna obseruatione ex singulorũ peritia in vnũ collecta, conficitur. Rationalem sanè artiũ constitutionẽ nõ posse sine exercitatione diuisionis & compositionis fieri, ex his quæ à me nunc cõmemorata sunt, manifestũ esse arbitror. Per totum tñ Philebũ ille re ipsa methodũ hanc in voluptate ostendit deinceps de ipsa verba faciens, oẽs q; eius drias connumerans.

De Vsu methodi Compositionis & Diuisionis ex Hippocratis & Platonis sententia. CAP. 6.

IDem quoq; Hippocrates in libro de victu in acutis morbis multo ante præuertit, Gnidios me- F dicos reprehendens, quippe qui morborum differẽtias secũdum genus & species ignorabãt: ipse vero distinctiones quasdam tradit quibus id, quod vnum videtur esse nõ tam in morbis, q̃ in alijs omnibus, si secetur, plura esse deprehendatur. In quo pleriq; vel maxime illustrium medicorum, etiã in remedijs ipsis errasse inueniũtur: siquidem nõ nulli ad singulares ipsorũ vtilitates deuenientes, inertem quandam, omni ratione methodo q; carentem, doctrinam effecerunt: alij contra cõmuniora secţati, prima quidem fronte artificiosissimam, re aũt vera prauissimam, dissertationem instituerunt. Inde etiam inter se dissensere. Non nulli de certo aliquo morbo, verbi causa lateris dolore, sententiã proferentes, eius medicamentũ alij sanguinis missionẽ esse, alij purgationem dicunt: non secus fotionẽ, alij spongijs, alij ijs q à medicis marsypi & sacculi appellãtur, vel aliquo alio contendunt esse faciendam. Eodem modo etiam de lotione, & illuuie, de aceto mulso, de aqua mulsa, de aqua, de vino dissentiũt: de ptissana item nihilo minus, vel enim succum tñ percolatũ, vel solam hordeaceam substantiam exhibendam censent: alij etiã cibos non subtrahunt: cum alio modo alius ægrotantium differẽtias distinguat, relatis quoq; indigere remedijs lateralem morbũ demõstrauit. Quod quemadmodũ ipse dicat inordinatius paulo, vtpote qui primus id inuenerat, in cõmentarijs de victu acutorum exposui. Quem librum nõ nulli contra Gnidias sententias, alij G de ptissana inscribũt, praue vtriq;. Ego verò, quo hac etiam in re breuibus explicatam sententiam habeant studiosi, capita nõ grauabor referre. Cum enim primũ laterales morbi oriũtur, dolere q; latus incipit, quia non dum manifesta est affectio, calfactionibus fomentis q; quæ appellãtur, periculum faciendum esse iubet: || materiã q; ipse exponit. Deinde si minime ita fuerit solutus morbus, considerandũ præcipit, nuper'ne comederit, aluus deiecerit, nec'ne: quid q; sit faciendum docet. || Si neq; hac ratione cesserit languor, distinctiões quasdã tradit eorũ, vel qui sanguinis missione, vel q purgatione indigeãt: in quibus item mulsa aqua, vel mulso aceto, vel aqua vtendum sit, nullo vsq; ad iudicationem exhibito alimento: quibus etiam succum ptissanæ, quibus hordeũ ipsum, quibus cibos firmiores, eo tẽpore dare debeamus. Non secus de vini exhibitione definit, quibus dandũ, quibus non, qñ, & quale. Simili modo de balneis, alijs q; id genus. Cum vero duplex sit peccatũ in diuisionibus, propterea quia alij deficiunt: alij excedunt, in multitudinem non propriam rei, qua de agitur, secantes: horum vtrunq; Hippocrates in principio libri || reprehẽdit, atq; ita inquit: Diuersitates tñ morborum nõ nulli, multimodas q; eorum diuisiones non ignorarũt. » sed cum numerum singulorum morborum voluerint euidenter explicare, non recte id scriptis tra » diderunt: neque enim numero comprehendi hi facile possunt, si huic argumento fides præstãda H » est, q̃ ęgrotantium morbus alius ab alio in aliquo differt: neq; idem est, nisi nomen etiam idem ha » buerit. De remedijs vero & medicamentis contra vtpote in defectu peccantibus, in hunc modum scribit. || Et non modo eam ob causam illos non approbo, verũ etiam quia paucis admodum nu- » mero medicamentis vtũtur. Post hæc cum præsumpsisset id, quod quæstioni vtilissimum est, non explicate postea solutionẽ eius scripsit: atq; iccirco tota quæstionis vis fuit à plerisq; medicis ignorata. Ego sanè, licet totã hanc orationẽ in primo de victu acutorum commẽtario enarrauerim: nunc quoq; tamen breuiter dicendum de vi eius mihi esse arbitror. Ipsam quæstionem his verbis scripsit Hippocrates. || Digna vt scribãtur mihi videtur esse pręcipue ea quæ vel non animaduer- » sa à medicis sunt, cum tñ perq; opportuna eorũ cognitio sit: vel magna aut emolumẽta, aut dãna, » afferre consueuerunt. Non animaduersa sunt hæc. Cur in acutis morbis alij medici cum perpe- » tuo non colatam ptissanam exhibeant, recte se medicinam exercere existiment: alij vero in primis » id dent operam, vt nihil hordei deuoret ægrotus, magnam quippe id noxam afferre putant, sed » per linteum succum excolatum exhibeant: non nulli alij vero neque crassam ptissanam, neq; cre- » morem dent, atq; id alij vsque ad septimum diem, alij semper, quoad morbus ipse iudicetur. Sanè » neq; huiuscemodi quæstiones proponere, neque fortasse propositas soluere cõsueuerunt medici. »

Verum

2. de rat. ui. in ac. tex. 1. 2. 3.

Ibid. t. 10. & 11. Et sect. 4. t. 73. & 76.

1. de rat. ui. i ac. t. 8. 7ª. 108. h

Ibidem. t. 4. f

Ibi. t. 13 fo. 109. d. vsq; ad 17.

« A Verum maximam vniuersa ars apud imperitos & populares, calumniam patitur, vt ne medicina
« quidem vlla esse videatur. Quare in acutis quidē morbis adeo inter se opifices discrepāt, vt quod
« alter attulerit, optimum vtilissimum q; esse affirmans, alter perniciosum esse contendat. Et paulo
« post: Assero profecto optimam esse cōsiderationem hanc plerisq; in arte rebus, atq; his vtilissimis
« affinitate quadā connexam: nā ægrotātibus omnibus ad sanitatē, sanis ad tutelam, exercētibus ad
« bonā habitudinē, atq; ad quodcunq; aliqs voluerit, plurimū facit. Hanc de artificū dissensione cō
sideratione nō solis languentibus magnā vim habere inqt ad sanitatem recuperandā: verū etiā
sanis ad tutelā, eiusdē videlicet sanitatis: & exercentibus vltra sanitatis acquisitionem, & conserua
tionē, ad bonā corporis habitudinē plurimū valere: deinde subiūxit & ad quodcūq; aliquis volue
rit, vt significet non tam ad medicinā, q̄ ad oēs etiā alias artes vim suā porrigere. Admiratione sa-
nè dignū videtur quamobrē fiat, vt medici q artē eam tractāt, in qua an admota remedia ꝓfuerint,
an læserint, experientia potest iudicari, nihilo secius tñ de ijs quę iuuant vel nocent, maxime inter
se repugnantes sententias protulerint. Nam si in philosophia nondum sedatæ fuere discordiæ, ni-
hil mirum esse debet: qppe cum de rebus eiusmodi sint, quæ euidenti experimento iudicari mini-
me possunt. Atq; iccirco effectū est, vt alij ingenitum esse mundum, alij genitum prodiderint: alij
B nihil extra mūdum contineri, alij esse aliqd affirment: atq; ex his rursus qui aliqd extra esse aiunt,
nō nulli vacuum nulla præditum substantia ibi esse dicant: nō nulli mundos alios nullo tñ nume
ro cōprehensos, vt in infinitum progrediaẽ multitudo. Huiuscemodi.n. res nullo euidenti sensuū
iudicio definiri queunt. At in vtilitate & læsione medicamentorū quæ corpori exhibentur, nihil
simile est: quæ tñ in tantam controuersiā inter medicos venere: quasi experientia ipsa qd iuuaret,
quidve offenderet, iudicare facillime nō possent. Huius igitur quęstionis solutio, propterea q; nō
admodū clare ab Hippocrate fuit explicata, oēs ferè libri huiusce interpretes latuit: quæ nimirum
talis est. Ex ægrotantibus alij inedia quoad morbus iudiceẽ, alij cibo indigent: atq; ex his quibus
alimēto est opus, qdam hordeaceam ptissanam, quidam cremorem solum, sicut nō nulli firmiorē
cibum exigunt: quidā item aceto mulso, vel aqua mulsa: aqua alij, vel vino egent. Hinc euenit, vt
medici, qui ex sola experientia artē constituunt, vtile illud existimarint, quod forte fortuna sæpius
profuisse vnusquisq; cōpererit: neq; ad cōtrarium victus genus experiendi causa transire audent,
ne infœliciter res cedat formidātes. Solus igitur ille, qui & ægrotantis naturā, & morbi affectionē,
& adhibiti remedij vim, tēpus item quo ipso fuerit vtēdum, optime callucrit: nō verebitur quin, si
medicamēto, quod ratione excogitauit, vsus fuerit, spem suā experientia cōfirmare possit: solus q;
C inueniet, tum dissensionis causam, tum distinctiones, quas secutus aliquis, id quod languenti vtile
futurum sit, facile deprehēdat: atque hoc preter istum nemo alius poterit cognoscere. Qui n enim
experientia tantū cognitis insistunt, ij sola illa quæ experti sunt, adhibere consueuerunt: ac noxæ
causam in naturā, vel artem, vel tale quippiam referunt. Idem hoc etiā in libello de fracturis in fra
« ctionibus quæ cum vlcere factæ sunt, ostēdit Hippocrates his verbis: Alij vero nō nulli sunt, qui
« fascijs statim his medeātur: hinc & inde fascijs membrū deligant spatio eo, in quo est vlcus, vacuo
« relicto, vt refrigeretur. Deinde ex purgātibus aliquod medicamētum vlceri imponunt, plagulisq;
« ita vino tinctis, vel lanis succidis curare consueuerunt. Hæc curatio mala est, videtur q; illi qui ita
« medentur, cum in alijs, tum in his fractionibus maxime desipere: maximum siquidem id est, vt co
« gnoscas quo modo fasciæ caput inijci, qua've in parte maxime comprimi conueniat: tum quę vti
« litas cōsequatur, siquis recte caput iniecerit, & qua est opus compresserit: quæ item noxa cōtraha
« tur, si minus bene iniectum sit, neq; compressum, sed hinc & inde tm̄ deligatio facta fuerit. Sed di-
« ctum iam est in ijs quæ superius scripsimus, quę nam ab vtrisq; his modis soleant euenire: & ipsa
« etiam medicina testimonio est: necesse enim est, vt his qui ita deligati fuerint, ad ipsum vlcus tu-
« mor insurgat: nam si sanū membrū hinc & inde deuinctū sit media parte intercepta, tumeat illa,
« D ac liuescat proculdubio necesse est. Quod in vlcere non euenire qui potest? superest igitur, vt hoc
« modo vlcus decoloratum, ac liuidum, expressum q; euadat, & lacrymosum, nec suppuret: tā ossa
« quæ abscessura minime erant, abscessu corripiantur, vlcus itē pulset, ac febrile sit. Vnde fit, vt cogā
« tur isti ob tumorē emplastra imponere. Quod etiā ipsum ita hinc & inde vinctis inutile euadit: cū
« nihil aliud q̄ ad pulsationē illā inutile pondus accedat. Postremo, cum magis turget, crudescit q;
« vlcus, ligamenta illa resoluunt, reliquam q; curationē sine deligatione vlla peragunt: et nihilomi
« nus si tale aliquod vulnus eiusmodi nacti fuerint, eodē modo curant: neque illam putant hinc &
« inde factam deligationē, & refrigerationem tumoris causam, sed aliquod aliud infortunium. Nō
putant, inquit, perniciosam illam ligationem læsionis causam fuisse, sed aliquod aliud infortuniū.
Quo fit, vt nunq̄ consuetam istam suam tractationem relinquant: sed in male perceptis cogni-
tis q; persistant. Hæc quæstionis illius dissolutio est, quatenus causam dissensionis in remedijs ad-
hibendis considerare debeamus: quam vniuersaliter complectens aliquis, differentiam esse dice-
ret rei generaliter intellectæ, & dictæ, & propositæ, siue ea res affectio, siue materia aliqua remedij
fuerit. Affectionem appello, vt lateris dolorem, de quo, vt de exemplo, disseruit. Materiam mul-
sam aquam, vel vinum, vel aquam, vel acetum mulsum: in singulis enim his propriæ quædam dif
ferentiæ sunt, de quibus omnibus non breuiter egit Hippocrates, sed explicate etiam, quomodo

Sect. 3. t. 5. 6. 7. 8. 7. 242. g

differentiæ sint diuidendæ, distinctiones docuit. Satis esse arbitror, si exempli causa dictum ali- E quod ex his cōmemorauero, quale est illud de vino. || Dulce vinum, ac vinosum, albū, & nigrum, » & aquam mulsam, & aquam, & acetum mulsum his signis in acutis morbis distinguere oportet. » Dulce quidē caput minus grauat, q̄ vinosum: minus q; mentem attentat: faciliusq; q̄ alterū per in » testina descendit: lienem tn̄ & iecur auget: neq; ijs qui amara bile infestātur, idoneum est: sitim.n. » huiuscemodi hominibus parit: superius q; intestinū inflat: inferiori vero, quātū ad inflationes spe » ctat, minime inimicum. Quanq̄ inflatio quæ ex dulci vino existit, non admodū est penetrabilis, » sed circa præcordia immoratur: minus siquidē vrinā ciet vinū hoc in vniuersum q̄ vinosum albū. » At vero sputū educit dulce magis, q̄ alterum: minus tn̄ q̄ alterū id facit ijs, qbus sitim afferre cōsue » uit: quibus vero non est siticulosum, ad sputa excreanda magis, q̄ aliud prodest. Vinum sanè vi- » nosum album in dissertatione de vino dulci plurimum & laudatum, & vituperatum iam fuit: cū » tn̄ ad vesicā facilius q; alterū penetret, vrinam q; magis ciet, magis q; irrumpat & incidat, plerunq; » in talibus morbis vtilitatem affert: licet.n. ad alia inutilius q; cætera sit, ea, tn̄ per vesicam purgatio » quæ ad hoc efficitur vino, liberat, si sumptum quale debet, fuerit. Atq; hęc quidem de vini & vtili » tate, & læsione præclara sunt argumenta, quæ maioribus meis non fuerunt animaduersa. Rufium » autem vinum, & nigrum austerum his in morbis vtiliter exhibere poteris, si neque capitis graua F » tio, neq; mentis attentatio fuerit, neq; sputi quo minus exeat, impedimentum aliquod, neq; vrinæ » retentio extiterit, deiectiones vero liquidiores, ac ramentosæ fluxerint. nam in huiusmodi omni- » bus casibus, similibus q; alijs maxime conuenit ex albo sumere. Sciendum insuper superiora oīa, » & vesicæ etiā partes minus offendere vinum, si dilutius sit: si contra meracius exhibeatur, intesti- » nis vel præcipue conferre. Hic Hippocrates ista, inquit, quæ ad vini differentias & vsum pertinēt, » antiquioribus incognita fuerunt: at ego traditis distinctionibus quibus discerni hæc possint, ho- rum artē cōstitui. Ad eundē modum etiam || de mulso, || de melle, || de aqua, de aceto mulso, || de ptis- sana, & balneis distinctiones conscripsit: eos damnans qui in omnibus acutis morbis horū vniuscuiusq; vsum vel prorsus concedebant, vel prorsus interdicebāt. Siquis.n. interroget dandum'ne sit vinum febrientibus, respondendum est, non nullis dandum. Idem hoc de voluptate facit Pla- to: cum quasdam ex ipsis fugiendas, quasdam admittendas præcipit: voluptates.n. quæ ex hone- stis, vtilibus q; disciplinis, omnibus q; demū probis actionibus proueniūt, admittere debemus: fu gere contra eas, quas ebrietates, crapulæ, venerea exhibent: at quæ nihil horū in se distinctum ha- buerint, illæ vero neq; fugiendæ, neq; expetēdæ. Inueniūtur siquidem etiam generis voluptatum differentiæ ex diuidendi methodo, quemadmodum in toto Philebo ostendit Plato, dum differen- G tias ipsarum oēs nos docet. Atq; iccirco dixi ea, quæ via diuisiua inueniuntur, ijs quæ ad similis & dissimilis cognitionem spectant, adiuncta esse, & affinia: similitudo.n. est voluptatibus inter se, & cōmunitas secundū genus: vnum siquidem est in ipsis cōmune genus, quo scilicet cōmunem sor- titæ sunt appellationē: diuersæ aūt sunt secundum speciem in proprijs differentijs. Nam simplices vltra speciei cōmunionem simplicitate etiā assumpta maiorē similitudinem ad simplices acquisi- uere: perinde atq; cōpositis cōpositæ, corporeę corporeis, animales animalibus, vtiles vtilibus, no cuæ nocuis maiori similitudine accedunt. Ad eundē modū & quæ ex bonis actionibus, & quæ ex malis resultant, sibi mutuo magis similes sunt: & quæ in rationali parte animæ existunt, & quæ in irascibili, & quæ in concupiscibili, inter se singulæ magis assimilātur. Sed si absq; vlla sectione sin- gulorum generū in proprias differentias voluerint vel medici, vel philosophi vniuersale aliquid, & indefinitum pronūciare, multa quotidie euidēter apparentiā suis sententijs repugnare depre- hendent. Nā ea quæ ab omnibus egregijs circa artes viris celebratā distinctio, harum duarū specu- lationū, de quibus hoc in libro disserui, exercitatione constat & absoluitur. Duas speculationes inquā has: alterā ex similium dissimilium'q; dignotione: alterā tum ex via quæ fit per diuisionem generū vsq; ad indiuidua, tū ex opposito huic modo, hoc est ascensu à singularibus ad primū vsq; H genus p medias differētias. Atque has vtrasq; vias ex omnibus veteribus medicis & philosophis pulcherrime atque optime Hippocrates et Plato inuenerūt: multaq; opera ab auctoribus, qui cō munia à proprijs distinguere nesciebant, falsò fuisse conscripta demonstrarunt. Superius.n. ostēdi hinc oēs ortas esse dissensiones & inter medicos de ptissanæ vsu, omnibus q; alijs q̄ ęgrotantibus exhibentur, et inter philosophos de animæ virtutibus: cū nō nulli disciplina eas posse comparari, natura alij esse insitas, vel consuetudine, & exercitatione acquiri posse affirment. Quòd si animæ species diuisissent, cognouissent aperte alterā esse rationalē, irrationalē alteram, quæ etiam ipsa bi- partitam postea susciperet diuisionē: neque à rationali scietiam abstulissent, neque irrationalibus ipsam concessissent. Vt dictū illud quoque Platonis, cū inquit. Substantiæ vniuscuiusque rei, de qua artem aliquam constituere volumus, naturam accurate indagandam esse, cum supradictis ijs vijs ac methodis connexionem, communicationem q; habeat. Qui.n. non simplicem vnā animæ speciem in nobis, sed sicut in plantis cōcupiscibilem, rationalē in dijs, ita in homine vtrasque has, & tertiam insuper irascibilem esse cognorit: is simul virtutum & numerū, & vim, & acquisitionē cōpertam habeat, necesse est: non secus etiam ille singulis morbis cōuenientem curationē, & prę- seruationem optime tenebit, qui naturalem corporis nostri constitutionem perspexerit, in simila

ribus

3. de Rat. ui. in ac. à t. 1. ad 8. 7. 125. d

Ibid. tex. 9. fol. 127. c

Ibid. tex. 40. 131. a

Ibid. tex. 24. 130. d

Ibid. sect. 1. t. 18.

Ibid. sect. 3. t. 44. 131. h

A ribus elementorum esse æquabilitatem, in instrumentarijs ex similarium numero, & quantitate, conformatione q; insuper singularum partium, & positura, resultantem cõpositionem pro vniuscuiusq; animalis natura, congruitate videlicet in singulis propria seruata.

De ijs qui similitudine quæstionum vtilium ad inutiles & vanas tractandas prolapsi sunt, quam q; id criminis Plato studiose euitarit. CAP. 7.

MErito igitur non nulli exactam similium & dissimilium cognitionem ad vniuscuiusq; artis rationalem constitutionem satis idoneam esse opinantur, quippe quæ ad dijudicationem etiam controuersiarum dux esse idonea conspiciatur. Nam cum in quibusdã quæ probabilia quidem, non tñ vera sunt, magna sit cum veritate similitudo, qui in his inter se dignoscendis exercitatus fuerit, optime sciet quibus vt veris assentiendum, quæ contra vt falsa repudianda: nec non ea, in quibus incerta probabilitas est, quanta probabilitatis incertitudo absurditati similia reddat, perspiciet: quemadmodũ illa, quæ ex æquo incerta sunt, siue duo siue tria, siue plura fuerint, nihil certius alio æstimandum iudicabit. Quorum sanè iudicium in visionem quandam seu phantasiam, vt iuniores Academici dicunt, non modo probabilem, verum etiam circumquaque versatam, firmamq; ita, vt cõuelli nullo modo possit: vt Chrysippei vero, in cõprehensionem: vt communiter B oẽs homines credunt, in sensum, & intellectionem euidentẽ refertur: quæ qdem antedicta noĩa licet differre inter se videatur, si tñ quis diligentius rem perpendat, eandem vim habent. Quemadmodum cum quis à communibus animi notionibus dicit exordiẽdum, statuit q; eas esse, primum omniũ iudicium ex se ipso fidem faciens. Primũ quidem omnium iudicium sine demonstratione aliqua certum esse debere inter oẽs constat: at id naturale, omnibus q; hoĩbus commune esse oportere non oẽs concedunt: immo vero pleriq; sunt qui, licet qñq; communis illa omnibus notio euidentissima sit, velint tñ in sua sententia persistere, simulent q; se certam illis fidem adhibere quę temere protulerunt, vt suæ quisq; sectæ decretum aliquod confirment. Sicut è cõtrario alij quidam inueniuntur, qui in improbanda alterius sectę oratione spõte mentiri nõ erubescunt: is enim mos est eorum qui aliquam sectam professi sunt, vt omnia, etiã si nullam cum principijs atq; elementis necessariam cohærentiam habuerint, sibi defendẽda proponãt: perinde atq; in hoc etiam de principatu animæ decreto contingit: quod quidem cognoscere medicis perq̃ vtile est, quo videlicet ægrotanti loco adhibere sciant medicamenta, si læsa ratio fuerit. Philosophis vero neque ad differẽtias virtutum inueniendas, neque ad ipsarũ exercitationẽ speculatio ista quicq; confert: siue enim in corde principalis animæ pars, siue in capite fuerit, poterimus & prudentiam, & temperantiam, C & iustitiam, & fortitudinem acquirere: quippe cum ex alijs decretis, alijs q; exercitationibus nihilo minus ad ipsarum acquisitionem liceat peruenire. Solis igitur illis philosophis, qui contemplatiuam philosophiã profitentur, etiã id quod ad mores actiones q; ciuiles nihil conducit, indagare consentaneũ est: sicut etiã illa omnia, vtrum aliquid sit extra mundũ, nec'ne: & si sit, quale id habeatur: vtrũ itẽ hic mũdus in se ipso cõtineatur: vtrũ plures vno: vtrũ q̃plurimi numero sint: simili modo etiã genitus'ne, an ingenitus: & si genitus, deus'ne aliqs ipsum crearit, an à deo nullo cõditus fuerit, sed à causa quadã irrationali, & inartificiosa fortuito tã pulcher extiterit, vt à Deo & sapientissimo & potẽtissimo fabrica eius procurata esse videatur. Verũ enimuero quæstiones istę nihil faciunt, vt bene priuatã domũ administres, bene q; negocijs publicis cõsulas, aut cum cognatis, & ciuibus, & peregrinis iusto societatis iure verseris. Non nulli tñ ex ijs q actiuum finẽ sibi constituerunt, in quæstiones huiuscemodi deueniunt, ab illis quæ vtiliter inuestigãtur ad hæc sensim vtpote similia prolapsi. Non.n. quemadmodũ quæstio illa de mũdo factus'ne an minime sit, inutilis est, ita quoq; de prouidentia & dijs indagare non confert: sed vtilius omnibus est, vt vim quandã esse in mundo hominibus & potentia & sapientia meliorẽ cognoscamus: quales tñ substantia sint ipsi dij, incorporei'ne prorsus, an perinde vt nos, corpora habeant, contemplari non est necesD se, quippe cũ hæc, & alia multa, tum ad eas quæ morales ciuiles q; appellãtur virtutes & actiones, tum ad animalium affectionum medelas curationes q;, inutilia prorsus habeantur. Ac de his optime à Xenophonte literis mandatum est: qui non solum ipse huiusce rei inutilitatẽ damnauit, sed Socratem quoq; ita sensisse asseruit. Cui assentiuntur tum alij Socratis amici, tum Plato ipse, qui cum naturalem contemplationem philosophiæ adiunxisset, eam dissertationem non Socrati, sed Timæo ascripsit. Non secus etiam dialecticam, quę vltra morales terminos protendebatur, in Parmenidem, eius q; socium Zenonem retulit. Ob similitudinẽ igitur quandã cum vtilibus, inutiliũ etiam rationalium, naturalium q; speculationum, quæstio accessit: fieri.n. non potest vt in morali, ciuili q; contẽplatione naturalẽ & ratiocinatoriam prorsus nõ attingas: sed hęc quæ diximus inutilia habẽtur. Quin etiã multa falsa similia veris in principijs demõstrationũ, et sequẽtibus oĩbus, inueniuntur: cauillationes quoque ob similitudinem quam cum veris rationibus habent, concinnari consueuerunt: quę omnia inter se discernere ac distinguere illi optime sciunt, q in ea materia, in qua ars vnaquæq; versatur, fuerint exercitati: si videlicet naturali quoq; solertia minime caruerint: quã quidem in pueris spectare prudẽtissimi in vnaquaque ciuitate seniores ac iudicare deberent: atque ita dare operam, vt suæ naturæ conuenientem artem quisque disceret. Nunc siquidem multos rationales artes tractare conspicimus, qui ne ea quidem quæ ipsi dicunt, satis intelligunt.

De summi opificis prouidentia in Corpore humano condendo, similitudine earum rerum, quæ arte ab hominibus fiunt. CAP. 8. E

At vero vniuscuiusque decreti demõstratione in rationalia principia reduci, licet in omnibus ferè alijs operbus à nobis fuerit declaratum, etiã nũc tñ, quando id inde ab initio propo suimus considerandum, quomodo res inter se discernere, & singulorũ similitudines exacte contẽplari valeamus, exẽplum aliquod exercitationis causa subiungam. Non. n. eo solo contenti esse debemus, q demonstrauimus necessariam in singularibus esse exercitationẽ, nisi etiã ita faciamus: quippe cum neq; Platoni ipsi, neque Hippocrati, satis id fuerit hoc in vniuersum consuluisse, sed etiam per exempla in multis particularibus nos exercuerint. Proposita igitur sit tanquã materia quædam contẽplationis de summi Opificis erga nos prouidentia consideratio, à fabrica corporis exordio sumpto. Nõ nulli sunt, qui inerti quadam, atq; irrationali fortuna, non sapientis Opificis prouidentia formatum fuisse hominem dicant, leui quadam, atq; obscura ad argumentum eorum quæ asserunt, vsi similitudine: propterea q quędam in vita fortuna similia artificiosis facere cernatur. Cum enim aliquis alicuius rei delineationem, aut figuram, faciei draconis, aut leonis, aut alicuius alterius aĩalis, vt dicunt, similem esse viderit: aut percusso lapide tantam eius partem extuderit, vt quod restat, leonis formam reprę̃sentare videatur, alia q; huiuscemodi: aiunt, vel semel tam longo temporis spacio in toto terrarum orbe extitisse, tum naturæ artium, quam omnes homines natura exercent, tum illis quàm simillimæ humanæ nostræ fictionis, prorsus obliti. Et tamen vident multos circa materias operari, qui neque sutores, neque architecti, neque fictores appellantur: si videlicet ad vtile aliquod tendere singula quæ fabricarunt, minime videantur. Nullum siquidem aliud est artis indicium, nisi partium singularum in fabricata re vsus atque vtilitas. Quòd si, qui ligna incidit, serrat, & compingit, lecticam omnes partes accommodatas ad vsum habentem, ad quem fabricatur, effecerit, tum artificem esse proculdubio dicunt. At si vel dextera fulcra sinistris inæqualia, quæ vel longitudine, vel latitudine, vel forma inter se discrepent, fuerit fabricatus: vel tale quippiam in sponda, aut transeuntibus per longitudinem lignis, aut in superiori parte non seruata ad inferiorem conuenientia, peccauerit: hunc imperitum atque inertem appellant: ac præcipue si id quod construitur, ex multis constiterit partibus, neque in aliquo defecerit, ille qui compegit, artifex nuncupatur: perinde atque in plaustro Hesiodus facit, cum inquit,

Nam stultus robora plaustris
Centena ignorat fabricandis esse paranda. G

Siue enim quia re vera centum, siue quia multa ad fabricam eam adhiberi soleant ligna, ita dixit: Quemadmodum etiam Homerus ad hunc modum,

Ægida quę centum circundatur orbibus aureis.

Vbi iccirco grammatici centum dixisse pro multis asseuerant, ne in aliqua parte errasse videretur. Quin etiam cum magnitudo, & figura rebus accommodata exhibetur, in sede q; conuenienti statuitur, apta q; cum proximis cõnexio compositio q; efficitur ita, vt firma permaneat, difficulter q; auelli queat, artis argumenta esse existimant omnes: atque ita iudicant, nõ ab homine aliquo edocti, sed natura notionem quandam artis à fortuna distinctam in se habentes. Quod enim in omnibus perfectionem consequitur, in artem referre consueuerunt: quod in vno, aut duobus, fortunæ opus esse, non artis oẽs credunt. Eadem notione dissectores medici artem naturæ omnes admirati sunt: neque enim quemadmodum extrinsecus ex decem, vel duodecim, vel si ita volueris, viginti partibus compositum esse corpus apparet, ita etiam re vera esse deprehenditur: sed ossibus pluribus, q̃ trecẽtis, longe pluribus etiam musculis compositum est: atque ad ossa singula, singula receptacula, quas venas vocant, pertingunt, quæ alimentum deferunt: ad musculos vero non venæ solum, verũ etiam arteriæ, & nerui pertinent: oĩa q; quæ in dextra aĩalis parte sunt, exquisita etiam in altera, ossa, musculi, venę, nerui, arterię, atque inter se ęqualia prorsus conspiciuntur. H

1.de Atti. t. 34. 7ᵃ.257.f

Vnde mirifice ab Hippocrate dictum est, || Quoniam iustũ habent corpus hoĩes. maximũ quippe est iustitiæ membrorum argumentum tum figurę similitudo, tum situs, quo tria hæc instrumenta, venam dico, arteriam, & neruum, in singulis musculis inserta sunt: mutua vero inter se oppositio non tam iustitiam in corporis fabrica, q̃ summam etiam Conditoris potentiam manifeste videtur declarare. Nam si fines, ad quos fabrica hæc constituta est, connumeraueris, eos q; omnes optime assecutum esse Opificem deprehenderis, quid aliud q̃ euidentem ipsius magnitudinem, potentiam q; cognosces? neq; enim simplici ita ratione ęqualis est ossium multitudo, & musculorum, ossibus, & musculis, vt aliqs non accurate admodũ aduertens cõprehenderet: sed oĩa quæ in ipsis sunt, magnitudo, situs, numerus, figura, tota demum compositio, ac formatio, similis planè cernitur: id quod in arterijs etiam, & venis, & neruis, seruari animaduersum est. Quale siquidem vnumquodq; horum, & quantum esse, vbi item, & quo modo innexæ musculorum partes esse, & discindi debent, ita exquisite omnia obseruantur se habere. Ad hec insuper miram sinistrorum oĩum cum dextris conuenientiam cernimus: quæ totidem particulares fines & scopos etiam ipsa habere certum est, quot particulę ipsę habent. Non dum vero tibi quicq̃ de visceribus dixi, vel reliquis

A liquis membris, quæ singula peculiari quadam delineatione prædita sunt. nam in vnoquoq; ipsorum non paruus finium scoporum've numerus esse videtur. Age enim cum duo nobis sint oculi, particularũ numerus in vtroq; ęqualis. neq; in figura, neq; in magnitudine, neque in situ, aut formatione, aut compositione, connexioneq; cum alijs vicinis quicq̃ variat: sed glacialis humor in ambobus apprime similis: vitreus itidẽ in colore, in figura, in constitutione nihil differt. cõstitutionem appello partium in mollitie & duritie diuersitatem. Iam vero nullam neq; membranã, neque tunicam in altero oculo aliter, ac in altero esse perspicuũ est: æqualis penitus longitudo, ęqualis latitudo est: tenuitas nihilominus, & color, & constitutio ne minimum quidem diuersa conspicitur: pari modo musculorum numerus, corporisq; ipsorũ extuberatio vnà cum figura, & colore & constitutione ęqualis videtur. Quam quidem iustitiã in instrumentarijs etiam omnibus corporis membris inesse nemini dubium est. neq; in ijs tantum quæ gemina sunt, vt oculis, vt auribus, mandibulis, renibus, testibus, manibus, cruribus eadem fabricæ similitudo in sinistris perinde ac dextris apparet: verũ ẽt quæ, licet re vera bipartita cõpagine cõstent, videtur tñ esse vnica vniusq; naturę, puta cerebrũ, lingua, mãdibula, pulmo, thorax, & vterus in fœminis, atq; id genus reliqua dexteras partes sinistris perquam similes & magnitudine, crassitudine, tenuitate, colore constitu-
B tione, natura demum prorsus inuariabiles sortita sunt. Ita etiã arteriarum, & venarum, & neruorũ genus dexteras partes sinistris æquales, minimeq; in substantiæ similitudine diuersas habent. Quẽadmodum igitũ de humanis affectionibus iudicia facimus: sic ẽt de diuinis facere debemus, ac corporis nostri conditorẽ, qualiscũq; deus ille fuerit, admirari. Quòd si, propterea q ipsum non videmus, non esse etiã dicamus, similitudinem iudicij in artibus minime seruabimus: vbi non penes visionẽ eius qui extruxisset vel nauim, vel lectũ, iudicium artis proferebamus prætermissa vtilitatis singularum partium consideratione: sed in hac vel præcipuam vim artis esse statuebamus. Quemadmodum enim ridiculum est, si quis eo, q videat aliquem quippiam fabricantem, iccirco artificem existimet, ẽt si partes aliquas male fabricatas fuisse deprehẽderit: sic cum optime constructam nauim, vel domum, vel lecticam conspexeris, licet ignores, quis ea condiderit, si absque arte, sed fortuna extitisse ea omnia existimes, merito eris deridendus: quippe cum artem raro fine suo frustrari, fortunam raro eundem assequi, nemo sit qui nesciat. Quocirca temerariam ac fortuitam, neq; artificialem causam fabricæ nostri corporis existimare absurdum est: si modo similitudinem iudicij in artificibus qui cernuntur, & qui non videntur, seruare voluerimus. Non enim extrinsecus ad earum rerum considerationem, quas omnes natura habemus, adhiberi iudicium debet. His
C iudicijs vsus Hippocrates hæc verba scripsit ‖. Erudita natura est, licet recte facere nõ didicerit. & alibi ‖: Naturæ, inquit, morborũ medici sunt. Eodem modo se habet & illud: Natura sufficiet prorsus. Vocat autem ipsam iustam interdum: medicum ministrum, imitatoremq; eius esse ait. & semper in peculiaribus tractatibus vim eius celebrat, atq; admiratur. quæ tamen substantia sit naturę, quæ nos & finxit, & gubernat, non ausus est pronunciare: sed nostræ creationis auctorem, vt omnibus hominibus mos est, naturam appellat.

6. Epid. sect. 5. tex. 2. Ibid. t. 1. Et lib. de aliment. nõ longe a principio. De tract. sect. 1 tex. 4. & 1. Epid. sect. 2. tex. 51

De similitudine verisimilium, & necessariarum probationum distinguenda: ac de deceptione cuitanda, quæ oritur ex diuisionis ignoratione. C A P. 9.

AT vero Plato fabricę nostræ authorem explicauit, cum inquit mundi conditorem deum filijs suis iussisse, vt ratione hominum genus fingerent, sumerentq; à se immortalis animę substantiam: sed illud tamen adderent, vt generabilis efficeretur. Sciendum tamen non esse idem demonstrationis genus, cum prouidentia dei aut deorum quadam nos cõditos fuisse probamus, & cum substantiam conditoris ipsius, aut animę etiã nostræ indagamus. Sũmæ quippe esse sapiẽtiæ & potẽtiæ indiciũ, nostri corporis ædificationẽ his, quas superius attuli, rationibus satis demonstratum est. Quæ vero de animæ, & deorum qui nos finxerunt, substantia proferũtur, alijsq; item,
D quæ de toto nostro corpore à diuino Platone dicta sunt, probabilitatẽ, & verisimilitudinem non excedunt: vt ipse in Timæo declarauit: qui naturalem dissertationem auspicaturus, prius per digressum sermonis de his rebus sententiã interserit. Incepturus enim hoc Timęus (hunc enim Plato statuit de rerũ natura quæ in vniuerso orbe sunt, dissererem) in hunc modum inquit. Ne mireris quæso ò Socrates, si cum multi de dijs, deq; vniuersi generatione multa iã dixerint nos probatissimas hac de re, certissimasq; rationes afferre non possimus. sed contenti esse debetis, si non minus quàm quiuis alius, probabiliter differam: illud memoria tenentes & me qui dico, & vos qui iudices auditis humana præditos esse natura: vt de his rebus verisimilem orationem admittentes, nihil vlterius quærere debeamus. Ita enim quæ de anima scripsit, probabilitatem veriq; similitudinem in se habere tantum affirmat, cum sic inquit: De anima igitur quam partem mortalem, quam diuinam sortita sit, & vbi, & quibuscum, & quo modo separatim condita fuerit, si deus aliquis comprobaret, vna hac demum ratione certum aliquid possemus confirmare. Quòd vero à me illud quod verisimile videtur, dictum fuerit, & nunc, & postea maiori etiam adhibita consideratione asserere non dubitamus. atq; ita in præsentia dictum sit. Platonem igitur eatenus de anima locutum fuisse, quatenus probabili, verisimiliq; coniectura assequi potuit, ex his facile cognoscere possumus. Quocirca etiam ego temere de his pronunciare non audebo. Plura vero esse *

animæ

animę genera, tripartito q; distincta, partem q; vnā diuinam qua ratiocinamur, reliquas duas esse E affectibus obnoxias, alteram qua irascimur, qua voluptates corporis concupiscimus alteram: quã ẽt in plantis esse manifestum est: in cerebro illam duas has, in corde alteram, alteram in iecore collocatas esse: hæc inq̃ oĩa demonstrare me posse affirmo. Sunt enim de his demonstrationes atque illę quidẽ eiusemodi, quæ scientiam pariant. de quibus in sex prioribus huiusce tractatus cõmentarijs omne nostrum certamen institutum est. Neq; de trium aĩæ generum substantia, neq; de immortalitate eorum quicquam sum locutus. neq; demum vtrum duas animæ partes mortales proprie appellarit in Timæo Plato, an tale nomẽ illis imposuerit, licet sint immortales, eo q ratiõe vi deantur esse inferiores, atq; vt mortalia animalia tm̃ operẽtur, in præsentia requirendum iudicaui. Quia vero quæstiones illæ, tripartito'ne animę species distributæ sint, deinde tot'ne, ac tales facultates vnaquęq; ipsarum habeat, & ad medicinam artem, & ad moralem, ciuilem q; quę appellatur philosophiam vtiles sunt, iccirco ab Hippocrate, & à nobis merito de illis fuit disputatum. Vtrũ aũt irascibilis, & concupiscibilis ĩmortales sint, sicut multi ex Platonicis opinantur, an mortales p̃prie in Timęo dictæ fuerint illæ duæ partes, cum non admodum, neq; medicinæ, neq; morali, & ciuili, conferat, merito à medicis, & à plerisq; etiam philosophis pretermissum fuit. quippe cum contẽplatiuę potius, q̃ actiuæ philosophiæ hoc esse videat: neque tñ certam aliquam demonstra- F tionem habeat, vt Platonẽ ipsum ostendi in his de Timæo citatis verbis etiam fateri. Quod de illis quæ in quarto de rep. scriptæ ab eodem sunt demonstrationes, minime dicendum est: q nimirũ ex probabilitate tm̃ progrediãtur. mihi enim scientiam efficientibus cõfirmationibus planè videtur Plato illic aliam esse rationalẽ, aliam irascibilem aliam concupiscibilẽ demõstrare. Ex quo proculdubio patet similitudines posse discernere, id quod à principio dicebam, longe esse difficillimum. Nam cum multi ex ipsis etiam Platonicis sint, qui contra q̃ Plato ipse pronunciarit, opinati fuerint: quo modo mirari postea vis, si aliqui alij philosophi probabilitatem quæ tãtum videat, nec sit, à certo, vero q discernere nesciant? Quod profecto minime contingeret, si nulla falsis, & probabilibus cum ijs, quæ ex certa scientia demonstrantur, esset similitudo. Hoc idem poteris euidẽtissime ẽt ex quarto reip. cognoscere. Cum enim ad demõstrandũ plures animis partes esse, quodam pronũciato esset vsurus aium illi aduertere diligenter admonet: quippe cũ fore aliquos sciret qui vera ea esse negarent: eo q à veris ea quæ probabilia quidem sunt, non tñ vera ob maximam similitudinem discernere non valerent. Hinc sane decretorũ, & in medicina, & philosophia multitudo extitit: dum nequeunt oẽs ea, quę solummodo id habẽt q esse possunt, ab ijs, quę ex necessitate rebus insunt, vel consequuntur, vel repugnant, vel aliqua alia mutua habitudine inter se G cõnectuntur, distinguere. Nam & hic magna est in multis necessarijs similitudo cum his, quæ cogitatione tãtum depingi, non aũt re vera esse possunt. Quorum dignotionem ẽt hic à solis ijs, qui rite fuerint exercitati, factam esse arbitrantur. Quin sola ipsa hæc distinctio ad demonstratiuæ artis peritum reddendũ vnumquẽque, modo natura sagax ingeniosus q; sit, satis esse poterit. Quo circa maximopere admirandus est Plato, qui non modo vias breuiter docuerit, verum etiam in singulis nos exercuerit. Sunt. n. tria capita: primum de diuisione & compositione: secũdũ de consequentibus & repugnantibus: tertium ad hæc de rerum inter se mutatione quãtum ad magis & minus, æquale, & simile attinet: quibus correspondet eiusdem & diuersi cognitio: quibus omnibus communia contingunt, in quibus exercere oportet necessarium & possibile, similitudinẽ ac dissimilitudinem, quæ in his est. Fines igitur quibus singula hęc recte aliquis tractare posset, prorsus quidem pauci sunt: ipsorum tñ exercitatio non pauco tempore videtur indigere. Hoc demonstrat ẽt in quarto de rep. Plato, vbi aĩam non simplicem ẽt probat, neque vniformẽ substantia, sed ex tribus partibus constare asserit: quarum singulæ propriam speciem, nec vnam facultatem, sed plures habent: ad cuius rei demõstrationẽ propositione quadam intellectui patẽte vtitur, his verbis. So. Idem proculdubio vel in eodẽ vel ad idem contraria vel facere vel pati simul nequaquam H volet. Hoc est pronunciatum illud quo demonstrationem cõstruere vult. sed quia dictũ hoc non »
oĩbus perspicuum futurũ esse cognoscebat, subiungit. So. Vt idẽ, inquã, & simul stet & simul cir »
ca idem moueatur, fieri nullo pacto potest. Sed neque hoc contentus, propterea q breuius paulo »
dictum fuerat, latius hanc eandem rationẽ persequitur, ad hunc modum. So. Exactius adhuc con »
ueniamus, ne ĩ processu sermonis aliqua ambiguitas nobis suboriatur. si enim aliquis diceret, ho- »
minẽ qui & stat & manus iactat & caput, stare & moueri simul, non ita credo censeremus dicẽdũ, »
sed aliam eius partem moueri, aliam stare, non'ne ita? Glau. Ita sanè. Post hoc exẽplũ vtilius aliud »
ad contradictionem antedicti pronũciati infert, hoc modo. So. Quòd si adhuc magis iocetur iste, »
argutius q; nos vrgeat asserẽs turbines ipsos totos & stare & moueri: cum in eodẽ loco centro in »
fixo circũuoluuntur: vel aliud quidpiam etiam quod circũfertur, hoc idem in sua ipsius sede ac sta »
tione facere contendat, non assentiremur: quippe cum nequaquam quantũ ad easdem sui partes »
vel moueatur vel maneat. sed diceremus habere huiusce modi res in se & rectitudinẽ & rotundi- »
tatẽ: vnde quantũ ad rectitudinẽ spectat, stare, nunq̃ enim declinat: quantũ ad rotunditatem in cir »
culum & orbem agitari contingit, cum vero rectitudinem vel dextrorsum vel sinistrorsum, vel vl »
terius, vel posterius promouent, & circũaguntur, nusq̃ consistunt. His prædictis Plato manife- »

stissima

" A stissima deinceps subiungit: ita inquiens. So Nulla igitur ex his obiectionibus nos perturbabit,
" neq; persuadebit, q idem fm idẽ & ad idem simul contraria vel agat, vel patiatur. Hic distinguit Plato similitudines quæ in rebus insunt, cum ostendit fieri posse, vt aliquis qui non diligenter eas perspiciat, rationem quam vniuersaliter dixerat, veram penitus in omnibus non esse opinetur. posse enim contraria eodem tempore ad idem & facere & pati affirmat, si ad partes spectemus: sicut in homine qui alijs partibus mouetur, alijs quiescit. In quibus patet non seruari proprie idem. sed si quis ostendere posset digitum & quiescere & moueri simul, is sanè prædictum enunciatum refelleret: Cum igitur ostendisset hic Plato similitudinem qua potuisset aliquis rationi supradictę contradicere, ad aliam probabiliorem trãsiuit contradictionẽ: eam q; pari modo ab aliquo obiectum iri asserit, qui similitudinem à similitudine discernere nõ valeat. in turbinibus siquidem dicere posses contraria eodem in corpore contingere: cum scilicet vno in loco fixum centrum habẽtes circunferuntur. verum in hoc etiam exemplo alteram ait esse turbinis partem quæ stet, alteram quæ circumagatur, quam circulum ipse & orbem appellat. atque in tota hac oratione scopum ipsum ac signum nos docet, quo intendentes discernere optime possimus ea, quæ ita diuerso modo moueri dicuntur: quę q; eadem & crassa, & lata exquisite sint, & quæ non ita. Idẽ enim equus B eodem tempore simul & Athenas, & Corinthũ proficisci nullo modo potest: neq; esse simul vel Athenis vel Corinthi eodem tempore: neq; niger & albus vel esse vel dici sub idem tempus: nisi videlicet dimidium corporis nigrum, alterum dimidium album fuerit. neq; etiã dimidiũ id, quod album, simul & album & nigrum eodem tempore poterit reperiri. In hoc scopo diffusius deinceps nos exercet, qua via idem à diuerso, simile item à dissimili distinguatur. Quod vbi peregit ad
" verbum postea ita subiungit. Ne igitur posthac quispiã impræmeditatos nos turbet, asserens ne-
" minem potum, sed bonum potum, neq; cibum, sed bonum cibum appetere. Verũtamẽ quęcunq;
" eiusmodi sunt vt alicuius sint, talia quædam talis cuiusdam sunt, vt arbitror. ipsa autẽ quæq; ipsius cuiusq; dũtaxat. Cum in hac oratione statim in principio dicat/ne igitur posthac quispiam impræmeditatos nos turbet/ perspicuum est verbum id impræmeditatos ab eo fuisse adiunctũ, vt ostẽderet singula hæc multo studio, multiformi q; exercitatione à nobis esse præmeditanda. Hæc illa est phantasia & visio, quam Academici qui Platoni successere, circumquaq; versatam nuncuparunt. neq; mirum esse debet, q ex multa propositæ rei consideratione exactior cognitio acquiratur: cum etiam ea, quæ sensibus discernuntur, si quis frequentius contempletur, certiori cognitione percipiat. sicut in multis geminis vsu venire cõsueuit, qui nulla diuersitate præditi videtur esse ijs, C qui sunt insueti, à familiaribus vero vel admodum facile internoscuntur. Quemadmodũ vero enũciatorum similitudines, & dissimilitudines inexercitatis, & impræmeditatis errorem exhibent, ita in rebus, quæ in controuersiã veniunt, deceptio sæpenumero ex cognominatione præcipue & æquiuocatione suboritur: quæ quidẽ duplex est: vna ex eiusdẽ linguę, alia ex eiusdẽ dialecti seu loquelæ cõsuetudine. Verbi causa, de animę partibus quæstio instituta fuit: & Plato quidẽ idẽ nõ posse contraria in eodẽ, & ad idẽ facere vel pati demonstrauit, quod in sequentibus postea explicauit manifeste idẽ in anima appellãs speciẽ, & partem. nõ nulli vero idẽ de facultate & potentia dictũ fuisse asseuerant. quasi ita dixisset: eandẽ facultatẽ vno eodẽq; tempore ad vnã & eandẽ rẽ contraria facere vel pati non posse, neq; id animaduerterunt, quòd facere quidẽ de facultate, pati vero nõ itidẽ liceat intelligere in agendo. n. non in patiẽdo semper facultatis, & potẽtiæ nomine vti vr̃ Plato. Vnaquæq;. n. res facere quidẽ aliquid põt ex potentia nimirũ, & facultate quã habet: nõ tñ pati põt ex potentia, sed ex imbecillitate potius, cũ id quod concurrit, fortius validius q; extiterit. Atq; ex tota Platonis oratione, quemadmodum à me demonstratũ est, ex q; his meis libris, in quibus de animę generibus ex Platonis sentẽtia disserui, optime patere arbitror, vnũ ab eo dici quod in quæstione subiectum fuerit, siue substantiam, siue accidens propriũ habeat. substantiam q; item D appellari quæ contraria non potest circa idem eodem tempore simul & facere & pati. Verum etiã diuisionis nomen proprie quidem dicitur, cum continuum aliquod totum in membra fuerit dispertitum. ex cuius translatione postea etiam nuncupatur, cũ in genera, vel differentias, vel species confunduntur aliqua in talibus sectionibus, ita vt minime discerni substantiæ in partes diuisio à generum, differentiarum, & specierum diuisione facile possit. Præterea etiam magis cum in tertio significato diuisionem sumunt dialectici: vocum, scilicet in significata. & item cum naturæ indagatores substantias nulla præditas qualitate ex materia, & forma compositas esse dicunt: cum etiam ex subiecta substantia qualitatibus carente, & ijs, quę ipsi accidũt, compositionem efficiunt. Hoc enim non nulli philosophi diuisionem quoq; appellant, perinde, ac resolutionẽ. Non tamen est quisq; qui substantias in suas facultates, & potentias diuidendas esse censeat: sed singulas asserunt omnes, quamuis indiuiduæ sint, ex facultatibus potentijs q; quas habent, operari. Neq; absolute dicunt potentiam habere substantias: sed addunt modo cõburendi, aut refrigerandi, aut arefaciendi, aut humectandi: modo commiscendi, & ratiocinandi, & seipsam mouendi, atque alia huiuscemodi, quæ rationali anima operamur. Ipsa enim cum sit vna, multas habere facultates manifestum est: quas omnes in prædicta dissertatione iam executi sumus. *

Galeni



GALENI FRAGMENTVM
EX QVATVOR COMMENTARIIS QVOS IPSE INSCRIPSIT DE IIS QVAE MEDICE DICTA SVNT IN PLATONIS TIMAEO

Augustino Gadaldino Mutinensi interprete.

Hoc fragmentum à nobis inuentũ & latinitate donatũ, esse Galeni, stilus, & doctrina, & libri, quos ipse à se scriptos citat, indicant. Quin & Galenus quoq; octauo de dogmatibus Hippocratis & Platonis libro, capite quinto & sexto: & libro de tremore, capite septimo: facturum se explanationes in ea quæ medice scripta sunt in Platonis Timæo, pollicetur: ac in libro de proprijs libris commentarios de hac re quatuor se fecisse affirmat.

* * *

PLATO I.

Id vero quod in nerui, cutis, & ossis cõplicatione quæ circa digitos fit, ex tribus his est commixtum, iam exiccatum, vna cõmunis omnium dura cutis extitit: causis quidẽ adiuuãtibus (grece ξυναιτίοις id est concausis) his fabricatũ: causa vero maxime principali, intelligentia inquam, eorum quæ postea erunt, gratia effectũ. Quòd enim aliquando ex viris mulieres, & aliæ feræ gignẽdę erant, opifices illi nostri sciebant. Et sane etiam quòd vnguium vsu multis pecudibus ad multa opus foret, cognoscebant. Quare in hominibus statim, dum eos gignerent, vnguium generationem subfigurarunt. Hac sane ratione his q; occasionibus cutim, pilos, ac vngues in extremis membris genuerunt.

GALENVS

* * *

propositis particulis: cutis vero ita eorum radices complectitur, vt gingiuæ dentes. & sanè vngues subiectis venis aperte connascuntur. Quare non ex osse solo, neruo q; & cute, sed etiam ex carne, vena, membranis, & ligamentis, vngues conflatos fuisse quicunq; vult, opinari potest. Sed de his tum in alijs quibusdam, tum in tertio de dissectione Hippocratis libro, copiosius dictum est.

PLATO II.

Quoniã aũt omnia mortalis animalis membra & partes connata erant, ipsum q; in igne & spiritu vitã habere ex necessitate cõtingebat, atque ob hæc ab ijs liquatũ vacuatum q; deficeret, præsidiũ huic Dei machinãtur. Quippe humanæ naturæ naturam quandã cognatam alijs ideis ac sensibus miscentes, ita vt aliud animal sit, plãtant. Talia sanè nunc sunt domesticæ arbores, & stirpes, & semina: quæ nũc ab agricolatione consita, mitia erga nos sese habent: quondam vero sola erãt agrestium genera, domesticis nimirũ antiquiora. Quicquid igitur τοῦ ζῆν. i. viuendi est particeps, iure sanè ζῶον (quasi vitale dixeris) id est animal, rectissime appellari potest. Id aũt quod

A quod nunc dicimus, tertiæ eſt particeps ſpeciei animæ, quã inter phrenas (id eſt mẽtes ſeu ſeptum trãſuerſum) & vmbilicũ locari ſermo eſt: cui nulla prorſus aut opinio, aut ratio, aut mens ineſt, ſed ſenſus ſuauis & triſtis cũ cupiditatibus cõiunctus. Omnia ſiquidẽ cõtinue patitur. Quia vero ipſa in ſe ipſa circa ſe ipſam verſa fuit, externum q; repudiauit motum, proprio vero eſt vſa, idcirco eam huic naturã nõ tribuit generatio, vt perſpiciendo ſuorum aliquid cõſideret. Quãobrem viuit quidẽ (græce ζῇ) nec ẽ ab animali (grace ζώου) diuerſa: at ſtabilis radicata q; defixa eſt, propterea quòd motu extra ſe ipſa facto priuata fuit.

GALENVS

Partes .i. μέρη omnia ea appellantur, quę totum complent, vel in quæ totũ diuiditur: priuatim vero membra .i. μέλη, animalium partes vocantur. Cum igitur hoc in loco Plato mẽbra partibus oppoſuerit, aliam nobis ſignificati capiendi in vtroq; nomine ſuſpitionem intulit: ita vt quæ propriam habent circunſcriptionem, altero iſtorum nominũ indicarit: quæ vero horum ipſorũ ſunt B partes, altero: vtro tamen alterutrum, haud dum firmiter aſſeuerare poſſumus: hoc ergo in nominibus & ſignificatis quæſtionem habet, nihil ad rerum ſciẽtiam conferens. Sed iam nos potius videamus, quæ de rebus ipſis diſputat Plato, vbi ait vitã noſtrã in igne & ſpiritu ex neceſſitate eſſe. Nã cũ quatuor ſint elemẽta ex quibus ſingula quæ generãtur ortum habent, ignis, terra, aqua, & aer: ex his materialiora quidem, terram & aquam: efficaciora vero præcipue q; in animalibus, ignem & ſpiritum eſſe, ab omnibus ferè conceſſum eſt. Id autem quod ab ijs gubernatur corpus, multas non ſolũ vacuationes manifeſtas, ſed & ſenſu ignotas perſpirationes & effluxiones habere eſt neceſſe. Ob hæc igitur nutrimento indiget, à quo id quod ex eius ſubſtãtia digeritur, repleatur: atq; huius nutrimenti cauſa Dei ſtirpes fabricarunt: quas etiam ſuperius probabili ratione ab ipſo animalia fuiſſe appellatas oſtẽdimus. Cum enim prius ſupponatur, animam eſſe principium motus, ſtirpes q; principium motus in ſe ipſis habere cõcedatur, animatæ illæ merito nominabuntur. Animatum vero corpus ab omnibus vocatur animal. Quòd ſi etiam Ariſtoteles velit corpus ipſum non ob id ſolum, quoniam animatum ſit, merito appellari animal, ſed ſibi opus eſſe vt ſenſibile addatur: ne hoc certe etiam ipſo ſtirpes deſtituuntur. Oſtenſum enim à nobis eſt in cõmentarijs de ſubſtantia facultatum naturalium ſtirpes facultatem eam poſſidere, qua tũ familiares ſub- C ſtantias à quibus nutriuntur, tum alienas à quibus læduntur, agnoſcunt: ideo q; familiares quidẽ attrahere, alienas vero auertere atq; propulſare. Ob id ergo & ipſe Plato ſtirpes peculiaris generis ſenſus participes eſſe dixit, nam & familiare & alienum agnoſcunt. Hęc igitur in Platonis orationem ſatis abunde breuibus à me dicta ſint. Supereſt autem, vt eorum mentionem faciamus, qui vnam aſſerunt eſſe animæ noſtrę ſubſtantiam, quæ tres facultates, rationalem, iraſcibilem, & concupiſcibilem habeat: cum & ipſe etiam Plato tum ſæpe aliàs (vt oſtenſum eſt) tum nihilo ſecius in præſenti quoque oratione ſpeciem animæ ipſam concupiſcibilem eſſe dixerit: quæ haud aliam quidem in ſtirpibus, aliam vero in nobis, ſed eandem naturam habeat: atq; in iecore ſedem obtinere, non in eodem profecto loco vbi iraſcibilis & rationalis habitant: quod tamen rationi conſentaneum erat, ſi vnius ſubſtantię tres illæ eſſent facultates, quemadmodum illi aſſerunt, qui cor eiuſmodi eſſe ſupponunt. Iure enim illi vnam ſtatuentes ſubſtantiam animę, tres ipſius eſſe maxime generales facultates dicunt. Plato vero non eãdem eſſe rationalis partis animæ ſubſtantiã quæ eſt ipſius iraſcibilis & concupiſcibilis, ſed inter ſeſe diuerſas aſſerit: ac ſæpius quidem rationalem cum iraſcibili pugnare: non nunquam vero iraſcibilem rationali aduerſus concupiſcibilẽ in corpore habitantem opitulari. Ipſe igitur totius noſtrę animæ ſimilitudinem atque imagi- D nem ad fabuloſa animalia reduxit: Qualem ſanè eſſe chimæræ, ſcyllæ, cerberi q; imaginem poetę fingunt. Nullum enim aliud ex ijs quæ in mundo nunc ſunt, inuẽnit, cui magis proprie magis q; accommodate animam noſtram aſſimilaret. Haud abſimilis quoq;, quæ ad aurigam equos q; fit comparatio, eſt: ab ea tamen quam in nono de Republica libro tradit, ſuperatur, in qua animam noſtram compoſitis animalibus qualis eſſe chimæra fabulatur, aſſimilari ait. Superius autem eius verba, vbi hæc ipſa narrat, appoſui. Maledicãt igitur vt ſui moris eſt, ridentes ſimul, ac ſcurrantes, detrahentes q; ſermoni noſtro, quaſi nos nugemur, ſi tres quas demõſtrauimus, dicamus eſſe animàs. Atq; in cerebro quidem neruorum, volũtariorum q; motuum, ac quinq; præterea ſenſuum, principium eſſe: in iecore, ſanguinis & venarum, nutriendi q; corpus, ac familiarem ſibi ſubſtantiam agnoſcẽdi: in corde, arteriarũ, & innatæ caliditatis, pulſus q;, ac irę. Plato vero hæc ipſa principia, ſpecies animarum appellat, non vnius ſubſtantiæ facultates dũtaxat. Itaq; cum diuerſę ſint earum ſubſtãtię, ac ſingularum in ſingulis prædictis viſceribus ſit habitatio, ei qui facultates tres nos habere vult, principia non animas appellare liceat. Nequaquam enim medicinæ vel philoſophiæ officiemus, ſi animal à tribus principijs gubernari dixerimus, quorum alterum in cerebro, in corde alterum, tertiũ in iecore, ſedem obtineat. Sed de his ſatis. Quod vero in huius orationis fine ſcripſit, conſideremus, quò nam pacto de ſtirpibus & de tertia animæ ſpecie dictum ſit.

Quia

Quia vero ipsa in se ipsa circa se ipsam versa fuit,externum q; repudiauit motum,proprio vero est E »
vsa,idcirco eam huic naturã generatio non tribuit,vt perspiciendo suorũ aliquid consideret. Vi- »
detur enim mox cõtraria huic dicere, vbi ait stabilem radicatam q; defixam esse, propterea quòd »
motu extra se ipsam facto,priuata fuerit. Verum in priori oratione de proprio ipsius motu intel
ligendum est,quemadmodum etiam re vera est,in quo ex paucissimo semine incipiens, tum sur-
sum in aerem eleuatur,tum deorsum radices protendit, atq; ex terra nutrimẽtum trahit,ipsum q;
ad extrema vsque germina asportat,omnium q; particularũ incrementum longissime protrahit:
sed eo motu immobilẽ esse,qui ab aliquibus μεταβατικὸς.i.trãsgressorius appellatur: qui, dũ nos
situm permutamus,& ex alio loco in alium cedimus,fit. Nam secũdum hunc motum ipsam stabi
lem radicatam q; esse dixit. Atq; hanc ego certe explanationem feci,atticorum nimirum exẽpla-
rium æditionem secutus.Nam cum in alijs codicibus scriptum compererim,διὰ τὸ τῆς ἐξ αὐτοῦ κι
νήσεως,id est propterea quòd motu à se ipsa facto, deesse ω elementum existimaui: atq; hoc modo
Platonem scripsisse, διὰ τὸ τῆς ἔξω ἑαυτοῦ κινήσεως,id est propterea ꝙ motu extra se ipsam facto,
vt transgressorium duntaxat motum stirpibus denegauerit.

PLATO III.

Cum hæc sanè omnia genera superiores illi nobis inferioribus ad nutrimẽtum F
plantauissent,corpus nostrum canalibus diduxerunt,secãtes veluti in hortis riuos,
vt tanquam ex fluento inuadente irrigaretur.

GALENVS

Stirpes ait à Deis factas fuisse nutriendi corporis nostri causa,earum nimirum fructibus ac par
ticulis in nostrum vẽtriculum deuoratis,ac deinde in minutas portiones confractis,vt postea per
venas simili distribuerentur modo,quo per riuos hortorum fit: per ipsos etenim riuos aqua fer-
tur,atq; ad propinquas in hortis partes distribuit,tãtũ q; interualli hortorũ cultores inter riuos fa-
ciũt,vt ꝑ id totũ aqua,quę ꝑ distributionẽ intermedios locos ex riuis irrigatura est, meare valeat.

PLATO IIII.

Ac primum quidem riuos occultos sub conflatione cutis & carnis, duas venas
dorsales diuiserunt,sicut geminum erat corpus, in dextris nimirum & sinistris.

GALENVS

Ab hortorum exemplo riuorum appellationem ad venas transtulit. Maximarum autem ve G
narum meminit,à quibus omnes,quæ in toto existunt corpore,oriuntur: atque ipsas dorsales ap-
pellauit,quòd per totum dorsum ab internis nimirum ipsius regionibus extendantur. Vera igi-
tur loquitur,cum vasa quę in dorso sunt,venas appellat, quandoquidem ita etiam ab antiquis (vt
superius dictũ est) arterię vocabantur: haud vera autem dicit, cum duas iccirco esse venas ait,pro
pterea quòd geminum sit corpus. Neque enim eiusdem speciei sunt dorsi vasa, cum alterum te-
nuem ac pulsu priuatam habeat tunicam: alterum pulsantem venæ q; crassitudine quincuplam
vel sexcuplam, quam peculiariter arteriam vocamus. Neq; etiam ex ijs alterum in dextris, alterũ
in sinistris est partibus,sed ambo in media spina sunt: ab vtraq; vero horum regiõe neruus vnus,
alter in dextris,alter in sinistris est.

PLATO V.

Has autem ad spinam demiserunt genitalem q; medullam mediã comprehende
rũt,vt & hæc quàm maxime pullulet,& bene fluens hinc ad alia quasi ad decliue ef
fusio facta,irrigationem æquabilem prębeat.

GALENVS H

Genitalem medullã,dorsalem intelligit,cum & hæc vetus sit opinio, ita vt Hippocrates quoq;
eiusdem particeps fuisse videatur ‖: censuisse q; à dorsali medulla semen ad maris pudendũ descen
dere. Pullulare vero medullam dixit, ob sanguineorum vasorum communicationem, ꝙ scilicet
ab ipsis nutriatur. Atque ad alias corporis particulas hinc ait æquabilem fieri effusionem,tanquã
sanè ex magnis riuis in exiguos distributio fiat. Illud autem / quasi ad decliue / non admodum re-
cte dictum est: quippe sublimiores partes quæ circa collum & caput sunt, per venas nutriuntur.
In ijs igitur spinæ partibus,quæ infra septum transuersum sunt,tum vena caua,tum maxima arte
ria,super vertebras incumbit,quousque ad eiusdem spinæ finem in crura scissio facta fuerit: in eis
vero partibus quæ supra septum sunt, arteria quidem longissime super vertebras exporrigitur:
ipsi vero vena parua adiacet,eas duntaxat infernas thoracis partes,quę in octo nothis costis haben
tur, nutriens. Reliqua autem tota spinę pars superior,in qua tum quatuor primę thoracis verte
brę,tum supra has etiam ad caput vsque vniuersæ colli vertebræ sitæ sunt, nec arteriam nec venã
sibi incumbentem habet. Sed nil (vt dixi) mirum est ea,quæ ex anatome conspiciuntur igno-
rasse Platonem,quemadmodum etiam Homerum,qui ita cecinit.

Totam venam abscidit ense,
Perpetuo quæ ad ceruicem per dorsa recurrit.

De genitura nõ lõgè à principio.

Post hęc

A PLATO VI.

Post hæc partiendo circa caput venas, eas q; mutuo contrarias implicando, has quidē à dextris ad sinistra, illas vero à sinistris ad dextra corporis, inclinādo transmiserunt, vt capiti ad reliquum corpus vnà cum cute vinculum foret, quandoquidē caput secundum verticem à neruis in orbem non comprehendebatur: atque etiā vt sensuum affectio, ab vtrisque partibus in totum corpus distribueretur.

GALENVS

* * opinati sunt non nulli venas partim ex sinistris ad dextra, partim ex dextris ad sinistra, pertrãsire. Qui vero diligentius dissecant, extrema ipsarū sibi mutuo vniri asserūt: quod & in alijs etiam corporis partibus fit. Vinculum autem capitis, earum esse vnitionem existimat, vera nimirum ipsius vincula ignorans, maxima quidem quę in futuris sunt: exigua vero, tum membranam pericranion, id est quę circa caluariam est, tum ipsam cutim: quę adeo omni alia corporis cute crassior est, vt in interna ipsius parte quædam carni similis substantia tenuis exporrigi, circa q; caluariam constringi videatur. Neruum vero in capite nullum esse ait, tum quia nec B voluntarios appellatos, nec copulatiuos, in capite esse sciat: tum etiam quia venarum cum neruis mutuam fieri complicationem ignoret. Cum vero dicit, vt sensuum affectio in totum corpus distribueretur: hoc etiam in loco haud intelligit sensus per neruos fieri: quod sane etiam non nulli (vt diximus) ex antiquis medicis ignorarunt.

PLATO VII.

Hinc iam aquæductum eiusmodi quodam modo pręparauerunt: quod facilius perspiciemus, si hoc prius inter nos concessum fuerit, omnia quæ ex minutioribus constituta sunt, continere maiora, quæ vero ex maioribus, minora non posse: Ignē autem præ omnibus generibus, minutissimis constare partibus: vnde per aquam & terram, & aerem, & quæ ex eis constituuntur, permeat, ipse q; à nullo contineri potest. Idem de nostro vētriculo cogitandū, qui esculēta & poculēta cum in ipsum ingesta fuerint, continet: spiritum vero & ignem, qui longe tenuiorum sunt partiū C quàm sit eius constitutio, continere haud potest.

GALENVS

Aquæductum sanguinis lationem per venas, nomine à prędicta similitudine ad riuum translato appellauit. Nunc vero aquęductum fieri ait, spiritu vnà cum caliditate per ventrem exeunte, ac deinde secum confractas nutrimenti particulas asportante. Caput porrò orationis breuiter simul ac clare mihi dictum est. Quæ vero deinceps dicũtur intellectu dictu q; difficilia sunt. Ob id q; postquam eorum explanationem in singulis dictionibus fecero, in vnum deinde compendium omnia colligam.

PLATO VIII.

His igitur Deus ad irrigationem à ventre ad venas traducendam abusus fuit.

GALENVS

His inquit præmemoratis spiritu & igne. Ignem enim nominat caliditatem quę est in corpore, appellationem ab elemento ipsum generante transferens: omne enim calidum per ignis exu-D perantiam tale euadit.

PLATO IX.

Qui rete ex aere & igne, cuiusmodi nassæ sunt, contexuit.

GALENVS

Piscatorum nassas intelligit, quas nisi quis prius conspexerit, ea quę dicentur, mente consequi non poterit, explicatu difficilia cum sint, ita vt ab ijs etiam qui nassas inspexere, vix intelligi possint. Siquis igitur maritimum domicilium habet, inspicere prius conetur piscatorum nassas: Si vero in locis solitarijs mõtuosis q; habitet, at saltem calathos omnino vidit. Vbi igitur hos in basi quidem haud esse perforatos, supernum vero osculum reseratum habere excogitarit, animum sic deinde dicendis adhibeat.

PLATO X.

Quæ duplices ad introitum nassulas habeant.

GALENVS

Excogitata abs te piscatorum nassa, quod certe est rete simplex, in ipsa quoque alteram nassam excogitato, magnę quidem adsimilem, paruam tamen contineri: quod porrò est rete ex funibus

bus confectum (quẽadmodum etiam totum rete fit) à basi magnæ nassæ exporrectum: cuius sa- E
nè retis basis quidem illi communis existat, osculum vero non ad ęqualem cum continenti nassa altitudinem ascendat, sed multo desinat inferius. Profecto si simplicem nassulam animo excogitaris, iam facilius duplicem contemplari poteris: qualis enim est ea quam explicui, talem & aliam in magna nassa contentam supponas. Cum q; hanc mente cõceperis, excogitato deinde ab vtraq; nassula plexum quendam oblongum, ad osculum vsque magnæ nassæ extendi: ita vt piscibus in magnam nassam introitus bipartito sit scissus, cum hi per vnum, alij per alterum ingrediantur. Ita enim eueniet, vt quamuis à se ipsis mutuo disgregati sint pisces, in vna tamen magna nassa contineri dicantur: quemadmodum sanè & alio modo, nõ in vna, quòd paruę sint nassę, quas ἐγκύρτια, id est nassulas, appellauit.

PLATO XI.

Quarum alteram rursus bicornem pertexuit.

GALENVS

Quarum inquit nassularum alteram bicornem pertexuit. Cõmuni autem vsu à Græcis lignũ bicorne. i. δίκρουν nominatur, quod duo habeat cornua: Plato vero nunc appellationem ad alterius nassulæ osculum transtulit, vt & ẽm hoc ipsum eam duplicem animo contemplemur. Obscuritatem vero attulit, cum hoc haud necessario, in hac sermonis parte interposuerit: clarior enim foret interpretatio, si nos diceremus, quemadmodum duas nassulas oratione descripsit, ita & osculũ in superiorem extremitatem magnę nassæ terminari. Vult enim vt nos excogitemus cutim, quæ extrinsecus vniuerso corpori circumiecta est, externæ circunscriptioni magnæ nassæ comparari: quæ vero veluti nassulæ vacuæ in ipsa continentur, eis quæ intra cutim habentur regionibus, ei inquam quæ secundum ventrem, & ei quæ secundum thoracem est, assimilari. Duæ enim ex ijs veluti tibię, ad oris capacitatem ascendunt. Mihi vero in præsenti, clarioris sermonis causa, excogitato nequaquam in corpore linguam contineri. Ita enim, quę in internam oris capacitatem ascendunt tibiæ, erunt tum stomachus seu gula ex ventre: tum aspera vocata arteria perueniens ad pulmonem, in ea locatum cauitate, quæ alteri nassulę similitudine respondet. Per hoc igitur osculum respiratio fit ingrediente & egrediente spiritu: per alterum vero comesta & bibita in ventriculum feruntur. Plurima igitur vtrarumque materiarum portio hoc pacto per os in corpus intrat. Paucam vero portionem per vtrumque osculum tum spiritus nimirum in ventrẽ, tum potionis in asperam arteriam pulmonem q; simul ingredi vult. Cũ ipse ergo (vt diximus) interposuerit alteram nassularum bicornem esse, obscurum sermonem, cui q; etiam simul contra G
dici possit, efficit. Respirationem enim asperæ arteriæ bicornem esse dixit. Hoc autem dixit, propterea quòd respiratio nobis per nares & os fit: manducatio vero & potio, per os solum. Quo in loco accusandi cupidos contradicturos dico. Neque enim alterius duntaxat nassulę esse dicent duo illa extrema, tum quod per nares, tum quod per os peruenit: quandoquidem os, alterius etiã nassulæ, quæ ad ventrem est, communis est terminus. Postquam ergo iam mente conceptum est, quænam in nostro corpore magnæ nassæ, & quę nassulis assimilari velit, ad alia deinceps eius verba accedendum est.

PTATO XII.

Et sane à nassulis veluti funes circulo per totũ corpus ad retis extrema extendit.

GALENVS

Nõ amplius in piscatorum nassis reperitur quod huic proportione respõdeat: neq; n. in nassulis ad continentis circuli rete funis vllus peruenit, cùm tota illa intercapedo vacua sit: in nobis aũt ex ventre & ex pulmone in totum corpus ad extremos vsq; fines foras pertingunt venę & arteriæ, quas funibus, qui à nassulis ad nassam extenduntur, assimilat. H

PLATO XIII.

Interiora igitur ipsius tricæ omnia ex igne, nassulas autem & receptaculum aeri similia constituit.

GALENVS

Tricam. i. πλόκανον hoc loco intelligit totum id quod nassæ adsimile est, quandoquidem & intra ipsam etiam nassulæ sunt. Vult autem regionem ab his contentam aeri magis quã igni similẽ esse: atque ideo sermoni de tota trica habito adiecit, nassulas & receptaculum aeri similia esse. Nassulæ igitur tales manifesto sunt: vacua enim regio solum aerem cõtinens, in thorace apparet. Receptaculum vero cur aeri simile dictum fuerit, non item manifestum est. Videt enim receptaculum. i. κύτος tanquã vnum corpus, de quo sermo habeatur, significare: hoc autem cum superioribus pugnare videtur. Siquidem totum nassæ receptaculum tum à nassulis repletur, tum ab eo etiam vniuerso quodcunq; ab his in externam nassæ circunscriptionem peruenit: quò quosdã veluti funes extensos à nobis excogitandos esse inquibat, quos arterias venas q; esse diximus. Relinquitur ergo sanè, vt prędictum nassæ receptaculum, extrinsecum ipsius rete esse excogitemus: hoc enim est quod totam nassę substantiam constituit. Quemadmodum igitur, quod inter

A inter nassam,& nassulas erat,ab igne exuperari mente concipiebamus: ita ēt excogitari est necesse extrinsecum ipsius finem ab aere exuperari,quod sanè est tricę receptaculum: hoc autem in nobis vtique sit cutis,frigida existens,vt ea,quę continentur * huic ambienti aeri continua. Ac mihi sanè videtur velle Plato circunstantem aerem, qui tricæ contiguus est,portionem quandam nassæ esse: in hoc q; præcipue eius sermo obscuritatem habuisse videtur. Si enim hoc supponatur,omnia sibi mutuo in sequenti consentient oratione,ad quam accedere iam tēpus est.

PLATO XIIII.

Cum q; hæc assumpsisset,animali formato,hunc in modum circumposuit.

GALENVS

Prædicta ab ipso trica re vera quidem ac per se ipsam nō est: eius autem intelligentia per se ipsam sumpta,ita postea animali accommodanda est.

PLATO XV.

Alteram quidem nassularum in os traiecit: sed,cum & hæc ipsa duplex sit, hanc per arterias in pulmonē,illam apud arterias in ventrem demisit: Alterā verò partitus,vtranq; ipsius partem per narium canales cōem emisit: vt quādo nō per os iret altera, † ex hac omnia etiam illius, fluxu replerentur. Reliquum vero receptaculū nassæ circa corpus,quodcunq; concauum in nobis est,circumplantauit.

† Sic habēt antiqui codi. ex impressis autē ita verti pōt. Ex hac omnia etiā illius fluēta replerentur.

GALENVS

Non hoc dicit,quòd alteram nassularum in os demisit: nam deinceps vtiq; dixisset, alterā vero in hanc corporis partem demisit: sed ad tricam referens dixit: vt tota eius oratio talis, vt dixi, sit. Tres cùm sint tricæ,vna quidem quæ magna nassa est: duæ vero reliquæ,quæ veluti nassulæ sunt: nassularum quidem tricam in os traiecit: sed,cùm & hæc duplex sit, per arterias quidem alteram ipsarum in pulmonem,apud arterias vero alteram in ventrem demisit. Cùm vero hę ipsæ nassulæ duæ (vt dictum est) sint,alteram,quam sanè etiam prius bicornem esse dixit,partitus,vtranque ipsius partem bipartito per canales narium cōmunem emisit. Cur igitur cōmunē ipsam dixerit, ipse mox declarat inquiens: vt,quando nō per os eat altera,ex hac omnia etiā illius, fluxu repleantur. Nam respirationis nassula bicornis facta,duas spiritus vias habuit,vnā per os,alteram per nares,quę sanè,cùm fluxionis introitus,qui per os fit,aliquo modo quieuerit,illius vicem suppleat. C Hæc cùm de nassulis dixisset Plato,mox dicenda subiungit. Vocat autem ipsas radios id est ἀκτῖνας ab exuperante substantia ignis.

PLATO XVI.

Et sanè vniuersum istud,aliàs in nassulas confluere molliter,nempe cum aer sit, fecit: aliàs verò à nassulis quidem sursum fluere,per rete vero ipsum,tanquā rarū sit corpus,tum intro mergi, tū rursus extra emergere: internos vero ignis radios extensos subsequi in vtranq; partē migrante aere: Hoc q;,donec mortale cōsistit animal, fieri nunquam cessat. Huic sanè generi ἀναπνοὴν & ἐκπνοὴν.i. respirationem & expirationem,nomē ab eo,qui cognomina posuit, fuisse positū dicimus. Omne aūt hoc opus,omnis q; nostra hæc affectio,corpori,quod irrigatur & refrigeratur,nutrimētū, & vita extitit. Quando.n.intro foras q; respiratiōe eunte internus ignis cōnexus sequitur: assiduæ vero diuisus,ventrem ingressus, esculēta poculenta q; sumpsit,ea D certe liquefacit: ac in minutas particulas diuidens,per exitus,per quos ipse proficiscitur,traducens veluti ex fonte in riuos.i.venas,ipsa hauriens,fluere per corpus tanquam per canalem,venarum fluenta facit.

* διαιρούμενος est in antiquis . impressi codic. habent διαιωρούμενος.i.ad sublimia penetrās.

GALENVS

Cū in memoriā nobis suggessisset totam quidem istius corporis nassam ad ipsam cutim,quę ex * trinseco aeri continua est,terminari, vult, vt nos excogitemus ipsam in se ipsam veluti nassulas duas,aeris regiones,alteram in ventriculo, alteram in thorace habere: totum vero id, quod inter has medium est,quod sanè est corpus, extensos ignis radios obtinere: quos, rationi consentaneū est,vt nos excogitemus per arterias & venas extendi: & has ipsas esse vias lationis ad vtraque tum ab interiori ad exterius, tum rursus ab exteriori ad interius. Duas enim esse motiones sibi mutuo contrarias toti ipsi tricæ ait,aliquando quidem à nassulis ad ambientem vsque aerem,aliquando vero ab ipso aere ad nassulas latione facta. Quo'nam vero pacto motiones istæ fiant, & quid causæ sit, cur nunquam quamdiu corpus viuit,cessent,in sequentibus dicet. Verum in præsentia totum propositum sermonem in summam redigens,motionem, quę ad vtraque fit, duplicem tū respirationem, tum distributionem nutrimenti,facere ait. Ego sanè totum id, quod ex inspiratione & expiratione componitur, ἀναπνοὴν.i. respirationem,antiquos ferè omnes medicos se-

cutus appellaui. Nam cum tres ſint res, vna quidem ipſa, quæ introrſum fit, latio, ſecunda quæ extrorſum, & tertia, quæ ex ambabus compoſita eſt, eam quidem ſpiritus lationem, quæ introrſum fit, εἰσπνοὴν, i. inſpirationem, nominant: quæ vero extrorſum, ἐκπνοὴν, i. expirationem: quod autẽ ex ambobus componitur, ἀναπνοὴν, i. reſpirationem, appellant. Plato vero inſpirationẽ ipſam, reſpirationem nuncupauit: quam in arteriam, aſperam ſcilicet, & ventrem fieri ait. Sed, cũ illa, quæ extrorſum fit ſpiritus latio, eam, quæ introrſum, in ea regione, quę media inter naſſulas & magnã naſſam ſita eſt, ſuſcipiat, ſecari quidem aſſerit cibos & potus ſecundum eam, quæ introrſum fit, motione lationẽ q; totius tricæ, ſimul vero in corpus aſportari caliditate & ſpiritu cõfractos. Hoc ſanè ẽ, q̃ à medicis ἀνάδοσις, i. diſtributio, appellaẽ, nutrimẽto p venas & p arterias in oẽs corporis particulas migrãte. Quid aũt cauſæ ſit, vt ſpiritus & caliditas vltro citro q; ferant, poſt hæc ipſe declarat. E

PLATO XVII.

Sed rurſus inſpiciamus, quibus cauſis reſpiratiõis affectio in hunc modũ, qualis nunc eſt, facta fuerit, hoc ſane pacto. Cum vacuũ nullũ ſit, in quod quippiã ex ijs, quæ feruntur, poſſit ingredi, ſpiritus autem è nobis extra feratur, oĩbus iã poſthac perſpicuum eſt eum non in vacuum ferri, ſed proximum ſibi è ſua ſede pellere: idq; quod pellitur, proximũ etiam ſibi extrudere: Atq; ſecundũ hanc neceſſitatem quicquid in eã ſedẽ, vnde ſpiritus exijt, circumtruditur, illuc ingrediẽs ipſam q; replens, ſpiritum comitari: totum q; hoc inſtar rotæ, quæ circũagatur, fieri propterea, q vacuum nullum eſt. Quare cum pectus pulmoq; extra ſpiritũ emiſerint, rurſus replẽtur ab aere corpus ambiẽte, qui intro per raras carnes mergitur & circumtruditur: rurſus vero aer reuertens, ac per corpus foras exiens, intro reſpirationem per oris ac narium tranſitum circumpellit. F

GALENVS

Nec in hac oratione Plato primam reſpirationis cauſam attulit: quandoquidem, poſtquam hanc abſoluit, aliam deinceps ſubſequentem inchoat, in hunc ſanè modum. Cauſa vero principij horum hæc ſtatuenda eſt. &c. Quid igitur eſt id, quod in præſenti oratione dixit? Ipſum profectò dogma circumpulſionis, quæ græce περίωσις nominatur, per quam vult reſpirationem perſpirationem q; fieri. Ita autem nos appellamus, reſpirationem quidem, i. ἀναπνοὴν, vt diximus, quod ex inſpiratione & expiratione componitur, quando per os ambo fiunt: perſpirationem vero, id eſt διαπνοὴν, quando per totum corpus. Hęc autem vtraque per circumpulſionem vult fieri, hoc pacto. Cùm per os expiramus, accidere ait, vt qui ex naſſulis extra fertur aer, externũ aerem per cutim ſolam circumpellat: hic autem ad corporis profundum feratur, locum aeris extra per expirationem migrantis replens. Cùm vero rurſus aer in externam lationem, quæ per cutim fit, impetum facit, tunc accidere ait, vt à calore & ſpiritu circumpulſus rurſus externus aer, per os intra corpus feratur. Quæ ſanè res (vt diximus) inſpiratio magis proprie, q̃ reſpiratio, à medicis appellatur. Hanc autem circumpulſionem fieri ait Plato ob vacui neceſſitatem, i. ne vllus locus vacuus euadat: ob id q;, cùm aliquid vacuatur, quod continuum eſt, ſequitur, illius locum replens: quod Eraſiſtratus τὴν πρὸς τὸ κενούμενον ἀκολουθίαν, i. conſecutionem ad id, quod vacuatur, nominare ſolet. G

PLATO XVIII.

Cauſa vero principij horũ hæc ſtatuẽda eſt. Omne animal omnino in ſui ipſius ſanguine venis q; caliditatẽ, veluti in ſe ipſo fontem quẽdã ignis exiſtentem, habet: quod ſane reti naſſę aſſimilatum, per medium extenſum, totum ex igne contextũ eſt: reliqua vero, quæcunq; extrinſecus ſunt, ex aere. Calidum ſane ſecundũ naturã in ſuã regionem foras ad id, quod ſibi cognatum eſt, migrare eſt fatendũ. Cũ vero duo ſint exitus, alter per corpus extra, alter per os ac nares, quando in alteram partẽ impetum fecerit, id, quod in altera parte eſt, circũpellit: quod vero circumpulſum eſt, in ignem incidens calefit: quòd exit, refrigeratur. Cũ vero mutatur calor, & quæ ad alterum exitum ſunt, calidiora fiunt, rurſus quod illud vergit, calidius multo redditum, ad ſuam ipſius naturam migrans, id, quod in altera parte eſt, circumpellit: id autem eadem patiens eadem q; retribuẽs ſemper, circulo ita huc illuc q; fluctuans, ab vtriſq; elaboratum, reſpirationis & expirationis generationem præbet. H

GALENVS

Aperte nunc indicauit regionẽ, quæ in profundo eſt: in qua ait eſſe veluti naſſam, quam fontem quendam ignis nominauit, Hanc igitur caliditatem ſurſum ad id, quod ſibi cognatum eſt,

recurrere

A recurrere vult. Si igitur per oris exitum caloris impetus migrare præuertit, calidum tunc internis cauitatibus aeri similibus incidens, simul quidem secare ac frangere ea, quę in ipsis cauitatibus sunt, simul vero extrinsecum quoq; aerem secum trahere ait: sic q; vsu venire, vt id, quod circũpulsum est, in calidum, quem sanè ignẽ appellauit, incidẽs calefiat, quod vero exit, refrigeretur: tũc q; rursus sequi, vt, quod calefactum est, ad sibi cognatum per externam superficiem recurrat: hoc q; rursus cõsequatur is, qui in internis cauitatibus est aer, quẽ mox sequatur is, qui vsq; ad os est, quẽ rursus externus consequatur ab exeunte circumpulsus, propterea, quòd nulla sit vacua regio, quę id, quod à corpore extra fertur, suscipiat: & in hunc modum rursus pulsus propinquus aer, ipse quoq; rursus continuum pellat, ac ille itidem eum, qui post ipsum est, quousque tandem in hac circumpulsione rursus in id, quod ex corpore vacuatur, aer ipsum replens aduenerit. Eiusmodi igitur motio nõ exquisitus fit circulus, qui ad eadem omnino circumfertur, sed, vt ipse dixit, ἔνθα καὶ ἔνθα, id est huc & illuc. In hoc q; Platonis opinio ab Academicorum opinione, non quemadmodũ Erasistratus dicebat, differt. Volunt enim Academici, vt per exquisitum circulum perpetuo aer ad eadem ac simili modo circumferatur: Plato vero non per circulum vult, sed per duos, vt quispiam dicat, semicirculos, qui contrario inter se motu moueantur.

B PLATO XIX.

Quin etiã causæ affectionũ, quæ ob cucurbitulas medicas fiunt, atq; ẽt potiões, & eorũ insuper, quæ iaciũtur, siue emittãtur sublimia siue deferãtur humi, hoc vtique modo tractandæ sunt: soni præterea, quicunque veloces & tardi, acuti & graues videntur, aliàs dissoni propter motionis, quæ in nobis ab ipsis fit, dissimilitudinem, aliàs consoni propter similitudinem. Priorum enim velociorum q; motiones cessantes iam q; ad simile progressas, tardiores ipsi soni illis deinceps sese offerentes illasq; mouentes, comprehendunt: comprehendentes vero, non aliam quidem motionem inijciendo perturbant, sed tardioris lationis initium secundum principiũ velocioris inducunt. Dum vero desinentis motionis similitudinem accommodãt, vnam ex acuta & graui affectionem contemperant. Vnde insipientibus voluptatẽ, sapientibus gaudium, propter diuinæ harmoniæ imitationem in mortalibus lationibus factam tribuunt. Eadem ratio est de omnibus aquarum fluentis, de fulminum casu, de admirabili illo electri attractu, herculeorum q; lapidum. Horum. n. omnium nulli sanè attractio vnquam est. Sed, cum vacuum nullum sit, & hæc sese mutuo circumpellant, concreta q; & discreta in suam sedem singula transeuntia migrent, diligenti harum rerum inuestigatori ex mutuis affectionibus complicatis omnia admirabiliter fabricata esse videbuntur.

C

GALENVS

Haud scio, quid Platoni visum fuerit, vt circumpulsionis opinionẽ potius, quàm attractionis, eligeret, in hoc solo ferè ab Hippocrate discrepans. Nam, ꝙ respiratio, siue ea opus siue affectio appellanda sit, non per circũpulsionem fiat, Erasistratus Hestiæi opinionem redarguens, ostendit. Quòd vero attractio inter naturales facultates maxime præcipua sit, tum in tractatione de facultatibus naturalibus in primo statim libro ostensum est, tum etiam aperte ante, quàm longioribus verbis demonstretur, apparet. Siquis enim tibiam vel arundinem vtrinq; perforatam in aquam demittẽs, ore aerem attraxerit, aqua succedet, nulla alia causa actionem, quę per attractionem fit, pręcedente. Nostrum igitur est, quotiescunq; voluerimus, labris arundini circumiectis, quod in ea continetur, ad nos met ipsos trahere. Quòd, si hoc nostrum opus non est, haudquaquam principium motionis ex nobis habebit. Sed & ipsum etiam cor, quamuis ex animali extractum fuerit, motionem diutius tum in contractione tũ in dilatione seruare conspicitur. Quemadmodum igitur in contractione cor id, quod in se ipso continetur, aperte exprimit, ita quoq; in dilatatione, quod repleturum est id, quod ex eo vacuatum fuit, attrahit. *

D

GALENI DE NATVRALIBVS FACVLTATIBVS
LIBRI TRES

Thoma Linacro Anglo interprete.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Naturæ Facultatum numerum & officia inquirit: ac in primo quidem libro agit de vi generatrice, de auctrice, ac de nutritione: antiquos autem redarguit de attractrice facultate.

Differentia Operum naturæ, & animæ. CAP. 1.

[illegible]ν, i. [illegible]etalem.

CVm & sensus & voluntarius motus propria animalium sint: auctio, & nutritio, plantis etiam communia: fuerint nõ immerito priora duo, animæ: posteriora, naturæ ipsius opera. Quòd, si quis plantis quoque animam impertiat: atque alteram ab altera separans, hanc naturalem, illam sentientem appellet: diuersa quidem, quàm nos, minime dicit, dictione tamen vtitur non perinde consueta. Nos vero claritatem, maximam esse dictionis virtutem persuasi, atq; eam nulla perinde re, atq; insusitatis nominibus, vitiari, prout vulgus hominum consueuit ita nominantes, animal quidem ab anima simul & natura gubernari dicimus, stirpes, à sola natura: tum auctionem, ac nutritionem, naturæ esse opera, animæ nequaquam.

Totius operis Propositum: & Vocum, quarum hic futurus est vsus, explicatio. CAP. 2.

ET in hoc quidem opere inquiremus, à quibus facultatibus auctio nutritio q;, & siquod aliud naturæ opus est, proueniant. Verum prius distinguamus explicemus q;, oportet, de qua re singula, quibus in hoc opere vtemur, nomina dicantur. Fiet enim eo pacto, vt naturalium operũ doctrina, vnà cum ipsis nominum interpretationibus, protinus tradatur. Ergo, cum corpus aliquod ab ijs, sub quibus ante fuit, in nullo est immutatum, quiescere id dicimus: quòd si in aliquo ab ijs recessit, secundum illud id moueri. Itaq;, cum multis modis corpus à statu, in quo erat, recedat, multis etiam modis moueri dicetur. Nam, siquis ex albo niger, aut ex nigro fiat albus, is mouetur in colore: &, siquid prius dulce, postea fiat austerum, vel contra ex austero dulce, id quoque in sapore moueri dicitur: ambo autem genera, tum hęc, tum vero quæ prius sunt dicta, in qualitate moueri dicentur. Nec ea modo, quę in colore & sapore mutantur, moueri dicimus: sed etiã, siquid ex calidiore fit frigidius, aut ex frigidiore calidius, id quoque moueri affirmamus: non minus sanè, & siquid ex sicco fiat humidum, aut ex humido siccum: commune autem his omnibus nomen alteratio est, vnum id quoq; motus genus. Alterum genus in corporibus ijs est, quæ situm mutant, atq; ex alio loco in alium cedere dicũtur: huic generi latio nomen est. Atq; ij quidẽ duo motus simplices, & primi sunt: Auctio vero & diminutio ex ijs compositi, illa, cũ ex minore maius fit: hęc, cum ex maiore minus, propria scilicet vtrobiq; seruata forma. Alij ab ijs motus sunt, generatio & corruptio, illa quidem ad substantiam productio, hęc illi cõtraria. Omnibus ijs motibus communis est prioris status immutatio: sicut è diuerso quietibus, prioris status conseruatio. Porrò, q cibi in sanguinem versi ad visus gustus tactus q; iudicium demutentur, id quidem concedunt sophistę: quòd autem ita re vera sit, non assentiuntur. Quippe sunt ex ijs, qui omnia id genus nostrorum sensuum aliàs scilicet aliter affectorum, deceptiones esse elusiones q; existiment: nec ipsam, quæ subijcitur, substantiam, quicq̃ ex ijs, quibus denominata est, admittere. Alij vero esse quidem in ipsa natura qualitates assentiuntur: cæterum immutabiles has esse, inalterabiles q;

G

H

A biles q; in omne æuum: quæ autem alterationes in ea apparent, has secretione ac concretione accidere aiunt: inter quos est Anaxagoras. Ergo, si ad hos refellendos digrediar, plus operæ in accessorio, quàm in proposito, sumam. Etenim, si ignorant, quę de ea alteratione, quæ per totam fit substantiam, Aristoteli ac Chrysippo sunt prodita, hortandi sunt, vt eorum scripta reuoluant: sin ea noscentes, sua sponte pro melioribus deteriora sequũtur, nostra plane friuola existimabũt. Quòd autem & Hippocrates, qui Aristotelem ætate præcessit, ita, sicut Aristoteles, censuit, alibi nobis indicatum est. Primus enim is omnium tum medicorum tum vero philosophorum, quorum vtiq; fama ad nos peruenit, demonstrare tentauit || quatuor esse omnes, quæ mutuo in se agerent, qualitates: à quibus, quę genitum interitum q; agnoscunt, omnia gignantur ac perimantur. Quin etiã misceri eas mutuo totas per totas primus omnium, quorum fama ad nos percrebuit, Hippocrates nouit: principia q; demonstrationum, quas Aristoteles postea pertractauit, scripta apud eum priorem inuenias. Vtrum autem, sicuti qualitates, ita etiam substantias ipsas totas per totas misceri sit putandum, veluti postea Zeno Citticus asseruit, id quidem hoc libro disquirendum non puto, cum solam alterationem, quæ per totam fit substantiam, ad ea quę nunc mihi sunt proposita, non ignorari postulem: ne quis ossis, nerui, carnis, & reliquorum cuiusq; partes, in pane contineri B veluti in quibusdam disseminatis in eo vasis autumnet, ac postea in corpore segregatas, singulas se ad sibi simile conferre genus. Quanq̃ certe videtur vniuersus panis ante segregationem fieri sanguis: cum, si quis bono temporis spatio nullum alium cibum assumpserit, nihilo secius sanguinem in venis contentum habuerit. Atq; hoc liquido eorum, qui immutabilia elementa statuunt, opinionem refellit: æque nimirum vt oleum, quod in lucernę flammam totum absumitur: & ligna, quæ paulo post fiunt ignis. Verum disputare contra hos recusaueram: sed, quia, quod propositum est exemplum, ad medicinæ materiam spectat, quo etiam ad institutam disputationem est vtendum, idcirco de eo hactenus egi. Ergo missa, sicut promisi, cõtra istos disputatione, ijs, qui ea discere expetũt, quæ veteres tradiderunt, id q; ex ijs, quę nos de illis seorsum meditati sumus, omnẽ deinceps sermonem faciemus, s. ea, quæ ab initio proposuimus, quot & quæ naturę sint facultates, tum quod opus ædere singulæ earũ sint natæ, inquirentes. Porrò opus appello, quod iã factũ atq; cõpletum per earum actionem est, velut sanguinem, carnem, neruũ: Actionem vero, ipsum actiuũ motũ: Causam vero, à qua hæc procedit, facultatẽ. Nam, qm̃, vbi cibus sanguis fit, passiuus quidem cibi, actiuus vero ipsius venæ, fit motus: itidem in transferendis artubus, mouet quidem musculus, mouẽtur autem ossa. Venarũ & musculorum motũ, actionẽ nomino: cibi vero & ossium, C symptoma siue accessoriũ ac passionem: illi. n. alterãtur, hęc feruntur. Et actionem quidem, licet, opus quoddam naturæ appelles, ceu concoctionem, digestionem, &, si ita loqui liceat, sanguificationem: non tñ contra licet, opus actionem omnino voces: siquidem caro naturæ opus est, nõ tamen est actio: patet q; alterum eorum nominum bifariam dici, alterum non item.

1. de nat. hum. tex. 11. 1. 29. d. & tex. 12. c

Actionem Partium à temperie qualitatum prouenire. CAP 3.

AC mihi quidem tã vena, quã reliquarum particularum singulæ, ob certam quandam temperiem, quam ex quatuor qualitatibus sunt nactæ, hoc vel illo modo agere videntur. Sunt tamen nõ pauci viri nõ incelebres, nec philosophi modo, sed etiã medici, qui calido & frigido actionem tribuunt: siccum & humidum pro patientibus, ijs subijciũt. Ac primus quidem Aristoteles particularium omnium causas referre ad hęc principia est aggressus: secuta q; eum postmodum schola Stoicorum est. Quanq̃ his quidem, vtpote qui elementorũ ipsorum mutuam mutationem ad fusionem & densationem referant, consentaneum erat calidum & frigidum actiua principia statuere: Aristoteli nõ item: sed, cum quatuor qualitatibus ad elementorũ generationem sit vsus, satius erat omnes particularium causas in has reducere. Cur igitur in libris de generatione & corruptione quatuor vtitur, in meteorologicis & problematis atq; alibi tantum duabus? Nã si quis D in animalibus & stirpibus calidum & frigidum magis agere, siccum vero & humidum minus, dixerit, fortasse etiam Hippocratem subscriptorem habuerit: Sin pari modo in omnibus, non, arbitror, id concedet non modo Hippocrates, sed nec Aristoteles, modo eorum, quæ in libris de generatione & corruptione non simpliciter ac nude, sed cum demonstratione nos docuit, meminisse velit. Verum de his etiam in opere de temperamentis, quantum medicis sit ex vsu, disquisiuimus.

Facultatem, Actionem, & Opus in mutua relatione intelligi: & qua methodo Facultates inuestigandæ. CAP. 4.

CÆterum potentia ea facultas'ue in venis, quam sanguificam appellant, atque etiam alia quæuis facultas, in relatione ad aliquid intelligitur. Primum. n. actionis ipsius, potẽtia est causa: deinde etiam operis ex accidenti quodam. At vero, si causa ad aliquid est (est. n. vnius eius, quod ab ea fit, reliquorum nullius) planum est potentiam quoq; in relatione ad aliquid dici. Ac, quod agentis causæ substantiã ignoramus, facultatem eã siue potentiam appellamus, in venis quidẽ potentiam quandam sanguinis factricem dicentes, in ventriculo concoctricem, in corde pulsificam: ac in singulis reliquarum particularum propriam quãdam eius, quam ædũt, actionis. Itaq; si certa ratione & via, quot & quæ facultates sint, inuenturi sumus, incipiendum nobis ab ipsis operibus est. Singula nanque opera ab aliqua procedunt actione: hãc vero omnino aliqua præcedit causa.

De Operibus Naturæ. CAP. 5. E

ERgo naturæ opera, dũ adhuc in vtero gestatur ac fingitur animal, omnes sunt corporis particulæ: ędito vero in lucem, cõmune in oĩbus naturæ opus est, earum ad perfectam magnitudinem perductio: postea vero etiam, vt oẽs, quantũ fieri potest, perdurẽt, molitio. Actiones, quæ tribus his operibus respondent, necessario tres sunt, vna scilicet cuiq; generatio, auctio, nutritio. verum generatio, simplex quędam actio naturæ nõ est, sed ex alteratione formationeq; composita. Vt.n. os fiat, item neruus, vena, & reliquarum quælibet, alteratam esse oportet subiectam, vnde animal fit, substantiam: vt vero congruentẽ figuram, & situra, & cauitates quasdã, & vel enata vel adnata, aliaq; id genus habeat, effingi eam oportet, quę alteratur, materiam: quam vtiq; aĩalis materiã appellans, veluti nauis ligna & imaginis cerã, minime errabis. Auctio vero solidarũ aĩalis partium, quarũ esse formationẽ iam diximus, augmentum ampliatioq; in longum latum & profundum est. Nutritio autem ijsdem partibus appositio quædam est, sed sine ampliatione.

A.l.1.f. 1. d. 6. fu.1.c.2.fo.26.c

De Generatrice vi. CAP. 6.

ERgo primũ de generatione agamus: quã.s. ex alteratione & formatione constare diximus. Proiecto in vterũ semine, siue etiã in terram (nihil.n. refert) statis quibusdã tẽporibus multæ conflantur partes eius, quæ gignitur, substantię, humiditate, siccitate, calore, frigore, cęterisq; omnibus, quæ hęc sequuntur, qualitatibus inter se differentes. Quæ aũt hęc sequãtur, is, qui oĩno quid de generatione & corruptione est philosophatus, minime ignorat. Quippe primum & maxime iam dictas sequuntur reliquæ differentiæ earum, quæ tangibiles vocatæ qualitates sunt: post has vero, quæ gustus odoratus & visus sunt propriæ. Ac duritia quidem & mollities, & lentitia & friabilitas, & leuitas & grauitas, & densitas & raritas, & asperitas & lenitas, & crassitudo & tenuitas, tangibiles differentię sunt: de quibus omnibus Aristoteles commodissime disseruit. Odoratus enim visus & gustus differentias ipse profecto non ignoras. Quocirca, si primas & elementares alteratrices facultates requiris, hæ sunt, humiditas, siccitas, caliditas, & frigiditas: si vero eas, quæ ex his inter se mistis nascuntur, tot sane omni in animali erunt, quot fuerint in eo sensibilia elementa. Porrò sensibilia appellantur elementa, quęcunque similares corporis sunt partes. Has autem non methodo vlla, sed ex dissectionibus contemplans, oculorum inspectione noscas oportet. Ergo os, chartilaginem, neruum, mẽbranam, ligamẽtum, venam, oĩa deniq; id genus, in prima generatione aĩalis, natura creat, vsa, vt generatim dicam, generatrice alteratriceq; potentia: particulatim vero excalfactoria, refrigeratoria, humectatoria, & siccatoria: tum quæ ex harum mistura fiunt, veluti ossifica, chartilaginifica, neruifica, mẽbranifica, claritatis.n. gratia his quoq; nominibus vtendũ. Est sane huius generis, & quæ propria iecinoris est caro: nec minus quę lienis, & renũ, & pulmonis, & cordis. Iam cerebri ipsius proprium corpus, ventriculiq;, & gulæ, & intestinorum, & vteri, sensibile elementum est, pręterea similare simplexq; ac cõpositionis expers. Si nanq; ex singulis eorum instrumentorũ, venas neruos & arterias exemeris, reliquum corpus, quatenus sensu animaduerti licet, simplex elementareq; est. Cæterum, siqua eiusmodi organorum ex geminis constant tunicis, quæ dissimiles inter se sint, vtraque tñ simplex, horum ipsæ tunicę elementa sunt, veluti ventris, gulæ, intestinorum, & arteriarum. Atque in vtraque tunica, sua quædam alteratrix vis est: quę ex menstruo matris sanguine eam particulam generauit. Itaque alteratrices facultates in omni animalis genere tot mẽbratim erunt, quot habet in se elementares particulas. Sed & actiones proprias cuiq; mẽbratim particulę necesse est esse, quemadmodum & vsus: veluti meatuum eorum, qui à renibus ad vesicam pertinent, qui græce οὐρητῆρες.i. vrinarij nominantur. Hi nanque nec arterię sunt, quia nec pulsant, nec ex duabus tunicis constant: nec venæ, quia nec sanguinem in se continent, nec similem oĩno venę habent tunicam: at à neruis quidẽ plus discrepant, q̃ à iam dictis. Quid igitur sunt, dicat aliquis? Quasi vero necesse sit omnem corporis particulam, vel arteriam vel venam vel neruum esse, vel ex ijs componi: non aũt, sicut modo dictum est, vnicuiq; particulatim organo suam esse substantiam. Quippe tum ambę vesicę, tam ea quæ vrinam, quàm quę flauam excipit bilem, non modo à cæteris oĩbus, sed etiã inter se differunt: tum meatus, qui tanquã gulæ quędam à bilis vesica exorti in iecur inseruntur, omnino nec arterijs, nec venis, nec neruis sunt similes. Verum de his plenius, tum alibi, tum in ijs, quæ de dissectione secundum Hippocratem sunt scripta, diximus. Cæterum alteratrices naturæ facultates, quæ particulares sunt oẽs, & tunicarũ ventriculi, & intestinorum, & vteri, substantiã qualis est, effecerũt. Compagẽ vero formamq; tum harũ ipsarum: tum eorum, quæ in has se inserunt, plexũ: tum intestinorum à ventriculo exortum, & internę eorum cauitatis speciem, aliaq; eiusmodi: altera nimirum virtus effinxit, quam formatricem appellamus: eandemq; artificiosam esse dicimus, immo verius optimam & summam artem, quę omnia alicuius gratia moliatur sic, vt nihil aut ociosum sit, aut superuacaneũ, aut deniq; ita se habens, vt possit aliter melius se habere. Verum hoc, in opere de particularum vsu, euidenti demonstratione firmabimus.

A. ibidem. e

F

G

H

De Auctrice facultate. CAP. 7.

IAm ad auctricem facultatẽ conuersi, illud primum admonemus, q non desit ne hæc quidem ijs, quę in vtero gestãtur: sicuti neq; vis nutrix. Sunt tñ eo tempore supradictarum facultatũ, alte-

ratricis

A ratricis ac formatricis, hæ veluti ministræ, nec sustinent ipsæ primas partes. Vbi vero perfectã magnitudinẽ animal est adeptũ, toto postq̃ editum est, tpe vsq; ad ætatis vigorẽ, auctrix virtus dominatur: auxiliatrices aũt & veluti ministræ eius sunt, alteratrix & nutrix. At quid igitur ipsius auctricis facultatis est propriũ: nempe in omnem partẽ proferre, quæ iã nata genita ue sunt: vocant autẽ sic, solidæ corporis particulæ, arteriæ, venæ, nerui, ossa, chartilagines, mẽbranæ, ligamẽta, deni q; tunicę oẽs: has particulas, elemẽtares, similares, & simplices paulo supra nominauimus. Ad quẽ aũt modũ oẽs particulę extendantur, proferantur q;, ipse narrabo, sed exẽplo quodã claritatis gratia prius posito. Solent pueri acceptas suum vesicas spiritu implere, ac iuxta ignẽ super cineres sic eas confricare, vt incalescant, nec tñ lædantur: est q; is lusus in Ionia & in alijs gentibus nõ paucis perfrequens. Accinunt vero inter fricandũ versus quosdam numeroso & cãtu & rhythmo: Sũtq; ea omnia verba, adhortatio vesicæ ad incrementũ. Vbi vero illis abunde videtur extensa, rursus inflant ac magis distendunt, & iterum fricant, id q; subinde factitant, quoad ampliata vesica satis augmenti accepisse videatur. Cæterũ in hoc puerorũ opere, quantum interna vesicę capacitas est adaucta, tm̃ necesse est, corpus eius in tenuius sit redactum. Quòd si tenuitatem hanc sarcire pueri possent, vtiq; perinde, ac natura, ex parua magnam vesicam efficerent: nunc vero id opus conse-B qui ijs non licet: nec duci id in imitationem vlli iam perfectorum hominum quoquo pacto fas est, nedum pueris, id. n. solius naturæ propriũ munus est. Ita cõstat, arbitror, ijs, quæ augẽtur, necessariam esse nutritionẽ: quippe, si extẽdãtur eiusmodi corpora, non tñ reficiantur, speciem, quandam falsam augmenti præbuerint, verum augmẽtũ adepta nõ fuerint. Quinimmo distendi in omnem partem ea tm̃ possunt, quæ per naturã ipsam sunt adaucta: quæ. n. à nobis extensa, sicut vna dimensione id patiuntur, ita reliquis minuuntur: neq;. n. est inuenire quicq̃, quod continuitate sua seruata minimeq; diuulsa, extendi in tres dimẽsiones possit. Solius igitur naturæ opus est, corpus, quod continuitatem suam & speciem, quam prius habuit, vniuersam seruet, in omnem partẽ extendere: atq; ea res auctio est, quæ sine nutrimento affluente adhærente q; fieri nequit.

De Nutritione. CAP. 8.

QVo magis de ipsa nutritione, quæ reliqua est & tertia propositorum ab initio, videtur agendi locus. Quod enim in nutrimenti affluit specie, cum id corporis eius, quod nutritur, omni parti affigitur, actio ipsa nutritio est: causa vero huius, ipsa facultas. Et alteratio quidẽ hic quoq; ipsius actionis genus est, non tñ talis, qualis erat in generatione. Ibi nanq; quod os non erat, postea factũ est os: in nutritione vero ei, quod iam factum est, id quod affluit, efficitur simile. C Ita non immerito alterationem illam, nominamus generationem, hanc adsimilationem.

Quæ Principes sint naturæ Facultates: eas q; mutuo ministerio egere. CAP. 9.

QVoniam autem de tribus naturæ facultatibus abunde diximus, videtur q; animal nullam aliam requirere, habens nimirum, quemadmodum & augeatur, & absoluatur, & plurimum duret, videbitur abunde iam disputatio hæc suos numeros habere, omnes q; naturæ facultates explicasse. Verum, siquis rursum reputet nullam hanc animalis partium adhuc attigisse, ventriculi dico, intestinorum, iecinoris, & aliarum eiusmodi: nec harum facultates exposuisse: veluti procemium tm̃ vtilioris doctrinæ propositum esse putabit: quippe summa rei sic habet: Generatio, auctio, & nutritio, prima naturæ operum ac veluti capita sunt: itaq; etiam effectrices horum facultates primę principes q; tres sunt: desiderant tamen (vt iam dictum est) tum ipsarum inter se, tum aliorum ministerium. Ac quæ quidem generatrix auctrix q; desiderẽt, dictum iam est: quę autem nutrix facultas requirat, nunc dicetur.

Cur plurima Instrumenta Nutritioni seruientia natura construxerit. CAP. 10.

VIdeor enim monstraturus tum instrumenta ipsa, quæ ad naturalem nutriment i molitionem comparata sunt, tum eorum facultates, propter hanc esse conditas. Nam, cum actio huius fa-D cultatis adsimilatio sit, nec fieri possit, vt adsimilẽtur mutentur q; inter se vlla, nisi societatẽ aliquã cognationem q; in qualitatibus habeãt, idcirco primum quidem nec quodq; animal quocunque cibo nutriri põt: deinde nec, quibus nutriri potest, ijs vtiq; protinus. Atq; huius necessitatis causa pluribus alterationis nutrimenti instrumẽtis cuiq; animali est opus: siquidem, vt flauum rubrũ fiat, & rubrũ flauum, vna & simplice alteratione est opus: vt vero albũ nigrũ reddatur, vel nigrum album, oẽs, quæ in medio horũ sunt, alterationes requiruntur. Ita, quod mollissimũ est, non potest vno statim impetu durum fieri: nec, quod durissimũ, ilico mollissimum: pari modo nec, quod grauissime olet, odoratissimum: nec contra, quod odoratissimum est, grauissime fieri olẽs extemplo potest. Quo pacto igitur ex sanguine os fiet, nisi is prius & crassetur plurimũ & dealbetᷣ: aut quo modo ex pane gignetur sanguis, nisi & paulatim deponat alborem, & sensim accipiat ruborem? quippe caro ex sanguine non magno negocio fit: si. n. eatenus naturæ opera crassescat, vt constantem substãtiam habeat, nec etiam sit fluidus, prima & recens concreta caro iam existet: at vero vt sanguis os fiat, longo huic tẽpore, multo ẽt opere ac mutatione est opus. Quòd autem & pani, & multo magis lactucę, & betæ, & similibus, quò sanguis ex ijs fiat, p̃multa alteratio requiratur, satis id quoq; patere arbitror. Atq; hæc quidẽ vna causa est, cur multa sint ad alterationẽ nutrimenti instituta organa. Altera aũt est, excrementorũ natura. Sicut. n. herbis nutriri planè non possu-

A.l. 1. f. 1. d. 6. fu. 1. c. 2. 26 b

A.l. 1. f. 1. d. 6. fu. 1. c. 2. 26. b

A.l. 1. f. 1. d. 5. c. 1. 10. a

A. ibidem e

mus, tametsi pecudes ijs nutriuntur, ita radicula quidem nutrimur, verum non ita, vt carne: hanc E enim totam natura nostra propemodum vincit mutatq; & alterat, ac sanguinem salubrem ex ea creat: in radicula vero, quod quidē conueniens est & transmutari potest, quanq̃ ęgrè planè nec sine plurima concoctione, omnino id minimum est: sed tota paulo minus excrementosa est: & pertransit quidem concoctionis instrumenta, ceterum exiguus ex ea in venas assumitur sanguis, nec is in totum vtilis. Quare alteram rursum secretionem, eorum scilicet, quę in venis sunt, excrementorum, desiderauit natura: quibus etiam alijs opus erat vijs, per quas ducerentur ad exitum, quò scilicet salubribus succis minime officerent: præterea, quibus exciperentur, veluti receptaculis quibusdam, in quibus postquā satis magna collecta vis esset, mox excernerentur. Ergo hoc secundum particularum in corpore genus, quod nutrimenti excrementis sit destinatum, inuenimus.

Est & aliud tertiū genus, pro bonis succis vndiq; per totū corpus deferendis institutū: estq; id veluti viæ quædam numerosæ per totum corpus sectæ: vnus nanq; oībus cibis introitus per os est, at non vnum est, quod nutritur, sed plurima ac plurimum inter se distantia. Ergo admiratiōi esse cuiquā non debebit instrumentorum numerus, quæ nutritionis gratia natura condidit. Alia nanq; idoneum cuique particulæ nutrimentum alterando præparant, alia separant excrementa, alia transmittunt, alia suscipiunt, alia expellunt, alia salubrium succorum in omnem partem feren- F dorum sunt viæ. Quare, si vniuersas naturæ facultates intelligere velis, singula iam dictorum organorum tibi sunt consideranda. Principium vero doctrinę eorum, tum ea naturę opera, quæ propinqua fini habentur, tum particulæ particularumq́; facultates sunt.

De ijs, quæ ad veram Nutritionem requiruntur. CAP. 11.

ITaq; ‖ denuo nobis reuocandus ad memoriam is finis est, cuius causa tot ac tales particulas natura instituit. Et nomen quidem rei, ceu prius diximus, nutritio est: oratio vero eius nominis est, ad id, quod nutritur, eius, quod nutrit, assimilatio. Porrò, hæc vt fiat, agglutinatio siue adhærentia præcedat, oportet: sicut etiam, vt illa fiat, appositio. Postquam enim succus is, qui omnē animalis particulam nutriturus est, à vasis excidit, in totā eam primum dispergitur, mox adiungitur, deinde agglutinatur, demum assimilatur. Porrò differre inter se assimilationem atq; adhęrentiam docet vitiligo illa, quam græci λεύκην dicūt: sicuti etiam adiunctionis atq; agglutinationis differentiam prodit genus illud hydropis, quod ἀνασάρκα vocant. Non.n. affluentis humoris inopia, veluti quæ græce ἀτροφίαι dicuntur & tabes, eiusmodi hydropis generatio prouenit (videtur.n. tum caro his humida madensq; esse, tum solidarum quæq; partium similiter affecta) verum affluentis nutrimenti appositio quædā fit: quod tamē propterea, q aquosius adhuc est nec ad succum sufficienter redactum, nec lentitiam glutinisq; consistentiam, quę naturalis caloris ope prouenit, adeptū, adhærentiam consequi non valet, defluētē nimirum ac delabente, ob tenuis & crudi humoris exuberantiam, à solidis corporis particulis nutrimento. In vitiligine autem, quæ λεύκη dicitur, adhærētia quidem nutrimenti facta cernitur, non tñ assimilatio. Patetq; obiter id, quod paulo supra proposuimus, recte esse dictum, debere fieri primum quidem appositionem, mox agglutinationem, deinde ei, quod nutriendum est, assimilationem. Ac proprie quidem nutrimentū est, quod nutrit: quod vero veluti nutriens est, non dum tñ nutriuit, cuiusmodi scilicet est, quod agglutinatur, vel quod apponitur, id proprie nutrimentū non est, sed æquiuoce: quod aūt in venis est, atq; hoc etiam magis quod in ventriculo est, id tanq̃ nutriturū aliqñ sit, si probe cōcoctum fuerit, nutrimentum appellatur. Ad hunc modum edulia quæq; nutrimenta vocamus, non vtiq; q iam animal nutriant, neq; q talia sint, qualia sunt, quæ nutriunt: sed q nutritura sint, si probe sint concocta. Id nanq; est quod ab Hippocrate dicitur, ‖ Nutrimentū quod nutrit: nutrimētū, quod veluti nutrimentum est: nutrimētū, quod nutriturum est. Siquidem, quod iam assimilatur, nutrimētū appellauit: quod vero tale est, quale illud nempe appositum agglutinatumue genus, veluti nutrimētū: reliquum omne, siue id in venis continetur seu ventre, futurum nutrimentum. H

A.l.1.f.1.d.6. fu.1.c.2.26.b

De alimento circa pricipiū.

Positiones duæ de Substantia nutritioni subiecta. CAP. 12.

AC, q necesse sit nutritionem esse assimilationem nutrientis ei, quod nutritur, clare liquet. Cæterum non esse assimilationem veram, sed tm̃ apparentem, dicunt, ij, qui nec artificiosam naturam existimant, nec animalis habere prouidentiam, nec deniq; vllas proprias obtinere facultates: quibus scilicet vsa, alia trahat, alia teneat, alia demutet, alia expellat. Fuereq; tum in medicina tum in philosophia, eorum hominum, q aliquid de natura tradiderunt, quiq; saltem, quod dixere, intelligerent, & sequelam eorū, quæ proposuerunt, nō modo intuerentur, sed etiā seruarent, duæ sectæ: siquidem, qui ne id quidē intellexerūt, sed temere quicquid in buccam venit, deblaterarunt, nec in alterutra sectarū perstitere, horū ne meminisse quidē cōueniat. Quænam igitur sunt duæ illæ sectæ, & quæ in ijs propositorū sequela? Nempe altera sectarū substantiam eam, quæ generationi & internetioni est subiecta, totā tum vnitā esse tum alterari posse proponit: altera īmutabilem inalterabilēq;, & in tenuia desectā, tum vacuitatibus quibusdā interceptā statuit. Igitur qui saltē consequentiā aliquā ex ꝓpositis in secunda secta intelligunt, hi nec naturæ nec animæ ꝓpriam vllam substantiā facultatemue arbitrantur, sed has primorū illorū corporū, quæ & impatibilia & simplicia proponunt, certo quodā cōgressu fieri. Iuxta vero priorem sectā posterior cor-

poribus

A poribus natura nō est, sed multo etiam prior & antiquior. Proinde his auctoribus animalium & stirpium corpora hæc fabricat, prædita scilicet facultatibus, quarū alijs ea, quæ sibi conueniant, & trahit & assimilat, alijs quæ aliena sunt, expellit. Eadem alijs quibusdā facultatibus generādo omnia, tum artificiose ea effingit ac format: tum ijs, quæ generauit, prospicit: vna quidem, qua sobolē diligit, eidem q; prouidet: alia per quam, quæ eiusdem sunt generis, complectitur, eisdem q; communicat. At alterius sectæ sententia, nec horum quicq; natura possidet, nec vlla perceptio animæ ab initio est insita, nec cōsequētiæ nec pugnantiæ, nec diuisionis nec compositionis, nec iusti nec iniusti, nec turpis nec honesti, sed ex sensu & per sensum omnia, quæ fieri videntur, in nobis facta esse dicunt, ac imaginationibus quibusdam memorijs q; animal gubernari. Aliqui vero ex ijs dicto prodiderunt nullam esse in anima, qua ratiocinetur, facultatem: immo sensuum affectibus duci nos pecorum ritu, nec posse renuere respuere ve quicquam. Iisdem videlicet auctoribus, fortitudo, prudentia, temperantia, & continentia, nugæ sunt meræ: nec amamus aut inter nos, aut prolē: nec dijs vlla nostri est cura. Iidem auguria, insomnia, portenta, omnem q; astrologiam cōtemnūt: de quibus ipsi alio opere seorsum plenius egimus, Asclepiadis medici dogmata æstimantes. Porrò licet, qui volet, libros illos euoluat: nūc autem cōsiderandum est, tanq; duabus propositis vijs, B vtra nobis præstet insistere. Hippocrates nanq; priore earū instituit, quæ vnitam esse substantiā atque alterari proponit: præterea conspirabile & confluxile totū corpus esse: naturam q; omnia artificiose ac iuste peragere, facultatibus scilicet præditam, quibus singulæ particulæ conuenientem sibi succum ad se trahant, attractum vero coalescere accrescere q; omnibus sui partibus faciāt, demum q; assimilent: quod autem interea non peruicerе, quod q; omnimodam alterationem ac cum nutriendo similitudinem recipere non potuit, id alia rursus, vi nempe secretoria, reijciant.

1. de Natura hum. t. 6. 10. & 11. 17. 28. g. & 29. h
de Alimento paulo ante medium.
de Corde in medio.

Perperam Asclepiadem de Attractrice, & Expultrice vi disseruisse. CAP. 13.

PORrò intelligi licet, q; recta vera q; Hippocratis dogmata sint, non ex eo tantū, q, qui diuersa ponunt, diuersa quoque ac dissentientia ponunt ab ijs, quę euidēter apparēt, verumetiam ex eorum, quæ mēbratim in naturali speculatione quærūtur, tum cæteris omnibus, tum vero ijs, quæ in animalibus habētur, actionibus. Qui enim attractricē conuenientis qualitatis vim nulli inesse particulæ volunt, ij sæpe ijs, quæ euidenter apparent, contraria dicere coguntur: quemadmodum Asclepiadi medico de renibus contigit: quos non solum Hippocrates, Diocles, Erasistratus, Praxagoras, aliorum ve optimus quisq; secernere à sanguine vrinas crediderunt: verum etiam coqui ferè omnes norunt, cum quotidie eorum non tantum situm contemplētur, sed etiam meatus, qui C ab vtroq; procedunt & vrinarij sunt dicti, in vesicam se inserentes, nimirum ex ipsa compositione compage q; tum vsum eorum, tum vim colligentes. Iam etiam priores ipsis coquis omnes homines, qui subinde difficulter meiunt, aut etiam suppressam vrinam omnino habent, vbi circa lumbos dolent ac arenosa meiunt, nephriticos se ipsos nomināt. Verum Asclepiades (arbitror) ab ijs, qui sic sunt affecti, emictum calculum non vidit: nec, q medio inter renes & vesicam loco præcessit quidam acutus dolor, transeunte per vrinarios meatus calculo, intellexit: sed nec q emictio eo protinus tum dolor, tum vrinæ suppressio, desierunt. Ergo, quemadmodum vrinam in vesicam oratione sua ducat, operæpretium est audire, atque hominis sapientiam suspicere, qui relictis tam latis ac manifeste apparentibus vijs, obscuras, angustas, nec vllo prorsus sensu perceptas proposuit. Vult nāque eum, qui bibitur, humorem in halitus resolui, atq; in vesicam transmitti: inibi vero denuo concretos, priorem deinde recipere formam, fieri q; ex halitibus plane humorem. perinde vtiq; de vesica, ac de spongia quapiam aut lana ratiocinatus, non corpore plane denso, & quod humorem non transmittat, cum duas tunicas validissimas habeat: per quas si transmitti halitus dicemus, qui fit, q septum transuersum & peritonæum non pertranseunt, ac tum abdomen tum pectus totum aqua non implent? At crassius est, inquiet, humoris q; tenacius peritoneum inuolu-D crum, q vesica, eo q; id halitus non transmittit: vesica vero transmittit, ac recipit. Verum, si ipse vesicam dissecuisset, fortasse non ignoraret exteriorem vesicæ tunicam, eandem cum peritonæo naturam habere, vtpote ab eo ortam: internam vero, quę ipsius vesicæ est propria, plus q duplo, eam crassitudine superare. Verum fortasse nec crassitudo tunicarum nec tenuitas, sed ipsa vesicæ positio, ferēdorum in eam halituū est causa. Immo vero, si per reliqua corporis omnia credibile esset huc ferri, certe situs ipse vesicæ satis esset, qui id prohiberet: quippe cum vesica in imo sit sita, halitus autem naturaliter ferantur in sublime: ita longe prius, ijs implerentur pectus & pulmo, q ad vesicam peruenirēt. Tametsi quid situs & vesicæ, & peritonæi, & pectoris memini? cum halitus, si & ventriculi & intestinorum tunicas sint egressi, aut in spatium, quod inter eas & peritoneum intercedit, colligentur, atq; inibi in humorem vertētur, veluti ipsis hydropibus eo loci plurimum aquæ aceruatur. aut prorsus per oīa, quæcunq; contingunt, rectā ferri debebunt, nec vsquam sisti. Verum, si hoc quis proponat, vtique non peritoneo solum, sed ēt abdomine ipso traiecto, aut in circūfusum nobis aerem dissipabuntur, aut omnino sub cute colligentur. Sed & his contradicere, Asclepiadis qui nunc sunt sectatores, conantur, tametsi ab oībus semper irrisi, quicunq; in eos de his litigātes inciderunt. Adeo indelebile malum est eius q nō potēs ista circa sectas ambitio, ac scabie quauis ad sanādū rebellius. Etenim huius tēporis sophistarū quidam cū in alijs, tū in captioso

disputandi

diſputandi genere admodum exercitatus,ac in dicẽdo ſiquis alius acer,cum mecũ de his diſcepta- E
ret,tm̃ abfuit,vt eorum,quæ diximus,aliquo deterreretur,vt admirari ſe diceret me ea, quæ liqui-
do apparerẽt,inanibus rationibus euertere conari: Quotidie enim clare cerni,veſicas omnes, ſiqs
aere aqua've impleat,deinde ligatis earum collis vndiq; premat,nulla ex parte quicq̃ remittere,ſed
prorſus totum in ſe continere: quanq̃,ſi eſſent à renibus in has ſenſiles & ampli meatus, omnino
aiebat,q̧,ſicut per hos humor introijt, ita prementibus nobis exire. Atq; hęc,ſimilia q; cum volu-
biliter ac clara voce dixiſſet,exiliens ſubito diſceſſit,nobis quaſi nihil,quod vel probabile eſſet,re-
ſpondere habẽtibus,ibi relictis. Adeo qui ſectis eiuſmodi ſunt addicti,non ſolum nihil norunt re
cti,ſed ne diſcere quidẽ dignantur. Cum enim audiẽda ijs cauſa eſſet,propter quam ingredi p vri
narios meatus in veſicã humor poteſt: rurſum exire per eandẽ viam non poteſt: atq; artis nomine
ſuſpicienda natura,ij nec diſcere volunt,& hoc amplius mala verba dicunt,fruſtra tum alia multa,
tum vero renes,ab ea conditos affirmantes. Sunt & qui ſe,præſentibus oſtẽdi vrinarios meatus à
renibus deſcendere atq; in veſicam ſe inſerere cum ſuſtinuiſſent,auſi tamẽ ſunt alij,q̧ ij quoq; fru-
ſtra ſint conditi,dicere: alij,q̧ quidam ex ſeminalibus ſint meatibus, ideo q; in collum eius,non in
corpus eſſe inſertos. Nos igitur indicato,qui vere ſeminis meatus ſunt,eos infra vrinarios in col-
lum ſe inſerere,tunc ſaltem, ſi non prius, à falſa eos perſuaſione abducendos putauimus atque ad F
contrariam ſtatim perducendos. Illi vero hic quoq; contradicere ſunt auſi,nihil eſſe miri dicentes,
in illis,ceu magis anguſtis,diutius ſubſiſtere ſemen: in his vero,qui à renibus deſcendunt, vtpote
abunde amplis,celeriter effluere. Nos igitur de cætero coacti ſumus in animali adhuc viuo liqui
do in veſicam per ipſos vrinarios meatus transfluentem vrinam indicare,vix ſic quoq; garrulita-
tem eorum coercendam ſperantes. Porrò oſtẽſionis modus eſt huiuſmodi. Diuidi debebit id pe
ritonæi,quod ante vrinarios meatus habetur: deinde ij laqueis ſinguli excipi: mox ſuper deligatu
ra data,animal dimitti,neq; enim amplius meiet: poſt hæc religari deligatura externa,ac veſica ina
nis oſtendi,vrinarij vero meatus referti diſtenti q; ac periclitantes rumpi: mox eorum vinculis de-
tractis veſica lotio clare impleri: poſt hæc prius, quàm animal meiat,vinculum inijciendum eius
pudẽdo eſt: tum vero trudẽda vndiq; eius veſica,nõ enim poterit p vrinarios meatus ad ipſius re-
nes quidquam reuerti: quo manifeſtum fit,non ſolum in mortuo animali prohiberi lotium ex ve-
ſica in vrinarios meatus rurſum redire, ſed etiam in viuo. His perſpectis permittẽdũ iam animali
meiere,ſoluto ſcilicet,quo pudendum eius exceptum eſt,vinculo. Poſt hæc vinculum alteri mea-
tuum inijciẽdum: alter vero in veſicam confluere ſinẽdus: tum aliquo interpoſito ſpatio,mõſtrã-
dum iam,quẽadmodum alter,qui vinctus eſt, ea parte,quę ad renes ſpectat,plenus diſtẽtus q; ap- G
pareat: alter vero,qui ſolutus eſt,& laxus ſit & veſicã impleuerit. Poſt hæc vero præcidendus eſt
primum is,qui plenus eſt,oſtendẽdumq;,quẽadmodum eiaculetur ex eo lotium non aliter,quàm
ex incidenda vena ſanguis: deinde alter pręcidẽdus: & mox ambobus pręciſis animal extrinſecus
deligandum. Poſt,vbi ſatis eſſe viſum eſt,deligatura ſoluenda: inuenietur enim veſica vacua: quę
vero media capacitas eſt inter peritonæum & inteſtina,tota lotio plena,veluti ſi aqua intercute la-
boraret aĩal. Hæc igitur ſiquis ipſe p ſe explorare in animali velit,magnopere mihi videtur Aſcle
piadis temeritatẽ dãnaturus. Quòd ſi cauſam itelligat,quamobrẽ nihil ex veſica in vrinarios mea-
tus refluat,vel ex eo mihi naturæ eſſe prouidentiã artẽ q; in animalibus credet. Atq; Hippocrates
quidẽ omnium,quos nouimus,medicorum philoſophorũ q; primus,vt qui primus naturæ ope-
ra norit,hanc ſemper tum admiratur, tum prædicat: quam & iuſtam nominat,& ſolam animali-
bus ad omnia ſufficere dicit,ipſam q; per ſe ſine doctore,quæ opus ſunt,agere. Talis autem cũ ſit,
ſtatim eam facultates habere propoſuit: vnam,qua ſibi conueniens attrahat,alteram qua alienum
à ſe ſegreget: ipſam præterea tum nutrire animalia,tum augere: iam morbos quoq; finire iudica-
re q; iiſdem facultatibus exiſtimat: ideo q; in corporibus noſtris vnum conſpiratum confluxũ q;
eſſe,ac omnia inter ſe mutuo affici. Aſclepiade vero auctore nihil ex alterius affectu patitur, om H
ni ſubſtantia naturaliter diuiſa, atq; in elementa, quæ cohærere non poſſunt,& nugatorias moles
conſciſſa. Quare neceſſe eſt, tum mille alia contraria ijs,quæ manifeſte apparẽt,protulerit: tum fa-
cultates naturę,& qua conuenientia trahat,& qua aliena ſeparet, ignorarit: & in ſanguificatione
quidem,ac alimenti diſtributione, quandam frigidam garrulitatem excogitauit. Ad excremento
rum vero expurgationem, cum nihil prorſus, quod afferre poſſet,haberet,non dubitauit ijs, quæ
ſenſui apparent,contradicere: In vrinæ quidem ſeparatione tum renes tum vrinarios meatus fun-
ctione ſua priuãs, ac incertos quoſdã inuiſibiles q; meatus in veſicã ſtatuens: hoc ſcilicet erat ma-
gnam ac præclarum,repudiatis ijs,quę cernantur,fidem adhibere incertis,& quæ cerni non poſ-
ſunt. At in flaua bili etiam maius quiddam licẽtius q; eſt auſus: gigni nanq; eam in ipſis bilis con-
ceptaculis,non autẽ ſecerni ait. At,quo modo igitur ijs,qui morbo regio laborant,ambo ſimul in-
cidunt,& vt egeſtiones in ijs nihil habeãt bilis, & corpus totum bili ſit refertũ? Quo loco rurſus
nugari cogitur ſimiliter,ac in ijs, quæ de vrinis ſunt dicta. Nugatur ſanè non ſecus & de bili atra
ſplene q;,ſcilicet nec,quid ab Hippocrate ſit dictum,intelligens,& contradicere ijs, quæ ignorat,
demẽti inſano q; ore aggrediẽs. Quid igitur ſibi ex placitis id genus ad curationes tandem lucri
fecit? nempe quòd nec nephritim, nec morbum regium,nec melancholicum ſanare poteſt. Iam,
in quo

1. de Fract. t.4. 7d.224.h
de Aliment. nõ procul à principio.
6. Epid. ſect.5. t.1.& 2.
De alimen. circa medinm, & in fine.

A in quo omnes homines consentiunt, nedum Hippocrates, alia medicamentorum purgare flauā bilē, alia nigram, alia pituitam, alia tenue & aquosum excrementum, ne id quidē concedit: immo à pharmacis ipsis vacuatorum quodq; tale fieri dicit: veluti ab exceptoribus bilis meatibus, bilem. Nec quicquam interfit egregio Asclepiade auctore medicamētum, quod aquam, an quod bilem ducat, aqua intercute laborantibus exhibere: quippe omnia pari modo vacuare liquareq; corpus, ac, quod liquatum est, vt tale videatur, cum prius tale non esset, efficere. Num igitur insanire putā dus eit, aut prorsus operum artis expers esse? Nam quis non nouit, si arquato laborāti morbo medicamentum dederis, quod pituitam ducat, ne quatuor quidē id cyathos educturum? ad eundem modum, si quod eorum, quæ purgant aquā: at medicamēto, quod bilē trahit, plurimum quidē vacuatur bilis, totum vero corpus purum sic purgatis efficitur. Nos enim nō paucos post curatum, qui in iecinore erat, affectum, vnica purgatione à morbo vindicauimus: cum, si quis medicamēto quod pituitam ducit, purgauerit, nihil profecerit. Atq; hæc non solum Hippocrates ita fieri sentit, sed etiā omnes, qui sola nitūtur experiētia, consentiunt. Omnibus deniq; quibus curæ sunt artis opera, idē placet, preter Asclepiadē. Quippe prodere se elementa, quæ statuit, si veritati in talibus consentiret, existimauit: omnino enim, si inuentum sit medicamētum aliquod, quod hunc vel B illum succum solum trahat, periculum esse, ne ratio vincat, in quoq; corpore vim esse aliquam conuenientis sibi qualitatis attractricem. Itaque cnicum, coccum cnidium, & hippophaes haudquaq; ex corpore trahere, sed facere pituitam ait: florem æris vero, & squamam æris, & ipsum æs vstum, & chamædryn, & chamæleonta, corpus in aquam resoluere, hydropas q; ab his iuuari non vtique purgatos, sed vacuatos, cum, si non vacuentur, vnà increscat affectus: quippe, si aquosum, q in corpore est humorem non vacuat, sed primum ipsum gignit, morbum fouet. Atqui etiam scammonia, preterquam q bilem Asclepiade auctore ex arquatorum corpore non purget, & bonum sanguinem in bilem, colliquando corpus, vertat, ac tanta mala faciat, affectum q; ipsum adaugeat, attamē multis videtur prodesse. Sanè, inquit, prodest quidē, sed sola vacuationis ratione. Atqui, si quis pharmacum, quod pituitam trahat, ijs dederit, minime iuuabūtur. Hoc adeo est manifestum, vt ne ijs quidem, qui solam experientiam profitentur, sit ignotū: quanq; his viris illud pro sapiētiæ placito habetur, q nulli omnino rationi sit credendum, sed ijs tantum, quæ liquido apparēt. Ergo illi quidē sapiunt, Asclepiades delirat, qui ipsis quidem sensibus habendam fidem prohibet, vbi, quæ ijs apparent, ea, quæ ille proponit, manifeste euertunt: quāquam longe satius esset minime ijs, quę euidenter apparent, repugnare: immo illis rem totam tribuere. Num igitur hęc sola cum Ascle- C piadis placitis manifeste pugnant? an illa quoq;, q vtiq; æstate plus bilis ijsdem medicamētis vacuetur, hyeme vero pituitæ? item iuueni plus bilis, seni vero pituitæ? videtur enim vnumquodq; eam, quæ est, trahere: non autē eam, quæ non est, creare. Siquidem, si quis velit adolescenti cuipiā, qui gracilis sit & calidus, quiq; nec in ocio vixit nec in ciborum satietate, dare æstatis tempore medicamentum, quod pituitam ducat, is minimum eius succi, nec sine multa violentia ducet, hominē vero grauissime læserit: Contra, si, quod bilem detrahat, exhibuerit, & multum vacuabit, & homini nihil nocuerit. An igitur adhuc non credimus medicamentum quodq; conuenientē sibi succū attrahere? Dicent fortasse, qui Asclepiadem sectantur, immo (quid fortasse dixi?) omnino se non credere dicent: ne scilicet prodant, quæ sibi sunt charissima.

Attractricis facultatis absurdam causam Epicurum reddidisse. CAP. 14.

NOs igitur rursus ad aliam garrulitatem cōuertamur: neq; enim nos sinunt sophistę dignas sermone dubitationes, quanquam plurimæ sunt, aggredi: sed in soluēdis ijs, quæ proponūt, sophismatis tempus nostrum terere cogunt. Quæ igitur est illa celebris & cantata garrulitas? nēpe de lapide illo, qui ferrum attrahit. Hic enim fortassis illorum animos credere subiget attractrices conuenientium qualitatum facultates in quoque esse corpore. Ac Epicurus quidem, quam- D uis similibus Asclepiadi elementis ad physiologiam sit vsus, tamen concedit à magnete lapide ferrum pertrahi atq; à succino festucas: tentat q; eius effectus causam reddere. Quippe atomos siue in diuidua corpuscula, quæ à lapide & quæ à ferro defluunt, figuris inter se conuenire dicit ita, vt facile sese amplectantur: hæc igitur, cum in vtraq; lapidis ferriq; concreta impingunt, deinde in medium resiliunt, obiter inter se connecti, ac ferrum vnà trahere. Ac, quod ea quidem, quæ ad causæ redditionem proponit, incredibilia sunt, liquido patet. Attractum tamen planè fatetur: atque ad eundem modum in animalium corpore, tum digestionem in partes, tum excrementorum secretionem, tum medicamentorum effectum fieri ait. Asclepiades vero tum causam prædictam parum probabilem suspicatus, tum vero nullam aliam probabilem facultatem ex ijs, quæ proposuit, elementis inueniens, impudenter eò confugit, vt nihil ab vllo trahi dixerit: cum debuisset potius, si neque ijs, quæ Epicurus asseruit, erat contentus, neque alia dicere meliora potuit, suis hypothesibus renunciare, ac naturam artificiosam dicere: præterea rerum substantiam tum sibi semper vnitam, tum à suis ipsius partibus mutuo inter se agentibus patientibusq; alteratam. Si nanque hęc sic proposuisset, nihil difficile fuisset artificiosam illam naturam fateri facultates habere, quibus conuenientia ad se trahat, aliena à se repellat. Neque enim profecto aliud illi erat artifici esse, & animalis seruatrici, & morborum finitrici ac decretrici, quàm vt, quod conueniens

1. de Natura hum. t. 27. 1ª. 31. a. De medicam purg. circa medium. & 2. Epid. sect 3. circa principium.

ueniẽs eſt,appeteret ac ſeruaret: & quod alienum eſt,ſepararet. Verum Aſclepiades hic quoque, E ſicut conſequentiam ex principijs ijs,quæ propoſuit,non eſt oblitus,ita pugnantiam cum ijs,quæ manifeſte apparẽt,nihil eſt veritus. Sed in eo oĩbus refragatur,nõ medicis modo, verũ etiam reliquis hominibus: ꝙ omne in morbis naturę decretum,& decretorium diẽ,& naturam,pro animalis ſalute in vniuerſum quicq̃ moliri negat: vbi,quod conſequens eſt, tueri vult: quod manifeſte apparet,ſubuertere: contra planè q̃ Epicurus. Hic enim,quod apparet,ſemper recipiens,cauſam deinde eius frigidam reddit. Parua nanq; illa corpuſcula,quę à magnete lapide reſiliunt, cum alijs ſimilibus ferri corpuſculis complicari: deinde per eum,qui ſcilicet nuſq̃ apparet, cõplexum, tam grauẽ ſubſtantiam attrahere,haud ſcio,vt credi à quoquam poſſit.Quippe,ſi id concedamus, certe illud,ꝙ pendẽti ferro alia ſi admoueas, ea quoq; appẽduntur,eandem cauſam nõ recipit. Nam quid dicemus? an ſcilicet particularum,quæ à lapide defluunt,quaſdam, vbi ferro occurſant, reſilire,atq; has eſſe,per quas ferrum pẽdere contingat: quaſdam ipſum ferrum ingreſſas, per vacuos meatus ocyſſime trãſire: deinde in proximum ferrum impingere,neq; illud ingredi poſſe,tametſi prius ferrum ſint ingreſſę,ſed rurſum ad prius reſiliẽtes,alios atq; alios efficere complexus priori bus ſimiles? Hic nãq; manifeſte vanitas cauſæ proditur. Siquidem vidimus ferreos ſtilos quinq; continẽter ſibi appẽſos,quorum primus partẽ lapidis tetigit,ꝑ illum ſcilicet diffuſa in reliquos lapidis vi. F Nec eſt,quod dicas,ſi infimæ ſtili parti alterum appendas,hærere hunc & pendere: ſi alij cuiuis parti earum,quę à lateribus ſunt,admoueas,nõ hęrere: quippe cum vndiq; diffundatur lapidis vis,ſi tantum contingat ex aliqua parte primum ſtilum: atq; ex hoc in totum ſecundum ſubito transfluat: ſicut ex illo rurſus in tertium totum. Quòd ſi exiguum mihi magnetem in domo quapiam pẽdere intelligas,deinde hunc vndiq; multa exigua ferri corpuſcula tangere, atque hæc rurſus alia,& illa itidem tertia,itaq; vlterius procedatur,omnia ꝑfecto ferrea corpuſcula ijs,quæ à lapide defluunt, corpuſculis impleri debebunt: fere q́; digeretur exiguus ille lapillus,dum in defluuia ſoluitur.Iam,ſi nullum eum attingat ferrum,ẽt in ipſum aera diſſipabitur, potiſſimum ſi is calidus eſt. Sanè quidẽ,inquit,nam admodum parua ea intelligi oportebit,ita,vt minimorum horum corporum,quę feruntur in aere, eorum aliqua decies milleſima pars ſint. Et tam grauia ferri pondera ꝑ tam exigua ſuſpẽdi dicere audetis? Si enim ſingula eorum ſunt tanq̃ vna ex decies milleſimis partibus corpuſculorum eorum,quæ in aere volitant,quantus,quæſo, cenſendus eſt eorũ finis qui in vncum formatur,quo ſcilicet inter ſe complicantur? Omnino enim is minimũ eſt totius corpuſculi,deinde exiguum exiguo,motum moto cõplicato,non ſtatim reſilit. Iã alia quoq; quædam omnino contra ipſa partim inferne partim ſuperne, partim ante partim retro,partim à G dextris partim à ſiniſtris erumpentia,concutiunt turbant q́;,nec manere permittunt. Quinetiam intelligi oportebit ſingula illorum exiguorum corporũ,multos vnceos fines neceſſario habere: quippe per vnũ inter ſe copulãtur: ꝑ alterum vero, id eſt eum,qui ſupra habetur,lapidi hærent: ꝑ eum,qui infra eſt,ferro.Nam,ſi ſupne quidẽ pẽdeat à lapide,inferne aũt cum ferro non copuletur, nihil efficitur. Quare eius,quod ſupra habetur,ſupna pars pẽdere debet à lapide: eius vero,quod ĩfra eſt,infernę parti cõiungi debet ferrum. Cum vero & à lateribus inter ſe ſint complicata,oĩno hic quoq; vncos poſſident. Iam mihi ante omnia illius recordaberis, quẽadmodum exigua cum ſint,tot tanta q́; ex ſe habeant enata. Illud vero ẽt magis meminiſſe debebis, exigua hęc ridicula q́; corpuſcula,ſi modo ſecundũ ferrũ cõiungetur cũ primo,& tertium cum ſecũdo,& cum illo quartum,ſimul tranſitura eſſe exiguos prioris ſtili meatus,ſimul à ſecundo ſtilo reſultura,tametſi cum priore is ꝑ omnia ſimilis ſit naturę.Neq; enim talis hypotheſis non audacula eſt: ſed, ſi fatendum verum eſt,lõge prioribus inuerecũdior,vt quinq; ſtilorum ſimiliũ qui mutuo ex ſe deinceps pendeant,ꝑ primi exiguos meatus,defluuia lapidis facile tranſeant, à ſecundo reſiliant, nec per huius meatus pari modo prompte tranſeant. Atq; vtroq; modo incõmodum accidit: ſi nanq; reſiliunt, quo pacto in tertium celeriter tranſeunt? ſi aũt non reſiliunt, quo pacto ſuſpenditur ſecundum à H primo,cum ipſemet tractus cauſam,non aliã,q̃ reſultũ,faciat? Sed,quod dixi,in garrulitatem, neceſſe eſt,incidat,quiſquis cum his viris diſputat.Quare breui cõpendio ſumma cõplexus, tranſire ab his volo. Siquis enim Aſclepiadis ſcripta diligẽter lectitet, tum conſequẽtiam talium dogmatum à principijs poſitis clare agnoſcet, tum vero cum ijs, quę apparent,pugnam. Atq; Epicurus quidẽ apparentia tueri volẽs,dum ambit ea cum principijs ſuis cõſentire oſtẽdere, inconcinna dicit: Aſclepiades conſequentiam ex principijs ſeruat, de apparentibus nihil curat.Quiſquis igitur propoſitorum ab iſtis incõmoda refellere ſtudet,ſi cum Aſclepiade diſputat,pugnę cum apparentibus eum ſubmoneat: ſi cum Epicuro, eius cum principijs ſuis diſſonantiæ. Alię ferè ſectę, quæ ſcilicet ſimilibus nituntur principijs,prorſus interciderunt,hæ ſolæ durant,non ignobiles. Quãquam Aſclepiadis dogma Menodotus Empiricus ineuitabiliter refellit, tũ eam,quæ eſt cum apparentibus,tũ eã,quæ cum alijs à ſe dictis,repugnãtiã illi obijciẽs. Rurſum Epicuri placita Aſclepiades,conſequẽtię ipſe ex principijs ſemper inſiſtens: quæ illi parum fuiſſe curæ videtur. At,qui hodie ſunt hoĩes,prius,q̃ vel has ſectas vel alias his meliores didicerint, deinde longo tempore examinauerint,ac,quod ĩ ſingulis eorũ verũ ſit aut falſum,iudicauerĩt,alij ſe medicos, alij philoſophos nominant,cum tñ nihil ſciant. Quo vtiq; minus eſt mirum,ſi ab ijs falſa cum veris pari pretio cenſentur.

A tio censentur. Quippe, quali quisq; preceptori primum inciderit, talis euasit, nihil præstolatus ab alio etiam didicisse: aliqui vero ex ijs etiam, si in plures inciderint, adeo tamen sunt hebeti & tardo ingenio, vt ne senes quidem orationis consequentiam adhuc intelligant. Hos porrò olim iam ad illiberales artes ablegaui. Verum, hæc quorsum euasura sint, ipsi dij viderint. Nos, tametsi refugerimus disputare contra eos, qui in ipsis statim principijs falluntur, tamen, quoniam ipsa rerum consequentia coacti sumus contra eos aliquid dicere, hoc quoq; ijs, quæ dicta sunt, adiectum volui. Nō ea modo, quæ purgant medicamenta, proprias sibi qualitates attrahere: sed etiam quæ surculos euellunt & telorum cuspides, quæ præalte non nūquam in carne sunt infixæ. Iam vero, quæcunq; vel serpentum venena, vel quę telis sunt illita, educunt, hæc quoq; eandem, quam magnes lapis, facultatem ostendunt. Sanè ipse aliquando noui infixum iuuenis pedi surculum, qui hominis digitos violenter vellentis minime sequebatur, eundem medicamento imposito celeriter & sine offensa euulsum. Quanquam contra hoc quoque quidam instant, dicentes post solutam particulæ phlegmonen vltro exire surculum, quāuis à nullo alio vellatur. Verū hi primum illud ignorare videntur, q phlegmones medicamenta diuersa sint ab ijs, quæ sic infixa eruant: quanquam, si liberatis à phlegmone particulis emitterētur, quæ in ijs essent preter naturā, ea quę phlegmonen B soluunt, protinus trahendi illa vim haberent: Deinde (quod vtique magis mirere,) nec illud nouisse, q non solum alia surculos, alia venenum trahendi facultatem habeant: sed etiam eorum, quę venena trahunt, alia venenum viperę, alia marinæ pastinacæ, alia alterius cuiuspiam trahant: liquido q; videre liceat super ipsis medicamentis venena iacētia. Quo loco rursus Epicuri erga rerum euidentiam vt verecundiam laudare, sic causę rationem, quam assignat, damnare licet. Quem namque surculum nos digitis euellere nequimus, hunc exiguis illis ramentis extrahi quo pacto putare non sit omnino absurdissimum? Nunquid iam nobis persuasum est rebus quibusq; vim quandam inesse, qua conuenientem sibi qualitatem attrahant: atq; hanc huic magis inesse, huic minus? An tritici quoq; exemplum legentibus proponemus? Videbūtur enim agricolis quoq; in rebus naturalibus rudiores ij, qui nihil vsquam trahi ab vllo concedunt. Quippe ipse, cum primum rem gestam audirem, admiratus sum: volui q; ipse rem oculorum fide experiri. Vbi experimentū respondit, cum causam requirerem longo tempore per omnes sectas, nullam aliam inuenire potui, quæ vel probabilitatem aliquam præ se ferret, immo omnes planè ridiculas & improbatas, preter illam, quæ trahendi facultatem proponit. Res autē quę gesta est, erat eiusmodi. Agricolæ nostri in Asia, cum triticum ex agro in oppidum in carris comportant, vbi suffurari aliquid volunt nec C tamen deprehendi, fictilia quædam aqua impleta in medium triticum condunt. Id ergo humorē in se per fictilia trahens, tum molem sibi, tum pondus adijcit: quod tamen non facile ab intuentibus aduertitur, nisi quis ante admonitus, curiosius rem ęstimat. Quanquam sanè, si in Sole præcalido vas idem deponere velis, quam minimum erit, quod diebus singulis absumptū cernes: adeo etiam, quàm vehemens calor Solis, triticum trahendi ad se vicini humoris maiorē vim habet. Ergo nugæ meræ fuerint, siquis hoc loco abitionem in aeris circūdati nobis tenuitatem, causam rei putet, potissimum q; vbi is admodum incaluit: quippe qui, tametsi, quàm triticum, multo est tenuior, ne decimam quidem partem accipit humoris, qui in illud est absumptus.

Attractricem vim renibus inesse. CAP. 15.

VErum, cum abunde garrulati simus, neq; id nostra sponte, sed iuxta prouerbium cum insanis insanire coacti, rursum ad vrinæ secretionem reuertamur. Vbi Asclepiadis nugas dissimulemus: ac cum ijs, quibus percolari vrinam per renes est persuasum, quinā eius sit operis modus, considerationem ineamus. Prorsus enim aut per se ipsam fertur ad renes vrina, id scilicet melius rata non aliter, q nos, cum ad forum abimus: aut, si hoc fieri non potest, alia quæpiam ferendę eius inuenienda est causa. Quę nam igitur est ea? nisi enim, sicut Hippocrates || cēsuit, renibus eiusD modi qualitatis trahendæ vim quādam dederis, nullā aliam inuenies. Quòd nanq; vel hos eam trahere oporteat, vel venas eam mittere, si scilicet non per se feratur, cuiq; patet. Verum, si venæ contractæ circumplexæq; eam protrudunt, vtiq; non illam modo, sed etiam oēm, qui in ipsis continetur, sanguinē simul cum ea in renes cōpellent. Quòd si id fieri nō potest, sicut monstrabimus, reliquum est, vt renes trahant. At cur nō potest id fieri? nempe quia renum situs ei rei repugnat: non enim "sic cauæ subiecti sunt venę, quemadmodum cerebri excremētis meatus in naso & palato ipsis colatorijs similes sunt subditi: sed vtrinq; illi sunt adnexi. Iam, si ad eum quem colatoria modum, quicquid tenuius plane q; serosum est, id prompte transmittunt: quod crassius est, id retinent, vtiq; omnem sanguinem, qui in caua est vena, conueniet in eos meare, ita vtique, sicut in vimineum, quod torculari subijcitur, totum conijcitur vinum. Iam conglaciati lactis exemplum, id quod paro dicere, clare indicat. Quippe, id totum cum est in qualos coniectum, non totum percolatur: sed, quantū eius est, q amplitudo meatuū quali, tenuius, id pronum transfluit, ac serum vocatur: reliquum, quod crassum est, & caseus fiet, cum non transmittant quali meatus, deorsum nō fertur. Ergo, si ad eum modum percolandum per renes est sanguinis serum, vtiq; totum sanguinē ad eos puenire oportebit: ac non partē eius sanè, partem nō. At quo modo igitur se habet, quod ex dissectionibus apparet? nempe venę cauę pars altera sursum ad cor ascēdit, reliqua super spinam

de Ossium natura, non longe à principio.

A.l. 1. f. 1. d. 5. fu. 5. c. 3. 24. e

nam incedit,per totam eam ad crura vsq; porrecta. Itaque altera eius pars ne prope quidem renes E accedit: altera prope quidẽ accedit,nõ tamen in ipsos inseritur. Oportebat vero,siquidẽ per renes ceu colatoria expurgandus erat,vt totus in eos sanguis ferretur: deinde deorsum quidem transiret,quod tenue est: supra detineretur,quod crassum est. Nunc aliter res habet: quippe cauæ venæ renes à lateribus vtrinque adhærent. Minime igitur illa mittente,colatorij more percolant, nullã scilicet ipsi opem conferentes,sed trahunt videlicet: hoc enim superest. Qua'nam igitur ratione trahunt? Si,quemadmodum Epicurus omnẽ tractũ obiri autumat per resiliẽtes amplectentesq; atomos,satius re vera sit ne trahere quidem eos omnino dicere: cum,si sic trahant, longe magis ridicula futura sit ratio,si examinata sit, q̃ quæ paulo supra de magnete est memorata. Non igitur sic trahunt,immo quemadmodum Hippocrates ‖ voluit. Dicetur autẽ id clarius in disputationis progressu: nunc enim id docere non institui, sed illud potius,quòd nec aliam separationis vrinæ (cum à renum tractu discesseris) causam assignare licet: nec tamen ita tractum fieri, quemadmodum ij putant,qui nullam naturæ propriam facultatem concedunt. Quippe hoc concesso, quòd in ijs,quæ natura gubernantur, omnino quædam tractrix facultas sit, meras nugas dixerit,quisquis de digestione in corpus aliud dicere conatur.

Ibidem. deorsum natura. Et 1. de natura hum. t. 31. 1ª. 31. g. Et 4. de morbis, non procul à principio.

Contra Erasistratum de vi attractrice. *CAP.* 16. F

PORro Erasistratus,nescio quo modo,contra alias quasdã opiniones,quæ à publica consuetudine sunt alienæ,lõga oratione disseruit: Hippocraticam vero omnino sic prçterijt, vt ne vel sola mentione dignam putaret. Quod tñ fecit in ijs,quç de transglutiendo prodidit. In ijs.n.hactenus meminit,vt vocabulum tractionis duntaxat nominaret,ad hunc modum scribẽs: Tractio » ventriculi nulla esse videtur. De digestione vero verba faciens,ne vel syllaba tenus Hippocraticç » opinionis meminit. Quanq̃;,si vel hoc tñ scripsisset,ꝙ Hippocrates,cũ dixit. ‖ Carnes è ventre introrsus extrorsusq; tractrices sunt,fallitur,neq; enim ex ventriculo, neq; introrsus neq; extrorsus trahere queunt, vtiq; nobis satis fecisset. Si vero & ꝙ illud male dixit,cum oris vteri imbecillitatẽ culpans inquit,Non enim valet eius os semẽ attrahere: aut si aliud eiusmodi scribere Erasistratus dignum cẽsuisset,tum certe & nos illi respondentes diceremus: Quid ita nos rhetorice sine demõstratione ò Erasistrate trãscurris? dic aliquod dogmatis vitium,quo vel tibi veterẽ opinionem iure refellenti cedamus: vel te hanc minime intelligentẽ,ab errore reuocemus. Quãquã quid rhetorice dixi? non enim,cum rhetorum aliqui,quç maxime soluere non valent, his risu elusis ne contradicere quidẽ tentant,hoc nos iã rhetorice dicere, esse putamus: quippe probabili quapiam ratione agere,id est rhetorice quid moliri: sine ratione aũt,scurrile,haudquaq̃ rhetoricum. Neq; igit̃ G rhetorice,neq; dialectice Erasistratus,vbi ipse de trãsglutiẽdo egit,Hippocratem refutauit. Quid igitur ait? Nullus igitur ventriculi tractus videtur esse. Inuicẽ igitur à nobis eandem rationem te » stium loco audiat: Cõtractio igitur stomachi nulla videt̃ esse. At,quo modo non videtur,dicet fortasse sectatorum eius quispiam? Cum nãq; supernis eius partibus contractis, laxetur semper eius partes infernæ,quo modo non est contractionis indicium? Rursum igitur nos,& quo modo, inquiemus,non apparet ventriculi tractus? quòd enim infernis eius partibus laxatis supernæ contrahuntur,quo modo non est tractus indicium? Quòd si aliquando resipiscat,atq; euidentem hãc apparentiam intelligat nihilo magis alterius opinionum,q̃ alterius,esse argumẽtum, sed ambarũ cõmune,ita iam ostẽdemus illi rectam inueniendæ veritatis viam. Cæterũ de vẽtriculo mox. Sanè nutrimenti digestio,consecutionẽ ad id,quod vacuatur,nihil desiderat, modo cõcessa semel sit tractrix facultas in renibus: quam tametsi re vera esse, liquido constat Erasistratum non ignorasse,nec meminit tamen eius: nec contra eam dixit: nec omnino indicauit, quam haberet de vrinæ secretione sentẽtiam. Alioqui quid ita,cum statim in initio sermonum vniuersalium prædixisset, de naturalibus scilicet functionibus se dictur̃u,primũ quç'nam hæ sint, quemadmodum q̃; fiant, & quibus locis,de vrinæ quidem separatione,ꝙ ea per renes fieret,affirmauit: quẽadmodum autẽ H fiat,omisit? Frustra itaq; nos tum de cõcoctione docuit,quemadmodũ fiat: tum de biliosi excrementi secretione tempus nostrum conterit: satis enim fuisset hic quoq; partes,per quas fiat,dicere: quemadmodum autem fiat,omittere. Verum potuit de illis non solum,per quæ instrumenta, sed etiam ad quem modum fiant,dicere,æque(reor) ac de nutrimenti digestione. Non enim id modo dicere satis habuit,ꝙ ea per venas fiat: sed etiam,qua ratione fiat,narrauit,nempe consecutione ad id,quod vacuatur. De vrinæ vero separatione,ꝙ vtiq; per renes fiat,id quidẽ scribit: qua vero ratione,non docet: neq; enim (arbitror) dicere licuit ea, quæ est ad id,quod vacuatur, consecutione. Quippe eo pacto nemo vnquam ex retinenda vrina(quam ἰσχουρίαν Grçci vocãt) moreretur, nequeunte scilicet vnquam maiore copia influere,quàm esset vacuatum: si enim prçter vnam ad id,quod vacuatur, consequentiam, quæ continuitatem confluxus moderetur,alia nulla causa sit, adiecta,nunquam fiet,vt plus confluat,quàm sit vacuatum. Sed nec aliam vllam probabilem adijcere causam potuit,sicuti in nutrimenti digestione adiecit expressionem ventriculi. Verũ ea causa in sanguine,qui in caua continetur,apparet vana,non distantiç modo longitudine remissa: sed etiã ꝙ cor ipsum,quod illi superiacet, quotiescunq; dilatatur vehemẽter,ex ea non parũ sanguinis rapiat. Ergo sola,& omni cõmẽtorũ ope destituta relinquit in partibus venæ cauç inferioribus ad

6. Epid. sect. 6. t. 1. 3ª. 194. h. De aere aq. & loc. cap. 10. 2ª. 5. g. Et 2. de morbis, mul. paulo ante & post medium.

id,quod

A id, quod vacuatur, consecutio, amissa scilicet eius probabilitate tū propter eos, qui ex retinēda vrina intereunt, tum nihilo minus propter renū situm. Si nanq; omnis ad eos ferretur sanguis, merito quis oēm eum purgari diceret: nunc vero, cum non totus ad eos feratur, sed tanta eius portio, quantam eæ venæ recipiunt, quæ ad renes pertingunt, is solus expurgabitur: ac quod serosum eius & tenue est, id per renes, ceu per colatoria quædam, transibit: quod sanguineum & crassum est, in venis remanens impedimento erit ei, quod a tergo confluit. Quare recurrat is prius ad cauam venā, est necesse, atq; ita vacuæ fiant venæ, quæ ad renes tēdunt: quæ secundo et non afferent ad eos impurū sanguinē, quippe occupante eas priore, aditus nullus relinquitur. Quę'nā igitur nobis vis erit, quæ retro à renibus purum sanguinē abducet? quæ rursus facultas exceptum hūc, ad infernam cauæ partē descendere iubebit? quæ alteri, qui superne aduenit, prius, quàm ad renes abeat, ne deorsum feratur, imperabit? Hęc igitur omnia cū Erasistratus videret dubitationum plena: atq; vnam solam, quæ in omnibus satisfaceret, opinionem inueniret, eam nimirū, quæ tractū profitetur, nec dubitare volēs, nec ea dicere, quę ab Hippocrate sunt dicta, satius esse duxit de modo secretionis sibi dissimulandum esse. Cæterum, si ille dissimulauit, at nos minime dissimulabimus: scimus enim fieri non posse, vt, qui Hippocratis opinionē preterit, deinde aliud quippiā de B renū actione dicit, nō omnino sit ridēdus. Itaq; Erasistratus quidē dissimulauit, Asclepiades mentitus est, haud aliter profecto, q̃ serui, qui priore vita garruli, sępe multa crimina, sua insigni versutia declinarunt, tandem in furto ipso deprehensi omni q; excusatione destituti, alter eorum, cui plus est verecundię, velut attonitus tacet: alter, cui impudētiæ plus est, sub pallio, quod quæritur, cōdit, iurat q; se nunq̃ id vidisse. Sic nāq; Asclepiades versutiæ commentis destitutus, nec illud de abitione in tenuem aerem garrire hoc loco habens: sed nec quo à renibus ipsis gignatur id excrementum, quemadmodum à meatibus in iecinore ipsa bilis: cum fieri non possit, si hęc diceret, vt non maximum deberet ludibrium, & iurat & mētitur aperte, negans vrinam ad renes venire, sed halitus vice statim ex cauæ venæ partibus in vesicam colligi. Atq; hi quidem attoniti, seruorum ritu, qui in ipso furto sunt deprehensi, alter eorum silet, alter impudenter mentitur.

De Vi Attractrice contra Erasistrati, & Asclepiadis sectatores. CAP. 17.

IVniorum vero, quicunq; scilicet nominibus horum se venditant, Erasistratios & Asclepiadios se appellantes, hi non secus, ac inducti in comœdijs ab optimo Menandro serui, Daui quidam Getæ q;, qui nullum operæpretium se fecisse putant, nisi ter herum fefellerint, sic per multū ocium impudentia meditati sunt cōmenta, alij, quo Asclepiades nusquam arguatur mētitus: alij, quę ma C le enuncient, quæ Erasistratus probe tacuit. Sed de Asclepiadis sequacibus satis. Erasistratij vero conantes dicere, quēadmodum renes vrinam percolent, omnia faciūt, omnia patiuntur, omnimodiq; fiunt, dum causam aliquam probabilem quæritant, quæ tractum non desideret. Ergo, qui ab Erasistrati ætate non procul fuere, partes, quę supra renes sunt, purum accipere sanguinem aiunt: aquosum vero eo, q graue sit, degrauare ac pessum fluere: hic aūt in renibus pcolatū, vbi redditus est vtilis, ijs, quę infra renes sunt, partibus mitti. Et ad tempus quidem placebat hęc opinio, ac florebat, vera q; existimata est: procedente autem tempore, ipsis quoque Erasistratijs suspecta est visa: demum q; ab ea desciuerunt. Siquidem duo hęc, quę nec vlli sunt concessa, nec demonstrari possunt, postulare videbantur. Vnum, q grauitas serosi humoris primum in caua facta sit vena, ceu vero ab initio non fuerit, quando à ventriculo in iecur ferebatur: cur igitur non statim in illis locis infra defluxit? quo modo autem rationabiliter ab aliquo dici posse videbitur aquosum humorem ad nutrimenti in corpus digestionem conferre, si modo ita est grauis? Alterum absurdum est, quòd licet totus deorsum ferri cōcedatur, nec adhunc esse in alio loco, quàm caua vena, difficile dictu est, nisi potius eiusmodi, quod dici non possit, quemadmodum futurum sit, vt in renes decidat, cum nec in infernis venæ partibus hi sint positi, sed à lateribus: nec inserta in eos caua sit, D sed solum processum quendam in vtrunque emittat, quemadmodū in alias omnes partes. Quænam igitur huic, cum damnata est, successit opinio? sanè, vt mihi quidem videtur, multo stolidior priore: viguit tamen aliquandiu & ipsa. Aiunt enim, si effundatur in terram oleum aquę mistum, diuersa vtrunq; via iturum fluxurum q;, hanc ista, illud altera: minime igitur mirum esse, si aquosus humor in renes fluat, sanguineus per cauam deorsum feratur. Ergo damnata quoque & hęc opinio iam est. Cur enim, cum ex caua innumerę oriantur venæ, in reliquas quidem omnes sanguis: humor autem serosus in eas, quæ ad renes tendunt, conuertitur? Hoc scilicet ipsum, quod in quæstione est, non dixerint: sed, vbi rem factam narrarunt, putant se causam reddidisse. Rursus igitur (tertium seruatori) omnium pessimam iam dicamus, & quæ à Lyco Macedone inuenta est, viguit autem propter nouitatis gratiam. Ergo Lycus hic, veluti oraculum quoddam ex adyto loquens, renum nutritionis excrementum esse vrinam inquit. At, quòd totum id, quod bibimus, vrina fit, nisi si quid, cum aluo exijt, aut in sudorem aut per inuisibilem perspiratum abijt, ostendit planè eius, quod quotidie meimus, copia. Hyeme autem maxime id intelligere licet in ijs, qui in ocio degunt, & vino ampliter indulgent, potissimum si vinum tenue ac penetrabile sit: meiunt enim hi celeriter tantum paulo minus, quantum bibunt. Quod vero & Erasistratus idem sensit, facile intelligunt, qui primum eius vniuersalium preceptorum librum perlegunt.

legunt. Quare quod Lycus ait, nec videtur verum, nec Erasistrati opinioni consentiens: patet autem φ nec Asclepiadis, multo q̃ etiam magis nec Hippocratis. Albo igitur, iuxta prouerbiũ, coruo est similis: qui nec cum coruis versari potest, propter colorem: nec cum columbis propter magnitudinem: verum non idcirco est prætereundus, fortasse enim dicit mirum aliquid, quod nec maiorum quisquam nouit. Ergo φ omnes quæ nutriantur particulę, excrementũ aliquod creẽt, vtiq; non negamus: quòd aũt soli renes tantilla corpora, quatuor interim totos vel etiã plures habeant excrementi congios, id nec confessum est, nec rationi cõsentiens. Quippe cuiusq; maiorũ, q̃ renes sunt, viscerum, plus esse excrementi est necesse: Verbi gratia, pulmonum, si modo visceris magnitudini ad portionẽ respondebit, sanè multiplex erit, respectu eius, quod in renibus fit: quare totum quidem pectus implebitur, animal aũt illico extinguetur. Quòd si etiam æquale quis dicat in singulis aliarum partium gigni excremẽtum: per quas quæso vesicas excernitur? Si nanq; renes in ijs, qui vino prolixe indulgẽt, tres interim quatuor've excremẽti congios faciũt, certe aliorum viscerum multo plures erunt: dolio q; maximo opus erit, quod omnium excrementa capiat. Quanq̃ sæpenumero, quantum potauit quis, totum id paulo minus minxit, tanq̃, quod bibitur, id totum ad renes feratur. Apparet igitur tertius eorũ, qui nobis imponere pararũt, minime, quod vult, efficere, sed statim deprehendi: ac, quod in dubio inter initia fuit, id tum Erasistrato tum cæteris omnibus, cũ ab Hippocrate discesseris, adhuc in dubio manere. Longius hoc loco mea sponte sum moratus, certo sciẽs neminem esse alium, qui de renum opere quicq̃ habeat, quod dicat, sed vel coquis necessario imperitiores esse, qui per renes colari vrinam non fatentur, vel, qui fatentur quidem hoc, nullam tamen possunt aliam secretionis causam præter tractum reddere. At vero, si vrinarum motus ad consecutionem, quę est ad id, quod vacuatur, non agitur, clarum est, quòd nec sanguinis, nec bilis: aut si illarum, etiã huius: omnia enim, ipso quoq; Erasistrato authore, necesse est eodem modo ferri. Sanè dicetur de illis fusius in sequenti libro.

GALENI DE NATVRALIBVS FACVLTATIBVS LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de distributione alimenti, de vrinæ & bilis secretione, de nutritione, de concoctione cibi, ac succorum generatione, contra Erasistratum.

Contra Erasistratum de Alimenti distributione. CAP. I.

ET, φ necesse quidẽ sit, non Erasistrato modo, sed etiã omnibus, qui de vrinæ secretione dicturi aliqd sunt, quod ad rẽ pertineat, fateri vim quãpiã in renibus esse, quæ eiusmodi qualitatẽ, qualis in vrina ꝑcipit, ad se trahere sit habilis, id superiori mõstrauimus libro, illud quoq; cõmonefaciẽtes nõ esse diuersam rationẽ, qua vrinę per renes ferãtur in vesicã, & qua sanguis in oẽs aĩalis partes, nec etiã qua flaua secernatur bilis. Quippe, si monstratũ sit in vno aliquo organo tractricẽ haberi vim, nullũ negociũ est eã ad reliqua transferre. Neq;.n. renibus natura talẽ facultatẽ cõtulit: vasis autẽ ijs, quæ biliosum humorẽ trahũt, eandẽ negauit. Nec rursus his quidẽ tribuit: reliqs aũt omnibus ademit. Quo magis mirandũ videtur, si id verũ est, Erasistratũ tã falsa de digerẽdo alimẽto ꝓtulisse, vt ne Asclepiadẽ qdẽ latuerit: q̃q̃ illud verissimũ putat, si qd ex venis effluat, duorũ alterũ sequi, aut vacuũ locũ extẽplo fore: aut, quod continuũ est, affluxurũ esse, abeũtis q; locũ impleturũ. Asclepiades vero non è duobus alterũ, sed è tribus, vnũ seq in vacuãdis vasis asserit, vel vacuũ locũ simul vniuersum fore: vel, quod cõtinuum est, secuturũ: vel vas ipsum esse cõtrahendũ: in calamis.n. & fistulis ijs, quæ in aquã demittũtur, recte vere q; dici, φ aere, q in horũ cauis cõtinetur, abeũte, aut vacuus locus extẽplo vniuersus sit futurus, aut, quod cõtinẽs est, secuturũ: in venis nõ ita, cũ possit earũ tunica in se ipsam sidere, eo q; in cauitatẽ suã internã se recipe. Atq; ita qdẽ falsa est de successione ad id, quod vacuat, Erasistrati nõ mehercule demõstratio, sed hypothesis: q̃ alioq, si vera esset, ẽt superuacua esset, cũ & vẽter à se exprimere in venas possit, veluti ipsemet ꝓponit: & venę id, quod cõtinent, amplexu suo cõstringere ac ꝓpellere. Nã præter alia incõmoda, ne sanguinis quidẽ redundãtia in corpore colligi vlla posset, si vna successione ad id, quod vacuatur, digestio ꝑficeretur. Ac, si vẽtris qdẽ expressio resoluta lãguẽs q; in progressu reddit, nec potest ad totũ pertingere corpus: eoq; aliã quãpiã rõnem requirit, qua sanguis in oẽm vsq; partẽ feratur, necessario quidẽ adinuenta est ẽt ad id, quod vacuatur successio: redũdãtia tñ in his, quæ post hepar sunt, partibus nulla erit: aut certe, si qua erit, circa cor & pulmonẽ erit. Vnicum enim id ex ijs, quæ post iecur habentur, in dextrũ sinũ suũ alimentũ trahit, deinde per arterialẽ venã ad pulmonẽ transmittit: reliquorum enim nullũ

nec

A nec Erasistrato ipsi nutriri ex corde placet propter eas, quæ super vasis crescunt, mẽbranas. Sin autẽ, quo redundantiam non tollamus, expressionis, quæ à ventre fit, tenorem vsq; in omnem partem seruabimus, nusquã etianum successionẽ ad id, quod vacuatur, requiremus: potissimum si venarum, eius, quod continent, amplexũ ẽt approbamus: quod vtiq; Erasistrato quoq; ipsi placet.

Contra Erasistratum de Vrinæ, & Bilis secretione. CAP. 2.

ERgo rursus, quãuis nolit, admonendus de renibus est, dicendum q; nulla re eos manifestius refelli, qui tractum partium repudiant, Nemo.n.aut probabile aliquid dixit: aut, sicut prius mõstrauimus, vllo pacto aliam secretionis vrinæ causam inuenire potuit: sed necesse est vel insanos videri, si halitus vice vrinam ferri in vesicam dixerimus: vel impudẽtes, si successionis ad id, quod vacuatur, meminerimus, vt quæ in sanguine planè sit ratio ridicula, in vrina & talis, quæ esse non possit, & prorsus insulsa. Ac vnus quidem eorum, qui tractũ auersantur, error hic est: Alter, qui in flauæ bilis secretione committitur: neq;.n.illic transeunte sanguine per flauæ bilis vasorum ora exacta secretio biliosi excrementi erit. At, nec secernatur, inquiunt, sed vnà cum sanguine p totũ corpus feratur. Atqui ò viri scilicet prudentissimi, Erasistratus ipse naturam aĩalibus prospicere artificiosam q; esse proposuit: Idem etiam biliosum humorem inutilem aĩalibus oĩno esse asseruit:
B non cohærent aũt ambo hęc inter se. Nam quo modo, quæso, videatur aĩali prospicere, si tam noxium succum vnà cum sanguine ascendere in corpus permittat? Verum hæc parua sunt: in quo aũt maxime hìc clarissime q; peccent, id nunc dicam. Si.n. propterea, ꝙ sanguis crassior est, bilis magis tenuis: ac venarum ora magis lata, bilis vasorum magis angusta sunt: nec aliam ob causam bilis angustioribus vasis osculis q; se inserit, sanguis latioribus, manifestũ est aquosum hoc serosum q; excrementum tanto prius influxurũ in bilis vasa, q̃ bilem: quãto id bili est tenuius. Quo pacto igitur non influit (nẽpe ꝙ.s. crassior est vrina, q̃ bilis: quippe id affirmare ausus est qdã nostri temporis Erasistrati sectator, videlicet a sensuum ipsorũ euidentia recedẽs, quibus in bili & sanguine fidẽ adhibuit. Siue enim, ꝙ bilis, q̃ sanguis, magis est fluxilis, idcirco magis tenuis est censenda: siue, ꝙ pannum linteum've aut aliud, quod percolet, ea facilius pertrãsit, sicut hac rursus excrementũ serosum: his vtiq; indicijs bilis crassior, q̃ serosum excrementũ fuerit. Rursus.n. ne hic quidem ratio apparet vlla, quæ bilem demonstret seroso excremẽto esse magis tenuẽ. Verũ, vbi quis impudens est, deiectus q; concertatorẽ cõplectit̃ ac deiectũ se negat, is luctæ imperitis similis erit, q. cũ à luctæ peritis sunt pstrati supini q; iacent, tm̃ absunt, vt se deiectos fateãtur, vt ẽt à ceruicibus eorum pendeant, à quibus sunt prostrati, nec eos absolui sinant, vincere se interim autumantes.

C *Contra Erasistratum Facultates naturæ à magnitudine & paruitate meatuum non pendere.* CAP. 3.

ERgo nugæ maximę sunt omnis exiguorum meatuum ad naturales functiones hypothesis. Nisi.n. à natura facultas quædam naturalis vnicuiq; instrumento statim ab initio sit tributa, durare animalia non poterunt non modo tm̃ annorum, sed nec paucissimorũ dierum numerum. Quippe, si nullius ea curæ mandemus, arte q; & pudentia destituamus, ac solius materiæ momentis gubernari velimus nulla vsquã potentia vel trahente quod sibi est commodum, vel amoliente quod est alienũ, vel alterante agglutinante q; quod se est nutriturũ, nescio, quo pacto non ridiculi futuri simus, si de naturalibus actionibus disputemus, multo q; magis, si de actionibus aĩalibus, tota q; vita. Siquidẽ neq; viuere neque durare vlli aĩalium vel breuissimo tẽpore fas erit, si tot in se particulas tam q; dissidentes sortitum, nulla facultate vtetur, nec quæ conueniens trahat: nec quæ alienum secernat: nec quæ id, quod nutriat, alteret. Atqui, si præditi his sumus, vtique exiguis magnis've, qui ex hypothesi minime demonstrata sint accepti, meatibus, pręterea, idoneo quodam situ ad bilis & vrinæ separationem haudquaq̃ indigemus. In quo vno sapere Erasistratus videtur, ꝙ oẽs corporis particulas bene dispositas formatas q; à natura putat. Verũ, si sibi ipsi cõstare arti-
D ficiosam appellanti naturam volet, vt quæ ab initio statim oẽs aĩalis particulas probe disposuerit, ac finxerit: post id vero opus, quò nihil deesset, ẽt in lucem cũ facultatibus quibusdam protulerit, sine quibus viuere non possit: tum vero paulatim ẽt ad iustam vsq; magnitudinem auxerit, haud scio, quo pacto naturales actiones meatuum magnitudini aut paruitati, vllis ve tam ridiculis hypothesibus possit permittere. Quippe natura illa, quæ particulas effingit & sensim adauget, oĩno per eas totas est extensa, vt quæ totas eas per totas, non tm̃ extrinsecus, fingat, nutriat, atq; augeat. Praxiteles nãq;, aut Phidias, aut alius quispiã statuarius, foris tm̃ materiam ornabant, qua scilicet parte licebat eã attingere: internã eius partem illaboratã, ociosam, artisq; immunem, ac neglectam reliquerunt, vt quibus in eã descendere ingredi q;, ac oẽs materiæ partes tangere minime licuerit: Natura non ita, sed ossis partem quãlibet os efficit, & carnis carnem, & adipis adipẽ, & in aliorum singulis ad portionem facit: nulla.n. pars est, quæ ab illa non tangatur, aut operam eius cultum've effugiat. Immo Phidias ex cera efficere ebur aurum ve non potuit, sed nec ex auro cerã: siquidem horum quodq; manens id, quod à primo erat, foris tantum speciem figuram q; artis adeptum, perfecta fit statua: Natura nullius materiæ veterem formam seruat: quippe ita sanguis essent cunctæ animalis particulæ, is scilicet, qui à matre confluit ad maris semen, vna vnius q; formæ materia, ceræ vice, artifici subiecta. Nulla vero aĩalis partiũ pro ea ratione ex hac, rubra humida ve efficitur:

siquidem os, chartilago, arteria, vena, neruus, adeps, glandula, membrana, medulla, exanguiá quidem sunt, ex sanguine tñ facta: Quo autẽ alterante, quo'ue conglaciante cogente q; aut quo formante, rogarem, mihi responderet ipse Erasistratus: prorsus.n. vel naturam diceret, vel maris semen, vtroque nimirum idem dicens, sed diuersis notionibus interpretãs. Quod nanq; semẽ prius erat, id, cum primum & gignit & format animal, natura quædam fit: tanq; enim Phidias ante habuit facultates artis, q̃ materiam attigit, vsus aũt ipsis est in materia (oĩs enim facultas, si competens desit materia, ociosa est,) ita maris semen facultates quidem in se ipso possedit: actionem vero nõ didicit à materia, sed circa hanc obiuit. Iam, si copioso semen obruatur sanguine, corrumpetur: sin sanguinem omnino desideret, cum ociosum sit, natura esse non poterit. Itaq;, quò nec corrumpatur, & natura pro semine fiat, exiguum illi sanguinis affluat, necesse est: immo vero id exiguum dicendum non est, sed quod seminis modo sit iustum. Quis igitur est, qui affluentis sanguinis quãtitatem moderatur? quis vetat, quo minus iusto plus cõfluat? qs facit, ne minus. q̃ satis sit, affluat? quem hic tertiũ, qui animalis generationi pręsit, quæremus, qui q; conuenientẽ semini sanguinẽ subministret? Quid dixisset Erasistratus, si viuens talia rogatus fuisset? nempe semen ipsum: id enim est artifex, Phidiæ ad portionem respõdens: sanguis vero ceræ rationem habet. Non igitur conuenit, vt cera sibi ipsi mensuram inueniat, sed Phidias: trahet porrò artifex tñ ad se sanguinis, quanti indiget. Verum hic aduertere debemus ac videre, ne semini imprudentes rationem quandam intellectum q; tribuamus: quippe qua ratione nec semen id, nec etiam naturam fecerimus, sed iam animal. Atqui, si tueri vtrunq; debebimus, & quòd mediocre trahit, & citra intellectum, vtiq;, quemadmodum magneti lapidi trahendi ferri, sic semini trahendi sanguinis facultatem inesse dicemus. Atq; hic rursus, quemadmodum sępe ante, coacti sumus in semine trahendi vim quãdam inesse fateri. At quid erat semen? principium animalis efficiens: materiale nanq; menstruus est sanguis. An igitur, cum ipsum principium, quo scilicet faciat aliquid eorum, quæ molitur, prima hac vtatur functione, expers esse conuenientis ad eam facultatis potest? Qui igitur factum est, q eam Erasistratus non norit, si scilicet ea prima est seminis actio, vt competentem sibi sanguinẽ trahat? Competens vero fuerit, qui tenuis adeo halituosus q; est, vt, cum in omnem seminis partẽ veluti ros sit attractus, nusquam sui speciem repræsentet: sic nanq; fiet, vt & facile eum vincat semen, & celeriter assimilet, & sibi nutrimentũ faciat: mox (arbitror) secundo attrahet, & tertio, quò scilicet molem sibi magnitudinem q; iustam ex nutritione adijciat. Atqui iam alteratrix inuenta vis est, quæ nec ipsa prodita Erasistrato est. Tertia vero formatrix apparet, cuius ope semen primũ veluti concretum quiddam tenue, membranam illam sibi induit, quam Hippocrates sexta die cũ fœtu Musurgo mulieri ouorum tunicæ similem excidisse ait: post hanc vero reliqua etiam, quęcũque scilicet in libello de infantis natura || ab eo sunt scripta, fingit. Verũ, si, quæ formantur omnia, ea paruitudine manerent, qua sunt à principio condita, quę esset eorum vtilitas? Augeri igitur illa conueniet. At quo modo augebuntur? certe tum in omnem extensa partem, tum vero nutrita. Quòd si eorum, quæ superiore libro de vesica dixi, quam pueri inflantes confricabant, memineris, facilius, quæ nunc dicẽtur, intelliges. Cor igitur ab initio ita mihi paruum esse, vt nihil à milij semine differt, aut, si mauis, faba, intellige. Tum illud inuestiga, num aliter id effici possit magnum, quàm si & in omnem partem extendatur, & per totum se nutriatur: sicuti semẽ supra paulo nutriri indicauimus. At nec id nouit Erasistratus, is scilicet, qui naturæ artem pręedicat: immo ad eum modum augeri animalia putat, quo aut crisęram, aut catenam, aut saccum, aut calathum: quorum cuique applicatis ad finẽ eius alijs, quæ similia sunt, ijs, ex qbus ab initio est conditum, fit appositio. At hoc vir insulse non auctio est, sed generatio: fiunt.n. tandiu capsa, & saccus, & vestis, & domus, & nauigium, & reliqua id genus omnia, dum congruam speciem cuius causa ab artifice sunt incepta, consummatam habeant. Quando igitur augentur? nempe cum calathus iam perfectus & fundum & os & veluti ventrem & quæ in medio horum sunt, habens, omnibus his redditur amplior. At qua ratione id fiet, inquiet aliquis? qua quæso alia, q̃ si calathus subito nobis animal planta've sit effecta? augentur enim ea tñ, quæ viuunt. Tu vero fortasse putas domũ, quę exędificatur, & calathum & vestem, quæ texuntur, augeri: sed minime ita est, augetur enim id, cuius perfecta iam forma est: eius aũt, quod fit, processus ille, qui est ad formam, non vtiq; auctio, sed generatio nominatur: quippe augetur id, quod est: gignitur id, quod non est.

E F G H

iuxta pricipiũ.

Erasistrati opinionem de Naturæ facultatibus, Peripateticis non consentire CAP. 4.

IAm hæc parum nouit Erasistratus, is, quem scilicet nihil latet: si vera omnino sunt, q̃ sectatores eius affirmant, inter peripateticos philosophos versatum eum dicentes. At, q naturam quidẽ vt artificem pręedicat, hactenus ego quoq; Peripateticorum agnosco dogma, reliquorum omnino nihil esse Peripateticum. Siquis enim in Aristotelis & Theophrasti scriptis sit versatus, ceu commentarios ea physiologiæ Hippocratis conscripta || putabit, agere scilicet inter se pati q; calidũ frigidum humidum & siccum: tum horum maxime actiuum calidum esse: secundo ab hoc loco pollere viribus frgidum, primo Hippocrate dicente, post eum vero Aristotele. Iam, quę nutriuntur omnia, q per tota se nutriantur: &, quæ miscentur oĩa, q per tota se misceantur: pari modo, quæ alterantur oĩa, q per tota se alterentur, Hippocratica simul Aristotelica'q; sunt: nec minus illa, cocococtionem

1. de dieta non procul à principio. 1. de natura hum. t. 10. & 11. 1. 29 d

A ctionem alterationem quandam esse, ac nutrientis in propriam qualitatem eius, quod nutritur, mutationem: sanguificationem vero alterationem esse: his amplius nutritionem & auctionem ex eo, quod corpus in omnem partem extendatur nutriaturq́;, fieri: alterationem vero ipsam à calido potissimum perfici: atq; idcirco tum nutritionem, tum concoctionem, tum omnem succi generatione, iam vero & in excrementis ipsis qualitates, à calore innato prouenire. Hæc omnia atq; etiā alia q̄plurima, tum de prædictis facultatibus, tum de morborum generatione, tum remediorum inuentione Hippocrates omnium post hominum memoriā primus recte dixit: Aristoteles post eum recte est interpretatus. Atq;, si hæc oīa Peripateticis placent, sicuti plane placent, nihil vero eorum placeat Erasistrato, quid sibi vult Erasistrati sectatoribus auctoris sui cum philosophis illis conuersatio? suspiciunt nanq; eum tanq̄ deum: omnia q́; ab eo dicta vera esse putant. At, si hec ita sint, longe profecto à veritate aberrare putādi Peripatetici philosophi sunt, quibus nihil oīno eorum, quæ Erasistratus est opinatus, placet. Atqui ei consuetudinem cum viris illis veluti generositatem quandam physiologiæ tribuunt. Rursum igitur sermonem aliter, q̄ modo fecimus, in eum conuertemus: si enim Peripatetici recte sint de physiologia locuti, nemo erit Erasistrato magis ridiculus: ipsis q́; eius sectatoribus optionem do, quippe aut priorem sentētiam propugnauerint, aut hanc. Asserit prior sententia nihil recte de natura sensisse Peripateticos: posterior Erasistratum. Ac meæ quidem partes erunt pugnantiam duarum sententiarum apponere: illorū, vtra placeat, eligere. Verum illud nunq̄ committent, vt ab Erasistrato laudando se retrahant: ergo de Peripateticis philosophis sileant. Cum enim de animaliū ortu interitu q́; permulta placita naturalia sint: item q́; de sanitate & morbis, horum q́; curatione, vnum modo inuenietur, in quo viris illis cum Erasistrato conueniat, naturam alicuius gratia moliri oīa, nihil q́; sine causa. Quanq̄ etiam hoc ipsum verbis dūtaxat tenus commune est, re enim Erasistratus millies id destruit: quippe frustra splen, frustra omentum, frustra arteriæ, quæ inseruntur in renes, quanq̄ hæ omniū, quæ à magna arteria oriuntur, sint prope maximæ, frustra mille alia Erasistrati saltem sententia, sunt cōdita. Quæ qdem si prorsus ignorat, coquo paulo est in dissectionibus peritior: sin sciens non dicit eorum vsum, putat plane frustra ea lienis exemplo esse facta. Quanq̄ quid hæc persequor, quæ operis de particularum vsu, quod opus seorsum scripturi sumus, magis sint propria? Ergo rursus eūdem resumamus sermonem, paucis q́; in Erasistrati æmulos appositis ea, quæ reliqua sunt, prosequamur. Videntur hi mihi nullum ex Aristotelis scriptis legisse: sed ab alijs audiuisse eum in naturæ contemplatione magnum virum fuisse: tum Stoicos vestigijs physiologiæ eius insistere: de C inde vnum ex vulgatis placitis inuenientes illi cum Erasistrato commune, fingere fuisse quandā Erasistrato cum illis viris consuetudinem. Cæterum, q Erasistratus expers oīno sit Aristotelicæ physiologiæ, declarat prædictorum iam dogmatum catalogus: quæ scilicet primum Hippocratis fuere, secundo Aristotelis, tertio Stoicorum, vno tantum mutato, q qualitates sint corpora. Fortasse autem logicæ speculationis gratia versatum esse cum Peripateticis Erasistratum dicent, parū intelligentes sermones falsos & parum concludentes ab ijs minime esse conscriptos: cum Erasistrati volumina eiusmodi sermonibus scateāt. Ergo miretur fortasse aliquis, ac dubitet, quamobrē Erasistratus tantopere ab Hippocratis dogmate abhorruerit: ac cur meatus in iecinore, qui bilē excipiunt (de renibus enim abunde hactenus,) tractoria vi priuans, appositam posituram & osculorum causetur angustiam, ac locum quendam cōmunem, in quem deducant venæ, quæ à porta veniunt, sanguinem impurum, accipiant autem priores quidem ipsi meatus bilem, postea venæ, quæ ad cauam pertinent, purum iam sanguinem. Quippe cum, si tractum dixisset, præterquam q nihil accidisset incommodi, ab alijs sexcentis dubitationibus fuisset liber.

Locum Erasistrati de Bilis secretione recte intelligi non posse. CAP. 5.

CVm nunc pugna sit Erasistrati sectatoribus non parua, neq; id cum alijs modo, verū etiam D ipsis inter ipsos, nequeuntibus scilicet interpretari verba illa in primo vniuersalium sermonum, quibus ait: " Adapertis autem in idem alijs duobus vasis, tum ijs, quæ ad bilis receptaculum, " tum ijs, quæ ad cauam venam tendunt, accidit subeuntes ex ventriculo alimenti partes, eas, quæ " vtrisq; osculis sunt accommodę, in vtraq; transferri vasa, atque alias earum ad bilis receptaculum " ferri, alias ad venam cauam trāsmitti. Illud.n. /adapertis in idem/ quod in principio dictionis est positum, quo pacto sit intelligēdū, difficile dictu est. Aut.n. ita /in idem/ vt venæ eius, quæ in cauo iecinoris est, fini, copulētur alij duo fines, tū eius, quæ est in gibbo, tū bilis ipsius meatus: aut, si non ita, locū quempiam cōmunem intelligere oportet, qui à tribus vasis sit diuersus, & velut receptaculū quoddam, quod impleatur qdem ab inferiore vena, vacuetur aūt in bilis meatus, & in eas, quæ à caua defissæ sunt, venulas. In vtraq; vero expositione multa sunt incōmoda: quæ si omnia dicam, videbor propositi mihi ab initio oblitus in Erasistratum scribere enarrationem. Cæterum cōmune ambabus interpretationibus incommodum est, q totus sanguis non purgatur. Oporteret enim in ipsum bilis vas, vbi videlicet percolaretur, eum incidere, non transire ac præterfluere celeriter in os maius, digestionis scilicet impetu latum. An igitur his solis difficultatibus implicatus hæret Erasistrati sermo, dum tractoria facultate ad quiduis vti recusat? an vehementissime quidem in his, liquido q́; adeo, vt nec puerum lateat?

2. de rat. vi. 22. 7ª. 119 c de Alimen. statim a principio. 1. de natura hu. t. 13. 7ª. 190. a. Et 1 aph. 14. & 15. Ex. or. 7. & 8. a

Aduersus Erasistum de Nutritione. CAP. 6. E

VErum, si quis attente consideret, nec eius de nutrimento sermo, quem in secundo vniuersalium sermonum scribit, easdem difficultates effugiat. Siquidem vno illo lēmate successionis ad id, quod vacuatur, concesso, (ceu prius ostendimus) cōclusit quiddam de venis solum, et qui in ijs habetur, sanguine. Effluente.n. per ora earum ac digesto sanguine, cum nec simul vniuersus esse vacuus locus possit, nec venarum quicq̃ concidere (id nanque erat omissum,) necesse erat, vt, quod continuum fuit, sequeretur, ac vacuati locum impleret. Atq; venæ quidem nobis ita nutrientur, sanguine scilicet, quem in se habent, fruentes. At nerui quo modo nutrientur? neq;.n. in his sanguis habetur. Nobis nanq; in promptu est respondere, q trahendo à venis: sed hoc illi non placet. Quid'nam igitur hîc comminiscitur? nempe neruum venas in se arterias'q; habere, veluti catenā ex tribus diuersis natura loris contextam. Ex hac etenim ad disputationem sumpta hypothesi putauit se tractum posse declinare: neque.n. amplius neruū, cum sanguinis in se vas habeat, sanguinis alterius, qui extrinsecus ex vicina vera vena confluat, indigere: sed satis illi ad nutrimentū esse vas illud confictum, quod ratio comprehendat. At hic rursus alia difficultas hominem excipit. Hoc nanq; ipsum exiguum vasculum, se ipsum quidem nutriet: simplicem vero illum, qui ipsi adiunctus est, neruum vel arteriā, fieri nequit, vt nutriat, nisi ijs insita quædam trahendi nutrimētis vis subesse concedatur. Nā successione ad id, quod vacuatur, quo pacto attrahere alimētū queat simplex ille'q; neruus ad eum modū, quo cōpositæ venę? nempe quia cauitas quædam in illo est, ipso auctore. At ea cauitas spiritu animali plena est, non sanguine. Est autem nobis non in hanc cauitatem ratione inducendum alimentū, sed in vas, quod eam cōtineat, siue id tantūmodo nutriri, siue etiam augeri est opus. Ergo qua ratione inducemus? est.n. adeo exiguum simplex illud vas, preterea reliquorum vtrunq;, vt, si minima acu partem eius aliquē pupugeris, tria simul diuiseris. Itaq; sensibilis in eo locus vacuus fieri simul vniuersus non potest: qui vero ratione spectatur, non cogit, cū vacuatur, vt, quod cōtinuū est, necessario sequatur. Velim porrò, rursus hoc loco respōdeat mihi Erasistratus ipse de elementari illo exiguo neruo, sit ne vnus & prorsus continuus, an ex multis & exiguis corpusculis illis, quæ Epicurus, Leucippus, & Democritus proposuerūt, cōpositus. Nam de hoc quoq; Erasistrati æmulos dissidere animaduerto: alij nanque vnum eum esse continuum'q; putant, alioqui nec simplicem eū nominandū ab eo fuisse dicunt: alij hunc quoque audent in alia elementaria diuidere. Verum, si vnum quiddam continuū'q; est, quod ex eo per insensilem à medicis dictum perspiratum vacuatur, nullū relinquet in eo locum vacuū: cum ita vnū non fuerit, sed plura, vacuis scilicet locis inter se diuisa. Sin ex multis est conditum, per horti posticum (vt in prouerbio est) ad Asclepiadem discessimus, quæ cohærere inter sese non possunt, elementa statuentes. Ergo rursus artis expertem esse naturam dicamus: cum eiusmodi elementa necessario hoc sequatur. Quare parum erudite mihi videntur Erasistrati æmulorum quidā ad eiusmodi elemēta simplicium vasorum solutionem redigere: mea enim nihil refert. Secundū vtrosq; enim absurda erit nutritionis ratio: cum in simplicibus illis exiguis vasis, quæ magnos ac sensibiles neruos conficiunt, non possit sententia eorū, qui continua ea defendūt, fieri ad id, quod vacuatur successio: q & in continuo nihil sit vacuum: ac, si quid effluat, partes, quæ relinquuntur, veluti in aqua cernitur, inter se coeant rursum'q; vnum fiant, ipsæ scilicet digesti locum occupantes. Alterius vero sectæ sententia, etiam absurda erit nutritionis ratio propterea, q successione ad id, qd' vacuatur, illorum elemētorum nullum eget. Habet enim ea successio in sensibilibus tantum, non etiam in ijs, quæ ratione spectantur, vim: sicuti ipse Erasistratus manifeste fatetur, vbique non de vacuo id genus, quod minutim corporibus aspergitur, se agere testificans, sed de manifesto, & sensibili, & multo simul collecto, & magno, & euidenti, vel quomodocunque aliter nominare libuerit. Quippe Erasistratus ipse vacuum sensibile, quod simul totum sit, ait esse non posse. Ego vero cum nominibus abundarem, quæ idem in proposito sermone valerent, etiam reliqua adieci. Nō alienum vero videtur, si ipse quoq; aliquid (q̄n huc veni) Erasistrati sectatoribus conferam, horter'q;, vt, cum primum illud & simplex ab Erasistrato vocatum vas in alia soluunt elemētaria corpora, ab ea opinione desistant: cū pręter id, quod nihil promouent, etiam ab Erasistrato dissideāt. Ac, q nihil qdē promoueant, liquido est monstratum: neq;.n. effugere dubitationē, quæ de nutritione est proposita, opinio ea potuit. Quòd aūt nec cum Erasistrato sit consentiens, cum id, quod ille primum & simplex nominat, compositum faciat, ac naturæ artem destruat, manifestū id quoque mihi videtur. Si.n. in simplicibus his vnitionem quandā substantiæ non relinquemus, sed ad elemēta, quę nec coalescere possunt, nec in partes diuidi, descēdemus, omnino naturæ artē perimemus: quod vtiq; oēs faciunt, qui hanc hypothesin pro principio habent, tum medici, tum philosophi. Quippe secunda, & posterior animalis partibus secundū hanc hypothesin natura est, non prior: at formare & condere non eius est, quod secundo fit, sed eius, quod fuit prius. Quare necesse est statim ex ipso maris semine, naturę facultates, quibus format, auget, nutrit'q; animal, esse præsumere. At corporum, quæ nec vnà committi, nec diuidi possunt, nullum in se formatricem, auctricem, nutricem, aut in summa artificē facultatem habet: quippe quod impatibile esse immutabile'q; præsumitur. Prædictorum vero sine mutatione, & alteratione, & ea, quæ per tota fit, mistione,

F G H

A ſtione, veluti ſupra indicauimus, nullum cõſiſtit. Atq; ob hanc neceſſitatem omnes eiuſmodi opinionum ſectatores, quo conſentanea elementis ijs, quæ propoſuerunt, dicerent, naturam vel nolentes coacti ſunt artificem eſſe negare. Verum hæc à nobis non Eraſiſtrati ſequaces, ſed à philoſophis diſcere par erat: quibus ſcilicet illud maxime placet, omnium rerum elemẽta primum eſſe conſideranda. Non recte igitur putandus eſt Eraſiſtratus eò ignorãtiæ progreſſus, vt ne hanc quidem dignoſcere poſſit conſequentiam: ſed vt ſimul naturam artificioſam eſſe proponeret, ſimul in impatibilia, & quæ nec vnà coniungi nec mutari poſſint elementa, ſubſtantiam concerperet. Atqui, ſi in elementis alterationem aliquã, & mutationem, & vnionem, & continuitatem dederit, vnũ ei minime compoſitum vas illud, quod ſimplex vocat, erit: verum ſimplex vena à ſe ipſa nutrietur: neruus vero, & arteria à vena. Sed qualiter quæro, & quemadmodum? hoc.n. diſceptationis noſtræ loco, diſcordiæ Eraſiſtratiorum ſuperius meminimus, monſtrauimusq; neutrorum ſententia, quemadmodum ſimplicium illorum vaſorum nutritio fiat, conſtare. Sed nec indicare pugnantiam eorum ſumus grauati: præterea Eraſiſtrato honoris aliquid deferre, translato ſcilicet in meliorem ſectam. Rurſum igitur ad eam, quæ elementarem illum neruum, vnum, ſimplicem, & ſibi vndiq; vnitum proponit, diſputatio conuerſa, quemadmodum nutriendus ſit, conſideret: B quod nanq; hic inuentũ erit, cõmune id Hippocratis quoq; ſectæ fuerit. Aptius autẽ mihi, quod quæritur, diſquirendũ eſſe videtur in ijs, qui ægrotauerũt, & vehementer ſunt extenuati: omnes enim his corporis particulæ & nutrimento defectæ & graciles eſſe, tum plurima additione refectioneq; indigere videntur: ergo etiam neruus hic ſenſibilis, cuius cauſa inceptus ſermo eſt, in his gracilis admodum eſt redditus, ac nutritione eget. Habet vero in ſe partes plurimas, tum primos illos & inuiſibiles neruos, tum paucas quaſdã ſimplices arterias itemq; venas: omnes igitur eius quoq; elementares nerui extenuati ſunt: aut, ſi non illi, vtiq; nec totus. Itaq; etiam, ſicut totus, ipſi quoq; nutriri poſtulant. Atqui, ſi nutriri poſtulant, nec poteſt illis quicq̃ cõducere ad id, quod vacuatur, ſucceſſio, non propter iam dictas modo dubitationes, ſed etiam propter recens contractam (vt indicabo) gracilitatem, quærẽda nobis alia nutritionis eſt cauſa. At quid igitur cauſæ eſt, cur fieri nequeat, vt ſucceſſio ad id, quod vacuatur, eum, qui ſic ſit affectus, nutriat? nempe q̃ ea ratio tm̃ ſuccedere continuò, neceſſarium facit, quantum effluit. Hoc vero ijs, qui cõmodo ſunt corporis habitu, ſatis ad nutritionẽ eſt, vtpote quibus ea, quæ apponuntur, ijs, quæ effluunt, paria eſſe oportet: at in ijs, qui ad vltimũ ſunt graciles, ac liberaliter refici poſtulant, niſi multo plus ſit, quod apponitur, q̃ id, quod vacuatur, priſtinum reſtituere habitum nunq̃ poterit. Liquet igitur, quod C tanto plus ſunt attracturi, quanto etiam pluribus egent. Porrò Eraſiſtratus hic quoq; ſe prius facere id, quod ſecũdum eſt, neſcio, quo pacto nõ aduertat. Propterea enim, inquit, q̃ multa additio ijs, qui ægrotarũt, quo reficiãtur, fit, idcirco multum etiam ad hanc ſuccedit: at quo modo multa fiat additio, vbi copioſa non præceſſit digeſtio? Quòd ſi nutrimenti per venas tranſitum, græce ἀνάδοσιν, id eſt digeſtionem ſiue diſtributionẽ, appellãt: translationem aũt, quæ in ſingula ſimplicium illorum & inuiſibilium neruorũ arteriarumq; fit, non ἀνάδοσιν, ſed διάδοσιν, quaſi traditionem vel porrectionem dicas, veluti non nulli nominandã cenſuerũt: poſtea enim, qui per venas agitur, tranſitũ ſola fieri ſucceſſione ad id, quod vacuatur, dicunt: age, translationem, quæ fit in illa quæ ſunt ratione ſpectabilia, nobis interpretentur. Quandoquidẽ, q̃ ſucceſſionẽ ad id, quod vacuatur, aſſerere eſſe in ijs non poſſunt, ac potiſſimum in corporibus, quę ad vltimũ ſunt extenuata, demonſtratum iam eſt. Quæ vero de ijs verba in ſecundo vniuerſalium ſermonũ Eraſiſtratus dicat, operæpreciũ eſt audiſſe. « Vltimis & ſimplicibus, quæ tenuia anguſtaq; ſunt, appoſitio ex « vicinis contingit vaſis, in vacuitates ſcilicet eorum, quæ abierunt, nutrimento à lateribus vaſorum « attracto ac translato. Ex hac dictione primum illud à lateribus admitto planè ac recipio: neq;.n. poſſit ſimplex neruus, ſi per os nutrimentũ acciperet, id in ſe totum diſtribuere, vt qui dicatus animali D ſpiritui ſit: at à latere licet, à ſimplice, quæ iuxta ſita eſt, vena alimentum recipiat. Secundo loco recipio ex Eraſiſtrati verbis, quod deinceps ſubijcitur illi à lateribus. Quid igitur ait? a lateribus vaſorum nutrimento attracto. Ergo, q̃ trahatur quidem, nos quoq; fatemur: q̃ autem ſucceſſione ad id, quod vacuatur, non trahatur, prius eſt monſtratum.

Galeni ſententia de Nutritione. *CAP. 7.*

ERgo, ad quem modum trahatur, in commune inueſtigemus: quo porrò alio, quàm ſicut à magnete lapide ferrum, qui ſcilicet talis qualitatis trahendæ vim habet? At vero, ſi diſtributionis principium expreſſio ventriculi præſtat: reliquum vero eius progreſſum omnem tum venæ ipſæ contractæ ac propellentes, tum ſingula, quæ nutriuntur, ad ſe trahentia, ſucceſſionem ad id, quod vacuatur, repudiantes, quippe quæ hominem, qui artificioſam naturam ſtatuit, parum deceat, iam Aſclepiadis obiectionem declinauerimus: quam ſcilicet ſoluere non poteſt. Lemma enim, quod ad demonſtrationem diſiunctum ſumitur, non vtique ex duobus, ſed ex tribus, re vera eſt diſiunctum. At, ſi quidem veluti ex duobus eo vtemur, falſum erit aliquid eorum, quæ ad demonſtrationem ſumuntur: ſi veluti ex tribus, minime claudens ratio erit. Atque hæc minime ignoraſſet Eraſiſtratus, ſi vel per ſomnium aliquando cum Peripateticis fuiſſet verſatus.

Aduersus Erasistratum de Concoctione cibi, & Succorum generatione. CAP. 8. E

Eque vt nec ea, quæ ad generationem succorum pertinet. De quibus cum, quod diceret, nihil haberet, ne quod mediocriter quidem probabile esset, fallere se putat, dum inutilem prorsus esse id genus contemplationem prętendit. Sed nunquid, quæso, quẽadmodum quidẽ cibi con coquantur in vẽtre, sciuisse est vtile, quemadmodũ aũt in venis bilis fiat, est superuacuũ? ac solius vacuationis eius habenda est ratio, generationis eius nulla cura? ceu non longe satius sit prohibe re ab initio, ne multa gignatur, q̃ solicitos & occupatos esse de vacuanda. Mirum vero est & illud dubitare hominem, in corpore'ne statuenda generatio eius sit, an protinus in ipsis cibis extrinsecus contineri dicenda. Nam, si id cõmode dubitatur, cur ẽt de sanguine non quæremus, habeat'ne is in corpore generationem, an in cibis sit aspersus, veluti aiunt, qui opinionis de partibus similaribus sunt auctores? Atqui multo magis ad rem pertinebat illud quæri, qui'nam cibi sanguini faciendo maxime cõsentiant, qui dissentiant, q̃ qui ventriculi operi facile cedant, q aduersentur et pugnent: quippe horum delectus ad solam concoctionem, illorum ad sanguinis boni generationẽ interest: non.n. paris momenti est vel sanguinem bonum non gigni, vel nutrimentum in ventre probe in chylum non verti. Quo pacto aũt non erubescit, cum cõcoctionis frustrationes diuidat, ceu multæ sint multis q; ex occasionibus incidant: de sanguinis vitijs nec verbo tenus, immo ne F syllaba qdem tenus, mentionem facere? Atqui in venis reperitur & crassus & tenuis sanguis: item alijs corporum magis ruber, alijs flauior, alijs magis ater, alijs pituitosior. Quod, siquis graue olentem eum, id q; non vno tñ genere, sed multis planè differentijs, quæ, vt sermone explicari nõ possunt, ita sensu liquido apparent, intelligat, non mediocriter, vt arbitror, Erasistratum negligentiæ damnabit, qui tam necessariam artis contemplationem prętermiserit. Manifestum.n. est eorum, quæ de hydrope praue sentit, hanc neglig ẽtiam fuisse merito causam. Nam, ꝙ viarũ angustia prohiberi sanguinem vltra per iecur procedere putat, nec alia ratione vlla hydropem posse fieri, quo modo non extremam prodit eius ignauiam? Iam, ꝙ nec vitio lienis, nec alterius cuiusquam particulæ, sed perpetuo ex iecinoris scirrho gigni hydropem existimat, prorsus secordis est hominis, nec quicq̃ eorum, quæ quotidie fiunt, intelligentis. Siquidem ex diuturnis hæmorrhoidibus vel suppressis, vel immodica ꝑfusione hoīem ad extremam frigiditatem ducẽtibus, non semel aut bis sed sæpe, iam aquam inter cutem collectã vidi: sicut mulieribus quoq; tum menstruæ purgationis omnimoda cessatio, tum immodica vacuatio, cum scilicet vteri nimio sanguinis profluuio laborarunt, sæpe hydropem accersiuerunt: non nullis vero earum &, qui muliebris vocatur fluxus, in hunc terminatus est morbum: vt, qui ab ilibus incipiunt, alio've quopiam opportunorum ad id G mẽbrorum, hydropas prętercam: q ipsi quoq; Erasistrati opinionem clare refellunt, verum non adeo luculenter, vt qui ex toto corporis habitu immodice refrigerato oriuntur. Est.n. ea prima generandi hydropis causa, ex sanguificationis defectu prouenicns, simili genere atq; ea, quæ ex ciborum concoctionis defectu fit, diarrhœa: atqui in tali hydropis genere nec aliud viscus vllum, nec iecur, scirrho est affectum. Cęterum vir sapiens Erasistratus negligens contemnẽs q;, quæ nec Hippocrates, nec Diocles, nec Praxagoras, nec Philistion, sed nec quæ optimorum philosophorum vllus contempsit, non Plato, non Aristoteles, non Theophrastus, totas actiones pręterit, veluti exigua quadã & momentanea artis omissa parte, ne qdẽ vel contradicendũ censens, siue recte, siue non recte, oẽs hi calido frigido sicco humido, alijs veluti agentibus, alijs veluti patientibus, quæ in corpore animalis sunt, omnia gubernari dicant: quod q; calidum in ijs tum ad alias actiones, tum vero præcipue ad succorum generationẽ plurimum valeat. Verũ tot tantis q; non assentiri viris: sed plus se sapere, ꝙ illos, putare, sine inuidia esto: at nec refutatione nec mentione tam celebre dogma dignari, id vero immensam quãdam eius prodit superbiam. Tametsi maxime pusillo abiecto q; animo est, vbicunq; aliquid refutat, in disceptatione quidẽ de concoquẽdo, eos, qui putrefieri cibos autumant, refutandi occasionem ambitiose captans: in ea vero, quæ de digerendo H agit, eos, qui propter applicationem arteriarum distribui venarum sanguinem existimãt: in ea rursus, quæ de respiratione instituitur, eos, qui circũtrudi aerem dicunt. Sed nec grauatus est contra eos, qui halitus ritu vrinas meare in vesicam contendunt, disputare: nec etiã contra eos, qui in pulmonem ferri potionẽ aiunt: ita, cum pessimas quasq; opiniones delegerit, delectatur prolixe in refutationibus immorari. De sanguinis vero generatione, quæ tñ ciborum in chylum conuersione nihilo est inferior, nec contra veterũ quencꝙ disputare cẽsuit, nec ipse aliam inducere opinionem est ausus, is scilicet, qui in principio vniuersalium sermonũ, de omni naturali functione, & quẽadmodum, & quibus aīalis particulis quæq; fiat, pollicitus est disserere. An quæso concoquendi cibi facultate imbecilla, cruditate laborabit animans: eius vero, quæ iam concocta in sanguinẽ vertit, nullus oīno erit affectus, sed hæc sola nobis adamantina est & impatibilis? an alia quępiã imbecillitatis eius soboles erit, q̃ hydrops? Patet igitur liquido Erasistratũ, cũ in alijs ne in leuissimas quidẽ opiniones inuehi sit grauatus, hac vero in re nec refellere priores, nec ipse nouum aliquid in mediũ afferre sit ausus, dogmatis sui errorẽ agnouisse. Nam qd quæso dicere de sanguine potuit homo, qui naturali calore ad nullum effectum sit vsus? quid vero de bili flaua nigra've, aut pituita? nempe ꝙ fieri potest, vt bilis mista cibis statim forinsecus adueniat. Ait nanq; ad hunc mo

dum ipsis

A dum ipsis verbis: Vtrum vero inter concoquendum in ventre alimentum talis gignatur humor, « an mistus in exhibitis extrinsecus accedat, id consideralle ad nullum pertinet medicinæ vsum. At qui vir egregie, tum vacuari oportere humorē hunc ex animalis corpore, tum magnopere nocere, nisi vacuetur, ipse fateris: quo pacto igitur, cum nihil boni ex ea fieri existimes, inutilem esse ad medicinam ais de generatione eius considerationē? Hac nanq; in cibis contineatur, nec in iecinore exacta eius sit secretio, ambo.n. hæc fieri posse existimas: atqui permultum hoc loco interest, minimā plurimam've in se bilem cōtineant, qui exhibentur cibi: illi nanq; omni periculo vacant: hi vero, qui plurimam in se continent, qm̄ non potest tota ea cōmode in iecinore expurgari, occasio erit tum aliorū affectuū, quos ipse ô Erasistrate ex bilis redundantia nasci ais, tum non in postremis morbi regij, quem græci ἴκτερον vocant. Quo pacto igitur medico nosse maxime necessariū non sit primum illud, q̄ extrinsecus in cibis ipsis bilis contineatur: secundo, q̄ beta (verbi gratia) multā: panis, minimam: rursus oleum, plurimam: vinum, minimam: reliqua q; impari modo inter se bilis portionē singula cōtineant? Quo modo.n. non maxime sit ridiculus, qui sponte sua, ea, quæ plus in se bilis contineant, potius eligit, q̄ contraria? Quid vero, si non continetur bilis in cibis, sed in corpore aīalium gignitur, non'ne illud quoq; nosse ad rē pertinet, in quo statu corporis B amplior eius generatio proueniat, in quo minor? Quippe alterandi, mutandi q; semper in melius vitiosos corporū status facultatē habemus: verū, si ignoramus, quatenus vitiosus sit, & qualiter à legitimo excesserit, quo tandē pacto licebit nobis eū in meliorē vindicare? Non est igitur, vt Erasistratus affirmat, ad medendū inutilis ipsa de bili generāda veritas: sed & illud nec difficile inuētu est nec obscurū, q̄ mel non eo, q̄ plurimā in se bilē continet, sed q̄ intra corpus est mutatū, in hanc alteratur ac vertitur: quippe amarū gustantibus esset, si bilē in se extra corpus cōtineret: præterea oībus similiter hoībus æqualis ex eo gigneretur bilis co pia. Verū id secus habet: siquidē, qui iā in flore sunt, potissimū si calidiore natura sint, ac vitā degant laboriosam, in ijs totum mel vertitur in flauā bilē: senibus vero admodū est accōmodū, vt pote qbus non in bilē, sed in sanguinē, cōuertat. Erasistratus vero, p̄terq̄ q̄ nihil horū nouit, neq; diuisionē sermonis sui satis aptam facit, illud æstimasse inquiēs nihil ad medendū cōferre, in cibis'ne bilis statim ab initio contineatur, an per cōcoctionē in vētre sit genita: cū additū.s. aliqd oportuisset de eius & in iecinore & in venis generatione, qn̄ in ijs instrumētis gigni eā vnà cū sanguine, veteres tum medici tū philosophi prodiderūt. Sed qui ab initio statim errarunt atq; à recta via declinarunt, his nō talia modo nugari est necesse, sed etiā eorum, quæ ad artē sunt vtilissima inquisitionē omittere. Libens igitur, qn̄ huc sermonis C sum progressus, eos rogē, qui plurimū cū Peripateticis philosophis versatū hoiem dicunt, an oīa, q̄ ab Aristotele dicta demōstrata q; sunt de corporis nostri ex calido frigido humido & sicco mistura, norint? tum calidum in ijs esse efficacissimum: & aīalia, quæ calidiore sunt natura, ea esse oīno sanguine p̄dita: contra, quę natura admodum sunt frigida, ea prorsus esse exanguia, eo q; p hyemē delitescētia ociosa & immota mortuorū ritu iacere. Porrò disceptatū & de colore sanguinis est nō Aristoteli modo, sed etiā Platoni. Nos aūt, sicut prius ēt testati sumus, haudquaq̄, quę ab antiquis cōmode sunt demonstrata, ea dicere in p̄sentia paramus, vt qui illos nec sentiendo, nec dicēdo, superare queamus: sed aut, quę ab illis absq; demonstratione, tanq̄ euidentia, sunt p̄dita, q̄ scilicet aliquos fore adeo peruersos sophistas, qui veritatē in ijs, quæ ipsi tradidissent, contēnerent, suspicati nō sunt: vel ēt ab illis oīno sunt prętermissa: hęc tum inuestigare tū demonstrare censemus. De succorū vero generatione, haud scio, an aliquis exactius quicq̄ afferre in mediū possit ijs, quæ Hippocrates, Aristoteles, Praxagoras, Philotimus, alij q; veterū non pauci, reliquerūt. Demonstratum enim ijs est, alimentū, dum in venis ab innato calore alteratur, sanguinē quidē ex mediocri calore fieri, reliquos vero succos ex eodē immodico. Atq; huic sententiæ, quę euidenter sensibus apparēt, oīa cōsentiunt: Qn̄ & cibi, qui natura calidiore sunt, magis sunt biliosi: qui frigidiore, magis pituitosi: D Simili modo ex ætatibus, q̄ calidiore natura sunt, has biliosiores esse cōstat: quæ frigiore, pituitæ magis obnoxias. Iam vitę rationū, & regionū, & anni tēporum, multo q; priores his ipsarū quoq; naturarū quæ frigidiores sunt, eæ magis cernūtur pituitosæ: quę calidiores, magis biliosæ. Prętereа ex morbis quoq;, qui frigidi sunt, ij à pituita oriūtur: q calidi, à bili ortū habēt. Deniq; nihil vsquā inuenias, quod nō huic sententię astipulet: & quo modo, quæso, nō astipuleť? Cum.n. pp certā ex quatuor illis tēperiem particula quæq; certā habeat functionem, necesse oīno est propter eius tēperiei vitiū aut prorsus corrūpi functionē aut impediri, ac ita vel totum vel in parte ęgrotare animal. Ac primi quidē, maxime q; generales morbi sunt quatuor, q calore, frigore, siccitate, & humore, inter se diffident. Id vero Erasistratus quoq; ipse, quanq̄ nolens, fatetur. Nam, cū in febribus deteriorem esse ciborū concoctionē dicat, nec tn̄ (sicut priores censuerunt) p̄pterea, q̄ naturalis caloris mediocritas corrūpitur, sed quia vētriculus hos amplecti & terere similiter nō valet, q̄ eius læsa sit actio, rogari iure potest, à quo sit læsa vētris actio. Quippe, si ceciderit quis, & ex eo bubo excitet prius, q̄ homo febricitet, venter deterius nō cōcoquet: non.n. satis est aut bubo aut vlcus, quod vētriculi concoctionē labefaciet. At, si febricitet, protinus cōcoctio redditur deterior: protinus ēt ventriculi actionem deteriorē redditam dicimus, atq; id rectè. Cęterum, à quo sit lęsa, adijciendū esse sermoni videtur. Vlcus nanq; eā lędere non valebat, sed nec bubo: læsisset.n. pro-

A.l. 1.f. 1. d.4. c.2. 8.d

fecto & ante febrem. Quod, si hęc non læserunt, liquet, quod immodica vis caloris: quippe duo hæc bubone accessere, motus eius, qui in arterijs et corde habetur, alteratio, & naturalis caloris immodica quantitas. Verum motus alteratio non modo vētris actionē non lædet, sed etiā illi cōferet in ijs aīalibus, in qbus pro certo præsumitur plurimum ad concoctionē valere spiritū illum, qui per arterias in ventrem incidit. Ergo à reliqua atq; hac sola, nempe calefactione immodica, læditur ventris actio: etenim spiritus non solum vehementior, sed etiam magis assiduus & abundantior, nunc incidit, q̄ prius. Quare, quod ad hunc attinet, magis concoquent ea, quæ spiritus gratia bene concoquunt aīalia: ob reliquā vero, quæ etiam pręter naturā est, calefactionē male concoquent. Dicere nanq; proprietatem quandam in spiritu esse, qua concoquunt: deinde, cū febricitant, hanc destrui: quid aliud est, q̄ alio modo incōmodum ipsum fateri? Quippe denuo interrogati, à quo sit alteratus spiritus, solam habent, quā respondeant, eam, quæ pręter naturam est, calefactionē, maxime de eo, q in vētre est, spiritu: neq;.n. appropinquat oīno is buboni. Et quid quæso aīalia ea, in quibus spiritus ꝓprietas plurimā vim habeat, cōmemoro, cū liceat de hoībus, in qbus vel nihil, vel oīno leue aliquid & exiguum cōfert, verba facere? At, quod in febribus male cōcoquunt hi quoq;, fatetur etiam ipse: tum causam rei adijciens, læsam esse ait ventris actionem: non tñ aliam habet, quam afferat, læsionis occasionem, quàm eā, quæ pręter naturam est, calefactionem. At, si nocet actioni calor, qui præter naturam est, nec id facit ex accidenti, sed ipsa sua substātia ac vi, vtiq; ex primorum morborum sit numero: atqui de numero primorum morborum esse nequit immodicus calor, nisi actio ex commoda nascatur temperie. Neq;.n. alia de causa potest intemperies primorum morborum esse causa, nisi quod cōmoda temperies est corrupta: cum.n. ab hac manent actiones, necesse est prima earum vitia ex hac manare corrupta. Ac, quod ipso quoq; Erasistrato auctore, cōmoda caloris temperies actionis sit causa, ijs, qui assequi, quod cōsequens est, valent, satis esse demonstratum puto. Hoc vero nobis concesso, non durum (arbitror) dictu est, in omni actione id, quod melius est, commodo temperamento referendum esse acceptum: quæ deteriora sunt, vitioso. Atqui si hęc ita se habent, sanguinē à mediocri, bilem ab immodico calore, nasci quidni putandū? ita nanq; tū in calida ætate, tum calida regione, tum anni tempore calido, & tempestate calida, pręterea naturis hominum calidis, & vitæ sortibus, & victus rationibus, & morbis calidis, merito nobis plurima fieri flaua bilis apparet. Dubitare vero, an in animantiū corporibus is succus gignatur, an in cibis contineatur, vtiq; hoīs est, qui nec illud aduertat, quemadmodū etiam ijs, qui sani citra vitiū sunt, vbi aliqua coacti occasione, contra consuetudinem cibo abstinuerunt, os quidē amarū, lotium vero biliosum reddatur, ac vēter mordeatur: sed qui quasi subito nunc in hunc mundū sit ingressus, nec dum quæ in eo sunt, nouerit. Quis nanq; ignorat eorū, quæ immodice coquūtur, singula fieri primum quidem salsiora, postea vero amariora, cum, si mel ipsum, quod omnium est dulcissimū, plurimum percoquere velis, id quoq; reddideris amarissimum? Quippe, quod cæteris, quæ vtiq; ex natura sua calida non sunt, per coctionem acquiritur, id melli ex sua natura pręsto est: atque id causæ est, cur coctum non efficiatur dulcius, quod nanque ad dulcedinem generandam caloris ei accedere debebat, id totum prorsus intra se obtinet. Itaq;, quod extrinsecus ijs, quæ intra iustum calida sunt, est ex vsu, id illi vitium fit & mediocritatis corruptela: atq; eam ob rem coquendo, citius, q̄ alia, fit amarū. Eadem vero de causa in ijs, q calida natura sunt, & ætate florentibus, prompte in bilem vertitur: quippe, calidum cum sit, vbi calido adiungitur, mediocritatem temperamenti facile amittit, statim q; fit bilis, nō sanguis. Postulat igitur, quod in sanguinis naturā mutetur, naturam hoīs frigidam, ętatem q; frigidā. Non ab re igitur censuit Hippocrates ‖ mel biliosis naturis non esse ex vsu, vtpote q calidiore sint temperie: ad eundē modū morbis quoq;, quos amara excitauit bilis, inimicū esse: senum vero ætati amicum id esse nō solum Hippocrates, sed etiam oēs medici, affirmant, partim id ex natura ipsius, quæ scilicet vim eius docet, inuenientes, partim ex sola experientia. Neq;.n. empirici alia, quā hæc, fieri obseruarūt, quod seni sit salubre, iuueni minime salubre: & biliosæ naturę noxium, pituitosę vtile: similiter & morbis ijs, qui ex amara bili oriantur, contrarium: ijs, qui ex pituita nascantur, amicum: vno q; verbo, calidis quidem corporibus, siue ea naturæ ratione, siue morbi, siue ætatis, siue tēporis anni, siue regionis, siue conditionis vitæ, talia sint, bili generandę causam ꝑbere: ijs vero, quę contrarij sunt habitus, sanguini. Atqui nō potest idē cibus alijs verti in bilē, alijs in sanguinē, nisi intra corpus eorū generatio peragatur. Etenim, si cibus quisq; à se & in se hanc habens, nec in aīalis corpore mutatus bilē gigneret, vtiq; in oībus eā corporibus pari modo generaret: ac, quod foris amarū gustātibus esset, id, arbitror, bilē generaret: quod aūt dulce gratum q; gustu esset, eius ne vel exigua quidē portio bilis fieret. Atqui non mel modo, sed etiā cętera dulcia vniuersa, in supradictis corporibus, quæ ex qualibet iam memoratarū causarum sunt calida, facile in bilē mutantur. Verū hæc dixisse, cum tñ minime id mihi fuisset propositum, nescio, quo pacto, ex ipsa sermonis sequela sum adductus. Dictum autem latissime de his est, tum Aristoteli, tum Praxagorę, qui Hippocratis, & Platonis sententiam recte sunt interpretati.

3. de Rat. vi. in ac. t. 9. Et 12. 7a. 127. c. & h

E F G H

De Generatione & corruptione Succorum. *CAP. 9.*

QVo minus quisquā hęc à nobis pro euidenti demōstratione dicta putet potius, quam quo indocilitatē eorū, qui aliter sentiunt, indicarē: qui nec ea, de quibus inter omnes conuenit, & quæ

A & quę quotidie fieri cernuntur, intelligunt. Porrò demonstrationes eorum, quæ vtiq; scientificæ sunt, ex ijs, quæ supra iam retulimus, principijs sumpsisse conueniet: veluti ꝙ actio passioq; corporum inter se, ex calido frigido humido sicco q; illis insint: tum ꝙ, siue quis venas, siue iecur, siue arterias, siue cor, siue ventriculum, siue aliam particulam vllam fungi quacunq; actione dicat, ineuitabili necessitate cogetur, propter certam ex quatuor corporibus temperiem edi actionem ab illa fateri. Etenim, cur ventriculus circa cibum vndique contrahatur: cur venæ sanguinem gignant, rogarem ab Erasistratijs doceri: nosse nanq; id solummodo ipsum secundũ se, ꝙ circa eũ contrahitur, non dum vtiq; operæprecium vllum est, nisi etiam intellecta sit causa: sic nanque, arbitror, & « errores corrigamus. Non curamus, inquiunt, nec curiosi sumus de istiusmodi caussis, vt quæ su- « pra medicum sint, atque ad philosophum naturalem spectent. Vtrum igitur neque ei contradicetis, qui commodã, & quæ secũdum naturam est, temperiem, actionis caussam in singulis instrumentis dicit: contra ꝙ intemperiem iam morbum vocari, atq; ab hac actionem omnino lædi? an veterum demonstrationibus assentiemini? an tertium quiddam medium q; inter hæc vtraq; facietis, vt nec eorum rationibus necessario assentiamini vt veris, nec ijsdem repugnetis vt falsis, sed hæsitatores, ac quidem subito Pyronij in medium prosilietis? Atqui, si id facietis, experientiã, necesse B est, propugnetis. Quo enim modo et medicamentorum compotes eritis, si morbi cuiusque substantiam ignoretis? Cur igitur non à principio empiricorum nomen vobis vindicastis? Quid nobis negocium facessitis, naturales actiones medẽdi causa pollicẽtes inquirere? Si nãq; vẽtriculus per imbecillitatẽ circa cibũ contrahi, eũ q; retinere non valet: qua ratione eum in naturalẽ statum reponemus, ignorantes scilicet imbecillitatis causam? Ego nanq; eum, qui supra modum calefactus est, ventrem refrigerandũ esse aio: sicut eum, qui perfrigeratus est, calefaciendum: ad eundem modum &, qui exiccatus est, humectandum: qui præhumidus est, siccandum: sed & coniunctim, si calidior vnà siccior q; iusto sit redditus, caput esse saluationis, vt refrigeretur simul & humectetur: sin frigidior simul & humidior sit effectus, vt siccetur & excalfiat: simili q; modo in alijs. At Erasistrati sectatores quid tandem facient, cũ actionis causas omnino non esse inquirendas cõtendant? Quippe inquirẽdarum causarum fructus hic est, vt, qui intẽperamentorũ causas norit, is ad naturam suam ea reducat: siquidẽ vnum id nouisse, quænam sit cuiusq; instrumẽti functio, id nullum adhuc præstat ad medendum vsum. Porrò Erasistratum id quoq; latere mihi videtur, ꝙ affectus in corpore, qui non ex accidẽti, sed primum & per se actionẽ labefactat, is ipse sit morbus. Ergo qua demum ratione vel agnoscere, vel sanare morbos poterit, cũ hos, qui, quot q; sint, & qua- C les, prorsus ignoret? Ac in ventriculo quidẽ hactenus saltẽ Erasistratus inquirẽdũ censuit, vt quẽ admodum .i. cibi concoquãtur, inuestigaret: quę tñ sit eiusmodi rationis prima & princeps causa, cur nõ quęsiuit: in venis aũt & sanguine, ẽt ipsam rationem modum q; inquirere cur omisit? At non Hippocrates, alius've ex ijs, quos supra paulo memoraui, philosophorum vel medicorum quisq; id omittendũ cẽsuit: sed ‖ eum, qui in aialibus est, tẽperatũ calorem, & qui modice est humidus, sanguinis generandi causam affirmant. Eadẽ de causa sanguinem ipsum, succum calidum & humidũ potestate dicunt: æque vt flauam bilẽ, calidam siccam q;, quantumuis sit ab aspectu humida. quippe dissidet illis viris id, quod ẽm apparentiã humidũ est, ab eo, quod viribus tale est. Alioqui, ꝙ muria & aqua marina carnes & siccant & incorruptas seruant, reliquæ oẽs potabiles prompte corrumpunt ac putres faciunt, quis ignorat? Quis porrò non intelligit, ꝙ vbi plurima in vẽtriculo flaua bilis continetur, perpetua siti vrgemur? contra q; quòd ea euomita protinus à siti magis vindicamur, q̃ si plurimam hausissemus potionem? Itaq; succus hic, calidus potestate siccus q; merito est dictus, ęque vt pituita, frigida humida q;: quippe de hoc quoq; euidentes ab Hippocrate ‖ cæteris q; veteribus probationes sunt traditæ. Sanè Prodicus in opere de hominis natura, id qđ vstũ & veluti supra modum in succis coctum est, φλέγμα græce nominat, à verbo πεφλέχθαι, D quod vstum esse significat: cæterum dictione aliter vtitur, q̃ cæteri: de re tamen idem sentit cum ceteris: sed de hominis huius nominum nouatione Plato abunde indicat. Ceterum hoc albi coloris, quod omnes homines græce φλέγμα vocant, Prodicus grece βλεννάν, id est mucum appellat. Frigidus ille succus & humidus est: qui tum in senibus, tum ijs, qui ratione quauis sunt perfrigerati, plurimus aceruatur: quem nemo mentis compos aliud esse quippiam, q̃ frigidum & humidum, dicat. Nunquid igitur succus aliquis calidus humidus q; est: aliqs calidus & siccus: aliqu[illegible] frigidus humidus q;: nullus autem est, qui potestate frigidus sit & siccus, sed quarta tẽperamentorũ coniugatio, cũ in reliquis omnibus habeatur, in solis deficit succis? Atqui nigra bilis eiusmodi succus est, quam sapientes medici ac philosophi abundare censuerunt, ex anni quidem temporibus in autũno potissimum: ex ætatibus, in ea, quæ vigori succedit. Ad eundem modum & victus rationes, & regiones, & tẽpestates, & morbos quosdã, frigidos siccos q; esse memorant: neq; enim in hac vna coniugatione claudicare naturam putant, sed tanq̃ alias tres, itidem hãc quoq; per oĩa, quæ memorauimus, extendi. Vtinam etiam & hoc loco interrogare liceret Erasistratum, nũ artifex natura instrumentũ, quo eiusmodi succus expurgetur, nullum condiderit, sed, quibus lotium expurgetur, instrumenta duo: quo flaua bilis, vnum neq; id exiguum: qui vero ijs malignior succus est, sanguini permistus, in venis per totum vagetur. Quanq̃ dysenteria, siue intestinorum difficultas,

1.de na. hum. t.33.1d 32.a

Ibid t. 32. fol. 31.a

4.aph. 24. Ex. or. 29. h

ficultas, si à nigra incipit bili, mortifera est, inquit Hippocrates: || nō tamen, quæ à flaua incipit bili E omnino mortifera est, sed pleriq; ex ea seruantur: tanto scilicet nimirū malignior acrior q; viribus est nigra bilis, quā flaua. An igitur nec reliquorum Hippocratis operū vllum legit Erasistratus, nec id, quod de hominis natura est inscriptum, quò sic citra negociū inquisitionem de succis prætereat? an nouit quidem, sed sua sponte pulcherrimā artis speculationem præterijt? Oportuerat igitur eum nec de liene aliquid dixisse, nec impudenter tā magnū instrumentū existimasse à natura artificiosa frustra conditum. Atqui non solum Hippocrates vel Plato, nihilo in speculatione naturæ inferiores, q̄ Erasistratus, viri, vnum esse id viscus ex ijs, quæ sanguinē purgent, affirmāt: sed etiam cum ijs veterum tum medicorum tum philosophorum innumeri: quos omnes generosus Erasistratus, quasi illis plus sapiat, supergredi se putās, adeo ne minimum quidem cōtra eos dixit, vt etiam opinionis eorū omnino non meminerit. At vero, quibus corpus floret, his (inquit || Hippocrates) lien minuitur: idem oēs, qui experientiam sequuntur, medici fatentur: præterea "quibus viscus id magnum & tumēs augescit, his corpus minuit & cacochymū reddit: quod ipsum quoq; non Hippocrates modo, sed etiam Plato, multi q; alij, ac preterea empirici concedunt. Iam regij morbi, qui à liene ægrotante ortum habēt, nigriores sunt, item q; vlcerum cicatrices nigræ. Perpetuo enim, vbi minus, quàm iustum sit, melācholicum ad se succum trahit, vt sanguis impurior, sic F totum corpus redditur magis decolor. At quando minus, quàm iustum est, trahit? nimirum cum male est affectus. Tanq̄ igitur in renibus facultas ea, qua vrinam trahunt, vbi laborāt, male trahit, itidem lienis si insita vis illa, qua melancholicam qualitatem attrahere potest, aliquando sit imbecilla, male hāc trahat, est necesse: atq; interim crassior & nigrior reddatur sanguis. Hęc igitur oīa, cum non modo ad cognoscendos, sed etiam ad sanandos morbos, maximum pręstent vsum, Erasistratus omnino præterijt, ac tantos viros pro nullis se habere simulauit, is scilicet, qui nec leuissima omittit, sed vbiq; insulsissimas opiniones ambitiose oppugnat. Quo manifestum est eum, cū nihil haberet, quod contra veteres diceret in ijs, quæ de splenis vsu actione q; pronunciarunt, nec ipse nouum aliquid inueniret, huc confugisse, vt oīno de ijs taceret. At nos primū quidem ex ijs causis, quibus omnia in naturalibus administrantur, calido (dico) & frigido & humido & sicco, deinde ex ijs, quæ euidenter in corpore apparent, frigidū quendā siccum q; succū debere esse monstrauimus. Vbi vero &, q̄ breuissime fieri licuit, quæ veteribus demonstrata sunt, tum q̄ is succus melancholicus sit, tum q̄ lien id viscus sit, quod eum à sanguine expurget, recēsuerimus, deinceps ad ea, quæ propositę disputationis sunt reliqua, veniamus. Reliquū aūt quidnā sit aliud, q̄ clare exponere, quid tandē velint demonstrēt q; veteres de succorum generatione accidere? Porrò id lucu G lentius intelligetur exemplo. Ergo vinum mihi dulce, quod nō dudum ab vuis sit expressum, feruens & alterascens ex eo, quem in se habet, calore intellige: postea ex eius mutatione duo prouenire excrementa, alterum leuius magis q; aereum, alterum grauius ac magis terreum: quorum illud florem, hoc fęcem, arbitror, vocant. Horum "si alteri flauā bilem, alteri nigram assimiles, minime pecces: quando non eandē habēt hi succi speciem, cū animans naturæ opera regitur, qualē, cū præter naturā se habet, sæpe exhibent. Quippe quę flaua est, efficitur vitellina: ita.n. nominăt, qm̄ ouorum vitellis tum colore tum crassitudine sit assimilis. Rursus nigra lōge malignior ea quoq; q̄ quæ naturalis est, redditur: nomen tñ tali succo nullum est inditum: nisi q̄ aliqui vel radentem eum vel acidum appellarunt, quoniam scilicet acris in morem aceti fit, & corpus animalis radit, & etiā terram, si supra eā sit effusus, quandam q; cum bullis veluti fermētationem ebullitionem q; excitat, vbi scilicet adscititia putredo nigro illi succo naturaliter se habenti accessit. Mihi q; videntur veterum medicorū pleriq; id, quod e tali succo naturaliter se habet, quod & infra deijcitur, & sępe supra fluitat, atrum vocare succum, non atram bilem: quod vero ex vstione quapiam ac putrescentia in acidam migrauit qualitatem, id atram nuncupare bilem. Cęterum de nominibus habenda controuersia non est, sed veritatē sic se habere intelligendū. In sanguine generādo quicqd H abunde crassum ac terreum ex ciborum natura in nutrimento fertur, nec cōmode à naturali calore alteratur, id lien ad se trahit: quod "vero assum (vt sic dicam) vstum q; nutrimēti est (fuerit sanè hoc calidissimum in eo ac dulcissimum, qualia sunt tum mel tum adeps) id cum flaua bilis factum est, per fellis vocata vasa expurgatur. Est autem hoc tenue humidum q; & fluidum, non, quale cū ad vltimum est excoctum, flauum igneum & crassum, vitellis ouorum simile: hoc nanq; iam præter naturam est: alterum vero, quod prius memorauimus, est secundum naturam. Pari modo & id nigri succi, "quod non dum illam velut ebullitionē fermentationem q; terræ efficit, est naturale: quod autem in talem mutatum est vim ac speciem, id iam preter naturam est, ceu quod ex vstione non naturalis caloris acrimoniam adsciuerit, ac veluti cinis quidam sit redditum. Sic quodam modo & fæx vsta à non vsta dissidet: illa nanq; admodum calida est, adeo, vt carnem vrat liquet ac corrumpat: altera, quę non dum est vsta, ad omnia medicos vti deprehendas, ad quę terra figulari, alijs q;, quę simul siccandi ac refrigerandi facultatem habent. Sane in atrę bilis sic vstę speciem, etiam vitellina illa subinde vertitur, quoties ipsa quoq; igneo percocta est calore. Reliqua bilis genera partim ex iam dictorum mistura constant vniuersa: partim tanquā viæ quædam sunt ad harum tum generationem, tum inter se mutationem. Distant aūt inter se, quòd aliæ meracæ sunt ac solæ:

Lib. de loc in ho. paulò post medium.

A.l.3.f 15.t.1. c.2.325.f

A.l.1.f.d.4 c.1. 7.c

A.ibidem.

A.ibidem.f

A ac solę: aliæ veluti sero quodam imbutæ. Verũ seri genera oĩa, quæ in succis habentur, sunt excrementa: purum q; ab ijs esse postulat animalis corpus: ea vero, quæ prædicta sunt, vsum aliquem naturæ conferunt, & quod crassum est, & quod tenue. Purgatur q; ab ijs sanguis tum per lienem, tum per eam, quæ iecinori subest, vesicam: ac seponitur vtriusq; partis tanta talis q; portio, quanta qualis q;, si in totum ferretur animalis corpus, noxam aliquam inferret. Quod enim admodum est crassum & terreum, ac prorsus eam, quæ in iecinore fit, mutationẽ subterfugit, lien ad se trahit: reliquum, quod mediocri est crassitudine, id & absolutum iam est, & in omnem partem fertur. Requirit enim sanguis in non paucis animalis particulis crassitudinem quãdam, æque (arbitror) vt, quæ in ipso feruntur, fibras. Ac dictum quidẽ de vsu earum etiam à Platone est: dicetur autẽ de ijs & à nobis in illis voluminibus, quibus vsum particularum persequimur. Postulat non in postremis sanguis & flauum succum, qui tamẽ adhuc igneus ad vltimum effectus non est. ac, quis illi accedat ad hoc vsus, in illis voluminibus docebitur. Sanè, "quod pituitã expurget, natura nullum instrumentum cõdidit propterea, q; frigida humida q; est, ac veluti ex dimidio coctum nutrimentũ. Desiderat igitur talis succus non vtiq; vacuari, sed in corpore manens alterari. Excrementum vero, quod à cerebro destillat, fortasse nec pituitam quis recte appellet, sed, sicut & nominari B solet, mucum & grauedinem, græce κόρυζαν. Sin aliter, quòd saltem huic vacuando natura recte prospexit, id quoq; in libris de vsu partium tradetur: quinetiam, quemadmodum, quæ in ventriculo & intestinis consistit pituita, commodissime ac celerrime vacuetur, naturæ commentum in ijsdem voluminibus mõstrabitur. Quod igitur in venis pituitæ fertur, cum sit animalibus ex vsu, nulla vacuatione eget. Sanè aduertere hoc loco ac scire oportet: tanquã ex bilis generibus aliud vtile naturale q; in animalibus est, aliud inutile ac præter naturam: sic pituitæ, quod dulce est, id salutare esse animanti & naturale: quod acidum salsum q; est, acidum quidem omnino crudum esse, salsum computruisse. Porrò omnimoda cruditas pituitæ intelligenda est, quæ in ea concoctione incidit, quæ in venis agitur: non autem in ea, quæ prima est, quæ q; in ventriculo perficitur, cũ si hac deficeretur, ne succus quidem omnino esset. His mihi satis admonuisse videor, quæ de generatione differentia q; succorum ab Hippocrate, Aristotele, Praxagora, Diocle, alijs q; veterum multis sunt dicta: neq; enim omnia in hunc librum transferenda censui, quæ ab illis ad absolutionem sunt præscripta. Tantum vero de singulis solum dixi, quantum legentes ad antiquorũ euoluenda scripta, nisi sint omnino rudes, excitet, ac, quò facilius cum ijs versentur, auxilium præstet. Porrò scripsimus & alio libro de succis, sub auctore Praxagora Nicarchi filio. Etsi enim is decem C maxime preter sanguinem faciat (quippe sanguis ipse vndecimus sit,) tamen ab Hippocratis doctrina non recedit: sed, qui ab illo simul omnes cum proprijs demonstrationibus primi dicti succi sunt, hos in species quasdam differentias q; diducit. Ac laudare quidem par est tum eos, qui explanarunt, quæ recte sunt dicta: tum vero, qui, siquid omissum est, id supplerunt: nõ enim fieri potest, vt idem incipiat ac perficiat: contra culpare & eos, qui adeo sunt delicati, vt nihil discere eorũ, quæ commode dicta sunt, sustineant: & qui adeo sunt ambitiosi, vt studio nouorum dogmatum semper aliquid astute texant, & cauillentur, partim spõte aliquid pretereuntes, qualiter Erasistratus in succis fecit, partim callide oppugnantes, veluti tum hic ipse, tum alij iuniorum non pauci. Cæterum hic liber hoc loco receptui canat: quicquid superest, id totum in tertio adijcietur.

A.l.1.f.r. d.4.c. 1.6.h

* Differentiaq;.

GALENI DE NATVRALIBVS FACVLTATIBVS LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

De retentrice, ac expultrice vi pertractat, ac de mutua facultatum naturæ consecutione.

De necessitate Retentricis facultatis. CAP. I.

A.l.1.f. r. d. 6. su.1.c.226.b

AC quòd "quidẽ nutritio fit, cum id, quod nutrit, alteratur, & ei, quod nutritur, simile fit: tũ q; in quaq; animalis particula facultas quædã insit, quã ab actione ipsa generaliter alteratricẽ, mẽbratim vero assimilatricẽ nutritoriã q; nominamus, in proximo indicatũ est libro. Materię vero copiam, ex qua sibi nutrimentum facit, quod nutritur, ex altera suppeditari virtute, quæ conuenientem attrahere sibi succum natura sit habilis, est monstratum: Sed non minus, esse conuenientem cuique particulæ succum, qui maxime, vt assimiletur, sit accõmodus: tum, quæ hũc ad se trahat, attractricẽ appellari. Indicatũ preterea ẽ, & ante assimilationẽ agglutinationẽ esse: hãc vero præcedere, quæ græce πρόσθεσις latine appositio vel adiũctio dicat. Hæc (vt sic dixerim) finis est actionis, q̃ ab attrahẽte vi pficitur. Sigdẽ ipsa nutrimẽti ex venis in singulas particulas adductio, agẽtis adhuc attrahẽtis q; virtutis ẽ opus:

opus: adductum vero iam eẽ, ac particulæ apponi, ipse est finis, cuius scilicet causa eiusmodi actio E est desiderata: quippe idcirco est attractio, vt sit appositio. Tempus tñ hic ad animalis nutritionẽ adhuc maius requiritur. Attrahi nanq; breui tempore aliquid potest: adhærere, & alterari, & prorsus ei, quod nutritur, assimilari, ac pars eius effici, protinus non potest, tempore ampliore cõmode potest. At, si appositus is succus in particula non quiescat, sed in alteram aliquam transferatur, confluat q; assidue alium atq; alium mutans locum, vtiq; in nullo eorum nec agglutinatio nec assimilatio erit. Est igitur hîc naturæ alia quadam facultate opus, quæ faciat, vt, qui appositus particulæ succus est, aliquandiu maneat: atq; hac non extrinsecus accersita, sed in nutriendo ipso collocata: quam rursus ab ipsa functione maiores retentricem vocare sunt coacti. Ac eiusmodi quidem facultatis gignendæ necessitatem ratio iã clare monstrauit: credet q; vel inuitus ex ijs quæ diximus, quisquis percipiendi intelligentiam habet, quòd, cum propositum sit ac prius demonstratum naturam artificiosam esse, & animantis curam habere, necesse sit eiusmodi facultatem illi inesse.

Quæ Partes vim Retentricem clarius obtineant. CAP. 2.

CÆterum nos, qui nõ hoc tm̃ demonstrationis genere soliti sumus vti, sed illi ex ijs, quæ manifeste apparent, necessarias ac cogentes probationes adijcere, ad istiusmodi nunc conuertemur: monstrabimus q; in quibusdam corporis particulis adeo euidentem esse retentricem facultatem, vt ipsis sensibus agnosci eius actio possit: in aliquibus vero sensui quidem minus esse euidentẽ, ratione tñ in ijs quoq; facile posse deprehendi. Ergo inde, quod docere promisimus, auspicemur, nempe à sumendis primum methodo aliqua certis particulis, in quibus ad vnguem examinare disquirere q; licebit, qualis nam demum retentrix vis sit. An igitur aliunde quis melius, q̃ à maximis maxime q; cauis instrumentis, inquisitionem incipiat? Mihi sane non videtur, siquidẽ euidentes in ijs credibile est propter amplitudinẽ eorum apparere actiones: cum fortassis in paruis, etiam si eam vim habeant vehementem, sensu tamẽ agnouisse actionẽ eius in prompu non sit. Porrò inter animalis partes maxime cauæ amplissimæ q; sunt ventriculus, & vterus, & quæ secundæ vocantur. Quid igitur prohibet, quo minus has proponentes, actiones earũ æstimemus: ac earum, quæ ante dissectionem conspicuæ sunt, in nobismet ipsis examen ineamus: quæ vero obscuriores sunt, similia homini animalia dissecemus? Non quò non abunde, generalem saltem, quęlibet facultatis notitiam etiam dissimilia ostendant, sed quò simul cum generali propriam quoq; in nobis ipsis habentibus, ratio ad morbos tum agnoscendos tum sanandos facilior suppetat. Ac, quoniam de ambobus instrumentis simul dixisse non est, seorsum de vtroq; sermonẽ instituemus, ab eo auspicati, quod retentricem facultatem illustrius monstrare possit. Retinet nanq; & venter ci- G bum, quoad eum concoxit: retinet porrò non minus & vterus fœtum, quoad hunc cõsummauit: cæterum longe amplius est perficiendi fœtus tempus, quàm cibi concoquendi.

A.l.3.f.13.t.1. c.1.285.a

De Retentrice ac Expultrice Vteri facultate. CAP. 3.

QVare verisimile est tanto clarius à nobis in vtero retentricem facultatem conspici posse, quanto diutius, quã ventriculus, retinendi functionẽ exercet: quippe nouẽ mensibus plerisq; mulieribus perficitur in vtero fœtus: qui tota quidem ceruice conniuet, complectitur autem fœtum vndiq; vnà cum secũdis. Est q; tum oris cõniuentiæ, tum moræ fœtus in vtero, finis, ipsa actionis vtilitas: neq; enim temere aut sine ratione condidit vterum natura, ad complectendum retinendum q; fœtum sufficiẽtẽ, sed idcirco, vt, quod gestat, ad debitam perueniret magnitudinem. Ergo, vt id cõpletum est, cuius gratia retentiua potestate vterus est vsus, vtique hanc inhibet ac cessare facit, propultrice, quæ hactenus quieuerat, loco eius assumpta. Sanè erat & quietis huius facultatis finis, ipse vsus: ita etiam actionis eiusdem finis, similiter ipse vsus: vtpote quo excitante agat, non excitante quiescat. Licet q; rursus hoc loco naturæ artem intelligere, quæ singulis instrumentis non solum vtilium actionum facultates inseruit, verũ etiam quietis & motionis opportunitatem præuidit. Siquidem succedentibus rite omnibus, quæ in vtero fiunt, expul- H soria vis, veluti nulla sit, ita omnino quiescit: improspere autem cedentibus vel circa secundas, vel cæterarum quampiam membranarum, vel circa ipsum, qui gestatur, fœtum, ac desperata prorsus eiusdem perfectione, non amplius expectat vterus nouem mensium temporis moram, immo retentrix facultas statim ab opere desistit, & ei, quæ prius quieuerat, moueri concedit. Porrò agit iam ac molitur salubre aliquid expulsoria propulsoria q; vis, ita enim & hanc appellarunt, ab opere scilicet, sicut & alijs, illi quoque nominibus impositis. Videtur q; disceptatio nostra de ambabus simul demonstrationem allatura: quippe, cum sibi mutuo succedant: & altera reliquę, cum vsus postulat, semper cedat: etiam communem eas doctrinam sortiri non est absurdum. At retentricis virtutis opus est, prægnantium vteros vndiq; contrahere, vt nõ immerito contrectantibus obstetricibus os eorũ conniuere videatur. Iam vero pręgnantes ipsę primis diebus, potissimum q; eo ipso, quo semen est conceptum, moueri ac in se ipsum concurrere vterum sentiunt. Quòd si ambo hæc incidũt, vt & os vteri citra phlegmonen alium ve affectũ conniueat, & sentiatur deinde succedere vteri in se ipsum motus, iam semẽ à mare & cepisse se mulieres existimant, & retinere censent. Neq; nos ista modo illis confingimus: sed longo vsu cõprobata, ab oĩbus ferè, qui de ijs disseruere, sunt prodita Herophilus certe neq; hæc scribere est grauatus, ne specilli quidem mucronem

admittere

A admittere vteros ante, quàm mulier pariat: preterea ne vel minimum quidem hiscere, vbi conceperint, laxius autem recludi, cum menses profluunt. Huic astipulātur & reliqui omnes, qui de his tractauerunt: primusq; omnium non medicorum modo, sed etiam philosophorum, Hippocrates conniuere os vteri, tum conceptibus, tum phlegmonis, pronunciauit: ceterum in cōceptibus seruato naturali habitu: in phlegmonis vero in durum mutato. At sub expultrice, quę cōtraria iam dictæ facultas est, os quidem eius aperitur: fundum aut vniuersum, quàm potest proxime, ad os descendit, fœtum propellēs foras: vnà vero cum fundo etiam, quæ continē.es partes sunt, quæ scilicet veluti latera totius instrumenti sunt, suppetias in toto opere ferētes trudunt propelluntq; fœtum foras vniuersum. Non paucis quoq; mulierum, quę vtiq; immodice huiusmodi facultate sunt vsę, violenti dolores totum vterum excidere subegerunt, simili quodam in his accidente ei, quod in lucta & contētione sæpe visitur, quādo, qui alteros euertere deijcereq; nituntur, ipsi vnà concidunt: ita nanq; vterus, dum fœtum extrudit, ipse aliquando simul excidit, potissimum cum eius ad spinam ligamenta naturaliter sunt laxa. Est porrò & illud miro naturæ cōsilio prouisum quòd viuente fœtu vteri os ad vnguem cōniuet: mortuo vero tantum statim aperitur, quantū ad exitum sit ex vsu. Quin etiam obstetrices ipsæ non illico parturientes surgere iubent, nec in sella B collocant: immo prius os vteri, quod paulatim se aperit, tangunt: ac primū quidem sic, vt paruum digitum in id dimittas, hiscere dicunt, postea vero etiam magis: parua autem interposita mora percontantibus nobis respondent dehiscentis eius modum auctum: postea vero, quàm ad fœtus transitum satis patet, surgere mulierem iubent, & in subsellio collocant, ac, ad expellendum strenue fœtum se paret, adhortantur. Est porrò id opus, quod à se ipsis prestant parientes, non vteri, sed musculorum, qui sunt in abdomine: qui scilicet tum ad deiectionem, tum ad reddendam vrinam nobis sunt auxilio. Atq; ita quidem in vtero duæ iam memoratę facultates apparent.

5.aph.51.et 54

Ex.or.42.b et f

A.l.3.f.13.t.1.c. 1.284.g

De Ventriculi Retentrice, ac Expultrice. CAP. 4.

IN ventre vero ad hunc modum: primum quidem ex fluctuantis humoris sonitu, qui medicis imbecilli ventris symptoma creditur: & certe rationabiliter creditur. Interim enim cum minimum ciborum assumpsimus, non fiunt, complectente prorsus eos ventre ac vndiq; constringente interim plenus cibo venter est, sonitus tamen fluctuantis in eo humoris, veluti ex vacuo, exaudiuntur. Cum enim pro sua natura se habet, ac constrictoria vi rite vtitur, quamlibet exiguum sit, quod in se continet, totum id vndiq; complexus, nullum vacuum relinquit locum: cum imbecillus est, quacunq; parte exacte complecti assumpta non valet, hic laxum quoddam spacium effi- C ciens permittit ea, quæ in se continet humida, pro figurarum varietate ex alio loco in alium transire, ac fluctuationum sonitus ædere. Rationabile itaq; est, qui hoc symptomate laborant, ne concoctionem quidem sufficientē sperare: neq; enim potest, qui imbecillus venter est, probe concoquere. Porrò talibus etiam diutius in ventre manere grauitas videtur, quòd videlicet tardius concoquunt. Iam mirari licet in his ipsis maxime diuturnam in ventriculo morā, non ciborū modo, verūetiam potionis. Non enim, sicut existimauerit quispiam, cum ventris os inferius angustum prorsus sit, nihil id sinere abire, quoad exacte læuigetur, hæc vera causa est. Non pauci enim ossa fructuum valde magna, sępe plurima deuorant: iam anulum quidam aureum, quem ore tenebat, imprudens deglutiuit: alter vero numum: alius aliud durum quoddam. & quod cōfici nō potest: attamen hi omnes facile excreuerunt ea, quæ deuorassent, nullo illis superueniente symptomate. Quòd si meatus ventriculi angustia causa esset diutinæ in eo parum comminuti cibi moræ, nihil sanè horum pertransisset. Quin etiam, quòd potio ipsa longo spacio illis in vētriculo moretur, satis fuerit, quòd eos à suspicione de meatus angustia abducat. Omnino enim, si causa celeris egressus esset ipsa transmutatio in succum peracta, vtiq; & sorbitiones & lac & ptissanæ cremor in omnibus illico transirent: verum secus est: nam, qui imbecilli sunt, ijs diutissime hęc innatant, & flu- D ctuationes cum sonitu, dum morantur, excitant, ventriculumq; premunt pariter & grauant: q validi sunt, ijs adeo nihil horum incidit, vt etiam panis & carnis magna copia facile descendat. Sanè non solum ex eo, quòd vndiq; tensus sit & grauatus ventriculus, ac quæ in eo sunt, aliàs in aliā partem cum sonitu fluctuent, morari diutius in eo, quæ assumpta sunt, ijs, qui ita se habent, possis conijcere, sed etiam ex vomitionibus. Siquidem sunt, qui, non dico post tres quatuor'ue horas, sed iam media nocte, cum multum intercessisset à cibo tempus, omnia prorsus, quæ sumpsissent, vomuerunt. Quin etiam, si animans, quoduis humido expleueris cibo, veluti ipsi in suibus subinde sumus experti, ex farina atq; aqua quandam velut miscellam illis obijcientes, deinde post tres quatuor've horas dissecantes, si tu quoq; ita feceris, inuenies adhuc in ventre ea, quę assumpserūt. Quippe conuersio ciborum in cremorem non est moræ istic manendi terminus, quam vtique etiam, dum foris sunt, efficere licet, sed concoctio, quæ à conuersione in cremorem res est diuersa, sicut sanguificatio & nutritio. Tanquam enim hæ functiones monstratæ sunt qualitatum mutatione fieri, itidem concoctio ciborum in ventriculo, mutatio eorum est in propriam eius, quod nutritur, qualitatem. Vbi autem ad perfectionem cibos concoxit, tum aperit inferius os, excidunt'que per ipsum facile cibi, etiam si lapides ossa acinos alia've, quæ verti in cremorem non possint plurima secum habeant: liceq; hoc in animali contempleris, coniecto descensus

ciborum

ciborum tempore. Quin, siquādo te tempus fallat, nec quicquam deorsum feratur ventriculo adhuc cibos coquente, ne sic quidem infrugifera tibi dissectio erit: cernes nanq; in illis ea, quæ paulo supra diximus, exitum ventriculi, quo loco cum intestino cōmittitur (πύλωρον græci vocant,) ad vnguem clausum: ventriculum aūt totum cibos suo complexu premētem perinde omnino, sicut vterus fœtum. Neq; enim est inuenire, nec in vtero, nec ventre, nec vesica vtrauis, nec ea quæ bilem excipit, nec altera, locum vacuum: sed, siue parum sit, quod in his continetur, siue multū, pleni eorum sinus apparent, tunicis ipsis semper ea, quæ continēt, arcte complectentibus, modo scilicet naturaliter animal se habeat. Erasistrato autem, nescio quo pacto, complexum hūc ventriculi omnium esse causam placet, tum ciborum læuigationis, tum excrementorum subductionis, tum distributionis eorum, quæ in cremorem sunt conuersa. Ego tamen in viuenti adhuc animali, diuiso eius peritonæo, sexcenties deprehendi semper intestina complexu suo ijs, quæ continerent, applicita: ventriculum vero nō perpetuo, sed post assumptos cibos superne eos inferné que & vndiq; arcte complexum, ac immotum adeo, vt cibis vniri & ijs vndiq; adhærere videretur. Quo tempore etiam pylorum conniuentem clausum q; ad vnguē inueni, nō secus ac prægnantibus os vteri: at post concoctionem consummatam reclusus quidem erat pylorus, ventriculus autem complexus motu, intestinorum ritu, mouebatur.

Vesicæ bilis & vrinæ similem ventriculo inesse vim Retentricem ac Expultricem. CAP. 5.

OMnia igitur hæc inter se in idem consentiunt, quòd aliquæ sint in ventriculo, in vtero, in vesicis, ingenitę facultates, quæ & retinere possint ea, quæ qualitate conueniant, & quæ aliena sunt, expellere. Siquidem, quòd bilē ad se trahat ea, quæ iecinori subest vesica, supra est monstratum: quòd autem & in ventrem quotidie eijciat, id quidē euidenter cernitur. Atqui, si tractricis operā statim excretricis actio exciperet, nec media semper inter eas intercederet vis retētrix, oporteret dissectis animalibus parem in vesica bilis inueniri modum: at nō sic inuenitur: quippe aliàs plenissima, aliàs prorsus vacua, aliàs sub medio statu, varijs se habens modis cernitur, qualiter etiā altera, quæ lotio est addicta: Hanc nanq; ante omnem dissectionem colligere vrinam sentimus, prius etiam, quàm eam vel multitudinis pondere vel mordentis acrimonia offendi, tanquam hic quoq; non deficiente retentrice vi. Ita nimirum & ventriculus mordente subinde acrimonia irritatus, ante legitimum tempus, crudum adhuc cibum abijcit: rursus multitudine aliquando grauatus, aut etiam ambabus coeuntibus male affectus, diarrhœis infestatur. Quin etiam superioris vētris vel multitudine grauati, vel ciborum excrementorum'ue qualitatem non ferentis, similis diarrhœis quidam affectus vomitio est. Vbi enim in imis eius partibus talis affectus incidit, ac firmæ partes sunt, quæ circa stomachum habentur, diarrhœæ citantur: cum vero eius os sic afficitur, si cæteræ partes sunt valentes, vomitiones cientur.

Quatuor Naturæ Facultates mutua consecutione indigere. CAP. 6.

LIcet porrò idem & in ijs, qui cibum fastidiūt, intueri: quippe qui comesse coacti nec deglutire, quod comederunt, valent: nec, si id per vim faciant, quod deglutitum est, retinent, sed protinus euomunt. Etiam, qui aliàs quoq; cibum quemlibet auersantur, si vrgeantur aliqñ, vt eum sumant, celeriter euomunt: vel, si violenter contineant, & nausea infestantur, & resupinari sibi ventriculum sentiunt, &, quod offendit, amoliri properare. Ita nimirum ex omnibus, quæ euidenter apparent, quod inter principia diximus, confirmatur, omnibus scilicet propemodum animalis partibus inesse debere desiderium quoddam ac veluti appetentiam conuenientis sibi qualitatis, auersionem autem quandam veluti q; odium alienæ. At, dum expetunt, attrahere eas rationabiliter existimātur: dum auersantur, à se ipsis repellere: atq; ex his rursus tū attractoria vis in toto inesse monstratur, tum expulsoria. At vero, si & appetentia quædam est & attractio, fuerit profecto & fruitio aliqua: cum nihil in rerum sit natura, quod propter ipsum, vt sic dicam, trahere siue trahendi functionem, trahat, immo vt eo, cuius per tractum fit compos, fruatur: atqui frui eo non licet, nisi retineat. Iam hinc rursus retentrix vis necessario genita esse probatur: quippe ventriculus manifeste conuenientes qualitates expetit, alienas respuit. Sed, si & expetit, & trahit, & retinendo ac vndiq; complectendo fruitur, erit vtiq; & finis illi quispiam fruitionis: post quem iam expultricis facultatis agendi tempus succedit.

De Alteratione Ciborum in ventriculo. CAP. 7.

VErum, si & retinet & fruitur, etiam ad eū finem, ad quem sic retinet & fruitur, abutitur. Porrò is finis est, vt eius, quod in qualitate conueniens consentiens q; est, partem aliquam capiat. Itaq; quod in cibis optimum est, id halitus specie & paulatim sibi attrahit, atq; in tunicis suis reponit, ijsdem q; adiungit. Vbi abunde saturatus est, quicquid reliquum nutrimenti est, veluti onerosum aliquid reijcit: quanquam ex eo, quod cum ventriculo habuit, commercio, ipsum quoq; consecutum est salutare aliquid. Neq; enim fieri potest, vt duo corpora, quæ ad agendū ac patiendum sunt nata, vbi conuenerunt, non vel simul patiantur agant q;, vel alterum agat, alterum patiatur. Quippe, si pares ijs vires sunt, ex ęquo tum agent tum patientur: sin longe superet vincat q; alterum, magnum quiddā, & quod sensu pcipi possit, in id quod patitur, efficiet, ipsum vero vel exiguum

A guum aliquid & quod sensu deprehendi non possit, vel omnino nihil, patietur. Porrò in hoc potissimum dissidet nutrimentum à medicamento venenoso: hoc nanque vim corporis vincit, illud ab hac vincitur. Minime igitur potest conueniens animali nutrimentū esse, quod ab ijs, quæ in animali sunt, qualitatibus non vincitur: porrò vinci aliud non est, quàm alterari. At, quoniam particularum aliæ viribus sunt firmioribus, aliæ magis imbecillis, vincent quidem omnes nutrimentū id, quod animali est conueniens, non tñ æquali oēs modo. Ergo vincet ēt venter, ac nutrimentū alterabit, non tamē sic, vt iecur & venæ & arteriæ & cor. Quanta igitur sit ventris alteratio, age iam videamus. Sanè ea maior est, quàm quæ in ore perficitur: minor vero ea, quæ in iecinore & venis: horum nanque alteratio nutrimentum in sanguinis substantiā mutat: quæ aūt in ore agitur, mutat quidem id in alteram speciem manifeste, non tamen ad perfectionē transformat. Discas id ex ijs, quæ ex cibo in dentium interuallis relicta, per totam noctem hæserunt. Neque enim panis inibi relictus prorsus est panis, neque caro prorsus caro: sed olet quidem eiusmodi quiddam, cuiusmodi olet animalis os: cæterum & dissolutum est & liquatum, & carnium animalis admiscuit sibi qualitates. Licet autem contēpleris, quàm magna sit in ore ciborum alteratio, si mansum triticum crudis furunculis applicaueris: cernes nanque id ocyssime hos mutare & concoquere: cum tamē, si aquæ admiscea B tur, nequeat tale quicquam efficere. Nec est, quod id mirere: nam pituita hæc, quæ in ore habetur, & lichenum remedium est, & scorpios statim necat: præterea multas ex ijs, quæ venenū mittunt, bestias partim protinus perimit, partim spatio: omnes certe insigniter lædit. Sed, qui mansi sunt cibi, primum quidem hac pituita imbuuntur, & cum ea miscentur: deinde carnem quoque oris omnes contrectarunt: itaque maiorem mutationem sunt consecuti, quàm ij, qui in vacuis dentium interuallis fuere impacti. Verum, quanto ij, qui mansi sunt, his, qui inhæserunt, magis sunt alterati, tanto etiam illis magis hi, qui deuorati sunt: siquidem incōparabilis erit horum alterationis excessus, si & quæ in ventre est pituita, & bilis, & spiritus, & calor, & tota ventris substantia, æstimentur. Quod si viscera quoque, quæ illi adiacent, tanquam magno lebeti plures ignis foci, pariter æstimata sint, à dextris quidem iecur, à sinistris lien, superne cor, & cum eo transuersum septum & leuatum & assidue motum, his etiam amplius omentum quod prædicta tegit, ingentem quandam ciborum, qui in ventriculum sunt deuorati, alterationem fieri credas. Quo autem pacto mutari facile in sanguinē possent, nisi tali essent mutatione præparati? Monstratum nanque supra est nihil in contrariā qualitatem totum simul migrare. Ergo quo modo fiet sanguis ex pane: quo modo ex beta faba ue aut reliquis id genus, nisi hæc alteram prius mutationem sint adepta? Iam quo modo in tenuibus in- C testinis confestim creabitur stercus? quid enim quæso in his efficacius ad alterationem dicas ijs, quàm sunt circa ventrem? num tunicarum numerum, an circumpositorum viscerum vicinitatē, an moræ spatium, an innatum quendam in instrumentis calorem? atqui nullo horum superant intestina ventrem. Cur igitur, vbi panis tota sæpe nocte moratus est in ventre, etiam seruari eum volūt, ac pristinas suas qualitates tueri: vbi semel intestinis incidit, statim effici stercus? quippe, si tantū tempus ad alterandum satis non est, certe breue satis non est: sin breue ad alteradum est satis, quo modo non magis sufficiat tempus longum? An igitur alteratur quidem alimentum in ventre, cæterum diuersa alteratione, & non tali, qualē ex mutantis instrumenti habet natura? An hac quidē est alteratum, non tñ ea, quę est corpori animalis propria? hoc longe profecto minus fieri quouis pacto potest, quādo non aliud erat concoctio, quàm alteratio in propriam eius, quod nutritur, qualitatem. Si igit concoctio hoc est, & ostensum est nutrimentum in ventre suscipere qualitatē, quàm sit animali, quod ex ipso nutriendum est, conueniēs, ex eo iam demonstratum est scilicet, quod in ventre nutrimentum concoquitur. Est que ridiculus sanè Asclepiades, cum dicit nec in ructibus, nec in vomitionibus, nec dissectionibus, concoctorum ciborum qualitatem vnquā apparere: siquidem hoc ipsum, quod corporis ventriculi odorē referunt, ex ipsa prouenit concoctione. Hic vero adeo est D rudis, vt, cum veteres dicere audiat cibos in vētre ad salubritatē cōuerti, non eam, quàm viribus spectetur, sed eam, quæ gustui probetur, quærendā putet, tanquā vel pomo magis pomo (ita.n. disputandū cū hoc est) in ventre reddito, vel melle magis melle. Porrò multo magis rudis magis que ridiculus est Erasistratus, aut nō intelligens, quēadmodum à veteribus dictum sit concoctionē esse elixationi similē: aut sponte se ipsum fallens. Atque elixationi quidē, quæ tā leuē habeat calorē, concoctionē assimilari posse, negat verisimile esse, tanquā aut ætna subijciendus ventri sit, aut aliàs alterari ab eo cibi nō possint: aut possint quidem alterari, non tñ per insitū illi calorē, qui humidus sit, eo que elixare nō torrere dicat. Debebat aūt, si quidē contra de rebus disceptare voluit, maxime quidē ac primū illud docere, nec mutare prorsus nec alterare in qualitatē vētrē cibos: secūdo loco, si id confirmare non potuisset, alterationem eorum in ventre animali esse inutilem: si nec id calumniari licuisset, opinionem, quæ de actiuis habetur principijs, refellere, monstrare que non prouenire in particulis actionem ex certa calidi frigidi humidi sicci que temperatura, sed alio quopiam: quod si nec id calumniari est ausus, saltem illud docere, non esse calidum in ijs, quæ naturæ administratione reguntur, cæteris efficacius: vel, si nec id nec cęterorum, quæ dicta sunt, quicquam demonstrare potuisset, minime nugari, frustra de nomine contendendo: tanquam Aristoteles tum in alijs non paucis, tum in quarto Meteorologicon, quemadmodum concoctio elixationi sit similis, quod que

A.l.1.f.1.d.4.c.2.8.b

A.l.1.f.1.d.4.c.2.8.c

1. de nat. ui. in ac. tex. 22.7. 119.c

quod q; nec primum nec proprie sic nominetur, non clare prodiderit. Verum, sicuti iam dictum E est, vnum omnium horum principium est, de calido frigido humido & sicco considerationem ini uisse: sicut in secundo de generatione & interitione Aristoteles fecit, omnes, quæ in corpore sunt mutationes alterationes q; ab his proficisci demonstrans. Cæterum Erasistratus neq; his, neque alio vllo ex iam dictis refutato, ad nomem elixationis tantummodo se conuertit. Atq; de concoquendo quidem, tametsi cætera omnia prætermisit, illud saltem demonstrare conatus est, differre ab externa elixatione eam, quæ in animalibus est, concoctionem.

De Ventriculi Tunicis. CAP. 8.

DE deglutiendo vero, ne tm̃ quidem egit: quid enim ait? Tractio quidem ventris nulla esse videtur. Atqui venter duas habet tunicas, quę oĩno alicuius gratia sunt conditę: pertinet q; hę etiam vsq; ad ipsum os, quæ quidē interior est, qualis in ipso est vētre, talis persistens: altera ad carnosiorem speciem in gula conuersa. Ac, ꝙ contrarias inter se fibrarum dispositiones hæ tunicę habeāt, ipsa rei euidentia testatur: cuius autem causa tales sint conditæ, Erasistratus certe ne vel conatus est dicere: nos vero nunc dicemus. Quæ interna est, in directum porrectas habet fibras, vt quæ trahendi causa sit instituta: externa transuersas, quò circulo cōtrahant: quippe singulorum, quæ mouentur, instrumentorum corpora pro fibrarum positura motus habēt. Primum aũt, si pla F cet, in musculis ipsis sermonem examina: in quibus tum fibræ ipsæ, tum motus, propter notabilitatem euidentissime cernuntur. A musculis ad naturalia instrumenta, te conferas, licet, oĩno videbis ea per fibras moueri: itaq; etiam singulis intestinis circulares in vtraq; tunica fibrę sunt: contrahuntur. n. dũtaxat, nec quicquam trahunt: at venter alias fibrarum rectas habet, quibus. s. trahat: alias transuersas, quibus constringat. Tanquā. n. in musculis, dum fibra quæq; intenditur atq; ad principium retrahitur, motus eorum obitur, itidem in vētre. dum transuersæ fibrę tenduntur, latitudinem contentę inter ipsas cauitatis minorem fieri est necesse: rectæ vero dum trahuntur, ac in se ipsas coguntur, fieri nequit, vt non minuatur longitudo. At vero deglutientibus nobis, liquido cernitur larynx (ea est arteriæ, quę aspera dicitur, pars summa) simul sublata, sursum q; intātum currens, quantum gula deorsum trahitur. Cum q; completa iam deglutiendi functione laxauerit se gula, luculenter descendere cernitur summa arteria: siquidem interna vētriculi tunica, quæ rectas habet fibras, quæ q; tum gulam intrinsecus vestit tum os ipsum, ea super internis summę arteriæ partibus extendit. Itaq; fieri nequit, cũ ipsa à ventriculo deorsum trahitur, vt non simul & summa arteria attrahatur. Quòd autē circulares fibræ, quibus contrahunt tum aliæ particulæ, tum vero ventriculus, de longitudine nihil minuant, sed latitudinem contrahant atq; angustent, G id quidem Erasistratum fateri inuenias: quippe cibos toto concoctionis tempore vndiq; constringere ventrem ait. At, si vndiq; constringit, nec tñ quicquam de ventris longitudine aufert, non est constrictiui motus proprium, vt gulam deorsum trahat. Quippe, quod Erasistratus ipse dixit, id illi tantummodo continget, vt, dum superiores partes contrahuntur, inferiores dilatētur: id vero, quod, si in demortui quoq; gulā aquam infundas, fieri cernetur, nemo ignorat: trāsitum nanq; materiæ per angustũ corpus, id accidens cōsequitur: mirum enim sit, si transeunte per eam mole aliqua, non dilatetur. Illud ergo, quòd supernis partibus contractis infernæ dilatentur, commune est tum mortuis corporibus, per quæ quoquo modo aliquid transit, tũ viuis: id q; siue constringātur ab ijs ea, quæ transeunt, siue trahantur: at breuiare longitudinē, instrumentorũ, quibus rectæ sunt fibræ, quò. s. aliquid attrahant, propriũ est munus: atqui demonstratũ est gulā attrahere, non enim aliàs summam arteriam traheret: patet igitur ventriculũ per gulam cibos trahere. Quin etiā in vomitione eorum, quæ vomuntur, impetus ille, qui vsq; ad os fertur, omnino partes eas gulæ, quæ à subeuntibus dilatantur, hiantes habet: partium vero, quę à fronte occurrunt, quācunq; apprehendit, hanc hiare incipientē: quę vero à tergo pars est, hanc vtiq; contractam relinquit, ita, vt gulæ affectus iuxta hoc oĩno deglutientiũ affectui similis sit. Cæterum, vbi tractus nullus adest, lon H gitudo tota in talibus symptomatis æqua seruatur. Atq; idcirco deglutire facilius est, quā vomere, ꝙ scilicet deglutiatur ambabus ventris tunicis operantibus, interna quidem trahente, externa se contrahēte vna q; trudente: vomatur aũt, altera tm̃, quæ foris est, agente, nec vllo in os trahente. Non enim, sicuti ventris appetentia deglutiendos cibos pręcedit, sic in vomitionibus appetit oris pars vlla excitati affectus quippiam: sed sunt ambo ventris affectus inter se contrarij: alter appetētis & suscipientis, quæ vtilia sunt ac propria: alter abhorrētis & reijcientis, quę sunt aliena. Eoq; deglutitio ipsa in ijs, qui conuenientes vētri cibos immodice appetunt, ocyssime fit, ventre scilicet eos trahēte, ac deorsum vellente prius, q̃ sint mansi: in ijs vero, qui vel medicamentum aliquod co acti bibunt, vel cibum aliquē medicamenti loco sumunt, molesta deglutitio est, ægre q; perficit. Ergo ex iam dictis patet internam gulæ tunicam, cui rectæ sunt fibræ, quò ab ore in se attrahat, esse institutam, eo q; in deglutiendo tm̃ agere: externam vero, cui transuersæ sunt fibræ, quò constringat ea, quæ continet, ac protrudat, talem esse factam, eandem tñ non minus in vomendo, quā deglutiendo, operam suam nauantem. Clarissime subscribit his, quę dicimus, & quod in hiatulis, & ijs qui græce vocantur συνόδοντες, accidit, vt quorum venter interim in ore inueniatur: veluti Aristoteles in libris de animalium historia prodidit, reddita ēt causa: præ gulositate id inquiens illis

A.l. 1. f. 1. d. 5. c. 1. 10. b
A. ibidem.
A. ibidem. c
A. l. 3. f. 13. t. 1. c. 3. 285. b

« A illis contingere: ita enim scribit. In vehementiore appetentia venter omnibus animalibus sur-
« sum procurrit adeo, vt nonnulli, cum primum incipere eum affectum sentiunt, foras repere sibi
« ventrem dicant: alijs vero cibos, quos adhuc mandunt nec dum satis ore confecerunt, eripit pla-
« nè inuitis. Ergo in ijs animalibus, quæ natura sunt gulosa, quibus q; oris laxitas est ampla, ac ven
« tris situs propinquus (veluti in synodonte ac channa cernitur) nihil miri est, si, cum in admodum
« vehementi esurie, minorum piscium aliquem persequuntur, ac iam in eo prope sunt, vt compre-
« hendant, auiditate perurgente venter eorum in os sursum rapitur. Fieri autem id aliter prorsus
« nequit, nisi venter cibos per gulam, veluti per manum, ad se trahat. sicuti enim & nos præ studio
« aliquando nos totos vnà cũ manu extendimus, quò promptius corpus, quod petimus, apprehen
« damus, ita & venter cum gula, veluti cum manu, vnà extenditur. Proinde in quibus animalibus
« hæc tria simul incidunt, vehemens nutrimenti auiditas, gula parua, & oris laxitas ampla, in his paulum extensionis momentum, totum ventrem sursum in os agit. Ac naturali quidem homini fortasse sufficeret ex vna ipsa instrumentorum compositione argumentum actionis sumpsisse: nam frustra profecto natura ex duabus tunicis, quæ contrario modo inter se habent, gulam fecisset, nisi varia earum vsa esset actione. Verum, quoniam omnia citius, quam naturæ opera digno-
B scere, Erasistrati sectatores possunt, agendum ex animalium dissectione doceamus eos vtranque tunicam predictis fungi actionibus. Ergo, si accepto animali quopiam, corpora, quæ circa gulã eius sunt, auferens, nullo eorum, quæ illic habentur, nec neruo nec arteria nec vena præcisa velis à mento ad thoracem vsque externam gulæ tunicam, cui transuersæ sunt fibræ, recta sectione diuidere, mox cibum animali obijcere, videbis id cibũ deglutire, tametsi constringendi vis illi sit adempta. Rursus, si in altero animali vtrãque tunicam transuersa incisione secueris, id quoque deglutire videbis, nullam etiam opem ferente tunica interna. Ex quo manifeste patet, quòd altera earum deglutire licet, cæterum deterius quã ambabus. Etenim præter alia illud quoq; perspicere in iam dicta dissectione licet, ꝙ inter degluttiendum, spiritu, qui vnà cum cibis deglutitur, gula impletur: is autem constringente se externa tunica, facile in ventrem cum cibis compellitur: tempore autem, quo in gula est, descendentibus cibis impedimento fit, tum eam distendens, tum eius actionem impediens. Sed nec horũ cuiusquã Erasistratus meminit: nec ꝙ obliquus gulæ situs eorum dogma clare refellit, qui putãt ea, quæ deglutiuntur, à momento illo, quo superne sunt impulsa, vsq; in ventrem promoueri. Vnum modo recte dixit, multa eorum animalium, quibus longum collum est, inclinato corpore deglutire. Quo scilicet sensibili effectu planum est demonstra-
C re eum non vtiq;, quemadmodum deglutiamus, sed quemadmodum non deglutiamus: nam, ꝙ non ex solo eo, quod superne incipit, momento, planè ex hoc patet: an tñ ventre trahente, an gulà ea ducente, id certe adhuc non patet. Verum nos omnibus percensitis rationibus, & quæ ex instrumentorum compositione suppeditantur, & quæ ex alijs symptomatis, quæ q; ante nudatam gulam, quæ q; post, apparere paulo ante diximus, abunde indicauimus trahendi gratia tunicam internam, trudendi externam esse conditam. Ac propositum nobis erat demonstrare in singulis instrumentis retentricem inesse vim, sicuti in superiore libro tractricem, atq; etiam alteratricem: ipsa vero sermonis sequela ducti, quatuor esse in ventre virtutes indicauimus: in deglutiẽdo, tractricem: in concoquendo, retentricem: in vomitione, & concoctorum ciborum in tenue intestinum descensu, expultricem: ipsam vero concoctionem, alterationem esse.

A.l.1.f.1.d.5. c.1.9.c.

Easdem, quæ Ventriculo insunt, cæteris partibus, quæ nutriri debeant, inesse facultates. CAP. 9.

NOn est ergo, quòd de splene etiam dubitemus, an is, quod sibi conuenit, trahat: quod alienũ est, secernat: quod attrahere per naturã potest, id alteret, ac retineat: sed nec de iecinore, vel vena, vel arteria, vel corde, vel cæterorum vllo: cũ quatuor has facultates omni particulæ, quæ nutriri debeat, demonstratum sit necessarias esse: ideo q; eas ministras esse nutritionis diximus. Tan
D quam enim stercus hominum est canibus suauissimum, ita iecinoris excrementorum, aliud lieni, aliud bilis vesicę, aliud renibus, est iucundum.

Quam Doctrinam quibus Lectoribus Galenus scribat. CAP. 10.

DIcere q; de eorum generatione post Hippocratem, Platonem, Aristotelem, Dioclem, Praxagoram, & Philotimum etiam nolim: neque enim de potentijs ipsis dicerem, siquis priorum exacte de his disseruisset. Sed, qm̃ veteres quidem, cum de ijs multa cõmode disseruissent, disputationis robur minime ijs adhibuerunt, ne quidẽ suspicati scilicet vllos fore adeo impudentes sophistas, qui rebus euidentibus cõtradicere conarentur: Iuniores vero partim sophismatis, quibus victi erant, fidem adhibuerunt: partim etiam sophismata refellere conati, longe mihi abesse à veterum viribus sunt visi: idcirco, tanquam siquis illorum superesset, is mihi contra eos, qui artis pulcherrima subuertunt, disputaturus videretur, ipse quoq; sic libros conscribere sum conatus. Quòd autem aut nihil, aut, siquid effecero, omnino exiguum id erit, haud ignoro. Multa nanque inuenio antiquis ad vnguem demonstrata, quæ tamen hodie plerisq; nec propter ignorantiam intellecta sunt, nec propter socordiam intelligi tentata: adde, ꝙ nec, si cui sunt cognita, huic etiam iuste sunt examinata. Quisquis enim nosse quid supra vulgum debebit, statim non natura modo, verũetiam primis doctrinarũ rudimentis, multum cæteris præstet, oportet: Idem, vbi iam ado-

leuerit, veritatis insano quodam teneatur amore, veluti afflatus: Tum sine vlla diei noctis've inter E missione properare ac contendere, ea, quæ à clarissimis veterum tradita sunt, discere: eadem q́; vbi didicerit, iudicare: multo q́; tempore explorare, ac considerare, quæ rebus sensui patentibus consentiant, quæ q́; rursus ijsdem dissentiant: ac sic illa quidem suscipere, hæc respuere. Atq; huic quidem admodum vtiles fore libellos nostros spero. (erunt autē huius generis oīno pauci:) reliquis opus hoc perinde fore superfluum, ac si quis asino fabulam narret.

De Attractrice ac Expultrice vi singulorum Instrumentorum. CAP. 11.

ABsoluenda igitur nobis eorum causa, qui veritatis sunt cupidi, disputatio est, adijcientibus scilicet, quæ in ea desiderantur. Trahit nanq; vellit q; ad se ventriculus cibos manifeste ijs, qui vehementer esuriunt, ante, q̄ sint in ore ad vnguem leuigati: recusat autem ac reijcit ijs, qui cibos fastidiunt, ac qui comesse sunt coacti. Ad eundem modum cæterorum quoq; instrumentorū singula ambas obtinent facultates: & qua conueniens trahunt, & qua alienum repellunt. Proinde, si quod vel ex vna tunica instrumentum constat, veluti ambæ vesicæ vterus & vena, vtrunq; fibrarum genus obtinet, rectarum ac transuersarum. Quin tertium quoque fibrarum genus obliquarum est, minus omnino, q̄ duo prædicta genera, numerosum: inuenit aūt id in ijs instrumētis, quæ ex duabus tunicis constant, in altera sola, rectis. s. ipsis fibris immistum: in ijs autem, quæ ex F singulari constant tunica, vna cum alijs duobus generibus. Sanè hæ maxime auxilium præstant retentricis facultatis actioni: postulat. n. in hoc opere particula super ea, quę continet, stringi, ac circum ea tendi: ventriculus quidem toto concoquendi cibi, vterus toto gestandi fœtus tempore. Venæ quoq; tunica, cum vnica sit, ex multifarijs fibris est condita. Iam ex arterię tunicis ea, quę ex terna est, ex circularibus: quæ interna est, ex rectis plurimis, paucis autem cum his obliquis est cōflata. Ita venæ, quod ad fibrarum situm pertinet, vteris ac vesicis, quanq̄ crassitudine deficiuntur, sunt similes: arteriæ verò ventri. Sola autem instrumentorum omnium ex duabus tunicis, atq; harum vtraque ex transuersis constante fibris, facta sunt intestina. Porrò causam reddere, cur melius sit reliquorum cuiq;, qualiter nunc cernitur, ita comparatum natura esse: intestinis aūt ex duabus his q́; similibus tunicis cōfici, id vtiq; ad speculationem de vsu partium spectat. Quo minus expectandum aliquid de talibus hic est: veluti nec propter quid de tunicarum numero cuiusq; instrumenti inter anatomicos parum conueniat: de his enim abunde in ijs, quæ de anatomicorum dissonantia prodidimus, est dictum. Cur autem instrumentum quodq; tale sit factum, in libris de vsu partium dicetur.

A.l.1.f.1.d.5. c.1.10.c

Quo pacto Expultrix vis ad agendum excitetur. CAP. 12. G

HIc neutrum horum statutum est exequi, sed tantum naturales facultates quatuor esse in singulis organis, docere. Huc igitur denuo reuersi, quæ prius dicta sunt, repetamus: atq; eo, quod reliquum adhuc est, adiecto summam iam toti disputationi imponamus. Cum enim singulas animalis particulas, qui conueniens sibi succus sit, hunc in se trahere sit demonstratum, ac primam fermè naturalium potentiarum hanc esse, illud deinceps scire conuenit particulam non prius eam, quam attraxit materiam, vel ipsam totam vel aliquod eius excrementum abijcere, quā vel ipsa, vel eorum, quæ in se continet, pars maxima in contrarium transierit affectum. Ac venter quidem post quàm abunde cibis est satiatus, & quod vtilissimum sibi in ijs est, in tunicas suas sugendo reposuit, tum, quod reliquum est, tanquam alienum onus abijcit. Idem & vesicæ faciūt, vbi quoduis eorum, quæ attraxerint, vel multitudine distendens, vel qualitate mordens, redditur molestum. Pari modo & vteri: hi nanq;, vbi vel distendi amplius non tolerant, vel etiam qualitate humoris in se effusi morderi, quod offendit, abijcere properant. Porrò prędictorum vtrunq; aliquando non naturę sponte, sed violenter incidit, quo casu abortus prouocatur. Fit autē plerunq; & ex naturæ cōmodo: quod genus non abortus, sed partus nominatur. Ac medicamenta quidē, quæ vel abortum prouocant, vel alio quopiam affectu fœtum perimunt, vel aliquas membranarum eius corrumpunt, ea nimirum sequuntur abortus: ijdem incidunt, & cum vterus ex distensione male est affectus. Ipsius vero fœtus vehementissimis motibus succedunt partus, veluti ab Hippocrate ‖ recte est dictum. Communis aūt omnibus his affectibus ipsa est offensio: atq; huius ipsius triplex est causa: aut moles nimia, aut pondus aliquod, aut morsus: moles, vbi amplius distendi vterus non tolerat: pondus, cum supra vires eius sit, quod continet: morsus, vbi vel humores, qui prius in membranis continebantur, his ruptis in ipsum vterum sunt effusi, vel etiam totus partus corruptus, & putris ac in noxiam saniem dissolutus vteri tunicam eius occasione iritat ac mordet. Ergo in oībus instrumentis tū opera naturalia, tum etiam affectiones, morbi q́; singuli, ad portionem fieri videntur: quædam adeo euidenter & clare, vt nullam demonstrationem eorū vllum desideret: quædam magis obscure, sed ita tn̄, vt eos, qui attēti sunt, latere, nō possint. Atque in ventre quidem nō solum morsus, qui propter eius plurimum sensum est manifestus, sed etiam alij affectus, tum qui nauseam in eo excitant, tum qui καρδιωγμοί vocātur, manifeste segregatricē expultricem q́; alienorum vim indicant. Ad eundem modum in vtero, & ea, quæ lotium recipit vesica: quippe hæc quoq; humorem excipere ac colligere hactenus cernitur, quoad vel multitudine ipsa distenta, vel qualitate demorsa nequeat, amplius pati: Siquidem excrementa singula

H

De natu. pueri versus finem.

si moram

A si moram in corpore diutius trahãt,putrescunt,alia spatio breuiore,alia longiore: ita q; mordacia, & acria,atq; ijs,qui ea continent,infesta redduntur. At non in ea vesica,quæ iecinori subest, similiter se habet, † vt quæ neruorũ planè sit expers. Debet tñ hic quoq; naturæ contemplator similitudinem ad portionem inuenire. Si.n. demonstratum est conuenientem eam succum attrahere ita,vt sæpe cernatur plena, eundem q; hunc succum non multo interposito spatio excernere, necesse est eam vel multitudine succi pressam, vel ex qualitate eius in mordacẽ acrem q; mutata offensam,expulsionem desiderare.Non enim profecto cibi ipsi adeo celeriter priorem qualitatem deponunt,vt protinus, q̃ in tenuia intestina descenderint,stercus fiant: bilis autem non multo magis,vel lotium,postquã à venis semel exciderint,qualitatẽ mutãt,celerrime alterascentia & putrescentia. Atqui,si tum in ijs,quæ in vtero sunt,tum ventriculo,tum intestinis,super q; in vesica ea, quæ lotiũ recipit,luculenter apparet vel tensio quæpiam esse,vel morsus,vel pondus, quod singula instrumẽta ad expulsionẽ prouocet,non magno negocio id in bilis quoq; vesica intelligas, æque scilicet,vt in reliquis instrumentis omnibus: quorum è numero tam arteriæ, quàm venæ sunt.

† Bartholomeus Eustachius philosophus & medicus doctissim⁹ rei q; anatomicæ professor egregius, hunc locum ita translatum, falsũ esse admonuit, Galeno q; etiã aduersari. Vesica.n. fellis neruũ habet, licet paruum admodum, ac vix conspicuũ, vt Galenus alibi afferit. Græci cod. quos vidimus, habent [illegible] quæ verba Leonicenus vertit, vnde manifestũ fit, quod neruos minime participat: verum dictio [illegible], vt Eustachius adnotauit,citans vltimum com. tertij de articulis, non hoc in loco videtur significare [illegible] minime seu nullo modo, sed [illegible] minimũ,ac si diceret: quo manifestũ ẽ quod minimũ neruos habet. Nicolaus tamen Calaber videtur legisse non [illegible], sed [illegible], cum sic vertat. Quo manifestũ, qđ neruis singula participat.intelligendo de oibus nuper dictis particulis priorum tamẽ lectio huic loco magis quadrare eõ videtur.

Quod eadem pars attractioni & expulsioni deseruiat: item de Nutritionis tempore in quacunq; parte. CAP. 13.

B IAm nec illud difficile compertu est & tractum & expulsionem diuersis in temporibus per eundem meatum fieri: si modo ventris stomachus,quam gulam vocamus, non cibos tantum potionemq; in ipsum ducere,sed etiam in nauseis contrario fungi ministerio, cernitur. Etiam vesicæ, quæ sub iecinore est, collum,cum vnum sit,tamen per se vesicam non solum implet, sed etiam vacuat. Vteri præterea stomachus,quod collum appellamus,pari modo sicut intro seminis,ita foras partus,via est: verum hic rursus expultrix facultas euidens est, tractrix æque,atque illa, vulgo non liquet. Verum Hippocrates ‖ imbecilli vteri ceruicem culpans ait: Non .n. potest eius collum semen intro trahere. Erasistratus vero Asclepiades q; eò sapientiæ processere,vt non solũ vterum & ventriculum eiusmodi facultate priuent,sed etiã ipsam,quæ sub iecinore est,vesicam, atq; etiam renes: quanquam non posse aliam vel vrinæ vel bilis segregandæ causam reddi,in primo libro à nobis est monstratum. Ergo,cũ & vterum,& ventrem,& eam,quæ hepati subest,vesicam,non trahere modo, sed etiam à se pellere, per vnam eandem q; viam videamus, mirari non debemus,si etiam per venas in ventrem natura non nunquã excrementa expellit. Illud vero multo etiãnum minus est mirandum,si,per quas venas à ventre in iecur facta est digestio, rursus ex iecinore in ipsum trahi aliquod alimentum in longiore inedia potest. Quippe eiusmodi effectis fidem abrogare

de Aer. aq.& loc.ca. 10.2ª. 5.g. Et 2. de morb. mulieb. paulo ante, & iterum paulo post medium.

A.l.1.f. 1.d.6 fu.1.c.2.26.c

C re simile profecto est,ac siquis purgantia medicamenta, per quæ ora facta prius est digestio, per eadem neget ex toto corpore in ventrem proprios succos trahere: sed alia digestionis, alia purgationis,requirat ora. Atqui,si vnum idem q; os geminis, quæ in contrarias partes diuersis temporibus trahant,potentijs subseruit prius quidem ei quæ est hepatis, purgandi vero tempore ei quæ est medicamenti,quid miri est in his venis,quæ medium spatium inter iecur & partes circa ventrem occupant,duplex esse ministerium atq; vsum ita,vt, cum in his abundantia fuerit alimenti, per iam dictas venas sursum feratur in iecur: cum autem vacua sunt nutriri q; auent, per easdem ipsas ex hepate rursus trahatur? Siquidem totum ex toto trahere ac toti impertire, vna q; omniũ confluxio ac conspiratio esse videtur: quemadmodum admirabilis Hippocrates ‖ dixit. Ac trahit quidẽ id,quod est valẽtius: vacuatur aũt id,quod est imbecillius. Porro valẽtior imbecillior q; altera,q; altera,particula est, vel absoluto sermone natura q;,& cõmuniter in oibus: vel priuatim huic cuipiam talis efficitur: Et natura quidem omnibus q; tũ hominibus tum animalibus communiter,cor,q̃ iecur: & iecur,q̃ intestina & venter: item arteriæ, q̃ venæ: tum, quod vtile est, ad se trahere, tum,quod diuersum ab hoc est,à se pellere: magis valent: Et priuatim in vnoquoque nostrum alio tempore iecur valentius trahere potest,alio ventriculus. Quippe,vbi in ventriculo co

4. de morbis, nõ lõge a principio. Et de alimento paulo ante medium.

D pia alimenti est,ac iecur vehementer appetit desiderat q;,oĩno id valentius trahit: inuicem q; iecinore referto ac distento,ventre vero appetente ac vacuo,valentior trahendi vis in hunc transfert. Tanquã.n.si manibus cibos aliquos tenentes alter ab altero eos raperemus,si pari quidem modo his egeremus,superare valentiorem par esset: si aũt esset hic expletus,ac propterea negligenter, q̃ superuacua essent,teneret, aut etiam alicui impertire studeret,imbecillior autem vehementer appeteret,nihil obstaret,quo minus ipse cuncta caperet: itidem vẽter ex iecinore facile trahit, cũ hic quidem vehementer nutriri appetit,illud nutrimento est plenum. Est q; non nunquam,quo minus animal esuriat,causa,nutrimẽti in iecinore abundantia: quippe vẽter,si melius paratius q; nutrimentum habet,externum non postulat: sin aliquando postulat,nec eius copia est, excrementis impletur: ea sunt sanies quædam biliosæ pituitosæ q; atq; serosę, quas solas trahenti illi, cũ scilicet nutrimento indiget, iecur remittit. Ergo,sicuti inter se particulæ altera ab altera nutrimentum trahunt,ita altera in alteram,quod superuacuum est, à se deponit: &, sicut trahentium ea vicit, quæ erat valẽtior,sic & à se deponentium: est q; hæc vocatarum fluxionum causa. Habet enim particula quæ q; natiuũ quoddam robur,quo,quod superuacuum est,persequitur. Vbi igitur earum aliqua affectus cuiuspiam occasione imbecillior est reddita, ex omnibus in illam confluere, quæ superuacua sunt,est necesse: ea nanque,quæcunq; pars valentissima est, in vicinas omnes reponit.

Earum rursus singulæ in alias, quæ ipsis sint imbecilliores: dein rursus illarũ singulæ in alias: id q; E eatenus longissime procedit, quoad ex omnibus fugatum superfluum in vnam quampiam maxime imbecillarum procumbat: hinc nanq; in aliã transfluere nequit, vtpote nec valentiorum aliqua id recipiente, nec laborante ipsa à se pellere valente. Cæterum alibi, cũ scilicet de affectuũ vel generatione vel curatione agemus, abũde ex illis testimonia cæpisse licebit, ijs, quæ toto hoc libro rectè sunt demonstrata. Quod autem ostendere in præsenti propositum erat, denuo resumamus, non esse scilicet mirum venire ex hepate in ventrem & intestina nutrimentum per eas ipsas venas, per quas prius ex illis in hepar subierat: multis q; eorum, qui valentem exercitationem subito & prorsus dimiserunt, aut artuum aliquem præciderũt, sanguinem per intestina certis periodis simul plurimum vacuari, (sicuti quodam loco Hippocrates ‖ dixit) nullo quidẽ corporis incommodo, nisi q; præceleri impetu ipsum totum purgat, redũdans q; vacuat, per easdem scilicet venas intro latis superfluis, per quas antea in corpus fuerant deducta. Porrò in morbis natura non raro totum animal per easdem venas purgat: non tamen est ea vacuatio sanguinea, sed pro ratione infestantis succi. Ita nimirum & in choleris per venas, quę ad intestinum & ventrẽ pertinent, totum vacuatur corpus. Existimare autem vnicum esse motus modum, quo materiæ in corpore ferantur, ignorãtis omnino est naturæ potentias, cũm alias, tum vero eam, quę tractrici aduersa est, excretricem. Siquidem contrarias potentias, necesse est, contrarij sequantur motus. Singulæ enim particulæ, vbi conuenientem succum attraxerunt, deinde ex retento fructum ceperunt, totum, quod superfluum est, q; possunt celerrime cõmodissime q; pro superuacui ipsius huc illuc'ue momento, abijcere properant. Eoq; ventriculus, quod excrementorum in eo fluitat, per vomitionem expurgat: quod subsidit, alui deiectione. Atque id est, quod animal esse nauseabundum dicimus, ventriculum scilicet, vt per vomitionem vacuetur, impetum capessere. Ergo tantam violentiam vehemẽtiam q; excretoria vis obtinet, vt, vbi in morbo, quem εἰλεὸν græci vocant, transitus omnino præclusus est, vomatur stercus: quanquam, nisi traiecto tum tenui intestino toto, tum ieiuno tum pyloro, ventriculo q; ac gula, omnino nequeat per vllius os ejci tale vllum excrementum. Ergo quid miri est, si etiam ab vltima corporis parte, quæ ad cutẽ est, ad ipsa vsq; intestina & ventriculum aliquid translatum peruenit? Quod ipsum quoque Hippocrates ‖ nos docuit, scilicet non spiritum modo, aut excrementum, verum etiam nutrimentum ipsum ab vltima & summa corporis parte eò, vnde primum ascendit, rursum deferri. Quippe minimum momentum expultricem facultatem huc vel illuc impellit, vt quę per transuersas fibras functionem suam obeat, ocyssime q; ab eo, vnde primũ est mota, ad eũ, qui contra positus est, finem tradatur. Non est ergo nec G à ratione alienum, nec eiusmodi, quod fieri nequeat, si pars ea, quæ ad cutim est, insolito interim frigore subito stipata, vbi & imbecillior est reddita, &, quem prius citra offensam inspersum habuit humorem, vt onus potius, quã præparatum aliquid ad nutritionem, sustinet, eo q; pellere à se studet: simul autem via, quæ foras fert, densitudine est interclusa: alienum, inquam, non est, si ad eam, quæ intro fert, conuertitur: itaq;, quod offendit, in vicinam sibi particulam violenter coactũ amolitur: atq; illa rursus in eam, quæ sibi proxima est: neque id fieri desistit, quoad translatio ad interna venarum ora finiatur. Ac tales quidem motus celerius cessant: qui autẽ ab internis partibus iritant, veluti in medicamentorum purgatione ac choleris, ij & vehementiores fiunt & diuturniores: durant q; dum affectus, qui in vasorum finibus est, qui. s. quod vicinum est, trahit, permanet. Hic nanq; in continẽtem vacuat particulam: illa rursus in eam, quę sibi proxima succedit: nec finis, quoad peruentum ad vltimum est exitum, ita, vt particulis, quæ deinceps sunt positæ, altera semper alteri, impartientibus, primus affectus ocyssime ad vltima perueniat. Sic igitur se habet & in εἰλεο: ipsum enim, quod phlegmone laborat intestinum, nec põdus nec acrimoniam tolerat excrementorum, eo q; excernere expellere q; ea q̃ longissime à se nititur: prohibitum vero deorsum persequi, cum scilicet hoc loco grauissima pars phlegmones fuerit, in proxima suprapositorum intestinorum extrudit: ita q; iam excretricis facultatis momento per continuum intestinum sursum verso, excrementa vsq; ad os ascendunt. Atq; hæc quidem in tractationibus de morbis fusius prosequemur. Cæterum, q; ex toto in totũ aliquid trãsferatur mutuo q; recipiatur, ac vna sit omnium (sicut Hippocrates ‖ prodidit) conspiratio atq; confluxio, iã mihi videor clare indicasse: q; q; nemo, ne si tardus quidẽ illi sit sensus, de taliũ vllo etiamnum dubitet, qualia scilicet sunt, qua ratione venter intestina q; nutriantur, & quo'nam modo ab vltima corporis summa parte intro aliquid perueniat. Siquidem cum vniuersæ corporis particulæ attrahendi, quod conueniens amicum q; est: repellendi, quod grauat mordet'ue: potentiam habeant, minime mirandum est contrarios assidue motus in ijs fieri: veluti tum in corde liquido cernitur, tum arterijs omnibus, thorace q;, & pulmone. In his enim omnibus tantum non omni temporis momento, simul instrumentorum, simul materiarum, contrarios motus euidenter fieri videas. An igitur de aspera arteria vicissim aliàs intro in pulmonem, aliàs foras, spiritum transmittente non dubitas: pari modo nec de nasi meatibus, & ore toto: nec mirum etiamnum aut incredibile tibi videtur, si, per quod spiritus paulo ante recipiebatur intro, per id nunc emittitur: de his, inquam, non dubitas, de venis quę à iecinore in intestina & ventrem pertinent, dubitas: mirum q; tibi esse videtur, si per easdem

simul

de Artic. com. 4. tex. 40. & 41. 7ª 287. h 288. c

lib. de Alimento paulo ante med. Et 6. Epi. sect. 6. tex. 1. 3ª. 194. h. Et 4 de Morbis nõ longe à principio.

de Alimento. ibid.

A simul & digeritur nutrimentum in iecur, & rursus ab eo in ventriculum trahitur? Sane distingui oportet illud simul, vtro id modo dicas, nam, si eodem tempore intelligis, ne nos quidem id cócedimus: quippe, sicut alio in tempore spiritum recipimus, alio rursus foras mittimus, ita alio tempore iecur ex ventre, alio venter, ex iecore trahit. Sin, quod in vno eodem q; animali vnum instrumentum contrarijs materiarũ motibus subseruit, hoc tibi simul illud significat, id q; te perturbat, age spiritus immissionem remissionem q; considera: omnino enim hæ per eadem instrumenta fiunt: dissident autem motus ac ferendæ per instrumenta materiæ modo. Pulmo igitur, & thorax, & arteriæ, tum aspera tum lenis, & cor, & os, & nares, breuissimis temporum momentis tum ipsa contrarios sortiuntur motus, tum materias mutant: quæ aũt ex iecinore in intestina & ventrẽ pertinent venæ, non æquæ breuibus temporum spatijs, sed in multis diebus semel aliquando contrario funguntur motu: sic enim res tota se habet. Quoduis instrumentum, quod iuxta se est nutrimentum, in se trahit, quicquid vtilis est humoris, hactenus ex eo depascens, quoad abunde sit expletum: atq; id, sicuti antea diximus, in se recondit: postea vero id tum sibi agglutinat, tum assimilat, id est nutritur. Definitum enim abunde supra est aliud quoddam a nutritione opus, quod ipsam necessario præcedat, agglutinationem esse, προσϕυσιν græce dicunt: sicut etiam illa priorem

B rem appositionem, quæ græce πρόσθεσις dicitur. Ergo, sicut animalibus ipsis edendi finis fit ipsa ventris impletio, sic particularum queq; apponendi sibi finem facit, cum conuenienti humore est repleta. Cum itaque particula quæq; similiter ventri appetat, vtiq; & nutritur, & nutrimentum amplectitur, ad eundem q; quo venter, modum id vndiq; constringit. Consequitur autem necessario hoc opus, vt cibi quidem, ceu prius est dictum, concoquantur, ventre scilicet non idcirco circa illos se contrahente, quo reliquis partibus eos reddat accommodos (sic enim non tam naturale esset organum, quã animal, quod ratione mente q; præditum, quod melius est, eligeret:) verum ipse idcirco circa cibos se constringit, quòd totum eius corpus & attrahendæ propriæ sibi qualitatis & eadem fruendi, sicut ante monstratum est, vim obtineat: accidit vero interim, vt cibos alteret. Iam vero, vbi impletus satiatus q; eorum humore est, pro onere eos de cætero habet: ergo, quod redundans est, statim abijcit ac deorsum trudit, ipse scilicet ad aliud opus, nempe vt agglutinet, conuersus. Hoc in tempore nutrimẽtum, cum per tota intestina permeet, per vasa, quæ ad ea pertinent, rapitur plurimum quidem in venas: exigua quædam portio in arterias: ceu infra mox docebitur. iam hoc tempore etiam intestinorum tunicis apponitur. Ac mihi omnem iã naturæ circa nutrimentum operam in tres temporum vices cogitatione partire. In prima quidẽ

De alimento circa . . .

C simul & manere id in ventriculo, & concoqui intellige: tum ventri ipsi ad saturitatem apponi: aliquid vero eius etiam ad iecur ascendere: In secunda, transire id ad intestina, ijs q; ipsis, & iecinori ad saturitatem apponi: tum portiunculam eius exiguam in omnem corporis partem ferri: porrò hoc tempore, quod in primo est appositum, id ventriculo affigi intellige: In tertia vero temporis potione ventriculum quidem iam nutriri, ijs, quæ affixerat, planè sibi assimilatis: affigi vero tam iecinori, q̃ intestinis, quæ ijs fuerant apposita: præterea in omnes corporis partes digestionem appositionem q; fieri. Et post quidem, si animal statim nutrimẽtum accipiat, rursus, quo tempore id venter concoquit eo q; fruitur, quicquid vtile ex eo est, tunicis suis apponens, hoc intestina quidem eum, quem sibi affixerant succum, prorsus assimilabunt: pari modo iecur: in toto vero corpore partes nutrimenti, quæ fuere appositæ, affigentur. Sin autẽ venter manere sine cibo cogatur hoc tpe, à venis, quæ in lactibus ac iecinore sunt, nutrimentum trahet, non. n. ex ipso iecinoris corpore. (porrò corpus iecinoris appello primum ac maxime ipsam propriã eius carnem: post hanc etiam singula, quæ sunt in ipso vasa:) siquidem, qui in quaq; particula iam contentus est succus, hunc alteram particulam reuellere credibile non est, maxime vbi iam agglutinatur vel assimilatur: quod autem est in venarum finibus, id, quæ magis valens simul q; indigens particula

A. l. 3. f. 13. t. 5. c. 8. 303. a

D est, in diuersum ad se reuellit. Sic itaq; & venter, quo tẽpore ipse nutrimenti est indigus, animal vero non comedit, hoc ab ijs, quæ in iecinore sunt venis, rapit. Quoniam autem & lienem prius monstrauimus, quod in iecinore crassius est, attrahere, præterea conficere ac ad vtilius mutare, nihil ne hic quidem miri est ex liene aliquid trahi in singula, quæ cum illo per venas societatem habent, instrumenta, veluti in omentum, lactes, tenue intestinum, colon, & ventriculum ipsum: ad eundem modum & in ventriculum alio tempore excrementum effundere: alio rursus ex ventre aliquid proprij illius nutrimẽti attrahere. Vt q; summatim dicam (id quod prius iã dictũ est) quodq; ex quoq; trahere, ac in vnumquodq; mittere, diuersis in temporibus potest. Est q; simillimum, quod accidit, ac si multa animalia intelligas, quæ pabulum abunde in medio obiectum, quantum volunt, pascuntur. Quippe quo tempore alia intermittunt, eodẽ verisimile est alia comesse, alia præterea comesse desitura, alia inceptura: item alia cum alijs simul edere, alia alternis vicibus: immo hercle alterum ab altero non nunquam rapere, vbi scilicet alterum indiget, alteri abunde est obiectum. Atq; ita mirum non est, si ab vltimo & summo corpore aliquid intro reuertitur: sed nec si ab iecinore & liene aliquid in ventriculum per ea per quæ ex hoc in illa prius subijt, defertur. Siquidem in arterijs id admodum est euidens: non secus autem in corde, thorace, & pulmone: omnibus enim his dilatatis vicissim contractis q; necesse est, a quibus aliquid prius

est attractum, in ea mox emitti. Hanc itaq; necessitatem natura prospiciens, vasorum, quę in corde sunt, osculis membranas adnasci fecit, quę retro ferri materias prohibeant. Verum, qualiter & quemadmodum id fiat, in libris de partium vsu docebitur: vbi cum alia, tum illud traditur, non posse planè ad vnguem ita claudi vasorum ora, vt nihil ex ijs recurrat retro: quippe in venosam arteriam (nam id quoq; in illis monstrabitur) multo plus, q̃ per reliqua ora, retro ferri est necesse. Quod autem ad id, quod nunc instat, est vtile, nõ posse quicq̃ ex ijs, intra quæ sensibilis & magna est laxitas, non aut, cum dilatatur, ex omnibus quæ vicina sunt, trahere: aut rursum, cum contrahitur, in ea exprimere: id tum ex ijs, quæ in hoc libro iam prædicta sunt, constare potest, tum ex ijs q̃ tam Erasistratus, quàm nos alibi, de successione ad id quod vacuatur, prodidimus. E

De Vi Attractrice Cordis, & arteriarum. CAP. 14.

IAm vero, q; in singulis arterijs vis quædam sit, quæ à corde confluat, qua tum dilatantur tum contrahuntur, in alijs est monstratum. Ergo, si ambo componas, tum q; hic eius sit motus, tum q; omne dilatatum ex vicinis ad se trahat, nihil miri tibi videbitur arterias omnes, quæ ad cutim finiuntur, externum aerem, cum dilatantur, attrahere: quę vero parte aliqua ad venas se aperiunt, quod tenuissimum maximè'que halituosum in ijs sanguinis est, ad se trahere: at, quæ propinquæ cordi sunt, ab illo ipso aliquid trahere. Quippe in successione ad id, quod vacuatur, quod leuissimum tenuissimum'que est, prius ei, quod vacuatur, succedit, q̃ id, quod grauius est & crassius. Est porrò omnium, quę in corpore sunt, leuissimum tenuissimum q; spiritus: secundo loco halitus: tertio gradu, qui planè absolutus attenuatus q; est sanguis. Hæc igitur arterię ex omni parte ad se trahunt: quæ quidem ad cutim pertinent, externum aerem, quippe qui vicinus ijs sit, ac q̃ maxime leuis: Reliquarum autem ea quidem, quæ à corde subit ad collum, & quæ porrigitur per spinam, quæcunq; pręterea ijs sunt vicinę, ex ipso maxime corde: quæ vero tum à corde tum à cute absunt longius, hæ, quod sanguinis est leuissimum, à venis trahant, necesse est. Quare arteriarum omnium, quæ ab ea, quæ super spinam est, ad ventrem intestina q; pertingunt, tractio inter dilatandum fit tum à corde ipso: tũ, quæ plurimæ sunt, à vicinis illi venis. Neq; enim ex intestinis & ventre, quæ adeo crassum graue q; in se nutrimentum habeant, possunt aliquid, de quo ratio vlla sit habenda, in se transferre: cum prius leuioribus impleantur. Neque enim, si in vas, quod aqua sabulo q; sit plenum, syphone demisso, ore aerem ex vase per eum attraxeris, poterit prius sabulum sequi, q̃ aqua: semper enim in successione ad id, quod vacuat, quod leuius est, prius assequitur. Non est ergo mirandum, si ex ventre prorsus exiguum, quantum scilicet exquisitissime est confectum, in arterias venit, ceu leuiore prius impletas. F G

De Proprij nutrimenti Attractione. CAP. 15.

SEd "illud minime ignorandum, duo esse tractionum genera, vnum, quod successione ad id quod vacuatur, contingit: alterum, quod qualitatis conuenientia fit, aliter nãque aer in folles, aliter ferrum à magnete, attrahitur: Pręterea successione ad id, quod vacuatur, prius id trahi, quod leuius est: conuenientia qualitatis non nunq̃ (si ita fors tulit) quod grauius, modo id cognata magis natura sit. Itaq; etiam tum cor ipsum, tum vero arterias, quatenus instrumenta caua & dilatabilia sunt, semper id, quod leuius est, prius petit: quatenus vero etiam nutriri postulant, in ipsas tunicas, quæ vtique instrumentorum sunt corpora, quod conueniens est, attrahitur. Ergo, quod sanguinis in cauitatem eorum, cum dilatantur, est translatum, id ceu maxime sibi conueniens, maxime q; nutrire se valens, tunicę ipsæ vasorum attrahunt. Quòd autem ex venis in arterias transferatur aliqd, prętet ea, quæ dicta sunt, illud satis euidenti argumento est. Si enim multis amplis q; arterijs præcisis iugulare per eas animal velis, inuenies eius venas æque, atque arterias, vacuatas: quod sanè nunquã fieret, nisi inter se haberent altera in alteram ora reclusa. Pari autem modo in ipso quoq; corde ex dextero eius sinu in sinistrum trahitur, quod tenuissimum est, habẽte scilicet in se eorũ interposito septo foramina quædã, in quæ præalte descẽdere obtutu videre licet, veluti in profunditates quasdam, quæ ex latissimo ore magis magis q; semper in angustũ procedant: ipsos tamẽ vltimos earum fines tum propter paruitatem, tum q; in animali iam mortuo omnia sint perfrigerata ac densata, contueri non licet. Cæterum hic quoq; has sinuum cordis cõmunes vias ratio deprehendit: Primum quidẽ ea, quæ inde ducitur, q; natura nihil molitur frustra: non enim temere aut fortuito facti sunt profundi illi meatus, qui adeo in angustum finiuntur: Secundo illa, q;, cum in dextro cordis sinu duo ora sint, vnum, quo sanguis inuehitur, alterum quo emittitur, longe maius est id, quo infertur, q̃ id, quo emittitur: tãquam enim non oĩs sanguis, quem vena caua cordi infert, ex illo rursus in pulmonem emittatur, vtiq; maior est ea cauę pars, quæ in cor inseritur, q̃; vena ea, quæ in pulmonem procedit. Neq; est, quod dicat quisquam absumptum esse sanguinis aliquid in ipsam corporis cordis nutritionem: siquidem alia vena est, quæ in id varie fissa dispergitur, quæ q; nec ortum à corde habet, nec sanguinem ab eo accipit. Quòd, si etiam aliquid absumitur, at non tanto minor est vena, quæ in pulmonem procedit, ea, quæ in cor inseritur: quantum credibile est in cordis nutrimentum sanguinis esse absumptum: verum ea longe est minor. Ergo manifestum est, q; in sinistrum sinum transmittitur: siquidem etiam duorum numero, quæ in hoc sunt, vasorum lõge minus est id, q uod à pulmone in eũ ducit spiritum, quàm magna, H

A.l.1.f. 1.d.6. su.1.c.3.26.g

quæ

A quæ ex eo procedit, arteria, à qua, quæ sunt in corpore, omnes ortum habent: ceu non spiritum modo à pulmone accipiat, sed etiam ex dextro sinu per iam dictas communes vias sanguinem. Porrò, quod præstet corporis partium alias, puro tenui halituoso q; sanguine nutriri, alias crasso & turbido: quod q; hac in parte natura nihil omiserit, id operis, quod de partium vsu inscribitur, propriũ est. Quo minus de ijs agendum hoc loco est: sed, quod duo tractus sint genera, prius admonitos, nempe alijs, dum dilatantur, successione ad id quod vacuatur, per latas vias in se trahentibus, alijs qualitatis couenientia, illud deinceps docẽdũ, priora quidem etiam eminus trahere aliquid posse, posteriora cõminus duntaxat. Siquidem, si syphonem longissimum in aquam demiseris, poteris per eum facile humorem sursum in os trahere: at non, si ferrum à magnete longius seponas, aut etiam à fictili frumentum (nam eiusmodi quoque exemplum supra est positum) poterit adhuc fieri tractus. Sane luculenter id intelligas ex ijs, quę in horto sunt, canalibus: ex ijs nanq; in omnia quidem, quæ iuxta sunt & vicina, defertur aliquis humor: in ea vero, quæ longius absunt, peruenire non potest: eo q; coguntur multis canaliculis paruis à magno deriuatis, in omnes horti partes cõfluxum aquæ moliri: tum ea magnitudine spatia, quæ inter canaliculos sint, facere, qua scilicet ea existimant tracto ad se vtrinque affluente humore posse perfrui. Ergo sic se res habet & in anima B lium corporibus. Canales multi per omnes partes sparsi sanguinem illis, veluti in hortulo quandam rigationem, adducunt: atque horum canalium media ipsa, quę interueniunt spatia, mirifice à natura statim inter initia sunt disposita sic, vt nec præparce medijs eorum partibus sanguis, quẽ ad se trahunt, subministretur, nec copia superuacui humoris intempestiue ad ea confluentis aliquando obruantur. Quippe modus nutriendorum eorum talis est. Corporis, quod sibi est continuum, cuiusmodi Erasistratus simplex vas esse proponit, summæ primum partes admoto sibi nutrimento fruuntur: ab ijs vero per continuum trahentes sumunt, quæ sunt deinceps: deinde ab illis aliæ: nec est eius operis finis, quoad in omnes eius partes, nutrientis substantiæ qualitas sit perlata. Quæ vero particulæ amplius alteratum eum, quo nutriantur, succum desiderant, ijs, veluti penum, natura vel sinus vel cauernulas vel aliquid, quod cauernulis portione respondeat, præparauit. Ac carnes quidem tum viscerum omnium, tum vero musculorum, ex sanguine ipso nutriuntur, exiguam scilicet alterationem consecuto. Ossa vero, quò nutriantur, numerosa, quę intercedat, mutatione egent. Est q; qualis carnibus sanguis, talis ossibus medulla, scilicet in ijs, quæ parua sunt sinus q; expertia, cauernulis eorum insperfa, in magnis vero, & quibus sinus nõ desunt, vtique in ipsis collecta. Sicut enim in primo monstratum est libro, quibus similis est sub- C stantia, ijs mutari inter se fas est: quibus plurimum inter ipsa est discrimen, ea fieri similia citra omnes, quæ in medio sunt mutationes, non possunt. Tale quiddam & chartilagini est mucosum illud, quod ei circunfunditur: præterea ligamentis, membranis, & neruis lentus humor, qui in ijs insperfus visitur: singula nanque horum ex multis conficiuntur fibris, quæ & similares particulæ sunt & vere sensibiles. In medijs vero earum spatijs, qui maxime ipsarum nutritioni succus conuenit, est insperfus: hunc vero ex sanguine traxerant venarum, electo inde, quoad potuere, sibi quam simillimo: assimilant autem sensim, atq; in suam naturam mutant. Ergo hæc omnia tũ inter se consentiunt: tum ijs, quæ supra demonstrata sunt, satis testimonij perhibent: nec est, quod etiã num disceptationem producamus, siquidem ex ijs, quæ iam dicta sunt, inueniat quisq; non ægre, quemadmodum omnia particularia fiant: Sicut verbi gratia, multi eorum, qui immodice bibunt, & ocyssimę pertrãsit quod biberunt, & meijtur intra breue tempus paulo minus totum. Quippe in his quoq; tum qualitatis conuenientia, tum humoris tenuitate, tum vasorum laxitate non ipsorum modo, sed etiam eorum oris, tum trahentis facultatis robore, celeritas digestionis perficitur: particulis quidẽ, quæ iuxta ventriculum sitæ sunt, propter qualitatis conuenientiam sua ipsarum causa potionem trahentibus: ijs vero, quæ proximę ab his sunt, ipsis quoq; ad se rapientibus: dein D de ijs, quæ post has habentur, rursum ab ijs sumentibus, donec ad cauã peruentũ sit venam: ab hac vero renibus iam, quod sibi conueniens est, atrahentibus. Quare nihil miri est vinum aqua propter qualitatis conuenientiam citius sursum assumi: ipsorum vero vinorum, quod album est & purum, tenuitatis gratia prompte in corpus digeri: sicut è contrario nigrum & turbidum crassitudinis vitio per viam hærere ac tardare. Fuerint sane hæc & ijs, quæ de arterijs supra diximus, non parua testimonia. Vbiq; enim, qui conueniens simul ac tenuis sanguis est, eo, qui talis non est, facilius trahentem sequitur. Itaq; cum, quando dilatantur, halitum spiritum ac tenuem sanguinem trahant arteriæ, eius, qui in ventre & intestinis est, succi, aut nihil aut omnino attrahunt perexiguum.

A.l.1.f.1.d.5.c.1.10.d

A.l.1.f.1.d.5.c.1.10.e

GALENI DE MOTV MVSCVLORVM LIBRI DVO,

Nicolao Leoniceno interprete.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Vnicam eſſe muſculorum actionem, plures motus: ac de accidentium cauſa, quæ in motu contingunt.

Quid ſit muſculus, quidve differant tendo neruus & ligamentum, ac de ortu ſenſus & motus muſculi. CAP. I.

A.l.1.f.1.d.5. c.1.10.b

INſtrumenta" motus volūtarij, muſculi ſunt: quorum adeo magna multitudo eſt, vt ne numerare quidē eos facile ſit. Nam & natura ita quidā coaleſcūt inter ſeſe, vt videant̄ vnus eſſe: &, cum vnus aliquis in multos deſinit tendones, non vnus amplius ſolus eſſe videt̄, ſed quot ſunt tendones. Idcirco, & quia multiplici ſunt figura, & in diſſimiles inſerūtur partes, modū motus difficulter cōprehenſibilem habent. G Erit autē ne id q̄dem paruū, videlicet ipſos muſculos innaſci particulis, q̄ mouētur, in diuerſis locis & ſępenumero contrarijs: alij enim deorſum, alij ſurſum, non nulli ex anteriori parte vel poſteriori, aut hinc aut illinc inſeruntur. Quinetiam omnis muſculus ſectus per tranſuerſum non valde tenui neque ſuperficiali ſectione, nocet quidem omnino quibuſdam motibus particulæ, in quam inſerebatur. Sed, quia multiplicia ſunt nocumenta, & hoc etiam pacto modus ipſorum motus difficulter comprehendi poteſt. Siquidem muſculi, qui in cruribus ſunt, cum alius aliàs ſciſſus fuerit, vel flectere, vel extendere, vel extollere, vel demittere, vel conuertere membrum ſtatim nequeunt. Eadem & phlegmone, & ſcirrhi, & putrefactiones, & contuſiones eorum, & durities cicatricum efficiunt & in cruribus, & in manibus maxime: etenim ex muſculis manuum patientibus quidam tollere, vel extendere, vel flectere, vel demittere eas non amplius poſſunt: quidam vero in vtranque partem circunducere, vel conuertere retro. Eadem tendonibus patientibus fiunt. Vocant autem eos recentiores ἀπονευρώσεις, quaſi eneruationes muſculorum, quoniam, vt puto, muſculos in eos vident finire. H Miſta autem quædam eorum natura eſt, & media inter ligamentum & neruum: Σύνδεσμος" enim, id eſt ligamentum, proprie non communiter appellatus, eſt corpus neruoſum, ex oſſe quidem omnino ortum habens, inſertus autem in os aut in muſculum: conſtat etiam nomen ei ab vſu eſſe inditum: Νεῦρον" autem.i. neruus, & τόνος, ex cerebro aut ſpinæ medulla oriuntur: nuncupatur autem ab ipſis operationibus vnum inſtrumentum duobus nominibus eo, q̄ νεύειν.i. nutare ſeu flectere: & τείνειν, id eſt tendere, natum eſt. Subſtantia vero corporis eorum ea eſt, ac ſi intelligas ſtipatū & denſatum, ideo q̄ꝫ duriuſculum factū cerebrum. Eſt etiam & ſpinalis medullæ corpus ſimile cerebro cōpacto, & ob id duro facto: nam & ipſius cerebri poſterior pars, quæ medullæ ſpinali continuatur, durior eſt anteriori: &, quicunque neruorum molliores ſunt, hi nihil à medulla ſpinæ differre tibi videbuntur. Medulla tamen, quę in alijs oſſibus eſt, nō talis viſitur, ſed humida & propemodum fluxilis: maxime vero ipſius mollem ſubſtantiam aſſimilare pinguedini poſſes: quapropter nec exoriri ex hac medulla neruum aliquem inuenies, neque mollem, neque durum: quin nec cerebri & medullę ſpinalis tegumentis operta eſt: nec præterea arteriæ atque venæ intexunt eam: itaqꝫ nullo pacto cerebro & medullæ ſpinali ſimilis eſt: nec eſt ipſi vlla communicatio cum muſculis. Sed cum cerebro & medulla ſpinæ, oībus muſculis non parua cōmunicatio eſt: nam aut à cerebro, aut à medulla ſpinæ, neruum accipiant, neceſſe

A.l.1.f.1.d.5. c.1.9.a

A.l.1.f.1.d.5. c.1.9.h

A necesse est: qui visu, quidem paruus, sed virtute minime paruus. Cognosces aũt ex passionibus: nã incisus, oppressus, contusus, laqueo interceptus, scirrhis affectus, & putrefactus, aufert musculo omnem motum & sensum. Quin & neruo inflammato non pauci spasmo correpti sunt, & mente alienati: quorũ qdam sic affecti, cũ sapientiorem medicũ nacti essent, neruo inciso, statim spasmo, & mẽtis alienatione liberati sunt: sed postea musculũ, in quem neruus insertus erat, insensilẽ atq; inutilem ad motũ habuerũt. Adeo certe magna quædam vis est in neruis, superne à magno principio affluens: non enim ex se ipsis eam nec connatam habent. Cognoscere ẽt potes hinc maxime, si incideris quencunq; istorũ neruorũ, aut spinalem ipsam medullam: quantũ enim superius est incisione, continuũ cerebro, id quidẽ adhuc conseruabit principij vires: omne aũt, quod inferius est, neq; sensum neq; motum vlli præbere poterit. Nerui itaq; riuorũ in more à cerebro ceu ex quodam fonte deducũt musculis vires: quos cũ primũ attigerint, scindũtur multipliciter in aliã subinde atq; aliam sectionẽ, tandem q; in tenues & membraneas fibras toti soluti totũ sic musculi corpus intertexunt. "Ligamenta vero, per quæ musculi ossibus colligantur & coalescunt, & mẽbranas circa ipsos gignũt, & quasdam intro propagines in ipsam carnẽ musculorũ mittũt: quã veluti quendã locũ intellige multis riuis irriguũ, vno quidẽ prædicto neruo: duobus vero alijs, altero sanguinis calidi & tenuis & vaporosi, altero frigidioris & crassioris: vocatur autẽ ipsorũ alter, arteria, alter, vena. Isti igitur "riui principium à corde & hepate habentes, corpus musculorũ irrigant: quorũ gratia non amplius locus quidã nomine absoluto, sed iam quasi planta musculus fit: iam vero propter tertium riuũ, qui à principio magno deducitur, non planta, sed quoddam præstantius planta redditur assumpto sensu & motu voluntario, quibus animal à non animali differt. Propter has igitur vires instrumentum animale, musculus factus est: quemadmodũ propter arteriam & venam, naturale: etenim "motus, qui ex arteria & vena procedunt, naturales sunt & volũtatis expertes: qui aũt à musculis, animales & voluntarij. Siue aũt consulto dicas musculorum fieri motus siue spontaneos, aut cũ volũtate, nihil refert: vnum enim in omnibus his conіectari oportet, quo modo videlicet discernas motũ ipsorũ à motu arteriarũ & venarũ. Itaq; etiam si nequeas in nominibus ostẽdere differentiam, abũde satis, quod vis, significabis. Cur igitur non sensus instrumẽtum esse musculum diximus, sed motus dũtaxat, quanquam planè vtriusq; similiter ipse sit particeps? an quia motus quidẽ nullus vtiq; fieri posset animalibus voluntarius absq; musculis? Quare proprium ipsius instrumentum musculus est: Sensus autem inest omnibus sensilibus particulis, etiam sine musculis: quæcunq; enim ipsarũ particeps sit nerui, ea omnino sentit. Quid igi-C tur sit musculus, clare dictum est, nempe motus voluntarij instrumentum. Dictum est etiam, vnde principium motus sit ipsi, & per quæ: puta à cerebro, & per neruos. Dictum preterea, & quemadmodum in ipsum hi scindantur, & quemadmodum ligamenta.

A.ibidem.b

A.ibidem.b

A.l.1.f.1.d.5. c.1.10.b

De Tendine, ac quo pacto nerui & ligamenti naturæ particeps est. CAP. 2.

Reliquum aũt adhuc est de natura tendonũ dicere: quo nihil obscurum relinquatur sermonibus, qui deinceps sequũtur. Quòd igitur mista quædã natura tẽdonũ sit ex ligamẽtis & neruis, dictũ quidem & hoc ante: sed consideratio eius omissa est, nunc vero adiũgetur. Tendo tanto durior est neruo, quanto ligamento mollior: quin & mole corporis talis, vt qui ex ambobus maxime factus sit. Et ligamentũ quidem omne insensile: neruus aũt omnis sensu præditus: tendo vero neq; insensilis, quia etiam nerui est particeps: nec ita sensilis, vt neruus, non enim neruus est tantum. Quatenus igitur particeps est ligamenti naturæ, eatenus hebetatur acrimonia sensus. Quinetiam, quia nascitur quidẽ "tẽdo ex fine musculi: inserũtur aũt in caput ipsius & neruus & ligamẽta, deinde in totũ musculũ dispergũtur, rationabile est ex ambobus tẽdonem esse factum. Clarius aũt id scire possis per dissectionem. Euidẽter enim videbis principiũ quidẽ, quod vocãt caput musculi, magis neruosum, media vero carnosiora, vbi ventres (vt vocant) musculorũ sunt: inde rur-D sus eadẽ, qua prius, proportione multo semper neruosior efficitur: tandem eo magis neruosus apparet finis inferior, quo etiam apparet in capite. Neruus aũt perueniens ad ipsum, in prima quidẽ insertione in pauciores distribuitur portiones: illis rursus in alias scissis, his q; iterũ sectis in alias, eo vsq; tandẽ scissura procedit, vt in membraneas & valde tenues fibras desinat: rursus hæ particulæ inuicem coeunt, ac neruos mole quidem prioribus maiores, cæterum numero pauciores generant: q in fine musculi & numero & magnitudine pares ijs, q initio primo locãtur, euadũt. Quoniam vero rursus tendo nascitur multo maior neruo, q in musculũ descendit, manifestũ est, q non solũ ex neruo factus est, verum etiam aliquid ex natura ligamentorũ assumpsit, nec sane hoc modicũ: multis enim locis sexcupla, multis etiam decupla crassitudine neruũ superat. Et merito sanè tantus & talis factus est, vt qui & ligamenti & nerui vsum exhibiturus erat: alligat enim musculũ subiectis ossibus, in quæ inseritur, & hac quidem ratione nihil differt à ligamento: sentit autem & mouetur, qua ratione nerui est particeps. Maior autem factus est neruo, quippe qui os moturus sit: inseritur enim vt plurimũ omnis tendo in ossis terminũ, chartilagine illitũ. Sed nõ est hic terminus qlibet, nec ipse tendo quis: verũ ipse quidẽ dilatatus inuoluit circa superiorẽ partẽ ossis, quod vocat caput: sic enim, cũ ipse trahitur à musculo, erat cõtracturus os subiectũ, connatũ sibi: vinculo enim tuto quodam erat opus musculo cum osse à se mouẽdo, nec erat aliud ad hoc aptius, ligamento.

A.l.1.f.1.d.5. c.1.9.a

ligamento: neruus autem, qui à cerebro procedit, via quædam existens virtutis motoriæ, vt eam E communem faciat, simul extensus est, & commistus ligamento: & ita tendo factus est ex vtrisque.

Qui Musculi per Tendines in os inserantur, qui tendine careant, ac quos motus vtrique edant. CAP. 3.

OMnis igitur tendo in os omnino inseritur: non tamen omnis musculus in tendonem desinit. In nullo enim musculorum mouentium linguam nascitur tēdo: nullū enim os lingua erat motura, sed vocem editura articulatam, & sapores diiudicatura, & masticationi atque deglutitioni adiumento futura. Quòd, sicui videtur cor similiter habere, hic nō diligēter animaduertit musculi corpus: aliquin cognosceret ipsum à musculo multū differre, & crassitudine, & formatione, & contextu, duritieque. Quin etiam & operibus nequaquam conueniunt. Hoc enim ad duplicem & compositum motū, qui perpetuo ex diastole & systole, i. dilatatione & constrictione, cōsistit, faciēdum minime indiget voluntate animalis: musculis vero neque motus similes sunt, citra quam voluntatē nunquam fieri possent. Sunt enim quędam ligamenta in ventriculis cordis, ad vnguem similia tendonibus, de quorum vsu alibi dicemus. Intelligatur aūt nunc nomen ligamēti, secundum communem significatū.

At labra oris exacta plane cōpactione cutis & musculi facta, absque osse mouetur: similiter & ipsi oculi motum habent volūtariū à musculis: nullum aūt os cum eis mouetur: præterea & cutis, quæ in fronte & superciliis est, tum plurimæ partes faciei, ossibus quiescentibus, motu mouentur voluntario. Ea tamen differentia est inter hanc cutem, & oculos, & labra: quod illi quidem pro musculo F subiecta est natura musculosa tenuis: oculos aūt magis musculi mouēt: labrorum vero natura, cute admista musculo, fit. Quòd si etiā stomachus ipse vētriculi, quem οἰσοφάγον i. gulam, vocabant veteres, musculus est & ipse, & musculi officia animalibus ministrat, erit vtique & hic musculus neque in tendonem desinens, neque os simul mouens. At, qui in ceruice vesicæ suscipientis vrinam est, & substantia corporis omnino musculo similis est, & actione: quemadmodum sane & qui in sede, siue illum vnum solum musculum, siue plures vnitos existimare oportet: mouetur autem ab his os nullum, quemadmodum ne ab illis quidem, qui in testes & penem descendunt. In summa de omnibus musculus dicendum, quod motus voluntarii sunt instrumenta: tum quādoque se ipsos dūtaxat mouent contracti, vt musculi sedis, & vesicæ: quandoque vero & cutem, ad principium suum dum trahūtur, simul attrahūt, velut ii, qui in labris, & fronte, & omnino in facie sunt. Ab his itaque nullus nascitur tendo: cæteri omnes musculi, quicunque ossa mouent, in tendones omnino, vel maiores vel minores, terminantur: qui vero aliud quidpiam, quàm os mouent, horum quibusdam sunt tendones, quibusdam vero non. Mouent autem aliud quiddam, non os, musculi oculorum, linguæ, testium, & penis, item & pharyngis, tum qui maxime sunt laryngis: vocatur ita superior G terminus asperæ arteriæ, quod & caput appellant bronchi, & larynga. Musculi igitur oculorum membraneis quidem, sed validis aponeurosibus, in duram & neruosam tunicam adiacentem rhagoidi perueniunt: Penis autem & testium, nulla aponeurosi facta, carneis ipsorum particulis innascuntur: porrò musculorum, qui in pharynge & larynge sunt, quibusdam obscuræ quædā aponeuroses, quibusdam omnino non sunt. Motus autem modus alius alibi existit. In lingua quidē motum omnē videre possis: sursum enim & deorsum, ante & retro, sinistrorsum & dextrorsum, apparet circunferri: & partim quidem quasi replicata, & explicata: partim vero etiam circulariter vndique circunducta. Sed in oculis quatuor quidem sunt recti motus, sursum & deorsum, dextrorsum et sinistrorsum, duo autem alii circulares. Duo etiam musculorum circa tempora: firmantibus enim dentes, inuicem tenduntur atque curuantur: hiantibus vero laxantur & porriguntur. Quin etiam motus magni musculi in brachio satis perspicuus, dum flectendo cubitum curuatur & in se ipsum coit: in extensionibus autem laxatur & exporrigitur. Eosdem motus & musculus magnus interna parte cubiti euidenter habet apparentes: in flectendis quidem digitis curuatur contrahitur'que: extendentibus vero ipse quoque extenditur, & laxatur, & porrigitur. Sic etiam & alii musculi pene omnes, qui in artubus sunt, duplices motus videbuntur habere, si eos de H nudaueris cute: nanque prædicti etiam non denudati apparent propter magnitudinem. In macilentis autem, & musculosis corporibus, complurium musculorum motus euidenter apparent prius, quàm cuti adimatur. Sed musculus, qui in sede est, proprium quendam motum, quoniam & figuram diuersam, possedit, contractis crumenis similem. Cæterum septum transuersum simile est tali cuipiam rei, nisi quòd non perforatum est. Huius igitur motum euidenter videbis diuiso quidem peritoneo, distractis autem subiectis visceribus: aliorum autem musculorum, qui in thorace & toto abdomine sunt, sufficit cutem tantum auferre. Accidit autem illis, qui sunt in abdomine, diuersum ab iis, qui in artubus & facie locum obtinent: hi enim, cum tenduntur & ad principium retrahuntur, curuantur: illi autem, dum tenduntur, introcedunt: curuantur vero, dum laxantur.

Vnius Musculi vnum esse per se motum: duos autem per accidens. CAP. 4.

VTrum igitur (id enim à principio propositum erat considerare) tot modi motus insunt musculis, quot etiam apparent & in dissectionibus, & prius, quàm denudes particulas: an multo quidem pauciores sunt, apparent autem multi? Nam, vt alia omittam, absurdum videtur non vnum motum musculis omnibus inesse: tanquam si & arteriarū alium alius motum quispiā existere

A stere dicat: semper enim natura videtur per similia instrumenta similiter operari. Quocirca sex inesse motus omnibus musculis (quod iam quidam dixerunt) euidẽter redarguitur: nullus enim musculorum, qui in cruribus & manibus sunt, habet tertium quendam motum diuersum ab extẽsione & contractione: quemadmodum nec tẽporanei musculi, euidenter enim & horũ vtriq; duo sunt motus. Si autem totum membrum in sex loca musculi transferunt, nullum hinc sanè dubiũ, quin per singulos eorum duplex sit motus. Si enim vnus musculus totum membrum moueret, necesse esset, quot sint membri, tot esse & musculi motus: quoniã vero non solum sex, sed & multo plures in vnoquoq; membro musculi sunt, nihil profectò mirũ aliũ ab alio musculo, ipsi membro fieri motum. Sed puto linguam eos decepisse, qui eiusmodi dixerunt, ratos vnum musculum ipsam existere. Quòd si vere vnus musculus esset, euidenter vtiq; demonstraretur vnius musculi multos esse motus: nunc aũt (non enim vnus est, sed multi musculi ipsam mouent.) contrariũ puto conclusum iri, videlicet nõ multos vniuscuiusq; musculi esse motus: alioqui frustra esset eorum multitudo, si per vnum omnes effici possibile esset. At vterq; oculorum, aiunt, quatuor rectos obtinet motus. Recte ò bone vir, etenim & musculi recti quatuor: esset aũt vnus in vtroq;, si omnes mouere idoneus esset. Vt igitur, si vnus esset, concluderetur quatuor esse motus: sic, quoniam tot B numero sunt, quot motus, ab vno quoque ipsorum vnum fieri concludetur, quemadmodum & eorum, qui circũuertunt ipsum, vtriusq; vnum. Atqui apud vos ipsos, inquiunt, in cõfesso est, etsi non plures, duos saltem per singulos musculos motus fieri: quo modo igitur ratio vnũ esse vult? Est autem hoc nihil absurdum: motus enim, vt actio, vnus in singulis, cõtrarius vero per accidẽs: siquidem operatur trahens ad se ipsum particulam, quæ mouetur: non operatur autem, cum in cõtrarium locum ab alio musculo abducitur. Ideo q; nulla particula, quæ mouetur, vno vtitur musculo: sed, si quidem desuper aliquis innascatur, omnino alius parte interna contra innascitur: &, si ex dextris, omnino alius ex sinistris. Vnaquæq; enim particularũ, quæ mouentur à musculis, veluti à quibusdam habenis in contrarium distracta, vicissim habet alterum ipsorum intensum, alterum laxatum: intensus igitur trahit ad se, laxatus autem trahitur cum particula: & propter hoc mouentur ambo in vtroq; motu. Agere aũt est, eum, qui mouet, intendi, non sequi: sequitur, cũ ipse ocio sus transfertur, sicut quædam alia certi membri particula. Nunquid igitur audemus dicere, vnum omnium musculorũ connatum esse motum, an non prius, q̃ nobis omnia, quæ in ipsis apparent, confessa fuerint? mihi id longe melius esse videtur. Quæ igitur sunt, quæ in ipsis apparent, deinceps dicamus, nihil omittentes. Vnũ itaq; & primũ (cuius pars iam in principio quodã modo di C cta est) ꝙ abscisis quidem ipsis totis per transuersum, motus penitus perit in subiectis particulis, incisis autem læditur: læsionis autem quantitas quantitatem sectionis sequitur, magis quidem pereunte motu in maioribus diuisionibus, minus aũt in minoribus. Hæc eadem de tendonibus quoque mihi dicta esse puta: etenim, & hos si quidem totos absciderìs, dissolues motus particularum: si vero incideris, tantũ lædes, quantũ incidisti. Si itaq; motus omnis periret partis vno inciso musculo, concluderetur vtiq; omniũ motuum hunc vnum musculũ ducem esse: si vero rursus vnus dũtaxat motus periret vno inciso musculo, concluderetur, opinor, huius solius ducẽ esse, qui esset incisus: sed, quia neq; vnum solũ neque omnes perire accidit, sed omnino duos, concludi videbitur vtiq; ab vno musculo duos fieri motus. Sed, quia & musculus ex contrarijs partibus locatus aut tendo, sectus, eosdem duos motus perdit, rursus vtiq; & illũ fore ẽm eandem rationẽ dñm eorũdem duorũ motuũ dicemus, quos tuetur aut offendit pari modo. Quare, ẽt si vnus quis musculorũ pereat, contrariorũ motio simul peribit: facere autem non similiter ambo nati sunt, sed vterq; alteram solũ: nanq; necesse est horum alterũ verum esse: vtrum autẽ sit, conabimur ostendere, cũ prius clarius dixerimus, ꝙ motuũ, q̃ sibi inuicẽ succedũt, necesse est altero pereunte & reliquum simul perire. Finge enim eũ motũ perijsse, q̃ natus est particulam extendere: igitur flectetur quidẽ D primũ, manebit aũt in hoc statu semper, ꝙ non amplius extendi possit, quæ motu extensorio priuata est: quia aũt extendi non amplius potest, idcirco nec flecti quidẽ, flectitur enim, quæ antea extensa fuit. Similiter motũ, qui natus est flectere particulam, si accidat perire, extendetur quidem ea primũ, sed immobilis in posterum fiet, cũ non amplius ad flexionem venire potuerit, qua præcedente extensio sequitur. Id igitur omnium est verissimũ, videlicet motus contrarios sibi inuicem succedentes simul corrumpi. Quamobrem recte se habet quæstio, vtrum duo motus ab vtrisque musculis fiant, an vnus quidem ab vtroq;: tum'ne simul reliquus cum altero pereat.

Internos musculos flexionis, Externos extensionis auctores esse. CAP. 5.

QVo igitur pacto id distinguetur? diuersis symptomatibus. Vt enim cõia sunt demonstratiua alicuius cõis, quantũ est in ipsis, ideo q; incertũ erat, quod propriũ erat in vtroq;: sic, quæ diuersa sunt, & demonstrationẽ propriam vtriusq; musculorũ actionis, & veritatẽ manifestã faciẽt. At propria in vtroq; musculorũ hæc insunt. Eo qdẽ, q̃ intus est, absciso, extẽsa pars in hac figura ꝑpetuo manet: eo aũt, q̃ foris, flexa nõ amplius extẽdit. Quòd, si tuis manibus capiẽs flectas extẽsam, vel extẽdas inflexã, vtrũq; qdẽ ipsorũ facile efficies: omissa aũt particula, statim in pristinũ statũ restituet. Quid igitur ex his demonstrat? nẽpe flexionẽ venire à musculis, q̃ intus sunt: extensionem aũt ab ijs, q̃ foris sunt. Quapropter, si externus vulneratus amiserit operationem, internus

ternus vero maneat adhuc operans, flectitur particula, tanq̃ is, qui natus est ipsam flectere, illæsus E existat. Si vero qui intus est abscindatur, contrariũ fit: extenditur quidem membrum, sed non amplius flectitur. Cur aũt in vtraq; figura permanet particula immobilis? an quia motus inuicẽ succedentes corrũpi accidit? Nam musculus flectere natus, si sanus sit, primum quidem flectit: secundo aũt & tertio non amplius flectere potest, nisi parte rursus extensa: extensæ enim flexio est. Qui natus est extendere, eadem ratione semel quidẽ extendit: secundo aũt vel tertio non amplius poterit, nisi particula denuo flectatur, flexæ enim extensio est. Quòd si tu tunc perditam vulnerati musculi operationem imitatus extendas tuis manibus flexã, videbis saluum esse motũ ei flectendæ idoneum: nihil enim tua opera indigens sua sponte flectetur, à musculo intus constituto operante tracta: non tñ vnquam ab vllo musculo extendetur, sed semper tua opera ad hoc indigebit: veluti, si eum, qui intus est, vulneraueris, extendetur quidem semper particula absq; tua opera, nõ tamen flectetur ab vllo musculo, sed præterea motum abs te requiret. Manifestũ igitur ex dictis, q̃ flectere quidem officium est musculorum internorum: extendere aũt externorum. Perspicuũ autem est, q̃ tensio & in se ipsos contractio, insita musculis est actio: extensio autem & laxatio, oppositorum intensorum & ad se ipsos trahentium. Discas autem id ex alijs apparentibus non paucis, vt ex hoc primo didicisti. Auicularum crura ab animali exempta tractans, extendere tuis digi F tis tẽdones, qui in ipsis sunt, conare: prius quidem internos, deinde externos: cernes enim illis tractis flecti membrum, tractis vero his extendi. Quinetiam, si crure adhuc toti corpori adhærente capto, eiusdem mortui animalis vtrũq; tendonem aut musculũ velis vicissim extendere, ẽt hoc pacto cernas per internos quidem membrum flecti, per externos vero extendi. Præterea, si totũ musculum per transuersum abscindere velis, siue in animali mortuo, siue adhuc viuente, partem eius aliam sursum, aliã deorsum ferri euidenter videbis, ad suum terminum vtraq; tractam: id q; si quauis in parte totum musculum per transuersum abscideris, fieri euidẽter videbis: quo manifestum est, q̃ omnis eius particula connatum habet motũ, in seipsam scilicet coitionẽ. Etenim, & si principium supernum solum absciderit musculi, totus ad caudã feretur: si finẽ inferiorem, ad caput retrahetur: si vtrinq; absciderit, eũ quasi conglobatum videbis, & cõcurrentem ad medium ex vtrisq; finibus. Scio ergo, q̃ per vnumquodq; dictorum satis demonstratur, quod erat propositum.

De Motus offensa ex morbis affectibus, ac de Motibus manus. CAP. 6.

VErum & propter medicos, & philosophos, qui de omni actionis inuentione dubitare contendunt, non solum hæc, verum etiam, quæ postea dicenda sunt omnia, adiungentur. Scirrho enim genito in musculo aut quocunq; tendone, eorum quidem, qui parte membri interna G constituti sunt, pars flexa non amplius extenditur: eorum vero, qui foris sunt, extensa non amplius flectitur: contrario modo, q̃ in vulneribus se habebat: in illis enim in cõtrariam partẽ vulneratæ, pars retrahebatur, hìc autẽ ad ipsam passam trahitur. Videtur aũt & hoc non modo non repugnare ijs, quæ antea dicta sunt, verũ etiam mirifice attestari. Omne enim, quod scirrhum cõtraxerit, à tumore præter naturam tenditur. Hoc certe ipsi à morbo accidere videtur, quod bene valẽti ab impetu voluntario: nisi q̃ ab hoc motus est spõtaneus, ab illo vero non spõtaneus. Quare ne tuis quidẽ manibus vllũ eorum, quæ ita affecta sunt, ad contraria retrahere queas, quemadmodũ in vulneribus fieri solebat: contra enim tendit scirrhus, vice ligamenti musculo factus. Quare, si possibile esset manibus nostris in oppositũ locum duci particulã, nihil vtiq; prohiberet ea & musculis oppositis abduci, vtpote qui & ipsi naturalẽ motũ obire possint. Quæ autẽ in scirrhis, eadẽ in phlegmoue fieri cernũtur. Nã & musculi & tẽdones phlegmonen patientes, mẽbro ad se ipsos tracto, sæpe motu ipsum priuarũt. Itẽ durities cicatricũ nihilo minus, q̃ p̃positi affectus, frequẽter ipsum impediuit. Vidẽtur certe & hæc oĩa ipsis accidere, & his nõ minus ea, quæ dicẽtur, simul q; multæ aliæ ambiguitates soluuntur. Mirũ enim videbatur & ferè impossibile, cũ vnum modum motus oẽs musculi habeãt, vnum membrũ, nempe manum, aliquando extendi, aliqñ vero flecti: H interdum in vtrãq; partẽ circũduci: & modo sursum tendi, modo deorsum demitti: & interim retro ad spinam verti. Verum non amplius mirum aliquid huiusmodi videbitur, cum nobis exploratum iam sit tendi quidem sursum & demitti manum, articuli, qui in humero est, & musculorũ ipsum mouentium actionem esse: extẽdi autem & flecti, brachij ad vlnam: volui ad pronum aut supinum, brachij ad radium. Quòd autem spinam tangat, & motus is manus in tali actione à quatuor articulis simul motis fit, hoc modo, demisso quidem brachio, flexa autem vlna: circunducto vero radio in pronum, conuerso aũt carpo. Verum omnes sanè per musculos agentes fiunt: atq; impræsentiarum non est dicendi tempus, à quo quis fiat: nã & in dissectione musculorũ, & in tractatione de vsu particularũ, itẽ in anatomicis administrationibus dicetur tũ numerus omniũ, tum motus particularũ, qui à singulis ipsis fit. Quod autẽ ad propositũ confert, id memoriȩ causa repetijmus, ne mireris, qũo, cum vnus modus motus musculis sit, adeo varie membra figuret. Nam, q̃ vnusquisq; trahit ad se ipsum partem, in quã inseritur, alter ex dextris ad sinistra circũagere, alter ex sinistris ad contraria poterit: sic & alius flectit, alius extendit. Quid igitur mirum est, cũ multi musculi per multos articulos simul agant, admodum variam membrorum esse figuram? Nã, qui in caput brachij inseruntur, sursum tendunt ipsum: cubiti os vero extendũt, qui in cubito sunt, foris in

A ris in ipsum ἀγκῶνα finientes: radium vero ad pronum, qui intus in cubito sunt, quasi obliquū circunducunt: carpum extendunt, qui in cubito sunt, in ipsum extrinsecus terminantes: porrò vnusquisq; digitorum ab internis tēdonibus flectitur. Quòd, si digiti oēs sint flexi, tota figura manus ijs, qui in pancratio ipsam protulerint, similis potissimum fiat. Si aūt brachium quidē sursum tensum fuerit mediocriter, cubitus vero exacte ad supinum sit extensus, radium vero musculi in cubito foris constituti reflectant, & carpus vna cum digitis extensus sit, figura totius manus similis extendentibus eam causa recipiendi aliquid, fiet. Quod cum ita habeat, si cæteris seruatis solum supinum submutes, constituasq; medium inter exacte supinum & pronum, totam formam manus talem efficies, qualis maxime fit sagittantibus, cū telum iecerint, vt inquit Hippocrates. Sic quoq; & in singulis figuris totius manus non difficile est inuenire singulorum articulorum constitutionem: modo illius memineris, ꝙ vnusquisq; musculorum, dum tenditur, ad se ipsum trahit particulam in quam inseritur. Hoc enim pacto omnia manus opera luctantibus, sagittantibus, fabricantibus, & quodcunq; aliud agentibus inuenies à musculis, qui in ipsa sunt, perfici. Hoc igitur iam mihi videtur clarum esse, nec pluribus verbis indigere.

1. de fract. t. 9. 7. 225. d

Non omnem Motum fieri actione musculorum, nec omnem Immobilitatem quietē. CAP. 7.

B QVod autem non dum dictum est, & idcirco obscurū adhuc est, dicendū deinceps, videlicet neq; oēm manus motum actione fieri musculorum: neq; omnem immobilitatem quiete. Nam & motū aliquē possibile est inuenire omnibus musculis, qui in ea sunt, cessantibus ab actione, & quādam quietem perq̄ multis agentibus. Dicatur aūt prius de motu: sed, vt clarior sermo sit, recordemur primū in omni corpore horum duorum motuum, qui quidem sibi inter se sunt proximi, sed non similiter fiunt: vocatur aūt alter ipsorum reclinatio, alter decidētia: & reclinare quidem fit voluntario, decidere autem non sponte, reclinare igitur musculorum actione conficitur, & ideo opus est spontaneū animalis: decidere aūt non est opus, sed affectus præter voluntatem, & musculo nullo agente indiget: sufficit enim solum omnes musculos à tensione quiescere, permittentes grauitati corporis, quò vergat, ferri. Hac quidem ratione decidere, & reclinare, differunt: eadēq; & deorsum ferri manum, & demitti. Deorsum fertur enim cessantibus musculis omnibus, qui in ea sunt, & corporibus ab innata grauitate deorsum tractis: demittitur aūt musculis, quæ in ala sunt, ad se ipsos trahentibus brachiū. Tertius igitur hic motus inuentus est musculorum præter duos antea dictos: illorū enim alter, secundū quem agunt, in se ipsos erat cōtractio: alter vero, secundū quem cessant, dū ab oppositis musculis extēduntur, non erat quidē ipsis insitus,
C sed secundū aliquod accidēs factus erat: at, q̄ nūc inuētus est, nulla in re illis similis est, neq; enim in ipso contrahitur neq; extēditur vllus musculus: Nūquid igitur nec penitus mouetur? atqui fieri nō potest, vt, cū totū membrum deorsum feratur, musculus, qui est pars membri, immobilis maneat: quare mouetur quidē tunc, non tñ extenditur neq; contrahitur. Quis igitur modus ipsi motus? qualis videlicet & ossibus: neq; enim hęc extensa & contracta simul circūferūtur cum membris, sed ita mouentur, ac si aliquod inanime corpus ipsis alligares. Quoniam igitur ex motibus cōtractio quidem musculi est tanquam instrumēti animæ actio: extensio autē tanquam instrumenti quidē, non tamen actio, sed simpliciter motus: qui modo propositus est tertius motus, neque vt viuētibus quidē musculis inest omnino, sed vt inanimatis ac penitus ex se ipsis immobilibus. Ad reliquū & quartū motum trāsgressi consideremus etiam modū ipsius, q̄ oppositus quodam modo tertio esse videtur. Tertio enim modo motus, musculi demōstrati sunt quiescere, quamuis moueantur: quarto aūt demonstrabūtur agere, q̄uis moueri nequaq̄ videantur. Fingamus enim manū sursum tensam esse, & deinde in hac figura seruari: post interrogemus iterū nos ipsos, cur iam non deorsum feratur grauitate vergens: ac deinde respōdeamus, ꝙ musculorum eleuantiū ipsam tensio permanet: prius igitur, q̄ hæc exoluantur perfecte, non est possibile manum transmoueri:
D cessantibus tamen à tensione, si nullus alius musculus tēdatur, sed omnes qescant, quo grauitas eā ducit, eò deferetur: si aūt aliquis alius musculus tensus fuerit, quò ille trahet, illuc mouebitur. Manifestū igitur, ꝙ, dū manus tensa seruatur, tensio musculorū, qui ipsam in eo constituerunt, conseruatur. Nūquid igitur dicendū est eos agere quidem & tendi, sed non moueri? Atqui si hoc verebimur dicere, non agere quidem eos dicendum: absurdum enim est fateri eos agere secundum innatam & maxime propriam actionem, moueri autē eos negare. Atqui non apparent moueri. cur igitur non oportet etiam contraria ponere, etiā si quammaxime ardua & distinctu difficilis eorū sit pugna? Si enim argumentandi cupidi in contraria argueremus, male faceremus: cum autē nō simus de numero eorū, q ideo mouent dubitationes, vt nihil inueniatur, sed de ijs potius, qui vndique diligenter idcirco considerant, vt exacte inueniatur, oportet alacriter omne, quod in controuersiam venit, in mediū proferre, nihil formidantes. Quia nanq; musculi agunt, ideo eos moueri dicimus: quia vero nec totum membrum, cuius pars sunt, neq; ipsi singulatim apparent moueri, propter hoc rursus nō audemus fateri eos moueri. Quam igitur quispiā solutionē dubitationis inueniat? vtrum eam, quam afferunt, qui supponunt motus tonicos appellatos, an aliquam aliam meliorem? An ne de hoc quidem temere pronunciemus prius, quam accurate cōsiderauerimus, quid'nam tandem dicant? mihi multo quidem melius id videtur esse.

De Motu tonico, ac quo pacto contractio fit corporis musculi & animalis facultatis. CAP. 8. E

ATq; iam ita agamus, & primum (vt certe illi docent) sic sermo procedat. Intelligamus trahi aliquod corpus inanimatum, vtputa lapidem aut lignum, ab aliquo: rursus consideremus ab altero quodam ad contraria hoc idē iterū retrahi, vincere tñ robore priorē tractū, & pp hoc sequi illū corpus, multo aūt minus, q̃ si à nullo in contrariū traheret: tertiā aūt cōstitutionē huiuscemodi corpori afferamus, qñ videlicet æqs viribus in cōtraria tenditur. Nō igitur prima quidē cōstitutio mouit ipsum vno motu, quāto vires mouentis poterāt, & in tantā coegit distantiā progredi, in quantā id, quod mouet, potuit ducere: secunda aūt tanto minorē distantiā priore effecit, quanto alterū mouentiū in contrariū attraxit id, quod mouetur: tertia cōstitutio, quantū alter motuū trahebat prorsum, tm̄ alter retrahens retrorsum in eodē loco corpus manere coegit, non vt penitus immobile. Manet enim & hoc in eodē perpetuo, sed non similiter illi: hoc, quia nequaq̃ mouetur: illud, quia dupliciter, velut qui aduersus fluxū fluuiŋ natat. Hic enim, si viribus æqualis sit violentiæ fluxus, in eodē semper permanet loco, non tanq̃ is, qui nullo pacto mouetur, sed prorsum proprio motu fertur tm̄, quantū externo retrorsum rapitur. Nihil autē obfuerit rem ita obscurā pluribus exemplis explicari. Sit aliqua alta ales, quæ in eodem loco videatur manere: vtrum dicendum est hanc immobilem esse, ceu si suspēsa superne fuisset, an moueri ad superiora tm̄, quantum grauitas F corporis ea deorsum duxisset? Mihi sanè hoc verius esse videtur: nā, si ipsam priuaueris anima vel vigore musculorum, celeriter ad terram deferri cernes: quo manifestum connatam lationem grauitati corporis deorsum, æqualem ad superiora lationi, vigore animi esse. Vtrum igitur in omnibus huiusmodi constitutionibus, aliàs deorsum, aliàs sursum corpus feratur, contraria vicissim patiens, ꝙ autem celeres & momētaneæ fiunt mutationes, & motus in breuissimis spatiŋs ferātur, in eodem loco manere videatur: an vere vnum locum perpetuo obtineat, nō est præsentis temporis disserere, nam in naturalibus de motu disputationibus eiusmodi scrutari est æquius: sed sufficit in præsenti hoc inuentū esse, ꝙ ea actionis species fiat, quam siue tonicam, siue aliter appellare velis, nihil intererit: quam cognoscere, cuiusmodi sit, est satius, ne musculi videantur esse ociosi, cum manus sursum est tensa. Quatuor igitur omnino differentię motuum sunt in musculis: nam aut contrahuntur, aut extendūtur, aut transferūtur, aut tensi manent: est aūt eiusdem generis quarta differentia cū prima, ambæ enim actiones musculi sunt. Cum aūt musculum mortuū, cui non est amplius participatio animalis vigoris, totum incidentes per transuersum, ad suos fines contrahi conspiciamus, videbitur vtiq; non immerito hoc esse officium constitutionis corporis ipsius. Atqui, si corpus musculi in se ipsum cōtrahi natum est, quis vsus adhuc erit animalis facultatis ipsum mo G uentis, nisi ad hoc, vt musculi mutuo motibus cedāt? Nam, si, quod vterq; facere natus erat, id ageret perpetuo, nihil certe prohiberet corpus obnoxium semper esse affectui, qui tetanus nuncupatur: quid enim aliud tetanus est, q̃ cum partes inuitæ in cōtraria retrahātur à musculis oppositis? Vt aūt id non fiat, aliquis forte facultatem animæ causetur: dicatq; iubere ipsam musculis ociū agere, cum oppositos ipsis moueri oporteat. Verum, si id fatebimur, primū quidem contraria ŋs, quæ antea dicta sunt, dicemus: non. n. amplius musculis moueri ab animali vigore, sed potius nō moueri concedemus: tū multa, quæ in ipsis apparent, habebimus sibi ipsis aduersantia. Primum sanè & maximū, ꝙ neruo perueniente ad musculū, qui intus est, abscisso, statim musculus ille extensus videtur, ac semper in extensione manere. Oportet enim, si modo contractio quidem connata est eius corpori, extēsio aūt anima iubēte fiebat, extensionē perire potius, q̃ contractionem, quando is, cui neruus abscisus est, musculus à cōmunione cū principio est seiunctus: nunc vero contrario modo se habet, cōtrahitur siquidē ille, cui nō est abscisus neruus, qui autē illi est cōtrarius, extenditur. Oportebat aūt nō solū, eius, cui neruus abscisus est, extensionē perire, sed & eius, cui nō est abscisus, ambo conseruari & extensionē & cōtractionē: si modo extendi quidē à neruo, cōtrahi vero à se ipsis, musculi habēt. Quo modo igitur & huius dubitationis solutionē habebimus? ex ipsa H rerū diuersitate oportet & hic discrimen inuenire & motus corporis musculorū, & facultatis, quæ ipsis vtitur. Quod igitur est discrimē? abscisso musculo externo aut tēdone statim particulā flecti, tametsi flectere ipsam nolimus. At à quo flectitur? (neq; enim id pręterire oportet) ab ipso scilicet musculorū internorū corpore in se ipsum natura confidente. Quòd, si flexio particulæ non est volūtatis nostrę, quo nā pacto fieri dicatur ab animali facultate? Vt igitur discas, quis sit facultatis ꝑprius motus, iubeto hominem conari particulam lęsam impensius flectere, videbis sanè euidenter ipsam flecti. Rursus iubeto exoluere voluntarium motum flectendi, videbis certe iterum eam extendi, quousque primam flexionem resumat, ad quam deducta est absq; voluntario conatu. Ex his enim, quæ apparent, euidēter intelligi potest, ꝙ in exactam & perfectam flexionem nunq̃ corpus musculi ex se ipso ꝑuenire posset, nisi ab animali facultate adiuuetur. Frustra igitur forte qſpiam dicet corpus musculorum ea natura, vt contrahi possit, factum esse, cum ab anima id ipsum perfectius ac melius efficiat. Sed, qui hoc dicet, vnus ex ŋs est, qui de nullo pronūciare, sed de omnibus dubitare, vt ipsi loquuntur, solent: quem libenter percunctarer, an particulam, quæ nata est extendi, putet aptissimū instrumentum potentiæ, cuius officium est cogere, an contra. Equidem ne excogitare quidem possum, quo nam pacto quis instrumentū ineptius ad motum construxisset, quàm

A set,quam si ipsum ad contraria voluntati mouentis vergens fecisset: quod,si hoc est ineptum,contrarium profecto est aptissimum, omne quod ex se ipso inclinat, quo moturum velit. Cum igitur facultas animalis festinet musculum ad proprium principium trahere,structura ad hoc apta ipsi fuit. Hoc quidem tale est.

Cur Contractio corporis musculi magis propria dicatur esse,quàm extensio: ac de Symptomatis, quæ in contractione & extensione musculorum apparent. CAP. 9.

ILlud vero quis iustius quærat dubitetq;,cur nam omnino proprium motū dixerimus esse corpori musculi,extremam contractionem: cum & post perfectam extensionē cōtrahatur, & post extremam contractionem extēdatur? Aut enim neutrum ipsi motum proprium esse dicendum, sed casu aliquo fieri: aut vtrosq; similiter proprios esse existimandū est. An,quod plurimū quidem recedit à perfecta extensione,parum vero à perfecta contractione, idcirco magis propria ei contractio putanda est? Cum enim duæ sint (vt sic dixerit aliquis) figuræ hyperbolicæ, i. excedentes, videlicet summa extensio,& perfecta contractio: si non magis propriū esset corpori musculi contrahi,quàm extendi: mediam amborū figuram exacte sumeret,semper q; ad eam dimissus tenderet: nunc vero non apparet,accedit enim propius ad perfectam mēbri flexionem,quàm extensionē. Verum,

B si hoc concedatur ac dicatur,vt sane æquum est cōcedi & dici (apparet enim ita habere,) adhuc videtur mihi cōsiderandū esse,cur extrema flexione mēbri volūtaria facta, cū ipsam soluerimus, parum discedere musculus appareat,paulatimq; quodā modo extēdi: id enim haudquaq; erat necesse,siqdem natura ipsius corporis ad cōtractionē vergit. Quas vero ad hoc rationes adducere possimus,in medio ponatur considerandū veritatis amatoribus: vt,si qdem recte demōstrauerimus, neq; ipsi falli appareant,totū iam propositum inuentū esse dicamus: sin id minus,saltem,cū plurima quidē partim iam inuenerimus,partim vero alia diligenter simus pscrutati,alius quis & alius, quod deest,inueniat. Vt autē futurus sermo sit dilucidus,aliqua similitudine est opus, quam non modo intelligere potes,verū etiam,si vis,comparare. Duo enim ossa capiens cuiusuis animalis, ad articulū inter se coniuncta,duas catenas ex pluribus neruis connectens aut conglutinato accurate,in quibus ego partibus ossium iussero,aut alligato. Iubeo aūt conglutinare,vel alligare,quo loco musculi ossibus inserebantur. Cum aūt sit duplex modus insertionis omnibus musculis,nihil obest,quo minus vtrunq; ipsorum per similitudinem imitemur. Conandum est igitur clare interpretari duplicē hūc modum: non enim recte quis ipsum imitetur,nisi exacte nouerit. Principium aūt hoc orationi iustissimum fuerit. Cū ossa inuicē coeāt,vt articulus fiat,alterum quidem ipsorū

C est,quod mouetur: alterū vero velut sedes quædam ei,quod mouetur,est subfirmatum: quo modo cernis ostiorum cardines se habere. Quare necessario manēti quidem cauitas,ei vero,quod mouetur,deuexitas adest. Vocatur autem cauitas & cotyle,& prçterea glene, id est pupilla: deuexitas vero,caput & condylus. Tanto aūt cotyle,quàm glene,est profundior,quanto caput condylo est longius: vtrūq; enim vtriq;,velut cardini,locum aptum natura comparauit. Cum vero hoc modo bene haberent,quæ mouenda erant,multo adhuc aptius atq; artificiosius eis cōiunxit,quæ motura erant. Nam musculos instrumenta motuum produxit quidem ex superiacentibus ossibus,in quibus sunt cotylæ: inseruit autem in capita subiacentium,quæ erant mouenda: & per hos intensos capitibus sursum tractis,simul cum eis totum membrum sursum trahitur. Cum autem alter ipsorum maius,alter vero minus os erat moturus,magnitudinē musculorum,qui moturi sunt,creauit proportione parem moli mouendorum ossium. Quare alij quidem iure ex ipsis capitibus aut condylis superiacentium ossium sunt exorti: alij vero paulo his inferius iuxta cotylē, aut glenam, sed non multum: parui siquidem hoc pacto penitus fuissent,nec potuissent mouere subiectum os. Hæc quidem natura est ossium cōiunctorū inter sese per articulos, & musculorum ipsa mouentium. Imitari autem eam recte possis,si catenam ex altero ossium appendens ea parte,qua

D musculus enascebatur,applices eius alium finē in caput alterius ossiū, quo musculus inserebatur, duo hçc obseruans, nempe vt crassities catenæ satis sit mouēdo ac vehendo ossi subiecto: tum ne in excessibus figurarum catena sit tensa,sed ita se habeat,quasi humi iaceret à nullo appensa. Sint igitur duç catenæ,quæ loca occuparunt oppositorum musculorū,qui extendere & flectere membrum nati sunt,ut raq; tūc penitus liberata à tensione,quando membrum extremam habet figurā, altera qdē externa,cū exacte est extēsum: altera autē interna,cū flexū. His ita structis manifestū,quod catenarum utraq; à manibus nostris tracta,in extremam extensionē,aut flexionem, ducit ossium constructionem: ipsæ vero per se ipsas dimissæ,mediam figuram compositionis ossium vbi effecerint,postea quiescunt. Adhibere aūt mentem oportet præcipue huic ipsi figurç: media enim exacte hæc est inter extensionem & contractionem. Si tamē alteram catenarum incideris quidem in aliquo,non aūt absciderís totam,parū omnino ad alteram partē mediæ figuræ transferes ossium cōstructionē: quod,si penitus absciderís,impensius,nō tamen ita,vt ad vltimam veniat figuram: extremæ nanque figuræ non aliter fieri videntur, nisi cum catenas manibus trahas ad proprium principiū. Eadem hæc accidere & in musculis euidenter cernuntur: quippe cum musculus catenç proportione rñdeat,anima vero manui mouēti ipsam: neutra enim catenarū absq; manu ad extremā figuram constructionem ossiū deducere potest,neq; vllus musculorum absq; animali impetu

extremam

extremam flexionem aut summam extensionem partis efficere: priuatis autem musculis quidem E animali impetu, catenis vero manu, mediam videbis figurã ossium inter se mutuo fieri. Quod, si incideris musculum externum, flecti mẽbrum vltra mediam figurã videbis, quemadmodum si catenam externam incidisses: pari modo, si musculum internum incideris, extendi particulam plus medio videbis. Quae'nam igitur causæ sunt tum horum, tum aliorum omnium affectuũ, qui musculis accidunt? Principium quidem omnium vnum est, videlicet musculos perfectam habere cõtractionẽ in excedentibus figuris, quẽadmodum in catenis habebat: reliquæ aũt omnes hanc consequuntur. Principium aũt hinc pariter ostendemus: non enim ex hypothesi quadã nobis incerta sumendũ est ipsum, sed ex quodam symptomate, quod euidẽter apparet in omnibus musculis. Quid'nã autem est id? cuius certe ante meminimus, quòd musculus tãtum contrahitur, cum tendo abscissus à mẽbri capite fuerit, quantum motũ voluntario incitatus, in extremam flexionẽ duxerit membrũ: ostenditur enim manifeste huiusmodi apparere, musculum suapte natura in extremam cõtractionem progredi, quantũ in structura corporis est positum. Cum enim solutus fuerit continuitate, quam habet cum osse obnitente, tunc, quasi vinculis solutus & perfecte liber factus, suam ipsius naturam ostendit: quandiu vero à musculo ex opposito cõstituto pars retrahitur, qui & ipse eãdem naturam habet, vt statim ad extremã contractionem festinet, alter musculus ab alte- F ro æqualiter priuatur coitu in se ipsum: atque ita accidit oppositorum in membris musculorum vtrunq; in dimidio cõtractionis lædi. Porrò, ꝙ vterq; quidẽ sua natura in extremam contractionẽ semper festinet: alligati autẽ sint è partibus oppositis capiti vnius ossis: omnino necesse est membrũ æquipollentibus motibus interceptum, neutrũ sequi. Neutrũ aũt sequi idem est, ac si mediam haberet figuram extremorum: illorum enim vtrunq; fiebat altero ipsorum prævalente, extensio quidem, externo: flexio vero, interno. Æquipollens igitur motus ipsius corporis musculorũ fit, quando neuter tonum animalem habet auxiliarem: non æquipollens vero, cum alter solus dominatur. Quare necesse est, vincat cõtractio illius musculi, qui ab animali facultate adiuuetur. Triũ igitur apparẽtium causas inuenimus, ab vno principio profecti, quod ne ipsum quidem ex hypothesi nostra, sed ex euidenter apparentibus, sumpsimus. Quòd enim musculi videtur accipere extremam contractionem, cum absoluti fuerint à vinculo, quo ad capita membrorum sunt alligati, palàm nobis factum est eos sua natura quidem, quantum ad structuram eorum pertinet, perfecte contrahi, sed propter aliud quiddam impediri: quid autem esset, quod impediret, quærentes, proximam causam, vinculum inuenimus: quo enim abscisso in extremum contrahebantur, hanc causam priorem, cur non contraherentur, posuimus. Vinculum autem non simpliciter, quia vinculũ G est, idcirco prohibere inuenimus, quo minus musculi contraherentur, sed quia inseritur in caput ossis, quod in contrarias partes tenditur: eo q; assecuti sumus causam eius, quod secũdo loco apparet, videlicet ꝙ membra mediam figuram accipiunt, cum neuter musculorum ab animali facultate mouetur. Tertium erat ad hæc apparens, videlicet flecti & contrahi, aut extendi tunc membrũ, cum alterum duntaxat musculum voluntas mouet: vinci enim interim alterum atq; violenter cogi, vt simul cum toto membro extendatur. Age igitur præter hæc & aliorum omniũ, quæ apparent, causas recenseamus, vt, si sibi ipsis cõsentaneę fuerint, credamus ob id rationibus, quæ de ipsis afferuntur: sicubi vero dissideant vel in vnoquouis, omnes similiter suspectas habeamus. Sit itaq; præter dicta primũ quidem hoc euidens? Abscisso nanq; externo musculo, vltra quidẽ mediam figuram deflectitur membrum, non tamen ad extremam: quanquam forte videbitur æquũ esse, cum nullus amplius retrahat in contraria musculum internum, oportere eum in extremam venire contractionem. Sed, qui ita sentit, oblitus est grauitatis, quæ in mẽbro inest: quæ perfectæ contractioni musculi resistit. Nam & in similitudine, quam fecimus per catenas, similiter apparet accidere: neq; enim illarum abscissa externa, reliqua cõtractio in extremum poterat venire prius, quàm abscinderetur os, quod ab ipsa mouetur: quandiu autem continuum erat, retrahebat ad se H ipsum catenam. Igitur, cum etiam musculum internum quis totum secuerit, membrum consistit in eo situ, qui est inter mediam figuram & extremam extensionem: musculus enim externus non potest penitus extendere ipsum absq; animali impetu. Quare & hęc apparentia ijs, quæ antea dicta sunt, & sibi inuicem sunt consentanea.

Consentire ijs, quæ dicta sunt, quæcunq; scripsit Hippocrates de figuris partium, quæ fiunt in motu. CAP. 10.

PRæterea, quæ ab Hippocrate scripta sunt olim de omnibus figuris, quæ in partibus sunt, nũc quoq; ita se habere videntur. Non'ne mirifice hæc concordant? primũ quidẽ, ꝙ flectentes penitus quancũq; partẽ, aut extẽdentes, summe dolemus: secundũ vero, ꝙ media istarũ figura minime dolorem affert: tertiũ, quia mutationem celerem in extremis figuris appetimus: quartum, ꝙ diutissime mediam figuram seruamus, nullã cupiẽtes mutationẽ: quintũ, ꝙ hãc quoq; mutare aliquãdo desideramus: sextum, ꝙ oĩs figura, molesta est summe imbecillis. Nã figurarũ excessus merito dolorẽ afferũt, nempe cũ alter musculorũ agat, alter præter naturã extẽdatur: media vero istorũ figura & ab actione & à nimia tẽsione vtrosq; inhibẽs, merito est iucũdissima. Quare & mutationẽ figurarũ quidem, quæ dolorẽ afferũt, celerẽ optamus: eius vero, quæ dolore caret, tardã. At cur omnino ipsam mutari desideramus, quãuis sine dolore sit? quia in hac etiã figura tẽsionẽ quã dam

1. de Fract. t. 13. & 16. 7ᵈ. 226. e. & g. Et sect. 2. t. 61. & 65. Et sect. 3. t. 28 & 63. 250. f. De Officina med. sect. 2. t 28. & 29. 7ᵈ. 212. b. c. Et sect. 3. à t. 17. ad 27. Et 2. de Rat. vi in ac. t. 22. Et 3. t 14. & 25. Et 1. Prognost. t. 16. 4ª. 194. g

A dam musculi sustinent, minorem tamen, q̃ in omnibus alijs: eam autem dolore carere dicimus, nō quia nullius penitus doloris sit particeps, sed quia minimi, & eius fermè insensibilis propter paucitatem: atq; ipsam mutari tum cupimus, cum congregatus paulatim, fit sensilis. Quòd autem & in hac figura tensionem quandam musculi habeant, si eorum meminimus, quæ antea diximus, nō amplius demonstratione egemus. Tendi enim eos diximus à membris, in quæ inseruntur, ob eam q; causam liberatos ab illa tensione, cum tendo est sectus, contractionem secundum naturam prompte resumere. Nunq̃ igitur vllus musculus sine tensione est, ne cum in medijs quidem figuris consistit: sed, φ hanc quidem vt exiguam contemnimus, alias vero vt vehementes ac violentas non ferimus, hanc quidem eligimus, illas vero fugimus. Cum autem imbecilli summe fuerimus, vt in stomachicis & cardiacis syncopis, tunc nec breuem tensionem ferimus, neque mediam figuram toleramus: quo fit, vt, quamuis impotentes simus ad motus, tamen aliàs alio proijciamus partes, aliquam quidem consequi figuram dolore carentem optantes, sed nihil tale prorsus inuenire potentes. Vt igitur, siquis nostrum cogatur lapidem aliquem non magnum ex collo suspensum circumferre, robustus quidem absq; molestia ferat: imbecillus autem redditus, statim tanquā onus deponere desideret: eodem modo & musculorum quisque quasi quandam lapidem gestans appensum os, donec quidem validus est, contemnit, plerunq; ne tantillū quidem grauitatem eius sentiens: cum autem imbecillus fuerit, tunc sentit & ægre fert, & quasi quoddam onus excutere cupiens, aliàs aliam figuram appetit. Omnia igitur, quæ musculis accidunt, omnibus conuenire videntur, & communi principio omnia hærere: quo demonstrati sunt ex se quidem ipsis festinare semper in extremam contractionem, sed non posse hanc consequi, quòd tum oppositos in contraria trahentes habeant, tum grauitatem ossium annexam.

GALENI DE MOTV MVSCVLORVM LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

De figuris, quæ per motum variantur, ac de motu naturali, & voluntario.

Quæ sit media simpliciter Membrorum figura, quæ non: & qui musculi quam edant CAP. 1.

C Vm autem prima nobis ac veluti elementa musculorum motus demōstrata sint, addamus ipsis iam, quæ desunt, vt nihil amplius desideretur, sed possit, qui hęc omnia accurate legerit, facile omne, quod de musculo propositū fuerit, inuenire. Rursus igitur incipiamus à figuris, quæ in partibus sunt, in q̃bus superior liber finiuit. Ac primum quidem mediam figurā proponentes dicamus, φ in hac necesse est duplicem constitutionem inesse musculis, alterā quidem antea dictam, qua neuter oppositorum musculorum agit: alterā vero, quæ nunc dicetur, in qua similiter vtriq; agunt. Existit autem prior quidē τοῖς ἐλινύουσιν i. quiescentibus, vt Hippocrates nominabat: reliqua vero, cum neque extendere neque flectere membrum alicui permittimus, ne si maximam quidem vim afferat: fit autem hæc oppositis musculis actionem tonicam nuncupatam habentibus. Sic autem &, si prope mediam figuram vtrinq; membrum constitueris, ęque vtrisq; musculis agere poteris: cum autem ad aliquā excessiuarum figurarum duxeris ipsum, alteri musculi satis esse possunt actioni eiusmodi. Non obscurum autem est ne id quidem, φ in singulis dictis figuris aliàs magis, aliàs minus, tonicam actionem musculi obeunt: tum φ media figura cum tali actione neutra excessiuarum est inferior. Ne D igitur mediā figurā simpliciter carere dolore dicamus, sed quæ ἐν τῷ ἐλινύειν i. in quiete sit: media nanq; figura cum intensione vtrorumq; musculorum, æque, ac extremæ, dolorem affert. Cum vero in ipsa quiete, media figura partim simpliciter sit, partim nō simpliciter, simpliciter quidē media omnium membri excessiuarum figurarum: non simpliciter autem, quæ alterius oppositionis solius est. Quæ quidem simpliciter media est, ἀκάματος, vt Hippocrates appellauit, i. sine defatigatione, duntaxat fuerit: nulla tamen aliarum exacte est ἀκάματος. Demōstratio autem eius, quod dicitur, fieri possit manifesta, cū prius nos statuerimus, & quæ simpliciter sit media figura, & quæ non sit eiusmodi. Fiet autē sermo, quò clarior sit, in manu tanq̃ exemplo. Cum igitur in ea extremæ figuræ quatuor sint, prona, supina, summa extēsio, ac flexio summa, quæ quidē simpliciter media est, omnium istarum est media: quæ aut nō simpliciter media est, vnius est media vtriusuis oppositionum: alia. n. est extensionis extremæ, & flexionis: alia vero supinæ, & pronæ, media est. Figura igitur supina manus est, cum cōcaua quidem eius pars sursum est, deuexa aūt deorsum: prona vero huic contraria: media aūt ambarum, cum intrinsecus quidem sit cōcauum, extrinsecus autem deuexum: cumq; subiectus quidem est paruus digitus alijs, os vero cubiti, ossi radij. Hęc certe media figura potest quidem extensa perfecte manu, potest etiam flexa constare: quemadmodum

1 de fract. t. 9. 7ª. 225. d. It. 2. de rat. vict. in ac. t. 53. 7ª. 154. f. 1. de fract. t. 16. 7ª. 226. g. Et de ijs quæ in med. f. sect. 2. t. 29. 7ª. 212. e

sanè & alterius oppositionis media figura potest quidem constare, cum supina est manus: potest E etiam, cũ est prona: terminus aũt illius figuræ est vlna rectum angulum faciens ad brachium, & propter hoc ipsam appellant angularem. Media itaq; simpliciter ex concursu ambarum dictarum mediarum figurarum fit: aliæ vero mediæ, quatuor quidẽ erunt vniuersæ, sed nulla ipsarum simpliciter media totius membri erit, sed vnius duntaxat oppositionis: aut.n. extensionis & contractionis solum erit media, aut supinæ & pronæ. At, qm̃ vtraq; ipsarum duplex fit iuncta vicissim excessibus reliquæ oppositionis, sic necesse est, quatuor omnino fiant. In vnaquaq; autem ipsarũ aliud quidem cõmune est oĩum, aliud vero propriũ cuiusq;: Cõmune quidem, ꝙ omnino vnum aliquod genus musculorum agit, reliqua vero tria tenduntur quidem per accidens, non autem agunt: Proprium vero cuiusq;, angularis quidem & pronę est, vt agant quidem ij musculi, qui intro conuertunt os radij, alij autem omnes quiescentes tendantur: cęterum angularis quidem sed supinę est proprium, vt, qui extra circunducunt, agant, reliqui vero quiescẽtes tendantur: eodem autem modo & in media inter pronam & supinam, cum summa quidem extensione soli extendentes vt agant, est proprium, cum flexione vero soli flectentes, cum cæteri omnes ociosi quidem sint, sed tendantur.

De Arte naturæ in Manus dearticulatione CAP. 2. F

VT autem clara sit oratio, scire prius oportet, à quibus musculis, & quo modo se habẽtibus, & qualem articulum mouẽtibus, quatuor isti manus motus perficiantur. Est igitur βραχίων, i. brachium, pars totius manus maxima: termini aũt ipsius inferne quidẽ articulus, qui in curuatura cubiti est (ἀγκῶνα autem, i. cubitum vocamus, cui innitimur, vt inquit Hippocrates:) superne autẽ rursus humeri articulus. Altera autem pars totius manus nõ minima post brachium est, quã πῆχυν i. vlnam appellant: terminatur autem, qua brachio quidem continua est, per articulum qui in curuatura cubiti est: qua autem carpo, rursus per ipsum. In brachio sanè vnum os est magnũ & rotundum, nominatum eodem nomine, quo pars. In vlna vero cum duo sint ossa, alterum quidem eiusdem nominis est cum tota parte, alterum κερκὶς i. radius appellatur: dearticulantur autem ambo ad brachij oram inferiorem, vlna quidem, vbi medius locus condylorum i. nodorum brachij est, radius vero externũ brachij ipsius condylum amplectitur in glenen desinens: atq;, circum ipsum veluti axem quendam dum vertitur, manus conuersiones regit, intro quidem dum circum agitur, prona figura manus, extra vero, supina sequitur: extendere aũt & flectere manum, dearticulationis vlnæ ad brachium est actio. Exacta aũt adeo ossium compositio, nescio, sicui aliorum articulorum tanta insit: brachij.n. ora inferior dilatata, nodis circũscribitur: vlna vero contra, processus duos flexos faciens sibi inuicem oppositos, mediamq; ipsorum cauitatem G literæ similem efficiens, hac cauitate amplectitur medium locum condylorum brachij, similem ad vnguem nuncupatis τροχιλίοις, i. trochlearum rotulis. Cum igitur concauitas vlnę circũfertur circa deuexitatẽ brachij, extẽdi atq; flecti accidit toti membro. Vt aũt in neutrã partem inclinet, sed semper exacta dearticulatio maneat, supercilia mediæ concauitatis causæ sunt, coarctãtes vlnæ apophyses. Cum igitur anterior apophysis motus dux est, flectitur membrum: extenditur autem, cum posterior: terminus vero, flexionis qdem, vt anteriorẽ apophysin affirmet ad os brachij: extensionis vero, vt posteriorem. Cum vero & brachij os curuum sit, & vlnæ apophyseωn vtraq; oblonga, & ob hoc periculũ esset citius, ꝙ oporteat, ossibus inuicem congredientibus, ne membri motus prohiberetur, exculpsit natura vtrinque brachij os, in cuius cauitates tm̃ vlnæ corωnæ sese demittunt, quatenus extremam extensionem & flexionem manus esset habitura. Cum autem maior esset posterior vlnæ corωnæ, multo profundiorem eo loco cauitatem brachij fecit: vt propter profunditatem hoc loco tenue admodũ os brachij sit, quod est inter cauitates: nõ tñ perforauit ipsum, quãuis tenue esset, ne laxus vndiq; minus q; firmus esset articulus, neq; musculorum motus nimij. Si vero perforatum fuisset, flectere quidem retro manum liceret: quę autẽ extensa ipsa firmiter agimus, H hæc oĩa longe peius fierent: & vtrorũq; musculorũ tensiones essent vtiq; cum magno dolore, cum posteriores qdem ab aĩali facultate plus tendantur, ꝙ sint nati cõtrahi: anteriores vero eousq; extẽdantur, vt periculum sit eos diuelli. Talis profecto ars naturę ad dearticulationem exactam est.

1. de fract. t. 15. 7ª. 226. g

A. l. 1. f. 1. d. 5. fu. 1. c. 20. 14. f

De musculis Manum mouentibus: ac quo pacto in omni, præterquam in media figura, contorqueantur. CAP. 3.

QValis autem situs musculorum ipsam mouentium sit (quorũ causa, & dearticulationis mentionem fecimus,) deinceps dicatur. Duo quidem in partibus anterioribus brachij: duo vero in posterioribus orti sunt, validis aponeurosibus vlnæ inserti. Incipiunt autem maiores quidem eorum à capite brachij, minores vero multo inferius: feruntur q; oẽs quatuor recta ad vlnam, & inseruntur in hunc ipsum maxime locum, vnde oriri incipiunt corωnæ. Posterior sanè pars, ipsa curuatura cubiti est, hoc est ἀγκὼν, quam Athenięses quidem ὀλέκρανον: Dores vero, κύβιτον nuncupant: Anterior vero, vt dictum est, qua anterioris corωnes exortus est. Ab his igitur musculis parte anteriore brachij & posteriore sitis, vlnam attrahẽtibus, extẽsio & flexio fit. Quatuor aũt alij principia quidẽ habẽt ex vlna ex vtraq; parte curuitatis ad gibberum, duo quidem extrinsecus, duo vero intrinsecus. Omnes aũt cum sint obliqui, ossi radij inseruntur, ad finem quidẽ

A ipsius inferiorem, (vbi dearticulatio est ad carpum.) magni: in medio vero, parui: qui etiã ipsi, dũ tenduntur, ad principia simul attrahunt radiũ: & per hunc totam manum, pronã quidem interni, supinam externi, efficiũt. Cũ igitur sic habeat natura musculorũ mouẽtiũ dearticulationes, quæ in gibbero sunt, demõstremus iam propositum, ꝙ in quatuor differẽtijs figurarũ non simpliciter mediarũ, vnũ quidem genus musculorũ semper agit: omne aũt aliud quiescit quidem ab actione, verũ extenditur. Primũ igitur proponamus, eam quæ etiã tunc primũ dicta est quam angularẽ & pronam vocabamus: in qua de musculis quidem mouentibus radiũ non est opus longiori sermone, ꝙ videlicet, qui quidẽ intus sunt, operantur: qui aũt foris, ociosi extenduntur. Sed de musculis vlnã mouẽtibus verbis pluribus est opus: nã prima imaginatione videbuntur habere exacte mediã constitutionẽ, ꝙ & angularis media est figura: non tñ res ita habet. Si.n. vt angularem, ita etiã figuram mediam inter supinam & pronã tota manus haberet, tunc vere media constitutio adesset ipsis: sed, qm̃ eiusmodi non habet, necesse est & hos musculos & alios oẽs inuerti, quantum tota manus discedit à figura secundũ naturam: quantum aũt musculi distorquentur, tñ puto, circa deuexitates ossium quasi fracti & flexi tenduntur, & laborãt. Nam media simpliciter figura preterq̃ ꝙ nullum musculum habeat neq; agentem, neq; qui violẽter moueatur, ne aliquid quidem eorum

B quæ in membris sunt, distorquet: vnde ipsi & hoc tanquam preter cætera maximũ attestatus est Hippocrates: cæteræ vero oẽs, aliæ magis, aliæ minus, inuersos habent & musculos oẽs, & tendones, & neruos, & ad hæc etiam venas, & arterias: omnia.n. hæc partim extra membra, partim intrinsecus existunt. Vt igitur nata sunt, ita se habentia hæc, seruant figuram mediam inter supinam & pronam. Harum aũt vtraq; admodũ omnia contorquet: prona nanq; (de qua primũ propositũ est dicere,) quæ fit supina, dum musculi vlnæ externi agunt, tantam facit contentionem, vt ipsorũ quidem capita extra membrũ sint: ventres aũt nominati, superne: insertiones vero, intus. Quod, si violẽtius adhuc manum circũuertas, alterũ eorũ musculũ maiorem, qui in finem radij inseritur, adeo videbis flexum esse circũ membrum, vt eius partium, aliæ foris, aliæ intus, aliæ superne, aliæ deorsum appareant: caput quidẽ, extra: venter autẽ nominatus, superne: quod aũt vltra hunc est, intus: inferius vero, insertio: adeo violẽter fractus est & flexus: Alij vero musculi, qui in brachio sunt, per quos extendere aut flectere manum possumus, multo quidem minus his, cæterisq;, qui in vlna sunt: habent tñ aliquid & ipsi contorsionis. Eadem & in supinis figuris fiunt: etenim & in his musculi quidem, qui in vlna sunt, summe laborant: qui aũt in brachio sunt, simul laborãt: sed, cum mediã inter supinam & pronam efficientes figuram, perfecte extendimus aut flectimus ma-

C num, tũc laborãt quidem valde musculi, qui in brachio sunt: simul aũt cũ ipsis laborãt, qui in vlna sunt. Sola igitur figurarũ simpliciter media, cui nullius excessus participatio est in neutra oppositione, exacte caret dolore: cæteræ vero oẽs quatuor partim minus, partim vero magis, omnes tñ sunt dolorificæ. Vnamquanq; autem ipsarũ, quantum discedens ab extrema constitutione ducis membrũ ad mediam, tanto minus dolorificam efficies figuram. Omnino autem nulla doloris erit expers prius, q̃ ad mediã plane accesserit. Quare ex dictis & hoc iam manifestum est, ꝙ huic mediæ figuræ soli omnium figurarũ inest musculos oẽs perfecte quiescentes præbere: aliæ autem omnes partim minus, partim vero magis, vnum certe aliquod genus musculorum agens habent.

In Dormientibus multas esse sæpe musculorum actiones. CAP. 4.

NOn igitur ne dormientes quidem, omnes penitus ociosos musculos habent: sed quicunque propter ebrietatem, aut defatigationẽ, aut infirmitatem viriũ, oẽs corporis partes omnino exoluentes, in mediam eas figuram musculis reducere permiserũt, hi tñ perfecte musculos quiescentes habent. Non tamen in extremis figuris vllam particulam quiuis potest habere dum dormit: valida enim & vehementer intensa actione musculorum ad huiusmodi indigemus. Quæcunque autem in medio sunt inter extremas & mediam figuram, in his vt plurimum somnum capi-

D mus: in quacunq; enim talium constituens membrum, musculis circa ipsum tonice agentibus custodiam figuræ cõmiseris, sic seruant, adeo, vt sedentes sæpe quidã dormiuerint, & nõ nulli deambulantes. Et hoc equidem audiens, antea non credebam: cum aũt fuit opus aliqñ per totam noctẽ iter facere, experientia rem ipsam edoctus, coactus sum credere: fermè enim stadiũ integrum dormiendo & somnia videndo peregi: nec prius excitatus sum, q̃ in lapidẽ impegerim: & id est profecto, quod non permittit dormientibus iter facere longum, quia non possunt exacte leuem viam nancisci. Id igitur solis expertis credibile est. Cætera autẽ omnibus euidenter quotidie apparent, quæ in ijs, qui dormiũt sedendo, accidũt. Et ipsorũ quoq; discũbentium pauci omnino exactam figurã in vnaquaq; particula habent. Qui aũt in manibus aliquid seruant, hi quidẽ & valde tonicam actionẽ ostendũt: manent.n. eorũ digiti exacte flexi circa paruum sæpe corpus aurũ, aut lapidem, aut aliquem nummum. Quod aũt inferiori maxillæ accidit, non'ne & id manifestũ est? non enim discedit à superiore, nisi si ebrius aliquis, aut valde ignauus, aut summe defessus dormiat. Et ipse quoq; stertor propter huiusmodi fieri solet, relaxata quidem inferiore maxilla, supino autem iacẽte homine: etenim & id ipsum, videlicet supinũ iacere, signũ est resolutionis: ob eamq; causam vtiq; & Hippocrates vtrunq; damnat, & supinum iacere, & hiare dormientem: decubitus aũt in alterum laterũ laudat. Cognoscere aũt maxime posses, quanta actio huiuscemodi cubitationibus

1 de fract. t. 1. & 16. & 1. lect. 2. t. 60 71. 2 58. g.

1. prognost. t. 14. & 17. 4. 19. c. & g Ibid. t. 5. d

insit, si corpus hominis mortuum sic inclinaueris: non.n.ne minimo quidem tempore manebit, E sed supinũ aut pronum statim fiet, quocũq; grauitate verget. Itaq; & supinũ iacere, & hiare non absq; actione stertendi, aut exolutionis, aut ebrietatis, aut ignauiæ, sunt signa. Ideo rursus Hippocrates, || cum oẽs partes iubeat luxatas & cõtritas, in figuris dolore carentibus manuali operatione ptractare, cuiusmodi, inqt, in inferiori maxilla hoĩs mediocriter hiantis: qualis.n. in manu angularis est figura, talis est in inferiori maxilla mediocris hiatus, hæc.n. est extremarum media. Extremæ igitur inferioris maxillæ figuræ sunt, tum quæ maxime hiantibus, tum quæ dentes inuicem firmantibus fit: quarũ illa quidẽ à musculis, qui in mento & collo sunt, deorsum trahentibus: altera aũt ab ijs, qui intra maxillã ex palato oriũtur, & ijs, qui tẽporales vocãtur, pficitur: nisi forte & musculi masticatorij nuncupati, q sunt ad latera inferioris maxillæ, actionẽ adiuuant: hoc.n. alibi discutiemus. Verũ mediocriter hiando media figura fit, oĩbus dictis musculis qescentibus: cæterum & morientibus sponte sua ad hanc maxilla inferior merito accedit: oẽs.n. musculi actione priuantur. Manifestũ igitur, q, dũ dormiunt non aperto ore, actio musculorũ retrahentiũ maxillam conseruatur: multi vero extensas aut flexas ad vnguẽ manus habentes vel etiã crura, dormiunt, seruantes etiã in his actionẽ tonicã. Sed forte longior sum: cũ liceat in memoriã reducere, quæ maxime in promptu sunt. Quis.n. nostrum officium esse negabit, scilicet effluxiones superfluitatũ per F musculos custodiri? Meatuum.n. excretoriorũ finibus ceu portis quibusdã custodes præsunt musculi preualidi, nihil permittentes extra ferri prius, q̃ ratio iusserit: quin & hos in dormientibus vidẽmus suum officium absq; vitio perficere. Et emittere aliqd superfluitatũ inuite, aut resolutis his musculis fit, aut ratione deprauata, vt in phreniticis: aut etiam ratione & musculis grauatis, vt in ebrietatibus: oportet.n. aut rationem non preesse, aut musculos agere non posse, aut vtraq; simul esse lesa. Temeraria igitur sentẽtia est, quæ asserit aĩam dormiẽtiũ quiescere, nisi cessationẽ hanc nõ perfectã quietẽ, sed quasi intermissionẽ quandã vigoris, dicant: nam, si hoc dicant, bene dicunt, ipsis q; assentimur: nõ.n. sensus expertes penitus sunt dormiẽtes, sed difficulter sentientes: cur.n. vocãtes subaudiũt, & lumine importato exurgunt, & tangẽtes sentiũt? Quòd, si mihi ebriũ dicas, nec, vbi terrarũ sit, sciẽtẽ, & eũ, qui pre ignauia, Epimenide pfundius dormiat, isti et prius, q̃ dormirẽt, ppẽ sensus expertes erãt: & magis vtiq; custodiã cuiuscũq; rei pmitteres viro frugi & strenuo dormienti, q̃ huiuscemodi vigilãtibus: verũtamen & isti conseruant multas opationes animales.

Motus ac Figuras omnes præter simpliciter mediam, quæ in somno fiunt, animæ non naturæ actiones esse: ac quid differat Voluntarium à naturali. CAP. 5.

NOn igitur adhibenda est fides sermoni dicenti actiones, quæ fiunt dormientibus & profun- G diori somno oppressis, oẽs naturales esse: non.n. in vniuersum verum est hoc: non'ne trãsferunt, & mouent varie mẽbra? non'ne etiam dormientes loquuntur? an & hæc naturæ opera dicent? At (dicet fortasse quispiam) non assequimur mente ea fieri. Neq; sanè palpebrarũ motui semper: neq;, cum concionem habes aut oras aut disputas, adhibes mentem oĩum partium motibus: neq;, cũ Athenas adis ex Peiræo, oĩbus particularibus crurũ actionibus, nã cogitabundi sepius imprudenter peregerunt iter, aut etiam preterierunt locũ, ad quem principio proficiscebãtur. Vtrũ igitur ambulatio neq; animæ actio est, neq; motu volũtario fit? æque.n. nos & ambulatio præsens videtur latere, & quæ in somnis accidit, motus quidem partium, quę mouentur: actio autem tonica earum, quæ non mouentur. Quare, quam causam in vigilantibus dixeris, q sæpe non animaduertunt particulares actiones, hanc etiam & ad dormientes & grauius oppressos transferre licet, nec amplius admirari, cur multa opera voluntario et his fiant: sed causa ignorãtię prompte pronũciare nullum talium operum voluntario fieri, vide, ne temerarium sit. Quòd, si nullo certiore iudicio huiuscemodi iudicari queant, vtrum voluntatis, an naturæ, sint actiones, quid aliud concluditur, q̃ nihil oportere de his pronunciare? atq; æquum potius est de huiusmodi dubitare, q̃ temere decernere. Sed, si habemus euidentissimum iudicium de voluntarijs actionibus, sicut certe ha- H bemus, pronunciemus confidenter non solum quodq; dictorum, verum etiam respirationem ipsam motu voluntario fieri, nimirum cum & ipsa subijci iudicio videatur. Quid igitur est, quo iudicamus opera voluntaria? multa tibi confido, non vnum iudicium, me daturum, omnia q; sibi inuicem consentanea. Etenim, si, quæ fiunt, sedare potes, cum vis: &, quæ nõ fiunt, facere, id est motus voluntarius. Si pręterea citius aut tardius, crebrius aut rarius, ea faciendi potestatẽ habes, nõ'ne omnibus modis manifestum est actiones eas seruire voluntati? Arteriæ certe motũ & cordis neque cohibere neq; excitare, neq; crebriorẽ neq; rariorẽ, neq; tardiorem neq; velociorem, voluntas facere potest: idcirco ne animę quidem opera huiscemodi esse dicunt, sed naturæ: Motum autem crurum in his oĩbus ratio regit: nam & sedare, dũ fit, & rursus excitare quiescentem, & velociorẽ & tardiorẽ & rariorẽ ac frequentiorẽ efficere potest. Hæc eadẽ & in respirationis motu fiũt, quæ actio quidẽ est phrenωn & musculorum thoracis, vt in ijs, quæ de causis respirationis scripsimus, demonstratur: aĩæ aũt non naturæ est opus, siquidem mouere musculos, aĩæ officium est. Non est aũt ęquum, in quibus causam nõ reperimus, in ipsis discedere ab ijs, quæ euidẽter apparent: euidẽtia certe sunt iudicia actionum voluntariarũ: causam aũt non reperimus in ijs, quorũ particulares actiones nõ assequimur. Qui igit̃ euidentibus fidẽ abrogat, sensus est expers: qui vero de dubijs

prompte

2.de Arti.t.15. 7ª.264.b

A prompte pronunciat,temerarius est: qui autem propter obscuritatem,quæ in his inest,ea,quæ etiã clara sunt,habet suspecta,de numero eorum est, qui dubitationibus oblectantur: porrò, qui non modo suspecta habet,verũ etiam,quæ clara sunt,propter obscuritatem dubiorum studet euertere, extreme fatuus est. Ne igitur sponte sensum nobis ipsi adimamus, neque dubitationis æmuli, aut fatui,aut aliud eiusmodi quiduis simus: sed,quod tum rectum est, tum modestis hominibus conuenit,quod quidem euidens est,prompte accipiamus: quod autem est dubium,per ocium quæramus. Euidẽs igitur est voluntatẽ respirationi dominari: dubiũ vero,quã ob causam plerasq; actionũ voluntariarũ mẽte non assequamur. Eo itaq; supposito,quod est euidẽs, ad vestigandã causam transeamus,non cõtendentes oĩno quicq̃ in ea, nec asserentes adhuc nos inuenisse veram causam, tametsi ea dictis antea lõge est ꝓbabilior. Ceterum (vt ego arbitror) nemo adhuc causam dixit: sed dubitatione sola (cuius iam mentionem feci) adscripta causam se putauerunt inuenisse. Quorum sanè institutum est laudandum,siue inuenerint,siue inuenire studuerint: sed nos ipsos quoq; non decet pigros esse ad inueniendum ea,quæ restant.

Quo pacto Respiratio,& cæteræ actiones,quas mente non assequimur,voluntariæ sint. CAP. 6.

PRincipium aũt inueniendi ea hoc faciemus, multos videlicet hoĩes interdũ actiones quasdã B egisse,quarũ paulo post penitus sunt obliti: vt,q per metum,aut ebrietatem,aut aliquid aliud generis eiusdẽ egerunt,nihil amplius eorũ,quæ egerint,dum in illis constitutionibus erãt, recordantur. Causa aũt,vt mihi videtur,est,ꝙ non intenti actionibus tota mente fuerint. Pars.n.aĩæ imaginatiua,quecũq; ea sit,hæc eadẽ & recordari videt̃: si itaq; insignes impressiones rerum in imaginationibus acceperit,cõseruat perpetuo,atq; id quidẽ est memoria tenere: sin vero obscuras & penitus supeficiarias, nõ conseruat, & hoc est obliuisci: & ob hanc causam in ira,curis, ebrietatibus, timoribus,phrenitidibus,& oĩno in vehementibus animi affectibus,nullius eorum,quæ egerint, in posterũ amplius meminerunt. Quid igitur mirũ est in somnis etiã,obscure agente anima,obscuras etiã imaginationes fieri,ideo q; nec stabiles? quid etiã mirũ,si in vigilijs ratione quidem aliqd meditante,& tota ferè circa curã intenta,parua quædam eius admodũ pars circa ambulationem occupata impressionẽ actionis facit obscurã: & idcirco statim oblita, ne quidẽ, num spõtaneo motu opus factũ sit,amplius meminit? Vt enĩ, si nullo pacto recordaremur,nõ vtiq; possemus de vlla re ꝑterita cõsiderare: sic,in qbus nõ meminimus,nescimus,qualia nã essent: cõseruari.n.ea prius memoria oportet,vt,qualia nã sint natura,deinde cõsideremus. Nihil igitur mirum mihi certe videtur,si motu voluntario respirationem in somnis agente,post,q̃ expergefacti fuerimus,non possi-C mus dicere,an secundum voluntatẽ respiremus: sed simile profecto accidit,quod illi,qui & pedes et manus in somnis mouerit,& aliquid sit locutus: postea illorum oblitus dicat fieri absque voluntate & mẽbrorũ motũ & vocẽ. Nam &,qui mente errant,loquũtur,& vadũt,& oẽs motus voluntarios obeunt: sed ne hi quidem,cum ad ingenium redierint, amplius meminerunt,quæ egerint. Noui enim quendam per tredecim dies delirasse hoc pacto: putabat quidem se Athenis,non Romæ,iacere: crebro autem familiarem puerum vocans,iubebat sibi,quæ ad gymnasium pertinebãt, afferri: & pauca intermissione facta, heus(inqt)ad Ptolemæum dico,decreui in gymnasio diu lauari: ac nõ nunquam etiam exiliebat interea,atq; indutus ibat recta ad ostium aulæ: ac,cum retinerent eũ,qui intus erant,exire q; prohiberent,cur prohiberetur,ab eis percõtabatur: hi vero (nihil enim licebat aliud dicere,q̃ ea,quæ erant vera) febricitasse eũ dicebant & adhuc febricitare: ipse autem & ad hæc valde modeste respondebat: scire.n.& ipse dicebat,ꝙ adhuc reliquiæ sibi febris restabant,sed eas penitus esse exiguas,nec metuendum,ne à balneo læderetur,ortã.n.sibi totam præsentem febrẽ ex itinere: an non recordaris,cõuersus ad puerum dicebat,ꝙ laboriose heri iter fecimus à Megaris Athenas? Talia cum diceret ac faceret,fluxu sanguinis ꝑ nares repente copioso sibi facto, & post ipsum sudore, statim quidem conualuit: sed eorum, quæ ante sibi acciderant, nullius D amplius recordabat̃. Vtrũ igitur (hoc.n.est,quod à principio ꝓposuimus ostẽdere,) surrexisse, & locutum fuisse,& aluum exonerasse, & minxisse (hæc.n. oĩa in oĩbus illis diebus homo faciebat,) non sint actiones voluntariæ: an id quidẽ absurdum? nam,si hæ non sunt voluntariæ,ne vlla alia quidẽ erit. Non autẽ eorum recordabatur,quemadmodum ne sobrij quidẽ eorum,quæ ebrij fecerunt,amplius meminerunt. Quid igitur mirũ ita se habere & in respiratione, vt fiat quidẽ ipsa ex voluntate: sed,cum aliàs quidẽ diligẽtius adhibeamus mentem,aliàs vero neglegẽtius segniusq;, idcirco recordemur quidẽ actionum,quibus mẽtem adhibuimus: obliuiscamur autẽ eorũ,quæ secus se habent? Qm̃ vero,cuius rei penitus obliti fuerimus,hãc ne actã quidẽ aliqñ fuisse putamus, consequẽs est,vt,an cum voluntate acta sit,ne quidẽ recordemur. Quod autẽ totum opus respirationis voluntate & sponte ab anima fiat,declarauit seruus barbarus: qui,cum vehemẽti ira concitatus mortem sibi consciscere decreuisset,prostratus humi,respiratione q; cohibita,longo quidem tempore immobilis erat: postea vero paulum volutatus,hoc pacto mortuus est. Quòd,si non liceret vsquequaq; respirationem cohibere,ne idcirco quidẽ aliquis negaret,quin ipsa secundum voluntatẽ fieret. Apparent.n.eorum operum,quæ motu voluntario fiunt,alia quidẽ libera esse,alia vero affectibus corporis seruire: Priora itaq; perpetuo absq; impedimẽto à nobis fiunt, posteriora vero non perpetuo,sed in tempore quodã,& cum mensura: nam ire ad aliquẽ,& alloqui, & ca-

pere aliquid,& recipere,absolute libera sunt: egerere vero,& mingere,corporis affectuum sunt re E media. Atqui non nulli tacuerunt quidẽ annum integrũ,et eo amplius,id q; sponte sua: egestionẽ vero vel vrinam retinere,non modo annis,sed ne mẽsibus quidem,quinimmo nec diebus paucis, nemo potuit: adeo.n.vrgent ac sæpe angunt vel multitudine aggrauantia,vel acrimonia mordentia,vt quidam ne in locũ quidẽ cõsuetum abire valuerint. Simile igitur & his est & respirationis opus,immo multo magis vrget,ac celeriorem necessitatem habet: etenim periculũ est,ne quis moriatur,nisi respirauerit: atq; extreme molestũ est suffocari. Nihil igitur mirum,si penitus retinere ipsam arduum sit: neq; enim omnes ad moriendum sunt procliues,etiam si infinitis malis conflictetur: neq;,qui eò progrediũtur,abire è vita summo cum dolore volunt. Ne igitur quispiam eo, quòd tacere quidem,si velimus,vsquequaq; possumus,respirationẽ vero retinere non possumus, idcirco voluntarium quidem opus esse vocem: minime autem,sed naturale quiddam,respirationem existimet. Hoc certe arbitror clare demonstratum fuisse.

Ratio inueniendi Mediam figuram in omni motu. CAP. 7.

QVod autem reliquum est, toti sermoni de medijs figuris deinceps addere æquum est. Vt enim in manibus,quod appellatur angulare,quod exacte medium summæ extensionis & flexionis est,omnis prorsus doloris est expers,sic videri posset & in cruribus se habere: F non tamen ita est,sed,quod in his dolore caret,cõsistit inter mediam figuram & extẽsionem extremam. Causa autem consuetudo est: plurimum enim extensis cruribus vtimur,huius enim gratia facta sunt,vt totum corpus ab his sustineretur,stantibus & ambulantibus nobis: & prius etiam,q̃ ipsis vtamur,in fascijs extensa formata sunt: ideoq; & in somnis,& alioqui discumbentibus,extensa magis,q̃ flexa sunt. Quinetiam multo magis laboramus in extremis flexionibus,q̃ extensionibus: multi autem deducere omnino ad extremã flexionem crus nõ possumus sine manuum opera,sed veluti mutilum ad eã actionem præ insolentia habemus: solisq; saltatoribus & luctatoribus facile flectitur,quibus etiam solis perfecte flecti solitum est. Tãtum igitur à media figura ad extensionem progressum est,quod perfecte caret dolore,quantum à diuturna consuetudine membrorum est coactũ. Hæc igitur duo cõsiderans in omnibus articulis,naturam videlicet & consuetudinem,inuenies mediũ & dolore carẽs. Videtur aũt in idem conuenire vbiq; consuetudo quidem cum natura,vnde pulchre dictum est ipsam esse naturam acquisititiam: figura vero dolore carens, cum medio, etenim in cruribus idẽ est,quod est sine dolore, & medium: siquidem medium motuum,qui insunt mẽbris,neq; perfectæ extẽsionis & flexionis medium feceris: inuenies enim,quãtum absumus à flexione extrema,tm̃ discedere figuram dolore carentem ad extẽsionẽ. In vniuersum igitur in omnibus articulis extremos motus considerãs inuenies mediã figuram & doloris expertem. G Vt.n.in articulo ad gibberũ,ea,quæ vocatur angularis: in articulo vero ad genu,quæ propior est extensioni: sic in spina,ea,quæ propior est flexioni: in articulo vero ad carpũ, quæ exquisite recta est: spinam.n. plus curuam aut flexã facere possumus, brachiale autem reflectimus & flectimus æquæ ad vtranq; partẽ recti. Iure igitur, quæ quidem exacte recta (quæ media omnino est extremorum motuum) absq; vllo dolore penitus est. Sed spinæ recta haud media est sed aliquãtum curua,plus enim habet motus ad hanc: quapropter recti magis laboramus particulis spinæ, quam sedentes aut iacentes: opus est enim stantibus quidem tensam esse,iacentibus vero atque sedentibus nihil prohibet curuatam esse. Hæc in omnibus articulis diligenter cõsiderans inuenies omnem rationem sibi ipsi consentaneam. Etenim,quicunq; musculi sine articulis sunt,etiã in his media constitutio absq; dolore est,sicuti in ano se habet, vesica,& lingua: nam & summe constringere anum,& maxime dilatare,dolorem inducunt: item extendere q̃ longissime linguam vel flectere,vel quomodocunq; aliter præter modum circunducere,haud absq; dolore fiunt. Facillimum igitur in his inuenire medium excessuum, quod etiam sine dolore est. Atq; omnes homines,quo tempore cessant ab actionibus vitæ necessarijs, mediam figuram & dolore carentem in omnibus H partibus habent, ita à iusta natura coacti, vt Hippocrates||ait. In lingua quidem per coniugationem omnes musculi orti superne & inferne, & à dextris atque sinistris: quare nihil mirum, si in contrarios motus particula deducatur à musculis oppositis. In musculo vero,qui est ad anum, & eo,qui est ad vesicam,& qui in phrenibus est, res aliter habet: vnus enim est in singulis his rotundus sine vllo opposito musculo: vnde perspicuum est in contrarios deduci motus has particulas non æque facile neq; in promptu esse: sed sic tibi persuade.

1. de fract. t. 4. 7.224.h

Musculum qui est ad Anum,& qui est ad Vesicam, retentioni excrementorum per se inseruire, excretioni per accidens. CAP. 8.

MVsculi quidem,qui est ad vesicã & anum,officiũ est non excernere superflua alimenti, sed retinere. Qua in re multi statim errauerunt, putantes causa excernendi superflua musculos hos factos esse: neq; potuerunt animaduertere, q̃ resolutis ipsis excernuntur quidem, verum nobis inuitis: quinetiam propter malam chirurgiam exciso sæpe vltra modum ani musculo,nobis inuitis effluit hac stercus, nempe(opinor) instrumentis,quæ effluere prohibent,nõ manentibus. Nõ igitur simpliciter neque primum musculus hic,excretionis instrumentum est: sed,ne animali perpetuo id accidat, quod, cum excisus fuerit ac resolutus, accidit,hunc musculum custodem intem-

pestiui

A pestiui exitus excrementorũ natura præfecit: quã ob rem nõ modo nõ agit quicq̃ ipſe ad excretionẽ,ſed ne permittit quidẽ agentibus. Quæ igitur ſunt huius actionis inſtrumenta? plura quidẽ particularia,ſed duplicia genere: eorũ enim alia animæ,alia naturæ ſunt: atq; animæ quidẽ inſtrumenta motu voluntario ſemper agunt,inſtrumẽta vero naturæ ſine motu voluntario. Phrenes quidẽ & oẽs muſculi epigaſtrij,inſtrumẽta animæ ſunt: inteſtinorũ aũt omniũ ſtructura vnà cum ventriculo,naturæ. Verũ de actione horũ alibi dictum eſt. De muſculis aũt nunc dicemus,qm̃ præſens ſermo ipſorũ motus enarratio eſt. Muſculi itaq; oẽs epigaſtrij cũ agentes tenduntur, premunt intro naturæ inſtrumenta: hæc aũt,ſi phrenes ipſis cedant,in illarũ locũ abeũtia, muſculorũ violentiã exoluunt: ſi aũt reſiſtant,tũc ceu à duabus manibus preſſa,extrinſecus à muſculis,intrinſecus à phrenibus,ea,quæ cõtinentur in cauitatibus ipſorũ,propelluntur. Ad hoc aũt adiuuat multũ phrenũ obliquitas,alterũ quidẽ finẽ ad chartilaginem pectoris parte anteriore habentiũ,alterũ vero ad ſpinã lumbi. Quòd igitur excremẽta inteſtinorũ exprimãtur,à muſculis vtrinq; agẽtibus id accidit,extrinſecus quidẽ ab ijs,qui in epigaſtrio ſunt,intrinſecus vero à phrenibus: q̀ autẽ infra ſubeat,quod premitur,obliquitas ſepti tranſuerſi cauſa eſt: quo tempore muſculus ani eſt ocioſus. Cum q; plures ſint muſculi in vẽtre,omnes q; tendantur in egerẽdo,magis quidẽ,qui in hypochõ B drijs ſunt: minus vero,qui infra,tenduntur: contra,q̃ in meiendo habet,magis.n.tũc,qui inferius: minus vero,qui in hypochondrijs,agunt. Simul aũt cum ambobus extendũtur muſculi ſeruiẽtes reſpirationi: nõ q̀ mictionis aut excretionis ſint inſtrumẽta,id enim à ratione alieniſſimũ eſt: ſed, quia phrenωn tenſionẽ oportebat æqualẽ eſſe tenſioni muſculorũ ventris: erat autẽ impoſſibile, cũ ipſæ vnus muſculus ſint,cũ multis & magnis certare: periculum q; in hoc,ne victæ in amplum ſpatiũ thoracis euerterentur: idcirco muſculi,qui ſunt inter coſtas,ſimul tẽduntur,vndiq; eum cõſtringentes (laxus .n. thorax prompte cedit phrenibus,cum pelluntur,vt licet colligere,) tendentes quidẽ muſculos ventris, & maxime ipſorũ inferiores: exoluẽtes aũt à vigore omnes,qui in ipſo ſunt. Totus.n.fermè vẽter in huiuſmodi cõſtitutionibus in amplũ thoracis ſpatiũ pellitur vnà cũ ipſis phrenibus. Ne igitur hoc fieret,ne'ue egeſtio ipſa labefactaretur,totus thorax vndiq; valide cõſtringitur. Atq; ex omnibus iam dictis clarum fit, q̀,qui muſculi effluxibus excrementorũ præſidẽt,coercere quidem ipſa ſuapte natura poſſunt,idq; officiũ ipſorum eſt propriũ: excernere aũt nequeunt,niſi ſecũdum accidẽs,cum agere deſierint. Vt igitur in alijs omnibus partibus cõtrariorum motuũ contrarij quidem muſculi ſunt duces,hic quoq; ſic habet: retẽtio.n.ſuperfluorum, iſtorum muſculorum eſt actio: excretio autem,eorum,qui in epigaſtrio ſunt, & diaphragmatis.

C *De motu Septi tranſuerſi,& cæterorum muſculorum reſpirationis.* *CAP. 9.*

HI quidẽ proportione reſpondent muſculis, qui in alijs particulis ſunt oppoſiti: ſed diaphragmati non licet ſimpliciter dicere muſculos eſſe oppoſitos: quatenus enim eſt inſtrumentum excernendi ſuperflua, tum cohibentes ipſa primos, tum maxime alio quodam modo oppoſitionis eos,qui in epigraſtrio ſunt,habet: quatenus autem reſpirationi ſeruit,partim quidẽ habet,partim aũt nequaquã: expirationis.n.nullus muſculus omnino eſt opifex, ſed hoc opus thoracis aut potius affectus hic,decidentiæ à nobis antea nominatæ eſt ſimilis. Efflatio aũt eſt ſpiritus latio ſimultanea extra,quæ per muſculorũ intercoſtalium actionem fit: efflationis enim,muſculi omnes, qui intus ad coſtas ſunt,opifices ſunt: & hoc rurſus opus thoracis ſimile eſt,prius nominatę quidẽ in toto corpore reclinationi,depoſitioni vero in ſingulis partibus. Cum autẽ expirationi contraria ſit inſpiratio: efflationi vero vehemens inſpiratio(nomine.n.proprio caret,) priorẽ quidẽ oppoſitionẽ ſolæ phrenes efficiunt: alteram vero intercoſtales cum muſculis,qui ad thoracem perueniunt ex ſcapulis & collo. Indigẽt aũt ipſa maxime quidem tibicines,& tubicines,ac pręcones, cũ nuncupatum πόδα id eſt pedẽ,ſunt decantaturi: pręcipue vero & qui vtres inflant,vel aliud eius generis inſtrumentum: &,vt ſimpliciter dicam,qui plurimum thoracem tranſmutare, dilatando D ac contrahendo ipſum, volunt. Quare iuſtius vtiq; quiſpiam muſculos thoracis externos ijs,qui coſtarũ parte interna ſunt,oppoſitos eſſe dixerit,non phrenibus: ſiquidem maxima quidem inſpiratio per externos: maxima vero expiratio per internos intercoſtales efficitur. Demõſtrãtur aũt tũ horũ,tũ deinceps de muſculis thoracis dicendorũ,alia in ijs libris, quos de reſpirationis cauſis cõſcripſimus,alia in ijs,quos de voce prodidimus,alia in ijs,quos de reſpirationis vſu ſcripſimus. Verum in præſentia quidẽ,quod ſupereſt,eſt abſoluendũ. Peculiare ſanè quiddam diaphragmati pręter alios muſculos accidit tum ex ſitu,tum etiam ex figura: cum agere deſierit,laxius q; fuerit, nunc quidem ipſius deuexitas verſus ſpinã vergit, nunc vero ad ventrem: multo tñ promptius verſus ſpinã fertur: eſt q; in oĩbus figuris hoĩs(vna excepta prona) ſuperius quidẽ diaphragma, inferius vero ſpina cõſtituitur: quare merito ad eã vergit,tum q̀ grauatur quidẽ ab ijs,quę anteriori parte ſuperiacent,ex poſteriori vero molliſſimũ & leuiſſimum omnium viſcerũ habet pulmonẽ: veruntamen ipſius deuexitas aliqñ excidit in anteriora,tum in figura prona,tum cum agunt quidem muſculi,qui coſtis interſunt,quieſcunt aũt,qui ſunt in vẽtre: quo manifeſtũ eſt,q̀ tunc attolli ventrem cõtingit,quod crebro gymnaſtici poſt exercitationes facere ſolẽt. Quòd,ſi,vt muſculi intercoſtales, ita & ventris muſculi egerint, nominant eiuſmodi ſpiritus catalepſim, id eſt cohibitionem. Neceſſe aũt eſt interim clauſam eſſe ſuperiorem oram laryngis: ſi enim,dũ prædicti mu

sculi agunt, pateat, efflatio est: sin vero vnà cum ipsis & musculi, q in faucibus & gutture insunt, E tensi fuerint, nõ amplius efflatio id est, sed iã vox efficitur. Duplex igitur cũ sit tẽsio oĩbus muscu lis, vna quidẽ, cũ agẽtes in se ipsos coeũt: altera vero, cũ à musculis oppositis extẽdũtur: priorẽ quidem phrenes in inspirationibus nõ violentis habẽt: alterã vero, quæ bifariã fit (quemadmodũ & antea dictũ est,) aliàs qdẽ musculis vẽtris agentibus, aliàs vero inter costalibus, et his etiã solis: In expirationibus aũt nõ violẽtis, quas certe vel maxime expirationes vocamus separantes eas ab efflationibus, neutrã ipsarũ habent: sed, qualẽ cęteris oĩbus diximus adesse constitutionem, quæ in medio extremorũ motuum consistit, talem duplicem phrenes tm̃ accipiunt, versus spinã in alijs quidẽ figuris spectãtes, in pronis aũt solis, versus ventrẽ. Verũ musculi costarum et ventris deuexi qdẽ perpetuo sunt assimilati subiectorũ instrumẽtorũ figuris: sed, cũ quiescũt, huiusmodi admodũ sunt: cũ aũt agunt, intro cedũt, minus q̃; curui fiunt: cũ cæteri ferè oẽs musculi, q alias partes mouẽt, cõtrario modo habeant: nã quiescẽtes quidẽ, recti: cũ vero agunt, curui fiũt. Causa porrò differẽtiæ ipsorũ nõ est obscura. Cum.n. quibusdã ipsorũ dura & renitẽs substãtia ossiũ sit subiecta, quibusdam vero amplum quoddã spatiũ cedat, iure fit, vt musculi quidem oẽs, qui ossibus incumbunt, dũ contrahuntur, tm̃ in ꝓfunditatẽ & latitudinẽ augescẽtes, quãtũ de lõgitudine deperditur, eminentiorẽ omnẽ corporis molẽ habeant: quibus vero, dũ tenduntur versus principiũ, mollities F sedis cedit, his maior pars corporis occultatur. Nõ igit̃ mirũ est, si, cũ oẽs ferè musculi, qui in mẽbris sunt, dũ agunt, deuexi fiant, soli, q in thorace atq; epigastrio insunt, intro compellãtur: soli.n. subiecta spatia laxa cedentia q̃; habẽt. Ventre certe eo vsq; repleto, vt cũ dolore distendãtur, nõ amplius intro cedunt: quod.n. alijs perpetuo inest, renitẽtia videlicet subiectæ sedis, id, dum repletus est vẽter, musculis epigastrij accidit: repletur videlicet & ijs, qui supra modũ sunt repleti, vt aqua intercute laborantibus, & ijs, quæ vtero gerunt. Quibus vero venter est vacuus, his musculi prius, q̃ agant, sunt curui, quo modo subiecta instrumẽta, ad illorum.n. curuitates extenduntur: cum vero agunt, intro cedunt, premunt.n. facile subiectas cauitates. Quin & musculi, qui in thorace sunt in locis inter ossa medijs, prius quidem, q̃ agant, figuram similẽ totis costis habent, curui quidẽ extrinsecus, caui vero intrinsecus: cũ aũt agunt, prementes primũ quidẽ & maxime mẽbranam ipsis subiectã, ὑπεζωκότα id est succingentẽ nuncupatã, per ipsam vero & pulmonem, qui mollis est & laxus, tm̃ intro cedunt, quantũ substãtiam subiectorũ instrumentorum cedentem habent. Hæc cum in vniuersum quis de musculorum motu tenuerit, particularia omnia inuenire poterit.

G

GALENI DE MOTV THORACIS ET PVLMONIS

ARGVMENTVM LIBRI

Pulmonem vacui consequentia à thorace moueri. Fragmentum fortasse eorum trium librorum, quorum meminit octauo de Anat. administr. capite secundo.

QVòd quidẽ thorax moueatur, manifestũ nobis fit & tangentibus manibus, & oculis videntibus. Quæritur aũt, an vtiq; motus aliquis sit pulmonis, vel non. Demõstratum igit̃ est nullum innatũ habere motũ, sed semper indigere thorace ad motũ. Si.n. nullam est inuenire dispositionẽ, in qua thorace im H mobili manẽte moueatur pulmo, sed etiã in aliquibus thoracis motibus pereuntibus, simul pereat pulmonis motus, non tñ in illis, qui pulmonis, iste, q thoracis, non vtiq; inconuenienter ęstimabit quis indigere pulmonem thorace, ipsum q̃; esse principẽ motus. Ex eo vero, ꝙ neq; ligationẽ aliquã, neq; aliã infallacẽ apprehẽsionẽ habet thorax, qua vtens trahat pulmonẽ, qñ dilatatur, sed absoluti sunt vndecũq; inuicem (pẽdet.n. pulmo apud inferiora thoracis, sicut vas in tecto idonee cõtinente ipsum,) difficilis & difficile excogitabilis fit causa motus eius. Quare igit̃ nos, in quantũ possumus, eius causas dicamus. Dilatato quidẽ thorace cõdilatatur oĩno pulmo, à cõsequentia, q̃ ad id, quod euacuat̃, attractus, sicut ĩ fistulis, q̃ in aquã mittunt̃, est videre: si.n. mulseris ore aerẽ, attrahes aquã, per longã valde multoties viã pręter naturã sursum allatã: tantã.n. habet vim consequentia, quæ ad id, quod euacuatur. Et sup qd aliud est idonea ad replendũ id, quod est in medio organorũ: et, si ĩmobilis maneat pulmo, quod in magnis vulnerationibus accidit, apparet tñ euidenter ab extra aer ad vacua thoracis attrahi ꝓpter leuitatẽ potẽs: quare eo anticipãte comprehendere regionem dilatationis, rationabiliter pulmo quiescit. Qualiter aũt moueretur, causa mouẽte ipm̃ pereunte? erat aũt ipsa in non perueniendo in medio aliquid: sic.n. est thorax pulmoni princeps motus.

GALENI QVOD ANIMI VIRES CORPORIS TEMPERATVRAS SEQVVNTVR

Iunio Paulo Craſſo Patauino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Temperaturam eſſe animam, cuius mores mutantur locorum, alimentorum, ac in vniuerſum temperamenti ratione, philoſophorum optimorum auctoritate.

Doctrinæ huius vſus. CAP. 1.

COgitanti mihi, multifariamq́; non ſemel aut bis, ſed longe frequentius indaganti, num vires animi corporis temperamenta ſequerentur, neq; mecum modo id faciẽti, ſed ab initio quidem vnà cum pręceptoribus, deinde verò & cum nobiliſſimis philoſophis conferenti, verus omnino, qui hoc aſſereret, & ſuos ipſorum animos ornare volentibus perutilis ſermo inuentus eſt. Quandoquidem vt in libello de conſuetudinibus egimus, per cibos & potiones, nec non & per quotidianos actus bonam corpori temperationem adipiſcentes, ex ea quoq; ad animi virtutem comparandã non nihil opis afferemus, quemadmodum Pythagoram, & Platonẽ, aliosq́; non nullos veteres feciſſe teſtantur hiſtorię.

C

Differre inuicem animas ex actionum differentia. CAP. 2.

OMnis autem habendæ orationis primordium ita rite auſpicabimur, ſi eorum, quæ parui pueri facere cernũtur, & in eis pturbationũ animæ, ex quibus eius vires eluceſcũt, differentias cognouerimus: ex ipſis.n. quidã timidiſſimi, vel maximè attoniti, aliqui inexplebiles & guloſi, alij contra ſeſe habẽtes: itẽ alij impudentes, alij verecũdi, & multis alijs id genus diſcriminibus variantes conſpiciuntur, quæ oĩa alibi latius cõmemoraui. Verũ hoc loco exempli cauſa ſatis eſto triũ animæ formarum, ac partium vires, quæ natura contrariæ infantibus inſint, oſtendere: ex eo nãq; ratione concludere quis poterit, non eandem omnibus animæ naturam ineſſe. Illud verò in iſtis ſermonibus conſtat, naturæ nomen idem ſonare, quod & ſubſtantiæ. Nam ſi eorum animę ſubſtantia diſcrimine careret, eaſdem agerent actiones: ijſdem perturbationibus, ab ijſdem cauſis afficerentur. Itaq; pueros tantum inter ſe animorum eſſentia differre certum eſt, quãtum & proprijs actibus & perturbationibus diſcrepant. id vero quum ſit, poteſtatibus quoq; diſtabunt. At in hoc ſtatim multi philoſophi perplexi ſunt haud recte poteſtatis notitiam animo conceptam habẽtes. perinde.n. mihi poteſtates iſti in aliquo ineſſe putare videnẽ, atq; res aliqua ſubſtantiã inhabitans, ſicut & nos ędes incolimus: ſingulorum autem, quę fiant, effectricem quandam cauſam eſſe, quæ ad aliquod referri intelligatur, ignorant. Huic verò cauſę, tanquam alicui certę rei priuatim atq; per ſe appellatio quędam indita eſt. In quadam autem à ſe ipſa ad genitum relatione geniti poteſtas conſiſtit. Quocirca & tot poteſtatibus ſubſtantiam, quot actionibus eſſe præditam dicimus. vt exempli cauſa aloen vires habere purgandi, os ventriculi roborãdi, cruenta vulnera glutinandi, plana vlcera ſolidandi, & humidas palpebras reſiccãdi. neq; profectò dictorum operũ quodq; ab vllo alio pręter aloen effectore prouenit. ipſa nanq; eſt omnia illa faciens: quoniamq́; illa efficere poteſt, ideo tot facultates, quot opera, habere dicta eſt. Aloen itaq; & purgare, & os ventriculi roborare, & vulnera agglutinare, & vlcera ſolidare, & madẽtes oculos reſiccare poſſe aſſerimus. tanquam nihil interſit, aut purgare poſſe aloen, ſi dixeris, aut poteſtatem purgotoriam habere. Ita verò & madentes oculos ſiccare poſſe, idem ſonat, quod vim oculorum exiccatoriam habere. Eadem ſanè ratione quũ dicimus, in cerebro collocata rationalis anima per ſenſoria quidem ſentire poteſt, per ſenſilia verò & meminiſſe ipſa per ſe. conſecutionem præterea in rebus, & pugnam, reſolutionem & compoſitionem dignoſcere poteſt, nihil aliud ſignificamus, quã ſi ita breuiter comprehendẽtes dixerimus, rationalis anima facultatibus pluribus referta ẽ, ſenſu videlicet, memoria,

D

& intelligentia,

& intelligentia, & alijs singulis. Cæterum quia nō sentire modo ipsam, sed etiam dearticulate ma E gis cernere, audire, odorari, gustare, tangere asserimus: rursum ipsam visoriam, olfactoriam, auditoriam, gustatoriam, tactoriam potestatem habere dicimus. Ita verò & concupiscendi potentiam in ipsa inesse Plato affirmabat, quam communi sanè vocabulo & non proprio expetitricē appellare ipsi in more fuit. multa enim & huius animæ desideria esse aiebat, plura verò & iracundæ, sed longe adhuc plura & magis varia tertię: quam & ob id ipsum expetitricem seu desideratricem per excellentiam nominauit, ita non nunquam hominibus, quæ in genere pręcipua sunt totius generis vocabulo nominare cōsuetis. vt quum dicunt à poeta carmen hoc, illud verò à poetria, fuisse compositum: omnes enim Homerum poetam, sapphò vero poetriam, appellari intelligunt. Similiter & feram dicentes, leonem intelligunt, & alia id genus per excellentiam nominant. Ea itaq; animę pars, quam rationalem siue intellectricem vocare mos est, veritatis quidem, & scientiæ, & disciplinarum, & intelligentiæ, & memoriæ, atq; (vt semel dicam) honestorum omnium, desideratrix est, secundum desiderij commune significatum. At irosa (vt ita dicam) animę portio, quam thymoide græci vocant, libertatis, victorię, obtinendi, imperandi, gloriæ honoris q; appetens est. sed quæ à Platone per excellentiam expetitoria seu desideratrix appellata est, rei venereæ, & cibi cuiusque, potionis q; voluptatibus frui, desiderat. Hæc eadem vero honestum expetere nequaquam pōt: F neq; rationalis venerem, neq; escas, aut potus, sicut nec victoriā, imperia, gloriam dignitates q;. Pariter quoq; & iracunda anima quæ ab rationali expetitrice q; exoptantur, non appetet.

De Animæ offensa ex qualitatum actiuarum permutatione. CAP. 3.

NEmpe tres animi species esse, id q; Platonis fuisse decretum, alio magis idoneo loco monstratum est. quemadmodum istarum vnam in iecore, alteram in corde, tertiam in cerebro, sitam esse ibidem explicauimus. Inter has autem totius animæ species partes q; rationalem esse immortalem Plato sibi persuasisse visus est: ego vero, sit'ne, an non sit, quid aduersus ipsum obijciam, non reperio. In primis igitur de animi partibus in corde iocinore q; domicilium habētibus, quas per hominis mortem interire vterq; asserimus contemplemur. Verum vtroq; viscere propriam habente substantiam, quæ'nam ipsa exquisite sit, non dum quærere tempus est. Cęterū nobis cōmunis omnium corporum constitutionis in mentem veniat. ex duobus enim principijs ipsam cōstare ostēsum est, ex materia videlicet, quam nudam qualitatibus mente concipimus: sed quatuor qualitatum temperaturam in se cōtinet, caliditatis scilicet, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis. Ex his æs, ferrum, aurum, caro, nerui, cartilago, adeps, omnia q; absolute à Platone primogenia, ab Aristotele similaria vocata, effecta sunt. Quapropter si iste ipse Aristoteles animam corporis esse spe- G ciem dixerit, ipsum sanè aut ipsius discipulos interrogauerim, de vtra forma speciem ab se dictam esse arbitrentur, de ea'ne, quæ in instrumētarijs corporibus est: an de altero naturalium corporū principio, à quo similare simplex q; corpus nullā sensui euidentem instrumētariā cōpositionē habens creatū est: necessario. n. respondebunt, alterum se naturalium corporum principium intelligere: quandoquidem ab istis primo actiones proueniant. id. n. à nobis alio volumine explicatum est: atq; in pręsentia, si opus fuerit, iterum explicabitur. Quam ob rem si omnia id genus corpora ex materia specie q; conflata sunt, ipsi vero etiam Aristoteli videtur quatuor qualitatibus materiæ ingenitis naturalium ex ipsis corporum temperaturam existere, necesse est ipsam speciem esse statuere. quare & animæ substantia quodammodo temperies erit quatuor, si qualitatū dicere velis, humiditatis, siccitatis, frigoris, & caloris: si corporum, humidi, calidi, frigidi, & sicci. Verū quòd animæ substantiam propriæ eius vires sequantur, ostensum fuerit, si eius etiam actiones ita se habere declarauerimus. Itaq; si ratiocinatrix pars species animę fuerit, interibit: siquidem & ipsa temperatura quædam cerebri est. Atq; ita omnes animæ species ac partes, vires temperaturā sequentes habebunt, ac huius naturæ, animæ substantia fuerit. Verum. n. vero si, vt Plato voluit, immortalis est, rectè sanè ipse fecisset, si, quemadmodum & alia de animi natura literis mandauit, huius H quoq; rei causam retulisset, cur videlicet vehementer refrigerato cerebro, aut calefacto, præterea siccato, aut madefacto, ipsa migrat è corpore. nam secundum Platonem per animæ à corpore separationem fit interitus. Cur verò sanguinis copiosa euacuatio, & cicutæ potus, & exurēs febris, animam disiungat à corpore, à Platone vtiq; ipso si vitam degeret, omnino discere dignum putarem. Posteaquam verò neq; ipse iam superest, ac nullus Platonicæ doctrinæ magister vllam me causam edocuit, propter quam ab his quę modo recensui, anima corpus deserere coacta si, ego aliquid in medium proferre audeo, videlicet non quālibet corporis speciem intellectricis animæ esse capacem. hoc enim video Platonis de anima decreto esse cōsentiēs. Atqui dicti huius nullā fir mā rationē afferre valeo, quū aīæ substātia, qualis'nā sit, me prorsus lateat, si in incorporeis ipsam numeremus: in corporibus nāq; tēperamēta inter se lōgissime distantia, numero q; permulta esse conspicio: incorporea vero substantia quū ipsa per se subsistere queat, neq; corporis qualitas aut species sit, in ipsa nullū discrimen inuenio, quū tñ id sæpius considerauerim, & accuratius rimatus fuerim. nec dū ēt illud percepi, quo pacto aīa à corporis natura penitus aliena per totū ipsum extendi valeat. Horū profectò dubiorū nullū, quāuis magnopere lōgo tēpore inuestigauerim, neq; vel cogitatione verisimili enodare ac deprehēdere potui. Verū illud euidēter perspicuum noui,

sanguinis

A sanguinis missione,& cicutæ potu corpus frigescere,vehementi aūt febre plusquā satis calefieri, atq; iterum idem repetam: cur refrigeratum nimis,aut calore æstuans corpus penitus ab anima relinquit,longa indagatione fatigatus nondum reperi.quemadmodum neq; cur flaua bile in cerebro nimia contracta desipimus,atra vero,melancholia vexamur.neq; cur pituita, & omnino refrigerantia lethargi causę sint,vnde & memoriæ,& intelligentiæ iacturā facimus.nec non & cur stultitiam ipsam cicuta potui data efficiat,cui & inde ab affectu nomen ductum ē, quę ab ipsa corpus pati cernimus. omni autem mœrore atq; animi angore vinum epotū certissime liberat,id.n.quotidie experimur. Zeno q; (vt aiunt) dicere solebat,quemadmodum amari lupini aqua macerati dulcescūt,ita se quoq; à vino affici. Dicunt præterea & œnopiam radicem idem plus efficere, hancq; esse ægyptiæ hospitæ medicamentum.de quo Poeta cecinit.

Continuò in vinum medicamen condidit, inde
Potu hilaris placidus q; abiecit pectore curas.

Valeat igitur œnopia radix. nihil.n.hoc loco ea opus est,quū vinū ea quotidie facere videamus, quæcunq; à Poetis celebrantur.

Dulce tibi vinum noxam fert,id quoq; multis.
B Obfuit,immodico qui replent viscera potu.
Vinum & centauro nocuit magno Euritioni,
Pirithous proprijs quem acceperat ædibus hospes,
Tendentem in Lapithas: huic dum mens obruta vino.
Pirithoi intra ædes cæcus mala plurima fecit.

Et alibi de ipso Neleo inquit.

Quod,sapiens quamuis fuerit,cantare coegit,
Et ridere iubet,choreas & ducere molles,
Elicit & verbum,quod non dixisse iuuaret.

Ita verò & Theognis aiebat, vinum multum epotum malum. Si quis verò ipsum scite bibat, non malū,sed bonū. Nā re vera si moderate bibatur,& cōcoquet,& distribuet, & sanguinē creabit, & nutriet.magnopere autem cum hoc conducit & ad nostram animam mitiorem iuxta, atq; audaciorem efficiendam per corporis scilicet temperaturam interpositam,quam rursum interuenientibus succis operatur. Cæterum corporis tēperaturæ non modo animæ actiones variant, sed etiā ipsam à corpore seiungere possunt.quid enim aliud quisquam dixerit? quum frigida,calidaq; C medicamēta statim assumentē necare conspiciat? Hoc genere continētur & ferarū venena.demorsos itaq; ab aspide illico exanimari cernimus,perinde atq; si cicutam biberint,vtpote & ipsius veneno refrigerante. Quapropter & qui animā ex propria quadā substantia constare volunt, eam tñ corporis temperamentis inseruire fateri cogent: q̄nquidē eam expellendi potestatem habent,insaniā excitāt,memoriā,intelligentiā q; adimūt,tristiores,timidiores,abiectiores q; efficiūt, vt in his, qui atra bile vexant̄,cōprehēdit̄. At qui moderate vinū biberit, cōtrario,atq; illi,mō sese habebit.

De animæ immutatione ex qualitatibus passiuis. CAP. 4.

VTrum igitur à calido frigido q; tēperamento vires animæ permutari,à sicco verò & humido nihil perpeti aptę sunt? At huiusce rei multa indicia in assumendis medicamentis,quotidiano q; victu pcipimus: quæ forsan in sequentibus oīa enumerabimus: si prius eos,quos scripsit Plato,sermones meminerimus: animam scilicet ob corporis humiditatē eorum,quæ ante, q̄ corpori alligaretur,nouerat,obliuione capi. Sic.n.ijsdē ferè verbis in Timæo loquitur ea dialogi parte,vbi deos hoīs fuisse opifices narrat,in corpora,quibus aliquid accedit, vicissim q; abscedit, immortalē animā demittentes,aperte videlicet humidā infantiū substantiam nobis insinuans. Deinceps igitur ad hæc illa adiūgit. Verū hi circuitus in magnū fluuiū demersi neq; retinebant, neq; D retinebātur, sed vi ferebant,atq; ferebantur. Ac paulo post,iterū. Multa.n.quū esset obruens ac delabens vnda,q̄ alimentū suppeditabat,maiorē ēt tumultum cuiq; occurrentes affectus cōcitabant. Quin ēt ipsa iterum repetamus, deinceps.n.inquit: propter hos sanè oēs ab initio affectus anima primum amens fit,quū intra mortale corpus deligata fuerit. At quū incrementi alimoniæ q; fluctus minor ingruit,atq; iterū circuitus tranquillitate fruentes,suū iter cōficiunt, & magis decurso tempore cōsistunt,& ad naturalē figurā restituuntur: tūc singulorum circulorū directæ cōuersiones diuersum,& idem probe internoscentes,sapientē,qui eas habuerit,redditū perficiunt. Quum inquit incrementi atq; alimoniæ minor fluctus ingruit,humiditatē videlicet significat, quā supra dementiæ in anima causam esse dixerat,vtpote ariditate ad animæ intelligentiā, humiditate verò ad amentiam faciente. Cæterum si humiditas amentiam parit,siccitas sagacitatem: extrema igitur siccitas extremam sagacitatē parit: admixta verò humiditas tñ perfectæ sagacitati detrahet,quanta eius portio siccitati permixta fuerit. Cuiusnam igitur animalis tale fuerit corpus omnis expers humoris,qualia sunt siderū corpora? nullius profectò,neq; propè ad siderū naturā animal quodq̄ accesserit.quare neq; summæ intelligentiæ proximū mortalis animalis corpus esse poterit. omnia verò quantū humoris,tñ & amentiæ sortiuntur. Qñ igitur pars animæ rationis capax vnius speciei essentiam sortita vnà cum corporis temperamento mutatur,quid eius mortalem speciē pati

censendum

censendũ est? nonne ipsam corpori prorsus morem gerere apertissime constat? Satius aũt dictu E fuerit,non morem gerere,sed ipsam hanc mortalem animã corporis esse temperiem.supra.n.mor ti obnoxiã animã corporis esse temperaturam monstrauimus.cordis quidẽ tẽperies iracunda aĩa est. iocinoris aũt à Platone vocata desideratrix,alumna vero & naturalis ab Aristotele. Equidem Andronicum peripateticum,q aperte planè,vt ingenuo viro cõuenit,non perplexe & abscondi te, de animæ substantia sententiam suam ferre ausus sit.vehementer sanè laudo,& viri locutionẽ admitto.ipsum.n.& alijs in multis talem fuisse reperio. veruntamen quum temperaturã,aut po tentiam à temperatura, nascentem esse dicit, eam potentiæ adiectionem vitupero. Etenim aĩa substantia quędam existens facultatibus multis referta est.id q3 Aristoteles rectissime dixit,& antea nominis similitudinẽ præclare distinxit. Nã quum materia,species,& ex vtroq3 cõpositum substantia nominetur,animã eã esse substantiã, quæ species dicitur,pronunciauit,aliud quippiam à tẽperatura esse animã planè dicere,non potens.quemadmodũ & paulo superius declarauimus. In eodem quoq3 substantiæ genere animam & Stoicorum dogma reponit. Spiritum.n.quendam ipsam animam,quemadmodũ & naturam esse contendunt,sed humidiorem,frigidiorem q3 naturalem, animalem contra aridiorem ac sicciorem. Quare & huiusmodi spiritus materia quædam animę propria est.materiæ aũt species temperamentum fuerit in quadam commoderata ae- F reæ igneæ q3 substantię mixtione consistens.neq3.n.aerem solũ,aut ignem animã esse dicere possumus,quum neq3 summe frigidũ animalis corpus,neq3 summe calidũ effici vnquã cõtingat: quin ẽt neq3 ab horũ alterutro excellentius occupari deprehẽdatur: qñdoquidem si paulũ vltra medio critatem labatur,immodico illo ignis excessu animal febre corripitur.refrigeratur aũt & liuet, & ęgrius sentit,aut omnino sensu priuatur,quum aer in temperatura multum dominatur. hoc.n.ipsum elementum,quantum ad ipsum attinet,suapte natura frigidum est,sed per ignei elementi cõmixtionem mediocre ac temperatum redditur.Iam tibi igitur exploratum est animæ substantiam secundum Stoicorum placita ex quadam aeris & ignis temperatura conflari. Atq3 ob istorũ exquisitam complexionem ingeniosus Chrysippus creatus est,contra vero Hippocratis filij,quorũ stultitiam dicterijs lacessunt comici,præ nimio calore tales euaserunt. Ex hoc quispiam fortasse argumentabitur,neq3 Chrysippum de ingenij solertia laudes,neq3 istos de stultitia vituperationem mereri. Identidem & de iracundę partis operibus ac perturbationibus dixeris.neq3 videlicet audaces laudibus efferendos,neq3 timidos esse vituperandos. Itẽ neq3 secundũ partem animę concupiscẽtẽ abstinẽtes laudari debere intẽperãtes vituperari. verũ de his paulo posterius disputabimus.

*Al. institutũ.

Qualitatibus quibusdam tum meliorem, tum deteriorem animam euadere. CAP. 5. G

NVnc ad ea,quæ ab initio proposui,quæ desunt,adijciam, illud præterea iterum admonens, non oĩa in omnibus ostendi posse.quũ q3 duæ in philosophia sectæ prima partitione inueniantur,nonnullos quidem mundi vniuersam substantiã coniunctam esse, atq3 continuam: alios vero inanitate interueniente disiunctã asserere. Sed nos secũdã sectã illis rationibus,quas in libro de elementis sm Hippocratis sententiã scripsimus,non veram esse conuicimus. In præsenti autẽ sermone quũ substantiã nostram qualitatibus commutari,eius q3 in similari parte temperiem naturale corpus efficere pro constanti acceperimus, animæ essentiam in similari parte tẽperie contineri demonstrauimus: modo ne quis ipsam (vt Plato voluit) corpore carere,& sine corpore permanere posse decernat. Ita verò sentientibus à corporis temperamento proprijs animæ actionibus incõmodari dudũ satis explicauimus.verũ & aliæ quædam rationes adijcientur. At hoc modo in præsentia expedito,sermonem de tẽperamentis adiungere satius fore existimo. Etenim qui animam corporis esse speciem arbitrantur,non siccitate,sed tẽperaturę cõmoderatione ipsam perspicaciorem fieri dicere poterunt.& hoc nomine ab illis discrepabunt,qui tanto animam intelligentiorem effici,quanto temperamentum sit aridius,existimant. Isti tñ ingenij acumini siccitatem aduersari nolunt,siquidem & id Heracliti discipuli asseruerunt. Sic.n.ipse literis prodidit. Splen- H dor aridus,animus sapientissimus.rursum siccitatem ingenij causam statuens, splendoris.n. vocabulum id sonat.& hanc nimirum sententiã meliorem esse censemus.sidera quoq3 splendentia iuxta atq3 sicca summa intelligentia esse prædita considerantes. Id siquis illis inesse inficias eat,deorũ excellentiã non sentire,plane q3 ignorare videbitur. Verum enimuero quũ alibi senilem ętatem ad siccitatem prolabi declarauerimus,cur haud ita pauci ad extremã vsq3 senectam viuentes desipiunt? respondebimus,id nõ ob siccitatem,sed ob frigiditatem accidere: nam haud dubio ipsa omnibus animæ actionibus officit. Cæterum tametsi hæc præter propositũ relata sint: nihilominus tñ,quod ad præsentem librum attinet,animæ opera perturbationes q3 corporis temperamentis cõsentire apertissime declarant. Profectò,si corporis similaris species anima sit,ab eius substantia firmissimum argumentum accipiemus. Sed si ipsam immortalẽ esse,propria q3 (vt Plato volebat) natura prẽditam pro certo habuerimus,at saltem eã corpori subijci,atq3 obtemperare,vel secundũ ipsum illũ fatendũ erit. Quod & ex puerorũ amentia,& ex consenescentium deliramentis confirmatur. Huiusce præterea rei testes & illi fuerint locupletissimi,qui medicamẽtis exhibitis,aut quibusdam in corpore prauis humoribus genitis indesipientiam,aut furorem, aut obliuionem, aut amentiam agũtur.Quoad.n.obliuio,aut amentia,aut motionis,aut sensus priuatio antedicta con-

sequitur:

A sequitur, ipsam proprijs, quas ingenitas habet, viribus quo minus operetur, impediri iure quis affirmauerit. Quũ vero cernere, quæ non cernatur, & audire, quæ nullus dixerit, quis arbitratur: & aliquod obscœnũ, aut nefandũ, aut penitus à ratione alienũ obloquitur: id non mõ ingenitas aïæ facultates interijsse, verũ ẽt contrarias introductas esse signũ est. Nẽpe ex hoc ingens mihi iã suspitio oboritur, vt totam aïæ substantiã corporeã esse adducar, vt credã. Quo pacto.n. ex ea, quæ ipsi cũ corpore intercedit, societate in naturã plane cõtrariã transire posset, nisi aut qualitas aliqua, aut forma, aut affectus, aut potestas corporis esset? Verũ hoc omittamus, ne quod obiter agitur, ꝓposito de industria opere longe maius euadat. Cæterũ corporis ærumnis affligi animã ac superari in atra bile, phrenitide, & furore, aperte cognoscitur. Porrò se ipsos atq; propinquos ꝓp morbi vim ignorare (quod & Thucydides multis euenisse in historijs suis memoriæ prodidit, & in pestilenti morbo hac tẽpestate haud multis antea annis, nos quoq; fieri vidimus) tale esse vitiũ videbiẽ, quale est, quũ videndi potentia integerrima, quispiã aut lippitudine, aut suffusione, quò minus videat, impeditur. Sed tria videre, quum vnum sit, ipsius iam visoriæ facultatis grauissima noxa fuerit, quæ phrenitidis morbo quàm simillima est.

Mutari Animam à corporis temperamento, Platonis auctoritate. CAP. 6.

« B QVòd vero Plato & ipse prauis corporis succis offendi animã nouerit, quæ subijcient verba,
« iã patefaciẽt. Vbi.n. acida salsa q; pituita, aut ẽt vbi amari biliosi q; succi per corpus vagan
« tes exterius quidẽ nõ respirẽt, sed introrsum retracti halitus suos in aïę penetralia funden
« tes contẽperati fuerint, cuiuslibet generis morbos pariũt, modo maiores, modo minores, mõ plu-
« res, modo pauciores: hi tria animi domicilia vexantes, prout in horũ quodq; incubuerint, varias
« quidẽ molestias, & animi angores diuersos, plerunq; verò & temeritates atq; formidines: nec non
« obliuiones simul, & ingenij tarditatẽ pariunt. Per hæc verba Plato animũ ob corporis deprauatos succos aliquo vitio contaminari clarissime testatur. Itẽ quo pacto ob vitiosum corporis habitũ in
« morbũ prolabatur, sic inquiens nobis significat. Semine aũt multo ac tenaci abũdãs, veluti nimis
« fructuosa arbor, multos singulatim dolores patiens, multis q; inter cupiditates & ab his editos fru
« ctus voluptatibus circunfusus, & per furorẽ plurimũ vitæ tẽpus cõsumens, ob ingentes volupta-
« tes, dolores, ac morbos insanientẽ vitio corporis animã obtinens, nõ vt ægrotãs, sed vt sponte vi-
« tiose affectus existimatur. At re vera nimia in venerẽ procacitas magna ex parte ob vnius generis
« habitũ à raritate prouenientẽ, qui.s. in corpore fluxilis & madefaciens affectus est, animi ægritudinẽ affert. Abunde sanè & hac in parte ex deprauato corporis habitu lãguere animã declarauit. ni
« C hilo secius ẽt ex verbis deinceps scriptis eius philosophi sentẽtia elucescit. Quid.n. inquit, & ferè
« oïa, quę ex nimia in voluptates libidine, & conuitiũ, quod, vt in sponte malos dr̃, non rectè obij-
« ciuntur: nullus.n. sponte malus, sed ex improbo corporis habitu, & ineruditis educationibus malus efficitur. cuiq; verò hæc odiosa, & inuito contingunt. Platonẽ itaq; ea confiteri, quæ à me prius demonstrata fuerunt, & ex mõ recitatis verbis, & ex alijs multis constat, quorũ aliqua quidẽ in Timęo, vt, quæ modo enumerauimus, aliqua verò in alijs ipsius voluminibus, inuenire poteris.

Mutari Animam à corporis temperamento, Aristotelis auctoritate. CAP. 7.

ARistoteles vero ꝙ sanguinis materni tẽperiem, vñ nostrũ ait ortũ ducere, animæ vires consequi arbitretur, ex istis eius verbis percipitur. Ipse.n. in secundo de animaliũ partibus volumi
« ne ita ad verbũ scripsit. Crassior aũt calidior q; sanguis robustius corpus efficit, tenuior verò atq;
« frigidior perspicaciorẽ sensum ac intellectum reddit. Eadẽ distinctio & in illis est, quæ humorem
« sanguini proportione respondentem habent. Quo circa & apes, alia q; id genus animalia multis
« sanguineis natura prudentiora sunt: & ex sanguineis illa, quæ frigidũ tenuem q; sanguinẽ habẽt
« suis contrarijs prudentiora sunt. At inter oïa excellunt, quę calido, tenui, puriore q; sanguine præ
« dita sunt. qñquidem huiusmodi robori ac fortitudini prudentiã adiunctã egregie possident. Quã-
« D obrẽ & superiores partes ab iferioribus, & mas à fœmina, & dextra pars eiusdẽ corporis à sinistra eodẽ pacto distinguuntur. Igitur & ex his verbis Aristoteles animæ potentias pro natura sanguinis variari clarissime voluit. Inferius quoq; haud obscurius hanc eandem sententiã proferens eo-
« dem in volumine scripsit, Fibras autem, quas vocant, non oïs sanguis habet. Sed aliquis habet,
« aliquis non, vt ceruorũ & caprearum sanguis. idcirco neq; id genus sanguis cogitur. dilutus enim
« sanguis frigidior est, ideo neq; spissescit: terrestris vero per cõcretionẽ exhalãte humido obduraẽ.
« At fibre illæ terræ naturam sapiunt. cæterum quędã istorũ accidit elegantius ingeniũ habere non
« ob sanguinis sanè frigiditatem, sed ob tenuitatem potius atq; munditiam. Terreus.n. istorum
« neutro affectus est. Porrò quibus subtilior purior q; inest humiditas, hæc agiliore sensu prędita
« sunt. Hac de causa & quædam exanguia perspicaciorẽ animã, quã nõ nulla sanguinea, adepta sũt,
« quemadmodũ & supra retulimus: quales apes & formicæ, & siqua id genus alia reperiuntur. sed
« aquea omnia timidiora sunt, timor.n. refrigerat. Igitur quibus hmoi temperies in corde inest, per
« facile metu corripiũtur, nã aqua frigore duratur. ꝓp hoc (vt semel dicã) exanguia cuncta sangui-
« neis meticulosiora sunt. & timore affecta immobilia redduntur, & excrementa effundunt. quędã
« ẽt ex ipsis colores mutant. Quorum aũt sanguis permultis crassis q; fibris refertus est, hæc terre-
« strioris naturæ sunt, iracundo q; ingenio, & extra se ob furorẽ rapiuntur. Excandescentia nanque

calorem

calorem ſuſcitat: ſolida vero caleſcentia plus, quã humida, calefaciunt: fibræ aũt ſolidæ, terreſtres q; B ſunt: quare veluti fomites in ſanguine fiunt, & feruorẽ in humoribus excitant: ideo tauri & apri iracundi furentes q; ſunt. horũ.n. ſanguis fibroſiſſimus eſt, ac taurinus oĩum celerrime conſpiſſat. Exemptis vero fibris in his ſanguis non coit, terreæ nãq; fibræ ſunt. quẽadmodum.n. ſi ex luto terreã partẽ quis eximat, non mehercule aqua congelaſcit. Similiter & ſanguis detractis fibris non cogitur: remanentibus, cogitur, ſicut & madida terra à frigore affici põt. Nã quũ à frigore calor exprimitur, vnà & humidũ per exhalationem excernitur: quemadmodum & ante dictũ eſt: concreſcit q; non calore, ſed frigore ſicceſcens: humor aũt in corporibus ab animalium calore continetur. Hæc prius loquutus Ariſtoteles alia deinceps his adiungit. Multorũ vtiq; effectrix natura ſanguinis eſt, haud iniuria mores in animalibus & ſenſũ euarians. ſiquidẽ totius corporis materia eſt: alimentum.n. eſt materia, ſanguis verò vltimum alimentum eſt. multas igitur nimirum differentias gignit, quum ipſe quoq; mõ calidus ſit, modo frigidus, mõ tenuis, modo craſſus, modo nitidus, mõ turbulentus. Cæterũ quũ & alibi Ariſtoteles in cõmentarijs de animalibus, & in libris de propoſitis multa alia in eãdem ſententiã dixerit, oĩa referre ſuperuacuũ iudicaui. Satis.n. mihi eſt quid Ariſtoteles de corporis temperamentis, & de animæ poteſtatibus ſenſerit, demonſtraſſe. Veruntamẽ & aliqua addã in primo de aĩalium hiſtoria ab ipſo memoriæ prodita. Quorum nonnulla abſq; du F bio ſtatim ad temperiẽ referunt, nonnulla per notas medias phyſiognomonicas quas vocant, hoc eſt, eius, in quo ſunt, naturam indicantes, & maxime ẽm Ariſtotelem. Vult.n. ipſe naturam animi moribus & facultatibus accõmodatam totius corporis fabricam in ſingulis animalium generibus architectari. Vt exempli gratia, ſanguineorum ex materno quidẽ ſanguine procreatio eſt: huius vero temperaturam animi mores conſequuntur, ſicut ex ante ſcriptis oſtendit: ſed inſtrumentariarum partiũ figuratio animi moribus conueniens ẽm ipſum Ariſtotelem efficitur. Et ex ea iã concluditur, vt non pauca ad animi mores & corporis temperaturam attinentia dignoſcantur: nonnulla verò, vt modo diximus, phyſiognomonica ſigna aperte ac nullo interueniente corporis temperaturã ſignificãt. talia vero ſunt, quæ à coloribus, pilis, vocibus, & membrorum actionibus colliguntur. Sed ea tandem, quę ab Ariſtotele in primo de aĩalium hiſtoria ſcripta ſunt, audiamus. Faciei aũt ſub ſyncipite pars frons eſt. quibus vero hęc magna, ſegniores: quibus parua, mobiles: quibus lata, facile mente alienantur: quibus rotunda, in iram propenſi. Vna quidem hęc, eſt eius ſententia: altera vero non multo poſt hãc eiuſmodi eſt. Supercilia ſub fronte ſunt, quæ ſi in rectũ protenduntur, lenes mores ſignificant: ſi iuxta naſum incuruantur, auſteros & acerbos indicant. ſed ſi ſecundum tempora declinant deriſorẽ diſſimulatorem q; deſignant: ſi vero in totum demiſ G ſa ſunt, inuidiã ſubeſſe denotant. Deinde rurſum non multo poſt ſubijcit. Communis aũt ſuperioris inferioris q; palpebrę locus anguli ſunt, duo iuxta nares, duo iuxta tempora. quibus quidem oblongiores adſunt, maleficos mores notant: quibus breues, melioris animi ſigna ſunt: quorum aũt iuxta nares anguli pectunculos veluti carneos habent, ſceleſti animi indicium eſt. Deinde mox iterũ. Supercilia detracta inuidiam oſtendũt: atq; iterum poſtea. Oculi vero candidum plerunq; in oĩbus ſimile eſt, nigrũ aũt quod vocant, euariat. quibuſdã.n. atrum eſt, alijs valde cæſium, alijs fuluum, alijs caprinũ. qđ & optimos mores ſignificat. Poſtea vero & hæc ſcribit. oculorum aliqui parui, aliqui magni ſunt, aliqui mediocres, qui ẽt optimi: & aliqui nimis extant: aliqui altius reconditi, aliqui mediocriter ſiti ſunt. inter hos reconditi in genere quoq; aĩalium acutiſſime cernunt. mediocrem vero ſitum obtinentes, optimũ animum præ ſe ferunt. {quin aut nimium conniuent aut rigent, intenti q; perſtant, aut medij. inter hos ſunt. probatos mores qui mediocriter conniuent, ſignificant, reliquorũ priores impudentiam, alteri teſtantur inconſtantiã.} Item paucis interiectis & de auribus hunc in modũ ſermonẽ aggreditur: de magnitudine ipſarum loquens. Aures quidẽ aut perexiguæ, aut mediocres, aut grandiores ſunt. præterea aut nimiũ aut parũ, aut mediocriter arrectæ. inter has exiguæ vitioſum aĩum notant: morũ optimorũ mediocres teſtes ſunt: magnæ ve- H ro & immodicè arrectæ, ſtultitiæ, aut garrulitatis indices. Hæc ſanè in primo de aĩalium hiſtoria ſcripſit Ariſtoteles: pauca vero & in alio volumine de phyſiognomonicis præceptis memorauit, ex quo ẽt huc aliquas ſententias tranſtuliſſem, niſi loquacitatis criminis accuſari, & tẽpus fruſtra conſumere nollem, quum ad diuinum Hippocratem medicorum omnium, philoſophorum q; primum huiuſce contemplationis inuentorem accedere liceat.

Locus quia in græco ẽ diminutus ex antiqua verſione ẽ reſtitutus.

Mutari Animam à corporis temperamento ex Hippocratis ſententia. CAP. 8.

Cap.1.2ª.2.g

Ibidem. h

Ibid.c.7.fo.4.c

IPſe igitur in libro de aquis, aere, & locis ‖ ita ſcripſit, primũ quidem de ciuitatibus illis, quas ad ſeptentrionem ſpectare inquit his ipſis fere verbis. ‖ Et ipſorum mores agreſtes ſunt potius q̃ manſueti. Iterũ poſtea de orientẽ ſpectantibus ita loquitur. Et canora voce ſunt hoĩes, & ad iraſcẽdum intelligendũ q; paratiores, q̃ qui boreales regiones incolunt. Deinde progrediens, latius horũ ipſorum naturã hoc modo explicat: de Aſia loquens. ‖ Aſiã ab Europa non oĩum modo ex terra naſcentiũ, ſed ẽt hominũ ipſorum naturis longiſſime diſtare dicimus. In Aſia.n. cuncta multo meliora grandiora q; naſcuntur. Et regio regione clementior, & mores hoĩum leniores ad agendum q; prõptiores. Horum cã eſt tẽporum anni temperies. Ecce temperiem non aliorum modo, quæ recenſuit: ſed ẽt morum cauſam eſſe dixit. Quod temporum autem temperaturam calore,

frigore,

A frigore,ſiccitate,humiditate,alterã ab altera differre affirmet,multa eius dicta in eo volumine me moraui.in quo ipſũ de elementis,& in libro de natura hoĩs,& in alijs oĩbus ſcriptis ſuis idẽ ſentire declaraui. Sed & in verbis,quę paulo ante dicta ſequunt̃,idẽ docẽs de tẽperata regione ita ſcribit, [Ibidem.] à qua & hoĩum mores tẽperatos effici aſſerit,neq;.n.calore ipsã valde exuſtã eſſe inquit.neq; ſqualloribus & aquarũ inopia exareſcere, neq; frigore diuexari. Ob hæc igit̃ mox ſubiungit: Virilitas aũt tolerãtia, vigor, atq; iracundia in eiuſmodi naturis inueniri nõ põt,vel eiuſdẽ nationis ſint vel alienæ,ſed voluptatẽ ſupare neceſſe eſt.quin ẽt inferius iterũ ĩ eodẽ libro hæc ſcribit: De ignauia aũt & animi imbecillitate eorũ hominũ,qᷓ magis imbelles q̃ Europæi ſint Aſiani, & moribus humaniores,anni tẽpora maxĩe in eã ſunt,non valde aut ad frigidũ aut ad calidũ declinãtia, ſed ferè ſimilẽ naturã ſeruantia. Et nõ multo poſt ſic iterũ inquit: Inuenies aũt & aſianos ipſos à ſe ipſis differẽtes,& nõ nullos meliores,nõ nullos vitioſiores.iſtorũ aũt tẽporũ mutatiões effectrices sũt: quẽadmodũ & à me inſuperioribus dictũ fuit. Inferius vero in eodẽ libro, vbi de inhabitãtibus Europã loquit̃,hæc ſcribit: Feritas aũt,& inſociabilitas,& iræ facilis acceſſio in hm̃oi natura repit̃. Deinceps iterũ in alia parte ita ſcribit: Qui montana loca incolunt,aſpera,edita, & aquis carẽtia, & ipſis valde differẽtes tẽporũ mutationes accidunt,hic magnas corporũ ſpecies,& ad labores for

[Ibidem.f]

[Ca.9.fol.5.a]

[Cap.12.fol.6.c]

B titudinẽ q; natura bene inſtitutas,eſſe par eſt.præterea agreſtes admodũ efferatæ q; hm̃oi hominũ naturæ ſunt. At qui cauas regiones, paluſtres, * æſtuantes q; inhabitant,& calida aura plus,quam frigida perflant, nec non & calidis aqs vtunt̃,iſti haud ita grãdes,neq; erecti & vẽtre cõtracto ſunt, ſed in latũ excreſcunt,& carnoſi nigris q; pilis inhorreſcunt.ipſi quoq; ad atrũ potius colorẽ, q̃ ad albũ vergentes.pituitoſi vero minus sũt,q̃ bilioſi.virili aũt & laborũ patiente aĩo nõ vſq; adeo,vt prędicti,naturaliter ſunt.ſed lex accedens id perficere poterit. Dixit legẽ,videlicet legitimã in qua que regiõe vitæ rõnẽ, quã & educationẽ & inſtitutionẽ,& patriũ morẽ nominamus. cuius ipſius & in ſermone paulo poſt habendo mentionẽ faciemus,in præſentia.n.has itidẽ eiuſdẽ ſententias adijcere volumus. Qui vero excelſa loca, & plana, & ventoſa, & * irrigũa colunt: grandibus ſunt corporibus,inter ſe ſimilibus,ingenijs q; ſunt præditi ignauioribus ac mitioribus. Ac deinceps ẽt de loci natura loquens hæc inquit: Qui tenues,aridas,nudas q; regiones colunt,neq; tẽporũ mutationibus vtunt̃, in hac regione corpora dura,valida,& flauiora q̃ nigriora,mores aũt,& animi impetus arrogãtes ac ptinaces eſſe par eſt. Verũ ne multa illius dicta cõmemorẽ,illud,quod deinceps addit,recitabo. Etenim ſpecies hoĩum,atq; mores regionis plerunq; naturã ſequi reperies. Ipſam vero regionẽ calido,frigido,ſicco,humido ab altera planè regione differre multoties in eodẽ vo-

[* Al. humidas.]

[* Al. ſerena.]

C lumine ſcripſit. Rurſum igitur in ſequentibus dicit,vbi terra quidẽ pinguis eſt,& mollis,& vliginoſa: & eius aquæ adeo ſublimes ſunt, vt æſtate caleant, hieme frigeſcant, & anni tempora * rẽcte ſe habeant: hoc loco hoĩes carnoſi ſunt non validis artubus,humidi,laborũ impatientes,vitioſo q; aĩo,adeo vt deſidiã ſomnolentiã q; ſæpe in ipſis aſpicias: percipiendis preterea artibus hebetes,nõ ſubtiles & acuti ſunt. Per hæc iterũ nõ ſolum mores,ſed ẽt ingenij tarditatem,& acrẽ intelligendi uim,tẽporũ ac cœli naturã conſequi apertiſſime declarauit. His ſimilia & in ſubſequẽti parte per hæc verba ab ipſo ſcribũtur. Vbi ſterilis regio eſt,ſitu altiore munita,aſpera, hieme niuibus pulſata, æſtate Solis radijs exuſta,hoĩes ibi duros,graciles,firmis articulis,validos,hirſutos q; cõſpicies: & ad agendũ celeritas, & vigilãtia in hm̃oi natura ineſt. Superbi præterea mores, atq; iracũdia,& propriæ ſententiæ pertinax defẽſio. Iſtos ẽt efferaciores,quã humaniores, & ad capeſſendas artes acutiores,perſpicaciores q;,nec non & ad res bellicas prętantiores inuenies. In hoc rurſum ſermone non ſolũ mores locorũ tẽperamentis conſentire & conſequi, verum ẽt inde aliquos diſcendis artibus acutiores,aliquos minus intelligentes fieri,hoc eſt aliquos perſpicaciori aliquos hebetiori pingui q; ingenio procreari,dilucide oſtẽdit. Itaq; non eſt mihi opus, præterea oĩa phyſiognomonica vocata indicia in ſecundo aut ſexto de popularibus morbis volumine ſcripta hoc loco me-

[Ibid.fol.6.c]

[* male.]

D miniſſe. Sed hanc modo eius ſententiã exempli cã deſcripſiſſe ſatis eſto. Quorũ vena in cubito pulſatu mouetur,hi furẽtes ſunt & iracundi: quibus vero quieſcit,hi torpentes ſunt ac ſtupidi.horũ aũt verborũ hæc vis eſt: quibus hoĩbus cubiti arteria vehemẽtiſſimũ edit motũ,iſti furentes sũt. Venas.n.& ipſas arterias veteres appellabant,id q; ſepius oſtenſum eſt.non dũ tñ * omnem arteriarũ motum pulſatũ nominabant,ſed eum ſolũ,qui ſenſu ipſo ab hoĩe planè vehemens pciperetur. At Hippocrates, vtpote qui primus conſuetudini,quæ poſtea increbuit, initium dedit, omniũ, quiſquis eſſet,arteriarũ motum pulſatum nominauit. Nẽpe in his verbis antiquiore ẽt locutionis genere vſus ex vehementi arteriæ motione hominẽ furore percitum atq; iracundũ deprehendit, qm̃ videlicet præ nimia in corde caloris abundantia ita vehementer arteriæ commouentur.furentes.n.atq; iracundos caloris abũdãtia efficit: ſtupidos aũt,graues,& pigros, tẽperaturæ frigiditas.

[2. Epid. ſect. 5. & 6. ... lib. 6. ſect. 1. tex. 3. ... Et 2. Epid. ſect. 5. poſt medium.]

[* omnium.]

[Lib. de Alim. verſus finem. Et de Flatibus circa medium. Et 7. Epide. ante medium.]

Aduerſus quoſdam, Animam mutari pro locorum varietate. CAP. 9.

QVum itaq; Hippocrates in toto de aquarũ locorum tẽporũ q; naturis volumine animi poteſtates non ſolũ iracundæ partis,aut deſideratricis,ſed ẽt oẽs cogitatricis vires,corporis temperamento adhærere & conſequi explicauerit,teſtis ſanè fide dignus atq; grauiſſimus eſt, ſi quiſquã teſtibus,vt non nullis mos eſt,decretorum ſuorũ veritatẽ aſſerat. At ego viro huic non tanquam teſti,vt pleriq; aſſolent, ſed qm̃ eius rationes firmas inuenio, iccirco fidem adhibeo. hac

igitur

igitur de causa & ipsum Hippocratē laudo. Nam quis per deos immortales nō videat hoīum sub E vrsis degentium corpus atq; animā alienissime ab illis, qui propè deustā Zonam incolunt, sese habere? aut quē lateat hoīes inter illos medios temperatā regionē habitantes & corporibus, & animi moribus, & intelligentia & prudentia longe illis antecedere? Cęterum quia non nulli eorum, qui se ipsos Platonicos cognominant, animā quidem in morbis à corpore impediri, in sanis autē ꝓpria eam munera exequi neq; adiutam, neq; offensam à corpore existimāt: aliqua Platonis dicta recensebo, ex quibus non nullos ob locorum temperiem ad prudentiam, adiutos, & absq; corporis languore offensos esse percipies: in primis quidē Timæi sermonibus hæc scripsit. Hūc quidē vniuersum ornatū atq; seriem dea vobis prius instituens locum in quo geniti estis, electū incolendum dedit, quum in eo cœli temperiem cognouisset, ob quā viros sapientissimos creaturus esset. Verum & deinceps subdens ait. Vtpote igitur belli & sapientiæ amans dea locum viros sibi quā simillimos editurum deligens: primus vt coleretur, effecit. Quòd multū igitur locis tribuat, hoc est diuersis terrę habitationibus ad animi mores, intelligentiam, prudentiam q; efficiendam, iam planè ex his perspicuum est, Sed in quinto ēt de legibus hoc mō scripsit. Neq; id vos de locorū natura lateat: quin alia q̄dā sint loca ab alijs dr̄ia ad viros meliores deteriores q; generādos. Hic iterum aperte loca meliores hoīes ac deteriores generare testatur, iterum q; deinceps subiungens F inquit. Aliqui profectò ipsorū ob spiritus varios & insolationes monstrosi, & informes sunt. aliqui ob aquas, aliqui ob alimentum è terra proueniens: quod non solum in corporibus bonū malumve, sed ēt in aīs haud secius hæc eadem oīa imprimere pōt. hoc in sermone spiritus, id est ventos, & insolationes, i. calores à sole ꝓdeuntes aīæ facultates tentare, perspicue dicit. Nisi fortasse ob ventos & ambientis aeris calorē, frigus q;, & aquarum ac alimenti naturā hoīes præstantiorē aīum atq; peiorē acquirere posse, ab his ipsis verò nō interuenientibus corpis tēperamētis bona & mala in aīos inseri opinent. Hęc porrò hm̄oi virorū prudentię & eruditioni nō cōgruenter asserunt. Verū illud nos pro cōstanti habemus, alimentū quodq; primo in ventriculum demitti, in quo vbi prius elaboratū est, postea per venas in eū locū ptinentes ad iecur attractum in corpore humores creat, ex quibus reliqua oīa mēbra & vnà cū ipsis cerebrum, cor atq; iecur nutriunt: inter nutriendum aūt calidiora q̄ prius, frigidiora, & humidiora euadunt, facultati q; dominantiū humorū similia efficiunt: Illi ergo, qui aliquos temperātiores, aliquos effrenatiores, aliquos immodestiores, aliquos modestiores, non nullos audaces, quosdam timidos, mansuetos & comes, seditiosos ac rixosos cibis reddi posse ferre nequeunt, nunc saltem resipiscentes ad me veniāt, & quę ipsos comesse, quæ potare conueniat, à nobis accipiāt: ad moralem .n. philosophiā maximos progressus facient. G itē & per intellectricis aīæ vires ad capessendā virtutem lōge ꝓficient, perspicaciores, memoria tenaciores, discendi auidiores, prudētiores q; redditi. Vltra cibos. n. & potiones, ventos, & aeris temperaturas, nec non, & regiones, quales deligere, quales vitare conueniat, eos commonefaciam.

Animam mutari alimentorum ratione. CAP. 10.

IPsis prętereà vel inuitis in memoriā reuocabo Platonem suū, à quo sibi ipsis nomen imposuerunt, non semel aut bis, sed crebrius de hisce rebus in scriptis suis memoriæ prodidisse. Similiter igitur mihi satis fuerit si præsenti sermoni præter id, quod in Timæo de alimento scribitur, & ex secundo de legibus eius sententiā apposuero. duę vero de vino potando leges ab ipso scribunt. Non'ne igitur legem feremus, primum quidē vt pueri citra duodeuigesimū annum à vino prorsus abstineant, causam q; docebimus, q̄ videlicet ignem super ignem in corpus animam q; anteq̄ labores capessere incipiāt, inducere non conueniat: atq; ita iuuenilis habitus in furorem propensi rationem habebimus. Postea vero ad trigesimū vsq; annum vinum quidem mediocre gustare cōuenit, sed ab ebrietate ac vinolentia iuuenes penitus abstinendi sunt. At quadraginta iā annos nati in conuiuijs epulantes alios deos & Bacchum præcipue inuocent, vt seniorum sacris, lusibus q; intersit. Qui cæteris mortalibus subueniens aduersus senectæ acerbitatem vinū, vt remedio esset, H largitus est: vt nos repubesceremus ægritudines q; animi obliuiscerentur, atq; animi mores duriores, tanq̄ ferrum igni impositū, remollescerent, & melius effingi, informari q; valerent. Ex horum profectò verborū serie optimos, istos, ac generosos Platonicos admonet: vt nō solum quæ de vini potione in ijs, sed etiā quæ de ætatum dr̄ia dicta fuere, meminerint: furore nanq; percitam iuuenilem ætatem: seueram aūt tristem, duram q; senectam. Et hoc pacto eas, non ob annorū numerū, sed ob cuiq; ætati proprium temperamentū, sese habere Plato ꝓnunciat. Iuuenilis. n. ætas calida multo q; sanguine referta est. contra senilis frigida & sanguinis inops: propterea senibus vini potus vtilis est, quippe qui ex ætate contractam frigiditatem ad mediocrem redigat calorem: his vero, qui crescunt, maxime aduersatur. feruentem. n. ipsorum naturam & concitato motu perturbatā excalfacit, & in immodicas vehementes q; motiones furore correptam impellit. Sed Plato quidem & hęc & alia multa in secundo de legibus de vini potu legere volentibus vtilia disseruit. Ego verò vnius solum eius sententiæ in extremis de potione sermonibus scriptæ meminero: vbi de Cartaginensibus loquitur. verba hæc sunt. Verum ēt potius Cretensium Lacedæmoniorum q; vsui Cartaginensium legem anteposuerim, vt nullus videlicet in exercitu hāc potionē gustet, sed toto illo tempore, aquæ potione vtatur. Et in ciuitate neq; serui neq; seruæ vnq̄, neq; principes eo

anno

« A anno, quo in imperio sunt, vinū gustent. Item neq; gubernatores, neq; iudices, dum suo fungunt
« munere, vini quicquā assumant, nec quisquā de re aliqua insigni consilium initurus, neq; interdiu
« quisquam oīno, nisi aut exercendi corporis, aut tollendi morbi cā. Item neq; noctu quisquam aut
« vir, aut mulier, quū filios creaturi sunt. Alia quoq; multa quis enumerauerit, in quibus recta men
« te ac lege bene institutus à vino abstinere debet. Hęc quū de corporibus non ægrotis, sed rectissi me valentibus Plato dixerit: siquidem vobis ò generosissimi Platonici, qui bibunt, sani videntur, & militare, & magistratum gerere, & causas iudicare, & naues regere: deinde mihi interroganti re spondete, non ne epotum vinum vt ne, quę prius intelligebat, exquisite intelligat, quæ prius facie bat, ne recte faciat, animæ tanquam tyrānus quidam imperat: & idcirco ab ipso, tāquam ab hoste cauēdū esse Plato inquit? nā si semel in corpus intrauerit, gubernatorē impedit, quo minus, vt de cet, nauis gubernacula dirigat, milites, ne ī acie modeste se gerāt, cōturbat, iudices cū iustos eē opor tet aberrare, & oēs principes vitiose dominari, nihil q; sani imperare cogit. opinat̄.n. vinū calidis vaporibus totum corpus, & maxime caput, replens appetitrici aiæ parti atq; iracundæ concitatio- ris motus, intellectrici autem magis præcipitis consilij, causam esse. Atqui hæc si ita habent, prædi- ctæ animi actiones, temperaturæ interuentu nobis vinum bibentibus lædi, sicut è contrario non B nullæ iuuari, cognoscuntur. Verum & id, si volueritis, alio tempore vos docebo, quicquid noxæ aut vtilitatis nobis afferre vinum natura aptum sit, calore illud operari. At in præsentia verba ex
« Timæo describam, quibus hunc in modum Plato loquitur. Hoc pacto cūcti duabus de causis vel
« inuitissimi mali reddimur: quarū autores, generātes magis, q̄ geniti, & educantes, q̄ qui educant,
« existunt. Deinceps verò subiungit. Porrò quisq; pro viribus niti debet, & educatione & studijs
« & disciplinis vitium quidem fugere, contra autem virtutem capessere. Nā sicut studia & discipli- næ vitia extirpāt, & virtutes pariūt, pari ratione & educatio, educatiōe interdum apud ipsum non cibaria modo, sed etiam omnem puerorum in victu rationem significante, nō potest sanè dici hoc loco educatio à Platone in secundo significatu accepta esse. neq; enim pueris, sed natu grandio- ribus, quæ sint facienda, præcipiens inquit, Porrò quisque pro viribus niti debet, & educatione, & studijs, & disciplinis vitium quidem fugere, cōtra autem virtutem capessere. Studia igitur vocat, quæ in arte corporis exercitatrice versantur: disciplinas verò musicam, geometriā, atq; arithme- ticam (vt græcis vtamur nominibus, quū latina deficiant). At educationem aliam intelligere non possumus, quàm quæ ex cibis sorbitionibus q; constat & potibus, in quibus & vinum ponitur. de quo Plato in secundo de legibus multa disseruit. Quisquis autem & citra operam nostram de vni- C uersa alimentorum facultate aliquam notitiam habere desiderat, tria de hac materia à nobis edita commentaria legere poterit, & ad hæc quartum, in quo de ijs agitur, quę bonos malos q; succos procreant. quo maxime ad rem propositam nobis opus est. multū enim praui succi animæ actio- nibus officiunt, boni verò eas illęsas tuentur.

Occurritur rationibus aduersariorum: ac de ortu Virtutum & Vitiorum. CAP. II.

PResens itaq; oratio nullo pacto philosophiæ bona conuellit, sed explanat, & aliquem eorum ignarum philosophum edocet. Etenim qui cunctos homines virtuti comparandæ idoneos, & qui nullum iustitiæ amantem, esse existimant, quod est nullum naturalem finem statuere, vtriq; hominum naturam ex dimidio tantum cognouerunt. neq; enim omnes iustitiæ hostes, neq; om- nes amatores nascuntur, ob corporum temperamenta vtriq; tales progeniti. Verū enimuero nō- nulli hoc decretum criminantes dicunt, qua ratione quispiam laudari, vituperari, odio haberi, & amari poterit, quòd sceleratus, aut bonus non suopte ingenio, sed à temperatura, effectus sit, quā ab alijs causis ipse accepisse comprehendit? An qm̄ id nobis omnibus inesse dicemus, amplecti s. & optare, & amare bonū: contra verò detestari, odisse & fugere malum? quū nobis id consideran- tibus non dū constet, genitū'ne sit, an non genitū: neq; n. ipsorū alterū se tale fecit, neq; se ipsum ta D le constituit. Scorpios sanè, phalāgia, & viperas necamus, quū tñ à natura eiusmodi non sua spon te creata sint. Primū ēt maximū q; Deū nō genitū esse Plato asserens bonū tñ esse prædicat, nos q; ipsum talē ab ęternitate, nō ex se ipso bonum effectum, natura duce colimus & amamus. prorsus enim nullo unq̄ tēpore genitus ē, omnibus sæculis increatus sempiternus q; existens. Itaq; iure & sceleratos hoīes odio prosequimur non prius, quæ tales eos effecerit cā, indagantes: contra verò bonos, siue natura, siue eruditione ac disciplina, siue voluntate & exercitatione, tales euaserint, am plectimur & amamus. At sceleratos & profligatæ spei hoīes tribus iustis de causis è medio tolli- mus, vt nobis, dum in vita sunt, iniuriam ne inferant: ut alios ipsorum similes proprio supplicio deterreant, vtpote scelerū, quę patrauerint, pęnas daturos: tertia quoq; cā est, q; ipsis illis è vita mi grare melius consultū sit, quū vsq; adeo vitijs deprauatum aīum habeāt, vt desperata sanitas sit, vt nedū à Socrate aut Pythagora meliores fieri nequeant, sed neq; à musis ipsis instituti atq; erudiri. Quocirca & hoc loco Stoicos admiror, qui oēs quidem homines ad virtutem adipiscendam habi- les esse opinantur, sed ab alijs quibuscum viuunt à recto itinere detorqueri. Nam vt reliqua oīa eo rum sententiam redarguentia pretereā, illud vnū eos interrogatos velim de illis videlicet, qui om nium hoīum primi geniti sunt. Hi profecto ante se nullū alium habuerunt * vnde ipsis depra uatio, aut a quibus facta fuerit, & dicere non poterunt. Quēamodū hoc tēpore paruos puerulos,

* Hic desiderā tur non nulla.

 flagitiosis-

† Hæc quæ sequuntur quia in græ. cod. desunt, ex veteri trãslatione sũt restituta.

flagitiosissimos intuentes. Quis enim eos flagitia edocuit? † Atque potissimum, quum multi simul videantur ijsdem vescentes alimentis, ex ijsdem parentibus orti, ab ijsdem præceptoribus pædagogis'ue eruditi, longissime tñ inter se natura dissentiunt. Quid.n. cõmune est & cõsentiens inter beneuolũ puerum & inuisorẽ, queadmodũ & inter misericordẽ & malis alienis insultantem, oĩa timentem & audacem, stupidissimum & sagacissimum, veridicum & mendacem? Euidenter.n. pueri, tametsi ab ijsdem parentibus & magistris pedagogis q; educentur, secundum prædictas tñ contrarietates, inter se differentes esse deprehenduntur. Ea igitur, quæ ab huiusce tempestatis philosophis dicuntur, relinquenda sunt: verum non philosophos eos fortasse, sed philosophiam profitentes appellare præstiterit. nã si legitime philosopharentur, illud in primis obseruarent, vt ab ijs, q̃ euidenter patent, demonstrationum principia sumerent: quandoquidem & vetustissimi id maxime oĩum fecisse videntur, & propter hoc ab eius sæculi hominibus philosophi vocari meruerunt: qui neq; libros scribentes, neq; dialecticã aut physicã cõtemplationẽ ostentantes, sed per se virtutes exercentes eas non verbis, sed operibus declarabãt. Hi ergo philosophi statim ab initio pueros, & si optime doceri inceperint, nullum q; flagitij exemplũ videre potuerint, peccare tñ inspicientes, quidam omnes hoĩes natura vitiosos asseruerunt, quidã plurimos: nã me hercule puerum omni culpa carentem inuenire difficillimum ac rarum est. Qui nullum igitur huiusmodi puerum vnquam viderunt, cunctos hoĩes natura prauos esse statuerũt: qui vero vnũ, aut duos integri animi obseruarunt, hi non omnes, sed plurimos esse malos crediderunt. Si enim quis reiectis altercationibus, vt prisci philosophi solebant, soluta ab affectionibus mente, res oẽs contemplari voluerit, paucos admodum pueros ad virtutem natura propensos, ac nos oẽs sponte naturę ad virtutem ferri, arbitrari desinet: sed à parentibus, magistris, ac pædagogis, ad eam minis & increpationibus conuerti reperiet: neq;.n. cum alijs puerulis versantur. Porrò illi ẽt extrema demẽtia tenentur, qui nos voluptate ad virtutẽ detorqueri aiũt: siquidẽ ea multis nos illecebris demulcet, & ea carere asperum molestum q; est. Nam si oẽs voluptatis, quæ bona non sit, sed (vt Plato inquit) maximũ ad scelera inuitamentum, familiares efficimur, natura omnes mali sumus: q̃ si non omnes, sed aliqui, illi soli natura praui sunt. Igitur si nullam aliã in nobis habemus vim, voluptati addicti, & familiares erimus: si vero aliam meliorem ad virtutem ducentem, quę sit imbecillior, q̃ natura nos ad voluptatem inuitans, sic etiam, oẽs vitiosi erimus, vim potiorem imbecilliorem habentes, prauam autem valentiorem. At si melior vis, sit quoq; valentior, quod'nam ab initio homines à debiliore superari persuasit? Hæc profectò Stoicorum instituta omnium eruditissimus Possidonius cõfutauit. In quo magna laude dignus est, quũ neq; Stoicis suis, quos alioqui sectatur, in his parcere voluerit, qui patriam potius, quàm sectæ suæ dogmata deserere constituerunt. Sed Possidonius stoicam potius sectam, quàm veritatem, deserendam duxit. Quapropter in libro de animi vitijs à Chrysippo longissime discrepat, vbi de virtutum agit differentia. In quęstionibus quidem logicis multa de animi perturbationibus Chrysippi dicta coarguit, adhuc etiã plura q̃ in disceptationibus de virtutum differentia, eiusdem refellit mendacia. Possidonius itaq; vitium extrinsecus in homines accedere nullam radicem ac semen in nostris animis possidens, vnde prius expullulet & augeatur, nõ existimat. Quin immo in contrariam sententiam discedit. Nẽpe in nobis ipsis intestina vitiorum semina ac tanquam igniculi sunt: neq; omnino tam nobis à vitiosis cauere, q̃ sectari mundaturos, & vitiorum incrementum prohibituros, opus est. Neque.n. (vt Stoicorum fert opinio) totum extrinsecus in animos nostros vitium ingruit: sed plurimum in seipsis vitiosi homines habent: quod extrinsecus aduenit, longe minus est. Proinde sanè consuetudine accedente secundum partem animæ ratione carentem praui reddimur, falsis autem opinionibus secundum intellectricem partem imbuimur: sicut si à probis viris instruimur, opiniones quidem verę sunt, mores autem optimi. At in cogitatrice animæ parte sagacitas stultitia q; ratione maioris minoris q; euariantes corporis temperaturas consequuntur. Ipsæ autem temperaturæ primam in vtero creationem, & bonos succos parantem victum, authorem habent, atque hæc mutuò sese fouent, & adaugent. Calida nanq; temperies iracundos facit: inde rursum iracundia ingenitum calorem accendit, & igneum efficit: contra qui ex mediocri temperatura cõstant, mediocriter quoque animo commoti ad bonos succos gignendos proficiunt. Sermo itaque noster cum his, quæ sensui subiecta sunt, cõgruit: & causas explicat, cur à vino & à nõ nullis enarratis medicamentis, & victu bono atque miti, pariter & studijs disciplinis q;, iuuamur: haud secius & naturalis deprauationis ratio affertur. Nempe qui corporis temperamento animum iuuari, aut offendi negant, de puerorum differentia nullam reddere causam valent: neque de vllo eorum, ex quibus in victu aperte vtilitatem percipimus, quid dicant, reperire possunt: quemadmodum neque de tanta in moribus varietate, cur scilicet aliqui feroces & iracundi sint, aliqui mites & blandi, aliqui imprudentes, stulti aliqui videantur. Apud Scythas enim vnus tantum post hominum memoriam philosophus extitit, Athenis autem permulti eiusmodi. Item apud Abderitas multi fatui nati sunt, Athenis vero pauci.

*Al. differentia.

Galeni



GALENI DE FOETVVM FORMATIONE LIBER

Ioanne Bernardo Feliciano interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Declarat numerum, ordinem, ac dignitatem singularum partium, quibus fœtus absoluitur: ac demum inuestigat, quid de causa formatrice, omissis Philosophorum erroribus, sentiendum.

Ratio, cur Philosophi aberrarint in formatione Fœtuum describenda, & quid de ea Hippocrates senserit. CAP. I.

DE fœtuum formatione, & medici & philosophi cũ scribere aggressi sunt nullam ex dissectiõe, eorum, quæ dicunt confirmationẽ adhibẽtes: quo circa, si & à veritate aberrarunt, & inter se dissensere, nihil mirũ est: nã, qñ ijs, qui diligenter dissectioni studuerunt, ignorata adhuc quędam sunt, multo magis profecto errasse eos verisimile est, qui absq; dissectio nis euidentibus fidem suis opinionibus adhibuerunt. Hippocrates vero primus oĩum, quos scimus, de formatione fœtuũ vera conscripsit, nõ ratione tm̃ nixis opinionibus quæstionẽ hanc persecutus, sed sensui expositis euidentijs, atq; his nõ paucis, perinde ac non nulli solent, qui, cũ semel aut bis aliquid inspexerunt, ea de re in vniuersum pronunciare nõ dubitant: Id ꝙ nunc quidã medicus fecit: qui, cũ semel abortiuũ fœtũ duorũ & triginta dierum expressa iam formationis delineamenta habere vidisset, id, quasi in oĩbus ita fieret, asserere non est veritus, ne Hippocratis quidẽ scriptis, nedũ aliorum, qui de his memoriæ prodiderunt, perlectis. Non. n. fœtibus, neq; expressæ formationis, neq; motionis, neq; absolutionis, atq; egressus in lucẽ, vnus præfinitus terminus est: sed ita in vniuersum res se habet, vt ab Hippocrate, grauissimis q; auctoribus, qui post ipsum fuerunt, scriptis mãdatum est. Genituram sexto post die eiectam intuitus, qui libellum de natura infantis scripsit, siue is Hippocrates, siue eius discipulus Polybus fuit, & exquisite & expresse his verbis explicauit: At vero genituram, quę in locis per sex dies manserat, & postea exciderat, ipse vidi: & ab illis, quæ in ipsa tunc mihi apparuerunt, reliqua coniecto. Quo modo autem geniturã sexto post die viderim, narrabo. Mulieris ancilla quędã psaltria erat insignis, quæ ad viros ventitabat: quã quidẽ nõ oportebat in ventre concipere, ne conteptior redderetur. Audiuerat autẽ hæc psaltria id, quod dicere inter se mulieres consueuerunt, vbi videlicet cõceptura est mulier, nõ amplius exire è vulua viri semen, sed intus contineri. Hoc igitur cum audisset, animaduertit, semper q; obseruauit: & forte, vbi sensit semen sibi non exisse, heræ manifestauit: quod cum ad aures nostras peruenisset, iussimus ipsi in terrãm desilire: at illa septies ferè id fecit, & genitura non sine strepitu quodã excussa in terrã defluxit: quã cũ mulier vidisset, inspexit, atq; admirata est. Qualis aũt fuerit, ipse dicã: perinde, ac siquis crudi oui exterius putamen detraheret, vt per interiorẽ membranulã interior humiditas pelluceret, talis quodam modo planè erat: rubrum q; ac rotũdũ quoddã inerat: in mẽbrana vero fibræ quędã albæ ac crassæ inesse cernebantᷓ sanie crassa ac rubra inuolutæ, & extrinsecus circum membranam cruenti liuores: in medio tenue quippiam hiabat, qui mihi videbatur esse vmbilicus, quo fœtus primum spiritu & foras & intro meante respiraret: ab eo membrana, quæ continebat genituram, tota erat producta.

Non procul ab eius libri initio

* Al. πηδᾶν, i. nates.

De Formatione partium, quæ extra fœtum sunt, & illarum, quæ ipsius fœtus sunt propriæ. CAP. 2.

IN hac oratione membrana quidem, quæ continebat genituram, ea erat, que chorion appellatur: quod autem albas & crassas fibras cum sanie crassa & rubra in se habebat, delineatio fuisse venarum arteriarum ꝙ generationis est existimanda: semper enim, donec augetur fœtus, conti-

neri à chorio venarum & arteriarum pleno cernitur: quippe cum nihil aliud, nisi hæc tria, substan E tiam eius constituat: sunt enim quamplurimę & venę & arterię iuxta se ipsas porrectæ, à continuo quodam tenui & membraneo corpore comprehensæ, atque inter se connexæ. Si q; aperiantur aliqua prægnãtia animalia, quæ à natura hominis non longe sint aliena, cuiusmodi sunt caprę, oues, sues, boues, equæ, & asinæ, conspicitur hoc inuolucrum, quod chorion appellatur, vuluæ prę gnantis animalis per arterias & venas connexum esse: quarum origo est ex arterijs, & venis vuluæ, extrema sua, in interiores eius loculos patefacta habentibus: quibus solis fœtus cum fœtificante cõiungitur, nulla.n. alia in parte perforatum chorion est: sed ne tangit quidẽ fœtus vuluam, nisi his solis, nam reliquus chorij sinus, qui inter vasa hæc est, interiorem partem vuluæ substernit, ac tangit solũmodo sine vlla cõiunctione. Vasa porrò, quæ in ipso sunt, angustissima quidẽ habent initia, qbus (vt dixi) cũ vuluæ venarũ & arteriarũ extremis vniuntur: quæ tñ, cũ vlterius ꝓcedũt, nõ secus ac plantarũ radices, inter se postea coeunt: nam, queadmodum in illis ex multis & tenuibus fibris inter se coeuntibus aliæ crassiores radices efficiunt, atq; ex his rursus vnitis aliæ, hoc q; fieri prius nõ desinit, q̃ oẽs in vnum trunci caput deuenerint, ita chorij arteriæ & venæ paruę inter se coniunctæ alias se latiores gignunt, ex quibus inter se iterum coalescentibus aliæ, atq; ex his itẽ aliæ fiunt: cum q; hoc sępius contigerit, in duas tandẽ arterias & duas venas omniũ vasorũ colle- F ctio redigitur. Tũ in harũ medio meatus quidã gignit in fundum vesicæ infantis perforatus, quẽ dissectionis ꝓfessores vrinaculum nuncuparunt: cuius alterum os à quatuor vasis separatũ paulatim laxatur, tenuem q; mẽbranã intestino ꝓsimilem cõstituit, alteri eiusmodi, qua fœtus inuoluit, extrinsecus inductã: nomina his duabus membranis dissectores imposuerũt, huic à figura, quam imitat, intestinali: alteri, quę fętũ cõtinet, amnio. Atq; hęc extra fœtũ habent. Ipsius vero fœtus ꝓpriæ partes hæ sunt: prima oĩum cutis, operimentũ atq; amiculum à natura corpori cõgenitum: deinde statim sub ipsa partes cũ his quatuor vasis intra cutẽ cõtinuatæ, quarũ nulla existere prius põt, q̃ omnia, quę in chorio sunt, vasa, in quatuor hęc antedicta capita coiuerint: cũ .n. singula fœtus mẽbra tũ ad primã generationẽ, tum ad reliquã oẽm dispensationẽ idoneo alimento indigeãt, nulla alia fœtibus idonea ad alimentum materia est, quàm quæ à fœtãte suppeditatur: vnde fieri non põt, vt aliquod membrum absq; substantia sanguinea in ipsis gignatur. Quæcunq; tñ albę & exãgues partes sunt, nõ ita facile possunt procreari, vt iecinoris caro: celerrime.n." viscus hoc ẽ sanguine cõsistit, vtpote sanguini substãtia quã simillimũ: nã, si vena animalis incisa sanguinẽ effluere in aquã modice calidã sines, iecinoris substantiæ q̃ simillimã coagulationem adipiscet. Hoc igit viscus promptissime cõcrescit, statim q;, vbi intra vuluę corpus comprehensum fuerit, hoc modo G afficitur: reliquæ vero partes, quę carnosæ ac sanguineæ sunt, vt generentur, lõgius tempus requirunt. At arteriarũ & venarum corpus, cum ꝓrsus exãgue sit, simili modo primã à semine generationem habere verisimile est cõtinuo, vbi id vuluæ vasorum orificijs adhęserit: quippe cum facillimũ promptissimum q; sit, vt ex eius substãtia, quæ lentorẽ multum habet, talis mẽbrorum species ꝓcreetur. Facta autẽ hac in orificijs vuluæ prima radicatione, cõsentaneum videt, vt semen, quod ipsa formauit, ipsis etiã ex vulua sanguinẽ attrahendo alimentum suppeditet, & paulatim ita, quæ prius genita sunt, dilatet atq; in longitudinẽ producat, tum augẽdo, tum in vnum paulatim cogendo tenuiora ad latiorũ ꝓcreationẽ. Ac vasa quidem & mẽbranas ita gigni verisimile est, ex semine tã prima cõstitutione, q̃ reliquo in longitudinem & latitudinem incremento accepto: queadmodũ in arboribus videmus ex eadem trunci origine reliqua ẽt & in altũ subicij, & in ramos discindi. Atq; hoc eorum, quæ deinceps dicenda erunt, quasi fundamentum quoddam à nobis iactum sit.

A.l.1.f.1. d. 3. c.2.5.d

De Ordine formationis partium fœtus sumpta è plantis similitudine. CAP. 3.

VIdeamus post hæc, quo mõ deinceps fœtum à vi seminis totum formari conueniat, initio inuentionis ab ijs, q̃ in dissectione spectantur, rursus sumpto. Ex quatuor antedictis vasis, q̃ vnà cũ meatu vrinaculi vmbilicũ, q nominat, cõstituunt, statim, vbi cutem fœtus trãsierunt, alterũ H par coniungi atq; vniri cernit, magnaq; vna vena effecta iecur intrare: intrare dico, explicans id, q ex dissectione sensui offertur: nõ.n. prius consistens iecur vena hæc intrat, sed è contrario prorsus fieri censendum est: primo, s. venam vmbilici, vbi intro penetrauerit, non secus, ac truncum arboris, bifidam euadere: deinde vtraq; eius partem in multas germinationes ad ramorum similitudinem ꝓpagari: tum alteri scissionis venarum ramo antedictam carnem substãtiæ iecoris agnasci: alteri, qui mesenteriũ hoc est medianum, gignit, ventrem, lienẽ, omnem intestinorum reuolutionem, omentum, & quod rectum vocatur, adiungi. Neq; hæc profecto prius existunt, sed vnà cum scissione ipsa procreãtur, perinde atq; ipsa iecoris substantia, quæ & singulis venis priuatim agnascitur, & vniuersis simul extrinsecus ad vnius visceris speciem affingitur. Arteriæ vero nõ ita itatim, vbi cutem subierunt, neq; substantiã aliquam agnascentem sibi habent, neq; in multas partes discinduntur: sed vlterius duæ permanent, vesicam q; fœtus cõplexæ ibi q; firmatę cum alio, tum in profunditatem corporis ferunt, quod ad latum & sacrũ os, quod appellat, peruenerint: ex quo duæ quędam aliæ arteriæ, vtrinque altera, tendere ad crura conspiciuntur, à maxima illa spinæ discissæ, quæ sinistro cordis ventriculo coniuncta cernitur. Nõ tamen, sicut in iecoris procreatione nulla dubitatio relinquitur, ita etiam in corde apparet: nam iecur ad alterum venæ ex vmbilico

tendentis

A tendentis ramum multifariam scissum, variam distinctionem, coniunctionem q; adeptum est: cordi autem necesse est vel per arterias materiam ad eius generationem ex pregnante suppeditari, vel ex iecore per venã, quæ sublimis ad superiores visceris huius partes gignẽdas feratur: at hoc modo longior tẽporis mora requireretur: nec primis statim diebus, quibus iecur ortũ habet, à vuluæ corpore tã parũ distaret: nam rubrum illud rotũdũ, quod intra chorion elucere in genitura sex dierũ Hippocrates dixit, iecur fuisse credẽdũ est, indistinctũ adhuc atq; informe. In abortibus quidẽ, qui supra triginta dies facti sunt, tria hæc aĩalis mẽbra, iecur, cor, & cerebrũ, iuxta se mutuo collocata manifeste cernuntur, maius vtrisq; reliquis iecur, cor & cerebrũ magnitudine longe inferiora: non tñ qñ primũ conformationis principiũ habeat, inueniri põt: quippe cũ neq; abortus, qui primo mẽse accidũt, manifestũ quicq̃ ostendãt: neq; animaliũ hominibus similiũ dissectio, quoad indistinctus fœtus est, quicq̃ ẽt ipsa certi afferat: cũ vero distingui iã inceperit, alia pleraq; nullam clarã designationẽ habeant, sed sola hæc tria (sicut modo dixi) cor cerebrũ, & iecur vicina inter se conspiciantur. Prius vero, cum de semine commentaria conscriberem, cogerer q; de ordine formationis singulorũ mẽbrorũ aliquid dicere, cor dixi perinde, ac iecur, primis fœturæ diebus quasi fundamentum quoddã esse, ex vsu ipsius in adultis ac perfectis maxime necessario, ad hoc asserendũ B inductus. Sed, cũ postea aliorum omniũ & medicorũ & philosophorũ sententiam esse cognorim fœtũ vsq; ad expressam formationẽ plantæ modo dispẽsari, probabilius mihi visum est, si nullã in principio cordis esse necessitatem, sed ipsum post iecur formari prorsus statueremus. Quod, quo modo fieret, indagandũ censui: alterum.n.ex duobus mihi videbat̃ esse necessarium, vel ex ascendente à iecore sanguine simul cũ iecorariæ venę productione cor generari: vel per magnã arteriã, quæ ẽt ipsa sanguinẽ, non solũmodo spiritũ, vt opinabat̃ Erasistratus, cõtinet. Plerosq; vero hac in re verisimile est fuisse deceptos, ac præcipue philosophos, quippe qui ex ijs, quę in aĩalium dissectionibus apparent, nihil cognoscãt: ex quibus ea maxime vtilia sunt, quæ in viuorũ incisione artificiose administrata ad partiũ in imo latentium denudationem explorant̃. Vnde ẽt hîc longior oratio euadet, siquis eam totam demonstratiue discere voluerit: vnũ.n.est commẽtarium à nobis scriptũ de vsu respirationis, cui alterũ de arteriarũ & pulsuũ vtilitate adiũctũ est: in quibus quicũq; exercitatus fuerit, cognoscet fœtum neq; arteriarum neq; pulsuum neq; cordis vllo necessario vsu in principio generationis, quẽadmodum nec plantas, indigere. Verũtamen de plantarum ẽt ortu aliquid prius cõsiderandũ videtur: ex ijs enim, q̃ necessaria plãtis sunt, licebit cognoscere, quot & qualia sint ea, quibus fœtus indiget, quousq; vna aĩa perinde, ac plantæ, regit̃ ac dispensat̃. Quã C quidẽ animã, cum hac de re proposita nõ est cõsideratio, cõi omnis substãtiæ noĩe, naturã solemus appellare: id, quod in exquisitis dissertationibus Chrysippei diligenter obseruarũt: à qua consuetudine Aristoteles & Plato recedẽtes vocarunt quidem vtrīq; aĩam, sed Aristoteles altricẽ, Plato concupiscibilẽ adiũxit. Qm̃ vero nobis proposita hæc dissertatio nõ obiter, quẽadmodum cum aliud quid, rei consecutione nos ducẽte speculamur, sed summa diligentia tractatur, de plantarum generatione ac dispensatione non nulla prius cõmemorabimus: nam, cũ sincera ac sola ea sit, nulla neq; irascibili, neq; rationabili adiuncta, sperandũ est certã nos ac verã in his inuenturos esse dispensationẽ. Initium igitur plantarum generationis rursus à semine in terram moderate humidã ac calidam iacto sumatur: sit q; id vel quercus vel alicuius ita altę arboris, vt in magno corpore, naturæ plantas gubernãtis effectus perspici facilius possint. Iam vero ẽ semine duplex quædam germinatio prodire cõspicitur, deorsum in terrã vna, sursum in aerẽ altera: quæ, cũ inter initia tenues sint, tẽporis processu & crassescũt, & in lõgitudinẽ porrigunt̃: ac post, q̃ ad satis idoneam magnitudinem peruenerint, vtræ q; findunt̃: tũ ẽ fissis partibus alios ramos, atq; ex his rursus alios propagant: nihil tñ obstat, quin in vnoquoq; temporis momento oẽs simul partes & alantur & crescãt: quin etiam in summis pullulationũ cacuminibus perfecta iam planta fructus innascuntur. Cum D igitur fœtus eandem, quam plantæ, in primo ortu dispensationem habeat, non immerito primo fœturæ tempore minimum augetur: cum distingui iam manifeste incipit, amplius: quemadmodum, cum iã distinctus est, maxime, multis in partibus natura, quæ ipsum dispẽsat, simul operãte. Quis ergo primi tẽporis terminus est, quo fœtus corde nõ dum indiget? mihi quidẽ videtur, cum non dũ in iecur vniuersa venarũ discissio facta est: vniuersam appello propterea, q est duplex, nec mihi primo cognita, sed dissectionis professoribus omnibus etiam perspecta. Vena.n.ex vmbilico pueniens, vbi primũ in interiorẽ peruenit cutis fœtus regionẽ, statim bifariã scinditur, quẽadmodũ in duas maximas partes plerũq; truncos arborũ diffindi videmus: deinde ex vtrisq; his partibus venæ aliæ instar ramorũ, tũ ex illis aliæ, atq; ex his itẽ aliæ progerminãt: atq; hoc tãdiu per donec ad fines quosdã puenerint, quibus postea ppria iecoris substãtia, de qua mõ diximus, circũ circa agnascit ita, vt ramulorũ interstitia perinde, ac stœbe, impleat, atq; obturet. Atq; ita depressioris quidẽ venæ pgerminationes in caua visceris parte efficiunt̃, qua id dextrũ vẽtris latus amplectit̃: altioris aũt in gibba, qua septũ transuersum attingit: ac propterea duæ iecoris portæ in fœtibus cõtigere. Venæ.n. magnæ, quam per vmbilicum ferri videmus, oẽs totius corporis venæ, & partes sunt & progerminationes, altiore quidem porta effecta, vt omnes, quę in iecore sunt, venæ gignerentur: humiliore vero, vt illæ, quæ in ventrẽ, lienẽ, intestina omnia, & reliqua pertinent procrearentur.

Ibidem.

A.l.1. f.1.d.5. fu.5.c.3.24.c

rentur. Absoluto autem iecore, ex venis, quæ in gibbis partibus sunt, quasi radicibus quibsdam, stirps colligitur, hoc est maxima venarum, quę in corpore sunt: quã ideo ob præstantiam, qua oẽs alias antecellit, cauã, magnitudinẽ eius significantes, nuncuparunt: Hippocrates || iecoriam dixit à iecore, vnde eã exoriri videbat. Hæc igitũ vena in vtranq; partẽ per animalis longitudinem ita protenditur, vt altera eius pars deorsum mediæ spinæ adhęrens feratur, altera sursum per medium thoracem ad collum ascendat: hæc tñ ascendẽdo primos ramos, nõ paruos eos quidẽ, in septũ transuersum diffundit: superius deinde alios, exiles prorsus, in intersepiẽtes thoracem membranas, & cor inuoluentem tunicã emittit: tum in dextrum cordis vẽtriculũ & thoracem dispergitur. Eodẽ aũt tẽpore existimandum est ab inferioribus portis venas in oẽs circa ventrem partes discissas generationis causam ipsis exhibere. Dũ vero superior iecorarię pars cor adit, inferior deorsum tendens discissa, ramulos & ad renes, qui primi iecori proximi occurrunt, & ad loca spinæ iuxta lumbum mittit: quemadmodum & partem spinæ, quæ supra septum transuersum est & thoracẽ, ab ascendentis iecorariæ ramulis materiam ad sui procreationem accipere verisimile est, quo tẽpore etiã cor formatũ: potest.n. iam ad ipsum, antedictum illud arteriarum par in vnam arteriam reductum pertingere, quam in media dorsi spina firmatam videmus procedere, quoad iuxta cor peruenerit: ex hac igitur arteria credibile est cor hausto sanguine lõge calidiore, quã is sit, qui in venis continetur, tanto etiam ipsum calidius iecore euasisse, quanto sanguis sanguine calidior est. Cũ vero duo sint cordis ventriculi, in dextrum sanguis è iecore mediocri caliditate præditus, in sinistrũ longe calidior per arterias ingreditur: quos vtrosq; ventriculos cum iam habuerit cor & vtrasq; has materias, vtpote perfecta iã ipsorum substantia, pulsat, secum q; eadẽ agitatione arterias etiam mouet. Vnde fœtus non solum postea, vt planta, sed etiam vt animal iam administratur, quales sunt hiatulæ, buccinæ, pinę, ostreæ, patellæ: quæ vel minimo vel nullo prorsus pulsatili motu indigẽt. Demonstratum siquidem est pulsus calidis corporibus inesse: nullum autem animal vel exangue, planè calidum: vel planè calidũ, exangue est: nam in sanguine, qui in venis est, absq; cordis calore tepida quædã caliditas insita est, & propterea etiam in iecore. Cor vero quasi quendã ignis focum aĩalia sortita sunt: sine corde.n. sanguineorũ animaliũ calor persimilis caliditati est, quę in domibus æstatis tempore sentitur: sed, quemadmodum domus incẽso in ipsa igne calidior redditur, ita animaliũ corpus ex corde caliditatem maiorem acquirit, q̃ ea sit, quæ in venis & iecore insita est, & sanguine etiam, qui in venis & iecore cõtinetur. In arterijs quidẽ nullũ huiuscemodi humorem inesse Erasistratus putat: nos vero existimamus, quemadmodum etiam apparet, subtiliorem & feruentiorẽ in ipsis sanguinẽ cõtineri, talis quippe vel vulneratis arterijs effluere cernitur. Atq; hoc mihi videtur voluisse significare Plato, dum in Timæo inquit, Cor vero, qui simul & venarum fons est, & eius etiã sanguinis, qui in oĩa membra vehementer circũfunditur, in satellitis apparitoris q; sedem ac domicilium constituerunt. Non.n. absolute sanguinis fontem ipsum dixit esse, sed eius, q in oĩa mẽbra vehementer circunfunditur, cuiusmodi minime est ille, qui in ijs, quæ ꝓpriæ appellantur venę, continetũ: nam veteres cõe venarum nomen vtriq; vasorũ generi attribuebant.

At vero, sicut posterius iecore cor factum esse credendum est, atq; iccirco iecur vicinius ꝑgnãtis vuluæ constitutum fuisse, ita cerebrum corde etiam longius constitui conueniebat, quippe quod posterius etiam fabricetur: id, quod fieri propterea existimãdum est, quia fœtui ne opus quidem cerebro est: nam neque videre, neq; audire, neq; gustare, neq; olfacere ipsum quicq̃ oportet: neq; itẽ manibus aut pedibus operari, neq; vlla omnino alia voluntaria functione vti: simili modo nulla sensus tangendi, nulla imaginationis, nulla cogitationis, nulla memoriæ, ipsi necessitas est. Posterius igiũ tertio tẽporis ordine & cerebrum & quæ ad faciẽ spectãt, omnia formata sunt: quo tempore brachia & crura absolutã iam distinctionem acceperunt, & omne etiam membrũ, quodcũq; supra dictũ est, ad perfectã constitutionẽ peruenit. Nã capitis quoq; os post omnia alia ossa concreuisse perspicuum est, cum adeo tenue sit atq; imbecillum circa sinciput, vt per ipsum in nuper in lucem editis infantibus cerebri agitationẽ non solum tactu, sed etiam visu, percipiamus. Iã vero quartum post primam conceptionẽ tempus subsequitur, quo motioni inseruientia membra, quæ postremo formata sunt, corroborãtur. Hinc fit, vt infantes altricis animæ functiones validissimas habeant: imbecilliores, quæ à corde: imbecillissimas, quę à cerebro proueniunt, q̃ppe qui nõ modo currere iam aut ingredi, sed ne stare quidem possint, ac multo etiam minus vel cogitare aliq̃d vtile, vel discere, vel alicuius aut sensibilis affectionis, aut ratione perceptæ disciplinæ, meminisse. Postea igitur os capitis firmatur, dentes exoriuntur, caluaria capillatur: vt infantes & corpore, & præstãtissima animæ parte, hoc est rationali, imperfecti nasci videantur: facultates.n. animæ vnà cum instrumentis perfecte suo fungũtur officio: id, quod tibi quoq; licebit cognoscere, si librũ nostrum legere volueris, in quo facultates animæ temperaturam corporis sequi docemus.

Aduersus eos philosophos, qui Cor primùm oriri, ex eoq; deinde reliqua produci membra existimarunt. CAP. 4.

QVid igitur Chrysippo alijs q; multis philosophis, tã Stoicis quàm Peripateticis, visum est de corde ita pronunciare, vt asserant id primum omnium animalis partium generari, ab eo'que alia oriri, idem'que, vtpote primo formatum, debere necessario & venarum & neruorum

Marginal notes: A.l.3. f.14.t. E c.1.fol.307. g — 2.Epid. sect. 4. in principio. Et de Mor. sacro ante medium. — Margin letters: E, F, G, H.

A & neruorum originē esse? Non.n.planè constat primum id constitisse: immo alibi demonstratū est in omnibus artibus eundē artificem tam primam partem rei, quæ fabricatur, q̃, quæ sequuntur, reliquas omnes vsq; ad consummationē operis constituere: arterias q; & venas è seminis substantia primas omniū generari necesse est, sicut in cōmentarijs de semine ostendimus. Quare, siquis alius, quemadmodum qui de corde asseruerunt, vel chorion vel iecur dixerit omnium, quę in corpore videntur, functionum principium esse, minime erit credendum: quippe cum vnicuiq; generi corporum alia videamus esse generationis alia dispensationis principia, alij enim extruunt vrbes, alij administrant: ita de nauibus & qualibet alia re dicendum est, alij sunt, qui fabricant, alij qui fabricatis rectè vtuntur: iam in ijs, quæ vitam nostram administrant, facultatibus, ratio, quæ omnium extrema & gignitur & perficitur, imperat tamen ipsa, atq; humanas actiones gubernat, fœliciter, cum vniuersa anima secundū naturam se habuerit: infeliciter, cum in præternaturalem statum exciderit. Verum †de animæ actionibus mihi in præsentia non est propositum considerare, sed de fœtuum formatione: quæ sanè dissertatio per se non philosophis tantum, verum etiā medicis, per q̃ vtilis est, propter eos autem, qui, vnde non debent, sumptiones ad demōstrationes accipiunt, necessaria etiam euasit: omittentes enim non nulli ex quæsitæ rei propria natura demō B strationum principia sumere, ex incertis assumunt. Porrò medicis vtile admodum est, cum vel dimidia corporis pars vel totum ferè corpus repente resolutum functionibus voluntarijs immobile redditur, ac præterea vel sensu penitus orbatū vel imbecilliter sentit, scire, cui corporis parti admouenda remedia sint: quod profectò cognosci nullo modo poterit, nisi prius quæratur, vtrum sensum & motum supradictum omnia animalis mēbra ex sese habeāt: an per neruos aliqua facultas ad ipsa vel de cerebro, vt omnes dissectionis professores fatentur: vel, vt non nulli dicunt, ex corde influat, Nam Stoici, nescio quo modo, inutilem quęstionem ad finem inueniēdum, in quo †rectè iudicato fœlicitatem statuunt, indagare aggressi sunt, ijs, quæ ex dissectione apparent, vnde veritas poterat inueniri, euidentibus omissis: quando tamen, sicut in alijs multis, ita hic quoque, ad rei sibi inutilis indagationem venerant, debebant ex ijs, quæ euidenter patent, sicut dissectionis professores medici fecerunt, principia demonstrationis sumere? Ipsi vero cor primū omnium esse formatum asserentes, cum neq; ex dissectione euidens quippiam, neq; aliquod ratione conclusum argumentum possent afferre, quod initium inuentionis ipsis exhibuerit, errori errorem annectunt: dicunt q; alia omnia ex corde ortum habere, esse q; id, sicut generationis, ita quoq; administrationis oīum, auctorem ac ducem. Prius quidem, q̃ dissectionis cognitio adeo, vt nunc, processisset, du C bitare fortasse non absq; rōne potuissent de principio, quod & sensum & motum oībus animalis membris per neruos transmittit: nunc vero, cum iam harū affectionum curatio & multo iam tempore a dissectionis exploratoribus perspecta, & ab oībus medicis diuturna ac cōsentiente experiētia cōprobata fuerit, nullus q; amplius sit, qui in insaniētibus absq; febre, in atra bile agitatis, in ijs, qui mente aut memoria quōcunq; læsi fuerint, in insanientibus cum febre, in veternosis, comitialibus, attonitis, capitis curā habendā non censeat, soli ipsi adhuc inquirunt hęc, quæ oībus, qui modo inuenire voluerint, manifeste patent. Sed de his in pſentia satis: alibi.n. de ijs dictū est, quæ nō nulli philosophi præter propositum finē inutiliter dissertantes longis quæstionibus se implicuerunt, cum nullā ne probabilē quidē quęstionis occasionē inuenire possent, perinde, ac illi, qui speculatiuam supponunt, siue philosophiam, siue beatitudinem dicere oporteat.

† περὶ τῆς κατὰ τὰς πρά-ξεις ἐνεργείας

† In antiquo codi. habetur κτηθέντι, i. adepto.

Distinctiones, quibus dignoscimus, vnd' ne, an alia pars facultatis alicuius initium sit: & quòd ab ea, quæ primum genita est, non necessario reliquæ oriantur. CAP. 5.

NVnc iam tempus requirit, vt id, quod ante dictis necessario subiungendum est, egregijs his philosophis nihilominus ignotum, vt cætera ex dissectione apparentia, explicemus: sumamus q; ab Herophili scriptis exordium: qui dissectorias tractationes censet ex eo, q hoc membrū D ab illo productum esse dicunt, nullam ad decreta statuenda occasionem afferre: quemadmodum praue intelligentes non nulli faciunt: quippe cum ex alijs quibusdā apparentibus, nō ex ipsa absoluta mēbrorum inspectione, facultates nos regentes inueniant. Cuius quidem oratio distinctionibus quibusdam indiget: quas, cū in cōmētarijs de Hippocratis & Platonis decretis latius explicauerimus, nūc pro rei necessitate summatim, perstringemus. Prima distinctio sumitur ab arterijs, aut venis, aut neruis, vel præsectis, vel laqueo interceptis: in quibus altera à laqueo pars functiones proprias retinet, altera penitus amittit. Idem in dorsi medulla conspici euidenter pōt: nam si aliqua in parte spinæ præcidatur, omnes, qui supra incisionem ab ipsa emanant nerui, sensum & motum integrum seruant, qui infra sunt, continuo perdunt: qua ex re facultates has desuper à cerebro in medullam influere perspicuum est. Simili modo, quādo arteriæ cuiuslibet laqueo constrictæ pars, quæ cordi continuata supra vinculum extat, pulsare adhuc, sicut prius, cernitur: reliqua vero, quæ infra est, pulsu statim orbari, quid aliud argumenti habet, q̃ arterijs originem agitationis à corde procedere? Atq; hoc quidem optimum est ac certissimum principij functionum iudicium. Secundum est illud, vtrum corporum, de quibus est quæstio, substantia in omnibus eadem sit, an prorsus diuersa: nam dorsi medullæ & neruorum eadem in omnibus cum cerebri substantia est: similiter & horum operimenta cum cerebri operimentis eadem sunt: at arteriarum

substantia ne prope quidem ad cordis, sicut nec venarum ad iecoris, naturam accedit. Qñ igitur ea E dem esse deprehendatur, indicat tenuiora à crassioribus fuisse propagata, cum gigni absque illis, quemadmodum nec rami absq; stirpe, minime potuerint: quando vero alia venę, alia cordis & iecoris substantia manifeste appareat, incertum relinquitur, quantũ ad hoc signũ, an ex corde exorta caua vena in iecur pertineat: an à iecore in cor feratur: an item horum neutrũ sit, sed aliud quoddam tertium membrum venæ huic originem præstet. Quare non iniuria de huius iecorariæ venæ origine quæstio apud dissectionis peritos existit: de neruorum autem principio sine vlla dubitatione oẽs consensere. Verum, etiã si iecur cauæ venę origo esse inueniretur, adhuc tamẽ in dubio esset, quantum ad hoc, vtrum, sicut generationis fuit, ita quoq; in perfectis gubernationis principium sit, an aliunde hoc ipsis cõtingat. Distinguẽdum insuper est, magna'ne vasa paruorum, an parua magnorum principia sint: nam in hoc quoq; à non nullis medicis erratum est: quemadmodum ab eo, qui venarum, quæ in ventrem & intestina pertingũt, fines esse originem dicebat: qui quidem fines ne excogitari quidem possunt, nisi etiam vena, quæ è chorio ad iecur tendit, discindi, atq; in illos ramulo præmisso dispergi existimetur: quod cum fit, verisimilius venarum initia, quæ in vulua sunt, extremis radicum fibris: vena ad iecur per vmbilicum tendens, trunco assimilari potest: atque ita omnes, quæ in corpore animalis sunt, venarũ fines ramis non radicibus, æqui F parabuntur. Sed volui etiam ego aliquando rationem hanc considerare, quo modo possemus dicere primas omnium è semine, horum duorum vasorum tunicas fuisse procreatas, quæ & in fœtibus & in perfectis maxima habentur, hoc est magnam arteriam, & venam, quæ inter vmbilicũ & iecur est: quibus postea discissis ea, quæ in chorio sunt, omnes gignerentur: vt harum fines extremis radicum finibus possent comparari. Verum hac quoq; ratione minime efficitur, vt vel iecur vel cor primo genita esse videantur. sanguinea n. substantia ad sui constitutionem indigent, quam per vasa ex vulua afferri necesse est. Vnde rursus, quemadmodum superius etiam iam dicebamus, semen opificis rationem subibit: vasa vero hęc, quibus sanguinem ex prægnante attrahi ad viscerum procreationem necesse est, primo generabuntur: secundo autem loco post ipsa iecur & cor, quemadmodum domus fundamentum, & nauigij carina, constituentur. Quo vero tẽpore seminis vis hæc format, quædã etiam alia verisimile est tũ his adiacentia, tum inter hæc & vuluam sita formari: non. n. credendũ est facultatẽ, quæ plantas & animalia fingit, sistere ac cessare aliquando, sed totam oĩbus simul partibus aggenerare aliquid & adaugere. Nequaq̃ igit̃, quæ aĩal.a fingit natura, ab aliarũ partiũ fabricatione desistet, sed & venas & arterias sem p scindẽdo producet, his q; alia viscera, sicut iecur & cor diximus, aggenerabit, simul & conuenientem formam & sitũ alia q; G omnia, prout singula mẽbra exigunt, apte efficiendo. Omnibus igitur modis cõuincunt̃ isti, qui ab eo mẽbro, quod primum fuerit formatum, reliqua gigni petulanter asserere non verẽtur. Nõ enim profecto opifex causa, vbi mẽbrum aliquod absoluit, è fœtu excedit, mandat q; ei, vt reliqua prosequat̃: † non tamẽ arteriarum & venarũ corpora videntur è iecoris aut cordis substantia progerminasse, sicut è cerebro & mẽbranis, dorsi medulla & nerui. Proinde maxime ꝓbabile est, (quatenus de incertis asseuerari potest,) vim, quæ arterias & venas creauit, eandem eas scindendo omnibus fœtus partibus applicare, mẽbra q; ipsa proprijs sedibus vndiq; affingere. Maxime itẽ verisimile est formatas partes, vbi primũ perfecte absolutę sunt, incipere proprias substantiæ suæ functiões exercere, & neq; renes, neq; vesicas, neq; vuluã, neq; lienẽ, neq; intestina, aut demũ aliquod aliud instrumentũ naturale, alterius auxilio indigere ad propriam functionẽ exercẽdã. Qm̃ vero partium substantia neq; quantitate eadem permanet, cum multum quotidie ex ipsis defluat: neq; qualitate, cũ varijs alterationibus afficiat̃, mutuo subsidio indiguit, quo & exinanita supplerẽtur, & alterata restituerentur: quę quidẽ auxilia quot & qualia sint, nõ modo philosophus aliquis accurate deprehendit, sed ne medicus quidẽ, qui absq; dissectionis peritia ad quæstionẽ hãc accesserit. Cor quippe, (hoc. n. solũ regere animal non nulli existimant,) vbi respiratione fuerit priuatũ, H & ipsum moueri desistit, & cũ ipso animal etiam totum interit. Priuatur autẽ respiratione non tm̃ suspẽdio suffocatis hominibus, aut ex inflãmatione faucium inspirandi meatu obstructo, verũ ẽt neruis, qui thoracẽ mouent, vel præcisione vel collisione vel laqueo oppressis, qui omnes à dorsi medulla, quẽadmodum ipsa à cerebro, originem habent. Sicut ‖ igitur cerebrum ad præseruandũ cor vtile est, neruis thoracẽ agitãdo, quo distento inspiratio, contracto expiratio fit: eodem modo cerebro vsum quendam cor ipsum præstat, atq; his vtrisq; iecur, vt in peculiaribus commentarijs demonstratum est. Neque his tribus tantum principijs, sed omnibus etiam alijs inter se auxilium suppeditatur: nam (vt ex vno reliqua sigillatim omnia, quæ in libris de vsu partium dicta sunt, relinquam intelligenda,) ob iecur, renes & vesicæ duæ factę sunt: fellis receptrix ipsi visceri innexa: ad renes, vrinæ receptrix collocata: cœnosa autem visceris excrementa lien expurgat: ꝙ vero ventriculus iecori precoquat alimentum, quod q; intestinorum anfractus digestionis causa, quæ in ipsa fit intestina, fuerit effectus, satis iam vnà cum cæteris omnibus, quæ in singulis corporis locis fiunt, in cõmentarijs de vsu partiũ explicatũ est: quorum nihil ne paululũ quidem agnouere isti & medici & philosophi, qui omnia cordi demãdãtes ita arroganter ꝓnunciãt. Verũ hęc ꝓlixius etiam fortasse, q̃ præsenti negocio conueniebat, protracta sunt. Sed merito, dissectionis periti medici

† *Ex græ. cod. restituta. hac enim ratione arteriæ & venæ primũ generatæ: alia generabunt.*

‖ A. l. 1. f. 1. d. 5. c. 1. fol. 9. d

A dici indignantur, cum non nulli non modo de ijs, quæ ignorant, proferre sententiam, verũ etiam audacter eos, qui sciunt, increpare non verentur: qui quidem, quod primum à natura formatum fuit membrum, ipsum reliqua formare autumant, hoc q́ꝫ esse cor non dubitant, non tantum utraque hæc pronunciata falso asserentes, sed in eo etiam errantes, ꝙ, quamuis vtraqꝫ hæc ipsis concedantur, & primum omnium cor fuisse procreatum, & ipsum reliqua procreasse, non necessario tamen sequitur, vt functiones in perfectis animalibus ab eodem procurentur: cum non idem sit, generationis, & dispensationis, principium esse.

Quæ à philosophis dicta sunt de Animæ substantia ac de Causa fœtuum formatrice, partim falsa, partim incerta esse. quidq́ꝫ ea de re certo possit affirmari. CAP. 6.

A.l.1.f. 1.d.6. fu.1.c.2.fol.26. c.d.

SEd iam ad id, quod maxime est in hac dissertatione propositum, transeuntes, ostendemus ipsos ne in ijs quidem, quę à medicis inquiruntur, tractandis bene sensisse: verum existimasse, si à natura formari fœtum dixerint, nihil quidem se amplius dicere, q̃ nomen, vulgo omnibus cõsuetum: nullus enim adeo stultus est, vt non intelligat esse quandã fœtuum generationis causam, quã naturam, ignorata eius substantia, appellare oẽs consueuimus. Ego vero, sicut fabricã nostri corporis ostendi summam Opificis & sapientiã & potentiã pręse ferre, ita demonstrari mihi à philo-B sophis velim, vtrum is Opifex Deus aliquis sit & sapiens & potens, qui & intellexerit prius, quale vniuscuiusq́ꝫ aĩalis corpus esset fabricandũ, & deinde, quod proposuerat, potentia fuerit assecutus: an anima aliqua à Deo diuersa. Neqꝫ enim naturæ, quæ appellatur, substantiam, siue corporea, siue incorporea ea sit, ad summũ sapientiæ dicẽt peruenisse, quã ne vlla quidã sapientia esse præditã inquiunt: vnde eã ita artificiose in fœtuum formatione se gessisse credendũ nõ est: hoc enim ab Epicuro alijs q́ꝫ, qui sine prouidentia oĩa fieri opinantur, audientes nullã fidẽ adhibemus. Nam duorũ alterũ fieri necesse est, aut ex motu aliquo irrationali atqꝫ inartificioso fœtuũ formationem in optimum finẽ deuenire: aut, quemadmodũ, qui miracula moliuntur, principio motionis exhibito discedunt quidẽ, machinæ vero ipsæ aliquantisper, non multo tñ tpe, ipsæ per se artificiose impelluntur: ita ẽt Deos, vbi plantarũ & aĩalium semina prępararint, vt ad tantã motuũ successionẽ idonea sint, ipsos nihil amplius agere. Verũ priorẽ opinionẽ refellere mihi nõ est opus, cũ ab ijs ipsis, aduersus quos mihi disputatio est, dãnata iã sit. Quod ad secundã spectat, diligentius cõsiderandũ, fieri ne possit, vt talis humor, qualis in genitura apparet, in tanto numero sibi mutuo succedentium motionũ nunq̃ aberret, donec iustũ finem attigerit. Nam, sicut incredibile est nullum in tãta partiũ multitudine errorem à fortuita motione cõmitti, ita consecutionem motus artificiosam ab aliqua C irrationali substantia effici perinde, atqꝫ ipsi dicunt, nimis audax est. Sed adhuc admiratione dignius videtur, illud quod per totũ vitæ tempus nobis omnibus inspiciẽtibus assidue fit: quod tñ quo modo fiat, nullus ex ijs, qui naturę speculationẽ ꝓfitẽtur, neqꝫ aduertit, neqꝫ indagauit. Quid autẽ est illud, quod in membrorum functionibus accidit? euidentiæ vero causa vno aut altero exẽplo ꝓducto finiemus orationẽ. Sumatᷣ primũ extrema manus, q̃ sanè quinqꝫ digitos tribus ossibus cõpositos, atqꝫ inter se articulis distinctos habet: quos. s. debebãt prius denudare illi, q cœlũ ac mũdũ vniuersum erant contẽplaturi, atqꝫ explorare, quo artificio essent fabricati: quibus q́ꝫ instrumẽtis motionẽ adipiscerentur: quo modo aliq̃n nodis vel simul omnibus, vel priuatim singulis, extenderentur: aliq̃n inflecterentur aut adducerẽtur in latus, atqꝫ id dupliciter, vel ad paruum digitũ vel ad magnũ. Si enim nouissent per musculos, oẽs hos motus fieri, nobis ignorãtibus prius, q̃ per dissectionẽ patuissent, admirati sanè essent, quo modo nõ solum nos, sed paruuli etiã infantes, cũ aliquẽ digitũ vel extendere vel inflectere iubentur, statim id faciant, licet mouentẽ musculum minime agnoscant: quod in lingua magis adhuc mirabile est: de cuius musculorum multitudine dissectionis professores dissentiunt: tm̃ abest, vt singulis motionibus præpositum, certo cognoscant. Verum hoc quoqꝫ à diligentioribus medicis indagatũ est: ac quidam fuit, qui dixit vnumquęqꝫ D musculum, quasi animal, voluntatem nostram persentientem attrahere ac circumducere linguam in conuenientem figuram ad vocem exprimendam. At hoc omnibus alijs verisimile minime videtur: mirabile tamen illud omnes putant, paruum puerulum, vbi audiuerit hanc vocem, panis, cum, neqꝫ quo modo lingua fingatur, cognoscat, neqꝫ à quibus musculis ad singulas motiones agitetur, eam tamen exprimere, immo totum etiam integrum versum dicere: vbi linguam multas mutationes singulis vocibus accommodatas facere necesse est. Cum plures autem † quàm trecenti} musculi, in nobis sint, nõ est sanè credendũ vnumquęqꝫ ex ipsis animal esse. Ab hac igitur opinione, vtpote absurda, recessi, atqꝫ ad aliã ab alijs viris introductam transiui. A neruis inquiũt ad originem suam musculos trahi, atqꝫ ita effici, vt ad eorum attractionem pars inferior ossiũ, quæ articulos constituunt, etiam sequatur, cui videlicet insertum extremum musculi est. Sed huic etiã opinioni (vt omittam, ꝙ non cognoscimus adhuc, quis nam musculus attrahendus sit,) ipsorum etiam magnitudo refragatur: minutissimi enim maximis musculis inditi sunt nerui, qui neque in viuente aĩali in voluntarijs functionibus moueri apparẽt, quemadmodum musculi: neqꝫ in mortuo, si nostris manibus cõuellantur, attrahere musculos, sicut musculi articulorũ ossa, cernũtur. Et sanè ẽt, quia singuli musculi obsequentibus voluntati motionibus agitantur, probabile non est semen, perinde ac miracula, fuisse cõstitutũ, ipsum q́ꝫ neqꝫ cognoscere neqꝫ oĩno assequi ea, quæ facit.

† ex antiquo græ. cod. restituta.

Quapropter

Quapropter eorum ratio, qui animam suum sibi corpus formare dicunt, ex dissectione satis proba E biliter confirmata, hinc contradictionem admittit: ex vsu enim singularum corporis partium confirmatur, qui simul, dum ẽt generatur, insitus videtur. Vnũquodq; enim aĩal cernimus ea praecipue corporis parte, qua alijs praestat, se defendere: vitulũ cornu petere prius ẽt, quàm cornua produxerit: pullum equinũ calcitrare non dum solidis vngulis: catulũ quoq;, licet dentes non dũ validos habeat, ad mordendũ incitari: simili modo volucres ante, q̃ idoneae sint, volare conatur: quae omnia videntur significare animam, quae partibus his vtitur, ipsarum vsum optime callere, quasi ipsa eas fabricarit, non ab alio fabricatis vtatur. Sed, cur, vbi membrum aliquod mouere voluerimus qualibet motione, id statim moueatur, licet mouentem musculum non agnoscamus, illud vero omnium difficillimum est: vix enim ex dissectione à peritis propria vniuscuiusque musculi inueniri functio potuit. Vnde non nulli existimarunt aliã esse animã, quae vnumquodq; membrum fabricata esset, aliam, quae ad voluntarias functiones incitaret: atque hac ratione videtur in animalium corporibus adhuc permanere ea †, quae incitat: non enim posset conuenienter singulis vti, nisi adesset, ea vero, quae est fabricata, iam excesserit. Quę sanè ratio de anima, ac mẽbra incitante, licet vndique absurda sit, * vnum illud saltem manifeste prae se ferre mihi videtur, summum scilicet Opificis, qui nos condidit, artificium: quod nemo, qui modo aequo iudicio rem perpendat, re- F ferre in temerariam fortunam potest. Nam, cum in animalis corpore multo plures musculi sint, q̃ trecenti, qui voluntaria motione mẽbra agitãt, vnusquisq; ex ipsis & formã, & magnitudinẽ, & caput, & finẽ, & sitũ, & insertionẽ admodũ cõuenientẽ habet: neruus'q;, ac vena, & arteria ita apte inseritur, vt horũ congrua ad musculũ magnitudo, locus q; seruetur: atq; ex tã multis nihil inueniatur, quod reprehendi vel minimũ possit: id, quod in libris de vsu partiũ demonstratũ est. Veruntñ, si trecentarũ particularũ structura spectetur, quarũ singulae decẽ scopos ac fines habeant, eos q; foeliciter assequantur, ad trium milliũ numerum oẽs euadent: & nõ dum tñ dixi id, quod maxime mirandũ in horũ fabrica est, ęquales prorsus esse in sinistris partibus musculos ijs, q in dextris sunt, arterijs item arterias, venis venas, ac neruis neruos: vt tria millia finiũ duplicãda iam sint. Idẽ est in ossibus, quae ducenta sunt & amplius: quorum itẽ singulorum fines decem cum sint, lõge plures, q̃ duo millia, efficiuntur: & duplicati quatuor millia & amplius euadunt. Eadẽ ars in visceribus omnibus, & demum omnibus partibus spectari potest: vt, si quis fines vniuscuiusq; fabricae numerare velit, numerus omnium summã perfectionẽ assecutorũ in myriadas, non chiliadas (hoc est nõ in millia, sed in dena millia) redigatur: quos ego nequaquã, vt dixi, nisi à sapientissimo ac potentissimo opifice, factos esse crediderim. Quis'nam autem hic esset, sperabã me prius à philosophis G esse auditurũ, qui de mundo rerum q; vniuersarũ generatione docere profitẽtur: quos sanè multo facilius, quo modo corpus suum fuisset constitutũ, nouisse existimabã: sed, cũ vni ex his, q primus occurrisset, discipulũ me tradidissem: sperarẽ q; ab eo demonstrationes, quẽadmodũ in geometria didicerã, auditurũ me esse: cognoui eum non modo nõ lineares demonstrationes, sed ne oratorias quidẽ argumentationes callere: atq; ad alium me contuli, qui ẽt ipse ex proprijs positionibus progressus cõtraria ijs, quae à priori audiueram, pronunciabat: vnde, cum hoc ẽt relicto tertiũ ac quartum fuissem expertus, ex nullo potui irreprehensibilem aliquã demonstrationẽ audire. Quamobrem maxima tristitia affectus, mecum ipse hactenus inuestigaui, an aliquam de fabrica animaliũ validam rationẽ possem inuenire: ac nullã tandem potui: id, quod hoc in libro testatũ relinquo, peritos hac in re philosophos hortatus, vt, si idoneũ quippiã inuenerint, nobiscũ id velint sine inuidia cõicare. Nã, cum puerulos videamus exprimere, quaecũq; eis iusserimus, verbi causa smyrnam, smilen (qui est sutorius culter) smegma, neq; tñ musculos, qui linguam accommodate ad hanc vocem exprimendam mouẽt, multo minus etiã neruos, agnoscere, maxime probabile existimo esse, tum qui linguam nostram finxit, quicunq; ille fuerit, vel ipsum adhuc in formatis membris permanere: vel mẽbra ipsa animantia constituisse, quae voluntatẽ principalis animae nostrae partis cogno H sceret. Sed, cũ postea inuenio aliã esse principatus nostri animã, alias, quae in singulis mẽbris sunt: vel prorsus vnã esse cõem, quae omnia administret: in eam ambiguitatẽ venio, vt putẽ me ne probabili quidem commentatione, nedum certa cognitione, aliquid de artifice, qui nos finxit, pcepisse. Cum enim audio quosdã philosophos dicere materiã animatam, quae ab aeterno est, in ideas respiciendo se ipsam excolere atq; informare, magis adhuc intelligo vnam oportere esse animã, quae & nos formauit, & nunc singulis mẽbris vtatur. Huic tñ opinioni illud aduersatur, q;, quae nos regit anima, appetitionibus ipsius inseruientes partes videtur ignorare. Nam, qui de elementaribus vocibus scribere aggressi sunt, adeo processere, vt definierint, quę'nam firmata lingua ad dentes, q incisorij vocantur, vel superioris vel inferioris maxillae: quae item ad palatum, aut ad aliquam aliã partẽ reflexa, pronuncientur: quemadmodum etiam spiritum, qui è gutture ascendit, interdum ad narium foramina peruenire inquiunt, interdum aperto ore efflari, atq; eum modo copiosum atq; vniuersum, modo paucum ac paulatim exire: de musculis vero, qui motiones has prestant, nullus ne verbum quidẽ fecit: qñ neq; illi, qui plurimam dissectionis experiẽtiam consecuti sunt, adhuc certi aliquid compererint. Isti tamen, qui neq; quicquã inuenere, neq; penitus inuestigarunt, non verentur non vnũ solummodo, sed seriem quandã enunciatorũ connexam pronũciare: Quorum

primum

† Posset ex graeco cod. sic verti. ea anima, quae partes fabricata est: non enim possibile est cõuenienter singulis vti altera, quae modo adest, ea vero, quae est fabricata, abire. Quae sanè ratio de anima mẽbra fabricante licet vndique dubia sit.

** Ex anti. grae. cod. restitutũ.*

** aliter μυῶν i. musculorũ.*

A primum,quod nec ſenſu percipi nec ratione inueniri poteſt,ita ſtatuunt, cor primum omnium generari: deinde alterum huic ſubiungunt,à corde reliqua omnia formari,quaſi opifex,qui id conſtituit,quicunque ille ſit,iam receſſerit,nec amplius adſit: poſtea,quaſi conſequens interunt,conſultantem animæ noſtræ partē in corde eſſe collocatam: ſiq; conſultans incit,& ciborum quoq; & potuum & venereorum & opum appetentem,quin etiam iraſcentē & contendentem,contineri aſſerunt: quorum ſanè nullum neceſſariū eſt,ſed,cum primo aſpectu contingens non nullis videatur, multis euidētibus poſtea redarguitur. Prima quidem formatio ad arterias & venas,ad chorion & iecur,non ad cor,nos ducit,rationem & diſſectionis euidentia ſecutos: ſecunda item,& tertia,ſicut prius à nobis dictum eſt: quarta præterea,vbi in lucem editus eſt fœtus,ad ea,quæ partim abſentia denuo accedunt,partim inchoata perficiuntur. Maxime vero admirari aliquis poſſet, quo modo natorū ſimilitudo ad parentes efficiatur: rurſus ſiquidē,quæ corpus format anima,vtpote in ſemine cōtenta,à parentibus videtur in fœtū peruenire: cuius quidē ſubſtantia qua'nam ſit, affirmare nō poſſum,cum à quibuſdā audiuerim,qui,(vt aiunt) perſuaſum habēt, eā incorporeā eſſe, ſimul q cum ſemine introductā ipſo tanq̄ materia idonea ad formandū fœtum vti: quidā non materiā, ſed inſtrumentū ipſius,ſemen eſſe cōtendant,materiam.n.eſſe matris ſanguinem: non nulli contraria
B penitus aſſerant,ſemen q ipſum artificē eſſe dicant,atq; ex his alij totū ſemen,alij ſpiritum tm̄, qui in ipſo continetur. Sed de his peculiariter quodā in libro à nobis ſcriptum eſt,vbi ea,quæ à Chryſippo in libris de anima dicuntur,conſideramus: atq; item in altero,in quo referimus, quid Plato, vbi de anima agit,ſibi ipſi videatur cōtradicere. Cæterum,quemadmodū dixi,cum nullā inueniā opinionem,ſcientiæ efficiente demōſtratione aliqua confirmatā,fateor me de ſubſtātia animæ dubitare,nec vel probabile quippiā habere,quod aſſeram. Fateor itaq; de fœtuū formatrice cauſa ambigere: nam , cum ſummā in horū fabrica & ſapientiā & potentiā videam,non poſſum exiſtimare eam,quæ in ſemine eſt,animam,ab Ariſtotele vegetalē,concupiſcibilem à Platone,à Stoicis ne animā quidē prorſus ſed naturā appellatam,fœtum ipſum formare: cum non modo ſapiens non ſit,ſed omni prorſus ratione carere videatur . Cum autē rurſus ſimilitudinē,quā filij habent cū parentibus,ſpecto,ab hac opinione nō longe diuerſus abeo: ac poſt partū in reliqua vita corpus noſtrum à rationali anima diſpenſari vix credo,cū ante,q̄ diſſectione exploremus,neq; partes corporis neq; ipſarū functiones cognoſcamus. Adde,q,cum quidā mihi ex Platonicis magiſtris diceret animā,quæ per totū mundū diffuſa eſt,fœtus formare,artē quidē & potentiā,quæ fœtuum fabricæ adhibita eſt,dignā ea eſſe exiſtimabā: nunq̄ tn̄ adduci potui,vt crederē ſcorpiones,phalangia,mu-
C ſcas,culices,viperas,vermes,lumbricos,pytilas ab eadē fingi ac formari,prope ad impietatem accedere hanc opinionē ratus: neq; præterea materię animā,tantā artē aſſecutā fuiſſe credibile videtur. Tantū igitur hoc habeo,quod de cauſa animaliū formatrice aſſerere poſſe exiſtimem,q ſumma in ea ars, ſumma q; ſapientia ineſt: quod q; poſtea,q̄ formatū corpus fuerit vniuerſum,id in toto vitę curriculo tribus motuū principijs,ex cerebro per neruos & muſculos,ex corde per arterias,è iecore per venas, gubernetur: quæ † tn̄ ſint hæc principia, manifeſte nō ſum auſus cōſtituere: id quod cū alijs in libris declaraui,tum in eo precipue,qui eſt de animæ ſpeciebus, animæ ſubſtantiam vbique veritus definire. Neque enim,prorſus ne incorporea ſit anima, an corporea, æterna'ne penitus,an corruptioni obnoxia,linearibus atq; exquiſitis demonſtrationibus vſum quempiam inueni: quemadmodum à nobis in commentario de animæ ſpeciebus dictum iam eſt .

† aliter ex quibus autē principijs.

GALENI LIBER, IN QVO INQVIRIT AN OMNES PARTICVLÆ ANIMALIS QVOD FOETATVR, FIANT SIMVL

Nicolao Rhegino Calabro interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Non omnes animalis,quod fœtatur,particulæ ſimul fiunt, quoniam nec eo tempore vtilitas hoc requirit.

VTrum oēs ſimul eius,quod fœtatur,fiāt particulæ,vel vna aliqua prius alijs, habet non à philoſophia conſideratione. Quæ quidem igitur ſit particula, quæ prius cōſiſtit,ipſe nouit euidenter, qui plaſmauit eam, creator. Quoniā aūt non oēs cōſiſtunt ſimul,diſces vtiq; ex his. Portio quædā eſt & ſimilitudo naturalibus ad artificialia. Sicut igitur in ijs,quę ſecundū artē efficiuntur non oēs ſimul perficiūtur particulæ eius,quod cōſtituitur: ſed in domo quidē fundamentū: in naui vero carina initiātur,velut elemēta ipſorū quę fiūt: ita oportet intelligere & de particulis aīalis,qa nō in vno tpe proueniūt vniuerſæ ad generationem. At etiam, ſiquidem omnis generatio via ex imperfecto ad actum perfectum,

ctum, incipere oportet id, quod ducitur ex imperfecto ad perfectũ, ab aliqua particula, quæ prius E alijs fit: qm̃, etiam si aliquis voluerit id certificare nuper impregnatione incipiente, inueniet tunc alias quidẽ particulas iã formatas, alias vero non dum figuratas. Et quid oportet dicere de his, cũ videamus post parturitionẽ nasci dentes & cornua: etenim & hæ particulæ existentiam totius & vtilitatẽ simul & actum prebentia, apparent tarde generari. At vero, si intẽtio generationis vniuscuiusq; particulæ erat vtilitas eius, tunc vnaquæque plasmabitur, qñ vtilitas requirit. Non igitur oportet, vt, qui fœtatur simul, qñ plasmatur, constituatur cũ oĩbus eius particulis. Sed dicũt quidã, qui aiũt simul oẽs generari: si nequaq̃ eius, quod fœtatur, simul, qñ plasmatur, cõstituũtur oẽs eius particulæ, vana erit plasmatio particulæ, cũ nullum actũ habeat: ac ẽt indigent vniuersæ corporis particulæ vna alia, sicut & partes politicæ ordinationis gubernatore & duce in militibus & artificibus & vniuersis subseruiẽtibus, se inuicẽ coadiuuantibus & simul cõmorantibus: similiter se habent corporis particulæ: recipit.n. venter cibũ, sicut pulmo aerẽ: sed ille quidẽ elaborãs cibũ mittit hepati, hoc aũt post q̃ alterauit cibũ in sanguinẽ, tribuit eũ cordi: id aũt rursus accipiẽs à pulmone spũm, distribuit secundũ dignitatẽ vnicuiq; corporis particulæ cibũ & spũm in iusta mẽsura. Quõ igitur nõ cõcurrunt simul illæ, q̃ indigẽt auxilio, quod abinuicẽ? quia videlicet nõ audiunt, q̃ dñr à nobis ad eos. In his.n.q̃ cõpleta sunt, vera sunt, q̃ dñr, mentiũtur aũt in ijs, q̃ nunc fœtantur: in il- F lis.n. iam vniuersæ agũt particulæ, & propterea apparent alteratę auxilio abinuicẽ, particulæ vero eius, quod fœtatur, plasmãtur quidem, non tñ agunt. Non igitur cõparetis eas politicæ ordinationi, qñ sunt ociosæ, & non agentes: perfectorũ.n. particulæ bene assimilatę sunt politicę, eorũ vero, quæ in vtero continentur, incõpletæ sunt actibus, & ideo nõ rõnabiliter assimilantur politicæ.



GALENO LIBER FALSO ADSCRIPTVS AN ANIMAL SIT ID, QVOD IN VTERO EST

Horatio Limano interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Fœtum, tametsi vtero radicitus inhæserit, naturæ & animæ participem, ac omnino animal esse.

Quid sit animal, & quòd mundus animal sit. CAP. I.

QVod physicis oĩbus'q; philosophis quæstionẽ de natura vniuersitatis H pbet in hũc vsq; diẽ, id ab Asclepiade deductis viris horũq; posteris ambiguã de infante, qui ĩ vtero fit cõstituitur'q;, notionẽ efficit. Vt enim, q de vniuersitate scrutati sunt, aĩal sit nec'ne, nihil apte definiuerunt: sic artis medendi presides de puerulo, cũ gignitur, indefinite locuti sunt. Cũ igitur res difficilis, nec perceptu facilis, neq; dũ stabilita sit, ijs, q̃ de ea dicta sunt, cõem pbere auditũ oportet. Ego enim, q dico, vos'q; q iudices estis, naturã humanã fm Socratẽ sortiti sumus: quapropter oportet ijs, quæ dñr, potius esse cõtentos, q̃ plus iusto ẽt querere: quæ.n. proposità rẽ superant, Deus ipse primus nouit, Dei'q; assecla, & qui ipsi, vt inquit Plato, amicus homo est. Porrò amor sit, absit inuidia conuicium q; ab ijs, cum talia conantur: sic enim nos quidem amantius ad locos huiusmodi progrediemur: vos vero perpetuo beneuolentiã in oĩa secula habebitis, ipsam'q; in eiusdẽ generis rem nõ inuidam virtutẽ. Sed enim de homine, quasi de paruo mũdo, dicturi, initiũ à magno, cuius veluti fœnora ac partes sumus, sumemus: preparata vero apud nos huius natura, perspicua magis humana fiet cõstitutio. Hoc ipsum sanè prius, quid mũdus sit, definiemus: facillime enim, cum definitio totũ significet, vniuersi substantia

A stantia constituetur. Sed ante, q̃ hæc posita sit, quid sit animal, dicamus, vt præmissa propositæ rei definitione, ipsius vniuersi naturæ pspicua semina sint. Aīal igitur substantia est aīæ particeps & sensitiua, quod genere de oībus, quæ sub ipso sunt, simpliciter dicitur. Quoad igitur tale dicatur, oīa in se cōplectēs habet: cū vero id, quod spēm efficit, adiectū cuiq; sit, tū genus vt differat, effectū est, in species diuisum. Videamus igitur, num mūdus aīal sit, ac num primū quidē genitus sit, dein de vero ītegrā naturā assumpserit. Mūdus igit̃ ex cœlo terra q̃; ac medijs naturis aqua et aere coagmētatio est, habens q̃; p oīa hęc principē ac primigenitū diffusum spiritū, quē philosophorum soboles aut aīam, aut vnitatē, aut atomū i. indiuiduum corpus, aut ignē, aut cōi cum genere noīe spiritū primū vocat. Hęc quidem ante fuerunt, q̃ cognomē hoc assumerēt: sed tūc confusa erant & inter se non differentia, & (vt quidam dicunt) materia nominabantur: nunc vero mundus propterea, q apte ordinatim q̃; ac veluti in consonantia atq; ornatu, fieri motum ipsum efficiat: immobiles. n. esse putabo, similes q̃; lapidibus eos, qui ipsum hoc vniuersum immobile dicunt. Mundus igitur ex integris integer cōcinnatus est, atq; ex perfectis pfectus, & ex absolutis absolutus: fuit q̃; & erit aīal, quod mouetur. Sed tū qdē satam vim ipsius q̃; vniuersi rōnē habentem possidebat: discretus vero atq; è tenebris prodiens insitā seminum virtutem patefecit, hîc quidem se terrā osten

B dens, illic aquam, vbi vero ignem cum aere sese quacunq; porrexit incrementi modo atq; elementorum natura, ipsum vniuersum Sole ac Luna quasi oculis illuminans, & luce horum claro q̃; splēdore motui cuiq; dux effectus: etenim ei cōmistus est & sic ab initio genito, et in natura prima constituto: nam & primum animal & spirans & intelligens mundus hic & tunc erat, & nunc apparet. Quemadmodum igitur audax nemo eū animal tum esse negaret, cū affingebatur (integrum. n. ex integris, perfectumq; ex perfectis, ipsum demōstrauimus: quō enim integra prēberet, ni integer esset?) sic, quod in vtero est, animal esse quispiam nō negaret: sicut ærarium aut ferrarium fabrum, aut statuariū, aut nauium fabricatorem, aut alium id genus quempiam, nihil ex operibus suis perfectum præbere aut integrum diceres, cū quidpiam deest, aut statuæ manus pes've, aut cuspis gladio, aut naui clauus: quod vero nulla in re mutilū est, partibus q̃; omnibus æquatū, cū nihil deficit, id perfectum est: sic & mundus, & quod in vtero est, nunq̃ perfecti rationem habuisset, nisi, cum primum essentiæ participes facti essent, tum ipsius vniuersi substantiam accepissent.

Quod in utero est, animal dici, mundi similitudine, & Hippocratis sententia CAP. 2.

SEd mundū fuisse aīal, & propter hanc causam nunc quoq; esse, cum dixerimus, de homine, qui post ipsum mundū secūdus est, dicamus. Ante à nobis definitū animal est, Asclepiade Hippo

C crate, quibus de causis, cū in vtero puellus esset, aīalis vsum prēberet, dicente, ac veluti ex delphico tripode prēdiuinātе, ac prædicante: eius enim constitutionē primam ac veluti animalitatem ex integris constituit, cum nō aliter ipsum absolutū prēbere posse videret, nisi ab ipsis perfectis animal gñari acciperet. Labitur, inqt, ‖ ab oī corporis pte semē, à salubribus salubre, à morbosis vero morbosum. Ab omni parte, dixit, totū à toto: tātū q̃; abfuit, ne animal diceret, vt dicētis cōtra ipsum, q̃ mutilata sunt, nō esse perfecta, crimina soluerit: cū enim nollet dubitari, quin animal sit, dixit salubria quidē corpora ipsum vniuersum sic, vt nihil desit, habentia, in integritate semē deponere: impedita vero, in defectu. Quod difficultatē nō habet: quo modo enim, cum ipsum non sit, in generatione sanū fieri poterit? hoc enim vnius eius est, quod ipsum quidē est, non dum vero genitū, sanū aūt potentia est, ac eā ob causam generationē suscipit. Etenim eorū, quæ manifeste nō sunt, alia sic genita sunt, alia vero possunt: quēadmodū † neutrū quoq; accidit: item q̃; semen, aliud, vt aīal fieri possit, habet, tūc vero actu est, cū pro hoīe prēbeatur: aliud vero neq; est, neq; fieri potest, neque rōnē habet, tanq̃ cū ipsum natura non sit: hoc enim neq; eius quod est, neq; eius quod futurū est, rationē suscipit. Recte igitur f̃m Hippocratē ‖ id, quod in vtero est, animal dicetur, & ipsum ex totis seminantē, & vim totius ei prēbentē. Nō solū vero id & ex ipso vniuerso, & aīal esse, declarauit,

D sed ēt in numero ostendit principia ipsius habere vniuersi, similem q̃; potestatē eorum, è quibus radicē habet, cum inquit: Gemini ex vnica venere fiunt: sinus vero & claustra vteri habent. Hic. n. aperte intelligere licet hanc vim in vterū iactū semen habere, quod natura animalis erat: cum. n. paruæ molis sit, multum potentia fit, & principē causam ostendit, ipsam q̃; animalitatis substantiā. Ac, quemadmodum, qui in silice aut in calce ignis insitus est, hūc nemo ignem iccirco esse negaret, quia non vrit (tūc enim ignis actu fit, cum materię aliquid assumit, & ab ipso vniuerso extrinsecus venientis inspirationis,) sic, quod in mulieres iniectum semē est, id animal esse vere qspiam dicet: etenim ipsum iam potentia animal est: actu vero tum fit, cū ab vtero prodiens se ipsum cōiungit ei, quod principiū prēbuit. Cum enim pars & diuulsum membrū magni animalis, hoc est mundi, sit, dum in sinibus cōditum est ac latitat, miscellę rationem retinet: ab hoc aūt separatum profundo, quod tanq̃ chaos est, atq; erutum, cognatam similē q̃; naturā ipsis operationibus amplectitur: nam ex se moueri incipit, luciferos q̃; oculos perpetuo, Solis Lunæ q̃; naturam imitans, tendit.

Animal, quod in utero est naturæ opera edere. CAP. 3.

VT igitur immerito qdā, quod in vtero est, aīal esse negarūt, ex ijs, q̃ dicta sunt coniectari licet: quę vero & qualia aīal faciat, nūc dicā. Cū igitur aīal ab aīa & à natura regatur, itemq; nutrimēto & spiritu (nutritur. n. anima spiritu, humidis vero siccis q̃; nutrimētis natura,) omnibus his, quod

de Aere aquis & loc. c 8. 2ª. 4. g. Et de Morbo sacro, ante medium.

† *Ex antiquo cod. legendum est, nostrū quoque semen, aliud quidem habet, vt animal fieri possit: aliud vero tunc etiā actu est, cū pro homine præbetur: Aliud aūt neque fuit, neque fieri potest, neque rationem habet, tanquam, id quod natura &c.*

de Natura pueri prope finē.

quod in vtero est, gubernationibus vtens reperiemus, & quæ ad motũ animæ attinent, & quæ ad naturæ incrementũ. Nam deuorat: & (vt Hippocrati || vr̃) spirat, ore enim naso q; spiratũ desuper fieri scribit: ipsum q; ex Asclepiadis quidam sugere, quæ in vtero sunt, cotylidonas, ac coquere dicunt, siquidem ea, quæ deuorata sunt, coctio necessario sequitur, etsi q̃ maxime iam confectum ab vtero nutrimentum assumat: apponi vero id, nisi natura suscipiat, nõ potest: neq; assimilari ante, q̃ necessario nutriẽtem rem ei, quę nutritur, pueri natura assimilet: ac tum opera naturæ præbet, ac recipit, & ad secernendum promptum est, & quod alienum est separat: hanc enim ob rem bilis, & humores omnes secreto nutrimento fiunt: non enim ab ea solũ, quæ per vmbilicum ad portas in iecur è secundis fertur materia, nutriri putatur, etenim per has quoq; vias alitur, maxime vero per eas, quæ perfectiores sunt: ac, per quascunq; defertur, nutrimento fruitur. Neq; enim putabis Hippocratem || dicentem, quòd antiquius est nutrimentum per abdomen, qua vmbilicus est, inuehi, ignorasse, nũ id ore nutriatur: etenim de hac quoq; via locutus est, vt ante propositũ est. Quòd vero in vtero ore nutrimẽtum sumat, testis est post partum protinus mammæ appetitio: neq; enim, nisi antea huic viæ assuetus esset, tam cito ad mammam ferretur. In vapores vero & spiritus secretum nutrimentum fundit, facile q; singulis partibus apponit: mutat q; id, quod è semine est, in humores: quod ex humoribus, in carnes, venas q;, & neruos, ac arterias, & ossa, viscera q;, & adipem: item q;, quod è pauco est, in multum, & quod paruum est, magnum fit, ipsum ad proprios vsq; incrementi terminos extendente terminante q; augendi virtute.

de natura pueri non procul à principio.

de Alimento post mediũ. de carnib. à principio.

Quod in vtero est, animæ & rationis particeps esse. CAP. 4.

Quæ igitur naturæ opera sunt, ea ab ijs, quæ in vtero sunt, fieri, satis à nobis demonstratũ est: quòd vero & animæ & rationis participia sunt, deinceps mõstrare conabor. Cum.n. sensoria ad aiales inuehendas facultates natura molita sit, oculos quidem ad visiuã, aures vero ad auditiuã, linguam aũt nasum q;, vt p̃ hæc gustãdi facultas & olfaciẽdi vehatur, p̃ manus vero & reliquũ cõtrectãs corpus, quæ ad tactũ attinet, patet locũ vacuũ nullum relinqui: sed prædicti loci, ẽt cũ infans in vtero est, animæ substantiã habebũt, ipsum q; huius domicilium cerebrũ ab initio ẽt constitutum in intimo capite locatũ habent. Eo perspicuũ est vnà cum iacto in vterũ semine insitã à creatore vniuersi esse animã, vt gubernãdi vim corporis haberet. Nã an nõ scimus extrinsecos opifices instrumẽta quædã ad certas actiones fabricari? vt sentinã, nauis opificẽ, quò parte hac nauis subnatet, vallum vero ad violentos fluctus cohibendos, tum tutũ parietẽ septũ q; ob saxa, quæ sub mari latitant: tibiæ vero opificẽ, materiã æneam in longas fistulas excauantẽ ad illabẽtes spũs suscipiẽdos: musicũ vero fides extendentẽ ad sonos modulãdos: medicũ aũt pęonica medicamenta ad morbos pellẽdos parantẽ: imperatorem acies ante conflictũ instruẽdas predocentẽ, ad sustinẽdũ hostẽ. Vt igitur, q talia moliuntur, alicuius rei gratia ea parãt, sic, quæ in nobis sunt, singula natura effingit, tanq̃ instr̃m certę rei futurũ. Sic quoq; neruorũ natura, q̃ aiæ domiciliũ est, à principe parte vnà cum spũ oriens, animã cõstitui simul cum corporis cõstitutione declarat. Etenim, si non dũ oculus videt, lingua vero gustat, voces auris suscipit, calidũ aut frigidũ humidum'ue aut siccum tangẽdi instrumenta non sentiunt id q; actu, sed quidẽ latitare hæc posita sunt, verũ paulo post infante iã orto agere possunt, auderem ipsam quietẽ actũ dicere: compositas enim palpebras tenere, cũ adhuc in vtero puerulus est, ac cõtractũ nasum, aures q; non audiẽtes, imperãtis animæ opus est. Linguã vero ijs, quæ vtero geruntur, gustare negaret nemo, iteq; qualitatẽ suscipere, cum res ipsa ex certo affectu p̃spicua sit: scimus enim in vteris sępe fœtus emori, cum vitiũ per os adhibiti nutrimẽti auersantes renuunt: siquidẽ natura, linguæ facultate, quæ gustandi est, ad conseruandũ fœtum solicita est & respirare fœtum, quod opus animę est, ore enim, vt paulo ante dictum est, respirat. Ex eo perspicuũ est, q̃ anima semini vnà cũ natura inest: nam aialem actionem medicorũ soboles plurima ipsam respirationẽ statuit, nõ autẽ naturalẽ: puerile enim est putare eã extra opera animæ præscribi, cum sine voluntate respirare dormiens dicitur: siquidem respirandi actio volũtaria est. Queadmodum enim, cũ vigilat animal, propterea, q̃ oẽs actiones insunt (videt enim, & audit, ac per reliqua sensoria agit,) mouetur anima, & has actiões per sensoria perficit, se q; ipsam p̃ organa, per quæ opportuna peragit, extẽdens diffundens q;, negocium oẽ sustinet, sic noctu contracta collecta q;, neq; à visis rebus turbata, neq; ab auditis territa, neq; à gustatis alienata, neq; ab olfactis euersa, neq; ab ijs, quæ tactui occurrunt, alterata, nec cursu ambulatione'ue aut alia exercitatione fatigata, neq; in his versans, respirationis actionẽ obit: aut naturã qdẽ sponte & nõ affectã, quæ opportuna sunt, facere credimus: animã autem diuinius quidpiam sortitam non operas proprias assequi. Quin mortalis, natura est, atq; terrestris, & intelligentiæ expers, quæ neq; rationem habet, & mortalẽ solum circuitũ nouit, operam q; interitui obnoxiam accipit: anima autẽ ab vniuersis animi & cœlesti choro delapsa scientiam suscipit: semper vero viam, quæ ad simile ducit, sequens, terram quidem superat: ab erroribus aquę sese auertit: transcendit aerem: fit igne superior, & cœlestem diuinitatẽ attingit: sæpe q; trans cœlestem locum intuetur: rerum omnium dño assistit: superas res circũlabitur: sæpe ocurrit ijs, quibus'cum cõe genus habet: nouit, vnde sit, quãuis in corpore sit, ipsum q; rerũ omnium patrẽ vniuersis rebus inesse, his, in quibus ab illo locata est, vtens oculis. Ne igit respirationẽ dicant nescia anima fieri, somno languẽte corpore: ad omnia.n.

anima

A anima magis,q̃ natura,idonea eſt,vim'q; maiorem habet. Ergo poterit natura vigilante æque, ac dormiente animali,agere: coquit enim in vtroq; tpe,ac diſtribuit,ſecernit'q;,& apponit,& auget: anima vero ſola vigilijs ea,quę corpori cõueniũt,operari,in ſomno aũt ſimilia nõ poterit? Abſurdũ vero eſt, cum iã ſatis monſtratũ ſit,quod in vtero eſt, id eſſe animal,niſi ex rebus extrinſecus fides de ijs,quæ dicta ſunt,fiat. Mures enim ac vermes in materia,quaſi in vtero, fieri videntes, aĩalia nominamus,ea limo inuoluta ſpectãtes,ſed hęc quoq; fiunt (arbitror) prouidente eorum preſi de facultate: ea vero,quæ in vtero animalia fiũt,an aperte aĩalia vocari cõueniat,dubitamus? pſertim prędicante hęc Hippocrate: Quę non aĩalia ſunt,ab animalibus aĩalia fiunt,naturę omniũ in dociles. Decuit enim dicere non aĩalia,aut partes fieri: perfecto aũt nõie vſus eſt,vt aĩalia ſimul eſſe & conſtitui intelligeremus. Magnificum vero illud & à controuerſia longiſſime remotũ quaſi diuinitus edixit, naturæ omnium indociles: vt, ſi modus à quopiam ratio ve aĩalis creandi quæratur,in ipſam omnia indocte gignẽtẽ naturã referat. Atqui natura ſatis eſt,quæ prorſus haud credentiũ ſententias excludat & aĩalia eſſe negantium: ſi enim rebus oĩbus,vt hę ſint, fines ipſa præbet,certe ei,quod vtero geritur,perfectionẽ,vt animal ſit, affert. Cur vero non amentia eſt,quod animal eſt,id aĩam ſimul & corpus dicere,rei aũt nomẽ auferre? Siquidem id haud aliter eſt,q̃ ſi rei

« de Alimento [?] post medium.

B cuipiam ignis inducta forma,quod eſt,vt vim vrendi habeat,rem quidem quiſpiam fateatur, nomẽ autem neget: aut,cum à ſole illuſtrantur tenebrę,factum quidem cõcedatur,diem vero id nomine eſſe negetur: aut,ſiquis humidas res ſolidas'q; in vnum coactas nutrire dicat, id vero nutrimentum dici non concedat: aut æs ferrum've ſecare,nomen aũt gladij fugere,aut ſectionem ſecantis. Verum neq; quiſpiam tenebroſi aeris à Sole illuminati rem ipſam inſpiciens,id ipſum diem eſſe negaret: neq;,quod ignis viſum habet,id ignẽ dici: nec,quod ſecantis actionem, huic nomen eſſe gladio: nec, ei quod animatur ſemen & animationem ſuſcipit,nomen quiſpiam auferet.

Quod in vteri finibus adhuc continetur,animal eſſe. CAP. 5.

VT igitur & naturæ & animæ particeps fœtus ſit & vtriuſq; actionum,& quo modo animal ſit,ſatis demõſtrauimus. Reliquũ aũt eſt,vt, quod vteri finibus adhuc incumbit, id animal eſſe monſtremus. Si quiſpiã vero à nobis naturæ rationes quærat,eam omnia à ſe ipſa doctam,ex ſe'q; diſcẽtem agere ſciat. Neq; enim,quo pacto vermes in plantis gignũtur,aut ex equis bobus'q; veſpę atq; apes, facile nos dicere licet,verum à natura ſimpliciter fiunt: nam neq; aues docet volare quiſpiam, neq; nos intelligere aut audire videre've: ſed tñ & aues volare videmus, & nos ipſos ſine diſciplina intelligere atq; videre: ineffabilis enim eſt atq; recondita,longe'q; noſtra cogitatione profundior,ipſa p ſe naturæ operatio. Ne igitur fœtus,q viuificãtur,animari diffidamus: neq;

C enim hi poſt partum proprias operas ab aliquo diſcunt, ſed in vteris contenti deuorãt, coquũt'q;, ac expurgant diſtributum alimẽtum, apponunt'q; quod purgatũ eſt,ac ſuperuacuum depellũt,vt poſt q̃ in lucẽ prodierint,quod ſuperuacuum eſt,excernãt. Meconium enim vocatum cum excrementũ ſit,ex toto fœtus nutrimẽto eſt: humor'q; is,qui in vrinaculo eſt. Vẽtriculus enim (inquit ille antiquus) ea inſpiratione,quæ ore fit,inflatur,inteſtina'q;: & in cyſaron via quædam deducitur: paulatim enim,quod ſuperuacuũ eſt,incidẽs, in rectũ inteſtinũ peruenit: nam cyſaron rectũ inteſtinũ appellauit. Atqui nemo id obijciat,ideo fœtum ore ali nõ poſſe, quia amnicam membranã ſibi appoſitam habet: natura enim idonea eſt,quæ per foramina facultatẽ viam'q; ad id,quod conuenit, aptã præbeat. Democritus vero hominẽ ex homine excuti,canem ex cane,ex boue bouem dicit. Vir,qui cœleſtem ſpeculationem nouit, naturam'q; noſtram ſpeculatur,non poteſt tam ingratus eſſe,vt eum oporteat,quod in vtero eſt,id animal eſſe negare,cum totum ex toto,qui ipſum conſtituit,faciat *: etenim id ipſum,quod fit,hominis rationem non haberet, niſi cum omnes in ſe perfectas rationes cõtineret,tũ omnia facturum eſſet,qualia ſunt,à quibus ſemen ſatũ eſt. Quemadmodum enim iacta ſemina, quibus vitioſa quantitas aut qualitas eſt,eos fœtus excipiunt,qbus

D pars aut ſupereſt aut deeſt aut formã alienam habet, ſic,quæ integra ac expurgata ſemina ſunt,perfecti animalis rationem retinent: quod enim deeſt, impedimentũ totius naturæ accepit,& fœtus haud integros: ac propter id ipſum nõ impeditũ animalia è ſemine fiũt. Nemo igit philoſophus, vt diuinarum rerum ignarus: nõ medicus ab Aſclepiade deductus,vt ſpeculatione priuatus,a natura hominis fœtus abdicet atq; excludat: ſed ipſe prius in ſe ſpeculetur,ac aut à ſenioribus diſcat, aut à parẽtibus memoria repetat,ipſum quoq; olim fœtũ fuiſſe: † itaq; tum à matre perfecte prius in vtero} formatum,atq; radicem eſſentiæ è ſemine ſumpſiſſe: ac naturam ab ipſo nõ amentia tractari debere. Non aliud enim eſt,quàm eius iura violare,cum,quæ ab eadem è terra creantur, omnia idem principium generationis habentia,atq; ipſis in finibus nutrita,animalia eſſe dicũtur,quę autẽ in vtero nutriuntur,non animalia eſſe. An è tritico triticum,è cęteris q; ſeminibus ea,quæ ſimilia ſunt,atque è plantis plantæ gignuntur,omnia eandem cum gignẽtibus naturam habentia: homo autẽ cęteris diuinius quidpiã ſortitus,& rebus vniuerſis melior. Deo'q; poteſtate ſimilis,nõ eandẽ cum parentibus diuinitatem excipiet? Ac iam quidẽ & lege & per accidentia ipſa fœtus animalia eſſe oſtendamus. Qui viuere,in naturam,vt in cauſam,referũt: in ipſos vero legiſlatores, ab anima tñ occaſione ſumpta,bene viuere (etenim leges hę ſunt,quę mala quidẽ ſunt prohibere, ne fiat: cuſtodire autẽ ea,q̃ honeſta ſunt, quæ q; aut futura ſunt, aut iã inſtãt, aſciſcere,) ij duabus maximis,

* In antiquo co. hec loco habetur [?] [?] netile, seu ductile.

† aliter ex vet. cod. itaque perfecte in vtero.

maximis,quas ipsi tulerunt,legibus,quæ in vtero sunt,animalia esse demonstrarunt: altera ei, qui E abortus causa fuisset, pœnam statuente: altera,qui non dum nati erant,hos hæredes institui posse iubente. Videbant enim exactius, q̃ multi, vt qui deorum facta imitabantur: legem enim ferre in primis deorum est: siquidem rerum omnium pater inter deos omnia lege disposuit. Nam mũdus illius imperio mouetur, stellæq; errantes, proprijs singulæ orbibus, in præscriptũ tempus: & Sol ipse & Luna cursibus definitis: terra, vt radix, opificis iussu posita est: fusa aqua: expansus est aer: permeat ignis: singula proprias actiones seruantia metu legis propriæ pretereundę. Leges Cretensibus Iuppiter dedit: Lacedemonijs Pythius ipse: Pallas Atheniensibus. Horũ igitur discipuli legislatores Lycurgus & Solon per hæc, quæ modo dixi, capita duo, firmũ nobis de fœtu ac indubitabile argumentum prębuerunt: nisi enim animalia essent, non in ipsos abortus auctores legibus aperte proposita pœna animaduertissent: quoniã vero animalia esset dicebãt, iccirco pœnam instituerunt. Quis perfectus iam ac indubitatus homo ius exigẽs, causa eius, qui in vtero non homo ac ne animatus quidem est, vnq; hęreditatẽ dimittet, ignarus an animal sit, quod in vtero est? Quid igitur animal esse, quod in vtero est, negare cõtendis? quis successore vtitur eo, quẽ non dũ esse credimus? quis sibi dñm dicet eum, de quo dubitatio est? Nõ dum natus erat Pericles Olympius, & iã gręcos omnes ob insomnium terrebat: non dum Pisistratus, & tyrannus erat: Alexander ex Olympiade nõ dũ natus, ab omnibus iã Ammonis filius dicebatur, & regni princeps: Cypselus q;, cũ adhuc generaretur, & si Bacchiadis non videbatur, terrente ipsos spectro: Hecuba quoq; ante partum formidasse Alexandrum dicitur graui visione perterrita, ac ipsi Phryges oẽs ex igne nõ dum genito calamitates accepisse: item q; Alcmena Herculem procreans, terrorem aduersarijs diffidentiam inimicis incutiebat, cum adhuc infantem vtero gereret. Tantum igitur abest, vt fœtus non animal dicatur, vt non modo animal sit, sed ẽt humanæ naturę vim habeat, quamuis adhuc vtero radicitus hęreat. Sed iã ad fœtũ ipsum, tanq; animal id formatũ, vt nihil ipsi, quo minus homo sit, desit, nostra vertatur oratio. Prodite quęso è sinibus nihil timentes ò fœtus, neq; generis demissionem, neq; charissimos alienatos, neq; opes auferendas. Non vos multorũ calumnia, neq; horum, qui naturam ipsam iniuria afficiunt, excludit malignitas. Quapropter eos pœna vos afficietis, vt Pericles, vt Pisistratus, vt Paris, ille q; Macedon Alexander, atq; Hercules.

GALENI DE SEMINE LIBRI DVO

Ioanne Bernardo Feliciano interprete.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Docet substantiam, & naturam seminis, & quo pacto, & quibus instrumentis id aptum sit ad animal formandum.

Hippocratis & Aristotelis dissensio in facultate seminis dijudicanda. CAP. I.

de Natura pueri. Et lib. 4. de morbis, in principio. Et de genitura versus finem.

QVis nam est vsus & quæ vis seminis? nunquid duorũ principiorũ, materialis & effectiui (vt Hippocrates existimabat) rationẽ subit: an alterius tãtum effectiui, (vt Aristotelis opinio est,) qui, licet principiũ motionis menstruo ab ipso inferri arbitraretur, nõ tamen formari animal ex ipso concedebat? Esse profecto consideratione dignum videtur, vt tantorum virorum dissensio examinetur, neq; id probabilibus rationibus, quibus pleriq;, tam medici quàm philosophi, delectãtur, sed ex euidentibus per q; euidentia demõstretur. Sed, quoniam ex vniuscuiusq; rei quęsitæ experientia etiam Aristoteli videntur sumendæ esse ad demonstrandum sumptiones, primum hoc accurate inspiciamus, vtrum fœminis prægnantibus futuris intus remaneat semen, an simul excernatur.

Triplex

A *Triplex ratio, qua coniumcitur semen contineri in fœminis, si concepturæ sint.* CAP. 2.

QVæ cōsideratio tribus modis fieri potest: primo atq; euidētissimo, quo ego sæpe vsus sum, cum equas, canes, alinas, boues, capras, & oues, aliquando post coitum, an semen contineāt, an prorsus excernant, obseruauimus. Ac mihi quidem à principio à peritis huiusce rei confirmabatur, cum dicerent se diligentissime obseruasse ac deprehēdisse eo tempore in fœminis animantibus, cum essent concepturæ, semen contineri. At ego, etiam si quis in hoc me reprehendat, fatebor tamen, quid mihi in tota vita facere contigerit. Nemini vnq̄, qui huiuscemodi mihi narraret, fidem adhibebam prius, q̄ etiam ipse ea, videlicet, quæ poterant in meam experientiam cadere, fuissem expertus. Quo circa neq; hac de re illis, qui se inspexisse sępenumero asseuerabant, ea, quæ dicerent, credere tantum volui, quamuis maxime consentientes eos viderem: sed solita incredulitate vsus duplex periculum feci, in emittentibus semen animalibus vnum, alterum in ijs, quæ continerent. Et, sicut nullum ex ijs, quæ excernunt, concipere, ita omnia, quæ continent, grauida effici deprehendi. Secundam postea iam viam aggressus mulieres adire decreui, atque eas interrogare, quæ maxime id, quod in se ipsis contingeret, percipere posse viderentur, vt cognoscerem, idem'ne in ipsis, quod in brutis animalibus, eueniret, me ipsum subinde increpans (cur.n. verū dicere non debeo?) q̄ differētiam aliquam cōceptionis in brutis ratione q; præditis animalibus esse existimarem. Cognoscendi tamen cupidus, an res ipsa, quæ heret, ab his etiam deprehenderetur, supra, q̄ sperabā, inueni, atq; adeo, vt me curiositatis illius minime pœnituerit. Dixerūt.n. mihi mulieres, vbi semen conceperint, quandam se in vulua motionē sentire, quæ quasi cōuellat ac paulatim in se illam contrahat: immo etiam mihi hoc ipsum, quod dicunt concipere semen, & nomen hoc conceptio, id est comprehensio, hinc à mulieribus fuisse impositum videtur. Tertiam inde huiusce considerationis viam obeundam mihi esse censui, vt integros libros omnium, qui hæc scripsissent, medicorū perlegerē: quos inueni etiam ipsos hoc idem affirmare, hoc est, si concepturaest mulier, opus esse genituram viri intus remanere. Adde, quod nō nulli ex ipsis diligētiores, vuluarum etiam motum ascripsere, quo ad semen contrahuntur, ipsum q; vndequaq; cōprehendūt. Hoc tamen cum rursus in dissectionibus mihi experiendum duxissem, multa comprehendi prægnantia animalia, ac seriatim dissecui: in quibus omnibus vuluæ fœtibus prorsus cohærentes cernebantur, siue maiores, siue minores, siue penitus parui extitissent. Ita.n. sanè videtur, quēadmodū Plato dixit, vuluæ & qui vteri appellātur, quoddā quasi procreationis appetens aīal esse, atq; iccirco ad sese attrahere semen, illud q; cōplecti ac continere: id, quod viris etiam ipsis non raro contingit euidenter percipere, cum cucurbitulæ medicæ instar, attrahere intro membrū suum illas sentiunt: quod præcipue fit, cum modo cessarunt menses, quo maxime tpe genituram vteri concipiunt.

A.l.3.f.21.t.t.c. 1.380.e

de Genitura circa medium. Et de natura pueri non longe a principio.

Aduersus quosdam Peripateticos, qui semen excerni semper ex Vtero, & nullam fœtus partem in fieri Aristotelis sententia putarunt. CAP. 3.

ATq; hæc à me dicta sunt philosophorum quorundam nostrę huius tempestatis causa, qui se Aristotelicos peripateticos q; appellant: quos ego sanè non ita appellarim, cum adeo sententiam Aristotelis ignorent, vt putent maris semen in vuluas muliebres iniectum, menstruo principium motionis præstare tantum, ac deinde excerni, nullam q; partem corporeæ conceptorum fœtuum substantiæ effici: hoc q; Aristoteli placere opinentur, decepti ex primo de generatione animalium, quē mihi ex quinq; libris solū videntur legisse, in quo hæc scripta habentur: « Nam, quem « admodum diximus, generationis principia quispiam maxime statueret marē & fœminam, marem « quasi motionis & generationis, fœminam quasi materiæ obtinentem principium. Atq; hæc non » multo post initium libri scripta sunt: inferius vero hæc etiam subiungit: Sed accidit, quēadmodū « consentaneum est, quoniam mas formam & principium motionis, fœmina corpus & materiam « exhibet, sicut in lactis coagulatione corpus est lac, succus vero vel coagulum est, quod principium D concretionis præbet. His dictis innixi, alij semen, vbi menstruo principium motionis indiderit, rursus excerni arbitrantur: alij non hoc dicere Aristotelem aiunt, quod nos oēs, qui recto naturali q; modo intelligimus, existimabamus, sed fœminam materiam solam fœtui, marem & materiam & formam exhibere: vt etiam valde nos sint derisuri, si vel rursus, foras ejci semen à fœmina, vel, si intus maneat, in nihilum resolui arbitremur: hoc enim sequi asserunt, si corpoream substantiam non misceri ac confundi cum fœturæ materia existimemus. Communem igitur vtrique proferemus ex secundo de animalium generatione libro sumptam orationem, ad hunc modum: « His con « sentaneum est, vt dubitemus & quæramus, si proiectæ in fœminam genituræ nihil, quod ingres« sum fuerit, concepti fœtus pars efficitur, quò abeat corpulenta ipsius substantia, si modo faculta« te, quæ in ipsa est, operatur. Deinde in fine huius orationis, cū de anima & mente definierit, hæc « scribit: Corpus vero geniturę, in quo vnà semen animalis principij abscedit, partim est separabi« le à corpore, quibuscunq; diuinum quid comprehenditur, cuiusmodi est, quæ appellatur mens « siue intellectus: partim inseparabile, quod est genituræ semen, quod quidem, cum humidæ sit na« turæ & aquosæ, dissoluitur ac in spiritum difflatur. Propterea quærendum non est semper, neque « vt foras exeat, neq; vt constitutæ formæ pars sit: quemadmodum neq; coagulum, quod lac cogit: « mutatur.n. ipsum, neq; pars aliqua concretæ illius molis est. Hæc verba vtrosque Aristotelis sen-

tentiam non cognoscere arguunt,neq; eos,qui foras semen excerni prorsus putant,neq; eos, qui E partem concepti fœtus effici ipsum opinantur: qui quidem secundi etiam illis verbis ex primo su pra citatis priuatim conuincuntur,quorum initiũ tale est: Sed accidit,quemadmodum consenta- » neum est,quoniã mas formam & principium motionis, fœmina corpus & materiam exhibet. In » sequẽtibus siquidem oĩbus ostendit,quemadmodum ex ligno & fabro fit lectica,& ex cera & for- ma globus componitur,eodem modo ex menstruo & agitatorio principio,quod à mare profici- scitur,fœtum constitui. Vnde neq; excernere nõ nulla aĩalia geniturам vllam inquit,sed calidita- tem animalem tñ fœminam recipere: eiusmodi q; esse insectorum quædam,in quibus in corpus maris fœmina articulum inserit,atq; ita diutius cum ipso coit, nullum q; corpus in copula illa,sed vim tantum & facultatem recipit informantem,speciem q; formæ ipsi exhibentem.

Aduersus Aristotelem,qui in vtero semen dissolui,& in flatum verti existimauit. CAP. 4.

OMissis igitur ijs,qui,quantum ad nomen tantum spectat, Aristotelici sunt,re vero ipsa adeo ab ea professione absunt,vt ne ea quidem sciant,quæ vel in primo vel secundo de generatio ne libro scripserit,rursus ad Aristotelem ipsum veniamus, qui dissolui ac in spiritum abire semen in vuluis affirmat. Nam,si in spiritum ita dissolui ipsum existimemus,sicut musti humorem vide mus in spiritum conuerti,ex minima humidæ substantiæ quantitate maxima aeris copia constitue F tur: id, quod in ventis etiam conspicitur, quicunque de fluminibus aut paludibus aut mari spi- rant,quales sunt,qui sinuales & qui pelagij nuncupantur: maximi.n.interdum flant, vt pote cum plurima eorum substantia ex minima humoris mole euaserit: verum etiam terranei, id est, qui è terra flant,hoc idem præ se ferunt,qui in copiosiorem aerem resoluta terræ vligine,spirare consue uerunt. Quo modo igitur, si in prima conceptione genitura in spiritum difflatur,minores sub id tempus minus q; turgidi vteri cernuntur, ex omni prorsus parte contracti fœtui q; adhærentes? oportebat quippe, sicut ventrem videmus, cum flatibus infestatur, quamplurimum intumescere ac distendi, ita vuluas etiam ipsas in magnitudinem attolli, distentas q; dolore affligari: at nihil huiuscemodi in his apparet, immo contractæ sunt, dolore q; nullo attentantur. Quin etiam,si vo- lueris statim,vbi conceperit, animal aliquod dissecare, vndequaq; planè fœtui circumiectos locos inspicies. Adde,q nihil extat,quo per muliebrem cunnum exprimi flatum aliquẽ appareat,quem admodum in inflato ventre: ructus.n.& crepitus per inferiores partes expirantes flatu exinanire ventrem ipsius q; tumorem remittere manifestum est. Nullam igitur ne minimam quidem pro- babilitatem habemus,cur in spiritum euadere genituram debeamus existimare, non crepitus ali- quos per vuluæ ceruicem expressos,non euidentem tumorem,non distentionem,non doloris ali- G cuius sensum in conceptionis principio oborientem. Sed concedamus,si vis,etiam hoc ipsum fie ri posse,vt in spiritum conuertatur genituræ humor, sensim q; ac latenter exeat: atque ab ipsa rei natura progredientes,ratione magis agamus: vtrum in ipsa vteri concauitate menstruum conti- netur, id q; collectum, occurrens semen impellit, motionis q; principio indito per vuluæ collum excernitur: an eo tempore,quo fœmina cum mare coit,per vasa eò pertingentia semini obuium fit,dum vim illam ab ipso suscipere concupiscit? sed vtrunque est absurdum. Nam,si in ventricu- lis vuluæ iandiu collectum menstruum continetur,non amplius sanguis is erit, sed concretus san- guis,quem θρόμβον græci dicunt: cum enim in animali è receptaculis in quamcunq; membri caui tatem exciderit sanguis, continuo concrescit. Quare non ex sanguine, sed ex concreto sanguine hac ratione animal fabricabimus, nullum probabilem modum valentes excogitare, quo solum semen excernatur: cum enim semel in vteri locis in vnum coierint & menstruum & semen, fieri quî potest,vt hoc remaneat,illud excernatur? Si vero semini occurrere sanguinẽ dicamus, neces- se proculdubio erit occursum illum & coitum vtrorum q;, in orificijs receptaculorum cõtingere: quod si est, vtrum concedemus,dispertitum'ne in tot particulas,quot sunt vasorum orificia, an si- bi ipsi continuum permanens semen cum menstruo couniri? Prius illud, pręterquàm q lentori H seminis aduersatur,quadam alia causa indiget pręsidente,quæ & ipsum dispertiat,& ad singula ori ficia sigillatim traducat: alterum seminis naturæ longe est conuenientius, & pręter vuluæ attra- ctionem genituræ'que eiaculationem nulla alia tertia substantia indiget. Ventriculus siquidem, cum cibos appetit, fundo recurrit ac retrahitur ad gulam,atque ea quasi manu quadam vtitur: pa- ri modo vterus, cum qualitatem seminis affectat, totus obuiam sese offert, atque accurrit ad cun- num: suo'que collo ac gula tanquam manu vtitur,qua semen intro compellat. Quocirca, cum ali quando ægrotat gula hæc,perinde atque altera,quæ est ventriculi, ad attrahendum semen, impo- tẽs euadit: atque hoc est,quod ab Hippocrate || dicitur: Non potest ipsius gula geniturам attrahe- » re. Sed de his aliàs. Si vero semen ad orificia vasorum,cum sanguine cõmistum fuerit, & rursus in aerem resolutum euanuerit,quærendum est,quod'nam sit prægnationis principium. Primum enim causa erit inuenienda,qua in vuluam excidat sanguis,qui in singulis venarum orificijs cum semine commiscetur: deinde alia, quæ in vnum omne illud corpus congreget: tertia postremo, quæ totum hunc sanguinem extrinsecus membrana operiat,hoc enim non tam ex ratione, quam ex ipsa rei euidentia,necessitatem habet: membrana siquidem apparet, quę fœtum ipsum statim, vbi primum conceptus est, siue multorum siue paucorum sit dierum, vndequaque circundat ac

2.de morb.mu liebr. paulo an te & post me- dium.

de Aere aqu. & loc. cap. 10. 2*.5.g

continet:

A continet: sæpenumero enim mulieribus post tres, aut quatuor à principio dies semen ipsum membrana circumuolutum excidere consueuit. Quod idem poteris in animalium dissectionibus manifeste deprehendere: vuluam siquidem totam ad semen contractam, ipsi q; semini membranam circumiectam euidentissime videbis. Verum melius est, vt Hippocratem ipsum de hac eadem re in libello de natura infantis disserentem audiamus: nam & speculationis subtilitate & verborum suauitate condita dissertatione nos docebit: vt paululum disputationis remissa intentione, vtili cum oblectatione quiescamus, quò postmodum valentiores effecti nos ipsos obfirmemus, atque ad id, quod restat, peragendum fortius insurgamus. Iam igitur Hippocratem audiamus. Quo modo vero genituram sexto post die viderim, narrabo. Mulieris ancilla psaltria quædam erat insignis, quæ ad viros ventitabat, quam quidem non oportebat in ventre concipere, ne vilior redderetur. Audiuerat autem hæc psaltria id, quod dicere inter se mulieres consueuerunt, vbi videlicet mulier conceptura est, non amplius exire viri semen, sed intus contineri. Hoc igitur cum audiuisset, animaduertit, semper q; obseruauit: & forte, vbi sensit semen non exijsse, heræ manifestauit: quod cum ad aures nostras peruenisset, iussimus ipsi in terram desilire: at illa septies fere id fecit, & genitura non sine strepitu quodam excussa, in terram defluxit: quam cum mulier vidisset, inspexit, atque admirata est. Qualis autem fuerit, ipse dicam: perinde erat, ac si quis crudi oui exterius putamen detraheret, vt per interiorem membranulam interior humiditas pelluceret. Hec Hippocrates inquit, manere intus semen membrana q; circundari testatus. Sed in dissectionibus etiam membrana hæc apparet vuluæ illis tantum in partibus annexa, vbi venarum orificia pertingunt, alibi apposita quidem est vtero, sed non coniuncta. Continuum enim sibi ipsi permanens semen, quo tempore à vulua attrahitur, cum ab omnibus eius partibus simili modo appetatur, extenditur ac dilatatur: deinde, quia lentum ac crassum est, calidis q; corporibus adhæret, facile assequitur, vt membranam contrahat non secus, atque ista, quę extra corpus à dulciarijs pistoribus conficiuntur. Supra instrumentum quoddam latum ac calidum, liquidam aliquantulum pultem inducunt, atque efficiunt, quæ liba, placentæ, crustula, & bellaria appellantur. Talem quandam intra corpus natura ex semine membranam, qualem extra dulciarius pistor ex pulte crustulam, obducit, quippe cum semen latius distendi cogatur, ab omnibus vuluæ partibus appetitum: quanq, dum intenditur, periculum imminet, ne diuellatur, quod sæpe fit, cum & ipsum humidius imbecillius q; est, & fortiter à multis simul partibus distrahitur: quod si contingerit, defluit atq; excidit, dissoluta q; continuitate corrumpitur. Si contra extensionem illam tolerauit, vt non discerpatur C (lentum quippe esse oportet, multum, ac crassum,) statim tota exterior eius pars, quæ vuluam attingit, in membranam concrescit, quæ ab ipsa tamen vulua, sicut crustulum ab ęneo instrumento, separata est: fieri enim non potest, vt læue corpus læui vllo modo copuletur. Cuius rei inde maximum argumentum haberi potest, quòd, qua in parte aspera est vuluæ tunica, hoc est in venarum orificijs, ea in parte tantum connexa esse conspicitur.

de Natura pueri iuxta principium.

Multis conuinci rationibus, venas, arterias, & neruos ex seminis substantia exoriri. CAP. 5.

A.l. 1. f.1, d. 5. c.1. 9.h

SEd vellem iam euidentijs his omissis ab Aristotele ipso requirere, an prima maxime q; communia in animalibus instrumenta, à quibus omnia membra gubernantur, venam, arteriam, et neruum esse etiam ipse concedat: nam, si concesserit, generationem his à semine esse, facile me ipsi probaturum puto. Exanguia.n. sunt hæc vasorum corpora (vt, si sanguine euacuētur, patere vnicuiq; potest) & satis magnam distentionem admittunt: nam neruus, cum nullam sensui euidētem cauitatem in se habeat, nulla, sicut arteria et vena, indiget, exinanitione: hæc igitur o egregie vir videtur ne tibi è sanguine, an è semine, formasse natura? Quòd è sanguine ipso perinde, ac carnes, non efficiantur, perspicuū est: non.n. est albus, neq; lentus, neq; adeo crassus sanguinis succus, vt, si & intendatur, & fistulæ in modum perforetur, possit in sua cōtinuitate perseuerare. Quòd si mu D tari ipsum à natura dicas, nūquid è rubro mutatur in albū, è tenui in crassum, è liquido in lentum? at hoc modo insitorum motuū, quos tu semper illi ascribēdos testaris, oblita esset natura: frustra q; in hoc laboraret, cum sanguinē talem efficere conaretur, quale à principio semen ipsum habebat: nihil tamē frustra operari naturā ex tua disciplina habemus. Neq; nunc igitur est oblita, præcipue in hoc ex omnibus suis operibus maximo: nullum siquidem opus neq; opifici cuilibet, ipso apto ac conuenienti principio maius est existimandum: quod quidem principium tu non modo dimidium totius (vt commune est verbum,) verū etiam præceptorem tuum Platonem secutus, facultate esse, totum ipsum fateris: At vero eo magis in naturæ operibus principium, totum potestate esse debet, quo maiora, quàm omnes artes, ipsa efficit. Sed opus non est in presentia prolixiore vti oratione, atque extrinsecus testimonia adducere, præsertim cum disputemus cum Aristotele: qui tantum multis illis suis positis principijs tribuit, vt semen minime ea vi priuet, quin ad opificationem ad conceptū obtineat: ex ipso tamen nō asserit fœtum gigni, sed ex menstruo, vbi principium motionis à semine acceperit. Sed, si vnum ictum & contactum seminis, in sanguine talem ac tantam motionum successionē efficere posse opinaris, vt ex illis animal constituatur principium esse vniuersum re ipsa attestaris. Tantum tamen crimen ô charissime Aristoteles [illegible] datæ à te naturæ præterire non debemus, vt statim in principio temere aliquid agat. N[illegible]

ver[illegible]

venam,arteriam,neruum facere ipsi maxime necessarium sit, habeatq; ad hoc album, & crassum, & lentũ humorem,hunc eijcit,vt tua fert opinio, alterum q; similem ex sanguine gignit. Atqui, si vim illam gignendi ac formandi talis humoris ex se ipso habet sanguis, semine non est opus: si ex semine hanc facultatem accipit,cur primum secundi ministerio vtatur,quod à se facultatem accipere necesse habeat? Oportet enim vel facultate,vel corporea substantia seminis reprobata, alio pro ipso vsam fuisse naturam. At neutrum potest, cum ipsum vim ac facultatem te etiam auctore sanguini præbeat,& substantiam habere videatur,ad præcipuorum instrumentorum formationẽ maxime accommodatam: nam, si natura trium instrumentorum exanguem vult esse substãtiam, talem materiam habet genitura: si crassam,hanc quoq; in semine magis,q̃ in sanguine, inesse constat: si talem,quæ extendi & perforari,vel longo interuallo,sine ruptionis periculo valeat,quid ad hęc lenta ac tenaci substantia excogitare aptius potest? Omnia igitur, quæ ad trium vasorum generationem necessaria sunt,in seminis substantia collecta inueniũtur. Ne igitur ipsum verbis deprimamus, quandoquidẽ neq; à natura id factum esse re ipsa conspicimus: neq; etiam te id latuit, plenũ semen spiritu vitali esse: tu enim es,qui recte ipsum spumæ cõparasti, dixisti q; ab ampullis multis,quæ paruitate sensum effugerent sigillatim in vnum concurrentibus effici: tu etiam fabulam illam non repudiasti,quæ è spuma Venerem ortam esse ait. Quid igitur tale principium animalis è vuluis eijcis? quod'nã melius instrumentũ vel ad vẽtres,vel ad meatus,vel ad membranas, vel ad vasa fabricanda naturæ exhibebis? Nam concedes scilicet etiã tu in fingendo animali partẽ aliam materiæ perforari,aliam inflari, dilatari aliam,aliam extẽdi necesse esse: nisi fortasse etiam hic vaporem sanguinis esse instrumentum dicas,vt nunc quoq; natura idoneo instrumento eiecto,in altero simili fabricando laboret. Qui igitur fieri potest,vt,si excerni qdem in aerem resolutum semẽ,retineri vero mẽstruũ dicamus,operibus naturæ nostra nõ maxime aduersetur oratio? Quod enim singulis mensibus,tanq̃ alienũ quid,excernit, nunc tanq; propriũ ipsi exhibemus. Quod,si, prius alienũ cum esset,seminis recepta qualitate proprium & accõmodatum efficitur, ex semine aptitudinem illam acquirit,quam proculdubio ipsum etiam prius habebat: nihil.n. exhibere alijs quicquã potest,cuius ipsum particeps prius non fuerit. Atq; hic rursus inuenitur natura eo, quod proprium per se atq; accommodatum fuerat,expulso,quod ab alio aptitudinem accepit, eligere. Quanquam Aristoteles qualitatem ex semine ipsi menstruo non tradit,sed motionis principium solum semper exhibet,perinde,ac miraculis contingit, quæ sua constitutione seruata, ex sola huiuscemodi principij consecutione in motu diutissime perseuerant. Atqui nõ ex motu,sed ex qualitatis vel congruitate vel incongruitate,aliud eligere & continere, aliud auersari ac propterea eijcere naturam videmus: neque.n.in ventre quicquam manere conspicimus,quod ei accommodatum nõ sit. Sed quid de ventre dicendum est,qui ita euidenter vel vomitu eijcit,vel per intestina, quod molestiam infert, excernit, cum vuluam etiam hoc idem facere videamus? Etenim etiam ipsam sibi accommodata,quemadmodum alia membra, attrahere & continere, & reijcere aliena in commentario de naturalibus potentijs demonstratum est. Cum igitur expellat menstruum, vt alienum quid, non poterit, vt accommodatum, idem retinere: non.n.ipse est vteris accommodatus humor,sed semen: cuius susceptrices à natura vuluæ fabricatæ sunt.

Semen insitas habere facultates,attractricem præsertim,quæ semper operetur. CAP. 6.

QVantacunq; igitur seminis pars vuluam attingit,ea statim mẽbrana efficitur, quemadmodum paulo ante ostensum est: reliquum omne facultates ac vires insitas habet, alteram attrahentem sibi accommodata,qua contineret,immutaret q; materias, cibum q; sibi præpararet, alteram aliena & superuacanea excernentem. Materias item habet proprias,quas attrahat à vulua,sanguinem & spiritum,per orificia videlicet,quibus connexum est: nam per membranam non dum duram effectam cito id fieri desistit: simul enim & ea,quæ à vulua amandantur,per vasa attrahuntur, & membrana magis subinde ac magis indurescit, & demum ad perfectam duritiem venit,continuatur q; tota,circa fœtum comprehendens: solæ q; illæ partes perforatæ relinquuntur, per quas materiarum transmissio fit. Nam, cum nullo vnquam tempore quiescat attractio, membranæ foramen semper mansit, neq; consolidescere vnquam potuit: natura quippe comparatum est,vt nihil cum alio coire ac iungi queat,si assidua motio quępiam intercesserit. At vero nõ modo membranæ hoc foramen non coalescit, verum etiam pro ratione multitudinis,quæ intro fluit,prorsus laxatur: quamuis enim semper alimentum transeat,non æquali semper multitudine influit propterea,quod neq; ipsum id,quod alitur, eandem semper magnitudinem seruat,sed assidue augescit: vt necesse sit pro augmenti portione materiarum multitudinem,sanguinem.s.ex venis,spiritum vnà cum subtili admodum & pauco & calido sanguine ex arterijs influere,atque ita diutina perforatione canaliculatam ac perfectam viam in vasorum instrumentum euadere.

De Membranarum ortu,quibus mulierum & virorum semina vniuntur. CAP. 7.

SEd non opus est, vt, dum in vno naturæ opere motionum successionem studemus exponere,propositi nostri obliuiscamur,atq; à principio procul abeamus. Quocirca ad ipsum rursus reuertendũ est. Vbi igitur in vuluæ fundũ incidit semen,cũ non possit ipsam totã aspergere vt pote quę processus quasi cornua quædam vtrinq; habeat,hos etiam altero semine,hoc est fœmineo, subleuit

A ſubleuit natura: id, quod etiam alibi à me demonſtratum eſt, & nunc etiam dicetur paulo poſt, ne perpetua diſputationis noſtræ ſeries interrumpatur. In hæc.n.cornua vnum ex vtraq; parte ſeminarium vas committitur, ex fœminæ teſtibus procedens. Cum igitur ſub idem tempus vnà cum mare fœmina ſemen emittit, per vtraq; hęc cornua eiaculatum ſemen fertur in mediam vuluæ cauitatem, ſimul q; & humectat vias, & ad ſemen vſq; viri peruenit, cum eo q; miſcetur: atque ita fit, vt vtraque hæc ſemina inter ſe mẽbranulis copulentur quas .ſ.fœmineũ propria ſua progreſſione tunc efficit ſemen, vt totam geniturã cõplexum hunc vſum fœtui exhiberet, virili q; eſſet alimẽtum: tenuius.n.ipſo cum ſit & frigidius, accommodatius eſt ad alimentum præſtandum, q̃ quippiam aliud. Quem vero vſum ex membranæ huius generatione exhibeat, explicare diligentius neceſſe eſt. Membranam enim, quæ vniuerſam geniturã ambit, complectens, primũ quidẽ annectit cornibus, deinde toti reliquo vẽtri ipſius vuluæ coniungit: Omnes ſiquidẽ vuluę partes ſemen cõplecti mirifice appetũt, nõ dum tñ id poſſunt, cũ longius abſint, q̃ attingere ipſum queãt: verum, dum poſt aliquot dies & ſemen augetur, & vulua ſubinde magis ac magis conſtringitur, fit, vt modo hęc modo illa pars voto potiatur ſuo, hoc eſt ſemen cõprehendat. Nam, cũ mollis adhuc, quæ continet ſemen, mẽbrana ſit, & vaſorũ orificia aperta, his vulua mẽbranam arripit non ſe

B cus, ac polypi, quicquid attigerint, acetabulis: corpora.n. vaſorum, ſunt polyporum acetabulis per quàm ſimilia, vt nomine etiam non alio appellentur. Qua de re abſolutius à nobis in quinto de Hippocratis diſſectione libro ſcriptum eſt: vbi illorum inſcitiam arguimus, qui Hippocratem reprehendebant, putabant q; virum carnes eas, quæ.ſ.in quibuſdam animalibus, orificijs vaſorũ circuniectæ conſpiciuntur, acetabula nuncupare: cum non illæ ita appellentur, ſed venarum capita, per quæ ſingulis quibus q; menſibus excrementitius ſanguis in vuluam deriuatur. Quodcũque igitur ex his orificijs attigerit ſemen, ſtatim alimentum per illud ad ſeſe attrahit, mẽbrana ea in parte, vtpote quæ recens ac tenera adhuc ſit, patefacto foramine aditum præbente: quod quidem foramen poſtea tẽporis proceſſu (quemadmodum paulo ante dixi, vas etiam ipſum efficitur, vteri venis coalitum ac ſimile. Atq; hoc in prægnantium animalium diſſectionibus tibi licet contemplari, vbi vnà cum arterijs & venis exteriorẽ fœtus mẽbranam videbis. Hãc autẽ membranã chorion appellant, per quam arteriæ & venæ penetrantes, materias è vulua ad fœtum tranſmittunt: alteri vero membranæ, quæ ad cornua pertinet, ex figura nomen impoſitũ eſt: ſimilis enim cum ſit ἀλλᾶντι hoc eſt inteſtino farto, allãtoides ab eo deductam appellationem ſortita eſt, quaſi inteſtinalẽ dicas. Eius vero vſus, qui fœtibus exhibetur, primis quidẽ diebus talis eſt, ſicut modo dixi: poſtea

5. Aph.45. Et. or 4 g. 1. [illegible] paulo poſt me dium. [illegible] ante medium.

C vero, dum paulum augentur, vt humidorum excrementorum partem alteram recipiat. Sed de his paulo poſt diligentius explicabimus.

De primo ortu Cerebri, Cordis, & Hepatis. CAP. 8.

NVnc rurſus ad id, quod à principio diſtuleramus, redeundũ eſt. Fœtus enim ad ſeſe per meatus, qui in vuluã pertinent, ſanguinem & ſpiritum, in propriũ tamen vtrunq; receptaculũ, trahit: vnà vero cũ ſpiritu per arterias (ſicut ſupra dictũ eſt) ſubtilior quidã ac calidior, q̃ is, qui in venis eſt, ſanguis attrahitur: ex quo videlicet calidiſſimum omniũ viſcus fabricatur: reliquus autẽ ſanguis craſſus iecinoris formã conſtituit: quo etiã multæ illæ, quæ per chorion feruntur, venæ penetrant: at arteriæ ad alterũ calidius viſcus permeant, quod ob eximiam caliditatem, quaſi flamma quædam, aſſidue moueri non deſinit, ſed mutua reciprocatione ſemper diſtenditur & cõtrahitur. Venę quidem & arteriæ, quæ in hęc viſcera materias traducunt, quaſi radices quædam ſunt: quæ vero in totum corpus ipſius fœtus educunt, truncis ſunt ſimiles, qui in multos ſurculos diffindun tur: quibus etiã ortus idẽ eſt ex fiſtulata ſeminis ſubſtãtia. Tertium vero principium, ex quo nerui omnes procedũt, ex ſolo ſemine ortum habet. Cum enim in commiſtione fœminei ſeminis multę ampullæ eius rumpantur, ſpiritus interius atque in profundũ, vt ſe ipſum conſeruet, ſubit, non.n.

D eſt, ſicut vapor, ſed animalis per ſe mobile principiũ: perinde, atq; illa etiam, quæ hunc continet humiditas, ventriculũ ſemini, plenum ſpiritu efficit: &, ne exinaniri facile queat, humidę ſubſtantiæ, quæ ipſum complectitur, craſſior ac durior pars in exteriorem ſuperficiem reiecta ſolidum illi domiciliũ exhibet: quę poſtea temporis mora calefacta atq; arefacta, in oſſis naturã eſt euaſura. Atque hoc eſt, quod in principio animalis formatrix vis efficit: quod tamen non dum ob exiguitatẽ inter initia facile apparet: ſed, vbi primum poteſt apparere, tria hæc tum maxima conſpiciuntur, tum vicina adeo ſede collocata, vt ſe mutuo tangant, quod quidẽ neruorum principium futurum eſt, quod cerebrum appellamus, in ſublimiori ſede conſtitutum: cor autem et hepar, illi ſubiecta, et mutuo ſeſe contingentia. Temporis vero proceſſu tria hęc principia, ſicut multũ inter ſe diſtant, ita in totum, quod ſubinde formatur, animalis corpus germina diffundunt, dorſi, quidem medullã cerebrum tanquam truncum producens: cor vero maximam arteriam, quam aortam appellauit Ariſtoteles: & cauam venam, iecur. Quanq; à principio etiã videmus ſtatim, vbi hæc generantur, circum dorſi medullam ſpinam concreſcere eodem modo, quo paulo ante circa cerebrum formari caluariam diximus: nec non circa cor thoracem quaſi domicilium quoddam & ſpatioſum & cõcluſum, licet hoc ſub partus tempora non tam domicilium, quam primum ac præcipuum reſpirationis inſtrumentum, futurum ſit: ſed aliquanto poſterius hęc fiunt.

Quatuor tempora, quibus animal in vtero absoluitur, & quo nomine ab Hippocrate singula appellentur. CAP. 9.

E

AT vero ad primam animalis constitutionem rursus orationem euocemus: quæ vt & ordinate simul & perspicue procedat, vniuersam fœtuum fabricam quatuor temporibus diuidamus. Primum erit illud, quo vel in abortu vel in dissectione, seminis species adhuc apparet: quo tempore admirabilis in omnibus Hipocrates || animalis constitutionem, non dum fœtum appellat, sed genituram: vt paulo ante audiuimus de ea, quæ sexto post die exciderat, genitura. Vbi vero sanguine fuerit repletum, cor q; & cerebrũ et iecur indistinctam quidẽ adhuc & informẽ, quandam tamen coagulationem & magnitudinem alicuius momenti præ se tulerint, secundum esse id tempus censendum est, cum videlicet substantia fœtus carnea iam, & non amplius seminalis, apparet: vnde neque genituram amplius talem formam appellari ab Hippocrate inuenies, sed, vt dictum est, fœtum. Tertium sequitur tempus, cum tria quidem principia videre exquisite possumus, reliquorum autem omniũ membrorum descriptio quędam ac quasi delineatio apparet: euidentior enim trium principiorũ formatio, partium ventris obscurior, longe vero his omnibus obscurior brachiorum & crurum distinctio conspicitur, hęc enim posterius sicut Hippocrates || vocat) ramificantur, hoc vocabulo, quam ad ramos habent proportionẽ, volens significare. Iam " vero quartum illud & extremum tempus est, cum brachia & crura distincte absoluta cernũtur: neq; amplius fœtum, sed infantem id, quod in vtero gestatur, diuinus appellat Hippocrates, cum eum & palpitare & moueri, vt animal iam perfectũ, inquiat. Sed de hoc, quatenus animal est, loqui in presentia mihi opus non est: cum omnem & generationẽ & formationẽ à semine, vt planta, non vt animal, habeat, duplex principium motionis & formationis, sicut plantæ, statim à principio præ se ferens. Quod enim plantis in inferiori parte sub terra radicatio est, id est in fœtu arteriarum & venarum chorij, vuluæ inhærentia: qualis desuper truncus in plantis, tales in fœtibus triũ principiorum progerminationes. Quemadmodum item plantæ duplicem exortum à seminibus emittunt: || & sursum quidem truncum & ramos ad minutissimas vsq; pullulationes producunt, deorsum vero radicationem in multas partes diffindunt: ita quoq; in fœtibus multiplici scissione dispertitæ arterię & venæ in totum corpus, vt truncus: in vuluã, vt radices, desinunt. Quocirca merito accusare Aristotelem possem, non modo, q; neglexerit ea, quæ non debuit: verum etiã, quod suorũ decretorũ oblitus, naturę opera diuerso modo in plantis atq; in animalibus exponat. Cum videret. n. semen in omnibus plantis materiale non minus, q̃ fabricatoriũ principiũ, in se cõtinere, aufert horũ alterũ in animalibus. Atqui viro naturę perito id solum satis fuerat, vt vsum ostenderet genituræ. Nam, si seminis natura non alijs facultatibus plantam, alijs animal creat, quæ in plantis contẽplaris, ea ad animalia transfer: vtraq;. n. in vtrisq; proportionẽ seruant. Semen plantæ terra indiget, vt ex ea alatur, & augeatur: nostrum pari modo semen vulua opus habet ijsdem de causis: Radices, quibus alimentum è terra attrahat, sibi gignit planta: chorion vasa, quæ sunt radices fœtuũ, procreat: Truncum preterea ex se ipso producit semen, atq; è trunco ramos, eos q; in surculos diffindit, mox in virgas, eas q; rursus in alias, atq; id tantisper, quoad in summa vsq; flagella ac cacumina deuenerit: Hic etiam, id est in animali, truncos tres, in vnoquoq; principio vnum, potes inspicere, aortam, cauam venam, & dorsi medullam: hi ex se propagationes multas, quasi ramos, emittunt, qui rursus in alios minores scinduntur, ac rursus in minores: nec prius desinit hoc fieri, quã in vltimis pullulationibus opus absumatur. Neq; tamen eo, q; triplicem plantam vel sanguineã vel carneam hic vides, aliud quid esse, q̃ plantam, hoc est vegetabile corpus, debes existimare: cum vtraq; eundem opificem eandem q; vegetabilem animã habeant. Illud. n. considerandũ est, plantam hanc non amissa, quã habebat prius, facultate, sed alia insuper acquisita in animal esse euasurã: &, vbi perfecta absoluta q; à vulua fuerit, è loco in locũ transiturã: quod facere minime posset, si vel ita frigida, vt arbores, effecta esset, vel ingressorijs instrumentis caruisset. Vt igitur simul & æquabili caliditate prædita sit, quatenus ad animal constituendũ faciat, & loca possit permutare, duo principia adepta est, alterũ instrumentorũ, quæ calorẽ naturalem conseruent: alterum eorũ, quæ oĩbus ex appetitione functionibus obtemperent: quanquam his postea vsura est.

de Natura pueri nõ longe à principio.

Ibid. non multo post.

F A.l.3.f.21.t.1. c.2.381.a

de Natura pueri post mediũ.

G

H

De modo, quo singulæ Fœtus partes oriuntur. CAP. 10.

VEgetabile autem principiũ oĩum habet, primum quod non ex sanguine, sed è semine ipso, arteriam, venam, neruum, os item, & mẽbranam fabricatur. Hæc enim superius nostra exposuit oratio, cum diceremus chorion primum semini ipsi circũponi, atque vnà cum ipso intestinalem aliam membranam oriri, quę & chorij generationẽ adiuuaret, & postea formati iam animalis vrinam esset exceptura. Necesse enim erat, etiã concepto animali tot ac talia fieri excrementa, quot & qualia fiunt vtero iã solutis: sed ex ijs quidẽ & vrinã & stercus, quando formatæ sunt ac distinctæ iam particulæ: statim vero à principio vaporem à fœtu exhalantem, qui sudori perfecti animalis proportione respondet. Cum igitur huic quoque excremento membrana aliqua, quemadmodum vrinæ intestinalis, esset fabricanda, ea extitit, quæ amnios appellatur, totum vndequaque fœtum circumplectens: nam intestinali, quamuis ea prius, quàm amnios extiterit, ad tale ministerium vti noluit natura, partim quia tenuis atque imbecilla erat, vtpote quæ

è serosiore

A è serosiore semine esset effecta, & oportebat valida quadam crassitudine constare membranam illam, quæ fœtum esset contentura, vt non solum sudoris receptaculum efficeretur, verum etiam membrorum futuris motionibus posset resistere: partim quia erat angustior, q̃ vt totum fœtum valeret inuoluere. Sed diceres, cur latiorem eam natura non fecit? propterea q. s. fœmineum semen multo minoris est quantitatis, q̃ maris: id quod superius etiam à me dictum fuit. Nō poterat igitur & in latitudinem & in longitudinem extendi intestinalis, sed longa necessario, cum vtrisq; vuluæ cornibus appensa sit, extitit: atq; ita & merito & necessario angusta euasit. Vnde, cum talis esset atq; insuper tenuis, consentaneum fuit, vt membranā, quæ vaporosas exhalationes exciperet, latam ac crassam in prima statim conceptione geniturae, quæ ob calorē erat exhalatura, extrinsecus ipsi natura circumponeret: nulla q; alia præter has est membrana, quæ in primis statim diebus necessario generetur: neque enim ad omnes procreandas seminis substantia à principio satis fuisset. Sed tempore procedente semen iam fœtus efficitur, continuo q; alimēto augescens maximā tunc molem adeptum est: cum cor à iecore iam dispertiri, ipsum q; per se proprio munimine inuolui opus est: cum item ventri obducenda est abdominis membrana, & thoraci succinctorium substernendum: sub id tempus quoq; & cerebrum geminis membranulis, & medullam dorsi tertia alia, B operiri necesse est: nec non toti fœtui tota exterior corporis circūscriptio membranea est euasura, vt & ab excrementis, quæ contentura erat amnios, proprio atq; innato tegumento fœtum defenderet, & postea carnea aggenerata substantia cutis efficeretur. Atq; ad hæc quidem omnia fabricā da lenta ac tenaci seminis parte vsa est natura: reliquā crassiorē ac terrestrem minus q; ad distrahendum idoneā in ossium sedē deposuit: vtpote quæ vniuersum simul fœtus corpusculum nunquā nulla in parte ociosa iā formabat. Iam vero, cū tertium fœturę tēpus aduenit, omnes seminis substantię parte delineatas distinguere diligenter, ac membra hæc absoluere nacta occasione natura cōsueuit: aggenerauit igitur ac circūiecit omnibus ossibus carnes, simulq; ipsa, pinguissima quaq; parte suctu extracta, terrestria atq; arida nec non pinguedine omni prorsus carentia reddidit: atq; ex eo, quod extraxit lentum ac tenax singulis, & in capitibus colligamina, quibus inter se connectūtur: & in longitudine circùm vndiq; tenues membranas produxit, quæ circumossia, hoc est inuolucra ossiū, nuncupantur: quibus scilicet carnes aggenerauit. Vsa est autē maxime ad ossiū procreationē caloris facultate, qua torreret ea, ac ꝓrsus arefaceret: id, quod melius sanè ipsis fuit, tū qa dura esse debebant, tum propterea, q omnis, quæcunq; inerat pinguis pars, effundi atq; exprimi ita maxime poterat quasi spuma quædā efferuescentiū: qua vero in parte carnes prius, quàm inuo C lucris membraneis operiret, superinduxit, ea in parte minus aridum os totum effectum est: sed tamen ab inuolucris membraneis tenuia quædam tegumenta carnibus protraxit: quin etiam neruum in subtiliores telis araneis fibras prius diuisum in vnamquamq; huiuscemodi membranam dispersit: simili modo quoque ex ligaminibus fibras tenuissimas immisit: quæ vtraque fibrarum genera carne superinducta in vnum coniunxit: ex q; toto hoc instrumento, in quo hæc machinata est, musculum: ex eo vero, quod ex fibrarum coitione cōstitit, tendonem effecit. Ac ligaminum quidem non paruam partem, vt dictum est, in musculos indidit: neruos vero non tam in musculos, quàm in omnia viscera simili distributione dispensauit. Iam vero fibrarum aliud quoque genus est tum in ventre, tum in intestinis, tum in vtrisq; vesicis, in vuluis etiam & corde, quæ è semine ortum habent: quibus quidem venulis totum visceris corpus, quod etiā ipsum è sanguine generatum est, quibusdā quasi crinibus circundatur: Omnia enim, quę carneam speciē præ se ferunt, è sanguine constiterunt: quæ membranea sunt, à semine fuerunt producta.

A.l.1.f.1.d.5. c.1.9.h

Cur partes, quæ a sanguine ortum habent, si corrumpantur, facile, at, quæ a spermate, nunquam vel raro rursus gignantur: tum ex quibus fiat nutritio. CAP. II.

D ATq; iccirco, quę à sanguine ortum habent, si corrūpantur, vtpote qbus materia generationis copiosa suppetit, facile: q̃ è semine, vel nunq̃, vel raro admodū, rursus gigni solēt: quanq̃ efficiēs ipsius seminis causa pfectis aialibus inest, nā neq; deseruit aial, neq; suarū facultatū, quas initio s habet, oblita est natura: qppe, quas cū nō aliunde acq̄siuerit, sed ex semine habuerit, amittere nullo modo potest. Quid igitur in causa est, cur, siquis vel adipem vel carnem à corpore nostro exciderit, loco illius altera vel adeps, vel caro rursus generetur: arteria autē, vena, neruus, membrana, colligamen, tendo, chartilago, atq; os, vbi semel perierint, iterū renasci amplius nequeant? atq; id, quod maiorē admirationē parit, cur, cū horū aliquid nudatū fuerit, velimus q; id tegere & ad cicatricē perducere, caro quidē circa vnum quodq; ex his increscat, simile autem ipsi illi, quod nudatū fuerit, nullo penitus modo, ne si ipsa quidē pœonia medicamēta adhibeas, aggeneretur? Cur igit hoc accidit? an quia carnis materia nunc etiā subest, illorū nō amplius? sed quid, nō ne vel arteriæ tunica, vel nerui corpus gubernantē facultatem habent, quæ talē substantiā procreet, qualē vtrūq; horum adepta sunt? nēpe, si quicq; aliud, hoc etiā peculiare habet natura, vt sibi similia procreet: nā qua alia ratione fieret, vt corpus aleretur, nisi quædā huiuscemodi facultas ipsi ppetuo adesset? perpetuo siquidem è substantia vniuscuiusq; aliquid effluit ac digeritur, vnde alimēto opus est: atque id, quod per alimētum additur, simile esse omnino debet ei, quod digestū est. Et tibi hic quoque tua verba ò bone Aristoteles in memoriam reuocabo: alterum enim ex duobus necesse est,

vel similis ad simile accessione, si vniuscuiusq; corporis, quod alitur, partes in cibo continentur: E vel, si id non est, immutato cibo atq; alterato, nutritionem fieri: sed priorem illã opinionem de similaribus tu ipse, vt falsam, confutasti: alteram, quæ alterationem introducit, vt veram, commendas. Neq; tamen ex omnibus in oia mutationes fieri dicendum est: sed in id, quod naturæ illius, quod mutatur, vicinius est, facilior est mutatio: atque icc irco facillimum est sanguini, vt caro efficiatur; membranæ vero, neruo, venæ, arteriæ, ac tunicæ difficillimum. Quæ igitur nutriuntur, primũ quidẽ singula proprium è sanguine succum trahunt, vt Hippocratis|| sentẽtia est: explicatum q; à nobis etiã est alibi diffusius, cum hoc, tum illud, q alia sint, quæ crassiore sanguine, alia, quæ tenuiore indigeant: alia, quæ calidiorem, alia, quæ frigidiorem: alia, quæ pituitosum, alia, quæ melancholicũ desiderent: itaq; non nulla, quæ exquisitiorem ac puriorem, rursus q; his alia etiam multo puriorẽ requirant, q etiam quibusdã serosior perfectius q; concoctius conueniat, quibusdam nihil obstet, quin alantur, etiam si huiusmodi non fuerit id, quod alit. Deinde vero post proprij humoris in singula membra attractionẽ, id, quod est attractum, in multas particulas dissolutũ exhalationis instar, attrahentibus membris adiungitur, ac quadam temporis mora immutatur (quod etiam à nobis demonstratum est) diutina q; ea mora parti illi, quæ attraxit alimentum sibi q; id assimilauit, concorporatur. Ne igitur opineris singula ex principalibus membris animalis è semine à principio constitisse, aliunde vero suum vltimum atq; accommodatissimum habere alimentum. F

de Natura pueri non multũ à principio. 1. de dieta iuxta prĩcipiũ. & 4. de morbis.

De ortu Seminis ex sanguine. CAP. 12.

QVod quidem alimentum qua ratione generetur, quamuis facillime possem breuibus explicare, volo tamen demonstrationem addere, præsertim cum huic tractatui maxime conueniens esse videatur. Quemadmodum igitur, cum de vsu ac vi seminis ageremus, ab ijs, quæ euidenter apparent, profecti, dicebamus in vtero manere semen, cum conceptura erant animalia, atque inde ratiocinationem conficiebamus, ita hic quoq; mihi faciendum puto, vt ab euidẽtibus in dissectione incipiam. Arteria" & vena ad vtrunq; testem descendere conspiciuntur, non recto itinere, vt reliquæ omnes, sed instar capreoli aut hederæ varijs modis inuolutæ: vnde, vt puto, à dissectionis professoribus partim hæderaria, partim capreolaris, natura ipsarum fuit appellata. In his vero capreolis & anfractibus, quos faciunt ante, q̃ ad testes perueniãt, albescere paulatim sanguinem videre licet: tum demum, vbi iam ipsos testes attigerint, seminis substantia in ipsis manifeste apparet. An vero alterationem aliquam ex testium etiam natura accipiat, semen, neque aliter confici omnino queat, omittamus in præsentia inuestigare: sequamur q;, si placet, Aristotelis sententiam, nihilq; ad seminis generationem facere testes concedamus, vt non magna ex parte, sed G ex toto, arteria & vena serosi humoris substantiam gignant. Quod si ita est, in ipsis proculdubio seminis generatrix natura inerit: at ex sanguine in ipsis diutius immorante ipsum procrearunt, hunc enim vsum anfractus prestant, atq; ita alteratum sanguinem in semen immutarunt: omne vero id, quod alterat, in suam naturam illud, quod alteratur, trãsmutat, id quod etiam hic cernitur: album liquidem & crassum & lentũ semẽ est ad alendum arteriæ & venæ corpus accommodatũ. Videtur autem etiam ipse Aristoteles in his à nobis non dissentire, cum inquit: Contra igitur, q̃ antiqui censebant, dicendum est: illi enim, quod ab omnibus secedere, nos, quod ad omnia accedere natura comparatum est, semen appellabimus. Eandem sententiam sequitur, cum ait: Vtilis ergo excrementi quædam pars est semen, vtilissima vero, quæ vltima est, & ex qua iam vnumquodque membrum perficitur. Vnde sanè demirari etiam hominem conuenit, qui, cum in primo de generatione animalium in prędicta oratione, in qua de seminis substantia veteribus contradicit, demonstrare conetur ex eo vnumquodq; membrum effici, inferius postea ab eo, non ex eo, gigni ait: ex quo enim fiat vnumquodq;, sanguinem menstruum esse affirmat.

A.l.3.f.20 t.1. c.1.371.e.f

* θορώδους i. seminalis.

" " " "

An arteriæ & venæ semen producant: & cur illarum partibus amputatis, venis quidem raro, arterijs autem nunquam, aliæ rursum partes oriantur. CAP. 13. H

SEd fortasse diceret quispiam orationem nostram absurdiorem euasisse: nam, si arteriæ & venæ ad gignendum semen idoneæ sunt, qui fit, vt, si ab ipsis aliquæ partes abscindantur, aliæ in illarum locum non regenerentur? Cuius rei duplex responsio esse potest, vna, q nõ nulli venas in magnis vlceribus iam viderunt renasci, quemadmodum etiam nos ipsi cum in alijs partibus, tum in capite, atq; ea satis magnas & multas: altera, quã aliquis fortasse ex ijs, qui verborum studiosiores sunt, non responsionem, sed fusiorem rei explicationem potius nominandam censebit: causam enim referã, cur nequaq; multis, sed paucissimis prorsus, venæ in vlceribus gigni visæ fuerint, arteriam vero & neruum nemo, ne raro quidem, in aliquo gigni vnquam viderit. Atque hęc paulo post, ne quippiã dissertationi huic desit, dicemus. Nunc prius aduersus Aristotelem absoluenda nobis disputatio est, qui ad seminis generationẽ inutiles esse testes asserit: ex eo enim, quòd ita sentit, venæ & arterię, quę ad testes feruntur, generandi eius munus demandat: neque tamen his tantum seminis gignendi natura inest, alijs non inest: sed, si alia in parte animalis arteria & vena ita essent inuolutæ, ibi quoque huiuscemodi humor conspiceretur. Si igitur gignunt semen, ab eodem etiam nutriuntur: sed generatio nihil simile habet ei, quod digeritur, nutritio vero partes eorum, quæ aluntur, similes ijs, quæ digesta sunt, gignit: neque ex alia materia totum vas genitum est,

A tum est,ex alia nunc partes eius gignuntur: vnde perspicuum est,si ex humore seroso aluntur hæc conceptacula,ex eodem à principio etiam genita fuisse. Atque hæc aduersus Aristotelem satis. nunc ad id,quod distulimus,redeundum est: ac primū dicendum raro visum esse venam renasci, deinde nihil omnino ex alijs: vas enim,quod accrescendo recens venæ veteri adiūgitur, hac enim parte scilicet continuum est,non in qualibet corporis natura materiam copiosam ad generationē habet. Si igitur neq; caro orificiū venæ abscissæ circumcrescendo occupauerit,neque abundantis materię humor defuerit,gigni iterum vena poterit: simul enim oportet & vim, quę est in venis abscissis,validissimā reperiri,quippe quæ partis adnascentis fabricatrix est: & materiam seminalē tantam etiam suppetere,vt ab increscente carne obstrui os non permittat: quę vtraque simul con uenire rarissime consueuerunt. Quòd si in vena, quæ simplicem habet & tenuem tunicam generatio raro contingit,nihil sanè mirum esse debet,si in arteria,quæ sexcuplo crassior,quàm vena, est,ea non raro,sed nunquam fiat: quippe cum tanta materię preparatio,quanta indiget, fieri nullo pacto possit. Simili modo abūdantis materię inopia efficitur,vt reliqua omnia, quæ è semine gignuntur,renasci amplius nequeant: nusquam enim tantā seminis copiam simul collectam inuenire est, quanta ad vniuscuiusque,quod interijt,regenerationem sufficiat: sed, quod mora tem B poris paulatim erat colligendum,carne iam increscente supprimitur. At in ipsa prima ex semine generatione tum vniuersus humor adhuc collectus est,ex quo vasorum formatio existit: tum duplex fabricatrix vis adest,& seminis & conceptaculorum vteri,quibus semen proiectum adhæserat: in vlcerationibus vero, præter quàm quòd abundantis materiæ inopia est,hæc etiam effectrix vis deest: dum autem in vtero gignitur animal,& materia multa affluit, & altera quoque accedit creatrix vis,quæ non solum materiam extrinsecus tangit,sed per totam ipsam transit ac permeat. Nihil igitur mirandum est,si in fœtibus in vtero prima naturæ instrumenta celeriter formentur, quippe cum & materiæ copia & bonitas,& procreantiū ipsa facultatum efficacia, maxime adsit.

Aduersus eos, qui solos Testes semen producere existimarunt. CAP. 14.

QVoniam vero etiam de his satis demonstratum est, reliqua, quę distulimus, considerabimus. Nam aduersus Aristotelem, qui testibus generationem seminis auferebat, facillima fuit disputatio: si enim ipsi id non gignunt,restat sine dubio,vt ab arteria & vena generetur. Sed non debemus Aristotelis ignorantiam pulchrum quoddam inuentum putantes tantum decretum indemonstratum relinquere,ne ex ijs,qui contradicendi studio incumbunt, aliquis nos iure possit reprehendere,q;,cū veritatē amare professi simus, rapiamus tamen magis rationes, q̄ C demonstremus. Neque enim profecto,si Aristoteles vim testium ignorauit, id efficere debet, vt nos capreolaribus conceptaculis totius seminis generandi munus cōmittamus: immo etiam ego affirmarem me pudere,si id facerē: sumpsi tamen id nunc ita absolute Aristotelis causa, ne longior mihi cum ipso euaderet dissertatio. Descendo rursus ad eos,qui totum à testibus semen gigni existimant: & primū interrogo, cur,si semen testium tantum opus est, superius in vasis, quæ ad ipsos feruntur,videatur contineri: nam,quemadmodum in ventre & intestinis sanguinem inuenire non possumus propterea,q; nihil prorsus ea ad sanguinis generationem faciunt,ita nequaquā in vasis his,nihil ad id facerent,semen repreriretur. Deinde vero capreoli ipsius vsum requiram: facilius quippe fieri poterat & melius,vt recta ad testes sine huiusmodi reuolutione vasa hęc tenderent,si eorū tunicas mortuas & ad alterandam materiam, quæ in ipsis diutina mora permanserit,impotentes statuunt: vel,si hoc concedunt,& volunt, vt ex natura sua alteratio hæc efficiatur,res erit longe absurdior,perinde,ac siquis, frigidum esse ignē cū dixerit,calefacere eū affirmet: nihil siquidē aliud est mutatio secundum qualitatem & alteratio,q̄ rei affectæ assimilatio ad efficientē. At vero,si etiam hoc concesserint,crassum & lentū & albū id, quod alteratur, constituent: quod nihil aliud est,q̄ ipsis seminis generandi officium deferre. Atq; hoc quidem hactenus.

D *Aduersus Aristotelem & reliquos, qui de Vsu Testium perperam opinati sunt.* CAP. 15.

NVnc alteram partē dissertationis nostræ prosequamur: quoniam & medici etiam non nulli sunt,quibus testes nihil ad seminis generationem videntur conferre. Probabiles autē plerique demonstrationes excogitarunt,quibus interrogantibus respondere & causas reddere valeant,cū ita vrgentur: nequaquā,si nihil ad seminis generationē faciunt testes, illis magis, q̄ alijs, vel calefactis vel frigefactis infœcundum animal redderetur. Quarū quidē responsionū non nullas Aristoteles primum dixit: qualis ea est,cum ait talem vsum exhibere seminarijs conceptaculis testes, qualē,quæ planæ appellantur,in distentis telis: cum enim ipsę deorsum trahant, replicationē augent: quam ille vtilē esse inquit ad id,vt stabilior seminarij excrementi meatus reddatur: quibus demptis,vt inquit,vasa retrahuntur. At enim vehementer frigefacti,licet deorsum adhuc trahere valeant,steriles efficiunt: cur nam? quia (inquit) seminariorum conceptaculorum refrigeratio,non testium ipsorum,sterilitatis in causa est. Sed cur,si elisi fuerint,id euenit? propterea, q; (ita .n.respondet) genitalia ēt vasa simul colliduntur. Cur,si induruerint? quia etiam illa simul indurescunt. Et demū,quocunq; testium vitio dixeris sterilitatē induci,eodem ille vasa seminalia mutua contagione affici affirmat. Satius igitur fortasse fuerit, vt originē prius & fabricā genitaliū instrumentorū exacte altius repetamus,sine quorū cognitione intelligi ea non possunt,q̄ dicenda sunt.

'θορώδους.

da ſunt. Arteria igitur & vena à conceptaculis dorſi profectæ per ilia deorſum ferũtur, vſq; dum E ad teſtiũ inuolucrũ & appendicẽ pertingant, quam epididymidẽ appellant, quaſi ſupergeminalẽ dicas: eſt autẽ ſupergeminalis pars quædã animalis, gemini, hoc eſt teſtis, capiti ſuperimpoſita, id quod nomen ipſum præ ſe fert: ex qua multæ fiſtulæ ſeroſo quodam humore plenæ ad teſtẽ permeant. Huic ſupergeminali arteria & vena ſuo illo anfractu & capreolo, quẽ paulo ante dixi, innectuntur, ſui q; partẽ quandã exiguã prius, quã teſtibus cõmittantur, diſtribuunt. Iam vero meatus ẽt genitalis, quẽ varicoſum aſſiſtentẽ non nulli vocant, inde genituram hauſtam ad colis radicem defert. Atq; hac de cauſa Herophilum eſſe opinatum puto non admodum multũ ad ſeminis generationem teſtes conferre: donec enim arteria & vena intra ilia eſt, vnà cum alijs viſceribus cõmuni omniũ tegitur operimento, hoc eſt abdominis mẽbrana: inde vbi iam exit, vtrinque ſatis euidẽti foramine mẽbrana aperitur: ex qua quidem mẽbrana meatus maximus oritur ad teſtes pertingens: in quo & vaſorum reuolutio efficitur, & genitale receptaculum è ſupergeminali exoriens ad ilia aſcendit: quod attingit quidẽ in exortu teſticulum, non tamen ex eo originẽ habet. Rurſus vero à principio incipiens, diligentius q; orationi meæ attendens, in vtroq; meatu arteriã vnà cũ vena, quaſi tibiam quandã, deorſum ferri inuenies: genitalem vero meatũ ſurſum ferri, atq; inde rurſus, non tamen extra oſſa pubis, ſed per ipſa penetrantẽ, ſuper ipſa decliuem tendere, quouſque ſeſe applicet ad ceruicem veſicæ, cui coles ipſe adiunctus eſt. F Manifeſte igitur iam patet, ſiquis hæc in diſſectione animaduertit, ſeminarium vas propterea, quòd longiſſimum eſt, tam longo circuitu ferri: nam, ſi breue eſſet, ſtatim à ſupergeminali rectà ad veſicæ collum perueniret. Quin etiam, ſi intra membranam abdominis teſtes poſiti fuiſſent, dimidia pars ſeminarij meatus, arteriæ quoque & venæ, reuolutio interijſſet. Vt igitur & anfractus iſte exiſteret, & meatus genitalis productior efficeretur, natura tum membranam abdominis perforauit, tum teſtes inferius conſtituit: ex hoc enim fit, vt & ſanguis, dum diuturniorem in vaſis moram trahit, concoquatur, & coaguletur, & meatus genitalis longiſſimus euadat, quò vna functione ſemen copioſius poſſit eiaculari. Atq; hac potiſſimum cauſa effectũ eſt, vt iuxta ceruicem veſicæ varicoſior hic meatus conſpiciatur: vnde ei nomen inditũ eſt varicoſus aſſiſtens. Siquis igitur hæc conſiderauerit, hominum eorum opinionem demirabitur, qui propterea teſtes à natura datos tantummodo dicunt, vt ſeminis inſtrumenta deorſum trahant: vtrum enim horum voluntaria'ne, quæ, melius fuit, vt reuoluerentur, an varicoſum aſſiſtentẽ, dirigi? Sed moror fortaſſe in hoc, cum non ſit neceſſe: quippe cum maximo teſtimonio orationi noſtræ eſſe poſſint omnia ea animalia, quæ intra membranam abdominis teſtes habent, vt aues: neq; enim dicere quiſpiã poterit in his quoq; appenſos eſſe teſtes ſeminarijs vaſis, perinde, ac plane, cum altiori loco ſiti eſſe cernantur, quàm vaſa ipſa ſint. G At forſan nos perturbet illud, quod paulo ante dictum eſt, genitali, inquã, meatui ſatis magnam longitudinẽ eſſe oportere: videatur enim teſtiũ ſitus infra abdominis mẽbranã, dimidiã illius partẽ auferre, quæ ſcilicet ad teſtem vnà cũ varicoſis vaſis deorſum fertur: ſed, ſi animaduerteris teſtes huiuſmodi animalia ita habere, vt præcordia attingant, meatus q; ſeminales latiſſimos, facilis erit huius dubitationis ſolutio: cum ſatis idoneum interuallum à præcordijs porrigatur, & ſedes præterea calida ſit, vt, quantum ex longa vaſorum reuolutione & ſeminalium meatuum productione in nobis ſemen adiumentum in copia acquirit, tantum in illis tum meatuum latitudo tum teſtium ſitus efficiat: ſeminales enim meatus, quanto breuiores ſunt, tanto latiores euaſerunt: teſtes vero, cum ſuperiore ſede collocati ſint, & ex diſtantia ſatis conuenientem ſeminarijs vaſis longitudinem exhibuerunt, & ex calidiſſimorum viſcerum propinquitate id conſecuti ſunt, vt celerem ſemini generationem præſtent. Atque hæc quidem ex abundanti probatione à nobis dicta ſunt. Illorum autẽ oratio, vel ſola teſtium poſitura ſatis fuit refutata: nihilo minus etiam illis, quæ ſuperius diximus, maxime tamen his, quæ mox dicemus, redarguetur. Volo enim iam (id, quod negligenter prætereunt omnes ferè tam medici, quàm naturales philoſophi) de vſu & vi teſtium H diſſerere. Non aduertunt enim, ſi cui teſtes ea moderatione fuerint excecti, vt ſupergeminalis mẽbrana intacta relinquatur, ſeminarium vas nulla læſione affici: inde tamen animal non tantũ ſeminis generandi facultate (id enim ijs, qui Venere volunt abſtinere, commodũ remedium eſſet) ſed virilitate omni, &, vt diceret quiſpiam, maſculitate, hoc eſt maſculo ingenio, priuari: Pari modo, ſi fœmina ſit, quæ id patiatur, neque in venerẽ incitari amplius, neque virũ, coeundi præſertim cauſa, appetere, ſed omnem prorſus fœmineam naturam amittere. Sues quidem fœminas apud nos non in Aſia tantum, ſed in ſuperioribus etiam nationibus in Cappadociã vſque, execare conſueuerunt: quæ ſimiles omnes caſtratis euadunt, obeſæ admodum ac pingues, carnis q; ſuauitate alijs fœminis, quẽadmodum etiã caſtrati mares alijs maribus, præſtant. Non tamen ita tuto in fœminis teſtiũ extractio adminiſtrari poteſt ob ſedem, in qua collocati ſunt: vuluarum enim lateribus ex vtraque parte adiacent ad arteriam & venam, quemadmodũ & mariũ, ſeminale vas excipientes, quod reuolutũ ipſis innectitur, atq; ad vtrunq; cornu pertendit: vnde vtraq; ilia ſcindere neceſſe eſt, ſiquis fœminas caſtrare voluerit: maius q; in hoc, quã in maribus, periculũ eſt. Hanc igitur tantã, quæ in teſtibus ineſt, vim, neſcio quo modo, oẽs præterierunt: ac deinde, an conferãt, nec'ne, ad ſemẽ procreandũ, quærũt. Qua in re alij maxime aberrarũt, ita, vt hãc vim teſtibus prorſus

A ſus eripuerint: alíj gigni quidem ab ipſis ſemen dixerunt, quid vero accidat animali, cur & frigidius & imbecillius caſtratum efficiatur, inueſtigare omiſerunt. At, ſi exẽptis teſtibus nihil aliud, quàm ſeminis emittendi, vis amittitur propterea, ꝙ vna cum ipſis diuellitur etiam (vt iſti dicunt) ſeminarium vas, vna tantum ex eorum exciſione læſio contingeret, ꝙ ſcilicet filíj procreari non poſſent. Quare qui nullam ſuſcipiendorum filiorum curam habent, ſed vel coronaríjs certaminibus, vel tali alicui negocio ſtudent, in quo caſtum eſſe optimum eſt, ex teſtiũ exectione hoc conſequerent. Oporteret igit, vt ſe ad Olympia exercentibus teſtes excideremus: nam non modo filios ſuſcipere illi non curant, verum etiam quamlibet aliam corporis partem victoriæ cauſa prompte concederent: ſed non tutum eſt id facere, cum robur etiam totius corporis vna cum teſtibus, vel, ſi non cum teſtibus, cum meatibus ſaltem ſeminaríjs, vt aliqui fortaſſe ex iſtis dicerent, excidatur. Hoc tamen quo modo fieret, conſiderandum erat. Quanquã neuter horũ meatuum exciditur, ſed auellitur tantum à teſtibus: vt veriſimile ſit non ob id mẽbrum, quod remanet ac ſeruatur, ſed ob id, quod penitus ab animali aufertur, oẽm maſculi habitum & vires interire. Videntur ne tibi, quemadmodũ telis planæ, ita ſeminaríjs vaſis teſtes appenſi fuiſſe? an non potius, quantum ad vſum attinet, ad ipſum cor prope accedere? frigeſcunt enim, qui eos amiſerint altera inſiti caloris B origine priuati: omneq́; ipſis corporis robur collabitur perinde, ac ſi ſenes fuerint: neq; latæ venę, neque ſanguis floridus eſt: arteriæ etiam parum & imbecilliter, ſicut ſenibus, pulſant. Vnde patet teſtes animalibus & roboris originem eſſe, & caliditate multa totum corpus perfundere. Atque iccirco, qui ipſis priuantur, depiles non modo mento, ſed toto etiam corpore euadunt: paruasq́; (vt dictum eſt) non ſecus, ac mulieres, venas habent: ac, quaſi aliud quippiam magis quam animalia, ſint, nulla venereorum libidine afficiuntur: vt in hoc, vel corde ipſo amplius habeant teſtes, ꝙ præterquàm ꝙ caliditatẽ & robur animalibus exhibẽt, generis etiam perpetuitatis in cauſa ſunt.

His igitur tot ac tantis neglectis, qui ante me fuerunt philoſophi & medici, de paruis & leuibus altercantur, quærunt q́;, an ad ſeminis generationẽ quicquam faciant teſtes. Nos vero rurſus repetita oratione pro ipſis, dicamus præter hæc omnia, etiam illa non parua eſſe argumenta, quod totũ corpus à teſtibus alteretur: non ſolũ.n. & ſuauior eſt caſtratarum victimarum caro, integrarũ autem inſuauior, ſed etiam qualitas ipſa carnium ſimile quid teſtium qualitati præ ſe fert, graue &, vt ita dicam, viroſum, ad odorẽ vſque ſimilitudine porrecta. Quę quidẽ ignoraſſe alios quoſpiam mirandum non eſt: at Ariſtoteles certe non debebat, quippe qui nobis ſæpenumero dixerit paruas particulas maximarũ alterationum toti corpori in cauſa eſſe: quanquam illud addere ipC ſum oportebat, ſi exẽpta aliqua particula totum animal alteratur, eam alterationis eſſe in cauſa, non tamen eiuſdem, & ſi auferatur, & ſi adſit: nam, ſi ablata refrigerat, præſens calefaciebat: ſi ablata infirmum reddit, roboris erat origo: eodem modo ſi abſciſſa incitationẽ ad coitũ aufert, ex ea animalibus generis ſucceſſio erat: atque hoc profecto tertium, cor præſtare minime poteſt, eſt enim id viuendi tantum, teſtes vero bene viuendi, principium: quanto autem melius eſt bene viuere, q̃ ſolũ abſolute viuere, tanto in animalibus teſtes corde præſtantiores ſunt. Debebant ne igitur iſti, teſtes comparare lapidibus ſtaminibus appenſis, qui ponderis tantũ vſum exhibent? quæ igitur cauſa eſt, cur execti vnà ſecum omnem etiã corporis contentionem auferant? Debebat profecto Ariſtoteles in primo de generatione animalium, maximam aliquam quæſtionem hac de re conſtituere, vbi teſtium vſum explicans, datos eſſe à natura eos aſſerit, vt ſeminalium inſtrumentorũ replicatio conſeruetur. At hoc paruum admodum eſt: illud maximum, quod totius animalium roboris in ipſis principium apparet: hoc neceſſarium atque in primis quęrendum illi erat, qui teſtium vtilitatẽ volebat conſiderare. Sed ipſe, cum hoc prætermiſerit, nihil ꝙ in primo hac de re diſſeruerit, in quinto obiter, cum de voce acuta & graui agit, oſtendere conatur, quo modo exectis teſtibus efficiatur, vt imbecillius ad functiones ſuas obeundas cor ipſum euadat. Verba eius

« D hæc ſunt: Execta omnia in fœminã degenerant: &, quia neruoſum robur in principio ſuo laxa-
« tur, vocẽ ſimilem fœminis emittunt. Laxatio autẽ eſt perinde, ac ſiquis fides intendens appenſo
« aliquo pondere contentas reddiderit: id, quod mulieres, quæ telas texunt, facere conſueuere: vbi
« enim ſtamẽ intendunt, annectunt ei, quas planas appellant. Ita quoque teſtiũ natura ſeminaríjs
« meatibus appenſa eſt, ſeminaríj meatus venæ, vena originẽ in corde habet.

Atq; hæc Ariſtotelis oratio eſt: cuius hoc caput, quod in fine poſitũ eſt, conſideremus, cũ totius ſupradictæ orationis cõpendium teneat. Ob id enim in caſtrationibus inquit animalia in imbecilliora mutari, quia efficitur, vt cor, ex quo contentio oĩs corpori eſt, ablatis ponderibus, quæ ipſum intendebant, reſoluatur ac laxetur: quaſi.ſ. non ex propria tẽperatura & natura vires cor habeat, ſed quia à teſtibus perinde, ac lapidibus quibuſdam annexis, deorſum trahatur. Verũ, ſi etiã non ex propria natura habet hanc vim cor & alíjs mẽbris ſuppeditat, tanq̃ principiũ, ſed aliquo extrinſecus auxilio ad hoc indiget, innumera alia ſubſidia habere poterat teſtibus potiora, quę, quoad animal vixiſſet, defectura nunquam erant: quorum vnum & euidentiſſimũ & validiſſimum ipſi, quando intendere cor vult, nõ grauabor referre. Cũ enim aorta ad ſpinã dorſi applicetur, quæ difficultas naturæ erat eã illic validis vinculis alligare, quibus cohibita atq; intẽta ad ſe totũ cor violenter traheret? poterat etiã ſuperiorẽ arteriæ partẽ, quæ ad iugulum aſcendit, ibi annectere: nihil enim ad fides intendendas

dandas interest, quarum ille mentionem fecit, vtra in parte, siue supra siue infra, intentio efficia- E tur: immo re vera vtrinq; necesse est, neq; supra & infra tantum, sed à lateribus etiam, vel ante & post, vel in qualibet alia obliqua oppositione ex vtraq; parte. Si cordi igitur non sufficiebat ad robur propria natura: sed necesse erat, vt perinde, ac fides aut stamen, aduentitiam intentionẽ acquireret, in promptu erat sanè naturæ vel his arterijs, vt dixi, id moliri, vel nihilo minus etiam venis, & neruis, & mẽbranis: quorum nihil facile ab eo, queadmodum testes, auferri poterat. Nã quantum tandẽ pondus sunt isti? quo modo ex his ad cor vsq; peruenire intentio potest? si enim neq; in medio plures flexus haberent, quæ à corde ad testes pertendunt conceptacula, intùs erant poñendi testes, vt ad cor vsq; intentio porrigeretur. Debebat profectò varicosorũ vasorũ anfractus inspicere Aristoteles, prius q; rem in ijs, quę extrinsecus apparent, experiri, si modo ratione comprehendere non valebat: quorũ enim in medio reuolutio aliqua est, ea nullo modo ab altera parte in alteram vsq;, nisi dirigantur, intentionem admittunt. Tãtus vero est ante testes vasorum anfractus, vt, si dirigeretur, ad media vsq; femora possent ptingere: atq; ita efficeretur, vt nullis alijs hominibus vires inessent, nisi solis illis, quibus testes admodũ laxi atque infirmi sunt: quæ quidẽ affectio senescentium & imbecillium esse cõsueuit, iuuenibus vero & validis nunquam laxi adeo testes euadunt. Quid de animalibus diceremus, quæ astrictos ad ventrem, neq; pẽsiles, vt planas, F testes habent? cuiusmodi sunt inter quadrupedes sues: inter aues non vna aut duę, sed vniuersum genus, quibus intra abdominis membranã iuxta præcordia in spina testes collocati sunt: neq; tamen ob id efficitur, quo minus castratio in his quoq; corpus totum imbelle ac laxũ reddat. Quòd si ab annexis membris deorsum trahi cor dixerimus, necesse erit etiam nobis affirmare renes, & lienem, & ventrẽ, & quoduis aliud huiusmodi, multo magis, quàm testes, detrahere: cum & venæ & arteriæ in omnia hæc pertineant, & viciniora cordi sine vlla media reuolutione sint. Cuius quidem reuolutionis vsum, nescio quo modo, non cognouit Aristoteles, cum appensos ei esse testes perinde ac planas in telis existimet. Atqui contraria maxime est reuolutioni intentio: quo modo igitur simul vtraq; hæc coniunxit natura? varicauit profectò, & inter sese vtrunq; vas sæpius replicauit: at si vtilis hęc vasorum reuolutio est, pondus testium non modo inutile, sed damnosum & euadet: si vero hoc vtile est, cor male deorsum intendetur. Verum (vt hæc omnia & alia huiuscemodi quàm plurima etiam illi concedamus) aliud certe viscus habebimus, quod cor deorsum intendere optime sine dubio poterit, iecur. Nam, si non ex propria natura contentionem eam omnino habebat cor, sed extrinsecus alia & præter naturam intentione indigebat, non opus erat profectò, vt testes tam paruum corpus, ex tam longo interuallo, tam q; longis vasis, atque ijs reuolu- G tis, ipsi annecterentur, cum iecur & magnitudine æquale, & situ proximum adesset, ipsi q; præterea ex maxima omnium, quæ in corpore sunt, vena recto tramite sine vlla reuolutione & flexu intenta appensum esset. Sed iã ijs, quæ in dissectione euidenter patent, omissis, Aristoteli, vtpote naturali philosopho, proprias ipsius opiniones in memoriã reuocemus. Semper sanè is vel insitum calorem, vel spiritum innatum, vel bonam temperaturam, firmitatis ac roboris mẽbrorum causam esse statuit: in suprascripta vero oratione solam ex annexis ponderibus intentionem eam esse affirmat: quam tamen & esse violentam & præter naturam, cum extrinsecus adueniat, vel in fidibus, quas ipse commemorauit, perspicue licet videre: rumpuntur enim si paulo longiori tempore intentæ permaneant: qua de causa citharistę lyras & cytharas deponentes, cum non amplius canere volunt, remittere ipsas solent. Nequaquam igitur propterea, quòd fidium intentio canentibus vtilis est, eam secundum naturam esse ipsis fidibus existimandum est: neq; enim naturalem vniuscuiusq; rei affectionem nostris vsibus metiri cõuenit: nã, si ita fieret, victimis iugulatis mors secũdum naturam esset, quippe cum nobis vtiles futurę sint. Neque tamen, etiam si fidibus secundum naturam esset intentio, propterea cordi quoque ea erit: nam, si ne ab inductione quidẽ scientiæ effectrix demonstratio constitui potest, multo minus ab exemplo eam constituemus. H

* In textu gr. est ἔξωθεν, i. foris.

Qui Testium vsus sit, ex dissectione, & rationibus euidentibus. CAP. 16

SEd pluribus moror fortasse in refellenda opinione adeo euidenter praua, vt ne imperitum quidem quempiam lateat. Quare optarem profectò, vt, si fieri posset, nihil quicquam huiuscemodi ab Aristotele dictum fuisset, sed tota hæc quoque de exectis quæstio, sicut à cæteris omnibus, ita ab ipso quoq;, penitus silentio fuisset inuoluta: omissum q; esset inexcussum, cur in testium excisione totum corpus effœminetur. Sed nos inquiramus, argumenta q; tùm ex iam demonstratis, tum ex ijs, quæ in dissectione euidenter apparent, adhibeamus. Arteria & vena, quæ capiti testis cõmittuntur, seminalẽ quendã humorẽ iam habere conspiciuntur: & ipse etiam totus testis huiusmodi humoris plenus reperitur: ex quo quidẽ teste id, quod in supergeminali inuolucro continetur, attractum est, sicut ex supergeminali effluit in seminarium meatum, cuius partem, quæ est ad colẽ, varicosum assistentem appellauit Herophilus: qui quidẽ peccat etiam ipse, cum seminario vasi maiorem, quàm testibus, generandi seminis vim attribuat: non tamen eo, quo Aristoteles, errore inuoluitur, qui telarum planis testes cõparauit. Verum, ne amplius orationẽ protrahamus, sed iam ex ijs, quæ euidenter sensui patent, ratiocinemur, assumptis etiam quibusdam

alijs, quæ

A alijs, quæ & à nobis alibi demonstrata sunt & ab ipso quoq; Aristotele conceduntur, vnũquodq;
oportet animalis membrũ influentem ad se humorẽ alimenti ratione in suam naturam immuta-
re: vnicuiq; vero mẽbro esse, illud est, quod non ex humorum, qui insunt, natura, sed ex solidorum
corporũ substantia existit: à quibus scilicet &, qui continentur, humores alterantur. Quod, si hoc
ita se habet, & in testibus seminalis humor continetur, ab eo nutriri ipsorum corpus manifestum
est: vnũquodq; vero simillimũ sibi alimentũ reddit: semen igitur efficiunt testes. Demonstra-
uimus aũt arterias etiã & venas illud efficere: sed illæ quidẽ paucũ multo tẽporis spatio, testes ve-
ro non solũ multũ & cito, sed exquisite etiã confectum, quippe cum sincerissimã seminis habeant
qualitatem, quam etiam in omnes animalis partes q̃ citissime diffundunt. Neq; id mirum esse de-
bet, quando etiã, si quis paululum succi vel medici vel cyrenaici assumpserit, eius qualitatem & in
vrina & alijs humoribus prę se fert: id, quod ruta quoque, vel allium, vel huiusmodi reliqua face-
re consueuerunt: valide enim facultates sibi simili qualitate vniuersum corpus immutant. Qua ra
tione etiã minima particula humoris lethaliũ venenorum, quæ δηλητήρια appellant, vbi in anima
lis corpus ingressa fuerit, totum id momento temporis immutat, sibi q; simili affectione alterat.
Nec secus fit curatio, quæ per venenorũ remedia & antidota adhibetur, quę alexipharmaca nun-
B cupant, quæ contraria lethalibus alteratione totũ etiã ipsa corpus immutant: non sanè, quòd sub-
stantia ipsorum per totum penetret corpus (neque enim potest tã paucus succus tam breui tem-
pore corporis interdũ maximam molem replere) sed qualitatis diffusione: qualis & extra nos à So
lis fulgore in ambientem aerẽ, & in nobis tum à corde in arterias, tum à cerebro in neruos, fieri
cõspicitur. Quid igitur mirandũ, si quẽadmodũ sentiendi ac mouendi facultas à cerebro in ner-
uos, pulsandi à corde in arterias, diffunditur, ita quoq; à testibus in totum corpus vim quandã di-
spergi dicamus? quæ quidẽ in maribus robusti ac masculi habitus, in fœminis ipsius fœmineæ na
turæ in causa est: ac propterea efficitur, vt fœmina excisis testibus mari castrato similis euadat: aliæ
enim omnes partes eandem in vtrisque vim habent, hac vero, quæ eximia in vtroque erat, qua sci
licet & hic mas & illa fœmina efficiebatur, ablata, reliquum in vtrisque idem remansit, perinde, ac
si à principio neque mas neque fœmina vterq; eorũ extitisset, sed tertium quoddã, quod ab vtris-
que quidẽ differret, neutrũ tamen illorum esset. Sed quædam rursus cõmemoremus ex ijs, quæ sæ
pe alias domonstrauimus. Singula mẽbra è venis accommodatum sibi succũ trahunt: atque hoc
in excrementis quoque fit, sic enim demonstratum est & renes vrinam, & folliculum fellis bilem,
attrahere. Trahunt igitur etiam testes seminarium illum humorem, à vasorũ anfractibus ante ip-
C sis prępáratum: cuius deinde qualitate percepta, sua q; eodẽ tempore communicata, quod super-
uacaneũ est, in meatus seminales reponunt: hi postea id in coitibus foras excernunt. Vnde, si im-
moderatius quis libidini vacet, testes frequentius ex vasorum reuolutione semen trahentes, ipsa
penitus exinaniunt: &, si huiuscemodi animal dissecueris, in ipso humorem nullum serosum inue
nies: contra in ijs, qui venereis abstinent, & plurimum & crassissimum semen reperitur. Vellem
igitur, vt etiam tu, quisquis mea hæc scripta legis, saltẽ nunc veritatis cura habita, hæc, quæ dico,
examinares, neque id, aliud agendo, nam neq; ita inuenta sunt. Sed prius debes ad dissectiones ac-
cedere, ibi q; accurate admodũ spectare cùm omnia, quæ superius dixi, tum præcipue hæc, in quæ
modo oratio hæc nostra desijt, quòd in animali scilicet, quod fœminæ congressu abstinuerit, om-
nia seminis referta inueniantur, primum varicosus assistens, deinde vas seminale, tum superge-
minalis, tum totus testiculus, postremo etiam vasorũ reuolutio: Si vero quis assiduis coitibus se-
men totum euacuarit, in eo neque aliam quampiã partem, neque ipsum anfractum, habere semen
conspicies: quo in tempore testes ex superioribus venis, quicquid in ipsis serosi humoris contine-
tur, id omne attrahunt: est autem paucus admodum hic, & missione sanguinis irroratus, quo vide
licet etiam ipsas indigere ad alimentum demonstratum est. Hæ quidem venæ, cum à testibus, qui
D vehementiorem ipsis vim habent, eo violenter priuentur, à superioribus alijs etiam ipsæ, rursus su
periores illæ ab alijs, illæ à vicinis subinde trahunt, atque ita deinceps fit vsque, dũ in omnẽ cor-
poris partem trahendi hæc vicissitudo diffusa, omnibus animalis membris proprium alimentum
eripiat: attrahit enim subinde id, quod penitus exinanitum est, ab eo, quod plus habet, quasi vio-
lenter rapiens. Cũ igitur hoc semper fiat, & omnia tanquã in chorea sibi inuicem alimentum tra
dant, omnia animalis vasa & membra tantisper euacuari necesse est, quoad repleatur id, quod po
tentissimum est: atque hoc modo accidet, vt his temporibus omnes animalis partes non tam sero-
so humore, quã vitali etiam spiritu, priuentur: siquidem hic quoque ex arterijs vnà cum genitali
humiditate excernitur. Quare nihil mirandũ est, si ij, qui immoderatius coitu vtuntur, imbecillio-
res euadunt, cum & vniuersum corpus vtrorunque horum purissima parte fraudetur: & accedat
etiã voluptas, quę vel sola idonea est ad vitales vires dissoluẽdas, vt non nulli iam nimia voluptate
affecti interierint. Et hæc quidem obiter dicta sint, licet à proposita re minime sint aliena: nam
inter alia etiam hoc nihilo minus ab istis quæsitum est, quid sit, cur maxime dissolutum corpus red
dat coitus: multa que ad id respondent, quæ falsa omnia sunt, iccirco, quia principia prima igno
rarunt, quæ hoc necessario consequitur. Sed rursus ad propositum nostra redeat oratio, & di-
cat omnibus solidis animalis membris è semine, quemadmodum carneis omnibus è sangui-
ne, tam

A.l.1.f.1.d.5. c.1.9.f

ne,tam generationem q̃ nutritionẽ esse: vnũquodq; enim ea substãtia, qua primum genitum est, E
ali etiam perpetuo consueuit,quippe cum nutritio nihil aliud sit, q̃ continue effluentis substantiæ
redintegratio.Quæ igit̃ ex sanguine à principio cõstiterunt, adhuc vsq; renasci ac gigni possunt:
non possunt ea,quibus semẽ generationẽ præbuit, nisi alicubi vena aliqua atq; ea quidẽ perraro.

De Vasis Seminarijs,ac de Vsu Venæ Supergeminalis. CAP. 17.

SI addere orationi huic quicquam velim,minime fortasse necessarium erit: sed tamen, quia iam totam testium naturam explicauimus,non erit ab re,vt rursus de seminarijs vasis non nulla dicamus.Nam,si hæc,quo tempore venereis non vtitur animal, plena semine conspiciuntur, quærere forsan quispiam posset,qua ratione id fiat,trahant'ne genituram ipsa,an testes in ipsa per mediam supergeminalem eam emittant.Hæc sanè requirentibus ita respondendum est, vt dicamus vtroq; modo repletionem hanc existere: sed hæc naturalium facultatum ratio latius in proprio commentario fuit demonstrata: nunc ex ipsa tantum id,quod ad præsentem rem facit, sumẽdum est.Demonstratum enim est vnumquodq; membrum ad se accommodatum sibi alimentum attrahere: deinde,vbi ex eo,quicquid sibi necessarium est, perceperit,reliquum excernere: quod,cũ ipsi excrementum sit,alteri subsequenti alimentum efficitur. Atque hæc ad huiuscemodi quæsita responsio exhibeatur. Si vero quis rursus interroget,cuius causa à natura,quæ nihil temere agit, F supergeminalis addita sit, causa supradictorum instrumentorum respondebimus fuisse factam, testis,inquam,& seminalis meatus,& arteriæ & venæ,in quibus semen prius colligitur. Tuto.n. cum his coniungi testis non poterat, cum vehementissima contentio in semine emittendo fiat: neruosa siquidem est arteriȩ & venæ,'sicut etiam seminalium conceptaculorum, tunica: testes autem glandulosi & molles: vt facile ex valida intentione durum à molli abrumpendum esset,si imbecillibus ita nexibus fuisset appensum.Quocirca inuentum à natura est supergeminalis corpus non tam situ,quàm totius etiam substantiæ forma,medium: tanto enim seminario meatu & reuolutis ac capreolaribus vasis mollior,quanto testibus durior est: tanto rursus his neruosior, quanto illis carnosior.Neruosi igitur & duri cum molli & carnoso minime congrua coniũctio est,sed medium inter vtraq; accommodatum vtrisq; efficitur: tantum enim supergeminalis duritiæ adepta est, vt intenta à seminarijs vasis non rumpatur: tantum 'contra mollitudinis, vt apte substantiæ testiũ accõmodetur. Coniungunt igitur media hac ipsa testes seminarijs vasis: immo,si verũ dicere volumus, supergeminalis horum origo & radix est,quæ in se ex toto testiculo semen exhaurit.

A.l.1.f.i.d.5.c.1.9.g

GALENI DE SEMINE
LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Quæ superiore libro de marium semine,ac de instrumentis ad id deseruientibus inuestigauit, hic ad fœminas trahuntur.

Aduersus Herophylum,Aristotelem,& Athenæum: quod fœminæ semen emittant, & quòd Vsum id habeat ad fœtus generationem. CAP. 1.

SEqui videtur,vt de semine fœminȩ dicamus,quidquid hac superiore digressione omissum fuit: atq; hic quoq; principiũ ex dissectionũ euidẽtibus sumẽdum est. Annexi sunt testes vuluis, ex vtraq; parte alter, vasorũ reuolutionẽ excipientes similẽ,vt in maribus, nisi q; in eundẽ locum non protendit: non.n.opus erat fœminȩ,quemadmodum mari,extra,sed in ipsas vuluas semen emittere: vnde hæ quasi occurrẽtes seminali meatui oblõgos quosdã processus à lateribus exigunt,quibus semen excipiant. Atq; in animalibus, H cũ in venerẽ stimulant̃,seminalis meatus semine maxime plenus reperit̃,vacuus contra statim post coitum: non parua ẽt seminis copia in ijs interdũ conspicitur, quæ iandiu conceperunt,& grauidæ sunt,in quibus videre manifeste poteris in oblongis processibus, quæ .s. cornua appellant,humorem serosum crassum contineri: ad quem locum,vt supra dictum iam est, intestinalis membra allantoides nuncupata,crassior q; genitura applicatur. Atq; hic demirari eos conuenit, qui extra vuluam seminarij meatus orificium apertum esse dicunt. Sed, si voluero, quicquid vbiq; dicendum incidit,explicare,verendum est, ne huc totam genitalium membrorum dissectionem cogar transferre: si contra illud tantum,quod verum est, protulero, video me præsentem tractationem probatione sua esse fraudaturum. Quocirca ne vel supra modum producam orationem,vel id,quod dico,omni confirmatione destitutum relinquam,data facultate vnicuique requirendi,quicquid ex dissectiõe sibi à nobis ostẽdi voluerit,ea tm̃,quæ vera sunt,in præsentia cõ memorabo. Quàm plurimis sanè specilla leniter vtrinq; acuminata,q̃ dipyrena appellãt,ab exteriore parte in seminarios meatus immissa in interiorẽ traijci in caprarũ vuluis ostendi: &, si aïal bos

A vel asina vel equa fuisset, non hæc solum, sed triplo & quadruplo etiam crassiora, vel ligna buxea teretia & prælonga, vel specilla ad formam spathæ facta demitti ac traijci per vuluę cornua cernebantur, hocq; etiam, si nobis vita defungi contigerit, reliqui omnes amici ostendere adhuc poterunt, quippe cum minime difficilem, immo promptissimam ac facillimam ex omnibus, quæ in dissectione monstrantur, habeat administrationem. Sicut itaq; multi ex medicis reprehendendi sunt, ita Hippocrates, qui hæc primus inuenit, iure debet laudari. Inquit enim in principio libelli « de natura infantis ad hunc modum. ‖ Si genitura, quæ ab vtrisq; exijt, in vteris mulieris manserit, « primum quidem, cum mulier non quiescat, simul cõmiscetur, & cogitur, & calefacta crassescit. & reliqua deinceps, quibus eo in tractatu docet, quo pacto ex vtraq; genitura cõmista fœtuum generatio existat. Herophilus vero, nescio quo modo, fœminarum semen extra effundi affirmat: cũ tñ de testibus in tertio dissectionis volumine exacte admodum scripserit, in principio ita dicens: « Annexi vero sunt vuluæ ẽt testes à lateribus ex vtraq; parte, parum à mariũ testibus differentes. « Deinde subsequẽs non multo post hæc verba infert: Testes aũt fœminis, vtrisq; vuluæ humeris « annexi sunt, dextro, alter, alter sinistro, non vno scroto ambo, sed separatim vterque, tenui qua- « dam & membranea tunica circundati, parui, & leniter pressi, glãdulis persimiles, circundante qui- « B dem tunica neruosi, carne vero fragiles, perinde vt in maribus: equabus quidem etiam prægran- « des sunt. Vuluę autem eos annectunt tum membranæ non paruæ, tum vena & arteria, quæ à vul « ua in ipsos ingreditur: à vena enim & arteria in vtrunq; testem innectitur vena à vena, arteria ab « arteria. Seminalis porrò meatus vtrinq; non admodum apparet: qui ab exteriore parte vuluę in « hęret, alter à dextro latere, alter à sinistro, reuolutus q; est, quemadmodũ in maribus, priorem q; « partem reliquam q; omnem ferè, varicosam vsq; ad finem habet: qui ab vtroq; teste nõ secus, atq; « in maribus, ad carnosam ceruicis vesicę partem inseritur in anteriore parte tenuis & tortuosus, « qua coxarum ossa attingit, quo etiam desinit, introq; ab vtraq; parte ad cunnũ penetrat. Varicosus « assistens in fœmina minime inspectus est. Hæc Herophili oratio est, in qua quid mihi admirationem pariat, iam dicam. Cum de situ, magnitudine, & natura fœminæ testiũ exacta omnia scripserit, & ne id quidem prætermiserit, q; ad eos vena & arteria vtrinq; perueniat, sed vndequaq; absoluerit orationẽ: postea vero de seminario meatu, q; extrinsecus vtrinq; alter vuluis inhæreat, vera exposuerit, de eodẽ, cuius satis euidens magnitudo extat, q; non admodũ appareat, mentitur: atq; id multo magis facit, cum in ceruicem vesicæ non secus, atq; in maribus, inseri eum affirmat. Non modo enim in nullo fœminei sexus animali huiusmodi meatus ad ceruicem vesicæ inserun- C tur, sed ne ad ceruicem quidem vuluæ: quæ quãuis longe sit vicinior, q̃ vesicæ fundum, ad eam tñ vsq; pertingere minime videntur: sed à lateribus vuluarum annexi, alter hinc, alter inde, ad summum vterque sibi oppositum cornu pertendunt, atq; intro semen effundunt: quod quidem eo in loco in conceptu colligitur: in effusione vero, quæ in somnis fit, primum in vuluam, deinde foras ex ea egreditur: Quẽadmodum etiam nunc in muliere, quę vteralibus morbis vexabatur, in vuluam prius, deinde ex ea foras, & copiosissimum & crassissimum semen effluere visum est: quod, quia diu vidua permanserat, tam multum atq; huiusmodi collectum fuisse manifestum est: Sed tunc ipsam lumborum, manuum, & pedum distentiones quædam inuaserant vt conuulsa esse videretur, in quibus excretum est semẽ: dicebat q; se voluptate etiam simili affectam, qualis in coitu cõtingere consueuit. Atq; hoc quidem semen & crassum & copiosum propterea fuit, quod multo iã tempore nõ fuerat euacuatum: at in alijs & paucum & liquidum, quod effluit, apparet: sæpe ex interiore ipsarum vuluarum parte in eum locum exit, qua mingunt. Vnde Athæneo fides adhiberi nullo pacto debet, qui ait, sicut maribus papillas, ita fœminis seminalia membra fuisse constituta, vt sola similitudo ac conuenientia in prima membrorum formatione, non item functio, seruata fuerit: neq; videt & maribus præter paucos quosdam non esse in papillis glandulosa D corpora, quæ in fœminis maxima conspiciuntur, & fœminis plena semine non seminaria tantũ vasa reperiri, sed etiam testes. Qua ex causa fit, vt paucissimos mares inueniamus, quibus mammæ turgidæ sint, neq; eæ admodum multum: fœminis vero omnibus in seminarijs meatibus semen contineri videamus. Quẽadmodum itaq;, si in omnibus maribus mãmę lacte plenæ conspicerẽtur, non oporteret ratione indagare, an id esset, ita, cum in fœminis semẽ contineri videamus, an fœminæ semẽ excernant, quęrendum non est. Ne igitur amplius ab Hippocrate dissideãt, qui « in principio libri de natura infantis ita scripsit. Si genitura, q̃ ab vtrisq; exit in vteris mulieris, &c. sed quærant, cui vsui huiuscemodi fœmineũ semen esse possit. Põt enim, vt iam diximus in priore libro, natura ex eo intestinale inuolucrum constituere: potest quoq; alimentum ex eo virili semini accommodatũ & primum præparasse: potest item id, quod Hippocrati visum est, ex vtrisq; commistis vnum perfectum semen conflari: quæ quidem esse sanè possent, quanq̃, si non possent, illud certe, quòd fœmina in venerẽ incitatur, fieri vel maxime poterat. Iccirco longe melius erat, vt semẽ in fœminis quoq; esse, ex ijs, quæ euidẽter extãt, videremus: quã vero vim id habeat, ratione pscrutaremur. Quę quidẽ euidẽter extãt, & superius cõmemorauimus, & nunc ẽt repetemus. Meatus seminarij, qui semine pleni sunt, sine ẽt maris congressu in fœminis illud excernunt, tũ in somnis, pinde ac maribus consueuit: tum, vt superius de vidua muliere dictũ est, eis q; aĩalibus, in quibus

Idem libro. de genitura, non procul à fine.

quibus ad verticem intestinalis membranæ semen reperiebatur. Quę res Aristotelem & Athenæum præcipue arguit, eosq; etiã medicos, qui seminarios meatus cornibus vuluæ annexos quidem esse inquiunt, sed perforatos tamen à lateribus extrinsecus semen supra ipsas vuluas profundere. Quibus profecto, ꝙ verum dicant, fortasse aliquis concederet: liquidè ipso Lynceo acutius in tenuissimo foramine inspiciendo, suffusis vero obtusius in maximis quibusq; discernendis vident: cum penitus quęrere omittant, vnde illud, quod in vertice intestinalis mẽbranæ cernitur semen, collectum sit: quo modo item, quod effunditur supra vuluam, absumatur. Merito igitur huiusmodi homines reprehendẽdi sunt: nam ex duobus alterũ: vel difficultate animaduersa dedita opera tacuerunt, vel nullam oĩno quæstionem subesse existimarunt: dedita quidẽ opera tacere, minime probi: nihil aũt hac in re dignũ quæstione existimare, imperiti atq; ingenio tardi hoĩs est. Nunquid vero in hoc tantũmodo errant, an multo magis in cęteris? Cum.n. menstrua accõmodatã fœtui materiã, semen opificem, esse dicant: multumq; aduersus eos dilatent orationem, qui à toto corpore proficisci semen inquiunt, nescire q; eos ostendant, quis profectum semen disponat atq; excolat: atq; hunc ipsum esse seminis vim asserant, quę fœtũ ipsum contingat ac formet: mox horum omnium obliti non aduertunt se materiæ, vim huiusce modi concedere, quam paulo ante opifici attribuerant. Nam formantis officium esse, alterutro ex parentibus similem vel dissimilem fœtũ reddere, nemo est, qui nesciat: ipsi vero matri similem infantem ex alimento fieri affirmant: atq; hinc longius protracta oratione nituntur ostendere, q̃ magnę ex alimento alterationes & animalibus & plantis existant: neq; vident se nullam ex ijs, quas cõmemorant alterationes, talem posse ostendere, quæ speciem immutet. Nam persica arbor in Ægyptum translata formã minime immutasse conspicitur, sed bonum tantum alimentum nacta, ciui idoneum fructum, cum prius non esset, protulisse: neq; oues vnquam mutato pabulo, capris, quę prius eo vescebantur, similes euaserunt, neq; capræ ouibus, aut asinis, aut equis. In commistionibus quidem diuersi generis aĩaliũ fieri Athenæus ipse confitetur, vt fœtus à matre quiddam peculiare recipiat, non in colore tantum, aut tenuitate, aut crassitudine, aut clariore voce, & id genus cæteris, quæ parua sunt & solius materiæ, non etiam formæ animaliũ, affectiones: sed, quod à matre in his prouenit, tale esse ait, vt speciem quoq; totam immutet: si enim asini semen equa in vtero exceperit, fœtus nõ patris tantum, sed ex vtrisq; mistam speciem præ se ferre: si vulpem canis prægnantem reddiderit, quod nascitur, non canem, sed mistum ex vtroq; genere animal esse. Adde, ꝙ in septimo de semine libro idem Athenæus maius quid etiam videtur concedere (quod quo modo non aduertat, non video) plus à matre, q̃ à patre, habere natos affirmans, ab equa mulum, ab asina hinnum: simili modo ex vulpis & canis cõmistione fœtum, si canis mas fuerit, vulpis specie prędit um effici, si contra, in canis formam euadere: vt ex vulpe vulpes canina, è cane canis vulpinus generetur: nam, si ouem caper inierit, ouem duriori lanitio, si è contrario capram aries, capram molliori pilo gigni ait: vt nihilo minus natis, quantum ad formam spectat, conferri aliquid à matre, immo amplius etiam, quàm à patre, videatur. Verum non modo non amplius, sed ne minus quidem à matre conferri natis deberet, † quippe cum nihil omnino formam specialem vel animalis vel plãtæ possit immutare, sed omnia ex seminibus talem originem habeãt. Sed quid multis moror? fatetur etiam isti, ad quos præcipue mea hæc instituta est disputatio, illud, non solum videlicet materiæ ingenerari speciẽ, ex qua vel homo, vel quercus, vel platanus, vel hedera fit, verũ etiam formam ipsam à semine, quod materiam fingit, absolui: cuius propositum in formatione sit non tam figuram, quàm magnitudinem & situm vniuscuiusq; membri, mutuamq; omnium inter se connexionẽ construere. Vt igitur errores suos agnoscant, ex ijs, quæ ipsi statuunt, ratione conclusa ipsos ita interrogabimus. Natura'ne comparatum est, vt ea, quæ fœtum fingit vis, oculum, nasum, superciliũ, singulaq; alia mẽbra efficiat, materia vero nasum aduncum vel simum, oculum cæsium vel nigrum, exprimat: an eiusdem est facultatis, quæ nasum fabricat, statim etiam eundem vel aduncum vel simum vel rectum formare? nam Polycletus etiam, cum armigerum fingebat, nequaquam ipse nasum & oculum fabrefecit, eumq; postea luto rectum faciendum reliquit. Verũtamen, ne rationi huic nostrę quicquam deesse permittamus, alterutra responsione conficiatur: ac primũ faciamus nobis ipsos respondere, nasum ab opifice, rectum nasum à materia fieri: eodem modo oculum à formatrice facultate, oculum cæsium vel nigrum à materia: similiter quoq; de alijs singulis ipsa quidem à semine, huiusmodi vero aut illiusmodi à menstruo effici. At, si hoc concedemus, semper natum matri similem euadere necesse erit: similitudo enim ex membrorum formatione existit, non quantum ad cõmunem speciem, sed quantum ad differentias attinet, quæ speciei accidũt: quippe cum cõmunis species hominem, equum, bouem constituat, membrorum vero differentia ea sit, quæ aduncum aut simum facit, in quo similitudo & dissimilitudo omnis ad parentes cõsistit. Age vero statuamus rursus formationẽ huiusce modi è semine esse: at, si semen mas tantum effundit, nunquã similes matri nati ederẽtur. Quare vtrinq; absurda oratio euadit: nam, si à facultate, hoc est semine, similitudo fit, solis maribus similes filij erunt, matri vero nequaq̃: si cõtra materia, id est menstruum, similitudinis in causa est, nati, fœminarum omnes, marium nulli, effigiem referent: qui tñ alterutri similes cõspiciunt. Perperam igitur sumptionibus istos vti censendũ est: nam figurã argumentationis

† Ex græ. ad uerbum sic habet. omnino.n. nihil immutat forma speciei animalis aut plãtæ, sed et c. et uetus trãs. habet. omnino enim ex illo nõ permutatur forma in animalibus et in plãtis, sed et c.

A gumētationis ad colligendum idoneam, hoc est syllogisticā, ignorat nemo, qui vel parum demonstrationis disciplinam attigerit: quæ tamen vt manifestius adhuc etiam parum exercitatis pateat, rationem separatim vtranq; interrogabimus. Similitudines è semine existunt: semen è solo mare proficiscitur: hæc prior ratio est: Altera ita, similitudines ex menstruo existunt: menstruum è sola fœmina proficiscitur. Perspicuum itaq; iam est, si alterutrum verum statuatur, falsum secuturum esse, quicquid ex his conficietur: & nihil tamen tertium inueniri potest, sed ex menstruo & semine animalium generatio est: vnde nihil diuersum ab his requirere amplius debemus. Restat igitur, vt ex reliquis sumptionibus alteram minime veram esse dicamus. Vna erat, in qua menstruum solius matris: altera, in qua semen solius patris esse ponebatur: quare ex his alteram omnino falsam esse necesse est: at, quod solius matris sit menstruum, vel ex ipsorum horum sententia verum est: falsa itaq; erit ea, quæ solius patris semen esse ait. Siue autem semen dicamus, siue fœcundum semen, vtroq; vocabulo ratio conficietur: vt aduersus eos, qui nullo modo fœminam semen fundere autumant, semen absolute dicamus: aduersus eos vero, qui semen quidem emittere etiam fœminā aiunt, non tamen fœcundum id esse concedunt, fœcundum addamus. Atque hęc ad refellendam eorum opinionem satis sunt. Possumus tamen absq; vlla etiam confutatione directe demonstrationem facere, atq; id dupliciter, partim cum conditione, partim assertiue, id est hypothetice, & cathegorice: Cum conditione ita: si vtrisq; parentibus similes eduntur partus, ex cōmuni, quæ vtrisque inest causa, similes efficiuntur: sed vtrisque parentibus similes eduntur partus: ex communi igitur, quæ vtrisque inest causa, similes efficiuntur: Deinde iterum: si ex communi, quæ vtrisque inest causa, similes efficiuntur, vel ex seminis vel menstruorum substantia id fit: at menstruorum substantia communis minime est: ex semine igitur similes efficiuntur. Assertiue autem ita rationem colligemus: quoniam nati vtrisque parentibus similes sunt, commune cum vtrisque principium habent, quod ipsos similes reddit: similitudo siquidem ad parentes ex principio existit: Deinde ad hanc rationem, alteram hoc modo interrogabimus: vel ex semine parentibus similes nati euadunt, vel ex menstruo: sed ex menstruo minime fiunt: ex semine igitur: Huic postea tertiam subiungemus sic: si è semine similitudo existit, quia multi matribus quàm simillimi nascuntur, fœminam etiam semen emittere necesse est. Atq; hæc Athenæi atq; Aristotelis causa dicta sint, qui scientiæ effectricibus demonstrationibus & delectantur & student.

Cur Fœtus aliquando matribus, aliquando patribus assimilentur. CAP. 2.

SEd nos rursus per nosmetipsos videamus, quæ nam sit causa, cur species animalis ad matrem magis speciet: similitudo modo ad matrem, modo ad patrem. Nam, etiam si quàm maxime semen effundat fœmina, et fœcundum id sit, non dum tamen fœcundius maris semine ipsum esse est existimandum: vnde oportet vinci fœmineum semen, masculum vincere ac superius esse, vt & in specie & similitudine principatum obtineat. Ad cuius rei solutionem, quę mihi videantur dicenda, mox subiungam, ab ijs progressus, quæ tum ab Aristotele in secundo de partibus animalium, tum à nobis in primo de vsu partium demonstrata iam sunt. Moribus & facultatibus animæ idoneum corpus præparat natura: mores vero & facultates ex substantiæ temperatura habet, vnde ipsius prima generatio extitit: id, quod etiā ab Aristotele demonstratum est. Ex his ita positis conficitur, vt animalium species, generationi subiectas substantias sequantur, atq; vnumquodq; animal, vel bos vel equus vel homo vel quæpiā alia species euadat ex substantia ipsa, vnde genita est: natura vero eius sit facultas quædam, quæ substātiam eam mouet & fingit. Nihil intereit autem in præsentia, siue materiam siue substantiam appellauerimus: nam, cum substantia multis modis dicatur, vnum hoc eius quoque esse significatum perspicuum est, quo pro materia accipitur. In animalibus sane substantia, quę generationi subijcitur, menstruum solum est, vt Aristoteli placet: motionis vero principium ex semine accidit. Athenæus quoque, sicut Aristoteles, materiam ad animal generandum in menstruo: facultatem, quæ id mouet, in semine statuit. Continget igitur illis ex hisce dimidiā propositæ quęstionis partem satis dissolui reliqua dimidia adhuc in dubio relicta. Menstruo enim propria est species animalis, quippe cum in materia, ex qua animal fit, eam consistere ostenderimus: forma vero vniuscuiusq; speciei, vt prius etiam diximus, semper ex mare prouenit: ex quibus primum quidem quodam modo, non tamen penitus, verum est, secundum prorsus falsum. Nam, si tota species, materiæ generationis animalium propria est, verum est primum: si non tota, sed ei quædam etiam pars illius, quod vim & facultatem affert, immiscetur, falsum: quippe superius demonstratum est non totam animalis speciem iuxta matrem formari, sed maiorem quidem, partem à matre, non nihil vero etiam à patre habere. Quare videtur fieri omnino non posse, vt quæstio hæc perfecte soluatur, si Athenęi & Aristotelis positiones omnes seruentur. Consideremus igitur, quæ nam ex ipsis nobis immutanda sit. Priorem, quia euidentibus argumentis & à nobis in libris de vsu partium, & ab Aristotele, demonstrata est, immotam seruabimus: illas, si modo aliquid mouendum est, mutari conuenit, quæ ad menstruum & semen pertinent: nam neq; semen facultas tantum est, sed materia etiam quædam, neque menstruum materia solummodo, sed etiam facultas. Semen quidem ad materiale quoq; principium vel maxime conferre in priori libro declaratum est: in menstruo vim & facultatem inesse, in hoc ostendetur, si tantum ea,

tum ea, quæ in priori dicta de seminis generatione sunt, repetiuerimus, cum semen diceremus nihil aliud esse, quàm sanguinem à venis, quę ipsum cõtinent, exquisite confectum: hac enim ratione non solum sanguis, sed semen quoq; potestate materia fœtus euadet: ad quod concedendum Athenæus etiam, cum quærit, quo modo matri similis natus reddatur, deuenire coactus est, vere id quidẽ, sed parum constanter asserens, vt postea mõstrabo: nũc aũt ad rẽ veniendum. Illud quidẽ tã à nobis, quàm ab illis, conceditur, ex materia & facultate vnumquodq; animal gigni: illud vero, quòd & in semine & menstruo vtraq; hæc principia habeãtur, nõ tamen æquis viribus in vtroque, sed in semine effectiuum principium validissimum sit, materiale paucissimũ: in sanguine cõtra, quod ad materiam spectat, plurimum, quod ad vim & facultatem, imbecillissimũ reperiatur, illi, nescio quo modo, ignorauerũt: nos autẽ id in præsentia præterire minime debemus, ea, q̃ iã demonstrata sunt, in memoriam reducẽtes. Nam, si materiale fœtus principium, ex quo speciem animalis effici ostendimus, in menstruo solummodo esset, natus exquisite speciem matris redderet: ita quoq;, si effectiuum tãtum in semine esset, filius patri prorsus similis nasceretur. Quoniam vero non ita est, sed vtrunque in alterutro quidem reperitur, in menstruo tamen materia, in semine vis & facultas principatũ obtinet, merito euenit, puto, vt, quãuis semen ad materiale principiũ ẽt faciat, species animalis matrem magis, quàm patrem, repræsentet, similitudo non tam matrem, quàm patrem. Licet enim, quãtum ad vim seminis, proles semper patri similis nasci debere videatur, fœminea tamen genitura, quę ad robur etiam ipsa & firmitatem confert, vim & facultatem menstrui sibi adiũgit: quę nouem mensium spatio assidens tanto inualescit & superat, quanto in primo congressu à maris semine superabatur: quippe cum fœmineo semini consentaneum sit, vt suam substantiam & facultatem potius, quàm maris, augeat & confirmet.

Aduersus Empedoclem, qui diuulsas fœtus partes in maris & fœminæ seminibus inesse opinatus est. CAP. 3.

QVoniam vero satis de his etiam definitum est, locus iam exigere videtur, vt quæstionẽ illam excutere aggrediamur, quę ab ijs, qui fœminam vel omnino nullum, vel certe non fœcundum semen, spargere opinantur, quasi inexplicabilis proponi consueuit. Nam, si concedatur, inquiũt, fœminam non tam materiæ, quàm facultatis, principium esse, superuacaneus mas est: atque hic non nulli auium earum exemplo vtuntur, quæ sine vlla maris commistione subuentanea & zephyria, quæ appellantur, oua pariunt. Empedocles quidem diuulsa esse sobolis membra aiebat, vt in fœminæ alia, alia in maris semine continerentur: atque inde oriri animalibus venerei complexus appetentiam, dum partes illæ inter se distractæ coniungi atque vniri concupiscunt. Cuius sanè absurda oratio est: primum, quòd vnicuique parti, tanquam animali, insitum vnionis & mistionis ad totius animalis absolutionem appetitum statuit: deinde, quòd non aduertit miscellaneam se ac confusionem vtrorunque seminum concedere, nihil'que similare hac ratione, id quod tamen apparet, relinquere: hoc modo enim semen omnia in se habebit, componetur'que ex omnibus animalis partibus, hoc est arteria, vena, neruo, osse, copula, carne, singulis'que alijs, inordinate ita inter se congestis: quæ profecto omnia, si ex ipsis constitui animal debet, quadam alia facultate indigent, quæ suo quid'que ordine conuenienter disponat. Quid igitur hoc erit? neque enim id esse potest, vt quidam dicunt, q; simile ad sibi simile natura feratur: nam, si ita esset, omnibus osseis partibus in vnum confluentibus vnum tantum os magnum, vna item chartilago, vna arteria, vnus neruus, & vnumquodque demum aliud vnum in fœtu reperiretur. Vnde aliud tertium statuere opus est, quod in vtroque semine dispersas partes in ordinem disponat. Quocirca vel tertium semen, quærendum est, cui hanc facultatem ascribamus, vel contineri eam in primis seminibus est existimandum. Adde, quòd Empedoclis hæc opinio longe absurdior etiam euadit, quippe qui, quo'nam modo augeri postea fœtus queat, minime intelligit: nam, cum primę arteriæ, & venæ, ossa, nerui, chartilagines, copulæ, membranæ, & carnes, huiusmodi omnia minima necessario sint, vt'que augeantur, debeat, quod affingitur, simile omnino esse, vnde id habebimus? nihil sanè aliud coalescenti fœtui influere videmus nisi menstruum: at id sanguis solus est, neruis, venis, arterijs, ossibus, reliquis'que omnibus partibus minime compositus. Quòd, si alterato atque immutato menstruo vnamquanque ex his partibus effici dicamus, in semine artifex, qui has efficiat, statuẽdus est: quem cum initio quoque habeamus, absurde diuulsas animalis partes comminiscimur. Nam quo modo quæso hæc diuulsio est? nunquid ossis capitis, vertebræ item vniuscuiusq;, similiter brachij & cubiti, cæterorumq; omnium singulorum, vtræq; partes formatę, altera in altero semine, separatim inueniuntur: an omnium ossium alterutrum semen informem ac confusam substantiam continet, ex qua deinde alius aliquis opifex singula ossa fingat ac formet, alius inter se connectat ac construat, perinde, atque è luto lateres fingit laterifex, faber murarius construit? At hęc omnia cum in alijs singulis instrumentarijs partibus, tum in genitalibus pręcipue admitti nullo modo possunt. Nam vel in vtroque semine partes instrumentariæ & marium & fœminarum, vel in fœmineo fœminarum, in virili marium, continentur: vtro modo id fit, ex commistione vtrorunque formationem fœtus existere omnino fatendum

est, vt

A est, vt nobis omnes nati tali specie nascantur, quali fictores eos, qui Hermaphroditi vocantur, fingere consueuerunt, qui vtraq; membra genitalia, tam maris, quàm fœminę, integra habēt: quod, si alterum ex his pereat, & crus & brachium & quodlibet aliud membrum pereat, necesse est. Ita Empedoclis opinio multis modis absurda euadit: remanetq; adhuc in dubio q̄stio illa à principio proposita, cur, si fœminę semen inest, mas procreatus sit: & sola fœmina per se gignere non possit.

De Vsu Seminis Muliebris aduersus Athenæum, Aristotelem, & Empedoclem. CAP. 4.

QVæ sanè quæstio licet in priore libro facultate à nobis explicata iam sit, nunc tamen nihilo minus etiam dicetur. Neque enim Athenæus, neque Aristoteles, neque alius quispiam, vel medicus vel philosophus eius solutionē potuit expedire: sed pleriq; in eam absurditatem inciderunt, qua illi inuoluuntur, qui propterea, quòd, quo modo fiat motus, ignorant, eū nullum esse omnino affirmant: vt Empedocles maiorem, quam Athenæus & Aristoteles, in hoc laudem mereatur, quòd seruata re, quæ extat, causam deinde eius indagauit. Nam, si tollere volemus ea, in quibus causa probabilis nobis deficit, opus erit, vt & videre, & audire, & sentire omnino, & reminisci, & somnia per quietem cernere, prorsus negemus, quippe cum singulis his abstru B sa causa sit, vnde existant. Fœminam itaque semen habere sensibus credendum est, vt superius diximus: non autem ratione veritas rei, quæ extat, labefactanda: Sed, quæ'nam causa sit, cur vel, licet fœmina semen emittat, mas tamen etiam genitus fuerit: vel mare facto in fœmina quoque semen conseruarit natura, perscrutandum est: quod icciro factum esse constat, quia melius erat, vt fœminę ad prolis in vtero generationem excrementum suppeteret. Athenæus vero in contrarium ratione vsus est: propterea enim non esse in fœmina seminale excrementum asserit, quia est sanguineum: quippe cum in ea duo excremena non debeant concedi. Addit interdum etiam illud, non posse fieri inquiens, vt vnum & idem animal vtraque principia ad fœtum procreandum, materiam scilicet & facultatem, in se habeat: quod tamen postea, nescio quo modo, non sibi constans idem concedit, dum in plantis non distincta esse ait hæc principia, sed vtraque in illis & materiæ, & facultatis seu virtutis, requiri fatetur. Aristoteles autem adhuc etiam magis, in quibusdam animalibus visa esse omnia concipere asserit, nihil'que in eis secerni, sed omnia esse vnita. Quare in hoc videntur isti non alienum reprehensorem expectare, sed ipsi ab Adrastea superati se ipsos refellere. Nos vero hoc, in quo isti hæsitant, in superiore libro solutum iam esse dicimus. Primum enim, nisi habuisset & testes & semen fœmina, ne appetere quidem coitum C potuisset: atque hoc non verisimilibus rationibus, quibus isti vtuntur, sed scientiam inducentibus & demonstratiuis confirmatum fuisse asseueramus. Satis'que habuimus in testimonium adducere testium exectiones, quæ apud multas nationes fieri in suibus fœminis consueuere: quæ sanè, vbi exectæ sunt, non amplius, quemadmodum prius, apris se subijciunt, sed omnis venerei congressus obliuiscuntur. Deinde alium fœminæi seminis, neque paruum illum quidem, vsum tibi possem ostendere, si in dissectis animalibus inspicere velles membranam, quæ intestinalis appellatur, ex seminarijs vasis dependentem, quam ex fœmineo semine ortam esse diximus: animaduerteres enim statim nullo modo fieri potuisse, vt omnes vteri partes virili semine oblinerentur: quippe cum id recta eiaculatione per vteri ceruicem in fundum proximas'que partes delatum, reflecti in latera vsque ad eius cornua nullo pacto queat. Atque hic est non paruus vsus, quem fœtui fœmineum semen præstat: quod, cum humidius frigidius'que sit, est quasi quoddam alimentum virili semini crassiori ac calidiori accomodatum. Ne igitur fieri non posse dicamus, vt vtrunque excrementum colligat fœmina: id enim colligere ipsam euidenter patet: &, quæ euidenter patent, fieri posse confitendum est: neque enim, quę re vera extant, ea fieri non posse dicendum est: sed ratio, quę ea refutare nititur, quippe cum euidentibus aduer D setur, absurda est existimanda. Ne igitur frustra genitum esse dicamus fœminæ semen. Melius quippe illis erat paululum immutata oratione affirmare, fieri non posse, vt fœminæ & sanguineum excrementum & semen fœcundum habeant: siquidem ex temperatura earum frigida efficitur, vt excrementitium illum sanguinem colligant: ad seminis vero exacte concocti generationem valido calore opus est. Humidior quidem fœmina & frigidior, calidior & siccior mas apparet: non immerito igitur illa in exacte conficiendo semine deficit: hic sanguineum excrementum, quippe quòd totum à caliditate & siccitate consumptum exhalet, nullum habet. Hinc est, quòd animalia omnia, quæ sicciore temperatura sunt, vt aues pleræque, & pisces etiam non pauci, oua gignere sine maris concubitu solent: quanquam deest semper aliquid etiam his ad perfectionem, nisi masculi caloris vigor accesserit. Non sanè quidem fieri non potest, vt talem animalis temperaturam excogitemus, quæ absque alterius congressu imperfectam sobolem gignere valeat: difficillimum tamen profecto est, ac fortasse nullo modo esse potest, vt animal aliquod in se integrum fœtum sine maris coitu concipiat: multo enim tempore ali huiuscemodi fœtus debet: hoc vero fieri, nisi multus fœminæ excrementitius humor supersit, minime potest: at fœmina excrementis non abundabit, nisi multo & frigidior & humidior temperatura sit. Sed, si ea talis sit, semen neque ita copiosum, vt opus est, neque lentum, neque

calidum,neque crassum,atque iccirco neque fœcundum,gignere poterit: nam superiore in libro ta E le esse oportere fœcundum semen ostendimus,simul enim,atque coniectum in vterum fuerit, alia substantiæ eius pars in mēbranā concrescere,alia in vasa produci,alia pulsui habilis euadere statim debet. Demonstratum igitur iam est in animalibus,quæ in vtero fœtum sibi similem formant,fœminæ humiditatem & frigiditatem esse necessariam: quo enim loco plantis terra, eodem huiusce-modi animalibus mater est,quæ irrigando assidue alimentum suppeditat, donec totum absolutū animal reddatur. Horū aūt causam alimenti diuersitas affert: siquidem plantis terræ succus: anima libus fructus,herbæ,lac,aliorumq; animalium carnes alimentum præstant: simili modo plantarū semina terræ succo satis habent: animalium vero,cum neque comedere, neq; bibere fœtus in vtēro possit,ex materia,quæ in venis matris est,insitum alimentum requirunt. Necesse igitur fuit,vt, quemadmodum plantarum semen terræ,ita animalia corpori matris inclusa cohærerent.

De triplici Similitudine in fœtibus generis,formæ,& sexus,ac de singularum causis. CAP. 5.

SEd hic de partium natorum similitudine cum parentibus non parua suboritur dubitatio. Nā, si ex semine,quod præualet, similitudo existit,omnes nati ipsius partes alteri tantum parenti, F cuius scilicet semen præualuerit, similes euadent, quod tamen nequaquam euenire conspicitur. At,si fieri potest,vt in aliquas partes maris,in aliquas fœminæ,motio vim obtineat, semen similare non erit,cuiusmodi esse magis,quàm quippiam aliud, manifestum est: atque inter nos & Aristotelem & Athenæum etiam constat, qui id ex sanguinis concoctione, non ex omnium animalis partium colliquatione,gigni affirmant: quanquam,licet similare sit, & virile cum fœmineo in vteris misceatur,nihil obstat,quin in fœtuum formatione alterum alteri, in diuersis tamen partibus,præualere possit: quemadmodum in priori libro demonstratum est ex velamentis, quæ fœtum inuoluunt, intestinalem tunicam ex solo fœmineo semine procreari. Fieri etiam potestq́, vt semen,quamuis similarem naturam habeat, eiusmodi tamen sit, vt omnia ex omnibus eius partibus animalis membra fabricari queant: in eo tamen differentia est, quòd illa seminis pars, quæ primo excidit,crassior,quæ secunda vel tertia eiaculatione emittitur, tenuior & frigidior & imbecillior est, substantiæq; insiti caloris minus particeps: quemadmodum è contrario, quæ primo exit,viribus calore & spiritu longe præcellit: cui scilicet contrarijs qualitatibus præditum esse conuenit,quod secunda vel tertia vel quarta emissione profunditur. Atque ita fit, vt in commistione in quibusdam partibus maris, in quibusdam fœminæ, semen præualeat, &, qua præualuerit, ea G pars fœtus ei, cuius semen præualet,similis euadat: quippe cum in omni materiæ particula opifex vis insit,non separatim alibi id, quod mouet,alibi quod mouetur,sed idem sit, quod mouet ac fingit atque etiam attrahendo, (vt superius dictum est) à prægnantis venis alimentum fœtum ipsum auget. Minime igitur mirum esse debet,si soboles vtrisque parentibus similis diuersis in partibus efficitur. Nunquid igitur de genitalibus membris eadem ratio afferri potest, cur aliud fiat mas,aliud fœmina, & toto corpore mas à fœmina non in hominum tantum, sed vniuersorum animalium,genere differat? sed quis adeo perspicax est,vt,si ex longinquo taurum aspexerit, continuo prius,quàm genitales partes exploret, marem esse cognoscat? Nam, sicut leonem à leæna, gallum à gallina,capram ab hirco, ouem ab ariete, ita virum à muliere facile discernimus: neque opus est,vt prius vestes exuamus,quo differētiam membrorum speculemur,sed indutos & opertos satis agnoscimus,cum & toto corpore inter se discrepent & partes, quæ post genitæ nuncupantur,aliæ nullæ sint fœminis, aliæ diuersæ conspiciantur: barbæ enim, cristæ,calcaria, dentes exerti,marium animalium partes sunt: cerui etiam longa cornua habent,vt in his quoque fœminæ à maribus superentur. Discrepant item fœminæ à maribus in eo, quòd læuiores hæ, illi hirsutiores sunt: hæ mollioribus pilis,illi durioribus integuntur: hæ latiores clunes, illi latiora habent H pectora: alijsq; multis differentijs distāt.Quare nō absurde videri possit Stratonicus physicus existimasse fœminam ex fœminæ, marem ex maris, semine inualescente procreari: quamuis ille venis etiam & arterijs perinde, ac genitalibus membris, eos differre opinatus fuerit, id, quod ex dissectionis imperitia illi euenit: in maribus enim & fœminis non numerus tantum venarum & arteriarum, sed forma etiam,& positura, in toto corpore eadem conspicitur: sed in hoc longe errasse Stratonicum existimandum est. Quòd vero marem putarit gigni, cum maris, fœminam, cum fœminæ, semen præualet, illud quidem satis probabile fuit: nisi quòd illud aduersatur, quod sæpenumero euenit, vt fœminæ patri,mares matri, quàm simillimi nascantur. Vnde melius fortasse erit, si dicamus non absolute ex seminis prædominio, sed ex diuersarum partium præeminentia, marem & fœminam procreari. Sed huic etiam opinioni illud repugnat,quòd non in membris genitalibus solummodo, verum in vniuerso etiam corpore differentia est. Inuestiganda igitur videtur causa, cur infans, licet mas nascatur, matri tamen quàm simillimus interdum fiat. In superiore quidem libro duplex natorum ad parentes posita fuit similitudo, prima ex totius substantiæ specie,cum homo ex homine, equus ex equo procreatur,atque huius maiorem partem mater videtur exhibere: altera ex differentia eorum,quæ eadem specie sunt,vt hominis ad hominem,

A minem, equi ad equum, in qua feminis prædominium vim obtinere demonstratum est: sed nunc alia tertia inuenta est similitudo præter priores, in qua maris ad marem, fœminæ ad fœminam, diuersitas consideratur: de qua, quo modo existat, in præsentia quæstio excutienda proposita est. Neq; enim dici potest eam fieri, vel cum in genitalibus membris prædominium extiterit, nam toto etiam corpore mas à fœmina differt: vel cum alterum semen prorsus præualet, multi siquidem filij mares matri, fœminæ patri, similes euadunt. Quæ igitur alia præter has causa est? mihi quidem vna sola videtur superesse, quæ scilicet effectricium qualitatum temperaturarum consequitur: ita autem caliditatem & frigiditatem appellare consueui. Videndũ itaq;, an fieri possit, vt ex harum alternata vicissitudine interdum mas, interdum fœmina, procreetur. Nam vel in ipsis fœtibus, dũ adhuc in vtero sunt, mas apparet non modo calidior, verũ etiã siccior fœmina, statim inter initia esse: omnes siquidem affirmant, qui huic contemplationi studuerunt, non Hippocrates tñ, marem breuiori tẽpore, fœminam longiori, in vtero fingi ac formari: id quod tã in abortibus, quã in prægnantium animalium dissectionibus, animaduersum fuit. Vtrum igitur humidius ac frigidius putandum est, quod cito vniuscuiusque membri speciem exprimit, ossis, nerui, arteriæ, ac sigillatim omnium aliorũ, an quod diutius geniture & sanguinis formam seruat? an perspicuum illud est caliditate & siccitate fieri, vt ossa citius concrescant, nerui citius extendantur, arteriæ & venæ citius fistulentur, ac cætera demum omnia membra formentur? Nam, sicut liquidum lutũ impressionem ac fictionẽ vllam non admittit, mediocriter autẽ induratum admittit, ita primæ ac recenti fœturæ accidit, quæ lacti recenter coagulato similis est: ac, quemadmodũ illud casearij nondum formare aggrediuntur prius, q̃ satis idonea coagulatione concreuerit, eodem modo animal natura non antea fingere conatur, quàm cõuenientem duritiem adeptũ sit: neque enim, etiam si conaretur, quicquã efficeret, cũ materia nondum firma subiaceat, sed instabilis adhuc & tremula subterfugiat: fictor quoque lutũ vel ceram non adhuc liquidam, sed quæ mediocriter induruerit, formandam sumit. Quod celerius igitur formatur, esse siccius patet: arterias præterea, & venas, & thoracẽ, & (vt semel dicam) oẽs mẽbrorum inanitates latas habet, quod inflatione multa præditum est: multus siquidem spiritus calidus, idoneus magis natura est ad hęc efficienda: vnde hæc tum arterias maiores validius q; pulsantes, tum vniuersum corpus robustum ac promptũ ad motiones omnes habere consueuerunt. Quæ omnia satis manifesta indicia esse possunt prædominantis caloris in fœtibus non modo in lucem editis, verũ etiam dum adhuc in vtero fœtificantur. Hinc fit, vt in dextris vuluæ loculis mares concipi cernantur (licet aliquando etiam fœmina hac in parte visa sit, quod tamen raro contingit,) quemadmodũ mas in sinistra. Ita etiam ex testibus quibus crassior dexter est, &, dum hircire incipiunt, prior inflatur, ij mares procreant: quibus est gracilior, posterior q; intumescit, ij fœminas gignunt. De his autẽ in quinto libro de dissectione Hippocratis, cuius hæc inuentio est, latius explicauimus: nunc inde hoc tantũ sumpsisse satis sit, quòd, si dextræ partes sinistris sunt calidiores, quemadmodum sunt, hoc sanè marem calidiorem esse indicabit: sicciorem quoq; esse demonstratum est: calidior enim & siccior est. Sed marẽ quidem huiusmodi esse inter oẽs constat, qui modo de tẽperaturis aliquid tractarunt: q̧ item ad huiusmodi temperaturam functionum vires sequantur, illud etiam concessum est: cur vero, qui tali tẽperatura est fœtus, testes foris appensos & super ipsos prominens mẽbrum habeat, vulua autem penitus careat: qui vero humidior & frigidior est, ei intus & testes & vulua & totũ etiam pudendum retractum sit, hoc in pręsenti dissertatione propositum fuerat considerandum. Ad cuius quæstionis inuentionem mihi videtur quoddam ex dissectionis euidentibus nos esse inducturum: id autem est genitalium mẽbrorum maris & fœminæ conuenientia. Biformis .n. cũ sit mulierum vulua, siquis eam duobus his modis affici, mente ac cogitatione conciperet, vt & extra abdominis mẽbranam exiret, & inuerteretur sic, vt, quæ foris nunc sunt, introcluderentur, quæq; intus nunc latent, foris extarent, testes in scroto proculdubio apparerent, vuluæ vase in scrotum, abdominis mẽbrana in elytroide.i.vaginalem tunicam mutata, testibus vero ipsis non extra vuluã, queadmodũ nunc cernuntur, sed intro reuolutis. Nam, & quod suspendiculũ appellatur (est autẽ vtrinq; alterũ ab ilium musculis) similiter ad vuluam pertinere conspicitur per mẽbranæ abdominis foramina: quod quidẽ eodẽ mõ in maribus arterijs & venis de superiori parte deorsum, seminarijs vasis ab inferiori sursum, via efficitur: fœminis vero intra abdominis membranam situm est à musculo dependens, atq; ad vuluam ex vtraq; parte, dextra & sinistra, transmittitur: vt etiam in hoc cum mariũ suspendiculis conueniat. Iam vuluarum ceruix, cum intus quoq; ipsa in fœminis collocata sit, foras educta efficit in maribus ipsum virorũ penẽ: queadmodum mariũ pręputiũ muliebrem cunnum in fœminis efficit: nam, sicut hic ceruicis ac gulę ipsius vuluæ, ita pręputium in maribus virilis penis operculum quoddam est, cum sit supergenita quædam pellicula intus concaua: licet multo amplior in fœminis, quàm in maribus, conspiciatur. Omnia igitur genitalia membra eadem esse in maribus & fœminis videntur: nisi quatenus differunt, vel situ, q̧ hæc intra, illa extra abdominis membranam collocata sunt: vel magnitudine, quemadmodum de præputio & testibus modo dicebamus. Nam &, quæ testibus alimentum præstant vasa, ab ijsdem & venis & arterijs proficiscuntur: simili modo etiam, quæ ad penem & præputium in maribus tendunt

Hipp. 1. de diæta vers. finem.

de Natu. pueri ante medium. de Septim. par. versus finem. 1. de Morb. mulieb. circa med. 2. epid sect. 3. versus finẽ. Et 6. Epid sect. 7. ante medium.

6. Epid. sect. 4. tex. 2 7. 3. 186. h Et. 2. Epid sect. 6. in medio. Et 6. Epid sect. 2. t. 44. 169. a

A. l. 3. f. 21. t. 1. c. 1. 380. a

illis respondent, quæ ad collum vteri & cunnum in mulieribus pertingunt: initia item vasorum E vuluis alimentum deferentium eadem sunt cum ijs, quæ virile scrotum alunt: neque in origine neruorum discrepantia vlla in vtrisque reperitur, sed ab ijsdem spinæ dorsi locis, tam in maribus quàm in fœminis, promanant. Omnia igitur, quę genitalia vtriusque sexus membra constituunt, eadem esse constat, neque vlla in re prorsus vel marem fœmina, vel fœminam mare, amplius habere, sed in eo tantum differre, quòd huic intus, illi foris, membra eadem sunt. Quocirca maris generationem ita mihi optime cognoscere posse videreris, si in animalis fœtificatione animaduerteres membra genitalia primo intra abdominis membranam describi ac quasi delineari, deinde foras emergere. Hoc autē modo solere naturam huiuscemodi partes fabricare, nec vllo alio, cū multa esse tibi argumento possent, tum illud præcipue, quod in recens editis in lucem animalibus conspicitur: dentes enim ijs intus in gingiuis adhuc latent: oculi item in plerisque adhuc clausi, in non nullis ne distincti quidem apparent: quæ omnia in abortuū obseruatione exacte perspicies. In prægnantium quoque dissectionibus cum alia, tum huiuscemodi horum membrorum generationem reperies: quanquam homini naturæ speculationibus exercitato satis erit hęc, quæ mox subijciam, considerare. Ad membrorum fabricam, eorum pręsertim, quæ sinus aliquos & ventriculos habent, instrumentis vtitur natura aere & igne: quippe cum & ampliare, & distendere, & pro F ducere, & exiccare, & corroborare corpora, horum opus sit: nam, si foras expirauerint, materia destituetur. Cum igitur aliquam ex his partibus fingit natura, totum prius exteriorem circuitum, ceu septum validum, firmare consueuit: deinde, vbi formæ delineatio expressa intus fuerit, vniuersi spiritus impetu vsa, simul & foras membrum formatum protrudit, & obductum septum perrumpit. Quod, si in hac extrema functione languerit, membrum, quod fiebat, inchoatum relinquit: id, quod in toto talparum genere euenire conspicimus, quibus designati intus oculi foras emergere non potuerunt, earum natura imbecilla in hoc effecta, vt, quod proposuerat, absoluere opus nequiuerit. Quòd vero animalia imperfecta, tum in partibus tum in vniuerso interdum corpore, efficiantur, satis ab Aristotele demonstratum est. Oculorum autem, quando in horum mentionem incidimus, natura in quibusdā animalibus adeo perfecta atque efficax est, vt nihil eis desit, sed statim, vbi edita in lucem sunt, perinde, atque adulta, videant: in quibusdā palpebræ aperiuntur, longiore q; tēporis mora indigent, vt exacte fungi officio suo possint. Iam vero canes vel prouerbiū ait cæcos præ festinatione catulos parere: quamuis imperfectos potius, si proprie loqui velis, quàm cæcos, huiusmodi recens natos catellos dixeris, cum paucissimis post diebus sint inspecturi: at talpas cæcas re vera & esse & gigni dicendum est. magis vero etiam, G quàm talpæ, pleraque ostrearū genera oculis carent: vermibus autem nulli prorsus quibusdam oculi, quibusdam solū ipsorum obscurum vestigium inest. Atque ita fit, vt quasi gradus quosdā habere natura videatur, primū, cum parum à plantis recedens, tactu, hoc est vno tantū sensu, prædictum animal fingit: secundum, cum gustatum: tertium, cum olfactum adiungit: quarto gradu postmodum progressa auditum: quinto visum addit: postea horum ipsorum eas, quas modo dixi, differentias facit. Nihil igitur mirum sit, si, queamdmodum talpæ oculi exprimi intus incepti, foras à natura propelli non potuerunt, ita membra genitalia, fœminis intus formata in exteriorem partem nequiuerunt emergere, ob imbecilliorem videlicet ac imperfectiorem fœminæ naturam: vt Aristoteles etiam inquit. In eo tamen talpis perfectior fœminea natura euasit, quòd talpę nullam ex cæcitate vtilitatem consequuntur: fœminæ non parum hac membrorum suorum imperfecta fabrica ad generis successionem conferunt: quippe cum humidiores ac frigidiores excrementa ad fœtuum educationem accommodata alere deberent. Age vero totam ipsarū paucis capitibus explicemus naturam. Cū primæ fœturæ constitutio humidior & frigidior extiterit, & principiū formationis serius est, & finis adeo tardus atque imbecillis subsequitur, vt mēbra genitalia foras protrudere non valeat: vnde effectum est, vt hęc, cum in ipsis vtpote extremis H in formatione partibus natura defecerit, infirmissima omniū euaserint. Alibi autem à nobis demonstratum est, quicquid ex alimento, siue bono siue malo, superuacaneum est, id à validioribus membris ad infirmiora solere depelli: vnde fœminę, quia imbecillius animal est, excrementa multa abundare: quia vero omnium infirmissimas genitales partes habet, in eas redundantem sanguinem ferri: qui quidem fœminis ante, quàm concipiant, fiat expurgatio salubris, vbi iā concepere, alimentum fœtibus accommodatum euadat. Hæc dicta iam sunt: & illud itē planum factum est, in calidiore & sicciore fœtus temperatura marem, in frigidiore & humidiore fœminam procreari. Speciem vero seu genus animalis (vtroque enim modo hominem, equum, bouem, appellare possumus,) sequi ostendimus naturam subiectæ ad animal generandum materiæ: quemadmodum ad alterutrum parentem formæ similitudinem ex fictrice ac formatrice facultate, quæ in semine continetur, existere. Vt trium similitudinum tria principia habeamus: generis animalis, ex substantia, vnde fit: formæ, ex seminis motione: maris vel fœminæ, ex vtrorunq; principiorum temperatura: principia vtraq;, semen & menstruum sanguinē dico. Atq; hæc quidem sufficere mihi videntur: nam, ꝙ parentibus assimilentur aliqui ex seminis tam patris q̄ matris ratione, ex antedictis perspicuum est.

De vsu

A *De vsu Astitum glandulosorum, quem veteres ignorarunt.* CAP. 6.

NVnc de glandulosis assistentibus seu astitibus consideremus, quos dissectionis imperiti ne prorsus quidem cognoscunt: periti vero quasi vno ore omnes semen dixerunt continere: quorum sanè & multitudinem & opinionem licet verear, quid sentiam tamen in hoc quoque, sicut de testibus feci, dicendum mihi esse duco. Quid nam, si seminis sunt conceptacula hi assistentes, exectis testibus animal coeundi cupiditatem penitus amittit? debebat enim illis exectis animal coire adhuc, licet ob tenuitatem serositatem'que seminis, quod in ipsis inest, non gigneret: id, quod euenire nequaquam videmus. Atqui fieri nullo modo potest, vt instrumenta seminandi aliquis habeat, vsum non habeat: omnium enim instrumentorum corporis insitas natura animalibus facultates ita dedit, vt sine vlla disciplina illis ad proprias functiones vterentur. Atque hoc & à nobis in libro de vsu partium, & ab Aristotele prius, alijs q; multis, tam philosophis, quam medicis, demonstratum fuit. Vnde, quia cum his ipsis mihi in præsentia disputatio est, nullam amplius huiusce rei demonstrationem afferam: sed eo tantum subiecto fundamento, de quo inter omnes nos constat, naturam (inquam) nullam in animali partem neq; inutilem & superuacaneam, neque absq; facultate, quæ ea vtatur parte, facere consueuisse, resumam orationē atque ita dicam. Glan-

B dulosi astites, cum nulla in testium excisione noxa affecti castratum animal in venereum congressum non incitent, aliud quiduis magis, quàm seminaria instrumenta, se esse alterius q; vsus gratia factos ostendunt. Nam, quemadmodum, si oculis illæsis ex offensione alicuius alterius membri visus periret, eum oculorum esse functionem minime diceremus: si item nulla noxa affectis cruribus ingressio deficeret, merito ea cruribus functio non ascriberetur: eodem modo, quia glandulosis his astitibus incolumibus seruatis venereus congressus animalibus perit, hi ex membris genitalibus minime sunt existimandi. Sicut igitur, quia in maribus in eundem locum, in quem seminaria vasa, meatum apertum haberent, eos eiusdem etiam functionis causa fabricatos esse satis probabiliter collegerunt, pari ratione debebant, cum in fœminis diuerso modo cernerent eos finire non eiusdem esse functionis hic quoque colligere: atque ita ex demonstrationum pugna dubitatione suborta, perinde, ac nos fecimus, considerare, vtrum verum esse necesse sit riuulos, qui in eundem locum foramine suo conueniunt, eiusdem functionis causa omnino esse fabricatos: an, qui eiusdem functionis causa constitere, eos eodem concurrere omnes, verum quidem esse, non verum autem eos, qui in eundem meatum cocunt, ad eandem prorsus etiam functionem spectare. Nam & vesicæ meatus, qui vrinam deriuat, in eundem penis canaliculum, in quem astites

C omnes quatuor, in maribus foramen mittit: vt non ad aliud membrum discedere oporteat, sed ex hoc ipso, de quo proposita quæstio est, cognoscere manifeste possimus non esse omnino necesse, vt meatus, qui in eundem locum profundunt, ad eandem etiam functionem pertineant. Quod, si ex alijs etiam confirmatio petenda est, exemplorum vndique copia suppetet: in totum enim oris interius spatium, quas fauces nominant, tum quæ bibuntur & comeduntur, omnia per os descendunt: tum per narium foramina & aer ex inspiratione attractus, & crassior pituita defluit, quam blenam Hippocrates, mucum alij vocant: adde, quòd ex cerebro excrementitius humor per palatum, & ex glandulis, quæ ad radicem linguæ sunt, saliua eodem fertur. Iam vero in intestina reliquiæ ex ventriculo, biliosus vero humor ex iecore, ex glandulis item quibusdam alijs, quæ hic quoque sitæ sunt, lenta humiditas saliuæ perquàm similis descendit: de quibus quidem glandulis non parua quædam inter dissectionis professores quæstio est, ab Herophilo & Eudemo exorta. Vnde mihi videor recte facturus, si dissertationi nostræ fine hic imposito, quoniam forte quadam in mentionem eorum membrorum incidi, quæ manifeste, vt sensu etiam percipi possit, à glandulis irrigantur, ad præstantissimum Marinum sermonem conuertam, his principijs vsus, quæ ille ipse ex euidentibus statuit. Duplicem inquit glandularum omnium,

A.l.3.f.6.t.l.c. l.244.e

de Sal. dieta. t. 33.2ª.41.d. [illegible] pra[illegible] ver sus [illegible]. De [illegible] hom. nō longe à princi- pi[illegible]. De medi. fac. ante med. E: 6. aph. 59. [illegible] [illegible] & 667ª.276.a

D quæ adenes appellantur, vsum esse: vel enim suspensa vasa firmare, quæ, cum diffissa sint, periculum subeunt, ne in vehementioribus agitationibus diuellantur: vel humorem quendam gignere, qui ad ea membra irriganda idoneus sit, quæ, ne facile exiccentur, atque inde inepta ad motum efficiantur, lentæ alicuius humiditatis interfusione indigent. Atque illud quidem glandularum genus, quod discissa vasa corroborat, cum ad rem nihil faciat, in præsentia omittamus: de altero, quod lentum humorem gignit, loquamur: quod sanè diuersam etiam habere substantiam Marinus ipse testatur, rariorem scilicet & foraminosam, ac madidæ spongiæ in modum humiditate imbutam: non tamen in omnibus ait, meatus qui sensui pateāt, existere. In hoc quidem glandularum genus inquit arterias & venas inseri: non nulla item mediani, hoc est mesenterij, vasa in glādulas desinere: quarum cum duplex vsus sit, duplex quoque simili modo esse genus affirmat, densas quidam & siccas, quæ discissos vasorum ramos suffulciunt, raras autem & humidas, quibus conceptacula ipsa committuntur, atque has humorem quēdam quasi pituitosum gignere, quo interior intestinorum tunica sublinitur. Nam, quòd, quæ saliuam gignunt glandulę, ipsam in os cui dentibus venulis stillatim effundant, quod q; totæ etiam fauces à glandulis eiusdē vtilitatis causa humectentur, nemo est amplius, qui nesciat: iam enim inter omnes dissectionis professores maxime constat. At Marinus alias quasdam etiam præter antedictas ad irriganda membra glandulas enumerat:

las enumerat: quas propterea, quia non admodum certam & euidentem probationem habent, E omittamus: satis enim est, vt ab euidentibus propositæ rei confirmationem sumamus. Nam, si totum oris spatium, fauces, & gulam, si item vniuersa intestina, glandulæ irrigant, quid mirum esse debet, quòd collo etiam vesicæ tale quoddam subsidium præparatum fuerit, ne exiccatum ad motiones torpidum redderetur? Peni vero marium multo etiam magis fuisse à natura hoc adiūctum remedium credendum est: quare etiā in maribus magnitudine cōspicuæ hæ glandulæ sunt: quippe cum periculum esset, ne, cum prælōgus his ac nudus penis extet, vel exiccatus distorqueretur, vel meatu occluso conniueret: nam in fœminis vuluæ ceruix neq; prominet neq; nuda est, sed intus collocata tum circūiectis partibus multa exhalatione fouetur, tum à menstruis irrigatur. Quāquam potest fortasse natura, vt vrinæ morsioni occurreret, talem humorem ad colis meatum læuigandum præparasse. Fortasse etiam, siquis diligentius specularetur, tertiam aliquam causam inueniret: ita enim pleraq; alia in omnibus artibus, diligentiore. s. adhibita inuestigatione, fuerunt reperta. Demōstrādi vero professorem decet, sicut huiuscemodi quæstiones multum diu q; indagare, ita ab ijs, quæ demonstrata sunt, nunquam recedere cuiusmodi illud est: Si in glandulosis astitibus semen gigneretur, excretionem eius castrata animalia appeterēt: at hoc non videntur appetere: nullum igitur semen in his gigni perspicuum est. Vnde hoc solum per se irrefutabile seruari à F nobis debet, quoad sciētiam efficientibus rationibus inuenerimus, quē vsum glandulosi hi astites animalibus exhibeāt: qua de re fortasse vera sunt, q nos attulimus: fortasse nō ita, vt verius aliquid aliud inueniri nequeat, qppe cū probabilis sit, q̄ huiuscemodi ingrit ratio, nō demonstratiua, sicut ea est, quæ semen in astitibus non gigni cōficit. Quapropter hoc nos & soli & primi de vsu harū glandulosarum partium non veremur affirmare: quemadmodum superius etiam fecimus, cū probaremus testium naturā esse talē, vt totū corpus alterarent, efficerent q; vi sua, vt id, quod neq; mas neq; fœmina per suā naturā est, mas vel fœmina euadat. Nam & illa ratio, & hæc, quæ modo neque contineri neq; gigni in glandulosis astitibus semen probauit, apud eos, qui demōstrationes sequi didicerunt, satis demonstrat. Si vero duos etiam, quos supra dixi, vsus vere fuisse inuētos quispiā putat, potest inuentionem hanc sequi, ita tamē, ne melioris alicuius inquisitio impediatur. Semen autē in ipsis non contineri cū abunde demōstratum sit, persuasum habere vnusquisq; debet, ac veteribus ignoscere, qui ex eo, quòd in eūdem meatū cum vere seminarijs vasis in maribus cōfluūt, decepti sunt. Loci siquidem communio probabiliter, non autem vere, quidem communionem vsus, ipsorum, etiam ostendit: quemadmodum modo à nobis declaratum est.



GALENI DE SEPTIMESTRI PARTV

Ioanne Bernardo Feliciano interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Ex Hippocratis sententia docet, quot ad minimum & quot ad summum dies septimestrem partum perficiant.

DE septimestri partu ea dicam, quę per omne tempus animaduerti, dum summo studio seminis in vtero conceptiones à mulieribus diligenter obseruatas cognoscere studebam, quibus ignoratis ne fœtificationis quidem tempus innotescere vllo modo potest. Plerasque igitur inter medium terminum centum nonaginta, et ducentorum dierum, gestasse fœtum deprehendi: celerius, aut tardius, paucas: ante centesimum & octogesimum secundum diem & quindecim horas, vel post quartum supra ducentesimum, nullas: vt septimestris fœtus editionis primus terminus esse dimidij anni tempus reperiatur: quippe cum nulla

citra

A citra hoc omnes vltra parere conſpiciantur: quod ſanè tempus centeſimo & octogeſimo ſecundo poſt conceptum die & quindecim horis expletur. Vnam ſolam mulierem noui, quæ centeſimo & octogeſimo quarto die exacto atq; expleto partum edidit. Quatuor autem & viginti horarum interuallum diem appello: ita enim & annum trecētis & ſexaginta quinq; diebus & quarta inſuper diei parte conſtare dicunt: menſtruum tempus viginti nouem & dimidio. Nam menſem nominari ſpatium, quod ab vno Lunæ coitu cum Sole vſq; ad alterū intercedit, nemo eſt, qui neſciat. Huic autem dierum numero adijci etiam quandam particulam, quę ſit totius diei quingenteſima ſeptuageſima ſexta, demonſtrauit Hipparchus, quæ tamen adeo parua eſt, vt de ea conſiderare ſuperuacaneum ad præſens propoſitum eſſe videatur. Nam abſoluta propoſita res ſatis iam eſt: cum Hippocrates & in ſecundo libro vulgarium morborum adhuc quærat, vtrum nouem græcanici menſes ducentis & ſeptuaginta diebus expleantur, eo quod ſiquis tricenis cōſtare eos exiſtimet, exacte ad dierum rationem nouimeſtres partus non reſpondeant: & in tractatione de ſeptimeſtri partu exquiſite omnia iam inuenerit: vbi ſcilicet docet poſt dimidij anni tempus produci in lucem etiam fœtus ſeptimeſtres poſſe. Siquis autem eſt, qui totam Hippocratis orationem cupiat intelligere, quam in fronte tractationis de ſeptimeſtri partu ponit, eius explanationem hic ſubiungam.

Sect. 3. propè finem.

B *Septimeſtres oriuntur ex centum octoginta duobus diebus, & quadam etiam inſuper diei particula.*

Septimeſtres appellat ſiue infantes, ſiue fœtus: particula vero diei, quam diebus centum octoginta duobus adiungendam inquit, quindecim horæ ſunt cum ea inſuper parua admodum parte, vt dixi, quæ vigeſima quarta vnius horæ pars eſt, vel quàm proxime ad eā accedit. Perſpicuū enim eſt nos æquinoctiales horas in huiuſmodi omnibus ſumere conſueuiſſe, quarum viginti quatuor diei ac noctis ſpatium conficiunt, quod νυχθήμερον hoc eſt noctidiale, ab aſtronomis nuncupatur: hæ enim omnes horę æquales inter ſeſe ſunt, eò quòd adeo exiguum eſt id, quod variationē affert, vt non nulli ne eſſe quidem quicquam illud arbitrentur: ſunt quippe mediæ quodam modo hæ ęquinoctij horę inter maximas & minimas, quæ in vnaquaq; regione exiſtunt. Ita quoq; de menſtruo tempore dictum eſſe intellige: nam, licet menſes ſint inæquales, medius tamen numero ęquali menſuratur, ac tot diebus, quot modo dixi, conſtat atq; abſoluitur: id quod tamen in annis non fit, omnes enim æquales ſunt. Siue enim ab hac parte in hanc eandem, ſiue à ſolſtitio in ſolſtitium, circuitum ac reditum Solis annuum tempus appellet quiſpiam, ignoretur q; omnis veterū aſtronomia, nullo modo fiet, vt, quæ à ſolſtitio in ſolſtitium facta fuerit reuolutio, diuerſus annus ſit ab C eo, quo Sol à ſigno quodam in idem ſignum fuerit reſtitutus, ſigno videlicet pro puncto accepto, quemadmodum ſumere geometrę conſueuerunt. Poſt prima hæc Hippocratis verba, quæ expoſuimus, ſubſequuntur reliqua in hunc modum.

Si enim primi menſis quindecim dies computaris, quinque vero ſequentium centum quadraginta ſeptē & dimidium: ſexaginta enim diebus vno dempto quam proxime duo menſes conſtant: ſi igitur ita hæc ſe habeant, in ſeptimū menſem amplius, quam viginti dies, ſuperſunt ad dimidium anni, quadam diei parte parti accedente.

Hoc autem ita inquit propterea, quòd vult, etiam ſi ſupra dimidium lunaris menſis fœtū geſtarit mulier, ſic quoq; ipſum id tempus huius menſis debere numerari: atq; iccirco quinq; integros eſſe menſes, qui inter primum & ſeptimum medij intercedunt: deficientes autem duos, primum & ſeptimum: qui tamen non ita deficiāt, vt amplior eis, quàm dimidia pars deſit: dimidium enim menſis dierum eſt quatuordecim cum dimidio & quarta inſuper diei parte. Quo circa patet hoc numero & primi menſis & vltimi tempus, maius euadere oportere. Si igitur primi mēſis tempus poſt conceptum viginti dies exceſſerit, ſitq;, verbi cauſa, dierum viginti & trium horarum: ſequentes vero quinque menſes centum quadraginta ſeptem dierum & dimidij ſpatium compleant, ex D vtriſq; numeris coniunctis dierum cētum & ſexaginta ſeptem, & quindecim horarū, tempus efficietur: in quo poſt quindecim ad minimum dies ſeptimeſtris edi infans poterit: nam, vt ſexti menſis terminum excedat fœtus, in dimidium menſem ineat, neceſſe eſt: atq; ita omnium dierū numerus cētum octoginta duorum dierum, & dimidij, & partis inſuper cuiuſdam diei vnius erit. Sicut igitur neq; citius præſcripto hoc termino, ſic neq; tardius ducentis & quatuor diebus naſci, qui ita conceptus fœtus eſt, poteſt. Si enim centum diebus & ſexaginta ſeptem & dimidio, nouē & viginti addideris, omnes efficientur cētum nonaginta ſex cum dimidio. Faciamus aūt viginti nouē dies primi menſis eſſe, ex quo conceptus fœtus eſt: quinq; vero ſequentium menſium, centum quadraginta ſeptem & dimidium: ſeptimi viginti nouem, vt vtriq; nō integri menſes quam longiſſimū terminum habeant: ſi omnes coniungantur, vniuerſum tempus ducentorum & quinq; dierum & dimidij euadet: fœtum hunc non eſſe vitalem vult. Nam, quantum etiam ad græcanicos[*] menſes attinet, in minore tēpore, quā dimidio anno, oriri ſeptimeſtris infans poſſet: hoc enim oſtendā. Cū enim ante dimidium anni, id eſt ante centum octoginta duos dies, & quindecim horas vel circiter, naſci fœcundus partus vllo modo nequeat, in grecanicis menſibus ante dimidium anni poſſet: aduerte enim animum. Si ſedecim diebus primi menſis fœtum geſtarit mulier, & poſt quinq; menſes medios, ſedecim alijs peperit, vniuerſum tempus centum & ſeptuaginta nouem dierum,

[*] Al. lunares

& dimidij

& dimidij erit. Sed, ſicut dixi, neq; in minori tempore, quàm dimidio anno, fieri ſeptimeſtrem partum fœcundũ vult: neq; in minori, quàm dimidij menſis ſpatio vel primi vel ſeptimi, geſtare vterum mulierem cenſet, ſi perfectus oriturus infans ſit. Verum, cum tota Hippocratis ſententia explicata iam ſit, quod reſtat ex verbis ipſius, explanemus. Iubet deinceps poſt primum menſem, centum quadraginta ſeptem dies & dimidium computare nos debere: &, cur tot cenſeat, cauſam ſubiungit, ita inquiens: ſexaginta enim diebus vno dẽpto quamproxime duo mẽſes cõſtant. Vbi aduertendum eſt eum non abſolute dixiſſe nouem & quinquaginta diebus duos menſes prorſus abſolui ac perfici, ſed addidiſſe /quamproxime/ vt intelligamus non nouem & viginti dierum & dimidij eſſe exactum & exquiſitum menſis numerum, ſed circiter & quamproxime: id, quod ſoli & optimi aſtronomi ſciunt, alij enim diebus viginti nouẽ et dimidio, menſis ſpacium concludi exiſtimant. Sed, ſi quinque menſium dies centum quadraginta ſeptem cum dimidio computaris, primi vero menſis non pauciores, quàm quindecim, ad explendam dimidij anni partem deeſſent adhuc dies viginti, horæ tres, & paululum quid inſuper. Vnde amplius, quàm viginti dies, in ſeptimum menſem incidere inquit: cur q; id dicat, declarat, cum ſubiungit /quadam diei parte parti accedente/ id eſt particula diei, quæ quartæ diei partis dimidia eſt: quę quidem quarta pars trecentis ſexaginta quinque anni diebus adiungitur. Parti accedente id eſt dimidio diei: dimidium enim anni centum & octoginta duobus & dimidio die conſtat, octaua inſuper diei parte adiuncta. Si igitur dimidiæ diei parti octaua etiam pars addatur, dimidij anni ſpatium centum octoginta dierum & dimidij efficietur, octaua inſuper diei parte adiuncta: quod quidem diei dimidij cum octaua parte quindecim hos explere iam diximus. Si itaque & primi menſis & quinque ſequentium, centum ſexaginta duo dies cum dimidio colligantur, ad dimidij anni ſpatij expletionem viginti adhuc dies cum octaua vnius diei parte ſupererunt. Vnde, cum dixerit amplius, quàm viginti dies, in ſeptimum menſem ſupereſſe Hippocrates, cauſam ſubdit, cum inquit /parte diei parti accedente/ hoc eſt, octaua diei parte diei dimidio adiuncta fieri, vt amplius, quàm viginti dies, menſem ſeptimum occupet.

FINIS PRIMÆ CLASSIS

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V. Quaterniones omnes, præter V ternionem.



VENETIIS APVD HAEREDES
LVCAE ANTONII IVNTAE.